Nota quod 2us liber 1e editionis e in Sar 2a. caput 151 usq. ad caput 157. et ibi incipiunt capita addita instructorij 1e editionis.

del Collegio de la Comp.a de Jesus de Granada B/7295

# INSTRVCTORIVM CONSCIENTIAE

## DVABVS CONTENTVM PARTIBVS.

*FRATRE LVDOVICO LOPEZ in Sacra Theologia Magiſtro, Ordinis Prædicatorum, prouinciæ Hiſpaniæ, Autore.*

## PARS PRIMA.

VBI AD INSTRVCTIONEM CONſcientiæ penè innumeræ continentur traduntur que materiæ, quibus nunc denuò huic primæ parti adauctæ ſunt ab ipſo Autore plures aliæ morales quæſtiones, & caſuum reſolutiones, ex egregijs tam antiquis, quàm modernis Doctoribus, tam Theologis, quam Iuriſperitis ſelectæ vtriuſque facultatis iuris Canonici Theologiæq; tyronibus perutiles ſcituq; valdè neceſſariæ, vt ex ipſo opere patebit.

264.



Anno 1592.

*CVM PRIVILEGIO.*

SALMANTICAE.

Excudebat Ioannes Ferdinandus.

*Sumptibus Claudij Curlet Sabaudienſis Bibliopolæ, è regione Scholarum maiorum commorantis, ſub inſigni cucurbitæ aureæ.*

Eſta taſſado en treynta y vn reales en papel.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

del Collegio de la Comp.a de Js de Granada B/1295

Nota quod 2us liber 1e editionis e in 2a caput 151 usq. ad caput 157. et ibi incipiunt capita addita instructoris 1e editionis.

# INSTRVCTORIVM CONSCIENTIAE

## DVABVS CONTENTVM PARTIBVS.

*FRATRE LVDOVICO LOPEZ in Sacra Theologia Magiſtro, Ordinis Prædicatorum, prouinciæ Hiſpaniæ, Autore.*

## PARS PRIMA.

VBI AD INSTRVCTIONEM CONſcientiæ penè innumeræ continentur traduntur q; materiæ, quibus nunc denuò huic primæ parti adauctæ ſunt ab ipſo Autore plures aliæ morales quæſtiones, & caſuum reſolutiones, ex egregijs tam antiquis, quàm modernis Doctoribus, tam Theologis, quam Iuriſperitis ſelectæ vtriuſque facultatis iuris Canonici Theologiæq; tyronibus perutiles ſcituq; valdè neceſſariæ, vt ex ipſo opere patebit.

264.



Anno 1592.

*CVM PRIVILEGIO.*

SALMANTICAE.

Excudebat Ioannes Ferdinandus.

*Sumptibus Claudij Curlet Sabaudienſis Bibliopolæ, è regione Scholarum maiorum commorantis, ſub inſigni cucurbitæ aureæ.*

Eſta taſſado en treynta y vn reales en papel. Claudio Curlet

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

# EL REY.

POR quanto por parte de vos el Maeſtro Fray Luys Lopez de la ordē de ſancto Domingo, nos fue hecha relacion que vos auiades compueſto vn libro intitulado *Inſtructorium conſcientiæ*: el qual por orden y mandado nueſtro auia ſido examinado, y dado licencia y priuilegio para le imprimir, y agora auiades cōpueſto de nueuo cinco libros como addiciones de materias morales, pertenecientes al dicho libro que ſe intitula *Inſtructorium conſcientiæ*: y para cumplimiento del, los quales dichos libros y addiciones, auian de ſer de mucha vtilidad y prouecho para todo genero de gentes, de los quales haziades preſentacion: y nos ſupplicaſtes os mandaſſemos dar licencia para los poder imprimir, y priuilegio por diez años, o por el tiempo que fueſſemos ſeruido, o como la nueſtra merced fueſſe. Lo qual viſto por los de nueſtro Conſejo, por quanto en el dicho libro ſe hizo la diligencia que la pragmatica por nos vltimamēte ſobre ello hecha diſpone: fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula en la dicha razon: y nos tuuimos lo por bien: por lo qual vos damos licencia y facultad, para que por tiempo y eſpacio de diez años cumplidos primeros ſiguientes, que corran y ſe cuenten deſde el dia de la fecha deſta nueſtra cedula, en adelante vos, o la perſona que para ello vueſtro poder vuiere, y no otra alguna podays imprimir y vender los dichos libros que de ſuſo ſe haze mencion: y por la preſente damos licencia y facultad a qualquier impreſſor deſtos nueſtros reynos, qual vos nōbraredes, para q̄ por eſta vez los pueda imprimir por los originales que en nueſtro conſejo ſe vieron, que van rubricados, y firmados de Alonſo Vallejo nueſtro eſcriuano de Camara, y vno de los que en el nueſtro Conſejo reſiden, con q̄ antes que ſe vendan le traygays ante ellos, juntamente con el dicho original, para que ſe vea ſi la dicha impreſsion eſta cōforme a el, o traygays fe en publica forma como por Corrector por nos nombrado, ſe vio y corrigio la dicha impreſsion por el dicho original: y mādamos al impreſſor que anſi imprimiere el dicho libro, no imprima el principio y primer pliego del, ni entregue mas de vn ſolo libro cō el original al autor, o perſona a cuya coſta le imprimiere, ni otra alguna para effecto de la dicha correction y taſſa, haſta que antes y primero, el dicho libro eſte corregido y taſſado por los del nueſtro Conſejo: y eſtādo hecho, y no de otra manera podays imprimir el dicho principio y primer pliego, en el qual ſeguidamente ſe ponga eſta nueſtra licencia, y la approbacion, y taſſa, y erratas, ni ſe pueda vender ni venda, el ni otra perſona alguna, haſta que eſte el dicho libro en la forma ſuſo dicha, ſo pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha pragmatica y leyes de nueſtros reynos que ſobre ello diſponen: y mandamos que durante el dicho tiempo, perſona alguna ſin vueſtra licencia, no lo pueda imprimir ni vender, ſo pena que el que lo imprimiere y vendiere, aya perdido, y pierda qualeſquier libros, moldes, y aparejos que del tuuiere, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez que lo contrario hiziere: la qual dicha pena, ſea la tercia parte para aquel que lo ſenteneiare, y la otra tercia parte para la nueſtra camara, y la otra tercia parte para el que lo denunciare: y mandamos a los del nueſtro Conſejo, Preſidente, y Oydores de las nueſtras audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nueſtra caſa y Corte, y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Aſsiſtentes, y Gouernadores, Alcades mayores y ordinarios, y otros Iuezes, y Iuſticias qualeſquier de todas las Ciudades, Villas, y Lugares de los nueſtros reynos y ſeñorios, y a cada vno dellos en ſu juriſdiction, anſi a los que agora ſon como a los que ſeran de aqui adelante, que vos guarden y cumplan eſta nueſtra cedula y merced que anſi vos hazemos, y contra ella no vayan ni paſſen ni conſientan yr, ni paſſar en manera alguna, ſo pena de la nueſtra merced, y de diez mil marauedis para la nueſtra Camara. Fecha en San Lorenço à veynte y dos dias del mes de Iulio, de mil y quinientos y nouenta y vii años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nueſtro ſeñor:

Iuan Vazquez.

*Secretario.* Vallejo.

## Approbatio.

ADditionum ad Inſtructorium conſcientiæ libros quinque, autore Magiſtro Fratre Ludouico Lopez, ex ordine Prędicatorum, vidi ex commiſsione Supremi Senatus, in quibus multiplex eſt & varia doctrina ſumma diligentia & labore comparata, tam vtilis iuris Canonici, quàm Theologiæ ſtudioſis, vbi ſemper eſt conſtans vera doctrina ab omni ſuſpicione libera. In Conuentu Diui Philippi, ordinis Diui Patris Auguſtini, Anno 1591. die vero quinta decima menſis Iulij.

*Fr. Gabr. Pinelo.*

## Approbatio.

*INſtructorij Conſcientiæ ſecundum tomum, autore Fratre Ludouico Lopez ordinis Prædicatorum in ſacra Theologia Magiſtro, de licentia & commiſsione patris noſtri Prouincialis vidi & qua potui animi attentione conſideraui. Quod ſane opus præter integram ac raram reſolutionem expræſtantiſsimis autoribus ſelectam, nullam continet diſſonam à Catholica fide doctrinam: quin potius certam & irrefragabilem reſolutionem ad inquirendã veritatem viam aperit & ſternit. Vnde pro illorũ vtilitate, qui diuinam profitentur Theologiam, & vtriuſq; iuris ſolidas veritates amplectuntur, eorum præſertim qui humanas conſcientias optime inſtruere deſiderant, necnon totius Eccleſiæ Catholicæ commodo & fructu, cum magna tanti autoris laude dignum cenſeo, vt prædictum opus typis mãdetur, & in publicum prodeat. In cuius fidem præſentes proprio nomine ſubſcripſi in Collegio S. Thomæ Complutenſi 16. Septembris. Anno Domini 1590.*

Fray Alonſo de Somonte.

## Licentia Prouincialis.

FRater Thomas de Guzman in ſacra Theologia Magiſter prouinciæ Hiſpaniæ, ordinis Prædicatorum Prior Prouincialis. Magnam nobis in Domino affert lætitię cauſam, cum noſtræ profeſsionis religioſos eis ſe ſerio addicere ſtudijs, & literarum exercitijs cernimus, quæ noſtræ ſacræ religionis fundationi natiua ſunt, & propria, quippe quæ ad ſalutem animarum procurandam & conuerſionem gentium propagãdam præſentanea ſunt adminicula, per quæ etiam & noſtra ſacra religio reſplendet, & decorem in populo Chriſtiano iure ſibi vendicat, & autoritatem ſibi conciliat. Quocirca non poſſumus nõ congratulari profeſſoribus noſtri ordinis ſtudioſis in hoc munere conſtanter inſudantibus, & præſertim & illos ſummo affectu amoris complecti, & fauoribus debitis proſequi, qui ſudores ſuos, & lucubrationes ſalutares, & fructiferas in publicum euulgare ſatagunt, quo ſua doctrina & opere animarum ſaluti conſulant. Cum igitur reuerendus Pater Frater Ludouicus Lopez Magiſter in ſacra Theologia huius noſtræ prouinciæ Hiſpaniæ ſuperioribus annis librum quendam, qui inſcribitur Inſtructorium Conſcientiæ copilauerit, iamque in lucem dederit, ac prælo mandauerit, nunc etiam alios duos tomos cõtinentes reliquas materias morales, quæ ad eundem librum Inſtructorium conſcientiæ nuncupatum pertinebant compoſuerit, ſicut fuerat pollicitus, quo liber prædictus Inſtructorium Conſcientiæ intitulatus, his additis nunc denuo duobus tomis integer, & abſolutus euadat, illoſque ad communem omnium vtilitatem typo mandare ſtatuat. Idcirco publicæ vtilitati & noſtri ordinis decori conſulendo tenore præſentium, & autoritate, qua fungor, præfato Magiſtro Fratri Ludouico Lopez licentiam & facultatem concedo, quinimo & in meritum ſanctæ obedientiæ mãdo, vt ſupradictos duos tomos Inſtructorij Conſcientiæ, quos ad primum tomum iam in lucẽ editum addit, prelo tradere & typographis excudendum committere poſsit & debeat, dummodo prius per R. P. Magiſtrum Fr. Illefonſum de Somontes, fuerit prius examinatus, & approbatus, atque alia omnia ſeruentur, quæ ſeruari ſolent, & debẽt in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, non obſtantibus quibuſcunque in contrarium. Datis in noſtro Conuentu de Atocha. 2. Februarij, Anno Domini 1592.

*Fr. Thomas de Guzman*
*Prior Prouincialis*

# HIERONYMO BERNERIO ASCVLANO CARDINALI AMPLISSIMO.

*EA eſt (illuſtriſsime Cardinalis) inferiorum cum ſuperioribus, Deo Optimo ſic id deſtinante, connexio, vt inferiora nullatenus conſiſtere, aut coaleſcere queant, niſi per ſuperiora iuuentur, foueantur, & vegetentur, neque id ſolum in ordine ſpiritualium creaturarũ, videre eſt: ſiquidem illæ intelligentiæ diuinæ, quæ in ſuperiori à conditore naturæ conſtitutæ ſunt gradu (vt D. Dionyſius de cæleſti hierarchia teſtatur) non ſolũ ſuæ illuminationis influentia inferiores ſibi ſpirituales ſubſtantias perficiunt, ſed etiam corpora ipſa cæleſtia atque ſublimia in inferiora hæc ſenſibilia corpora ſic influunt, vt ſuo influxu teſte Ariſtotele vita animalis, atque ſenſibilis mortalium, veluti fulciatur, atq; cõſeruetur. Quòd ſi omnia, quæ inferiorem nacta ſunt locum, quæ ſuperiora ſunt reſpiciunt, à quibus opem adiutricem ſibi mendicare contendunt: nihil mirum eſt, ſi meam perſentiens exiguitatem, meritorumq; tenuitatem ad te, illuſtriſsime Domine, recurrendum duxerim, quò fœtibus, & lucubrationibus meis nunc denuò prodituris in lucem tam egregium, atq; inclytum patronum parem, quem licet longe poſitum, atq; mihi ex facie ignotum tamen egregiarum tuarum virtutum odore mirifice delectatus abſentem, & ipſe abſens amore proſequi, & mente venerari non deſiui. Quia cũ ſis ex Dominicano grege inclyta pullulans proles, à Summo Pontifice Sixto V. ad Cardinalatus excelſam dignitatem es ſublimatus, quod & in magnorũ tuorum meritorum teſtimonium præclarum cedit. Accedit ad hoc, quòd te non ſolum vitæ honeſtæ, & verè religioſæ integritas, ſed ſimul cum Chriſtianis moribus cõiuncta in te ſpectabilis literarum peritia, tanto honore dignum patenter oſtenderunt. Neq; enim tantus Pontifex te quaſi per ſaltum ad Cardinalatus tantum faſtigium euexit, ſed conſi-*

*conſideratè penſitans tua plura merita, quæ te præclarum, & tanto honore dignum prædicabant, eo quod primò profeſſione, vir religioſus fuiſſes in egregio ordine prædicatorum locum ſortitus. Secundo, quod tuæ profeſſionis, atq; religionis te ſemper exhibueras obſeruantiſſimum, quod præclarum eſt ſanctæ indolis indicium, tum, quia nō in qualicunq; religioſa prouincia ortus & nutritus eſſes, ſed in præclara, & nobiliſſima valde Lombardiæ prouincia, quæ tam fœlix eſt apud Deum, & homines vt tanquam vinea Domini florens, tā egregios protulerit palmites, ſicq; fœcunde germinauerit, vt inde ſummi Romani Pontifices æterna memoria digni, cuiuſmodi fuit ſingulari pietate & ſanctitate præfulgens Pius V prodierint, & non tantum hoc, ſed & plures Cardinales meritis opimis inſignes: inter quos Cardinalis Alexādrinus de Romana eccleſia tam benemeritus & frater Vincentius Iuſtinianus connumerantur: inde ortum duxere. Sed & tu illuſtriſſime domine, tanquam ex tam nobili prouinciæ proſapia propagatus de te ſtatim magnam expectationis ſpem dediſti, dum per tot annos in ſcholaſtica deſudans palæſtra lectoris & doctoris Theologiæ functus officio in facultate Theologica ità tandem laudabilis, & celebris euaſiſti, vt inde palam fieret te cognoſcentibus, quam vberrimos in eccleſia Catholica allaturus eſſes fructus, illa quoq; inquiſitoris generalis officij antea in præclaro, & nominatiſſimo in toto orbe terrarum dominio Genuenſi tibi à ſede Apoſtolica delegatio facta, qua quidem tu id munus tam laudabiliter, & ſtrenue obiſti, quaſi quoddā præſagium fuit, quod poſt tuum ad Cardinalatus cacumen aſcenſum totius eccleſiæ Catholicæ inquiſitor & fidei Chriſtianæ feruidus zelator, & propugnator eſſes futurus (vt rei probauit euentus.) Iam videre eſt quomodo (licet proloquium cōmune ſit, quod magiſtratus mutat mores) tu ampliſſime Cardinalis in tuæ religionis obſeruantijs in nihilo ſis mutatus, neq; primi tui inſtituti in aliquo ſis oblitus, dū ad huc Cardinalatus tui dignitas te non auocauit vt laneis ad carnes tuas, & in lectulo, in quo alij ſibi delicias quærunt, non vtaris. Neque ab religionis tuæ inſtituto in tam excelſo nunc ſtatu conſtitutus paſſus es te fieri alienum: quin imo ne tam fœlici religionis tuæ contubernio defraudareris, tute ipſe domū tuam, familiareſq; tuos atq; domeſticos in quādam veluti regularis vitæ imaginem reformaſti. Igitur nō poſſum nō deamare atq; obſeruare tot modis veneratione digniſſimū, & tandem ſtudioſorū cultorem fautorem, atq; patronum, neque alteri aptius dicare me debere putaui hoc opus, Inſtructorium conſcientiæ nuncupatū, & in triplo, quàm anteà erat per me in lucem editum, nunc denuò adauctum dogmata fere omnia moralia continens, quā tibi cui totius eccleſiæ Catholicæ ſanctæ inquiſitionis munus eſt delegatum à ſancta Romana ſede, quæ columna eſt & firmamentum veritatis, tam in rebus fidei, quàm in his, quæ pertinent ad mores diffiniendis veritatibus. Igitur accipiat de moralibus materijs opus, qui peruerſorum dogmatum contra fidem rectam, & Chriſtianos mores recalcitrantium eſt profligator, accipiat ergo tua amplitudo hoc exiguum munuſculum quod teſtimonium liquidum pro ſe fert mei erga te amantiſſimi animi.*

Vale felix, ampliſsime Cardinalis.

# PROLOGVS SVPER LIBRVM INTITVLATVM INSTRVctorium conſcientiæ nunc denuo omnibus materijs ſibi hactenus deficientibus adauctum & omnibus ſuis numeris vſque ad finem materiæ ſacramentorum iam abſolutum & in duas partes diuiſum.

BENEVOLO, PIOQVE LECTORI Frater Ludouicus Lopez in Sacra Theologia Magiſter prouinciæ Hiſpaniæ ordinis Prædicatorum: Salutem in Domino Ieſu Chriſto.

*FAcultas Theologica (optime Lector) multiplici potiſsimè conſtat parte. Vna quidem atque præcipua, in qua de Deo, qui eius obiectum eſt, agitur, ſpeculatiuè diſputando, atque ea, quæ ei conueniunt intrinſecè, & eſſentialia eius attributa conſiderando. Ex alia vero parte Theologia noſtra, quippe quæ ſcientia ſcientiarum eſt, Deum ipſum non ſolum quatenus eſt in ſe cōtemplatur, ſed etiam quatenus principium eſt rerum omnium, ſiue quæ per creationem, ſiue quæ per generationem originaliter ſubſiſtere cœperunt. Rurſus & Theologia, quæ meritò ſapientiæ ſibi vendicat nomen circa eam verſatur materiæ partem, quæ Deum, vt ſanctificatorem hominum, & autorem gratiæ per humanitatem aſſumptam ab ipſo, eiuſque paſsionem, atque per ſacramenta inde dimanantia conſiderat. Sed quia iuxta diffinitionem Concilij Tridentini ſeſſ. 6. can. 21. Catholica fides eſt, credere, Chriſtum Ieſum à Deo hominibus datum fuiſſe, non ſolum, vt Redemptorem, cui fidant, verum etiam vt legiſlatorem, cui obediant: ideo ad legem Dei & eius præcepta diuina illucidanda Theologia hæc noſtra ſe exerit, & ad ſacramentorum virtutem, per quæ inſtrumentaliter Chriſtus homines ſanctificat, ſe extendit. Igitur cum diſputationis Theologicæ, tam latiſsimus ſit campus, ita vt per Theologiæ principia cuncta humana veniant regulanda, ſit ſanè (vt quia ætatis prouectæ excludor tempore, vt non poſsim ad omnes materias pertractandas extendere manum) ſatis mihi bene cōſultum eſſe duxerim, ſi materiam moralem diuinorum præceptorum hic & vltimò de ſacramentis in alio diſtincto ſecundo tomo, ſeorſum diſputationē abſoluerem. Nam hæc nota fieri, atque explicari fidelibus maximè ad eorum conſcientiarum inſtructionem concernit: ad quem quidem ſcopum harum noſtrarum lucubrationum ſtudium à principio retulimus, dum hoc noſtrum euulgandum in lucem opus Inſtructorium Conſcientiæ non ab re nuncupare voluimus. Cæterum ne videamur actum agere, ſicut aliquibus modernis autoribus accidit, qui nihil ferè noui commodi reipublicæ Chriſtianæ attulere, dum ſolum ab alijs doctoribus vulgaria dictata dogmata citra delectum ea vndique congerentes, & veluti ſuffurantes in chartapacijs ſuis excipientes, & ea prælo committentes in lucem, vſque ad nauſeam euulgarunt,*

fingen-

*fingentes ſe aliquid denuò elaborati ex penu ſuo, ſuo marte producere in publicum: ideò cogimur hîc eas rationes lectori beneuolo ſignificare, quibus non arroganter (abſit arrogantia verbo) adducti ſumus ad has materias ab alijs etiam modernis doctoribus fœliciter pertractatas denuò illucidandas. Quarum prima ſit, quod in materijs moralibus, & in caſibus contingentibus & ſingularibus eas concernentibus, quorum cognitio (vt ait D. Thomas) eſt magis incerta, & magis vtilis, quia (vt ipſe ait) ſermones in vniuerſali, niſi deſcendatur ad particularia minus proſunt: multa indies occurrunt facta contingentia, quæ ratione nouarum circunſtantiarũ nouo indigent examine, & nouam ingerunt difficultatem, eò quòd Doctores antiquiores de eis non ità diſtinctè, & in particulari meminerunt, quia in ſua ætate non ità frequenter acciderunt. Accedit etiam, quòd licet multi præceſſerint autores, qui rem Theologicam etiam moralem ſumma cum laude tractauere, ſed quis non videat, quantum in eis interdum deſideretur, quia eam nudam, & ſolum quibuſdam rationibus moralibus fultam tradiderunt, eo ſimplici contenti ſtylo, quem illius ætatis vſus induxerat, nihil curantes de ſcrutandis aliquibus iuris ciuilis, & canonici communibus locis, ex quorum intelligentia magnum compendium ipſis etiam magnis Theologis ad quæſtiones arduas de caſibus moralibus, quorum notitia interdum intruſa eſt, in viſceribus vtriuſque iuris, etiam in foro cõſcientiæ decidendas, paratur. Vnde liquet modernis ſcriptoribus non vitio, ſed laudi eſſe tribuendum, ſi dogmata ſua Theologica moralia autoritatibus vtriuſq; iuris, temperanter tamen & vbi neceſſitas occurrerit, & ratio poſtulauerit, ſtudeant firmare, autorizare, ornare, atque condecorare. Neque enim hoc à facultate Theologica tanquam omnino alienum abhorret: ſi quidem Theologia, quippe quæ inter cæteras ſcientias principatum tenet, reliquis ſcientijs & facultatibus etiam vtriuſque iuris tanquam ancillulis, ad ſui obſequium vtitur: iuxta illud, quod de Sapientia dicitur in Prouerbijs: Miſit ancillas ſuas vocare ad arcẽ. Experientia etiam docet quantum Theologi nonnulli etiam de peritia Theologiæ ſibi magnopere blandientes pro penuria alicuius intelligentiæ iuris perperam allucinati ſunt, & oberrarunt, dum conſulti & rogati de caſibus moralibus ex aliqua peritia vtriuſque iuris quoad ſuam intelligentiam dependentibus, reſponſa ſiniſtra dederunt, & quot riſus excitarunt apud legiſperitos, dum ex principijs quibuſdam Theologiæ ſibi notis inepte paralogizantes contra certas prædiffinitiones vtriuſque iuris audacter (ne dicam temere) ad interrogata reſponderunt, non ſine ſuo interdum malo conſcientiæ: quia ne inter reſpondendum ſuam faterentur ignorantiam, conſcientijs eos conſulentium, & interdum famæ, vitæ & honori, & iuſtitiæ, quæ tribuit vnicuique quod ſuum eſt, tam male conſuluere. Igitur non exiſtimandus ſum actam rem agere, aut operam & impenſam perdere, ſi in hoc meo Inſtructorio Conſcientiæ ex omnibus materijs moralibus ſuis numeris iam abſoluto ad plures caſus morales deſcenderim, quos antiquiores, vel ſub ſilentio præteriere, quia non erant tunc tam in vſu, vel, ſi plures ſcitu valde neceſſarios & frequentes caſus, quorum intelligentiam facultas Theologica noſtra ab vtroque iure tam ciuili, quàm canonico ſibi mutuat, hic ego perpenſis legibus abſoluam, quo quia paſſim interrogantur eorum in hoc opere lector promptam & expeditam adinueniat reſolutionem à labore ſcrutãdi plures doctores, præſertim iuriſtas releuatus. Quòd ſi gratum tibi hoc opus repereris bone lector, agito gratias Deo, à quo cuncta bona procedunt: ſi autem tibi diſplicuerit, ignoſcito meæ exiguitati & exili ingenio, & ſolum animum tibi inſeruire, & morem gerere cupientem attendito, & ſuſcipito.*

Vale felix, pie, & candide
Lector.





# INSTRVCTORII CONSCIENTIAE

## DVABVS CONTENTI PARTIBVS,

FRATRE LVDOVICO LOPEZ in ſacra Theologia Magiſtro, Ordinis Prædicatorum huius prouinciæ Hiſpaniæ Autore,

## CAPVT PRIMVM.

*De diffinitione peccati, & differentia inter mortale & veniale peccatum: & de regulis quibus dignoſci poſſint.*

QVONIAM liber hic (vt titulus eius præſefert) inſtructoriũ conſcientiæ nuncupatus de inſtruẽda conſcientia circa peccatorum cognitionem, ex qua fit progreſſus ad eorũ deteſtationem pertractat, non erit ab re, ſi hic ſtatim in initio operis quaſdam veluti exordiales quæſtiones de peccatis, quatenus per antidotum confeſſionis ſacramenti veniunt expianda, præmiſiſſe. A ❡At quia diffinitio eſt (quæ auctore Ariſtotele ſi ſit realis) naturam rei explicare habet: ſermonem habituris de peccatis quæ contra rectam conſcientiam pugnant, operæpretium erit hic, à diffinitione peccati actualis, (nam de hoc præſertim hic peragere eſt animus) inchoare, deinde eius diuiſionem in mortale, & veniale ſubiungere: & deniq; de diffinitione peccati mortalis mentionem ſuperaddere, vt de re præcipue cognitu neceſſaria. ❡ At quia nec pilotenus à doctrina Diui Thomæ, vt pote quæ quia tam ſolida eſt, & ſana, tam communiter, & gratanter eſt accepta in catholica Chriſtianaque religione diſcedere, non eſt animus: ſed pro poſſe eam ſectari, atque lectoribus hîc commendare: quia tanto auctore duce, ad portum veritatis, & ſcopũ attingendum, ſecure vela dabimus: ideo de diffinitione peccati, verba habituri, D. Thomæ, quam. 1. 2. quæſt. 71. art. 6. ipſe meminit deſumpſiſſe ex Diuo Auguſtino diffinitionem præſtituamus.

❡Quando ergo quæritur, quid ſit peccatum: reſpondetur planê. Peccatum eſt dictũ, B vel factum, vel concupitum contra legem æternam. Vnde in corpore articuli ſubnotat Diuus Thomas Diuum Auguſtinum in diffinitione peccati duo poſuiſſe, vnũ quod pertinet ad ſubſtãtiam actus humani; quod eſt quaſi materiale in peccato: cum dicit dictum, vel factum, vel concupitum: aliud autem, quod pertinet ad rationem mali, quod eſt quaſi formale in peccato: cum dixit contra legem æternam. ❡At quia quis arguendo contra eum obijcere poſſet, quòd iſtæ *Quæſtio.* *Obiectio.*

particulæ dictum, vel factum in diffinitione hac poſitæ important aliquem actum: cum ergo non omne peccatum importet aliquẽ actum, vt in peccato omiſsionis apparet, diffinitio videtur diminuta, quippe quæ non includit omne peccatum. Diuus Thomas in citatis quæſtio.& artic.in reſponſione. ad.1. facit ſatis dicendo, quòd affirmatio, & negatio reducuntur ad idem genus ſicut in diuinis genitum, & ingenitum ad relationem: vt Diuus Auguſt. dicit in.5. de Trinit. Et ideo pro eodem accipiendum eſt dictum, & non dictum: factum, & non factum, ideſt omiſſum contra legem æternam. quare peccatum omiſsionis reductiue hac diffinitione comprehenditur.

*Diſtinct.* ¶At iam de diſtinctione inter peccatum mortale, & veniale quia tanquam catholica eſt recepta inter catholicos, non opus eſt plura inſumere verba: ſed tu pie lector: quia nos hic breuitati ſtudemus conſule D.Tho. *D.Tho.* in.1.2.quæſtio.72.art.5. latè de hac differentia differentem, vbi eleganter primò comparat peccatum mortale morti, quæ ſecundum naturam, eſt irreparabilis quædam remotio vitæ. *Comparatio veni.& mortal.* Veniale vero comparat infirmitati reparabili: propter id quòd ſaluatur in ea principium vitæ: ſic peccatum mortale mors eſt animæ ſpiritualis ſecundum naturam irreparabilis: eo quod aufert principium vitæ, id eſt gratiam, & charitatem, peccatum vero veniale non ſic: ſed veluti quædam infirmitas eſt animæ non mortalis, eo quod in eius inordinatione, principium vitæ ſpiritualis animæ non tollitur: ſed adhuc permanet nempe gratia, quę cum
2 veniali compatitur. ¶Secundò comparatur mortale errori circa principia: qui ſuapte natura, eſt error irreparabilis. At veniale eſt veluti error circa media: quæ ſaluatis principijs ſcientiæ, per ipſa principia eſt reparabilis. Tertio comparatur mortale auerſioni à fine, & termino, quia re vera, mortale peccatum auerſio eſt ab vltimo fine, id eſt à Deo. At vero veniale comparatur non auerſioni à fine, & termino ſed obliquitati aliquali à recta via non tollenti aſſecutionem termini. ¶Præter has quoque differentias, & aliæ à doctoribus ſolent aſsignari. *Differentia inter venial.et mort.* Quia primo, mortale peccatum excludit à ſubiecto, in quo eſt, Dei charitatem, & gratiam. At ve-
1 ro veniale hoc non facit: ſed feruorem impedit charitatis, tepidumque reddit ſic peccãtem. ¶Secundo differentia alia differunt,
2 quæ ſequitur ex ſupra dicta: quia peccatum mortale illius auctorem inimicum reddit Deo: ſed tamen veniale non ſic facit: quia licet veniale peccatum diſpliceat Deo nihilominus ipſum peccantem venialiter non ſic Dei inimicum conſtituit. ¶Tertio quia 3
ſecundum Diuum Gregorium peccatũ mortale obtenebrat animam: veniale vero, animam obnubilare dicitur: quarum differentiarum meminit Metina in ſua.1.2. *Metina.*

¶Præterea & ipſa quoque ſacra pagina, & id diſcriminis, quod inter peccatum mortale, & veniale eſt, aperte teſtatur. Nam Apoſtolus Paulus ad Romanos.6.capit. dum ait *D.Paul. AdRom.6.* ſtipendia peccati mors eſt, apertè de peccato mortali cuius eſt, conſummatum cum fuerit, generare mortem, locutus eſt. Quod & aperte quoque explicatum fuerat ſapientiæ cap.1. *Sapient.1.* dum dicitur: quod iniuſtitia eſt mortis acquiſitio. Peccatum autem veniale eſſe conclamat Diuus Ioannes ſua prima Canonica cap.1. *D.Ioan.* dum ait, ſi dixerimus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus. Idem quoque conteſtatur Diuus Iacobus, *D.Iacobus.* ſcilicet venialibus peccatis nos non carere, dum ait cap.3. ſuæ Epiſtolæ, in multis enim offendimus omnes. Sed & de peccatis venialibus abſque dubio locutus eſt ſapiens, dum ait ſepties in die cadit iuſtus.

¶Præterea hic, quamplura licet poſſem congerere verba, quibus cum ad deteſtationem, fugamque peccati mortalis, peccantes vrgere poſſem, quia tamen abunde ex alijs libris, qui de hoc ex profeſſo ſunt locuti, lector magnam materiam ſibi comparare poteſt: & quia ipſummet nomen peccati mortalis horrorem ingerens, palàm, quàm ſit deteſtandum, & fugiendum clamat, & tandem, quia aliò propero: ideo hunc ſermonem prætereo. Non ſubticebo tamen, ſed libenter hic meminerim illius pulchræ adnotationis circa veniale peccatum cauendum, cuius ſua prima ſecundæ meminit Metina: *Metina.* quæ animaduertenda videtur ab ijs confeſſoribus, qui eos pœnitentes audiunt qui ſibi ſatis, & ſuæ conſcientiæ bene conſultum putant, dum proponant cauere à ſolis mortalibus: cum interim eorum conſcientiæ præ incuria infinitis penè culpis venialibus implicentur. Hos ſui confeſſores admonitos eſſe curent de his non modicis incommodis, quæ multiplicatio culparum venialium ijs aſſuetis afferre ſolet.

¶At quidem incommoda hæc quanta ſint, *Caieta.* prout refert Metina ſua.1.2. Caieta. egregie docet, quia inquit præter ea quæ dicta ſunt, veniale ad mortale diſponit, feruorem charitatis impedit, tepidum reddit, & à Deo





euomendum. Quam doctrinã Caietani, Metina loco citato, pulchre exornat quibuſdam appoſitiſsimis adhibitis exemplis ex Baſilio, Plutarcho, Seneca, Diuo Chryſoſtomo, Plinio, Plauto, qui de hoc puncto meminerunt, aſſumptis.

*Comparatio venialium.* ¶Primò enim, culpis venialibus multiplicandis aſſuetus, cõparatur viro deſperanti ſe
1 fore diuitem: qui idcircò omnia prodigit, atque profundit: ſicut & è conuerſo, qui ſperat ditari, etiam minima commoda non cõtemnit. Sic aſſuetus venialibus, ideò eorũ incommoda curare non videtur; quia deſperat ditari in Domino. Si enim diuitem fieri in Deo ſperaret: iſta incommoda ſpiritualia à multiplicatione venialium orta, non negligeret: ſed ſatageret expellere, & cauere.

2 ¶Secundò, comparatur ſic venialibus aſſuetus flumini magno, quod ex guttis minutis pluuiæ, tantoperè interdum increſcere ſolet, vt exeundo proprium alueum omnia circunſtantia arua, deuaſtet, & perdat. Sic ex multiplicatione venialium diſpoſitiuè, tanta inundatio peccatorum mortalium increſcere ſolet, vt peccatorem ipſum diſpoſitiuè in illam inundationem immergat. De qua propheta Oſeas cap.4. *Oſeas.* meminit, dum ait; homicidium, & furtũ, & adulterium, inundauerũt.

3 ¶Tertiò, aſſuetus venialibus aſsimilatur arbori, cui paulatim decidunt folia: donec tota folijs denudata, & turpis, & indecora manet: nec valens commodê deinceps protegere fructus, aut eos conſeruare ab intemperie aeris, & ab ardore nimio ſolis. Sic aſſuetus venialibus, quaſi arbor amiſsis folijs, quorum amiſsio parua videbatur, manet, nõ valens ita commodê fructificare in domino, nec in Deo fructus vberiores facere.

4 ¶Quartò, comparatur ſaxo tãdem emollito, & ex inſtillatione aſsidua guttarum pluuiæ concauato. Sicut enim abundantia guttarum, earumque aſſuetudo cadendi, ſaxum quantumuis duriſsimum emollit, & cauat: ſic aſſuetudo peccandi venialiter, hominem alioquin conſtantem, & firmũ tandẽ emollit, & concauat cor eius diſpoſitiuê: vt tandem diſpoſitiuè præcipitet eũ in mortalia.

5 ¶Quintò, aſsimilatur venialibus aſſuetus homini, qui plagas paruulas, aut ſciſſuras minimas in ſuo corpore pati ſe videns, ideò id malũ negligat, quia, inquit; Nihil curo, quia paruæ ſciſſuræ, & plagæ ſunt. Cui excandeſcens Diuus Auguſt. *D. Auguſt.* ait: Noli dicere paruæ plagæ ſunt venialia. Ideò, non tantoperè curo: quia ſicut toto corpore oppletus liuoribus, & paruis plagis, totus fœdus eſt: ſic tu per tot venialium minimas plagas, coram Deo, imaginem tuæ conſcientiæ fœdaſti: Tollunt enim venialia, etſi non ipſam gratiam, bene tamen eius nitorem: vt Theologi aiunt: ſed de his ſatis.

¶Præterea, hîc non omittendam cenſeo, & illam quæſtiunculam, qua quæri ſolet, *Quæſtio.* vtrùm peccatum veniale dicendum ſit, eſſe contra legem, aut non. ¶Reſponſio eſt faci- *Reſp.1.* lis: Nam tenendo cum communi opinione, dicimus, peccatum veniale eſſe peccatum præter legem commiſſum, non contra legẽ. Eſt enim peccatum veniale comparatum ad mortale, imperfectum peccatum contra Durandum. Licèt ſecundum Metinam. *Metina.* 1.2. peccatũ veniale, in modo loquendi, ſimpliciter hoc eſt ſine addito, appelletur peccatũ: eſt tamen quid imperfectum, in genere mali culpæ: atque ideo, Dei amicitia non dicitur priuare. Secundò, *Reſp.2.* ſuperaddo ad punctum quæſtionis, non diſcedendo à ſententia communi propoſita; vt in aliquo ſenſu admittamus ſententiam Durandi, ex mente Metinę Salmant. loco allegato, aliquomodo poſſe dici peccatum veniale eſſe contra legem. Nõ quidem ex eo, quôd ſit contra finem, & intentionem legis: quia non eſt contra charitatem: ſed in hoc ſenſu dicitur eſſe cõtra legẽ: hoc eſt, quia veniale eſt contra virtutem prudentię, & contra dictamen ipſius rationis, dictans, non licere veniale committere. In quo ſenſu non videtur omnino diſſonus, aut abſurdus iſte modus loquendi.

¶Præterea, non immemor promiſsi ordinis hîc ſeruandi, ad diffinitionẽ peccati mortalis ſtatuendam accedo. *Diffinitio peccati mortalis.* Sed, quia autore philoſopho, diffinitio debet eſſe breuiloqua, non redundans, nec diminuta: ideô exploſa hîc, illa prolixa Nauarri de peccato mortali diffinitione, meliùs, & ſuccinctiùs, & conformiùs doctrinæ Diui Thomæ ſic diffiniri puto, ſcilicet; Quod peccatum mortale eſt peccatum, quod eſt contra charitatẽ Dei, & proximi in re graui.

¶Secundò, ſi aliam diffinitionem peccati *2. Diffinitio peccati mortalis.* mortalis velis, accipito illam, quæ etiam bona eſt: quã etiã inſinuat Metina *Metina.* in ſua Summula, de inſtructione confeſſorũ. fol.17. pag. 12. vbi, Peccatum mortale eſt, inquit, peccatum occidens animam, & eam ſpolians vita ſpirituali, hoc eſt, gratia. Vbi per effectum videtur peccatum mortale diffiniſſe.

¶Inſuper, quia peccata mortalia ſunt, quę tã de obligatione præcepti, quã etiã de neceſsitate veniũt confitẽda, venialia autem nõ ità, ſed volũtaria ſunt materia confeſsionis:

A Nam iuxta concil. Triden. licèt peccata venialia apta ſint materia confeſsionis ſacramenti, ſed non ſunt eiuſdem ſacramenti, materia neceſſaria. quia per alia quoque remedia, deleri poſſunt. Ideò pro clariori ordine procedendi, non præter propoſitum noſtrũ erit, ſi hîc regulas quaſdam præſtituamus ad id diſcriminis percipiendũ, quod inter mortale & veniale peccatum ſolet inueniri.

*Regula diſcernẽs inter venial. & mort.*

¶Sit igitur prima regula; Omne id, quod contra Dei mandatũ, vel eius Eccleſiæ omittitur, vel committitur cum ſufficienti deliberatione, & in materia graui præſertim, eſt peccatum mortale. Sicut, ſi quis ageret contra mandatum non occidendi, non fornicandi, vel tranſgrederetur aliquod eccleſiæ præceptum; vel non ſoluendo decimas, vel non confitendo ſemel in anno.

1

B

*Regul.2.*

¶Secunda regula, omne illud, quod contra amorem Dei, vel proximi notabiliter, committitur, vel omittitur, peccatum quidem mortale eſt; vt pote deſtructiuum charitatis, & ſpoliatiuum vitæ ſpiritualis, qua cum viuit anima. At verò veniale, (vt prædiximus) charitatem non excludit; neque ei contrariatur; neque ab ea diſcedit omnino, niſi veluti aliquantiſper obliquè, retardando à via eius: ſic neque eius deſtructiuum eſſe dicitur, licèt eius feruorem tepefaciat. Ad hoc genus peccati venialis pertinent otioſa verba, & vana gloria, & alia huiuſmodi, quãdo contingunt eſſe ſine damno notabili tertij, aut abſq; aliqua alia mortali circunſtantia.

C

*Reg.3.*

¶Tertia regula: Omne illud opus, quod in graue detrimentum proximi vergit, vel contra honorem Dei militat in materia graui, eſt peccatum mortale. Et patet; quia hoc opus non compatitur cum Dei, aut proximi charitate.

*Regul.4.*

¶Quarta regula ſit, peccatum, quod in aliqua prædictarum regularum non comprehenditur, veniale eſſe cenſendum eſt, ita Metina in ſua Summula.

D

*Quæſtio.*

*Quando ex ſe mortale fit veniale.*

¶At, quia prædictæ quæſtionis deciſio pro ſui complemento expoſcit expediamus & hanc ſibi annexam quæſtionem, ſcilicet, quibus modis, accidere poteſt, quod opus illicitum, quia in nulla prædictarum trium regularum comprehenditur, per conſequens cenſendũ ſit eſſe tantũ veniale; Ad hãc quæſtionẽ dicẽdum eſt planè, triplici via id vſu euenire poſſe. Primò modo, quãdo aliquod opus ex ſe, & ex ſuo genere erat peccatũ mortale, vt furtũ: & fit veniale ratione paruitatis materię, ſicut furtũ vnius dipõdij, aut plumę.

*Reſp.*

¶Secundò, id quoque accidere poteſt ſcilicet, quando, cum opus illicitum eſt mortale ex ſua ſpecie, defectu tamen perfectæ deliberationis, contingit fieri veniale. Sicut in repentinis motibus cogitationum, etiam infidelitatis, vſu euenire ſolet: qui quidem motus ſolent eſſe non ſufficiẽter deliberati, nec plenè per conſenſum voluntarij. Et ratio vtriuſque eſt: Quia ſicut in naturalibus, ſpecies deſtruitur tam defectu formæ eiuſque remotione, quam etiam defectu paruæ materiæ & modicæ, in qua, nec forma, nec ſpecies poteſt conſeruari: ità cum deeſt plena deliberatio circa tale peccatum, quæ ſe habet veluti forma actus, prout eſt humanus: & etiã, cũ contingit inueniri in parua materia, remanet veniale, vnde non conſeruatur ſpecies.

*Quæſtio.*

¶At, ſi quis curioſus difficultatum indagator, inquirere pergat, vtrùm ſemper paruitas materiæ excuſet à mortali: ſoluit hanc quæſtionem Metina in ſua Summula, loco citato, poſtquam tertium modum peccatorũ venialiũ adnumerauit. Cuiuſmodi ſunt, nẽpe, peccata ea, quæ de ſuo genere, ſunt venialia; qualia diximus eſſe verba otioſa, mẽdacia leuia, neminem grauiter lędentia. Vbi ſtatim ſubiungit exceptionem duorum caſuum; in quibus paruitas materiæ non excuſat à mortali. Primus caſus eſt, vbi diſtinctius loquendo hic, quàm Metina, exemplificamus primò in iuramẽto aſſertorio, quando quis ſic iurat falſè; Iuro per Deũ, non leuaui feſtucam, vel ſtipulam de terra manu mea. Licèt res ſit parui, vel nullius momenti, leuaſſe, vel non leuaſſe ſtipulam de terra, tamen ratione materiæ leuis ſic iuratæ falſè, non ſolum tale iuramentum, ſeu periurium non fit veniale: imò cûm ſit mortale inde aggrauatur, quia in rebus nullius penſi, nihilq; referentibus, adducitur Deus in teſtem falſi. Sicque ſimilibus aſſertorijs. Secundò exemplificare id poſſumus in iuramentis, quotidianis, promiſſorijs, aut cõminatorijs. Vbi, ſi quis promiſerit iuramento dare dipondiũ, aut iuramento cõminatus eſt aliquis impingere alapã puero; vbi materia iurata adeò modica eſt, vt ferè nullius ſit momẽti ſi tamẽ, cũ ſic iurans iurauit, defuit ei animus adimplẽdi (quia in animo iurantis defuit præſens veritas) periuria ſunt mortalia talia defectu intẽtionis adimplẽdi: quia adducitur Deus in teſtẽ falſi, putà illius iuramẽti, quod nõ intẽdit adimplere: quidquid ſit de culpa impletionis, vel non adimpletionis poſteà, & de eius qualitate, de qua modo nihil loquimur: quia id difficultatis, ſuo reſeruatur loco proprio.

*Metin.*

*Exceptio. 2.*

1

2

*Caſus. 2.*

¶Secundus caſus eſt, quando contingit aliquid



A aliquid mali, licèt in ſe ſit modicum, fieri cauſa contemptus. Vt ſi quis in contemptum diuinæ legis verba proferret otioſa: eſſet plane mortale, neque excuſaret paruitas materiæ. Sed caſum hũc nõ eſſe adeò certum, ait Metina. Quia Caietanus in ſumma, verbo, contemptus, non tam vniuerſaliter hunc caſum recipit: ſed limitans eum, ſic ait, verum eſſe, quod peccans, quomodocunque ex contemptu ſimpliciter, mortaliter peccat: ſed qui contemnit aliquid, ex eo, quòd minimum eſt, non contemnit ſimpliciter: ſed ſecundum quid, ideò non peccat mortaliter. Modificat enim illum contemptum cum illo minimo, ſicut qui accipit minimum, nõ dicitur furari ſimpliciter. Quam Caietani modificationem non carere probabilitate, cenſet Metina, vbi ſupra.

*Metin.*
*Caietan.*

B

# CAPVT II.

*Vtrùm ſemiebrij, & ſemidormientes defectu deliberationis perfectæ, vt ait Nauarrus, excuſentur à mortali: Et quibus caſibus, quod ex ſe eſt mortale contingat eſſe veniale: Et de cogitationibus illicitis; quando ſint veniales, & quando mortales.*

C

*Quæſtio.*

QVia materia, de qua, quia veluti præambulum eſt, ad totam fabricam libri, cœpimus exordium, vt prolixitatem capituli vitaremus, inconſummata remanſit, reliquas ei annexas, vel appendices quæſtiones; dabimus operam, hîc diſcuſſas relinquere. Quare quæritur vtrùm illa aſſertio Nauarri vera ſit, quã ſua ſumma Latina, Præludio. 9. cap. 10. in confirmationem doctrinæ ſupra traditæ: vbi docuimus defectu deliberationis, quod alias ex ſe erat mortale peccatum, accidere eſſe veniale, affirmat Nauarrus ſemiebrios, vel ſemidormientes, vel alios adeò turbatos ſic, quòd deliberatio imperfecta ſufficit in illis ad veniale, ſed nõ ad mortale, propter paruitatem iudicij, excuſari à mortali. Cuius ſententiæ citat autorem Maiorem in. 3. ſentent. diſt. 37. quæſt. 14. col. fi. eumque commendat, eò quôd pulchrè ſic determinauerit. Vera ne ſit, inquam, hæc ſententia quæritur. Et certè, ſi ſuperficie tenus agamus, videtur ſanè vera, nec neganda. At ſi in principijs Diui Thomæ inſiſtamus, videtur eſſe menti Diui Thomæ parùm conſona. Igitur reſponſurus ad quęſtionem præmitto documentum Diui Thomæ. 2. 2. quæſtio. 154. artic. quinto. in ſolutione ad. 2. vbi ſic ait; Vires ſenſitiuæ inferiores magis, vel minus opprimuntur à ſomno, propter vaporis turbulentiam, vel puritatem, & ſecundum hoc, vſus rationis magis, vel minus impeditur. Semper tamen quantum ad aliquid impeditur, vt non poſſit omnino iudicium liberum habere, vt in 1. parte dictum eſt: & ideo non imputatur ei ad culpam, quod tunc agit. Et hoc ideô euenit: quia, vt Diuus Thomas docet in corpore articuli, nullus eſt dormiens: quin non intendat aliquibus ſimilitudinibus phantaſmatũ, veluti rebus. Et ideô, inquit, id quod agit homo dormiens, qui non habet liberum iudicium rationis, non imputatur ei ad culpam, ſicut nec illud, quod agit furioſus, aut amens. Hæc Diuus Thomas. Ex qua plane doctrina, videor mihi colligere, in ordine ad actus morales, & humanos, non dandum eſſe medium inter dormientem & non dormientem, ſeu vigilantem, aſsignando tanquam medium ſemidormientem: qui neque omnino dormit, neq; omnino vigilat, quidquid ſentiat vulgus. Cuius modum loquendi non reprobo: quia per ſemidormientẽ, intelligit vulgus eum, cuius in ſomno, vſus rationis minus impeditur: licet ſecundum Diuum Thomam, ſemper impediatur taliter, quod eius tunc actiones non imputantur ad culpam. Vbi abſolutè loquitur Diuus Thomas, non diſtinguendo de culpa veniali, aut mortali, vt diſtinguit Nauarrus. Igitur dormiens, & non dormiens cõtradictoria ſunt: inter quæ non datur medium: ſicut neq; inter currens, & non currens.

*Nauar.*

*Maior.*

A

*Documẽtũ. D.Thom.*

*Deceptio ſõniantis inde contingit.*

B

C

*Concluſio.*

¶Hoc præmiſſo, ſtatuitur concluſio hęc contra Nauarrum & Maiorem: Non datur homo ſemidormiens, qui pro tunc, in ſomno habeat iudicium ſufficiens ad peccãdum venialiter. Hęc cõcluſio innititur primò autoritati, & documento Diui Thomæ ſupra allegato. Vbi ait, licèt iudicium rationis in dormiẽte minûs, vel magis impediatur, ſemper tamen quoad aliquid impeditur: & ideò non imputatur, quod pro tunc agit ad culpam. Ex quo Diui Thomæ principio ſic arguo: Semidormiens dicitur vulgariter aliquis, cum minus, in ſomno eius vſus rationis impeditur: ſed etiam cum in ſomno, minus vſus rationis impeditur ſemper, inquit Diuus Thomas, quoad aliquid impeditur: vt non imputetur ei ad culpam; ergo ſemidormientes, id eſt ij, quorum ſenſus in

D

A ſomno minus impediuntur, tam ſufficienter pro tunc impediuntur: vt pro tunc nullam culpam neque venialem actualiter ſint ſufficientes committere. Et confirmatur cōcluſio; Quia ſecundum Thomiſtas, non adeptus perfectum vſum rationis non potuit peccare ante venialiter, quā mortaliter: vnde inferunt aliqui, ante vſum rationis plenum, non potuiſſe inueniri in puero peccatum veniale, cum originali, quia ſecundum Caietanum, qui excuſatur aliqua ratione à maiori, cæteris paribus eadem excuſatur à minori: ergo ſi puer, ante plenum vſus rationis aduentum, propter imperfectionem vſus rationis excuſabatur à mortali, etiam à veniali excuſabitur: quia maior deliberatio, & diſcurſus requiritur ad aduertendam & cognoſcendam malitiam peccati venialis, quā mortalis, quia malitia peccati mortalis regulariter ex ſe, eſt manifeſta magis, & venialis nō tantopere: ita ergo pari ratione, ſi ſemidormientis, id eſt, in ſomno minus impediti, quoad vſum rationis deliberatio adeò imperfecta eſt, quòd excuſat à mortali excuſabit quoque à veniali.

*Caietan.*

B ¶ Item, eadem difficultas emergit de ſemiebrio, an propter paruitatem iudicij, vt ait Nauarrus, excuſari poſsit eius opus malum à mortali, licèt non à veniali? Et quidem C videtur etiam aliquibus, idem eſſe dicēdum de ſemiebrio, quod diximus de ſemidormiente. Sed tamen, quia inter vtrumq;, non nihil diſcriminis agnoſcere mihi videor, pro difficultate diſſoluenda, duo documenta, ex D. Thomā. 2. 2. quæſt. 150. art. 1. & 4. hic præmittenda duxi. Primò, quòd ebrietas dupliciter poteſt accipi. Primò, prout ſignificat ipſum defectū hominis: qui accidit ex multo vino potato: ex quo fit, vt non ſit compos rationis. Et ſecūdum hoc, inquit D. Th. ebrietas non nominat culpam: ſed defectum pœnalem conſequentem ex culpa. Alio mo D do, ebrietas poteſt nominare actū, quo quis in hunc defectum incidit: qui actus fuit cauſa ebrietatis. ¶ Secundum documentum eſt ex 4. argum. quod ex parte defectus conſequentis, in quo ligatur vſus rationis, ebrietas habet excuſare à peccato, in quātum cauſat inuoluntarium per ignorantiam. Sed ex parte actus præcedentis cauſantis ebrietatem: ſi fuit ſine peccato, tunc totaliter excuſabit à culpa: vt potatio excuſata ex inexperiētia, & inaduertentia fortitudinis vini & debilitatis capitis. Si autem talis actus præcedens fuit culpabilis: tunc ebrietas inde ſequens, non excuſat totaliter à culpa peccatum ex ebrietate cauſatum: ſed diminuit tantū peccatū ſequens, quantùm diminuitur ratio voluntarij. Iuxta ſententiam Auguſtini dicentis contra Fauſtum, quod Loth culpandus eſt, non quantum ille inceſtus, ſed quantùm ebrietas meruit.

*2. Docum. D. Thomæ.* — 1 — *2. Docum.* — *D. Auguſt.*

¶ At his præiactis fundamentis, & præſtituta diſtinctione, quòd duplex ſit ebrietas, alia plena priuans vſu rationis: alia non plena: quia rationis vſu non priuat, nec impotentem ad deliberandū facit: ſed aliquantiſper conturbat caput, vt nō tam aptum, & commodum ſit, ad deliberandum:

*1. Propoſ.*

¶ Sit prima propoſitio: Ebrietate non plena aliqualiter turbatus capite, ſed non omnino rationis vſu priuatus: qui ſemiebrius ſolet vocari, ex defectu paruitatis iudicij non valet excuſari à mortali, ſi tale opus malum commiſit, contra Nauarrum. Patet; quia ſufficientem vſum rationis habebat, licèt non tam aptum ad deliberādum perfectê omnino. Exempli gratia: Quando aliquis benè potatus, ita bene eſt confortatus capite, quod rationis incompos nōn eſt factus, & tamen ſibi videtur, quod domus moueatur; hæc ſemiplena ebrietas, ſicut non eſt mortalis, licèt ſit graue peccatum, quia ſecundùm mentem D. Tho. 2. 2. q. 150. art. 1. & 5. & Caietan. ibi ratio non obumbratur, ita non excuſatur talis à mortali: ſi tunc illud committat. Non inficior tamen aliunde in iſto ſemiebrio, ſicut cōtingit in omnino ſobrijs ex ſubreptione, vel ex motu naturali, vel ſubita inaduertentia, poſſe opus eius pro tunc à mortali excuſari: ſed non ex paruitate iudicij: vt ſcilicet inſinuat Nauarrus: quôd quaſi tā paruum habeat iudiciū tunc: quod pro tunc non poſsit perfectè deliberare ad culpam committendam mortalem.

*Probatio.* — *D. Tho. Caiet.*

¶ At verô inſtabit quis rogitando: qua ratione in ſemidormientibus, ſufficientem vſum rationis eſſe ad tunc peccandū mortaliter negauimus, & in ſic ſemiebrio illū poſſe eſſe cōcedimus? Rationē libenter diſcriminis excerptá ex D. Th. reddimus. Nempe, quia ſemper qui in ſomno minùs impeditum habet vſum rationis, qui ſemidormiēs vulgo dicitur, taliter habet illū impeditū, quod ſecundum D. Thomam ſimilitudinibus phantaſmatum intendit, veluti ipſis rebus: vnde decipitur. At ſemiebrius, qui dicitur non rationis vſu impeditus: ſed taliter capite turbatus: quòd minùs commodè ratiocinari poſsit; quia tamen abſolutè deliberare perfectè poteſt; quia nō ita intēdit ſimilitudinibus phātaſmatum, vt ipſis rebus, nō decipitur; vnde ex paruitate iudicij, & vſus rationis à mortali tunc commiſſo non poteſt excuſari. Idem dicendum eſt de aliunde ſemiturbato, & hęc veriſimilior eſt reſolutio.

*Quæſtio.* — *Reſpōſio ex D. Thom.*



¶ Inſuper, quia eos modos, ſeu caſus ſupra retulimus, in quibus mortale ex genere, fit veniale, ſcilicet, ratione deliberationis perfectæ deficientis, aut ratione paruæ materiæ; nunc quaſi ratio efflagitare videtur: vt èconuerſo eos modos ſubijciamus: in quibus èontra, quod mortale eſt ex ſe peccatum, contingit eſſe veniale. ¶ Igitur animaduertens primo lectorem, quod non eſt meæ mentis hîc aſſerere, quod veniale poſsit fieri mortale per multiplicationem actuum venialium, etiam ſi in infinitum multiplicarentur: licèt verum ſit, quôd diſponunt ad mortale, eô quòd pronitatem, & maiorem libertatem ad peccandum ſæpius repetita ſolent cauſare; dico primò, quòd peccatum, quod ex ſe eſt veniale, poteſt eſſe mortale aliunde ſcilicet, quando in eo conſtituitur vltimus finis taliter, quod plus æſtimatur, quàm Deus; vel quando illud operans hunc concipit animum; quòd ſicut eſt veniale, ſi eſſet mortale, illud committeret.

*Quando ex ſe veniale fit mortale.* — *Caſus. 1.*

2 ¶ Secundo, quando ex ſe veniale parit periculum probabile ad mortale: ratione huius periculi adiuncti eſt mortale.

3 ¶ Tertiò, veniale ex ſe accidit eſſe mortale, quia ordinatur ad mortale: vt cauſa, vel medium, verbi gratia, cum quis vane ſe iactat de pulchritudine ad ineſcandam puellam, quæ quidem iactantia, ſi per ſe ſumeretur, eſſet venialis: ratione tamen mortalis finis, ad quem ordinatur, fit mortalis. ¶ Similiter, quando ludus alias venialis, cauſa eſt prætermittendi auditionem miſſæ in die feſto de præcepto; quam aliâs non omitteret quis, niſi propter illum ludum; mortalis culpa eſt ratione adiuncti mali effectus.

4 ¶ Quartò, vt iam ſupradictum eſt, quòd ex ſe veniale eſt, poteſt eſſe mortale ratione contemptus legis ſimpliciter, & ſine modificatione contemptus, ideſt, prout non eſt in minima materia ex mente Caieta.

*Quæſtio.* — *Quando cogitatio & deſiderium mortale.* — *Metin.* — *Cogitationes. 7.*

¶ Tanquam annexam materiæ huic, & illam quæſtionem attexendam cenſui, an peccata cogitationum, & deſideriorum interiorum; quæ habent aliâs obiectum mortale, ex aliqua cauſa excuſentur à mortali? At quia, vt ait Metina in ſua Summula, fol. 233. pag. 2. & fol. 234. ſpecialis difficultas accidit in hoc diſcernendo; ſumme refert ſummariè hoc declaraſſe. Pro cuius intellectione perpendendum venit, cogitationem malam ſeptifariam poſſe accidere in homine mala cogitante.



1 ¶ Primo modo, quando excutit eam ſtatim, vt aduertit, & cum celeritate eam à mente abijcit. In quo caſu, tantùm abeſt, vt ſit culpa confitenda, vt revera ſit meritum, & corona, talem cogitationem malam ſtatim expuliſſe etiam ſi contrapugnatio, & infeſtatio malæ cogitationis duraſſet diu, ſi fortiter homo ei reſtitit: coronam ſibi per talem certamen parabit per reſiſtendi meritum.

2 ¶ Secundo modo id accidit, quando male cogitans ex imperfecta deliberatione in illicita cogitatione detentus eſt. In hac verò co B gitatione interuenit peccatum veniale tantò maius, vel minus, quantò in ipſa illicita cogitatione maior, vel minor fuit detentio. Modus autem confitendi peccatum hoc debet eſſe dicendo, accuſo me cogitationem inhoneſtam vel iræ, vel odij menti meæ obueniſſe, quam non ita cito, vt debueram, â me expuli; quin potius aliquantulum detentus fui in ea. ¶ Porrò, quia huic doctrinæ confine eſt, libet hîc adnotare illud documentum à Metina in ſua Summula fol. 262. par. 1. & 2. traditum, vbi ſic ait; Quando pœnitens ſapiens eſt, & prudens, & cordatus; huic confeſſor non perget moleſtus eſſe ipſum inter C rogando. Vt in caſu, verbi gratia, quo homo doctus confitetur ſe habuiſſe cogitationem inhoneſtam, non eſt interrogandus vltra à confeſſore, ſi fuit virgo, vel vxorata, vel ſoluta, de qua inhoneſtê cogitauerit: quia ſi id explicatu neceſſe eſſet: id ſanè pœnitēs, quia literatus eſt, explicaſſet. Et hoc particulariter intelligitur, quando confeſsio huiuſmodi docti hominis eſt confeſsio de peccatis venialibus.

*Modus confitendi.* — *Documētū Metin.*

3 ¶ Tertio modo poteſt accidere cogitatio illicita, quando cogitans ſimul conſenſu & animo non caruit cogitationem ſuam malam deducendi ad opus: etiam ſi poſteà eam D cogitationem executioni nōn mandauerit. Palam eſt hîc interuenire peccatum mortale; & eiuſdem ſpeciei, id eſſe, cuius eſſet opus, ſi fuiſſet conſummatum, quia, vt ibi admonet Metina, iuxta ſententiam Theologorum; opus exterius nihil eſſentiale addit interiori.

4 ¶ Quarto modo, illicitè cogitans ſe poteſt habere circa cogitationem illicitam; ſcilicet, quando placet ſibi ſic cogitare, vel delectationis gratia permittit ſibi ſic cogitare de re inhoneſta, de vindicta, etiam ſi careat propoſito prodeundi ad opus cogitatum. Vbi certè peccatum mortale non abeſt. Eſt enim

peccatum hoc delectatio, quam moroſam Theologi vocant. Nam caſus hic dicto communi, ſeu dicterio aſsimilatur, cùm paſsim adagio dicitur; ſi in taberna non poto: tamen in ea commorari gaudeo. Genus autem peccati hoc eſt, quod vt frequentius in perſonis vitijs deprauatis, & mente effœminatis, & ad delicias ſenſuales inhiantibus ſolet accidere, & inueniri. Eſt autem mortalis talis moroſa hæc delectatio, quia explicitè licet non conſentiat in opus, tamen eſt cum conſenſu in ipſam delectationem operis, neque abeſt à periculo manifeſto conſentiendi in opus peccati ſic cogitati. Prædicta in hoc quarto modo ſic intelligas bone lector, ſcilicet, quando ſic cogitans aduertit, & acceptat delectari in illa cogitatione. Quia ſi non aduertit ſe tale quid cogitare, non erit ſaltem peccatum mortale talis delectabilis cogitatio. Hoc autem inaduertentiæ genus poteſt & accidere in cogitationibus aliorum peccatorum odij, & vindictæ, & in alijs peccatis mortalibus, licèt deſideria carnis, vindictæ, & odij ſoleant eſſe vehementiora, & cogitationes eorum fortiores. Quare in his cogitationes accidentes ſine aduertentia, interdum non vacant culpa veniali quando licet ſic cogitantes non aduerterunt, poterant tamen aduertere: & debuerant aduertere; & eſſe veluti in ſpeculatione ad reprimendos inordinatos inſurgentes motus animi. Ita Metina ibi.

5 ¶ Quinto modo, malè cogitans ſe poteſt habere circa cogitationem, ſcilicet, quando in eam non conſentit, neque ex complacentia illius in illa immoratur, ſed ex negligentia non æſtimatæ cogitationis, vel delectationis; propter quam non timet ruere, neque in talem delectationem, vel in opus eius, confidens in conſtanti voluntate ſua. Tunc non peccat mortaliter, ſed venialiter: quia in veritate non conſentit, nec putat ſe illam delectationem continuare & acceptare, ſed ſine periculo ſuo, quia conſtans eſt eam tantum pati. Secus eſſet, ſi eſſet fragilis, videnſque ſibi imminere probabile periculum conſentiendi, eam non propulſaret à ſe. Et ſecùs eſſet etiam ſi ex complacentia illius delectabilis cogitationis, vellet eam pati, nec eam à ſe amouere curaret; quia in his caſibus delictum eſſet mortale. Hæc ex Caietano. Idem dicendum videtur ſecundum Nauarrum de eo, qui ſecurus de ruina in conſenſum operis, vel delectationis, eam non acceptat cogitationem pluries, & infeſtè inſurgentem; ſed neque

*Caieta. Nauar.*

conatum ſuæ imaginationis apponit ad eam repellendam, ne per nimiam apprehenſionem eam repellendi, vires illius cogitationis intendantur, & increſcant. Ideoque conſultius putat de ea non curare. Sicut viris laſciuis conſulitur de peccatis laſciuiæ etiam ad dolendum non multum immorando cogitare; ne ex tali cogitatione ſubrepat libidinis tentatio vehemens, quæ eos præcipitet in peccatum, vt Sotus ait. *Sotus.* Quia iſte ſic cogitans, & ſic à periculo ſecurus, ſi poſitiuè non nitatur eam expellere ex cauſa prædicta, non ideò peccabit mortaliter. Secus eſt, ſi ex eius complacentia in ea immoraretur, aut cum periculo conſenſus eam cogitationem aduertenter pateretur.

¶ Sextus modus, qui adnumeratur à Metina, 6 *Metina.* qui potiùs tangit conſenſum in peccatum, quàm cogitationem, eſt, quando aliquis conditionalem conſenſum habet in peccatum. Sicut, ſi intra ſe ſic in animo ſtatueret; Si poſſem abſque infamiæ nota, aut pœnæ periculo ſuffurari mille aureos, quibus cum poſſem meæ indigentiæ ſubuenire: libenter id agerem; vel vlciſcerer me de tali, vel tali muliere potirer. Certè cogitatio hæc cum tali conſenſu conditionali culpa mortalis eſt, quando de materia lethali eſt: ſi autem de veniali materia ſit, erit venialis. Ceterùm, ſi aliquis intra ſe cogitans in animo diceret. Si peccato, aut offenſa Dei careret id facti, vindictam mihi ſumerem de Petro, hoc citra vllam culpam diceret, quia conſenſus eius non eſt in peccatum, quia vlciſci ſe, & occidere, ſi non eſſet offenſa Dei non eſſet peccatum. Non nego tamen iſtum cogitatum, furarer, ſi non eſſet offenſa Dei, poſſe eſſe inanem, & vanum, cum ocioſè hoc cogitat, ſed talis culpa regulariter ſecundum Metinam non excedit limites venialis peccati.

¶ Tandem animaduerſione hic opus eſt, *Nota.* quòd cum de delectatione meminerimus, ne in æquiuoco laboretur, cùm duplex ſit delectatio; ex parte rei de qua eſt delectatio, *Delectatio 2.* poteſt eſſe vna, ſcilicet, de opere cogitato, vt de homicidio, vulneribus, & huiuſmodi. Et iſto modo eſt delectatio moroſa, & conſequenter mortalis; quia qui ſic cogitat, & delectatur de tali opere mortali aduertenter cogitato ſecundum Diuum Thomam oſtendit ſe ſufficienter inclinatum in opus. Nec peccatum hoc contingit in benè diſpoſitis, ſed tantum in male habituatis; qui ſi ſine infamia, aut mundano reſpectu poſſent peccare, iam parati eſſent. Alia delectatio eſt





quæ poteſt eſſe de ipſa cogitatione ſpeculatiua (vt aiunt Theologi) nam anima naturaliter delectatur in conferendo præcipuè noua, & mira, dum occurrit aliquis nouus modus peccandi. Et hæc cogitatio tanquam mira, & noua inhæret animæ, & parit delectationem. Et hoc accidit præcipue curioſis & affectis ad ſubtiles inuentiones. Et delectatio hæc, & cogitatio ſi per ſe ſumatur non eſt mortale peccatum, quia non eſt de opere malo: ſed de cogitatione ipſa ſpeculatiua, ſed peraccidens, ratione periculi conſentiendi in opus, vel in delectationem operis, quod ſibi parare poteſt qui ſic cogitat, quando fragilis eſt, & procliuis ad malum, mortale eſſe poteſt in illo. Sicut etiam ſi aliquis de huiuſmodi de rebus cogitet, vt ſtudeat, componat, & huiuſmodi non eſt cogitatio moroſa, quia de malo actu non delectatur, autore Caietano, confirmante ſe dictis D. Thomæ. 2.2. q. 74. art. 8. & de veritate. quæſt. 15. art. 8.

*Caietan. D. Thom:*

*De delectatione viduæ.* ¶ At verò de delectatione viduæ de actu præterito cum coniuge, & de delectatione, quæ oritur ex volitionibus & cogitationibus conditionalibus, ſic cōceptis in animo, Fruerer illa fœmina, ſi eſſet vxor mea, & alijs huiuſmodi, quoniam in ſuo loco propriori poſteà diffinienda veniūt, in his hîc amplius non immorabor. Sed cōcludo tandem, quòd quia examina iſta cogitationum tam difficilia ſunt, vt de conſenſu in rem cogitatam, vel in eius delectationem etiam pœnitens ipſe interdum hæſitet: ita, vt diſcernere nequeat, qualiter ſe circa cogitationes illicitas habuerit, an conſenſerit, an non, præter alias coniecturas hac via, vt Caietanus docet, *Nota Caiet. optima.* confeſſor coniectare poterit, an pœnitens dubius de conſenſu, conſenſerit, an non. Quia ſi timoratæ eſt alioquin conſcientiæ, & ſolitus malis conſenſibus in illa materia reſiſtere, coniecturale ſignum eſt valde non conſenſiſſe. Secus ſi effrænis eſt pœnitens, ſolituſque ſe in talia opera, & conſenſus præcipitem dare. Nam tunc in dubio eius, potius iudicandum eſt ab ipſo & confeſſore ipſum præſtitiſſe conſenſum ad malum. Sed de his ſatis.

# CAPVT III.

*De cauſis, quæ poſſunt excuſare à peccato in toto, vel in parte: Et an conſcientia erronea, vel ignorantia, vel dubium à peccato ſic excuſet: Et an inaduertentia in aſſueto iurare excuſet illum à periurio: Et an ſurreptio hic excuſet.*

QVoniam eas quæſtiones veluti fundamentales & exordiales, ſcilicet, de diffinitione diuiſioneq; peccati mortalis à veniali, deque notis, quibus internoſci poſsint, cœpimus enodare, conſentaneum hîc planè eſt de his cauſis, quæ à peccato in toto, vel in parte ſolent excuſare, ſicut de defectu deliberationis perfectæ, & de paruitate materiæ excuſantibus aliquo modo diſertum eſt, vt & hîc diſſeramus.

¶ Et primò hîc quidem reuocatur in dubium, *Quæſtio.* an conſcientia erronea excuſet à peccato taliter, quod ei ſe conformans immunis euadat à peccato. Solutio quæſtionis exigit hîc duo documenta ex D. Tho. 1.2. art. 6. & 5. prænotari. *Documenta D. Thomæ. 1* Primum eſt, quòd ſimpliciter dicendum eſt omnem voluntatem diſcordantem à ratione ſiue recta, ſiue errante, ſemper eſſe malam, quod confirmat D. Thom. ex philoſopho ſeptimo Ethicorum ſic tradente: Quod per ſe loquendo inconueniens eſt, quod non ſequitur rationem rectam, per accidens autem quod non ſequitur rationem falſam. Hoc autem ideo per accidens euenit, quia obiectum à quo ſumitur malitia, vel bonitas voluntatis, non ſecundum ſuam naturam tunc ſumitur, ſed ſecundum quod peraccidens apprehenditur à ratione, ſub illa ratione voluntas in illud fertur. Et ſi proponatur ſub ratione mali, inde voluntas illud volens, accipit rationem mali.

¶ Secundum documentum eſt, *Documenta 2.* quòd iſta quæſtio, vtrùm conſcientia erronea excuſet, eadem eſt cum illa, qua queritur, vtrum voluntas concordans rationi erranti ſit bona.

¶ Iam poſt hæc ad quæſtionem reſpondentes ſtatuimus cōcluſionem: *Concluſ. 1.* Si cōſcientia erronea erret errore voluntario directè, quia affectat neſcire, quæ ſcire poteſt, & tenetur, ſine dubio non excuſat à peccato: quia hæc eſt veluti ignorantia affectata: quia directè voluntaria eſt, non dicitur excuſare à peccato.

¶ Secunda concluſio. *Concluſ. 2.* Si conſcientia erronea erret errore volūtario indirectè circa id, quod quis ſcire tenetur, propter negligentiā ſciendi; non omnino excuſat; vt voluntas concordans tali rationi erranti non ſit mala, neque excuſat penitus à peccato, licèt extenuet malitiā peccati magis, vel minus, iuxta maiorem vel minorem negligētiam ſciendi; quod ſi aliâs ſciret eſſe illicitum non faceret. Sicut ignorātia vincibilis in hoc caſu, in his quæ quis teneretur ſcire non excuſaret omnino, vel ex omni parte. Ita D. Thomas.

*Concluſ. 3.* ¶ Tertia concluſio; Ratio errans ſeu conſcientia erronea, quando eſt circa ea, quæ quis ſcire tenetur, ſi abfuit omnis negligentia circa ſciendam veritatem; quia ad indagandam veritatem omnino fuit taliter errans ſolicitus, & deceptus eſt, excuſat penitus à culpa, iuxta regulam ignorantiæ inuincibilis, quæ dicitur omnino à peccato excuſare, iuxta mentem Diui Thomæ locis citatis.

*Quæſtio.* ¶ Hinc iam conſequenter contingit dubitari, an agens contra conſcientiam poſsit aliquo modo excuſari à peccato. *Dictum. 1. Soti.* Quam quæſtionem abſoluit Sotus de Iuſtitia & Iure libro quinto, quæſtione quarta articulo ſecundo dicens: Primo, quòd agere contra conſcientiam eſt intrinſecè malum: quia ſic agens agit id, quod exiſtimat eſſe malum. Secundo addit, quòd licet quidem agere contra ſcientiam ſpeculatiuam, non tamen contra ſcientiam practicam. *Scientia duplex.* Vnde iudex, qui ſecundum legitimè allegata, & probata, idonea teſtimonia, condemnat ſibi aliàs notum innocentem, non male agit; quia licet agat contra iſtam ſcientiam ſpeculatiuam priuatam, hic eſt innocens, non tamen agit contra ſcientiam publicam & practicam, quæ dictat illum fore occidendum: quia eſt legitimis teſtimonijs conuictus. Vnde damnando ad mortem illum innocentem legitimè probatum nocentem, non agit contra conſcientiam; quia agere contra conſcientiam non eſt agere contra ſpeculatiuam: ſed contra practicam ſcientiam. Pari nanq; ratione licet agere contra ſpeculatiuum dubium & non contra practicum. Vt patet in muliere, quæ bona fide nupſit, poſteà verò dubitat an interuenerit impedimẽtum dirimens, vnde rurſus ambigit an ille vir ſit ſuus. Iſta mulier iuxta canonicas ſanctiones exacta tenetur reddere debitum poſcenti, vt inſinuatur de ſecundis nuptijs. Vnde reddendo ſic debitum non agit contra conſcientiã. Quia licet agat cõtra iſtud dubium ſpeculatiuum, an iſte ſit ſuus, tamen contra nullum dubium practicum agit; quia non dubitat an reddere debitum in tali caſu teneatur. Imò de hoc eſt certa, quòd ad id aſtringatur obligatione in conſcientia.

*Corollar. Nauarrus.* ¶ Ex quo ſequitur, Nauarrum non ita propriè ſignificationem nominis conſcientiæ obſeruare in ſua ſumma lati. præludio. 9. num. 9. vbi ait, quod ad hoc, quod aliquod peccatum ſit mortale, non requiritur, neque ſufficit conſcientia generalis, licet requiratur, & etiam ſufficiat conſcientia ſpecialis, id eſt, hîc, & nunc dictans, non licere tale opus fieri, & eſſe mortale: quia conſcientia cum importet applicationem ſcientiæ ad opus particulare, quæ vt ſic hîc, & nunc conſiderat illud, conſcientia iſto modo non poteſt dici generalis, id eſt abſtrahens ab hîc, & nunc, & cæteris circunſtantijs particularibus. Vnde proprie non inuenitur conſcientia generalis. Sed parum refert: quia in re conuenit nobiſcum: dum ait, licèt alio ſtylo obſcuro hoc tamen in ſententia, ſcilicet, iuriſconſultus, qui dubitaret, an licet hîc, & nunc, & hoc conſilium ſibi liceat dare in die feſto, & ſtante dubio pro tunc tale conſilium daret, peccaret quidem: quod nos libenter illi concedimus; quia iſte tunc ageret contra dubium practicum. Si tamen ſtante dubio generali, an in die feſto liceat iuriſperitis conſilia clientulis præſtare, ipſe in particulari non dubitaret, in caſu ſingulari tali, vtpote ſummè neceſſario, & pio licere ſibi in feſto conſilium dare, non peccaret conſulendo: quia non agit contra dubium practicum: ſed contra veluti ſpeculatiuum & generale. Et in hoc ſenſu quoque interpretanda ſunt verba Nauarri, dum ibi ſubiungit, quòd ſi quis angatur ſcrupulo generali, hæſitando in generali, an aliquid liceat, vel non liceat, verbi gratia, an liceat ſibi in die ieiunij ſe ieiunium non ſeruare: ſi tamen certus in particulari hîc & nunc ſit, quod licet ſibi id, quia medicus ſic arbitratus eſt, & epiſcopus ſecum diſpenſauit, tunc ieiunium non ſeruando, nequaquã peccabit: quia agere contra ſcrupulum in generali in hoc caſu, non eſt peccatum. Sed licèt nolim eſſe nimis ſuperſtitioſus obſeruator verborum: quando de mente doctoris alioquin doctiſsimi conſtat, puto non ita propriè ſcrupulum talem dubitationem in genere appellari; quia ſcrupulus propriè ad conſcientiam refertur: quæ verſatur circa particulares actiones hic & nunc. Sed quidquid ſit de iſto modo loquendi, id quod addit Nauarrus ibi, ſcilicet, quod credens aliquid ſibi licere, ſi illud faciat non peccat, etiam ſi angatur ſcrupulo particulari in contrarium, verum quidem eſt; quia ſic agendo & credendo licere deponit ſcrupulum particulare in contrarium: Alioquin agere contra ſcrupulum non licet, niſi prius deponatur. At deponere illum licet, præſertim quãdo nullius eſt, aut minimæ apparentiæ: qui proprius ſcrupulus dicitur.

*Quæſtio.* ¶ Præterea, quia in mentem veniret aliquibus hæc dubitatio. Quia cõſcientia erronea ligat, niſi deponatur, ſi conſcientia dictet eis aliquid eſſe peccatum ſimpliciter tantum, non dictando an ſit veniale, an mortale, vt contingit circa aliquos caſus particularibus perſonis vulgaribus & imperitis, an ſi contra iſtam conſcientiam ſic dictantem agant, peccent mortaliter, an venialiter? Sciunt etenim ſe committere peccatum; nõ tamen aduertunt, an ſit mortale an veniale, quia neque ſi id aduerterent noſſent diſcernere. Caſus eſt frequens, cuius meminit Nauarrus ſumma latina, præludio. 9. nu. 9. Cui quæſtioni facturi ſatis reſpondemus primò, *Nauar. Reſp.* amplectentes in hoc ſententiam Nauarri: ſed tamen cum grano ſalis. Eius autem ſententia hæc eſt in forma, ſcilicet, peccata, quæ fiunt contra conſcientiam dictantem tantum eſſe venialia, vel eſſe ſimpliciter peccata, non dictando qualia, ſolum erunt venialia: ſi ex ſe alioquin non ſint mortalia. *Baldus.* In cuius confirmationem citat Bald. in. l. 1. de Senat. dicentem; In cauſato non poteſt eſſe plus virtutis, quam in id potentia cauſæ infundat. Pro quo facit capit. Licet ex quadã. de teſtibus. cap. 1. §. hoc notandum, qui feud. dar. poſſ. Et conſcientia dictans, quod aliquid ſit veniale, vel ſimpliciter peccatum non infundit in id lethalem grauitatem, quã non dictat. Igitur peccata contra talem conſcientiam facta non erunt ideò mortalia, niſi aliàs ex ſe mortalia eſſent.

¶ At hæc doctrina Nauarri, ſi vniuerſaliter intelligatur non videtur, vſquequaque vera. Nam contra ipſam militare videtur doctrina grauium, cordatorumque doctorum *Caiet. Sotus. Peña.* Caietan. & Soti, & Fratris Ioannis de la Peña, quorum ſententia celebris, & acceptata eſt iam in regula fraternitatis iuramẽtorum dicente, quòd ſi quis eſt in vſu iurandi, & mentiendi in iuramento, vt in plurimum peccat mortaliter inaduertenter iurando verum, niſi iuret veritates per ſe manifeſtas, ad quos ſufficit virtualis, aut momentanea conſideratio, vt ſi ſic iuret: Iuro quod Deus eſt: quod ſol eſt. *Redarguitur Nauarrus.* Cuius ratio potiſsima eſt, quia iſte ſic iurans ex inaduertentia craſſa, exponit ſe periculo frangendi præceptum, vt patet in ex inaduertentia iaciente ſagittas, vbi aliquis moraliter poteſt occidi. Vnde ſi vera eſt iſta ſententia, prout eſſe eam veram ſentio, ex ea ſupra dictam doctrinam Nauarri ſic redarguo: In his duobus caſibus, vbi quis ex vſu, non ex ſurreptione, ſolitus eſt frequenter iurare, & mentiri in iuramento, iſte iurat benè aduertendo, ſe iurare, non aduertendo an iuraret falſum, vel verum; ſi tamen iurauit verum, non excuſatur ratione prædicta à mortali in iſta iuratione veri: & tamen ſua conſcientia ſolum dictabat, vt ſuppono illud iuramentum eſſe tantũ peccatum, quia vidit eſſe ocioſum, iocoſum & vanum. Nec illi dictauit conſcientia eſſe, niſi veniale, aut ſimpliciter eſſe peccatum, non dictando quale (vt ſæpius contingit.) Et illa iuratio veri ex ſe non erat mortalis, & tamen tunc imputatur ad mortale: ergo falſa eſt doctrina Nauarri in hoc caſu, dicentis, quod agere opus, quod ex ſe non eſt mortale, non erit mortale, quando conſcientia dictat eſſe veniale, aut eſſe peccatum tantum. *Redarguitur Secũdo.* Sicut patet in caſu confirmationis, iactus ſagittarum, etiam in loco, vbi poteſt aliquis occidi ex ſe non eſt peccatum mortale, quia ſi adhibeatur diligentia cauens periculum non erit mortale, & tamen etiam ſi conſciẽtia iacientis ſagittas ei dictaret tantum eſſe peccatum veniale ibi ſagittas incautè iacere, non ideò talis proiectio ſagittarum ibi deſineret eſſe mortalis ratione periculi. *Limitatur Nauar.* Ergo non eſt vſquequaque vera doctrina Nauarri; ſed patitur exceptionem, quando habens tale conſcientiæ dictamẽ debuit cauere periculum peccandi mortaliter aliunde, experientia teſtante in tali opere ex mortalibus euentibus cauſatum, vt patet in exemplis adhibitis. Vbi in primo ex frequenti tali vſu iurandi paratur periculum iurandi falſum. *Exẽpla contra Nauar.* Et in ſecundo ex euentibus mortis exploratum eſt iacere ſic ſagittas incautè, periculo occidendi probabili non vacare. Tunc ratione periculi id, quod aliàs eſſet veniale contingeret eſſe mortale, niſi caueret periculum, etiam ſi conſcientia aliud dictaret, ſcilicet, ſolum eſſe veniale, quia eſſet conſcientia erronea non excuſans à mortali. Nam tenebantur periculum aduertere probabile: quòd ſi non aduertit cùm teneretur ſecundum Caietanum redit actus in naturam ſuæ formæ: vnde non excuſatur.

*Quæſtio.* ¶ At de ignorantia, an excuſet à peccato dicendum reſtat, poſt quàm cauſas à culpa excuſantes perſequi cœpimus. Et breuiter accipito expeditionem quæſtionis ex mẽte Diui Thomæ. 1. 2. quæſtio. 76. artic. 3. per has propoſitiones. *D. Thom. Reſp.*

*1. Propoſ.* ¶ Prima propoſitio, Ignorantia inuincibilis, quam quis per ſe, vel conſulendo alios idoneos non poteſt ſuperare, ſiue, quæ eſt eius, quod quis ſcire non tenetur, talis ignorantia omnino excuſat à peccato. Patet ex

ex ratione Diui Thomæ: quia eſt omnino inuoluntaria.

*2. Propoſit.* ¶ Secunda propoſitio, ignorantia voluntaria directè, id eſt affectata; ſicut quando aliquis ſtudioſè vult neſcire aliquid, vt liberius peccet, non excuſat à peccato. Patet; quia non cauſat inuoluntarium; neque etiam ſecundum quid, ergo nullo modo excuſat à peccato. Quia eſt ignorantia eorum, qui dixerunt Deo: Recede à nobis, viam ſcientiarum tuarum nolumus. Et quia vt liberius peccet vult ignorare. *Metina.* Quamuis Metina in prima ſecundæ auſit affirmare, quôd probabiliter poteſt defendi: quôd ignorantia affectata in aliquo caſu cauſet inuoluntarium B ſecundum quid; & per conſequens aliquantulum minuat malitiam peccati, ſcilicet, in caſu, quo eſto vult quis ignorare, tamen ſi ſciret tale opus ignoratū ignorantia affectata eſſe peccatum, illud nequaqûam faceret.

*3. Propoſ.* ¶ Tertia propoſitio; Ignorantia vincibilis, id eſt, eorum, quæ quis ſcire tenetur, licèt minuat malitiam peccati, non tamen totaliter excuſat à peccato. Exemplificat Diuus Thomas ibi in homine, qui propter laborem, vel propter alias occupationes negligit addiſcere id, propter quod à peccato retraheretur. Patet, quia talis negligentia facit ignorantiam ipſam eſſe voluntariam & pec C catum: ergo non totaliter excuſat à peccato; ſed quia cauſat inuoluntarium ſecundum quid, extenuat malitias peccati aliquantulum.

*4. Propoſ.* ¶ Quarta propoſitio: Ignorantia ſi ſit illius, qui committit actum habentem duas ſpecificas malitias, qualis actus eſt occidere clericum, vbi eſt malitia homicidij, & etiam ſacrilegij, ſi vnam malitiam ſciat, quia ſcit ſe occidere hominem, etiam ſi aliam ignoret: quia quem occidit, neſcit eſſe ſacerdotem, quod ſi ſciret, eum non occideret, non totaliter talis ignorantia excuſat à peccato. Hæc *D. Thom.* eſt Diui Thomæ, & probatur; quia cum tali D ignorantia adhuc remanet cognitio peccati, ſcilicet, quod occidere hominem ſit peccatum mortale.

*5. Propoſit.* ¶ Quinta propoſitio; Ignorantia concomitans, ſcilicet, quādo aliquis ignoranter occidit inimicum, quem occidendi alias habebat animum, ſed tunc quando illum occidit ignoranter, omnem adhibuit diligentiam, ne hominem occideret: hæc ſecundum Diuū *D. Thom.* Thomam neque accuſat, neque excuſat, neque *Durand.* minuit, neque aggrauat. Eſt hæc Durā*Sylueſt.*di, Sylueſtri, Diui Antoni. *D. Anton.* Et patet, quia hęc ignorantia concomitans nuſquam eſt cauſa A peccati, quia etiam ante illam gerebat animum occidendi inimicum, & ſi ſciſſet nihilominus occidiſſet, ergo hæc ignorantia concomitans, neque accuſat, neque excuſat.

*Corollar.* ¶ Accedit adhoc Corollarium, quod verum eſſe puto, quod. 1. 2. tradit *Metin.* Metina, & ait eſſe demonſtrationem, ſcilicet, quod conditionales caſus de rebus agendis nihil faciunt ad meritum, vel demeritum. Vt patet in coniugato accedente bona voluntate ad propriam, qui tamen ſi reperiſſet in lectulo alienam, accederet ad illam, quam alienam cognoſcendi caruit propoſito, quia non cogitauit de illa, ſed de ſua, non ideo damnandus eſt ad culpam. Quia Deus propter illud quod male facerem ſi ſe obtuliſſet occaſio, dum non feci, neque in propoſito fui faciendi, non me damnabit ad gehennam. Reliqua de materia ignorantiæ poſſent deſiderari: ſed quia eam hîc ex profeſſo non diſcutimus, ad ſuum proprium locum diſſerenda reſeruamus. Interim tamen concludimus cum Metina prima ſecundæ, quòd ignorantia in pagano, quando ignorat euangelij fidem, non eſt ſecūdum Diuum Tho*D. Thom.*mam peccatum, quando prædicationem non audiuit, quia ad ſuas non peruenit aures.

*Quæſt.* ¶ An circa præcepta Decalogi poſsit eſſe ignorantia inuincibilis, excuſans? *Reſp.* communis ſententia Doctorum eſt, quòd talis ignorantia excuſans hic non datur, quia lumine naturali præcepta Decalogi nota ſunt, licet *Metin.* Metina. 1. 2. inſinuet ad breue tempus poſſe dari, quam ſententiam ego *Limitatio.* limito in puero enutrito inter barbaras deprauataſque nationes & idololatras, qui cum primo peruenit ad vſum rationis, pro breui mora poteſt pati ignorantiam inuincibilem circa cultum vnius Dei, & circa peccatum fornicationis ſimplicis. Dico pro breui mora notanter. Nam credo non multo poſt primum vſum rationis, vel à Deo, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mūdum per lumen naturale inditum, de veritatibus iſtis fore inſtruendum, aut aliter.

*Quæſtio.* ¶ Iam tandem huic capitulo finem imponentes, & hanc quęſtionem duximus declarandam, an ignorantia iuris vel facti excuſet. Et quidem *Nauar.* Nauarrus præludio. 9. num. 10. ab hac quæſtione facilè ſe expedit dicēs, quôd ignorantia facti, imò frequenter quādo eſt iuris excuſat eo modo, quo reddit actū inuoluntarium. *Reſpond.* Reſpondetur tamen, quôd ignorātia tā iuris quàm facti eorū, quæ ſciſſe pertinet ad ſtatum alicuius, quia ea ſcire, vel ſeruare



*Ignorantia iuris & facti.* ſeruare ad ſtatum ſuum pertinet: ſi negligat ſcire, cum poſsit non excuſat eum à peccato quia ignorantia vincibilis eſt, & culpabilis. Secus eſt de iure, quod ſecūdum ſtatum ſuū non tenebatur ſcire, aut ſufficienti adhibita diligentia, non potuit ſcire. *Exemplum.* Exemplum de ignorantia facti; Quando facta ſcandaloſa, & publica ſubditorum epiſcopus, quia parum eſt ſolicitus de viſitatione ouium, ignorat, illum non excuſat; quia ſecundum regulam *Regula iuris.* iuris; Nulla eſt excuſatio paſtoris, ſi lupus oues deuoret, & ipſe neſciat, vel ignoret. Excuſaret autem alium iſta ignorantia, ad quē res non attineret. Sicut ſcientia iuris, de vita & honeſtate clericorum, non excuſaret clericos, quia eſt de rebus pertinentibus ad ſuū ſtatum; excuſaret autem laicos. ¶ Denique de ſubreptione, id eſt, de actu non plenè deliberato loquendo (vt diximus ante) palam eſt, ipſam excuſare à mortali ſecundum D. *D. Thom.* Thomam. 1. 2. quæſt. 88. art. 5. & 2. 2. quæſt. 33. art. 5. & quæſt. 58. artic. 3. *Nauar.* Adijcit Nauarrus huiuſmodi ſubreptionem frequenter accidere in accidiæ materia, dum quis habet diſplicentias quaſdam bonorum diuinorum non ſatis deliberatas.

## CAPVT IIII.

*An diſpenſatio excuſet à peccato; Et an facta ab inferiore ſine cognitione cauſæ, ſeu non expreſsè ſit valida; Vbi de diſpenſatione multa tractantur.*

QVoniam omnes cauſas excuſantes à peccato inueſtigari hîc cœptum eſt, pergendo vlteriùs, & de diſpenſatione legis, quatenus à peccato ſolet excuſare, dicendum supereſt. *Dictum. 1.* Et dicitur primô, quòd diſpenſatio iuxta doctrinam Nauarri. 9. prælud. num. 2. ſi ipſo iure ſit valida, (licet nō fuerit iuſte facta) quia non affuit tam rationabilis cauſa in lege humana, nam de ipſa hic loquor, vt diſpenſaretur excuſat ſic diſpenſatum à tranſgreſsione legis. Et ſic contingit multas fieri diſpenſationes circa leges humanas.

*Dictum. 2.* Præterea ſecundò dicitur, quod nulla diſpenſatio, quæ facta fuerit circa legem diuinam & naturalem ſine iuſta ſubſiſtente cauſa valet ipſo iure, ac per conſequens à violatione legis non excuſat; quia nullus monarcha id faciendi facultatem habet iuxta gloſ. *Gloſſ.* ſolennem cap. non eſt, de voto, quæ agit de A diſpenſatione ſuper voto, & glo. ca. quanto. de iureiuran. quæ agit de diſpenſatione ſuper iuramento. *Nota. Nauar.* At ſubnotauit hîc non malè Nauarrus (quod pront ipſe arbitratur) licèt diſpenſator peccet, diſpenſatus, tamen ſi bona fide nixus ſuperioris authoritate omnia agentis cum conſilio, putat ſibi diſpenſationem iuſta de cauſa datam; excuſatur donec ſatis nouerit, eam non ſic fuiſſe datam; argum. cap. quid culpatur. 23. quæſt. 5.

*Dictum. 3.* ¶ Tertiô addimus, quòd etiam diſpenſatiô eorum ſuperiorum eccleſiaſticorum, poteſtatem habentium diſpēſandi ſuper legem diuinam, & naturalem diſpenſabilem, B ſi validè fuerit ab eis facta, quia iuſta cauſa affuit diſpenſandi, vt in voto & in iuramento promiſſorio, excuſabit diſpenſatos ſic à peccato, vota, & iuramenta talia non ſeruantes.

*Quæſtio.* ¶ Sed quid, ſi monarcha ſecularis diſpenſet circa ſuam legem cum aliquo, iniuſtê tamen & ſine cauſa; idquè tàm diſpenſatus, quam diſpenſans reſciant; an excuſabuntur à peccato tranſgreſsionis legis. *Dictum. 4.* ¶ Ad hoc reſpondetur quartò, quod licet (vt dictum eſt) ſit diſpenſatio monarchæ non agnoſcentis ſuperiorem; ſi diſpenſet circa ſuas leges etiā ſine iuſta cauſa, diſpenſatio valida ſit, modo C ſine ſubreptione fiat. Tamen ſi ſciens ſe ſine cauſa diſpenſare ſic diſpenſet non excuſatur omnino à peccato aliquali.

*Quæſtio.* ¶ Sed adhùc inſtat quæſtio, an diſpenſatus ſciens in lege humana à legiſlatore ſine iuſta cauſa ſecum fuiſſe diſpenſatum, peccet tali diſpenſatione vtendo. *Reſp.* ¶ Reſpondetur, *Dictum. 5.* & ſit dictum. 5. ſcilicet, quod peccat in hoc caſu, ſic diſpenſatus pro eo, quòd ſe conformare ſine cauſa renuit moribus honeſtis illorum, quibuſcum viuit, contra cap. quę *Diſtinc. 8.* contra. 8. diſtinct. non tamen peccat ob trāſgreſsionem legis per diſpenſationem ei relaxatæ, quia illa diſpenſatio, & relaxatio, li D cèt iniuſta, valida eſt ipſo iure, vt abſolutio excommunicationis iniuſta. cap. venerabi*De ſenten. excomm.*libus. §. ſane. verſic. vbi. de ſententia excommunicationis. lib. 6.

*Dictum. 6.* ¶ Sextô ſuperaddimus, quòd licèt monarcha ſine cauſa iuſta, diſpenſans circa ſuas leges, idque ſcienter peccet, iuxta mentem *D. Thom.* Diui Thomæ, & *Caiet.* Caietan. 1. 2. quæſtio. 96. artic. quinto. & patet per cap. iuſtum eſt. 9. diſtinct. tamen tale peccatum, & peccatū, quod diſpenſatus petēdo eam ſine iuſta cauſa committeret, ſolum ſunt venialia, ſi ſcandalum, & damnum notabile alterius ceſſent, ſecundum mentem Caieta. 1. 2. quæſt. 96. Sed re ve-

re vera ſcandalum videtur mortale nunc. A
(Quãuis ex diſpenſatione Papæ ſacerdos va
lidè poſsit ducere vxorem) ſi ſine iuſta cauſa,
& vrgentiſsima peteret diſpenſationem ad
hoc à Papa, & Papa diſpenſaret. Imo talis
ſacerdos ratione ſcandali, in eccleſia latina
vtẽdo tali diſpẽſatione peccaret mortaliter.
*Quæſtio.* ¶ Adhuc in præſentiarum magna quæſtio
immiſnet examinanda; nẽpe an diſpenſatio
inferioris circa legem ſui ſuperioris ſine iu-
ſta cauſa facta valeat, aut à peccato valeat
*Nauar.* excuſare. Cuius quæſtionis meminit Na-
uarrus Summa latina, præludio. 9. numero.
13. quàm pro vtraque parte controuertit. Et
primò pro parte negatiua, ſcilicet, quod non B
valeat talis diſpenſatio, ſic vrget ex diffini-
tione diſpenſationis. Nam diſpenſatio diffi-
*Arg. 1.* finitur, eſſe relaxatio legis, cauſa cognita,
iuxta gloſſam ſolennem. §. niſi rigor. 1. quæ-
ſtio. 7. Ergò ſine cauſa iuſta non valebit.
*Arg. 2.* ¶ Secundò ſic arguitur; Quia ſic ſe ha-
bet inferior ad legem ſui monarchæ & ſupe-
rioris, ſicut ſuperior monarcha ſe habet ad
legem Dei. cap. cum inferior. de maiorit. &
*De maior. & obed.* obed. & capit. inferior. 21. diſtinct. Sed di-
ſpenſatio monarchæ circa legem Dei ſine
cauſa, nihil valet, neque excuſat vt prædi-
ctum eſt. Ergo neque diſpenſatio inferio-
ris circa legem ſui monarchæ ſine iuſta cau- C
ſa valebit, nec proderit.
*Arg. 3.* ¶ Tertio ſic arguitur: Quia collatio be-
neficij facta à Papa ei, quem ſcit eſſe inhabi-
lem ad illud lege humana ſua tantum valet
licet non dicat ſe diſpenſare. Si tamen illa
collatio facta fuerit ab ordinario etiam in
caſu, quo poteſt diſpenſare non valebit ta-
lis diſpenſatio, neque collatio, ſicut ſemel
*Innocent.* dixit celebriter Innocentius in cap. diuerſis
fallacijs, de clerico coniugato, & iterum in
capit. Veniens. de filijs presbyter. adiuncta
declaratione illius, quam ponit Hoſtienſis
in dict. cap. Diuerſis, quem ſequitur Panor-
mitanus communiter receptus, & in capit. D
cum in cunctis. §. inferiora col. penulrima de
elect. Sed nulla ratio efficax huius differen-
tiæ reddi poteſt, ſcilicet, quod Papæ colla-
tio prædicta ſit valida, & non facta ab infe-
riori ſine cauſa, niſi hæc, nempe, quod infe-
rior non poteſt diſpenſare ſine cauſa circa
legem ſuperioris, ille autem ſic circa ſuam
poteſt.
*Arg. 4. Innocent.* ¶ Quartò arguitur ex determinatione il-
la ſingulari Innocentij in cap. Dudum. 2. de
electione, videlicet; quòd diſpenſatio à le-
gato facta ſine cauſa iuſta non valet. Hæc
Nauarrus vbi ſupra addit, quod ex hoc fa-
A cile infertur contra multas ordinariorum
diſpenſationes indiſcretas, præſertim quoad
forum conſcientiæ.
*Abſolutio quæſt.* ¶ Igitur abſoluturus quæſtionem, ſen-
tentiam Nauarri his punctis contentam hic
*Dictum. 1.* explicatam iri curabo. Primò igitur dico ex
mente ipſius, quod ex prædictis rationibus
perſuadetur, & concluditur quod diſpenſa-
tio ab inferiori circa ſui ſuperioris legẽ ſine
vlla cauſa, & pro libito facta minime valet.
¶ Secundò, quòd inferior non cenſe-
*Dictum. 2.* tur facere talem diſpenſationem circa le-
gem ſuperioris, niſi expreſſe dicat eam ſe
facere, etiam ſi iubeat, aut permittat fieri
B aliquid, quod ſine ipſius diſpenſatione iuſtè
fieri nequiret. Sed hoc dictum Nauarri, ſcili-
*Limitatur Nauar.* cet, quòd non cenſetur tunc diſpenſare, vel-
le, niſi exprimat, intelligo quando nulla ſub
eſt iuſta cauſa diſpenſandi. Quia ſi ratio-
nabilis cauſa diſpenſandi ſubſit, tunc ve-
ram eſſe cenſeo in conſcientia ſententiam
*Metin.* Metinæ in ſua Summula. fol. 54. pag. 1. de
modis tollendi irregularitatem. Vbi ait ſic;
aduertendum eſſe prælatos eo ipſo quod fra
tres deſtinant, mittũtque ad ordines, diſpen-
ſare cum illis ſuper irregularitatibus, nam de
his ibi loquitur, etiam ſi id non dicant, aut ex
primant. Hæc Metina.
C ¶ Tertiò dicitur ex mente Nauarri, quod
*Dictum. 3.* non creditur inferiori ſe facere diſpenſatio-
nem circa legem ſuperioris ex iuſta cauſa di-
centi; niſi probetur illa iuſta cauſa, ſi ab ip-
ſo cum cauſæ cognitione facta non fuiſſet,
quia præſumitur ex iniuſta cauſa, aut ſine
cauſa diſpenſaſſe. Sed ſententia hæc Nauar-
*Limitatur Nauar.* ri verum habet in foro exteriori. At lo-
quendo in foro conſcientiæ verum eſſe di-
*Armilla.* ctum Armillę cenſeo, qui verbo diſpenſatio.
§. 14. ſic ait; In his, quæ iuris ſunt poſitiui nõ
requiritur, quod princeps cognoſcat cau-
ſam, vt diſpenſatio ſit valida, ſed ſufficit eius
*Panorm.* voluntas. Panormitan. cap. diuerſis. de cle-
D ri. coniu. Secus in inferiore vt notat gloſſa.
6. niſi rigor. cap. multorum. 1. quæſtione. 7.
In conſcientia tamen quando adeſt cauſa
iuſta, ille, qui diſpenſatur erit tutus, licet
inferior, qui cum illo diſpenſauit ſine co-
gnitione cauſæ, male fecerit, & debeat pu-
*Gloſſ.* niri: quia contra legem egit. facit gloſſ. cap.
2. de ſchiſma. quia ſic diſpenſatus poſſet ob
authoritatem ſuperioris excuſari nõ ſolũ in
hoc caſu, ſed (quod maius eſt, vt ait Nauarrus)
in caſu quo inferior diſpenſans cũ cognitione
cauſæ, diſpenſaret ſciẽdo cauſam eſſe falſam;
quia licet ſic diſpenſans peccaret, ipſe tamen
bona fide diſpẽſatus tutus remaneret in con-
ſcientia,



ſcientia, dum propter authoritatem ſuperio A
ris crederet ex iuſta cauſa ſibi fuiſſe conceſ-
ſam diſpenſationem.
*Dictum. 4.* ¶ Quarto concluditur quòd diſpenſatio
ab inferiori circa ſuam vel ſui anteceſſoris,
vel inferioris ſui legem facta valet in vtro-
que foro, & exteriori, & conſcientiæ, etiam
ſi pro ſolo voluntatis libito eam fecerit. Imo
*Nota Nau.* etiam arbitratur Nauarrus eum tacite di-
ſpenſare circa illam quotiens prudens, &
ſciens iubet aut concedit aliquid contra
eam, nulla de diſpenſatione quòd diſpenſet
mentione facta.
*Quæſtio.* ¶ Rurſus pro complemento doctrinæ
inquirendum hîc venit an rationabilis cau- B
ſa vera, aut talis exiſtimata, à tranſgreſsione
legis excuſet, & per conſequens à peccato,
*Nauarrus.* pro hoc vide Nauarrum ſumma latina. ca-
*Dictum. 1.* pit. 23. num. 42. ¶ Igitur elucidandæ quæ-
ſtionis gratia primum accipite reſponſum,
cauſa rationabilis ſemper excuſat ſaltem à
mortali culpa tranſgreſsionem legis huma-
*D. Thom.* næ. Ita inſinuat Diuus Thomas. 1. 2. quæ-
ſtione. 90. art. 6. & . 22. quæſtio. 14. art. 3. ſub-
*Nauarrus.* ſcribit Nauarrus huic ſententiæ, pręludio. 9.
ſumma latina. nume. 14. explicans qualis ſit
iſta cauſa iuſta, & rationabilis ſufficiens ad
ſic excuſandum. Et dicit eam ſic dici cauſam
iuſtam, quam legiſlator (ſi adeſſet) eum pro C
*Gloſſ.* excuſato haberet argumen. gloſſæ ſingula-
ris, & receptæ lege. tale pactum. §. qui pro-
uocabit. ff. de pactis.
*Dictum. 2.* ¶ Secundum quod adhuc maius eſt, ſit
dictum quinimo & cauſa quæ à parte rei
non eſt iuſta ad excuſandum ſic, ſi tamen
quis bona fide putat eam iuſtam & ido-
neam excuſat à mortali, licet non à veniali.
*Caieta.* Quam ſententiam Caietanus egregie tradit:
2. 2. quæſtio. 143. art. 3. Cui accedit loco ci-
tato Nauarrus addens multos alios eam te-
nere: & iuxta hanc doctrinam Caietanus
in ſua ſumma, verbo. præceptum. §. vlti-
*Regula Caieta.* mo. ſtatuit regulam vniuerſalem, ſcilicet D
quòd in his, quæ ſunt poſitiui iuris, ſi abſq;
contemptu, ac refutatione finis ex ignoran-
tia pura, aut ex apparente ſibi excuſatione
tranſgreſsio fiat ab eo, qui animum habet
nullo modo conſentiendi contra præcep-
ptum obligans ad mortale, non incurritur
mortale peccatum, quia non eſt intentio
piæ & iuſtæ matris eccleſiæ bonas huiuſmo
di animas illaqueare tam hoſtili vinculo, &
propterea talis apud Deum non incurreret
*Cautela.* excommunicationem. Abſoluendum tamẽ
eſſe ad cautelam crediderim inquit Caietà-
nus ſic ignorantem. ¶ Hæc autem regula ge-
A neralis Caietani multum conſolationis af-
*Pro ſcrupuloſis.* ferre poterit ſcrupuloſis animis, inſuper &
ſignum quoddam eſt, quo confeſſores in fo-
ro pœnitentiæ, de tranſgreſſoribus legum
qualiter ſe habuerint in tranſgreſsione poſ-
ſint diiudicare.

## CAPVT V.

*De diuiſione peccatorum multiplici, & an
illa opinio ſit vera quòd ſatis eſt dicere
in cõfeſsione, toties peccaui gloriam quæ-
rendo de peccatis mortalibus, licet non
ſpecificet illa quia forte non fecit. Diſpu-* B
*tatur cõtra Iuniorem quendã doctorem.*

POſtquàm de diffinitione pec
cati mortalis, & de his quę ex
cuſant à peccato abunde di-
ſertũ eſt, en promiſsioni no-
ſtræ aſtamus; nẽpe ad pertra-
ctandum de diuiſione peccati, de qua dictu-
*Differunt peccata tripliciter.* ri præmittimus primò ex Metina. 1. 2. quòd
peccata ex triplici cauſa diſtingui cõtingit.
¶ Primò ex parte auerſionis à Deo, vel nõ:
& ſic mortalia, quia auertunt à Deo vltimo 1
fine, à venialibus diſtinguuntur, quæ ab ip-
C ſo non auertunt. Nam mortalia comparan-
tur totali receſſui à via, & à termino. At ve-
nialia ſolùm aliquali retardationi in via aſ-
ſimilantur.
¶ Secundo modo, diſtinguuntur peccata 2
ex diuerſitate præceptorum, ſcilicet natura-
lium, diuinorum, humanorum, quanuis ea-
dem res omnibus tribus his præceptis poſ-
ſit eſſe prohibita, atque ideô diſtinctio hæc
non inducit plures peccatorum ſpecies.
¶ Tertio modò, diſtinguntur peccata ex 3
obiectis, & hæc diſtinctionis cauſa potiſsi-
me attenditur in diſtinctione peccatorum,
quia conſtituit diuerſas ſpecies peccatorum.
D ¶ Quarto modo, prætereà ſolent diſtin- 4
gui peccata ſecundùm cauſas finales etiam
ſpecifice. Imo etiam ſecundùm cauſas mo-
tiuas ſpecie diſtinguuntur non ſemper; ſed
quando motiuæ tranſeunt in rationem ob-
*Exemplum Metinæ.* iecti, vel cauſæ finalis. Exempli gratia ſe-
cundum Metinam. 1. 2. homicidium grauius
eſt, dum cõmittitur propter furtum, quàm
dum committitur propter odium quando
ex odio fit tanquam ex motiuo ſolo. At ſi
homicidium fiat propter odium, vt prop-
ter cauſam finalem, id eſt propter tollẽdum
de vita inimicum, quem odio graui proſe-
quitur: tunc grauius peccatum eſt, quàm ho-
micidium

micidium ob furtum committendum. Secus eſt, (vt prædiximus) ſi ex odio ſolùm vt ex motiuo commiſſum eſt homicidium, quia tunc ſolum eſt vt odium generale proximi. At verò odium generale proximi includitur in omni peccato contra proximũ. Et ſic non in infinitũ ſpecifice adauget peccatum homicidij, & ſic grauius eſt occidere propter furtum, quàm propter odium, ſed occidere hominem propter odium ſpeciale proximi, vt finem grauius eſt, quàm occidiſſe illum propter furtum, quia eſt contra eius amicitiam & perinde ſic grauius cenſetur quàm omnia peccata contra proximum ex genere.

*Nota.*

¶Porro adnotatu, & ſcitu valde operæpretium eſt hîc, quòd quia peccata ſpecies veluti accidentales neceſſario confitendas ſumunt ex finibus ea operantium præter eas ſpecies fixas, & eſſentiales ex obiectis, & fine operis in quod per ſe ordinantur, quas habẽt: attẽdatur à confeſſore an hîc actus ſiue interior, ſiue exterior, qui eſt peccatum ratione ſui obiecti, ad quod per ſe ordinatur ſit etiam peccatum ratione alterius finis, vel aliorum finium à peccatore intentorum, quia voluntas eius dirigit opus peccati in alium, vel in alios fines, quia hinc conſtabit, an ſimplex an multiplex fuit peccatũ eius. Simplex eſt enim, cum quis ſimpliciter vult adulterari: ſed duplex peccatum eſt ſaltem formaliter, cum vult adulterari, vt furetur à marito adulteræ pecunias. Triplex autem peccatum ſic erit, ſi velit adulterari, vt furetur, & occidat maritum adulteræ. Et multiplicius erit, ſi plures alios malos fines ad opus ſui adulterij applicet. Et ideo vnus actus peccati qui vno reſpectu, eſt vnius ſpeciei, alio reſpectu, poteſt quoque eſſe alterius ſpeciei. Verbi gratia, peccatum furandi quod quis committit, vt adulteretur eſt furtum, quatenus obiectum illius in quod per ſe ordinatur eſt contrectatio rei alienæ, & eſt etiam adulterium quatenus ordinatur à voluntate in illum finem, imo magis eſt adulter quàm fur iuxta illud Ariſtotelis Ethicorum. 5. qui furatur vt adulteretur, magis eſt adulter quàm fur. *Corollar.* Ex quo corollariũ ſequitur, quòd licet circunſtantiæ finium malorum diuerſarum ſpecierum, conſtituãt peccata diuerſæ ſpeciei, aliæ tamen circunſtantiæ non efficiunt in plurimum idem: furtum enim factum in vno loco & tempore, vel ab vna perſona, non differt ſpecie ab eo, quod fit in alio loco, vel tempore, vel huiuſmodi authore D. Thom. 1.2. q. 72. art. 9. *D. Thom.*

A Cui accedit Nauarrus præludio. 9. num. 17. *Nauarrus.* Hoc autem intelligendum venit ſic, niſi ſpeciali lege id prohiberetur, vt prohibetur furtum & homicidium in loco ſacro. capit. Sacrilegium. 17. quæſtio. 4. *17.q.4.* & capit. propoſuiſti. de conſecrat. eccleſ. quam limitationem D. Thom. explicuit art. 2. 12. quæſtio. 72.

¶Inſuper perpendendum eſt quòd licet peccata non diſtinguantur ſpecie ſecundum reatum pœnæ, quia eſt peraccidens hoc eſt præter intentionem peccantis, ſed diuiduntur peccata, in peccata omiſsionis, & commiſsionis, de qua diuiſione dubitare non ab re quis poterit an inducat illa, ſemper differentiam ſpecificam. *Quæſtio.* B ¶Reſpondetur igitur ad id dubij primò, *Reſp.* præmiſſa diſtinctione ꝙ omiſsionis, & cõmiſsionis peccata poſſunt conſiderari intra eandem materiam præcepti, aut circa diuerſas materias, circa quas verſantur præcepta affirmatiua & negatiua.

*1. Propoſitio*

¶Hac conſideratione præhabita ſtatuitur prima propoſitio, peccata omiſsionis & commiſsionis intra eandem materiam præcepti conſiderata non ſemper differunt ſpecie, patet, quia intra eandem materiam virtutis abſtinentiæ, comedere minus, vbi eſt omiſsio debitæ quantitatis cibi, & comedere plus, vbi eſt commiſsio in plus debito, ſu- C mendo cibum, non differunt ſpecie morali. Quia vtrunq; peccatum contra eandem virtutem abſtinentiæ eſt, quia magis & minus hîc non variant ſpeciem, ſicut nec magis album & minus album. Hæc eſt Metinæ. 1.2. *Metina.*

*2. Propoſi.*

¶Secunda propoſitio, peccatum omiſsionis & commiſsionis, id eſt, tranſgreſsionis, quatenus ſunt contra diuerſa præcepta, id eſt quatenus peccatum omiſsionis eſt contra præcepta affirmatiua, & peccatum commiſsionis eſt contra præcepta negatiua: ſic ſemper differunt ſpecie vt patet in furto, quod eſt contra præceptum negatiuum non furatus eris, & parentum non ſubuentio, quæ peccatum eſt omiſsionis contra præceptum D affirmatiuum de ſubueniendo parentibus, ſed accipere & non reddere, ſed detinere alienum inuito Domino, (vt diximus) eiuſdem ſpeciei ſunt quia ad eandem ſpeciem furti pertinent, & contra præceptum negatiuum non furandi vtrunque eſt.

*3. Propoſi.*

¶Tertia propoſitio, aliquando peccata differunt ſpecie ex ſuperabundantia, & defectu, vt ait Metina. 1.2. *Metina.* patet in timiditate & audacia. Audacia enim eſt peccatum per exceſſum, & timiditas eſt peccatum per defectum, & tamen differunt ſpecie authore D. Thom.

¶Quarta



*Quarta propoſitio.*

¶Quarta propoſitio: Furtum veniale ratione paruitatis materiæ, & furtum mortale non differunt in ſpecie naturæ: differunt tamẽ in eſſe moris, ſicut auerſio à bono incommutabili, & aliqualis retardatio ab eo, differunt. Hæc eſt Nauarri in. 9. præludio num. 7. Sed an veniale furtum & mortale differãt ſpecie morali, non tam certo auſim affirmare, *Nauarrus ſubnotatur.* prout ibi affirmat Nauarrus, ſola hac ratione ductus, ſcilicet, quod circunſtantia magnæ quantitatis conſtituentis mortale furtum eſt confitenda neceſſariò: ergo mutat ſpeciem, quia ſatis conuincens iſta ſua collectio non eſt. Quia (licet nõ mutet ſpeciem) ſatis eſt, vt intra eandem ſpeciem aggrauet notabiliter, ſicut aggrauat quantitas furti, quę conſtituit mortale, vt neceſſariò talis circunſtantia ſit confitenda. *Cõci. Trid. Metina.* Nec enim Concilium Tridentinum (prout probe ſubnotauit Metina in ſua ſummula) per hoc quòd decreuit circunſtantias omnes mutantes ſpeciem fore confitendas, excluſit à neceſsitate confeſsionis circunſtantias notabiliter aggrauantes intra eãdem ſpeciem, licet non mutent ſpeciem, atque ſic contra Nauarrum tenent Thomiſtæ. At verò autore Metina veniale ex genere ſuo differt genere & ſpecie à peccato: quod eſt mortale ex genere, vt mendaciũ iocoſum à furto.

¶Quinta propoſitio; Aliquæ circunſtantiæ ſunt, quæ licet in eſſe naturæ, variare videantur ſpeciem, tamen quia in eſſe morali non variant, ideò earum explicatio parum facit ad confeſsionem, ſicut diuinare per aſtra vel per alia, ſcilicet, per terram, ſpecie naturali iuxta mentem Diui Thomæ differunt. Et ſi quis velit contendere, quod etiam in genere moris differunt, tamen quia exinde, non magis notabiliter aggrauatur malitia peccati diuinationis, ideò ſine earum explicatione ſatis eſt in confeſsione dixiſſe, accuſo me commiſiſſe peccatum diuinationis. Sed melius eſt: imo ita puto fore dicendum, dicere ꝙ prædictæ circunſtantiæ in eſſe moris non mutent ſpeciem, quia alioquin contra Conciliũ Tridentinum decernens omnes circunſtãtias in eſſe moris mutantes ſpeciem fore confitendas, eſſet decernere has prædictas circunſtantias in eſſe moris mutare ſpeciem, & ex alia parte ſimul dicere non eſſe neceſſario confitendas.

*Diuiſio alia peccati.*

¶Diuiditur inſuper peccatum, in peccatũ cordis, & oris & operis. Atque etiam diuidi ſolitum eſt in peccatum carnale, cuius delectatio eſt per ſenſum guſtus, & tactus: & in ſpirituale, cuius delectatio percipitur per intellectum.

A ¶Cæterum de peccatis capitalibus poſsit quis hæſitare, *Quæſtio.* qualis ſit diuiſio, quando peccatum capitale diuiditur in ſeptem membra, ſcilicet, in peccatum ſuperbiæ, luxuriæ, irę, accidiæ, an ſit diuiſio peccati in ſpecies ſpecialiſsimas. Nam ſi ſic in ſpecies ſpecialiſsimas diuiditur, videtur ſatis eſſe in confeſsione ſic ſe explicare, dicendo: Accuſo me commiſiſſe peccatum ſuperbiæ, auaritiæ, vanæ gloriæ, non deſcendẽdo ad particulariora, quoniam ſatis eſt in confeſsione ſpecies ſpecialiſsimas explicuiſſe. *Dictũ. 1.* ¶Sed re vera ſatisfaciendo quæſtioni dico primò, quòd ſingula eorum peccatorum capitalium, ſcilicet, inanis gloria, ira, B inuidia, auaritia, accidia, luxuria, & gula à ſe inuicem differunt ſpecie. Ita D. Tho. ſcite tradit. 2.2. in quæſt. 72. art. 2. *D. Thom.* & patet; quoniam omnia eorum obiecta ſpecie differunt.

*Dictũ. 2.*

¶Secundò dicitur, quoniam iſta capitalia vitia, differentia, qua differunt, eſt differentia ſpecifica, nõ ſpecialiſsima, ſed veluti ſubalterna continens ſub ſe alias ſpecialiores differentias, ſicut eſt videre in luxuria, quæ adhuc ſub ſe continet ſpecialiores ſpecies inceſtus, adulterij, ſtupri. Ideò quo ad confeſsionem attinet non ſufficit confiteri (vt probe ait Nauarrus) *Nauarr.* per illa genera ſubalterna dicendo, Cõmiſi peccatum luxuriæ, aut auaritiæ: ſed C oportet vt deueniatur ad ſpecificationem illorum, quatenus cognoſcatur, an ſit mortalis culpa commiſſa, nec ne, & cuius ſpeciei ſpecialiſsimæ ſit, an luxuria commiſſa ſit inceſtus, vel adulterium, an auaritia commiſſa ſit contra iuſtitiam proximi, & an ſit rapina, vel furtum.

*Quæſtio.*

¶Præterea & illa opinio Nauarri, quã præludio. 9. num. 4. tenet examinanda eſt an omnino vera ſit (dum ait) quòd ſufficit dicere in cõfeſsione, Toties peccaui gloriam & laudẽ quærendo de peccatis mortalibus, licet non ſpecificet illa peccata mortalia, quæ forte nõ fecit, vel aliàs confeſſus eſt, vel proponit confiteri D cum venerit ad proprium locum eorũ. *Redarguitur Naua.* Quoniam doctrina hæc non parum difficultatis habet: quoniam laus de peccato mortali, complacẽtiam de illo importare ſecum videtur. Nam de his nos laudamus, in quibus communiter nobis complacemus. At qui cõplacuit ſibi de peccato mortali, non ſat habet in confeſsione explicare ſibi complacuiſſe de peccato mortali: ſed neceſſe habet illam ſpeciem peccati mortalis, de quo ſe laudat exprimere dicendo ſimul; Accuſo me mihi cõplacuiſſe in peccato mortali tali, id eſt, in adulterio: nam eiuſdem ſpeciei ſunt complacentia, & conſenſus interior, cuius eſt actus ma-

lus exterior. Igitur hanc quæſtionem ſic diſtinctius abſoluimus, & reſoluimus per hanc propoſitionem.

*Propoſitio in parte cõtra Nauarrum.*

¶ Sit igitur propoſitio: Quando quis gloriam, & laudem quærit de peccatis mortalibus cum complacentia eorum qualem complacentiam, vt in plurimum præſefert laus & gloria impiorum, & deprauatorum moribus cum de peccatis gloriantur, & ſe laudant, tenentur ſtatim cum confitentur peccatum de quo ſe laudant, & gloriantur, exprimere obiectum mortale ſpecificũ eius. Et hoc ſufficienter probat argumentum poſitum in principio quæſtionis. Vnde aduertere debuiſſet Nauarrus, Quod ſua ſententia deficit vt in plurimum in hominibus affectu, & opere deprauatis. Et non ſic generaliter eam ſtatuere debuit: quia iſti cum complacentia peccati, ſcilicet quòd potiti fuerint virgine nobili, & quòd ſtrenuè, & fortiter occiderint inimicum ſe laudant.

¶ Nec ſubterfugium relinquitur Nauarro, niſi ſolum dicere, quòd duplex poteſt eſſe in deprauatis hominibus complacentia cum de peccatis gloriantur mortalibus. Vna complacentia de ipſis operibus mortalibus, & alia complacentia de ipſa gloria mundana parta ex patratione eorum, & vtramque confitetur iſte vanus laudator, dum iuxta normam Nauarri confitetur. Primo, confitendo vanam laudem, & gloriam de mortali non illud ſpecificando, & poſtea illud confitendo vel proponendo cõfiteri. Cui ſubterfugio in contra obijcitur primò, quòd non hinc euacuatur inconueniens, in eo, quod primò ait quod in caſu, quo non fecerit peccatum mortale, ſatis eſt cõfiteri laudẽ, quã habuit vanam de eo nihil ſpecificãdo, ſcilicet, de quali peccato, quia cum in corruptis affectu, & opere hominibus, cum ſe laudant de opere mortali à ſe infecto falſè dicẽdo ſe potitos fuiſſe virginibus nobilibus: illa duplex cõplacẽtia ſit, & in conſenſum, & in opus, ſi potuiſſent id perficere, & in gloriam prophanã de illo, cũ poſteà non confiteantur de opere, quia falſè gloriantur, quia opus nõ perfecerunt, ſi cum confitentur de laude: & gloria quæſita ex tali re mortali non ſpecificant de quali mortali an de potiundo virgine, iam ſecunda complacentia, ſeu conſenſus de tali opere mortali licet à ſe infecto, in confeſsione inſufficienter, aut nullo modo explicata manebit. At ſufficienter explicata maneret, ſi ſic ſpecificarent dicẽdo: Accuſo me gloriatũ fuiſſe de tali re à me infecta, id eſt de re habita cum virgine, in quam cum de hoc gloriarer conſentiebam.

*Fit ſatis Nauarro.*

*Satis fit, 2.*

¶ Secundò patet, quia ſicut luxuria, quæ eſt vitium capitale, non ſatis ſufficienter in confeſsione exponitur, dum aliquis non ſpecificat, cum qua luxuriatus eſt, an cum virgine, an cum vxorata: ita peccatũ vanæ gloriæ, quæ vitium capitale eſt, dum eſt mortale, nõ ſufficienter exponitur in confeſsione, dum confitetur ſe quis gloriatum de mortali, niſi ſtatim ſpecificet de quali mortali eſt gloriatus. Et ſic puto dicendum & tenendum, quia axioma commune, & ſalubre eſt, quod dictat: Tene certum, & dimitte incertum.

*Quæſtio.*

¶ Sed rurſus faceſsit nobis negotium diffinitio illa Nauarri ſuperaddita ad ſupradicta, loco citato, vbi ait, cum quis circunſtantiam aliquam neceſſariò confitendam cõfiteri oblitus eſt, poſſe confiteri eam, non iterando confeſsionem peccati. Vt ſi quis fuit cõfeſſus illa vel iſta peccata feciſſe, & oblitus eſt confiteri circunſtantiam fractionis iuramenti, vel voti, quo iurauit vel vouit illa non facere, ſatisfacit confitendo ſe toties peccaſſe trãſgrediendo iuramentum licitum, quamuis non exprimat peccata illa, per quorum perpetrationem tranſgreſſus eſt iuramentum, aut votum. Et quidẽ à prima facie vera videtur iſta ſententia Nauarri, quia cum hic in hoc caſu cõiungantur ſolum duæ rationes formales, & ſpeciales peccati, prima eſt fornicationis, (vt ſuppono) à qua iurauit, vel vouit abſtinere & ſecunda eſt irreligionis contra fractũ votum, & iuramentum in tali materia, ſi mulier iurans ſic, & vouens confeſſa eſt iam primam malitiam, dicendo ſe fornicatam fuiſſe, ſi poſtea aliam malitiam in prima cõfeſsione obliuioni traditam in ſecunda confeſsione, (quia venit tunc in mentem) eam confitetur, nihil videtur reſtare confitendum, quia iam omnẽ malitiam (licet ſeorſum) in prima & ſecunda confeſsione explicuit. Profecto propter hoc argumentum non paruam præſeferens apparentiam, nõ auſim iſtam ſententiam Nauarri omnino damnare, & propter tanti viri authoritatem, & quia per eam in aliquo caſu ſatisfiet ſcrupulo pœnitentis refugientis rurſus repetere in confeſsione infinita propè adulteria, quæ cũ vxoratis, & fornicationes innumeras cũ ſolutis, quas ſcilicet aliqua mulier cõmiſerat, & cõfeſſa fuerat, ſed ex inaduertẽtia obliuioſa, circũſtantiã voti continendi in illis non expreſſerat. Huic forſitã ſat erit iuxta ſententiam Nauarri: ſi redigat ad numerum tranſgreſsiones, & dicat: Toties fregi votum, aut iuramentum.

*Subnotatur Nauarrus.*

¶ At verò quia alijs videtur, qui authoritate egregia pollent, quod ſicut tunc mortale furtum

*1. Ratio contra Nauarrum.*



furtum quod, verbi gratia, poteſt eſſe quatuor argenteorum, quia notabiliter aggrauatur ex quantitate millium argenteorum: furanti mille argenteos non ſatis eſt in confeſsione explicuiſſe ſe furatũ eſſe quantitatem furti mortalis, quia maior pars grauitatis culpæ celabitur, dum per furtum mortale, quatuor argenteorum intelliget forte confeſſor commiſiſſe furtum: ita non ſat erit ſeorſum dixiſſe ſe fregiſſe iuramẽta, aut vota, non ſpecificando materiam.

*2. Ratio.*

¶ Et confirmatur, quia votum eſt promiſsio, ſicut ſi quis promiſiſſet occidere clericum, non ei ſat eſſet in confeſsione (etiam ſi occiſionem clerici confeſſus fuiſſet) poſtea confiteri ſolum, feciſſe alicui promiſsionem mortalem: ſed ſpecificandum, ſcilicet, eſſet in gratiam ipſius occidere talem clericum inimicum eius promiſiſſe, ita in voto.

*3. Ratio.*

¶ Adhuc corroboratur tertiò, quia licet tota malitia eſſentialis, & ſpecifica ſecundum Theologos ſit in actu interiori, id eſt, in volitione efficaci; tamen quando volitio illa efficax deducta eſt ad opus exterius, quia voluit fornicari, & fornicatus eſt; quia opus exterius eſt veluti materia, & pars materialis in tali peccato interiori deducto ad opus, non ſat eſt confiteri volitionem, niſi confiteatur, & exteriorem fornicationem. Ergo à ſimili, quia cum quis tranſgreditur votum continendi, & non fornicandi, quia illa fornicatio veluti materia fuit, & obiectum illius voti negatiui non fornicandi, tenebitur non ſolum confiteri tranſgreſsionem voti, ſed etiam materiale obiectum tranſgreſsionis voti, ſpecificando quòd fregit votum continendi, fornicando cum ſoluta, vel adulterando cum vxorata.

*4. Ratio.*

¶ At tandem innaturalis concubitus videtur, & eſt diſtincta ſpecies luxuriæ, & diſtincta ab alijs ſpeciebus luxuriæ. Et tamẽ quia authore Caietano. 2. 2. innaturalis cõcubitus cum fœmina extra vas aggrauatur ex alijs ſpecieb⁹ ſi ſimul contingant, ideo non ſat eſt peccatori dixiſſe in confeſsione; Concubui innaturaliter extra vas cum fœmina, niſi ſpecificet ſimul ſtatim cũ qua fœmina an ſoluta fuerit an vxorata, & in hoc omnes aſſentiunt Caietano. Ergo à ſimili licet fractio voti ſit diſtincta ſpecies à fornicatione, vel ab adulterio, vel inceſtu, vel beſtialitate, non ſat erit, etiam ſi hæc peccata quis iam confeſſus fuerit, & præ obliuione omiſit circunſtantiam; dicere in alia confeſsione tantùm: Fregi votum, non explicando in qua materia.

*Caietan.*

*5. Ratio*

¶ Et tandem vltimò in gratiam huius additur, quòd quia explicatio circunſtantiarum mutãtium ſpeciem in confeſsione, ordinatur vltra finẽ abſolutionis ad medelam peccato adhibendam; & quia alia efficaciora remedia applicabit confeſſor, cum has duas malitias inceſtus, & voti violati videt eſſe coniunctas, ſicut medicus corporalis alia efficaciora antidotalia remedia ſolet adhibere, cũ videt duas infirmitates differentes pati infirmum, quam cum vno tantũ laborat morbo ſimplici; ideò tutius eſſe puto in caſu Nauarri, cũ quis iam confeſſus eſt plura peccata, quæ iurauerat nõ facere, & oblitus eſt circunſtantiam iuramẽti, vt in alia confeſsione non ſolum confiteatur fregiſſe iuramentum, aut votum, ſed explicet materias, in quibus illa fregit, an adulterãdo, an fornicando. Imo ſic puto fore tenendum. Nam argumenta contra Nauarrum hic adducta plura ſunt & apparentia ſatis; & argumentum, quòd in gratiam Nauarri in contra à principio formaui per argumentorum hic accitorum doctrinam dilutum ſufficienter manet.

*cõtra Nauarr.*

*Reſolutio in caſu Nauarri.*

1. ¶ Hinc patet quod tanquam parum ſolida vacillat illa doctrina Nauarri, quam tãquam corollarium ſuperaddit: ſcilicet, quòd ipſum quod dixit de inani gloria dicendũ eſt de ſuperbia & præſumptione, ambitione, gula, & alijs vitijs capitalibus, & earum filiabus. Et patet contra illum: quia in gula non ſatis eſt dicere: Peccaui guloſe mortaliter; ſed tenetur dicere, vſq; ad ebrietatem, ſi inde inebriatus eſt; vel vſque ad nocumentum ſalutis, & propriæ vitæ, ſi inde ſubſecutum eſt notabiliter. Et tandem concludimus verè dixiſſe Nauarrum non ſatis eſſe peccantem peccato commiſsionis contra præcepta negatiua, vel omiſsionis contra præcepta affirmatiua, dicere in confeſsione; Accuſo me commiſiſſe, aut omiſiſſe aliquid circa præcepta mortaliter; ſed explicet neceſſe eſt circa quam materiam commiſit, an circa rapinam, aut furtũ, aut adulterium, & etiam circa quam materiã peccato mortali omiſsionis deliquit; an omittendo auditionẽ miſſæ in die feſto de præcepto, aut omittendo ieiunium de præcepto eccleſiæ.

*Corollariũ cõtra Nauarr.*

*Nauarr.*

¶ Idem etiam cum peccatum fuit commiſſum per defectum, vel exceſſum in diuerſis materijs ſpecie, dicendum eſt. Quia nõ ſat eſt dicere confitẽdo, exceſsi mortaliter; niſi dicat an in materia abſtinentię nimis potando ad ebrietatem vſque; an in materia correctionis nimis contumelioſè corrigendo. Nec ſatis eſt dicere: Cõmiſi peccatum per defectum circa id quod tenebar implere; ſed exprimat opus eſt

eſt, an circa virtutē iuſtitiæ defecerit, ſcilicet, A cum eſſet iudex puniēdo reum atrociſsimum nimis modica & ridicula pœna, vel aliter circa alias materias, vbi per defectum delictum committi poteſt. ¶ Sicut etiam, quia diuiſio peccati vt eſt contra Deum & cōtra ſeipſum & contra proximū, diuiſio eſt in genera ſubalterna, non ſufficit in cōfeſsione ſic in genere explicare, niſi ſpecies ſpecialiſsimas explicet exprimendo, in quo peccauit cōtra Deū, aut cōtra ſeipſum, vel proximum.

# CAPVT VI.

*De diffinitione contritionis, & de eius explicatione: Et an requiratur diſtincta de ſingulis peccatis: Et an ſine formali contritione extra tēpus præcepti per dilectionē poſſit quis iuſtificari, vt dixit quidam Iunior; an feruor martyrij remittat peccata ſine contritione.* B

QVIA opus; quod inſtructoriū conſcientię nuncupamus, medelam peccatorum, quæ maxime contra cōſcientiam ſunt, & eam ſauciant, & lacerant miſerabiliter, proponere pro ſcopo, & fine potiſsimo C habet inter medicamina; contra peccata autem contritio potiſsima eſt, quia pars eſt ſacramenti pœnitentiæ in remedium peccatorum a Deo inſtituti præcipua. Ideo iuxta ſeriem rectam doctrinę de ea primo acturi, ab eius diffinitione (vt à modo procedendi ordinario non recedamus) exordiamur, oportet.

*Diffinitio contritionis.*

¶ Eſt igitur contritio deteſtatio peccati, quatenus offenſa Dei eſt, cum propoſito emēdandi vitam, confitendi, & ſatisfaciendi ſpe veniæ diuinitus obtinendæ. Hanc diffinitionem ſtatuit Sotus in quarto, vbi admonet primo quod non eſt ſana illa quorundam diffinitio, quam de contritione tradunt dicendo, D quod ſit deteſtatio peccati actualis, vel virtualis; quia planū eſt contritionem ſemper eſſe deteſtationem peccati nō virtualem, ſed actualem & formalem.

*Sotus.*

*Caue à diffinitione prima Nauarri.*

¶ Secūdò; cauendam eſſe ait, & merito diffinitionem illam in ſumma alias docta Hiſpanice ſcripta contentam, vbi ſic diffinitur contritio: Contritio es pœnitentia, voluntaria, grandiſsima actual, o virtual. Quia non deberet vulgò proferri, quia particula grandiſsima offendiculū poneret in doctis putantibus inde colligi ad remiſsionem culparum requiri eſſe ſummè intenſam.

A ¶ Secundò ex illa particula, virtual, intelligerēt ſufficere eleemoſynam, vel aliud opus charitatis. Quare cautè Nauarrus cū in Sūma Latina ca. 1. nu. 7. 8. & 9. poſuiſſet illam particulam maximam, id eſt, quòd contritio eſt cū dolore maximo, ne notaretur in ſermone, (nam dictio maxima eſt æquiuoca: ſicut etiā dictio grandiſsima) adiecit gloſſam tollentem æquiuocationem, ſcilicet, quod per maximum dolorem ibi in diffinitione non intelligit dolorem ſumme intenſum, neque ſuperantem alios dolores damnatorum, aut Chriſti Domini pro nobis in cruce patientis, ſed intelligit debere eſſe maximum quoad B ęſtimationem, quod Theologi dicunt appretiatiue, id eſt, quod pœnitens malit toleraſſe, tolerareque omnia mala pœnalia mūdi quā peccaſſe peccatum mortiferum (prout docet Diuus Thomas) quodlib. 1. articul. 9. In quo ſenſu dicimus amorem Dei maximum eſſe debere, non quidem neceſſariò quoad intenſionē: ſed quoad æſtimationē, & firmitatem; hoc eſt, quod dilectio eius præferenda eſt omni dilectioni, cuiuſcūque creaturæ, neque propter vllam aliam eſt deſerenda.

*Nauarrus ſe declarauit in ſum. latin.*

*D. Thom.*

*Explicatur diffinitio contritionis.*

*Sotus.*

¶ Circa diffinitionem vero prę ſtitutam, quo magis illuſtrata maneat aduertēdum eſt primò cum Soto in quarto, quòd dolor ſen- C ſitiuus, qui eſt quædam paſsio ſolita cauſari ex contritione voluntatis, ex ſe non eſt virtus: ſed quia ex electione voluntatis fit, ratio 1 nem virtutis aſſumit. Sed iſte ſenſitiuus dolor quamuis ſalubris ſit, tamen quia non eſt de eſſentia contritionis, non eſt ad virtutem pœnitentiæ ſimpliciter neceſſarius. ¶ Secun 2 dò perpendendū eſt, quod vt tradit ibi Sotus indubiè deteſtatio pœnitentiæ eſt non abſoluta, ſed cōditionalis: quia eſt iſte actus, nollem peccaſſe, ſi eſſet poſsibile: & quia iā videt eſſe impoſsibile, quia iam offenſa Dei eſt commiſſa, triſtatur de offenſa Dei. Hæc ſententia eſt omnium, inquit Sotus contra A- D drian. Fuit Victoriæ, vt refert in Summa de Chaues; eſt Nauarri in ſumma latina. capit. 1. num. 3. vbi ait quod nolle peccaſſe, quia eſt offenſa Dei, eſt eſſentialiter contritio.

*Victoria.*

*Nauarro.*

*Eſſentia cōtritionis quæ?*

*Quæſtio.*

¶ At dubitatio hic emergit paruula, an requiratur ad contritionem, quòd in particulari pœnitēs deteſtetur peccata: an ſatis ſit in generali habere iſtā deteſtationem, nollem peccaſſe.

*Nauarro.*

¶ Ad quam dubitationem Nauarrus reſpondet ibi, & cōtritionem debere eſſe volūtariam, & cum dolore peccati à ſe facti in particulari, nec ſufficere in generali iſtum actū habere; nollem peccaſſe.





*Prima propoſitio.*

¶ At quò explicatius veritas quæſtionis A illuceſcat ſtatuitur prima propoſitio; Contritio ex ſua natura requiritur ſingulorum mortalium ſpecialis, non ſolum in ordine ad confeſsionem: ſed etiam ſecundum ſe ipſam in iure naturæ. Eſt Diui Thomæ. 3. part. quæſtio. 87. articulo. 1. eſt Soti in quarto ſentētiarum, & Cani in ſua relectione de pœnit. & patet, quia contritio eſt motus conuerſionis auerſioni peccati contrarius. At per quodcūque mortale fit auerſio, ergo de ſevnumquodque mortale requirit conuerſionem ſpecialē.

*D. Thom.*

*Sotus.*

*Canus.*

*Confirmatur.*

¶ Confirmatur verò vlteriùs, quia contritionem debemus admetiri grauitati peccatorum: ſed ex obiecto, & circūſtantijs fit ag- B grauatio, ergo contritio omnium debet eſſe particularis & ſpecialis. Et hoc inſinuauit Pſalmiſta cum ait; Exercitabam & ſcopebam ſpiritū meū. Et illud Regis Ezechiæ in ſuo cātico; Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine animæ meæ. Cuius concluſionis magis illucidandæ gratia ſubnotauit Magiſter Canus, qꝫ iſta cōtritio de omnibus mortalibus ſpecialis, & diſtincta neceſſaria eſt ad ſalutē, non ſolum neceſsitate præcepti, ſed etiam neceſsitate finis; & fuit ſemper ſic in omni lege neceſſaria, etiam ſine ordine ad confeſsionem. Exemplificatque Canus, quā vocemus hic contritionem de ſingulis mortalibus di- C ſtinctam & ſpecialem: & dicit eſſe illam, quæ fertur in ſingula peccata: vt ſi peccatis præteritis in memoriam reuocatis voluntas vnica contritione vniuerſa illa deteſtetur. Hanc, inquit Canus, vocamus ſpecialem, & diſtinctam. Et pateſcit iſta ſententia exemplo viſionis. Nam ſpecialis viſio dicitur & diſtincta vnica illa, qua video ſimul, & diſtinctè omnia ligna domus, licet ſingula ſingulis viſionibus non videam. Vbi maioris adhuc explicationis gratia Sotus adijcit, qꝫ vſus pœnitentium eſt in principio habere contritionē, quæ fertur ſuper inueſtiganda peccata. Dein- D de incipiunt inueſtigare peccata ad confitendum, vel ſatis eſt ſi pœnitens peccatis omnibus memoratis vnam deteſtationem applicet: quia, inquit Sotus, contra Caietanum quòd non requirùntur deteſtationes attritionum præcedentes contritionem, quia neque peccata ſingula ſigillatim opus eſt confiteri: ſed plura peccata eiuſdem ſpeciei collectiue poteſt confiteri quis dicendo, ſepties fornicatus ſum, vel decies adulteratus ſum. Ergo coniunctim vna contritione poteſt illa deteſtari, quæ tamen ſecundum Sotum tantò maior debet eſſe appretiatiuè, ſeu æſtimatiuè, quò grauiora fuere peccata.

*Pſalmiſta.*

*Ezechias.*

*Canus.*

*Exemplificatio.*

*Exemplū viſionis.*

*Vſus pœnitentium.*

*Sotus contra Caiet.*

*Secunda propoſitio.*

A ¶ Sed quia prædicta concluſio rigidior videretur, niſi ſane intelligeretur, ideo pro eius ſana intelligētia ſtatuitur ſecunda concluſio: Licet iſta ſpecialis & diſtincta contritio de ſingulis peccatis mortalibus de ſe ſit requiſita, intelligitur quòd requiritur in re, quādo haberi poteſt; ſi autem præ anguſtia temporis haberi non poſsit; tunc ſatis eſt habeatur in voto. Hæc cōcluſio eſt magiſtri Cani in ſua relectione de pœnit. eſt Durand. d. 14. q. 2. artic. 2. ad. 1. eſt Adriani. q. 3. de baptiſmo circa finem. Eſt Ricard. & Palud. & Alex. Alen. 4. p. q. 69. membro 8. arti. 2. ita Augu. de vera & falſa pœnitētia. c. 9. & 14. & 17. Et patet, B quia iuxta illud Ezechielis: In quacūq; hora ingemuerit peccator, in momento poteſt homo conuerti ad Deum, ſicut in momento potuit auerti, quia pronior eſt Deus ad miſericordiam, quam ad pœnam. At conuertitur peccator per contritionem, ſed contritio diſtincta, & ſpecialis in re, quia requirit indagationē peccatorū, quæ non poteſt fieri niſi in tempore, & non in inſtanti; ideò nō poteſt ab eo, qui iam vltime agonizat haberi in inſtanti. Ergo ſatis eſt ei, ne ponamus eum in via extra ſtatum ſalutis, vt ſi præ anguſtia tēporis diſtinctam & ſpecialem contritionem de ſingulis peccatis mortalibus habere non C poſsit, habeat tunc generalem contritionem in re, & hanc ſpecialem in voto, quę in inſtāti in voto haberi poteſt. Imo abſolute, ait Sotus, circa hanc materiam in quarto, quòd dū pœnitens habeat propoſitū ſingula peccata deteſtandi, in momento poteſt conteri per generalem recordationem iuxta illud Ezechielis: In quacunque hora, &c.

*Canus.*

*Ratio Ezechiel.*

*Sotus.*

*Licētioſa aſſertio minoritæ.*

¶ Hic adnotare libet, cauendum eſſe lectori à licentioſa valde aſſertione fratris Ioſephi Minoritæ dicentis quòd extra tempus præcepti pœnitentiæ, per dilectionem tantum iuſtificabitur pœnitens, quia ex hac aſſertione aperte ſequitur: quod formalis pœnitentia, & formalis contritio non ſit neceſſaria D neceſsitate finis, ſed neceſsitate tantum præcepti, poſtquàm extra tempus præcepti pœnitentię, per ſolā tātum Dei dilectionem, ſine contritione iuſtificari poſſe peccatorem inſinuat, quod intolerabile eſt auditu, ſic tam generaliter aſſerere; quia communis opinio doctorum ſolum in duobus caſibus dilectionem Dei, qua pœnitens diligit Deum, quæ virtualis pœnitentia tunc eſt, docet ſufficere ad iuſtificationem peccatoris.

*Dilect. 1. ſufficit.*

¶ Primò, quando ſic eſt aliquis omnino peccatorum oblitus, vt facta diligenti indagine, nequeat vllius meminiſſe, quia tunc nō

*Sotus. Gabriel.* eſt neceſſarius actus pœnitendi,per actus dilectionis Dei,veniam obtinebit: ita Sotus in quarto ſententiarum,& Gabriel in quarto,diſtinctione. 14.q.1.articulo.2. Quia quãuis pœnitentia formalis neceſſaria ſit, nõ ſolùm neceſsitate pręcepti,ſed neceſsitate finis,hoc intelligitur,quando peccatorum vlla poteſt haberi memoria:ſed ſi non recordatur peccatorum,quia non facit diligentiam,fatetur Sotus charitatis actum tunc non ſufficere.

*Dilectio ſecundò ſufficit.* ¶Secundò caſu id accidit,quãdo quis dum patitur martyrium ſubita martyrij oblatio actum pœnitendi impediret. Tunc martyrium,qui actus dilectionis Dei eſt maximus ſine pœnitentia, & contritione ſufficeret ad B ſalutem;ita Sotus,Scotus,Gabriel diſt. præcedenti.q.1.ar.3. *Sotus. Gabriel.* Quem caſum adhuc ſic limitandũ cẽſet Sotus,ſcilicet, dũ atrocitas mortis martyrij ſic occupat mentẽ, ꝙ neque meminiſſe peccatorũ poteſt( dũmodo non ſit in cõplacẽtia peccati,aut in eius propoſito)per illã perpeſsionẽ mortis obtinebit veniã ſine contritione actuali,quia martyriũ ſupplet vicem baptiſmi,iuxta illud Ioann.5. *Ioan.5.* Maiorem charitatem nemo habet,& Mat.9. *Matth.9.* Qui perdiderit animam ſuam propter me.Ita expreſſe Chryſoſt.ſermone.29.de pœnitentia,vbi ait: *Chryſoſto.* Item lector intelligat martyriũ pœnitentia præteriti non egere:& quia in martyrio habe- C tur legitimus actus charitatis, qui defectum pœnitentiæ ſupplet, dũ mortis atrocitas ſubita mentem occupans actũ eius impediuit. Signãter dicimus,ſi ſic impeditus eſt; quia ſecus eſt ſi expoſitus martyrio inducias habet, vt poſsit peccata recolere, quia conteri tunc tenetur.Imo ſi ſuppetit copia,& tempus, cõfiteri tenetur.Hæc gratia confutandi licentioſam aſſertionem fratris Ioſephi, prolixè magis,quam par erat huic operi explicuimus.

*Quæſtio.* ¶At vtrum hoc priuilegiũ iſtius caſus,ſcilicet,ꝙ tunc ſine pœnitentia remittat peccata,ſine pœnitentia formali dico, ſoli feruori martyrij ſit concedendũ,controuertitur à do- D ctoribus.Nam Scotus id concedit: *Scotus.* cui aſtipulatur Nauarrus ſumma latina.ca.1.num. 10. *Nauarr⁹.* adducens in gratiam opinionis Scoti tres has rationes. *Ratio.1. Nauarri pro Scoto.* Primò, quia in hoc plus operatur amor,quo quis martyriũ patitur, quã pœna eius ſubita argu.1.ad Cor.13.ca. *1. ad Cor. 13.* Si tradidero corp⁹ meũ,ita,vt ardeã,charitatẽ autẽ nõ habuero,nihil ſum.Ergo id priuilegij magis tribuendũ eſt amori patiendi,quã reali paſsioni martyrij. *Argu.2.* Secundò arguit:quia fieri poteſt,vt quis plus amet, deſideretve martyrium non patiendo illud,quam alius patiendo præſertim momentaneè. Ergo ſi datur ſecundo,tri- A buendum eſt plus amanti, & deſiderãti pati.

*Argu.3.* ¶Tertiò arguitur, quia huiuſmodi amor extenditur ad recipiendum martyrium debitum:imo etiam ad volendã,atque concipiendã formalẽ cõtritionem tempore,& loco debito.Ergo hoc priuilegiũ etiam volenti pati martyriũ(etiam ſi re,non ſibi inferatur)eſt tribuendũ. *Confirmatur.* Et confirmat Nauarrus, quia poteſt cõtingere vt ex duobus,qui ſe martyrio obtulerunt,alter qui plus diligit,& deſiderat,non patiatur,alter vero ſic;quare ergo iſto priuilegio eſt priuandus ſine culpa ſua iſte tam egregiè bene meritus,qui deſiderio patiendi,paſſum anteceſsit poſtquam Deus intuetur cor? B Hæc argumenta commentus eſt Nauarrus cõtra Sotum in quarto, oppoſitã ſententiam tenentem. *Argu. ad hominem contra Sotum.* At fortius argumentum, & ad hominem mihi videor ſic poſſe formare contra Sotum. Quia actus dilectionis Dei ſupplet (vt ſua fert ſententia) quando facta diligenti indagine,nequit vllius meminiſſe,ita,vt pœnitentia formalis ei tunc non ſit neceſſaria; cũ ergo etiam ibi aſſerat in tempore martyrij potius teneri martyrem,niſi peccata ſua ſpõte illi occurrant,attentionem ad martyrium applicare per amorem ſe inflammando,ne deficiat,quàm ad recordationem peccatorũ, ſequitur ſi iuxta ſuam ſententiam primus per C dilectionem ſine pœnitẽtia iuſtificatur, quia impeditus eſt à recordatione peccatorũ,quia illorum nõ recordatur omnino; ꝙ etiam per dilectionem Dei habitam in feruore martyrij, etiam ſi parato non infligatur, cum iam gladius gutturi eius minaretur; ſine pœnitentia iuſtificabitur,poſtquam currit eadem ratio,& ſine martyrio in re:quod eſt quod contendunt Scotus & Nauarrus.

*Sententia autoris.* ¶At licet hæc argumenta non modicam apparentiam opinioni Scoti, & Nauarri concilient, his non obſtantibus contrariam Soti ſententiam autumo, magis eſſe tenendam, ſcilicet, ſoli feruori voluntatis circa marty- D rium, ſi abſit martyrium in re, id priuilegij quòd ſine pœnitentia remittat peccata, non eſſe tribuendum propter has multum veriſimiles rationes.

*Ratio.1.* ¶Primò, quia Deus ipſum opus martyrij, id eſt, mortem pro ipſo paſſam,quia eſt perfectũ teſtimoniũ fidei,doctore Diuo Thoma, *D. Thom.* hoc ſingulari priuilegio voluit decorare, & ideo de re loquens dixit: Qui perdiderit animam ſuam propter me,id eſt, qui actualiter perdiderit vitam pro me.

*Ratio.2.* ¶Secũdò,quia ſicut remiſsio omnis pœnę peccatorũ,quæ eſt, vt priuilegiũ & effectus baptiſmi ordinarius non tribuitur, (ita do-

cente



A cente eccleſia)ſoli voto baptiſmi, ſine baptiſmo in re : ita iſtud priuilegium martyrij in re,non tribuitur ſoli martyrio in voto,aut feruori ſoli volũtatis circa illud, vt ſine pœnitentia iuſtificet.

*Ratio.3.* ¶ Tertiò, quia aureola martyrij, quia eſt veluti quid inſigne, & priuilegiũ conceſſum à Deo,patienti martyrium in re, non datur illud habenti ſolũ in voto: ita remittere peccata ſine actuali pœnitentia, quæ eſt gratia à Deo indulta martyrio in re, in caſu ſuprapoſito,non eſt tributum martyrio in voto ſoli, aut circa id, ſoli voluntatis feruori:ſicut neque aureola doctorum non datur volenti B prædicare;& docere(etiam ſi doctus ſit)niſi realiter prędicet,& doceat.Et per has hic adductas rationes abundè ſatisfactum puto argumentis Nauarri in contra.

*Ad argu. ad hominem.* ¶At illud argumentum ad hominem fortius vrget,nihilominus hæc abundè ſufficiẽs ad illud ſe offert ſolutio, quæ conſiſtit in diſparitate vtriuſque caſus. Nam Sotus in primo caſu locutus eſt, vt verba eius aperte inſinuant in caſu, quo facta diligenti indagine,peccatorum nequit meminiſſe, per dilectionẽ Dei;tũc iuſtificabitur ſine pœnitẽtia; quia intelligitur neceſſaria eſſe pœnitentia, quando vlla peccatorum poteſt haberi me- C moria.At in ſecundo caſu de habente martyrium in voto,dicitur quòd cum non patiatur is re martyrij mortem,ſupereſt ei vita,& tempus vitæ,ad indaganda peccata, & ad ea in memoriam reuocanda:quare non cogitur Sotus id concedere huic, quod illi. Sed fateor neceſſario cogitur Sotus fateri quòd iſte in procinctu ad martyriũ,& ad id parato animo accinctus,ſi abſq; volũtate ſua euaſit martyriũ,ſi poſt indagationẽ peccatorũ à ſe poſtea factã nequiuit vllius peccati meminiſſe: per ſolã dilectionẽ Dei ſi in eã tũc prodeat iuſtificabitur;quia hic eſt primus caſus Soti,& ſentẽtia cõmunis catholicorũ doctorũ, quæ, vt D probe ait Nauarr⁹,lõge à Lutherana diſsidet. *Nauarr.* Quia Lutherus in nullo caſu pœnitentiã formalẽ requirit:ſed ſolũ dicit ſufficere reſipiſcẽtiã,& nouã vitam;quod dãnatum eſt in Concilio Tridentino,ſeſsio.14.c.4.Canone.5. *Cõci.Trid.* At catholici doctores in prædictis duobus caſibus ſic limitatis à ſe,ſcilicet,cum limitatione quando recordatio peccatorum,& pœnitentia actualis haberi non poteſt, dilectionem Dei ponunt,quæ virtute continet pœnitentiam peccatorum,quæ ſuppleat, per quam ad Deum tunc fit conuerſio. At Lutherus nihil huiuſmodi prærequirit, niſi inchoationem nouæ vitæ.



# CAPVT VII.

*An in caſu inaduertentiæ naturalis ſufficiat propoſitum virtuale emendandi vitam, vt quidam Iuniores affirmant,copioſè diſputatur:Vbi tandem admonentur cõfeſſores, quantum referat eos incumbere in firmãdo pœnitentium propoſitum.*

INdaganti mihi difficultates, ſi quæ circa particulas diffinitionis contritionis emergunt,circa illam particulam,cum propoſi- B to emendandi vitam, contẽtam in diffinitione contritionis, haud vulgare ſe offert dubium;An licet ex ſe requiratur propoſitum formale de non vlterius peccando in aliquo caſu per accidens,temporis,vel conſiderationis defectu,ſufficiat virtuale propoſitum? De quo caſu Nauarrus ſumma latina. *Nauarr.* cap.1.num. 10. dicit ſe fuiſſe interrogatum; pro eo,quòd quidam inſignis doctor Academiæ Cõplutenſis,aſſumptus poſtea in Epiſcopum Legionenſem,id affirmarat. Ad quã quæſtionem ei ſubſcribendo,dicit Nauarrus ſe reſpondiſſe,affirmatiue, cum limitatione tamen,ſcilicet,ſi modo ita eum pœniteat prę- C teritorum,quod ſi aduerteret ad futura, proponeret de nunquam iterando ea, aut admittendo futura. Et ſuperaddit Nauarrus,ad hũc modum eſſe intelligenda ea,quæ de ſufficientia propoſiti virtualis,magnifice ſcripſit nuper Andreas à Vega lib.13.cap.21.de iuſtificatione. *Vega.* Atque ſecundò eam opinionem ibi confirmat Nauarro ex Sylueſtro,verbo, Cõtritio,quæſtione.1.dicente; *Confirmatio Nauarri ex Sylueſtro.* Qui mauult mori,quàm peccare,eſt contritus, & tamen iſte non habet formale propoſitum: Sed ego miror Nauarrum ex hac authoritate Syluestri colligentem virtuale propoſitum ſufficere. Imo oppoſitũ colligitur;quia velle mori po- D tius, quàm peccare propoſitum formale vitandi peccata includit, quod nemo non cæcus negabit.

*2. Confirmatio ex Palude.* ¶Secundò eam confirmat ex ſententia Palud.in.4.diſt.17.q.1.concluſ.5. ſic dicentis; Cui diſplicet,quòd huiuſmodi formalem cõtritionem ſibi comparare nõ poteſt; cõtritus eſt.Sed certe(vt verum fatear)hæc argumẽta Nauarri collecta ex dictis Sylueſtri,& Paludani, & debilia ſunt, & parum, eoſdem doctores ſuam iſtam tenuiſſe ſententiam, ſunt indicantia.

¶Alia argumenta,ſi quæ pro iſta ſua opinione habeat, perſpectum ego non habeo.



Verùn-

A Verùntamē,quæ in gratiam illius cōminiſci
potui, hic proponam.
*Argu.1.* ¶Primò,ſic arguo:Dilectio Dei , quando
poſt indaginem, peccata omnino memoriæ
non occurrunt,ſufficit ſine pœnitentia actua
li ad deletionem peccati , quia virtualiter
tūc continet diſplicentiam peccatorum. At
pœnitentia quoquè virtualiter cōtinet pro-
poſitum vitandi peccata, quando defectu tē
poris,vel conſiderationis, meminiſſe de ha-
bendo formali propoſito ea cauendi non po
tuit.Ergo eadem ratione per talem pœniten
tiam præteritorum, ſine formali propoſito,
tūc peccator iuſtificabitur.
*Confirmatur.* B ¶ Confirmatur; quia regulariter, & mo-
raliter loquendo,iſti duo actus pœnitentiæ,
ſcilicet, diſplicet mihi de peccatis præteritis:
& ſecūdus, ſcilicet,propono cauere peccata
futura ; non ſolent haberi ſimul in eodem
inſtanti; ſed prius habet pœnitens primum
actum, deinde ſecundum. Concedamus igi-
tur ità eſſe , quod poſt quàm habuit pœnitēs
primum actum, ſcilicet , ſummè diſplicet
mihi tot peccatis diuinam offendiſſe maieſta
tem,quia ſtatim interceptus eſt morte, non
potuit habere formaliter, & explicitè ſecū
dum actum : ſcilicet,propono cauere futura
peccamina,tunc cōceſſu durum eſſe videtur,
C quòd iſte,cui ſic diſplicuere in primo inſtāti
peccata,quod virtute illius diſplicentiæ ſta-
tim niſi interclufus fuiſſet tempore, prodiret
in actum proponendi abſtinere , in æternum
pereat defectu formalis propoſiti, cum for-
maliter diſplicuerint ei præterita , & virtuali
propoſito(vt ſuppono)non caruerit vitandi
futura.
*Argu.2.* ¶Secundò ſic argumentor; Licet ex ſe re-
quiratur ad iuſtificationē(vt dictū eſt) ſpecia
lis,& diſtincta contritio de omnibus mortali
*Sotus.* bus,tamē ſecūdū Sotū & Canū quando non
*Canus.* ſuppetit tempus memorādi peccata , ſufficit
eam contritionem ſpecialem & diſtinctam
D habere in voto,neque requiritur eam tunc
actualiter pœnitens habeat. Ergo pari ra-
tione,licet ex ſe formale , & actuale cauendi
futura requiratur votū, quādo præanguſtia
temporis,vel naturalis inconſiderationis cau
ſa, id propoſitum actualiter nō habuit,ſuf-
ficit habuiſſe contritionē de præteritis, quæ
virtualiter,& veluti in voto formale propo-
ſitum continere videtur.Sicut in caſu contri-
tio illa generalis ſpecialem non continet
actualiter, ſed in voto.
*Argu. 3.* ¶Tertiū ſic argumentor; Et ſi fides expli
cita iam nunc poſt promulgationem Euan-
gelij,omnibus ad ſalutem æternam aſſequen

A dā neceſſaria credatur: tamen ſecūdum Sotū *Sotus.*
in.4.& ſecundum Metinam in ſua ſummula. *Metina.*
folio.75. pag.2. quando quis laborat igno-
rantia inuincibili fidei explicitæ incarnatio-
nis,& Trinitatis , quia cum eſſet educatus in
montibus , caruit prædicatore, ipſum de ipſa
inſtruente,ſecūdum verā ſententiam cum ſo-
la fide implicita,hoc eſt,ſine explicita ſalua-
bitur,ſi moriatur in gratia;ad quam aſſequen
dam ſecundū nobiles Doctores ſic ignoranti
explicitam,ſatis eſt cum cæteris requiſitis fi-
des implicita;quia illa,vt nomen illius ſonat
implicite cōtinet fidē explicitam.Ergo à ſi-
mili licet propoſitū formale abſtinēdi ſit ne-
B ceſſariū,quādo illo caruit agonizans in mor-
te,quia ex quadam inaduertentia naturali,&
quaſi inuincibili,illius eſt oblitus,per diſpli-
cētiā,quā habuit virtualiter cōtinētē tale pro
poſitū,ſaluabitur vt videtur ſi ſtatim obierit.
¶Quartò arguitur ex antecedenti præaſ- *Argu.4.*
ſumpto ex Metina in loco citato.fo.76.p.1. *Metina.*
Si aliquis inter Chriſticolas, qui conſtitutus
eſt iam in extremis, dū cōfitetur alia peccata,
cōfeſſus eſt negligentiorē fuiſſe circa addiſcē
dam doctrinā,quia noluit eam audire, ac pro
pterea ſe carere notitia myſterij incarnatio-
nis & Trinitatis,& articulorū fidei,& cū hoc
cōfiteretur ſubitò vſum loquelæ & ſenſuum
C amiſit,huic negādā fore abſolutionē eſſet im
pium dicere ; & vitio tribueretur cōfeſſori,ſi
huic abſolutionem negaret , quia alias homo
hic extra ſtatū ſalutis in hac vita viuens,eſſet
cōſtitutus.Ex hoc ſuppoſito patet, ſi talis ab
ſoluendus eſt,quia fides implicita illi ſufficit
in hoc caſu,vbi de explicita inſtrui nō potuit
ꝙ etiā à ſimili,qui in articulo mortis cōſtitu
tus cōfitendo peccata rogatus à cōfeſſore,an
propoſuerit vitare peccata,reſpondit ſibi di-
ſplicuiſſe peccata præterita; ſed de cauēdo in
futurū nō meminiſſe,& cū hęc diceret ſubito
ſtatim priuatus eſt vſu rationis, pari ratione
videtur abſoluendus ne detur homo in vita
D extra ſtatum ſalutis.Ergo ſi eſt abſoluendus,
ſufficit ei diſplicentia peccatorum præterito
rum cum propoſito virtuali,quod habuit:nā
actuali,& formali caruit,quia priuatus ſenſu,
illud poſt nequiuit habere. Nec antea ha-
buit,vt ipſe faſſus eſt,neque cum dixit illius
non meminiſſe;quia hæc verba formale non
important,& occupatum circa reſpondendū
confeſſori,veriſimile eſt ad tunc actuale ha-
bendum non aduertiſſe.
¶Certe hæc argumenta, quæ deſpicabilia
omnino non videntur me olim aliquātulum
in opinionem Nauarri & Vegæ & Epiſco-
pi Legionenſis inflexere;ſed iam re exactius,
&



A & limatius inſpecta ſanius duco cum noſtris
Thomiſtis tenere.
*Prima cōcluſio tenēda.* ¶Quare ſtatuitur reſponſiua concluſio;
Propoſitum actuale cauendi peccata morta-
lia in poſterum eſt neceſſarium ad iuſtifica-
tionē,nec ſufficit virtuale. Hæc cōcluſio eſt
*Sotus.* Soti in quarto,vbi ait,ꝙ opinio cōtraria neq;
vera eſt neq; tuta neq; in populo euulgāda.
Imo nullus antiquorum ſic auſus eſt loqui,
prout Maior inuētor iſtius opinionis loquu
*Alexan.* tus eſt,quia Alex.4.par.q.69.membro.9.&
*Durand.* Durād.d.17.q.2.& omnes dicūt requiri pro
*Victoria.* poſitū formale.Hæc eſt Victoriæ, vt habe-
tur in ſumma de Chaues in cuius gratiā addu
B xit illud dictum à Dño,paralytico: Noli am
pliùs peccare.Vbi ſignanter dixit,noli:quaſi
per nolitionē peccādi exegerit propoſitum
formale.Nā nolle peccare deinceps propoſi
tū eſt formale nō peccādi.Et hæc cōcluſio eſt
*Metina.* Metinæ in ſua Sūma fol.4.p.1.vbi ait dolorē
pœnitētiæ debere eſſe coniunctū cū vero , &
firmo propoſito cauēdi offenſam Dei in om-
ni loco,& tēpore, & hoc propter dilectionē
Dei principaliter,per propoſitū verū & fir-
mum. Hic Metina nō intelligit virtuale,ſed
formale,& actuale quod verū propoſitū eſt.
*Probatio primo.* ¶At probatur primò, quia nullus Docto-
rum antiquorum fingit propoſitum virtuale
C *D.Ambr.* neque ſomniauit ſufficere;neque D.Ambro.
qui dixit pœnitentiam eſſe male acta plange
re,& plangenda nō iterare, in ſenſu Nauarri,
& Vegæ loquutus eſt.
*Probatur ſecundo.* ¶Item,quia ſacræ literæ pro noſtra cōclu
ſione loquuntur,quando Ezechielis.18. dici
*Ezechiel.* tur:Si impius egerit pœnitentiā ab omnibus
peccatis ſuis , & cuſtodierit præcepta mea:
Ecce exigit propoſitū ſeruandi præcepta, &
*Probatur tertio.* nō virtuale,vt iſti autumāt.¶Prętereà patet,
quia pœnitētia eſt cōuerſio ad Deū iuxta il-
*Ioel.* lud Ioelis.3.Cōuertimini ad me.At cōuerſio
vtrūque extremū includit & receſſum à pec
cato per eius diſplicentiā;& acceſſum ad Deū
per volitionē;& propoſitū cuſtodiendi præ
D cepta eius.Ergo formale propoſitum requiri
tur,ſicut & formalis acceſſus ad Deum requi
*Satis fit argumento contrario.* ritur.¶Neque valet argumentum fallax con
trariè opinantium,inquit Sotus, dum ſic ar-
guunt:Cum quis deteſtatur peccata tāquàm
offenſam Dei,illa deteſtatio virtualiter inclu
dit propoſitum cauendi; ergo illud ſufficit,
quia reſpondetur quod virtualiter illa dete-
ſtatio includit propoſitum:quia gignit pro-
poſitum formale. Tamen ſi illud non pariat,
non eſt vera deteſtatio.
*Probatio vltima.* ¶Vltimò tandem comprobatur ex decre
*Con.Trid.* to Concilij Tridentini,ſeſſione.14.cap.4.de

A contritione,vbi ait:Contritio, quæ primū lo
cum inter pœnitentis actus habet, animi do-
lor atque deteſtatio eſt de peccato cōmiſſo,
cū propoſito non peccandi de cætero. Vnde
palmarium iſtud mihi videor conficere argu
mentum;Verba Concilij,ſicut & Sacræ ſcri-
pturæ in propria ſignificatione,& ſenſu acci
piuntur;neque in ſacra ſcriptura verba ſunt
in improprios retorquenda ſenſus & meta-
phoricos,niſi accepta in proprio ſenſu abſur
ditatem,& diſſonantiam contra fidem inge-
nerarent. Et hoc eſt axioma Theologorum *Axioma Theologorum cōtra hæreticos.*
cōtra noſtræ tempeſtatis hęreticos;quia alias
nullū ſatis firmum ex ſacris locis cōtra ipſos
B videretur confici argumentum. Cum ergo
Concilium Tridentinum hic contritionem
propoſitum non peccandi de cætero coniun
ctum habere determinat,planum eſt , ꝙ ſicut
loquitur propriè de cōtritione; qualis eſt for
malis dolor,& deteſtatio ; ita loquitur pro-
priè de vero & formali propoſito. Nam vir-
tuale propoſitum non tam verè & propriè
propoſitum eſt:quia nec tam proprie & ſim-
pliciter propoſitum dicendum eſt , niſi cum
illo addito,ſcilicet,virtuale.
¶Cæterùm quia forſitan aliquis hanc no-
ſtram concluſionem pati exceptionem in ca
ſu moderato à Nauarro exiſtimabit, ideo ſta
C tuitur contra hoc ſecunda concluſio,ſcilicet; *Secunda concluſio.*
Nec etiam per accidēs ratione anguſtiæ tem-
poris,aut conſiderationis defectu, ſufficit vir
tuale propoſitum emendæ:etiā ſi taliter pœ
niteret de præteritis,quod ſi animaduerteret
ad futura,proponeret ea cauere, quæ fuit li-
mitatio Nauarri.Patet prima concluſio;quia *Probatur primo.*
rationes primę concluſionis abſolutè requiri
formale propoſitum probant.
¶Secundò,id etiā confirmatur imo potiſſi- *Probatur ſecundo.*
ma eſt probatio;quia in diffinitione cōtritio-
nis,vtrunque ponitur tanquàm eſſentiale,&
diſplicentia de præteritis, & propoſitum ca-
uendi futura,ſed nullus auſus eſt dicere in ta
li caſu ſufficere diſplicētiam virtualem; ergo
D neque ſufficit propoſitum virtuale.
¶Denique pateſcit ex hoc , quia Concil. *Probatur tertio.*
Trid.loco citato pœnitentiam propoſitum *Con. Trid.*
vitæ nouæ,& nō ſolum ceſſationem à pecca-
to,ſimul & odium veteris vitę cōtinere decer
nit.Sed hic Conciliū non diſtinguit,an in ca-
ſu anguſtiæ temporis , vel inconſiderationis
requiratur virtuale , vel formale : ergo nec *Iuriſtarū axioma.*
nos diſtinguere debemus ; quia legiſtarū cō-
mune dictum eſt , & allegatum ab ipſo Na-
uarro,quod vbi lex non diſtinguit , nec nos
diſtinguere debemus.Si ergo, vt probatū eſt,
Concilium Tridentinū loquitur de formali,
 & ſine

& ſine diſtinctione loquitur, parum tutum eſſe videtur ſic diſtinguere,& limitare ad animas in re non tuta ad ſalutem aſſecurandas.

¶Veruntamen,ne opinionem iſtā de virtuali propoſito,ab omni caſu penitus excludamus. *Tertia cōclusio.* ¶Statuitur tertia concluſio; In caſu martyrij, quando ſubitò martyr rapitur ad martyrium, vbi pœnitēdi locus nō ſupereſt, aut tempus,& in caſu,quo quis poſt examinationem conſcientiæ,obliuione naturali captus,nullius reminiſcitur peccati,ſi tamen in his duobus caſibus actu veræ dilectionis Dei non careat,ſine formali propoſito, cum ſolo virtuali cauendi,quod apta nata eſt Dei dilectio progignere,iuſtificabitur. Hæc concluſio,quæ eſt Gabrielis,Soti,& Metinæ in ſua ſumma fol.4.p.1.manſit iam in præcedentibus probata; & adhuc hac ratione fulcitur. *Gabriel. Sotus. Metina.* Quia ſicut in his duobus caſibus remittūtur omnia peccata ſine pœnitentia formali, quia dilectio Dei ſupplet:ita ſicut tūc talis dilectio ſupplet pœnitentiam formalem,ità quoque & propoſitum formale.

¶Cæterum iam ad ſolutionem argumentorum in contra recurramus, quæ doctioribus patent(ſed quia etiam parum doctis debitores ſumus)reſpondendo ordinatim facimus ſatis. *Ad 1. argumen.* Ad primum argumentum reſpondetur,quòd diſcrimē eſt patens,quia dilectio Dei in caſu illius impotētiæ prętactæ in duobus caſibus vltimæ concluſionis(quia docēte *D. Paul.* Diuo Paulo,charitas omnia ſuſtinet,)ſupplet neceſsitatem pœnitentiæ formalis operiendo multitudinem peccatorum, ſuffragante huic ſententiæ ſacra ſcriptura. At verò diſplicentia de præteritis,& propoſitum cauendi futura,quia veluti duæ partes ſunt cōplentes diffinitionem contritionis: ideò vna non ſupplet aliam in aliquo caſu, ſicut neq; animal ſupplet rationale:vbi abeſt rationale, nec corpus ſupplet animam,vbi abeſt anima, quia ſunt partes vnius diffinitionis, ſiue logicę,vt in exēplo primo, ſiue phyſicæ, vt in ſecundo.

*Ad confirmat.* ¶Ad confirmationem reſpondetur primò, quòd quia pœnitentia neceſſaria eſt,non ſolum neceſsitate præcepti, ſed neceſsitate finis,& ſicut continet diſplicentiam de præteritis,ſic propoſitum cauendi in futurum; ſicut in caſu Nauarri;ſi deficeret diſplicentia formalis,talis non ſaluaretur, ſic ſi deficeret propoſitū formale,(quāuis adeſſet ei virtuale) non iuſtificaretur.

*Secundo ſoluitur.* ¶Secundò, reſpondetur, quòd licet concedamus vſum pœnitentium in producendo prius actum diſplicentiæ peccatorū, deinde ſecundò in producendo propoſitum actuale emēdæ: tamē inde ſufficienter nō colligitur, quòd ſi poſt primum productū diſplicentiæ actum pœnitens moriatur,quia formale propoſitum habere nō potuit,cum virtuali ſolo, quod habuit, ſaluabitur; quia vt dictum eſt, ſicut ſine pœnitentia formali,quia neceſſaria eſt neceſsitate finis, ſi eam non habuit, non ſaluaretur: ita neque ſine formali propoſito tūc iuſtificaretur. Præterquàm,quod negandum nō videtur poſſe pœnitentē vnico actu *Satisfit obiectioni.* voluntatis,atque per conſequens, in vno inſtanti ferri in diſplicentiam formalem peccatorum, & in propoſitum formale ea vitandi quia iſta ordinem habent inter ſe ſicut acceſſus, & receſſus idem eſt motus realiter aliquādo,vt receſſus à domo,& acceſſus ad eccleſiam.Ita cōtritio,quę eſt formaliter acceſſus ad bonam vitā per propoſitum emendæ, & receſſus à mala per diſplicentiam eius, idē poteſt eſſe,& vnicus motus voluntatis; ſicut ſecundū Diuum Thomam. 1.2. eodē motu *D.Thom.* realiter poteſt ferri voluntas in finem, & in media in eodem inſtanti,quia ordinē habent inter ſe.Ex quo ruit vis confirmationis volentis probare non potuiſſe habere propoſitū pro inſtanti:quo habuit diſplicētiam.

*Ad 2. argumen. Sotus. Canus.* ¶Ad ſecundum argumentum dicitur inter præaſſumptū & concluſum magnā ineſſe diſparitatem. Quia ſi ſecundū Sotū & Canum; quando non ſuppetit tempus cōmemorandi peccata,ſufficit cōtritio generalis cum voto ſuo tēpore habendi ſpecialem, cū aliàs ex ſe ſpecialis eſſet requiſita;id ideò eſt, quia cōtritio generalis etiā formalis,& actualis contritio eſt.Quare cū voto habendi ſpecialem contritionem tēpore debito,ſpecialem pro tunc ſupplere poteſt.At verò in caſu argumēti nihil præceſsit formale,quod defectū formalis propoſiti ſupplere poſſet, quia diſplicentia illud nō ſupplet,cū nō ſit propoſitū formale vt ſic,nec præceſsit propoſitum formale ſaltem generale emendandi ſe, quod propoſitū emendādi talia peccata cōtineret implicitè.

*Ad 3. argumen.* ¶Ad tertium argumentum iam patet quid ſit dicendum. Quia ſi fides implicita in habente gratiam, ſi ignorantia inuincibili explicitæ fidei laboret,& ſi tunc obeat,ſufficit ei ad ſalutem æternam, ſuppletque explicitam iam nunc tempore gratiæ requiſitam; id ideò eſt, quia fides implicita licet implicita ſit, tamen fides formalis,& actualis eſt: vnde talis nō ſaluatur tunc ſine fide actuali,& formali, At propoſitum virtuale non eſt formale, neque pœnitētia, ſeu dolor de præteritis formaliter, continet formale propoſitum; vnde cū illa



illa ſola diſplicentia ſine formali propoſito, ſaluari non poterit: quia non eſt eadem ratio de vtroque caſu.

*Ad 4. argum.* ¶Ad argumentum quartum ex antecedenti præaſſumpto ex Metina, iam ex ſolutione ad confirmationem & ad tertium illuceſcit ſolutio. Quia in caſu Metinæ iuxta opinionem probabiliorem fides implicita cum ſit formalis,ſupplet: vnde talis abſoluendus eſt. At in caſu conſequentis nihil eſt, quod propoſitum formale ſuppleat, vt ſupponimus,& probatum eſt. Veruntamen nec negandam fore & huic ſecundo abſolutionem credimus, quia non conſtat,nec ſatis conſtare poteſt dum admonitus eſt à confeſſore, & rogatus an habuerit propoſitum cauēdi peccata, & dum reſpondit non habuiſſe antea in præterito,quòd non habuerit formale tūc in præſenti,maximè cum à confeſſore admoneretur. ¶Prolixius hanc quæſtionem pertractaui,quàm optaram,tamen ſpero nō ſine fructu ſic feciſſe.

*1. Notabile.* ¶Præterea,vt reliqua huic quæſtioni confinia concludamus:perpēdenda hæc veniūt. Primùm,quòd licet,vt inſinuatur in diffinitione contritionis, ad contritionem, propoſitum confitendi requiratur: tamen ſecundùm Sotum in.4. propoſitum expreſſum, *Sotus.* & explicitum in momento iuſtificationis non requiritur, ſed ſolum ſeruandi legem: intra quod propoſitum implicitè continetur propoſitum confitendi ſuo tempore debito.Sed hæc aſſertio Soti intelligitur,quando iuſtificatio contingit extra tempus impletionis præcepti confeſsionis: nam tempore impletionis talis præcepti, expreſſum propoſitum illud implendi requiritur.

*2. Notabile.* ¶Secundum;quòd licet dolor de præteritis,& propoſitum formale de cauendis futuris,ita neceſſaria ſint, vt niſi in duobus caſibus iam dictis,vbi dilectio Dei, & martyriū ſupplent pœnitentiam,formale propoſitum ſuppleri non poteſt in ordine ad iuſtificationē,tamen in ordine ad validitatē, vel inualiditatē ſacramēti pœnitētię magis vrget neceſsitas doloris. *Differentia doloris & propoſiti.* Quia ſecundum omnes doctores; confeſsio ſine aliquali formali dolore nō erit valida;quia nec erit vera confeſsio, quia nec vera eſt accuſatio, ſed,ficta, ſi fiat ſine vllo dolore. *Sotus.* At ſecundum Sotum in.4.vbi agit de validitate ſacramenti confeſsionis; validū cenſetur eſſe ſacramentum, licet non fructuoſum,vbi pœnitens exiſtimans ſe gerere in animo propoſitum verum cauendi in futurum peccata,quod debet eſſe abſolutum, re vera falſus eſt,quia non geſsit,niſi conditionale propoſitum,ſcilicet,vellem abſtinere.

*3. Notabile. Metina gloſſatur.* ¶Tertium venit aduertendum, quòd quando Metina in ſua ſumma.fol.4.pag.ait ſecūdum caſum,in quo iuſtificari, & ſaluari poteſt aliquis ſine pœnitentia eſſe, quando quis obliuione naturali,nullius reminiſcitur peccati, quia Deus,inquit,diſponens omnia ſuauiter non obligat ad id,quod moraliter eſt impoſſibile,diminutè loquutus eſt:quia in duabus limitationibus apponendis defecit.Quia prima eſt limitatio,cū qua eſt vera eius ſentētia, & ſine illa non eſt,ſcilicet, quòd intelligatur dūmodò in tali caſu, vbi re vera ſunt peccata mortalia in tali,ſed illorū naturaliter eſt oblitus,ſit in eo actus dilectionis Dei ſupernaturaliter habitæ:quæ tunc ſupplet,quia pœnitentia eſt virtualis. Quia aliàs ſi ille ſic oblitus peccatorum, mortalibus re vera coram Deo implicitus ſit,cum ſit auerſus à Deo,ſaluari nequit:niſi conuertatur: at non conuertitur per pœnitentiam, quia ea caret, & tunc ſecundum Metinam ei non eſt neceſſaria.Ergo ſaltem conuerti debet tunc ad Deū per dilectionem Dei,quæ eſt acceſſus ad Deum,& eſt pœnitentia virtualis.Et tamē Metina iſtā limitationem,quæ à Soto,& doctoribus cōmuniter apponitur,ibi nō apponit. Secundò deficit in eo, quòd caſum iſtum non limitauit ad eum,qui poſt diligentiam recordandi adhibitam,nullum peccatum feciſſe,ei in memoriā venit:cuius limitationis cordatę meminit Sotus. *Sotus.* Sed non eſt valde mirandum Metinam in hoc defeciſſe, dum breuitati ſtudebat in ſumma.Nam dum breuitati ſtudemus, nonnulla nos contingit dicere,vt mihi vſu venit: quæ ſi extenſius,& explicatius dicta fuiſſent nullam notam paterentur.

*4. Notabile valde aduertendum.* ¶Demum,quia valde memoriæ confeſſorum commendatum eſſe volumus, eos oratos volumus, vt poſtquàm ex longa ſerie hac diſputationis noſſe poterunt, quanto pere formale, & actuale propoſitum emendandi vitam exigatur ad pœnitentium ſalutem,vt in primis de hoc propoſito habendo eos admonere ſatagant,& vt hortatur eos Sotus *Sotus.* in firmando propoſitum pœnitentis maxime incumbant,& inſudent. Nam defectu huius firmi,& abſoluti propoſiti,& pœnitētia ſolet claudicare, & ſalutem pœnitentium periclitari contingit. Sunt enim, inquit Sotus,confeſſores qui innumeras & ſuperfluas inculcant interrogationes in confeſsione, & tamen de firmando propoſitum pœnitentis neque vllum proferunt verbum.

CAPVT

# CAPVT VIII.

*De differentijs inter contritionem & attritionem, & an attritio ex viribus naturæ elicita, ſufficiat cum ſacramento in re ad obtinendam gratiam; & quid ſenſerit circa hoc Sotus & Canus; & quid inſinuare videatur modo Concilium Tridentinum.*

*De differẽtia attritionis & contritionis.* POſtquàm particulas diffinitionis contritionis pro poſſe explicatas reliquimus, iam de differentia doloris, ſcilicet, contritionis, & attritionis, & rurſus de differentijs, quibus inter ſe differunt, nunc agere nos oportet. *Con. Trid.* Nam ſecundum Concil. Tridentinũ. ſeſsio. 14. cap. 4. de contritione, alia eſt contritio perfecta, & alia eſt imperfecta: quæ attritio dicitur: quoniam, vel ex turpitudinis peccati conſideratione, vel ex gehennæ & pœnarum metu, communiter concipitur. ¶Quæ quidem genera dolorum contritio, & attritio Soto ſic tradente in 4. ſentẽ. *Sotus. Quincuplex differentia.* quincupliciter differunt. Primò, quod contritio eſt dolor de offenſa Dei, vt ſic: ſeu ꝓpter Deũ offenſum: attritio verò eſt propter pœ-

1 nas temporales, aut æternas de peccato dolere.

2 ¶Secundò, quòd attritio oritur ex timore ſeruili, non tamen ideò facit hominem hypocritam, vt aiunt Lutherani: imo donum Dei eſſe, & Spiritus ſancti impulſum ibi declarat ſancta Synodus Tridentina: at cõtritio oritur ex timore filiali.

3 ¶Tertia differentia ſecundum Sotum eſt, quod attritio poteſt viribus naturalibus elici, quia non eſt vltima diſpoſitio ad gratiam. *Subnotatur dictũ Soti.* Sed hoc dictum Soti contra Concilium Tridentinum videtur eſſe; quod talem attritionem donum Dei eſſe, & Spiritus ſancti impulſum declarauit; ſed poſteà hoc declarabitur magis. At contritio ſemper ſine dubio naſcitur ex auxilio ſupernaturali præueniente liberum arbitrium.

4 ¶Quartò diſcriminãtur: Quia attritio per ſe extra ſacramentum non eſt ſufficiens ad conſtituendum hominem in gratia: cõtritio vero vtpote dolor perfectus ex virtute Dei recepta, extra ſacramentum in re, cum eius tamen in ſe incluſo voto hominem ad gratiã reducere valet.

5 ¶Quinta differẽtia ponitur; Quia attritio poteſt eſſe actus informis, id eſt non informatus gratia & charitate: contritio autem ſemper eſt actus gratia & charitate formatus.

*Quæſtio.* ¶Sed adhuc maioris explicationis gratia

A inueſtigare pergo, qualis dolor nomine attritionis intelligatur. *Reſpon. Sotus.* Cui quæſtioni reſponſio Soti in quarto facit ſatis; vbi ait, quòd nomine attritionis intelligitur dolor ille, qui cum ſacramento ſufficit ad gratiam. Vndè velleitas impœnitentium reſpectu cauendi futura, non eſt (inquit) attritio: quia cum ſacramento ad gratiam non ſufficit.

*Quæſtio.* ¶At rurſus ex hac Soti doctrina, & alia nõ contemnenda, ſed ſcitu deſiderabilis quæſtio oritur, an cum attritione orta ſolùm ex viribus naturæ ſimul cum ſacramento in re, poſſit pœnitens iuſtificari. Et quidem quæſtio eſt, quę nobis Thomiſtis facit negotium, pro

B pterea, quòd Sotus, & Canus clariſsimi Thomiſtæ videntur hic affirmatiuã tenere. *Sotus. Canus.* Quia Sotus ait, quod nomine attritionis intelligit actum, qui cum ſacramento ſufficit ad gratiã: & in tertia differẽtia à ſe præſignata inter attritionem & contritionem ſubiungit, quod attritio poteſt viribus naturalibus elici. Si igitur attritio eſt: quæ cum ſacramento ſufficit ad gratiam ſecundum Sotum, & ſecundum eundem, ex viribus naturalibus elici poteſt; ergo ſecũdum ipſum cum attritione orta ex viribus naturalibus ſimul cum ſacramento in re, poterit homo reſtitui ad gratiam.

*Canus.* ¶Canus quoque, licet non tam clarè colli-

C gatur, in hanc aliquibus videbitur forte inflexiſſe ſentẽtiam, dum in ſua relectione de pœnitentia. fol. 121. pag. 2. ſic ait; Attritio, quæ procedit ab amore naturali Dei ſuper omnia, forſitan diſpoſitio eſt idonea, vt virtute ſacramenti baptiſmi & pœnitentiæ, gratia cõferatur: quia talis attritio tollere videtur cõplacẽtiã peccati, & obicem ſacramenti. At ſecundum Metinã. 1. 2, *Metina.* licet in natura lapſa ſimpliciter, & abſolutè vt ſentit D. Thomas, diligere Deum ſuper omnia dilectione naturali ex viribus naturæ homo non poſsit, quia dilectio Dei ſuper omnia obſeruantiam vniuerſalem mandatorum in ſe continet: tamen in pu

D ris naturalibus ex viribus naturæ, dilectione Dei naturali ſuper omnia ſaltem imperfecta, & per breue tempus, Deum diligere homo poſſet, quia alias homo obligaretur ad impoſsibile. Quòd ſi de iſta dilectione naturali Dei ſuper omnia, quæ ex viribus naturæ imperfectè, & per breue tempus haberi poteſt, locutus eſt Canus, quia ſibi viſa eſt ſufficiens ad tollendam complacentiam, & obicem peccati, planè videtur tenere, quòd attritione ex tali dilectione orta, quæ viribus naturæ etiam, vt ipſa dilectio imperfecta haberi poteſt, ſimul cum ſacramento in re, iuſtificabitur pœnitens.

¶In



*Concluſio.* ¶In contrarium videtur aſtare diffinitio Concilij Tridentini. Igitur ſtatuitur hæc indubitabilis concluſio: Attritio quæ cum ſacramento pœnitentiæ ſufficiens eſt ad conſequendam gratiam ex viribus naturæ ſolis, haberi non poteſt. Hæc concluſio, ipſiſsima *Cõci. Trid.* Concilij Tridentini loco citato videtur eſſe. Vbi de attritione loquens ait. Attritio quæ ſic dicitur ex turpitudinis peccati conſideratione, vel ex gehennæ, & pœnarum metu; communiter concipitur, ſi voluntatem peccandi excludat cum ſpe veniæ, non ſolum nõ facit hominem hypocritã, & magis peccatorem: verum etiam donum Dei eſſe, & Spiri-

B tus ſancti impulſum non adhuc quidem inhabitantis: ſed tantùm mouentis, quò pœnitens adiutus viam ſibi ad iuſtitiam parat. Et quanuis ſine ſacramento pœnitentiæ per ſe ad iuſtificationem perducere peccatorẽ nequeat: tamen eum ad Dei gratiam in ſacramẽto pœnitentiæ impetrandum diſponit. Ecce quid clarius? Nam ſi talem attritionem donũ Dei eſſe, & Spiritus ſancti impulſum eſſe declaratur; ergo ex viribus naturæ haberi non poteſt. *Metina.* Huius ſententiæ eſt Metina. 1. 2. vbi ait quod opera omnia quibus peccator diſponitur ad iuſtificationem ſiue mediatè, vel immediatè non poſſunt fieri ſine auxilio ſpecia

C li: quia etiam generans ponit diſpoſitiones remotas. Ergo ſecundum ipſum iſta attritio: quæ ſecundum Concilium Tridentinum ad Dei gratiam in ſacramento pœnitentiæ impetrandam diſponit, ex ſpeciali auxilio Dei eſt, & non ex viribus naturæ. *Ratio congrua.* Et rationem cõgruam valde noſtræ concluſioni hanc aſsignare poſſumus; quia Deus diſponit omnia ſuauiter, & ſicut ad formas naturales, diſpoſitiones naturales vtpote illis proportionatas adaptauit: ſic formæ ſupernaturali, qualis eſt gratia, quæ datur in ſacramento pœnitentiæ diſpoſitionem ſupernaturalem accommodauit. Nam diſpoſitio naturalis, id eſt, ex viri-

D bus tantum naturæ dolor, iſtam proportionem, & habitudinem congruentem ad formam ſupernaturalem gratiæ non habet.

*Canus.* ¶Huius ſententiæ proculdubio non fuit Magiſter Canus loco citato in ſua relectione de pœnitentia. fol. 121. pag. 1. Vbi licet, ait; quòd attritio efficax ex timore pœnarum ſupernaturalium idonea diſpoſitio eſt ad ſacramentorum baptiſmi, & pœnitentiæ gratiam percipiendam; & licet alibi. 3. parte. eiuſdem relectionis. fol. 34. pag. 2. dixerit, quod ad dolendum de peccato propter pœnas ſpirituales, vel æternas lumine fidei cognitas, quia propter finẽ ſupernaturalẽ eſt hic dolor, ne-

A ceſſariũ eſt auxiliũ Dei ſpeciale; tamẽ omnia inturbare videtur, dũ poſtea. fol. 121. 3. parte relectionis ait, ꝙ ſi quærat aliquis: Quando pœnitens fiat ex attrito contritus virtute ſacramenti, reſpondeo, id euenire, quocunque attritionis genere homo ſit attritus: ſi exiſtimat ſe præſtitiſſe, quod neceſſariũ erat, ignoratq; inuincibiliter ſe non habere ſufficiẽtem diſpoſitionẽ, quia huiuſmodi nõ ponit obicẽ. Cũ autem aliquod genus attritionis, ſcilicet, quod eſt de peccato, quia induxit infamiam, vel nocumentũ temporale, ex viribus naturę haberi poſsit, & cõmuniter habeatur, ſequitur ſenſiſſe Canum cum tali attritione ex viri *Colligitur ſenſus Cani.*

B bus naturæ elicita, accedente ſacramento in re, poſſe homines iuſtificari: ſi ignoret inuincibiliter ſe non habere ſufficientem diſpoſitionem. ¶Sed quid ſi ſciat talem dolorem inſufficientem eſſe diſpoſitionem? tunc ait, ſic attritus non fit ex attrito contritus virtute ſacramenti, ideſt, non accipit gratiã.Ità Canus. *Illatio ex verbis Cani.* Ex cuius dictis colligitur, quod ad iuſtificationẽ attritio ex auxilio Dei ſpeciali elicita nõ eſt neceſſaria cũ ſacramento, quia cũ attritione habita ex viribus naturę, qualis eſt, qua quis dolet propter infamiã ſi pœnitens ſuſcipiens ſacramentũ ignoret inuincibiliter inſufficientiã iſtius diſpoſitionis poterit iuſtifi

C cari. Et eiuſdẽ ſententiæ puto fuiſſe Sotum.

*Sententia authoris iuxta Cõc. Triden.* ¶Sed egò iuxta mẽtem Concilij, arbitror abſolutè attritionem, quæ ſit donum Dei, & impulſus Spiritus ſancti ad iuſtificandum hominem ſimul cum ſacramento in re, eſſe neceſſariam: vt ſi abſit, etiam ſi adſit attritio ex viribus naturæ non iuſtificabitur peccator, ſiue peccator inuincibiliter ignoret, vel non, inſufficientiam talis diſpoſitionis. Quanuis crediderim, attritionem ex viribus naturalibus de peccato propter inductam infamiam, vel iacturam bonorum temporaliũ ex perpetrato peccato, licet non idonea ſit ad cum ſacramento conferendam gratiam: ta-

D men ad validitatem ſacramenti pœnitentiæ ſufficientem eſſe: ſi pœnitens ignoret eius inſufficientiam inuincibiliter, contra Sotum. *Sotus.* Qui in quarto diſtinctione. 14. quæſtione. 2. articulo quinto. licet concedat validum efficere ſacramentum attritionem per vires naturæ elicitam, vt cum quis dolet de peccato propter infamiam, ſed ſuperaddit contra noſtram concluſionem: quòd per ſacramentum tali attritione attritus fit contritus, & recepit gratiam: quia Deus per cauſas naturales, vt ipſe Sotus alibi ait inuehit hæc mala, quatenus diſplicentiam peccati generant in peccatore.

¶Cæterùm

*Ad rationes Soti, & Cani.* ¶Cæterùm ad rationem ipſorum oportet A reſpondere. Quia, inquiunt Sotus, & Canus, hæc attritio ex puris naturalibus habita tollit obicem, & complacentiam peccati: ergo ſufficit ad conferendam gratiam cum ſacramento in re. Dicitur ergo ad hoc quòd talis habens attritionem ſolum ex viribus naturæ non ea ratione ſolùm, quia ponit obicem, vel non ponit, impeditur, vel non impeditur à ſua iuſtificatione: ſed quia non ponit diſpoſitionem, ideſt, attritionem ſaltèm ad hunc finem ſufficientem cum ſacramento: quia illa attritio ex viribus naturæ tantùm, ad hoc in idonea eſt. *Inſtatur ratio Soti & Cani.* Sicut, verbi gratia, non valet argumentum iſtud: B Conſtitutus in mortis articulo, vbi ſibi non ſuppetit copia confeſſoris, ad obtinendam ſibi veniam peccatorum prorumpit in attritionem, quã probabiliter æſtimauit eſſe contritionem, & ſufficientem dolorem: ergo ſaluabitur: quia non poſuit obicem, neque habuit complacentiam peccati. Nihil valet illatio, quia non ſaluabitur, eò ꝙ non appoſuit contritionem, quæ neceſſaria diſpoſitio erat ad gratiam extra ſacramẽtum in re.

*Soluitur ſecunda ratio eorum.* ¶Nec valet eorum ratio, ſcilicet; quòd ſacramento iſte naturaliter dolens non ponat obicem: quia aliqualiter ponit obicem non poſitiuè: ſed omiſsiuè, non apponendo ſaltẽ C attritionem habitam ex auxilio ſpeciali Dei, quod Deus paratus eſt dare, niſi ipſe negligens fuiſſet. Hæc omnia ſub ſanctæ Eccleſiæ Romana censura dicta ſint: ſicut & cætera omnia à me dicta, & dicenda eius cẽſuræ, & correctioni committo.

*Nauarr.* ¶Concludimus tandem cum Nauarro, & alijs, quòd loquendo de contritione, contritio debet eſſe de offenſa Dei principaliter. Quia aliàs ſi ſolo timore ſeruili cum ſua ſeruilitate quis dolet taliter diſpoſitus in animo, quòd non doleret, niſi illę pœnæ ſibi impenderent; imitatur Antiochum, & Eſau, & reliquos perperam pœnitentes; D quanuis catholice concedamus timorem ſeruilem ſecũdum ſuam ſubſtantiam bonum eſſe.

# CAPVT IX.

*Copioſe diſputatur illa celebris quæſtio, Vtrũ ad ſacramentum baptiſmi, & pœnitentiæ fructuoſe ſuſcipiendum ſatis ſit attritio cognita, reſpondendo ad argumenta oppoſita.*

CVM eatenus de contritione & attritione hic agamus, quatenus ad iuſtificationem diſponunt, A contritio quidem etiã extra ſacramentum in re, cum voto tamen eius, & attritio cum ſacramento ipſo: conſentaneum eſt, vt hic conſequenter, & illam celebrem, & ſcitu dignam quæſtionẽ diſputemus, quantò accuratius à nobis fieri poterit. De qua etiam diſsident, & non ſatis conueniunt inter ſe noſtri præclari Thomiſtæ Sotus & Canus. *Quæſtio.* Ea nempe quæſtio eſt; An attritio cognita; qua peccator ſcit ſe non dolere de peccatis, quia offendit Deum: ſed propter infamiã inde incurſam, vel alia bona temporalia inde amiſſa, ſufficiat ad condonationem peccatorum per ſacramentum pœnitentiæ? *Canus.* Canus in B ſua relectione, parte. 5. relectionis pœnitentiæ. fol. 121. pag. 2. affirmat ſufficere. *Metina.* Ei ſubſcribit Metina Salmanticenſis in ſua ſummula Hiſpanica. fol. 294. pag. 1. & 2. & fol. 5. pagin. 1. & 2. *Sotus.* At negatiuam tuentur Sotus in 4. ſentẽ. *Nauarr.* & Nauarrus ſumma latina. c. 1. nu. 11. pro eo, ꝙ indignũ eum putant venia peccatorum, qui nõ habito reſpectu diuinæ maieſtatis propter incommoda ſibi orta ex peccato, de peccato dolet. Pro qua quidẽ affirmatiua parte, hæc ſunt, quæ poſſunt militare argumenta.

*Argu. 1. Nauarri.* ¶Primum Nauarri; Quia inquit, oportet in primis ob amorẽ Dei, vel ex eo, ꝙ eſt eius C offenſa dolere, aut certe ꝙ habeat attritionẽ exiſtimatam contritionem; ita ꝙ probabiliter putet ſic principaliter propter Deum dolere: licet ſecundariò propter prædicta incõmoda. arg. ca. firmiſsime. 15. q. 1. *15. q. 1.* aliàs indignus videtur gratia ſacramenti. *Confirmatur exemplo.* Sicut cõfirmari poteſt exemplo illius offenſoris; qui iam quærens recõciliationem cũ offenſo, cum ſic obſecraretur; Parce mihi: quia certe doleo animo de offenſa tibi illata: non tàm propterea, ꝙ te offenderim, quàm ob id, ꝙ inde mihi incõmoda aliqua obuenere: Certe indignus venia videretur. Sic in ꝓpoſito in caſu peccatoris corã Deo dicẽdũ videtur potiori ratione.

*Argu. 2. Soti.* D ¶Secundò arguit Sotus ſic: Sacramentum pœnitentiæ requirit accuſationem pro materia: accuſatio autem, vt ſit fidelis propter Deum, & de Dei offenſa debet eſſe ſaltem ſecundùm iudicium pœnitentis: igitur cum dolor pœnitentis (niſi falſus ſit) debeat correſpondere accuſationi à ſe factæ in confeſsione, ſequitur, quòd ſi accuſatio propter Deum & de Dei offenſa debet eſſe, quòd etiam dolor ſaltèm ſecundùm iudicium pœnitentis, vt ei aptè correſpondeat de offenſa Dei, & propter Deum debet eſſe, & non propter incommoda. Ergo non ſufficit ad ſacramentum pœnitentiæ attritio cognita.

¶Tertiò



*Argu. 3.* ¶Tertiò arguitur; Iſtud ſacramentum pœ A nitentiæ, eſt eorum; qui auerſi ſunt à Deo, & ad Deum propria voluntate conuertũtur: qui non pœnitet quia Deum offendit, non conuertitur: ſed qui ob incommoda, de peccato dolet, nõ pœnitet quia Deum offendit: ergo non cõuertitur ſufficienter, nec ſatis eſt in ſacramento talis attritio cognita.

*Argu. 4.* ¶Quartò arguitur; Quia iſtud ſacramentum pœnitentiæ inſtitutum eſt ad recuperandam amicitiam Dei: ſed ad recuperandam amicitiam offenſi amici requiritur pœnitentia offenſæ amico illatæ: ergo ſic etiam in ſacramento reſpectu Dei.

*Confirmat Sotus.* ¶Et confirmat Sotus ſuam ſententiam ex B authoritate patrum antiquorum, qui contritionem agnoſcebant neceſſariam ad confeſſionem, nihil memorantes de iſta attritione. Propter hæc argumenta audacter, inquit Sotus, Qui mihi diceret nõ ſe pœnitere propter Deum, nõ auderem abſoluere. Atque hoc fulcire nititur ex authoritate Diui Thomæ in 4. diſt. 21. Vbi ait, quòd confeſsio de ſe operatur præſuppoſita contritione, & in huius gratiam Diuus Thomas adducit illud Eccl. 17. ab eo, qui eſt in peccato, confeſsio perit, ſcilicet, quo ad fructum, ſed qui in ſola eſt attritione cognita eſt in peccato: ergo ab eo cõfeſsio perit quo ad fructum. C ¶Propter maximam energiam horum argumentorũ, & quia pro opinione antiquorum faciunt, quorum opinio cæteris paribus magis mihi ſolet placere, in hanc eorum opinionem olim magis propenſus fui: ſed iam nunc præcedẽte lumine Concilij Tridentini, & quia induſtria doctorũ aliquæ veritates magis illuſtratæ ſunt audeo & hanc ſtatuere concluſionem.

*Concluſio.* ¶Probabilis eſt, & non parum veritati, & Concil. Trid. conſonans opinio affirmatiua, ſcilicet, quòd ad iuſtitiam, & remiſsionem peccatorum, in ſacramento pœnitentiæ, ſatis eſt attritio cognita, etiam ſi pœnitens non exiſtimet probabiliter eam eſſe cõtritionem D *Contra Sotũ & Nauarr.* contra Sotum & Nauarrum. *D. Thom.* Pro hac opinione & cõcluſione primo facere videtur authoritas Diui Thomæ: qui niſi coniectura fallit, ſic ſenſiſſe videtur. 3. par. quæſt. 79. arti. 3. ad ſecundum, & quæſt. 80. artic 4. ad ſecũdum, & in quarto ſententiarum, diſtin. 24. quæſt. 1. art. 3. quæſt. ad. 3. Et quidem inficiari non poterit, quiſquis rectè expenderit verba Diui Thomæ illa quæſtio. 8. arti. 4. ad ſecundũ, *1. Probatio ex D. Thom.* maximè pro iſta concluſione facere. Nam ſic in forma ait: ad ſecundum dicendum, quod non quælibet medicina competit ſecundum quemlibet ſtatum infirmitatis. Nam medicina, A quæ datur iam liberatis à febre ad confortationem, noceret ſi daretur adhuc febricitantibus. Ita etiam baptiſmus & pœnitẽtia ſunt quaſi medicinæ purgatiuæ, quæ dantur ad tollendam febrim peccati. Hoc autem ſacramentum, ſcilicet, euchariſtia eſt medicina cõfortatiua, quæ non debet dari niſi liberatis à peccatis. Hæc Diuus Thomas ait. Vbi apertè reſpondet, quòd ad differentiam ſacramenti Euchariſtiæ baptiſmus, & ſacramentũ pœnitentiæ non liberatis à peccato poſſunt dari; ſed qui ſunt attriti attritione cognita, non ſunt liberi à peccato, & cupiunt liberari. Ergo ſecundum mentem Diui Thomæ, hæc ſacramenta B ad liberationem à peccato poſſunt eis diſpenſari. *Gloſſa Soti non valet.* Neque obſtat in contrarium gloſſa Soti ſic gloſſantis Diuum Tho. in hoc loco, ſcilicet, quod in hac ſolutione ad. 2. eatenus Diuus Thomas pœnitentiam baptiſmo coniungit, quatenus oſtenderet pœnitentiam etiam inſtitutam in remiſsionẽ peccatorum, ſicut baptiſmus, quod teſtatur forma abſolutionis. Non tamen, inquit, inde colligitur pœnitentiæ ſacramentum adminiſtrandum eſſe, niſi accuſanti ſe, & dolenti offendiſſe Deũ: quia dico, quod certe Diuus Thomas contra Sotũ apertè docet iſtud ſacramẽtum pœnitẽtiæ, ſicut & baptiſmi poſſe miniſtrari C non liberatis à peccatis, quales ſunt attriti attritione cognita.

*2. Probatio ex D. Thom.* ¶Secundò patet ex ratione non contemnenda D. Thom. ſcilicet; quod ſacramentum baptiſmi, & pœnitentiæ per ſe ordinãtur ad præſtãdam vitam mortuis. Quare licitè poſſunt ſumi ab his, qui habent conſcientiã peccati mortalis, modo habeãt attritionem, qua tollitur obex, & complacentia in peccatum commiſſum.

*3. Ratio ex D. Th.* ¶Tertiò adhuc fulcitur noſtra cõcluſio ex altera eiuſdẽ D. Tho. ratione, ſcilicet, quia cũ hæc duo ſacramenta & baptiſmus & pœnitẽtia ſint medicinæ directè paratæ contra morbos D animæ: abſurdũ eſt dicere, vt nullus, qui ſe ægrum eſſe cognoſcit poſsit iuſtè hæc ſumere ſacramenta: quemadmodũ res eſſet penitus abſurda dicere (inquit Canus) quod medicinas corporales à natura potiſsimum inſtitutas ad ſanandos corporis morbos, non poſſit ſumere, niſi ſanus, aut qui iam ſe ſanũ æſtimaret. *Canus.*

*Confirmatur Innoc. 1. quæſt. 1.* ¶Et cõfirmatur ex Innoc. 1. q. 1. c. vẽtum. qui ait, vbi vulnus eſt, medicina eſt adhibẽda, qua poſsit recipere ſanitatẽ. Ergo etiã attrito attritione cognita, vtpote vulnerato peccatis adhibenda eſt medicina ſacramenti pœnitentiæ, qua poſsit recipere ſanitatem.

¶Vltimò

*Vltimo probatur ex Concil. Trident.*

¶Vltimò ſtabilitur hæc noſtra concluſio A ex Decreto Concil. Triden. ſeſſ. 14. c. 4. vbi de attritione verba ſubiungẽs declarat, quòd quamuis hæc attritio ex gehennæ metu, aut ex turpitudinis peccati conſideratione concepta, quam dicit donum Dei eſſe, & Spiritus ſancti impulſum, ſine ſacramento pœnitentiæ per ſe ad iuſtificationem peccatorem perducere nequeat: tamen eum ad Dei gratiã in ſacramento pœnitentiæ impetrandam diſponit. Quod ſi hæc attritio ſecundum Concil. Trid. ad Dei gratiam in ſacramento pœnitentiæ impetrandam diſponit, quid vetat, vt ſic diſpoſito ſacramentum abſolutionis conferatur? Quòd ſi in ſe ſic conſiderata diſponit B ad gratiam in ſacramento impetrandam, quare vt talis cognita, talis diſpoſitio non erit? At vero concilium abſolute de attritione declarat, quod ſit talis diſpoſitio, nihil limitando: quare ergo apponẽda eſt iſta limitatio, quod ſufficit attritio dum æſtimetur cõtritio? Nam ſi id eſſet admonitu neceſſarium, Concilium id declaraſſet, ne in re tanti momenti ad ſalutem, parum ſecuros nos relinqueret.

*Quæſtio an ad baptiſmum ſatis ſit attritio. Nauarr.*

¶Sed iam de baptiſmo, an ad illum ſola ſatis ſit attritio cognita, poſt ſtatutam hanc cõcluſionem, & rationes pro ea allatas nihil ſupereſt dicendum. Nam & pro baptiſmo etiã, tam autoritas D. Tho. quam ipſæ rationes C faciunt, vt patet in illo 2. argu. At ſolus Nauarrus eſt, qui hic nobis exuſcitat controuerſiam: qui ſumma lati. c. 1. nu. 39. multas congerit authoritates, præſertim D. Auguſti. relati in aliquibus decretis præſertim cap. firmiſsimè. 14. q. 1. dicentis, nullum hominem accepturum vitam æternam, qui non hic à malo fuerit per pœnitentiam, fidemque conuerſus. Et cap. omnis. de conſecra. diſt. 4. niſi quem pœniteat veteris vitæ: non poteſt nouam inchoare. Et Petrus Apoſtolus. Acto. 2. ſic inquit; Agite pœnitentiam, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum. Vbi non videtur de quacunque pœnitudine intellexiſſe, ſed de D illa, quę concipitur propter amorem Dei. Et ſententiam hanc Nauarri munire poſſumus adhuc ratione Victoriæ relata in ſumma de Chaues, ſcilicet, q̄ in iure naturæ, & ſuapte natura ad remiſsionem peccati exigebatur contritio, & non ſufficiebat attritio cognita. Cum ergo ſacramenta gratiæ, ſicut nec ipſa gratia, nõ deſtruant naturas rerum: ſequitur, quod ſi tunc ſuapte natura requirebatur cõtritio, quòd etiam nunc cum ſacramento baptiſmi & pœnitentiæ requiratur.

*D. Aug.*

*De cõſecr. diſt. 4.*

*D. Petrus.*

*Ratio Victoriæ pro Nauarro.*

*Secunda ratio pro Nauarro.*

¶Et adhuc ſecundo pro Nauarro facit: Quia ſi vera eſt ſententia Soti, quòd præceptum dilectionis Dei ſuper omnia obligat tempore, quo quis adultus intingitur lymphis baptiſmi; ſequitur quòd attritio cognita non ſit congrua diſpoſitio: quia dilectio Dei pro illo tempore neceſſariò habenda, actus quoſcunque, vel pœnitudinem peccatorum tunc elicitam refert in Deũ: quem tunc ſummè diligit, qui baptizatur. Nec veriſimile videtur, vt qui tunc ſummè appretiatiuè Deũ diligit, ſi quem pro illo inſtanti eliciat pœnitentię dolorem, per illum magis propter propria incommoda ex peccatis incurſa, quam propter Deum ſummè dilectum pœniteat: quia pœnitentia eſt contritio: ergo non ſat eſt attritio cognita.

*2. Concluſ.*

¶His tamen non obſtantibus, ſtatuitur ſecunda concluſio talis. Multò potiori ratione ad accedendum licitè ad baptiſmum, ſufficit attritio cognita: & quidẽ hæc ſatis eſt, quòd ſit peccatorum generalis dolor, nec requiritur, ſicut requirebatur in pœnitentiæ ſacramento, quòd ſit ſpecialis. Vnde conſequenter ſequitur ex hac concluſione, quòd poteſt peccator accedere ad baptiſmum cum conſcientia peccati mortalis. Dummodo pro tũc illius careat complacentia, & ſit attritus. Hęc eſt omnium, prout exiſtimo, Thomiſtarum. Eſt Soti, in quarto ſentẽtiarum, & in de natura & gratia. cap. 15. Eſt magiſtri Cani in ſua relectione de pœniten. loco citato. Eſt Diui Thomæ. 3. parte, quæſt. 68. art. 4. Vbi ait in corpore artic. quòd his, qui dicuntur peccatores propter maculam, dum propoſito peccandi careant, & complacentia peccati, conferendum eſt ſacramentũ baptiſmi. Et adhùc demonſtratur peculiari ratione Soti: quia baptiſmus eſt regeneratio. Et quemadmodùm generans dum obicem non inuenit in materia, ibi imprimit ſuam perfectionẽ, ſicut ignis in ligno: ſic Deus regenerans adultum in baptiſmo, ei confert ſuam gratiam, dum per attritionem, quam habet, tollit obicem. Hoc eſt complacentiam peccatorum.

*Thomiſtæ.*

*Sotus.*

*Canus.*

*D. Thom.*

*Rat. Soti.*

*2. Ratio.*

¶Accedit & alia ſpecialis ratio, quia in baptiſmo applicatur baptizato totaliter paſsio Chriſti. Eſt igitur ſatis attritio cognita, vt paſsio Chriſti, ibi totaliter applicata, per attritionem ſaltèm cognitam inueniat ablatũ obicem complacentiæ peccati, vt impertiat gratiam ac totalem pœnarum veniam.

*3. Ratio.*

¶Ecce tertiò, & aliam ſatis congruam rationem, ſcilicet: Quia baptiſmus ordinatur ad expiandum peccatum originale, quod quia ſine noſtra propria actuali voluntate eſt contractum à nobis, ex parte voluntatis in adulto, non requirit actum perfectum voluntatis,



luntatis, ideſt, contritionem ad conferendam A gratiam: ergo attritio cognita, quæ potis eſt tollere obicem, ſat eſt ad eum fructuoſe ſuſcipiendum.

*Quarta ratio ex Concil. Trid.*

¶Et tandem hęc videtur eſſe ſententia Cõcil. Triden. ſeſsio. 14. cap. 4. de contritione, vbi ait, attritionem, quæ eſt donum Dei, & impulſus Spiritus ſancti diſponere in pœnitentiæ ſacramento ad impetrandam gratiam, & pari ratione diſponere hic ad impetrandã gratiam videtur ſenſiſſe. Hæc eſt Cani in ſua relectione, vbi contra Adrianum quodlib. 5. q. 3. & in. 4. ſent. quæſt. 1. affirmantem peccatum, baptiſmum non remittere ſine contritione, & cõtra Scotum & Caietanum in alio B extremo aſſeuerantes baptiſmi ſacramentũ, ſine dolore formali, ſed per hoc ſolum, quod à baptizando adulto aſſumitur in remiſsionẽ peccatorum ei condonare peccata. Sentit Canus requiri dolorem formalem, & ſatis eſſe attritionem propter aliquem finem reuelatum. Subſcribit magiſtro Cano Sotus, in. 4. vbi ait iſtam opinionem Scoti, & Caietani fortaſſe eſſe veram, ſcilicet, quòd ſatis ſit ſine alio dolore ſubijcere ſe baptiſmo, vt per illũ remittantur peccata. Sed non auderem, inquit illam omnino approbare. Quia Diuus Auguſtinus dicens: Nemo poteſt nouam vitam inchoare, niſi pœnituerit veteris, de for- C mali pœnitentia loquitur. Sicut & Diuus Petrus duo diſtinguens, dum ait: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque: formalem pœnitentiam videtur exigere. Alia pars concluſionis, ſcilicet, quòd attritio requiſita ad baptiſmum ſatis eſt ſit generalis dolor peccatorum, quæ eſt Soti, patet, quia iſta practica videtur vſus Diuus Petrus erga eos, quos primos in feſto Pentecoſtes Actor. cap. 2. in fine legimus baptizaſſe. Nec enim expectauit, vt longam indaginem facerent peccatorum: ſed præmittentes generalem pœnitentiam peccatorum omnium commiſſorum, eos ſtatim baptizauit. ¶Sed iam ſuperſunt nobis D hìc diſſoluenda argumẽta in contra. Sed quia circa vtramq; concluſionem, tam primam de pœnitentia, quàm ſecundam, de baptiſmo cõſtitutas, peculiaria ſunt propoſita argumenta, & diſtincta, ideò primò ordinatim reſpondemus ad argumenta, in principio quæſtionis allata contra primam concluſionem, de pœnitentia.

*Canus.*

*Differẽtia inter Adrianum Scotũ & Caiet.*

*Sotus.*

*Attritio generalis ad baptiſmum ſufficit.*

*Vſu patet Actor. 2.*

*Ad primũ argu. quæſtionis.*

¶Ad primum igitur argumentum reſpondetur, negando attritum attritione cognita, non idoneam afferre diſpoſitionem ad ineundam gratiam cum Deo per baptiſmum. Et ad confirmationem, eius conſequentiam negamus: eò quòd quantum ad condonationem offenſarum, latè differt inter Deum, & homines offenſos. Quia Deus bonus optimus præſtabilis ſuper malitiam, & vincens malitiam hominis, ad maiorem ipſius gloriam: non tamen propter ſuam vtilitatem, quia bonorum noſtrorum non eget, miſerabiles nos noſcẽs, ea inſtituit ſacramentorum medicamina, quę noſtram poſſent ſupplere inopiam. Et quia non eſt opus valentibus medico, ſed male habentibus: ideò in ſacramento pœnitentiæ nõ exigit à nobis neceſſario contritionem, per quam iam ſani accedamus: ſed contentatur attritione, per quam obex tollatur, & hoc vt eius magis innitamur gratiæ, dum noſtram inopiam deprehendimus, & dicamus videntes, tam gratis nos iuſtificari: Non nobis Domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Quia ad noſtram vtilitatem, ne contingat defraudari gratia conferenda in ſacramento pœnitentiæ, ſic fragilibus conſuluiſti, acceptando pro idoneo cum tali ſacramento ad tuam inſtaurandam amicitiam, eorum imperfectũ dolorem, ideſt, attritionem. At verò homines cum offenſi ſint: quia in remiſsione offenſæ magis aſpiciunt ad propriam vtilitatem ſuæ æſtimationis, quam offenſoris: facilè negant eis veniam, etiam ſi petant inſtanter, quibus diſplicere offenſam, norunt, non tàm, quia offenderunt, quàm ob incommoda temporalia, quæ inde ſibi pepererunt.

*Ad cõfir.*

*Differẽtia inter Deũ & homines in hoc.*

*Ratio optima.*

*Geniũ hominum circa offenſas.*

*Ad ſecundum argu. ex Soto.*

¶Ad ſecundum argumentum ex Soto reſpondetur, quòd attritio cognita nõ facit accuſantem ſe in confeſsione de offenſa Dei fictum. Sicque Concilium Tridentinum declarauit contra Lutheranos, attritionem huiuſmodi non facere peccatorem hypocritam: quia re vera, qui ſic attritus cõfitetur de Dei offenſa dolet, ideſt, de peccato, propter incommoda tamen ſpiritualia, inde ſibi oborta. Vnde neque eius accuſatio eſt falſa, dum ſe accuſat de offenſa Dei: neque attritio cognita ei correſpondens, licet ſit ob pœnas nõ eſt diſſona tali accuſationi. Quia iſta attritio, licet iſtum reſpectum ob offenſam Dei expreſsè non includat, ſed neque illum expreſſe excludit. Nec enim habet hunc voluntatis actum: nolo dolere propter offenſam Dei de peccato meo: ſed propter mea incommoda. Imo ſicut timor dicitur introducere dilectionem, ſicut ſeta filum: ſic iſta attritio cum ſacramento pœnitentiæ parat, vel diſponit ad impetrandam gratiam, quæ motũ doloris altioris, ideſt, contritionis propter Deũ ſolet excitare, vt docet Sotus in. 4. qui cenſet D. Thomam eſſe huius ſententiæ, quòd in ſacramẽto huiuſ-

*Concil. Trident.*

*Sotus.*

*S. Thom.*

huiuſmodi attritio tranſeat: dum venit vltima diſpoſitio ad gratiam: ſi tamen maneret (quod non repugnat) ſic attritio talis adueniẽte gratia, non intrinſecè, id eſt, non ex obiecto, ſed extrinſecè ratione gratiæ fieret contritio, licet abſolutè neget D. Thom. attritionem fieri contritionem. Vnde cum talis attritio, talem reſpectum, ſcilicet, ob offenſam Dei non excludat, imo ad eum habendum viam paret: non eſt dicendus dolor falſus, aut confeſsioni ineptus.

*Ad. 3. argum.*

¶ Ad tertium argumentum reſpondetur, quòd licet ſacramentum pœnitentiæ ſit eorum, qui auerſi ſunt à Deo, & propria voluntate conuertuntur, & licet attritio talis, quæ feſsion. 14. cap. 4. contritio imperfecta appellatur à Concilio Tridentino, perfecta ex ſe conuerſio non ſit: tamen eſt, vt ait concilium donum Dei, & impulſus Spiritus ſancti, tantum mouentis: quo pœnitens adiutus viam ſibi ad iuſtitiam parat, & diſponit in ſacramento ad gratiam, in ſacramento impetrandam, quæ quidem gratia ſecum affert perfectam conuerſionem. Vnde non eſt talis attritio incongrua ſacramento pœnitentiæ.

*Conci. Triden.*

*Inſtatur conſeq. Soti in ſimili*

¶ Præterea inſtatur illa conſequentia Soti in iſta ſimili, ſcilicet, Medicina eſt eorum: qui antea erant ægri, & per eam ſanantur, ergo ad ſuſcipiendam illam medicinam non poſſunt accedere, niſi ſani etiam conuerſi ad ſanitatem. Sic non valet illatio Soti: eſt ſacramentum pœnitentiæ eorum, qui conuertuntur ad Deũ: ergo non poſſunt accedere ad illud, niſi qui iam per contritionem ſunt conuerſi.

*Ad. 4. argum.*

¶ Solutio 4. argumenti, patet ex ſolutione confirmationis ad. 1. vbi aſsignauimus differentiam inter animum Dei, & animos hominum circa remittendas iniurias: quia ſicut exaltantur cœli à terra, ſic exaltantur viæ meę à vijs veſtris dicit Dñs per prophetam.

*Ad. 5. argum. Soti.*

¶ Ad vltimum argumentum Soti ex authoritate antiquorum, qui omnes, inquit Sotus, contritionem neceſſariam ad confeſsionem agnoſcebant: neque mẽtionem fecerunt de iſta attritione, Reſpondetur primò, forte antiqui doctores ſub nomine contritionis largo modo loquentes, intelligebant, & includebant, & hunc imperfectum dolorem, quem nos diſtinctius loquentes vocamus attritionem, & ad hunc vſum loquendi doctorum antiquorum: videtur alluſiſſe Concil. Trident. dum ſeſsio. 14. c. 4. de contritione, dum ibi iſtam attritionem, contritionem imperfectam vocat dicens. Illam verò contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur: quoniã ex turpitudinis peccati conſideratione eſt: quòd ſi ſic eſt, antiqui dum agnoſcebant contritionem eſſe neceſſariam ad confeſsionem hanc attritionem, quam contritionem imperfectam vocabant illi: ſicut vocat concilium non excludebant, quin diſpoſitio eſſet: vt ait concilium ad impetrandam gratiam in ſacramento pœnitentiæ. Et ſi illi antiqui patres rogati fuiſſent, an largitas Dei in ſacramento pœnitentiæ, vt conſulat inopiæ noſtræ aliquid ſuppleat: vt cum extra ſacramentum in re, cum ſolum habetur in voto, ad iuſtificationem ſat ſit contritio: quæ eſt perfectus dolor: an cùm ſacramento ſat ſit contritio imperfecta, quam concilium vocat attritionem; profectò noſtram ſententiam non negarent: maxime, cum tot nouis vrgentibus rationibus, & authoritate Concil. Tri. viderent munitam. Alioquin ſi ſacramentum pœnitentiæ perfectam contritionem præexigeret, non tàm ſecuritatem, quàm anxietatem & ſcrupulum pœnitentibus inijceret, dum dubitarent, vtrum cum contritione accederent vel non.

*Respon. 1.*

*Conci. Trident.*

*Mens antiquorum in hoc.*

*Ratio.*

*Ad authoritates S. Thom.*

¶ Ad authoritates D. Thomæ primò ſatis eſſet reſponſum: ſi dixiſſemus D. Thomam loquutum fuiſſe in quarto, vbi ſequebatur opiniones aliorum magis communes: & in loco citato in ſumma in ſolutione illa ad ſecundum mutaſſe ſententiam. Sed gloſſari quoque poteſt, vt cum dixit, quòd confeſſio de ſe operatur præſuppoſita contritione, quòd ſecundum ipſum operatur præſuppoſita contritione perfecta, ſeu etiam imperfecta, qualis ſecundum Concil. Triden. eſt attritio. At ad authoritatem ſubiunctam ex Eccleſiaſt. 17. ſcilicet, ab eo, qui eſt in peccato perit confeſsio, dicitur intelligendam eſſe de eo, qui eſt in peccato per complacentiam peccati, vel eius propoſitum, ab hoc perit confeſsio: ſecus de eo, qui eſt in macula peccati: tamen per attritionem tollit obicem circa abſolutionem.

*Ad authorit. ex eccleſ.*

*Ad argu. Nauarri col. 2. concluſ.*

¶ Sed de his ſatis. Iam ad argumenta Nauarri, & alia contra ſecundam concluſionem pugnantia diſſoluenda, accedamus. Ad argumenta autem Nauarri dicimus: quòd quia omnia nituntur authoritatibus præſertim D. Auguſtini: facile ſunt ſolubilia per gloſſam illarum, ſcilicet, quod ad inchoandam nouam vitam neceſſe eſt pœnitere de veteri. Quia ſi Auguſtinus loquatur, ante baptiſmum in re, intelligitur tunc planè ad inchoãdam vitam nouam gratiæ pœnitendum eſſe pœnitentia perfecta, ideſt, contritione perfecta. Si autem intelligat ad inchoandam talem vitam per ſuſceptionem baptiſmi in re,

*Gloſſatur D. Aug.*





tunc gloſſandus eſt D. Auguſtinus vt intelligatur tunc pœnitendum eſſe pœnitentia perfecta, ideſt, contritione quò ad melius eſſe, vel ſaltèm imperfecta, ideſt, attritione: quæ ſufficiat tollere obicem ſacramento: & ſic quoque gloſſandæ veniunt reliquæ authoritates.

*Ad locũ D. Petri Actor. 2.*

*Diui Thomæ axioma.*

¶ Ad locum Petri Actor. 2. Vbi dicitur; Agite pœnitentiam, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum, Reſpondetur, quod ſicut D. Thomas. 2. 2. ait in caſibus moralibus conſcientiæ magis eſſe ſtandũ vſui Eccleſiæ quæ eſt columna, & firmamẽtum veritatis, quàm dicto, & authoritati alicuius doctoris etiam ſancti, ſcilicet Auguſtini aut D. Hiero. ita circa interpretationem alicuius loci ſacræ ſcripturæ dubij magis ſtandum eſt interpretationi Eccleſiæ, aut Concilij: quàm interpretationi alicuius doctoris etiam ſancti. Cum ergo interpretatio huius loci adducti ex D. Petro iam conſtet ex Concilio Tridentino Seſſ. 14. cap. Vbi decernit contritionem imperfectã, quam vocamus attritionem, idoneam eſſe in ſacramento ad impetrandam gratiam, non oportet nos diuexare in quęrendo alias gloſſas. Quoniam Diuus Petrus cum de pœnitentia ibi coniungenda cum baptiſmo, fuerit locutus: intelligendum eſt, loquutum fuiſſe de pœnitentia contritionis, quo ad melius, & perfectius eſſe, vel ſaltem de attritione tollente obicem ad minus.

*Conc. Triden.*

*Ad rationem Victoriæ.*

¶ Ad rationem Victoriæ reſponſio eſt plana, ſcilicet, quod ſacramentum baptiſmi, dum ad minus præexigit attritionem, non deſtruit naturam: ſed perficit in eo, quo deficere poterat. Nam deficere poterat in habenda contritione: quæ extra ſacramentum ad gratiam erat neceſſaria. Supplet autem baptiſmus in hoc quòd ad id cum ſacramento in re, ſatis ſit apponere attritionem. Sicut ſecundum D. Thomam fides circa ſacramentum Euchariſtiæ non deſtruit naturam ſenſuum, ſi in eo, in quo ſenſus deficiunt: ipſa ſufficit: quia etſi ſenſus deficit, ſola fides ibi ſufficit ad credendum. Sic & ſacramentum pœnitentiæ nihil naturale deſtruit, dum cum attritione ſufficit ad gratiam ſupplendo defectum contritionis alràs extrà ſacramentum in re, ad gratiam neceſſariæ.

*Ad argu. ex Soto.*

¶ Ad aliud argumentum deſumptum ex aſſertione Soti ſentientis præceptum dilectionis Dei ſuper omnia, tempore quo baptizatur adultus, eum obligare ad reamandum tàm illuſtriſsimum amatorẽ, qui per baptiſmum, ſibi illum incorporat: dicimus primo quod licet hæc aſſertio Soti aliquibus non placeat ex eo, quòd ad id obligationis, tunc nulla ratio vrget: tamen etſi propter authoritatem tanti viri, & eius apparentes rationes, eam vt omnino improbabilem non auſim refutare, non tamen inde ſequitur, quòd contritio ad baptiſmum ſit neceſſaria; ex eo quòd dilectio tunc habita Dei ſuapte natura parit contritionem, potius quàm attritionem. Primò, quia reſponderi poteſt, quod eſto donemus, præceptum dilectionis Dei tempore baptiſmi adultum baptizandum obligare: ſed credo vt bene aduertit Nauarrus, non eſt neceſſe, quòd punctualiter pro tempore applicationis formæ, aut materiæ baptiſmi obliget. Quia ſatis eſt ad illius impletionem paulo ante baptiſmum, vel paulo poſt in actum huius dilectionis prodierit, vel prodeat baptizandus. Secundò, quòd eſto pro tempore intinctionis baptiſmi, tale præceptum punctualiter obligaret, vt ſentit Sotus, non tamen inde ſequitur, quòd tunc non ſatis ſit attritio ad gratiam cum baptiſmo. Tum quia potuit tũc formaliter diligens formaliter, & actualiter in actum contritionis non prorumpere. Tum quia quanuis ſecundum ſententiam communem, tempore adimpletionis præcepti dilectionis Dei, teneatur omnes ſuos actus ſic diligens referre in Deum, tamen ſi actum attritionis, ſi quem pro tunc habet, referat in Deũ, non propterea ſit contritio, cum ex obiecto ſuo ſit attritio. Sicut nec actus morales virtutum acquiſitarum, per hoc quòd à virtute charitatis referantur in Deum, ſecundum ſuã ſubſtantiam non deſinũt eſſe naturales actus. Et hæc ſatis de tam ſcitu digna, & controuerſa quæſtione.

*Reſpon. 1.*

*Nauar.*

*Reſpon. 2.*

*Sententia cõmunis.*

*Aduertentia lectoris.*

¶ Et quanuis prolixus videar, adhuc animaduertentem hic lectorem cupio, vt diſcernere poſsit ex tam diſsidentibus ſententijs doctorum, quàm diſsidentia corollaria ab ipſis inferantur. Nam Sotus contra primam concluſionem videtur inferre, quòd dicentem non ſe pœnitere propter Deum ipſe nõ auderet abſoluere. Nauarrus verò contra ſecundam concluſionem videtur inferre ſumma lat. c. 1. nu. 39. non audere aſſeuerare, ꝙ liceat miniſtris in regionibus Indiarum baptizare Indos adultos, quanuis videant eos non pœnitere ob amorem Dei, ſed ob alias cauſas. Sed ego acceptandam eſſe duco circa hoc doctrinam Metinæ in ſua ſumma. folio. 294. pagina. 1. cum grano tamen ſalis. Vbi ſic ait; quòd ſi confeſſor videt pœnitentem carere contritione perfecta, attritione autem, quæ dolor eſt imperfectus non carere, ſic monitum illum eſſe curet: Frater eſto alterum ſit

*Corollariũ Soti.*

*Corollariũ Nauarri.*

*Sententia autoris.*

*Metin.*

iſta tua attritio, & dolor imperfectus, quem oſtendis te habere, per ſe ſolum non ſit ſufficiens ad obtinendam veniam peccatorum à Deo: quia non doles eo, quòd eum offenderis vt par erat, nihilominus tamen virtute ſacramenti, & meritorum Ieſu Chriſti in eo applicatorum, licet tantùm cum iſto dolore imperfecto accedas, cum pœnitudine etiam, qua te pœniteat de eo: quòd te non pœniteat offendiſſe Deum tantopere, ſicut pœnitere rationabile erat, virtute ſacramenti aſſequeris gratiam, & amicitiam Dei. Notanter dixi, cum grano ſalis: Quia vltra hoc, iſtum pœnitentem admonendum cenſeo, exhortandumque ad amorem Dei, perfectumque dolorem, ſcilicet, contritionis habendum, & vt æmuletur chariſmata meliora, ne pereat de via iuſta. Nam iſte dolor attritionis imperfectus licet cum ſacramento ad gratiam Dei reſarciendam, ſufficiat: ſed ad eam conſeruandam non tantopere, ſicut contritio, id eſt, dolor de offenſa Dei & eius amor, confirmat, nec tàm efficaciter.

*Pœnitens admonendus.*

¶ Veruntamen ne corollaria Soti & Nauarri refutemus omnino, vera illa eſſe cenſemus & conſentanea vt obſeruentur non abſolutè, ſed in caſu, quo acceſſuri ad ſacramentum pœnitentiæ, aut baptiſmi, ſic tantùm dolerent de peccatis propter pœnas inferni, quòd poſitiuè excluderēt reſpectum propter Deum, vt ſi baptizandus, vel abſoluendus diceret; Nolo dolere de peccato, quia per illum Deum offendi: ſed propter vitãdam pœnam. Aut ſi hanc iniquam, & ſeruilem conditionem apponeret: ſi non eſſent pœnæ inferni me territantes, de adimplendo præcepto baptiſmi, aut pœnitentiæ non curarem, certe non eſſet abſoluendus hic, aut baptizandus, & in hoc benedicunt Nauarrus & Sotus: Quia ille tunc dolor, neque attritio eſſet, neque idoneus dolor ad iuſtitiam impetrandam cum ſacramento. Secus ſi iſta excluſio poſitiua non fieret, nec mala illa & ſeruilis apponeretur conditio.

*Quo ſenſu corollaria dicta Soti & Nauarri ſint obſeruanda.*

# CAPVT X.

*In quo actu conſiſtat eſſentialiter contritio. An iſte actus deteſtationis, Nollem offendiſſe Deum, ſine dolore ſufficiat ad remiſſionem peccatorum. An Sacerdotes, Diaconi, Subdiaconi, Acolyti, Prædicatores ad ſua officia in gratia peragenda conteri teneantur.*

QVoniam de neceſsitate confeſſionis à nobis cœptum eſt agi, antequàm cætera ad hanc materiam attinentia proſequamur, non erit præter propoſitum: vt ſi quia ex mente Nauarri in ſumma lati. cap. 1. nu. 2. & ex mente Soti in. 4. & Caie. in. 2. Tomo quæſtio. 1. & Paludani in. 4. diſtin. 17. & Scoti in. 4. diſt. 14. in fine eſt, quod contritio quo ad ſuam eſſentiã eſt iſte actus. Nollem peccaſſe, Deumque offendiſſe quærere, vtrum iſte actus deteſtationis; nollem offendiſſe Deum, ſi ſumatur, ſine dolore peccati: ſufficiat ad delenda peccata, quando ſic ſine dolore contingeret? Affirmat ſic Scotus loco citato artic. 3. quem late ſequitur Vega lib. 14. cap. 5. & cap. 19. de iuſtificatione. Nauarrus verò in ſum. lati. ca. 1. nu. 6. eam quæſtionem indiffinitam reliquit. Igitur vt quid circa eã ſentiamus, aperiamus, dicimus primò, quòd concipere aliquem iſtam deteſtationem; ſcilicet, nollem offendiſſe Deum abſque aliquo dolore, eſt de raro contingentibus, de quibus, lex parum curat. l. nam ad ea. ff. de leg.

*Quæſtio. An requiratur dolor ad contritionē.*

*Mens Nauar. Soti, & Caieta. & Palud. & Scoti.*

*Scotus, Vega, Nauarrus.*

*Dictū. 1. autoris.*

¶ Secundò adijcimus, quod dolor ſequitur ad iſtam deteſtationem; nollem peccaſſe, ſicut effectus ad cauſam ſecundum mentem Nauarri ſum. lati. nu. 26. dicentis, quod communis modus loquendi probatus à Concilio Florentino, & Triden. Seſ. 14. cap. 4. per quem contritio definitur eſſe dolor, intelligendus eſt cauſatiuè, hoc eſt, quod eſt cauſa doloris. Eiuſdem ſententiæ eſt Sotus in. 4. ſentent. dicens indubie. Deteſtatio pœnitentiæ eſt non abſoluta: ſed conditionalis, ſcilicet, nollem peccaſſe, ſi eſſet poſsibile: ſed quia videt eſſe impoſsibile, mœret de offenſa Dei.

*Dictū. 2.*

*Intelligentia conciliorū Floren. & Triden.*

*Sotus.*

¶ Tertiò dicitur, quod ſicut viſio Dei clara, ad quam ſuapte natura ſequitur delectatio maxima, non eſſet omnino conſummata, ſi per potentiam Dei abſolutam ſumeretur ſine illa ex ea dimanante delectatione, ita iſta contritio, quæ eſſentialiter conſiſtit in hoc actu ex auxilio ſpeciali Dei habito, nollem offendiſſe Deum non eſſet omnino conſummata contritio, ſi contingeret haberi ſine dolore de offenſa Dei, quæ ſolet ex tali deteſtatione dimanare.

*Dictū. 3.*

¶ Quartò denique aſſerimus, quòd tutius, & magis affine Concilio Tridentino eſt dicere, quòd ſi illa deteſtatio, nollem peccaſſe contingeret alicui ſine hoc quod doleret de offenſa Dei, ideſt, ſi hunc dolorem reſpueret poſitiuè, non ſufficeret per ſe ad delenda eius

*Dictū. 4.*



eius peccata. Et hoc ſub Eccleſiæ cenſura dictum ſit: licet Sotus in. 4. dicat quòd carentia doloris & triſtitiæ non eſt ſignum impœnitentis cordis, præſertim in perfectis viris, in quibus ex contemplatione Dei minuitur vel tollitur. Patet: nam Concilium Tridenti. ſeſſ. 14. cap. 4. ſic ait. Contritio, quæ primum locum inter prædictos pœnitentis actus habet, animi dolor, & deteſtatio eſt de peccato commiſſo cum propoſito non peccandi de cætero. Fuit autem quouis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic contritionis motus neceſſarius, & in homine poſt baptiſmum lapſo, ita demum præparat ad remiſsionem peccatorum ſi cum fiducia diuinæ miſericordiæ, & voto præſtandi reliqua coniunctus ſit, quæ ad ritè ſuſcipiendum hoc ſacramentum requiruntur. Ecce vbi Concilium eſt expreſſe dicens quòd contritio animi dolor eſt, & quòd hic motus, doloris quouis tempore ad impetrandam veniam peccatorum fuit neceſſarius. Ergo iſte motus, nollem peccaſſe: ſi per ſe ſine tali dolore ſumatur eum excludendo poſitiuè non videtur ſufficere ſaltèm extra ſacramentum. Nam vtrum in ſacramento ſufficiat, huius cenſuram eccleſiæ ſanctæ Catholicæ committo; quanuis Concilium videtur ſonare vniuerſaliter quòd talis dolor quouis tempore fuit neceſſarius. Ergo etiam tempore ſacramenti requiritur contritio, ſcilicet, imperfecta ad minus, quæ attritio dicitur, quæ contineat dolorem formaliter vel ſecundum alios cauſatiuè ſaltem. Nam alias ſuſpectus eſſe videtur omnis deteſtationis modus, ſcilicet, quòd non ſit ex ſpeciali auxilio Dei, & motione Spiritus ſancti, quando non prorumpit in aliqualem dolorem, aut ſi non aptus natus eſt cauſare dolorem.

*Sotus.*

*Patet ex Conci. Triden.*

*Reſolutio.*

¶ Præterea vt reliqua de neceſsitate contritionis perſequamur quæritur, an miniſtri Eccleſiaſtici, qui implicati ſunt culpis lethalibus, ſi miniſtrent ſacramenta ſine præuia contritione, peccent mortaliter. Circa quam quæſtionem aliqui timidè, & quaſi ſubdubitantes, neque pro certo affirmantes dixerunt, quòd forte miniſter, qui ſine complacentia peccati proponens ſe emendare, adminiſtraret ſacramentum, licet probè noſſet ſe non eſſe contritum: ſic adminiſtrando ſacramentum non delinqueret mortaliter. Moti enim ſunt ad id ſuſpicandum his rationibus. Primo: quia non eſt tam facile habere contritionem; & accedit ad hoc, quòd niſi ratione cogente non debemus ſuperinducere obligationem illius. Præterea ad idem facere videtur, quòd miniſtri in diſplicentia peccati accedentes, ad adminiſtranda ſacramenta, non videntur profanare illa. Dixerunt, forte, quia hęc argumenta non perſuadent efficaciter: & quia nullus grauium doctorum viſus eſt tam laxè, & large loqui: vt ſic accedentes miniſtros ad miniſtrandum ſacramenta excuſet.

*Quæſtio.*

*Ratio. 1.*

¶ Ideò pro decidenda quæſtione ſtatuitur prima concluſio. Contritio, ſeu attritio probabiliter æſtimata contritio, ſufficit ad licite adminiſtranda omnia ſacramenta, non tamen ſatis eſt ad hoc attritio cognita. Patet, quia cum ſola attritione cognita, diſpenſare ſacramenta eſt cum conſcientia mortalis miniſtrum, qui ſic peccauerat, ea adminiſtrare. At cum conſcientia peccati mortalis ſacramenta adminiſtrare, vt omnibus eſt in profeſſo, culpa mortali non caret, quia tunc miniſter ad diſpenſanda ſacroſancta myſteria irreuerenter accedit. Quia neque cum illa diſpoſitione, quam à Chriſto accepit, hæc ſacramenta diſpenſaturus accedit. Et quanuis alleget non eſſe ita facile in contritione accedere, ad hoc tamen ex vi officij, quod hac concluſione continetur, tenetur: quod ſi in hoc deſit, ſibi imputet.

*Prima cõcluſio.*

*Probatio prima.*

¶ Secunda concluſio. Non ſolum ſacerdotes, ſed diaconus, & ſubdiaconus ex officio miniſtrantes in mortali, ideſt, cum ſola attritione cognita, ſine contritione vera, aut probabiliter æſtimata, quam probabiliter exiſtiment ſe habere, peccant mortaliter. Hæc contra Sotum in. 4. inquantum hæc concluſio diaconos & ſubdiaconos etiam inuoluit. Nam Sotus, vt probabilius ſibi videtur, ſolos ſacerdotes ad peragenda diuina myſteria in gratia obligat, ſcilicet, ad conſecrandum, & ad ſacramenta adminiſtrandum. Sed tamen noſtra concluſio fuit patris fratris Ioannis de la Peña. Imo noſtra concluſio eſt D. Tho. in additionibus quæſt. 36. art. 5. ad. 4. eſt communior & veriſimilior. Et patet: quia ſatis eſt ad inducendum ſuper diaconos, & ſubdiaconos hanc obligationem miniſtrandi in gratia, quòd quoad ſuum miniſterium ſint conſecrati, exerceantque illud ex officio. Non enim requiritur quòd actus ſui miniſterij, actus ſit ſanctificatiuus, ideſt, conferens gratiam, & ſanctitatem contra Sotum. Satis autem eſt ad id miniſterij in ſua initiatione receperint gratiam, & quòd actus illorum ſint ſacri: & quia diaconus & ſubdiaconus circa corpus Chriſti

*Secunda concluſio.*

*Contra Sotum.*

*A Peña D. Tho.*

*Probatio.*

ſti verum, vel circa eius materiam actum habent immediatè.

*De epiſcopo cōſecrāte in mortali.*

¶ Non tamen ex hac ratione contra nos ſequitur, quòd Epiſcopus in mortali peccato miniſtrans benedictiones, & conſecrationes conficiens præter ſacramenta, ideò reus fiat peccati mortalis: quia non eſt principaliter conſecratus adhæc munia, & hæc munia circa corpus Chriſti myſticum verſantur. Sicut nec mortaliter delinquit ſi in mortali fidem tutetur.

*De defendente fidē in mortali.*

Quia licet iſte actus ſit ſanctiſsimus: ſed non dicitur ſacer prout ſic dicitur actus attinens ad corpus Chriſti verum, vel ad eius materiam immediatè, actus ſacer. Cuius rei gratia, confirmatus ſacramento confirmationis ad ex officio pugnandum pro fide, vt miles Chriſti licet ad id muneris per tale ſacramentum ſit Chriſmate inunctus: non tamen ſi in mortali defenſauerit fidem, ideò reatum incurret culpæ mortalis. Quia nec iſte defenſionis actus, ad modum prædictum eſt ſacer, neque conſtat voluiſſe tutari fidem, tanquàm ex officio.

*Refutatur Nauar.*

¶ Quare ſine vero fundamento, puto eſſe illam opinionem Nauarri aſtruentis: quòd prædicator occultè criminoſus prædicans, mortaliter peccat, eò quòd iure poſitiuo prædicatio annexa ſit ſacerdotio: quia planè fallitur: quia annunciare verbum Dei non eſt ad ſenſum prædictum actus ſacer, neque ad id officij prædicationis conſecratur ſacerdos principaliter. Vnde talis prædicator, qui occultè peccator eſt, ſi vellet abſque crimine, ſuum exercere prædicandi munus, intendēſq; animarum fructum, ſi ad concionandum accedit ſecundum Caietanum, non ideò fit nouæ culpæ mortalis reus.

*Caietan.*

Secus eſſet, ſi in mortali publico concionaretur. Quia iam tunc, & ratione ſcandali, & quia de prædicatione verbi Dei quaſi iocum videretur velle facere, nouam ſic cōcionando ſuperadderet culpam mortalem.

*Tertia cōcluſio.*

¶ Tertia concluſio: Acolyti, & minoribus ordinibus initiati, in mortali peccato miniſteria ſuorum ordinum miniſtrantes, nō ideò ſuper ſe nouam ſuperinducunt culpam mortalem. Iſta concluſio communiter eſt recepta, vt in ſuis ſcriptis tradidit frater Ioannes de la Peña.

*Ioā. à Peña.*

Et patet, quia non ſunt diſtinctæ veſtes pro ipſis, vnde non videntur miniſteria horum ordinum ex officio exercere.

*Probatio. Cōc. Trid.*

Et licet Concilium Tridentinum hæc miniſteria reſtaurari mandarit: neſcio quomodo hoc executioni ſit mandatum. Et tandem licet ex officio exercere hæc ſua munia eſſet in vſu, ex paruitate materiæ excuſarentur à A mortali, etiam ſi ordines minores ſacramenta omnino eſſe conſtaret.

*Satis fit ſcrupulo.*

Vnde neque ratio aliquorum hic ſcrupulizantium ſufficienter probat oppoſitum, quando dicunt ſe multum timere, quòd acolytus miniſtrans in mortali, ſi id agat ex officio, peccet mortaliter, ſicut & hoſtiarius, hac ſola moti ratione. Quia aperire ianuas dignis, & arcere ab ingreſſu Eccleſiæ indignos, miniſterium eſt graue, eò quòd & aliquando cum periculo mortis, indignis ingredi conantibus tenentur reſiſtere: quia certè non eſt actus tàm ſacer ſicut ſubdiaconi, quia nec materiæ B Euchariſtiæ ita propinquus eſt.

*Inſtatur in concionatore.*

Vnde, ſicut licet concionator cum peruertuntur ſimplices populi ab hæreticis, teneatur reſiſtere etiam occumbendo morti, non tamen defendendo fidem in culpa lethali, præſertim occulta, peccaret mortaliter: ita neque in præſenti caſu acolytus vel hoſtiarius.

*Quarta cōcluſio.*

¶ Quarta concluſio. Sacerdos qui arctatus neceſsitate ſine ſolennitate baptizat in mortali puerulum iam agonizantem ſtatim moriturum ſubitò, quia caſus non permittit ſolennitatem exorciſmorum, non peccat mor C taliter.

*D. Thom.*

Ita Diuus Thomas in quarto ſententiarū, diſtinctione quinta. vbi ait peccare miniſtrum exiſtentem in mortali ſi ſolenniter, vel ſine neceſsitate baptizet.

*Probatur.*

Patet concluſio: quia tunc non videtur ex officio baptizare ſacerdos, quia baptizat in caſu, in quo etiam laicus, deficiente ſacerdote poſſet, & deberet baptizare.

*Cōtra Adria. Pal. Capreol.*

Vnde patet diſſonam quoque à veritate eſſe ſententiam Adriani, Paludis, & Capreoli aſſerentium laicum in neceſsitate vrgenti, vbi abeſt ſacerdos, in mortali baptizantem, nouum committere peccatum mortale. Quia certè etiam ſi occurrant illis peccata mortalia, cum ex officio non competat eis baptizare, ratione ſacramenti D baptiſmi à ſe tunc conferendi, ad contritionē non tenentur.

*Quinta cōcluſio.*

¶ Quinta concluſio. Probabile valde puto, quòd Curatus, aut ſacerdos, qui de eius licentia intereſt matrimonio de præſenti contrahendo, coniungendo matrimonio aut impertiendo benedictiones, etiam ſi id faciat in mortali, non ideò nouum incurrit peccatum mortale.

*Probatio Canus.*

Hæc concluſio patet, quia licet Canus in libro de locis neruoſè contenderit per multa argumenta probare, de eſſentia matrimonij quatenus ſacramentum eſt, eſſe miniſterium ſacerdotis ſponſos coniungentis, tamen iam communiter tenetur, quod & tenuit in 4. Sotus verè ante Concilium Tridentinum matrimoniū inter contrahentes de præ-



ſenti ſine ſacerdote contractum non ſolum A contractum eſſe ciuilem: ſed ſacramentum verum inter eos interceſsiſſe, cuius ipſi contrahentes applicando materiam, & formam fuere miniſtri.

*D. Thom. Conc. Triden.*

Idemque videtur ſenſiſſe Diuus Thomas ante Concilium Tridentinum matrimonium ſine ſacerdote cōtractum fuiſſe ſacramentum. Quod & Concilium Tridentinum inſinuare videtur ſeſsio. 24. capit. de reforma. vbi decernit, matrimonia clandeſtina libero contrahentium conſenſu facta rata, & vera matrimonia eſſe, quandiu Eccleſia ea irrita non fecit.

*Adnotatio ex Concil. Trid.*

Vnde cum Concilium ibi ſtatim ad huiuſmodi matrimonia ſine parocho, vel alio ſacerdote, de ipſius parochi, vel B ordinarij licentia, & duobus vel tribus teſtibus contracta, de cætero irrita eſſe & nulla decernendum accedit, prius illegitimat materiam dicendo & declarando, quòd ſancta ſynodus ad ſic contrahendum omnino inhabiles reddit, vbi contractum talem ex parte inhabilitatis materiæ, id eſt, ſic contrahentium irritum eſſe decreuit, & non allegauit cauſam immediatam irritationis matrimonij eſſe abſentiam Curati, vel alterius ſacerdotis de eius licentia. Nam ſi Concilium ſenſiſſet ſacerdotem eſſe iure diuino, matrimonij (vt ſacramentum eſt) neceſſarium miniſtrum: & hanc rationem ad irritum decernendum contra C ctum attuliſſet, ſcilicet, quòd alias fieret ſine miniſtro iure diuino neceſſario, & requiſito: igitur ſi ſacerdos iure diuino ſacramenti matrimonij neceſſarius miniſter non fuit: ſed ex ſtatuto Eccleſiæ coniungere matrimonio & benedictionem impertire contrahentibus ſibi competit: ſequitur citra crimen mortale poſsit ibi ſua munera exercere, etiam ſi ſit conſcius ſibi culpæ mortalis.

*Corollarium. Caietan.*

¶ Sed ne tot accumulemus concluſiones, hic quaſi corollariè ſubiungimus, quòd & Caietanus tradidit in opuſculo de vſu rerum ſpiritualium in mortali, ſcilicet, miniſtros, qui non ex officio cantant Epiſtolam in choro, & ſacerdotes ibi capitulantes, & officiantes, etiam ſi extra gratiam tunc ſint, mortale peccatum non incidere, quia cantantes Epiſtolam ex officio non faciunt, dum in choro cantant.

# CAPVT XI.

*De diſpoſitione ad ſacramentum Euchariſtiæ latè diſputatur, & an in aliquo caſu ſine præuia confeſſione licitè ſuſcipiatur.*

A CÆTERVM quoniam de contritionis neceſsitate in ordine ad actiuam Sacramentorum collationem, & adminiſtrationem dictum eſt abundè, ſupereſt, vt de neceſsitate contritionis in ordine ad ſuſceptionem paſsiuam eorum diſſeramus. Et quia inter ſacramenta digniſsimum eſt Euchariſtiæ ſacramentum, quia corpus Chriſti realiter cōtinet, ab ipſo exordientes primam ſic ſtatuimus concluſionem.

*Prima cōcluſio.*

¶ Prima concluſio. Qui ſibi conſcius eſt alicuius culpæ mortalis, ſiue ſacerdos ſit, ſiue laicus, ſine præuia confeſsione, ad ſacrum ſanctæ B Euchariſtiæ ſacramentum accedere non poteſt licitè: etiam ſi ſibi quantumuis contritus eſſe videatur.

*Canus.*

Hæc ſententia, vt refert Canus in relectione de pœniten. Theologorum erat communis contra Caietanum 3. part. quæſtione 8. artic. quarto. & in ſumma, verbo, communio, & 1. ad Corinthios. 2. in illa verba: Probet autem & contra Ricardum in. 4. diſtinctione 17. artic. tertio. quæſtione. 6. & contra Petrum de Palud. eadem diſtinct. quæſtione ſecunda. & contra Adrianum quæſtione. 3. de confeſſ. & contra Abbatem in cap. de homine. de celebratione miſſarum.

*Contra Caiet. Ricar. Palu. Adria. Abbat.*

*Con. Trid.*

Sed iam maiori pollet hæc concluſio authoritate: quia ipſiſsi C ma Concilij Tridentini, declaratio eſt, Seſsione. 13. capite. 7. vbi ſic in forma indicit, communicare volentibus reuocandum eſſe in memoriam eius præceptum: Probet ſeipſum homo.

*Declaratio Concil. Triden.*

Eccleſiaſtica conſuetudo declarat eam probationem neceſſariam eſſe, vt nullus ſibi conſcius peccati mortalis, quantumuis ſibi contritus videatur, abſque præmiſſa ſacramentali cōfeſsione ad ſacram Euchariſtiā accedere debeat. Quod à Chriſtianis omnibus etiā ab his ſacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc ſancta ſynodus perpetuò ſeruandum decreuit: modo non deſit illis copia confeſſoris. Quòd ſi neceſsitate vrgente ſacer D dos abſque præuia confeſsione celebrauerit, quam primum confiteatur.

*Con. Trid.*

Hoc Concilium Tridentinum in forma declarauit. Idemque eadem Seſsione. 13. canone. 11. repetit, ſuper adijciens, quòd ſi quis contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter aſſerere, ſeu etiam publicè diſputando, defendere præſumpſerit, eò ipſo excommunicatus exiſtat.

*Declarat Sotus limitationem Conc. Triden.*

¶ Sotus autem in. 4. quaſi declarans illam limitationem Concilij, niſi deſit illis copia confeſſoris, tres aut quatuor caſus adnumerat, in quibus non habita copia confeſſoris, licet celebrare, aut communicare.

*Caſus. 1.*

Primus eſt, quando ſacerdos eſt mutus, aut ſurdus, cui in-

firmus confiteri non poſsit: neque adeſt alius ſacerdos, qui in articulo mortis, vbi iam infirmus eſt in periculo poſsit eum audire, poterit tunc talis infirmus contritus ſuſcipere Euchariſtiam.

*Caſus. 2.* ¶ Secundus caſus eſt, quando plebanus ſacerdos, vel ruſticanus longe eſſet diſtans à cõfeſſore legitimo poſſet vno feſto, vel duobus ſine confeſsione celebrare: ſed non pluries. At vero qui in concubinatu eſſet ſacerdos, debet potius ſaluti animæ ſuæ conſulere: quam temporali vitæ, aut honori, & à ſacramentis abſtinere, quandiu occaſiones peccandi non amouet. Ita Sotus, cui ſubſcribit Metina in ſua ſumma inſtructionis confeſſorum folio. 299. pagina. 1. Vbi ſic ait, quòd pœnitentes cogendi ſunt occaſiones periculoſas peccatorum relinquere. Idemque dicendum eſſe de eo, qui quaſi quotidie, quo celebraturus eſt miſſam accedit cùm caſibus reſeruatis ad confeſsionem, contendens, quòd neceſſario abſoluendus ſit à confeſſore: in ſuique defenſam allegat, quòd ſi non celebrauerit, vel communicauerit, ſuum palam fiet, detegeturq; delictum. Quia huic, inquit ibi Metina, neganda eſt abſolutio: imò dicendum eſt ei, quòd placeret confeſſori, eius criminis detectio fieret, vt pœnam ſubiret, & reſipiſceret per eam, quem nõ pudet tam audacter offenſas contra Deum cumulare. Quia idcirco Chriſtus Dominus Matthæi. 5. talibus indicit, ſi oculus tuus ſcandalizat te erue eum, & proijce abs te.

*Nota de concubi. ſacerd.* *Sotus.* *Metin.* *Nota Metin.* *Matth. 5.*

*Quæſtio.* ¶ Sed quia in hoc ſecundo caſu Sotus notanter viſus eſt dicere, ſi longè eſſet diſtans à confeſſore, rogitare perget lector, quanta futura ſit illa diſtantia, & longitudo, quæ talem ſacerdotem plebanum, vel ruſticanum excuſaret ſemel, aut bis in caſu Soti ab accedendo ad legitimum confeſſorem pro confeſsione illi facienda? *Reſpon.* Reſpondeo, quòd cum aliqui dicant, excuſari tunc à confeſsione, ſi legitimus confeſſor diſtet per tres, aut quatuor leucas: ſed ego dico, quòd magis volo id arbitrio ſapientiorum doctorum arbitrandum relinquere.

*Defendit Sotus & Victor. cõtra F. Ioſephus.* ¶ Non tamen, quanuis frater Ioſephus obmurmuret condemnandam hic eſſe cenſeo ſententiam Soti in. 4. maximè, quia fuit etiã Victoriæ: vbi ait accedentes ad Euchariſtiam, non decere, vt confiteantur peccata quorum fuerant obliti ſacerdoti iam in altari exiſtenti, & iam in procinctu ad communionem aſtantibus impendendam. Quia, ſi communionem ſine nota ſcandali in aliud tẽpus differre non poteſt, talis poteſt communicare in hoc caſu cum contritione illorum, & cum

A propoſito poſtea ea confitendi.

*Caſus. 3.* ¶ Tertius caſus, in quo non habita copia cõfeſſoris licet celebrare, aut communicare, eſt quando imminet præceptum communicandi, neque adeſt copia ſacerdotis potentis abſoluere. Sèd hoc intelligitur, quando citra ſcãdalum non poteſt quis excuſare communionem: alias ſatius eſt abſtinere ab euchariſtia. Nam non habita copia potentis abſoluere, nullum erit peccatum, nõ communicare ceſſante ſcandalo.

*Caſus ali⁹.* ¶ Ad hunc caſum reducitur & ille, vbi religioſus habet caſum reſeruatum, neque adeſt B prælatus, neque alius, qui illum poſsit abſoluere, & adeſt tempus, in quo omnes religioſi accedunt ad communionem: tunc propter ſcandalum vitandum, ſi ex omiſsione communionis oriretur, cum contritione, & propoſito confitendi illum, vbi fuerit confeſſoris copia, poteſt ad communionem accedere.

*Limitãtur caſus prædicti.* ¶ Supradicti tamen caſus intelligũtur, vbi non ſit crimen annexam habens excommunicationem: quia excommunicato, neque propter ſcandalum, aut generale præceptum de communione, non licet ad ſacramentum accedere. C At quanuis in hoc poſtremo de excommunicato, tàm rigidè Sotus loquatur: ſed in materia de confeſsione: & de reſeruatione caſuum hunc rigorem aliquantiſper remiſiſſe videtur. *Sotus.* Vbi ſic ait: In abſentia Epiſcopi, & ſuperioris, ſi caſus reſeruatus annexam habeat excommunicationem, ſi ſciretur, puniretur, qui tunc ſine confeſsione ſuſciperet Euchariſtiam: ſed ſi ſecreto eſſet excommunicatus grauiſsimum deberet eſſe ſcandalum, cuius euitatio cauſa poſſet eſſe legitima ſuſcipiendi ſacramentum euchariſtiæ. Præſertim ſi eſſet excommunicatus propter caſus in Cœna Domini, vel hæreſim, neque ad euitandum quodcunque ſcandalum, auderem conſulere, D inquit Sotus: ſed ſolùm propter grauiſsimũ ſcandalum vitandum poſſet excommunicatus ſecreto in illo caſu communionem ſuſcipere. Si autem caſus reſeruatus eſſet non habens annexam excommunicationem, tunc niſi ad vitandum magnum ſcandalum, non licet. Et hoc ſemel permittendum eſt, ne detur cauſa communicandi ſine abſolutione, idque contrito & parato pro tempore ſatiſfacere ſuperiori ſuo, obtinendo abſolutionem ab illo.

*Quæſtio.* ¶ At inquiret aliquis in caſu, quo quis habet caſum reſeruatũ ſuperiori ſine annexa tamen excõmunicatione, & habet alia confitenda peccata mortalia nõ reſeruata, & ſequitur graue ſcandalum, ſi omittat tunc tempore præce-



A præcepti communicare, & prælatus eſt abſens, qui poſsit abſoluere à reſeruato, an vt communicet teneatur de reſeruato, & non reſeruatis integram confeſsionem præmittere, ſi ſit copia confeſſoris aliàs legitimi, & præſentis, qui poteſt abſoluere à non reſeruatis? *Reſpond.* Reſpondemus plane nos ſentire in hoc caſu conſultius & veriſimilius eſſe, & 1 tutius eſſe dicere, quod tenetur: quia tenetur ſe probare per confeſsionem eo modo 2 quo poteſt. Et quia ſic abſolutus directè à non reſeruatis, in foro conſcientiæ conſecutiuè remiſsionem accipit, & peccati etiam reſeruati, licet cum obligatione obtinendi abſolutionem illius à reſeruante: ergo ſic magis ſecurus, & probatus accedit ad Euchariſtiam. Ergo conformius eſt ſanctioni Concil. *Con. Trid.* Trident. quod tunc tenetur iſtam præuiam confeſsionem facere.

*Quæſtio.* ¶ Reuocari quoque hic in dubium poſſet, cum conſcientia peccati mortalis accedens ad ſacroſanctam euchariſtiam, cauſa adimplendi præceptum de communione paſchali, an præceptum tale adimpleat. *Sotus.* Cui quæſtioni Sotus reſpondet, & aſſerit non implere præceptum communionis, qui in peccato mortali ſcienter recipit illam, quia peculiari ratione hoc ſacramentum, quia nutritiuũ alimentum eſt animæ, præexigit vitam gra- C tiæ. *Metina Soto aduerſatur.* Cui contradicere videtur aliquantulum Metina. 1. 2. vbi ait præceptum euchariſtiæ, quoad ſubſtantiam poſſe impleri in mortali, ſicut communis opinio contra Durandum dictat, ſcilicet, quòd præcepta de ſacramentis poſſunt extra gratiam impleri, quòad ſubſtantiam. Quia tunc ſic cum conſcientia mortalis adimplendo ea, non videtur committi peccatum tale indignæ ſumptionis contra præceptum de recipiendo ſacramenta, ſed contra illud præceptum, quod ſancta ſanctè ſunt tractanda, & quòd cum puritate tam diuina ſacramenta ſunt ſumenda, præſertim euchariſtiæ propter ſpecialiorem, quam exigit diſpoſitionem. Propter quòd probabilem etiam reputat opinionem Soti oppoſitam, ſcilicet, quòd præceptum euchariſtiæ, ſiquis accedat cum conſcientia mortalis, non implet. *Sententia autoris.* Sed ipſe Metina, cui ego magis accedo in ſumma, fol. 66. p. 1. probabilius eſſe cenſet, quod in peccato recipiens euchariſtiam, licèt peccet mortaliter contra illud præceptum, de accedendo pure ad tam puriſsimum ſacramentum; tamen talis implet præceptum eccleſiæ, etiam ſi in mortali receperit. Et ita credo vſum hanc ſententiam confirmare: nam huiuſmodi non

iubentur ſacramentum euchariſtiæ iterum ſumere: neque confeſſores id curant mãdare.

*Sotus.* ¶ Cæterum addit Sotus, quod corpus Chriſti poteſt laicus manu tangere in neceſſitate, vt ſi decidit in terram, neque ſit qui eleuet ſacerdos, & licet eſſet in peccato tunc, ſi tamen reuerenter in abſentia ſacerdòtis faceret, credit Sotus, quod non peccaret. *Dubitat Sotus.* Secus eſt, inquit, ſi oſculo adoraretur ab infirmo non potente illud recipere, neſcio, an eſſet tunc mortale, licet non tam graue, ac ſi ſuſciperet illud in mortali.

¶ Præterea propter ſpecialiorem quam hoc ſacramentum euchariſtiæ exigit diſpo- B ſitionem, licet Sotus in chartula ſuæ doctrinæ aſſeruerit pueros ante 14. annum, & puellas ante 12. præcepto euchariſtiam recipiendi non teneri, tamen conſultius Metina in ſua ſummula. ca. 206. pag. 2. affirmat arbitrio confeſſoris docti relinquendum fore; vt arbitretur, an talis puer ſufficienti vigeat vſu rationis, vt accedere ad hoc ſacramentum poſsit, & accedente arbitrio confeſſoris de ſufficientia vſus rationis ad id, obligatione tenebitur communicandi. *Sotus.* *Metina meli⁹ ait.* Hoc autem ſic intelligo, inquit Metina, excepto, niſi aliquibus locis conſuetudo inoleuerit, quòd nullus communicet, antequam attigerit 12. C vel 13. annos, tunc non peccaret, qui non communicaret ante. Si tamen cõfeſſor repererit puerum bonæ indolis intellectu ſapientiaque ornatum, huic indicturus eſt confeſſor, ne ſeruet conſuetudinem, ſed accedat ad communionem: quia omnes pollentes vſu rationis ad communionem tenentur. *Limitatur Metina.* Sed ego hoc poſtremum dictum Metinæ limitandum cenſeo, dum ceſſet graue ſcandalum, quod oriretur, ex eo quòd contra vſum patriæ talem puerum præſertim populo ignotum ante 12. annos accedere ad corpus Chriſti viderent oppidani: quia iſtud ſcãdalum prius eſſet ſedandum, ex eo quòd de iure na- D turali eſt puſillorum cauere ſcandalum.

*Metin.* ¶ Inſuper propter hanc ſpecialiorem requiſitam diſpoſitionem Metina ſua ſummula. fol. 208. pa. 1. rectè docet primò, quod *Dictũ. 1.* poſt coitum mariti cũ vxore, vel poſt pollutionem habitã in ſomnis, tum propter reuerentiam debitam huic ſacramento, tum propter ineptitudinem, & diuagationem mentis, quæ ex talibus cauſis ſubſequi ſolent, ſtatim altera die non eſt communicandum: niſi iuxta conſilium ſanctorum poſt talem pollutionen ſic pollutus inueniat ſe deuotum, lacrymis ſuffuſum, compunctione diſpoſitum, quia diſciplinam aſſumpſit, vel lon-

 giorem

giorem habuit orationem, & ſic iſtam extraordinariam diſpoſitionem ſibi comparauerit. Quia tunc benè accedere poterit, maximè, quia dæmon, vt impedimento ſit tales illuſiones in ſomnis machinatur, vnde pollutiones pullulent, vel tales pollutiones naturaliter aliquando ex ſuperabundantia materiæ contingant. Veruntamen, ſi poſt pollutionem præhabitam tali carentes deuotione, & lachrymarum compunctione, à communione non ſe abſtinuerint, altera die maximè ſi ſe ipſos diſtracta mente videant à peccato veniali non erunt immunes.

*Dictũ. 2.* ¶ Secundò perpendendum eſſe ait, peccatorem nequiſsimum, qui diu ante non eſt confeſſus, non ſtatim recipiendum fore ad communionem, ſed expectandum eſſe ei per octo vel decem dies. Quia non vacat grandi irreuerentia, quòd ſtatim poſt vomitum ſuorum ſcelerum os porrigat ad ſumendum, & contingendum corpus immaculatiſsimum Chriſti.

*Dictũ. 3.* Tertiò aduertit, quòd quanuis peccata venialia non contrarientur charitati, tamẽ quia impedimento ſunt charitatis feruori, qui maximè congruit ſuſcepturis hoc ſacramentum: qui facilè ſe præcipitant in venialia, neque de eorum diminutione curant, conſulendi ſunt; ne ſtatim ad altare communicaturi accedant. Imo, inquit, Metina, zelo rigidus, quòd non ſunt permittendi ſtatim accedere: quia tanta procliuitas ad venialia, & eorum frequentia, & feruorem charitatis præpedit, & charitatis augmentum, & nonnullam præ ſe fert indecentiam. *Limitatur Metina.* Sed ego intelligo hoc dictum Metinæ cum grano ſalis, quòd de bene eſſe nõ ſunt tales ſtatim permittendi communicare, ſed nõ de rigore neceſsitatis, quia venialia in hoc non neceſſario obſtant. Sed tales non permittendi ſunt frequenter accedere: quia talis procliuitas, & effrænatio ad venialia, frequenti ſumptioni huius ſacramenti non congruit. Non ſunt hac ratione, inquam, permittendi à confeſſoribus accedere; nõ quòd venialia ſint impedimentum ne hoc ſumatur ſacramentũ. Quia dummodo homo ſatis cauerit, ne in peccato mortali communicet, quanuis pluries in anno accedat ad communionem ſecundùm *Sotus.* Sotum in. 4. peccati mortalis redargui non poteſt, quia ſolum peccatum mortale, aut eccleſiæ prohibitio, ſcilicet, excommunicatio eſt impedimentum neceſsitatis. Et hic eſt ſen- *D. Thom.* ſus. 2. concluſionis D. Thom. ait Sotus: & ſic temperamus rigorem Metinæ.

*Dictũ. 4.* Quartò animaduertit contra opinionem Caietani, aſſerentis ad dignam ſumptionem A huius ſacramenti requiri actualem deuotionem, hoc eſt actualem conſiderationem: qua conſiderat actu ſe ſuſcipere Chriſtum: vt eius fructum percipiat, ſine qua actuali deuotione peccatum mortale eſſe, Chriſti corpus ſumpſiſſe ait falſam eſſe, & duriſsimam hanc Caietani opinionem. Quia ſatis eſt, inquit Metina, virtualis deuotio: hoc eſt, quòd præceſſerit ante punctum ſumptionis, vel in ſacriſtia, vel in oratione, vel quando ante conſiderauit ſe velle accedere ad ſuſcipiendum Chriſtum, vt ex tali ſancto animæ cibo in eo coaleſcant virtutes Chriſtianæ. At ſuperaddit Metina, quòd terrorem meritò ingerit, quòd ſi aliquis B taliter eſſet indeuotus, qui nuſquàm huic conſiderationi intenderet: ſed perinde in communicando, ſeu celebrando ſe gereret, ſicut cerdo in conficiendis calceis, ſeu vt quilibet artifex mechanicus, qui ſolùm cauſa quæſtus ſua officia exercet: tunc profectò ſic celebrando, & communicando propter abuſum ſacramenti, non abeſſet à mortali talis abuſus, & auſus.

¶ Præterea, peccatoribus publicis quanuis contritis & confeſsis, non eſt porrigenda communio, antequam conſtet in populo ſcandalizato de eorum emenda, & publica ſatisfactione. *Nota.*

C ¶ Rurſus pro complemento huius materię libet & documenta Soti ſatis cordata, & hic commemoraſſe. *Documenta Soti circa Euchar. ſumptio. Primum.* Primum quòd illis, qui nullo ſunt mortali reatu polluti, vtrumque laudabile eſſe poteſt, & accedere, & non accedere ad iſtud ſacramentum: quia iſtud ſacramentum habet amorem reuerentiæ coniunctum. Ita Diuus Auguſtinus de Eccleſiaſticis dogmatibus: vbi adducit exemplum de Zachæo, & Centurione. *D. Aug.*

¶ Secundum eius documentum eſt: Si vnũ alteri comparetur laudabilius eſt in prædicto caſu ſumere communionem, quàm abſtinere. *Documentum. 2.* Quia ſumere ex duplici virtute perfectiori D procedit, ſcilicet, ex amore, & ſpe, ſeu fiducia: Abſtinere autem ex ſolo timore, quia Deus inuitat Prouerbiorum. 9. Si quis paruulus veniat ad me: *Prouer. 9.* & quia ſecundùm Ambroſium eſt cibus animæ: ergo frequentandus eſt. Et quia ipſe ait Eccleſiaſt. 14. Qui edunt me adhuc eſurient: *Eccleſ.* & ait: Deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum: ergo noſtræ deliciæ debent eſſe cum illo. Quare illa regula Caietani dicentis, *Regula Caietani.* quòd qui non ſentit ſe proficere, imo tepidus & frigidus ſibi apparet, tunc abſtineat & accuratius, & ſedulò magis ſe præparet, quamuis non ſit adeò ſpernenda, inquit Sotus, *Sotus.* imo eſt auſcultanda, quia proceſſit



A ſit ab authore Diuo Thoma ſuper epiſtolas Pauli: Probet ſeipſum homo (vt ego hiſce oculis proſpexi) tamen aliunde cautè etiam perpendendum eſt ne dæmonum opera tepores nobis accidant: per quos moliuntur à ſacramento arcere. Vnde, ait Gerſon, perinde eſſe tunc abſtinere, ſicut cum frigeſcas, nolle ad ignem accedere.

*Documentum. 3.* ¶ Tertium documentũ eius eſt: Illis, qui corruptis affectibus fluctuant, licet quotidie reſurgant, non eſt ſanum conſilium quotidie ad ſacramentum accedere, etiam ſi ſint ſacerdotes. Tum, quia timendum eſt illis, ne ſua pœnitentia ſit legitima; tum quia tam ſinceram, & caſtam reuerentiam afferre non poſſunt, vt ſacramentum pro dignitate æſtiment.

*Documentum. 4.* ¶ Quartum documentum: Seculares coniugati, qui rei familiari inſeruiunt, licet à mortalibus ſint liberi, non conſulerem, in- *Sotus.* quit Sotus, frequentius, quam à quindena in quindenam ad ſacramentum accedere. Quia, vt ait Diuus Paulus, iſti non poſſunt non curare, quomodo placeant ſibi: & quia illa implicatio coniugalis non eſt congruens frequentiori ſumptioni ſacramenti. Facit ad hoc, quòd in religionibus, quando non ſunt ſacerdotes, non datur eis frequentius communicare, quanuis iſtud fiat, vt omnes accedant ſimul, neque expedit omnes cogere frequentius.

*Documentum. 5.* ¶ Quintum eius documentum eſt: Si inter ſeculares eſſet aliqua perſona probitate, & modeſtia inſignis, nulla eſſet irreuerentia, imo deceret fortè ſemel in hebdomada communicare, crebrius autem nullatenus approbare poſſum.

¶ Sextum eius documentum eſt: Religioſos, & ſacerdotes dummodo integræ ſint & probatæ vitæ, non modo nulla eſſet temeritatis effigies, verum etiam religionis exemplum quotidie celebrare. Refert nam- *D. Grego.* que Diuus Gregorius libro quarto dialogorum capit. 56. de Beato Caſio Epiſcopo Narnienſi, quòd cum quotidie celebraret, audiuit vocem de cœlo dicentem. Age, quod agis & non ceſſet pes tuus: in natali enim Apoſtolorum venies ad me: quo vtique die poſt ſeptennium migrauit ad Dominum. *Aduertit Metin.* His documentis Soti ſuffragatur Metina in ſua ſumma fol. 210. pag. 1. vbi ait, quòd ſtatuere regulam generalem communicandi de octo in octo dies, non eſt ſana doctrina; quia non omnes perſonæ æquali deuotione, & præparatione ſolitæ ſunt ſe præparare, ne- *D. Augu.* que ſufficienter. Quare Diuus Auguſtinus, & Sanctus Thomas, & Diuus Bonauentura hoc *S. Thom. D. Bonauen.* reprobant: quia non eſt indulgenda licentia communicandi quotidie: niſi ad ſummum ſemel in ſeptimana; niſi veluti altera eſſet ſancta Catherina Senenſis. Sic Bonauẽtura. Imo cauſa probationis patientiæ, & humilitatis dilatanda eſſet ei communio per tres menſes, quam dilationem ſi patienter tulerit & humiliter talis perſona, dignam ſe oſtendit, vt frequentius, ſcilicet, ſemel in hebdomada, vel de quindena in quindenam communicare ſibi concedatur. Hic Metina ſenſate loquitur, ſed tu reſpice ad documenta Soti, quæ limatiora ſunt.

B ¶ Cæterum, quia iam finem impoſituri ſumus huic materiæ, non prætereundam fore puto illam ſententiam Soti in. 4. *Sotus ſubnotatur.* Vbi ait, quod Euchariſtiam in mortali ſumens, ſi ſumendo non peccet, ſemper ſuſcipit primam gratiam, & puto non eſſe vſquequaque veram: quia eſſe videtur contra Diuum Tho- *D. Thom.* mam in. 3. par. quæſtion. 80. articulo quarto: in ſolutione ad. 5. niſi iuxta limitationẽ ibi à D. Thoma poſitam intelligatur. Quia ſi acceſſit in mortali ignorato ſine culpa ſua, ſi doluit de peccato: ſed non ſufficienter eſt contritus, tunc non peccauit ſumendo corpus Chriſti: quia homo per certitudinem ſcire C non poteſt vtrum ſit verè contritus, & tunc primam gratiam conſequetur. Alias ſi ſaltem non doluit attritione putata, probabiliter contritione, primam gratiam non conſequetur: etiam ſi ignoraret inuincibiliter ſe habere mortale. Quia cum reuera in illo eſſet, auerſus erat à Deo: & nullo dolore ſufficienti cum ſacramento tollere obicem ſe præparauit ad conuerſionem & ad iſtud ſacramẽtum: quod aliquando ſecundum Auguſtinum per accidens viuificat mortuos, ſcilicet, dum & attritis ſimul putantibus ſe probabiliter contritos, datur.

¶ Sed tandem, ſi ſciſcitatur aliquis, vtrum *Quæſtio.* D venialia impediant effectum huius ſacramenti, is conſulat Diuum Thomam quæſtione 79. articulo. 4. ad tertium. vbi ſic reſpondet: Ad tertium dicendum, quòd maior eſt virtus charitatis, cuius eſt hoc ſacramentum, quam venialium peccatorum. Nam charitas tollit per actum ſuum peccata venialia, quæ tamen non poſſunt totaliter impedire actum charitatis. Et eadem ratio eſt de hoc ſacramento. Hæc Diuus Thomas, quia ſacramentum hoc tollit venialia, quæ actualiter non ſunt in complacentia, & ipſa venialia actum ſacramenti totaliter impedire non poſſunt: ſicut nec ipſum charitatis actum.

CAP.

# CAPVT XII.

*An contritio requiratur ad alia ſacramenta ſuſcipienda, & quo tempore obliget eius præceptum & de quadam difficili quæſtione.*

*Quæſtio.* QVONIAM iam ad ſacramentum pœnitentiæ, & baptiſmi ſolam attritionem cognitam ſufficere probatum reliquimus: ſolũ ſupereſt, vt de dolore requiſito ad tollendam fictionem baptiſmi: dum fictè fuit ſuſceptus diſſeramus & in promptu eſt *Reſpon.* ſolutio iſtius quæſtionis. Quia ſecundum Diuum *D. Thom.* Thom. & Caieta. & Duran. & Scotum, *Caiet. Durand. Scotus.* ad remittendum peccatum fictionis interuenientis in ſuſceptione baptiſmi, ſi extra confeſsionem remittatur, requiritur contritio: neque ſatis eſt attritio contra Palud. diſt. 4. q. 5. *Contra Palud.* Verumtamen de per accidens, & non de per ſe in caſu hoc, contritio ad peccata præcedentia baptiſmum requiritur, nam ſi ſola eſſent præcedentia peccata, ſufficeret ad illa attritio.

*Nota. Sotus.* ¶ Notatu quoq; dignum eſt, quòd hic opinatur Sotus, dum inquit, quòd gradus gratiæ conferendus in baptiſmo, ſi abeſſet fictio, ſecundum Scotum, & ſecũdum maximam probabilitatem poſteà ablata fictione, non confertur: ſed ſolum remiſsio omnium peccatorum. Sed, ſi per abſolutionem tollatur fictio baptiſmi: tunc datur etiam gratia baptiſmalis. Sed hoc non vacat modo examinare, quia non tranſit ſine difficultate. Et quia videtur oppoſitum verum, prout autumant alij, ſcilicet, quòd etiam ablata fictione per contritionem, ante abſolutionem conſequitur gratiam baptiſmalem. Sed tamen hoc verum eſt, quod fictè baptizatus confiteri non tenetur de peccatis commiſsis ante baptiſmum: ſed de peccatis poſt commiſsis, & etiam de illa fictione ſecundum Diuum Auguſtinum. *D. Augũ.*

*Quæſtio.* ¶ Ad hæc, quia de diſpoſitione doloris ad baptiſmum dictum eſt, & quia martyrium æquiparatur baptiſmo, qualis dolor peccatorum ad martyrium requiratur, ſolet controuerti. *Thomiſtæ Sotus.* Nam aliqui Thomiſtæ, quorum opinionem Sotus reputat probabilem aſſeuerant, quod exiſtens in mortali, dum dormit, ſi occiſus eſt pro Chriſto non ſufficit ei attritio vt liberetur à mortali. Sed tamen Sotus & Caietanus in hoc caſu, dum ante ſomnum habuit martyrium, in voto ei ſufficere attritionem putant, ſine qua, neque baptiſmus peccatum delet, quia ad tollendum obicem complacentiæ neceſſaria eſt aliqua diſplicentia A qualis ad minus eſt iſta attritio. Et hoc videtur ſentire D. Tho. poſtquàm in hoc caſu, baptiſmo æquiparat martyrium.

*Quæſtio.* ¶ At quia hæc materia nõ omnibus ſuis numeris abſoluta maneret niſi de qualitate doloris, qui ad alia ſacramenta requiritur, excepto baptiſmo, & Euchariſtia, de quibus abundè dictum eſt, diceremus, dicimus primò, quòd licèt magiſter Canus. 5. parte ſuæ relectionis de pœnitentia fol. 151. propter quatuor argumenta à ſe ibi adducta, quibus nititur probare, quòd ad reliqua ſacramenta omnia ſuſcipienda requiſita ſit ſacramentalis confeſsio, auſus eſt dicere, non eſſe penitus abſurdum: *Canus.* B ſi diceremus ad reliqua etiam ſacramenta ſumenda confeſsionem præuiam eſſe peccatori neceſſariam. Sed tandem concludit, quòd quia huiuſmodi argumenta retundi poſſunt: & præceptum eiuſmodi non ratiocinatione ſed traditione maiorum conſtare debet, dicamus ſanè confeſsionem ad reliqua ſacramenta non eſſe neceſſariam.

*Concluſio.* ¶ Sit igitur reſponſiua concluſio: Ad recipienda reliqua ſacramenta, ſcilicet, confirmationem, ordinem ſacrum, extremam vnctionem, matrimonij ſacramentum, requiritur cõtritio, vel ad minus attritio probabiliter æſtimata contritio. Vt quando quis bona fide dolet C de mortali & credit probabiliter quòd eſt contritus, quia dolet de offenſa Dei: idoneum ſe reddit ad hæc ſacramenta ſuſcipienda. Hæc eſt Soti in. 4. dicentis, quòd attritio probabiliter exiſtimata contritio, ſufficiens diſpoſitio eſt ad hæc ſacramenta. *Sotus.* Eſt Cani loco citato: *Canus.* qui & etiam ad ea ſuſcipienda præuiam confeſsionem eſſe neceſſariam contendebat probare, quanuis hoc retractauit: tamen attritionem æſtimatam contritionem ſaltem requiri ſignificauit. Patet ex D. Tho. 3. par. quæſtione. 80. articulo. 4. ad ſecundum vbi ait, ſolùm *D. Thom.* baptiſmum & pœnitentiam quia medicinæ purgatiuæ ſunt, quæ dantur ad tollendam febrim D peccati, poſſe dari non liberatis à peccatis: dum per attritionem tollant complacentiam. At reliqua ſacramenta, quia per ſe, vt medicinæ purgatiuæ, non ſunt ſic inſtitutæ: non ſunt conferenda his, qui ſaltèm per attritionẽ putatam probabiliter contritionem, iam liberos à peccato ſe eſſe non putant. Et patet ex ratione Cani: *Ratio Cani.* quia iſta ſacramenta perfectionem gratiæ conferunt, requirunt hominem per gratiam confortatum. Et talia non ſunt peccatoribus exhibẽda: quales certè ſunt, qui cum ſint conſcij mortalium, de eis non conteruntur verè, aut probabiliter iuxta ſuum arbitrium probabile, quia eſſet, ſanctum dare canibus,



bus, &, porrigere margaritas ante porcos.

*Quæſtio.* ¶ Iam de reliquis, ſcilicet, de præcepto contritionis, quo tempore obliget partim ex his, quæ dicta ſunt, partim ex poſteà ſuo loco dicendis abundè erit explicatum. *Contritionis tẽpus.* Nam obligat tempore mortis, & tempore præcepti confeſsionis. 1 Quod intelligitur, ſi tunc quia copia confeſſoris deeſt: ſacramentum abſolutionis in re non ſuſcipitur. Nam aliàs cum ſacramento pœnitentiæ in re, iam diximus ſufficere attritionem cognitam. 2 Obligat quoque in ſuſceptione aliorum ſacramentorum, & in ſacramentorum omnium adminiſtratione; & in quolibet actu, qui requirit hominem ſine peccato. Non autem quandocunque occurrit memoriæ peccatum tenetur conteri: ſicut neque confiteri. Neque, ſi non conteratur in die feſto quis, ideò delinquet mortaliter. Nec etiã, ſi practicè occurrant memoriæ peccata extra tempus præcepti: quia tunc ſecundùm Sotum *Sotus.* neque placere, neque diſplicere, ſed neutro modo ſe habere, non eſt contemptus. Itẽ, quia non ratione præcepti, quia nec tunc occurrit, neque ratione periculi, quia ſatis eſt cõgitationem malam amouere.

*Nota.* ¶ Tandem aduertimus, quòd ordinandi ſacris ad præuiam confeſsionem, ſi obligantur, id eſt, quia communicaturi ſunt in miſſa, alias ratione ſuſceptionis ordinis eis ſufficeret ſaltèm attritio æſtimata probabiliter contritio, ſine qua ſi ſacerdos celebrat, vt ex omnibus ſupra contentis cõcluſionibus liquet, & peccat mortaliter, dum in mortali cantat epiſtolam. Et rurſus dum Euangelium dicit: & rurſus dum conſecrat: & rurſus dum ſumit ſacramentum: & rurſus dum alijs ibi illud adminiſtrat. Ita ſecundùm mentem doctorum, quanuis omnia hæc peccata vno duntaxat hoc verbo in confeſsione explicare poſsit ſic; Accuſo me, quòd in mortali celebraui miſſam, & alteri ibi etiam ſubminiſtraui ſacramentum Euchariſtiæ. Et hæc ſatis ſint de hac materia. Parcat Lector, & boni conſulat, ſi in materia tam proficua, ſcituque neceſſaria ad ſalutem, ne quid præteriretur, pluſquàm par erat immorati fuerimus.

*Quæſtio.* At adhuc paululùm pergimus immorari in hac ſcitu digna quæſtione, ab hac non abhorrenti materia, ſcilicet, qui natus eſt ſurdus, & mutus inter infideles, qui nunc conuertuntur in Indiarum nouo orbe, qui iam adultus euaſit, ſi petit baptiſmum, quia alios videt baptizari an ſit ei conferendus? *Controuertitur quæſtio.* Et quidem, non tam patens eſt quæſtio, vt ſtatim ſuccurrat menti, quid ſit dicendum. Nam aliqui Thomiſtæ, quibus ad manus caſus hic euenit in re- A gionibus Indiarum, non auſi ſunt tali conferre baptiſmum. Nam prò parte negatiua hæ *Pro parte negatiua rationes.* rationes vrgere videntur. Prima, quia cum ad baptiſmum in adultis requiratur diſpoſitio fidei abſolutè, & contritionis, aut attritio- 1 nis, ſi baptizandus mortalis peccati eſt conſcius, iſte, quia mutus, & ſurdus à natiuitate fuit, vnde iuxta præceptum Domini Matthæi vltimo, *Matthæi vltimo.* Ite docete omnes gentes baptizantes eos, edoceri non potuit, vt baptizaretur, fide explicita & implicita videtur carere: eſt ergo indiſpoſitus. 2 Item, demus, quod poſſibile, & veriſimile eſt, furatum fuiſſe, cum vxore aliena coiſſe, quæ acta mala eſſe etiam B nemine docente exterius, lumen naturale, quod ſignatum eſt ſuper nos, ei dictat, quorũ peccatorum contritione, aut dolore videtur carere: quia de neceſsitate doloris ad baptiſmum neceſſarij edoceri nequit. Ergo, ne indiſpoſito, & in peccato complacenti detur baptiſmus, non eſt ad baptiſmum recipiendus, ne ſacrilega ſit receptio.

*Arg. in cõtra.* ¶ Sed in contrarium, hæ quoque premunt rationes. Prima, quia non eſt in via aliquis 1 relinquendus, dum viator eſt extra ſtatum ſalutis. Negare autem huic petenti baptiſmũ, videtur illum tanquàm ſine ſpe remedij relinquere, ergo. 2 Item præſumendum eſt talem C ſurdum à Natiuitate, & elinguem ſi cũ ſignis petit baptiſmum, à Deo, de quo Diuus Ioannes ait, *D. Ioann.* quòd illuminat hominem venientem in mundum, fuiſſe illuminatum de fide ſupernaturali ſaltèm implicita, & de dolore neceſſario, quia Deus non deficit in neceſſarijs. Ergo eſt baptizandus.

*Confirmat ex D. Auguſt.* ¶ Et confirmatur ex Diuo Auguſtino libro primo de adulterinis coniugijs capite vltimo. vbi catechumenos retinentes adulterina conſortia, ſi deſperati, & intra ſe pœnitentes iacuerint, neque prò ſe reſpondere potuerint, quia amiſerunt vſum linguæ vel alio modo, baptizandos, inquit, huiuſmodi puto. D Ergo ſimili ratione huiuſmodi mutos, & ſurdos à natiuitate; ſi ſigna contritionis tundendo pectus, vel aliter oſtenderint baptizandos eſſe cenſeret.

*Sententia autoris.* ¶ Sed, quia rationes hæ pro parte affirmatiua ſolutiones planas habent, & quia rationes pro parte negatiua vrgentiores ſunt, ſi quis velit huiuſmodi baptizare ſurdum, & elinguem me autorè non faciet, ſed expectabit iudicium ſaltèm Epiſcopi: qui cum doctis ſibi adiunctis perſonis inueſtigare curet, an talis ex viuacitate iudicij, ex inſpiratione Dei, vel exterioribus religionis Chriſtianæ exercitijs, & ſacramentis à ſe viſis dari, apprehenderit

henderit pro ſalute animæ talia ſuſcipi remedia diuinaque eſſe: & ab vno Deo cæli & terræ inſtituta. Et ſi hæc ſignis exterioribus ſe intelligere ſignificauerit, ſimulque fidem de Deo ſe habere, doloremque de peccatis: tunc his præhabitis ſi baptizaretur, non damnare auſim. Alias, affirmatiuam relinquens, negatiuam citius amplecterer.

# CAPVT XIII.

*An ad contritionem requiratur amor Dei ſuper omnia. An timidus de recidiuo abſolutum propoſitum emendæ poſſit habere. An petitio veniæ ſufficiat in morte.*

Quæſtio. IAM poſtquàm grauiores, quæ in materia contritionis pertractari ſolent, quæſtiones diſcuſſimus. Reliqua ſub breuitate optata perſtringere nos oportet. Et primò occurrit quæſtio; Vtrum ad contritionem requiratur amor Dei ſuper omnia. Ad quam dubitatiunculam, quia Diuus Thomas quolib. 1. artic. 2. reſpondet, ſatis erit, ſi verba eius hic ſubijciamus. (Reſponſio D. Thom.) Contritus tenetur in generali velle pati magis quamcunque pœnã, quàm peccare. Et hoc ideò, quia contritio nõ poteſt eſſe ſine charitate, per quam omnia dimittuntur peccata. Ex charitate autem plus homo diligit Deum quàm ſeipſum: vnde charitas hoc requirit, vt quamlibet pœnam homo contritus præeligat culpæ. Sed in ſpeciali deſcendere ad hanc pœnam, vel illam non tenetur: quia terribilia, ſicut etiam delectabilia plus mouent in particulari conſiderata, quàm in communi. Imo ſtultè faceret, ſi quis ſuper his particularibus pœnis ſe ſolicitaret, aut alium: quia ſtat, quòd aliquis non refugeret pati mortem pro Chriſto, qui ſi deſcenderet ad conſiderandum ſingulas pœnas, magis retraheretur. Ideò deſcendere in talibus ad ſingula, eſt inijcere hominem in tentationem, & præbere occaſionem peccandi. Quare ſatis eſt iſte amor, ſine quo contritio eſſe non poteſt, ſit maior quàm amor cuiuſcunque rei, quantum ad firmitatem: non tamen neceſſario requiritur ſit maior quò ad intenſionem.

Sotus. ¶Quare Sotus in. 4. docet ſatis eſſe dicere pœnitentibus, quòd dolor pœnitentiæ, ſcilicet, contritionis procedere debet ex Dei amore. Amor autem Dei quando abſolutè ſumitur ſine comparatione ad aliud, licet non ſit amor Dei ſuper omnia. Non tamen ideo eſt (Nauar.) malus ſecundum Nauarrum eò, quòd non ſit A adeo firmus. Sicut nec timor Dei ob pœnas non eſt malus ſecundùm ſuam ſubſtantiam, licet non ſit adeò firmus: ſicut timor Dei filialis. At verò quia amor præſupponit ſpẽ ideò amor requiſitus ad contritionem requiritur, ſit cum ſpe veniæ, ſaltèm virtuali.

Quæſtio. ¶Præterea, quia ex ſupradictis liquet contritionem propoſitum formale, de cætero nõ peccandi continere, quæritur, an timor, quem quis concepit de ſua fragilitate, & propenſione ad peccandum, ſibi experientia teſte, (atque ideo timet ſe peccaturũ) hoc propoſitum, quod firmum eſſe debet, explodat? Et (Obiectio.) aliquibus videtur, quòd certè excludat. Quia B audies non rarò aliquem dicentem; Quomodo, inquam, poſſibile eſt me habere propoſitum firmum, & voluntatem abſolutam non peccandi de cætero: qui multoties cum ſim confeſſus hoc animo de reliquo cauendi, ſtatim oblata occaſione præceps in peccata præterita rurſum feror? palàm eſt, quòd idem modo ſim facturus. Sed nihilominus reſponden(Reſpond. dictũ. 1.)tes ad quæſtionem dicimus primò, vt ſcrupuloſis mentibus medeamur, non vt effrænibus fræna laxemus. Aliud eſt timere ſe peccaturum, & aliud velle peccare. Nam, quia timor eſt de malo, qui planè timet ſe peccaturum, certè videtur non velle peccatum. Ea etenim quæ volumus non timemus. C

¶Secundò dicitur, quod memoriæ dignũ (Dictũ. 2.) eſt commendari, ſcilicet, quòd non eſt idem prorſus propoſitum habere non vitandi peccatum, & timor in peccatum labendi, quatenus attinet ad timoratæ & ſcrupuloſæ conſcientiæ viros. Nam ij ſoliti ſunt tali timore ruendi in peccatum agitari: tamen propoſito vitandi peccatum non carent: imo in propoſito cauendi ſunt conſolidati. Sed neque idem eſſe æſtimatur quatenus etiam attinet ad effrænatos antea: ſed iam ad tollendas occaſiones tranſuerſos eos agentes in peccata, animum & vires applicantes: quia D in his & timor ruendi, & propoſitum abſolutum à culpis præteritis abſtinendi coire poſſunt. Solum igitur in hominibus deprauatis, qui in eiſdem peccandi occaſionibus permanere contendunt, timor, ſi quo tenentur labendi, & propoſitum reſipiſcendi compati non poſſe videntur. Quia ij quandiu occaſiones peccandi non amouent, propoſitum formale cauendi non videntur habere: quia animo formali, aut virtuali ſaltem redeundi ad vomitum peccatorum non carent. Et ſic intelligendum venit quod Nauarrus (Nauar.) ſumma latina ait, ſcilicet, quòd quoad propoſitum ſatis eſt pœnitens proponat non amplius peccare



peccare, proponatque id efficere ope diuina. Nec opus eſt credat ſe amplius non peccaturum, vel quod talis timor de cætero peccandi ab eo abſit.

Quæſtio. ¶Præterea hæſitabit forſitan tyronus aliquis ſic: ſi verum eſt, ꝙ de cõtritione catholicè dicitur, quòd ante ſuſceptionem ſacramẽti in re, & gratiam amiſſam reparat, expiatq; peccata; quid ergo poſt eam præhabitã opus eſt ſacramento confeſsionis, & eius forma, ſcilicet abſolutione ad remittenda peccata & (Reſpond.) gratiam Dei conciliandam. Reſpondetur ſanè, ꝙ multiplici nomine, poſt contritionem præhabitam, adhuc ſacramento pœnitentiæ (Primò.) in re opus eſt. Primò, quia contritio antecedens non ſine voto ſuſcipiendi ſacramentum, quod in ſe includit, remiſsionem peccatorũ operata eſt. Fruſtraneum autem eſſet tale votum cõcepiſſe, ſi poſtea tempore debito (Secundò.) executioni non mandaretur. Secundò, quia cùm nemo certus de ſua contritione ſit, quæ eſt vltima diſpoſitio ad gratiam, adhuc ſecurius remedium ad parandam eam, Deus nobis exhibuit clementiſsimè, ſcilicet, ipſum ſacramentum in re, quod facit de attrito contritũ. Quare Deus & id remedij, ſcilicet, ſacramentum poſt habitam contritionem veram, vel puta(Tertiò.)tiuam, voluit ſuſcipi à nobis. Tertiò, quia cũ contritio actus interior ſit, de quo eccleſia nõ directè iudicat, voluit Deus nos ſubdi ſacramento exteriori, quatenus appareat nos de noſtra reconciliatione, & cum eccleſia per ſa(Quartò. Nauarr. Exemplũ.)cramentum exterius tractare. Quartò, patet ex exemplo Nauarri dicentis, poſt contritionem præcedentem, licet remiſſum ſit peccatum: adhuc, inquit pœnitens aſtrictus manet ad confitendum illud, quia ei condonatio peccati facta eſt à Deo ad inſtar Regis condonãtis iniuriam militi cum obligatione, vt militet per annum. (Explicatur Nauarrus.) Quæ quidem exemplificatio Nauarri ſano modo eſt intelligenda, nõ quaſi Deus illa peccata per contritionem dimiſerit cum conditione, vt talis remiſsio irritanda veniat, & irrita fuiſſe cenſendum: ſi tempore debito ſacramentum, quod habuit in voto, in re non ſuſcipiat, & quaſi peccata remiſſa, iam, hoc nõ præſtito, in ſe ipſa ſint reditura. (D. Thom.) Quia hæc exemplificatio authore D. Thom. in. 4. quæſt. 88. art. 2. eſſet falſa contra alios: quia incredulitas eorũ fidem Dei, qui illa pec(Ad Rom.)cata iam dimiſit, non euacuauit, ad Roma. 3. licet redeant ſecundum quantitatem ingratitudinis. Intelligitur ergo, ꝙ ſicut condonatio Regis ſub illa obligatione facta militi nõ eſt valida, ſi miles cum ſibi fit, non gerit animum eam obligationem adimplendi: ſic neque ta- A liter contritus, qui in animo non cõcepit tempore debito ſuſcipere ſacramentum: quia nõ eſt verè contritus, neque recuperabit gratiam, nec remiſsionem obtinebit peccatorũ. At ſi tunc verè fuit contritus, quia iſte non caruit tali animo, gratiam primam per ſuam contritionem antecedentem obtinebit. Sed ſi poſt tempore præcepti ſacramentum pœnitentiæ in re non ſuſceperit, recuperata antea gratia ſibi nõ perſeuerabit: quia per trãſgreſsionem præcepti illam amittet.

(Aduertentia Nauar.) ¶Ad hæc, quoniam aliqui non ſatis in ſcholis verſati, non ſatis penetrant rationẽ, quiddi B tatemq; contritionis, rectè eos admonet Nauarrus in ſumm. lat. c. 1. num. 17. dicens, non ſufficere ad contritionem tunſionem pectoris, aut prolationem, Miſerere mei, vt ipſi autumant. Sed hæc ſigna tantùm procedũt quò ad præſumptionem, quia eccleſia præſumit hæc ſigna oſtendentes eſſe contritos, ad effectum non negandi eis ſepulturam. Sed iſtis videtur fauere frater Ioſephus Minorita in (F. Ioſeph cautè legendus.) ſuis floribus Theologiæ, dum ait, quòd inſtante morte præ anguſtia tollente recordationem peccatorum, ſi quis toto corde petat C veniam ſine actuali pœnitentia, per orationem iuſtificabitur, iuxta illud Matthæi. 17. (Matth.) Petite, & dabitur vobis. Quæ quidem doctrina quatenus inſinuare videtur: quod ſola petitio veniæ tunc ſufficiat cauenda eſt, quia D. Th. 3. p. q. 8. ar. 4. ad 5. ait. quod ſi totali(D. Thom.)ter eſt aliquis peccati oblitus, huic ſufficit ad eius deletionem, generalis contritio, quaſi ſignificans ſaltem ſine tali generali contritione etiam ei veniam petenti, eam à Deo non eſſe concedendam. Sed negari non poteſt, quod iſte frater Ioſephus ſubturbidè hic loquatur, quare cautè eſt legendus.

# CAPVT XIIII.

D *An vt aliquis cum ſacramento fiat ex attrito contritus, ſatis ſit, quòd pœniteat ſe ſufficientem pœnitentiam non habere, vt ait quidam Iunior.*

EST cordi mihi, placetque & hic (Quæſtio.) examinaſſe, quomodo illa doctrina Nauarri intelligẽda ſit, quam in cap. 1. de contri. in ſum. lat. nu. 22. tradit in hanc formam: Satis eſt, vt aliquis ſit contritus, vel ſaltem attritus taliter, vt poſsit abſolui, quòd pœniteat ſe iſtam pœnitentiam non habere. Quam doctrinam aſſeuerat eſſe opinionem communem & eſſe Diui Thomæ & Bonauen. eſſeque in ſolatium

tium multorum. Quia licet hoc, inquit, non ſufficiat ad habendam contritionem formaliter, ſatis eſt tamen ad habendam attritionem, qua pœnitens poſsit abſolui. Hæc Nauarrus. *Nauarrus ſubnotatur.* Quæ doctrina Nauarri, etſi alicubi aſſerta à D. Tho. & Bonauen. & ab alijs doctoribus inueniatur, non ita nude, vt eam proponit Nauarrus, ſed cum grano ſalis, vt ipſi doctores intellexere, & tradidere, eſt lectoribus proponenda, vt, ſcilicet, ſufficiat ad abſolutionē quòd quis pœniteat ſe contritionem, vel attritionem non habere, dum aliâs pœnitens ſaltem, formalem habeat attritionem, vt probè ſubnotauit Metina in ſua inſtruct. confeſ. fol. 294. p. 1. & 2. *Metina.* Vbi præſupponens pœnitentem ad minus neceſſariò habiturum attritionem pro capienda abſolutione, pœnitēti eſſe tunc dicendum, ait, Frater etſi verum eſt, ꝙ iſta tua attritio, & dolor imperfectus per ſe non ſufficit: ſufficit tamen ad reparandam gratiam cum ſacramento dolor hic imperfectus, cum pœnitudine qua te pœniteat, te nō pœnitere offendiſſe Deum tantum, quantum ratio ipſa exigebat. Ecce vbi Metina ad illā pœnitentiam, qua quis pœnitet eo, quòd nō pœniteat vt debet, attritionem ſaltem formalē, vt ſufficiat cum ſacramento præſupponit. *Impugnatur Nauarrus.* Quia aliàs quis inficiari poterit illam pœnitentiam, qua quis pœnitet ſe non pœnitere, cum propoſito peccandi de cætero ſtare poſſe. Nam iſta pœnitentia habetur per iſtum actum, nollem non pœnitere, aut per iſtum actum, haberi videtur: ſic etiam ſecundùm doctores & ipſum Nauarrum pœnitentia de præteritis habetur per iſtum conditionalem actum, nollem peccaſſe, ſed cum iſtis conditionalibus nolleitatibus, aut velleitatibus, ſtare poteſt propoſitum abſolutum de ſibi contrario, *Exemplū naufragi.* vt cum nolleitate, qua ingruente procella mercator nollet proijcere merces ſuas in mare ſecundùm Ariſt. ſtat abſolutum propoſitum ad euadendum periculum, eas proijciendi. *Exemplū meretricis.* Et cum velleitate, quam meretrix in lupanari tenet inde exeundi, ſtare poteſt abſoluta voluntas ibi manendi. Ergo ſtante etiā iſta nolleitate, ſcilicet, nollem carere cōtritione, aut ſaltem attritione neceſſaria ſtare poteſt, quòd in rei veritate tali attritione careat, imo quòd in voluntate abſoluta contraria maneat. *Admonitio ad pœnitentes.* Ergo ne id quod in ſolatium multorum peccantium Nauarro videtur eſſe, in eorum animarum perniciem propter deceptionem conuertatur, admonendi ſunt pœnitentes, ꝙ iſta pœnitentia de nō pœnitendo debitè per iſtas nolleitates, vel velleitates tantum habita, ſcilicet, vellē debitè pœnitere nollē nō de- A bitè pœnitere, nō ſufficit cū ſacramēto pœnitētiæ ad ſalutē, niſi ſaltē attritio adſit. *Obiectioni fit ſatis.* Et licet cōcedamus iſtā pœnitentiā de nō pœnitēdo debitè, quia de præſenti eſt poſſe eſſe abſolutā, quia poteſt habere hunc actū, nolo nō pœnitere debitè, & volo pœnitere debitè, ſed quia vt ſupponimus iſtud volo, vel nolo efficax non eſt, ideo fallax eſſe poteſt, atq; ideò non eſt ei tantum innitendum, niſi attritio adſit formalis: quæ cum ſacramento ſufficit. Hæc dixerim ſub aliorum iudicio, non gratia detrahendi viro eruditiſsimo Nauarro: quem ego tum ob ſuam inſignem probitatem vitæ, tum ob egregiam authoritatem, qua pollet B in republica Chriſtiana ſemper ſuſpicio, & veneror: ſed gratia eum declarandi.

# CAPVT XV.

*An, vt confeſsio ſit fructuoſa, requiratur, fiat cum dolore ſupra omne odibile, vt ait Caietanus, & de multis curioſis dubijs concernentibus hanc materiam. Et an in aliquo ſenſu ſit vera opinio Scoti de certo gradu intenſionis, vel extenſionis contritionis neceſſariò.*

C *Quæſtio.* Accedit & alia quæſtio circa materiam contritionis: quam excitauit nobis Caietanus in ſumma verbo, confeſsio conditione. 12. An, vt confeſsio cum abſolutione fructuoſa ſit, dolor ſupra omne odibile ſit neceſſarius de peccatis. *Caietan.* Nam Caietanus ibi aſſerit ſic, quòd ſi is, cui diſplicent offenſæ patratæ in Deum, intenditque pro poſſe ſuo à peccatis mortalibus cauere in futurum, ſi cū hoc animus eius ſic ſit affectus, quòd non diſpliceat ei mortale ſupra omne odibile, nec ſupra omne odibile virtualiter ſaltem intendat omnia peccata vitare, Non audeo, inquit D dicere, quòd talis virtute clauium, de attrito fiat contritus. *Nauarrus ſuffragatur Soto & Victoriæ contra Caiet.* Nauarrus cap. 1. numer. 37. ab hac decedens ſentētia dicit, ſe tenere cum Victoria, & Soto dicentibus, quòd ſi quis dolet de peccato, quia vera offenſa Dei eſt, & cum vero propoſito, & ſine craſſa ignorantia credit ſuum dolorem ſufficientem: quod huius confeſsio cum ſacramento abſolutionis fructuoſa erit: quia nullum concilium, nec ſancti, nec ſcriptura ſacra id ſupra omne odibile dolorem neceſſariū eſſe expreſſere. Sed iam nos diximus retrò, quòd ſatis eſt, vt iuxta Cōcilium Tridentinum attritione ſaltem ſupernaturali, quæ ſit impulſus Spiritus ſancti, ſit diſpo-



ſitus, vt mediante ſacramento, ex attrito A fiat cōtritus, neque requiritur dolens ad hoc expreſſe doleat, & ſpeciatim de peccato cū hac expreſsione, & ſpecificatione: Supra omne odibile doleo. *Nota.* Requiritur tamen (vt arbitror) ne expreſſè, aut poſitiuè in animo formet hunc actum; Nolo dolere de peccato ſupra omne odibile. Quia hic actus poſitus videtur excludere charitatem Dei, quam inducit ſacramētum, faciendo ex attrito cōtritū. Charitas enim hæc imperat actū pœnitētiæ, vt fiat ex amore Dei ſuper omnia. Et quia dicens in animo: Nolo dolere de peccato ſupra omne odibile, videtur concipere animum potius admittendi aliquam mortalem offenſam Dei quam incidendi in aliquod malum pœnale, præſertim valde odibile ſibi. *Nauarr.* Adijcit Nauarrus ſumma latina. cap. 1. nu. 23. quòd ſatis eſt pœnitens habeat propoſitū potiùs oppetendi mortē, quàm peccandi: licet dubitet an faciet. Et reuera poſsibile eſt tale habere propoſitum cum tali dubitatione: quia illa dubitatio veluti ſpeculatiua eſt pertinēs ad intellectum. At illud propoſitum ad volūtatem attinet, & ad bonum ſpiritum, iuxta illud dictū Domini; Spiritus quidem prōptus eſt, caro autem infirma.

¶ *Dictum Soti.* Affine quoq; videtur huic dicto Nauarri, & illud dictum Soti. in 4. vbi ait, ꝙ deteſtari ſic furtum, vt ſi ex neceſsitate eſſet committendum alterū, potiùs eligeret patrare homicidium, ſcilicet, quàm furtum, non eſt peccatum ſaltem mortale: dummodo firmiſsimum propoſitum adſit neutrum committendi. *Frater Ioſephus.* Iuxta quam normam frater Ioſephus ait, quòd benè ait Sotus, quòd ſi ſic diceret aliquis, Si neceſſario aliquod horum mihi eſſet euenturum, mallem eſſe hæreticus, quam ſodomiticus, ſi ſine animo faciendi diceret, non eſt mortale, ſecus eſſet ſi cum tali animo diceret. Quia conditionalis maximè impoſsibilis, qualis eſt hæc, Si neceſſariò eſſem peccaturus aliquo peccato prędictorum, quia nullus neceſsitatur abſolute ad peccandum, ſi animus abſit faciendi, ex ſe nihil ponit ineſſe. *Subnotatur Nauarrus.* ¶ Cæterū quod tradit quoque Nauarrus loco citato, quòd ſatis eſt pœnitens doleat, quòd non poſsit magis dolere de peccato, quam de morte propria longiori examine, & declaratione egeret: niſi iam ex ſupradictis, quomodo ſit intelligēdum liqueret. Quia licet nō deſcendendum ſit ad iſtas comparationes ingerentes tentationem, ſi tamen iam deſcendit ad determinandum ſe ex ſuppoſitione in hoc caſu: quia firmum gerere debet animum oppetendi prius mortem, quā A ſe coinquinare peccato, & quia cum oppoſito propoſito perficiendi peccatum ſtare poteſt: vt ſupradictum eſt pœnitentia iſta conditionalis, Nollem dolere magis de morte propria, quàm de peccato; ideo talis pœnitentia per actum conditionalem ex ſe non videtur eſſe ſatis, nec facit pœnitentem ſecurum: niſi habeat talem pœnitentiam per hunc abſolutum voluntatis actum, ſcilicet, Nolo me nunc magis pœniteat de morte propria, quā de offenſa Dei, & pœniteat, & gerat animum tunc potius occumbendi mortè, quam in Deum delinquendi.

¶ *Notabile.* Præterea notandum eſt, quòd dicet illa B doctrina Soti in 4. vera ſit, vbi ait, quòd ſi *Sotus.* comparatio inter culpas fiat, de maiori & grauiori culpa debet eſſe maior deteſtatio appreciatiuè: ſed non eſt neceſſe de grauiori culpa ſit maior deteſtatio intenſiuè. *Quomodo deteſtatio debet eſſe maior.* Nam, vt probe ait Nauarrus ſumma lati. cap. 1. nu. 35. quòd grauior pœnitentia intenſiuè ſit habenda de grauiori peccato eſt de conſilio, & honeſtate tantum; *Nauarr.* quia ſecundum S. Thomam, quæcūque contritio vera quātumuis remiſſa etiam in inſtanti concepta, ſatis eſt ad remittenda omnia mortalia. *Sotus impugnat Scotum.* Vnde inquit Sotus, opinio Scoti, de intenſione & extenſione certa, ad certum gradum neceſſaria ad deteſtationem C & contritionem, cum nulla rationis baſi, aut teſtimonio ſanctorum roboretur, videtur labem temeritatis contrahere contra diſtin. 3. *Diſtin. 3. Ezechiel.* Can. talis, & videtur diſſona ſcripturæ Ezechielis; In quacunque hora conuerſus fuerit, & contra Canonem, de pœnitentia diſtin. 1. *Diſtin. 1. de pœni.* cap. multiplex, miſericordiæ Dei non poſſumus tempora diffinire; nec menſuras ponere. *Vega & frater Ioſeph. gloſſant Scotum.* Sed tamen Vega & frater Ioſephus contendunt Scotū ab hac labe temeritatis ſibi aſcriptа liberare. Nam Vega gloſſat Scotum eſſe intelligendum, quando ſuppetit tempus ad pœnitendum, ideò certum tunc intenſionis, aut extenſionis gradum Deo notum eſſe neceſſarium aſſerere, non eſt temeritati aſcribēdum. D Sed melius ſuo iudicio, prædictus frater Ioſephus, & alij Scotiſtæ videntur Scotum ſaluare, eius ſenſum, & mentem interpretando. Sic quòd Scotus locutus eſt non in ordine ad remiſsionem culpæ, & reſtitutionem gratiæ: (nam culpam poſſe remitti, & gratiā poſſe reſtitui per contritionem etiam remiſſam & habitam in inſtanti, non dubitauit) ſed quo ad remiſsionem totalem, & integram illius pœnæ pro peccatis debitæ; quæ interdum reſtat expianda per opera ſatisfactoria, ad hanc expiandam pœnam totaliter, quæ ſi ſummo conatu peccator conuerteretur,

A ſicut Diua Magdalena conuerſa eſt, & bo-
nus latro, tota illa contritione ſumma, ſimul
expiata cum culpa maneret certum gradum
intenſionis, & extenſionis, quoad tempus
Deo notum, & ab eo taxatum iuxta maio-
rem, vel minorem grauitatem criminum, re-
quiri ſenſit quando hæc pœna totaliter per
*Senſus Scoti.* contritionem expianda venit. Quòd ſi in hoc
ſenſu locutus eſt Scotus, aut ego fallor, aut
non eſt temeritatis notandus. Nam non mul-
*Thomiſtæ Sotus.* tùm diſsimiliter ab hoc, noſtri Thomiſtæ
loquentes ſunt. Et præſertim Sotus in 4. do-
cet de gratia amiſſa, quæ reſtituitur reſur-
genti à peccato ratione operum bonorum
B per peccatum antea mortificatórum, quòd
tota gratia anteà habita per opera, non reſti-
tuitur per contritionem quamcũque remiſ-
ſam, niſi pœnitens ſummo conatu contritio-
nis reſurgat ex Dei auxilio. Quòd ſi contri-
tio ab hac ſumma deficiat in reſurgente à
peccatis, in ea proportione qua à ſumma con
tritione diſtat, reſtituetur ſibi priſtina gra-
tia; vt ſi contritio eſt medietas ſummæ, recu-
perabitur medietas gratiæ deperditæ.
*Nota. Sotus.* ¶ Atque etiam non ſolum per primam
contritionem, ſed per actus congeminatos
doloris ſecundum Sotum, poteſt reſurgens
totam gratiam amiſſam recuperare, & per
C quoſcunque etiam actus charitatis, & elee-
moſynæ: quia poſt dolorem, maxime æſti-
*Quando tota gratia redit.* mat Deus hos actus charitatis. Hæc Sotus
ait. Qui ſuperaddit affirmare, quòd ſine du-
bio per martyrium recuperatur tota gratia
antea amiſſa per peccatum. Et licet ſibi vi-
deatur, priuilegium fuiſſe conceſſum baptiſ-
mo, vt per ipſum recuperetur tota gratia
amiſſa: ſed ex alia parte apparet, quòd non,
cum per pœnitentiam, quæ plus gratiæ con-
fert, quam baptiſmus, non ſemper tota recu-
peretur, ſed per attritionem ſummam cum
ſacramento totam gratiam amiſſam reſtitui
dicendum eſſe videtur, eò quòd attritio cum
D ſacramento perinde eſt, ac valet ad viuifican
*Inclinatio contritionis.* dum, atque contritio. Quæ quidem con-
tritio magis inclinat ad dolendum de mini-
mo peccato proprio, authore Soto, quàm
de magno alieno appreciatiuè, & magis ap-
preciatiuè ad dolendum de meo peccato,
quàm de paſsione Chriſti. Sicut beata vir-
go appreciatiuè maiori affecta eſt mœrore
ex peccato crucifigentium, quam ex paſsio-
ne filij, ſicut & Chriſtus: ſecus quoad in-
tenſionem, quia ſic maiorem fuiſſe
de morte filij dicere non eſt
inconueniens.

## CAPVT XVI.

*An præceptum contritionis obliget tempore obligationis orandi pro inſtanti populi neceſsitate, vt dicit quidam Iunior.*

Adde, quòd quia cõtritio eſt cer *Contritio antidotum contra mala.*
tum antidotum contra pecca-
ta, & remedium contra multa
inſurgentia mala, flagella Dei
minantiaque vitanda: ideò etiã
in dubio, cum quis anceps eſt de ſuo peccato,
an ſit mortale, vel veniale, pœnitere debet de
illo, vt de mortali, vel ſaltem cõditionaliter:
B quia dictum eſt, tene certum, & dimitte incer
tum; & tenetur ſub tali dubio confeſſario ta-
le peccatum explicare.
¶ Ad hæc, quoniam contritio remedium
eſt cõtra nos circũſtãtia mala: ideo Nauarrus *Nauar.*
ſumma latina. capit. 1. num. 31. auſus eſt cum *Adrian.*
Adriano aſſeuerare, quòd tempore orãdi pro
inſtanti populi neceſsitate, vbi requireretur
magnus feruor, præceptum contritionis obli
garet obnoxium ad orandum. Sed certe hęc
aſſertio Nauarri, licet ſuffulta auctoritate
Adriani, non omni pollet certitudine. Quia
Antonius Cordubenſis in ſuo quæſtionario. *Cordub.*
C lib. 2. q. 2. de ignorantia pertractans cõtrariũ
videtur aſtruere, dum ſic ait: Ad neceſſaria ad 1
ſalutem, & vbi requiritur ſpecialis Dei dire
ctio, & illuminatio ſi humana induſtria adhi
bita nõ ſufficit, requiritur oratio ad veritatẽ
Dei, eiuſq; illuminationem aſſequendam; ſed
adhoc non requiritur contritio: ſed bona affe
ctio ſine obice: vt ſi in rebus fidei ſcitu ne-
ceſſarijs ignorantia daretur. At ſecundo ait, 2
ꝙ cum timetur probabiliter, ꝙ propter pec-
cata excæcatur quis, tenetur tunc conteri ſal
tem generaliter, & precari Deum, vt ſibi ſuæ
veritatis circa ſalutem animæ ſuæ lumen
infundat, etiam ſi iſta ſua ignorantia, & excę
catio contingat in his, de quibus datur igno
D rãtia inuincibilis. Tertiò ait, ꝙ caſus ſi detur, 3
quo quis ignoraret inuincibiliter cõtritionẽ,
& orationem ad hanc illuminationem à Deo
obtinendam eſſe neceſſariam, excuſabitur,
ſi cõtritione & oratione ſe nõ præparet. Se
cus ſi ſciat hęc media tunc eſſe requiſita.
¶ Quòd ſi inſtes pro Nauarro, quòd, quia *Satis fit obiectioni.*
peccatores Deus non exaudit, vt dixit cæcus
euangelicus, & pro inſtãti populi neceſsitate
orare quis tenetur, ne ſit fruſtranea oratio,
ſed ſit exaudibilis à Deo, ſic oraturus contri-
tione ſe prę̃munire debet. Adhoc dicimus pri *Dictũ. 1.*
mò cum D. Auguſti. quòd adhuc iſte cæcus *D. Aug.*
euangelicus inunctus loquebatur. Nam &
pecca-



A peccatores Deus exaudire ſolet, præſertim
*D. Thom.* authore D. Thom. 2. 2. quando orant pec-
catores Deum, non vt ſic, ideſt, vt peccato-
res ſunt, ideſt, non ſecundum affectum quem
habent peccandi; ſed quando orant pie, fer-
uenter, & perſeueranter pro ſalute animæ
ſuæ, vitæque emendatione, poſtulantes au-
xilium.
*Dictũ. 2. Metina.* ¶ Dicimus ſecundò cum Metina 1. 2. igno
rantia vincibilis circa pertinentia ad ſalutem
per pœnitentiam tollitur, quãdo quis pœni-
tet ignoraſſe, & proponit adhibere diligentiã
ad ſciendum: quia per talem pœnitentiã talis
*Nota pro materia ignorãtiæ.* ignorantia fit inuincibilis. Redibit tamen
B peccatũ ignorantiæ, ſi habita opportunitate
ad ſciendũ, non adhibeat diligentiam. Quod
maxime notandum eſſe aduertit, quia prode
rit, inquit, ad multa intelligenda in hac ma-
teria.
*Dictũ. 3.* ¶ Tertiò cum eodem Metina aſſerimus, ꝙ
non ſolum per pœnitentiam, & contritionẽ,
qua homo in gratia Dei conſtituitur: ſed etiã
per ſolam pœnitẽtiam de prædicta ignorãtia
ſic ignorantis, fit ignorantia inuincibilis, vt
patet in culpabiliter ſeducto, & ignorante
pœnitẽte iã de ſuo errore, & proponẽte quæ-
rere doctorem, qui ſe doceat, qui tamen cum
hoc in ſuo concubinatu permanere contẽdit.
C *Ignorãtia vt fit inuincibilis.* Imo ſubiungit Metina, ꝙ vt talis ignorantia
fiat inuincibilis pro tunc, & ceſſet eſſe culpa-
bilis, prout perſeuerat tantũ in præſenti, ſa-
tis eſt ſi pro illo præſenti proponat diligẽtiã
ad ſciendũ, verbi gratia, articulos fidei: etiam
ſi pro tũc nõ pœniteat de ignorantia ſua præ
terita. Quia ignorantia, quæ antea erat culpa
bilis, & vincibilis, vt fiat inuincibilis, ſatis eſt;
aut pœnitere de culpa, aut de ignorantia, aut
certe adhibere diligentiam, quæ ſolet adhi-
beri in illis caſibus: quia Iacob in caſu concu-
bitus cum Lia non tenebatur facere diligen-
tiam.
*Dictũ. 4.* ¶ Quartò dicimus ad quæſtionis punctum
ex prædictis reſpõdẽdo, ꝙ quia ſolitis reme-
D dijs, quæ adhiberi ſolent eſt innitendum, vt
*Reſolutio quæſtionis.* hic ait Metina; & quia non conſtat priuatis
hominibus tempore vrgentis neceſsitatis ora
turis pro populi neceſsitate, quòd contritio
de ſuis peccatis ſit remedium ſolitum ab ipſis
adhiberi, & quia ignorant id remedij eſſe ne-
ceſſarium, neque de hoc tãquam de re neceſ-
ſaria ſolent admoneri à confeſſoribus, vel
prædicatoribus: ideo peccatorem priuatum
tempore calamitatis magnæ, qua premitur
reſpublica orantem Deum pro reipublicæ
liberatione ſine præuia contritione, ad peccã
tum mortale, non ideò damnarem. Sicut ſe-

A cundùm communẽ ſententiam Theologorũ *Exemplũ correctionis.*
priuatus peccator etiam, vt impleat præce-
ptum correctionis fraternæ, vt ſic ſubueniat
ſaluti animæ fratris, non tenetur etiam ſi in
peccato mortali ſit noto & patenti, de eo
prius habere præuiam contritionem. Tum;
quia ſatis eſt ſi humiliter, & dolenter, & com-
patiendo ſibi, & fratri, eum corrigat. Tum;
quia ſicut qui prodige conſumpſit pecunias,
iam poſtquam eis ſua culpa nudatus eſt, non
tenetur quærere aliunde pecunias, vt ſubue-
niat graui neceſsitate oppreſſo: ſic neq; qui
ſua culpa amiſit gratiam, ad hunc finem corri
gendi, nouo præcepto non tenetur conteri
B ad recuperandam gratiam. Diximus notãter, *Nota.*
quòd ad hoc non tenetur priuatus: nam ſi ad
correctionem exercendam, prælatus videt
contritionem ſuam oſtenſam, ſubdito de ſuo
peccato, eſſe medium neceſſariũ, vt ſubditus
reſipiſcat, ꝙ tunc teneatur ipſe ad adhibẽdã
correctionem ſubdito conteri, placet aliquibus, & fratri Ioſepho placuit. Sicut etiam Pe *Frater Ioſephus.*
trus de Soto maior eius fertur fuiſſe ſentẽtiæ
in ſuis ſcriptis ſuper 2. 2. D. Tho. dicẽs, quòd *Frater Petrus de Soto.*
quanuis quãdo ſe offert neceſsitas non tene-
tur agere pœnitẽtiam, qui tenetur corrigere
alium, neque ex vi præcepti pœnitentiæ,
neque ex vi præcepti correctionis, quia non
C eſt medium neceſſarium: ſi tamen peccatũ
eſt publicum, & manifeſtum, & corripiens
peccator corripiendo ſcandalizat per corre-
ctionem, quam facit, tenetur prius de illo
peccato pœnitere, antequam corripiat, aut
oſtendere ſigna pœnitentiæ ne ſcandalizet
corrigendum, ſecundum Bañes. 2. 2. Igitur *Bañes.*
præceptum pœnitentiæ hic de per ſe non
obligat: ſicut neque obligat antequam tẽpus
ipſius præcepti (quia affirmatiuũ eſt) veniat.
Quia etſi ante iſtud temporis teneatur homo
non cõplacere de ſuo peccato, & exire à ſuo
peccato, nec illud continuare: ſed ad id non
obligatur peccato nouo, aut præcepto pœni
tentiæ: ſed illo præcepto, quo prohibitus eſt
D peccatum facere, ſcilicet, non furari, eodem
præcepto prohibetur retentionem alieni, nõ
continuare, nõ ſub nouo peccato, ſed maiori,
ſi continuet, neque reſtituat. Ita Sotus. *Sotus.*

## CAPVT XVII.

*Rurſus de differentia inter contritionem, & attritionem, & an refricanda ſit memoria peccatorum. Et an attritio fiat contritio.*

*Differentia inter cõtrit. acquiſit. & infuſam.*

CÆterum, quia multa de contritione, & dicta & diffinita hic ſunt, ne in æquiuoco laboremus, ſicut diſtinximus contritionem ab attritione: ſic contritionem infuſam, de qua hactenus ſumus locuti, à contritione acquiſita diſtinguere opus eſt. Diſſerunt etenim: 1 Primò; quia contritio infuſa ex auxilio ſupernaturali diuino eſt: at contritio acquiſita ſecundum Caiet. ex viribus naturalibus haberi poteſt, quod & placet etiã Scoto. Secundò; quia contritio ſimpliciter dicta contra Caieta. & Scotum, quia ſuapte natura eſt infuſa; & quia eſt vltima diſpoſitio ad 2 gratiam, nunquàm dicitur informis. Sed contritio, quæ datur informis, eſt contritio acquiſita: quia iſta non eſt infuſa, neque vltima diſpoſitio ad gratiam. Ita Sotus & Nauarrus cap. 1. ſummi. lati. num. 30.

*Caietan. Scoti. Sotus. Nauarr.*

*Quæſtio.*

¶ Inſuper, quia contritio medicina adeo eſt ſalutaris, & quia mediante auxilio Dei ſpeciali à nobis habetur, quam memoria peccatorum ſol[illegible] præcedere, aliquis forte adijciet ſciſcitari, an conſilium ſanum ſit refricare in memoria peccata iam dimiſſa ad habẽdam de eis contritionem. Sed certe peruia eſt reſpõſio, quia ſi talia ſint peccata, vt delectationem de ſe, aut æſtimationem illicitã gignãt, non erit ſalutare conſilium ea multum in memoria obuerſare ad conterendum de eis his, quibus quia fragiles ſunt conſentiendi inde paratur periculum, quia præſentia delectabilia pœnitentes non mortificatos, aut mente ægrotos valde allicere ſolent, ſed perfectionem iam adeptos, immuneſque iam ab his periculis ad ſui humiliationẽ, maioremque excitandum dolorem, cum abſit periculum, ſic ea mente agitare, tantum abeſt, vt ſit exitiale, quòd eſt ſalutare. Sicut etiam effrænibus peccatoribus peccata ingerentia terrorem, conſilium eſt meminiſſe. Vide Nauarrũ ca. 1. nu. 32.

*Reſpon. Nauarr.*

*Quæſtio. An attri. fit cõtrit.*

D

¶ Demum, quia axioma Theologorũ eſt, quòd mediante ſacramento pœnitentiæ ex attrito fit illud ſuſcipiens cõtritus, ambigere aliquis poterit, quæ nam opinio vera ſit, opinio Scoti aſſerentis quòd attritio fit tunc contritio, an opinio D. Thomæ affirmãtis oppoſitum. At in hac quæſtione non opus eſt multum immorari, quia iam per Sotũ, & Nauarrum ſum. lati. cap. num. 4. conciliantur S. Thomas & Scotus. Quia ſecundum Scotũ, ſi mediante ſacramento, attritio fit contritio, gloſſandus eſt, ꝙ attritio tũc fit contritio nõ intrinſecè, ideſt, nõ ratione obiecti, ſed extrinſecè, ideſt, ratione ſuperuenientis gratiæ fit

*Sotus. Nauarr. Mẽs Scot.*

A

contritio; vt dum quis ad ſacramentum pœnitentiæ accedẽs, attritus bona fide recipit gratiam. Sed ſecundum D. Thomam, & veritatẽ ipſam, attritio ex obiecto, quæ eſt propter pœnas, nunquam fit intrinſecè, hoc eſt contritio ex obiecto. Quia ſunt diuerſarum ſpecierum: ſicut equus nõ poteſt fieri intrinſecè homo, quia alterius ſpeciei eſt ab homine. Sed Sotus lectorem admonitũ eſſe vult hanc expoſitionem, qua ſaluamus Scotũ, ſcilicet; quòd attritio extrinſecè fit contritio ratione gratiæ ſic aduenientis ex ſacramento, non eſſe de mente D. Thomæ; quia cenſet huiuſmodi attritiones tranſire, dum venit vltima

*Mens D. Thomæ.*

*Soti aduertentia.*

B

diſpoſitio ad gratiam, quæ eſt contritio. Si tamen manerent, quòd non repugnat, aduenïẽte gratia, extrinſecè fierent contritiones; ſed abſolute D. Tom. negat attritionem fieri contritionem.

*Sententia D. Thom.*

¶ Sed vltimò meminiſſe iuuat de illa cenſura Nauarri cap. 1. numero, 41. vbi contra Victoriam, & Maiorem cenſet non eſſe ſatis firmum dictum Maioris dicentis, quòd nullus eſt adeo imprudẽs, qui tempore confeſſionis peccata ſua nõ deteſtetur formaliter, vel virtualiter, quia talis, inquit, inueniri poteſt, qui hoc non faciat. Sed dictum iſtorũ doctorum non videtur notandum, licet in caſu aliquo aliter inueniatur. Quia loquuntur moraliter, & vt in plurimũ, & regulariter, ſicut decet loqui Theologos aliqñ in materijs moralibus. Sed iã diximus, ſæpiuſq; inculcauimus, neceſſariam eſſe deteſtationem formalem, & actualem. Ecce abſoluimus materiam de contritione, vtinam tam exactè quam copioſe eã pertractauerimus ad gloriam Dei & obſequium lectorum.

*Saluantur Victoria & Maior.*

C

# CAP. XVIII.

*De. 16. conditionibus confeſsionis explicatis ſecundum doctores: & quænam earũ ſint de neceſsitate confeſsionis, & quæ nã tantũ de ornatu. Et an in aliquo caſu poſſit audiri & abſolui pœnitens ſine præuio ſufficienti examine extra articulum mortis. Et an circunſtantia non tollens mortale ſed extenuans ſit confitenda.*

*Quæſtio.*

IAM poſt materiam de contritione abſolutam, ad expediendã materiã de confeſsione nos præparãtes, ab eius diffinitione exordium ſumimus, ſic eam diffinientes; Confeſsio ſacramentalis eſt legitima





*Diffinitio confeſsionis ſacrament.*

coram ſacerdote peccatorum declaratio, & accuſatio, quę pars eſt ſacramenti pœnitentiæ. Et quia res etiam per ſuas conditiones innoteſcit; non erit ab re, ſtatim præmiſſa diffinitione cõfeſsionis, ſi de eius conditionibus ſermonẽ ſubijciamus. Autore igitur D. Thoma in. 4. ſentent. diſtinct. 17. quæſtione 3. articulo. 4. quæſtione vlti. confeſsio ad hoc quòd perfecta ſit. 16. cõditiones debet habere: quę in his continentur verſibus, ſcilicet,

*Conditiones. 16. cõfeſsionis.*

Sit ſimplex, humilis, confeſsio, pura, fidelis,
Atque frequens, nuda, diſcreta, libens, verecũda,
Integra, ſecreta, lachrymabilis, accelerata,
Fortis, & accuſans, & ſit parere parata.

Has cõditiones declarat S. Thomas in. 4. ſent. vbi ſuprà, & Caie. in ſumma. Ideo hos ſequendos hic putò.

*Cõditio. 1. Armilla. Caietan.*

¶ Prima igitur conditio eſt, quòd ſit ſimplex, ideſt, ſine admixtione hiſtoriarum, & aliorum impertinentium, ſecundum Armil. at ſecundum Caieta. ſit ſimplex, ideſt, non compoſita, ideſt, non artificioſe narrentur peccata ita, vt non ponderentur à confeſſore; vel ita vt delectent ſuauitate vanæ eloquentiæ. Secundum Nauarrum ſit ſimplex, ideſt, ſine plica, ita vt ſic ſpecifice proponantur ibi peccata, vt quod mortale, quod veniale ſit poſsit intelligi à confeſſore.

*Nauarr.*

*Cõditio. 2. Caietan.*

C

¶ Secunda conditio eſt, quòd ſit humilis. Secundùm Caiet. quatenus recognoſcat ſe miſerum peccatorem indignum venia: & quãtũ ad ſubiectionẽ, & accuſationem peccatorũ corã ſacerdote humiliter faciendam flexis genibus, verbis humilibus, non ſe iactando. Nam ſecundum Sotum: qui inter confitendũ ſic narraret peccatum: Accuſo me occidiſſe ſicut ingenuum decet, meum inimicum, quia non potui, neque debui, aliter facere, quia me graui iniuria affecerat, vel quia meum occiderat patrem: non eſt abſoluendus. Quia iſta cõfeſsio magis iactantia eſt, & peccati defenſio, quam confeſsio, quæ eſt humilis accuſatio peccati.

*Sotus. Nota.*

D

*Cõditio. 3. Nauarr. Caietan. Sotus. Armill.*

¶ Tertia conditio eſt, quòd ſit pura. Secundum Nauarr. & Caietan. intelligitur non mixta impertinentibus. Secundum Sotum & Armillam, intelligitur, pura, ideſt, bona intentione ad Deum facta, ſpe veniæ, vt Eccleſiæ pareat, vt Deum placare poſsit, non propter ſolum vitandam pœnam, aut infamiam.

*Cõditio. 4. Caietan. Nauar. Sotus.*

¶ Quarta, quòd ſit fidelis. Secundũ Caieta. ideſt, quòd ſit verax, aliena à mendacio: ita Nauarrus. Sed ſecundum Sotum ꝙ ſit fidelis intelligitur vt vere proferat peccatũ, vt eſt, in corde: quod eſt de neceſsitate.



A

*Cõditio. 5. Caiet.*

¶ Quinta, frequens. Secundum Caie. hoc eſt, vt qui frequenter cadit, frequenter confiteatur. Eſt enim medicina hæc valde conſeruatiua hominis in timore Dei. Quare licet in iure Eccleſiaſtico non inueniatur præceptũ de maiori frequentia; quam ſemel in anno; tamen ſalubre conſilium videtur illud, quod tradit Metina in ſua ſumma fol. 299. pag. 2. ſexta regula, & (ni fallor) ſic eſt vſu receptũ apud aliquos cõfeſſores de ſocietate Ieſu. Ait enim ibi Metina; quòd ſi confeſſor viderit expedire pœnitenti, ſi magnus peccator ſit, iniungat ſibi in pœnitentiam, cõfiteatur quatuor feſtis præcipuis Dominæ noſtræ virginis Mariæ: quòd ſi non adeo flagitioſus ſit, quòd confiteatur ſemel in quolibet menſe. Quòd ſi quis obiecerit, qui fieri poſsit, vt ipſum pœnitentiæ ſacramentum iniungatur in ſatisfactionem, reſpondendum eſt illi, inquit Metina, quòd hic non indicitur in pœnitẽtiã tale ſacramentum, eo quòd minus, dut magis principale ſit: ſed quatenus medicina potiſsima eſt conducens valde ad remedium perditiſsimarum animarum.

*Salubre conſilium Metinæ.*

B

*Satis fit obiectioni.*

*Cõditio. 6. Caiet.*

¶ Sextà, nudà. Secundum Caiet. hoc eſt, nõ veſtita coloribus, aut iocis cooperientibus grauitatem peccati, & multo minus obſcurãtibus peccatum: Ita Nauarrus. Itaq; fiat ſine inuolucris verborum, vt explicentur circunſtantiæ neceſſariæ ſecundum Sotum etiam.

*Nauar. Sotus.*

C

*Cõditio. 7. Caietan.*

¶ Septima conditio eſt, quòd ſit diſcreta. Secundùm Caie. quòd quantùm ad honeſtatem verborum, quibus ſunt explicanda peccata ſit prudens & quantum ad ſolas neceſſarias circunſtantias in peccatis carnis explicãdas: & quantum ad modum narrandi: vt quæ ſimul exprimi poſſunt, non diuiſim dicãtur, aut ècontra. Sed ſecundum Sotum, ſi per diſcretam intelligatur, quòd talis confeſsio ſit actus humanus diſcernentis; ſic eſt iſta conditio de eſſentia confeſsionis; & ſi intelligatur, quòd ſit ſciens diſcernere inter peccata, nõ eſt de eſſentia ex parte pœnitentis.

*Sotus.*

D

*Cõditio. 8. Caietan. Nauar.*

¶ Octaua conditio, quòd ſit libens. Secundùm Caiet. & Nauarr. ideſt, quòd ſit voluntaria, hoc eſt, non ex metu principaliter pœnæ, ſed ex amore ſanitatis animæ. Sed ſecundum Sotum, ſi libens id ſonet, quòd eligens eſt de neceſsitate confeſsionis. Quia ſecundum Ariſt. electio eſt de neceſsitate virtutis. Sed ſi per, lubens, intelligatur promptitudo ad confitendum, ſic ſolum ad ornatum confeſsionis pertinet.

*Sotus. Ariſtot.*

*Cõditio. 9. Caietan.*

¶ Nona conditio eſt, quòd ſit verecunda. Secundùm Caiet. ita vt pœnitens erubeſcat de fæditate peccati, tũ apud ſeipſum, tũ apud

*De pœnit. diſt. 6. Sotus.*

cõfeſſore (pudor enim magna pars eſt pœnitentiæ) Canon de pœn. diſt. 6. Secundũ Sotum primo intelligitur quòd ſit verecunda, ideſt, non per modum iactantiæ. Quia ſic nulla eſſet. Si autem intelligatur, quòd ſit comitata pudore, ad ornatum pertinet.

*Cond. 10. Caietan.*

¶Decima conditio; quòd ſit integra quantùm ad peccata mortalia alias non confeſſa tàm certa, quàm dubia. Ita Caietanus, quia cõfeſſio nõ integra non eſt confeſſio. Quare cõfeſſio mutila ratione negligentiæ craſſæ in examinando conſcientiam, inualidam redderet confeſſionem.

*Aduertentia Metinæ. Caietan.*

¶Quare benè Metina in ſua ſum. fol. 281. pagina. 2. docet, quòd ſi negotiator accedens ad confeſſionem ad recordationem ſuorum peccatorũ nihil plus diligentiæ adhibuiſſet, quam ex ſua domo eundo ad Eccleſiam memorare, & recogitare peccata, non eſt audiendus à confeſſore. Sed charitatiuè eſt admonendus de diligentiori examine conſcientiæ faciendo; Eique conſignandũ eſt ad id tempus, vbi præparare ſe poſsit. Idemque perinde dicendum eſt de quolibet alio, quando, diu eſt, quòd non eſt confeſſus. Cuius rationem aſſignat, quia alias moraliter loquendo talis integrè confiteri non poteſt poſtquàm tam in breui morula aſſumpta memorãdi peccata diligentia inſufficiens eſt, ad omnia ad memoriam reducenda. Hocque ex craſſa, & veluti affectata ignorantia contingit folio 282. Superaddit adhæc idem Metina dicens duos caſus ſolitos eſſe Theologos exceptare hic, in quibus pœnitens, etſi in examine conſcientiæ defecerit, non eſt remittendus ad excogitãda amplius peccata. Sed admitti poteſt, ad confeſſionẽ.

*Duo caſus excepti. Caſus primus nõ tã ſecurus.*

Primus caſus eſt, quando confeſſor adeo expertus, & ſtrenuus eſt in officio, vt rogitãdo pœnitentem radicitus ſciet à pœnitente omnia eius peccata eruere, ad memoriamque reducere. Sed quia hoc raro cõtigit, paucique ſunt qui tam ſolertes inueniantur, moraliter loquendo, non eſt innitendũ multum in hoc.

*Caſus. 2.*

Secundus caſus eſt, quando pœnitens eſt in periculo, ideſt, in hora mortis. Quia tũc, licet pœnitens incurius fuerit circa examinandam conſcientiam, recipiendus eſt ad confeſſionem & adiuuandus ad eius euoluendam conſcientiam, retegendaque peccata, prout in tali oppreſsione melius fieri poterit.

*Admonitio Metin. circa infirmos.*

¶Neque prætereundum hic ſub ſilentio eſſe arbitror, quia ad hanc doctrinam attinet; quod Metina rurſus folio 285. pagina. 2. admonet; ſcilicet, quòd ſi defatigatus infirmus, qui confeſſus eſt aliqua peccata, dixerit confeſſori; Pater ego valde ſum nunc laſſatus, & anxiatus; relinquamus confeſſionẽ in poſterum, quia adhuc mihi alia reſtant explicanda peccata, tunc abſoluendus eſt. Et hoc ſtatim fieri multum refert, ne interceptus morte, ſine abſolutione obeat, ſicut accidit cuidam infirmo ſic dicenti; cui confeſſor aliàs expertus abſolutionem prolatauit. Abſoluatur ergo ſtatim in hoc caſu. Dum præmiſerit dicens, Accuſo me de his peccatis confeſſis, & de alijs multis; quæ quia non ſuppetit tempus, nec vires adſunt dicere nõ valeo; peto à Deo veniam.

*Nota. Valde. Sotus. Canus. Nauar. Con. Trid.*

¶Imo ſi iam tam in vltimis ſit, vt imperceptibiliter inter manus ſtatim animam exhalaturus eſſe credatur, non retinẽdus eſt interrogationibus, ſed ſtatim, vt aliqua peccata explicuerit, abſoluendus eſt modo prædicto Si tamen nullum confeſſus fuerit peccatum, ſed tantum in communi ſigna contritionis oſtendit: non eſt abſoluendus ſecundũ Metinam, Sotum, Canum, Nauarrum. Quibus videtur fauere Concilium Tridẽtinum quidquid aliqui doctores in contrarium dixerint; quia non eſt materia ſufficiens, & legitima, ſupra quã abſolutionis forma cadere poſsit.

*Cond. 11. Caietan. Sotus.*

¶Vndecima conditio eſt, quod ſit ſecreta. Secundũ Caiet. ſecreta intelligitur per excluſionem internuncij, Epiſtolæ, & teſtis, quia his nemo tenetur confiteri de neceſsitate. Et licet iſta conditio ſecundum Sotum non ſit de eſſentia, ſed ad ſuſtentandam confeſsionem in Eccleſia Catholica eſt neceſſaria, & ne peccata ſecreta, quæ de ſe ſunt ſcandaloſa, publicè confeſſa ſcandalum poſsint ingenerare.

*Cond. 12. Sotus.*

¶Conditio. 12. lachrymabilis. Secundum Caiet. ideſt, contrita cum diſplicentia omniũ peccatorum mortalium, & cum propoſito vitandi ea, quanuis (vt diximus) ſufficiat, ſi coniuncta ſit cum attritione cognita ad minus. At ſecundum Sotum, ſi per lachrymabilem intelligatur deteſtatio mentis ſic de neceſsitate eſt iſta conditio. Si per lachrymabilem intelligatur, quòd ſit comitata lachrymis ſenſibilibus, ſic non eſt de neceſsitate, ſed de bene eſſe, & de ornatu.

*Cond. 13. Caietan. Sotus.*

¶Decimatertia conditio, accelerata. Secundum Caie. hoc eſt poſt commiſſum mortale non dilata, ſi commoditas confitendi adeſt. Et ſic intellecta hæc cõditio, quantũ ad executionem confeſsionis conſilij eſt, non præcepti. Secundum Sotum quòd ſit accelerata & frequens ad conſilium pertinet.

*Cond. 14. Caietan. Sotus. Metina.*

¶Decimaquarta conditio, fortis. Secundũ Caie. ideſt ſuperans, timorem retrahentem à confi-



cõfitẽdo, & explicando peccata. Sed ſecundũ Sotum ſi per, fortem, intelligatur, quòd propter timorem prædictum nõ deſiſtat à confitendo, de eſſentia eſt. Si autem per, fortem, intelligatur ſtrenua, & virili animo facta, de ornatu eſt confeſsionis tantum. At quia confeſsio fortis debet eſſe, ideo Metina ſua ſumm. fol. 284. pag. 2. optime ait, antequam confeſſor interroget, præmittendam eſſe à pœnitente ſuam confeſsionẽ, eo modo, quo nouerit per mãdatorum ordinem, etiam ſi nõ tam ordinatè ea narret. Et quanuis pœnitens interrogari prius petat à cõfeſſore allegans, quòd ſic confeſſus eſt ſemper, non eſt in hoc mos gerendus illi à confeſſore. Quia plus cõducit ad humiliationẽ pœnitẽtis, quòd prius ipſe narret iniuſtitias ſuas, & iniquitates ſe accuſans proprijſque conceptibus, & verbis, explicet ſuæ conſcientiæ miſeriam; quia inde confeſſor melius exploratam habebit recognitionem, confuſionemque peccatoris ob ſua peccata.

*Cond. 15. Caietan. Expoſitio. 2. Sotus. Quæſtio. Metina.*

¶Decimaquinta conditio cõfeſsionis eſt, quòd ſit accuſans. Secundùm Caieta. hoc eſt, ſibi imputans peccata, non cœlo, non mũdo, non diabolo, non carni. Secundò accuſans ſe, ideſt, non excuſans: quia circũſtantias aggrauantes debet explicare, excuſantes autem debet tacere. Sed ſecũdũ Sotũ, ꝙ ſit accuſans, & nõ excuſans eſt cõditio neceſſaria. ¶Circa quam conditionem quatenus confeſsio non debet eſſe excuſans, obuerſatur quæſtio cuius meminit Metina in ſua ſumma folio. 25. pagina. 1. vbi quærit vtrum circunſtantiæ extenuantes peccatum mortale, non tamen tantum, quin maneat in ſua ſpecie, & in indiuiduo mortale, ſint explicãdæ in cõfeſsione? Vt, exempli gratia, mulier metu graui, vel penuria vrgente adacta, conſenſit in actum carnis illicitum in coitum cum alieno: palam eſt peccaſſe mortaliter; ſed tamen ſimul etiã perſpicuum eſt non tam grauiter peccaſſe, ſicut ſi voluntariè his non vrgentibus oppreſsionibus fuiſſet aggreſſa crimen.

*Hic diſsident Doctores. Palud. Sotus. Reſolutio Metinæ placet.*

De huiuſmodi circunſtantijs, ait Metina non multum conuenire inter Theologos, an ſint exprimẽdæ in confeſsione. Nã Palude ait melius eſſe eas in confeſsione ſilere. Quia earum declaratio in fauorem pœnitentis eſt, & ſic eas tacere poteſt, cedendo iuri ſuo, vt peccata ſua maiori pudore, & confuſione in confeſsione exponantur. Sotus verò contrarium diffiniens eas circuſtãtias attenuantes, & excuſantes, eò quòd ex metu graui, vrgentique egeſtate peccarit, in confeſsione declarandas fore cenſet: vt pœnitens reuelans cauſam, quæ aliquo modo attenuat peccatum ſuum, ſic conſulat honori ſuo. Veruntamen placet mihi reſolutio Metinæ dicentis primo, quamlibet harum opinionem poſſe pœnitentem ſequi. Secundò opinionem Paludis & probabiliorem eſſe, & magis accommodam ad humiliationem, & confuſionem pœnitentis.

*Cond. 16. Caietan. Sotus.*

¶Decimaſexta conditio eſt, quòd ſit parere parata quoad acceptandam à confeſſore ſatisfactionem pro peccatis ſuis debitam, ſecundum Caieta. Sed ſecundum Sotum, quòd ſit parere parata claue non errante. At concludit Sotus de his quatuor conditionibus, ſcilicet, quòd confeſsio ſit accuſans, ſit integra, ſit nuda, ideſt, cum circunſtantijs neceſſarijs, quòd ſit parere parata claue non errante; quòd ſic ſunt de neceſsitate confeſsionis, quòd ſi confeſsio his careat, confeſsio erit nulla.

## CAPVT XIX.

*An pœnitens non paratus excidere occaſiones peccatorum ſit abſoluendus. Quando ſemper ex eis ruit: ſcitu valde digna & neceſſaria diſputatio eſt contra quendam Iuniorem.*

*D. Thom. Quæſtio. Multæ obiectiones hic referũtur.*

VT omnia à nobis diſputanda recta ſerie annectantur, quia de conditionibus confeſsionis materiã expediuimus, inter quas conditiones vltima fuit, quòd ſit parere parata, ſcilicet, quantùm ad ſatisfactionem iniungendam à confeſſore ſubeundamque à pœnitente, & quia ad ſatisfactionem ſpectat authore D. Thom. cauſas occaſionesque peccatorum excidere: in quibus tollendis parendum eſt confeſſori iubenti eas eradicari. Ideo hic ſubſequenter de quæſtione hac nobis agendum venit: An pœnitens non paratus extirpare cauſas & occaſiones peccatorum ſit abſoluendus. Et videtur, quòd ideò non ſit ei neganda abſolutio, dummodo inter eas occaſiones inuentus, propoſitum gerat cauendi peccatũ. Videtur enim tunc eas non teneatur vitare, quia ex negotiatione, & ex bello magna incommoda ſolent ſequi occaſionaliter: & tamen mercator, ſeu negotiator non tenetur artem negotiandi tàm occaſionatam deſerere, neque princeps hoſtes iniuſtè inuadentes ipſum, bello non perſequi. Imò nec mortale eſt vendere arma factioſis, chartas, taxillos luſoribus, neque res infidelibus, de quibus conſtat quòd

eis vtentur ad immolandum. Neque illicitum videtur vxorem reddere debitum marito habenti votum caſtitatis & illud exigenti: & tamen hæc omnia videntur opera plena occaſionibus peccandi: ſicut vendere regem officia occaſionem videtur præſtare ad magna ſcelera. Adde quòd ante Conciliũ Tridentinũ ex matrimonio Clandeſtino ſcandala non modica ſequebantur: & tamen non erat tunc inualidum. Adde quòd Dominus, & Apoſtoli magna flagitia Iudæorum ex prædicatione Euangelij ſequutura fore nouerant: non tamen ideo à prædicando deſiſtebant.

*De frig.* ¶Deinde quia Papa Luci. tertius in capit. cõſultatio. de frigidis, & malefi. diffinit duos matrimonio iunctos poſſe viuere cõiunctim vt frater, & ſoror, licet non valeret eorum matrimonium ob coeundi impotentiam: & tamen occaſio inde dabatur eis ſordidè ſe polluendi, ſicut contingit inter multos ineptos ad copulam, indulgentes tamen delectationi obſcœnæ. Ergo non videtur neganda ſit abſolutio non vitantibus occaſiones peccandi. *In contrarium.* Incontrarium eſt, quòd tales occaſiones afferre ſolent periculum peccandi: & tamen dictum eſt, quòd qui amat periculum, peribit in illo.

¶Profecto materia quæſtionis in parte *Perplexitas.* perplexa eſt, tum, quia caſus in ea cõtingunt non rari, vbi ex vna parte vrgere videtur ratio, & obligatio proſpiciendi conſcientiæ, & ſaluti animæ, in vitando peccãdi occaſiones. Ex alia parte occurrere ſolet neceſsitas obuiãdi ſcandalo oriundo ex vitatione occaſionis, & ſocietatis pernicioſæ, & conſulendi famæ & honori, aliàs cum ſcandalo ſeparandorum, ſcilicet cum ſunt cognati, habitantes in eadem domo.

*Dictũ. 1.* ¶Igitur abſoluẽdæ quæſtionis gratia nonnulla præmittentes dicimus primò, quòd inter occaſiones peccandi aliæ ſunt remotæ, & aliæ ſunt propinquæ. *Occaſ. 2.* Remotæ ſunt omnes creaturæ; quarum vſus culpa vtentium, malus eſſe cõtingit, iuxta illud ſapiẽtis Sap. 14. *Sapiẽtiæ.* Quoniam creaturę Dei in odium factæ ſunt, & in tentationem animabus hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium. ¶Aliæ ſunt occaſiones propinquæ, quæ propinquius ſe habent ad opus peccati.

*Dictũ. 2.* ¶Secũdo præſupponimus, quòd in factis occaſionalibus ſæpe contingit, ꝙ id quod eſt occaſio peccãdi vni, non eſt occaſio peccandi alteri. Nam adoleſcenti, & puellæ eſt huiuſmodi occaſio degere ſolos in eadem domo, quod probat Nauarrus arg. gloſſ. capit. abſit. 11. q. 3. qualis tamen non eſt ſeni, & puellæ, *Nauar. 11. q. 3.* neque vetulæ & adoleſcenti. Sicut neque eſt talis occaſio, vt in plurimum cohabitatio cũ matre ſua, filia, nepote, aut ſorore cap. volumus. & cap. cum omnibus. 81. diſt. & quandoque tamen ſic. cap. 1. de cohabitatione cleric. & mulier. *Diſt. 81. de cohabi. cleri.* ¶Item adire conſpectum principis tyranni Turcarum, eſt huiuſmodi occaſio deficiendi à fide homini puſillanimo, & inconſtanti, non tamen forti, & conſtanti. Imo eſt occaſio martyrij. capit. presbyteros. 50. diſtinct.

*Propoſitio. 1.* ¶His igitur pręmiſsis pro ſatisfactione ad quæſtionem ſit prima propoſitio, Qui ſe exponit periculo peccandi faciendo opus dubium, an ſit licitum, vel illicitum mortaliter, non eſt abſoluendus: niſi deponat animũ tali periculo ſe exponẽdi. Hęc elicitur ex Caie. in ſum. verbo. periculum. *Caietan.* Quia iſte mauult illud opus cùm dubio incurrendi tranſgreſſionem diuini præcepti, quam abſtinere in opere illo cum certitudine non errandi, ac per hoc voluntas magis amat opus illud, quã Deum in ſuo præcepto. Vnde ſic verificatur ſententia illa; Exponens ſe periculo peccati mortalis, peccat mortaliter.

*Propoſitio. 2.* ¶Secunda propoſitio; In periculo, & dubio æquali ex omni parte de æquali culpa, & periculo ſiue fiat hoc, ſiue fiat oppoſitũ, quãdo iſtud dubium non poteſt deponi, licitum eſt dubitanti alteram partem amplecti. Hæc eſt Metinæ ſuper. 1. 2. D. Tho. quam probat, *Metina. Ratio.* quia non eſt maior ratio de ſequendo vnã partem quam aliam. Aliàs daremus hominẽ perplexum ſine culpa ſua, quod non admittit Theologia. *Limitatur Meti.* Sed hæc concluſio non niſi cum moderatione, cuius non meminit Metina (vt cenſeo) eſt admittẽda, vt intelligatur habere verum in his, quæ non ſunt intrinſece mala, ſed ſunt tantum mala, quia prohibita. Quia in intrinſece malis, & pro talibus cognitis, nõ habet locum; quia quando vtrinq; dubitaretur, vtrum eſſet intrinſece malum facere hoc, ſiue facere oppoſitum, neutrum eſſet faciendum: & neutrum faciendo non maneret perplexus.

*Propoſitio. 3.* ¶Propoſitio tertia; Etiã ſi pœnitẽs nõ ſtatuat in animo nunquã ſe vſurũ occaſionibus remotis: non ideo indignus eſt abſolutione. Hæc eſt Nauar. ſum. lati. ca. 3. nu. 5. in cuius *Nauar.* probationis gratiã adducit illud D. Paul. ad Corin. 5. *Ad Cor.* licet ad aliud propoſitũ forte dixerit, tamen ait, Nã alioquin eſſet neceſſe migrare ab hoc mũdo. Siquidẽ quidquid fere in eo eſt, poteſt eſſe occaſio illinc accepta peccãdi. Quia poteſt eſſe talis occaſio valetudo, & mor-



morbus, & diuitię, & paupertas, habere, & nõ habere vxorẽ, parentes, conſanguinei, amici, pax, bellum & proſpera, & aduerſa. Et ea, quæ notat S. Tho. 2. 2. q. 43. ar. 1. arg. 4 ad 4. *D. Thom.*

*Quæſtio. Nauar.* ¶Sed dubitari poterit ſicut Nauar. ſumm. latin. capit. 3. numero. 5. cœpit dubitare, an neceſſarium ſit, ſe abſtinere ab occaſionibus peccati venialis. Circa quam quæſtionem anxiatur dicẽs, neceſſarium eſſe abſtinere à propinquis occaſionibus peccati venialis. Sed quales dicuntur huiuſmodi, reſpondeo, inquit, quòd mallem audire alium optime reſpondentem quam reſpondere; quia nemo quem viderim id pro dignitate definit. Hæc Nauarrus.

*Propoſitio. 4.* ¶Pro hac quæſtione, ſi forte punctum veritatis attingamus, ſtatuitur quarta concluſio: Illæ occaſiones, quæ ſolitæ ſunt cauſare venialia, ex quibus, experientia ſibi teſte videt quis ſemper trahi ad mortalia, neceſſario vitandæ ſunt à tali. Verbi gratia curioſius deſiderare ſolum conſpectum alicuius fœminæ, quia inſigni decore ſplendeat, ex ſe nihil plus, quam veniale eſt. *Exemplificatur.* Sicut adire domum eius ex curioſitate nimia conſpiciendi eam, aut defigere in eam oculum tantùm, curioſius, quàm par eſt, ex ſe tantùm inordinatio animi nondum lethaliter vulnerati eſt. Si tamen ex tali ad eam acceſſu, ex taliq́ue conſpectu, talis confabulatio, & implicatio ſubſecuta eſt ſemel atque iterum quòd inde ineſcatum ſe videt & pertractum ad eius conſenſum, & vulneratum eius amore: certè iſti acceſſus, vel conſpectus licet à principio ſolum eſſent vani, iam quia cauſa lethalis vulneris fuere, vitandi ſunt neceſſario. Hæc concluſio eſt de mente Diui Auguſtini in regula. *D. Aug.* Vbi ait: Et ſi hanc, de qua loquor oculi petulantiam in aliquo veſtrum aduerteritis, ſtatim admonete, ne male cœpta progrediãtur. Sed ſi poſt admonitionem, iterum, vel alio quoque die idipſum facere videritis, iam velut vulneratum ſanandum prodat. Quaſi à principio non fuiſſet lethaliter vulneratus: ſed ex incauta defixione oculi ſecuta fuerit plaga. Et patet, quia exponens ſe periculo mortalis, peccat mortaliter: ſi per has occaſiones, quæ in alio ſolum fuiſſent veniales, quia conſtans erat, huic fragili paratur periculum mortalis. Sũt ergo neceſſario fugiẽdæ ab eo.

*Propoſitio. 5.* ¶Quinta propoſitio: Qui aſsidua conſuetudine iurandi, in eo periculo, & occaſione eſt conſtitutus, vt facile exeat in periurium, obligatur ad iſtam conſuetudinem retractandam. *Canus.* Hæc eſt Magiſtri Cani in Relectione de pœnitentia. Cui adijcit & aliud exemplum dicens, quòd qui ex conſuetudine peccandi cognoſcit ſe ad aliud, & aliud peccatũ pertrahi, nec quotidianis tentationibus ſine ingenti periculo poſſe reſiſtere, tenetur ad illum ſtatum deſerendum. Et ita veniunt intelligendi D. Greg. & Leo Papa. *D. Greg.* Patet, quia vnuſquiſque tenetur fugere probabile mortalium periculum.

*Propoſitio. 6.* ¶Sexta propoſitio: Occaſio generalis peccandi mortaliter, quæ eſt, quam præbet officium, ars, aut exercitium, quo poſſumus vti licitè, quæ potius eſt occaſio accepta, non inducit neceſſariam obligationem abſtinendi ab ea, vt quis abſoluatur. Hæc eſt Naua. ſumma lati. cap. 3. numero. 5. *Nauarr.* Quam probat primò: *Probatur.* quia nullum eſt officium in quo, qui in eo verſatur non peccare poſsit circa illud capit. de occidendis. 23. quæſtione. 5. *23. q. 5.* vbi dicitur: Quid eſt in vſu hominum bono, ac licito, vnde non poſsit irrogari pernicies? Et confirmatur: *Confirm.* quia nullæ artes ſunt tàm occaſionatæ: ſicut ars militaris, & ars negociatoria; quia paucorum militum, & negociatorum eſt in iſtis ſuæ vitæ artibus aliquando non peccare mortaliter: & tamen eorum confeſſarij non audent præcipere ne ad eas redeant: cum nec D. Ioannes Baptiſta Lucæ. 3. præceperit militibus ab eo quærentibus, quid facto opus eſſet, vt ſalui fierent, deſerere militiã: neque Eccleſia præcipit militi, aut negociatori; ne perſeuerent in ſuis officijs: quanuis conſulat cap. conſideret. 5. in hiſt. de pœnitẽtia diſt. 5. *De pœni. diſt. 5.* Imo numerat ea inter licita, etſi periculoſa cap. noli. cap. militare. 23. q. 1. can. quoniam 88. & D. Tho. 2. 2. q. 87. art. 1. *23. q. 1. D. Thom.* Et inde magis propoſitio hæc patet: *Probatur.* quia non obſtat quod pœnitens, & confeſſarius timeant, ꝙ niſi pœnitens ſe abſtineat ab hac arte, nonnunquàm ob eam peccaturus eſt, etiã mortaliter in ſuis officijs: neque oportet id eos credere vt abſoluatur pœnitens iuxta Innocentium receptũ cap. omnis de pœnitent. & remiſſ. *Innocen.* quàmquã proponere teneatur pœnitens, nunquam ſe amplius ope diuina peccaturum mortaliter.

*Propoſitio. 7.* ¶Septima propoſitio: Occaſio propinqua, à qua neceſſario ſe debet abſtinere pœnitens, & ſtatuere in animo nũquã ſe ea vſurũ vt abſolui poſsit, eſt omnis illa, quæ eſt peccatum mortale: aut eſt talis occaſio peculiaris, qua credit, vel debet credere cõfeſſarius, vel pœnitẽs, nũquã, vel raro ſe vſurũ ea ſine peccato mortali benè perpẽſis eius circũſtantijs. Hæc eſt Naua. loco citato. *Nauar.* At in ea ipſe poſuit iſtã particulã ly, ſolã, quã conſultò, duximus hic reſecandã, & nõ apponẽdã: quia nos hic certã concluſionem ſtatuere volumus: at illa par-

 ticula,

ticula, & ſola à Nauarro adiecta, ſi apponeretur hic, noſtram concluſionem incertam redderet. Nam ex iſta particula, & ſola, intulit hic Nauarrus corollaria aliqua, quæ non placent omnibus, vt ſubnotabimus infra. Sed tamen reliquas particulas concluſionis optimè explicat, ſcilicet, quòd diximus in propoſitione, quod in ſe eſt peccatum mortale ad includendum officium & artem necromantiæ, & fœnerandi, & alias artes, quæ exerceri nequeunt ſine peccato mortali. Diximus, peculiaris occaſio, ad excludendam generalem occaſionem, quam præbet officium, ars, aut exercitium: quo poſſumus licitè vti: credimus tamen nos aliquando in eo peccaturos mortaliter. De qua diximus in ſexta propoſitione, quòd ab abſolutione non impedit. Diximus, confeſſarius, aut pœnitens quòd ſatis eſt, quòd alter eorum credat, aut debeat credere, quod eſt talis occaſio. Diximus, nunquàm, aut rarò ad includēdū eas occaſiones, quibus rariſsimè vtimur ſine mortali. Diximus, perpenſis circunſtantijs, vt ſignificaremus, quòd hæ poſſunt eſſe cauſæ, vt eadē occaſio ſit talis vni pœnitenti, & non alteri.

*Ratio.*

Vis veritatis huius concluſionis eo fundamento nititur, ſcilicet, quòd nemo poteſt abſolui, niſi ſtatuat, nunquàm ſe in poſterum peccaturum mortaliter, & conſequēter vitaturum occaſionem, quæ ex ſe ſit mortifera, aut peculiaris eiuſmodi, quam credit probabiliter peccati mortalis cauſam ſibi fore, iuxta illud Eccleſiaſt. 3. Qui amat periculū, peribit in illo. Siquidem non vitare occaſionem huiuſmodi non caret culpa mortali. At talis eſt occaſio, qua credit quis ſe fere ſemper ad ſic peccandum impulſum iri.

*Eccleſiaſt.*

# CAPVT XX.

*An ſolum neceſſariò pœnitens abſtinere debeat ab occaſione non de ſe mortifera, qua raro, aut nunquam vtitur ſine peccato, vt ait Nauarrus.*

*Quæſtio. Nauarr.*

QVÆSTIO hæc in hoc conſiſtit, an ſcilicet ſola ea occaſio, vt vult Nauarrus, quæ cum in ſe non mortalis ſit, eſt tamen ſecundum arbitrium pœnitentis, aut confeſſoris talis: vt pœnitens nunquàm, vel rarò ſit vſurus ea ſine peccato mortali, inducat tantam obligationem abſtinendi ab ea, & tam neceſſariam, vt aliàs non abſtinens ab ea, non ſit abſoluendus. Quæ quæſtio perinde A eſt ac ſi quæratur an omnis pœnitens, qui licet in occaſione, quæ de ſe peccatum mortale eſt, non verſatur: tamen in ea occaſione verſatur, quæ licet non ſemper, aut frequenter & regulariter eum in peccatum mortale præcipitem agit: tamen aliquoties eum ruere in tale mortale facit, poſsit abſolui.

*Proponitur quæſtio.*

*Nauar.*

At Nauarrus per eam particulam, & ſola, ſic aliquoties ex tali occaſione peccantes ab obligatione talem occaſionem vitādi excuſat, & eos etiam, qui ex ea non ſemper, aut frequenter mortaliter peccāt, licet ex eius impulſu aliquoties in peccata mortalia ruant.

*Corollar. Nauar.*

¶Ex qua ſua aſſertione tale intulit infra B corollarium, quod aliquibus diſplicet, dicens ex prædicta ſua diffinitione colligi abſoluendos eſſe multos adoleſcentes, qui verſantur inter mulieres emendo, vendendo, laborando, & conuerſando abſque cohabitatione illarum in eadem domo; licet non ſtatuant ſe abſtinere perpetuò ab occaſione peccandi, quam id ipſis præbet, quanuis ſæpius peccent voluntate, verbis, aut tactibus impudicis, aut etiam copula: quia inquit iſta non eſt occaſio peculiaris mortifera in ſe, aut quæ faciat fere ſemper peccare mortaliter eos, qui ea vtuntur.

*Refutatur Nauarr.*

Miror virum aliàs doctiſsimum quaſi ſui dicti imme- C morem, in probationem iſtius ſui corollarij hanc rationem adduxiſſe, ſcilicet, quia non eſt occaſio huiuſmodi, quæ faciat peccare mortaliter eos, qui ea vtuntur, cum antea. capitulo tertio. numero quinto. dixerit, ꝙ id, quod eſt occaſio eiuſmodi vni, non eſt alteri, & quòd eſt occaſio puſillanimo, non erit talis occaſio conſtanti. Cùm ergo tales adoleſcentes, quos abſoluendos, dicit, etiam ſi animo abſtinendi à talibus occaſionibus careant, eos tam atris coloribus depingat, tanquàm vitioſos procliueſque ad malum, quòd ſæpe, imo ſæpius, vt verbis Nauarri vtar, voluntate, verbis, aut tactibus impudi- D cis, aut etiam copula cum mulieribus, quibuſcum conuerſantur peccauerint: ac per conſequens illa occaſio, illis ſit ſæpius, peccandi occaſio, quomodo eos ab obligatione hanc occaſionem tollendi excuſat? Præſertim cum veriſimile ſit eos adoleſcentes ſic conuerſantes emendo, laborando non cum omnibus mulieribus, ſed cum inhoneſtis, vel inhoneſtiſsimis ſic per tactus impudicos, & copulam ſæpius, vt ipſe ait, ſolitos eſſe peccare: nam honeſtæ mulieres, & quæ non ſunt perditiſsimæ ad tam impudicos tactus, & copulam non ſolent admittere. Quare cum illis turpiſsimis mulieribus conuerſari



ſunt permittendi cum tam probabili pericu A lo animæ, & non potius abigendi ſunt ab acceſſu ad eas: cum ceſſet periculum, ſi emēdo, vendendo, laborando, cum mulieribus honeſtis conuerſentur?

*Propoſitio. 1.*

¶Igitur pro deciſione quæſtionis ſit propoſitio prima. Ire ad locum, ſiue ad ſocietatem, vbi eſt periculum peccandi mortaliter propter aſpectus perſuaſiones, commoditates, aut aliquid huiuſmodi non eſt ex ſuo genere peccatum mortale; licet ſi ſine vrgente neceſsitate fiat, ad peccatum incautelæ ſpectet.

*Caiet.*

Hæc eſt Caietan. in ſumm. verbo periculum. Et probatur; quia in ſuæ libertatis arbitrio reſtat nō peccare mortaliter etiam præſentibus talibus occaſionibus peccandi: ergo ex ſuo genere, non eſt peccatum mortale.

*Propoſitio. 2.*

¶Propoſitio ſecunda. Qui, quia conſcius eſt propriæ fragilitatis, dubitat de caſu, aut credit ſe caſurum probabiliter, ſi eat ad locū, ſiue ſocietatem, vbi eſt ſibi periculum tale peccandi mortaliter propter aſpectum, perſuaſiones, commoditates, aut aliquid eiuſmodi, quia iam experientia teſte didicit ſe non ſubſiſtere in huiuſmodi, ſed ſtatim, aut quaſi ſtatim cadere, peccabit mortaliter illuc eundo, neque vlla neceſsitas in tali caſu excuſabit illum ſic fragilem: ſi illuc eat, aut ibi moretur.

*Caiet.*

Hæc eſt Caiet. loco ſup. alleg. cuius gratia ait ſcriptum eſſe: Si pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum, & proijce abs te.

*Propoſitio. 3.*

¶Propoſitio tertia contra Nauarrum: Nō credimus eſſe neceſſarium, vt occaſio, quæ de ſe non eſt mortifera, ſit neceſſario vitanda; & alias non, quòd ſit talis, vt fere ſemper pœnitens ea mortaliter vſurus eſſe credatur. Imo ſatis eſt ſi iam experientia teſte, didicerit ſe non ſubſiſtere, ſed ſtatim, aut quaſi ſtatim per eam cadere. Hæc elicitur ex Caieta. loco citato.

*Probat. primo.*

¶Et patet ex ratione Caietani efficaci: Quia ad hoc ſatis eſt experientia teſtis, quæ teſtificatur de præteritis caſibus. Sed ad comparandam experientiam moralem in tali caſu non requiritur expertum ſe fuiſſe talem fere ſemper peccaſſe, illa oblata occaſione, ſed ſatis eſt, ſi ſimul cum cognitione propriæ fragilitatis exploratæ iam in alijs caſibus fragilitatis carnis, iam expertus ſit aliquoties ex tali peculiari occaſione cecidiſſe.

*Probatur ſecundo.*

Et patet: quia ſi qui ſemel eſt talis in foro exteriori ſemper præſumitur talis, quantò magis qui multoties, licet non fere ſemper peccauit ex iſta accepta occaſione, credendus eſt adhuc peccaturus.

*Confirm.*

Et cōfirmatur: quia ſi in ore duorum, vel trium, iuxta dictum Domini, ſtabit A omne verbū, quare aliàs ſibi notus, & in alijs ſimilibus valde fragilis ſi duorum, aut trium caſuum, quos ex tali occaſione peccādo mortaliter perpeſſus eſt, triplici teſtimonio iſto ſimul cum conſcientia propriȩ fragilitatis ex alijs ante actis ſibi nota, ſibi probabiliter non perſuadebit, ſe probabiliter caſurum, & mortaliter, niſi talem cauerit occaſionem dare.

*Probatur tertio.*

¶Item, ſi quis cum potuiſſet reſtituere ſemel, aut bis abſolutus cum ſit, quia promiſit ſtatim ſe reſtituturum, iam tertiò in confeſſione ei promittenti reſtituere non fidit confeſſor, niſi rationabiles cauſas afferat de nouo, quare non reſtituerit, & quæ ſimul pro- B babile faciant eum iam verè ſtatim reſtituturum. Quare ergo fidēdum eſt de fragili aliàs, qui alias ex occaſione graui à ſe aſſumpta mortaliter lapſus eſt multoties, iā, quòd etiā perſeuerante tali occaſione non labetur, niſi nouas cauſas habeat, quibus ſibi perſuadeat, quòd iam illa occaſio non erit ſibi de cætero cauſa peccandi?

*Probatur quarto.*

¶Si ex tali quantitate vini, puta vna metreta oblata alicui debilis capitis experientia iam capta eſt ter, fuiſſe illum inebriatum: tūc illa trina ebrietas iam explorata eum non excuſaret, ſi occaſionem bibendi in tanta quantitate non tolleret. Quare ergo excuſabitur C ab occaſione tollenda, is qui etiam alias memor fragilitatis propriæ inuiſens mulierem pluries peccauit cum ea? licet talis occaſio ſui ſtatus homines non faciat fere ſemper peccare: niſi iſte ratione apparenti, & noua, iam ex tali occaſione credat ſe non adiecturum peccare.

*Propoſitio. 4.*

¶Propoſitio quarta. Si aliquis conſtantem ſe putat, & neceſsitas eundi ad talem locum, vel ſocietatem vrget, illuc adire non erit peccatum. Si autem in hoc caſu, non vrgente neceſsitate, illuc accedat, peccatum eſt incautelæ, vt dictum eſt maius, vel minus iuxta conditiones ſingulares pe- D riculi, vndique penſatas.

*Caiet.*

Hæc eſt Caietani vbi ſupra.

*Propoſitio. 5.*

¶Propoſitio quinta. Quando viſitantibus fœminas ex colloquijs cum illis habitis non inhoneſtis, nullo intercedente malo conſenſu, aut opere, ipſis nolentibus accidunt quædam carnis titillationes, & humiditates abſq; pollutione: non propterea tales prohibendi ſunt fœminas honeſtas inuiſere, & colloquia non inhoneſta cum illis inire.

*Metina.*

Hæc eſt Metinæ in ſua ſummula. Et patet: quia hoc inter perſonas honeſtas & ſpirituales, ſpiritualiaq; pertractantes naturaliter ipſis nolentibus, ſolet accidere.

¶Pro-

*Propoſitio.6.* ¶Propoſitio ſexta. Si quis habet domi fœminam, qua cum ſemel aut bis rem habuit, & iam conuerſus decernit non amplius cum illa peccare, & putat ita fieri poſſe: quia nouam cantelam intendit adhibere, ſcilicet in domo, quia ampla eſt, non manere ſolum cum ſola intra idem cubiculum; vel ſi aliam cautelam denouo adhibeat, qua rationabiliter periculum ſe expellere putat: non eſt omnino neceſſarium, quòd in tali caſu illam repellat à domo. *Victoria.* Hæc eſt Victoriæ ſuper 2. 2. Diui Thomæ. in materia de deſperatione, *Pedraça.* & eſt Pedracæ in ſua ſumma. Qui tamen aiunt, quòd ſi periculum eſt imminens, & euidens, quia iam multoties cum illa lapſus eſt, tenetur eam repellere. Patet: quia hæc concluſio fundatur in hoc, quod periculum vbi ſubeſt probabile, propellendum eſt neceſſariò: aliàs non.

*Propoſitio. 7.* ¶Propoſitio ſeptima. Concubinarius, vel concubina nolens abijcere alterum vel alteram, ſi eſt periculum recidiui, non debet abſolui. *Sylueſt.* Hæc eſt Syluęſtri verbo, concubinarius. quæſtione ſecunda. Et patet; quia talis non eſt contritus: quia vera pœnitentia non eſt ſine remotione cauſarum peccandi. capit. *De pœnit. diſt. 3.* ſatisfactio. de pœniten. diſtinctione. 3. Sed an ſit tale periculum recidiui arbitrio confeſſoris venit arbitrandum. At quid ſi arbitrio cōfeſſoris iam periculum recidiui abeſt, an adhuc ſit abijcienda concubina propter ſcandalum?

*Propoſitio.8.* ¶Pro hoc ſit propoſitio octaua. Quæ etiā eſt Syluęſtri loco citato: Licet concubinarius ſit contritus de peccato, arbitrioque ſacerdotis iam abſit periculum recidiui: ſi tamen factum ſit notorium, vel violenta ſuſpicio de incontinentia, propter ſcandalum non poteſt abſolui: niſi abijciat concubinam. *Probatur.* Patet; quia vitare ſcandalum de iure naturali eſt, & diuino. Sed ſi iam emendatus ſit, abſitque periculum, neque factum fuit notorium, vt poſſet ingenerare ſcandalum in vicinia, vel populo; tunc tenet ſumma Angelica indiſtinctè, quòd poſſit abſolui. At, vt limatius loquamur.

*Propoſitio.9.* ¶Pro hac difficultate diſſoluenda, ſtatuitur concluſio nona. Etiam ſi factum non ſit ita notorium, quòd poſſet ingenerare ſcandalum in tota vicinia, vel in populo, ſi tamē ſcandalum ſit illatum vni vel duobus, etiam ſi iam emendatus ſit; propter iſtud vitādum ſcandalum tenetur eam dimittere, & hoc niſi dictum ſcandalum auferatur. *Probatur Syluest.* Hanc non aliter probat Sylueſter, quàm remittendo ſe ad infra à ſe dicenda de ſcandalo. Sed probatur A ex illo dicto Domini: Quiſquis ſcandalizauerit vnum ex his, bonum eſt ei magis, ſi circundaretur mola aſinaria colo eius, & in mare mitteretur. Marc.

*De occaſ.* ¶Cæterum, ne ſingula ſigillatim proſequamur, præſertim quæ alibi latius dicenda veniunt: ſolùm hic reliqua de occaſionibus, quas fœminæ ſolent dare ſub vno verbo præſtringentes dicimus. *Dictū. 1. Sotus.* Primò, quòd ſecundum Sotum mulier, quæ nouit aliquem particularem ex eius aſpectu, ſi prodeat in publicū eſſe commouendum, quia fragilis eſt ille: licet hac ratione non teneatur perpetuò ſua libertate ſe priuare, tamen ſemel, aut bis poſB ſet gratia ſcandali fragili non inferendi, abſtinere ab egreſſu domus etiam ad audiendam miſſam de præcepto. *Limitat. Metinæ.* Imo ſecundùm Metinam, ſi opus eſſet ſemel, aut bis prætermittere miſſæ auditionem, quæ eſt de præcepto, teneretur prætermittere: quia præceptum charitatis de non ſcandalizando fragilem ſemel, aut bis, temperare poteſt obligationem de audienda miſſa.

*Dictū. 2.* ¶Secundò dicimus, quod mulier, quæ ſemel cōtinendo ſe in domo ſcit ſe euitaturam ruinam alicuius fragilis, quē ſcit ex ſuo aſpectu commouendum; tunc ſi ſine cauſa exeat, eiuſque aſpectui ſe præſentet, videtur ſecunC dùm *Nauarr.* Nauarrum iam peccare mortaliter? quia videtur, ſi non deſiſtat contemnere animam proximi. *Metina.* Huic accedit Metina magis prima ſecundæ, præſertim ſi inſigniter ornatam illius conſpectui ſine cauſa ſe præſentet. At quanuis omnes conueniant, quòd non ſe teneatur priuare illa libertate, niſi ſemel, aut bis, idque tunc ſine graui ſuo detrimento, *Caietan.* Caietan. tamen in caſu de ornatu licentioſius ſe habet cum fœminis: dicens quòd ſicut ſuapte natura pulchra non tenetur, ne ſua pulchritudine offendat fragilem, ſe abſcondere: ita neque mulier non tàm pulchra tenetur abſtinere à cultu muliebri: dum non D laſciuè ſe ornet propter fragiles. Et hoc ità eſt regulariter loquendo: ſed ſecus eſt ſemel in vno caſu particulari, vbi nulla ſubeſſet cauſa particularis ſe ornandi, ſi prætermittendo ornatum ſic, vitaret fragilis alicuius caſum.

¶At vero, quia ſermones in vniuerſali minus proſunt quanuis multa quoque in particulari dixerimus, ad corollaria Nauarri examinanda, in particulari nobis veniendum eſt nunc.

CAP.



# CAPVT XXI.

*Examinatio reſponſionum quindecim, quas ex quodam fundamento à ſe poſito intulit Nauarrus pro multis caſibus quotidianis ſcitu valdè neceſſaria confeſſoribus circa obligationem tollendæ occaſionis.*

*Nauarr.* QVoniam Nauarrus ex ſua diffinitione peculiarem reſponſionem colligit, vt ipſe ait ad grauiſsimas, & quotidianas quęſtiones ſibi propoſitas: & quia in parte à veritate ſuam diffinitionem deficere commonſtrauimus, commonſtrādum nobis reſtat, quænam eius corollaria inde illata vera ſint, quæ nam vero à vero aberrēt. Nollem tanto viro contraire, niſi munus, quod hic aſſumpſi dicendi veritatem, maximè quæ ad reformationem animarum ſpectat, ſine coniuratione in verba alicuius moderni magiſtri, me ad id adigeret.

*Dictū. 1. Nauarr.* ¶Igitur dicimus primò, quòd illud primū à Nauarro aſſertum, ſcilicet, quòd abſolui poteſt pœnitens ab occaſione, quæ illum fecit corruere, cauendi etiam ſi careat propoſito: quando in eo concurrunt hæ quatuor condi-
1 tiones, prima quòd pœniteat peccatorum ex
2 illa occaſione commiſſorum, & ſecūda, quòd ſit infirmo propoſito, nunquam redeundi ad
3 ſimilia peccata, & tertia quòd firmum concipiat propoſitum ſemper cauendi adiuuante Deo ne peccet ob eam occaſionem, cum in ea
4 ſe inuenerit, & quarta cōditio, quòd ſit aliqua notabilis cauſa non ſe abſtinendi ab ea occa-
ſione; non eſt, inquam, vſquequaquē verum in omni caſu. *Refutatur aliqualiter Nauarrus.* Quia tanta poteſt eſſe fragilitas delinquentium, & tàm explorata ex conuictu præterito, & occaſio tàm ad peccatum impellens, quòd nullus ſanæ mentis concipiet ſpem emendæ; quia apparet ſe exponere tali occaſioni eſſe tentare Deum. Vt ſi occaſio eſſet talis, inueniendi ſe fragilem cum fragili, ſolum cum ſola, temporibus, & locis ſuſpectis in conclaue anguſto etiam ſi aliqua notabilis cauſa ſe offerret ibi manendi, cum cæteris conditionibus non excuſaret à tali non tollenda occaſione: quia titulo *Cap. literis de præſumptio.* de præſumptionibus. capitulo. literis, quaſi pro violenta præſumptione copulæ talis occaſio reputaretur. *Vbi tenet aſſertum Nauarri.* Igitur dictum hoc Nauarri, licèt non in hoc caſu, vel ſimilibus, tamen in alijs habet locum; ſcilicet, quando concurrentibus his quatuor conditionibus occaſio non eſſet adeò vehemens, neque perſonæ A adeo procliues, & fragiles experientia multa præterita teſte, quòd deſperandum eſſet de emenda: vt in caſu Victoriæ & Pedracæ; ſcilicet, quādo ſemel, aut bis peccauerat quis cum fœmina à ſe retenta. Sed quia neq; ipſe, nec ipſa erant tam perditæ conſcientiæ; aut tam fragiles quin ſtatim curauerint de adhibenda cautela, non erunt ſeparandi. Similiter illi, qui pluries peccauerunt, & tamen iam noua occurrit cauſa ſufficiens, qua creditur non eſſe peccaturos, etſi in eadem domo; ſicut antea permaneant, vt quia iam alter eorum duxit vxorem, quam multum deamat, quæ ipſum zelat, vel ſi iam illi muB lieri ipſe compater effectus eſt, hac intentione, eius in baptiſmo tenens filium, ne deinde tentetur de tali crimine; quia reputat cum commatre iam facta coire eſſe crimen grauiſsimum, & in foro exteriori magno ſupplicio dignum, vel ſi aliæ ſimiles ſint cauſæ perſuadentes credulitatem emendæ de cætero, etſi pluries peccauerint, abſoluendi ſunt cum illis quatuor conditionibus: imò etiam in hoc caſu, ſi deſit cauſa vrgens ibi manendi. Nam in hoc caſu vera eſt ſententia Nauarri.

*Ad textū reſpon.* ¶At verò ad textum, quòd pro ſua diffinitione intellectā vniuerſaliter affert Nauarrus C dico cum Soto, quòd ſi tales matrimonio coniuncti alias impotentes qui permittuntur ſimul habitare, vt fratres, obſcœnis ſe tangerent tactibus venirent ſeparandi. *Ad 2. rationē Nauarri.* Ad eius ſecundam rationem reſpōdemus, quòd noſtra ſententia ſic intellecta non adeò rigoroſa eſt; neque adeo emungit, vt eliciat ſanguinem: quia ex noſtra ſententia ſequitur reformatio innumerarum conſcientiarum perditarum in continuis peccatis aliàs manentium: quia has occaſiones confeſſores ſibi non præcidunt ſub prætextu cauſæ notabilis allegatæ ad ſic in eadem domo manendum, & ad talem ſocietatem conſeruandam, & familiaritatem D non relinquendam ſub ſpe emendæ. Hæc eſt ruina animarum, has confeſſores non præcidere fragilibus pœnitētibus occaſiones; cum *D. Bern.* D. Bernar. auſus fuerit dicere, nō minus ex ſe, eſſe difficile cum fœmina fragili fragilem nimis familiariter, & aſsiduè conuerſari, & non peccare, quàm mortuum ſuſcitari. Propterea etiā infernus dilatauit os ſuum, quādo tot ſub prætextu emendæ toties abſoluti à confeſſoribus, quia occaſiones non abſtulerunt in cōcubinatu perpetuò, diſsimulato tādē permāſerunt. Igitur quanuis rigidus nō debeat eſſe cōfeſſor, vbi Dominus tā pius & largus eſt, ſit tamen cōfeſſor fidelis, & prudens, ita vt diſsimula-

mulatione crudeli animas non perdat: neque in ſuis peccatis, & occaſionibus ablactet; & ſimul bene diſpoſitos; tollenteſque occaſiones non abijciat; imo abſoluat, ſi opus fuerit ſeptuagies ſepties. Infundat oleum conſolationis; ſed vinum reprehenſionis applicare meminerit.

*Ad 3. Ratio. Nauarr.*

¶Ad 3. rationem in contra Nauarri dicitur, quòd licet magis peccatum, quã occaſiones peccati cauere debeamus: tamen, quia vitare probabile peccandi mortaliter periculũ ſub mortali tenemur, vt dixit Caie. ita etiam, *Caietan.* quando occaſiones tam vehementes ſunt, ꝙ hoc periculum probabile ingenerant, & ipſę ſub mortali vitandæ ſunt, & hoc nemini eſt dubium. Et quia nulla videtur magis excuſans cauſa ab exponendo ſe occaſioni, & periculo peccandi mortaliter, quàm adire ad conuertendam proſtitutam fœminam, quam certo ſcit prædicator, ſi eã adeat, & alloquatur, à ſe fore conuertendãm; & tamen caſu quo iſte prædicator ex ſua fragilitate noſſet, ſe periculo probabili peccãdi mortaliter cum ea, ſi eã adeat ſe exponere (quidqnid dicat Sotus) D. Tho. cui magis credendum eſt quodlib. 3. ar. 9. in ſolut. ad 3. inſinuat tunc illum prædicatorem, ſi ex prædicta cauſa, tali periculo ſe exponeret, valde eſſe vituperãdum. Quia ſic D. Tho. ibi in forma ait: Quicunq; nõ cauet pericula, videtur contemnere id, cuius detrimentum pericula inducere poſſunt. Et ideo quòd aliquis propter ſpiritualia, periculis ſpiritualibus ſe exponat eſt valde vituperandũ: quanuis ſit laudabile, quòd aliquis periculis corporalibus ſe exponat propter ſpiritualia.

*Diſſentit Sotus à D. Thom.*

*Corollar. pro cõfeſſar. fragilibus.*

¶Ex quo infero, quòd ſi aliquis confeſſarius expertus iam eſſet, non dico ſe pollui ſolum inter confeſſiones fœminarum audiendas, ſed ſe pollui voluntariè, & cũ conſenſu in talem delectationem, vel pollutionem, vel fœminas, neque probabiliter, concipit iam ſpem emendæ: quia reluctatur experientia præteritorum conſenſuum, & ſua fragilitatis propriæ conſcientia: tenetur ad iſtam occaſionem deſerendam, dum iam ſe muniuit orationibus proprijs & alienis, & alijs remedijs, & videt ſe ſtatim cadere, neque ſubſiſtere. Huius ſententiæ videtur fuiſſe Caieta. ſupra. Quia quid prodeſt homini ſi totum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? Et quia veriſimile eſt, quòd tam fragilis confeſſarius non multum profuturus ſit animabus, & eſto proficeret, ſicut aliquando contingit, tamen currit ratio D. Thomæ, ſcilicet, quòd valde vituperandum eſt ſe

*Caietan. Matt. 16. Ratio.*

*D. Thom.*

A exponere periculo ſpirituali peccandi mortaliter pro conuerſione ſpirituali harum fœminarum, quas alius confeſſor non fragilis poteſt audire: & quia mulier, quæ nouit confeſſarium ex confeſſione ſuarum turpitudinum fore ſolicitandum excuſatur à cõfeſſione illarum coram illo ſi non ſit alius. Ergo multò magis confeſſor fragilis talis debet ſibi cauere, ne tales confeſſiones audiat. Ad 4. rationem Nauarri in contra, ſcilicet, quia non opus eſt credere, nunquam in poſterũ ſe peccaturos, reſpondetur, ꝙ tranſeat hoc. Sed tamen opus eſt, ne probabili periculo peccãdi mortaliter ſe exponant: ac per conſequens B opus eſt occaſiones hoc ſecum afferentes periculum, deponendi habere propoſitum.

*Ad 4. rationẽ Nauarri.*

*Ad coroll. Nauarri.*

¶Iam ad corollarium, quod infert de licitè abſoluendis iuuenibus cum fœminis, quibus cum verſantur, peccãtibus ſæpius, etiam ſi tollendi tales occaſiones propoſito careãt, plura eſſent dicenda, niſi antea ſupra ea dixiſſemus, quibus hoc Nauarri corollarium confutauimus.

¶Tertia eius reſponſio, ſcilicet, quòd non poteſt abſolui miles, qui ad bellum, quod credit iniuſtum vult redire, neque qui ad officiũ vſurarum, aut cambiorum vſurariorum vult redire, aut contractuum iniuſtorum, & alia C ſimilia, quæ ſine peccato mortali exerceri nõ poſſunt, certa eſt, & iuxta mentem D. Thõ. 2. 2. quæſt. 169. art. 2. ad 4. quia ſunt occaſiones propinquę, & in ſe mortales. De 4. reſpõ. vbi reſpondet ad quæſtionem de concubinarijs, vbi citat Syluestrum verbo concubinatus dictum eſt ſupra.

*Ad 5. reſpon.*

¶Ad 5. Nauarri reſpon. quoad eius primã partẽ, ꝙ nõ poſſunt abſolui cõcubinarij, quã tumuis occulti regulariter, quia confeſſarius, vel pœnitens debet credere, ꝙ nunquã, aut raro, ſi ſimul viuãt omittent peccare mortaliter voluntate, verbis, vel opere, bene ait Nauarr. Sed ꝙ ad ſecundã quam adiũgit partem, D ſcilicet, ꝙ aliquando poterũt abſolui cõcurrẽtibus quatuor prędictis, iã hoc nõ eſſe, vſquequaque verum oſtendimus ſupra, vbi iſtã regulam examinauimus Nauarri, an hæ quatuor conditiones ſolum concurrere ſufficiãt; vt vbi concurrerint, ſine propoſito cauendi occaſiones quis poſsit abſolui.

*Subnotatur Nauarr.*

*Ad 6. reſponſ.*

¶Ad 6. reſponſionem, vbi Nauarrus reſpondit, quòd non potuit abſolui quædam concubina nolens omittere voluntatem viſitandi ſuum concubinum ægrotantem, & tenendi, aut porrigendi ipſi candelam in agone mortis, ſi ſciebatur eſſe eius cõcubina: dicimus ſane eſſe dictũ, quia iſta occaſio eſt in ſe pecca-



peccatum ob ſcandalum quod dat. Sed id ꝙ ſubiungit Nauar. ibi dicens. Imo etiam ſi neſciebatur eſſe concubina non poteſt abſolui, niſi concurrant quatuor conditiones prædictæ; quas omnes quatuor conditiones, inquit Nauarrus, ego non crederem concurrere, niſi illa conciperet propoſitum adhortandi eum ſaltem generaliter, & ſincerè ad pœnitentiã peccatorum præteritorum, vt eorum memoria per præſentiam renouata ſit potius theriaca, quam aconitũ: hic Nauarrum ſatis bene fuiſſe loquutum dicimus propter eius rationem; nam tunc quia ceſſat ratio prohibitionis ceſſaret quoque & prohibitio cap. cũ ceſſante, de appella.

*De appel.*

*ad 6. reſp.*

¶Ad illam. 6. Nauarri reſponſionem, vbi ait, quòd confeſſarius poteſt iuſte abſoluere illam hoſpitam, quæ hoſpites excipit, & quoties certum quendam excepit, habet rem occultè cum illo, modo ſtatuat, & polliceatur non recepturam eum. Et hoc quidem ſanè dictum eſt à Nauarro; ſed cautè legendum eſt, quod ſtatim quaſi per correctionem ſubijcit ſic dicens; Imo poſſet eam abſoluere ſine propoſito non recipiendi eum, accedentem ad confeſsionem, quando abſque magno ſcandalo, & detrimento, non poſſet eum ab hoſpitio prohibere; modo proponeret, ac promitteret, nunquam ſe ſolam cum eo ſolo, in aliquo cubiculo, ſeparato verſaturam, & dicturam ſe ei ex animo ſe pœnituiſſe, & iam cõfeſſam fuiſſe. Quia etſi huius reſponſionis pars vera quoque eſſe videatur, tamen non ſufficiens eſt ad remediũ, ſi iam omnes has cõditiones in animo ſuo ſtatuerat obſeruare illa hoſpita, & tamen vis amoris ſic eam trãſuerſam egit, vt experimento didicerit vim amoris erga hoſpitem non fuiſſe illas conditiones obſeruare: quia ad introitum eius ſtatim irruit in libidinoſos amplexus eius. Tunc enim non eſt abſoluenda, quia iam potius tenetur conſulere ſaluti animæ ſuæ, quam detrimento, aut ſcãdalo ex eiectione hoſpitis ſucceſſuro. Quia ſecundum regulam Diui Hieronymi; Citius ſcandalum oriri permittitur, quam veritas vitæ deſeratur.

*Subnotatur Naua.*

*D. Hiero.*

# CAP. XXII.

*Vbi examinatur reſponſio octaua vſq; ad 9.*

AD octauam reſpõſionem, vbi ait, quod poſſum abſolui ſine ſeparatione cognatæ, ancillæ, ac famulæ, quæ rem habuere cum ſuis conſanguineis, dominis, & heris, in quorum A domo degũt concurrẽtibus quatuor, ſcilicet, pœnitudine peccatorum, Secũdò propoſito vitãdi eã culpã, Tertio propoſito etiam dũ ſe inuenerint in occaſione non peccandi ex ea, Quarto exiſtente & cõcurrente quoque cauſa notabili: ob quã ſine magno incommodo hoſpitium negari non poteſt: dicendum exactius reſtat.

*Quæſtio. Nauarr.*

¶Eſt tamen quæſtio notabilis, inquit Nauarrus, an poterunt abſolui iterum prædictæ perſonæ abſque ſeparatione ſi reciderint. Et videtur nobis poſſe, concurrentibus illis quatuor conditionibus. Et idem dicendum reor de tertia, & quarta vice: quia B non ſolùm ſemel, aut ſepties, ſed etiam ſeptuagies ſepties eſt parcendum Matth. 18. & Lucæ 17. & quia quotidie, inquit, abſoluimus multos, qui quotannis recidunt: & quia recidere non eſt neceſſarium argumentum ad iudicandum pœnitentiam præſentem, vel præteritam non fuiſſe, aut non eſſe veram, quod probat Gratianus in capitulo quanuis, de pœnitentia. diſtinctione. 3. Hæc Nauarrus. At quia poteſt hæc reſponſio cauſa eſſe laxioris cuiuſdam licentię, tùm confeſſarijs audacibus ad indignos abſoluendum: tùm pœnitentibus ad in eiſdem peccatis diu permanendum: & quia nõ eſt vſque C quaque tuta ſententia: ideo maiori examine, & diſcuſſione eget.

*Matth. Lucas.*

*Diſtin. 3. Subnotatur Naua.*

*Notabilia.*

¶At verò præmittimus primo ante quàm noſtram ſententiam proferamus, ſuper hoc, hæc notabilia. Et primùm, quòd inter occaſiones peccandi etiam graues, aliæ ſunt magis voluntariæ aſſumptæ, licet ex cauſa neceſſaria, vt videtur; & quarum abdicatio magis eſt in noſtra electione, & facultate. Quemadmodum inter perſonas liberas, & quæ ſunt ſui iuris, neque ſunt ſub alterius poteſtate contingit, vt liberiores ſint ad permutandum hoſpitia, periculoſa ſi ſint animabus earum. 1

D ¶At aliarum perſonarum, quæ non ſunt ſui iuris, vt filiarum non emancipatarum, vxorum, ſeruorum, & ancillarum electio non eſt: neque eis eſt tam integrum ſtatim, vt ſentiunt periculum intra domum paternam aut mariti, aut dominorum, inde fugere, aut inde profugare occaſionatos, aut periculoſos hoſpites; quia compelluntur ad manendum. Neque eis adhibetur fides aliquando, etiam ſi petulantiam hoſpitum, reuelauerint: neque inueniunt tollendi occaſionem remedium. Hoc documentum ſubnotauit Caietan. Matth. 5. ſuper illud: Si oculus tuus dexter ſcandalizat te.

¶Secun-

*Notab. 2.* ¶Secundùm notabile ſit, quòd ordo charitatis eſt, vt velit quis proximo bonum conſcientiæ, & famæ: & in his magis velit bonũ conſcientiæ quando vtrunque haberi non poteſt. Iſtud notamentum eſt D. Thom. *D. Thom.* quolibet. 1. 2. arti. 12. Ex quo apertè colligitur, quòd confeſſarius in confeſsione tenetur conſulere, & conſcientiæ pœnitentis, & famæ eius: tamen quando vtrumque haberi non poteſt, eſt ordo charitatis, vt magis procuret bonum ſalutis animæ pœnitentis, quàm proſpiciat honori, & famæ eius.

*Notab. 3.* ¶Tertium notabile ſit, quòd iniqua eſt compenſatio, ſi vt quis tollat ſcandalum aliorum, ipſe ſibi paret probabile ſcandalum, & ruinam, non vitando occaſiones ſcandalum hoc ſibi ingerentes. Hæc colligitur ex Caietano *Caietan.* loco citato ſuper Matth. 3. capit. 5. vbi ſic ait; Abſque perplexitate ſunt diuina præcepta. Euenire enim non poteſt: vt illud abſcindendum ſit, quod eſt neceſſarium ad ſalutem. Si igitur neceſſarium eſt ad ſalutem cauere periculum, & occaſionem probabilem peccati mortalis, nõ eſt iſtud medium proijciendum propter ſcandalum vitandum aliorum: qui interdum fere ex nulla cauſa ſcandalizantur. Patet ex eo quòd D. Auguſtinus *D. Aug.* fertur dixiſſe, iniquam eſſe compẽſationem, ſi vt quis conuertat infidelem, ipſe ſe fingat infidelem: ſicut iniqua eſt excuſatio illarum mulierum, quæ cum ſolæ inuentæ ſint domi, & impetitæ à viris petulantibus ſubitò introeuntibus, cum ſe defendere nõ potuiſſe allegent, non clamaſſe ad vicinos, qui ſtatim venientes prohiberent auſum nefarium, aiũt ea ratione: ne diffamarentur, aut ſcandalum oriretur. Idcircò tandem in coitum nefarium conſenſiſſe aiunt: nolentes intelligere, vt bene agerent, ſibi qualem gloriam æternam peperiſſent: ſi veluti altera Suſanna etiã apprehenſæ non conſenſiſſent: ſed clamaſſent. Tantum abeſt vt ipſa fæmina ſcandalum generaret ex clamore, & reſiſtẽtia, vt potius omnes poſtea tam laudabilis repulſæ conſcios egregio exemplo ædificaret, ſicut totam Eccleſiam Dei ſuo clamore & reſiſtentia ædificat nũc Suſanna ſancta. His præmiſsis dicitur primo ad octauam reſpõſionem Nauarri, quòd *Limitatur 8. reſpõſio Nauarri.* illa poteſt habere locum in perſonis, quæ quia non ſunt ſui iuris, quales ſunt ancillæ, ſerui, vxores, filij, & filiæ non emancipatæ, non eſt in eorum poteſtate ſitum, occaſiones has vitare interdum circa hoſpites neceſſariò eadem domo receptos; ideò cum conditionibus illis quatuor Nauarri poterunt abſolui, dum proponant in eódem conclaui domus non ſe inuenire ſolos. Et quòd etiam recidentes *Quid ſi recidiuent.* poſt primam abſolutionem, etiam tertia; & quarta vice concurrentibus illis quatuor conditionibus iſti poſsint abſolui, non eſt dictum exorbitans à ratione; maxime cum limitationibus ibi adiectis à Nauarro ſic dicente: Veruntamen ſi ego eſſem confeſſarius non abſoluerem eas perſonas ſi cernerem, quòd vicibus præteritis nulla emendatio, neque inchoatio *Quid nulla ſi fuit emẽda.* eius extitiſſet; neque ſi circunſtantiæ infirmitatis, puſillanimitatis, & ingens propenſio earum ad peccatum & diffidẽtia, quã habent illæ de pœnitudine alterius partis, mihi perſuaderent: quòd niſi ſeparentur, nulla ſequetur emendatio. At cum limitatione poſtrema, *Quid ſi ſit ſpes emendæ.* caſu quo concepta ſpes de emendatione eſſet, iſtæ perſonæ quæ non ſunt ſui iuris, eſſent abſoluendæ, ſi ante abſolutionem iuberentur vt forti animo, & Chriſtiano, dicerent perſonis, quibuſcum degunt, & peccant ſibi denegari abſolutionem, niſi ſeparentur, vehementerque obſecrare per Deum vt ineant rationem, qua ab ipſis honeſtè ſeparentur, alioquin ſe confeſſario obedituras, quo peracto abſoluerẽ eas cõcurrẽtibus illis quatuor etiam poſtea, quamuis non conſequeretur ſeparatio: quia non eſt in manu earum. At ſi ſequeretur notabilis emendatio iterum eas abſoluerem, ſpe maioris correctionis futuræ, ait Nauarrus, & bene. Patet hoc, quia ſi rationes Nauarri aliquid probant, hunc duntaxat caſum cum his limitationibus, & reſtrictum ad perſonas, quæ non ſunt ſui iuris probant. Et patet quia licet poſsint iſtæ perſonæ abſolute *Probatur.* vitare perplexitatem, etiam ſtãtibus his occaſionibus non peccando; ſed certè aliquo modo perplexæ eſſent: ſi viderent ſe ad confeſsionem dignam abſolutione quotannis faciendam teneri, & ex alia parte illis abſolutionem negari; quia non vitant occaſiones, quas moraliter loquendo, quaſi impoſsibile videtur eas poſſe vitare: quia cum nõ ſint ſui iuris coguntur in eadem domo manere. Cùm igitur præcepta Domini ſuauia ſint, his concurrentibus non eſt deneganda abſolutio. Et adhuc probatur ſatis apparẽti ratione: Quia, *Probatur ſecundo.* licet (vt præfati ſumus) vitare occaſionẽ probabilem peccandi mortaliter, ſicut vitare tale periculum, præceptum Domini ſit, iuxta illud. Si oculus tuus ſcandalizat te: tamen vt benè ſubnotauit Caiet. & acutè, præceptum *Caietan.* hoc oportet intelligamus in his rebus ſcandalizantibus, quarum abdicatio ſub noſtra eſt electione, cum ergo has vitare occaſiones ſub electione harum perſonarum plærumq; non ſit: quia ſui iuris non ſunt, non videtur tam



arctè præceptum eas tollendi aſtringere cum ad hoc impotentes ſint. Si tamen ſpes abeſſet *Quid ſi ſpes emendæ deſit.* emendationis, & quadam incuria circa hoc obſurdeſcerẽt, quia iam prorſus negligentiæ conuincerẽtur, non eſſent abſoluendæ: quia vt dictum eſt potius conſulendum eſt conſcientiæ, quàm honori. Et quia illa ſeparatio non eſt abſolute impoſsibilis, ad eam faciendam, illis omnino nitẽdum eſſet. Sicut licet neceſſario eſt alicui in domo ſua manere, ſi tamen incendium, aut periculum mortis pateretur: vijs omnibus, vel per fugam inde receſſum ſibi pararet: ſic in præſentiarum dum res nihilò melius ſe haberet, aut in peius abiret, aut notabilis peccandi interueniret exceſſus, qui ſpem emendæ intercideret.

*Dictũ. 2.* ¶ Secundo dicimus ad reſponſionem hanc octauam, quod illa in alijs perſonis quæ ſunt ſui iuris, non habet locum. *Cõtra Nauarrum.* Quia iam ſupra ex doctrina Caiet. verbo. periculum. probatum reliquimus, quòd poſtquã hi liberiores ſunt ad vitandas has occaſiones, ſatis eſt vt eas teneantur vitare, quòd experientia teſte, vt inquit ibi Caietan. *Caietan.* didicerint ſe non ſubſiſtere, ſed ſtatim, aut quaſi ſtatim cadere: niſi, vt dictum eſt, talis ſe obtulerit de nouo cauſa, quòd etiam ſtante tali occaſione, periculum probabile cadendi videatur ceſſare. Vide ibi rationes huius, & cauſas in probatione illius 3. propoſitionis. Nam cauſas excuſantes à tollenda occaſione manendi in eadem domo dicimus eſſe, quod ipſa iam, quia laborat graui infirmitate, tentatio ceſſauit; vel, quia ipſe vxorem ducens exoſam habet ancillã, quam prius deamabat: vel, quia iam cuſtodia, & recluſio in eadem domo arctior tali fœminæ eſt præſtituta: ita vt ceſſaſſe videatur iam aditus ad peccatum, & ſimiles ſufficientes ad remouendum peccatum etiam permanente occaſione *Victoria.* hac habitationis in eadem domo. At ſi iſti tantum ſemel, aut bis rem habuiſſent, nec tam fragiles eſſent ad malum nec tam effrænatæ conſcientiæ, quinimo timoratæ, quia ſtatim compuncti de peccato ſuſtulerunt occaſionem, ne manerent ſoli in conclaui noctu, quæ fuerat occaſio ruendi, præſtiteruntque emendam in reliquo tempore anni, etiam ſi in eadem domo maneant: nòn ſunt propterea ab abſolutione arcendi.

*Corollar.* ¶ Cæterùm neque eos à vitanda occaſione excuſandos cenſeo, qui experientia teſte, & ſuæ fragilitatis conſcij experti ſunt in his occaſionibus non ſubſiſtere, ſed ſtatim, aut quaſi ſtatim cadere, etiam ſi allegent pro ſe aliàs ex ſeparatione oriturum ſcandalum cum famæ iactura, quia cum ſint ſui iuris ad vitandam talem occaſionem ſibi imputent. Quia, vt ait Sotus, *Sotus.* potiùs tenetur, quandiu quis nõ amouet occaſiones peccandi, conſulere conſcientiæ, quàm famæ.

¶Sed ad illud, quod allegatur de ſcandalo *Satis obiectioni ſcãdali.* oriundo ex ſeparatione, iam ex tertio notabili eſt concluſum, quòd iniqua eſt compenſatio cum periculo probabili ſcandali, & ruinæ propriæ velle ſcandalum aliorum vitare: ſi aliquod ſequeretur ex ſeparatione. Et ad probationem *Ad ratio. Nauar. reſpond.* Nauarri in contra reſpondetur, quòd verum eſt, quod ſeptuagies ſepties eſt parcendum, & abſoluendi ſunt, qui peccarunt: dum tamen non ponant obicem, volendo permanere in occaſione pariente periculum probabile peccati mortalis, propoſito carentes eam vitandi. Ad ſecundam eius rationem dicimus, *Ad. 2. reſpond.* quòd non negamus recidiuum non eſſe ſufficiens argumentum, neque conuicens retroactam pœnitentiam non fuiſſe veram. Sed non propterea, quia recidit, ſed, quia vult manere in occaſione probabili peccandi mortaliter, talis indignus efficitur abſolutione.

## CAPVT XXIII.

*Vbi proſequitur autor examinationem reſponſionum Nauarri à 9. vſque ad decimamquartam excluſiuè.*

AD nonam reſponſionem Nauarri, vbi ait, idem dicendum eſſe de eo, qui occultè rem, aut impudicos tactus habet cum aliqua conſanguinea, aut alia ſibi amica in alia domo degente, poſſe talem abſolui ſine propoſito nunquam ingrediendi in eam: dum proponeret ſe nunquàm ſolum cum illa ſola, ſine maxima cauſa verſaturum, & admoneret eam ſe pœnitere peccati cum ea commiſsi, & confeſſum ſe eſſe, & rogaret eam, vt idem faceret, & quòd certò deſperet iam de reditu ad peccatum cũ illo, aut de conuerſatione habenda cum ea in aliqua ſecretiori parte dico, quod iſta reſponſio *Limitatur Nauarrus.* poſſet tolerari caſu quo, quia antea non tam fragiles fuerunt, neque tam effrænatè peccauerunt, neque pluries, neque ſe vident tam propenſos ad ruinam: ideo putant probabiliter ſic periculum probabile peccandi non manere, nec manſurum inter eos, ſi iſtam cautelam obſeruent nõ ſe ponendi in loco ſecreto. Sed ſi poſt hanc proteſtationem ei factam, iſtam cautelam, poſtquàm ingreditur ad eam, non ſeruat, quia ſtatim ſe recipiens cum illa in loco ſecretiori irruit in amplexus, & ta

*Probatur.*

ctus impudicos, & in copulam tanquā equus effrænis, non eſt abſoluendus: etiam ſi maxima cauſa ſubſit illic ingrediendi, niſi vitet ingreſſum. Quia nihil magis neceſſarium poteſt ſignificari, quàm illud, quod ſignificatur per oculum, aut manum: & tamen dicit Dominus & præcipit. Si oculus tuus, aut manus ſcandalizat te, ideſt, eſt tibi occaſio ruinæ animæ proijce abs te. Quod propter tales cauſas etiam apparentes eſſe neceſſarias, quas iubet vitari, dum ſunt cauſa ruinæ, dixiſſe Dominum putato: vt interpretatur Caietanus ſuper illud Matth. 5. Si oculus tuus, &c.

*Matth. 5.*

*Ad 10. reſpon. Nauar.*

¶ Ad decimam reſponſionem Nauarri dicentis, quòd non poteſt abſolui aulicus, qui de more curiæ reginæ menſæ aſsiſtens, adeo blandè colloquebatur cum quadam nobili eidem menſæ aſsiſtenti, vt non ſolum ſe oblectaret ſermone, & cogitationibus ſordidis: ſed etiam turpi ſe pollutione fœdaret, niſi ſtatuat nunquam in poſterum, ſic verſaturum cum illa: etiam ſi verſaretur animo ducendi eam vxorem, & pares ad id eſſent. Quia illa occaſio loquendi tam blandè cum illa, & laſciuè, occaſio eſt propinqua illius ruinæ, & in ſe eſt mala. Imò inquit Nauarrus, vt abſolui poſsit non ſolum neceſſe eſt, ſtatuat ſe non conuerſaturum cum illa illo modo illicito, ſed neque etiam alio modo ex ſe licito, ex quo crederet præ ſua fragilitate, & amore erga illam magno pertrahendum eſſe ſemper ad peccandum. Dicimus, quòd, hæc reſponſio legitima eſt, neque aliqua cenſura notanda: niſi tantum quo ad id, quod ait per illam particulam, ſcilicet, niſi talis modus conuerſandi cum ea eum ad peccandum cum ea quaſi ſemper induceret, quoties cum ea ſic verſaretur: quia ſemper Nauarrus hæret in eadem ſalebra, ſcilicet, quòd occaſio, quæ de ſe non eſt peccatum, vt obliget ad ſui expulſionem, & vitationem, neceſſe eſt, quòd ſemper, aut quaſi ſemper inducat ad peccandum mortaliter ea vtentem. Quia hoc falſum eſſe probauimus, dum retrò ex Caietano, & alijs rationibus adductis in tertia propoſitione probauimus ſatis eſſe, & ſi non quaſi ſemper ad id induxerit, quòd toties induxerit ad peccādum, quòd ſimul ſtante experientia propriæ fragilitatis exiſtimet quòd probabile ſibi periculum paratur, niſi talem occaſionem euitet. Neque ſanè æſtimabit pœnitens, qui æſtimauerit ſolum hoc periculum ex pertractione ad peccatum continuata ſemper generari: & non etiam ex occaſione, qua ſe videt ſemel, atque iterum & iterum præ fragilitate in peccatum deturbatum.

*Sub notatur Nau.*

¶ Dicimus inſuper illud, quod adijcit Nauarrus rectè eſſe adiectum, dum ait, id etiam eſſe dicēdum de puellis nobilibus reginarum menſis aſtantibus & de adoleſcentibus & adoleſcentulabus nobilium & ruſticorum, qui in aliquibus partibus conueniunt, & mutuò ſe miſcent, & contingunt dum choreæ ducuntur, & alia ſpectacula fiunt: & illi in illarum gremijs recumbunt fingentes id facere, quò illæ capita illorum vermiculis purgent interdum impudicè ſe ſe tangentes, & amplectentes, & facientes id genus alia, digniſsima quæ in concionibus reprehendantur. Quia hæc occaſio, niſi vitetur, quia propinqua eſt & in ſe mala, non ſunt abſoluendi, quod ſanè eſt dictum.

*Ad 11. reſpon.*

¶ Ad vndecimam reſponſionem Nauarri, vbi ait, quòd concurrentibus quatuor prædictis conditionibus poſſunt abſolui, qui ſunt in facie Eccleſiæ coniugati, & non valet matrimonium inter eos propter aliquod impedimentum occultum, expectantque diſpenſationem, vt denuò contrahant, & ex ſeparatione ſequeretur notabile incommodum, reſpondetur, quòd ſi hoc contingat in caſu, quo admiſimus ſuam diffinitionem de quatuor conditionibus concurrentibus, ſcilicet, caſu quo ad petitionem alterius, alter ab eccleſia compellitur manere cum ea, quia non poteſt probare impedimentum. Quia iam veluti non ſui iuris eſſe cēſetur cum limitationibus ibi à me poſitis, poterit abſolui. Si autem probabile periculum ſit inter eos peccandi ex fragilitate magna ſibi nota, nō ſunt abſoluēdi, præſertim ipſe qui facilius poſſet fingere neceſſariū iter, & abſentiam à domo: ſic neque ipſa niſi compelleretur inuita manere cum illo in eadem domo, & eſſet aliqua ſpes emendæ.

*Limitatur Nauar.*

*Ad 12. reſpon.*

¶ Ad duodecimam reſponſionem Nauarri dicentis, quòd etiam poteſt abſolui, qui ob eſum calidarum rerum incidit in adeò graues carnis tentationes, quæ impulerunt ad conſentiendum pollutioni, aut fornicationi ſine propoſito nunquàm in poſterum ſic edendi, concurrentibus quatuor prædictis cōditionibus, imò etiam ſi deſit tertia, ideſt, etiam ſi non ſit neceſsitas, aut cauſa comedendi talia, dummodo non comedat ea in illos fines malos ſe polluendi, aut copulam habendi cum non ſua, rectè dixiſſe Nauar. dicimus, non propter ſuam rationē, ſed quia ſecundùm Caiet. & Victor. non tenetur iſtam cauſam vitare, neque iſta libertate ſe priuare edendi cibos non prohibitos per eccleſiam. Quia omnis creatura bona eſt ſi cum gratiarum actione ſumatur, & quia impulſus ex tali eſu calidarum rerum proueniens,

*Caiet. Victor.*



niens, dum videtur parare periculum conſentiendi, per alia remedia maceratiua carnis, per diſciplinam, aſſumptionem cilicij ſedari poteſt. Sed quia Sotus in 4. ait, quòd qui tentationibus carnis diuexari ſolet, tenetur ſe precationibus, & alijs remedijs aduerſus illas cōarmare, & nonnūquàm corpus macerare. Vnde, inquit, tanta poteſt ingruere neceſsitas, & tanta eſſe negligentia, vt talis negligentia ſit mortalis. Ideò dico, ſi alijs tētatis remedijs nullum remedium inueniret, & hoc ſolum remedium præſentaneum inueniret ad non conſentiendum pollutionibus ex eſu talium ciborū exceſsiuè, & extraordinariè calidorum frequenter prouenientibus, quòd teneretur fortè ab illis abſtinere. Quia ſi teneretur in iſto caſu macerare carnem, vt illos motus, & conſenſus coerceret, poſtquam neque maceratio carnis, neque aliud remedium inuenitur prodeſſe, videtur, quòd ſuccìſio cauſæ, quæ minus eſt, quàm maceratio carnis, aſſumenda ſit, tanquàm præſentaneum remedium. Quia qui tenetur extinguere flammam, ſi non poteſt aliunde extinguere, nec alia via, tenetur extinguere hac via, nempe ſubtrahendo ligna.

*Sotus.*

*Nota.*

# CAPVT XXIIII.

*De prædicta examinatione à 13. reſponſione.*

AD decimamtertiā reſponſionem vbi ait Nauarrus, quòd etiam poteſt abſolui concurrentibus quatuor prædictis cōditionibus: qui ob ſermonem, choream, vel amplexum alterius iuxta honeſtam patriæ conſuetudinem ſæpe per delectationem moroſam, & voluntatem deprauatā peccauit abſq; propoſito nunquàm ea occaſione vtendi: imò ait, ſe credere, quòd hic etiam ſi deſit quarta conditio, ideſt, etiam ſi nulla ſit cauſa ea occaſione vtendi, poteſt abſolui. Quia hæc occaſio non eſt ex his, quæ ſunt mortiferæ, neque ex his, quæ ferè ſemper ad peccandum mortifere inducunt: Reſpōdemus amplam hic dare Nauarrum licentiam. Quia in primis loquendo de choreis nec Caietanus, nec Sylueſter auſi ſunt tam licentioſe loqui, neque alij doctores. Nam Caieta. verbo, chorea ait, quòd licet choreas ducere ex ſuo genere non ſit peccatum: tamen ex periculo prouocationis ad libidinem vnuſquiſque ſeipſum menſuret, & videat ſi exponit ſe periculo, quia ſi ex qualitate perſonæ periculū inde alicui imminet, prouideat ſibi. Sicut debet cauere ſibi ab aſpectu mulieris, ſi ex aſpectu, cognoſcit ſibi imminere periculum. Ita Caieta. Igitur ſanior eſt iſta doctrina Caietani, docentis ſibi debere cauere periculum: quàm Nauarri dicentis, quòd niſi quaſi ſemper inde inducatur pœnitēs ad mortale, non tenetur cauere.

*Notatur Nauarr.*

*Caieta.*

¶ Idem Sylueſter verbo, chorea docet, dicens: Qui probabiliter ex choreis inde ſibi vel alteri periculum timet operis, vel cogitatus mortalis, mortaliter peccat, niſi deſiſtat, quia qui amat periculum, peribit in illo Eccleſ. 3. Quid clarius contra Nauarrum, aut quis credet Nauarro dicenti prout inſinuat, quòd nunquàm imminet iſtud probabile, & neceſſariò vitandum periculum: niſi quando ſe viderit, inde iam quaſi ſemper pertractum ad peccatum? Quaſi conſcientia propriæ fragilitatis cum aliquibus lapſibus inde ſibi accidētibus, non ſufficiat ad id periculi probabiliter timendum, licet nō quaſi ſemper inde fuerit lapſus. Imo quòd peius eſt, ait Nauarrus, etiam ſi ſæpe per delectationē moroſam, voluntatemq; deprauatam peccauerit in choreis, eſt abſoluendus, etiam ſi eas non euitet. Quę eſt doctrina noua à ſe excogitata: quare non poteſt nō eſſe nociua adoleſcentibus fragilibus, & effrænibus anhelantibus ad choreas. Maximè cum Sylueſter ibi dicat, quòd ſecundum Rod. ducens choreas ex conſuetudine, mortaliter peccat. Sed hoc intellige verū, inquit Syluester, quia in talibus choreis ſemper, aut quaſi ſemper reperitur aliqua de prædictis circunſtantijs malis mortalibus. Nec ſatisfacit pro hac noua opinione Nauarri illud axioma commune, ſcilicet, quod iudicium ferendum eſt de rebus ſecundum quòd in plurimum contingit: quaſi hinc velit inferre, quòd non eſt ferendum iudiciū de aliquo, quòd in choreis cadet, niſi quaſi ſemper ceciderit: quia in ipſum retorquetur axioma. Quia fragilis eſt, qui oblata occaſione ſæpius cadit: & quia ſecundum Ariſtot. qualis vnuſquiſque eſt, talis ſibi finis eſſe videtur: & actus actiuorum ſunt in agente diſpoſito. Ideò adoleſcens, qui quia fragilis ſæpe cecidit, diſpoſitus eſſe videtur ad ruinam: ergo probabiliter credendum eſt, ꝙ niſi caueat occaſionem corruet. Sicut probabile eſt de auaro, qui aliquoties ex ſua auaritia ſurripuit aliena, quòd inuitatus ſi fuerit ſub vſuris mutuare, libenter faciet: licet non quaſi ſemper, vt ait Nauarrus, fecerit.

*Syluester.*

*Eccleſ.*

*Doctrina hæc Nauarri nocet fragilibus.*

¶ Sed illud, quod ſuperaddit Nauarrus, abſoluendus eſt etiam qui ob amplexum alterius iuxta honeſtam conſuetudinem patriæ ſæpe moroſe delectatus eſt, etiam ſi careat propoſito cauendi hos amplexus, dicitur etiā non eſſe exactè dictum. Fateor, Thomiſtæ

*Subnotatur Nau.*

*Thomiſtæ.*

benè concedunt, quòd mulier carens periculo, & malo animo ex parte ſua, in publico poteſt ſuſtinere amplexus hos aſſuetos alicuius, iuxta honeſtam cõſuetudinem patriæ, etiam ſi iam deprehenderit ſe in publico amplexantis animum erga ſe inhoneſtum: quia cum ipſa ſit ex ſe immunis à mala intentione, non tenetur in publico prodere malam intentionem alterius ſe ſubtrahendo ab amplexu aſſueto: ſicut neque Dominus prodidit Iudam, & ne ſcandalizet ſic ſubterfugiendo præſentes: qui aliquid mali forte inde ſuſpicabuntur, ſed tamen in ſecreto tenetur eos amplexus in hoc caſu vitare. Nullus tamen ſenſatus Thomiſta, aut quiuis alius doctor excuſabit fragilẽ, qui ſæpe moroſè delectatus eſt iuxta morem patriæ amplexando fœminam: ſi ab his amplexibus vtpote generantibus graue, & probabile periculum, non abſtineat.

## CAPVT XXV.

*Proſequutio examinis circa dictas quindecim Nauarri reſponſiones, à decimaquarta vſq; ad decimamquintam, an iuratores ſint abſoluendi, vel non abſtinentes audiendi.*

AD decimamquartam reſponſionem Nauarri, vbi ait, quòd poteſt abſolui perſona, quæ ex eo, quòd ducat aliam manu, aut ducatur ab alia, vel quia videt lauantes fœminas in flumine, aut viros natantes, aut ex aſpectu pedum, crurum, pectorum, cinctuum, bracharum, perizomatum, aut aliorum eiuſdem generis peccauit ſæpe, ſine propoſito cauendi has occaſiones; quanquam, inquit optimum eſſet ab his omnibus cauere: dicimus, quòd pari pede hæc reſponſio claudicat. Et quia errauit in principio, nihil mirum, ſi aberrauerit aliquantulum à vero in reſponſionibus inde deductis. *Subnotatur Nau.* Quia cum, vt medicus animarum in ſuo manuali ſe habeat, ad illam Ariſtotelis regulam non aſpexit, ſcilicet, quod medicus non curat hominem, ſed Caliam. In his enim moralibus, cum iudicium morale ſit prudentiale, & prudentia teſte Ariſtotele, & Diuo Thom. 2. 2. ſit circa actiones ſingulares: & actiones fiant ſingulares ex circunſtantijs, ad circunſtantias ſingulares non reſpexit, quæ magis probabile periculum in quibuſdam, quàm in alijs: imo in alijs ſic, in alijs non cauſant. *Ariſtotel. D. Thom.* Ideò regulam generalem ſtatuit, ſcilicet, quòd dummodo occaſio non ſolita ſit inducere, quaſi ſemper ad peccatum, non eſt neceſſario vitanda. Sed nos ne eodem hoc medicamine mederemur, omnibus occaſionatis peccatoribus, ad multas particulares circunſtantias deſcendimus, quo prudentiale & particulare poſſemus proferre iudicium. Faxit Deus, vt ſcopum veritatis attigerimus, quod magis nobis in votis eſt, quàm cæteris contradicere, præſertim Nauarro viro ſcientia commendatiſsimo, & mihi gratiſsimo.

*Reſponſio.* ¶ Sed iam ad hanc ſuam 14. reſponſionem reſpondentes dicimus, quod iam inculcare toties piget, ſcilicet, quòd quia peccare ſæpe, licet non fuerit quaſi ſemper præſertim in fragilibus, & procliuibus ad malum, meritò ſolet ingenerare probabile periculum, & iudicium, quòd non euitabunt deinceps peccata, niſi vitent occaſiones: ideo qui in omnibus hic recenſitis à Nauar. in hac 14. reſponſione occaſionibus ſæpè deprehẽdit ſe mortaliter peccaſſe, *Subnotatur Nau.* præſertim cum alias conſcius ſit propriæ fragilitatis, non eſt abſoluendus, ſi propoſito has occaſiones, ſcilicet, ſpectacula ſe ſic ſcandalizantia mortaliter, cauẽdi careat. Facit pro hoc Caieta. qui verbo choreas ait, quòd ſi ex qualitate perſonæ periculum alicui imminet, prouideat ſibi ſicut debet ſibi cauere ab aſpectu mulieris, ſi ſibi cognoſcit imminere periculum. *Caietan.* Quòd ſi ab aſpectu mulieris in hoc caſu ſecundum Caiet. cauendum eſt, pari ratione & in tali caſu probabilis periculi, ab illis obſcœnis, vel ſcandalizantibus ſe inſpectionibus ſibi abſtinendum eſt.

*Sylueſt.* ¶ Facit quoque Sylueſter verbo, curioſitas. §. 4. vbi ait, quòd curioſitas quantùm ad cognitionem, & viſum eſt mortalis, cuius viſio eſt videnti probabiliter periculoſa de mortali: ſicut communiter accidit volentibus videre homines, aut beſtias coeuntes aut genitalia membra, maximè ſexus alterius, aut audire, vel videre mulieres in loco periculoſo. Vnde hæc occaſio fragili, & experto ſe inde cadere, vitanda eſt, aliàs non eſt abſolutione dignus contra Nauarrum.

*Ad 15. reſpon. Na.* ¶ Ad decimamquintam reſponſionem Nauarri, vbi ait, quòd poteſt abſolui Cliſteriferus ſine animo vitãdi occaſionem peccati, qui ex eo, quòd infundit cliſteres mulieribus, & etiam cliſterifera, quæ ex eo, quòd eoſdem viris immittit, & chirurgus, vel medicus, qui ex eo, quòd medendo pulchras fœminas in locis ſecretioribus, peccauerunt ſæpe ſaltem moroſis delectationibus & deprauatis volũtatibus; dicimus eam non conuenire ordini charitatis. *Subnotatur Nau. D. Thom.* Ex quo etſi vt dixit D. Tho. laudabile ſit exponere noſtra temporalia periculo, propter ſpiritualia bona proximi, tamen ſecundum ipſum,



ipſum, vituperandum eſt valde: ſi quis bonũ animæ periculo exponat pro bono corporali aut ſalute temporali alterius. Igitur in caſu Nauarri ij, cum perſenſere experientia teſte, ſuum probabile periculum ex tali occaſione, præ ſua illorum, vel illarum fragilitate, non ſunt abſoluendi, niſi à talibus occaſionibus ſtatuant abſtinere, vnde ſuæ conſcientiæ conſulant. Nam non deerunt, qui ſubueniant infirmitatibus, nempe qui quia tam fragiles non ſunt, medicinas applicabunt ſine ſui periculo. *Satisfit obiectioni.* Neque excuſat chirurgum, aut medicum quòd id pertineat ad ſuum officium. Quia primò huiuſmodi medicinarum applicationes per alios carentes periculo fieri poſſunt. Secundo: quia eſto dixerimus ſupra, quòd officium vel ars non eſt deſerenda propter occaſiones, quas ſolet afferre peccandi mortaliter, ſed tum loquuti ſumus ibi in communi loquendo; cum iſta occaſio non eſt culpa officij, & artis, ſed propter abuſum ea vtentis.

*Notab. 1.* ¶ At nunc dicimus clarioris intelligentiæ cauſa, hæc notatu digna. Primò, quod artifex puta mercator, vel negociator veniens ad confeſsionem ſi deprehendatur ex occaſione, & ex abuſu peccata aliqua mortalia commiſiſſe, ſi ſtatuat cauere à præteritis ex arte commiſsis culpis, & ab mortali eius abuſu, non eſt compellendus ad illam artem, & officium relinquendum, vbi hoc officio derelicto, ruet in peius: ſcilicet, quia magis occaſionatum officium aſſumet aut officium latrocinandi aſſumet. Hæc eſt fratris Alphonſi de Caſtro in quodam ſermone ſuper homilias. *Caſtro.*

*Notab. 2. Caietan.* ¶ Secundo dicimus, quod de mente Caietani eſt ſuper illud Matth. 5. Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, quod etiam officia exteriora ſunt relinquenda, quando nobis occaſionem præbent ruendi. Nam ſic ibi Caietan. in forma ait, per quæ præcepta intendit Chriſtus non quòd membra noſtra naturalia abſcindamus: ſed intendit quòd exteriora officia, negocia, commercia, & id genus reliqua de genere bonorum tam chara ac neceſſaria nobis, vt oculus dexter, aut manus dextra, abſcindamus à nobis, ſi præbent nobis occaſionem ruinæ animæ.

*Notab. 3.* ¶ Tertiò dicimus, quòd licet officia & artes non ſint tam facile relinquenda propter abuſus inde ſequentes, quando de ſe non ſunt mala: ſed abuſus ſunt ablegandi & tollendi, tamen officia illa, quæ non vniuerſaliter, ſed in aliqua parte ſui, fragilibus ea exercentibus probabilem occaſionem ruinæ animæ præbent, pro illa parte ab his omittenda ſunt: ſed non in toto: verbi gratia præcipuè in officijs negotiandi, & chirurgiæ, vbi contingere poteſt contactus illecebroſus carnis fœminæ inter eam curandum in pudendis. *Limitatio* At quia cupiditas in negotiatione, & illecebra in ſimilibus contactibus carnis in fragilibus magna vi flagrare ſolet: ideò non eſt inconueniens, tunc negotiator auarus in aliquo contractu puta mohatrarum, qui cum aliquibus limitationibus ab aliquibus doctoribus ſolet admitti, ſi quia ſcandaloſus contractus eſt, & in illum talis præ auaritia ſolitus ſit impingere, ſi ab illo neceſſario auocandus ſit à confeſſore, licet non à tota arte negotiandi. Sicut nec inconueniens eſt, quòd chirurgus fragilis, & ſi non ab omni materia ſuæ artis ſit amouendus, tamen ab illa materia, vbi interueniunt tactus in pudendis fœminarum, parantes ſibi probabile periculum, ſit neceſſario auertendus, dum non ceſſat tale periculum. Nam non deerit, qui ſine periculo applicet, quas applicandas indixerit medicinas.

*Ad 16. reſpon. Nauarri.* ¶ Per hoc vltra ſupra dicta reſponſum eſſe puta lector ad 16. & vltimam reſponſionem Nauarri, vbi ait, quòd poteſt abſolui confeſſarius, qui peccat quoties audit confeſſiones certæ perſonæ, & pœnitens, quæ idem facit; quoties confitetur certo confeſſario conſueto, & non poteſt eum mutare ſine aliqua magna nota, talis, poteſt abſolui concurrentibus prædictis conditionibus. Quartò denuò dicimus ad hoc, quod licet confeſſor; qui ſolum inuoluntariè, & ſine conſenſu patitur audiendo fœminas, pollutionem ſecum, non ideò teneatur abſtinere ab eis audiendis in confeſsione: tamen qui eſt adeo fragilis, quòd ſibi experientia teſte imminet periculum peccandi probabile, non eſt abſoluendus, niſi ſtatuat ab hoc periculo, & occaſione eius ſe ſeparare. *Limitatur Nauar.* Et idem de pœnitente. *Ratio.* Quia ſicut exponere ſe periculo probabili peccandi mortaliter, mortale eſt, ita non tollere hoc periculum, & occaſionem illud generantem non vacat culpa mortali, quæ indignos eos facit abſolutione: quandiu durat tale periculum immotum. Hæc viſa ſunt notatu neceſſaria circa doctrinam Nauarri in hac tam ſcitu neceſſaria materia.

*Quæſtio.* ¶ Inſuper cum omnia, quæ in hac materia ſcitu neceſſaria ſunt ratus, & memoriæ occurrere, latè ſim proſecutus, nollem & hanc quæſtionem ſub ſilentio eſſe prætermitam, ſcilicet, an in conſuetudine iurandi perſeuerantes ſint abſoluendi. *De vſu iurandi.* Et videtur, quod non, niſi talem conſuetudinem retractent: quia talis conſue-

*Reſpond.*
*Dictũ. 1.*
*Sotus.*

conſuetudo eſt occaſio probabile periculum gignens ad peierandum. Ad quæſtionem igitur reſpondendo dicimus primò, quod Sotus videtur ei feciſſe ſatis, dum ſic ait. Cum iurandi conſuetudo, neque per ſe ſit peccatum ab actionibus ipſis iurandi diſtinctum, neque ſit alia occaſio iurandi, quàm quæ per ſolam ceſſationem amouebitur, non eſt ad ſacramentum confeſſionis alia cautela adhibenda neceſſario, quàm propoſitum non iurandi, & fugiendi occaſiones, puta, contubernia, & loca quibus homo ad iurandum inducitur. Eſt tamen ſaluberrimum conſilium per alias pœnas, & alia remedia cohibere ſe quenquam.

*Metina.*

Huic ſententiæ Soti videtur ſubſcribere Metina in ſua ſummula Hiſpanica fol. 66. pag. 2. Vbi ait, quod qui conſuetudine iurandi paſſim tenetur abſque delectu, & conſideratione vtrum verum falſumve iuret, caretque vero propoſito extirpandi tam iniquam conſuetudinem: non eſt abſoluendus. Si autem emẽdam ſtatuat, bonoque animo remedia ſibi indicta à confeſſario amplexus fuerit, non eſt cur ei prolatanda ſit abſolutio.

*Dictũ. 2.*
*Metina.*

¶ Secundo dicimus ad quæſtionem, quod quia Metina animaduertit prædicta remedia abiurare aſſuetis negligi & interdum pergere in peius: iam in eadem ſummula. folio. 83. pag. 2. rigidius medicamentum adhibens ait, quod certè ſi qui ad confeſſionem accedit in multa prorupit iuramenta: mala conſuetudine, qua tenetur ad id raptus, iamque pluries ante de hoc confeſſus cum fuerit, numquàm præſtitit emendam non eſt abſoluendus, ſed mittendus eſt, vt per dies aliquot attentum ſe verè gerat ad extirpandam tam pernicioſam conſuetudinem, & vt huius emendæ gratia gratiam diuinam, & opem imploret, & vt alia remedia poſtea dicenda apponat.

*De pœnit. iuràtibus.*
*Iurans ex vſu an ſit abſoluen.*

Cæterum, ſi bis, aut ter confeſſus eſt de ſua hac mala conſuetudine, magnoque dolore compunctus apparet promptumque ſe exhibet ad omne remedium ſibi ad hoc à confeſſario applicandum ſuſcipiendum, vt cenſeo, inquit Metina, abſoluendus eſt: quia huiuſmodi peccatum magis inhæret linguæ quam cordi, & ſic facile eſt emendatu, ſi modica attentio ſaltem non deſit.

*Nota con feſſor.*

Veruntamen, qui in hoc adeo deprauatus eſt ex mala iurandi conſuetudine, quod etiam in ipſamet confeſſione ſua dum confitetur ad omne verbum effutit ſuum iuramentum non eſt abſoluendus pro tunc. Remedia autem ſic tam perperam aſſuetis adhibenda huiuſmodi erunt, vt cũ iurauerit eleemoſynam aliquam erogat, cruce ſe ſignet in corde, confrater fiat confraternitatis iuramẽtorum cum propoſito, quæ illic ſtatuta ſunt pro remedio adimplendi, vel ſignum exterius portet in memoriam, vt linguam cohibeat à iuramento. Facilitas vincendi hoc vitium, ſi perſuadeatur à confeſſario, adhoc adiumento erit.

*Notab. 3.*
*Metina.*
*De blaſphemo.*

¶ Tertiò recole, quod Metina ad id propoſiti eadem ſummula. folio. 77. p. 1. præmiſit de blaſphemo. Vbi ait, quod ſi blaſphemus aſſuetus blaſphemare venerit ad confeſſionem, neque per præmiſſas anteà confeſſiones reſipuit, non eſt abſoluendus à confeſſore etiam ſi polliceatur emendam. Relinquendus eſt ergo per dies aliquot: vt contra ſe nitatur ſibique reſiſtat. Quod ſi iam emendatus acceſſerit, abſoluatur, alias minimè eſt abſoluendus: quia homo ſic aſſuetus, neque ex confeſſionibus retroactis ad ſanam mentem rediens, credendus eſt etiam nunc firmo propoſito carere. Si autem tunc in illa prima confeſſione primò talem inueniri contigit: dum animus ſe emẽdãdi ei nõ deſit, & dolor adſit, de preterito nõ eſt ab abſolutiõe retardãdus.

¶ Poſtremo dicimus, quod licet mala magna, & irremediabilia alias acrioribus & rigidioribus his indigeant remedijs, ſed vt ipſemet Metina in ſummula hac inſinuat, & frater Ioannes de la Peña inſinuauit: quia qui aſſuetus eſt iurare, tamen ſolicitus eſt in iuramento, dum iurat non mentiri, ſeu, quia ſumme horret mendacium, & maxime in iuramento: ſeu quia in iuramento mentiri mortalem culpam continere nouit, ipſe autem culpas mortales cauet; iſte & ſi non tam emendatus de tali conſuetudine accederet, non videtur ſit ab abſolutione remouendus: quia iam iſte vitat mortale periculum, dum ſolicitè cauet maxime in iuramento mentiri. Sed quia pauci tales reperiuntur, quia ſicut ſcriptum eſt in multiloquio nõ deerit peccatum: ita in aſſidua iuratione regulariter non deerit periurium, ideo iſta doctrina Metinæ, & Soti regulariter vera eſt.

*Nota.*

¶ Præterea nota illa verba Metinæ in ſua inſtructione confeſſorum. folio. 66. pagina. 1. & 2. Vbi ait, quod ſacrilega eſt confeſſio eorum, qui accedunt ſine propoſito recedendi à quibuſuis culpis mortalibus, & à pericuIoſis occaſionibus illorum: quia inſignis iniuria ſit ſacramento, vnde tam abſoluens, quàm ſic abſolutus ſacrilegi conſtituuntur, & ſacramenti contemptores. Hic opus, hic labor eſt, vt in tali caſu animo conſtanti præditus ſit confeſſor ad non abſoluendum omnino.

*Confeſſor aduertat.*

Cuius documenti neglectus in cauſa fuit, quod multi in peccatis ſuis inueterauerunt, & in ſcandalum populorum vixerunt, quos tandem perpetua inferna deuorauerunt: Nam propterea dilatauit infernus os ſuum abſque termino, eo quod confeſſarij in his caſibus caruerunt zelo animarum & ſcientia.



*Metin. cõ tra Nau.*

Vide Metinam folio. 299. & 298. pagina. 2. & 1. confirmantem noſtram doctrinam contra Nauarrum, de expellenda famula, vel cognata, à domo cum quibus ex tali occaſione peccatur, etiam ſi allegent ſic commorantes ex tali ſeparatione, ſuum prodi delictum & infamia fore notandos.

*De indiſp. pœnit.*

Aduerte etiam quomodo Metina ſuæ inſtructionis. folio. 294. inſtruit confeſſorem qualiter ſe debeat habere circa pœnitentem in poſterum non proponentem emendam, vel quia renuit reſtituere; vel in ſtatu peccati mortalis contendit permanere; vel quia caſtè ſe viuere poſſe negat, vel quia officium, quod ſine mortali exerceri nequit, abdicare à ſe renititur, vel quia caret ſufficiente diſpoſitione. Quia tunc benignè remittendus eſt, conſignandique ſunt ei 20. dies vel plures, vel pauciores, iuxta arbitrium confeſſoris: in quibus obnixè pro ſua conuerſione precetur Deum, vt eius molliat durum cor. Deuotiones quoque aliquas roſarij dominæ noſtræ ei indicat confeſſor, & alia ſimilia, & vt interim in morte, iudicio, gloria, & pœnis gehennalibus meditetur, vt poſt hoc reuertatur ad confeſſionem, vt exploret confeſſor an ad ſanam mentem redierit. Tamen dum inſanæ adhuc manet mentis, non eſt abſoluendus, quia abſolutio non careret ſacrilegio, neque confeſſor magni æſtimet querelas, aut ſcandalum, ſi ex negata tali abſolutione oriantur, quia malitia pœnitentis in cauſa eſt eius ſcandali: ideo illi aſcribatur: non conſilio medici, aut legi Dei, quæ tota plena eſt amore, & æquitate.

*Quæſtio.*
*Caietan.*

¶ Sed an audiendus ſit in confeſſione, qui dicit ſe abſtinere non poſſe à peccatis, non eſt quæſtio tam facilis, vt apparet. Nam Caietanus in ſumma videtur ſignificare non eſſe audiendum: quia cum ipſe velit confiteri in ordine ad abſolutionem, quam ſacrilegè à confeſſore vult extorquere, impleuit confeſſorem poſtea querimonijs dicens: quia poſtquàm audiſti me, & paſſus ſum pudorem mea peccata tibi detegendo inabſolutum me dimittis.

*Metin. cõ trà Caiet.*

Metina verò in ſua inſtruct. fo. 283. pag. 2. contrariæ eſt ſententiæ, dicens, verè eſſe audiendum. Tum quia talis obſtinatus peccator, tam verbis exhortatorijs confeſſoris, quam ope diuina interius principaliter operante emollitur in corde aliquando, conuertiturque ad ſanum propoſitum, quo ante carebat. Tum quia ſi talis culpas ſuas, & peccata confiteatur, etiam ſi prorogetur ei abſolutio, neque ſtatim ei impendatur: quia indiſpoſitus acceſſit, ab excommunicationis ſententia liber euadet, ſi quam epiſcopus aduerſus non confeſſos fulminauerit.

*Concordãtur Caiet. & Meti.*

¶ At verò pro concordantia horum doctorum dico, quod ſi talis ſic confiteatur, quod obtendat extorquere poſtea abſolutionem à confeſſore, quia alias nullatenus confiteretur, niſi ſperaret ſe abſoluendum, non eſt audiendus. Si autem confiteatur cauſa obtemperandi eccleſiæ, & vt euadat excommunicationis ſententiam, vel vt ſi exhortatione ſacerdotis mollificetur cor eius, & reſipiſcat, abſoluatur, alias non, tunc audiendus eſt à ſuo Curato, ſed non eſt abſoluendus, niſi mutatus ſit in melius.

*Nota ſi cõ feſſor aliter opinetur.*
*Sotus.*

At vero extraneus confeſſarius, licet ſit expoſitus dum voluntariè audit confeſſiones, & non ex obligatione, non tenetur prædictum audire: ſicut nec tenetur iſte ſecundum Sotum abſoluere pœnitentem contrariam opinionem probabilem ſequentem, contra ſuam etiam probabilem: niſi iam eum inceperit audire, aut acceptauerit audire.

*Metina.*

Signanter dico, non tenetur: quia ſi velit, licite poterit, & audire, & abſoluere ſecundum Metinam, & alios: quia mediante illa ſua opinione probabili, accedit bene diſpoſitus pœnitens.

## CAP. XXVI.

*In quibus caſibus præceptum confeſſionis obliget, & de idoneitate confeſſorum, & de eorum expoſitione poſt Concilium Tridentinum: quomodo debeant exponi. Et an religioſus electus virtute diplomatis audiat valide confeſſiones ſine conſenſu prælati.*

*Dictũ. 1.*
*Quando confeſsio obligat an in morte.*

De confeſſione materiam abſoluturi breuitate poſsibili eam expedire ſtudebimus. Et primo circa caſus obligationis eius dicimus, quod periculum mortis, in quo omnes tenentur confiteri eſt, in quo homines communiter moriuntur: vt in probabili naufragio, vel imminente prælio, vel graui, vel acuta febri, vel tempore partus in illa, quæ primo parit, vel experta eſt difficiles partus.

*Canus.*
*Dictũ. 2.*

Secus eſt ſecundum Canum, cum facilis eſt nauigatio, & breuis, vel tempore placidi, & tranquilli maris. Secundo dicimus, quod, etſi ſemel in anno teneantur fideles confiteri, tamen qui æſtimat ſe per totum annum cariturum opportu

portunitate confitendi, tenetur ante cōfiteri, A
*Nauar.* ſecundum Nauar. cap. 2. nu. 8. & ſecundum
*Canus.* Canum in ſua relectione. de pœnitent. quia
præceptum cōfitendi obligat ſemel in anno.
*Caſus vbi ſine cōfeſſ.* ¶Præterea, licet præceptū confeſsionis ha
bentem mortale tempore cōmunionis obli-
1 get: tamen cauſa vitandi grauis ſcandali, vbi
nō ſubeſſet copia legitimi confeſſoris, vt dixi
mus ex mente Soti poſſet tūc quis contritus
cōmunicare ſine præuia confeſsione: ſicut in
2 hoc caſu idem poſſet facere mulier, quæ ſoli-
citanda eſſet à legitimo confeſſore, & nō ſub-
eſſet alius legitimus confeſſor, cui poſſet con
3 fiteri. Sicut etiam, qui iam eſt accinctus ad cō
municandum in altari, neq; ſine nota differre B
cōmunionem poteſt, nec commodè tunc con
fiteri poteſt, ſine confeſsione pro tūc venien
tium ad memoriam peccatorum: communio
nem ſumere poterit, neq; eſt neceſſarium iſte
talis proponat confiteri ſtatim poſt commu
*Nauar. cōtra Meti.* nionem ante annum, ſicut authore Nauarro
cap. 2. nu. 7. qui confeſſus eſt, & oblitus eſt
alicuius peccati mortalis, nō tenetur illud ſta
tim confiteri, ſed poteſt illud ad alium annū
reſeruare contra Metinam in ſua inſtructio-
ne. Quia, inquit Nauarrus, licet Conciliū Tri
dentinum oppoſitum videatur ſignificare, lo
quitur tamen de ſacerdote, & non de laico.
At licet ità poſsit tutè teneri, tamen hoc intel C
ligendum eſt dum ex craſſa ignorātia, vel ne
gligentia ſupina, talis peccati mortalis nō fue
rit oblitus: quia tunc cum talis ignorantia &
negligentia craſſa reddat confeſsionem inua-
lidam, obligatur ad iterum eodem anno con-
fitendum.

*De cōfeſſ. idon.* ¶Præterea de idoneitate confeſſorum ver
ba facturi, dicimus primò, ꝙ neceſſariò talis
*Dictū. 1.* debet eſſe ſacerdos: per ſacerdotalē enim cha
racterem accipit habitualem iuriſdictionem
ad abſoluendū: ſed nō accipit tunc actualem
*Nauar.* ſecundū Nauar. cap. 3. nu. 1. quouſq; ei trada
tur per eccleſiā, ꝙ facit eccleſia, dum inſtituit
confeſſarios ordinarios, vel ex cōmiſsione. D
*Sotus.* Veriſimiliuſq; eſt ſecundū Sotum, & Maio-
*Maior.* rem, ꝙ ſimplex ſacerdos in artic. mortis, vbi
deeſt legitimus alius confeſſor, ſi abſoluat, ꝙ
iuriſdictione tunc ſibi conceſſa ab eccleſia id
faciat, & non ex ſolo iure diuino.

¶Inſuper ſimplex ſacerdos, ideſt, non ex-
poſitus, iam per ordinariū epiſcopū iuxta cō
cil. Trident. etiam ſi ſit religioſus neceſſe eſt,
vt approbetur prius, ſi inquā, ſic nō ſit expo-
*Controuerſia.* ſitus, mortalia peccata, licet abſoluere non
poſsit, ſed de venialibus, an ea poſsit abſolue
*Nau. Can.* re, dubitatur, & concertatur inter doctores.
*Caietan.* Quia Nauarrus cap. 4. nu. 2. Canus in ſua re-
A lect. de pœnit: & Caiet. in ſum. verbo, abſolu-
tio, ſentiunt, ꝙ venialia, vel mortalia iam con *Cōtra Metin. & Sotum.*
feſſa & abſoluta quilibet ſacerdos ſimplex
nō expoſitus abſoluere poſsit, cōtra Metin.
Cōplutenſem in ſuo codice, de pœni. vtrūq;
negantē, & contra Sotum id negantē de pec-
catis mortalibus cōfeſsis: quia, inquit, iſta de
per ſe requirunt iuriſdictionē. At opinio præ *Sententia autoris.*
dicta Nauar. Cani, & Caieta. optimè teneri
poteſt: quanuis dicat Nauar. ꝙ teneri poteſt
non propter rationem Caietani, ſcilicet, quia
ad id non opus ſit iuriſdictione ordinaria, vel
delegata, ſed propter aliam rationem, quam
hac confutata, tradit Nauarrus capit. placuit.
B nume. 22. de pœniten.

¶Rurſus de religioſo ſacerdote prohibito *Quæſtio.*
à ſuo ſuperiore audire confeſsiones, etiam ſi
alias expoſitus erat, an validè poſsit eas audi-
re & abſoluere in dubiū verti poteſt. Ad hāc
quæſtionē Nauar. ait cap. 4. nu. 2. ſum. lati. ꝙ *Nauar.*
religioſus, cui ex ſtatuto ſuę religionis, vel ex
imperio ſui ſuperioris eſt negata facultas, nō
poteſt audire cōfeſsiones, etiam ſi pœnitens
ex priuilegio Papæ poſsit quemcunque etiā
regularem eligere. At vero Sotus in 4. vide- *Variant hîc Naua. & Sotus.*
tur contrariū tenere, ſcilicet, quantum ad reli
gioſos, quibus ex imperio ſui ſuperioris eſt
negata facultas. Sicq; diffiniens ait in 4. ſent.
C quia electio confeſſoris conceſſa à Papa lai-
cis, non cogit religioſos eos audire: ideo reli-
gioſus, qui inconſulto prælato eos audiret,
poſſet ab eo, tanquàm inobediens puniri, ni-
hilominus abſolutio teneret: quia per electio
nem, qua eligeretur in confeſſorem à laico iu
riſdictionem acquireret à Papa. Ita etiā Syl- *Sylueſt.*
ueſter, & Palude, contra Nauarrum inſinuan- *Palud.*
tem in hoc caſu confeſsionem non valere.

¶Sed tamen pro cōcordia Nauarri, & Soti *Pro cōcordia eorum.*
dicimus primo, ꝙ ſi loquamur de tempore
priſtino, vbi diplomata Cruciatæ, & Iubilei, *Dictū. 1.*
quæ tunc cōcedebantur abſolutè, & ſine limi
tatione concedebāt, ſimplices religioſos etiā
D poſſe eligi in confeſſores: tunc vera erat ſentē
tia Soti, & Paludani, & Sylueſtri, ſcilicet, ꝙ
talis confeſsio facta religioſo, cui negata erat
facultas à ſuperiore, erat valida: quia per ele-
ctionem iuriſdictionem acquiſiuit à Papa.

¶Secundo dico, ꝙ licet in caſu prædicto
probabilis habita fuerit ſententia Soti Sylue.
& Paluda. contra Can. ſed iam in his noſtris
temporibus, maximè à tempore Pij V. vbi di *Dictū. 2.*
plomata, & Iubilei, qui conceduntur, quia li-
matius loquuntur, dum ſolum faciunt copiā
eligendi expoſitos ſacerdotes religioſos, vel
ſeculares, non erit valida confeſsio ſi fiat reli
gioſis non expoſitis per ſuos ſuperiores, nec
per



per ſuos tantū ſuperiores expoſitos, niſi iux- A
ta normam Concil. Trid. Seſs. 23. cap. 15. fue
rint expoſiti, ſcilicet, approbationem ab Epi-
ſcopo accipiendo.

*Dictū. 3.* ¶Tertiò dicimus, quòd religioſi ſemel ex-
poſiti, ſi priuatione occulta ſunt à prelatis ſuis
priuati, vel de priuatione dubitatur, validè
abſoluunt eos, qui ſibi bona fide, id ignoran-
*Caietan.* tes confitentur. Ita Caiet. verbo, abſoluti: ita
*Syluest.* Syluest. confeſſor. 2. q. 15. ex quo videntur to
lerari in illo officio cōfeſſarij, quando eorum
priuatio non publicatur. Hac ratione infert
*Corol. Metinæ.* Metin. in ſua inſtruct. fol. 39. p. 2. quòd quia
ſecundum Palud. & Caiet. contra alios valent
confeſsiones factæ confeſſori excommunica- B
to non denūciato publicè, & nominatim, aut
non notorio percuſſori clerici, ideò religioſus
apoſtata ignoranter expoſitus ab epiſcopo
procurato: quia vidit illum in habitu clerica-
li, validè abſoluit illos, quibus præfectus fuit
in curatum, ſecundum verā ſententiam cōtra
*Corolla. 2.* alios. Hinc etiam ſecundo Metin. ibi infert, ꝙ
*Meti. pro ſcrup. tollen.* ordinatus ſacerdos ante 24. annos, qui re vera
eſt ſuſpenſus & irregularis, ſi cùm ſit ignoran-
ter ad confeſsiones expoſitus abſoluit, quos
audiuit in confeſsione, validæ ſunt tales abſo-
lutiones, ſuumq; ſortiuntur effectum: quia ſu
ſpenſio eorum occulta erat, imo etiam ſi pu-
blica eſſet: dum non eſſent nominatim, & pu- C
*Caietani regula.* blicè ſuſpenſi, quia ſecundum Caieta. verbo,
abſolutio, tenent geſta in foro pœnitentiali
per confeſſores irretitos, quibuſcunque eccle
ſiaſticis cēſuris, vbi ſub illa particula, quibuſ-
cunque cenſuris, etiam & ſuſpenſionem com
prehendit: quæ ſecundū ius canonicū eſt vna
de tribus cenſuris eccleſiæ, quæ ſunt excōmu
nicatio, interdictum, ſuſpenſio, valent, inquā,
geſta per tales cōfeſſores, niſi in duobus caſi-
bus fuerint excōmunicati, ſcilicet, propter no
toriā percuſsionē clerici, vel propter publicā
nominatim denuntiationem. Infert vero Ca-
*L. Barbarius.* iet. ibi ex. l. barbarius, ff. de offic. ꝙ hinc habe-
tur, ꝙ abſolutus à legitimo aliàs confeſſore ha
bente impedimentum occultum, quod ſi ſcire D
tur impediret abſolutionem, eſt verè abſolu-
tus, & coram Deo, & coram eccleſia.

*Breue Iulij.* ¶Nolo hic ſubticere breue Iulij III. Ste-
phano Vſuſmaris, generali magiſtro ordinis
prædicatorum fuiſſe conceſſum 17. Ian. anno
1555. vbi annullantur confeſsiones factę reli
gioſis noſtri prædicti ordinis, qui per licētias
vndecunq; impetratas abſq; conſenſu ſuorum
ſuperiorum, & eo durante, eas confeſsiones tā
ſæculariū, quàm regularium audierint, eoſq;
in caſibus eiſdem prælatis reſeruatis abſolue-
rint; niſi manu Papæ; vel conſenſu Cardinalis
A protectoris, vel vice protectoris ſignatæ fue-
rint tales licentiæ, quia alias nullius roboris
vel momenti eſſe denunciatur.

¶Porrò ſecundū Nauar. c. 4. nu. 2. religioſi *Cui religioſus poteſt confiteri.*
poſſunt poſt Concil. Trid. alijs confiteri, ſcili
cet, clericis ſæcularibus idoneis, ſicut antea po
terant virtute ſuarū bullarū: quia hoc non ab-
ſtulit eis Concil. Triden. Veruntamen fratres
prædicatores virtute ſuarū conſtitutionū id
prohibentiū, non poſſunt confiteri, niſi cū re-
ligioſis ſui ordinis: neq; etiam in via, niſi tunc
ſacerdotis religioſi ordinis ſui copia non habe
retur. Sed clerici ſeculares poſt Concil. Trid.
non poſſunt ſe inuicem audire, ſed cum expo
B ſitis ab ordinario confiteri tenentur.

Ad hæc aduerte cum Nauar. c. 4. nu. 2. ꝙ li- *Aduerte*
cet regularis non poſſet, niſi expoſitus & ap- *Nauar.*
probatus per epiſcopū, ſicut neq; reliqui ſa-
cerdotes laici ſeculariū cōfeſsiones audire: ſi *Expoſitio*
tamen parochiale beneficium obtinuerit, cen *neceſſaria.*
ſetur expoſitus pro ſecularibus; alias minime
iuxta Concil. Trid. non obſtantibus priuile-
gijs, & conſuetudinibus in contrarium. Imo ſi
talis regularis non obtinens parochiale bene
ficium non fuerit approbatus per epiſcopum
& examinatus; niſi epiſcopus velit iure exa-
minis renunciare, nō poteſt, neque etiā ſecula
riū ſacerdotū confeſsiones audire, neq; ad id
C idoneus reputari. Idemque dicendū eſt de ſa-
cerdotibus ſecularibus: quia ius antiquum
hoc dictabat de ſacerdotibus ſecularibus: li-
cet vſus receptus ante Concil. Trident. præ-
buiſſet iuriſdictionem clericis ſacerdotibus ſe
inuicem audiendi, ſed iam ſtandum eſt Con-
cil. Triden. imo & iuri antiquo, à quo non eſt
recedendum, niſi quatenus videtur expreſ- *C. de appel*
ſum per ius nouum. L. præcipimus. C. de app. *lat. & ca.*
& c. 2. de tranſlat. prælat. *de tranſla.*

## CAP. XXVII.

*De idoneitate confeſſoris, de examinatione
formæ verborum, quibus ſibi facultas abſol
D uendi conceditur, de his quæ pertinent ad
eius prudentiam: ibi numerantur multa de
eius peritia, & ſcientia. An non callentes
plenè linguam Indorū debeant eos audire?*

DIcturis hic nobis de confeſſo- *De idoneitate confeſſoris.*
ris idoneitate, hunc ordinem
placuit ſeruare. Primo, vt ido-
neus reputetur, ſcire illū opor-
tet ſuæ poteſtatis limites, ideſt,
quid poſsit, quid verò non poſsit abſoluere.
Vnde aduertat poteſtatē, quæ circa hoc ſibi
cōceditur à iure, vel à prelato ſuperiore, quia

 ſecun-

*Metin.* ſecũdũ Metin in ſua inſtruct. fol. 258. ſi prelatus ſuperior impertit licentiam ad abſoluendũ, virtute iſtius licentię nõ poteſt confeſſor diſpenſare, quòd ſi ſibi conceditur poſſe diſpenſare, virtute huius conceſsionis non poterit commutare. Atque ideo cũ peruenerit bulla continens huiuſmodi conceſsiones, inſpiciendus eſt eius tenor, & quę nam facultas ibi confeſſori impẽdatur circa pœnitentem. Similis quoque cautela adhibenda eſt in examinandis tenoribus in iubileis continentibus *De cõmutat.* gratias circa votorum, aut iuramentorũ materias. Quia ſi tenor eorum concedit commutationẽ votorum: virtute horum verborũ nõ poterunt cõmutari iuramenta à confeſſore, **B** *Nauarr. contra Sotum.* quia alterius ſunt rationis. Ita Nauar. licet Sotus dixerit, ꝙ cum præbetur licentia ad diſpenſandum, datur etiam ad commutandum, quod eſt minus, quam diſpenſare: quia qui cõcedit maius, concedit & minus. Sed in hoc interim cũ Nauarro, & Iuriſtis teneamus, quia cum hoc pertineat ad ius, afferunt pro ſe rationes magis iuridicas.

¶ Deinde circa intelligentiam limitis poteſtatis datæ, memoriæ *Nauar.* doctrinam Nauar. mandato, qui ſum. Hiſp. cap. 17. nu. 255. ait, ꝙ Epiſcopus per conceſsionem ſuorum caſuum non cenſetur concedere abſolutionem **C** excommunicationum ſibi reſeruatarum, neque per conceſsionem, qua concedit facultatem abſoluendi à ſuis caſibus, & cenſuris, non eſt viſus conceſsiſſe abſolutionem, vel diſpẽſationem votorum, vel irregularitatum, ſuper quibus ipſe poteſt: quia nõ ſunt caſus, neque cenſuræ reſeruatæ ſibi. Imo & ſum. latin. eod. cap. 27. nu. 255. affirmat Nauar. ꝙ epiſcopus concedẽdo alicui omnem ſuam facultatem, & omnem ſuam authoritatem ad audiendum confeſsiones, & ad abſoluendũ auditos, non videtur concedere caſus ſibi reſeruatos, iure communi, aut ſuo particulari, aut conſuetudine generali, vel ſpeciali. Probat argum. cap. fin. de offic. vic. lib. 6. *De offic. vic.* **D** Si tamen epiſcopus ſe concedere tali cõfeſſori omnes ſuos caſus diceret, tunc à peccatis ſibi reſeruatis poſſe abſoluere concedit, non tum à cenſuris illi reſeruatis, vt diximus: quia per caſus iuxta *Quid per caſus.* conſuetudinem, peccata reſeruata intelliguntur concedi. Conſuetudo autem loquendi attendenda eſt cap. ex literis, de ſpon. & l. *De ſponſ.* liberorũ. ſ. quod tamen Caſsius. ff. de lega. 3. *De leg. 3.* Similiter quando concedit ſuam facultatem non eſt viſus concedere caſus ſibi reſeruatos, niſi dixerit, & addiderit, excepto tali caſu reſeruato. cap. dominus. 32. quæſt. 7. *32. q. 7.*

¶ Sed hic habemus, vt apparet Metinam **A** in ſua inſtruct. contradicentem Nauarro, in *Metin. cõtra Naua.* eo quòd dixit per conceſsionem hanc ſub hoc tenore, do tibi omnẽ meã authoritatem ad abſoluendum, prælatus non videtur concedere facultatem abſoluendi à reſeruatis. Quia Metina in ſua inſtructio. fol. 258. pag. 2. ait, quòd ſi tantum prælatus impertit facultatẽ, *Nota pro relig.* vt religioſus abſoluat religioſum à trãſgreſſione voti paupertatis ſibi reſeruata, quia ſine licentia donauit pecunias, poterit eum abſoluere à tali tranſgreſsione: ſed non poteſt diſpenſare virtute huius licentiæ cum illo tranſgreſſore, vt donatio pecuniarum per illum ſine licentia facta maneat valida. At ſe- **B** cus eſt, inquit Metina, ſi prælatus concedens facultatem talem, dixiſſet confeſſori: Ego tibi impendo totam meam poteſtatem: quia in tali caſu confeſſor, & abſoluere, & diſpenſare poſſet, vt teneret donatio, & cætera omnia. Sed an hæc ſententia Metinæ ſit certa, *Sententia Metin.* ego non ſum certus: quia in generali conceſſione, non veniunt, quæ quis veriſimiliter in particulari non concederet. Et quid ſi illa donatio fuit prodiga, & immodica, nũquid tunc ſibi concedit, vt diſpenſet ſuper illa donatione, vt teneatur? Ideo malo tenere cum Nauar- *Sententia Nauar.* ro, quòd per conceſsionem totius authoritatis non conceduntur caſus reſeruati, niſi in fo- **C** ro conſcientiæ, & eo tantum caſu, quando appareret intentionem Epiſcopi, vel prælati fuiſſe, concedere reſeruatos ei caſus, cum omnem ſuam facultatem conceſsit, arg. cap. intelligentia. de verb. ſignific. *De verb. ſignific.*

¶ At verò in noſtro ſacro ordine ſancti Do- *Vſus noſtri ordinis.* minici, iam conſuetudo interpretatrix legis obtinuit, cum fit à prælato in præcipuis ſolennitatibus abſolutio coram pleno capitulo, & ſubiungit, Ego concedo totam meam authoritatem, quam ego habeo, vt poſsint abſoluere confeſſores expoſiti pro fratribus, de omni hucuſque facto, prout ego poſſum, ꝙ datur authoritas plena abſoluendi à caſibus **D** reſeruatis. Nam intentio prælatorum tunc eſt omne tollere obſtaculum, quo paratiores, & puriores accedant religioſi ad ſacroſancta myſteria Euchariſtiæ ſuſcipiẽda, & celebranda, atque ideò præmittunt excommunicationis abſolutionem conditionalem per verba, ſi tenemini, & ſubiungunt diſpenſationem ſuper irregularitatibus. Super qua forma concedendi abſolutionem caſum aduertit in 4. ſent. Sotus, ꝙ cum dupliciter poſsit *Aduertit Sotus.* fieri, vno modo, vt talis abſolutio fiat tali tempore, & non vlterius: tunc tranſacto iſto tem- 1 pore non poterunt abſolui fratres à reſeruatis: quia ad iterum abſoluendum peccata remiſſa,



2 ſecũdum Sotum requiritur iuriſdictio. Secundò ſolet fieri ſic cõceſsio, & melius ſub his verbis, Concedo facultatem abſoluendi hucuſque peccata commiſſa: quia in ſuperiori forma, qui non abſoluitur illa die non poteſt vlterius abſolui. At vero iam vſus inter- *Quid vſus hic.* pretatur, vt qui ſemel à reſeruatis abſolutus eſt, poſsit poſtea iterum ab eis abſolui. Nam intentioni reſeruantis per priorem abſolutionem fit ſatis. Hæc Sotus.

*Fra. Ioſephus.* ¶ Sed addit frater Ioſephus in ſuis floribus, quòd authoritas prælati abſolutè conceſſa intelligitur de peccatis etiam committendis, vſque ad terminum præfixum à prælato. Vt ſi dicat, Concedo omnem meam authoritatẽ, vſque ad mane, vſque ad ingreſſum miſſæ maioris. Et non ſolùm intelligitur de peccatis illucuſque, quo protulit verba conceſsionis, commiſsis: vt patet, inquit, in conceſsione bullæ, niſi aliud exprimat. Sed ego *Limitatur F. Ioſeph.* dico, quòd hæc aſſertio fratris Ioſephi verum habet cum hac limitatione, nempe, dummodo ex confidentia huius conceſsionis, poſtea interim à puncto conceſsionis vſq; ad miſſam maiorem non deliquerit dicens, Volo peccare, poſtquam conceſſa eſt licentia me abſol- *Cautela prælat.* uendi. Sed iam ne hac fraude ſe poſsint protegere ſubditi, prælati cautè ſolent exprimere in ſua conceſsione. Sic do meam authoritatẽ ad peccata hucuſque ad iſtud punctum commiſſa, inſinuantes non ſe dare facultatem ad poſtea, vſque ad miſſam maiorem committenda peccata abſoluenda.

¶ Præterea præcipuis virtutibus confeſſa- *Concil. Colonien.* rius ornatus eſſe debet, & talis qualis in Concilio Colonienſi depingitur, vt ſit vir integer, ſtudioſus, peritus, taciturnus: vt ſit inſtructus bonis conſiderationibus ad inſtruen- *De requiſ. ad cõfeſſ.* dum pœnitentem, quem Deus illi obtulerit inſtruendum, vt ſit compoſitus interiori, exterioríque modeſtia, & habitu, & egregia prudentia inſignitus ſit. Oportet, vt nouerit ordinaria peccata, eorumque applicare remedia, vt nouerit interrogare pœnitentem de his, quę veriſimiliter omittit confiteri, vel quia ignorat, vel quia pudore cohibetur. Ex *Corollar.* quo infertur, quòd ad prudentiam ſpectat confeſſoris (vt iam antea diximus) quando pœnitentes, qui ei confitentur ſunt docti, & de inhoneſta cogitatione confitentur, quòd non ſunt interrogandi, an de coniugata, ſoluta, vel virgine cogitarint: quia ſi id opus eſſet eis exprimere, illud ipſi non tacuiſſent. Et præſertim hoc intelligitur, quando talis eorum confeſsio eſt de peccatis venialibus.

*De prudẽt. confeſſor.* ¶ Ad prudentiam confeſſoris ſpectat ho- **A** neſtiori modo interrogare vxoratas, ſic dicendo. An vtantur bene matrimonio nõ ex- 1 plicando, vt aduertit Caietanus, an iſto mo- *Caietan.* do, vel illo in exercitio illius actus coniuga- 2 lis ſe habeant.

¶ Ad prudentiam quoque confeſſoris attinet tacere, & nihil interrogare quando vi- *Nota.* det pœnitentem ignorantia inculpabili ignorare aliquid eſſe peccatum mortale: quando ex admonitione non ſperatur emenda, vel quando, quia difficile eſt remedium, non ſequetur fructus, niſi multum inquietudinis & ſcandali. Vt, verbi gratia, cum bona fide, & inculpabiliter ignorat impedimentum ma- **B** trimonium ſuum dirimẽs. Secus autem eſſet, ſi pœnitens agitatus ſcrupulo, de tali caſu ſciſcitaretur confeſſorem: quia tunc quidquid damni ſequatur, confeſſor pœnitentem de tali veritate edocere tenetur.

¶ Ad prudẽtiam confeſſoris ſpectat in iniungendis pœnitentijs eum modum obſerua- 3 re, qui congruat, & qualitatibus, & peccatorum, & perſonarum conditionibus, & ſtatibus, eorumque facultatibus, & viribus. Et iuxta conſilium Diui Auguſtini, prudentia *D. Augu.* confeſſoris exigit, vt perditiſsimi, & magni peccatores in principio mitius, & blãdius tractentur quouſq; pertrahantur ad Deum, ex- *Nota.* **C** hortãdo illos ad frequentationem confeſsionis, & recitationem roſarij, conſiderationem mortis, iudicij, & malitiæ peccati: & ne poſt confeſsionem ante octo dies communicent, quo melius ſe præparent, & reuerentius, & mundiores accedant.

¶ Prudentis quoque confeſſoris officium 4 eſt, non cauterizare conſcientias pœnitentiũ infirmas, vel extinguere lignum fumigans eligendo opiniones rigidiores, & magis au- *Nota.* ſteras. Quia ſatis eſt, vt prædiximus, vt pœnitens licitè poſsit abſolui, quòd opinionem probabilem doctorum ſequatur.

¶ Præterea ad eius prudentiã attinet ſum- 5 **D** mam cautelam adhibere ſigillo confeſsionis ſeruãdo, vt nihil mutire audeat, per quod vel pœnitens, vel tertia perſona ibi detecta peccans prodatur: vel aliquid, per quod confeſſio fiat odioſa, vel minus amabilis, vel minus pretioſa. Item etiam ſecreta ſub illa cæremonia ſigilli confeſsionis, non admittere debet chartam, vbi continentur peccata ſcripta ad confitendum, ſtatim rumpi, aut igni tradi oportet.

¶ Commendandus quoque eſt hic zelus *Zelus bonus Metinæ.* bonus Metinæ, qui in ſua inſtructione folio 268. pagin. 1. ait, quòd ſi tàm imprudenter ſe geſſerit confeſſor circa pœnitentem, ꝙ in con-

confeſsione dixerit pœnitenti, vt ſibi reuelet complicem aliàs abiturum inabſolutum, eo, quòd non poſsit niſi reuelet abſoluere eum, tunc talis confeſſor denunciandus eſt neceſſariò: quia hæreſis, inquit Metina, eſt affirmare, quòd teneatur quis eam circunſtantiam confiteri, vnde infamia venit notanda talis perſona. At pœnitens iſte, cui ſic indictum eſt à primo confeſſore de reuelando complice, ſi accedat ad ſecundum confeſſorem, non eſt à ſecundo abſoluendus, donec denunciauerit Inquiſitoribus de primo, & afferat fidele teſtimonium de tali iam à ſe facta denunciatione. Ita Metin. Laudandus eſt zelus tanti viri.

*Animus fortis confeſſoris.*

¶ Inſuper vltimo confeſſorem robuſto, fortique animo, adamantinaque facie, cum opus eſt, & caſus expoſcit præditum, & munitum eſſe oportet, vt euellat & deſtruat & ædificet, & plantet.

*De ſcient. confeſſo.*

¶ Porro, quia confeſſor ſcientia & peritia pollere quoque debet, placet hic illam diſtinctionem Nauarri capit. quarto, numer. 2. amplecti, vbi de confeſſario diſtinguit ſic: Quia confeſſarius poteſt eſſe perfectus confeſſarius, aut tantum ſufficiens. *Diſtinct. Nauar.* Perfectus, inquit, confeſſarius ille eſt, qui ſolus poteſt diſcernere de omnibus, & hic tanta ſcientia præſtare debet, vt Theologiam ſacramentalem, & moralem, & vtriuſque iuris peritiam, conſtitutioneſque Synodales regionis, norit. Sufficiens autem confeſſarius ſcire debet peccata, quæ communiter perpetrant pœnitentes & circunſtantias neceſſariò confitendas, & caſus habentes annexam excommunicationem & reſtitutionem, & caſus reſeruatos. Et ſi audiat clericum, ſcire eum oportet irregularitates, vel ſatis eſt, quòd ſciat dubitare in his, quæ alij mediocriter eruditi probè intelligunt, vt poſsit, noueritque conſulere peritiores: & hæc ſufficiens ſcientia eſt ſatis. Ita *D. Thom.* Diuus Thomas in quarto ſentẽtiarum in expoſitione literæ: & ſatis eſt, hoc ſciat per vulgares libros. *Limitatur Nauar. Sotus. Canus.* Sed ego dico, ſatis eſt ſi intelligat eos legens ſcientiæ terminos, & ſignificationes eorum. Quia aliàs Sotus & Canus has vulgares ſummas ideò exoſas habent, quia aiunt eas mille cauſas præbere errandi etiam ſacerdotibus, & confeſſoribus imperitis ſcientiæ terminos non callentibus. *Experientia auctoris.* Quorum errorum ego ſum oculatus teſtis, quia memini eos deprehendiſſe in ſecularibus eos legentibus, & præ manibus habentibus: & ex locis illarum ſummarum malè intellectis, ſuam malitiam coram peritis confeſſoribus defenſantibus.

*Dum non conſtat de idon.*

¶ Adhæc, quia auditio confeſsionum periculoſa res eſt his, quibus non ſatis conſtat, an ad id muneris ſint idonei: ideò illa opinione, qui ſibi ſatis non fidentes ſunt, ſe ſoliti ſunt conſolari, quæ Diui Antonini dicitur eſſe. *D. Antoninus.* Vbi Diuus Antoninus aſsignat differentiam inter eum, qui iuſſus à prælato accedit ad audiendas confeſsiones, & inter eum, qui ſe ipſum ad id muneris ſpõtaneè offert. Quia inquit, non iuſſus, & ſe offerens ad confeſsiones, tenetur de omnibus ſibi à pœnitente propoſitis iudicare: ſed iuſſus à prælato audiens confeſsiones, ſatis eſt ſi prædicto modo ſciat dubitare. *Nauar.* Sed hanc differentiam Nauarrus ſum. lat. capit. 4. numer. 3. non inapparenter impugnat, dicens non eſſe iuridicã. Quia ſi hæc differentia eſſet vera, pauci ſeculares confeſſores, quia ſe offerunt ſaluarentur: & quia obedientia non liberat neſcientem euidenter, & neceſſaria ad confeſsiones audiendas: & quia in alijs officijs, ſcilicet, depoſitariorum tàm qui accipit mercedem, quàm qui ſe offert pro depoſito cuſtodiendo, vterque tantùm de culpa leui tenetur, non de leuiſsima. *Gloſſatur dictum cõmu.* Et quando dicitur, quod depoſitarij ſe offerentes tenentur de leuiſsima culpa, intelligitur dum præſumitur eos accipere depoſitum ſolùm propriæ vtilitatis intuitu. Quia qui ratione vtilitatis vtriuſque ſuſcipit depoſitum, aut init contractum, ſolùm tenetur de leui: ſed ſi ratione tantum vtilitatis deponentis depoſitarius ſuſcipiat depoſitum, ſolùm tenetur de dolo, & de lata culpa. Vnde quia confeſſor ſe offerens principaliter ſe offert intuitu pœnitentis, ideò non tenetur, niſi de lata, aut leui culpa non de leuiſsima: à qua lata culpa excuſabitur, ſcilicet, ſi caueat id, quod confeſſarij communiter ſolent cauere, & vitare. Et ita in toto orbe obſeruari videmus. *Explicatur magis.* At explicationis maioris cauſa, adijcimus, quòd confeſſarius, qui principalius ſe offert intuitu pœnitentis ad audiendum, ſolùm tenetur de lata culpa. Quòd ſi æquè principaliter ſe offerat intuitu vtilitatis vtriuſque ſuæ, & pœnitentis tenebitur de leui (vt credo) ſi quid damni ex tali audientia confeſsionis acciderit.

*De cõfeſſoribus villarum vel ciuitatum.*

¶ Deinde verum eſt non indigere tanta ſcientia confeſſarium, qui audit confeſsiones in villis ruſticorum, ſicut indiget, qui eas audit in ciuitate mediterranea, aut qui in maritima, vel in Indica. At verò qui audiunt confeſsiones vbi ſunt multi literati, quos poſſunt conſulere non tanta ſcientia indigẽt, ſicut qui audit confeſsiones vbi nullus eſt literatus, *Nauar.* ſecundum Nauar. ca. 4. nu. 4. quia ibi licet



licet nouerit dubitare, non tamen habet conſultores ad manum.

*Mortale eſt cõfeſſorẽ hæc ignorare.*

¶ Rurſus, quia nota communiter à cõfeſſoribus, ſaltem tenetur quilibet confeſſarius ſcire, ideò non excuſantur à mortali confeſſarij expoſiti, neque qui eos exponunt, ſi tales cõfeſſarij neſciant caſus, à quibus poſſunt, vel non poſſunt abſoluere, vel ſi neſciant differentiam excommunicationis maioris, & minoris, vel peccata mortalia communia, vel voluntatem deliberatam ad mortale eſſe peccatum mortale: vel ſi quamcunque ſuperbiam & inuidiam iudicat eſſe mortalem culpam: vel in dubijs contractibus neſcit dubitare ſecundum Nauarrum cap. 4, numero. 4. *Nauar.* Quia qui hæc ignorant confeſſarij, neque communiter nota à confeſſoribus nouere.

*Quæſtio.*

¶ Subinde, ſi aliqua ratio, vel caſus ſubſit excuſandi imperitos confeſſores, inquirendũ hic nobis eſt. *Excuſantur imper.* Igitur primò imperiti confeſſores excuſari videntur à culpa mortali, dum audiunt
1 peritos pœnitentes, eos de ſua ignorantia admonentes.
2 Secundò, cum audiunt pœnitentes regulariter tantum peccata venialia habentes.
3 Tertiò, cum audiunt in articulo mortis conſtitutum: neq; ſuppetit alius, qui tunc poſsit moriturum audire.
4 Quartò cũ audiunt Chriſtianos inter Saracenos captiuos, vbi non eſt copia peritioris confeſſoris.

*Quæſtio. Metina.*

¶ Porro ab hoc loco non abhorret & illa quæſtio, cuius meminit Metina in ſua inſtructione folio 279. pagin. 1. Vbi inquirit an Caſtellanus religioſus, verbi gratia in Salmanticenſi domo manens, qui plene Gallicam linguam non callet poſsit audire Gallicum linguæ Hiſpanicæ expertem, volentem cõfiteri lingua ſua Gallica, & eũ abſoluere, caſu, quo confeſſor ex eius confeſsione, non intelligit niſi vnum tantum aut alterum vel tertiũ peccatum. *Reſp. met.* Cui quæſtioni ibi Metina negatiuè reſpondet, ſcilicet, quòd non eſt audiendus, neque abſoluendus talis Gallus, niſi ſit in articulo mortis conſtitutus, vbi non inueniatur ſacerdos alius, qui eum plenè intelligat. Imò tenebitur tunc eum audire dum talis pœnitens oſtendit dolorem ſe habere de ſuis peccatis, & de ibi confeſsis. Sed extra iſtum articulum neceſsitatis non eſt audiendus: neque abſoluendus, ſed remittendus ad confeſſorem eum plene intelligentem. Quòd ſi non eſt præſens in prædicto conuentu, alibi quæratur. Idem ait Metina eſſe dicendum de ſacerdote, qui audit Indos in confeſsione, quorum non callet benè idioma: ſic, vt neque Indi Hiſpanum idioma callent, vt in eo poſsint ſe in confeſsione explicare. *In contra eſt.* Quia cum talis confeſſor periculo ſe exponat abſoluendi eum, quem neſcit an ſit benè diſpoſitus, neque intellecta habet peccata, quæ fecerit, eum audire temeritate non caret. *Obiectio.* Sed in contrarium eſt, quòd
1 muti & etiam ſurdi, qui in cõfeſsione nequeũt ſe ſatis explicare, per nutus & ſigna ſoliti ſunt confiteri, eo modo quo poſſunt, confeſſoribus ea ſigna, & nutus percipientibus: & tamen veriſimile eſt, quòd per illa ſigna, & nutus, non omnia eorum percipiuntur peccata, & circunſtantiæ neceſſariò explicandæ: & tamen nemo hos confeſſores eos audientes, & abſoluentes damnat.
2 Et quia neceſsitas caret lege.
3 Et quia ſatis eſſe videtur apud Deum, ſi faciat pœnitens quod in ſe eſt reuelando peccata, quorum aliqua intelliguntur à confeſſore, & aliqua non.
4 *Sotus.* Et quia ſecundum Sotum in 4. dum pœnitens habet plura peccata, & ſolùm aliqua ſunt, quæ periculum eſt confiteri prælato, qui facultatem concedere renuit confitendi alteri, nec ad ſuperiorem patet acceſſus, ſi nulla expectatur cõmoditas, ſalubrius eſt confiteri illa, in quibus non eſt periculum, & poteſt illa confiteri, celando alia ingerentia periculum. Nam nulla ratio vult, vt ob nequitiam ſacerdotis ſubditus ſuo defraudetur commodo: atque ideò poteſt illa confiteri, quæ ſine periculo poteſt: quandoquidem per ipſum non ſtat quo minus omnia confiterentur: præfertim cum accidere poſsit, quòd ex attrito fiat contritus ratione ſacramenti: & augeatur gratia. Sed ſi eſt commoditas differendi, quouſque ſit integra confeſsio, ſi id poteſt fieri commodè, ita faciendum eſt. *Caietan. Syluest.* Et ita Caietan. verbo, confeſsio ad 10. & Syluester confeſsio. 1. §. 18. Sed illa, quæ non confitetur, tenetur ſublato impedimento, habita opportunitate ſublato periculo, confiteri non reſeruãdo ad alium annum. Hæc Sotus ex cuius doctrina, quæ eſt etiam Syluestri, & Caieta. videor mihi elicere ſolutionem ad quæſtionem non tam rigidam ſicut tradit hic Metina. *Sententia autoris.* Dico ergo, & Indus, & talis Gallus poteſt audiri, & abſolui etiam extra articulum mortis à confeſſore ſemiperito in ſua lingua, qui aliqua peccata eorum intelligit, aliqua non dum non patet acceſſus facilis ad alium plenè peritum, in eorum lingua, neque expectatur commoditas alteri plenè callenti linguam eorum confitendi, & dummodo per verba, vel ſigna, vel nutus benè percipiat eius diſpoſitionem, nempe dolorem, & propoſitũ emendę de ſuis peccatis: & dummodo aliqua eorum, licet nõ omnia intelligat. *Probatur.* Quia tunc per ipſos non ſtat, quin ſit integra, & periculum, quod allegat Metina, ceſſat: quia vt ſupponimus, ſiue per ver-

per verba ſiue per nutus, vel ſigna intelligenda eſt à confeſſore eius diſpoſitio bona circa diſplicentiam peccatorũ, & cauẽdi de cætero propoſitum. Idem dicẽdum puto de Æthiopibus nuper ad Hiſpaniam adductis iam baptizatis, & in lingua noſtra Hiſpana ita balbutientibus, vt in confeſsione non plenè intelligantur omnia eorum peccata. *De Æthiopibus.*

¶ Neque iſti AEthiopes ignari doctrinæ, & myſteriorum fidei, ita rigidè ſunt arcendi, & abijciendi à confeſsione eo rigore, cuius meminit Metina in ſua inſtructione folio. 282. pagina. 2. quamuis de his ſpecialiter non loquatur. Vbi ſic ait, quòd ignarus doctrinæ non eſt abſoluendus: & in hoc obfirmandum eſſe animum confeſſoris, ait, ne pereat medicus pariter, & æger. Sed nimis rigoroſè loquitur ſine diſtinctione loquens. *Limitatur Metina.* Quia ſi iſti AEthiopes, quia mancipia ſunt ſuæ libertatis expertia non ſunt in culpa, eo quòd non didicerint articulos fidei: quia neque eos teneri addiſcere intellexerunt, neq; ſui heri eos de rudimentis fidei edoceri curauerunt: imo per quotidiana occupationum onera ab heris impoſita, vel propter diuagationem itinerum, vel manſionem continuam in agris, & villis non potuerunt habere ad eos potentem docere recurſum, tunc poſtquàm in culpa tanta non fuerunt, neque per eos ſtetit non didiciſſe doctrinam, & ſi alias deſperati abibunt, & ſine remedio & per multum temporis manebunt inconfeſsi: ſi hac ratione abijciantur, à confeſſoribus, non ſunt ſic explodendi: ſed potius iuxta Concilium Vuormacienſe vt ait Canus in Relectio. de pœnit. *Canus.* quia confeſſor, eſt paſtor, & doctor, & medicus, per modum hiſtoriæ diuinæ tamen, & certæ eos craſſa minerua in myſterio Trinitatis, & incarnationis, & in reliquis articulis fidei inſtituant. Et intelligant confeſſores id ſibi negotij dari, vt non modo pœnitentes audiant & abſoluant, verum etiam erroribus amotis inſtituant, neque rem perdifficilem, & tàm arduam id reputent, ſed mihi experto credant: *Experientia autoris.* qui in regionibus Indiarum multos ſic ignaros, & deſperatos, & ab aliquibus pigris confeſſoribus abiectos, tanquàm doctrinæ ignaros, paululum cum illis in confeſsione immoratus, ita edocui, vt iam ad myſteria articulorũ fidei, incarnationis, & Trinitatis interrogati bis, & ter & multoties rectè reſponderent: cum alias ad confeſsionem veluti muta animantia acceſsiſſent. Et puto (quod inſolentiæ non tribuat Dominus) plus obſequij Deo præſtitiſſe in vna hora, vel dimidia, quibus in exaudiendo eos immoratus ſum: quam ſi plures alias expertos iam & acutos pœnitentes audiuiſſem, & expediſſem. At ſimul hac diligentia adhibita admoneantur de obligatione qua tenentur ſciendi rudimenta fidei. Poſtquàm admonitionem & propoſitum eam implendi, ſi in culpa fuerint non diſcendo, & ſua culpa ignari doctrinæ ad confeſsionem iterum acceſſerint, locum habere poterit rigor Metinæ.

¶ Denique ad conſolationem ſubditorum, qui à ſuis ſuperioribus compelluntur fungi officio confeſſorum, dicimus cum Nauarro, *Pro ſcrupulis confeſ. ſubdit. Nauar.* quòd quãdo dubius eſt ſubditus de ſua ſufficientia ad confeſsiones audiendas, prælato ſuo id munus ſibi iniungenti obtemperare tenetur arg. cap. quid culpatur. 23. quæſt. & ita inſinuat D. Tho. 2. 2. q. 104. art. 5. *13. quæſt. D. Thom.* Saltem ſi nouit prælatum non ira, odio, amore, vel cupiditate permotum id muneris iniunxiſſe: ſed non tenetur parere, quando ei conſtat non eſſe idoneum ſecundum Nauarrum. cap. quarto. num. 6. *Nauar.*

# CAP. XXVIII.

*De interrogationibus in confeſsione præambulis, & quo ordine, & quo ſtylo. Et quid ſi puella reſponderit non examinaſſe conſcientiam, an ſit audienda. Et quid de eo qui antea non explicuit numerum?*

SEd iam ad interiora materiæ confeſsionis accedentes, de interrogationibus in confeſsionibus faciendis diſſeramus oportet. *Interrogationes præambulæ.* Igitur interrogandus eſt primò pœnitens de ſtatu, & conditione, & modo viuendi, niſi aliâs ſit notus confeſſori, & hoc vt nouerit ei remedia conſentanea applicare. 1 Secundo, interrogandus eſt quantum pertranſierit temporis, ex quo non fuerit confeſſus, 2 vt noſcat confeſſor an ſeruauerit pœnitens præceptum Eccleſiæ de confitendo ſemel in anno; & quia aliter ſe gerere habet cum confitentibus frequentius, quàm cum tantum de anno in annum ſemel confitentibus. Tertio, 3 rogitandus eſt, an in confeſsionibus præteritis cauſa pudoris, vel craſsi examinis omiſerit confiteri aliquod peccatum. Quod ſi dixerit ſic omiſiſſe, reiterandam illi eſſe confeſsionem de omnibus peccatis illic confeſsis indicat: *Confeſsio mutila ſic & ſic nulla.* quia valida non fuit; mittenduſque eſt ad faciendum omnium peccatorum in illa ficta confeſsione omiſſorum examen. Et hoc, niſi ſit in extremo mortis articulo conſtitutus: vbi periculum eſſet in mora examinandi conſcientiam. Quòd ſi inſtiterit pœnitens hic in hoc caſu, vt audiatur, & abſoluatur, quia ipſum pœnitet de tali fictione nõ eſt audiendus, neque abſoluendus, etiam ſi abiuit deſperatus nunquam rediturus ad confeſsionem. Ita Metina in ſua inſtructione folio. 279. pagina. 1: contra hominem quendam doctum dicentem, *Metina contra hominem doctum.* quia de duobus malis minus eſt eligendum, poſſe audiri, & abſolui in hoc caſu: ſed hoc, inquit Metina, eſt valde falſum.



*Sententia autoris.* ¶ At ego dico, quòd ſi contingeret talis caſus, vt puella nobilis, quæ per totum annum recluſa domi manet, & cuſtodita; veniretque comitata cum matre ſemel in anno ad eccleſiam ad confitendum, communionemque ſuſcipiendam, interrogataque à confeſſore, an examinarit conſcientiam, dixerit eam craſsè, & parum examinaſſe: quòd non damnarem confeſſorem eam audientem, & abſoluentem, caſu quo alias grauem notam infamiæ incurret, ſcandalumque graue oriretur, ſi viderent parentes eius, eamque comitantes inconfeſſam, & inabſolutam, & incommunicatam abire & quaſi deſperatam. Vnde aliquid ſiniſtri contra eam ſuſpicarentur. *Facit Adrian.* Quia & hoc nobilis autor Adrianus poſſe fieri affirmat. Et quia ratio ſuffragatur. *Ratio. 1. Sotus.* Tùm, quia ſi ratione vitandi ſcandali grauis ſecundùm Sotum non habenti copiam confeſſoris licet tempore præcepti communionis ſine præuia confeſsione communicare, quare pari ratione gratia vitandi ſcandali non licebit iſtam, & audire, & abſoluere, & communicare? *Ratio. 2.* Tum, quia etſi benè dixerit Metina, quòd regulariter loquendo examinatio conſcientiæ de domo ad Eccleſiam tantum non ſufficit: & licet benè quoque affirmauerit, quòd etiam rarò contingit inueniri confeſſorem adeo ſolertem, & expertum, qui poſsit ſupplere vicem examinis à pœnitente omiſsi, & qui hoc prætermiſſo interrogando nouerit omnia peccata pœnitẽtis eruere: tamen ſi interrogatio confeſſoris vicem examinis circa mercatorem, vel de anno in annum confitentem ſupplere non poſsit regulariter, ſed circa puellam hanc manentem toto anno domi recluſam, cui ſubtracta eſt materia vagandi, & multorum peccatorum, exteriorum intercisa eſt occaſio, ſat fortè erit, ad ſupplendum ſolers interrogatio confeſſoris. *Ratio. 3.* Tum quia, etſi tantum non ſuppleret, tamen ratione infamiæ & ſcandali grauis cauendi eã audire & abſoluere liceret.

*Nauar. Metin.* ¶ Præterea, licet ante confeſsionem vt benè probant Nauarrus, & Metina in ſua inſtructione non ſint interrogandi pœnitentes de præambulis interrogationibus, ſed an ſit pœnitens ſubditus confeſſori quoad id fori, vel via ordinaria, vel ex commiſsione confeſſor præſciat, oportet in cõfeſsione, vel antea: ſed tamẽ intra cõfeſsionem à principio, quaſi præambulis interrogationibus interrogandus eſt pœnitens, *Præambulæ interrogationes.* ſi eſt impeditus, vt non poſsit abſolui, puta ſi eſt excommunicatus aliqua
reſeruata excommunicatione: ſi eſt vſurarius; 1
ſi eſt perſeuerans occupator alieni ſeu ty- 2
rannus, ſeu concubinarius non potens tollere oc- 3
caſionem, aut abſtinere. Et hoc, vt optimè 4
ait Caietan. vt non poſsit pœnitens eum inquietare dicendo, quòd voluiſti audire, & ſcire facta mea omnia, & non vis me abſoluere. *Caiet.* Et ſimilem cautelam adhibendam eſſe ait, circa habentes curata incompatibilia abſque rationabili cauſa, confidentes in bullis ſcriptis.

¶ Interrogandi ſunt à principio an examinauerint conſcientiam: quòd ſi non fecerint, remittendi ſunt: vt hac examinatione ſufficienti ſe præueniant prius. *De exam. interrog.*

¶ Inſuper, licèt nullatenus ſit pœnitenti acquieſcendum, vt prius interrogetur, vt ipſe vult, & petit quàm ipſe prius ſua peccata, de eis ſe accuſando narrauerit coram confeſſore; *Proceſſus in confeſſ.* tamen poſteà iuxta Caietanum confeſſor tenetur interrogare pœnitentem in caſu, quo putat aut rationabiliter dubitat omitti aliquod neceſſariò confitendum, ſi non interroget. *Cai.* Quia tenetur iudex interrogare omnia ea, quæ noſcit eſſe neceſſaria ſcitu ad ferendam rectam ſententiam: alias ſuo officio abutitur. Et patet ad hoc teneri ex iure, extrauag. de pœnitentijs. cap. omnis vtriuſque ſexus: vbi dicitur de confeſſore vt diligenter ſit inquirens peccatoris, & peccati circunſtantias. *De pœnit.* Vbi autem ſacerdos bona fide non opus eſſe interrogatione videt, non peccat, vt in exemplo Soti, quando pœnitens eſt cordatus, neque multis implicatus, dicitque pro ſua facultate debitam feciſſe diligentiam, nec alicuius eſſe oblitum. *Exemplũ Soti.* Sed hoc exemplum Soti verum habet in viris timoratæ conſcientiæ: *Limitatur Sotus.* neque negligentibus in pertinentibus ad ſalutem, ſed in deprauatis hominibus parúmque curantibus de ſalute, & in ruſticis verum habet quod docet Canus Relectio. de pœnitentia, *Canus.* quòd interrogandi ſint etiam ſi dicant ſe feciſſe ſufficientem diligentiam, & nullius peccati eſſe oblitos. Interrogandi, inquam, ſunt de his, de quibus creditur, aut veriſimiliter dubitatur ea eos omittere.

¶ Porrò non incommodè, aut importunè hic ſibi vendicat locum dubitatio illa, quam *Quæſtio.*

magnam

*Metina.* magnam eſſe ait Metina in ſua inſtructione, fol. 286. pagina. 2. & fol. 287. pagi. 1. vbi eius meminit. Ea nempe eſt. Eſt pœnitens, qui accedens ad confeſsionem, & interrogatus eſt à confeſſore de numero peccatorum, quia ſolum ſe accuſabat dicendo aliquoties peieraui, aliquando fornicatus ſum, interdum ſum adulteratus: ſi reſponderit confeſſori, Pater ego ſic ſolitus fui confiteri; nec ſolitus ſum numerum explicare: & ſi aliquando explicui numerum, ſed non ſemper, quia neque de numero ſum interrogatus: an hic cogendus eſt ad confeſsiones retroactas reiterandas? Et videtur, quòd ſic, quia vrget ratio pro parte affirmatiua, quia multa peccata omiſit confiteri: ad quæ confitenda tenebatur, vnde integras confeſsiones non confecit ex culpa ſua, ac per conſequens nec validas eas effecit, ſed reiterandas.

*Dictũ. 1. Metin.* ¶ Igitur ad hanc quæſtionem placet nobis reſponſio Metinæ dicentis primo, quòd ſi talis pœnitens ex propoſito omiſit, illum certum numerum ſuorum peccatorum mortalium confiteri, planè obnoxius manet ad eas reiterandas. *Dictum eius. 2.* Secundo ait, quòd ſi talis pœnitens animo præparatus acceſsit, vt ſi interrogaretur de numero, explicuiſſet, certe non videntur confeſsiones anteactæ fuiſſe inualidæ. Sufficiet igitur tunc ſe accuſare de negligentia hac in illis habita, & explicaſſe numerum; quo ſic confeſſus eſt, item & vices, quibus illa peccata commiſit, cuius numerũ omiſit explicare. Hoc, inquit Metina, ſat erit: tametſi ſecurius remedium eſſet vnam generalem confeſsionem, de vita retroacta ſuper addere. *Limitatur Metin.* Et licet iſta reſolutio Metinæ placuerit, & mihi in parte placet: ſed non ſine grano ſalis, aut ſine hac limitatione ſeu diſtinctione à me adhibenda.

*Sententia autoris.* ¶ Diſtingo ergo; Si is pœnitens, qui ex propoſito numerum peccatorum ſuorum mortalium explicare non omiſit, quinimo ſi de tali numero fuiſſet à confeſſore interrogatus, illũ explicuiſſet. talis ſtatus, & conditionis ſit, ꝙ re vera craſſa, & veluti affectata ignorantia, & negligentia circa hunc caſum de neceſſario cõfitendo numerum talium peccatorum laboraſſe creditur, quia clericus erat, aut ſcholaſticus, aut homo viuacis ingenij erat, aut inter peritos conuerſatus, cogendus eſt ad tales confeſsiones vtpotè inualidas, ex craſſa ſupinaque negligentia, non integrè factas repetendas. Si autem talis pœnitens erat vulgaris & rudis, & de media plebe, qui citra craſſam ſupinamque ignorantiam, & negligentiam id potuit ignorare, in hoc prædicta diffinitio Metinæ integrè locum habet, vnde cum hoc faciendum eſt, vt ipſe Metina ait. *Metina.*

¶ Rurſus de materia interrogationum ſermonem exorſi, vt confeſſor rectè interroget, aduertat oportet, inter defectus, quos committit pœnitens inter confitendum primum eſſe iam prædictum, de non explicando certo numero: ſed ſolum dicere ſe multoties, vel infinities peccaſſe non explicando numerum: *Defectus communes confitentium.* 1 & ſecundùm defectum eſſe, quando non explicat ſpeciem eius, quod generaliter confitetur, ſed dicendo tantum ſe peccaſſe peccato luxuriæ, non exprimendo an tale peccatum fuerit adulterium vel fornicatio. 2 Ideoque ait Victoria, vt refertur in ſumma de Chaues, vulgares de prædictis non curare. *Victoria.* At quanto eorum circa hoc maior eſt incuria, tantò confeſſoris maior debet eſſe cura.

*De quibus pœnitẽtes interrogandi.* ¶ Deinde interrogaturus eſt confeſſor per præcepta Decalogi peccata ſuo ordine contra illa commiſſa & capitalia crimina, & omiſſiones circa quatuordecim articulos fidei, & circa ſeptem ſacramenta, & opera miſericordiæ, & circa cuſtodiam quinque ſenſuum, & alia huiuſmodi pertinentia ad ſtatum pœnitentis. Ità tamen, vt alia impertinentia ad ſtatum, & quæ non eſt veriſimile pœnitẽtem commiſiſſe non interroget.

*Cautela circa mulieres.* ¶ At cum mulieres audit, non eas directè facie contra faciem ſtando audiat, nec multum proximè aſtare permittat: ſed honeſtiori modo, & reuerentiori, nempè aliquantulum verſis earum vultibus ad ſacerdotis latus, & aliquantulum demiſsis, coopertiſque faciebus vt verecundiam, & pudorem etiam in illo loco teſtentur. Et poſt auditam earum cõfeſſionem, puellas quando viderit eſſe neceſſe, tanta cautela, & tam honeſtis verbis interroget: vt ſicut dixit Victoria, *Victoria.* ſi ad iſtam primam interrogationem, quæ primò fieri debet eis, ſcilicet, an aliquid inhoneſtè cogitauerint, reſponderint, non, non eſt vlterius procèdendum, ne forte ſcandalizentur, vel aduertentes ad ea: quæ antea non nouerant, peccare doceantur. Si autem dixerint, ſe inhoneſtas habuiſſe cogitationes, vlterius interrogandæ veniunt, an in illis immoratæ fuerint aduertenter. Quòd ſi dixerint, non, ſed eas ſtatim abieciſſe: tunc hic ſiſtat confeſſor, neque vlterius quærat. Quòd ſi in illis cogitationibus dimoratas eſſe reſponderint: rurſus interrogandæ ſunt, an conſenſerint voluntate in opus. Quòd ſi reſponderint, ſe illud opus cogitatum deſideraſſe, rurſus interrogentur an opere conſummauerint: ſemper tamen honeſto valde ſtylo, & ſacramento, &



to, & pudori puellari conuenienti. Sed, ſi aliqua puella accedat adoleſcentula quidem ætate, ſed grandæua malitia, quæ iam prius detexerit ſuam impudentiam, ab hac liberius interrogabit confeſſor circunſtantias neceſſarias; ſemper tamen honeſta vſus verborum forma.

*Cautela confeſſori.* ℂ Præterea, cum confeſſarius rationabiliter inductus interrogat de pollutione voluntaria, vel extraordinaria, vel de fornicatione; non diſquirat de modo: ſed ſatis eſt ſi pœnitens explicet numerum, & ſpecies citra deſcenſum ad aliquas turpes circunſtantias peccati. Quod quidem in parte videtur contra Metinam hoc, quod dicimus de mente eſſe Nauarri ſumma lati. cap. 5. nume. 4. *Nauarr. in parte contra Metinam.* Nam Metina in ſua inſtruct. fol. 287. pag. 2. ſic ait, quòd peccans, ſiue cum coniugata, ſiue ſoluta, ſufficit ſi explicet numerum cum ſpecie peccati: non enim eſt opus narraſſe modum, vel hiſtoriam rei geſtæ; niſi modus tam extraordinarius, & exorbitans fuiſſet, quòd præ ſe ferret nouam circunſtantiam, vel dehoneſtatem extraordinariã, quòd vel mutaret ſpeciẽ, vel notabiliter aggrauaret. Idemque dicit obſeruandum eſſe in cogitationibus moroſis, vel verbis, & tactibus. Sed quando non eſt adminiſtrata confeſſori rationabilis occaſio predictos modos extraordinarios inquirendi dicit, quòd ſummatim ſunt interrogandi pœnitentes de oſculis, & amplexibus, & alijs impudicis tactibus, dum non contingunt inter coniuges. Neque tutum eſt ſuper his multum replicare, interrogando; ſed neque coniuges ſunt interrogandi de tactibus inhoneſtis, niſi quando præſumitur de eis, quod ex eis, aliqua extraordinaria pollutio ſit ſecuta; vel ad ſciendum, ſi illi tactus fuerunt cum probabili pollutionis periculo.

*Cõiuges qualiter interrog.* ℂ At vero cum coniuges interrogati in communi, an honeſte vſi fuerint matrimonij ſancti officio, reſponderint in particulari, quòd non, imo quòd ſe commiſcuerint aliquando beſtiali modo; vel per ſupergreſſionem vxoris, tunc in copula, licet intra vas cubantis ſuper virum, acerrimè ſunt reprehendendi. Sed ſi rurſus, quia in iſto modo coeundi aliquæ fœminæ retinent ſemen propter fortem vim attractiuam matricis, & aliæ ſtatim non attrahentes expellunt propter frigiditatem matricis non attrahentis, aut quia ſunt laxioris vaſis: ſi interrogatæ dixerint in iſto modo concumbendi, quòd ſemen viri non bene receptum fuerit intra vas, ſed ſtatim extra effluxit, niſi ab iſtis modis abſtineant coniuges, tunc non ſunt abſoluendi, quia per tales commixtiones, vt potè extraordinarias tunc impeditur generatio, maximè ſi ſic non eſt ſecutus conceptus.



ℂ At nec ſunt abſoluendi, qui impotentes ad copulam contraxere matrimonium, & poſt cognitam euidenter ſuam ſtatim ad coitum impotentiam voluerunt manere, vt fratres: ſi poſtea, vt ait Sotus, in 4. impudicè ſe tangunt, aut nituntur ad fruſtraneam copulam, non ſunt abſoluendi; quia actus ſunt iſti fraudati à ſuo fine, & ſic non naturales.

## CAP. XXIX.

*De 7. circunſtantijs, & quænam earum neceſſariò ſint explicandæ in confeſsione. An circunſtantia ieiunij quadrageſimalis fracti, vbi concurrit vigilia ſit explicanda. An circunſtantia ſolum aggrauans notabiliter ſit in confeſsione declaranda.*

IAm ad illum locum eſt peruentum, vbi de circunſtantijs in confeſsione explicandis nobis occurrit agendum. Et quia ad confeſſoris munus ſpectat, eas omnes ſcire circunſtantias, quæ neceſſariò ſunt confitendæ, primo aduertendum eſt has circunſtantias, quę circunſtare poſſunt actum peccati ſepteno numero contineri. *Nota. 7. circunſtantias.* Prima eſt; quis eſt, qui peccat. Secunda, quantum peccat. Tertia, vbi, ideſt, in quo loco peccat. Quarta, quibus auxilijs peccauit. Quinta, quo fine peccauit. Sexta modo, quo peccauit, an vi ſurripiendo alienum, an ſecreto accipiendo. Septima eſt quo tempore. Inter circunſtantias circunſtantes peccatum rurſus eſt diſtinguendum: *Triplices circunſtantiæ.* nam inueniũtur in triplici genere. Quædam enim impertinentes ſunt, vtpote quæ nec aggrauant, neque minuunt peccatum, vt occidere hominem ante prandium, vel poſt prandium: quæ abſcindendæ ſunt à confeſſione.

ℂ Aliæ ſunt taliter pertinentes ad confeſſionem, & quæ taliter extenuant peccatum, quòd de mortali faciunt veniale: vel denudant actum ab omni malitia, ſicut occidere hominem cum moderamine inculpatæ tutelæ in ſui defenſionem: aut ſicut in extrema neceſsitate accepiſſe alienum, vel furatum fuiſſe tantum ouum. Quæ circunſtan-

tiæ neceſſario ſunt explicandæ in confeſſione: neque enim qui prædictis modis occidiſſet, aut accepiſſet alienum, fideliter confiteretur, ſi diceret tantum ſe occidiſſe, vel furatum fuiſſe, niſi iſtas alleuiantes circunſtantias explicuiſſet.

¶ Aliæ ſunt circunſtantiæ, quæ non deſtruunt ſpeciem mortalis faciendo actum venialem, qui de ſua ſpecie eſt mortalis; qualis eſt circunſtantia metus grauis, vel penuria grauis, qua fœmina pertracta eſt ad copulam illicitam carnalem: de qua circunſtantia ſupra diximus, an eſſet confitenda.

*Quæſtio. Quæ circunſtantiæ neceſſario confitendæ.*

¶ At, ſi quæratur in genere, quæ nam circunſtantiæ neceſſariò ſint confitendæ; in promptu eſt reſponſio, ſcilicet, quòd illæ ſunt tales, quæ illa opera, quorum ſunt circunſtantiæ, efficiunt mortalia: vel quando quæ ſunt mortalia vnius ſpeciei faciunt, vt ſint mortalia etiam alterius ſpeciei: vel quando id, quod eſt mortale ob vnam cauſam, faciunt vt ſit mortale propter aliam, ſiue mutent opera ipſa in aliam ſpeciem, ſiue ſecus. Vt fraudulenter lucrari à viro, qui ludit alienum, vbi eſt duplex cauſa malitiæ mortalis, & lucrari fraudulenter, & à perdente alienum. Item ſecundum communem opinionem, & generaliter ſecundùm D. Thomam illæ circunſtantiæ in confeſsione ſunt explicandæ, quæ ſpecialem repugnantiam ad rationem dicunt, vel ſecundum Scotum, quando diuerſis, ſpecialibuſque præceptis prohibentur. Ita Nauar. c. 6. num. 3. Tandem verum eſt ſecundùm D. Thomam, quòd non ſemper diſtincta præcepta variant ſpeciem actuum, vt patet; actus enim furti prohibetur iure naturali, & diuino poſitiuo, & iure humano; & non ideò variatur eius ſpecies.

*Sotus. Nauarrus. D. Thom.*

*Quæſtio.*

¶ An verò quando ieiunium eccleſiaſticum imperatur duobus præceptis: duplex ſit circunſtantia malitię neceſſario confitenda, non caret dubitatione. Verbi gratia, vigilia alicuius Apoſtoli coincidit cum ieiunio quadrageſimali, aut vigilia ſancti de præcepto ieiunanda coincidit cum aliquo dierum quatuor temporum, etiam de præcepto eccleſiæ ieiunando, an qui tunc violat ieiunium, ſat habeat explicare in confeſsione fregiſſe ieiunium eccleſiæ; an verò neceſſe habeat ſe explicare, dicendo fregi & ieiunium vigiliæ ſancti, & quadrageſimæ, quæ in vno coiere die?

*Quæſtio. Dictum. 1.*

¶ Pro hac diſſoluenda quæſtione aliqua notatu digna dicturus, dico primo, quòd ſi aliquid aliqua ratione ſit præceptum ab vno Papa, ſed quia minus benè ſeruatur eadem ratione, & cauſa & non ob aliam, rurſus ſub eodem præcepto mandatur à ſucceſſoribus Papis, non ideo qui id tranſgreditur, duplici circunſtantia malitiæ neceſſario explicanda in confeſsione peccat. Quia præcepta ſuccedentium Pontificum non ſunt, niſi confirmatio quædam præcepti primi à priore Pontifice indicti, ſicut Metina in ſua inſtructio. fol. 23. pag. 2. Pari ratione docet notatumque iri vult, ſcilicet, quòd non ideo, quia aliquis emiſerit pluries votũ caſtitatis, verbi gratia ſimplex, illudque votum fregerit, aſtrictus manet ad explicandum in confeſsione, quòd pluries illud votum vouerat: quia pluries idem emiſiſſe votum caſtitatis, non fuit nouam obligationem ſibi impoſuiſſe, ſed primam ratificaſſe. Sicut ſi aliquis chirographis pluribus ſe aſtringeret ad idem debitum perſoluendum; non ideô nouis titulis, & obligationibus, ad id ſe reddit obnoxium, ſed ſolam priorem obligationem confirmaſſe videtur, quia eiuſdem rationis ſunt. Sicut, verbi gratia, qui cum ſit irregularis, in irregularitate celebrat; non ideo incurrit nouam irregularitatem ſecundùm Canoniſtas, quando ſunt eiuſdem rationis, & quia alias eſſet proceſſus in infinitum. Bene tamen ſi in ſuſpenſione ab ordine, vel in excommunicatione maiori, vel interdicto celebraret, incurret irregularitatem antea non contractam.

*Metina.* *Exemplum de duplici voto caſtita.* *Ratio exemplaris.* *Exemplum.*

*Dictum. 2.*

¶ Secundò dico: Si quis voto ſe deuincit ad id, ad quod antea ex præcepto tenebatur, ſcilicet ad non fornicandum, ſi illud tranſgreſſus fuerit, vtramque circunſtantiam & voti, & fornicationis explicare tenetur, quia diuerſarum ſunt rationum.

*Dictum. 3.*

¶ Tertiò dico, quòd quando quis eſt tranſgreſſus ieiunium in vno die, in quo & ieiunium vigiliæ, & quatuor temporum coiere: iuxta Nauarrum ſumma lati. cap. 21. nume. 4. tenetur vtramque circunſtantiam in confeſsione explicare, tunc: quia diuerſi hic concurrunt tituli obligationum. Primus eſt, 1 vt ſanctius ſe præparent fideles ad feſtum ſancti, quod vergit in honorem ſancti. Secundus titulus eſt quatuor temporum 2 ieiuniorum, quia inſtituta ſunt vt fideles mundius & dignius fundant preces ad Dominum, vt Deus bonum ſpiritum ſuum infundat ſuper hos, qui in miniſtros eccleſiæ ſabbatho quatuor temporum initiandi ſunt ſacris. Item, quia iſtæ erant diſtinctæ obligationes præceptorum, diſtinctis diebus complendæ: ergo per hoc quòd coincidere in vno die, non deſinunt eſſe diſtinctæ obligationes: quia coiſſe in vno die fuit per accidens, & id quod eſt per accidens non mutat naturas rerum.

*Ratio.*





*Coroll. de feſtis.*

At verò etiam propter eaſdem rationes dicimus in tranſgreſsione feſtiui diei, vbi concurrere dies dominicus, & dies ſancti de præcepto ſeruandus, vtraque in confeſsione eſt circunſtantia explicanda: quia duæ concurrunt rationes obligationum, & hoc eſt probabilius, & de mente Nauar. quia id iuris eſt de omnibus de quibus militat eadem ratio. l. illud. §. ad leg. aqu. ff.

*Nauar.*

*Quæſtio.*

¶ Porrò quoniam hîc mentionem fecimus de circunſtantijs extenuantibus intra mortale tamen, vt cum mulier oppreſſa metu, vel graui fame conſenſit peccato carnali; vtrum iſtæ explicandæ ſint circunſtantiæ in confeſsione nobis quærendum eſſet, niſi iam ſupra id diſſoluiſſemus dubium. Vbi cum Metina diximus, vtranque opinionem eſſe probabilem; & affirmatiuam Soti; quia ſic explicando conſulitur magis honori confitentis, & magis ſeruatur veritas in confeſsione, quæ eſt etiam D. Bonauenturæ; & negatiuam Paludis: quia eam explicare in fauorem eſt pœnitentis, cui poteſt renunciare; & quia magis congruit humiliationi, & recognitioni peccati ſeruandæ in ſacramento. Et quamuis propter has rationes magis inclinauimus in negatiuam, quæ eſt Paludis, & Metinæ, ſed iam hic placet ſequi affirmatiuam partem, quam mutans ſententiam dicit ſe tenere Nauarrus. cap. 6. num. 6. Sed non vniuerſaliter affirmatiuam ſequor; niſi in caſu tantum, quo accedit limitatio Nauarri: ſcilicet, quòd tales circunſtantiæ exponendæ ſunt confeſſori, quando de eis rogat confeſſarius, vel quando alias ſi tacerentur, confeſſarius talis alicuius mali occaſionem apprehenderet.

*Metina. Sotus. D. Bonau. Palud.*

*Nauar. Limitatur affirmatiua*

*Quæſtio ardua. Nauar.*

¶ Præterea, iam Nauarrus exiſtimat poſt Concilium Tridentin. ſeſſ. 14. vbi decreuit circunſtantias mutantes ſpeciem eſſe neceſſariò confitendas, non eſſe controuertendum, an circunſtantia non mutans ſpeciem carenſque ſpeciali deformitate, etſi aggrauet notabiliter, ſit in confeſsione exprimenda: quia, inquit, non eſt exprimendi eam neceſsitas: quia hæc, inquit, eſt communior & probabilior, & cui magis fauere videtur Concilium Tridentinum. At Sotus, Victoria, Canus in relectione de pœnitentia, & Metina in ſua inſtructione, fol. 24. pag. 2. & Altiſiodorenſis in 4. in materia de cõfeſsio. cap. 3. Alexander Alenſ. 4. part. quæſt. 77. memb. 3. artic. 2. & Marſilius in. 4. ſentent. quæſtio. 12. articu. 1. tenent partem affirmatiuam, ſcilicet, quòd ſint neceſſariò tales circunſtantiæ explicandæ in confeſsione. Opinio negatiua Nauarri adducit pro rationibus, ſcilicet, quòd alias faceremus confeſsionem ſcrupuloſam, turbantem conſcientias, cum potius inſtituta ſit confeſsio à Chriſto ad tranquillandum animas. Quia alias turbarentur confeſsi cum recordati ſunt, quòd peierauerunt, aut ſolicitauerunt fœminam ſolutam, & non dixerunt tempus, quod in hoc conſumpſere, vel fecerunt hoc, vel illud quod augebat peccatum. Oportet eos, inquit Nauarrus, hac opinione ſedare; quia non ſuppetit alia fere via: cum paſsim peccata ratione loci, perſonæ, moræ, modi, præludiorum, vel conſequentium, fiant majora, vel minora notabiliter, ex quibus fiant pœnitentes ſcrupuloſi.

*Conc. Trid. Sotus, Victor. Canus. Metin. Altiſiod. Alexand. Marſil. tenent affirmat.*

*Rationes pro negatiua.*

*Thomiſtarũ ration. pro negat.*

¶ Fautores verò partis negatiuæ, cujus ſunt quaſi omnes Thomiſtæ, ni fallor his præcipuis rationibus partem ſuam muniũt, ſcilicet, quòd explicandæ ſunt tales circunſtantiæ in confeſsione. Tum, quia niſi explicarentur, non ſufficiens iudicium à confeſſore pro medela conſcientiæ ſumeretur. 1 Tum, quia interdum dimidia pars malitiæ confeſſori celaretur. 2 Tum, quia mutãtes ſpeciem ſunt explicandæ, quia in actu principali non intelliguntur à confeſſore: ſed furtum mille aureorum non intelligitur ſatis à confeſſore in confeſsione, qua tantum confitetur quis ſe mortaliter furatum fuiſſe: quia etiam tria ſcuta ſunt ſufficiens materia peccati mortalis, imo minor quantitas ad hoc ſufficiens reputatur. 3 Tum, quia ſecundùm Metinam loco citato habere rem cum ſorore, vel matre, vel matertera ad eandem ſpeciem inceſtus pertinere videtur, & tamen qui coiſſet cum ſorore, vel matre non ſufficienter explicaſſet malitiam ſui peccati, dicens: Peccaui cum conſanguinea, niſi explicaſſet gradum, ſcilicet, an cum matre, vel ſorore, vel conſobrina. 4 Tum, quia hac de cauſa circunſtantias mutantes ſpeciem confiteri tenemur: quatenus aggrauant peccatum, ſi enim non aggrauarent, aut malitiam notabilem non præ ſe ferrent: non diffiniret Concil. Tridentin. neceſſario eſſe confitendas. 5 Sicut, licet, ſecundùm Diuum Thomam diuinare per ſidera, ſiue per terram, ſiue per aquam ſpecie differunt, tamen non ſunt neceſſariò declarandæ in confeſſione, ſed ſatis eſt accuſare ſe fuiſſe culpabi-

*Metin.* *Conci. Trid. D. Thom.*

lem in diuinando: quia non præ ſe fert notabilem magis malitiam diuinatio per terram, quàm diuinatio per aquam. Ergo ſi pari ratione aggrauant, & notabilem malitiam, licet intra eandem ſpeciem, afferunt ſecum: hæ circunſtantiæ prædictæ neceſſario ſunt explicandæ. Neque obſtat diffinitio Concil. Tridentini diffinientis circunſtantias mutantes ſpecies eſſe neceſſario cõfitendas: quia vt in ſua inſtruct. vt antea quoque meminimus, bene ait Metin. fo.24. pag.1. reſpondendum eſt, hunc locum Concilij hunc continere ſenſum, ſcilicet, illas circunſtantias, quæ mutant ſpeciem ſemper regulariter eſſe confitendas, ſed non mutantes, non ſemper regulariter: niſi quando notabiliter aggrauarent.

*Metina explicat Concil. Trid.*

*Dictum. 1. auctoris pro concordia.* *Nauar.*

¶ Igitur ad quæſtionem nitar, ſi quomodo poſsim componere pacem reſpondendo. Primoque dico, quòd circunſtantia de numero peccatorum, (vt bene ait Nauarrus cap.6. num.2.) quia non tam eſt circunſtantia peccati, quàm multiplicatio peccatorum; ideo ſecundùm omnes, numerus explicandus eſt: neque propter exceſsiuum numerum peccatorum quantumuis grauium, geſtire debet confeſſor, vel ſtupefactum vel verſus cœlum intuentem ſe oſtendere. Si ergo explicandus eſt numerus ſecundum omnes prædicta ratione, fruſtra inſudat Sotus in.4. contendendo probare, quòd hac ratione circunſtantia intra eandem ſpeciem notabiliter aggrauans eſt explicanda in confeſſione. Quia ſi hanc non teneremur exprimere, inquit, neque numerum volitionum, quo quis eundem hominem voluit occidere, teneretur explicare.

*Aduertentia cõfeſſoris* *Sotus.*

*Dictum. 2.* *Circunſtãtiæ duplices.* *Nauar.*

¶ Secundò dico, quôd aliquæ ſunt circunſtantiæ intra eandem ſpeciem notabiliter aggrauantes, quæ non ſunt difficiles cognitu, & inueſtigatu; vt verbi gratia odium inimici, vel amor mulieris longo tempore continuatus, & tunc iſtæ circunſtantiæ in confeſsione ſunt explicandæ. Hoc, quaſi ipſa ratione ſtimulante videtur concedere Nauarrus. cap.6. nume.17. quamuis, quia nomine conſilij vtitur non clare dicit, dum ſic ait; quòd ſicut peccatum longo tempore continuatum eſt grauius, quàm ſi momẽtaneum fuiſſet: ſic etiam qui illud commiſerit meo conſilio plus de illo dolebit, & ſpacium tẽporis, quod in eo inſumpſit, in confeſsione explicabit. At vero explicandi gratia magis hanc noſtram ſecundam aſſertionem, vtentes exemplo Nauar. dicimus, quòd ſi aliquis amator ardens in fœminam primo viſam, diem integrum, vel noctem, aut partem eorum notabilem, puta duas, aut tres horas inſumpſit in muſicis cantilenis, quo mulierem alliceret, vel opportunitatem captando, qua ipſam alloqueretur, vel in alijs officijs adhoc ordinatis: tenetur iſtam continuationem in confeſsione declarare. Et idẽ dixerim de alijs circunſtantijs notabiliter aggrauantibus malitiam peccati; quarum cognitio non eſt difficilis, quia ſuapte natura ſunt bene perceptibiles etiam à vulgaribus, vt furari tria, vel.20. vel.40. Per hanc circunſtantiam notabiliter aggrauãtem intra eandem ſpeciem intelligo ſecundum Sotum illam, quæ ſic aggrauat, vt æſtimatio alia notabiliter ſumeretur confitentis, ſi illam explicaret, alias minimè eſt talis, quæ neceſſario ſit confitenda. Hoc noſtrum ſecundum dictum ſtabilitum ſatis manet per omnia argumenta pro parte affirmatiua breuiter ſupra poſita.

*Explicatur dictum.2.* *Nota exemplum.* *Sotus.*

*Dictum.3.*

¶ Tertiò dicimus, quòd ſunt aliquæ circunſtantiæ difficiles ex ſe æſtimatu, & quantum ad quantitatem earum grauitatis, veluti regulariter parum perceptibiles ad pũctum, cuiuſmodi ſunt circunſtantiæ intenſionis actus peccati, & hæ non ſunt regulariter cõfitendæ, ſiue quia, vt dicit Canus in ſua relectio. non addunt notabilem malitiam, vel fere intelliguntur à confeſſore per delicti quantitatem; vel iſta circunſtantia ſecũdum alios non poteſt recte cognoſci, & eſto innoteſceret non poteſt recte exprimi. Dixi regulariter, quia in caſu quo nimis aggrauarent, & poſſent cognoſci & exprimi neceſſario eſſent confitendæ iſtæ circunſtantiæ: vt ſi amor fœminæ eſſet tantus, quòd noceret ſaluti corporali, & vitæ ſic amantis notabiliter. Et idem dicendum eſt de circunſtantijs alijs parum perceptibilibus. Cuiuſmodi ſunt illæ circunſtantiæ appendices, quæ poſſunt habere, vel non habere euentus malos; vt quòd furans furando, in tali occaſione ſe poſuit, vt vel occideret dominum domus, vbi furabatur, vel ab eo occideretur. Idem de adulterante in hoc caſu, & de alijs ſimilibus: quia huiuſmodi circunſtantiæ, quando difficile eſt inueſtigatu, an moraliter ſint cauſæ talium euentuum, non oportet anxiari pœnitentem circa earum inueſtigationem, & confeſsionem, neque ſuper hoc ſcrupulizare, neque confeſſorem ſuper eis importune inquirendo pœnitentem vexare, niſi in caſu, quo ſine anxietate, & graui labore percipere poſſet pœnitens vel confeſſor eas notabiliter grauantes eſſe. Et in opinione, ſeu

*De circunſt. intenſ.* *Canus.*





ſententia noſtra hoc tertio dicto noſtro ſic expreſſa locum videtur tenere ſentent. D. Thom. in 4. diſtinct.16. quæſt.3. art.2. quæſt.5. & Bonau. diſtinct.17. quæſt. vltim. & Durand. diſtinct.16. quæſt.4. & Scot. diſtin.17. artic.2. & Nauar. cap.6. nume.7. & omnium tenentium partem negatiuam: quia iugum Domini ſuaue eſt, & onus ſacramentalis confeſsionis leue & quia rationes Nauar. ſi quid probant, non vniuerſaliter probant. Quia in circunſtantijs facilibus cognitu, de quibus in ſecundo noſtro dicto loquendo exprimendas eas eſſe diximus, rationes Nauarri non ſortiuntur locum: quia cum regulariter ſint benè perceptibiles, ſine difficultate in confeſsione, & ſine anxietate ſunt explicabiles. Econtra vero pro circunſtantijs tertij dicti, ſcilicet, difficilibus intellectu & explicatu, rationes Nauarri videntur militare, & quia non paſsim ratione modi, moræ, loci, præludiorum, vel conſequentium, augentur peccata notabiliter, tam imperceptibili notabilitate, vt non poſsit æſtimari à confeſſore per regulas prudentiales, & theologicas. Ideo vniuerſaliter non eſt vera negatiua opinio Nauarri, quamuis nobis cum concedit, & bene. cap.6. num.7. & 8. quod circunſtantia notabiliter aggrauans eſt confitenda: quando ſic auget peccatum, vt ratione huius ſit reſeruatum per ſynodales, quæ ſolent furta, & damna certæ quantitatis reſeruare, vel addere, quod reſtitutio, vel abſolutio fiat certo quodam modo, & quando talis circunſtantia habet annexam excommunicationem Papalem, vel epiſcopalem, & quando ex ſilentio talis circunſtantiæ ſi interrogetur à confeſſore, ſequitur periculum alicuius ſpiritualis incommodi: nam in his caſibus, inquit Nauarr. explicanda eſt. Sed nos dicimus, quòd circunſtantia notabilis in his caſibus, & in alijs, de quibus memini ſupra in noſtro ſecundo dicto, eſt in confeſsione exprimenda. At circunſtantiæ relatæ in tertio dicto non, niſi earum notitia ſine magna difficultate, & anxietate occurrat pœnitenti, aut confeſſori.

*Sic concordantur Doctores prædicti. & D. Tho. Bonauẽt. Duran. Scot. Nauar.* *Prou.*

*Nauarrus.*

*Circunſtantiæ aggrauantes.*

*De circunſt. quis.*

¶ Igitur vt apto ordine hic procedamus primo de prima circunſtantia inquiramus, quæ eſt quis, id eſt, quæ nam perſona ſit, quæ committit peccatum: nam hæc circunſtantia interdum mutat ſpeciem, ſecumque affert nouam deformitatem. Sicut ſi nupta mulier rem habuit cum alio à viro, adulterij ſpecies eſt. Si clericus in ſacris, vel religioſus, vel religioſa carnaliter peccaue-



runt ſacrilegium eſt, quia contra votum.

*Quæſtio. De fœmina cum religioſo.*

¶ Præterea huic affinis eſt, & illa queſtio. An mulier peccans cum ſacerdote religioſo ſatis ſit, ſi in confeſsione explicet ſe cum ſacerdote rem habuiſſe non nominando religioſum? Supra quam quæſtionem nos cum Cordub. de caſibus conſcientiæ. quæſtion.3. tenemus, & cum Nauarro in additionibus ad capit.9. ſuæ ſummæ. numero 11. & cum Caietano. 2.2. quæſtion. 186. articu.9. qui idem cum Corduba videtur ſentire, ſcilicet, quòd ſatis eſt in confeſsione expoſuiſſe cum ſacerdote, vel cum initiato ordine ſacro ſe concubuiſſe contra alios. Et quia licet Sotus, de iuſtitia & iure, libro.8. quæſtion.2. articul.5. in reſponſione ad.1. & in 4. diſtinctio.18. quæſtio.2. articu.4. concluſio.7. oppoſitum inſinuare videatur, cum ait eſſe diſtinctæ ſpeciei votum ſolenne religioſi vouentis caſtitatem, ab ſpecie voti ſacerdotis in ordine ſuſcepto illam vouentis, ſed benè reſpondet Corduba, quia de hoc non conſtat. Et eſto, ita eſſet, quia iſta diſtinctio non aggrauat notabiliter, ſicut neque diuinare per aſtra, vel terram, vt ait Caietan. ideò non eſt compellenda mulier; ad iſtam circunſtantiam, ſcilicet, an talis ſacerdos, vel diaconus, vel ſubdiaconus fuerit religioſus profeſſus, vel non, exprimendam, niſi ipſa velit.

*Cordub.* *Nauar.* *Caietan.* *Sotus.* *Corduba.* *Caietan.*

¶ Rurſus notandùm cum Metina in ſua inſtructio. fol.25. part.2. quôd licet circunſtantia perſonæ non mutet ſpeciem ſemper, tamen ſi aggrauat notabiliter, explicanda eſt. Vt ſi prætor, vel gubernator, cum ſit miniſter iuſtitię, mulieres ſibi vſurparet alienas, quòd intelligo publice, tenetur dicere hãc circunſtantiam, ſcilicet, quòd cum eſſet iudex id feciſſet, qui tenebatur ſimiles tyrannides in alijs arcere. Sed licet iſta circunſtantia perſonæ in prædictis caſibus veniat explicanda, tamen ſecundum Canum, quando iam eſt nota perſona confeſſori, eiuſque ſtatus, ſcilicet, quòd clericus ſit, vel coniugatus, non opus eſt eam explicare. Neque eſt eadem ratio de cæteris circunſtantijs neceſſario confitendis; quia etſi notæ fuerint confeſſori extra confeſsionem, in confeſsione tamen ſunt reuelandæ, quia alias nec confeſſori tanquam iudici innoteſcerent, nec accuſatio de eis coram ſacerdote pateret.

*Nota de circunſtant. perſonæ.* *Metina.* *Canus.*

*Quæſtio.*

¶ Ad hæc libet, & huic queſtioni eſſe factum ſatis, an ſponſus de futuro, & ſponſa talis, & cum eis carnaliter ſe commiſcentes, licet non committant perfectum adul-

terium teneantur iſtam circunſtantiam explicare. *Reſp.* Reſpondetur, quòd licet poſſet pro vtraque parte diſputari, crediderim magis duplici hac ratione teneri tales hanc circunſtantiam explicare. *Circunſtantia ſponſi.* Tùm, quia talia ſponſalia quædam inchoationes ſunt matrimonij; vnde licet non tam conſummatê contra matrimonium, tamen contra matrimonium futurum videtur militare, rem habuiſſe cum ſponſa de futuro alterius, vel ipſam habuiſſe cum alio. Tùm quia iniuriam grauem ſponſo videtur inferre, cum occaſionem illi præbeat, illam quaſi inuitus repudiandi, ne habeat ſuſpectam in vxorem, quam cognouerit malam in corpore. Et hoc ſub aliorum cenſura puto fore tutius.

*Quæſtio.* *De circunſtantia filij: aut famuli.*

℄ Subinde, quia de circunſtantia perſonæ, hîc agitur, ſcitu eſt opus an aliquis, eò quòd filius eſt, an famulus, quia detrahit patri, aut domino ſuo, vel complacet ſibi de malo illorum notabili, vel furantur ab eis furtum notabile, teneatur iſtam circunſtantiam explicare ſe accuſando, ſcilicet, quod patri aut domino hanc iniuriam intulerit. *Reſp. Cord.* Igitur abſoluturi difficultatem eam hîc reſponſionem amplectimur, quam Corduba in tractatu de caſibus cõſcientiæ quæſtione decima quarta breuiter tradit, ſcilicet, quod non ſemper tenentur iſti prædicti iſtam circunſtantiam, in confeſsione patefacere; ſed ſolum quando prædicta crimina in damnum notabile, vel iniuriam inſignem, & irreuerentiam grauem illorum machinarentur: quia tunc iſta circunſtantia eſt mortalis, & aliâs non, niſi tantum venialis contingit eſſe, etiam ſi coniuncta ſit cum furto, vel murmuratione mortali confitendis. Sicut neque omnis ingratitudo contra Deum, vel contra homines eſt mortalis ſecundum D. Thom. 2. 2. quæſtio. 12. &. 105. & Adrianum in. 4. de recidiuo in peccata, & Sylueſt. verbo ſacrilegus. q. 5. & ingratitudo. q. 2. *D. Thom. Adrian. Sylueſt.*

*Quæſtio.* *De religioſa confitente deſideriũ.* *Sotus.*

℄ Adhæc circa circunſtantiam perſonæ, in dubium reuocatur, vtrum mulier, quæ cum ſit in ſtatu virginis in populo conſtituta, vel eſt religioſa, ſi per deſiderium tantùm, vel conſenſum interiorem conſenſit in actum mortalem inhoneſtum, in confeſſione teneatur detegere, vtrum tunc virgo erat, vel non. Et ratio dubitandi eſt: quia ſi erat virgo grauioris malitiæ fuit eius interior conſenſus. At quidem Sotus pudori illarum videtur conſulere dum in hoc caſu ait, quòd ſi actus carnalis exterior interceſſit, tenetur ſe fuiſſe virginem exponere; ſed ſi ſolo actu interiori conſenſus, vel deſiderij deliquit ad id non tenetur. *Sententia actuoris. Metin. Nauar.* Nos tamen reſpondemus cum Metina in ſua inſtruct. fol. 22. pag. & cum Nauarro cap. 6. ſumm. lat. cap. 6. ſcilicet, quòd explicare tenetur etiam in caſu ſolius cõſenſus à ſe habiti, quòd erat virgo. Ita communiter dicitur, inquit Metina, falſuſque eſt Sotus, & ſuamet ratione, ſuæ opinionis falſitas conuincitur. Quia ſi quando interuenit actus exterior, tenetur ad ſuæ virginitatis circunſtantiam declarandam, quia ex ea, grauioris malitiæ fit peccatum, ergo illum actum exteriorem deſideraſſe, patet maioris grauitatis eſſe culpam, atque perinde tenebitur hic ad eandem manifeſtandam circunſtantiam. Quam doctrinam aduertendum eſſe ait Metina à confeſſoribus puellarum, & religioſarum. At verum videtur, quôd iuxta opinionem Paludis prædictam, ſi vera eſt, quando mulier in ſtatu virginis conſtituta confitetur conſenſum carnalem, aut interiorem actum deſiderij, non tenetur ad explicandam circunſtantiam vtrum eſſet virgo, vel non. Quia ſi virgo erat in tali ſtatu communiter reputabatur, quòd ſi iam virginitate carebat, talis circunſtantia non videtur explicatu neceſſaria; quia illam explicuiſſe, dicendo ſe non eſſe virginem nihil aliud eſt, quam ſuũ peccatum in parte excuſaſſé. At circunſtantiæ excuſantes peccatum à tanto, aliquo modo malitiam eius diminuunt; & ideô non ſunt neceſſario in confeſsione manifeſtandæ, & ita frater Ioſephus in ſuis floribus ait. Sed nihilominus tamen vltimô dico cum Metina, quod certius eſt, & tutius eſt, aſſerere, prædictam circunſtantiam declarandam eſſe, ſiue ſit actus interior, ſiue exterior, qui confeſsioni exponitur.

*Quæſtio. De circunſt. ſcandali.*

℄ Inſuper, quia circunſtantia ſcandali adhæret alicui actui interdum ratione ſtatus & conditionis perſonæ, & quia nunc de circunſtantia perſonæ cœptum eſt agi, dicimus cum Metina in ſua inſtructione. fol. 23. quòd ſi quis paterfamilias fregiſſet ieiunium eccleſiæ, vel aliud perpetraſſet peccatum, vnde ſubditi ſumerent occaſionem idem operandi, vel ſi quis fœminam ſolicitaſſet ad inhoneſtos tactus, ingerendo illi ſcandalum, eamque alliciendo ad peccatum; in his caſibus non ſat eſt in confeſsione dixiſſe, fregi ieiunium eccleſiæ, vel, habui rem cum fœmina ſoluta, vel coniugata: ſed vltra hoc explicanda eſt circunſtantia ſcandali; ſcilicet, quòd violando ieiunium *Metina. Dictum. 1.*

ſcanda-



ſcandalizauerit ſibi ſubditos, & familiares, & quôd fœminam talem tali affecerit ſcandalo. *Aduertant confeſſarij.* Vnde aduertendum eſt à confeſſoribus, quòd cum homines huiuſmodi carnales audiunt, eos rogent, an fœminas, quibus cum ſe commiſcuiſſe accuſant, imparatas ſolicitarint: quia hæc eſt alia malitia, quæ non ſemper intelligitur in confeſsione actus principalis, & eſt diſtincta malitia, ſcilicet, ſcandali. Quia multæ cum non ſint paratæ, imo obſiſtant à principio, inſiſtendo vlterius importunis precibus, præbetur eis tandem occaſio ruinæ, & ſcandali: quod non contingit in paratis, & nutibus iam ſe lapſas ſignificantibus. *Sotus. Caietanus.* Eiuſdem ſententię eſt Sotus, licet Caiet. videatur non tam plane aſſentire.

*Dictum. 2. De circunſt. ſcandali.*

℄ Secundo circa circunſtantiam ſcandali dicimus cum Nauarro. ſum. la. cap. 6. num. 19. quòd circunſtantia ſcandali explicanda eſt in confeſsione in his caſibus. Primò quando quis commiſit tale peccatum cum intentione trahendi alium ad illud. Explicandumque eſt quale peccatum. Secundò, ſi agit ex genere ſuo bonum, aut indifferens, quod tamen ſecundùm apparentiam quando ſpeciem mali præ ſe fert, dat occaſionem peccati mortalis; licet deſit danti animus prouocandi ad mortale; quia ſecundum Diuum Paulum ab omni ſpecie mali abſtinendum eſt.

*Dictum. 3.*

℄ Tertiò, adijcimus cum eodem Nauarro, quôd ſi quis peccet publicè, carens propoſito etiam ad malum prouocandi, ſpeciale peccatum eſt explicandum in confeſsione, quando committitur per talem perſonam, & in conſpectu talium perſonarum, quòd veriſimiliter id mali videntes, occaſionem accipient peccandi mortaliter; ita affirmatiuè Adrianus, Maior, & Syluester verbo, ſcandalum. quæſtio. 3. & quando Diuus Thomas. 2. 2. quæſtio. 43. artic. 3. videtur ſignificare contrarium intelligitur ſecundûm Nauarr. capit. 6. num. 19. quando non fit per talem perſonam, nec in conſpectu talium, quòd præbenda ſit eis occaſio ruendi in mortale: vel quia viri perfecti ſunt, atque ideo ſcandalum in eos non cadit, ſiue quia qui id mali fecerunt homunciones ſunt, ex quorum factis talibus non ſolent, ſpectantes moueri. *Adrian. D. Thom. Nauar.*



# CAP. XXX.

*De circunſtantia ſcandali, vel occaſionis, quam quis exhibet ad peccandum, quænam explicanda eſt, & quænam niſi tollatur abſolutionem impedit, proficua materia.*

*Quæſtio.*

NVnc verô de circunſtantia ſcandali, & occaſionis, quam quis alteri exhibet ad peccandum dicere cœpimus, vt autem abſolutius, & integrius materiam expeditam relinquamus: operæpretium erit & hîc eam quæſtionem proſequi, quam Cordub. quæſtio. 5. in tract. de caſibus conſcientiæ, & Nauarrus in additione ad cap. 14. num. 30. latê proſequuntur, ſcilicet, an omnis, qui alteri occaſionem præbet peccati mortalis, ſemper id faciat cum mortali circunſtantia neceſſariò confitenda. *Cordub. Nauarrus.*

*Dictum. 1.*

℄ Igitur ad quæſtionem ſuo ordine reſpondendo dicimus primò, quòd tunc tantum iſta circunſtantia occaſionis datæ eſt confitenda, & præcidenda neceſſario, quando qui eam præbet occaſionem, eam præbendo actiuè, mortaliter peccat. *Quando occaſio eſt mortalis.* Quod ſi quis rogitauerit, qualis ſit hæc occaſio, reſpondeo cum prędictis, quòd omnis & ſola illa, quæ præbetur cum culpa mortali, vel cum intentione principali vel minus principali inducendi alium ad culpam mortalem, vel ad id opem ei ferendo, vel ex contemptu ſpiritualis proximi formaliter, vel ſaltẽ interpretatiue datur. 1 Dicitur cum peccato mortali: quia ſcandalum actiuum mortale, neq; occaſio mortalis ſine hoc, quòd peccetur mortaliter non contingit: licet non omne peccatum mortale commiſſum coram alio, habeat annexam circunſtantiam neceſſario confitendam.

*Explicatur occaſio mortalis.*

℄ Dictum eſt, cum intentione, vt ſi quis erogat eleemoſynam mulieri, vel eam inuiſit, vel docet, vt eam pelliciat ad amorem carnalem. Dicitur tertio, vel opem ferendo, vt ſi fabricat idola, quibus vtantur idololatræ, vel reficit templa Mahometica. 3 Dictum eſt. 4. vel ex contemptu ſalutis proximi. Vt ſi quis ſine cauſa ſciens ſuum inimicum ex paſsione commouendum eſſe ad iram, vel odium mortale in oſtio ſe ponens conſpectui eius ſe repræſentat, Idem de fœmina; quæ ſine cauſa ſciens ſe ab tali fragili deamandam, vltro ei ſe conſpicabilem exhibet.

¶ Idem dicendum de illis: qui ſuis choreis, ſaltationibus, muſicalibus cantibus, hora audiendi miſſam de præcepto detinent eos, quos ſciunt miſſam non audiſſe, nihil curantes de culpa, quam detenti committunt mortalem, prætermittendo miſſam. Secus ſi dicerent eis: Videte vos, quid vobis expediat, & veſtræ conſcientiæ. Nam
5 nos hîc interim lætamur. ¶ Dictum eſt quintum, ex conſenſu formali vel interpretatiuo, vt quando aliquis facit ſic ex natura aliquid occaſionatum, quod plæroſque eorum, qui ſunt ſimiles ei, cui talis præbetur occaſio, ſolet commouere ad mortale, vel ſi faciat aliquid, quod ex ſua natura, vel circunſtantia, nõ eſt tale. Cæterum credens inde præ fragilitate, vel ignorantia aliquem commouendum ad mortale, non præcauet; vel quando inde peccaturum etiam ex malitia aduertens aliquem, negligit cauere talem occaſionem, cum nulla ſubſit cauſa talem re occaſionalem faciendi, neque ex re ſua ſit id facere, neque ex vtilitate alie-
6 na. (Dictum eſt aliud, id eſt, certam perſonam, quia non peccat qui ludos recreabiles, & ludicra, non ex ſe inhoneſta, vel laſciua excogitat, vel præparat recreationis gratia, etiam ſi crediderit, quòd aliquis, neſcit tamen qualis ille futurus ſit) talibus ludicris vtetur malè. Qua ratione non peccat mulier ſecundum Victoriam, quæ decentibus graditur veſtibus exculta, licet ex tali ornatu: aliquem de populo fore commouendum ad eius amorem credat, tamen id non prætendit, neque eſt conſcia alicuius in particulari. capit. Oſius de electione. *Victoria. De elect.*

*Coroll. 1.* ¶ Ex prædictis ſequitur primò quòd non peccat mulier honeſtè ſe ornans: quando ſic egreditur domum, etiam ſi ſe certo ſciat deamandam à talibus laſciuis viris, qui ex malitia ſua omnes mulieres, quas vident ſoliti ſunt concupiſcere, & ad id ſunt parati. Et ſic concordari poteſt Caietan. 2. 2. quæſtione. 43. & quæſtione. 169. articulo ſecundo. cum ſententia Syluestri, quam tenet verbo, ornatu. quæſt. 4. *Caietan. Syluest.*

*Coroll. 2.* ¶ Sequitur ſecundò: quòd non ſit occaſio mortalis, quando quis inuiſit, alloquitur, veneratur domicellam non finis mortalis gratia, ſed ſolùm, quo eius honeſto colloquio potiatur, & aſpectu eius pulchritudinis, & ornatus tantùm, abſque alia delectatione mortali, quando vtrinque ſana eſt intentio. Sed quia latet anguis in herba, ſummè cauendum eſt, nè talis amor vertatur in libidinoſum & carnalem.

*Coroll. 3.* ¶ Sequitur tertiò abſoluendum fore, qui abſque ſiniſtra intentione mutuando balliſtam præſtitit occaſionem homicidio. Quia mutuare balliſtam non eſt cauſa ex ſe talis occaſionis. Secus eſt ratione circunſtantiarum, vt ſi petens mutuatum gladium viſus eſt conflixiſſe cum alio, excandeſcenſque accederet ad mutuò petẽdum gladium. Quia tunc credere debuit mutuans, ad perpetrandum aliquid mali à ſe mutuo peti: quia iam in hoc caſu mutuando peccaret, cum tunc intercederet vel contemptus vitę proximi, vel conſenſus ſaltem interpretatiuus in eius necem. ¶ Idemque dicendum eſt prorſus de mutuantibus, vel vendentibus lanceas, gladios, arma, aleas, teſſeras, fucos pro mulieribus, aconîtum, & id genus alia, quorum bonus, & malus poteſt eſſe vſus. Idemque dicendum eſt de artificibus & opificibus eorum, quia mortale hîc abeſt.

*Coroll. 4.* ¶ Quarto ſequitur peccare mortaliter: qui inducit alism ad peierandum vel iniuriam alteri inferendum, vel aliquid ſimile; vel qui ſubmittit clam in conclaui religioſo adoleſcenti hoſpiti adoleſcentulam, quo eius experiatur caſtitatem, licet ſubmittenti deſit intentio, quod peccent mortaliter. Quia eſt occaſio ſua natura inducens ad mortale: quando fit ſine cauſa iuſtificante. *Occaſionem dans vel nõ ſubtrah.* ¶ Licet ab hac culpa excuſentur, qui pueris non ſubtrahunt occaſionem furandi, quatenus comprehenſi in ferto corrigantur, puniantur, vt reſipiſcant. Quia aliud eſt permittere occaſiones peccandi & aliud laceſſere, & inducere ad peccatum, ſecũdum Caiet. 2. 2. quæſt. 78. art. 4. & Nauar. in ſum. cap. 4. numero. 20. *Caietan. Nauar.*

*Coroll. 5.* ¶ Quinto ſequitur, quòd non præbet occaſionem mortalem, qui petit à parato rem, quam poteſt ſine peccato præſtare, vt petere ab vſurario parato mutuare ſub vſuris, vt mutuet, & ab infideli parato per falſos Deos iurare, petere vt iuramento confirmet contractum. Ita Caietan. vbi ſupra. Sotus de iuſtitia lib. 6. quæſtio. 2. articu. 5. & facit caput mouet. 22. quæſt. 1. *Caietan. Sotus. 22. q. 1.* Secus ſi peteret quis ab aliquo rem, quam ſine peccato præſtare non poteſt ſecundum Diuum Thom. 2. 2. quæſtio. 78. artic. 4. & cap. mouet. *D. Thom.* Prædicta autem aſſertio, ſcilicet, quod licet petere à parato ad malum, rem, quam poteſt efficere ſine peccato, intelligitur eſſe vera cum his limitationibus: quando petitur ſine contemptu ſalutis proximi, ex cauſa rationabili, *Intellig. dicti commu. Limitatio.*



ſine præſtita ope ad eius peccatum, & ſine conſenſu in illud; & dum paratus, à quo petitur, ſit paratus ad id malum ex malitia, & non ex ſola ignorantia, vel ex fragilitate. Cum his autem modificationibus intelliguntur bene Caietan. & Sotus, & rediguntur ad concordiam.

*Corrol. 6. D. Thom. Syluest.* ¶ Sexto ſequitur ſecundum D. Thom. in 4. diſt. 24. q. 1. art. 5. ad. 3. & ſecundum Syluest. verbo clericus. 8. q. 1. & communẽ, peccare mortaliter, qui credens ſacerdotem implicitum culpa mortali, à qua non reſipiſcet, etiam ſi miſſam ſit celebraturus, ſi eum inducit ad celebrandum. *Intelligentia Coroll.* Quæ quidem ſententia intelligẽda venit de ſacerdote excommunicatione, vel ſuſpenſione notoria præciſo ab eccleſia, vel qui non eſt paratus, vel nec obligatione aſtrictus ad talem miſſam dicendam: vel ſi talis eſt, quòd per ignorantiam, vel fragilitatem peccat, & non ex malitia, vel de eo qui inducitur mortali fine, vel ex conſenſu in eius peccatum, vel cum contemptu ſalutis eius animæ, & non aliter. Vnde credibile ſit raro peccare rogantes ſacerdotes pro miſſa dicenda, vel ſacramentis ſibi adminiſtrandis.

*Coroll. 7.* ¶ Septimo ſequitur quod abeſt à mortali illa occaſio multum in vſu recepta: qua quis reponit in depoſito ſuam pecuniã apud cambiatorem vel telonearium, vſurarium; qui ſe exercent in cambijs vſurarijs, quando eis alia pecunia ſuppetit ad exercendas vſuras iuxta D. Thom. 2. 2. quæſtio. 78. articulo. 4. *D. Thom.* bene tamen eſſet occaſio mortalis, ſi talis cambiator careret alia pecunia, ad vſurariè cambiandum, quia tunc coadiuuare videtur illum ad malum, pecunias illi ſubminiſtrando iuxta mentem D. Thomæ, & Soti vbi ſupra, licet Caietan. aliter mentem D. Thom. ſit interpretatus. *Caiet.*

*Corol. 8.* ¶ Octauo ſequitur, quòd non eſt occaſio mortalis: quam vaſſallus præbet tyranno dominij vſurpatori, vel præoccupatori iuriſdictionis ſtatus ſi ab eo poſtulet iuſtitiam vel mercedem honeſtam. Quia ſolum inducit paratum ex malitia ad minus malum, vt poſtquam peccat præoccupando dominiũ, non peccet ſubtrahendo iuſtitiam, vel munera, vel ſtipendia debita, ita Caieta. in ſum. titulo, tyrannus. *Caieta.*

*Coroll. 9.* ¶ Nono ſequitur, non præſtare mortalem occaſionem eos artifices, qui vtuntur officijs & mechanicis artibus, quorum vſus poteſt eſſe bonus, vel malus, licet plures ſint: qui illis vtuntur venialiter. Quia veniale non expellit gratiam, talia ſunt torquium armillarum, capitum mulierũ, pretioſorũ ornamentorũ. Idem dicendum eſt de exercentibus ſe in officijs, & artibus, quæ ſua natura vtilitatem præſe ferunt, quorum vſus poteſt eſſe bonus, vel malus, licet maior pars gentium eis vtatur: mortaliter ſecundum D. Thom. 2. 2. quæſtio. 169. art. 2. & Caietan. ibi. pro hoc facit caput negotium diſtinct. 5. & ibidem ipſe Nauarrus. *De vſu officij. D. Thom. Diſt. 5. Nauar.* Quia vna ars, vel res vtilis nõ eſt mala, quia plerique hominum mortaliter abutantur ea, ſicut lex naturalis & diuina, licet ea abutantur infideles, & idololatræ, & mali Chriſtiani, non eſt mala.

*Coroll. 10.* ¶ Sequitur vltimò nequaquam eſſe occaſionem mortalem, quam offert qui ad bonum finem, aut recreationis gratia permittit, vel cum debita moderatione inſtaurat cœtus, congregationes, vel conuenticula feſtiualia, ſcilicet, nundinas, nuptias, conuiuia, nouas miſſas, præludia bellorum, choreas, ſaltationes, & alia lætitiæ ſigna: quia opera hæc ex ſua natura ſunt talia: vt eis bene vti, & abuti poſsint homines. Et licet plures ſibi hinc peccandi mortaliter occaſionem aſciſcant, alij tamen non abutuntur, neque ſi abutuntur talibus, eorum abuſus tranſcendit culpam venialem. Hæc omnia, quorum pleraque ex Corduba & Nauarro ſunt decerpta, notatu valde ſunt digna; quippe quæ ad multos decidendos deſeruiunt caſus. Et vix alibi quæſtio hæc exactius, vel accuratius inuenietur ſuis omnibus numeris abſoluta apud alios authores, vt inquit Corduba. *Corduba. Nauar.*

*De circunſtant. voti.* ¶ Item etiam ex parte perſonæ grauantis ſe aliqua obligatione voti, vel iuramenti, quod facit, circunſtantia hæc in confeſſione venit patefacienda. Vt ſiquis cum emiſerit votum caſtitatis, cum alia perſona carnalem habuerit acceſſum, declaraturus eſt ſe votum caſtitatis emiſiſſe. Quia hæc circunſtantia, ſcilicet, fregiſſe votum contra virtutem religionis eſt.

# CAP. XXXI.

*Quid de interruptionibus actuum interiorum, & exteriorum: & quando in confeſsione ſunt pandendæ.*

*Dictum 1.* QVoniam materia hæc de circunſtantijs in confeſsione explicandis ità lata eſt, vt vno capite conſtringi non poſsit; ideò hîc ſeorſum eam proſequentes, dicimus ſecundam

circunſtantiam pertinere ad quantitatem continuam, vel diſcretam. Ad circunſtantiam quantitatis pertinet explicaſſe in confeſsione quantitatem furti: neque enim ſufficit expreſsiſſe furatum fuiſſe, niſi expreſſerit furti quantitatem, ſcilicet, pecuniarum vel rerum. At quanuis in rigore loquendo cum Nauarro prædixerimus circunſtantiam numeri non tàm eſſe circunſtantiam, quàm reiterationem actus peccati: tamen de tali circunſtantia dicimus ad eam pertinere, ſeu reduci numerum, id eſt, vices commiſſi peccati manifeſtare. Neque enim ſufficit confeſſori dixiſſe, furatus ſum, neque multoties furatus ſum, ſed oportet explicare, quoties & quantum furatus eſt pœnitens.

*Dictum. 2.*

℄ Secundò dicimus, quòd ſi de numero tam ad punctum non fuerit recordatus ſatis eſt ſecundum omnes ſe dicere commiſiſſe tale peccatum tot vicibus, puta. 10. vicibus, paulo plus vel minus.

*Dubium.*

℄ Sed ſtatim conſurgit dubium, quid ſi is, qui ſub hac forma confeſſus eſt, ſcilicet, paulo plus, vel minus, quia certum numerum certo non poterat attingere: poſtea ad memoriam eius venit, quòd vbi confeſſus eſt ſe decem vicibus fornicatum fuiſſe paulo plus, vel minus, dicturus erat duodecim. Quia re vera duodecim fuiſſe iam recordatur, an reiterare teneatur.

*Reſpon. Sotus.*

Reſpondemus ergo ad hoc cum Soto in. 4. quòd re vera, ſi quia incertus erat ad punctum de numero: bona fide, quia ſic viſus ſibi eſt veritatem edicere, ſi confeſſus eſt, fornicatus ſum. 10. vicibus paulo plus, vel minus, ſi poſtea ad mentem ei venit pro certo fuiſſe. 12. vices, non oportet,

*De illa partic. paulo plus vel minus.*

de reiterando hoc in alia confeſsione eſſe ſolicitum quia ſub illo paulo plus vel minus, intellexit confeſſor potuiſſe eſſe duas vices etiam vltra. 10. Secus ſi cum in hoc caſu ſic confeſſus de decem paulo plus, vel minus, poſtea deprehendit fuiſſe vices quindecim, aut. 20. Quia iſte numerus cum ſit notabiliter addens ſupra. 10. non videtur comprehenſus in confeſsione ſub. 10 paulo plus, vel minus.

*Quæſt:*

℄ Si adhuc contendat aliquis percontari, vtrum quis poſsit pro maiori ſecuritate conſcientiæ, vbi incertus eſt de numero certo, addere, & explicare, in confeſsione plures vices, quàm forte ſunt: verbi gratia, ſi quis confeſſurus ſecum iſtam rationem ineat, forte non ſum fornicatus niſi 70. vicibus, volo tamen ad ſecuritatem quia incertus ſum, explicare in confeſsione fuiſſe vices. 80. huic reſpondet Sotus in. 4. quòd,

*Reſp. Sotus.*

quia confeſsio debet eſſe fidelis; non licet ſic confiteri quod incertum eſt, pro certo.

*Dictum. 1.*

Sed quod certum eſt confiteatur pro certo, & quod dubium eſt pro dubio: ita vt talem ſe gerat ore explicando peccata in confeſsione, qualem ſe gerit corde.

*Dictum. 2.*

Secundo dico, quòd ſi ſic confeſſus eſt bona fide putans in dubio numero, ſuperaddere ad illum eſſe ſecurius: ſicut aliqui pœnitentes cum primũ ſuo arbitrio dixerint ſe fornicatos verbi gratia. 50. vicibus paulo plus, vel minus, ſtatim quaſi parum ſecuri de numero explicato: quia forte erunt notabiliter plures vices, quaſi ſe corrigentes dicunt, ego volo confiteri, & de facto confiteor eas vices pro. 60. aut. 70. quia malo me in confeſsione grauare: quàm coram Deo, qui nouit deficere in numero: iſte talis ad reiterandam confeſsionem, & illum numerum (niſi fallor) non eſt cogendus, quia neque mala fide fecit, neque animo confeſſorem decipiendi, & quia in numero auctiori à ſe addito creditur totum numerum ſuarum fornicationum fuiſſe comprehenſum. Quia ſi fuerunt pauciores vices, in numero maiori confeſſo, incluſus eſt iſte numerus minor, qui ſibi veriſimilior videbatur.

*Quid de ſe in plus accuſantibus.*

*Quæſt.*

℄ Adhuc de numero inquirere libet, an qui pluries, & cũ pluribus mulieribus eſt fornicatus neceſſe habeat confiteri numerũ mulierum, ſicut & numerũ fornicationum ipſum explicare neceſſe eſt.

*Reſpond. Metina.*

Ad hoc in promptu eſt reſponſio Metinæ, cui ſubſcribimus in hoc, qui in ſua inſtructione folio. 288. pagin. 1. docet ſatis eſt numerum & ſpeciem declaraſſe, & vices: quibus imparatas ſolicitauit explicando ſpeciem.

*Pro breuitate confeſsionis.*

Neque enim opus eſt immorari in narrando numerum perſonarum, quibus cum commiſit peccatum. Satis eſt enim dixiſſe: Accuſo me toties habuiſſe rem cum fœminis vxoratis, & toties cum ſolutis, & idem de conſenſibus. Et quanuis pœnitens replicuerit, ſuam conſcientiam non quietari, niſi ſuo aſſueto modo numerum mulierum permittatur narrare: non eſt in hoc acquieſcendum ei, ſed dicendum eſt ei, ſatis eſſe ſic confiteri Chriſtiane, prout ſapientes docent, neque pœnitentem venire opus eſſe ad recenſendas impertinentes hiſtorias. niſi tantum ad confitenda peccata, & ad de eis à Deo veniam poſtulandam.

*Nota.*

Etiam diximus explicata ſpecies, & numero non oportet inquirere de modo, niſi taliter ſit



ſit extraordinarius, & exorbitans, quòd notabiliter aggrauet.

*Quæſtio. Quid ſi numerus eſt incertus.*

¶ Deinde ſi inſtet aliquis, ſciſcitando in hoc caſu de numero explicando: quid fiet caſu, quando pœnitens, de numero peccatorum certo paulo plus vel minus, etiam facta ſolerti indagatione ſuper hoc, non recordatur.

*Dictum. 1.*

Ad hoc dicimus primo, quòd plana eſt, & communis ſententia doctorum dicentium in hoc caſu ſufficere explicaſſe tempus: quo fuit in tali peccato, & conſuetudinem peccandi, quam tenuit.

*Metina. Canus. Sotus. Nauar.*

Hæc eſt Metinæ in ſua inſtructione fol. 25. &. 26. eſt Cani in ſua Relectione de pœnitent. eſt Soti quamuis limitet illam, eſt Nauarri in ſum. lati. cap. 6. nume. 15. vbi ait, quòd meretrix publica omnibus perſonis cuiuſuis conditionis admittendis parata, ſatis eſt ſi exprimat in confeſsione tempus, in quo in illo ſtatu fuit, vt patet ex capi. conſideret: vbi ponderantur illa verba, ſcilicet, quantum, pœnitens in peccato perſeuerauit. Cum eo conuenit loco citato Metina, dicens, quòd talis mulier expoſita omnibus non opus habet explicare tot vices ſe commiſiſſe peccatum; ſed ſufficit ei in confeſsione dixiſſe per vnum annum, vel duos in tali officio fuiſſe immoratam.

*Communis Ratio.*

Et horum doctorum ſicut communis eſt ſententia, ſic & hæc communis eſt ratio, ſcilicet, quia via hac facile eſt intellexiſſe confeſſorem, & ſtatum iſtius peccatricis & eius peccatorum numerum.

*Dictum. 2.*

℄ Secundò dicimus, quòd hanc ſententiam communem non ita nudè ſed cum limitationibus admittendam eſſe cenſemus.

*Sententia cõmunis limitatur. Sotus.*

Ait enim Sotus, & ſatis ſenſatè quidem, quòd iſta ſententia communis de ſuffugio recurrendi ad perſeuerantiam temporis tantùm, & conſuetudinis, tantùm verum habet in caſu quando numerus peccatorum adeo eſt excedens, & exorbitans, vt penè cuncta peccata computari nequeant. Vt quando quis paſsim iurat, ſiue verum, ſiue falſum, vel quando quis quotidie cubat cum concubina, ac ſi cum propria coniuge, tunc enim ſufficit explicare tempus & conſuetudinem.

*Aduertit Metin.*

Cum illa tamen aduertentia, quam loco citato aduertit Metina, & ſatis benè, & conſiderate dicens, quòd idem dicendum eſt de conſuetudine iurandi, vel admittendi cogitatus, & conſenſus carnales detentis; quibus quando adeo exceſsiuus eſt numerus talium peccatorum quòd percenſeri cuncta nequeant, ſatis eſt ad tempus, & conſuetudinem, in confeſsione declarandam confugiſſe. Cum hac tamen Metinæ aduertentia: quòd ſi tales, non ſemper quòd malus cogitatus carnalis mentes eorum impetebat; præſtabant ei conſenſum, quin potius aliquoties reſiſtebant, id in confeſsione ab eis declarandum eſt etiam: quia per talem relationem confeſſor exploratam habebit, & vitam, & infirmitatem pœnitentis.

*Limitatio Soti bona.*

℄ Si autem iuxta limitationem Soti pœnitens meminiſſe poſsit (quia non eſt adeo numerus excedens) de numero certo, non ſufficit, ſi tempus, & conſuetudinem fuerit confeſſus. Quia numerum perſonarum, quem quolibet die, vel menſe admittebat, tunc confiteri tenetur; vt per numerum perſonarum, numerus peccatorum dignoſcatur.

*Pro confeſ. meretric.*

℄ At ſi alias perſonas non excedentes numero, atque per conſequens numerabiles mutantes ſpeciem talis mulier ſe venditans dicta cantonera Hiſpanicè admiſit, explicandæ ſunt. Nam aliâs non ſufficiens ſumetur à confeſſore iudicium.

*Exemplum.*

Nam accidere poteſt, quòd ex duabus mulieribus ſic æqualiter ex animo expoſitis, & paratis, ad quoſlibet admittendos, vna earum in vnaquaque hebdomada admiſerit. 30. & alia eodẽ æquali tempore vix admiſerit decem. Et poteſt contigiſſe, quod vna earum in vno quolibet menſe plures admiſerit clericos, & quòd alia vix vnum, aut duos, aut nullum.

*Exemplum latronum.*

Et vſu quoque euenire potuit, vt inter latrones, qui æqualiter fuere in animi præparatione ad omnia furta illis poſsibilia, & per æquale tempus; ſcilicet, per annum id latrocinandi officium exercuere, alter eorum eodem tempore, furatus fuerit viginti millia aureorum, & alius eodem æquali tempore anni non furatus fuerit niſi duo millia, ergo nec illæ mulieres æqualiter paratæ, neque iſti latrones æqualiter expoſiti, ſufficienter ſe explicant; ſi illæ dicant tanto tempore venales nos ad omnes expoſuimus; & ſi illi latrones in confeſsione dixerint per annum integrum latrocinijs operam dedimus parati ad omnia latrocinia, & omnia quæ potuimus furta fecimus. Quia ſi ſe explicaſſent prout hîc res geſta narratur, aliud diuerſum iudicium ſumeretur quo ad exteriores venereos actus de vna harum mulierum, quàm de alia, & aliam æſtimationem haberet confeſſor de vno latrone, quàm de alio, tùm quoad induſtriam furandi: tum quo ad obligationem ſic acceptum reſtituendi, & quantitatem.

*De circũſt. continuat.*

℄ Nunc verò de explicanda circunſtantia continuationis peccati, quia ſupra de hoc

*Dictum. 1. Sotus.*

hoc plura diximus, hoc ſolum reſtat dicendum, quòd continuatio retentionis alieni ſecundum Sot. in de Iuſt. & Iure, ſi minima ſit, putà vnius diei, aut trium dierum, ceſſante graui neceſsitate Domini, non eſt circunſtantia neceſſario confitenda. Secus eſt ſi cōtinuatio fuit maior. Quia tunc non ſufficit dixiſſe, accepi alienum inuito domino, ſed explicare habet ſe retinuiſſe illud eodem domino inuito per tantum tempus. Quia etſi quantitas furti, & continuatio occupationis rei alienæ parua, vel magna ſint eiuſdem ſpeciei, tamen ſi ſit magna aggrauat notabiliter: propterea eſt talis circunſtantia tunc explicanda.

*Dictum. 2. Sotus. Quando retentio eſt nouũ peccatũ.*

℄ Secundo dicimus cum eodem Soto, licet reſtituere nolens cum poteſt, non ſemper peccet nouo peccato, ſed maiori continuato, quàm continuationem cum notabiliter eſt magna; diximus eſſe explicandam: tamen quando proponit actu non reſtituere, vel cum creditor legitime petit, aut quando videt eum graui premi neceſsitate, quia tunc nouo peccato peccat: circunſtantia eſt quæ in confeſsione explicanda venit.

*Dictum. 3.*

℄ Tertio dicimus, quòd quamuis pro vtraque parte diſputari poſsit, an grauius peccet, qui pluribus actionibus furatur per annum certam quantitatem, quàm qui per annum eandem retinet; & licet opinio Paludani tenentis contrarium ſecundum Sotum probabilitate non careat; tamen probabilius cenſemus cum Soto, quòd grauius peccet, qui pluribus actionibus furatur per annum certam quantitatem, quâm qui per annum eandem retinet. Quia illa multiplicatio actuum grauius quid præſefert cæteris paribus, quam illa tantum continuatio, quæ aliquando ſine noua aduertentia contingit.

*Sotus præfertur Palud.*

*Quæſtio.*

℄ Ad hæc quoniã de circunſtantia quantitatis iniuimus ſermonem diſputationis, & quia continuatio eiuſdem peccati per notabile tempus ad quantitatem continuam reducitur, & numerus reducitur ad quantitatem diſcretam: & quia interruptio, & renouatio eiuſdem actus peccati, ad numerum videtur pertinere: ideo nunc proxime hæc quæſtio accedit, ſcilicet, circunſtantia interruptionis eiuſdem actus peccati ſiue interioris ſiue exterioris, an ſit in confeſsione exponenda. Cuius quæſtionis recta ſolutio præexigit hanc diſtinctionem, cuius meminit Canus in ſua Relectio. de pœni. ſcilicet, actus malus, ſiue interior, ſiue exterior poteſt interrumpi, & renouari dupliciter.

*Canus.*

*Diſtinctio duplic. interruptionis. Exemplum.*

Vno modo per actum contrarium, verbi gratia, cum prodiſſem in volitionem furandi mille, ſi poſtea reſipiſcens de mala voluntate, actum producam contrarium, ſcilicet, Nolo iam id furti committere, ecce iam actus volitionis furti interciſus eſt per actũ contrarium ſibi, ideſt, per nolitionem, quia iam non volo furari. Quòd ſi poſt iſtam nolitionem rurſus rediens ad vomitum, proponam ſic in animo, volo id efficere furtum; ecce actus eſt interruptus, & renouatus per actum contrarium mediantem. Alio modo interrumpitur vtrumque opus ſiue interius, ſiue exterius non per actum contrarium, ſed naturaliter. Vt, verbi gratia, cum quis ſtatuit in animo ſuo, alloqui fœminam ad potiendum ea, ſed cum alia de nouo circumuallaſent eum negocia, licet non deſtitit à mala ſua voluntate per pœnitentiam talis propoſiti, tamen naturaliter diſtractus in alijs, oblitus eſt pro tunc illius mali propoſiti, ſuperſeditque pro tunc ab illo: ſi rurſus quando videt ſe vacuum negotijs, occaſionemque ad manum conſpicit, repetit ſuum propoſitum, dicitur ſuam malam voluntatem interrupiſſe non per actum contrarium: quia nunquam illius pœnituit: ſed habitualiter in complacentia illius manſit. Sed interrupit eam naturaliter, quia naturaliter non potuit ei intendere pro tunc in alijs diſtractus.

*Exemplum.*

*Reſponſio. Can.*

℄ Hac ſuppoſita diſtinctione ad quæſtionem reſpondetur cum Cano in ſua Relect. de pœnitent. quôd ſi interruptio actus mali facta eſt per actum contrarium, neceſſe eſt confiteri eam in confeſsione pandendo vices, quibus eandem malam voluntatem renouauit. Si verò interruptio fuit naturalis, qualis plærumque fit, non oportebit explicare huiuſmodi renouationes actuum, ſed eorum continuationem notabilem: Quia ſatis erit in hunc modum tunc confiteri, tota die adamaui Mariam; quia ſecundùm Canum ſufficiens notitia hinc datur & ad medendum, & ad iudicandum confeſſori.

*Coroll. Nauar. Adrian.*

℄ Hinc iam patet quomodo intelligendum ſit quòd Nauarrus in ſumm. cap. 6. nu. 16. ex mente Adriani aſſeruit dicens, quôd in peccatis internis vt in hæreſi, vel odio, toties numerus peccatorum augetur, quoties peccatum ipſum vel voluntas peccandi, quæ fuerat interciſa renouatur. Quia Nauarrus non ſatis ſe explicuit: cum diminute loquutus fuerit? intelligitur, quòd toties numerus peccatorum augetur, quoties inter-



ciditur peccatũ per actum contrarium, & rurſus renouatur, non verò quando naturaliter, quia ſolum eſt continuatio habitualis eiuſdem peccati.

*Coroll.*

℄ Id vero quod addit Nauarrus, ſcilicet, quòd ſi quis voluit occidere, & interim alijs occupatus eſt, totum eſt vnum peccatum, dum poſtea habita opportunitate opere perficit voluntatem præhabitam occidendi, verum dicit, quia ibi interruptio facta eſt naturaliter, & non per actum contrarium, id eſt, non per pœnitentiam, qua pœnituiſſet prius de prima eius mala voluntate.

*Coroll. Nauar.*

℄ Inſuper id, quod ſecundò adijcit Nauarrus, quôd peccatum non multiplicatur, aut iteratur etiam ſi durante opere exteriori, voluntas interior multoties interrumpatur, & renouetur, verum quoque eſt, quia durante actu exteriori, non ſolita eſt voluntas interrumpi per actum contrarium: ſed naturaliter. At licet Armilla verbo, peccatum. §. quarto. videatur diſſentire dicens quòd multiplicatio actuum voluntatis peccata multiplicat, ſaltèm quantum ad numerum, vt ſi vadens ad occidendum hominem, diuertat voluntatem ad alia, & poſt iterum deliberet occidere, ſemper multiplicat peccata numero, licet ſit vnum ſpecie, tamen falſa eſt hæc eius aſſertio, niſi diuerterit voluntatem ad alia per reuocationem mali propoſiti. Vt ſi dixiſſet, Nolo inſiſtere machinationi mortis huius, volo diuertere voluntatem ad alia, quæ magis mihi erunt vtilia, & poſt hoc iterum deliberaret occidere: quia in hoc caſu vera eſſet eius ſententia. Et in hoc ſenſu intelligendus eſt D. Thom. 2. ſentent. diſtinct. 42. quæſt. 1. artic. 1. & Tabien. verſic. peccatum. 6. quos pro ſe citat: quia in hoc ſenſu interrupta eſt voluntas per actum contrarium. Secus eſt ſi tantum naturaliter, vt ipſe videtur ſignificare, interrumperetur? Et ſic intelligendus venit Nauarrus dum loco citato ſubiungit, ſcilicet, quod prius dictum de voluntatem habente occidendi, & diuertente ad alias occupationes, & poſteà perficiente homicidium, verum eſt, ſcilicet, fuiſſe vnum peccatum: quia voluntas non fuit interrupta per actum contrarium. Cæterum quando plures ſunt actus exteriores, ſed vnus eſt tantum actus voluntatis, vt quando quis furatur, vt luxurietur, & eodem actu volũtatis vult vtrumque, idem actus voluntatis eſt plura peccata formaliter furti, & luxuriẹ propter plures deformitates; eſt tamen vnus actus materialiter.

*Armil.*

*Gloſſatur Armilla.*

*D. Thom. Tabien.*

*Gloſſatur Nauarrus.*

*Nota:*

*Nota communis.*

¶ Deinde pro complemento iſtius materiæ notandum venit, quod communis ſententia doctorum dictat, ſcilicet, quòd omnes actus interiores, & exteriores, qui tantummodo ſunt veluti quædam via ad vnicum peccatum perpetrandum, vnicum efficiunt peccatum, licet illi actus fuerint interrupti naturaliter per digreſsionem ad alia. Quales ſunt paſſus itineris ad occidendum, præparatio equi vna cum varijs deſiderijs occiſionis talis naturaliter interruptis verbo, ſomno, & renouatis: quia vt via ad peccatum ſunt in iſto genere homicidij. Et ſic intelligendus venit Nauarrus capit. 6. numero. 16. qui nihil explicat de interruptione per actum contrarium, vel naturaliter, neq; huius diſtinctionis meminit.

*Gloſſatur Nauar.*

*Coroll.*

℄ Adde ne quis fallatur in doctrina prædicta, ſcilicet, quando diximus quod omnes actus interiores, & exteriores, qui ſunt via ad vnicum peccatum, vnicum efficiunt peccatum. Signanter diximus, qui tantummodo ſunt via: quia ſi ex ſe aliam continerent malitiam, aut contra proximum redundarent: non ſolum eſſent vnum peccatum cum homicidio, ſed peccata etiam malitia diſtincta. Vt ſi quis eundo ad occidendum inimicum ad id in via arma furaretur aliena, vel ſubderet fœminæ eius amicæ, vt illum inuitaret noctu ad in eodem dormiendum lecto, quo ibi incautum ſecurius opprimeret: hic quis non videt alias etiam diſtinctas interuenire malitias, præter eam, quæ eſt homicidij?

*Quæſtio.*

℄ Præterea, quia omnibus dubitationibus hic emergentibus occurrere parati ſumus, dubitari ab aliquibus poteſt: vtrum ſi quis ſtatim, quò lethaliter trãſfodit pugione inimicum, pœnitentia ductus confugit ad ſacramentum confeſsionis, coramque confeſſore confeſſus eſt ſe lethaliter percuſſiſſe inimicum, ſi poſt hanc confeſsionem, ex tali lethali vulnere obijt inimicus, teneatur iterum confiteri opus mortis ſubſecutum. At videtur, quòd non, quia iam ſufficienter explicuit, & confeſſus eſt ſubſecutam mortem; quando antequam moreretur confeſſus eſt illum lethaliter pugione tranſfodiſſe. Sicut quia ſufficienter in confeſsione actus exterioris, in qua dicit quis ſe fornicatum, explicuit volitionem interiorem, quam habuit tunc fornicandi, non oportet eam volitionem ſeorſum explicare. Propter hoc argumentum Sotus in quarto de reſponſi ad quæſtionem, quid ſit dicendum ſe oſten-

*Sotus varius.*

ſe oſtendit aliquantulum incertum. Sed tandem in hanc partem magis inclinat poſt confeſsionem præmiſſam de vulnere lethali inflicto inimico, ſi inimicus ex illo moriatur, tutius eſſe dicere, quòd ſit iterum mors poſt ſubſecuta confitenda: quia eſt actus exterior, & ſicut actus exteriores etiam poſt confeſsionem volitionum eorum, tenemur confiteri, ita & in hoc caſu. Idemque dicendum cenſet de eo caſu, vbi quis poſtquam efficacem dedit operam ad procurandam

*Exemplum aliud.*

pollutionem in ſomnis, pœnitentia eius procurationis tactus, confeſſus eſt ante noctem eam dedita opera procuraſſe, ſi talis pollutio ſic antea procurata in ſomnis, poſteà accidit, non obſtante procuratione eius antea confeſſa: tenetur dicere ſic culpabiliter, & ex procurata cauſa eam pollutionem ſibi in ſomnis eueniſſe.

*De filij procreation. ex adult.*

Secus eſt, inquit Sotus, de euentu ſecuto ex adulterio, ſcilicet, ꝙ ex eo genitus ſit filius adulterinus: quia in iſto caſu, niſi forte cauſa poſtulandi conſilium ad adhibendum remedium, non tenetur confiteri iſtum euentum prolis adulterinæ inde genitæ: ſed ſatis adulteria commiſſa fuiſſe ante confeſſa: quia ſecundum Sotum iſte euentus poſt præapplicatam cauſam non eſt iam in poteſtate adulteri, ꝙ ſequatur, vel non ſequatur. Sic inquit Sotus.

*Verior ſolutio.*

Sed verior ſolutio eſt, quòd licet cauſa gignendi adulterinam prolem ſit peccatum, ſcilicet, ipſum adulterium: tamen ipſa proles ſic genita non eſt peccatum.

*Exemplum in voto.*

Quare Theologi aiunt, votum factum Deo, de erigendo eius templo tantum, ſi ex adultera ſit filius genitus, licet non obſtante voto ab adulterio abſtinere debuit; ſi tamen non abſtinuit, & de tali adulterio ſibi natus eſt filius, tenetur adulter votum implere.

*Quæſtio. De oſculis & tactibus.*

¶ Inſuper de oſculis, & tactibus antecedentibus ad copulam, an ſint in confeſsione explicandi dubium ſequitur. Reſpondetur ergo cum opinione communi, quòd oſcula & tactus proximè antecedẽtes immediatoſque ad coitum non eſt neceſſarium in confeſsione exprimere, ſed ſolum coitum: quia iam regulariter & moraliter loquendo, licet non explicentur à pœnitente; intelliguntur à confeſſore interueniſſe, quia regulariter, & moraliter interueniunt, interuenireque ſolent. Secus ſi duabus vicibus coiuerit: quia id explicandum eſt, tanquam non intellectum à confeſſore.

*Nota. Nauar.*

¶ Poſtremo aduertendum eſt, quòd ſecundum Nauar. cap. 6. num. 17. illicitis amoribus irretitus, perſequens mulierem, toties peccat, quoties interrumpit voluntatem peccandi ceſſando ab impendendo operam exteriorem pro illo tempore, & iterum poſtea illam re continuat. Vt ſi finita illa opera exteriori, vacat alijs, quæ non ſunt via ad illud peccatum, & iterum redit ad ſimilem voluntatem, vel ad opus ſimile: alias ſi non ſit interruptio non erit, niſi vnum peccatum.

*Diſtinguitur contra Nauar. Canus.*

¶ Sed quia videtur hic Nauarr. vel ſibi contradicere, vel non ſatis diſtinctè loqui, diſtinguimus nos iuxta diſtin. Cani. Quia ſi omnia opera iſta exteriora muſicæ, cantilenæ, colloquia illecebroſa ordinantur, vt via ad alliciendam mulierem ad carnalem copulam, ſi volitiones horum præludiorum, quæ ad hunc finem ſpectabant, vt via ad terminum interruptæ ſunt tantum naturaliter per præoccupationem aliorum negociorum: non videtur eſſe, niſi vnum peccatum, tanto maius, quanto magis renouatum per nouas confirmationes voluntatis, & iterationes operum, quæ erant via ad obtinendum mulieris copulam.

*Exemp.*

Vt, verbi gratia, quando ab initio propoſuit, tandiu ea præludia muſicæ, & eloquiorum cum ea habiturum ſe: donec copula eius fuiſſet potitus: tunc virtualiter manet iſta prima volitio, virtute cuius, etſi diſtractus fuerit interim ad alia, reiterat volitiones nouas, & noua exercet amorum præludia.

*Nota.*

At verò non negamus (licet totum videatur eſſe vnum peccatum, quia via eſt ad copulam, tamen quia conſtat etiam materialiter ex diuerſis actibus exterioribus muſicæ, & collocutionum, repetitis diuerſis temporibus) totum fore in confeſsione explicandum; licet volitiones poſteriores ſolum videantur eſſe confirmationes primæ volitionis non interciſæ per actum contrarium. Si autem illæ volitiones operaque amatoria reuocata fuerunt per actum contrarium, id eſt per pœnitentiam rurſuſque fuere repetita, nemini dubium, quin ſint plura peccata numero, tam formaliter, quam materialiter tunc commiſſa. Denique qui non poteſt de numero certo recordari ſatis eſt, ſi rationem ponat coram confeſſore quoties in die, vel hebdomada, vel menſe contingebat illi peccare tali peccato.

(.:.)

CAP.



# CAP. XXXII.

*Tractantur circa materiam circunſtantiarum ſcitu digna, & curioſa.*

*Quæſtio.*

*Cum caſus reſeru.*

QVia tàm latus eſt campus huius materiæ de circunſtantijs, vt ſpaciandi locus relictus ſit amplus: ideo vlterius de numero, quæritur, vtrum caſu, quo non patet aditus ad ſuperiorem, quia epiſcopus, qui ſibi reſeruauit caſus, eſt abſens, & inſtat neceſsitas celebrandi, vel ſi quis religioſus etiam iter agat ſine facultate recipiendi abſolutionem à reſeruatis, quia in iſto caſu poteſt abſolui ab inferiori à non reſeruatis, niſi ſit excommunicatio reſeruatis annexa, teneatur pœnitens tũc confiteri omnia peccata etiam reſeruata inferiori.

*Gerſon.*

Et ratio dubitandi eſt, quia Gerſoni non videtur conſtare, ea peccata eſſe confitenda, quæ ſacerdos non poteſt remittere.

*Reſp. Can.*

Reſpondetur cum Can. quòd communis opinio eſt tenenda. Scilicet, ꝙ licet inferior non poſsit à reſeruatis abſoluere, tamen omnia peccata tam reſeruata quàm non reſeruata ſunt ei confitenda. Tùm vt integrum iudiciũ de ſtatu pœnitentis ſumatur à confeſſore: tùm etiam, vt medelam integram, & accommodã poſsit illi adhibere. Tùm quia licet illa peccata in foro pœnitentiæ maneant reſeruata, & cum obligatione petendi abſolutionem deinceps à reſeruante, tamen coram Deo, ſi acceſsit bene diſpoſitus, virtute abſolutionis conſecutiue ſunt remiſſa ei. At poſtquam ſemel integram fecit confeſsionem de omnibus, tam reſeruatis quàm non reſeruatis coram inferiore, abſente ſuperiore (nã ſi ſit præſens ſine eius licentia fieri talis confeſsio non poteſt) iam, inquam, quia ſemel integram fecit: ſatis eſt ſi de ſolis reſeruatis coram reſeruante, vel alio de eius licentia cõfiteatur, vt de reſeruatis abſolutionem directam obtineat.

*Quæſtio. Reſponſio. Sotus. Canus.*

¶ Sed quid ſi prius vadat ad ſuperiorem iſte. Reſpondetur, quòd plana reſponſio eſt: quia ſi velit de reſeruatis prælatus ſacramentaliter abſoluere, ſecundum Sotum, & Canum, pœnitens tũc omnia peccata, tam reſeruata, quam non reſeruata tenetur ei confiteri. Sed quid ſi prælatus ſacramẽtali abſolutione velit abſoluere: quia ſic commodius medetur ſubditi malo, & tamen omnia peccata renuit audire, ſed tantùm reſeruata iubet ſibi dici.

*Hic concertant Caieta. & Canus.*

Hic iam concertant inter ſe Canus & Caieta. nam Caieta. ait in iſto caſu poſſe confeſsionem dimidiari: quia ſic fit in pœnitentiaria Papæ aliquando, quia non oportet ſapere pluſquam oportet ſapere.

*Durand. Adrian.*

Canus vero ſecum habens fautores Durand. & Adrian. contra pugnat negans hoc poſſe fieri: quia integritas confeſsionis eſt de iure diuino.

*Sotus diſtin.*

At hic ingreditur Sotus in. 4. bene, prout mihi videtur inter eos ſic per iſtam diſtinctio. componens pacem dicendo, quòd ſi prælatus præpeditus morbo, aut alijs grauioribus negocijs, non poteſt totam ſubditi audire confeſsionem, & expediens eſt ei vt abſoluatur in confeſsione ſacramentali: tunc licita erit, & valida illa non integra confeſsio, in qua ſolum audit reſeruata. Secus ſi nulla ſubeſt ratio talem confeſsionem dimidiandi.

*Quæſtio.*

¶ Deinceps quæritur, vtrum caſu quo excedens erat numerus, neque de certo numero potuit pœnitens recordari: ideo confeſſus eſt conſuetudinem, & tempus; ſi poſt recordatur aliquorum particularium peccatorum teneatur ea iterum confiteri.

*Reſp. Sotus.*

Reſpondet Sotus in quarto pro quietatione conſcientiæ iſtorum, quòd non tenetur: quia in confeſsione conſuetudinis, & temporis ſatis ſufficiens iudicium confeſſor de illis ſumpſit.

*Quæſtio. Mẽdacium circa venial.*

¶ At verò, quia de integro numero peccatorum confitendo diſſerimus, ea hîc etiam non tam ineptè occurrit quæſtio, vtrum mentiri in confeſsione circa materiam venialium, dicendo ſe tantum. 10. mendacia iocoſa dixiſſe cum vere. 20. mendacia effutiuerit, eiuſmodi ſit peccatum mortale.

*Cõcluſio Soti.*

Sit igitur hæc concluſio reſponſiua quæſtionis, quæ eſt Soti in quarto. Mentiri in confeſsione circa materiam mortalem, mortale eſt: ſed circa venialem non eſt, niſi veniale.

*Cõtra Caiet.*

Ita contra Caieta. in hac parte concluſionis vltimæ. 2. 2. quæſtio. 69. art. 3. & in ſumma verbo condit. 4. hæc concluſio eſt de mente Soti in. 4. de iuſtitia & iure lib. 5. quæſtio. 6. art. 1.

*Probatur.*

Quia contra virtutes, & contra præcepta diuina grauiſsima contingit peccare venialiter ex ſurreptione, vel leuitate materiæ, vt patet in furto, & in parua irreuerentia circa diuina: ergo & in confeſsione mentiri circa materiam venialem, ratione paruitatis materiæ non erit, niſi veniale.

*Coroll.*

¶ Secundo dicimus, quòd dum pœnitens miniſtret materiam legitimam abſolutioni, confitendo omnia mortalia; vel ſi deſint mortalia, confitendo aliqua venialia,

licet

licet etiam ad interrogationẽ ſacerdotis ſub- A ticeat alia venialia dicens alia non commiſiſſe: quia iſtud mendacium eſt veniale, quia venialia peccata non ſunt de neceſsitate confeſsionis, & quia non grauiter, neque in materia graui decepit confeſſorem, tale mendacium, vtpote veniale, non vitiat ſacramentum abſolutionis. Secus eſt, ſi ſic negaret omnia venialia confeſſori, quòd nullam ſubminiſtraret ei abſoluendi materiam, & cum hoc peteret abſolui, quia tunc mortale eſſet ſacrilegium.

*Aduertit Metina.*

Sicut etiam dixit Metina ſacrilegiũ eſſe parum communiter animaduerſum ab his pœnitentibus, qui quotidie confitentur de venialibus, ſine animo tamen emendæ, B quia nulla ſubeſt eis cura de emenda ſi ſine animo emendæ ſic confiteantur. Quæ cenſura Metinæ, quia rigida eſt, contemperamento eget, vt ſolum intelligatur vera, quando ſolum de venialibus confitentur, & de omnibus venialibus confeſsis nullam prætendunt emendam: quia talis confeſsio veluti irriſio eſſet.

*Limitatur Metina.*

Secus eſt tamen quando de venialibus, quæ confitentur, quædam proponunt cauere, alia vero ſolûm velleitate quadam proponunt cauere.

*Quæſtio.*

¶ At etiam de fictione, in quam ſumme viſus eſt inuehi Victoria, vt fertur in ſumma de Chaues quæritur: Aliquæ mulieres C habentes confeſſorem quotidianum celebris opinionis, grauem & rigidum, apud quem ſunt in bona opinione; quia non ita grauia peccata, quia eis caruerant confeſſæ erant ei, ſi ex occaſione, vel impulſu tentationis adactæ turpiter lapſæ ſunt, an poſsint cauſa conſulendi honori ſuo, & exiſtimationi ſuæ apud illum, quoties ſolum habent leuia peccata, illi confiteri, & quoties contingit eas habere turpia, & grauia, alterum adire confeſſorem, apud quem ſunt ignotæ.

*Reſp. Victoria.*

Reſpondet Victoria, genus eſſe hoc fictionis. Sed ego dico, ſi aliquando id facerent ſine animo decipiendi ſuum præcipuum & D ordinarium confeſſorem, ne de cætero viles eas haberet, & exploſas à ſua audientia confeſsionis, non video, ꝙ ideo incurrant grauis culpæ notam ob ſic rem geſtam.

*Quæſtio. An mulier ſcandalizatura.*

¶ Incidit & hîc alia dubitatio circa integram confeſsionem peccatorum, vtrum in caſu, quo mulier ratione ſcandali vitandi ne ſuo parocho fragili ingerat ſcandalum, & occaſionem ruinæ ex confeſsione ſuorum turpium actuum coram illo facta, & caſu, quo non ſuppetit copia alterius confeſſoris legitimi, qui eam audiat, poſsit dimidiare cõfeſsionem celando acta ſua turpia, & confi- A tendo alia ex quorum confeſsione confeſſori fragili non præbebit ſcandalum.

*Reſp.*

Et quia iam diximus ſupra in tali caſu dimidiare ſic confeſsionem non eſſe ei illicitum: nunc aliquid difficilius circa hoc quæritur.

*Quæſtio.*

¶ An ſolum ex hac cauſa, tempore neceſſitatis, id eſt, tempore tantum annualis confeſsionis de præcepto implendæ id ei mulieri liceat. An verò extra iſtud obligationis tempus cauſa conſolationis animæ ſuæ, & quietudinis conſcientiæ ſic dimidiare confeſsionem ei liceat.

*F. Ioſephus.*

Et quidem in hac parte frater Ioſephus in ſuis floribus id ei tantum in tempore obligationis præcepti licere con- B cedit, & extra iſtud temporis minimè: quia, inquit, integram facere confeſsionem eſt de iure diuino: non ergo eſt dimidianda ſine vrgente neceſsitate, qualis eſt tempore obligationis præcepti, & non extra hoc tempus.

*Sotus.*

At Sotus in quarto, paulo plus apparet indulgentior in hac parte, dicens, quòd vbi nõ expectatur vlla commoditas: ſalubrius eſt illa confiteri, in quibus non eſt periculum, poteſtque celare alia ingerentia periculum. Nam nulla ratio permittit, vt ob nequitiam ſacerdotis pœnitens ſuo fraudetur commodo, maxime quia mediante tali confeſsione, & abſolutione poteſt fieri de attrito contri- C tus. Sed ſi eſt commoditas differendi, quouſque ſit integra, ſi id fieri poteſt commodè, ita faciendum eſt. Ita Sotus.

*Quæſtio.*

¶ Sed quænam ſit iſta commoditas, vel incommoditas expectandi, non ſatis explicat Sotus.

*Sententia Autoris.*

Crediderim tamen quòd ſi mulier hæc antea aſſueta erat confiteri, & communicare feſtis trium paſchatum, vel Dominæ noſtræ, & ſi viderint eam iam non communicare, & confiteri eam ſuſpectam habebũt, infamiæque notam ſibi comparabit apud virum, conſanguineos, vel populum, tunc poterit ſic dimidiate confiteri: cum propoſito ſe emendandi, & aliâs confitendi alia, ha- D bita opportunitate, vbi ceſſet periculum.

*Probatur.*

Patet, quia hîc incommoditas eſt non fuiſſe confeſſam, & non communicaſſe, & non eſt ſibi commodum dilataſſe: & quia hoc videtur comprobare Caietanus in ſumma, conditio. decima.

*Caietan.*

Vbi ait: Melius eſt prouideri ſic conſcientijs communicãtium, ſi ſic etiam non integre confiteantur ſine culpa ſua, quã ſi communicent dilatata tota confeſsione. Alias extra hunc caſum, vel ſimilem, extra tempus obligationis non eſt ſic ex prædicta cauſa non ſcandalizandi cõfeſſorem, vt prædictum eſt, confeſsio decurtanda, vt bene F. Ioſephus ait.

CAP.



# CAP. XXXIII.

*De tertia circũſtantia, ſcilicet, loci ſacri, & de quatuor caſibus, in quibus violatur eccleſia, & de concubitu cum vxore in eccleſia, de aſpectibus, tactibus libidinoſis ibi commiſsis, de choreis & cantibus inhoneſtis ibi exercitis.*

DE tertia circunſtantia, quæ eſt loci ſacri, in quo perpetratur delictum, quia ineunda eſt nobis diſputatio, prænotaſſe nobis operæ pretium eſt, ſcilicet, quòd circunſtantia lo-

*Species ſacrileg.*

ci, vbi delictum committitur quatuor in caſi-
bus declarandis in confeſsione mutare ſolet
1 ſpeciem. ¶Quorum primus eſt, cum in loco ſa
2 cro furtum committitur. ¶Secundus eſt, cum
voluntariè iniuſteque effunditur ibi ſanguis.
3 ¶ Tertius eſt effuſio ſeminis; vel pollutio
4 commiſſa in loco ſacro. ¶ Quartus eſt quan-
do delinquens ab eccleſia extrahitur in caſibus, quibus priuilegio immunitatis eccleſiæ licitè potiebatur. In his etenim caſibus, gratia circunſtantiæ loci, ſacrilegium incurritur: fit enim irreuerentia loco ſacro.

*Quæſtio.*

¶ At vero, quoniam circa vnamquamque iſtarum ſpecierum, multæ nobis occurrunt quæſtiones enodandæ, exordientes à primo caſu adhuc quærimus, vtrum furari rem in eccleſia, quæ non eſt de eccleſia, aut furari rem eccleſiæ extra eccleſiam, in ſpecie ſacrilegij neceſſario confitendi contineatur. Reſponſuri ad quæſtionem dicimus, primò ſecundùm

*Dictum. 1. Canus. De furto in eccleſ.*

Can. in ſua relect. quod ſacrilegij ſpecies eſt ſurripere res depoſitas in eccleſia, vel ibi collocatas in eccleſia, etiam ſi non ſint eccleſiæ, quando eorum cuſtodia pertinet ad eccleſiam. Sub qua ſpecie puto comprehendi res accommodatas eccleſiæ, ad eius cultum, & ornatum ſurripere, quia hæc pertinent ad eccleſiæ cuſtodiam, ſicut res ibi depoſitæ. Non tamen puto eſſe ſacrilegij ſpeciem furari alicui marſupium cum pecunia, dum genuflexo inter alios recitat in eccleſia: neque ſiquis furetur puluinaria, quæ ſolita ſunt pro magnis dominabus quotidie afferri ad eccleſiam, ſuper quibus ſedeant inter diuina officia audienda, quæ ſolita ſunt reportari ſtatim ad domum; quoniam eorum cuſtodia non pertinet ad eccleſiam.

*Dictũ. 2. A Peña.*

¶ Secundò dicimus ſecundum fratrem Ioãnem de la Peña, Sacrilegium eſt furari calicem conſecratum etiam extra eccleſiam, ſi ſit eccleſiæ. Secus ſi non ſit eccleſiæ, licet ſit con- A ſecratus: quia hoc non reperitur in iure, & pœnæ ſunt reſtringendæ.

*Dictũ. 3.*

¶ Tertiò dicimus, quod accipere bona poſſeſſa ab eccleſia in communi pro ſuſtentatione ſua, ſuorumque miniſtrorum, & non dare legata eccleſiæ, & decimas, ſacrilegium eſt ſecundum eundem fratrẽ Ioan. à Peña, patet 12. q. 4. c. ſacri. & 16. q. 7. c. decimas: quia eiuſdem ſpeciei eſt ſurripere, & eas detinere.

*A Peña. 12. q. 4.*

*Dictũ. 4.*

¶ Quarto dicimus cum eodem fratre Ioanne à Peña, quod ſi quis accipiat à clerico aliquid iure eccleſiaſtico poſſeſſum, probabile eſt, quod ſit ſacrilegium, licet oppoſitum probabilitate quoque non careat, ſed ſurripere à B clerico bona eius patrimonialia palam eſt non eſſe ſacrilegium.

*Dictũ. 5.*

¶ Quinto dicimus: Sacrilegium eſt rapere ea, quæ gaudent priuilegijs eccleſiæ, & eccleſiæ cuſtodiæ ſunt tradita. 17. q. 4. quia violatur immunitas eccleſiæ in re graui.

*17. q. 4.*

¶ At de extracto ab eccleſia vi, vel dolo, cum verè frueretur priuilegio & immunitate eccleſiæ quomodo præterquam, quod committit ſacrilegium iudex pro quo venit excommunicandus, ſi non fregit fores eccleſiæ, nam ſi ſimul fregit, & extraxit, ipſo facto eſt excommunicatus.

*De vi extracto ab eccleſ.*

Et quomodo teneatur iudex ad eius reſtitutionem. Et ſecundum pro- C babiliorem ſententiã Durandi, & fratris Ioannis à Peña, & Metinæ in ſua inſtructione. fol. 26. pag. 2. iudex eum ſic extrahens teneatur ei ad omnia damna, & iniuriam flagellorum, vel ſimilia, ſi ei intulit reſarcienda, & ad reparandum eum in ſuo ſtatu honoris, & famæ: quia fecit contra iuſtitiam cõmutatiuam: quia iure ibi permanẽdi in eccleſia reus potiebatur dicetur largius in materia de reſtitutione.

*Quæſtio. De irreueren. illata eccleſ. A Peña.*

¶ Præterea quæritur de quacunque irreuerentia illata eccleſiæ, an ſit ſacrilegium, vt comedere, dormire in eccleſia. Reſpondetur quod ſecundum fratrem Ioannem à Peña comedere, & dormire in eccleſia & quacunque D irreuerentia rei ſacræ eſt ſacrilegium lege naturæ. Sed tamen venialia ſunt, quãdo modica irrogatur irreuerentia rebus, & locis ſacris, vt comedere in eccleſia ſine neceſsitate aliqua, vel ibi aliquãdo dormire ſine neceſsitate excuſante, ſecluſo ſcãdalo graui, quod forte poſſet oriri inter Indos nouiter conuerſos, ſi viderẽt Hiſpanos in eccleſijs eorum noctu cubare.

*Dictũ. 2. Metin.*

Secundò dicimus ſecundum Met. loco citato. Non hinc infertur: quia irreuerentia committatur in loco ſacro per omne peccatum ibi commiſſum, quod omne peccatum in templo commiſſum, cum tali circunſtantia ſit neceſſario in confeſsione explicandum. Quia ſi quis



G obmur-

obmurmurauit, vel iurauit in tẽplo, ſatis eſt, ſi hæc cõfiteatur peccata: quia ſolùm hæc circunſtantia, ſcilicet, ꝙ talis culpa ſit commiſſa in templo explicanda eſt in illis quatuor caſibus: & vbicunq; peccatum eſſet directè contra ſanctitatem, & immunitatẽ loci ſacri. Ita Canus, & Metin.

*Metin. Canus.*

*Quæſtio.* ¶Sed circa ſecundũ caſum de effuſione ſanguinis, per quam violatur eccleſia, quia hæſitabit aliquis, qualis eſſe debeat, & in qua parte eccleſiæ, reſpondeo dicendũ, primò, ꝙ effuſio ſanguinis, per quam violatur eccleſia, debet eſſe illicita, & volũtaria, & enormis. Etenim ſanguinis effuſio modica ſecundũ Sylue. non violat, neq; effuſio ſanguinis facta à ſe defendente in eccleſia cum moderamine inculpatæ tutelæ: quia non fuit iniuſta effuſio. At qualis ſit enormis effuſio, arbitrio ordinariorum, ideſt, epiſcoporũ in hoc ſtabitur. Pro ſatisfactione ad ſecundam partem quæſtionis dicimus, ſecundo, ꝙ non cenſetur violata eccleſia: ſi aliquis percuſſus extra cœmeteriũ, & eccleſiã, ſtatim introgreſſus eccleſiã ex illa percuſsione manantẽ ſanguinẽ inſtillauerit, vel effuderit in eccleſia: ſed è cõtra bene violatur eccleſia ſi aliquis percuſſus eſt in eccleſia vulnere ſtatim effundente ſanguinem: etiã ſi quia manu retinuit ſanguinẽ nõ cecidit in ſolo eccleſiæ, ſed ſtatim, quia egreſſus eſt, ſanguis effuſus eſt extra locũ ſacrũ. Dicimus tertiò, ꝙ ſi talis ſanguis effuſus eſt in cryptis ſubterraneis eccleſiæ, vel in tecto eccleſiæ extra nõ violatur eccleſia, quia talis effuſio nõ cenſetur facta in eccleſia. Per eccleſiã intelligimꝰ autoritate epiſcopi locũ deſtinatũ ad celebrãdum ordinariè, & in capellis vnum corpus facientibus cum eccleſia, vt membra faciunt cũ corpore: ſi effundatur ſanguis, violatur eccleſia: non tamen ſi in cœmeterio etiam cõtiguo eccleſiæ, ne acceſſorium trahat ad ſe principale. Denique notandum eſt contra alios, ꝙ ex effuſione ſanguinis alicuius hominis ſancti puta martyris illicitè facta à tyranno intra eccleſiam, violatur eccleſia: quia licet illa effuſio ſanguinis ex parte martyris patientis fuerit ſacra, ſed ex parte tyranni fuit ſacrilega.

*Dictũ. 1. Sylueſt. Effuſ. enormiſ. in eccle. vel extra. Dictũ. 3. Quid per eccleſiam.*

*Quæſtio. De pollutione in loco ſacro.* ¶Circa tertium caſum de pollutione facta in loco ſacro, quia multa perſtant dicenda, ne inculcemus quæſtiones, hoc ordine procedamus. Primò quærendo ex qua pollutione violetur locus ſacer? Cui quæſtioni ſtatim facimus ſatis dicentes, ꝙ pollutio eccleſiam violans eſt, quæ fit in vigilia. Secus, ſi fiat in ſomnis, etiam ſi fuit mortalis in ſua cauſa: præſertim quando extra vigiliam non fuit procurata, vt obueniret poſtea dormienti in eccleſia.

*Reſpon.*

*Quæſtio. De cõcub. cum vxor in eccl.* ¶Accedit & alia præcipua quæſtio, ſcilicet, an concubitus viri cum propria vxore in eccleſia, ſit ſpecies ſacrilegij neceſſariò confitenda. Sunt igitur doctores, qui hoc abſolutè nota ſacrilegij damnent, vt Canus in ſua relectione. Sunt alij, qui hunc concubitum, ſi fiat ſine contemptu loci ſacri, à culpa ſacrilegij ſaluant. Sunt rurſum alij intermedij intermediam ſententiam tenentes: qui variè diſtinguunt. Alij ex his aſtruunt, quòd ſi reddat vir ibi debitum vxori, cum ibi diu neceſſariò ſit permanſurus, ne à iuſtitia capiatur, vt adulterium vitet in vxore non eſt ſacrilega redditio: quia fit ne Deus alias mortaliter offendatur: ſed iſti negant hoc tali viro licere ad euadendum crimen pollutionis in ſe præ fragilitate: quia in ſe alijs remedijs poteſt id periculi vitare, & penes illum eſt id cauere. At alij dicunt id illi licere multo magis ad vitandum peccatum proprium: quando difficillimè alias vitabitur: quia magis tenetur cõſulere animæ propriæ, quàm vxoris, & quia ſine contemptu loci ſacri facit, & potius ex timore offendendi Deum aliàs mortaliter. Et quidem omnes apparenter videntur loqui, ſed variè. Sicut apparenter locutus eſt Victoria, qui diſtinxit ſic, quòd ſi diutinè talis permanſurus neceſſario eſt in eccleſia, vt in neceſsitate obſidionis, vel cõfugiendi ad illam: tũc propter prædictos fines excuſantes poſſet licitè, & reddere debitum vxori, & ab illa exigere. Alias ſi per parum temporis ſibi in eccleſia erat permanendum, minimè.

*Canus. Variãt hic doctores. Victoria diſting.*

*Soti ſentẽ. rationabilior.* ¶Igitur inter varias ſententias, illa Soti in quarto, quia rationabilior eſt, mihi magis perplacet, quæ in his conſiſtit punctis. Primò, quòd niſi violatio eccleſiæ legitimè conſtiterit, ideſt, per notorietatem, quæ nulla poſsit tergiuerſatione celari, aut per legitimam, & publicam probationem, vel ſententiam in cõuictum auctorem violationis, non eſt à celebratione in ea abſtinendum ſecundum Scotum. Secundo dico, quòd tales confugientes ad eccleſiam, ibique neceſſariò permanſuri deberent in adiacentibus turribus, vel cameris extra eccleſiam, cõiunctis tamen eccleſiæ cubare, vbi ſi interdũ rem cum vxore haberent, non eſſet ſacrilegium mortale cum non pollueretur eccleſia. Tertio dicimus cum Soto, quòd ſi nullus locus ſuperſit confugæ ad eccleſiam, ad dormiendum, niſi intra eccleſiam, ſi aliquando ſecretè, aliqua nocte, de foris veniente ad illum inuiſendum ſua vxore, propter prædictos fines ſine contemptu loci cum ea rem haberet, neque eſſet mortale ſacrilegium, nec neceſſario confitendum.

*1 — Scotus. 2 — 3 Soto.*



dum. Si autem in publico ambo coniuges in eccleſia cubarent, talis concubitus cum eſſet publicus, non excuſaretur à ſacrilegio mortali neceſſario confitendo, cum per illum violaretur eccleſia.

*Quæſtio.* ¶Cæterùm, quia de copula carnali in eccleſia habita non eſt dubium, quin ſit ſacrilegium neceſſario confitendum: de aſpectibus, & colloquijs ibi interueniẽtibus inhoneſtis, & libidinoſis, & de oſculis, & tactibus turpibus, & impudicis, quia non eſt de his omnimoda conuenientia inter doctores, à nobis dubitari meritò poteſt, an circunſtantia iſta loci ſacri, quæ his actibus inhoneſtis accidit ſit neceſſario in confeſsione aperienda. Igitur ad quæſtionem cum Cano in relectione de pœniten. præmittimus primo, quòd qui exiſtens in Eccleſia, vult ſeminare extra eccleſiam, aut furari, aut occidere talis circunſtantia, ſcilicet, quòd habuerit iſtam volitionem in eccleſia, non eſt neceſſario in confeſſione pandenda.

*De tactibus in eccle. & oſculis. Canus. Dictũ. 1.*

*Dictũ. 2. Canus.* ¶Secundo dicimus cum Cano, ibi, quod neque aſpectum turpem, neque ſermonem turpem, in eccleſia accidentem nõ eſt neceſſe exprimere. Quia non ità apparet mutare ſpeciem ratione alicuius prohibitionis eccleſiæ expreſſæ, neque in his talis circunſtantia videtur aggrauare notabiliter. Tametſi Syluester verb. confeſsio. 1. §. repugnare videatur.

*Syluest.*

*Quæſtio. De tactibus.* ¶Sed quid dicendum erit de tactibus turpibus, reſpõdemus planè, quòd tactus ij præſertim in partibus inhoneſtis, quia de per ſe ordinantur ad copulam, quæ eccleſiæ lege eſt prohibita, videntur ad eam ſpeciẽ ſacrilegij proximius accedere. Quare de his loquendo ſentio cum Sylueſtro, quòd ſi interuenerint in eccleſia eſt circunſtantia in confeſsione exprimenda. Nam licet, cum comitanter ſe habuere iſti actus cum copula habita in eccleſia ſufficiat habuiſſe copulam in eccleſia, cum tali muliere ſignificare, tamen illi tactus cum per ſe ſoli ſine copula contingunt in eccleſia, circunſtantia loci ſimul cum ipſis confeſſori ſignificãda eſt. Quia licet ante ex mente Nauarri, & omnium dictum ſit, oſcula, & tactus antecedentes & immediatos ad coitum, non eſſe neceſſe confiteri, ſed ſolum coitum: intelligitur tamen hoc quando tales tactus, & oſcula ſunt via ad coitum. Quia ſi accidit interruptio, quia noluit conſummare, aut quia mutauit ſententiam: & poſt horam, vel ſtatim voluit iterum, conſummare: tunc tactus, & conſummatio duo eſſent peccata diſtincta, diſtinctè explicanda, etiam ſi contingerent in eccleſia cum his circunſtantijs, quod eſt quotidianum inquit Nauar. hoc fieri etiam extra eccleſiam, & à doctoribus eſt parum animaduerſum. Ita Nauar. ſum. latin. cap. 6. nu. 17.

*Sententia autoris. Nauar. Nota. Aduertentia Nau.*



*Quæſtio. De choreis in eccleſ.* ¶Sed quid de choreis in eccleſia, præſertim inter perſonas ſuſpectas viros, & mulieres, vbi ſolent ſibi inuicem ſtringere manus, aliaque ſigna leuitatis oſtendere? Dico cum Armilla verbo, chorea; ſi fiant in eccleſia, vel in loco ſacro magis videtur mortale, quam veniale propter contemptum præcepti, aut irreuerentiam Dei, cuius domum decet ſanctitudo. Secus eſſet ſi in eremitorio rurali, vbi cauſa deuotionis & recreationis tota cognatio conuenit ſecluſo ſcandalo, & inhoneſtate procul pulſa, ſine contemptu Dei, & loci, ceſſante, vel non extante præcepto prohibitiuo prælati in contrarium, aliquam choream ibi ducerent conſanguinei inter ſe: nam tunc non auderem id facti damnare ad mortale. Sed de his plura in materia de ludo reſtant dicenda: ſicut dicemus eſſe mortale inter diuina officia paſchate Natiuitatis in matutinis loco benedictionis effutire turpia dicteria Hiſpanicè dicta, pullas. Sed de cantibus turpibus, & pulſationibus in muſicis & organis laſciuũ quid ſonantibus, & ad inhoneſtatem pertinẽs, quomodo ſit mortale in prælatis talia inter diuina officia ſuſtinentibus, cum ex officio talia teneantur potius arcere, dicemus poſteà: & de cæteris vulgaribus hæc in eccleſia exercentibus, quando ante monitionẽ poſsint à mortali excuſari, & quando non, ibi in materia ludi nobis dicendum erit copioſius & amplius. Vide circa hoc Caieta. verbo, organa. Deniq; nota cum Nauar. cap. 6. nume. 9. in prædictis 4. caſibus de effuſione ſanguinis, pollutione, furto: quòd etſi exiſtentes in eccleſia, extra cupiunt iſta facere, iſtam circunſtantiam loci ſacri confiteri non tenentur, bene tamen tenerentur eam exprimere confitendo, quando exiſtentes extra eccleſiam, in eccleſia voluere iſta committere, vt memini me prędixiſſe.

*Armilla. De canentibus turpia in eccleſ. Caiet. Nota cũ Nauar.*

GRANADA

¶Perpendendum eſt etiam, quòd ex ſepelitione quoque hæretici, vel excommunicati etiã violatur eccleſia: quare exhumandi ſunt, quando oſſa eorum ab oſsibus aliorum fidelium poſſunt diſcerni.

## CAP. XXXIIII.

*Quibus auxilijs, de mediatoribus, & mediatricibus in peccato, de circunſtantia finis, de circunſtantijs leuibus, de circunſtantia recidiui in peccatum, an ſit confitenda.*

IAM ad tertiam circunſtātiam accesſimus examinandam, quæ eſt de auxilijs, quibus perpetratum eſt peccatum. De qua circunſtantia quęrimus primò,

*Quæſtio.*

vtrum ſic notabiliter aggrauet, quòd ſit neceſſario confitenda. Igitur reſpondet Metina in ſua inſtructione folio. 26. pagina. 2. quòd circunſtantia hæc in duobus caſibus peculiariter aggrauat, atq; in confeſsione explananda eſt.

*Metina. De medijs in peccando.*

1 Primò, ſi inſtigauit, incitauitque aliquem ad opem ſibi ferendam in peccato, & ſi ex tali incitatione ſubſequuta eſt ruina in tali perſona, quæ ad tale peccatum non erat animo præparata.

*Corollar.*

Hinc ſequitur, quòd amaſius, qui ad ineſcandam mulierem, cuius amore erat captus, quæſiuit mediatrices ad alloquēdam eam, vt allecta colloquijs & muneribus, coitui nefario aſſentiret: quia gurges peccatorum hinc ſolet emergere, confiteri debet epiſtolas, nuncia, & munera, quæ gratia illam alliciendi miſit: & quoties illa miſit, & quot mediatores, vel mediatrices induxit ad ſimilia dona & nuncia perferenda aut perſuaſionem faciendam. Sicut etiam ipſæ mediatrices, tenentur vices, quibus his functæ ſunt officijs dicere: & ruinam fœminæ, quæ alias imparata erat & talibus interceſsionibus deuicta acquieuit, & ſtatum vtriuſque, ideſt, amaſij, & mulieris, inter quos mediauit mediatrix, etiā ſi mediauerit inter iam paratos, quia eſt fouere eorum ſcelus iam cæptum & malum ſtatum.

*Contra cōfeſſores.*

Sed aliqui confeſſores ex cupiditate citò finiendi, & expediendi citò pœnitentes parum curant iſta percontari: etiam ſi probabiliter credatur pœnitens impegiſſe in ea.

2 ¶ Secundo iſta circunſtantia notabiliter aggrauat caſu, quo princeps Chriſtianus ad bellum, opem Maurorum infidelium, vel hæreticorum, ſibi quæritauit ad delendos Chriſtianos. Nam licet Machabæus dicatur petiuiſſe auxilium à Romanis infidelibus, id erat ad extirpādos hoſtes infideles religionis Dei perueſores & non ad delēdos veros Dei cultores, ſed ſine periculo eorum, & ad eos contra hoſtes protegendum. Ad hunc caſum reducitur, quando talibus extraordinarijs induſtrijs & vijs vſus eſt ad peccatum, quod arbitrio ſapientum & prudentum videntur notabiliter aggrauare tales induſtriæ.

*De circunſtan. finis.*

¶ Iam ſequitur agendum eſſe de quinta circunſtantia: quæ eſt circunſtantia finis. Verbi gratia, qualem finem reſpexit, qui ad actum malum perpetrandum eſt motus. Quoniam ſi aliquis huius rei gratia virum alicuius mulieris occiderit, quo ea potiretur, circunſtantia hæc finis in confeſsione venit prodenda. Quia, quanuis ibi non interuenerit, niſi vnus actus homicidij, reperiuntur tamen ibi duæ malitiæ diſtinctæ. Eſt etenim ſecundum Ariſtotelem ille talis, & homicida, & adulter, taliter, quòd præcipua malitia deſumitur ex intento fine, ac perinde hic magis adulter, quam homicida reputatur.

*Quæſtio. Sot. Syluę. variant. De vana gloria.*

¶ Porro ab hoc loco non videtur aliena hæc quæſtio, de qua diſſentiunt Sotus & Sylueſter. Vtrùm qui confeſſus eſt propter inanem gloriam principaliter, iſta circunſtantia finis mali, id eſt, vanæ gloriæ, ſit in alia confeſsione neceſſario declaranda. Sylueſter affirmat, quòd confiteri eam certè tenetur verbo, confeſsio. §. 7. Sed nos dicimus cum Soto, quòd ad id non tenetur: nam talis confeſsio valida eſt, & fructuoſa, & impletiua præcepti. Secus eſt, inquit Sotus, ſi propter mortalem finem confeſſus fuiſſet: quia tunc cum deeſſet dolor, & propoſitum abſolutum cauendi talem malum mortalem finem, valida non eſſet.

*Quæſtio. De modo.*

¶ Iam de ſexta circunſtantia, quæ dicitur modus, diſſerendum venit, ſcilicet, quis modus ſeruatus fuit in peccando. Sicut verbi gratia, ſi aliquis non ſolum præoccupauit alienum ſecreſe, ſed rapiendo illud violenter: tūc non eſt furtum, ideſt, ſola acceptio alieni, ſed eſt rapina, quia vi, & violentia ſibi rapuit alienum. Circunſtantia vero hæc neceſſario eſt in confeſsione detegenda: quia in contemptum & iniuriam grauem redundat domini rei, aut eius legitimi poſſeſſoris, ideo mutat ſpeciem.

*De circunſtan. leuibus. Sotus. D. Augu.*

¶ Rurſus ad hanc circunſtantiam licet non tam aptè quadret, puto reducendum illud, quod ait Sotus in 4. quòd circunſtantię, quæ quodammodo factæ, apparent leues, & non notabiliter aggrauantes, licet ob id non ſint de neceſsitate confeſsionis, tamen ſæpiſsimè conſilium eſt, vt ait Diuus Auguſtinus in cano. conſideret: vt quaſdam ad rem pertinentes explicet.

*Exempla.*

Vt ſi in die præcipuo feſti ſcandaloſum peccatum quis fecit, vt tempore verbi gratia. 6. feriæ ſanctæ hebdomadæ: aut ſi occidit virum ſanctitate, literis, aut nobilitate inſignem: aut ex leuiſsima cauſa, eum interemit: aut ſi furatus eſt ab illo, qui egeſtate laborabat, & alia huiuſmodi.

*Aduertit Nauar.*

Sicut etiam Nauarrus ait cap. 6. nume. 10. quòd circunſtantia perſonæ, vt prælati, vel docti viri, vel dignioris religioſi, non eſt neceſſario confitenda. Niſi agat talis contra votum, vel contra ſtatutum voto firmatum, vel officium, vt cum religioſus fornicatur. Secus eſt ſi religioſus blaſ-



phemet non tenetur in hoc peccato ſe religioſum eſſe explicare, niſi ratione ſcandali.

*Quæſtio. De recidiuo. Variant Doctores. Canus.*

¶ Huc etiam iuuat aduocare & illam quæſtionem de recidiuo peccati, quæ peculiarem difficultatem habet. Nam in ea non ſibi ſatis conſtant doctores. Nam Canus in ſua Relectio de pœnitent. tenet recidiuum in peccatum non neceſſario eſſe confitendum; neque Diuum Thomam ſenſiſſe neceſſario fore confitendum: niſi quando ingratitudo recidentis in peccatum ſpecialis culpa eſt: quanquam optimum conſilium eſt recidiuum & peccandi conſuetudinem explicare ſacerdoti.

*Sylu. Sotus.*

At Sylueſter in roſa aurea, in quæſtionibus impertinentibus, & Sotus in quarto, partem tuentur contrariam cum certis limitationibus.

*Reſpond.*

¶ Igitur ordine congruo puto ſic ad quæſtionem reſpondendum.

1 Primo quod quando recidiuum in peccatum, & eius iteratio eſt cum contemptu ſpeciali Dei remittentis peccatum, & eius remiſsionis, neceſſario eſt tunc in confeſsione explicandum. Hæc ſententia eſt Cani, & à nemine negatur: quia tunc interuenit ſpecialis ingratitudo in re graui contra benefactorem, & eius beneficium, vt ait Diuus Thomas. 2. 2.

*D. Thom.*

Sed hoc peccatum non contingit, vt videtur niſi in preſcitis, obſtinatis, ac deſperatis: de quibus eſt dictum: peccator cum in profundum peccatorum venerit contemnit.

*De contemptu.*

2 ¶ Secundo addimus, quòd etiam quando in conſuetudine nequam, reiterationeq; peccati interuenit contemptus interpretatiuus, eſt circunſtantia neceſſario confitenda. Verbi gratia, quando voluntas ita effrænatè vult peccare, ac ſi non eſſet lex humana, aut diuina, licet formaliter non contemnat leges. De quo contemptu nemini eſt dubium quin ſit confitendus, ſcilicet, quando in affectu peccandi ita ſe habet, ac ſi leges illæ non eſſent.

*Nota pro religioſis.*

Patet in noſtris conſtitutionibus non obligantibus nos ad culpam, niſi ex contemptu: contingit peccare ſic, ex iſto contemptu conſtitutionis interpretatiuo neceſſario confitendo. Secus eſt ſi religioſus noſtratum conſtitutionum ordinis prædicatorum, tranſgreſſor aſsiduus, nō ſic haberet corruptum affectum ad ea, quæ ſunt ſuæ conſtitutionis, quia vellet ea ſeruare, ſed in opere præ ſua fragilitate, ex aliqua licet inſufficienti cauſa, ſed apparenti ita ſe haberet ad illa, ac ſi haberet affectum corruptum: quia tunc tantum eſſet hæc ingratitudo generalis, non neceſſario cōfitenda: ita ſentit Ioānes à Peña in ſuis ſcriptis & Bādel.

*A Peña. Bādelus.*

3 ¶ Tertiò aſſerimus cum Soto, & Metina, quòd licet circunſtantia recidiui & reiterationis peccati non ſemper ſit confitenda: quia regulariter ingratitudo generalis quædam tantum eſt, tamen in caſu particulari neceſſario venit confitenda.

*Sotus. Met. De ingratitudine confiten.*

Verbi gratia, in caſu particulari, quo quis pœnitens de grauiſsimis peccatis ſæpeſæpius repetitis, in confeſsione ſæpiſsime à Deo obtinuit veniam, & à grauiſsimis & præſentaneis periculis, in quæ ratione illorum coniectus erat à Deo liberatus eſt, quaſi miraculoſe, & ſimul cū hoc adiecit iterū atq; iterū Deum, ac tam inſigne benefactorē offendere; profectò, vt bene ait Sotus, tunc iſta circunſtantia recidiui & iterationis offenſæ grauiſsimæ Dei, confitenda eſt, quia notabiliter aggrauat: quia inſignis ingratitudo, & contra inſignem benefactorem, & contra egregium beneficium eſt.

*Sotus.*

*Quæſtio. De recidiuo.*

¶ Præterea de recidiuo ſciendum ſupereſt an de eo interrogatus pœnitens à confeſſore teneatur reſpondere, an vero ſatis ſit ſi repetitum peccatum confiteatur abſque eo, quòd reuelet antea fuiſſe à ſe pluries commiſſum, & pluries confeſſum, & in confeſsione remiſſum.

*Sylu.*

Quæſtionem hanc diſcutit Sylueſter roſa aurea, in quæſtionibus impertinentibus per hæc dicta.

*Dictū. 1. D. Thom.*

Quorum primum eſt; Quod ex mente D. Tho. in 4. diſtinct. 22. q. 1. ar. 4. tenetur quis confiteri recidiuum peccati, non ſolum in generali, ſed etiam in ſpeciali indirectè quantum ſibi videbitur expedire, ſcilicet quantum ad illud, ſine quo non poteſt debitum remedium adhiberi à confeſſore peccatis ſuis aſſuetudine inueteratis. Et hoc rationabile eſt prorſus.

*Dictū. 2.*

¶ Secundum eius eſt dictum. Si aliquis pœnitens antea aſſuetus peccare, & habere rem cum aliqua fœmina, iam omnia peccata præterita confeſſus eſt, & poſt hæc reincidit, ſi ſimul iam eſt certus, quod iterum non relabetur cum illa, ex aliqua nouitate: quia ſiue illa nupſit, vel illinc in aliā patriam longè diceſſit, vel quia aliter ſufficiens remedium appoſitum eſt: non tenetur confiteri recidiui circunſtantiam, neque antiquam peccandi conſuetudinem cum illa, iam confeſſam, quia ceſſat neceſsitas, cum remedium ſit appoſitum. Et quia, licet peccatum illud iteratum poſt confeſsiones præteritas ſit grauius in habitudine ad peccata præterita, iſta tamen grauitas non eſt eſſentialis, nec notabiliter ſemper aggrauans, niſi in caſu ſupradicto à Soto. Vnde extra iſtum caſum Soti, vbi alias iam ceſſat periculum, neque etiam ad interrogationem confeſſoris tenetur pœnitens de recidiui circunſtantia reſpondere.

*Quæſtio.* ¶ Hic etiam ſciſcitabitur aliquis: An peccare cum fiducia obtinendi veniam per confeſsionem ſit circunſtantia aggrauans neceſſario confitenda? Nam certè videtur, quòd aſſumere Bullam cum intentione ſe abſolui faciendi à caſu reſeruato peccati, quod molitur facere, ſit circunſtantia neceſſario confitenda, propter grauem abuſum bullæ. Reſpondetur nihilominus cum Nauarro in ſum. latin. capit. 6. numer. 4. quòd ſecundum Caietanum contra Diuum Bonauenturam talis circunſtātia non eſt aggrauans, ſed minuens, quia peius eſſet ſine ſpe, & propoſito pœnitendi, peccatum fuiſſe aggreſſum. Et ad obiectionem in contra dicitur, quòd ibi licet propoſitum abſolutionem obtinendi à reſeruato peccato nō aggrauat, tamen eſt abuſus priuilegij quando ſumit bullam, vt occaſionem ad peccandum. Ideo qui illam aſſumit alias non peccaturus, vt peccet, propter abuſum priuilegij, priuilegium bullæ ei in hoc non valet: ſecus ſi poſtquam bullam ſumpſit, cum alias eſſet paratus peccare cum confidentia obtinendi abſolutionem per illam peccaret: quia tunc ei valeret: quia peius eſſet ſecundum Caietanum & Nauarrum, ſi ſine propoſito pœnitendi & obtinendi abſolutionem peccaret.

## CAP. XXXV.

*De circunſtantia temporis; De circunſtantijs circa peccata carnalia, De circunſtantia cum filia confeſsionis, aut cum fœmina infideli, aut cum vxore menſtruata, aut cum affine ſibi facta.*

CIRCA circunſtātiam temporis habituri iam ſermonem dicimus primo cum Metina in ſua inſtructione fol. 27. pagi. 1. & 2. quòd circunſtantia hæc regulariter non eſt neceſſaria explicatu in confeſsione, niſi caſus contingeret eiuſmodi in inſigni die, vt ſi in feria ſexta ſancta paraſceues vbi Chriſtus paſſus in cruce repræſentatur pro peccatoribus, tunc pœnitentibus & ſe flagellantibus occiſus, aliquis enorme peccatum patraſſet. Quia in hoc caſu, inquit Metina circunſtātia iſtius modi, quia aggrauat: eſt cum tali peccato enormi confitēda. Similiter dum quis pœnitens pergit ad adimplendam pœnitentiam denuo offendit Deum grauiſsimè. Nam certè videtur hæc notabilis ingratitudo. Sed in alijs caſibus ſecundum Metinam,

A circunſtātia temporis non videtur neceſſario confitenda. Sed ne nitamur ſolum in hac parte in ſententia Metinę, audiamus Nauarrum, qui cap. 6. nu. 9. ſic ait: circunſtantiam temporis non eſſe confitendam, neceſſario ſe multis fundamentis confirmaſſe in cap. conſideret à nu. 17. vſque ad 40. reſpondendo totidē alijs oppoſitis: & in hoc ſequutum ſe Caietanum ait ſumma. verbo, dies feſtos, reſolutumque Sylueſtrum verbo. circunſtantia. quæſt. 3. & verbo Dominica dies. quæſt. fin. & in roſa aurea caſu 63. vbi teſtatur doctiſsimos quoſq; ordinis Dominicani in hanc opinionem conueniſſe, quibus acceſsit Almainus. Excipit ta- B mē Nauarrus ab hac opinione negatiua duos caſus. Primus eſt quando per peccatum commiſſum in feſto intēdit facere manuale opus prohibitum fieri illo die. Vt ſi die tali cogeret ſartorē conficere veſtem amicæ, quia eam inuiſurus eſt ſero in illo feſto, & delaturus veſtem ad illam. Secundus caſus eſt, quādo per tale opus intenderet violare feſtum. Idem dicendum eſt de circunſtantia diei orationi vel ieiunio conſecrati, ſcilicet, quòd nō ſit neceſſario confitenda. Eſt tamen contra Scotum & Gabrielem. Sed, vt ait Canus, neque Origenes Homilia 18. ſuper Numeros, neque Ambroſius in 13. Lucæ cap. neque D. Hierony. C in Iſaia in cap. 56. ac cap. 58. neq; D. Auguſt. 119. ad Ianuarium contrariantur iſti ſententiæ noſtræ, quam tenet Sotus, Canus, Metina: ſi ſenſum iſtorum eccleſiæ doctorum Diui Auguſtini, Hierony. Ambroſij, non verba ſectemur. Sed neque frater Ioſephus modernus Scotiſta nobis aduerſatur, quia nobiſcū conuenit. At & ſi frater Antonius Corduben ſis in ſuo quæſtionario nobis aduerſari videatur: ſubtrepide tamen, quia ſic concludit: Forte talis circunſtantia temporis feſti ſolum cōſtituit malitiam venialem, vt concordentur, inquit, doctores. Sed ratio potiſsima noſtræ negatiuæ ſententiæ eſt illa D. Thomæ; ſcili- D cet, quòd violatio loci ſacri, eſt expreſsè prohibita per eccleſiam in ſupradictis caſibus. At de violatione temporis per aliquod peccatum tunc commiſſum, nulla eſt eccleſiæ ſpecialis ordinatio. Cuius differentiæ congrua ratio eſt, quam tradit Diuus Thomas, ſcilicet, quia locus ſacer cum ſit magis corporalis, quam tempus ſacrum, non ita violatur tempus ſacrum per aliquod peccatum, tunc temporis commiſſum, ſicut ſacer locus contaminatur. Secunda ratio eſt: Quia ſi quæ authoritates, aut ſanctorum, aut ſcripturæ de ſanctificando diem feſtum videantur ſonare in contrarium, ſed vt bene aiunt noſtri Thomiſtæ,



ad finem cultus feſti pertinet, ſcilicet, tunc à peccatis abſtinere. At finis non ſemper eſt de ſubſtantia præcepti, neque ſecundum veros Theologos, vt ait Metina loco citato, cadit ſub præcepto.

¶ At verò ſecundam conſiderationē temporis quoad perſeuerantiā in peccato dicos attendendam eſſe. Quia ſi ſit notabilis, iam diximus in confeſsione eſſe declarandam ſecundum Metinam: vt ſi colloquia inhoneſta habuit quis cum fœmina per tres, vel quatuor horas, per tot explicaturus eſt iſtud cōtinuaſſe peccatum.

¶ Tandem attendito lector, quòd ſecundum Nauarrum cap. 6. nu. 10. perditum operis non eſt circunſtantia tam propriæ volitionis eius interioris: quia potius eſt profectio, & conſummatio impletiua malæ volitionis interioris. Et ideo poſt confeſsionem ſi accidat eius conſummatio per exterius opus, talis conſummatio eſt confitenda, ſicut antea diximus extenſius.

¶ Cæterum, quia multæ ſunt circunſtantiæ circa peccata carnalia luxuriæ, quæ mutant ſpeciem, & nōnullæ, quæ videntur aggrauare, indebitè faceremus, niſi ſigillatim de ſingulis, quæ ſpecialem difficultatem habēt, ſermonem haberemus. ¶ Præmittimus igitur primo ſecundum D. Thom. 2. 2. quæſt. 154. ſpecies luxuriæ eſſe fornicationem ſimplicem, adulterium, inceſtum, ſtuprum, raptum, & vitium contra naturam. Simplex autem fornicatio eſt quando ſolutus cum ſoluta miſcetur: adulterium autem quando alter vel ambo ſunt matrimonio iuncti. Vbi aduertit Nauarrus cap. 6. nu. 5. quòd coniugatus ſi rem habuit cum alia coniugata cum altero, non ſatis eſt ei in confeſsione ſe accuſaſſe, q̄ commiſerit adulterium: ſed explicare opus habet, quòd cum ipſe eſſet coniugatus cum vxore alterius ſe comiſcuerit: quia duplex hic commiſſa eſt malitia, & contra propriam vxorē, & contra maritū alterius.

¶ Inceſtus verò eſt concubitus, qui inter conſanguineos, vel affines committitur. Vnde cum duplex ſit affinitas, vna carnalis, quę contrahitur per matrimonium, & alia ſpiritualis, quæ contrahitur per baptiſmum, vel confirmationem: ſi quis cum conſanguinea vxoris coierit intra quartum gradū, hæc circunſtantia, & gradus explicandus eſt in confeſsione. Similiter quando rem habuit cum conſanguinea vxoris, non tenuit matrimonium, ſi hæc copula præceſsit ad illud. Si autem poſt matrimonium talem copulam habuit, quia quantum eſt ex parte ſua impeditus

A eſt propter hoc ſtatuto eccleſiaſtico petere debitū ab vxore, ſi petat debitū ab vxore, cum ipſaq; rem habeat ante obtentam ſuper debiti petitione diſpenſationē, eſt circūſtantia neceſſario confitenda: ſcilicet, q̄ cum habuerit poſt matrimonium rem cum ſorore vxoris, petierit ipſe debitū ab vxore, quæ circunſtantia videtur reduci ad ſpeciem inceſtus. Secus eſt ſi in hoc caſu ad petitionem vxoris innocentis redderet ei debitum.

¶ Adde vero quòd qui habet rem cum vna ſorore, ſi poſtea habeat rem cum alia conſorore in confeſsione copulæ habitæ cum ſecunda ſorore ſecūdo cognita, id eſt, poſt pri- B mam circunſtantiam explicare tenetur: ſcilicet, quòd cum habuiſſet prius rem cum vna ſorore, commixtus ſit eius conſorori. Porrò propter præuiam cognationem ſpirituale, qui iuxta nouum decretum Concil. Triden. intra gradus paternitatis, & filiationis ſpiritualis vel compaternitatis ſpiritualis contractæ in confirmatione, vel baptiſmo, ſe cognouerint carnaliter, tenentur & hanc circunſtantiam in confeſsione propalare.

¶ At hic iam non modicum dubium occurrit, ſcilicet, an qui rem habuit cum filia confeſsionis teneatur hanc circunſtantiā explicare? *Quæſtio.* Reſpondetur primo, quòd intra con- C feſsionem confeſſorem, ſolicitare fœminam accedētem ad confitendum, iam res ipſa tam perhorrida eſt, & tam contraria ſanctitati ſacramenti, vt non ſolum ſit circunſtantia à cōfeſſore ſic ſolicitante confitenda: ſed ſi hoc denuncietur inquiſitoribus, ſicut ſub excommunicatione latæ ſententiæ fœminæ ſic ſolicitatæ iuſſæ ſunt illud inquiſitioni ſanctæ denunciare, punientur grauiter confeſſores, qui in hoc deliquerint iuxta ſui criminis enormitatem. Sed quid ſi confeſſor intra confeſsionem pœnitentem adoleſcentulum ſic ad peccatum nefandum ſolicitauerit? Dico q̄ grauior eſt hæc circunſtantia: quare in cō- D feſsione ſimiliter eſt explicanda. Sed an res ſit, quæ punienda veniat per Inquiſitores? ipſi iudicent, & videant. Et in dubio an eorū edictum, & hunc caſum rarum comprehendat, talis caſus, ſi contingat, videtur denunciādus. Quia ſimiliter, imo multo magis hic ſacramentum pœnitentiæ dehoneſtari videtur: & quia ipſi Inquiſitores arbitrabuntur, an cognitio huius caſus ad ſuum attineat tribunal.

¶ Secundo reſpondendo directè dicimus ad caſum, q̄ ſecundum omnes doctores, confeſſores, qui ſuas filias confeſsionis carnaliter cognouerint, iſtam circunſtantiam expli-

care tenentur. Nam 30. quæſt. 1. cap. omnes: par pœnitentia ei indicitur, qui ſpiritualem filiam baptiſmi, & ei qui pœnitentialem filiam violare mõſtratur. Ibi ſic habetur. Syluest. Papa quoque docens admonet vnumquemque ſacerdotem, vt nullus cauſa fornicationis ad ſuam pœnitẽtialem accedat, quia ſcriptum eſt. Omnes, quos in pœnitentia accipimus ita filij noſtri ſunt, vt in baptiſmate ſuſcepti. Quapropter hoc ſcelus, ſiquis perpetrauerit non ſolum dignitatis honorem amittat, verum etiam vſque ad exitum vitæ ſuæ iugi pœnitentię ſe ſubdat. Et in tribus capitulis vltimis æqualis iniungitur pœnitentia, ſcilicet, quòd. 12. annis per orbem diſcurrant &. 15. ſi fuerit Epiſcopus, & poſtea recludantur, in monaſterio.

¶ Affine eſt huic materiæ aliud dubium, ſcilicet, an cognouiſſe fidelẽ nunc fœminam verbi gratia, Indicam ante quam cõuertatur, & baptizaretur ſit circunſtantia neceſſario confitenda. Et quidem quòd inter tales matrimonium valide contrahi non poſsit perſpicuum eſt, cum hoc pertineat ad impedimentũ diſparitatis cultus, quod eſt impedimentum dirimens. Sed an concubitus Chriſtiani cũ tali infideli ſit circunſtantia notabiliter aggrauans, & neceſſario confitenda, id reuocamus in dubium. Et licet nullũ doctorẽ reppererim de hoc caſu expreſſe loquentem, arbitror ſub aliorum iudicio quòd talis circũſtantia eſt cõfitẽda. Primò, quia inter Indos infideles, inter quos ſum etiam verſatus, vt in nouo regno Granatenſi, cõmunis animi conceptio inter Hiſpanos illic exiſtentes eſt cõmixtionem illam carnalem cum fœmina Indica infideli, nefandam eſſe cenſere. Quare ſi Hiſpani aliquas huiuſmodi fœminas bello, vel aliter cœperant, ſtatim eas baptizari curabant, ne ſi cum illis ante baptiſmum earum, cõmiſcerentur, male audirent, aut punirentur, aut vt grauius peccatũ effugerent, quod cum infideli coeũdo cõmittere ſe cenſebant. Secũdò: quia cum ex tali cõcubitu cũ Indica infideli generatur proles, vel abſcõditur, vel regulariter à matre infideli infideliter educatur, & cũ periculo ſalutis prolis. Et vltimò, ſi aliquis eſt, quem hæ rationes non conuincunt, ſaltem ratione ſcandali infideli in copula dati, talis circunſtantia eſt confitenda. Nã Indi, & fœminæ infideles Indicæ tales ſunt, taliſque genij vt facile fragilium patiantur à fidelibus ſcandalum. Nam ſunt veluti quędã ſimiæ: agunt quæ nos vident agere, nihil curant de offenſa Dei, de qua vidẽt Chriſtianos non curare. Et tandẽ propter Chriſticolas il-

A lic degentes, ſic, ſi ſcandaloſe viuãt, dicit Dominus illud prophetæ: Nomen meũ blaſphematur per vos inter gentes. Et tanquã nebulones Chriſtianos reputant Indi, dum vident eos docere, ꝙ ſecundum ſuam legẽ non licet fornicari, & aliũde eos fornicari vident paſſim cũ fœminis infidelibꝰ. Et circũſtantia hęc multo acrius pungit ſacerdotes illic cũ fœminis Indicis incõtinentes. Quia duplo gehẽnę filias eas ſuo ſcãdalo faciunt: dum ad talia inhoneſta cõſentienda audaciores eas reddũt.

*Quæſtio.* ¶ Verũ quia iam de circũſtantia affinitatis carnalis cæptũ eſt agi, & quia ab aliquibus vidi dubitari, an concubitus cum propria cõſanguinea, ſcilicet, cũ propria ſorore aut conſobrina taliter impediat petitionem debiti ab vxore, quòd ſi petendo cõmiſceatur vxori, teneatur iſtã circunſtantiam confiteri, quia iſtorum caſuũ nõ eſt hic proprius locus perfunctoriè quatenus faciũt ad rem præſentẽ de eis dicimus primo, cum Soto in. 4. quòd concubitus cũ propria conſanguinea viri, nõ impedit virum à petitione debiti ab vxore. Quia per talem copulam non contraxit affinitatem cum vxore, neque hoc expreſſe prohibuit ius: niſi quando habita eſt copula cum conſanguinea vxoris intra 4. gradum.

¶ Secundo perfunctorie adijcimus de cognatione ſpirituali, quod ſi quis in neceſsitate, vbi non erat alius, qui baptizaret, baptizauit propriũ filium periclitantẽ, aut ex ignorantia inculpabili illũ tenuit ad baptiſmum, nõ impeditur à petitione debiti. Quare ſi petens ab vxore, cum ea rem habeat: non eſt circũſtantia neceſſario confitenda vt patet. 30. quæſt. can. ad limina.

*Quæſtio.* ¶ Deinde acceſſorie ad prædicta inueſtigare pergimus adhuc, vtrũ caſu, quo aliqua vouit virginitatẽ ſeruare, ſi poſt votũ eam per copulã iam amiſit, ſi talis iam amiſſa virginitate, ad viros acceſſus carnales habeat, illos confitendo, teneatur iſtã circunſtantiã voti virginitatis cõfiteri. Et videtur quòd nõ, quia ipſa, vt verba voti eius ſonuere, nõ promiſit, niſi virginitatẽ ſeruare, quam iam impoſsibile eſt ſeruare, cum illã iam amiſerit. Reſpondetur nihilominus cum Soto, quod quia vis obligationis votorũ ex intentione pendet ſi iſta per illa verba, quibus virginitatẽ perpetuam ſeruare vouit, ſolũ intendit à prima venere violãte integritatẽ carnis abſtinere, iam poſt primam copulam virginitatis expultricem: ſi acceſſus vlteriores ad viros habeat, non tenebitur circunſtantiam voti cõfiteri.

¶ Secundo Sotus ait, cui accedit frater Ioſephus, quòd ſi per talia verba, & per tale votum



tum fuit animus non ſolum à prima venere abſtinendi, ſed ad perpetuam caſtitatem ſe voto aſtringendi: tenetur tunc in omnibus tranſgreſsionibus carnalibus, hanc circunſtantiã voti, confitendo explicare. Sed quid ſi anceps ſit quo animo vouerit, ſeu qua intentione, an illa prima præciſa, an hac ſecunda non præciſa? Reſpondetur, quòd quia verba iſta ex communi animi conceptione, ſcilicet, voueo virginitatem, votum caſtitatis perpetuæ ſonant, indicendum eſt ei, quod tale votum ſeruet, donec diſpenſationem poſtulet ſuper dubio hoc.

*Quæſtio.* ¶ Iam neque obliuioni hic tradi oportuit, & illa quæſtio, An reddere, & petere debitum à menſtruata vxore ſit circunſtantia neceſſario confitenda. Et breuiter, quia quæſtio hęc alterius eſt loci, quatenus attinet ad præſentem quæſtionem: dicimus cum Caietano, & Metina, & alijs Thomiſtis, quòd talis circunſtantia nullatenus eſt confitenda: quia tales coniuges tunc reddendo & petendo ſuo vtuntur iure. Et quia ſecundum Caietanum tunc natura, ſeu vulua mulieris tempore menſtrui vacat expellendis corruptis, aut ſuperfluis ſanguinis humoribus: quare tunc raro cõcipiunt fœminæ dum ſunt menſtruatæ. Et quia, ſi concipiunt, non eſt hactenus viſum detrimentum leproſæ prolis inde naſcentis. Quòd, ſi ſic aliquando naſceretur, id eſt, præter parentum intentionem. Deniq́ue etſi in aliquo id noceret proli, melius eſt proli ſic eſſe, quam omnino non generari, neque eſſe. Quòd ſi acceſſus ad menſtruatam tam acriter in veteri lege puniebatur id erat, quia erat lex timoris, & figuralis, ſicut etiã pœna mortis tunc plexus eſt qui collegerat ligna in die Sabbathi.

*Quæſtio.* ¶ Poſtremo, nec hanc quæſtionem prætereundam cenſui, ſcilicet, an pœnitẽtes, qui ex ignorantia culpabili, exiſtimant periurium pro ſeruanda vita hominis eſſe licitũ, vnde non confitentur illud peccatum, quia non putant ſe peccaſſe: teneantur iſtam circunſtantiam peccati, taciti in confeſsione, in alia confeſsione confiteri, aut an tota cõfeſſio, vt potè inualida ſit repetenda. Quæſtio eſt, cuius meminit Canus in ſua relectio. Igitur reſpondemus cum illo primo, quòd talis confeſsio facta ex ignorantia culpabili tali, non eſt inualida. Vt, verbi gratia, in caſu poſito, & in caſu, quo quis mercator aliquẽ contractum licere credebat, vel muliercula aliquã ſuperſtitionem cenſebat eſſe religionẽ ex culpabili quadam ignorantia, dum nõ ſit adeò ſupina, & craſſa, nõ arbitror, inquit Canus, tam criticos, ac ſeueros iudices eſſe futuros, vt omnes horum anteactas confeſsiones iubeant iterari. Intrepide tenere poſſumus, inquit Canus cũ Caiet. huiuſmodi confeſsiones repeti nõ oportere. Nã ſecundum Canũ contra Adrianũ & F. Ioſephũ, confeſsio ex negligentia etiã mortali nõ integra, dum talis negligentia non ſit adeò ſupina & craſſa, vt ex induſtria fieri videatur, nõ eſt iterãda: ſed tantum defectus in alia confeſsione ſupplendus eſt, & talis negligentia confitenda. Quia cõfeſsio eſt integra ex intentione formali pœnitentis: quia & ſi illa ignorãtia fuit mortalis, aut mortalis fuit negligentia: id tamen ipſe ignorauit, licet culpabiliter. Non eſt igitur talis confeſsio iteranda, ne inijciamus laqueos animabus. ¶ Secundò dicimus ad quæſtionem, quòd licet in hoc caſu talis confeſsio nõ ſit repetenda, tamen illa peccata tunc omiſſa, & circũſtãtia talis ignorãtiæ & negligẽtiæ eſt corã cõfeſſore exponẽda.

## CAP. XXXVI.

*Circunſtantia de complice an ſit explicanda: caſu quo confeſſor non eſt alius, niſi qui eum ſtatim cognoſcet, latè diſputatur.*

*Quæſtio.* QVaſi ad materiæ calcem illã reſeruauimus celebratiſsimã quæſtionẽ. Vtrùm vbi non eſt alius legitimus confeſſor, niſi qui nouerit complicem, cognoſcetq́; eum ſi circunſtantiam complicis pœnitens ei confiteatur, an tunc talis circunſtantia ſit in cõfeſsione celanda, vel detegenda? Et quidem quæſtio hæc pro vtraq; parte ſuos fautores habet. Pro parte affirmatiua habet fautores doctores antiquos, vnde videtur inter eos fuiſſe communis. Pro parte negatiua, & ſuos defenſores habet, nempe Caietanum, Metinam in ſua inſtructione, & Nauarrum in ſumma latin cap. 7. nu. 2. Canus & Sotus inter hos mediant, differẽter tamen inter ſe.

¶ Partis negatiuæ potiſsima argumẽta hæc ſunt. Primũ eſt, ꝙ quãdo eodẽ tẽpore duę leges incõpatibiles occurrũt, lex maior eſt anteferenda: ſed lex de nõ ſcandalizãdo, vel de non infamãdo proximũ præualet diuinæ legi poſitiuæ de integre confitendo: ergo cum infamia complicis proximi nõ tenetur quis in tali caſu circunſtantiam complicis etiam alias neceſſario explicandam confiteri.

¶ Secundum argumentum eſt, quia fœmina nõ tenetur explicare enormia peccata cũ periculo probabili faciendi ruere cõfeſſorẽ,

quando confeſſor peccaret; non ex malitia,
ſed ex ignorantia, vel ex infirmitate, quia id
eſſet cum detrimento ſalutis animæ confeſ-
ſoris. Ergo pari ratione non licet in caſu quæ-
ſtionis cum detrimento famæ proximi com
plicis, aliquem ſuum peccatum cõfiteri, quia
non ſunt facienda mala, vt eueniant bona.

¶ Tertium argumentum ſit, quia ſecun-
dum communem opinionem doctorum nõ
tenetur quis in caſu, quo aliter confiteri non
poteſt, confiteri per interpretem, aut per
ſcripturam, quia id fieret cum detrimento &
periculo ſuæ famæ; quia ſic poſſet ſuum pec-
catum conſtare apud tertium, ſcilicet, apud
interpretem, ergo neque licite poterit cum
periculo, ſeu detrimento complicis circun-
ſtantiam complicis etiam mutantem ſpecie,
ſeu aggrauantem notabiliter in confeſsione
detegere: quia ſcriptũ eſt: Quod tibi vis alte
ri facias; & quod tibi non vis, alteri nõ facias.

¶ Vt ergo quæſtio ſuis numeris abſolua-
tur primò præſupponitur, quod quando
pœnitens habet alium legitimum confeſſo-
rem, vel poteſt illum adire, vel poteſt con-
feſsio prolatari, nullatenus licet circunſtan-
tiam complicis alias neceſſariò confitendam
confeſſori peruenturo ſtatim ad notitiam
complicis, cum iactura eius æſtimationis
apud confeſſorem reuelare. Quia ſolum in
arcto neceſsitatis caſu, vbi aliter fieri non po
teſt, venit intelligenda quæſtio. Hac præ-
miſſa notatione ſtatuuntur concluſiones re-
ſolutiuæ quæſtionis. Quarum prima ſit: Re-
uelatio cõplicis in confeſsione fieri poteſt,
ſi aliter non poſsit pœnitens confiteri ſpe-
ciem ſui peccati, quando talis reuelatio credi
tur profutura, & non obfutura complici.
Hæc concluſio talis eſt, cui credo nemo ſo-
brius Theologus refragatur. Quinimo ne-
que ipſe Caietanus, qui conceſsit crimen gra
ue alicuius poſſe perſonæ tertiæ prodi, ſi ta-
lis perſona peccatori prodito eſſet profutu-
ra, & nullatenus obfutura. Imò & Nauarrus
hanc tenet. cap. 7. num. 8. ſubiungendo ratio
nem. Quia inquit, reuelatio criminis poteſt
fieri profuturæ perſonæ, & non obfuturæ ſi
præceſſerit correctio, ideſt, monitio: vel ſi
nulla alias ſubſit ſpes correctionis criminoſi.
Et patet, quia iſta iactura eſt parua, & aliun-
de recompenſatur, dum ad eius profectum
animæ detegitur, & perſonæ non obfuturæ,
ſed perpetuò occultaturæ peccatum illud.

¶ Secunda concluſio, Quando complici
ex tali reuelatione, ſi fiat in confeſsione de
circunſtantia complicis, nihil aliud incõmo
di ſequetur, quam quòd apud ſe tantum con

A feſſarius non tantam opinionem de compli-
ce concipiet, ſed tamen non ob id aliter con-
feſſarius complici oberit, poterit illam ex-
plicare. Hæc concluſio eſt Soti in 4. eſt Pe-
dracæ in ſua ſumma: eſt fratris Antonij Cor-
dubenſis in tractatu de caſibus conſcientiæ.
q. 1. eſt tamen contra Metu. fol. 267. in ſua in
ſtructione non diſtinguentem, & eſt contra
Caietan. & contra Nauarrum loco citato.
Imò Nauarrus, etſi ibi. cap. 7. nu. 4. & 5. vi-
deatur illam verbis negare, ſed in exemplis
hic à ſe appoſitis videtur quòd teneat eam
cum Soto, ſic eam limitante. Eſt in parte con
tra Canum hæc propoſitio, quatenus in ſele
B ctione ait, quòd in articulo mortis, licet qui-
dem in hoc caſu circunſtantiam complicis
confiteri, non tamen in alijs confeſsionibus
etiam de præcepto extra illum articulum.
Quem bene in hac parte redarguit Sotus;
Quia ſi ſecundum Canum, non licet detege-
re in vita, neque etiam licebit in morte, quia
tunc tenebitur etiam conſulere, imò multo
magis honori, & famæ complicis. Et quia ſi
nulla ratio detegentem excuſat in vita, neque
etiam in morte excuſare eum ſufficiens erit.
Sed iam hæc noſtra concluſio communis; &
antiquorum probatur primò ratione Pedra
cæ. Quia in hoc caſu talem circunſtantiam
C complicis prodere, apud confeſſorem non
obfuturum non eſt propriè infamare com-
plicem. Quia cum infamia, ſecundum eius
diffinitionem ſit communis opinio ſiniſtra
de aliquo diuulgata apud multos, hæc reue-
latio, quæ vni tantum fit, ideſt confeſſori ce-
laturo non eſt propriè infamia, quòd ſi ali-
qualis iactura eſt famæ, illa modica eſt, &
quam tenetur complex pati propter cõmo-
dum ſalutis animæ proximi. Maximè, quia
cum complex conſenſit cooperando in pec
catum ſuum, & alterius, vt in copula carnali,
ex culpa ſua ſe poſuit in tali ſtatu, vt ſi con-
ſors ſibi in culpa, non poſſet aliter eam confi
teri, cum iactura illius illam explicaret: quia
D bene nouerat iſtum conſortem ſibi in pecca-
to confitendo illam circunſtantiam ſpecifi-
cam, ſuæ conſcientiæ eſſe proſpecturum.

¶ Item ſecundo probatur, Quia pœnitens
hic in hoc caſu proſequitur ius ſuum, quod
habet confitendi integre omnia peccata ſua,
& non intendit iacturam famæ complicis:
ergo non obſtante tali iactura modica cõpli
cis, poteſt, & tenetur in caſu concluſionis ex
plicare circũſtantiam cõplicis. Et hæc ratio,
vt appareat ei vigor, & firmitas multis exẽ-
plis ſimilibus corroboratur: Quia poteſt prin-
ceps, qui bellum iuſtũ gerit quãdo aliter nõ
poteſt



poteſt obtinere victoriam expugnare arcem,
cum periculo & iactura vitæ Innocentium
infantum, & mulierum intra arcem exiſten-
tium. Et poteſt quis proſequi ius ſuum ac-
cuſando furem, licet inde filij, & vxor furis ſi
patibulo ſuſpendatur, manebunt infames, &
ſine remedio: quia iſti proſequentes ius ſuum
iſta mala non intendunt: ſicut neque qui ſe
moderatè defendit inuaſoris mortem. Ergo
pari ratione quia pœnitens proſequitur ius
ſuum, & non intendit illam modicam iactu-
ram complicis, poterit eam circunſtantiam
apud confeſſorem non ſubticere.

¶ Tertia propoſitio; Quando ex reuela-
tione complicis in confeſsione non tantum
parua æſtimationis iacturam patietur apud
confeſſorem, ſed quod maius eſt, ex tali re-
uelatione, aliquod notabile damnum pro-
babiliter creditur, quòd imminebit compli-
ci apud confeſſorem, vel quia confeſſor re-
uelaturus eſſe creditur illam circunſtantiam
extra confeſsionem, vel quòd vlciſcetur ſe
de complice, vel de ſorore ſua, vel conſangui
nea, cum qua deprehendit peccaſſe compli-
cem: tunc neque in vita, neque in morte li-
citè poteſt pœnitens hanc circunſtantiã com
plicis in confeſsione prodere. Hæc eſt Soti,
Pedracæ, Antonij Cordubenſis, & ab hac nõ
diſſentit Canus, neque Nauarrus: quia argu-
menta ſupra poſita pro parte negatiua ſuffi-
cienter eam probant.

¶ Quarta cõcluſio: Si puella ſolicitetur in
confeſsione à confeſſore, licet ſi aliter non po
teſt protegere ſuam pudicitiam, poſsit dete-
gere iſtud crimen extra confeſsionem: ſed ta-
men hoc ſine in alia confeſsione illud patefa-
cere honeſto ſecundo confeſſori non tantum
licet, ſicut extra. Hæc eſt Soti in 4. aſſeren-
tis pro ratione, quòd propter dignitatem, &
neceſsitatem confeſsionis: ne fiat odioſa, non
tantum licet intra illam, quam extra illam
reuelare. Quod autem id criminis extra con-
feſsionem, puellæ prodere liceat, probatur
Quia ad protegendam ſuam virtutem poteſt
quis detegere crimen alienum etiam ei, qui
obeſſe poteſt: Nam cum iniuria mihi fit in
tali caſu dum in illa perdurat mihi iniurius,
ius perdit ſuæ famæ: ac perinde ius habeo me
defendẽdi etiam cum iactura ſuæ famæ: poſt-
quam reliqua media adhibuerim, nec ſuffi-
ciunt ad propellendam iniuriam.

¶ Iam ad argumẽta pro parte negatiua per
ſpicuè patent ſolutiones: Quoniam ad primũ
reſpondetur, quòd non eſt propriè infamare
proximum, neque id intenditur: & quod pro
ſequitur ius ſuũ: & quia complex fuit in cul-

A pa, & præſtitit cauſam, & cum illa optione
voluit cum altero peccare cum in tali occaſio
ne eſt hic poſitus. Vnde, non violatur præce-
ptum de non infamando proximum.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur
eſſe differentiam: Quia fœminam ſolicitare
confeſſorem fragilem per confeſsionem ſuo-
rum turpium actuum, eſt impellere illum ad
magnum malum, ſcilicet, ad ruinam animæ,
& talis confeſsio turpium magis directè ad
hoc operatur in fragili: ſed peccatum com-
plicis ſolum ſciſſe confeſſorem alias non ob-
futurum illi aliter, non eſt tam magnum ma-
lum, neque ex intentione ad illud operatur
B pœnitens.

¶ Ad exempla confirmatiua de ceſſante
obligatione confitendi per ſcripturam, vel
per interpretem dico eſſe differentiã. Quia
cum interpres non teneatur tam arctè ſigil-
lum confeſsionis ſeruare, ſicut confeſſor, libe
rius peccatum pœnitentis prodet apud alios;
& cum ſcriptura natura ſua ſit publica, aut
poſsit deperdi, aut ſurripi, incurritur inde gra
ue periculum diuulgandi peccata: ideò per
ſcripturam, vel interpretem confiteri non
obligamur. At ſciſſe confeſſorem pruden-
tem, & ſecretum circunſtantiam complicis
non eſt res, quæ parat magnum detrimẽtum,
C aut iacturam famæ, quod ſi pararet à tali tunc
circunſtantia confitenda abſtinendum eſſet,
iuxta tradita in tertia concluſione. At ſemper
mihi placuit, cæteris paribus medias ſequi
opiniones: quoniam non rarò magis acce-
dunt ad verum, cum extremæ magis à verò
deuient.

¶ Poſtremo nota cum Nauarro. capit. 7. *Nota.*
numer. 9. quòd non excuſat à confitendo *Nauar.*
peccatum: etiam ſi timor pœnitẽtem ſubeat,
quo parochus maiorem curam de illo ſit habi
turus. Nam neque ſolus pudor eſt legitima
cauſa adeundi extraneum confeſſorem, niſi
quando adeo magnus foret, vt pœnitentem
D conſtitueret in periculo tacendi aliquod pec
catum, vel circunſtantiam neceſſario confi-
tendam. Sed credo, ſi intelligat Nauarrus, vt *Subnota-*
inſinuare videtur, quod propter talem pudo *tur Na-*
rem in tali periculo conſtituto, liceat adire *uar.*
ad extraneum confeſſorem non habentem ſu
per hunc pœnitentem iuriſdictionem alias,
eſt intolerabile dictum, & contra Sotum, Vi-
ctoriam & Canum: quia pudor imo neque
quiuis timor conceptus à pœnitente non dat
iuriſdictionem ſupra ipſum Pœnitentem ſa-
cerdoti, vel confeſſori extraneo antea tali iu-
riſdictione reſpectu iſtius pœnitentis caren-
ti. At textus, qui contrarium ſonare viden-
tur

*Gloſ. Can. & Soti.*

tur optimè gloſſant Canus, & Sotus, Canus A enim ait, quod loquuntur tales textus, quando iniūncta eſt pœnitentia publica per ignarum curatum: tunc poteſt adiri alius confeſſor ſapiens, qui eam moderetur cum fuit exceſsiua. Et ſecundum Sotum loquuntur de priuilegiatis, qui ex priuilegio poſſunt eligere confeſſores: quia prohibentur illic, vt poſt quàm elegerint vnum, non alium adeant, niſi primus electus fuerit ignarus, & indiſcretus.

*Quid ſtuprum.*

¶ Aliæ ſpecificæ circunſtantiæ luxuriæ claræ ſunt, ideo illas miſſas fecimus. Nam ſtuprum eſt cum virgine, quæ eſt ſub cura pa- B tris, quæ ſi violenter corrumpatur, dicetur raptus. Sed contra naturam dicitur, quando taliter ſit concubitus, vel coitus, quod non poteſt fieri generatio. Sacrilegium autem reducitur ad alias ſpecies luxuriæ, quia ſacrilegiū in hac materia non reperitur ſine aliqua illorum. Sed vitium contra naturam, licet ſecundum Diuum Thomam ſit vna ſpecies luxuriæ, aliquando fit ſine concubitu, vt pollutio ſeorſum procurata, & aliquando per concubitum cum re alterius ſpeciei, & dicitur beſtialitas: aut per concubitum ad perſonam eiuſdem ſpeciei, ſed non ſecundum debitum C ſexum, vt maſculus cum maſculo, & fœmina cum fœmina: & dicitur Sodomia. At vbi inter fœminam, & virum non ſeruatur debitus locus, aut modus, ſed taliter fit, quod impeditur generatio, vel ſit mixtio cum periculo effuſionis extra vas, eſt peccatum innaturale, & mortale, eſtque in confeſsione explicandum.

*Raptus. Coitus innatural. Sacrileg. Contra naturam. Beſtialitas. Sodomia.*

*Sotus pro vxoratis.*

¶ Sed tamen, inquit Sotus, in 4. quòd ſi quis bona fide volens congredi cum vxore intra vas eius naturale, aliquid ſeminis nolens effudit extra vas, quia celerius natura operata eſt: non eſt tribuendum culpæ mortali, ſed feſtinantiori operationi naturæ, quæ celerius, quam putauerat operata eſt fundendo. D Secus eſt ſi ipſe ex culpa ſua, ſciens tale periculum, in tactibus impudicis eſt immoratus ante.

*Nota de ſtillationibus. A Peña.*

¶ Poſtremò aduertentia eſt opus circa illam doctrinā, quæ dicitur fuiſſe fratris Ioannis à Peña, ſcilicet, quòd quando vir, ſeu mulier ſtillat, ſed non perfecto ſemine non eſt mortalis talis diſtillatio ex incuria ſubſecuta: ſed ſecundum alios eſt mortalis: quia nequit diſcerni, vtrum ſit perfectum ſemen vel non. Sed ego dico, quando id eſſet in dubio, vtrum talis diſtillatio eſſet perfectum ſemen vel non, cauenda eſſet, & appetitus illius eſſet mortalis, vel eius procuratio. At cū apertè conſtat, quòd non eſt ſemen perfectū, ſed

*Sententia authoris.*

A quædam humectatio, ſi ex incuria ſequatur non erit mortalis ſecundùm Metinam.

*Metina.*

¶ Circa circunſtantias, quatenus attinent ad confeſsionem, vel non: quia longam produximus diſputationem, eam tandem abſoluentes adijcimus admonere; ſentētiam fuiſſe Victoriæ in ſuis ſcholijs, ſupra ſecunda ſecundæ Diui Thomæ. Anno Domini 1535. dicentis in iniurijs inferendis circunſtantiam iniuriæ perſonæ coniunctæ alteri tantum poſſe aggrauare. Vt verbi gratia, ſi quis grauiter percuſſerit, aut inſigni iniuria affecerit vxo- B rem alicuius egregiæ æſtimationis viri, aut perſonam ei valde coniunctam offenderit: vt talis cicunſtantia confitenda ſit neceſſariò, explicando, fœminā inſignis magnatis, aut principis grauiter offendiſſe: præſertim quando talis offenſio fuit notabiliter ignominioſa, & publica. Neque hæc Victoriæ ſententia abhorret à doctrina Diui Thomæ ſecunda ſecundæ, quæſtione 65. artic. quarto. vbi ait, quòd quanto aliqua iniuria in plures redundat, cæteris paribus tanto grauius peccatum eſt. Inde eſt, quod grauius eſt peccatum, ſi aliquis percutiat principem, quam ſi perſonam C priuatam: quia redundat in iniuriam totius multitudinis. Et addit Diuus Thomas ibi, quod pro ſententia Victoriæ facit, ſcilicet, quòd cum infertur iniuria in aliquam perſonam coniunctam alteri qualitercunque illa iniuria pertinet ad duas perſonas, vnde cæteris paribus ex hoc ipſo aggrauatur peccatum. Vnde bene ſubintulit Victoria, quòd ratione ſtrictioris coniunctionis tantum poteſt iſta circunſtantia iniuriæ illatæ in coniunctam perſonam alteri aggrauare, quod ſit neceſſario explicanda in confeſsione, quod libuit hic explicare, quia nullus Thomiſtarum huius tam explicitè meminit (ni fallor) ſicut Victoria.

*Victoria. Iniuria perſonæ coniūctæ. D. Thom.*

*De conuitio expli.*

D ¶ Qui etiam loco citato ſuperaddit de peccato conuitij non ſatis eſſe ſi pœnitens confeſſus fuerit ſe per conuitium aliquem læſiſſe: niſi taliter explicet, quòd inde confeſſor plane intelligat an tale conuitium ad culpam venialem, vel mortalem attigerit. Licet, inquit, neceſſe non ſit tale conuitium ſpecificare in confeſsione: imo malefaceret authore Victoria aliquando ſi ſpecificaret illud. Quam ego ſententiam Victoriæ ſic amplector, quatenus verum habet in caſu, ſcilicet, ꝙ ex tali ſpecificatione opinio, vel exiſtimatio cōuitium paſsi apud confeſſorem notabiliter minueretur: tunc non eſſet ſpecificandum, ſicut nec in alijs caſibus regulariter. Quia ſatis eſt dicere, conuitium mortale, aduerſus aliū protuliſſe,

*Victoria limitatur.*



liſſe, vbi explicatur ſpecies, & grauitas morta A lis: niſi in caſu, in quo interueniret circunſtantia ita notabiliter aggrauās, quæ ſine ſpecificatione nequiret à confeſſore intelligi.

# CAP. XXXVII.

## *De non reuelando ſigillo confeſsionis.*

*De ſecreto reuelando.*

ALia ſecreta, quæ non ſunt ſecreta ſigilli confeſsionis, licet regulariter ſint celanda, ſed aliquādo ſunt reuelanda, ſcilicet, cum de illis interrogatur aliquis iuridice à ſuo ſuperiore: & quando occultatio talium ſecretorum nocet B animæ, & corpori, honori, aut rei familiari alterius notabiliter. Sed ſigillum confeſsionis nullatenus eſt reſerandum, niſi in vno tantum caſu, ſcilicet, cum dederit pœnitens licentiam affectam conditionibus infra ponendis; vt Redemptor noſter voluit, neque aliquid eſt reuelandum à confeſſore, vnde in notitiam leuiſsimi venialis peccati à pœnitente confeſsi poſsit veniri.

*Venialia tacenda.*

*Ad ſigillū tenentur omnes.*

¶ Sub ſigillo confeſsionis tenentur celare peccatū omnes illi, etiam ſi ſint fœminæ, qui per confeſsionem ſacramentalem licite, vel illicitè, mediatè, vel immediatè audierūt, vel intellexerunt: quia ſigillum cōfeſsionis eſt etiā C ſecreti naturalis, ſed non econtra, quia nō omne ſigillum ſecreti naturalis eſt confeſsionis.

*Nauar. contra Sotum.*

¶ Contra Sotum reputantem oppoſitum probabilius, tenet hic Nauarrus, cum fratre Antonio de Corduba, & communi. Confeſſarius ſi non poſsit confiteri peccatum à ſe commiſſum mortale in confeſsione ſibi facta notum, ſine reuelatione confeſsionis ſibi factæ, tenetur illud tacere. Vt verbi gratia, ſi per confeſsionem ſuæ ſororis ſibi factæ cognouit ſe concubuiſſe cum ſorore diſsimulata, tenetur tacere iſtam circunſtantiā ſororis, ſi nō poſsit confiteri, niſi cognoſcenti illam vnicam, quā habet ſororem. Et hoc eſt magis probabile.

*Exempl.*

*Conſiliarij tenētur tacere.*

¶ Hoc ſecretum confeſsionis etiam obſeruare tenetur is, cui cauſa petendi conſilij, vel detrahendi reuelatur: quoniam res cum ſuo onere tranſeunt.

*Caſus reuelationis ſigilli.*

¶ Reuelator eſt huius ſigilli confeſsionis parochus ille: qui ſuo parochiano conquerenti de denegatione euchariſtiæ, publicè reſpōdit, Ne conqueratis amice, quia habes caſum reſeruatū, à quo ego te nō poſſum abſoluere, ideo tibi denego ſacramētū. Quia perinde eſt, ac ſi diceret, ille cōfeſſus eſt mihi aliquod mortale: quia venialia reſeruari non poſſunt.

¶ Confeſsionem detegit confeſſarius ille, A qui dicit, Hic mihi grauia confeſſus eſt peccata: vel ex confeſsis ſibi pluribus perſonis, vnā laudat tantum quod non habuerit mortale, vel qui audita confeſsione pœnitentis, ſtatim conſulit virum præſentem doctum de caſu confeſsionis, & ſtatim redit, vt eum abſoluat, vel qui confitetur ſe abſoluiſſe à peccato ſimoniæ aliquem in communi, quem alius facile poteſt conijcere quis ſit.

*Alius caſus ſimilis.*

*Ioci confeſſorum mali.*

¶ Grauiter errant confeſſores, ſecundum Hoſtienſem, & Nauarrum, qui inter ſe iocantes confeſsiones referunt, non nominando perſonas, vbi per coniecturas tamen facile poterant deprehendi dicendo. Quidam miles, B quædam mulier, ad me venerunt & illud, aut illud mihi confeſsi ſunt.

*Alius caſus ſigil. violat.*

¶ Etiam Hoſtienſis reprehendit eos, qui dicunt: Ille mihi confeſſus eſt admodum bene; confeſsio illius non mihi ſatisfecit; vt in cap. ſacerdos. de pœnitentia, diſtinctione 6. dixit Nauarrus.

*Conc. Tri.*

¶ Quia non eſt recedendū ſecundū Nauar. ab antiquo iure, quando ius nouum ad id nos non compellit, ideo Concil. Triden. ſeſsione 24. capit. 8. de reformatione, dum iubet imponi peccantibus publice cum ſcandalo pænitentias publicas, non intelligitur in mero foro interiori; niſi quando crederetur pæni- C tens voluntariè aſſumpſiſſe illam pænitentiam publicam in ædificationem aliorum: & vbi non crederetur, quod à confeſſore fuerit data, ſed intelligitur in foro mixto exteriori.

*Modi ſigillum reuelandi.*

¶ Facit contra ſigillum confeſſor ille, qui ait; Ille confeſſus eſt mihi peccata ſua publica, vel dicens: Ego illum non abſolui: quia cauſa impœnitentiæ non fuiſſe abſolutū indicat.

*Nota pro publicis peccatori.*

¶ Non reuelat ſigillum curatus ille, qui cū audierit vſurarios publicos ſubditos ſuos: dicit. Ij homines (quantum apparet) in publico peccato permanſerunt, & permanent: ideo non debetur eis ſacramentum euchariſtiæ publicè miniſtrari, tacendo, quod audierit eos in D confeſsione. Secus ſi diceret, eos audiſſe, nec abſoluiſſe. Ita Nauarrus.

¶ Non eſt violator ſigilli, qui ait, confeſſus eſt Petrus mihi ſua peccata: niſi magni referret Petrum, alium confeſſorem ſuum neſcire illum illi fuiſſe confeſſum, vt vitet ſuſpicionem mali.

¶ Non eſt violator ſigilli confeſſarius ille: qui ait: Petrus ſuis minutis peccatis me enecat, neque qui dicit, tale peccatum mortale in confeſsione audiui: dum abſit periculum detegendi perſonam. Atqui ſatius eſt ſic non loqui, niſi propter maximam proximi vtilitatem & leues confeſſarij non deberent ſic lo-

ſic loqui, quia citius veniunt in ſuſpicionem fracti ſigilli.

¶ Sacrilega eſt confeſsio multorum puerorum quãdo confeſſarius eos ſimul audit, quia quaſi ludicra eſt, & mendax forte.

¶ Reſponſurus eſt confeſſarius, ſi interrogatus fuerit, quid egerit circa pœnitentem dicendo, functus ſui officio meo: ſed non abſoluiſſe, non dicat.

*D. Thom. Syluest. Aduertentia Soti.*

¶ Non eſt fractor ſigilli confeſſor ille: qui coram iudice denunciat, vel teſtificatur peccatum ſibi confeſſum, qui alio modo illud intellexerat: dum nihil addat ex his, quæ nouit in confeſſione. Ita Diuus Thomas, Sylueſter, & omnes: dummodo, vt ait Sotus, poſsit probare, illud ſciſſe extra confeſsionem, ne forte pœnitens illi obijcere poſsit crimen infractionis ſigilli confeſsionis.

*Temerit. confeſſor.*

¶ Male facit confeſſarius, licet non ſit confeſsionis reuelator: qui expreſſo nomine loci, in quo audit confeſsiones, ait, In tali loco grauia crimina perpetrantur; quia ſcandalizantur ſimplices æſtimantes per hæc confeſsiones reuelari.

*Imprud. confeſſ.*

¶ Niſi conſenſus pœnitentis id iuſtificet, non eſt prudentis confeſſoris ob grauia peccata, graues penitentias imponere: quando in genere, vel in ſpecie, per hoc reuelandi confeſſionem oriretur periculum. Sicut nec eſt prudentia multa ieiunia, & graues alias pœnitentias ſtatim à confeſsione, vel paulo poſt faciendas iniungere, quæ commode ſecreto fieri non poſſunt ſine ſuſpicione aliquorum.

*De cõplice interro.*

¶ Licite interrogat confeſſor peccatum ſcitum in confeſsione ab alio complice poſtea confitenti ſibi: quando non eſt veriſimile, quòd pœnitens à quo ſecundo interrogat, ſuſpicabitur, quòd ideo illud à ſe interrogat, quia audierit prius in confeſsione à ſuo complice. Sed caueat cõfeſſor tũc, ne quid ſciſcitetur de primo complice prius ſibi confeſſo, à ſecundo complice poſtea ſibi confitenti. Ita Nauarrus, Diuus Antoninus, & Armilla, & Sylueſter, verbo, confeſsio. tertio §. 16. contra quæſtionem ventilatam Mexici eiuſque temerariam reſolutionem ibi traditam.

*Nauar. D. Anto. Armilla. Syluest.*

¶ Etiam peccatum reuelatum ſub ſigillo confeſsionis, genuflexo, & ſignatione crucis (vt vulgariter fit) non cadit ſub ſigillo confeſsionis, ſecundum Nauar. & Sotum dicentes, cauendas eſſe iſtas recommendationes ſub tali ſigillo.

¶ Marito interroganti de adulterio mulieris confeſſo, poteſt confeſſor, ſi opus eſt iurare nullum adulterium ſibi confeſſum, concipiendo intra ſe eo, ſcilicet, modo, quo dicere teneat.

# CAP. XXXVIII.

## ¶ *De caſibus in quibus confeſsio eſt valida, vel non.*

*De valid. cõfeſsion. excommun.*

SI cum aliquis ſit excommunicatus, ignorat ſe excommunicatũ, vel non aduertit, ſiue ignorantia, ſeu inconſideratio ſit iuſta, vel ſecus, abſolutio tunc à peccatis ei impenſa valet: dummodo quando abſoluebatur neque crederet, nec etiam aduerteret ſe peccare recipiendo abſolutionem.

*Nota de excommu. — Adrian. Ricard. Caietan. Palud. Syluest.*

¶ Excommunicatus excõmunicatione valida, ſi ſit iniuſta coram Deo, & in foro conſcientiæ, abſolui poteſt in foro conſcientiæ: quia in iſto foro non eſt excommunicatus ſecundum Adrianum, & Ricardum, & Caietã contra Palud. & Sylueſtrum in verbo confeſſio. 1. verſ. 5. Secus eſt de collatione beneficij excommunicato facta, quæ quidem nihil valet, vt habetur cap. poſtulatis. de clerico. excommuni. quia hoc ius humanum potuit ſancire. Sed circa ſubſtantialia ſacramentorum, quòd fiant irrita, hoc ius humanum ſancire nõ poteſt: quia ſacramẽta ſunt de iure diuino.

*Excommunicatus valid. abſolu.*

¶ Non valet abſolutio à peccatis impenſa excommunicato ſcienti eſſe culpam mortalem recipere abſolutionem à peccatis, antequàm abſoluatur ab excõmunicatione. Quia hanc culpam talis, vel non confitetur, vel ſi eam confitetur, adhuc inualida eſt, quia deeſt contritio, ſiue attritio debita, quæ cõfeſsionẽ comitari debet. Et hæc ratio concludit etiam de excommunicato minori idem ſcienti.

*Ratificat. valid. ſacramenti. — Syluest.*

¶ Ratificatio futura non ratificat ſacramentũ ſub ſpe talis ratificationis impenſum. Quia nulla ratio efficere poteſt: vt ſit ſacramẽtum, quod ab initio tale non fuit. Secus ſi confeſsio facta eſt extraneo ſecundũ Sylueſt. in verbo, confeſſor. 1. §. 6. accedente probabiliter, quòd id eſt gratum de præſenti proprio. Vt in exemplo de parochis amicis ſic volentibus abſque alia licentia tunc valebit, quia hic eſt licentia præſens tacita, & præſens ratificatio quando vident, & ſibi placet.

*Ignor. circa reſeruata.*

¶ Si pœnitens confeſſus eſt reſeruata, & etiam non reſeruata: ſi poſtea ei conſtiterit confeſſorem non potuiſſe illum abſoluere à reſeruatis, non tenebitur omnia peccata iterũ confiteri: ſed ſolum reſeruata, à quibus confeſſarius nequiuit abſoluere.

*De confeſ. fact. publi. excom.*

¶ Confeſsio facta ex communicato, vel interdicto, vel ſuſpenſo publice denunciatis, & declaratis nihil valet. Sicut nec valet confeſſio facta notorio percuſſori clerici: qui nulla poteſt tergiuerſatione celari, ſed bene valet confeſsio facta publicis, & notorijs excommunicatis, ſuſpenſis, interdictis, dum nõ ſunt declarati, excepto, vt dixi notorio percuſſore clerici. Et licet de hoc dubitauerit Nauarrus: ſed dici poteſt, inquit, conſuetudo tolerata à pontificibus excuſat catholicos in Germania, & Gallia à communicatione cum hæreticis: qui ſunt publice excommunicati, licet non denunciati. Ita Nauarrus tenet cum Soto, Caieta. & Florentino mutans ſententiam. Tenet, inquam, quòd confeſsio facta talibus notorijs excommunicatis non declaratis eſt valida. Vnde cum excommunicato, à iure, vel ab homine, vel ab ſtatuto non nominatim denuntiato facta confeſsio valida eſt.

*Nauar. — Sotus. Caiet. Florent.*

*De confeſ. ſcienter facta excommun.*

¶ Quando pœnitens confitetur ei, quem ſcit excommunicatum: ſed non notorium, vel denunciatum, valida eſt talis confeſsio ſecundum Nauarr. niſi ſciret eſſe mortale tali confiteri, & hoc mortale non confiteretur ei. Sed credo poſt Concilium Conſtantienſe, non eſt mortale inducere tales non nominatim excommunicatos etiam publicos ſecundum Victoriam, nec eis confiteri. Quia id conceſſit Concilium ad pacandos ſcrupulos, ne teneamur vitare excommunicatos intus, vel extra, niſi ſint publice, & nominatim denunciati. At inducere hos publicos non nominatos, abſque vlla neceſsitate inducentis, vel ſine debito, quo petenti teneretur inductus miniſtrare ſacramenta, peccatum eſſet mortale ſecundum Nauarrum, qui inſinuat hic eſſe mortale inducere notorium, licet non nominatum: quod ego non credo. Sed Sotus limitat hoc, quòd non licet inducere notoriũ excommunicatum & non denunciatum nominatim, niſi ſit curatus inducentis, vel niſi petens non ſubditus illi, patiatur extremam neceſsitatem. Quæ limitatio eſt cordata ſatis.

*Sententia autoris. — Victoria. — Nauar. — Limitatio Soti cordata.*

*De iteranda confeſsione. Vbi deeſt titul.*

¶ Iteranda eſt confeſsio illius, qui etiam bona fide confeſſus eſt confeſſario, nullum titulum nec bonum, nec malum habenti, vel etiã antea titulum habenti, ſed eum notorie iam poſt in tempore confeſsionis amiſerat, licet ex ignorantia talis pœnitens ei confitendo non peccauerit. Sed cõfeſsio facta ei, qui, amiſit titulum, dum amiſsio non fuerit notoria, ſi antea titulum habuit, valida eſt. Quadrat hic dictum Gregorij cap. dudum. adiuncta gloſſa verbo decepti. Et ſecundum Sylueſtrum verbo, confeſſ. 2. §. 11. valet confeſsio facta ei, qui inſtitutionem, vel confirmationem obtinuit à ſuperiore, ſed inualidam, dum communiter ignoratur. Sed ſi miniſter talis prius fuerit electus, & confirmatus per ſuperiorem, & poſtea aliquid egit, propter quod priuatus, & ſuſpenſus eſt ipſo facto: vt quia incidit in hæreſim, tunc ſi ſuſpenſio, vel priuatio eſſet notoria, vel præceſsit ſuperioris inhibitio, cõfeſsio ei facta non tenet, vt habetur ex Panor. cap. veritatis. de dolo & contum. cap. 6. nu. 8.

*Gregor. Syluest. — Panorm.*

*De cõfeſ. fact. imper.*

¶ Duobus caſibus dignoſcitur, quòd confeſsio ſit inualida, eo quòd imperito fuit facta. Primo, quando ſecundus confeſſor cognoſcit eius imperitiam, vel quãdo ſecundus confeſſor eius, imperitum illum confeſſorem audiens in confeſsione, ibi nouit, quòd neſciebat fornicationem, aut omiſsionem communionis in paſchate eſſe mortalia: quia tunc cõmuniſsima ignoraret.

*De cõfeſ. ſine propoſ. vit.*

¶ Confeſsio ſine propoſito vitandi mortale: quanuis ſecum gerat ſecundum Nauar. aliquale deſiderium vitandi inualida eſt. Sicut inualida eſt confeſsio non habentis animum reſtituendi, aut dimittendi concubinam; qui etiam ſi confiteatur iſtud malum propoſitũ inhabilis efficitur ad abſolutionem. Secus ſi doleat, & proponat vitare, licet ita imperfecte vt fructuoſa non ſit, non tamen in hoc caſu vltimo erit iteranda.

*Sotus.*

¶ At verò ſecundum Sotum propoſitum emendæ abſolutum eſſe debet. Nam non ſufficit iſtud conditionale, Vellem abſtinere, ſi commode poſſem. Quare ſecundum ipſum licet confeſsio putantis habere ſe verum propoſitum, ſi non habet niſi doloſum, valida ſit quo ad validitatem ſacramenti: ſed tamen confeſsio pœnitentis ſcientis ſe habere propoſitum conditionale prædictum, & non abſolutum, iteranda eſt. Et hæc eſt vera reſolutio.

¶ Non eſt valida confeſsio illius, qui ſtudioſe data opera cõfeſſus, eſt ſacerdoti, à quo non bene intelligebatur, vel quando confeſſio fuit obſcura, neque eſt valida, confeſſarius cum dormitabat, ſi ei dormitanti fiat.

*Nota.*

¶ Omnia peccata confitenda ſunt vni confeſſori: quando ratione vitandi ſcandali communicandum eſt, quanuis ille non poſsit ab omnibus abſoluere, nec ſuppetat tunc copia prælati: qui quædam reſeruauit peccata, quia poſtea poterit recurrere ad ſuperiorẽ pro ſolum reſeruatorũ abſolutione obtinenda.

*Confeſſ. puellæ.*

¶ Non eſt iteranda confeſsio puellæ ſecundum Sylueſt. verbo confeſſ. 1. q. 3. quæ poſtquam grandæua effecta eſt, agnouit omiſiſſe confiteri mortale, quod omiſit antea cõfiteri, quia ignorabat eſſe mortale, quandoquidẽ ex intentione vel craſſa ignorantia, non omiſit.

Qualis

¶Qualis diligentia in memorando peccata ad illa confitenda ſit neceſſaria, dicitur ꝙ penſanda eſt prudentia humana, attenta qualitate, & conditione pœnitentis, & attenta voluntate, qua cupit interrogari, & reſpondere ad interrogata, quæ magnam partem diligentiæ requiſitæ ſupplet. *Metin.* Licet Metina in ſua inſtructione verè, vt credo, dicat, quòd raró quantumuis diligens confeſſor ſit in examinando, poteſt omnino ſupplere omnimodam negligentiam nullatenus examinantis conſcientiã, præſertim quando multis peccatis eſt irretitus, & poſt annum non eſt confeſſus.

*Defectus examin.* ¶Cùm defectus notabilis pœnitentis percipitur, quem habuit in examinanda cõſcientia, remittendus eſt ad rememorandum peccata, niſi articulus mortis, vel belli, vel ſcandali, vel alia ſimilis cauſa perſuaſerit contrarium. *Adrian.* Ita Adrianus in. 4. de ſacramẽto confeſsionis. Licèt Metina in inſtruct. conf. probe ſatis dicat, quòd iſte talis omiſſor examinis conſcientiæ, non ideò eſt audiendus: quia alias ibit deſperatus, nec poſteà creditur confeſſurus, ſi tunc non audiatur & abſoluatur: quia ipſe obicem ponit, ſibi imputetur.

*Defectus ſatisfactionis. D.Thom. Caietan. Adria. cõtra alios.* ¶Confeſsio etiam ob ſatisfactionem ex cõtemptu omiſſam, non eſt iteranda ſecundùm D.Tho. Caiet. Adrian. Palud. contra D. Antoninum, Angelum, & Sylueſtrum, niſi quando ſecundùm Nauar. ante abſolutionem iniunctam pœnitentiam ſibi pœnitens cõtempſit, vel tunc neglexit recordari illius, vt poſtea impleret. Quia ſi fuit oblita, ſatis eſt vt rurſus ei pœnitentia imponatur, ea peccata iam ſemel abſoluta in genere confiteri.

*Quãdo iteratur confeſ. cũ eod. cõfeſſore.* ¶Cum idem confeſſarius aditur pro iteranda confeſsione, ſatis eſt, quòd talis confeſſor meminerit peccatorum talis pœnitentis, vel iniunctæ illi pœnitentiæ, vt non teneatur illa in particulari iterum confiteri. Et ſatis eſt ſi ei ſic confeſſus fuerit. Dico tibi meam culpam de hoc peccato, quod omiſi, & fictionẽ meam. Secus eſt ſi talis confeſſor peccatorum, vel ſaltem, pœnitentiæ iniunctæ non recordatur. *Metin.* Vel ſecundùm Metinam in ſua inſtructione ſi ſaltem ſtatus illius pœnitentis in confuſo non recordatur confeſſor: quia tunc repetenda eſt cum eodem confeſsio, ac ſi nuſquam illi facta fuiſſet.

## CAPVT XXXIX.

*De præambulis ad confeſsionem.*

POEnitens ignotus interrogandus eſt de eius conditione, & ſtatu quia hoc interrogare præambulum eſt ad confeſsionem.

*Præambula ante cõfeſſ. nõ audien.* ¶Præambula ad confeſsionem contra Caietanum. Vtrùm pœnitens ſit concubinarius, vel vſurarius, vel capitale odium habens, vel occupator alieni, vel an ſit excommunicatus, vel retentor beneficiorum incompatibilium non ſunt interroganda ante introitum confeſsionis eo fine; ſcilicet, ne conqueratur pœnitens, quòd confeſſor voluerit eius primum peccata audire, & poſtea deneget confitenti abſolutionem. *Contra Caiet. Metin. Nauar.* Contra Caietanum ità tenet Nauarrus mutans ſententiam. Ita Metina Salmanticen. in ſua inſtructione: quia periculoſum eſt pertrahere pœnitentem ad manifeſtandum defectus ſuos extra confeſsionem: quia in confeſsione poteſt admonitione cõfeſſoris conuerti dignúſque fieri abſolutione.

*Attentio cõfeſſoris.* ¶Per omnem confeſsionem à principio vſque ad finem eius attendat confeſſor, vtrùm propter aliquem defectum præcedentem confeſsiones ſint iterandæ. Quo inuento remittat pœnitentem ad rememorãdum peccata illorum annorum, rogetque an debitam fecerit diligentiam examinis, & ad cautelam ſe accuſet de iſta negligentia.

*Inductio ad dolorē.* ¶Conſiderationes inducentes ad contritionem, quas propoſiturus eſt confeſſor pœnitenti ſunt damna incurſa propter peccatum mortale, ſcilicet, priuatio gratiæ, & mors animæ, amiſsio gloriæ & patrocinij diuini, ſubiectio ad diabolum per peccatum, quòd ſi his pœnitens non ſufficienter mouetur, interrogetur, an doleat eo quòd non dolet, & an velit huiuſmodi dolorem ſufficientem concipere, quod ſi annuat, ſatis erit. Sed de his melius antea diximus.

*Si deſit propoſitum.* ¶Si dolor ità ſit imperfectus, vt non proponat abſtinere, iniungenda eſt illi aliqualis pœnitentia, admonendo illum non fuiſſe abſolutum nec ſatisfeciſſe præcepto Eccleſiæ. *Sotus.* Ita Sotus. *Nauar.* Et propter nouam rationem Nauarri, quia non valet talis confeſsio propter defectum eſſentialem ex parte contritionis. *Metin. Adria. cõtra Syln. De pœnit.* Ita Metin. cap. de confeſſ. & Adrianus contra Sylueſt. verbo, confeſſor. 4. §. 2. Et quia iſta ſententia Nauarri eſt expreſsè ſententia Concilij generalis Romani in cap. omnis. de pœnitentia & remiſsio. & Florentini ex decreto Eugenij.

¶Deteſtari debet pœnitens in dubio peccatum conditionaliter, concipiendo intra ſe: Si hoc eſt mortale, me pœnitet de illo, vt de mortali.

*

CAP.



## CAPVT XL.

*De præcepto charitatis præcipuè: & de conſenſu interpretatiuo, vel expreſſo contra illã: & de delectatione moroſa.*

TRanſgredi præcepta, regulariter eſt mortale, niſi defectu deliberationis, & ſurreptionis, vel paruitatis materiæ, vt in furto minimo vnius aſsis, vel ratione defectus iudicij integri; vt in ſemiebrijs & ſemidormiẽtibus, vbi tale iudicium licet ſufficiat ad veniale, ſed non ad mortale. *De hoc ſupra contra Nauar.* Sed hoc impugnatum eſt in parte contra Nauarrum.

¶Licèt peccatum commiſſum contra duo præcepta vnum præceptũ generale, & aliud ſpeciale, quale eſt homicidij peccatum, quod eſt contra præceptum ſpeciale de non occidendo & contra generale de obediẽdo Deo, non ſit, niſi vnum peccatum: tamen ſecus eſt, *Iam de coincid. feſt. dixi.* ſiquis nõ ieiunet in vigilia ſancti Matth. quãdo incidit, vel coincidit cum aliquo die quatuor temporum: quia hic duo ſunt peccata in tranſgreſsione iſtius ieiunij: quia contra duo ſpecialia præcepta eccleſiæ. Sicut etiam duo interueniunt peccata cõtra duo ſpecialia præcepta, quando quis prætermittit audire miſſam in die Dominico, vbi etiã in illo occurrit feſtum obſeruandum de præcepto. *Nauar.* Ita Nauarrus, cuius rationem iam retuli ante, vt memini.

*De quo ſit primo præcept.* ¶Præcepta de fide & charitate non numerantur inter. 10. præcepta, quia ſunt prima principia per ſe nota. At vero in Decalogo ea tantum ponuntur præcepta, quæ facile poſſunt deduci ex his primis principijs. Vnde primum præceptum Decalogi non eſt de diligendo Deum, nec de fide: ſed præceptum primum eſt de religione virtute morali, ſcilicet, non habebis Deos alienos.

*Quomodo diligen. Deus. D.Thom.* ¶Diligendus eſt Deus toto corde, ideſt, voluntate, & intentione: & tota mente, ideſt, intellectu, & tota anima, ideſt, appetitu ſenſitiuo: totis viribus & fortitudine, ideſt, exterioribus potentijs executiuis. Et diligendus eſt Deus magis quoad æſtimationẽ & appretiationem, quia plus debet æſtimari: licet interdum quoad intenſionem non magis ametur, *Nauarr.* cap. 11. nu. 5. Nauarrus ita.

¶Sine gratia non poteſt quis diligere vi naturæ Deum ſuper omnia, vt eſt obiectum ſupernaturale: ſed bene vt obiectum naturale eſt in natura integra. *D.Thom.* Ita docet D. Tho. diſt. 28. quæſt. 1. ar. 3. dum ait: Poſſemus tunc ſine gratia diligere Deum ſuper omnia, quoad ſubſtantiam actus, licet non quoad modum, ideſt, ex charitate, nec quoad meritum beatitudinis. *Metina.* ¶Sed Metina Salmanticenſis, nunc ait: Dilectione naturali ſuper omnia inefficaci & imperfecta poſſumus diligere Deũ ſine gratia; ſed non dilectione efficaci, & perfecta ſufficienti ad omnia præcepta implenda: & hoc poſt naturam lapſam. Atque ita intelligit D. Tho. ſecundum Metinam.

*Quando dilect. oblig.* ¶Secundum Sotum præceptum dilectionis Dei nos obligat primo cum adultus ſuſcipit baptiſmum, 1 & ſecundo cũ inceptat quis opus egregium vt martyriũ, 2 & tertio obligat cum aliquod inſigne beneficium à Deo recipimus, 3 quarto ad opus tantùm exterius nos 4 obligat, cum blaſphematur Deus, ad reſpondendum pro ipſo. *Nauarr. Sotus.* At Nauarr. hic innuit Sotũ ſibi repugnare: dũ in primo caſu ait, ꝙ ad baptiſmum requiritur attritio cognita tantùm; & ex alia parte dicit præceptum dilectionis Dei tunc obligare, quia dilectio non eſt ſine contritione mortalis peccati tranſacta.

*Sententia Nauarr.* ¶Hæc quæſtio, inquit Nauar. eſt non ſatis bene inter doctores pertractata. Ideò addit ꝙ tale præceptũ dilectionis Dei, obligat primò, 1 in primo vſu rationis: quia tunc referre debet quis omnia ſua in ipſum, vt in vltimũ finẽ ſaltem in cõfuſo, vt pueri cũ attingunt vſum rationis, præſtare poſſunt. *D.Thom.* Ita D. Tho. Secũdo 2 obligat tale præceptũ quando habere tenemur cõtritionẽ de mortalibus quæ ſine tali dilectione nõ contingit haberi. *Caietan. Canus. Gratia. D.Thom. Durand. Gabr. D.Aug.* Ita Caiet. ita Canus in ſua Relect. Magiſter ſent. diſt. 15. c. 4. Gratianus de pœnit. d. 3. c. vlti. & D. Tho. 1. 2. q. 113. ar. 4. ad 1. & art. 5. & 8. & de veritate q. 28. arti. 4. & Durand. & Gabriel contra Palud. q. 14. q. 3. & D. Auguſ. de vera & falſa pœni. c. 9. Omnes iſti tenent ꝙ primus actus pœnitentiæ qui eſt contritio nunquã eſt ſine actu charitatis. *Conc. Tri.* Ita Conc. Tridẽ. ſeſſ. 6. c. 6. & 7. ait ꝙ peccatores ad pœnitentiam ſe diſponunt incipientes diligere Deũ. Tertio obligat 3 quãdo baptiſmus eſt ab adulto recipiendus ſecundũ Sotum. *Sotus.* Qui quidem caſus eſt reſtringendus ad eos qui paulo ante baptiſma non habuerunt dilectionem, vel cõtritionem, quę non eſt ſine dilectione. Quarto obligat quando 4 tenemur proximũ ex charitate diligere: quia tunc etiã tenemur & Deũ, quia ibi in dilectione proximi, vt finis includitur. ¶Et ſatis eſt ad euitandũ peccatũ omiſsionis huius præcepti, probabiliter quis credat ſe illud implere tẽpore, quo occurrit eius obligatio.

*De amore natu. Dei.* ¶Hoc præceptũ charitatis, vel ſaltem lex naturæ aliquando nos obligat amare Deum



amore

*Sotus. De amor. comparat.* amore naturali. Vt cum ſecundum Sotum videmus blaſphemari Deum, ſicut etiam lex naturalis nos obligat noſtros parentes diligere. Et quanuis non ſit licitum diligere Deū comparatiue minus, vel æque, quam creaturas: ſed diligere eum abſolute æque, vel minus abſq; comparatione non eſt malum, vt alij dicunt. Quæ quidem omnia tāquam quotidiana, & parum ſpecificata debitę correctioni ſubijcit Nauarrus, ſicut ego etiam.

*An cōſen. ſit contr. dilecti.* ¶Conſenſus, & voluntas interpretatiua, vel tacita in delectationem de mortali peccato mortalis eſt, licet, non proponat facere eſt cōmunis quia contra dilectionem. Colligitur ex Aug. lib. 10. de Trinit. ca. 11. nu. 9.

*De conſenſu interpretat. Caietan. Tacit. conſenſ. mort.* ¶Conſenſus verus, & expreſſus eſt: quem Caiet. poſitiuum vocat. Sed tacitus conſenſus eſt, quem alij interpretatiuum vocant, & alij moroſam delectationem nuncuparunt. Caieta. autem negatiuum cōſenſum eum appellauit. Iſte, inquam, tacitus conſenſus mor
1 talis eſt: quādo quatuor concurrunt. Primo ſi
2 delectatio, cui cōſenſus præbetur tacitus, ſit
3 de mortali, ſecundo, ꝙ aduertat talis ſe dele
4 ctari integra aduertentia ſecundum Caieta.
tertio: ſi talis non obſiſtat delectationi, quarto quod abſque rationabili cauſa excuſante omittat illam à ſe reijcere. Quia ſi illam non reijcit, quia adeò fortem ſe nouit, vt non credat ab ea fore ſuperandum, nec in eius conſenſum pertrahendū, vel ſi ideò illā nō reijcit, nō quia velit ea delectatione ſenſuali frui: tunc in his duobus caſibus, non erit talis conſenſus tacitus mortalis. Sicut nec mortalis erit ſi ideò omittit repugnare illi delectationi, ne repugnata creſcat, nec etiam ſi omittit eam repellere, ne derelinquat occupationem vtilem confeſſionis audiendæ vel ſtudij. At his exceptis caſibus, quatuor illis prædictis conditionibus extantibus conſenſus tacitus in delectationem mortalem, mortalis eſt.

*Victoria.* ¶At vero ſecundum Victoriam, & alios Thomiſtas neq; tunc talis conſenſus non formalis mortalis erit; niſi vltra quatuor conditiones concurrat & alia, ſcilicet, ꝙ aduertens nolit reijcere delectationem, quando periculum eſt conſentiendi in illā, vel in opus formaliter, aliàs non. *Limitatio cordata. Caietan.* Quæ quidem limitatio ſatis cordata eſt & ad mentem Caie. dicentis, ꝙ non eſt mortale peccatum ſolum velle pati huiuſmodi delectationes, ſi ſine complacentia illarum fiat, & ſine periculo conſentiendi in illas vel in opus illarum.

*Reſolutio.* ¶Erit denique mortalis tacitus, vel interpretatiuus, vel negatiuus conſenſus in delectationem, quando eſt periculum probabile ex experientia conditioneq; perſonæ, ꝙ niſi repellat, conſentiet realiter in opus, vel in delectationem ipſam.

¶Delectatio moroſa non ideo taliter appellatur, quia per largam moram temporis durat: ſed propter moram, quam facit ratio, *Quid delectatio moroſ.* poſt aduertentiam illius, eam nō expellēdo, quia in inſtanti eam expellere poteſt. Quæ quidem delectatio moroſa, & in alijs materijs peccatorum contingere poteſt.

¶Quando illa quatuor ſupra prædicta concurrunt, non aſsiſtere, nec reſiſtere delectationi peccati mortalis, mortale eſt; alias erit veniale. Sed iam hoc explicuimus, ꝙ etiā non erit mortale, niſi fiat ex conſenſu formali, vel cum periculo conſentiendi iuxta ſententiam Victoriæ in opus ipſum, vel delectationē.

¶Neceſſarium eſt confiteri delectationē, quando credit ſe conſenſiſſe, vel nō reſtitiſſe, *Victoria. Delectatio quādo confi.* vt ea frueretur, vel cum talis negligentia fuit in eam depellendo, quòd fuit cum periculo conſentiendi in eādem; vel in opus eius coniuncta. Huic Vict. ſententiæ videtur accedere Naur. c. 11. nu. 12. dicens non ſolum male operans, ſed ei conſentiens iſtis nouē modis *Victor. Nauar.* peccat iubendo, conſulendo, laudando, recipiendo, adiuuando non impediendo verbo, aut opere, aut non manifeſtando cum teneatur. Quanuis iſtis modis conſentiens non ſemper incurrat eaſdem cenſuras, & irregularitates, ne eandem reſtituendi obligationem, quā principalis: niſi quando ex officio, & iuſtitia tenetur iſta vitare, impedire, aut manifeſtare.

¶Surreptio iudiciū præueniēs in quacūq; materia excuſat à mortali.

*De ſurreptione.* ¶Non eſt directe contra præceptum diligendi Deum ſuper omnia quodcumque peccatum mortale; licet in illo plus diligatur creatura: ſed tantū indirecte eſt contra illud.

¶Secundū Concil. Triden. non eſt peccatum operari ob remunerationem, æſtimādo minoris, tacite, vel expreſſe eam, quā ipſum *Operatio ob remun. Cōc. Trid.* largitorem; vel ſaltem abſque conſideratione vnius, vel alterius, & abſque eo quòd finem vltimum & principalem conſtituat in remuneratione creata.

## CAP. XLI.

### *De fide & cultu Dei.*

INfidelis negatiue damnabitur ob alia peccata contra ius naturale, licet non peccet non credēdo. Quia non eſt qui ſibi prædicet fidem iuxta illud Ioannis: Si non veniſſem peccatum non haberent: ita D. Tho. 2. 2. quæſt. 10. art. 4. *D. Thom.*

*De hæretico excō.* ¶Hæreticus, qui verbo, vel ſcripto, vel opere etiam ſibi ſoli expreſsit hæreſim excommunicatus, eſt, & non alias ſi tantum in mente retinet hæreſim quia tunc excommunioni non ſubijcitur:

*Quis pertinax.* ¶Pertinax eſt qui credit contra fidem animo non diſcedendi à ſua perſuaſione (etiam ſi ſit monitus) contrarium teneri ab eccleſia, vel qui credit aliquid quod ſcit eſſe contra fidem, vel eccleſiæ diffinitionē (licet affirmet ſe paratum ad corrigēdum ſeipſum ſecundū Caie.) ſecus ſi ignoranter aſſerat, ſi quidquid dicit eccleſia, implicite credit.

¶Veniale eſt licet graue ſecundum Naua. nō adiſcere ſymbolum Apoſtolicum, & orationem dominicam lingua latina, vel alia. At *Sotus.* ſecundum Sotum ſub præcepto obligante ad mortale tenentur pueri, cum diſcretionis annos attigerint nempe. 12. fœmina. & 14. maſculus ſcire articulos fidei. Quanuis crediderint, ſatis eſt ſi addiſcant ſubſtantialia *Articuli fidei vt ſciendi.* articulorum: qui ſolennizantur in eccleſia, licet non ſub eiſdem verbis, quibus exprimūtur in chartula doctrinæ Chriſtianæ. Nā non plus exigimus à prouectioribus ætate & à ſenibus.

*Ignorantia vt excuſet.* ¶Humana, rudiſq; ignorantia, & ſimplicitas, ſemper excuſat, vt non ſint hæretici, neq; excōmunicati ęſtimantes Deum eſſe corporeum aut generationem diuinam ſimilem eſſe humanæ, licet non ſemper tales ignorantes in his excuſentur à peccato.

*De vulg. trad.* ¶Vulgaris traductio eſt pro authētica habēda: nec eſt interpretanda etiā ſcripto priuato contra declarationem vniuerſalis eccleſiæ, vel contra concordem patrum ſenſum.

¶Præceptum primum Decalogi de cultu Dei pertinet ad religionē virtutem moralem diſtinctam à virtutibus Theologicis: datumq; eſt negatiue, ſcilicet, per hæc verba: Non coles Deos alienos, vt extirpetur primo cultura idolorum: & quia in prohibitione & negatione cultus deorum, includitur à cōtrario ſenſu cultus vnius Dei. Sicut virtus religionis eſt maxima inter morales; ita ſuperſtitio ei contraria maximum vitium inter moralia vitia eſt.

*Species ſuperſt.* ¶Quatuor ſunt ſpecies ſuperſtitionis. Prima pernicioſus, vel ſuperfluus cultus Deo
1 exhibitus, vt nunc eſſet cultus Iudaicus. Et
*D. Thom. 2. 2. q. 93. art. 2.* ſuperfluus cultus dicitur, qui non ſeruit ad Dei gloriam, vel ad ſubijciendam carnem ſpiritui, vel ſpiritum Deo.
2 ¶Secūda ſpecies eſt, cultus diuinus exhi-
3 bitus creaturæ, qui eſt idololatria. At tertia
eſt cultus diuinus exhibitus creaturæ ad aſſequendam ſcientiam aliquam, vel inſtructionē. Et hæc dicitur diuinatio.

¶Quarta ſpecies eſt cultus diuinus exhibi 4
tus creaturæ, vt ab ipſa opera noſtra dirigantur. Sūtq; ſpecies hę mortales culpę, excepta prima in ſuperfluitate, & excepta quarta: quādo in his excuſat ignorantia antequam admoneantur taliter ignorantes.

¶Inuocatio dæmonis expreſſa eſt: dū vocatur, vel inuocatur apertè, vel fit aliquid ꝙ *De inuocatione dæmonis.* creditur opera ipſius, dęmonis fore perficiendum. At vero inuocatio tacita eſt, dum intenditur aliquid effici per cauſas, nec virtute ſua naturali, nec ex diuina, aut eccleſiaſtica diſpoſitione, potētes illud efficere: vel quando adiunguntur tanquam cauſæ neceſſarię alijs potentibus talem effectum producere.

¶Incuſat Nauarrus religioſos ornātes imagines ornamentis profanis, & vanis ac meretricijs, quibus etiam matronæ honeſtæ ſe veſtire vererentur cap. 2. num. 2. Nauarrus. *Nauarr.*

¶Idololatria eſt credere imaginibus ineſſe virtutem, pręter quam ad ea, ad quæ ſunt imagines repræſentanda. Et adorandæ ſunt ſecūdum Sotum, vt ſunt quædā formę repræſentatiuę ſanctorum. Nec inſolitæ imagines debent domi haberi ſine approbatione Epiſcopi. *Quomodo imagines adorādæ. Sotus.*

*De vſu cerem. infid.* ¶Peccat mortaliter vtens cæremonia infidelium ſignificante contra noſtram fidem, etiam ſi talem cæremoniam verā eſſe nō credat. Qui ſolo metu, vel ob aliam cauſam exterius agit, vel dicit aliquid contra fidem, ſi intus non diſſentiat à fide ſecundum præſumptionem eccleſiæ eſt excommunicatus in foro exteriore, ſed non in foro conſcientiæ: Ita *Caietan.* contra Caie. cum Sylueſt. verbo hæreſis. q. 9. & cū Tabiena tenemus: quia bulla cœnæ excōmunicat hæreticos, aut fautores qualis eſt: qui intus diſſentit. At iam Thomiſtæ moderni ſentiūt idololatras etiā ſine errore, eſſe excōmunicatos per Ioann. 21. vt patet in directorio inquiſitorum. *Ioan. 21. De Indis Idololatrant.* Quare Indi ſacrificātes idolis quia intus iſtud facientes diſſentiunt à noſtra fide à ſe ſuſcepta, hæretici ſunt cenſendi, & excōmunicati ſunt: niſi qū ſic ſacrificātes excommunicationem latam ignorarunt inuincibiliter, nā tunc (licet hæretici ſint) ſed non excōmunicati, ſecundū opinionē probabiliorem Soti & Nauar. ca. 11. nu. 2. *Sotus. Nauarr.* Secūdū modernos Thomiſtas interrogatus à particulari, de fide, & non in contemptum fidei, ſi taceat non peccat mortaliter. *De interrogato de fide.* Secus ſi interrogaretur à iudice, maxime in contemptum fidei. At vero aliquibus Thomiſtis placet, ꝙ ſi ceſſaret ſcādalum, & vtilitas debita proximo, &

honor debitus Deo non tolleretur, ſi aliquis Chriſtianus non cognitus pro Chriſtiano inter infideles ambularet, nõ eſſet mortale illi, ſi habitum indicãtem religionem infidelium portaret ad tempus dum ibi maneret, & ex vrgente neceſsitate.

¶Accipiens habitum, vel ſignum Iudæi, quo ſuam profeſsionem talis Iudæus vel infidelis indicat, peccat. Non autem ſi ſolũ omitteret ſignum, vel habitum Chriſtianiſsimi, dũ ſigna Iudæorum vel infidelium prædicta nõ acciperet.

*De loquela cum dæmoniacis.* ¶Licet dæmones adiurare per modum cõpulſionis per exorciſmos eccleſiæ. Sicut licet ab ipſis ſponte oblatis aliquid interrogare, ſine precibus, & ſine ſocietate, & pacto, ad vtilitatem aliorum. Imo loqui cum dæmonibus obſidentibus corpora non eſt niſi veniale, quando fit tantum ob vanitatem vel curioſitatem dum abſit periculum ſubuerſionis.

*De libr. magicis.* ¶Habens libros magicæ non eſt abſoluendus, niſi eos comburat: nam tertia ſpecies eſt ſuperſtitionis.

*De malefic.* ¶Licet ſoluere maleficia precibus eccleſię, & per ſumptionem Euchariſtiæ ſine inuocatione dæmonis, & ſoluendo vinculum capillorum, vel aliarum rerum vbi incantatio continetur. *Sotus.* Ita etiam Sotus in 4. licet non liceat vno maleficio aliud maleficiũ tollere. Peccat qui ſecretum vel furtum ſortibus, aleis vel chartis, libris, cribro, aſtrolabio tentat cognoſcere. Deuterono. cap. 18. Non inuenietur in te qui Pythones atque diuinos conſulat.

*Quomodo dæmõ operatur.* ¶Effectum ſuperſtitioſum operatur dæmon non per cauſas nõ habentes virtutes naturales, quales ſunt prædictæ, aſtrolabium, aleæ; ſed per alias cauſas naturales, dæmon id efficit: quod per tales cauſas naturales fieri poteſt applicando actiua paſsiuis.

¶Non eſt peccatum mortale percõtari ab Ægyptiano de fortuna ſua, etiã ſi animo credendi id percontetur, quanuis ex curioſitate vel ridendi gratia, id facit; niſi alij ex conditione perſonæ interrogantis, offendantur ex hoc; vel niſi ità pro certo credat, vt illud pro regula vitæ habeat ſine dubio. Ita Nauarrus in ſum. cap. 11. num. 31.

*Ignorantia circa ſuperſtitioſa.* ¶Ignorantia excuſari poſſunt aliquando qui ad ſanitatem conſequendam applicant res virtute carentes; vt cingulum metiri; vimen ſcindere: vrinare ſupra certam herbam; præſertim ſi hæc ignorãtes ruſtici ſint, & ſimplices nondum admoniti per epiſcopum vel confeſſorem.

*De ſomnijs.* ¶Tantum venialiter peccat, qui propter eã, quæ ſomniauit, omittit facere aliquid: dummodo non ſit ſaluti animæ neceſſarium: & dummodo propter tale ſomnium, non faciat aliquid ſaluti animæ contrarium. Ita Caietan.

*De breuijs.* ¶Peccant mortaliter contingentes breuia, vel portantes continentia nomina non habentia virtutem naturalem, vel ſupernaturalem ex diſpoſitione Dei, vel eccleſiæ, ad tales effectus, quos prætendunt: id eſt, quando per talia breuia prætendunt ſe non perituros aqua, vel morte repentina, vel ſimilia ſuperſtitioſa, & vana.

*Condit.* ¶Breuia, ſeu nomina geſtare non licet ſine his quatuor conditionibus concurrentibus. 1 Scilicet, quòd ſint nomina cognita & ſancta. 2 Secundò, quòd non contineant ſignum, niſi ſacrum, aut ſignum. ✠ 3 Tertiò, quòd non contineant vanum aut falſum quid pertinens ad inuocationem dæmonum. 4 Quartò quòd portans ea non conſtituat ſpem in modo ſcribendi, vel ligandi, vel alia ſimili vanitate.

*De mulieribus cu- tion. vta tib.* ¶Mulieres orationibus licitis ventes, obteſtantes ob paſsionem Chriſti, non miſcentes vana: ſi ſint honeſtæ, & prudentes mulieres, & bonæ æſtimationis vitæ in populo, non peccant, ſed debent ab his abſtinere: ſi aliæ ſimplices mulieres hinc arriperent anſam ſimile faciendi ſuperſtitioſe. cap. 11. num. 36. ita Nauarr. ait.

*De obſeruationeſ ſuperſtitioſa.* ¶Qui ſimiles vanitates obſeruant, ſcilicet, quo die, vel pede exeant domum, vel lectulum, venialiter peccant tantum, antequàm admoneantur à confeſſoribus, vel prædicatoribus. Poſt admonitionem tales obſeruationes iam mortales eſſe iudicantur.

*De herbis vel muſic.* ¶Peccat qui credit muſicas, vel herbas poſſe contra dæmonem aliquid. Sed bene valent contra paſsiones, & humores, quibus ad temperiem redactis, non adeo poteſt vexare dæmon, quia non inuenit tantam diſpoſitionem: quia dęmon malis humoribus interdũ inſidiatur.

¶Aliquando corporaliter (licet raro) ſtriges deductæ ſunt à dæmone, de loco ad locum. Sed frequenter ex illuſionibus dæmonum, id illis ſic contingere creditur: & propter falſam imaginationem & deceptionem dæmonis tantũ, imaginarie tantum proferuntur non corporaliter, aut realiter. Vide Caieta. 2. 2. quęſt. 95. articulo. 3.

*De ſortibus.* ¶Non licet vti ſortibus ad futurum, vel ſecretum reuelandum, nec ad electiones eccleſiaſticas, ſed bene ad partitionem rei in dubio, & ad capiendum conſilium ingruente neceſsitate ſubmittendo ſe fortunæ, quæ diuina prouidentia regitur, vel tempore belli, aut



aut peſtis, vt hi, quibus obuenerit ſors monachi, vel clerici, remaneãt inter tactos peſte, ad adminiſtrandum illis ſacramenta. Vide D. Tho. 2. 2. quæſt. 95. art. 8.

*De duello.* ¶Duellum illicitum eſt, niſi in duobus caſibus. 1 Primo cum Rex impugnatus iniuſtè videns ſe inferiorem in viribus exercitus, ſuo 2 contrario, illud acceptat. Secundo, vt cum falſo accuſatus eſt mutilandus, aut interimẽdus, niſi illud acceptet. Et licet Rex aliquãdo aliqua vrgente cauſa, extra hos duos caſus tolerare poſsit duellum, nullatenus tamen id concedere valet, *Caietan.* ſecundum Caie. 2. 2. quæſt. 95. *Cõc. Trid.* Nunc vero Concilium Triden. excommunicat eum, qui in ſuis terris pérmittit duellum, etiam ſi ſit Imperator, & conſulentes illud, & ſpectantes, ſed & morientes in illo priuat ſepultura, & quia non eſt defenſa vitæ: quia cum periculo illius admittitur duellũ: Vt ait. 2. 2. Mag. Bañes.

¶Peccat, quia tentat Deum qui ſe temere martyrio offert, irritando infideles ad occidẽdum ſe ſine cauſa.

*De martyrio.* ¶Martyrium eſt in præcepto in præparatione animi, vel quando eſt neceſſarium ad conſeruandam fidem, vel ad ſalutem animarum multorum, bonitatemq́; conſeruandam, vel ad vitandas blaſphemias. Eſt tamen martyrium in conſilio tantum, quãdo exinde, nihil aliud quam Dei gloria maior, vel exaltatio fidei ſequitur, ſecundum D. Tho. q. 126. ar. 3. ad. 1.

¶Non requiritur ſecundum D. Thomam perfecta charitas ad ſubeundum martyrium: ſed bene requiritur ad illud prompte, & cum gaudio ſubeũdũ. Ita D. Thomas quolibet. 4. articulo. 19.

*De tentatione Dei* ¶Tacite tentat Deum qui ſine præuia meditatione prædicare contendit, ſperãdo Deũ inſpiraturum ſibi.

*De ægro reſpuente medicin.* ¶Licet æger ad precioſiſsimum remediũ nõ teneatur, ſed peccat ægrotus reſpuens humanum remedium, quod facile haberi poteſt. At reſpuere hoc ſine periculo mortis, propter domandam carnem, vel ad ſentiendũ Chriſti paſsionem ſecundum Caietan. eſſet meritum.

*Aduertit Nauarr. Magiſt.* ¶Magiſtri debẽtes credere, ꝙ decipientur diſcipuli, tenentur admonere illos Deos gentilium in libris poetarum à ſe lectis & à ſe memoratos fuiſſe homines puros, cruciarique in inferno. capitulo. 11. numero. 41. ita Nauar.

# CAP. XLII.

## De Iuramento.

*Forma iurandi.* EXpreſſe iuratur cũ dicitur: Deus eſt mihi teſtis: tacite vero tantũ cum dicitur: Viuit Deus, per Deum, vel per creaturã, in qua reſplendet diuina veritas, vel quatenus in tali creatura, per quam iuratur exercetur diuina iuſtitia. Vt quãdo quis iurat per vitam ſuam, vel per vitã patris ſui.

*Caietan. De iuramen. execrato.* ¶Secundum Caietan. in iuramento execratorio non eſt amplius peccatũ, quam per iurij. Vt cum dicitur: hoc faciat mihi Deus, niſi verum ſit. Nam actus agentium non extenduntur vltra intentionem eorum. l. non omnis. ff. de rebus creditis. *ff. de reb.*

¶Iurare eſt actus latriæ bonus, quia allegatur Deus tanquam infallibilis teſtis, & prima veritas.

*Iurare per fidem.* ¶Non eſt iuramentum per fidem meam, vel in fide mea iurare, vel in veritate, ſi per hæc iurans fidem, & veritatem humanam intelligat. Sicut nec iuramentum eſt: ſi quis dicat, per fidem nobilis hominis. *Sotus.* Secus ſecundum Sotum ſi quis dixerit, per fidem religioſi, vel Chriſtiani: tunc iuramẽtum erit. Quale eſſe non cenſetur ſi quis dixerit, per fidem boni, vel honorati hominis, nec iurat ſi quis dixerit, Deus ſcit, an ego verum dicam, vel ſi dixerit, dico hoc coram Deo, vel Deus ſcit: ſi careat intentione iurandi. *De forma iurandi.* At vero ſecundum Sotũ iſtæ duæ formæ, Deus ſcit, coram Deo loquor, ſi ſolùm dicantur aſſertiuè non ſunt iuramenta. Secus eſt, ſi proferuntur inuocatiuè cum intentione inuocandi Deum in teſtẽ: nam tunc iuramenta erunt. *Nauarr. cont. Caie.* At ſecundum Nauarrum, contra Caieta. qui dicit, Deus ſcit me verum dicere, ſecundum communem ſenſum bene iurat. *Victoria Cord.* Sed Victoria & Corduba aiunt excuſari ruſticos, qui ex ignorantia non æſtimantes eſſe iuramentum, ſine intentione iurãdi, *Per meã vitam.* dicunt per meam vitam, per meam ſalutẽ, ita Deus me adiuuet (dum non ſunt admoniti. Forte ita eſt, vt iſti aiunt. Sed dicere in meã conſcientiam, vel per meam conſcientiam (quia æquiuoca eſt locutio) dico cum Soto, *Sotus. Per meã conſcien.* ꝙ ſi per conſcientiam ſuam, vulgares intelligant animam ſuam, hoc in iſto ſenſu iuramentum eſſe videtur. At ſi per conſcientiam, intelligant id quod dictamen conſcientiæ intus dictat: tunc non eſt iuramentum; maxime ſi bona fide dicatur, & ſine intentione iurandi, vt fit interdum inter probos, & timoratos.

*Tres comites iuram.* ¶Tres ſunt comites iuramenti, vt licite fiat. Primo, veritas, vt ſcilicet, iuretur cũ veritate. Secundo iudiciũ, vt cũ diſcretione iuretur. Tertio iuſtitia, vt iniuſtũ exequendũ nõ iuretur. Atq; regulariter iuramẽtũ mortale eſt cũ deeſt veritas, vel iuſtitia; ſed veniale eſt regulariter dum deeſt iudicium, vel reuerentia.

¶Dupliciter peccatur iurando, vel perperam iurando, vel male adimplendo, quod rectè iuratum eſt.

¶Blaſphemia eſt iurare per dæmonem, vel per Mahometum: ſicut etiam iurare per creaturam, tacite vel expreſſe non referendo in Deum infallibilem, ſed creaturæ primam infallibilitatem tribuendo.

*Iurare per creatur. qual. peccatum.* ¶Non eſt peccatũ mortale iurare per creaturam, non credendo eam eſſe infallibilem, & ſine reſpectu Dei tacito, vel expreſſo. Quia in hoc caſu non eſt iuramentum propriè, neque diuinus honor hic creaturæ exhibetur. Sed Chriſtiani ſic modo ſupradicto per Solem, & Lunam, in foro exteriori cẽſebuntur iurare; ſed in foro interiore nullo iuramenti vinculo obligarentur, ſi nec actualiter, vel virtualiter inuocare Deum in teſtem prætendant, ſed potius ipſam creaturam (vt talis eſt) aduocare velint; non vt regulam infallibilem, qua forma, & intentione vidẽtur iurare, qui iurant per has barbas, per hos pillos, per has paleas, per has veſtes, & per alia vilia. Sic Nauarrus. capit. 12. numero. 4. docet. *Nauarr.*

*Quando iuramẽt. falſum eſt mortal.* ¶Mortale eſt iurare falſum, ſi iurans ſcit illud eſſe falſum, quod dici ſolet quando iurans aduertit de dicto falſo, & aduertit de iuramento, ideſt, quod illud iurat, quod eſt aduertere de dicto & de iuramento, tunc iurare falſum eſt mortale.

*Nauar. Iurare per iocum.* ¶Secũdum Nauarrum iurare falſum etiã per vitam propriam, vel dicendo. Ita me Deus adiuuet, vel dicendo, per meam conſciẽtiam, mortale eſt, etiam ſi iocandi gratia fiat. Mortale eſt, inquam contra gloſſam capitu. veniens. de iureiurando: nam communiter & merito iſta gloſſa reprobatur. *Gloſſ.* Sed iã de illis modis per meam conſcientiam, & in mea conſcientia diſtinximus ſupra cum Soto. Et licet inter, in mea conſcientia, &, per meam conſcientiam, forte aliqui differentiã ponant, dicentes, per meã conſcientiam maiorem ſpeciem habere iuramenti, quam dicere, in mea conſcientia: ſed ego non video, cur vterque ſic affirmans non poſsit excuſari à iuramento; quando bona fide ſine intentione iurandi facit, intelligendo bono ſenſu, in mea conſcientia, vel per meam conſcientiã, ideſt, prout intus dictat cõſcientia hoc dico, vel affirmo. *Per meam conſcien. Sententia autoris.*

*Falſe iurare inaduertenter. D. Thom. Caietan.* ¶Quanquam communiter iurare falſum, non conſiderando, an illud ſit falſum, vel an iuret, non eſt amplius quam veniale ſecũdũ D. Tho. 2. 2. q. 89. ar. 3. & cõmunem opinionem; tamen ſecundum Caietan. ſuper. 2. 2. loco citato ſi quis iurat falſum ex conſuetudine, non aduertens eſſe tale, qui etiã ſi aduerteret eſſe falſum, nihilominus iuraret: propter peruerſam conſuetudinem, qua tertio quoq; verbo, tam falſa, quam vera iuramento cònfirmat (quia inconſideratio illa non fuit cauſa, ſed comes iuramenti) eſt mortale ſic iurare. Sed tamen erit veniale tantum, ſi adhibuit diligentiam, ſed non tantam, quantam debuit. At licet hæc bona videatur reſolutio: ſed apertius ſic reſoluetur ſecundum Sotum, dicendo, quòd quando quis eſt aſſuetus iurare (etiam ſi iurauerit verum) peccauit mortaliter propter periculum, cui ſe expoſuit iurandi falſum. Quod limitat Sotus eſſe verum: quando non iurauit ex ſurreptione, & quando non iurauit veritates per ſe peruias, & manifeſtas, quæ deliberatione, & diſcurſu non indigent: Quales ſunt, iuro, quòd Deus eſt, iuro quod ſol eſt: quia iurando ſic, non peccat mortaliter. *Reſolutio Soti melior.*

*Probatio.* ¶Attamen his duobus caſibus exceptis, ſic aſſuetus, etiam iurando verum peccat mortaliter, quia ſe exponit periculo iurãdi falſum, dum non retractat iſtam peſsimam conſuetudinem; quia tale periculum in ſua cauſa, ideſt, in tali cõſuetudine eſt volitum; ſicut peccatũ ebrietatis eſt volitum in ſua nimia potatione vini potẽte inebriare iã ſcita.

*Sententia Caieta. & Soti limitatur. A Peña. Metina.* ¶Sed ne alioquin valde damnabiles hos homines tantopere dãnemus libet, & adhuc cum fratre Ioanne dela Peña, & Metina hãc ſentẽtiam terrificam limitare, ſcilicet, quòd verum eſt, quod talis aſſuetus etiam iurando verum peccat mortaliter, quando ſolitus eſt, & frequẽter iurare, & ſimul frequẽter in iuramẽto mẽtiri. Secus eſt, ſi iſte ſic aſſuetus iurare aduertere curat, ne mentiatur, dum iurat. Itaque ex periculo probabili peierandi (ſi imminet) talis cenſura peccati mortalis ſumenda eſt. At quamuis Metina Salmanticenſis cum Soto prius in ſua inſtructio. his aſſuetis iurare proponẽtibus cauere nõ negandã eſſe obſolutionẽ dixerit: ſed poſtea dilatandã abſolutionẽ eis eſſe ait, preſertim multũ in hoc ita deprauatis, vt paſsim iurẽt temerè, & in ipſa quoque confeſsione quam faciunt à iuramentis non abſtinent. *Metin. Soto.*

*Coroll.* ¶Veniale tantum peccatum peccat iurãs credens eſſe falſum, etiam iocandi gratia, ſi aduertit dictum eſſe falſum, ſi non aduertit ſe illud iurare; vel econtra ſi aduertit ſe iurare, ſed non falſum eſſe quod iurat, vel ſi vtrũque non aduertit; niſi forte ex contẽptu conſuetudinis iurandi non curaret aduertere; quia tunc eſſet mortale in aſſueto quoque in iuramento mentiri.

¶Quãdo archidiaconus in promotione ad ordines, reſpondet interrogatus ab epiſcopo, quòd promouendus eſt dignus, quantum humana fragilitas noſſe permittitur nõ mentitur: neq; peieraret, ſi id iuraret.

*De iurante coram iudice.* ¶Iniuſtè rogatus à iudice, vel à priuato per metum iniuſtũ reſpondere poteſt, quod eſt verum ſecundum mentem rogati, licet ſit falſum ſecundum mẽtem rogantis. Sicut D. Franciſcus rogatus à iudice an illac tranſiſſet latro, reſpondit quòd non, intelligendo non tranſiſſe per ſuas manicas, cum re vera tranſiſſet per callem. Ita Naua. ca. 12. nu. 8. Sed hoc non caret difficultate, ſi per talẽ æquiuocationem reſpondeat: quia intelligere nõ tranſiſſe per manicas nõ eſt æquiuocatio recepta in vſu. At talis, vt euadat mẽdacium aſſueta æquiuocatione vti debet: vel alia ſubintelligentia excuſatur. *Limitatur Nauarrus.*

*Remediũ coacti iurare.* ¶Mulier in mortis articulo conſtituta, noſcens impedimentum matrimonij, ſi compulſa fuit excommunicatione reddere debitum viro, poteſt iurare ſe facturam, vt abſoluatur cõcipiendo intra ſe, ſi id ſine peccato fieri poſsit. Nec erit periurij rea ſi cum conualuerit, non redierit ad maritum nec debitum ei reddiderit.

¶Quando quis percitus ira non adimenti iudicium ſufficiens ad mortale, iurat illicitũ mortale ſe facturum, mortale eſt. Secus eſt ſi iurauit ſe facturũ veniale, leue, quia tunc contra Caietanum, cuius ſententiam antea tenuerat, eam mutans tenet Nauarrus cum Soto, & Metina Salmanticenſi, & cum Armilla, & cum Sylueſtro verbo. iuramẽtũ, 1, & cum D. Antonino ſecunda parte. titu. 10. c. 4. §. 1. colum. 4. Quod talis iurãs rẽ leuem, vel venialem; dum tamen, dum ſe eam facturam iuret, non fictè iuret, ſed animo implendi, & non ſine illo, poſtea illam non implendo; ſolum peccauit venialiter ex paruitate materiæ, quam iurauit, quæ contingit etiam in præceptis diuinis, & votis. *De iurãte leue. Sotus contra Caiet.* Vnde ſequitur cum communi, quod iuramentum de re leui facienda, vt de dicendo Aue Maria tantum ſi poſtea non impleatur, eius tranſgreſsio nõ eſt pluſquam peccatum veniale, etiam ſi ſit de re intrinſece mala, vt de mendacio iocoſo ſemel non dicendo (licet frater Ioannes à Peña de hoc poſtremo nonnihil dubitauerit.) *Coroll. A Peña.* At ſecundum Canum, qui quotidie ſe daturum dipondium pauperi iurauit, tunc erit mortale tale votum ſeu iuramentum trãſgreſſum fuiſſe, cũ iam aduertit, vel aduertere debuit eſſe notabilem quãtitatem arbitrio boni viri, quam per aliquot dies non dando, omiſit dare. An vero idem ſit de vouente quotidie vnam tantum Aue Maria, per plures dies, quando iam omiſit, & an peccet iſte mortaliter, dubitant aliqui. At licet ego non videam ſufficiẽtem eſſe diſparitatem rationis, quam aſsignãt: tamẽ credo verum eſſe ſecundum Canum, ꝙ ſi iſte habuit ſemel intentionem ante, per plures notabiliter dies, illam iuratam vel voto promiſſam Aue Maria dicendam omittendi, peccauit mortaliter. *Sententia autoris. Canus.*

*Nota pro iurantibus nõ ludere.* ¶Qui ſic iurauit, Deus male mihi vertat, & non me adiuuet Deus, ſi amplius luſero, quia eſt iuramentum de re graui: licet vexetur tentatione ludendi, non poteſt abſolui ab illo per diſpenſationem quando non eſt cauſa iuſta diſpenſandi, quia iniquus eſt ludus: ſed tamen poterit commutari in rem meliorem, aut æque bonam, aut in alia iuramenta bona. Attamen Nauarrus interrogãti ſe reſpondit, ne peteret talem commutationẽ, & hoc illi perſuaſit, quia erat de ludo illicito, & in magna quantitate, & Pius Quintus renuit in ſimili caſu diſpenſare, & tale iuramentum virtute Bulla cruciatæ nequit cõmutari: quia Bulla cruciatæ tantum concedit commutationem votorum in expeditionem belli. Epiſcopus tamen poſſet hanc cõmutationem facere. *Nauarr. Pius V.*

*Iur. vanum.* ¶Iuramentum de re, neq; honeſta, vel nec vtili, ſed vana, vtpote vanum non eſt obligatorium.

*De iurãte illicitum.* ¶Bis peccat, qui iurat illicitũ cum animo implendi: quia iurando peccat ſemel, &. 2. contra iuſtitiam, quia iurauit iniuſtum, qui vero iurat illicitũ ſine animo implendi, vno modo tantum peccat, ſecundum Caiet. At S. Thomas ait, qui iurat illicitum periurus eſt aliquo modo iurando, ſed non eſt periurus mutando intentionem, & non adimplendo. *Caietan. S. Thom.*

*De iurãte ſophiſticè.* ¶Doloſe iurans, quòd ſophiſtice aliter quã interrogãs intelligit, ſi nulla intercedat cauſa iuſta excuſans, peccat mortaliter ſic iurando, & ſecundo, nõ implẽdo iuramẽtũ iuxta mẽtem ſanã, & communẽ intellectum illius, cui præſtitit iuramẽtũ. Quia quãdo

iurãs vtitur dolo, alter vero minime, iuramẽ A tum impleri debet, ſecundum ſanam mentem, & communem intentionem illius, cui iuratum eſt. At verò promiſſum debet impleri, ſecundum intentionem iurãtis, quãdo iurãs fuit in bona fide, & alter vſus eſt dolo. Vnde non tenetur iſte ſic iurans, quando ſi præuidiſſet dolum à principio non iuraſſet, quia non obligat iuramentum extra intentionem ſyncere iurantis.

*Iuramentum iuxta ſanã mẽtẽ obligat.*

*De iurãte ex metu.*

¶Peccat iurans ob metum cum intentione non adimplendi licitũ, vel abſque intentione obligandi ſe: quia redimere ſuam vexationem, quam patitur per metum, vel alienam, opus eſt virtutis. Secus eſt ſi iurauit B tunc ob metum in aliquo ſenſu vero, tunc non peccat ſic iurando, necnon adimplendo ad mentem ponentis metum. Vnde ſecundum Sylueſtrum verbo. furtum, quarta quæſtione ſeptima, verſicul. 2. contra Caietan. articulo. 7. iurans latroni dare centum aureos cõcipiendo ſic intra ſe, tibi illos dabo: ſi tibi illos debeo, non tenetur illos perſoluere, ſi alias illos illi antea non debebat: quod defendi poteſt, quia hic nihil falſi iuratur. At vero hic notatu dignum eſt, quod adnotauit Sotus, ſcilicet, quod iurare fictè cùm animo non implendi, dum iniuſte quis iurare cogitur, mortale eſt ſi iuret perſonaliter C in actu ſignato, dicendo, ſic iuro, vel ſi diceret, dico ꝙ Deus eſt mihi teſtis. Secus eſt ſi ſic diceret, dico ego iuro, vel ſi diceret, dico Deus eſt mihi teſtis: quia materialiter tunc ſumitur, nullũ eſt iuramentum.

*Sylueſt. cõtra Caiet.*

*Sotus.*

*Iurare material.*

*De iurãte veniale.*

¶Si quis iurauit veniale ſe patraturum, & poſtea non implet, non peccat, non implendo mortaliter, ſed etiam ſi impleat, non peccabit mortaliter; quia ex reuerentia iuramẽti Deo præſtiti videtur impleſſe, aut non ex contemptu.

*De iurãte contra conſilia.*

*Caietan.*

*Nauarr.*

¶Iurare contra conſilia, vt iurare ſe illa non facturum, niſi intelligat etiam quando occurrerit ea cadere ſub præcepto non eſt D mortale, ſecundum Caie. in dicto 7. 2. 2. q. 89. arti. 7. diſt. 1. quia nec S. Th. ibi. Contrariũ inſinuat, nec D. Antoninus. Ita Nauarr. & gloſſa communiter recepta, in ca. ſ. 85. d. ita Tabienſis contra Angelum, & Sylueſt. verbo, iuramentum. 2. §. 7. c. 12. nu. 16.

*Tab. contra Ang.*

¶Iuramẽtũ peccãdi venialiter iuxta ſupradicta nõ eſt, niſi veniale; niſi iurauerit quis animo nõ adimplẽdi, vel animo adimplẽdi in caſu, quo adimplere eſſet mortale.

*De iurante redir. ad carcer.*

¶Qui iurat redire ad carcerẽ nõ iniurioſum, etiã cũ iactura vitę tenetur redire, etiã ſi iurauerit animo nõ reuertẽdi, ſecũdũ Caietanum, cui non ſatisfacit Tabiena, reſpõdendo ei. Sed forte (vt allegat Armilla) iſte talis poterit petere relaxationem iuſti iuramenti in hoc caſu, & poſt eam obtentam non redire. Nec hæc relaxatio videtur deneganda, tum propter ius naturale conſeruandi vitã: tum quia citra iuramentum ſi fugiſſet, iam cum periculo mortis ſe offerre non teneretur carceri. Præſertim non videtur deneganda relaxatio homini, alioquin bono, qui caſu veluti fortuito coniectus eſt in tales anguſtias carceris, & mortis.

*Caietan.*

*Tabien.*

*Armill.*

*Limitatio.*

*De muliere iur. ex metu.*

¶Peccat mulier, quæ ſine cauſa iurat carere ſe crimine adulterij, eo ꝙ egerit pœnitentiam illius, niſi maritus iniuſte ad iurandum id, eam compelleret.

¶Item qui non tenetur ad dandam, vel commodandam rem, quæ ſibi petitur, peccat, ſi vt ſe excuſet ab illa danda, iurat ſe rem illam non habere, & ſi intus concipiat non habere ad illam dandam iuxta illius mentẽ, etiam ſi tenetur ad eam accommodandam, vel dandam, vel non: quia ex communi conceptione hæc reſponſio eſt mendax contra Nauarrum. Ita Sylueſter, titulo iuramentũ. 3. quæſt. 2. & Corduba in adnotationibus ſuper Sotum de detegendo ſuper membro. 3. q. 3. fo. 150. pagin. 1. illius libelli, de detractione. Quia ſolum licet vti æquiuocatione, & nõ reſpõdere ad mẽtẽ rogantis, quãdo ſecũdũ ius, aut vſum in tali materia talis ſenſus verborũ pro vero accipitur, alias nõ, vbi ceſſat coactio iniuſta.

*Cõtra Nauarr.*

*Sylueſt.*

*Cordub.*

*Ratio.*

*De ſano iurant. tẽpore peſtis.*

*Sylueſt. cõtra Nauarr.*

¶Qui tẽpore peſtis ſanus cum ſit rogatus à cuſtodibus, an tranſierit per talem ciuitatem peſte laborantem ſecundum Sylueſt. eſt periurus, reſpondendo, ꝙ non, quanuis ſecundum præcipuam intentionẽ ipſorum cuſtodum, licet remotam reſpondet. Et ſic etiam peierat, ille ſcholaſticus qui iuſtè rogatus ſub iuramento, an loquutus fuerit cũ alijs ſcholaſticis, reſpondet, ꝙ nõ, cum vere locutus cum eis fuerit, quando intelligit intra ſe, non ſe locutum fuiſſe ad ſubornandum: etiam quando ſic loquendo non ſubornauit. Et quia intentio interrogantis eſſet interrogare ad inhabilitandum illum ſi ſubornaſſet, non ideo excuſatur à periurio; cum non ſit ille modus reſpondendi talis, qui communi conceptione hominum reputetur verus. Videtur Nauarus alludere ad aſſertionem Victoriæ in ſua lectura; dum Nauarr. hic ait, quòd non licet inducere paratum iurare falſum, vt iuret, niſi iudici ad inſtantiam partis. Sed nõ licet hoc priuato, niſi iuraturus falſum ad idque paratus,

*Nauarr.*

*Victoria.*



*De inducente ad iur. falſ.*

ſponte ſe offerat, adſitque rationabilis A cauſa recipiendi iuramentum ab eo; quia tũc non peccat qui recipit. Ita Sylueſt. verb. iuramentum. q. 9. iuramentum. 3. nu. 20.

*De iurãte ſine intentione.*

*Sotus.*

*Caietan.*

¶Secundũ Sotũ iurans ſine intentionẽ iurandi non obligatur, licet peccet mortaliter ſecundũ Caiet. & omnes. Et idem dicendum eſt de eo qui iurat ſine intentione ſe obligandi, etiã ſi iocoſe iuret ſecundum Nauar. Qui vero intentionẽ habet iurandi, verè obligatur: licet fecerit ſine intentione promittẽdi, & ſe obligandi ſecundũ Sotum cõtra Sylueſtrũ, verbo, iuramentũ. 4. Quia iuramentum præ ſe fert intrinſecã rationem obligandi cõtra Nauarrum dicentem, ꝙ votum cum intẽ B tione vouendi, ſi non habuit intentionem ſe obligandi non obligat. Sed dico de vtroque tam de voto, quam de iuramento cum fratre Ioanne de la Peña, quando in illis defuit intentio ſe obligandi, credendũ tunc eſt nec in illis interueniſſe intentionẽ iurandi, aut vouendi, & tunc ſecundũ Nauarrum, & Sylueſtrũ cum cõmuni nõ erunt obligatoria, quia nec cum intentione vouendi, aut iurãdi ſunt facta. At vero, ſi cum intentione iurandi, aut vouẽdi emiſſa ſunt, vera videtur opinio Soti, ꝙ licet defuerit intentio ad iuramentum, vel votũ ſe obligandi, vtrunq; erit obligatorium. Quia nõ videtur eſſe in poteſtate iurã C tium, aut vouentiũ, ſuppoſito, quod cum intentione iurandi, aut vouendi iurant, aut vouent, amouere à iuramento, & voto intrinſecã obligationem obligandi; licet hoc magis conſtet de iuramento, quod ex ſe obligat, quàm de voto, quod ſuas vires obligandi potius ſumit ex intentione vouentis.

*Sotus contra Sylu. & Nau.*

*Sententia autoris.*

*Sotus.*

*Ratio.*

*De iura. verum ſine intentione iurandi.*

*Sotus contra Caiet.*

*Nota regulam.*

*Ratio.*

¶Iurare verum, ſed cum intentione non iurandi, ſi fiat in iudicio eſt mortale, ſecundum Sotum, quando iuſtè interrogatur. At vero extra iudicium, maximè dum iniuſtè cogitur quis iurare, non eſt mortale iurare verum cum intentione non iurandi contra Caiet. in ſum. dicentem, ꝙ in vniuerſum iu- D rare cum animo nõ iurandi eſt mortale. Ad hæc ſine exceptione eſt mortale (quando deeſt intentio implendi) iurare. Quia deeſt præſens veritas debita iuramento. At verò qui iurandi animum non habuit, licet ex vi iuramenti nõ teneatur tale iuramentũ adimplere: tamen ratione ſcandali, ſi immineat, aut ratione contractus, do, vt des, vt in ſponſalibus; & matrimonio & ſimilibus: vt ſi iurauit ſponſalia puellæ, vt ſibi ſui corporis copiam faceret etiam ſi ſine animo iurandi fecerit: tenetur tale promiſſum, vel contractũ adimplere ſecundum Sotum poſt factum.

*Iurans fictè hic tenetur.*

*Sotus.*

*Nota.*

¶Non peccat paterfamilias expoſtulans A iuramentũ à familiaribus, in caſibus, in quibus extranei poſſent furtum reuelare.

*Iuram. de ducend. vxor.*

¶Iuramentum ducendi vxorem licitum eſt ſecundum Sotum: ſed non eſt ſeruãdum, dum eſt melioris boni impeditiuum.

*De iurãte interrog. à iud.*

*Naua. cõtra Sot. & Sepul.*

¶Tenet hic Nauarrus cum Gabriele, Adriano, & Paludano & fratre Vincẽtio Iuſtiniano, quòd iniuſte interrogatus à iudice poteſt reſpondere: ꝙ non furatus eſt rem, de qua interrogatur, (licet vere eam furatus fuerit) intelligendo intra ſe, intra mentem, ꝙ iſto, vel illo menſe, non fuerit id rei furatus. Hæc concluſio eſt contra Sotum, & contra B Geneſium de Sepulueda. Et ait Nauarrus pro iſta ſua ſententia, quæ eſt Gabrielis & Adriani, irrefragabilia ſe adduxiſſe argumẽta in commentario capi. humanæ aures. 22. quæſt. 5. & ait, oppoſitam Soti eſſe ſententiam duriſsimam.

*Cord.*

¶Ceterum frater Antonius Cordubenſis magis ad ſententiam Soti videtur accedere, nec tutam putat iſtam ſententiam Nauarri, in omnibus caſibus generaliter eſſe admittendam concedere.

¶Si aliqua perſona, inquit, alioquin virtutibus præclara, & de republica bene merita, in tales anguſtias eſſet coniecta, vt iniu- C ſtè interrogata, niſi ſic reſpõderet ſibi mors obeunda eſſet, tunc liceret ſibi, & teſtibus iniuſte interrogatis ſic reſpondere: quando tunc reſpondere, neſcio, non recordor, non prodeſſet; quia iudex iniquus inſtat dicens. Non te rogo an ſcias, vel recorderis te feciſſe furtum, ſed reſponde mihi, an tu teipſe furatus fueris: reſpondere poteſt, non furatus ſum intelligendo ad iure reuelandum tibi. Alias alijs (inquit) parricidis, & latronibus etiam iniuſte interrogatis, non eſt concedendus iſte modus reſpondendi, quia tenemur per verba, & modos aſſuetos licet æquiuocos iniuſte interrogati reſpondere. Sed quia D in huiuſmodi opinionibus, quæ pertinent ad pœnalia benignior opinio, & reo magis fauens eſt eligenda, ideo dico cum Nauar. ꝙ ſua opinio poteſt in hoc caſu, à quibuſcunque reis non iuridice interrogatis obſeruari: & ſic reſpõdendo ſe protegere ſuamque vexationem redimere poſſunt.

*Sententia autoris.*

*An iura. generale obliget hic.*

¶Iuramentum de actu, qui illicitus eſt tempore emiſsionis iuramenti: ſi poſtea actus fiat licitus, obligat: quando iuramentum fuit generale, & aptum natum comprehendere eũdem actum etiã tempore, quo fit licitus. Vt ſi Canonicus generaliter iurauit obſeruantiã ſtatutorũ, inter quæ vnum erat

illicitum,quia contra canones, ſi poſtea fiat A licitum:quia diſpenſauit in eo Papa tunc tale iuramentum generale prius emiſſum obligat ad illud ſtatutum ſeruandum. Secus eſt, ſi tale iuramentum ex natura verborum,vel ex cauſis,vel ex circunſtãtijs taliter fuit ſpecialiter reſtrictum ad actum illicitum, pro tempore,quo eſt illicitus: quia tũc ſi poſtea ille actus fiat licitus,ad illum nõ obligabit. Sicut ſi quis iurauit, non intrare talem domum,donec mater ſua ibi inhabitauerit, ſine cauſa id iurans:ſi inde alio migrauerit mater ſua,poterit intrare illam domum ſine violatione iuramenti:quanquam ſe offerat cauſa,ex qua deberet ingreſſum illũ vitare,quia B ſpeciale fuit iuramentum,& ex ſpeciali circunſtãtia emiſſum. Secus ſi generaliter quis iurauit non ingredi aliquam domum vanè, ſine cauſa iuſtificante tempore, quo iurauit: ſi poſtea mortuo primo bono habitatore, ſuccedat mulier mala ibi,& occaſionata, tenebitur vi iuramenti:quia ex cauſa generali, & non ſpeciali fuit emiſſum, talem domum non ingredi. Ita Nauarrus.

*De iurãte licitum putatum illicitum.* ¶Item extra de iureiurando capit. quanto,dicitur,quòd qui iurauit licitũ putãs illicitum:tenetur ſeruare, & pœnitere de iuramento. At ibi cap. ad noſtram dicitur iurans vſuras non repetere,nõ obſtante hoc ex no C ua cauſa,corã iudice repetere poteſt, vt ſibi reſtituantur. Et eodem tit. cap. ſi vero. egre- *Diffinitio egregia de iur. ex metu.* gia hæc eſt diffinitio,ſcilicet, quòd iuramentum per metum extortum, ſi ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ, ſeruandum eſt; ſed tamen Eccleſia conſueuit ab illo abſoluere.

## CAP. XLIII.

*De voto quo ad eius obligationem & validitatem.*

*Diffinitio voti.* DIffinitio voti eſt, quòd votum eſt promiſſio ſaltem interior D deliberatè Deo facta de aliquo bono maiori, à ſuperiori non reuocata. At ſecundum Palu- *Palud. Deliberatio requiſ.* dem ea ſufficit deliberatio ad vouendũ,quæ ſufficiens eſt ad peccandum mortaliter. Vnde votum ex ira non abſorbente iudicium taliter, quod excuſet à mortali ira, valet Deo *Coroll.* factum. Ex quo quoque apparet illud propriè non eſſe votum, cum quis ait homini; Promitto tibi me non luſurum cum tali ho- *Explicatio diffini.* mine. Signanter dictum eſt, quòd votũ fieri debet de maiori bono, quàm oppoſitũ eius; poteſtque emitti votum de conſilio, imo & A de re præcepta: atque per conſequens cum vouet quis non fornicari, circunſtantia voti eſt etiam explicanda in hoc caſu in confeſſione talis fornicationis. Dictum eſt, à ſuperiori non reuocata, quia vota conſiliorum, & præceptorum à prælatis irritari poſſunt. cap. 12. nu. 25.

*De ſubito vouente.* ¶In momento poteſt præcedere deliberatio actu,vel virtute ad votum, licet deliberatio,vtpotè motus intellectus, cum ſit regulariter diſcurſus requirat tempus. Et ſatis eſt iſta deliberatio præcedat præcedentia naturæ,ſeu cauſæ,non temporis: & in momento,quo fit votũ,aduertentia vouẽdi euenire B poteſt per ſubitã perceptionem cõuenietis.

*Vota ſubita diſpenſabil.* ¶Differentia eſt inter vota facta magna præcedente deliberatione,& inter facta ſubitaneo,& repentino motu,& paſsione:cuiuſmodi ſunt,quæ fiunt ex leui cupiditate: quoniã hęc vota ſic leuiter facta facile diſpẽſantur,commutantur, vel redimuntur,ſicut etiam facta eſt metu tempeſtatis maris.

*Expoſitio ca. conſuluiſti.* ¶Propoſitum religionis tantum, etiam cum habitus aſſumptione non efficit votum contra Paludem,& D. Antoninũ; quoniam in illo capit. conſuluiſti, de regularibus fuit promiſsio implicitè facta, aut virtualis ſecundum Panor. capit. literam. & ſe- *Panor. Caietan.* C cundum Caietan.

¶Promiſsio ſine animo implendi eſt votũ obligans ad ſui impletionẽ. Secus ſi emiſſum fuit ſine animo obligandi, quia tunc ſe- *Cardin.* cundũ Cardinalem non eſt votum. Sed iam de hoc limatius,& diſtinctius ſupra loquuti *Sotus. A. Peña.* ſumus iuxta mentem Soti, & fratris Ioannis à Peña reſoluendo hunc caſum.

*De materia votorum.* ¶Votũ de re neceſſaria,vt de moriẽdo nõ eſt votum. Sed de re veniali votũ emiſſum veniale eſt,& de mortali, mortale. Nec valet votum de re indifferenti,vt ſic, niſi apponatur circunſtantia bonificans rem indifferẽtem:ſicut ſi aliqua mulier voueat nõ nere D in ſabbatho,ex natura ſua non eſt obſequiũ virginis,niſi fiat vt tunc recitet roſarium.

*Cõtra conſil.* ¶Vouere cõtra conſilia nõ eſt pluſquàm veniale;niſi tale votum fieret,vt notabiliter diſpliceret Deo,vel animo non adimplendi, tempore, quo talia conſilia vim præcepti haberent,vel niſi voueret contra aliquod cõſilium ex contemptu conſiliantis Dei.

*De fine vouentis.* ¶Votum de opere propter finem vouentis,vel operis promiſsi malum, illicitum malumque eſt,atq; ideò non eſt votum, etiam ſi res promiſſa bona ſit, quia totum illud cum ſuo malo fine malum eſt, ac per conſequens nõ eſt conueniens materia voti. Valet tamen votum de gratiarum actione, vel de A euentu Victoriæ abſolute ſine iniquitate cõſideratæ:ſicut valet etiam votũ rei promiſſæ Deo pro filio dato ex concubina,& pro datione abſoluta talis filij ſine fornicatione cõſiderata.

*De cauſa impulſiua voti.* ¶Si finis voti, aut boni promiſsi non eſt malus,ſola cauſa impulſiua mala, non viciat votum:vt qui vouet religionem non dirigẽdo in finem luxuriæ,licet impellatur ſic vouere ſpe ibi reperiendi occaſiones luxuriandi, votum tale valet. ¶Idem de voto, quo quis vouet Deo aliquid, vt concedat Deus ſibi filium ex non ſua.

¶Idem de vouente aliquid, ſi Deus per B fas, vel per nefas ſibi concedat temporalia, quia fit pro re in ſe bona, & dono Dei data. Abrenuntiatio autem Sathanæ in baptiſmo *Caiet. Palud. cõtra Mag.* ſecundum Caietan. & Palud. contra Magiſtrum,& alios non eſt votum, niſi aſſumatur pro improprio voto.

*Nota ex D. Thom.* ¶Votum ſecundum D. Tho. magis obligat, quàm iuramentum ex ſua natura: niſi quando ſecundum Maiorem, vtrumque fit principaliter in honorem Dei,vel principaliter in vtilitatem proximi. Sed communiter votum principaliter fit Deo:& iuramentum proximo.

*Meritum maius in voto.* ¶Opus ex voto factum plus meriti ha- C bet,quàm ſine voto ſecũdum omnes. Quia vouens ſimilis eſt danti arborem, & fructus; & quia procedit ex maiori firmitate voluntatis,atq; ex virtute religionis: quãuis opus conſilij cæteris paribus plus meriti habeat, *Nauar.* quàm opus præcepti ſecundum Nauarrum, quam dicit eſſe communem: quam Codice *Metin. Notatur Nauar.* ſuo dicit declarare Metinam. Sed non puto hanc doctrinam eſſe abſolutè de mẽte Diui Thomæ:qui quolib. 4. articulo. 24. ait, quòd conſilia ordinantur ad præcepta ſecundum quòd præcepta ſunt de interioribus actibus: ſed non inquantum ſunt de actibus exterioribus, niſi vt faciant præcepta firmius D ſeruari.

*Tabiena.* ¶Qui vouit non fornicari tranſgrediens hoc, dupliciter peccat contra Tabienam:cuius opinio nec etiam habet locum in eo, qui vouit in genere ſe non amplius peccaturum. Sed tandem Maior huic acquieſcit cum antea videatur contraire:quia hic duplex ſpecies peccati eſt, & fornicationis & ſacrilegij.

*Caietan.* ¶Secundum Caiet. qui vouet ſe nõ facturum id, quod eſt de cõſilio, vt diſpliceat mortaliter Deo, mortaliter peccat: ſecus ſi vt diſpliceat tantum venialiter.



*Votum cõtra conſil. an val.* A ¶Quando quis vouet contra conſilium cum aliqua circunſtantia bonificante promiſſum, valet eius votũ. Vt ſi quis promittat non profiteri in clauſtrali religione, vel non mutuare citra extremam neceſsitatem, ne ex mutuo mutuatarius anſam ſumat peccandi.

*Vota ſtulta.* ¶Vota ſtulta ſunt non pectere capillos in die ſabbathi:non lauare caput,non filare, non edere caput in honorem ſancti Ioannis Baptiſtæ ſine honore Dei, aut proximi vtilitate. At quando quis dubitat de valore votorum,vel credit ea valere, peccat, ſi ea abſque vlla diſpenſatione prælati, vel ſine licentia B ſui confeſſarij tranſgreditur.

*Votũ ſtultum an cõmutand.* ¶Stultum eſt votũ, quo quis vouit ſe nudum peregrinari. Quanuis ſecundum D. An- *D. Anto.* toninum ſit forte in aliud commutandum: peccatque qui aduertenter vouet impoſsibile. Sed notato hic ſecundum fratrem Ioã- *A Peña. De vot. impoſ.* nem à Peña, ſi cum fit votum, tunc eſt impoſsibile, non obligat licet poſtea fiat poſsibile ſecundum D. Thom. At ſi à principio *D. Thom.* erat poſsibile,& poſt interponitur impedimentum temporale, non tollitur obligatio, ſed ſuſpenditur pro illo tempore impedimenti.

*De vot. ſine anim. ſe oblig.* ¶Quanuis votum emiſſum ſine animo ſe C obligandi ſecundum Nauarrum non valeat (nam ſecũdum Sotum diximus valere ſi fiat *Sotus. Nauarr.* cum animo vouendi, & promittendi licet non implendi) ſed ſecũdum omnes benè valet ſi fecit votum cum animo ſe obligandi, etiam ſi non habuerit animum illud adimplendi. Vnde bis peccat iſte: primò vouendo ſine animo implendi: ſecundo non adimplendo.

*De impedito à voto.* ¶Qui vouit,& poſteà eſt impeditus: ſi poſteà auferatur impedimentum in totum, vel in partem, tenebitur ad totum, vel partem. Sicut qui vouit caſtitatem, ſi poſteà ducendo vxorem cum ea conſummauit, tenetur D obſeruare partem caſtitatis, quã poteſt non exigendo debitum, cum voluntate ſeruandi integrè votum ſuum defuncta coniuge.

*An euentus liberet à voto.* ¶Non liberant à voto emiſſo illi euẽtus, qui ſi à principio oblati fuiſſent, qui vouit, non vouiſſet. Quia alias multi, qui profeſsi ſunt ſolenniter iſto modo liberarẽtur. Quod *Sotus.* non eſt dicendum. Secũdum Sotum fractio voti de Aue Maria dicenda nõ eſt mortalis. De hoc copioſius dictum eſt ſupra de iuramento, vbi aſſeruimus paruitatem materiæ, quæ in cæteris præceptis diuinis excuſat à mortali hic quoq; excuſare.

CAP.

# CAP. XLIIII.

*Vbi etiam de obligatione voti.*

*De mora. impletio.*

Non peccat mortaliter vouens non implendo votum, quando non ſignauit impletionis tempus quando ipſum conſcientia non remordet de dilatione, & mora: quia ſignum eſt non fuiſſe tranſactum tempus ſecundùm Caiet. ſi eſt timoratæ cõſcientiæ.

*De vouente poſt corrupt.*

¶Qui vouens virginitatem poſtea corrupta eſt, tenetur pœnitere, & ſeruare quod ſupereſt implendum quãdo ſe corrumpi paſſa B eſt, quia ſua culpa ſe fecit impotentem, tenetur præſtare quod ſupereſt, ideſt, abſtinere à venere ſecundum Nauarrum. Quod limitat bene Sotus, niſi quando talis virgo ſic vouens præciſe voluit ſe obligare à primo actu venereo, ne amitteret virginitatem, & ad nihil amplius: quia iam ſic corrupta libera maneret deinceps à voto. Quòd ſi abſolutè vouit ſeruare virginitatem nihil limitans: tunc verum eſt quod ait Nauarrus: quòd adhuc iam corrupta tenetur abſtinere, quia adhuc tenetur præſtare, quod poteſt. Sicut, ſecundum gloſſam, qui abſolute ſine limitatione vouit Deo miſſas C pro ſalute filij, etiam ſi moriatur filius, tenetur ſuum implere votum. Secus ſi in mente, vel aliter appoſuiſſet conditionem.

*Nauarr. Sotus limit. Nauarr. Gloſſa. Deficiẽt. cauſa.*

*De impoten. facto.*

¶Sed de illo, qui in iuuentute ſua vouit religionem, & etiam eſt ſenex effectus & vix ſibi fit poſsibile ſeruare vitam illam auſterã, & regularẽ, quia iam eſt deſtitutus viribus, conſultus Victoria fertur reſpondiſſe, quòd videtur iam iſte deobligetur à voto. Sed ad cautelam ait, huic petendam eſſe diſpenſationem de tali voto; & non abſolute ab illo deſiſtere licet, nam nemo eſt bonus iudex in propria cauſa.

*Victoria.*

*Sotus. De difficult. voti.*

¶Memẽto hic cum Soto de iuſti. quòd difficultas ex natura rei promiſſæ orta legiti- D ma cauſa eſt diſpenſandi in voto. Secus ſi talis difficultas ex habitu prauo vouentis proficiſcatur, quia tunc tollat prauum habitum & ceſſabit difficultas. Neſcio tamen, an qui, quia vitam religioſam ſibi per difficilem, & quaſi impoſsibilẽ ſibi inuenit propter corruptionẽ, & turbulentiã affectuum malorũ, ad quos natura inſtigat propria, & improba inclinatio, quia cõturbat ſeipſum, conturbatque cæteros religioſos, & quaſi præſciti, & deſperati ibi in monaſterio vitam agebat, an ſit ſufficiens cauſa vt Papa diſpenſet, vt ſub habitu clericali viuens, vota ſibi poſsibilia A impleat. Si papa faceret prout audiui feciſſe non damnarem, imo tunc approbarem.

*Ex culpa votum frang. Ricard.*

¶Qui vouit aliquid Deo, ſi Deus illũ ſeruaret à tali peccato, ſecundum Ricardum, ſi ex parte ſua non facit quod alias debuit feciſſe: aut deliberauerat facere ad vitandum tale peccatum, aut ſi ſe præcipitauit in tale peccatum, ne aſtrictus maneret tali voto adhuc manet obligatus. Sed dico etiam hoc eſt verum, ſi occaſionem non vitauit, aut in illam ſe coniecit, argum. ex Bartolo in. l. Miles ff. de adulterijs & l. obtinuit. ff. de conditionib. & demonſtrationi.

*ff. de adul.*

*Vot. conditional.*

¶Vota conditionalia conditione impleta B obligant ad ſui impletionem. Et qui vouit religionem, ſi fornicaretur, eum intentione vitandi fornicationem, tenetur fracto voto ingredi religionẽ. Secus eſt ſi pro fine voti acciperet illã fornicationẽ; quia tũc votũ nõ valeret; vt ſi pro fornicatione explẽda voueret.

*Vot. condition. pœnalia.*

¶Vota iſta conditionalia etiam pœnalia, ſcilicet, voueo religionem, ſi illud peccatum admiſero, nec ante conditionem impletam, nec poſt, poteſt ea diſpenſare epiſcopus ſecundum Nauarr. quia conditionalia ſunt.

¶Si autem ſub forma pœnali non conditionali quis ſic voueat, ſicuti ſub pœna ingrediendi religionem, vel eundi ad Hieroſoly- C mam, voueo non fornicari: quia ſub iſta forma ſunt duo vota, primum abſolutum, & nõ reſeruatum, ſcilicet, voueo non fornicari, & ſecundum conditionatum religionis, antequàm violetur primum abſolutum, poteſt epiſcopus diſpenſare; quia qui poteſt in principale poteſt etiam in acceſſorium: quale eſt ſecundum votum religionis pœnale, & conditionale. At quamuis Nauarrus ſatis acutè videatur diſtinguere inter primam, & ſecũdam formam vouendi: ſed tamen Metina Salmanticenſ. in inſtructione confeſſorum folio. 87. indifferenter tenet contra Nauarrum, quòd ſi quis vouerit vtroque modo, ſcilicet, voueo D nõ ludere, & ſi luſero, ingredi religionem; vel per iſtã formã, ſub pœna eundi Hieruſalem, vel profitẽdi religionẽ, voueo nõ ludere: tale votũ quia vtroq; modo emiſſum eſt pœnale, nõ eſt omnino voluntariũ: ideo ſecundũ ſententiã doctiorũ virorum huius ætatis contra alios doctos, Sotum, & Nauarrum, etiã poſt adimpletã cõditionem, per ordinariũ, ideſt, epiſcopum poſſunt vota hæc diſpenſari, & virtute bullæ cruciatæ, aut Iubilei poſſunt per confeſſores commutari. Quia ſolum Papa reſeruauit ſibi illa quinque vota quando ſunt voluntaria. Sed in his caſibus non ſunt voluntaria, ſed ſummè exoſa, & Papa reſeruat

*Metina tenet contra Nauar.*

*Vota ſecundum ſunt pœnal. non reſeru. Papæ. Ratio.*



reſeruat ſibi vota iſta, quando ſunt vota abſo A luta faciendi illa quinque opera Hæc opinio eſt probabilis: cui videtur accedere Metina: quia eam vltimo loco ponit. At fertur acceſſiſſe ei Magiſter Canus. Placet mihi concordantia fratris Antonij Cordub. in additionibus ad tractatum de caſibus conſcientiæ. Vbi ait, quòd ſi taliter conditionaliter vouens, ſcilicet, ſi filius meus luſerit voueo religionem, id fecit ex aliquali affectu religionis, papa ſolus diſpenſat tunc: at ſi in pœnam hoc vouit, vt arceret filium à ludo; tunc ante incurſionem ſecundum Sotum epiſcopus diſpenſare poteſt. Imo etiam poſt autore Metina.

*Metina. Concordãtia Cordu.*

¶Votum eundi Hieroſolymam cum buho B ne in ore nudiſque pedibus, ſi luſerit quis implendum eſt quo ad ipſam peregrinationem tantum, reiectis iſtis conditionibus, vtpote inhoneſtis, & impoſsibilibus habitis pro non adiectis: quia vtile per inutile non vitiari debet.

*Nota ſi votum ſit partim im poſſib.*

¶Iam diximus, quæ vouit virginitatem, quam ſemel amiſit, tenetur adhuc continere: niſi ſolum intenderit à primo venereo actu continere; quia actus agentium non operantur vltra fines eorum.

*De vot. nonnubendi.*

¶Votum non nubendi non obligat ad continentiam: ideò qui illud vouit, fornicando C non peccat magis, quam ſi illud nõ vouiſſet. Ita Nauarrus & Sotus.

*Sotus. Nauar. Votum de ducendo vxorem.*

¶Votum abſolute ducendi vxorem, non valet, abſolute loquendo: quia qui ſic vouet deſcendit ad imperfectiorem ſtatum. Secus eſt ſi ob vitandam fragilitatem carnis, quam ſæpe in ſe eſt expertus, ſic vouit. Quia hæc circunſtantia facit magis bonum, quod de ſe eſt minus bonum. Ita Nauarrus & Canus cõtra Sotum.

*Nauarr. Canus contra Sotum.*

*De impediente à relig. voto. Maior. Sotus contra Scotũ. Limitatio Soti.*

¶Qui impediuit, vel retraxit profeſſum à religione contra Scotum, non tenetur, ſe pro illo religioſo tradere religioni ſecundum Maiorem in. 4. diſt. 15. quæſt. 17. nec tenetur ad D reſtitutionem ſecundum Sotum. Niſi forte de perſona frugi iam profeſſa loquamur, quæ ex ſuo ſtatu, magnam commoditatem afferebat temporalem monaſterio, qualis forte poteſt eſſe conuerſus, aut religioſus cathedraticus, qui redditus cathedræ acquirebat monaſterio.

*Excõmu. Conc. Tri. cõtra imped. à relig. Cord.*

¶Si aliquis bonis de cauſis motus retrahit aliquem ab ingreſſu religionis, non incurrit excommunicationem Concilij Tridentini. Sicut etiam ſecundum fratrem Antoniũ Cordubenſem in additionibus ad tractatum de caſibus conſcientiæ, parentes rationabiliter impedientes filiam, ne nubat quo cum vult, non A incurrunt excõmunicationem Cõcilij Tridentini, quando non tollunt libertatem nubẽdi cum alijs æqualibus, honeſtiſque. Secus eſſet ſi princeps, vel pater impedirent mulierẽ, ne nuberet, quo cum vult, ſine iuſta cauſa, vel fraudulenter, vt nubat quibus ipſi volũt: quia hoc eſt indirectè compellere, quod prohibet Concil. Tridenti.

¶Inducere ad religionem, vel ingredi ad eam, vbi male contra diſciplinam regularem viuitur peccatum eſt.

¶Non eſt laudabile, ait Nauarr. perſuadere ad vouendum ingreſſum religionis, quia experientia teſte innoteſcit: quòd alacriori B animo, & magis perſeuerant, qui liberè ingrediuntur, quàm qui coacti iam voto prius facto, ſolenniter poſtea profitentur. At hæc ſententia Nauarri, licet in aliquibus perſonis conſiderata conditione, & qualitate earum poſsit verum tenere: ſed non ita abſolute eſt vera. Nam D. Thom. 2. 2. quæſt. 189. artic. 2. tenet & docet, quòd meritorium, & conueniens eſt hominẽ ſe voto obligare ad ingreſſum religionis: quia actus religionis eſt, & quia per tale votum firmatur voluntas, vt in perpetuum illi adhæreat. Quòd ſi conſilium eſt ingreſſum talem vouere: quare cum expedit non erit laudabile ad illum ingreſſum vo- C uendum conſulere?

*Notatur Nauarr. D. Thom.*

*Votũ monaſtc. non reform.*

¶Monaſterium non reformatum dicitur, vbi vnuſquiſque pro ſua voluntate vitã agit, & fere omnes putantur eſſe malæ conſcientiæ. At qui vouit ingreſſum iſtius modi monaſterij, non tenetur illud ingredi, ſi non ſit ſpes in breui fore reformandum, nec aliud: quia ſecundum Maiorem ſuum votum ratione euentus factum eſt illicitum. Cæterum ſi in aliquo monaſterio eſſentialia ſeruãtur, ſed non adeò ſtrictè accidentaria, vt regula exigit: ſi ſub obedientia prælati ibi viuitur, tenetur iſtud monaſterium vouens, illud ingredi ſecundum Caietan.

*Caietan.*

*De vot. in gener. Religio.*

D ¶Licet vouens religionẽ in genere teneatur (ſi non recipitur in vna) quærere aliã; ſecus tamen eſt de intẽdẽte per votum factum iſtã ſolam, vel iſtum ſolum conuentum. Ita tenet Nauarrus, ꝙ non tenetur in hoc caſu quærere aliam religionem, vel domum, ſi ibi non recipiatur: quia ſecundum Iuriſtas limitata cauſa, limitatum producit effectum.

*Nauar. D. Thom.*

*Vot. religi. an obli. ad caſt.*

¶Vouens certam religionem, vel monaſterium: etiam ſi vouerit perſeuerare, ſi caruit intentione obligandi ſe ad caſtitatem, quia tantum abſolutè vouit religionem: poterit vxorem ducere, ſi non admittatur ad illam; imo ſuſceptus ad habitum, poſtea ſi iſte talis con-

contraxerit,licet peccauerit contrahendo, & A
conſummando,poſt hoc non obligatur ad cõ
tinentiam,poteritque debitum etiam à con-
iuge poſtulare. Sicut nec vouens ordines,te-
netur ad diuinum officium, quandiu nõ ſu-
ſcepit ordines,licet peccet tales ordines non

*Caietan.*

ſuſcipiendo.Ita Caietan.

*De vot. non nuben di facto.*

¶Qui vouit non nubere, nupſitque, licet
poſsit petere, & reddere durante matrimo-
nio,debet tamen eſſe cum voluntate adim-
plendi tale votum, ſi aliquando potuerit,nẽ-
pe,ſi mortua fuerit eius nunc vxor, ſecũdum

*Caietan.*

Caietanum.

*De ſubreptitia diſpẽſ. voti. Caietan. Nauarr. contra Sotum.*

Si quis cum vouerit profiteri in religione,
impetrans ſuper tali voto diſpenſationem ſo B
lum expreſsit papæ,quod vouit ingredi,ſur-
reptitia eſt talis diſpenſatio ſic obtenta,ſecun
dum Nauar.& Caiet.contra Sotum.

## CAP. XLV.

### *Adhuc de obligatione voti.*

*De vouẽte ingreſſum vel profeſſ.*

QVi tantùm vouit ingredi religio
nem, iam ingreſſus poteſt intra
annum probationis, relinquere
religionem, eo ſolùm quòd ſibi
diſpliceat religio. Secus eſt, ſi
quis vouit profiteri;quia id non poteſt facere C
niſi per diſpenſationem impetratam,ex cau-
ſa iuſta arbitrio prudentis.

*Quæſtio. An vouẽs relig. teneatur perſeuer. Syluest.*

¶Sed quid ſi quis vouit religionem nihil
aduertens de perſeuerantia, neque de ea cogi
tans an teneatur ibi perſeuerare perpetuo.Et
quidem in hoc caſu quando vouit religionẽ
nihil cogitando de obligatione ad perſeue-
randum, vel non,Sylu.verbo religio.3.quę-
ſtio. 19. aſſeuerat, ꝙ quando de intentione
eius non conſtat, videtur obligari ad ingreſ-
ſum ſecũdum formam iuris communis: quæ
eſt vt ingrediẽtibus detur annus probationis.
Vnde non tenetur ibi manere perpetuò, ſed
tenetur probare vtrum ſibi expediat. Et qui D
dem in foro exteriore ſic forte iudicaretur;
ſed in foro conſcientiæ, vrget argumentum

*Ioan. à Peña.*

fratris Ioannis à Peña. Quia idem(inquit)vi-
detur eſſe vouere religionem,& vouere perſe
uerare in illa, quia ſublata formali ratione vir
tutis non manet virtus:ergo nec religio ma-
net ſublata ratione formali voti eius, quæ eſt
perſeuerantia in religione; & quia qui com-

*De vouẽt. ignor. ter.*

muni lege vouit religionem, intendens eſſe
clericum choriſtam ſacerdotem non cogi-
tans ad id neceſſariam eſſe peritiam gramma
ticæ, qua caret, tenetur illam addiſcere, vel

*Sotus.*

habitum laicorum ſumere ſecundum Sotum.

Ergo vouens religionem etiam ſi nihil cogita A
uerit de perſeuerãtia,obligandus eſt ad perſe
uerandum. Sed quia de hoc dicto Soti non

*Regula Soti & Metinæ & Peña.*

eſt vſquequaque certus Peña, quòd teneatur
fieri laicus monachus talis,& quia regula So-
ti eſt,quam etiam acceptat Peña, & Metina
in ſua inſtructi.cofeſſ.ſcilicet,quòd in dubio
vtrum aliquis ſit aſtrictus ad votum,vel non,
tuendus eſt in ſua libertate,& ad voti imple-

*Sententia authoris.*

tionem in hoc dubio non eſt obligandus:dico
quod ſententia Sylueſtri ſupradicta poteſt te
neri, licet tutius eſſet huiuſmodi ſic vouens
peteret diſpenſationem : & dubietas hæc in-
duceret facilem cauſam diſpenſandi cũ eo.

*De vouẽte religioni recepto.*

B ¶Secundum Archidiaconum vouens reli-
gionem communiter ſi in nulla recipiatur
poteſt vxorem ducere. Inſuper ſi quis voue-
rit religionem ſine limitatione tacita,vel ex-
preſſa : ſi non recipitur in proximis monaſte-
rijs tenetur adire remotiora ad externaq́; pro
ficiſci,vbi ſit aliqua ſpes recipiendi ipſum. At
vero ſi tacite intellexit,dum vouit de mona-
ſterijs ſuæ regionis vel regni linguæ:ſi hic nõ
recipiatur,non tenetur ad alia extranea tentã
da,in dubio diſpenſatione eget.

*De vouẽte in relig. collapſa.*

¶Non excuſatur ſecundũ Nauarr.ab obli-
gatione præceptorum obligãtium ad morta-
le qui vouit religionem,in qua licet talia præ
C cepta ſint in conſtitutionibus,ſed tamen non
ſeruantur, (etiam ſi intendat ſeruare tantum
prout ibi ſeruantur) ſicut ſuſcipiens ordines
ſacros abſque intentione obligandi ſe ad caſti

*Sententia Nauar. temper. ab ipſo.*

tatem: adhuc ad illam tenetur. At quia hæc
ſententia Nauarri ſic abſolute poſita non vi-
detur tam firma,quia ratione huius dubij, ad
cautelam in religionibus,vbi collapſa eſt ali-
quantulum obſeruantia regularis,ſolet noui-
tius tẽpore profeſsionis moneri, ꝙ intendat
profiteri conſtitutiones, vel ſecundum illas
profiteri,& non prout hic,vel illic obſeruan-
tur,ſed prout in illis expreſſe continetur,vo-
ueat ſe illas obſeruaturum:ideò Nauarrus in-
D ferius videtur illam temperare , ſic addens:
Qui in monaſterio laxiori profitetur, & non
præmeditatus eſt præcepta illius ordinis,vel
non intendit ad illa ſe obligare,tenetur inten
tionem mutare,& in poſterum ea obſeruare;
vel profiteri, quod intélligitur quoad vota
eſſentialia,& non quoad obſeruationes acci-
dentarias,quæ iam ſunt ablatæ, vel mitiga-
tæ,vel priuilegijs,vel conſuetudine, licet nõ
immemoriali,ſed tamen rationabili, & adeò
antiqua quæ ſufficiat ad ita molliendas præ-
dictas obſeruationes. Ita ſecundum cardina-

*Florenti. D. Anton.*

lem Florenti.& D.Antoni.3.parte.titul. 16.
ca.1.§.11.& 12.Et ita in maxima parte orbis
con-



contingit papa ſciente & tolerante,& ſic con A
ſequenter ipſo aliquatenus diſpenſante iuxta

*Gloſſ.*

gloſſ.cap.quia circa,de conſanguinitate,quæ
eſt ſingularis.

*Votum ex metu.*

¶Non impedit votum timor non priuans
ratione, qui non infertur ad extorquendum
votum,etiam ſi ſit violentus. Sed tamen bene
impedit votum timor iuſtus mortis violẽtæ,
vel alterius mali ad id ſufficientis ordinati ad

*Panor.*

extorquendum votum,ſecundum Panormi.
de his,quæ vi cap.1.eſt cõmunis cap. Abbas
de his,quæ vi,contra Sylueſtrum verbo.me-

*Nauar. Metina clarius.*

tus quæſtione. 8. Et licet hæc reſolutio Na-
uarri proba ſit,tamen Metina in inſtructione
confeſſorum folio. 86. adhuc magis eam ex- B
plicat dicens clarius,quòd votum non volun
tariè factum,ſed metu,& non quocunque me
tu,ſed metu graui,hoc eſt ſecundum Theolo
gos cadenti in virum conſtãtem,ideſt, in quẽ
merito homo fortis, & animoſus incidere ti-
meret,non eſt votum,nec obligat ante Deũ.

*Nota.*

Intelligitur autem cõcluſio hæc de metu illa
to à cauſa extrinſeca, ad extorquendum vo-
tum,ideſt,ab aliquo homine inferente illum
ad hunc finem. Si tamen quis tale votũ emit-
tat motus ex cauſa intrinſeca,ideſt, ex metu,

*Metus extrinſeca ex cauſ.*

quem concepit ex procella maris, vel ex pe-
ſte graſſanti, vel morbo, tale votum valebit.
Attamen talis timor cauſa ſufficiens eſt cum C
illo facilius diſpenſandi.

*Ex met. iuſto vouẽs.*

¶Sed ibi addit Metina quòd metus illatus
ex iuſta cauſa ad extorquendum votum, nõ
inualidat votum, vt ſi maritus vxorem depre
henſam in adulterio,cum ibi poſſet eam occi
dere,minatus eſt ei, Ego te occidam, niſi pro-
feſſa fueris religionem:ſi ipſa hoc adacta me-
tu,& cauſa euitandi mortem,profeſſa fuerit:

*Sotus contra Sylu. & Meti.*

obligata manet,inquit. Sed ego Metinæ non
credo:ſed neque Sylueſtro,vnde hanc ſentẽn
tiam collegit quam habet verbo,metus.§.Sed
potius teneo cum Soto,in.4.tomo. 2. diſtin.
29.quæſt.1.ar.3.vbi hanc opinionem Sylue
ſtri,& Metinæ refutat dicens,hanc opinionẽ D
non eſſe tutam,ſicut patet in exemplo à ſe ibi

*Ratio Soti.*

adducto. Quia ſi quis furi à ſe deprehenſo in
furto, Te accuſabo furti,minatus fuerit , niſi
filiam meam duxeris vxorem; re vera metus
iure hic incutitur:& tamen matrimoniũ non

*ff. quod met.*

tenet,ſuffragatur.l.ne timorem,&.l.iſti qui-
dem,quod metus cauſa.ff.

*Nota.*

¶At bene conuenit fere inter omnes,quòd
metus illatus ad alium finem, quam ad extor
quendum votum non inualidat votum, ſicut

*Met. à cauſ. extrinſ.*

nec matrimonium.
¶Porro nec omnes conueniunt an iſte me
tus cadens in virum conſtantẽ illatus à cauſa

A extrinſeca animata ad extorquendum vo-
tum,annullet omne votum.

*A Peña.*

¶Et quidem frater Ioannes à Peña in ſcri-
ptis ſuis fertur dictaſſe, talem metum ſolum
annullare votum ſolenne religionis, & matri
monium tali metu factum ex ſtatuto eccle-
ſiæ. Sed ipſo facto annullare alia vota eccle-
ſiam, non conſtat. Quia non eſt eadem ratio

*Ratio.*

de alijs votis. Quia ſimpliciter voluntaria
ſunt, licet ſecundum quid ſint coacta. Et ſi-
mul cũ hoc facit,quia ſi malè cedant , per di-
ſpenſationem eccleſię poterunt annullari. Et
quidem differentia,& ratio eſt apparens pro

*Sotus, & Nauar.*

Peña : ſed nihilominus Nauarrus hic non
B diſtinguit,ſed neq; Sotus. Imo Sotus ait loco
ſupra allegato de voto ſimplici religionis,&
non ſolum de ſolenni quòd per talem metum
ſi eſt emiſſum,ſecundum diſpoſitionem eccle
ſiæ eſt nullum.

*Vota inferiora ex metu.*

¶Sed de alijs votis inferioribus, ait, licet
videantur ex tali metu facta iure eſſe irrita,
quia nec omnino voluntaria. Sed tutius eſſe
autumo,de illis petere diſpenſationem, præ
ſertim quando faciliter obtineri poteſt. Alio

*Sententia autoris.*

quin quia Metina,& Nauarrus,& Sotus vidẽ
tur ſine limitatione aſſerere talem metum ir-
ritare votum ſi ſit cadens in virum conſtantẽ,
non adigerem pœnitentẽ ad adimplẽda hæc

*Ratio.*

C vota(ſi nollet)nec ad petendam diſpenſatio-
nem,ſeu relaxationem eorum:quia videntur
ipſo iure irrita:quia parum grata, & accepta
Deo:quando ex tali metu fiunt quæcunque
ſint illa.

*Nota.*

¶Vouens, non bibere vinum in die ve-
neris,toties mortaliter peccat quoties in die
bibit.

*De vouẽt. pro tempore ſignato.*

¶Non implens votum tempore ſignato
peccat,teneturque poſt implere, niſi princi
paliter reſpexerit ad tempus:quia tunc votũ
reputatur onus temporis illius;propter deuo
tionem ad tempus. Vt qui vouit ieiunare die
veneris, propter deuotionem ad paſsionem
D Chriſti,vel in die ſabbathi propter affectio-
nem ad virginem matrem; ſi in his diebus ieiu
nare prætermittat,in alijs diebus ſupplere nõ
tenetur ieiunium. Secus eſt ſi ſine affectione
ad tempus, in aliquibus diebus ieiunare vo-
uit. Quia tunc omiſſa ieiunia alijs diebus ſup-

*Differentia de penit. iniuncta.*

plere tenetur : ſed confeſſores iniungentes
pœnitentias die veneris:non reſpiciunt prin
cipaliter ad tempus. Vnde tunc omiſſam,alio
tempore pœnitens tenetur ſupplere. At ec-
cleſia in præceptis vigiliarum principaliter
reſpicit onus tẽporis, ſicut etiam in recitatio-
ne diuini officij:ideo qui hæc fregit ad ea ſup-
plenda alio die non tenetur.

¶Non

*Pœn. vot. an mort. Angelus.* ¶Nõ eſt idem contra ſummam Angelicã, poenitere voti,& nolle illud implere. Vnde neque talis pœnitentia peccatum mortale eſt:niſi ſit tanta,tamque perſeuerans,vt periculum probabile inducat deſerendi religionis ſtatum,& obſeruantiam illius.

*Dubitans de vot.* ¶Dubitans de voto à ſe facto an teneatur implere,necne. Secũdum Nauarrum reſpondetur,ꝙ peccat ſi ſine diſpenſatione ſuperioris,quando eum facile poteſt adire,frangit votum. Sed hic loquitur Nauarrus, quando conſtat ſibi de voto facto,ſed dubitat an obliget necne;tunc cum hac eius ſententia vt memini videtur concordare D.Thom. *D.Thom.* Sed Metina in ſua inſtructione confeſ.§.7.folio.90. *Metin. Sotus.* conſentiens Soto,ait quòd quando quis eſt in dubio,an fecerit votum an non, in tali dubio manens duplici ratione pronunciandus eſt tanquam liber à voto tali. *Ratio.* Quia hoc cedit in fauorem voti,quòd,ſcilicet, impleatur cũ ſumma determinatione, & non animo vacillanti & dubio, præſertim votum religionis. Secundo,quia in dubio vnuſquiſque tuendus eſt in poſſeſsione ſuæ libertatis dum abeſt mala fides.

*Votum an implend. per alium.* ¶Tenetur quis votum implere per alium, primò, quando votum ad id videtur tacite extendi; vt votum opitulandi pugnantibus in terra Sãcta;quia intelligitur tunc per aliũ,
1 quando per ſe id non poteſt præſtare.
2 Secundo quando quis vouit quod nullatenus poteſt per ſe ſolum exequi. Secus eſt de eo qui ſe inculpabiliter fecit impotentem ad votũ, quod ſolũ obligat vouentẽ per ſe implere.Ita cũ Syluestro contra doctorũ maiorem partẽ. *Sylu. contra alios.*

*Vota defuncti.* ¶Vota defuncti realia tenetur hæres implere,ſed non perſonalia vota defuncti: niſi, ad hæc ſponte ſe voluerit obligare. Vt verbi gratia,ſi defunctus vouit ire Diuum Iacobũ ibique offerre calicem, hæres tenebitur ad id quod eſt reale,ideſt,ad talem calicem perſoluendum:ſed non ad perſonale,ideſt, ad peregrinandum illuc. At ſi teſtator vouit tantum adire,ſanctum Iacobum: tunc hæres non tenebitur ire,neque expenſas perſoluere, quas facturus erat defunctus. Quia ſunt hic acceſſoriæ ad perſonale votum ad quod non tenetur,diſpenſatio ſine cauſa in voto nulla eſt. At quando fit diſpenſatio iniuſte, & ſine cauſa rationabili in lege humana, vterque diſpenſans, & talem diſpenſationem petens peccat ſecundum Caietan. *Caietan.* Cuius ſententia eſt vera in datione & obtentione talis diſpẽſationis; ſed oppoſita eſt opinio Adriani, *Adria.* quod vtens tali diſpenſatione non ſurreptitia non peccat,quando poſt diſpenſationem,

A male impetratã,ea vtitur. Et ſic concordãtur iſti doctores,vt ait Nauarrus,qua cõcordãtia multa dubia quotidiana ſoluuntur; ſed in primo caſu Caietani, neuter peccat mortaliter. Et licet vterque tunc peccet:ſed grauius peccat diſpenſans, ſed tamen venialiter tantum: niſi forte ratione ſcandali grauis ſecundum alios doctores. Vt ſi Papa ſine vlla rationabili cauſa diſpenſaret cum ſacerdote,vt duceret vxorem, vterque ratione ſcandali imò citra ſcandalum poſſet peccare mortaliter, nõ ſolum in datione, & in impetratione talis diſpenſationis, ſed etiam petens in impletione illius. Sed tamen matrimonium teneret in
B hoc caſu.

## CAP. XLVI.

### *De voto inter coniuges.*

PEccat coniux poſt votum continentiæ,quod vouit cum cõſenſu comparis ſui,ideſt,vxoris, verbi gratia,ſi petit debitum ab ea. *De vo. ex conſ. alterius.* Similiterque ſecundum Diuum Thomam.in.4.diſtinctio.38. *D.Thom.* peccat is, qui ſoluit debitum ei coniugi, quæ de conſenſu ipſius votum emiſit,quia ſic ſoluendo cõſen-
C tit mortali, quo alter exigendo peccat: ſed ipſe licitè poteſt exigere, ſecundum Panormitanum,& Syluestr. verbo.votum, & Innocentium. *Panor. Syluest. Innoc.* Imo ſecundum Metinam in hoc caſu poteſt reddere,neque tunc ex parte ſua peccabit. *Metin.*

*De vtroq. coniug. vouent.* ¶Quando vterque coniux vouit continentiam,neuter licitè petere poteſt:ſed ſi timeatur in hoc caſu incontinẽtia, petenda eſt diſpenſatio à Papa. Niſi timore magno tale votum eſſet factum,quia in hoc caſu diſpẽſaret eſpiſcopus,ſecundum communẽ.c. veniens, qui clerici,vel vouentes,vbi eſt textus ſingularis contra Maiorem, cuius opinio poſſet
D habere locũ,qñ ad Papam non pateret recurſus; ſecundum Syluestrum verbo matrimonium §.5.& verbo.diſpenſatio.§.9. *Maior limitatur. Syluest.* Sed ſecundum ius canonicum, quando ſic non vouerunt,ſed ſolum ſe abiurarunt ſuper non petẽdo,tunc ſi non contineant,nec velint promittere continentiam,maxime ſi vir petat, quia temeraria fuit adiuratio, cogendi ſunt ad ſuũ matrimonium redire per eccleſiam. At vero pactum abſtinendi à copula, ſi inter ſe inuicem coniuges inierunt poſſunt, poſtea ambo mutando ſententiam, ſibi tale pactum remittere. *De pacto abſtinẽdi.* Imo ſi poſt tale pactum,alter periculum videret in altero, deberet ei debitum ſoluere.



ſoluere. At vota continentiæ inuicem facta
A non poſſunt ſibi inuicem remittere.

*Quæſtio. Cõiug. mut. cõſenſu vouentes.* ¶Vtrum,quãdo ambo coniuges in communi vouerunt mutuo conſenſu,ſcilicet,voueo,vt voueas,in hoc caſu cõiux qui reddit tantum debitum alteri petenti peccet? Et videtur ꝙ non propter rationem hãc cuiuſdã viri docti. Quia ſicut ego non pecco reddendo depoſitum pecuniæ ei, qui dedit mihi, etiam ſi petat eam ad meretricandum, quia vtitur iure ſuo licet male: ita licet in hoc caſu alter malè petat:quia vtitur iure ſuo, alter non peccat,ſi debitum male petenti reddat. Propter hanc rationem vir iſte carpit, reprehenditque Sotum tenentem contra-
B rium. *Soti ſentẽtia.* Cuius Soti ſententiam ego teneo magis,cuius rationem reddit: quia iam inquit per mutuum conſenſum renũciauerunt iuri exigendi. Per quam rationem ſoluitur ratio in oppoſitum, quia qui repetit depoſitum ad meretricandum per hoc non renunciauit iuri exigẽdi illud. *Oppoſit. ſententia vbi vera* Sed oppoſita ſentẽtia eſt vera,quando ambo ſeorſum vouerunt, non in communi,neque cum communi cõſenſu, nec cum hac conditione, voueo, vt voueas, ne poſtea cauſa ſis exigendo, non ſeruandi integram continentiam. Tunc nõ peccaret vnus alteri licet illicite exigenti reddẽdo debitum,quia non eſt cenſendus in hoc caſu renunciaſſe iuri ſuo, licet ex alia parte male eo vtatur propter votum à ſe emiſſum.
C

¶Votum coniugis non ſoluendi debitũ, imo de non petendo debitum, illicitum eſt, ſecundum Diuum Thom. in.4. diſtin.32. *D.Thom.* quæſt.2.quãdo oneroſum eſt alteri, in quo non ſolum poteſt epiſcopus diſpẽſare, imo patiens ex hoc voto præiudicium poteſt illud irritare in altero vouente. *Votũ non petend.* Secus eſt, ſi alter eorum voueret continentiam non abſolute,ſed cum conditione petendi, & reddendi,quando morem gerere expediret alteri coniugi.

*De cõiug. vouent. relig. ſine cõſenſ. alterius.* ¶Si quis cõiugum profiteatur religionẽ
D ſine conſenſu alterius,valet eius votum quo ad non petendum:ſed non valet,quoad non reddendum debitum poſcenti:quia non valet, niſi in eo tantum, quod alteri coniugi non præiudicat. Ita Nauarrus.

*De votis vxoris.* ¶Mulier vxor vouens ieiunare, vel alia legis præcepta, tenetur implere. Quia hæc non tendunt in præiudicium mariti. Secus ſi vouet peregrinationem, vel abſtinentiam talem,quæ præiudicet marito;& gubernationi domus ſine licentia mariti: quia non tenetur iſta adimplere,ſi maritus repugnauerit. ita cap.manifeſtum, & cap.noluit. 33. quæ
A ſtio. 5. *33.q.5.* Imo etiam ſi poſtquam conſenſit ei maritus repugnet ei,(licet peccet in hoc caſu repugnando ſine cauſa) tamen ipſa non peccauit non adimplendo. Mulierque impedita exequi votum per matrimonium ſuperueniens,quod antea emiſerat,quia præiudicat marito,& non præbet vir aſſenſum,tenebitur poſt matrimonium implere.

*Nota pro vot. peregrin. virorum.* ¶Poteſt vouere vbi ceſſat periculũ vxoris in ſuccurſum terræ Sanctæ vir, ſed conſultius eſt nõ faciat vbi vxor nõ poteſt eum comitari. At vero nobiliſsima fœmina poterat hoc vouere:dum oppugnabatur terra Sãcta,dum talis fœminæ non timeretur incon-
B tinentia,ſi poſſet ſecum multos equites ducere, qui auxiliarentur terræ ſanctæ.c.12. nu.62.

¶Licet dictum ſit, quòd peccat coniux, quæ reddit debitum coniugi vouenti continentiam de eius conſenſu:quia conſentit peccato alterius,huic non contradicit determinatio cap.ſi vir.de coniugio ſeruorum. vbi cauetur,quod neutri coniugum.qui malitioſe filium communem de fonte leuauerint, poſſunt ab ſe inuicem debitũ exigere: poſſunt tamen ſibi reddere. Quia differentia eſt,quòd in primo caſu ex conſenſu coniugis vouentis, & ex conſenſu alterius ei con-
C ſentientis ex communi, ſcilicet, conſenſu vtriuſq; natum eſt impedimentum;ideo cõſentiens alteri vouenti licite non reddit debitum. Sed in caſu ſecundò impedimentum inductum eſt à Canone, & non ex proprio conſenſu tenentium ad baptiſmum propriũ filium:ideo ſecundum Nauar. licet nõ licite poſsint exigere,poſſunt tamen licite reddere. Et ſic ſoluitur obiectio fratris Vincentij Iuſtiniani: quæ malè torſit Hoſtienſem & Ioannem Andræam,& Panor. & alios.

## CAP. XLVII.

### *De poteſtate irritandi vota.*

IRritatio voti non requirit in irritante, niſi meram voluntatem,qua velit irritare, ſed diſpenſatio requirit cauſam, vt diſpenſans diſpenſare poſsit, *Differentia inter irrit. diſpen. commutat.* neque diſpenſans indiget, vt aliquid iniũgat loco voti. At commutans votũ requiritur, commutet in melius, quando ex mera volũtate,ſine aliqua cauſa rationabili commutat; ſufficitque etiam in æque bonum commutare,cum cauſa rationabilis ſubeſt,ad ſic cõmutandum.

*Mixtio diſpen. & commuta.*

¶Qui habet poteſtatē ad diſpenſandū,& A cōmutandū,poteſt partim diſpenſando,partim cōmutādo relaxare votū,ſine cauſa,omnino iuſta ad votū tale relaxandū, cōmutando tunc in aliquid minus. At nota ſecūdum fratrē Ioſephū de Floribus Theologiæ,Conſeſſor cōmutās ratione Bullæ cruciatę votū, nō poteſt ibi cū cōmutatione adiungere diſpenſationē,hac ratione cōmutando in minus:quia ibi cōceditur cōfeſſori facultas tantum commutandi,& non diſpenſandi.

*Frat. Ioſe.*

*Opinio Metin. benignior.*

¶Sed licet hæc ſententia vera ſit, tamen pia eſt opinio Metinę in ſua inſtruct.fo.92. B aſſerentis ſic, quod quando commutantur vota virtute Iubilei vel Bullæ, vel ex alia facultate particulari conceſſa, commutanda ſunt mitius,& non tam rigide, ſed in minus aliqualiter. Quia attendenda eſt(inquit)gratia,quam Papa pœnitēti cōcedit: quia ſi tūc talia vota commutanda eſſent in melius,vel in æque bonum, ſicut non ſtante facultate commutanda erant,nihil gratiæ Papa pœnitenti conceſſiſſet. Quam ego ſententiam amplector in caſu,quo ſubeſt cauſa rationabilis commutandi in minus:quia ſi hæc deſit, videtur id Papa noluerit concedere.

*Ratio.*

*Sententia autoris.*

C

*Irritatores votorum qui.*

¶Irritatores legitimi votorū,qui ea irritare licitè poſſunt ſunt pater reſpectu filiorū; & patre deficiente mater ſuſceptrix tutelæ, quando eam ſuſcipit,& ipſi tutores,& curatores pupillorū; maritus etiam vota vxoris,& dominus vota ſeruorum ſibi præiudicātia irritare poſsūt, & Abbas vel alius prælatus vota religioſorum ſuorum; nec valet votum ſubiecti in eo,inquo ſubijcitur,ſi diſſentiat ſuperior eius.

*Quæſtio. De irrita. votorū nouitiorum vide poſt de hoc.*

¶Sed vtrum vota nouitiorum poſsit prælatus,vel eorū magiſter diſpēſare,aut irritare,ſcitu opus eſt. Et quidem frater Ioſephus in ſuis Floribus Theologiæ aperte tradit,ꝙ prælatus non habet autoritatē diſpēſandi;& D multo minus irritādi vota nouitiorū, quia nō ſunt profeſsi,ac per conſequens nec eius ſubditi: poſſet tamen magiſter nouitiorū vota eorū in melius, vel in æquale cōmutare: vtſi nouitius vouit recitare pſalmos ſingulis diebus,loco eorū audiat vnā miſſam. Et hæc opinio eſt tutior. Puto tamē aliqualiter eſſe contra fratē Antoniū Cordubenſem, qui in ſuo quæſtiona.lib.1.q.30. tandē concludit probabilius eſſe,quòd prælatus poſsit reſeruare caſus nouitijs, ſicut profeſsis taliter, ꝙ ſine prælati licētia abſolui nequeant, nec abſolutio teneat. Quia ſecūdū Syluestrū religio.2.q.10.& 11.&.12.tales nouitij manētes in nouitiatu liberi ſunt, à prælatorū ſæculi,& parentum poteſtate,& iuriſdictione etiam ratione delicti, alioquin eſſet confuſio iuriſdictionū, quod eſſe nō debet. Quia vt habetur.12.q.2.cognouimus, duplici iure quis cenſeri non debet:ex quo colligitur, ꝙ ſi prælatus iuriſdictionem habet ſupra nouitium,& ad reſeruandum caſus ei,quare nō etiam eam habebit ad diſpenſandum nouitiorum vota. Hæc ratio apparentiam habet; ſed ſupra dicta opinio fratris Ioſephi eſt tutior. Nam ſecundum Alcocerum ſcholaſtici vniuerſitatum,licet ibi in vniuerſitate domicilium videantur habere dū ſtudent: quia tamen reuocabiliter id domicilium habent:ſi vota vouerint pro eorum diſpenſatione ad propriū diœceſanum ſunt mittendi. Conſentit frater Ioſephus.c.12.nu.64.& Nauarr. etiam infra, ſed tandem ſecundum Victoriā ſatis ſunt cōmutata in opera religionis: cuius opinio eſt probabilis.

*Frat. Ioſe.* *Cordub.* *Syluest.* *12.q.2.* *Alcocer.*

*Vota ſcholaſticorū à quò diſpenſ.* *Nauarr.* *Victor.*

*Quæ vota irritari poſſunt.*

¶Pater & mater cū eſt tutrix, curatores, vel tutores,vel prælati, taliter irritant vota ſibi ſubiectorum filiorum, vel ſubditorum, aut minorum, quòd omnino obliterantur, ceſſatque eorum obligatio, etiam ſi in ea denuo cōſentiant, niſi vouentes ea ratificent iterum. At prædicti nō poſſunt irritare vota perſonalia filiorum, vel minorū facta poſt legitimam ætatem,niſi talia vota perſonalia poſt ætatem legitimam emiſſa, ſcilicet;poſt 14. annum in maſculo, &. 12. in fœmina ſint parentibus præiudicantia. Sed poſt talē ætatem,vota perſonalia religionis vel caſtitatis,vtpote illis non præiudicantia, irritare non poſſunt:ſed bene vota realia,imo etiam perſonalia, ſi talia perſonalia parētibus præiudicent. Sed neque vota acceſſoriè realia, quale eſt votum religionis, vbi acceſſoriè poſt profeſsionem, legitima filij cedit monaſterio,irritare poſſunt,quia cēſentur perſonalia.

*De votis perſonal. & realib.*

*Vota coniugum an irritabilia.* *Panor.* *Angel.* *Syluest.* *D.Tho.* *Limitatio Nauarri.* *Abulenſ.* *An vir omnia vot. vxor. irritare poſsit.*

¶Coniuges etiam mariti,nequeunt inter ſe irritare vota, niſi inquantum ſibi pręiudiciū faciūt cōtra Panormitanū, ſecundū Angelū,& Syluestrum.verbo,votum.5.q.1.& propter rationem D.Thomæ.2.2.quæſtio. 88.arti.8. quam adducit Nauarrus. Quam ſententiā adhuc limitat Nauarrus, niſi aliquis coniugum, qui ſic vouit fornicaretur carnaliter,vel ſpiritualiter: quia tunc alter votum iſtius de nō petēdo, hac ratione,nec periclitaretur,poſſet, annullare.c.12.num. 65. Et quamuis hæc opinio ſit veriſimilior, quam Nauarrus ait eſſe communem;ſed tamen Abulenſis ſuper Numeror.30. ait virū poſſe omnia vota vxoris irritare. Et in hanc

ſuam



*Caietan.* *Sotus.* *Sententia Abul. & Soti tuta.* *Probatur.*

ſuam ſententiam Caietanus citatur. Sed Caietanus non tam apertè, ſed apertius Sotus, de iuſtitia & iure.lib.7.q.3.articulo, loquitur pro Abulenſi. Vbi ait,virum poſſe, nullo excepto, vniuerſa vxoris vota irritare. Neque huic opinioni deſunt ſuæ rationes.
1 Primo ratio Caietani hic currit quia nullū eſt tempus,in quo non poſsit vir vxorem ordinare in bonam gubernationem domus &
2 familiæ. Et ſecundo,quia expedit obuiare leuitatibus mulierum leuiter vouentium: & quia Numerorum 30.conceditur iſta poteſtas maritis;& iſtud legale præceptum ſecūdum veriorem opinionem eſt morale,nunc etiam habens vim. Quare opinio Nauarri non eſt tā certa,vt iſta ſententia Soti & Abulenſis nō poſsit tute teneri,ſcilicet, ꝙ omnia vota etiam nō ſibi præiudicialia vxoris poſſit maritus irritare, etiam votum non mentiendi, & ſeruandi præcepta,ſecundum Sotum & Metinam contra Caietanum. Quia licet vxor non ſit ſubiecta viro quoad materiam præceptorum Dei,ſed bene quo ad nouam obligationem, quam ſibi imponit per votum,ſcilicet,ſeruādi illud, excepto voto caſtitatis,ideſt de non petendo debitū emiſſo ab vxore,ſecundum Caiet,verbo votū,& Victoriā, & Canū,Paludem, & Durādum, & Ricardum, & videtur colligi ex capitulo quidam;& ex capite placet, de conuerſione coniugatorum. Etiam ſi tale votum continētiæ factum ſit ab vxore, ſiue ante matrimonium,ſiue durante matrimonio: quia adhuc magna controuerſia eſt an epiſcopus poſsit ſuper tali voto cōtinētiæ vxoris diſpēſare; & ſolū conceditur ei diſpenſare quando nō eſt facilis recurſus ad Papā. Ergo ſignum, ꝙ illud nequit maritus irritare,quia in hoc illa eſt iuris ſui,nec marito præiudicat. Nec Auguſtinus Numer.3. votū continētiæ vxoris de nō petendo,computat inter ea, quæ maritus poteſt irritare.

*3.Nume.* *Sotus & Meti. contra Caiet.* *An vot. caſtit. vxor. vir irrita. poteſt.* *Caietan.* *Victoria.* *Canus.* *De conuerſ.cōiu.* *An epiſcopus poſsit ſuper hoc.* *Ratio.* *D. Augu.*

## CAP. XLVIII.

*De irritatione voti ſeruorum, puerorum, & religioſorum.*

*An omnia vota ſeruor. irritabil.ſint.*

DOminus vota ſeruorū ſibi præiudicantia poteſt irritare reliqua vero non. Hanc Nauarrus ait eſſe omnium doctorum. ca.12.num. 65. neque de hoc vlla eſt dubitatio.

*Vota de non peccādo.*

¶Votū nō peccandi vnquā venialiter,vtpotè impoſsibile in hac vita nō valet. At vero votum de nunquā peccando mortaliter (licet ſecūdū Sotū ſit validū) at ſecūdū Canū,& Nauar. adeo difficile eſt, vt nō valeat, vel certe,vt hic ait Nauarrus per ordinariū ſit diſpenſandum,vel relaxandum facile. At tranſgreſsio contra votum de veniali non committendo,non eſt niſi venialis:nec vero votum, de nunquam mentiendo (quia difficile eſt aliquibus obſeruatu) expedit talibus emittere.

*Sotus.* *Canus.* *Nauar.*

*An præcepta cad. ſub vot. & poſſ. irrit.* *Sotus.* *Nauarr. & Meti. cōtra Caietan.* *Cordub.* *Frat. Ioſe.* *Nauarr.*

¶Materia voti poſſunt eſſe præcepta; & ideo vouens præcepta dupliciter peccat ea tranſgrediendo. Meliorque apparet, ſicut antea diximus,opinio affirmatiua Soti, Nauarri,& Metinæ contra Caietanū,quòd prælatus irritare poſsit votum ſubditi factū de non tranſgrediendo præceptum Dei. At licet ſupra controuertimus,an prælatus poſſit vota nouitiorum irritare,quia Corduba videbatur affirmatiuam innuere,tamē puto eſſe verā negatiuam, quā tenuit frater Ioſephus minorita, quāque tenet hic Nauarrus dicens,quod non poteſt ſuperior irritare vota nouitiorū,licet poſsit profeſſorū, quia nouitiorum voluntas à voluntate prælati non depēdet. Neque Corduba expreſſe huic cōtradicit, de quo ſupra, ſed Syluest. cū Victōr.tenet, excuſantur à voto perſonali, & non à reali nouitij, ſi quod antea emiſerunt. Et ita tandem mihi videtur propter rationē Vict.quia,ſcilicet,ſufficiēter manent commutata talia nouitiorum vota in opera religionis,quibus exercentur:ſi tamen recederēt à nouitiatu exinde obligarentur rurſus.

*Hic limatiº de vot. nouitiorū.* *Sententia placēs Victor. & Syluest.*

*Nota.*

¶Omnia vota ſecularia commutantur in votum ſolemne religionis.

*De vot. relig. impuberis.* *Sententia autoris.*

¶Votum religionis emiſſum à filio ante legitimā ętatē matrimonij,nō poteſt irritari à parentibus,poſtquā ad illā ætatē peruenerit,quia irreuocabile efficitur:ita,vt neque à patre,neque à tutore reuocari poſsit. Sed credo tale votum non eſt irritabile ſecūdū Caiet. ſi in illa legitima ætate ratificet illud ſciēter denuo, hoc intelligendo de ſimplici religionis voto,ita tenemus: Secus alias.

*De vot. vxoris irritatione.* *33.q.5.* *Refutatur Nauarr.*

¶Rurſus Nauarrus repetit hic,ꝙ maritus vota vxoris,ſiue ante matrimonium emiſſa, ſiue durante matrimonio facta non poteſt irritare;niſi ſibi præiudicent ſecūdū communē:quod ait patere ex ſingulari textu. cap. noluit.33.q.5. Aitq; Nauarrus hunc textū à paucis citari, vt credit. Sed ego credo, quia ipſemet conſuluit hunc textū,eiuſq; gloſſam ſuam ſentētiā parum ex eo probari;quia abſolute textus ait,ꝙ vir poſsit vota vxoris reuocare ſine diſtinctione,quā apponit Naua.

 dicendo

*Regul. iuris.*

dicendo ſi ſint ſibi præiudicātia poteſt: ſi nō ſint præiudicātia ſibi, reuocare non poteſt. Quia hic ius nō diſtinguit; & vbi ius non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus: quare oppoſitā opinionem non improbo, vt dixi.

*An vota irritata reuiuiſcant. Innoc. De conuerſ. cōiu. Angel. Syluest. Caietan.*

¶Vota ſemel irritata, nunquā reuiuiſcūt; ſed vota illa vxoris, vel filiorū, vel ſeruorū, quæ ſemel legitime irritata fuerūt, vt verius eſt contra Innocentiū nō reuiuiſcūt, ita cap. quidam. & cap. placet. de conuerſione coniugatorū. Ita tenet Angelus, Sylueſter. verbo. votum. 4. quæſtione. 2. & Caietan. 2. 2. queſtione. 88. articulo. 8. Niſi forte, quando aliquid expreſſe ſe facturos vouerūt poſtea quam ab alterius ſubiectione ſe liberos inuenirēt ſecundū omnes. Sed de hoc alias.

*An vot. religioſ. ſint valida.*

¶Vota religioſorum de rebus, neq; in genere, vel in ſpecie prohibitis; ſecundum ſe ſunt valida, quouſq; irritētur per ſuperiorē. Secus ſi ſint de rebus ex ſe licitis, ſed, prohibitis à ſuperioribus, quia tunc ea vota non obligāt, donec prælatus probauerit ea, quia ſub iſta conditione fiunt, ſecūdum Caie. & ſic textus Concil. Agatenſis. c. monacha. 20. q. 4. vbi dicitur monacho non eſſe licitum vouere.

*Caietan. Conc. Agatenſ.*

*De votis impuberū.*

¶Si pueri ante ætatem legitimam ſufficiēti polleant iudicio rationis, quæcunq; vota, ſiue realia, ſiue perſonalia emittere poſſunt regulariter, excepto voto ſolenni religionis: ſed bene tunc poſſunt vouere ſimplex religionis, ſed omnia vota ante iſtam ętatem emiſſa poſſunt irritari.

*De vot. religioſ. nō prohibitis.*

¶Vota religioſorum de rebus non prohibitis, pro mera voluntate, etiam ſine cauſa poſſunt eorum prælati irritare, quæ quidem valida ſunt dum eis nō obſiſtitur à prælato.

*Nota valde.*

Et licet ad excuſandum monachum ab impletione voti ſatis ſit, q prælatus etiam non certior factus de voto cōtradicat: tamen ad irritandum tale votum opus eſt prælatus certioratus de voto, authoritate ſua, illud omninò caſſet, & annullet ita Caieta. art. 8. Hinc liquet, quid ſit dicēdū ad quæſtionē.

*Caietan.*

*Quæſtio. An relig. ten. patefacere vot. prælato. Sotus. Nauarr. Caietan. Sotus.*

¶Vtrum quando religioſus emiſit votū de re ex ſe licita: tamen prohibita à prælato, teneatur patefacere ſuū votū prælato, vt det licētiā implēdi. Et quidē Sotus ait ad id teneri, quia niſi patefaciat prælato, cū nō poſsit implere ſine eius cōſenſu fruſtra feciſſet votū. Et hoc puto eſſe conſultius, licet Nauar. & Caiet. & Canus dicant, q ſatis eſt, quòd prælatus cōtradicat impletioni voti rogatus à ſubdito, etiam ſi nō patefecerit ei ad id ſe obligaſſe voto. Sicut ſecūdū Canū mulier, quæ vouit cōtinētiā, rogata à marito poteſt ei debitum reddere nihil ei ſignificādo de voto continētiæ à ſe facto. Atque ideo opinio iſta Cani Caieta. Nauarri probabilis eſt, & apparens.

*Opinio Cani & Caiet. & Nauar. probabilis.*

*De votis perſonal. vel realib. puberum.*

¶Vota perſonalia facta in legitima ætate matrimonij, ſiue ſint vota religionis, & ſimilium, & orationum, quæ non obſtant regimini, gubernationive domus, aut parentum poteſtati, ſiue rei nihil nocumenti, aut iniuriæ inferant, implenda ſunt etiam renitentibus patribus, niſi forte magnum ex tali renitentia ſequatur ſcandalum. Sed vota realia talium (licet valida ſint:) tamē à parentibus, vel curatoribus, donec ad vigeſimum quintum annum tales pueri peruenerint, irritari poſſunt, ſed non poſſunt parentes, vel curatores trāſlationem bonorum filiorum, vel minorum in monaſterium per profeſsionē factum impedire: quia nec votū religionis in ætate legitima factum irritare poſſunt.

*De voto ſolenni impuberis. 20. q. 5.*

¶Votum ſolēne ante ætatem legitimam matrimonij emiſſum à filio, irritari poteſt à patre, antequam filius peruenerit ad illam legitimam ætatem: ſed poſt illam ętatem, pater illud irritare non poteſt cap. puella. 20. quæſtione. 5. At vero religionis votum ſimplex ante legitimā ętatē factū irritari poteſt à parētibus, dū filius perueniens ad talē ætatem matrimonij illud ratum non fecerit, ſecundum Caietanum. Sed ratificare illud non dicitur filius, niſi per ipſam ratificationem velit illud eſſe validum, etiam ſi prius non valuiſſet.

*Caietan.*

*Sotus contra Caiet.*

Hæc concluſio videtur contra Sotū, de iuſtitia & iure: vbi hanc mouet quæſtionem. Votum emiſſum à filio dū erat ſub poteſtate patris, nec tūc à patre fuit irritatū, vtrū poſtquā talis filius emancipatus eſt à poteſtate paterna, poſsit à patre irritari. Et ait, q res eſt dubia; ſed libētius (inquit) inclinarem in partem negatiuam.

*Opinio Caietan. quia comm. tenenda. Aduert. Caieta. & Nauarr.*

¶Sed oppoſitū tenet Caieta. & dicitur eſſe opinio communis; quare ſine ſcrupulo poteſt teneri, quod tale votū etiā poſt emācipationē, poteſt irritari à patre. Cui videtur fauere hic Nauarrus. Vbi aduertit hic Caietanus, quod etiam aduertit Nauarrus, q ſi talis filius poſteà in tale votū iterū cōſenſit, quia putauit nō poſſe à patre irritari, non ideò fit inirritabile, ſed irritari poteſt: quia ſecundū Peñam tale votū fuit, quaſi cōditionale, ideſt, ſi pater voluerit, vel nō cōtradixerit. Nec valet ratio de ſeruo facto libero, quam aduerſus facit Sotus, quia ſerui votū factum ſub domino, nec tūc irritatum, poſt libertatem nequit à domino irritari, quia ibi in ſeruo non defuit plenus vſus rationis, qui præſumitur deeſſe in puero, dum vouit ante legitimam ætatem licet habuerit ſufficientem vſum rationis ad valide vouendum.

*A Peña. Ratio Soti nulla.*

*Quid ratificatio voti exigat.*

Vnde, etiam ſi poſt tale votum ſimplex religionis, ante ætatē matrimonij emiſſum, voueat iterum in religione; putans virtute prioris voti ſimplicis ſe teneri ad vouendum ſolemniter; non per hoc in conſcientia ratificat illud, niſi ſecundum præſumptionem eccleſiæ. Quia vt probe Nauarrus docet, capit. 12. nume. 71. ad ratificandum tale votum oportet expreſſe velit, valeat in poſterum, etiam ſi antea non valuerit, & non eſt ſatis credere, quod antea valebat.

*Nauar.*

*Reſponſ. ad caſum Nauarr.*

¶Hinc patet ad caſum, de quo ſe dicit Nauarrus interrogatum fuiſſe, ad quem ſic reſpondet: Votum ingrediēdi religionē emiſſum ante ætatem matrimonij non poteſt irritari: ſi filius poſt iſtam ætatem, tale votum ratum habuit. Secus ſi poſt iſtam ætatem nō ratū habuit. Ita Caiet. 2. 2. quæſtione. 189. articul. 5. & vt ratificet opus eſt, expreſſe velit, vt poſt valeat, etiam ſi vſque ad illud tempus non valuerit.

*Caietan.*

*An idem poteſt commut. & diſpenſ.*

¶Peccant habentes commiſsionem tantum ad commutandum, vel redimendum votum: ſi diſpenſent ſuper illo, vel irritent illud: & quia carent iuriſdictione diſpenſatio; vel irritatio eſt nulla. At quia confeſſarijs in bullis, & iubileis ſolum ſolet conferri facultas ad commutandum vota, ſed non ad commutandum iuramenta videant quid faciunt: neque extra conceſſam ſibi facultatem manum, vel falcem extendant.

*De religioſ. mutā habit. intent.*

¶Quando religioſus alicuius ordinis, qui intendens tranſire ad canonicos regulares, & quia non credit aliter ſe obtenturum ſuper hoc diſpenſationem, niſi habitum ſui ordinis prius dimiſerit, ideo illum dimittit, & tacita iſta intentione, & aſtutia diſpenſationem obtinet: quia ſurreptitia eſt iſta diſpenſatio, tenetur reuerti ad ſuam primā religionem, vel ſupplicare Papam expreſſe, vt illa aſtutia, & taciturnitate non obſtante, diſpenſationem talem ratam, & validam eſſe velit.

*De cōſumma. copul. intentione diſpenſ.*

Idem de his, qui conſummarunt copulam, hac intentione obtinēdi diſpēſationem ſuper impedimento matrimonij: ſi tacuerunt hanc intentionem corā Papa, etiam ſi expreſſerint præceſsiſſe copulam, ſurreptitia eſt talis ſic impetrata diſpenſatio, ac per conſequens inualida. Ita Nauarrus. capitulo. 12. numero. 72.

*Nauar.*

*An votū approbat. poſsit irritari.*

¶Peccant prælati, & mortaliter ſine cauſa rationabili ſi irritent votū ſubditorū, in quod conſenſerunt prius. Sed non peccauit ſubditus, ſi non impleat votum perperam irritatum; ſicut nec prælatus peccat, quando ante approbationem voti ſubditi, pro ſua voluntate etiam ſine cauſa illud irritat: quia vtitur iure. Sicut nec etiam peccabit mortaliter, ſi poſtquā tali voto conſenſit, ex rationabili orta cauſa, illud poſtea irritat, ſecundum Caietan.



*Caietan.*

*De voto beneficiati.*

¶Beneficiatus ſine licentia ſui epiſcopi vouere poteſt omnia vota, quæ non ſunt in præiudicium ſuæ eccleſię; ſed non poteſt vouere peregrinationem, vel deſertionem eccleſiæ.

*Religioſus ſi peccat vouendo.*

¶Peccat religioſus rem prohibitā vouens ſine conditione, ſcilicet, ſi prælato, qui prohibuit placuerit, aut ſi vouit rem non prohibitam per prælatum, ſine iſta conditione tacita ſaltem, ſi prælatus non contradixerit ſecundum differentiam ſubtilem Caie. nu. 74.

## CAP. XLIX.

*Quis ſuper voto diſpenſare; aut illud commutare valeat.*

*Quinque hæc vota reſeruata Papæ.*

SOlus Papa, vel ab eo peculiarē poteſtatem habens poteſt ſuper his quinque votis, ſcilicet, Continentiæ perpetuæ, & Religionis & Peregrinationis Hieruſalem, & Romæ, & Sancti Iacobi diſpēſare, Patet ex ſtylo curiæ Romanæ, & extrauagāti Sixti cap. etſi dominici. de pœniten. & remiſsi. neque erit excommunicatus, qui ab aliquo iſtorum quinq; etiā ſine authoritate Papæ tentaret abſoluere contra alios, niſi ex conceſsione eiuſdē Sixti quarti abſolueret, ita Sylueſt. verbo. ex commu. 7. caſu. 22.

*De pœnit. Nota contra alios. Syluest.*

*Alia vota quis diſpenſet. Panor.*

¶De alijs votis exceptis ſupradictis quinque, loquēdo, alij p̄lati inferiores epiſcopi, vel prælati habētes quaſi poteſtatem epiſcopalem, poſſunt ea commutare, vt ait Panormitanus etiā diſpenſare cōtra ipſum. Et quia regulares prælati huiuſmodi iuriſdictionē quaſi epiſcopalē habent, iuxta gloſſam ſingularem, & receptam Clementinæ primæ, de rebus eccleſiæ. poſſunt vota ſuorum ſubditorum irritare, imo & diſpenſare ſi ſunt exempti.

*Gloſſ.*

*De diſpēſat. voti ſolennis.*

¶Licet dicat Nauarrus, q maior pars non dubitat Papam diſpenſare poſſe ſuper voto ſolēni religionis facto, ex grauiſsima neceſſitate: ſed quidquid ſit de hoc ſalua cenſura catholicæ eccleſiæ; quæ de hoc hactenus nihil diffinijt; teneo cum Diuo Thoma,

*D. Thom.*



& eius,

A & eius ſequacibus, quia rationes eius ſunt fortiores contra Canoniſtas.

*Votum caſtita. per quem diſpenſ. Sylueſt.*

¶ Licet epiſcopus votum continentiæ perpetuum diſpẽſare non poſsit, niſi ſit magnum periculum incontinentiæ, & Papa adiri non poſsit ſecundum Sylueſtr. verbo votum.4.q.4. Sed bene poteſt epiſcopus in voto caſtitatis temporali emiſſo ad tempus, ſcilicet, per annum ſeruando, diſpenſare ſecundum Sot. Palu. D. Anton. Imo etiam votũ non nubendi epiſcopus diſpenſare poteſt ſecundũ Naua. & Sot. & Angel. & Syl. Quorum opinio Nauarro nunc magis placet, **B** quia ſic ſeruatur in ſacro pœnitentiariæ prætorio, licet antea contraria Caie. Nauarro, vt ipſe ait, magis placuerit. Et Naua. ſoluens argumenta Caie. in contra dicit, ea potius eſſe ſubtilia, quam æquitati nitentia. Et licet hęc aſſerat hic Nauarrus, poſtea infra iſtam ſententiam inturbare videtur contrariam inſinuans ſi ſatis memini. Sed ſic interim teneamus probabiliter cum Soto, niſi aliquo modo ſic intenderit caſtitatem.

*Sotus. Palud. D. Anto. De vot. non nubẽdi. Caietan. Nauar.*

*An Papa vota irritare poßit. Caietan.*

¶ Secundum Caiet. Papa non pollet tanta authoritate circa vota ſæcularium, ſicut **C** circa vota religioſorum. Quia vota religioſorum poteſt irritare, cum ratione profeſsionis ſit eorum prælatus dominatiuã poteſtatem habens ſuper eos: ſed vota ſæcularium, tantum poteſt diſpenſare, aut commutare.

*Cauſa diſpenſ.*

¶ Cauſa malæ materiæ, vel inutilis, vel impeditiuæ maioris boni ſi ſit manifeſta, ſufficiens eſt ſine diſpenſatione ad omittendum impletionem voti licite, alias in dubio diſpenſatione opus eſt. cap. 12. num. 76. ſic ait Nauarrus.

*Nauarr. Cauſ. diſp.*

¶ Leuitas, vel facilitas, quæ interuenit in vouendo cauſa legitima eſt diſpenſandi, & copia, numeroſitaſque familiæ, eiuſque nocumentum ex abſentia patris familias ſi peregrinationis, quam vouit exequatur votũ. **D** Item neceſsitas publica, imo etiam priuata, ſecundum alios, metus etiam ab intrinſeco conceptus, vel non tã plena deliberatio, legitimæ cauſæ ſunt diſpenſandi, ita. Nau. capitu. 12. 77. inſuper & puerilis ætas ſecundum fratrem Ioſeph. c. venientis.

*Ita Nau. Frat. Ioſe.*

*Cõmutatio vot. peregrin.*

¶ Prælatus in commutando votum peregrinationis attenta qualitate perſonæ, & labore itineris ſecundum Angelum commutauit in ieiunia, & orationes, & expenſas, vel alias ſimiles in impletione peregrinationis faciendas, vltra illas, quas domi feciſſet perpendens, illas in alia opera pia cõuertet. Cęterum quando confeſſor virtute Bullæ Cruciatæ vota commutat in eleemoſynam dandam quæſtoribus Bullæ, in expeditionem Bullæ commutabit: quia ſic bulla dictat. Secus ſi talis confeſſor authoritate epiſcopi talia vota commutaſſet, quia poſſet tunc commutare in eleemoſynam in pauperes erogandam ſecundum fratrem Ioſephum in ſuis floribus Theologicis. Quia tunc non virtute cruciatæ commutat.

*Cõmutatio per cruciat.* *Frat. Ioſe.*

*Expenſa vot. peregri. in redeundo.*

¶ Atque ſecundum hunc doctorem in voto peregrinationis tantum expenſæ in eundo ſunt computandæ; ſed non hæ, quas feciſſet in redeundo tale votum commutatur. At non puto hoc eſſe tutum. Tum, quia extra. cap. magnæ de voto. habetur oppoſitum. Tum, quia etiam reuerſio à peregrinatione, vt acceſſoria ad profectionem, videtur meritoria, & accepta eſſe Deo & vt religionis opus conſummans votum. Quanquã non debemus hic ita nimis rigidi eſſe. Quare ius, ait, Canonicum, quando quis vouit votum certæ penſionis quod duobus menſuris conſueuit ſolui; ſi nihil de hoc cogitauit vouens non eſt obligandus perſoluere votũ in maiori menſura, quia ſatis eſt ſi ſoluat in minori.

*Not. quid epiſcopus in vot. ieiu. pa paup.*

¶ Epiſcopus votum ieiunij emiſſum à paupere, minoris debet redimere quam votum tale emiſſum à diuite. At impedimento exiſtente temporario tunc ſolum dilationẽ temporis aliquam concedere debet ad adimplendum.

*Vot. certo loco facti an cõmut. poſſ. Caietan. Armil.*

¶ Sine conſenſu eius, cui res promittitur voto, ſecundum Caie. in opuſculis quæſt. 3. de voto. poteſt diſpenſari, aut commutari in aliud. Sed Armilla verbo diſpenſatio. §. 21. ait, quod ſi quis facit votum determinatæ perſonæ, vel collegio aut eccleſiæ tali, vt dare calicem, vel huiuſmodi, ſi tali eccleſiæ, vel perſonæ ſit iam ius acquiſitum, vel per inſtrumentum, vel teſtamentum, vel donationem, vel promiſsionem factam coram teſtibus, & ipſe, cui adquiritur ius, ſcit & acceptat, & habet actionẽ contra promittẽtẽ per votum, vel aliter, non poteſt diſpenſari in hoc, niſi conſentiente eo, cui eſt ius acquiſitum. Quia nemo poteſt alienũ donare, niſi diſpenſans ſit ſuperior illi eccleſiæ, vel collegio, qui poſſet de eorũ bonis diſponere, tollendo ab vno, & dando alteri eccleſiæ ſecũdum D. Antoni. Secus vero, ſi non eſt acquiſitum ius modo prædicto: licet promiſsio ſit facta, vel votum ad ſpecialem locum, vel ſpecialem perſonam de re ſpeciali poterit diſpenſari, & commutari tunc in aliud.

*D. Anto.*

*Fragilitas magn. cauſa diſp. in voto caſti.*

¶ Vna ex cauſis ad diſpẽſandum in voto caſtitatis, eſt magna fragilitas quam emiſſor voti



voti ſentit in ſeipſo, ob quam credit non ſe adimpleturum votum. ¶ Adde etiam, quòd quodcunq; votum poteſt commutari in votum religionis, etiam ſi ſit votum Hieroſolymitanum. ¶ Aduerte etiam, quod Sotus ait, ad voti diſpenſationem perindeque ad commutationem: quæ in minus fit, requiritur cauſa. At vero ad voti commutationem in melius, non exigitur ſuperioris autoritas: quando manifeſtum eſt id, in quod mutatur eſſe melius. Imo nec forte ad commutationẽ in rem euidẽter æqualem non requiritur ſuperioris authoritas maxime ſi intercedat rationabilis cauſa, ita Sotus, cui fauet ius Canonicum.

*Sotus.*

*An vot. inæquale poſſ. cõmu. à vouente.*

## CAP. L.

### *Adhuc etiam de diſpenſatione voti.*

*De voto implendo poſtquàm ſui iuris fuerit. Syluest.*

Votũ emiſſum ab vxore executioni mãdandum poſt vitã mariti, & dum votum filij explendum eſt poſt emancipationẽ, & pariter de ſeruo dũ fuerit liber, ſecundum Syluestrum verbo, religio. 1. 1. §. 15. irritari poſſunt à patre, marito, vel domino, cum ſub patris, vel domini vel mariti ſunt iuriſdictione. **C** At Caieta, & Nauarrus tenent oppoſitum, quos ſequitur frater Ioſephus Franciſcanus in lib. de floribus Theologiæ. ¶ Quia inquiunt tales ſuperiores non dominantur actionibus impuberum perſonalibus tempore impletionis voti. At quidem, ſi meum iudicium quicquam valet: ſententiam Soti, in hoc, quòd ait, quòd pater poſsit irritare tale votum filij explendũ poſt emancipationem veram eſſe exiſtimo. Nam & eius ratio eam ſatis probat; quia poteſtas hæc irritandi collata eſt patri vt poſsit conſulere non ſatis pleno iudicio, quo ſolent filij tunc vouere. Et idem de voto vxoris ſi poſt mariti vitam implendum **D** vouit, niſi ſit caſtitatis, à marito dũ ſub eius poteſtate eſt, credo quòd poſsit irritari: quia iſta lex irritandi vota vxoris, moralis eſſe videtur, conceſſa maritis vt leuitatibus, & facilitatibus vxorũ in vouẽdo occurrere poſſint. Et quidem probabiliter hoc dicitur, licet tutius eſſet recurrere ad diſpẽſationem epiſcopi. Sed de voto emiſſo à ſeruo dũ erit liber implendo, anceps ego ſum, an poſsit à domino irritari, dum ſub eius eſt poteſtate, & puto nõ poſſe irritari. Quia hic nulla ſub eſt ratio prædictarum; quia ſeruus in vouendo, non caruit pleno vſu rationis vt per huiuſmodi irritationem opus ſit ei ſubuenire. **A** Neque ita eſt caput ſerui dominus, vt vxoris caput vir eſt, vt præſit ei tanquam imbecilli. Si ergo ſeruus indiget remedio, in tali voto emiſſo recurrat ad diſpẽſationẽ prǽlati.

*Caietan. Nanarr. Frat. Ioſe. tenent negatiuam.*

*Sententia autoris.*

*Ratio.*

*De voto ſeru. dum erit liber.*

*An poteſtas diſpẽſ. extẽdatur ad cõmut. Nauarr.*

¶ Secundum Nauarrum: qui pollet poteſtate ad diſpenſandum votum tantum, nõ poteſt illud commutare licet ſit minus, votũ commutare, quã illud diſpenſare, niſi habeat iſtam authoritatem ex iure communi, vel tanquàm ordinariam, non vero id poteſt ſi ex priuilegio, & tanquam delegatus illam habeat. Quia licet priuilegium debeat aliquid operari: ſed in reliquo eſt reſtringendum, **B** vt habetur ca. porro. de priuilegijs. Nec valet ratio Soti, licet ei accedat Ioãnes à Peña, quòd cui conceditur maius, cõceditur minus. Quia ſi id habet verum, eſt in his: quæ ſunt eiuſdem rationis: at commutare, & diſpenſare, non ſunt eiuſdem rationis. Sed verum eſt ſecundum Nauarrum ei, cui data eſt poteſtas ad diſpenſandum in. 3. gradu conſanguinitatis, conceditur ſubinde tacitè ad diſpenſandum, in eodem gradu affinitatis. Licet diſpenſatus in vno, non eo ipſo, cenſeatur diſpenſatus in alio. Et quia Nauarrus veriſimilius loquitur, quã Sotus, & quia hæc materia magis ſpectat ad facultatẽ Canoniſtarum **C** de quorũ profeſsione eſt Nauarrus: ideo magis tenẽda eſt hæc ſententia Nauarri. Licet eius rationi poſſet reſpõderi, quòd priuilegia ſunt arctanda, quando ſunt odioſa, vel ambitioſa: vel in præiudicium tertij; alias fauores ſunt ampliandi.

*De priuil. Sotus. A peña.*

*Sententia autoris.*

*Not. priuil. relig. ad diſp.*

¶ Ex priuilegio Innocentij VIII. tam Minores, quam Dominicani licite diſpenſant in votis, in quibus epiſcopi poſſunt diſpenſare, præterquam in voto peregrinationis vltra duas dietas in conceſſ. 115.

*Not. pro ſimpl.*

¶ Aduertant ſimplices, ne decipiantur, quòd non eo ipſo, quo ſumunt bullas, ſunt in votis commutati, aut diſpenſati, ſed petere **D** debent à confeſſario, vt commutet, vel diſpenſet, ſi bulla vtrumque concedit. ¶ Denique confeſſarius, etiam ſi fuerit requiſitus, ſi tamen non commutet manent vota ſicut antea, licet abſoluat à peccatis, iubileumque concedat.

*An vot. poſt bull. commut. poßint.*

¶ Aduertito tamen hic lector, quòd virtute iubilei, aut bullæ cruciatæ cõmutari non poſſunt vota poſt ſumptionem bullæ faciẽda: ſed tantum ibi confertur facultas ad commutanda vota ante receptionem bullæ facta ſecundum Sotum, & fratrem Ioſephum, & ſecundum fratrem Antonium Cordubenſem in additionibus ad tractatum de caſibus con-

*Sotus. Frat Ioſe. Cordub.*

*Cauſa cōmut. vota.* conſcientiæ, qui in hanc ſentētiam mutauit oppoſitam, quam in queſtionario tenuerat. A

*Frat. Ioſe.* ¶Etiam ſecundum fratrem Ioſephū, cauſa ſufficiens cōmutandi eſt, quando facile executionis voti obliuiſcitur: & facilius illud frangit, habetque multa impedimenta, vt votum adimpleat. Et non debet eſſe cōmutatio in æquale in indiuiſibili puncto cōſiſtens: quia Deus non eſt ſuperſtitioſus: ſed potius eſt ſibi acceptum, cæteris paribus, quod alacriori & promptiori voluntate ei perſoluitur. Quanquam ſemper commutās

*Conſilium Metin.* debet cōtendere redigere commutationem voti ad æqualitatem arbitrio boni viri. Quare bene Metina in ſua inſtructio. confeſſ. cōſulit, vt, quia res iſta cōmutandi vota, periculo cū ſummo, ſummaque cū difficultate coniuncta eſt: confeſſarius imperitus nō ſe præcipitet, ſed conſulat in his caſibus habentes

*Imperitia in cōmut. vota.* cōmutandi peritiā: quia defectu huius ego vidi multas huiuſmodi cōmutationes ridiculoſas, ineptasque, & per conſequens inualidas ab confeſſarijs imperitis factas.

*Sotus. Vouens ſubito.* ¶Secundum Sotum qui repentina deliberatione vouit, vt, liberaretur à Deo, & liberatus eſt, licet repentina huiuſmodi deliberatio cauſa ſit iuſta alias petendi diſpenſationem: tamen ingratitudinis ſpeciem præſefert petere talis voti diſpenſationem: ſi non ſubſit alia vrgens cauſa diſpenſandi.

¶Neque ad vota perſonalia, neque ad realia defuncti, obligatur heres, niſi ex vi pacti, vel contractus, vel promiſsionis: eo modo, quo obligaret eum iuramentū alterius cap.

*De cenſ. Populus qualiter teneatur ad vota cōmunia.* ex parte. de cēſibus. Quamobrem populus, qui nunc eſt, tenetur ad adimplenda vota feſtorū, aut aliarū rerum populi, qui centū ab hinc annis præceſsit: quandoquidē eſt vnus, idemque populus cap. denique. 7. quæſt. 1. ibi gloſſa, aut ex vi voti, quia idem eſt populus, aut ex vi cōtractus, & promiſsionis, quę

*L. 1. de hæred. act.* in vniuerſalem ſucceſſorem pertranſit. l. 1. & 2. de hæreditarijs actio.

*Cōmut. vt facienda.* ¶Commutatio voti facienda eſt in orationes, vel ieiunia, vel alicui loco particulari pio applicanda, niſi fiat virtute cruciatæ. Quia tunc (vt dictum eſt) in expeditionem belli contra infideles, quæſtoribus cruciatæ dabitur.

*An vouēs caſtit. poſt vxoratus ante copul. ad relig. ten.* ¶Nauarrus, cū olim tenuiſſet cū Soto in 4. q. 2. ar. 1. tomo. 2. dicente, ꝙ qui cōtra votū ſimplex caſtitatis ante à ſe emiſſum contraxit matrimoniū, nō tenetur ingredi religionē, quā nō vouit, antequā illud matrimoniū conſummet, quia ſatis eſt poſt conſummatū matrimoniū, nō petere debitū: nūc ve- D

*Nauar. mut. ſent. cōtr. Sotū. Ricard. D. Thom.* A ro Nauarrus mutans ſententiā cū Syluestri matrimoniū. 7. q. 5. contra Sotū tenet veriorem exiſtimans opinionem, ꝙ talis teneatur ingredi religionem, potius quàm cōſummare, etiā ad petitionē alterius, quiā, inquit Ricardus, & S. Tho. in. 4. diſt. 38. tenent, quòd talis contra votū caſtitatis à ſe emiſſum, matrimonio copulatus, conſummando illud peccat. Et quia virtualiter promiſit religionem: ex quo ducendo vxorem in tali ſtatu ſe poſuit, vt non poſsit implere votum caſtitatis, niſi ingrediendo religionem.

*Sententia autoris.* B ¶Et quidem ſi cenſorem me velis ponere inter tantos heroas, quæ nā iſtarum opinionū ſit tenenda, dico primo, ꝙ vtraq; eſt probabilis. Sed probabilior mihi eſſe videtur

*Sotus. Victor. Cordub.* opinio Soti, quæ fertur etiam fuiſſe Victoriæ. Mihique in hoc conſentit frater Antonius Cordubenſis, qui in tractatu de caſibus conſcientiæ. quæſt. 136. fol. 991. ait, hanc

*Opinio communis hic limitatur. Ratio. 1.* Soti opinionem eſſe valde probabilem, & forte, inquit, opinio communis ſic debet limitari, & intelligi, quia hic ſolùm vouit caſtitatem, nec de religione quicquàm cogitauit, aut intendit ſe obligare. Et quia obliga- 2

C tio ad religionem longe oneroſior eſt: quam obligatio voti ad caſtitatem; non eſt ergo ad religionem aſtringendus iſte, quia per matrimonium ſe fecit impotentem ad ſeruandam caſtitatem integram: quia ſatis eſt ſi ſeruet in parte, qua poteſt, vel non exigendo debitum; & quia cum debeo duo, non teneor illa 3

reſtituere obligando me ad ſoluendum pro illis. 20. quæ proportio videtur eſſe, & maior inter votum ſimplex caſtitatis, & ſolēne religionis. Et quia textus ſingularis de voto 4

*De vot.* & voti redemptione, capit. antiquæ, extrauaganti Ioan. 22. niſi fallor huic noſtræ opinioni fauet; qui eſt caſus notabilis, & qui ſatis efferri non poteſt, vt habetur in eius ſummario. Vbi diffinitur, ꝙ coniugatus ordinatus ante conſummatum matrimoniū, monēdus eſt per diœceſanum, vt religionem ingrediatur (ſi matrimoniū nondum eſt conſummatum) quod ſi renuerit, & vxor inſtiterit compellitur per excommunicationem ad matrimonij conſummationem.

*Illatio.* ¶Ecce iſte, qui poſt cōiugium ordinatus fuit, ac per conſequens vouit ſolenne votū caſtitatis acceſſorium ad ordines ſacros; nihilominus ſolum iubetur moneri, & nō cogi ad religionis ingreſſum. Ergo apertè colligitur hinc, ꝙ qui poſt votum caſtitatis duxit vxorē, poſsit ad petitionē vxoris cōſummare, ſi illa inſtiterit, & ꝙ non teneatur ingredi

*Gloſſatur D. Thom.* religionē. Et S. Tho. poteſt gloſſari, ꝙ peccabit



bit conſummando, ſi ad ſui petitionē cōſummet: non vero ſi ad petitionem vxoris. Neq; ego hic vllā inuenio differentiā, niſi ꝙ textus hic loquitur de eo, qui iam coniugatus; quia ordines ſuſcepit, ſe videt voto caſtitatis implicatū. Et caſus Nauarri loquitur de eo, qui ante matrimoniū nondū cōſummatū, quod poſtea cōtraxit, vouerat caſtitatē. Sed neque hæc diſparitas oſtendit maiorem vim obligandi ad religionē in vno caſu, quā A

*Satis fit obiectioni.* in alio. Niſi velis dicere, quòd primus magis tenetur: quia ducendo vxorem fecit iniuriā voto caſtitatis prius emiſſo. Secundus hic ſolum contra matrimonium contractū, ſed non conſummatum, in ordinibus vouit caſtitatē. Sed hoc parū ad rem facit: quia poſſet vouere poſt matrimonium ipſum cōtractum, & non cōſummatum, votū religionis; ergo etiam votum caſtitatis maxime intelligendo ex parte ſua ad non exigendum.

*Reſolutio. Sotus contra Naua.* ¶Concludamus ergo, ꝙ opinio Soti poteſt tute teneri contra Nauarrum; maxime, quando tale contrahens poſt votum caſtitatis: maximè perſentiſceret, & onus religionis ſibi graue reputaret, nec ſuæ inclinationi quadraret, vel quādo vxor inſtaret, & alias illuſam ſe conquereretur, & de contemptu, & ſuſpicione contracta ex tali matrimonio; quia ex illo apud neſcientes pateretur ipſa calumniam. Et hæc eſt vera reſolutio quadrans menti pontificis.

*Nota differentiam vot. relig. & caſt. in hoc.* ¶Qui poſt votum ſimplex religionis, cōtraxit, & conſummauit; & reddere, & petere poteſt debitū, ſine diſpenſatione: ſed qui poſt votum caſtitatis contrahens cōſummauit, indiget diſpenſatione ad petendū, licet nō ad reddendum poſt conſummationem.

*De poſt votū caſt. contrah. & cōſum.* ¶Qui poſt votum caſtitatis contrahit, conſummatque, duplex peccatum peccat. Primo contrahendo vnum, & ſecundo conſummando ad ſui petitionem, alterū. Prima pars; ſcilicet, quod contrahendo peccet: eſt

*D. Thom. Ricard. Sylueſt. cōtra Scot. Ratio. 1.* D. Thomæ & Ricardi, & Sylueſtri contra Scotum, & contra Angelum, & aliquos Canoniſtas, quia ſic contrahens regulariter non poteſt vitare amplexus, & oſcula vxoris, quæ ſunt contra caſtitatem. Et quia etiā

2 ſi fecerit animo ingrediendi religionem ante conſummationem, exponit ſe periculo

3 mutādi animum. ¶Et quia eſto non mutaret animum, ſed ingrederetur, notam ſuſpicionis poneret in vxore: quòd propter aliquā

4 notā infamiæ reliquerit eam: & quia qui ſic contraheret iſto animo, deciperet puellam;

5 & quia iſte facit contra præceptum eccleſiæ quæ eſt ratio conuincēs. Quia eccleſia, imo

A & ius diuinū, caſtitatis votum poſuit impedimentum matrimonij, licet nō dirimēs. Sed

*Sotus.* Sotus ait, quod ſolum committit vnum peccatum, ſcilicet, contrahendo, non vero conſummando, ſi conſummet ad petitionem al-

*An peccet hic conſumm.* terius. Et quidem iſta ſententia Soti contra Nauarrum, verior eſt: quia fundatur in illa opinione, quam veriorem eſſe defendimus, ſcilicet, ꝙ talis non tenetur poſt votum caſtitatis (ſi contraxit) ingredi religionem: ſed ſicut dixit papa ſi illa inſtiterit ad petitionē vxoris, ſed non ad ſuam, poterit licitè conſummare. Secus eſt, ſi poſt conſummationē, ipſe petat debitum.

*Ignorātia an excuſet à voto.* B ¶Secūdum Sotum de iuſtitia, & iure ignorātia difficultatis rei: de qua votum emittitur, ſi ſit circa principale, excuſat à voto. Non tamen excuſat à ſolutione voti, ſi hæc ignorantia ſit circa minutiores voti circunſtantias.

## CAP. LI.

### *De Blaſphemia.*

*Quid blaſphemia.* Blaſphemia eſt dicere tacite, vel verbo, aliquid tribuendo Deo, quòd illi non conuenit: aut auferendo ab eo, quod illi conuenit, vel tribuendo creaturæ id,

C quod ſolius eſt Dei.

¶Blaſphemia nec interior, nec exterior ſecundum ſe non eſt hæreſis dicēda. At blaſphemia conſiſtit in dicendo, ſed hæreſis in credendo contrarium fidei: licet blaſphemia aliquando hereſim implicet.

*Nota.* ¶Blaſphemus non eſt abſoluendus in foro conſcientiæ ſine graui pœnitentia. ¶Atque etiam ſi non emendetur, corrigēdus eſt blaſphemus; & etiam ſi emenda non ſperetur ſecundum Concil. Lateranen. ſeſsio. 9. ſi

*Concil. Lateranen.* ſine ſuo periculo facere poteſt correcturus.

*Modi blaſphemādi.* ¶Ecce modos blaſphemandi, pigeat Deū vel doleat Deus, vel non credo in Deum;

D vel, denego, aut maledico Deum: aut dicere Deum immiſericordem, vel acceptatorem perſonarum, aut non videre, quæ agantur in mundo: vel non curare humana. Vel ſi dicatur aliquam creaturam nos beare effectiue poſſe, vel creaturam poſſe ex ſe noſcere futura contingētia, vel Deum iniuſte punire, etiam ſi iſta iocoſè dixerit quis.

*Ex ira blaſphem. D. Thom.* ¶Furore iræ correptus ſi quis ſimiles blaſphemias protulerit: ſi quid verba ſignificēt minime aduertit, venialiter tantum peccat ſecundum D. Tho. Secus eſt ſi aduertit, quia tunc mortaliter peccaret. Sed in conſcientia nō attenditur, an ſubitanea iſta ira naſcatur

tur ex cauſa iuſta, vel ex ludo, vel ex ebrietate, vel ex aliqua occupatione: ſed id attenditur in foro exteriori ad punitionem.

*Blaſphemia ex cõſuet. & in aduertent.* ¶Si blaſphemia procedat ex quadam cõſuetudine deprauata cum contemptu ſalutis animæ: ſi incõſideratio ſola fuit cauſa prolationis blaſphemiæ, taliter, quod ſi aduerteret non proferret: non erit mortalis tunc ſecundum Caietan. Ita eſt; & in hoc conſentit *Caietan. Sotus.* Sotus, ſcilicet, quando ex ſurreptione prorumpitur in blaſphemiam. Sed caueant, inquit Sotus, iſti ſic aſſueti; quia communiter nihil curant: & iſtæ blaſphemiæ ſunt peccata in ſua cauſa neglecta, id eſt, in conſuetudine: ex qua regulariter procedunt: quia tunc eſt mortale.

*Formæ blaſphemãdi, vel nõ.* ¶Blaſphemia non eſt dicere, per corpus Chriſti, vel per ſanguinem eius. Secus ſi ſanctos iniurioſe nominaret, vel pudenda eorũ ſuis proprijs nominibus explicãs, & aduertens, etiam ſi iocandi gratia id faceret. Dicere, peſe a tal, videtur non eſſe blaſphemia, ſi deſit malus animus prorũpendi in Deum. Sed ſecundùm alios attendendus eſt modus & vultus, & furor dicentium, an dicant eleuando furioſe oculos in cœlum. Quia tunc videtur per hæc verba velint blaſphemare; licet id non faciat expreſſe nominãdo Deũ, & hoc ne in foro exteriori puniantur.

*An iſte modus ſicut Deus eſt veritas ſit blaſphemia. Sotus. Metin.* ¶Inſuper aduertito, quòd licet Sotus aſſeruerit iſtum modum, ſicut Deus eſt veritas eſſe quoddam genus blaſphemiæ: ſed Metina in ſua inſtructione confeſſorum, ait, ꝙ ſi abſit malus animus, ſcilicet, æquandi veritatem humanam diuinæ per illa verba, non eſt cenſenda blaſphemia. Quia iſta verba ſicut Deus eſt veritas, ità dico verum: non ſignificant ſemper æqualitatem veritatis, ſed quandam tantum ſimilitudinem.

*An maledictio creat. ſit blaſph.* ¶Blaſphemia eſt maledicere alicui creaturæ vt creatura Dei eſt. Alias ſi ſimpliciter maledicatur ſine reſpectu ad Deum, vel hominem, vana eſt talis maledictio, & venialis tantum.

*De ruſticis excuſatis hic.* ¶Si aliquis ruſtica ſimplicitate putaret licere diuino cultui recreandi animi gratia, miſcere cantilenas profanas, & turpes, quia videt communiter in his vſum inualuiſſe: excuſaretur à mortali. Ita Nauarrus: cuius ſententiam eſſe veram iudico, ſi loquatur de ſimplicibus ruſticis & vulgaribus, qui poſſunt tali ignorantia protegi. Sed ſacerdotes, & periti, vtpote quibus incumbit ſcire, qua puritate ſit Deus colendus, & quòd domum Dei decet ſanctitudo, peccarent mortaliter, *Sotus.* vt ait Sotus, ſi illic iſta turpia inter diuina officia iactarent. Sicut ait eſſe peccatum echar alli pullas; ſicut nocte Natiuitatis Domini loco benedictionum huiuſmodi valde turpia, & obſcæna dicteria proferunt. Imo nec ſimplices, poſtquam eſſent admoniti de hoc, excuſarentur in hoc caſu à mortali.

*De cant. tib. turpiu.* ¶Addit verò Nauarrus non eſſe lethale crimen ſic extra diuinum officium cantare in eccleſia cantilenam turpem, & laſciuam: videturque excuſare cõtra Sotum rithmos turpes ſibi occinentes in nocte Natiuitatis Domini, tempore, quo petunt benedictiones, licet non apertè eos excuſet. Sed dico ſi hæc faciant ſacerdotes, quibus incumbit ſcire, quali cultu ſit Deus colendus, ſi loco benedictionum, quæ ſunt pars diuini officij iſta turpia interſerunt, neſcio eos excuſare à mortali: ſicut nec Sotus eos excuſat. *Sotus.* Quia certe magna iniuria infertur diuino cultui, & Deo per hæc; eſtque magna irriſio.

## CAP. LII.

### *De obſeruatione Feſtorum.*

*Feſta noſtra quo iure. Sylue.* OMnia Chriſtianorũ feſta, etiã dies Dominici contra Syluestrum in verbo. Dominica. quæſtione. 1. verbo. 7. ſunt ſolo humano iure, & nõ diuino naturali, aut ſupernaturali (licet in veteri lege præceperit Deus ſeptimum diem. Sed in nouo teſtamento Apoſtolorum authoritate introductum eſt, vt ille dies ſeptimus ſit dies Dominicus) ſed habent fundamentum in iure diuino. Ita Sotus.

*Sotus. Quis cultus præcipiatur in feſto.* ¶In præcepto de colendo Deũ per feſta noſtra non præcipitur cultus diuinus interior in feſto, qui in meditatione interiori de Deo conſiſtit. Quia iſta meditatio interior, ſcilicet, cultus interior eſt finis, qui non eſt idem cum re præcepta in feſto. At præcipitur cultus exterior audiendi miſſam, ad quã audiendam requiritur attentio, vt ſit actus religionis, præcipiturque abſtinentia ab operibus ſeruilibus exterioribus. Hoc intelligo de cultu præcepto in obſeruantia diei feſti de præcepto.

*Quæ opera liceant vel non in feſto.* ¶Seruilia opera, quæ propriè ſeruientibus conueniunt, non communia omnibus, prohibentur in feſto.

¶Licita tamen ſunt in feſto opera cultus diuini, & etiam licet docere verbo, & ſcripto. Item licitè fiunt in feſto omnia neceſſaria opera, ad ſalutem propriam, & ad ſalutem corporalem proximi, & ad vitandum damnum



damnum imminens, & parare comeſtibilia, & piſcari licet, & in feſto per conſuetudinem eccleſiæ quandoque aliqua licent.

*Opa quinque nõ ſeruil.* ¶Opera quinque licet non ſint ſeruilia ſunt prohibita in feſto. Primo nundinæ. Secundo iudicium ciuile, vel criminale. Tertio iuramentum, niſi pro pace, vel alia neceſſitate. Quartò omnis proceſſus, vel ſtrepitus iudicialis, niſi pro pietate, aut neceſſitate vrgenti.

*Opera ſeruilia pia ex ſe vel.* ¶Opera ſeruilia ex ſe pia, vt veſtire nudum, alere pauperem, licitè fiunt in feſtis. Sed opera ſeruilia: quæ ex intentione tantùm operantis ad miſericordiam ſunt directa, non licitè fiunt. Quia peccant, qui in diebus feſtis ædificant pontes pro bono reipublicæ; & etiam qui in diebus feſtis colunt, ſeruntque terras ad ſubſidium Eccleſiæ præſtandum: *Nota quid excuſet.* etiam ſi prætextu pietatis faciat; niſi faciant ex vrgente neceſſitate, & ex licentia epiſcopi in dubio. At vero præparatoria ad feſtum, vt decoquere hoſtias, vel ornare templum tapetibus, ante feſtum debent fieri.

¶Quia intentio lucrandi non facit opus ſeruile: ideo, quod licitè fit gratis in feſto: licitè & principaliter poteſt fieri in eodem feſto ob pecunias, ſicut in alijs diebus ſecũdũ *Metin. Caietan.* Caietanum, & ſecundum Metinam in inſtructione confeſſorum. fol. 95.

*Cõc. Trid.* ¶Secundum Concilium Tridenti. ſeſſione. 24. cap. 12. religioſi etiam exempti tenẽtur obſeruare dies feſtos præceptos obſeruari in ſuo Epiſcopatu ab epiſcopo.

*De conſ.* ¶Licet feſta de iure communi obſeruanda omnibus ſint determinata in cap. pronũciandum. de conſecrat. diſtin. 7. & cap. conqueſtus de ferijs: tamen, quia conſuetudo alia ex his feſtis abſtulit, & alia inuexit: ideo *Circa feſta conſ. obſer.* conſuetudo regionis, & conſtitutio Synodalis recepta non derogata debet ſeruari, & conſuetudo præſcripta.

¶Quia in hoc multum valet conſuetudo præſcripta: ideò vbi talis inualuiſſet conſuetudo, vt ſeruarẽtur feſta à media nocte vſq; ad meridiem, vel vſque ad ſolennia miſſarũ peracta, poſtea poſſent opera ſeruilia fieri; *Conſuetu. apud nos.* ſed iam conſuetudo præſcripta apud nos inuexit, vt paſſim fieri videmus, vt à media nocte vſque ad mediam noctem feſta ſeruẽtur. Et in hoc caſu non ſunt ſeruãda à primis veſperis vſque ad ſecundas veſperas: quãuis ius commune hoc præcipere videatur.

*Quæ feſta ſeruand.* ¶Vnaquæque ciuitas tenetur ſeruare feſta, & eo modo quo conſuetudo præcipit obſeruari. Obſeruareque debet quiſque feſta loci illius, vbi pro tunc degit, & non ſuæ patriæ, ſed loci vbi ſe inuenit. Quia axioma *Axioma.* commune ait. Cum fueris Romæ Romano viuito more. Idemque obſeruandum eſt in ieiunijs, ouis & carnibus comedendis: quia in his conformare ſe tenetur quiſque cum loco, vbi ſe inuenerit pro tunc, cap. 13. nu. 5. Sic Nauarr.

¶Operandi gratia adeuntes alias regiones non feſta ſuæ patriæ, ſed illarum regionum ſeruare tenentur.

¶Nec peccant qui eodem die feſti ſuæ patriæ, commeant ad laborandum in alia patria, vbi non ſeruatur feſtum, dum miſſam audiant prius, ſi eodem die egrediantur. At *Nauarr.* Nauarrus, vt ipſe ait, ſe putauit obligatum ad audiendam, vel dicendam miſſam in populis, vbi ante meridiem trãſibat agens iter, vbi ſeruabatur aliquod feſtum: quamuis dicat ſe credere ſolum tranſitum, nõ adeò obligare. Quod cõfirmat Metina Salmanticẽſis *Metin.* in ſua inſtruct. dicens, ꝙ viatores tenẽtur ad eas leges, quæ ſeruantur in locis, vbi ſe inueniũt, niſi ibi ſe inueniãt per modũ tranſitus.

*Tria excuſantia à trãſgreſſ. feſti.* ¶Excuſant à peccato tranſgreſsionis feſti exiguitas operis tunc exerciti. Secundo neceſsitas etiam corporalis. Tertio, detrimẽtum imminens rebus etiam proximi, quod nõ poteſt differri, aut præueniri. Hinc Agricolæ, *De fabr. ferrar.* fabri ferrarij, tabernarij, macellarij, excuſari ex his cauſis poſſunt.

*Caietan. De Agaſon.* ¶Secundum Caietanum non excuſantur Agaſones noſtro idiomate recueros dicti, qui cum poſsint ſe continere ſi proficiſcuntur his diebus feſtiuis, niſi ante, vel poſt audiant miſſam. Et loquimur etiam de Agaſonibus onerata iumenta portantibus, quia conſuetudo effecit, vt audita miſſa in die feſto poſsit iter fieri.

*De famulis.* ¶Excuſantur etiam famuli à violatione feſti, alias paſſuri damnum ab heris, niſi eis obtemperent, qui mãdato domini iniunctũ opus implent in die feſto, dum id operis nõ iniungatur in contemptum diei feſti: maxime ſi audita miſſa id operis faciant, excuſantur. *De vxorib.* Excuſanturque in prædicto caſu à violatione feſti vxores & famuli, qui mãdato maritorum, vel dominorum impediuntur.

*De negotiat. in feſto.* ¶Licita eſt venditio exercita paruo tempore, vt candelarum, vbi iam æſtimatum eſt pretium, & negotiatio in nundinis exigua (niſi fiat non audita miſſa, aut contra iuſſum epiſcopi) ſicut etiam ſi fiant aliqua cauſa dãni vitandi, excuſantur à violatione feſti.

¶Inſuper quando iam ſic conſuetudine præſcriptũ eſt, & nulla eſt prohibitio noua à potente

*Conſuetudo moderatur obſer. feſtorum.* A potente prohibere ſuper hoc, licet audita miſſa negociari in die feſto, etiam maiori die dominico; quia conſuetudo poteſt tollere & moderari feſti diem, & nundinarum, ſicut modificata eſt obſeruantia feſtorum, *De auction. in feſt.* quo ad res, quæ in auctione venduntur authoritate iudicis, vel alias.

*De tonſorib.* ¶Apud nos, vbi feſta incipiunt à media nocte, vſque ad aliam mediam noctem tonſores, vſque ad mediam noctem poſt vigiliam, tondere poſſunt ſine priuilegio Eugenij: nec tõdere vnam barbam erit, niſi veniale contra Archidiaconum. *Archid.* Cuius ſententia eſt vera quando barbitonſor tonderet multas barbas, & pararet: nã tũc eſſet pluſquàm B veniale. Ita Nauarr.

¶Non peccant in feſto piſcantes thunos, halecia, ſardas: quando piſces ij certis diebus veniũt, & ilico aufugiũt. Debẽt tamẽ ij erogare aliquã eleemoſynã, in pauperiores propinquas eccleſias. Sed hoc eſt de cõſilio.

*De molitura in feſto.* ¶Licet molere in feſtis in molendinis fluminum, & ventorum: quia minimo labore indigent; maxime accedente conſuetudine, & nulla exiſtente prohibitione prælati in contrarium. Secus eſt de molitura piſtrinorum; niſi excuſet in hoc magna neceſsitas: quia hæc molitura piſtrinorum magno indiget labore, & occupatione: ideo in die fe- C ſto non eſt licita.

*De laborant. pro paup. in feſ.* ¶Peccat laborans pro pauperibus in feſto, etiam audita miſſa: niſi magna paupertas, aut vltima proximi eum laborantem excuſet. Nec fit hic differentia de feſtis: niſi quod maius feſtum maiorem cauſam requirit: vt quis ab eius obſeruatione excuſetur.

*Refectio pontiũ in feſto. Caietan.* ¶Non licet in die feſto reficere pontes ob pietatem viatorum, niſi magna vrgeat neceſsitas ſecũdũ Caiet. & cũ licẽtia epiſcopi.

*Pauper. labor. in feſt. Caietan.* ¶Aliter non potentes ſe ſuſtentare, licitè faciunt opus in feſtis: dummodo occultè faciant, vt vitent ſcandalum: & dummodo audita miſſa faciant ſecundùm eundem Caiet. D

*De venantibus in feſto.* ¶Qui venatur in feſto etiã ſi quæſtus gratia faciat, excuſatur à violatione feſti: quia non eſt opus ſeruile, dummodo audiat miſſam; alias non audita miſſa non excuſatur. Poteſtque quis ex conſuetudine iam introducta, audita miſſa in die feſto conducere iumenta vacua, imo etiam onerata itinerando. *De conſilian. in feſto. Nauarr. Caietan. cõt. Sylu.* Licetque doctori tali feſto præbere conſilium ob quæſtum, & etiam informare iudicem. Idque etiam licitè tunc faciunt procuratores, vel aduocati verbo, aut ſcripto, etiã ſi ob pecuniam faciant. Ita Nauarrus, Caiet. Metina in ſua inſtructione contra Syluest. A verbo, dominica. q. 5. & contra communẽ. Hæc tamen eſt verior, quam cõmunis, quia iſta opera ex ſe non ſunt ſeruilia.

*De iudicante in feſto.* ¶Non licet iudici in die feſto audire litigatores, niſi ob pietatem, & miſericordiam, vel ob neceſsitatem. Quia licet non ſit opus ſeruile talis auditio, eſt tamen de numero quinque operum non ſeruilium, quæ ſunt prohibita exerceri in feſto per eccleſiã: niſi excuſet pietas, vel neceſsitas. Ideo excuſantur iudices ruſticorum, ſi audiant ruſticos in diebus feſtis, quando alijs diebus, nequeunt coram eis conueniri, neque alijs diebus ſuppetunt eis teſtes.

*De ſcriptor. libr. in feſt.* B ¶Licet ſcribere de ſe non ſit opus ſeruile, ſed tamen tranſcribere librum, vel inſtrumẽtum ob quæſtum ſeruile opus eſt: ideo eſt prohibitum in die feſto: ideo non licet tunc tranſcribendo componere librum, quia hoc mechanicum eſt. *Nauarr. Caietan.* Ita tenet Nauarrus ſequẽs opinionem Caietani dicentis, ſcilicet, quòd tranſcribere quaternos ob quæſtum non licet in feſto: quia ſicut pingere, eſt opus liberum, & non ſeruile, & ideo licet recreationis gratia pingere in feſto: ſi tamen pingat ob quæſtum in feſto iam fit opus ſeruile, & mechanicum: ita in caſu.

*Metina excuſ. ſcriptores.* ¶Circa quam ſententiam Caietani Meti- C na in ſua inſtructione ſuam cenſuram adhibens. fol. 95. ait hoc dictum Caietani eſſe valde probabile. Sed hoc non obſtante, contrarium eius poteſt ſine periculo practicari cõformiter ad regulam generalem à ſe poſitã, *Regula.* ſcilicet, quòd omnia opera, quæ alias licitè poſſunt fieri in feſtis, etiam ſi ob pecuniam fiant: non violant feſtum.

*Nota coroll.* ¶Licet etiam conſcribere literas, cõſilia, inſtrumenta, diebus feſtis etiam ob lucrum: ſicut etiam licet organa tangere, & inſtrumenta etiam ob quæſtum in die feſto, cõtra Angel. & Sylu. quia non ſunt opera ſeruilia.

*Excuſatur pauper ab excõ. hic.* ¶Ex neceſsitate operans in die feſto non D incurreret excommunicationem epiſcopi prohibentis operari in feſto: quia ſententia generalis intelligitur ſolum prohibere opera non lege conceſſa. Quia ſi aliud dictaret contineret errorem intolerabilem contra legem: ideo eſſet irrita talis cenſura. Nunc lex eccleſiaſtica huic in neceſsitate graui operari in feſto concedit.

*De feſto S. Crucis & S. Michaël.* ¶Ex conceſsione Eugenij IIII. laici operantes in feſto Sanctæ Crucis, & ſancti Michaelis menſis Septẽbris, & in feſtis Innocentum, & ſancti Sylueſtri non peccant mortaliter, niſi hæc feſta in dominicis incidant.

¶Sicut



*De neceſ. excuſant. in feſto.* ¶Sicut quando ſubeſt cauſa manifeſta & A clara, ex tali cauſa excuſatur quis à ieiunando in vigilia de præcepto; ita etiam aliquis non peccat operando in feſto; ſi vitetur ſcandalum, etiam ſi hoc faciat ſine diſpenſatione epiſcopi. Si taliter ſit neceſsitas manifeſta, ꝙ etiam ſi epiſcopus ei preciperet ne tali feſto operaretur, ſufficiens eſſet ad excuſandum illum ab operando, ſed ſi neceſsitas eſt dubia diſpenſatione epiſcopi eget.

¶Amentia eſt magna Curatorum, qui cogunt operantes in feſto publice petere veniam in ſolennibus feſtis; præſertim ſi alijs tranſgreſsio ſit ſecreta. cap. 13. num. 16. hoc B increpat Nauarrus.

¶In diebus feſtiuis non eſt neceſſaria contritio, quanuis tunc temporis ſaluberrima ſit ſecundũ Roſellam, & Caie. in ſum. verbi contritio, & Sylueſt. verbo dominica. q. 6.

*De attentione in miſſ. Sotus.* ¶Inſuper audire miſſam cum mediocri attentione eſt præceptum. Hic vero adnotato ex Soto in de iuſtitia & iure, quòd audire miſſam non obligat, niſi taliter audire, vt ſit actus humanus: qualis eſſe poteſt, etiam ſi aliud adſit ſiniſtrum propoſitum, & nonnulla modica miſceantur colloquia, quæ ita ſint breuia, vt non hanc intentionem prærumpant. Sed poſſent voces & riſus in tantum prorumpere, quòd eſſet peccatum irre- C uerentiæ, & ſcandali. Ita Sotus.

*Qualis miſſa audien. in feſto & quanta pars excuſ.* ¶Propriam verò miſſam diei feſti non eſt neceſſe audire, neque in audiẽda miſſa requiritur tanta attentio, ſicut in recitatione horarum, ſed ſatis eſt ſit actus humanus. Satiſque eſt, vt non ſit tranſgreſsio præcepti audire miſſam ab euangelio. At euangelium nõ audire non eſſet tutum, atque qui in fine miſſæ poſt ſumptionem ſacramenti à ſacerdote, egrediuntur in feſto excuſantur à mortali.

*An ſat ſit audire mediet. duarum miſ. Sotus. Metin.* ¶Præterea ſi quis audierit partem vnius miſſæ, ſcilicet medietatem, & medietatem alterius miſſæ, ſatisfacit præcepto. Ita Sotus, cui in hoc accedit Meti. quia dicit hanc D opinionem poſſe teneri ſine peccato, quæ eſt peritorum virorum, [illegible]icet contrarium ſit planius & ſecurius. At [illegible]ro ſatis eſt præſentem eſſe miſſæ, ad impleti[illegible]nem præcepti; licet non audiat ſacerdotem, ſecundum Sotũ.

*An recitans horas ſatisfaciat miſſæ. Caietan. Metin. Sotus. Ratio.* ¶Vnde fit, vt ſecundum Nauarrũ, & Caietanum, & Metinam in ſua inſtructione, & ſecundum Sotum ſacerdos audiens miſſam de præcepto, ſi etia[illegible]er audiendum recitet horas de præcep[illegible]tisfacit vtrique præcepto, & miſſæ, & h[illegible]um; quia ſi eſſet ſurdus, aut audiret miſſam Moçarabẽ compleret. At ratio eſt quam in ſua inſtruct. affert A Metina, qua ſoluit rationem Scoti, Syluestri, & fratris Antonij Cordubenſis in ſuo quæſtionario. quæſt. 4. lib. 1. tenentium contrariam. *Cõtra Sco. Syluest. Cord.* Quia falluntur in ſuo fundamento. Nam negamus, ꝙ eodem actu nequeant cõpleri duo præcepta. Sicut patet in hoc exẽplo: *Exẽplum.* Si quis debet alteri centum, illumq; creditorem in neceſsitate extrema conſtitutum videns, largitur illi illa centum, ſatisfacit eadem datione & præcepto iuſtitiæ, & præcepto etiam charitatis. Adde ꝙ quia attentionem ad vtrumque præſtare poteſt ſufficientem. Inde eſt, quòd etiam pœnitentiam iniunctam à ſacerdote, inter audiendã miſſam B de præcepto recitare poteſt pœnitens.

*Oratio quãdo obligat.* ¶Lex naturalis, quæ obligat aliquẽ preces ad Deum fundere, & tẽpore, in quo nullum aliud remedium ſuæ ſalutis, aut proximi eſſe videtur, ſecundum Syluest. verb. oratio. §. 8. eadem obligat ad idem poſitum in tentatione impatientiæ, aut libidine, cui videtur nullum aliud ſuppetere remediũ, niſi oratio; quæ etiam obligat conſtitutum in duello iuſto. *Sotus.* Sicut etiam ſecundum Sotum lex naturalis obligat ad macerandam carnem ieiunijs, vel aliter, quãdo nullum aliud occurrit remedium ad vincendam tentationem carnis: quia eſt periculum ſuccumbendi C probabile.

*De obligat. offerẽdi in feſt.* ¶Conſuetudo offerendi à decem annis recepta, obligat ad offerendum in diebus feſtis: cui ſatis fit communiter quando maior pars populi offert. Neque tenetur ad talem oblationem non habens vnde offerat, quia ſatis eſt, ſi quod libitum ſibi fuerit offerat, niſi præſcriptum fuerit, quod offeratur certa quãtitas ſecũdũ Syluest. verbo, dominica. *Syluest.*

*Orare pro alio an ten.* ¶Licet teneamur orare pro eis, quos à lõginquo videmus ſe velle occidere, quia hæc mors eſt iniuſta: ſed non tenemur orare pro euitando mortem eorum, qui iuſte occiduntur à iuſtitia, cõtra obiectionem fratris Vincentij Iuſtiniani. Sicut poteſt iudex iuſte dã- D nare ad mortẽ etiã ſi ſciat aliquem ſua culpa occaſione inde ſumpta ſpiritualiter fore perdendum. ca. 13. nu. 19. ita Naua. docet.

## CAP. LIII.

*De pietate erga parentes.*

*Quid pietas.* PIetas eſt virtus ad colendum parentes, cognatos, patriã, & amicos, tanquàm principia quædam ſecundaria, quibus ſubſiſtimus. *Quid religio.* At vero religio virtus eſt, qua præbemus Deo cultum, vt principio, in quo

in quo ſumus, & in quo viuimus. Inſuper contra vulgares idem eſſe æſtimantes pietatem, & miſericordiam: aduertito pietatem longe differre à miſericordia: quia miſericordia eſt annexa charitati, ſed pietas eſt annexa iuſtitiæ, pietaſque etiam ſecundario inclinat ad honorandum filios, coniugeſque ad honorandum ſe inuicem.

*Differentia inter piet. & miſeric.*

*Quid obſeruantia.*

¶Præterea obſeruantia virtus quædam eſt annexa iuſtitiæ, qua veneramur viros in dignitate conſtitutos, vt principia non exiſtentiæ noſtræ, ſed gubernationis noſtræ. Vt vero religio antecedit pietatem: ita pietas obſeruantiam, licet religio, ſæpe pietatis nomine ſignificetur.

¶Quartum præceptum Decalogi, quod eſt primum ſecundæ tabulæ ſpectat ad opera pietatis, & ſecundario ad obſeruantiam: imo ad omnia opera charitatis proximo debita.

¶Pater obligare poteſt filium ad mortale; vt quando præcipit ei rem magni momēti, ſub eius poteſtate poſito. Atque verberare eos poteſt, licet non tàm ſeuerè eos deterrere. Quin vero & vxorem ex grauiſsima cauſa verberare poteſt maritus, quia eius eſt caput. Filioſque in ſacris conſtitutos ſi verberet pater non ex odio, & leuiter, non ideò incurret excommunicationem.

*Quid nomine parētum.*

¶Aduertendum inſuper eſt, quòd nomine parentum includuntur parentes, patria, amici, gubernatores, magiſtri, pædagogi, tutores, imo, & omnes proximi, qui ſpirituales noſtri cognati ſunt, & quia ab eodem parente Adamo deſcendentes, nos præceſſerunt. Sicut etiam ſecundum D. Thom. fratres etiam dicuntur ſanguine, cognatione, ſeu affinitate, patria, affectu natione, & amicitia. Et proximus dicitur quicunque infidelis, quia eſt capax beatitudinis, ſi velit conuerti. Hæreticumq; fratrem appellari poſſe etiam oſtendit D. Paulus dicens, Si quis frater ambulat inter vos. Infideles etiam pagani, licet non ſint membra eccleſiæ actu, ſed tamen membra Chriſti dici poſſunt, ſecundum D. Thom. non in actu, ſed in potentia, quæ fundatur in libertate eorum, ſi velint conuerti, & in ſufficientia paſsionis Chriſti, qui pro eis quoque paſſus eſt.

*S. Thom.*

¶Præceptum de diligēdo Deū, ſicut etiā præceptum de diligendo proximum, non numerantur inter præcepta Decalogi expreſſe, ſecundū D. Tho. Quia dilectio Dei eſt finis præceptorū Decalogi: ſicut præceptū fidei, & præceptum ſpei, ſunt præambula ſecundū D. Tho. ad præcepta Decalogi.

*D. Thom.*

A ¶Amor honeſtus proximi eſt duplex: alius eſt naturalis, & alius eſt ſupernaturalis idest, ex virtute infuſa charitatis. Amor etenim naturalis dicitur, quo bona naturalia proximo volumus. At ſupernaturalis amor dicitur, is, quo ſupernaturalia gratiam, & vitam æternam proximo volumus.

*Amor duplex natur. & ſupernat.*

¶Adhæc amor humanus diuiditur in amorem concupiſcentiæ, & amicitiæ amorem. Siquidem concupiſcentiæ amorem dicimus, quo proximum principaliter ad aliquod bonum noſtrum diligimus, non propter bonum proprium illius: ſed amor amicitiæ eſt, quo eum in ordine ad ſuum B commodum, vel voluptatem principaliter amamus.

*Amor amic. & concupiſcentiæ.*

¶Inſuper quamuis amoris ſupernaturalis proximi obiectū ſit ipſemet proximus: tamen obiectū formale, ſeu ratio talis amoris, ſeu cauſa, eſt ipſamet bonitas Dei ſuper omnia.

*Ratio amor. ſuper natur.*

¶Amor proximi ſupernaturalis, aut charitatiuus eſt ille, quo proximum in ordine ad communicationē beatitudinis, amamus: non ille quo bona ſolum naturalia illi volumus. Sed actus, ſeu amor naturalis, ſeu amicitiæ naturalis, ſicut quilibet ali⁹ actus virtutis, poteſt eſſe actus imperatus à charitate. C At raro contingit inter vulgares huius amoris charitatis vſus; inter Chriſtianos, inquàm vulgares; quia licet diligant amicos, vxores, & filios propter fines humanos, ſed non eo quod ſunt capaces beatitudinis. Imo nec magnates hoc cogitant, ſcilicet, quod pauperes pannoſos, & ſqualidos debeāt tantæ beatitudinis ſecum habere participes, & quòd Chriſtus præcipiat hunc ſupernaturalem amorem. Simul Paulus ait: Mutuam charitatem habete; quod eſt vinculum perfectionis.

*Quidam ſupernat.*

¶Præceptum de diligendo proximum, ſicut nos obligat in genere ne vllum inimi- D cū Dei, vel noſtrum, niſi iam perpetuo dānatum, à noſtra dilectione excludamus: ita etiam nos obligat, vt cum inimicus à no- 1 bis veniam petiuerit, illum diligamus, ſigna 2 ſpecialia amoris ei oſtendendo. Sed exiſtimo tunc in hoc caſu ſatis eſt, ſi illum amemus amore quodam naturali, & ſigna amoris naturalia ei exhibeamus. Obligatque nos, tertio hoc præceptum, in extrema neceſsitate animæ, verbi gratia, ſubuenire infanti, vel mente capto, ſine ſacramento baptiſmi iam iam morituris, vt baptizentur. Vel ſubuenire poſcenti auxiliū, vel conſilium à nobis, vbi veriſimile eſt eū aliàs cōdemnatum iri, ſi tali auxilio, vel conſilio ei non ſubueniamus. Et in hoc tertio caſu contra præceptum amoris ſupernaturalis, quia hic obligat, ageret qui taliter ſubuenire renueret: Sed non ageret contra hoc præceptum charitatis, ſeu amoris ſupernaturalis: qui in extrema neceſsitate vitæ corporalis, amore naturali tunc proximum diligeret. At aliud eſt in ſupernaturali neceſsitate animæ: cui nunquam niſi rariſsime contingit occurrere ſine virtuali, vel expreſſa dilectione charitatis ſupernaturalis.

*Ad quid oblig. præceptum dilect.*

*Caſus amoris, natur. vel ſupernat.*



¶Satisfacit præcepto de diligendo proximum ex charitate, qui extra ſtatum gratiæ illud implet putans ſe veriſimiliter in eo ſtatu gratiæ eſſe. Defendique poteſt nunquàm obligari quempiam ad adimplendum hoc præceptum de dilectione proximi in ſtatu gratiæ, ex ſpeciali amore charitatis: niſi cum neceſsitas adminiſtrandi ſacramentum extrema neceſsitate laboranti, vel alia ſimilis cauſa ad id obligat. Et quia quotidiana ſunt iſta, ideò memoriæ ſunt commendanda.

*Præceptū dilectionis ſi oblig. ex charitate ex gratia.*

¶Regula generalis, quàm à nemine alio fuiſſe traditam, ait Nauarr. eſt, ſcilicet, quod peccat nouo peccato, toties quoties, quis videt proximum conſtitutum in periculo patiendi aliquod notabile damnum, à quo non poteſt vel creditur non poſſe liberari, niſi per ſe illi ſubueniat, modo id præſtare poſſit abſque damno, quod vir prudens iudicaret ad excuſandum à ſubueniendo ſufficere.

*Regula de ſubueniendo proximò.*

*Nàuarr.*

¶Vnde falſum eſſe, & contra Sanctum Thomam exiſtimo eſſe apertè, aſſertum Soti de iuſtitia & iure, vbi aſſerit duò. Primum quòd perdere gratiam, aut minimam partem illius pro vita ſpirituali proximi, aut pro vita ſpirituali mundi non ſit licitum. In quo ei conſentio: Tùm quia hoc ſine peccato fieri nequit, vt quis amittat gratiam: tùm quia quoad bona animæ, ſcilicet, gratiam, & virtutes infuſas nō eſt pars reipublicæ. Ideo ſecundum Caiet. & Sotum pro republica, non licet exponere illa.

*Sotus cōtra D. Th.*

*Caietan.*

*Sotus.*

¶Tandem quod poſtremo addit Soto dicens, quòd licet ſupradicta expoſitio, ſeu amiſsio gratiæ ſit illicita, licitum eſt tamen eandem gratiam exponere periculo amittēdi illam pro ſalute ſpirituali proximi. Vt ſi quis certus eſſet de cōuertenda muliere proſtituta, ſi accederet ad perſuadendum illi viam ſalutis, poteſt, inquit accedere etiam ſi ex tali acceſſu immineat ſibi probabile periculum peccandi cum illa. Hoc inquam, falſum eſt, & contra Sanctum Thomā in quolibeto. 3. articulo. 9. Vbi ſic ait in ſolutione A ad tertium: Quòd homo contemnat bona temporalia propter bona ſpiritualia laudabile eſt, ſed quod aliquis periculis ſpiritualibus ſe exponat, eſt valde vituperandum. Vide ibi. Quare quando Moyſes fertur dixiſſe, Dele me de libro vitæ, aut ex perturbatione animi, ſine plena aduertentia mentis id dixit, aut certe, quia certus erat quòd non eſſet inde delendus, ideò dixit. At neque Paulus optauit anathema eſſe à Chriſto pro fratribus, niſi ad tempus, & hoc non quantum ad carentiam gratiæ, ſed tantum quoad præſentiam perſonalem; ſi opus eſſet ſaluti animæ fratrum.

*Sotus. Sotus refutatur. S. Thom.*

*Satis ſit obiectioni.*

B ¶Porrò ſecundum Diuum Thomam ordo charitatis exigit, vt primò Deus ametur, & ſe homo magis amet, quo ad animam, quàm proximum. Et tertio, quòd magis amet quis proximum, quoad animam proximi, quàm corpus proprium; & quòd magis diligendus eſt pater, vtpote qui principium eſt actiuum & formatiuum in noſtra generatione, quàm mater, cæteris paribus: quæ ſolum principium eſt paſsiuum, quia ſubminiſtrauit noſtri corporis materiam. Sicut etiam ex parte obiecti magis diligendus eſt pater, quàm filius; quia potiora bona puta honorem, & reuerentiam, magis tenemur C exhibere patribus, qui ſunt quædam principia noſtri. Licet ex parte ſubiecti ex maiori intenſione amoris, ſecundum Ariſtotelem magis diligantur filij, quam parentes, quia ſunt aliquid de ſubſtantia patris.

*D. Tho. Ordo charitatis.*

¶Parique ratione magis tenetur homo diligere parentem, quam vxorem ex parte obiecti. Etenim parentes (quia ſunt principia vitæ noſtræ) quoad maius bonum tenemur eos diligere, quam vxores. Licet ex parte ſubiecti, quia vxor ſit vna caro cum viro, magis poſsit diligi à viro, quàm pater; ideſt, intenſius poteſt quis vxorem amare, quàm patrem proprium.

*Ordo dilectio. inter patr. & vxor.*

D ¶Atque inter patris amorem, & matris, & patris, & filij, & vxoris, & patris, quia in ordine eos magis, vel minus amandi paruus eſt exceſſus, non eſſet mortale ſecūdum fratrem Petrum de Sotomaiore, ſiquis in extrema neceſsitate his conſtitutis, non poſſet omnibus ſubuenire, ſi potius ſubueniret matri, quàm patri, aut vxori, quàm patri, aut magis filio ſuo, quàm ſuo patri.

*Nota.*

*Soto maior.*

¶Similiter beneficiator noſter quo ad maius bonum, eſt à nobis diligendus, quàm per nos beneficijs affectus: licet à nobis beneficijs affectus, tanquàm factura noſtri magis à nobis poſsit diligi, quoad intenſionē amoris,

*De dilectio. benefactoris & beneficiat.*

ris, quam benefactor noſter cæteris paribus. Libet hic interſerere placita curioſa Iuniorũ Thomiſtarũ. Nam primò in hac materia ordinis charitatis aſſerunt, ꝙ quia charitas circa beatitudinem eſt communis: ideò 1 magis tenetur aliquis religioſus orare pro ſalutatione patris ſui, quàm prælati dummodo non deficiat in exercitijs ſui ſtatus ſpiritualibus, & ſpecialibus erga fratres, & patres 2 ſpirituales. Secundo aiunt quòd potius tenetur quis defendere à morte boni communis conſeruatorem, quàm patrem. 3 Tertio, quod vtilis reipublicæ non licite ab alio ſurripit panem, cum ſunt ambo in extrema neceſsitate: niſi rex præcipiat, vt det alius, ſicut neque hac ratione occidere Innocentem licet. Hæc libuit hic adnotaſſe, quia curioſa ſunt, & non offendent memoriam, quia valde ſunt compendioſa, & ad ordinem ſuccinctũ redacta.

*Placita Thomiſtarum circa ordin. dilectio.*

¶ Libuitque hic etiam poſtremo aduertiſſe, quòd licet nos teneamur magis diligere, quàm proximum in ſpiritualibus bonis, ſed non in bonis temporalibus. Quare vitã noſtram temporalem pro vita etiam temporali proximi licitè poſſumus exponere. Quia licet in hoc caſu licitè magis videamur diligere proximũ in corporalibus: magis tamen nos diligimus in ſpiritualibus: dũ pro amore Dei, qui hæc eſt præmiaturus, obſequium, & iacturam noſtræ vitæ, pro vita corporali proximi exponere dignamur. Quod tamen intelligimus, dum nos non ſimus valde neceſſarij reipublicæ, & ille proximus non ita: quia tunc pro bono reipublicæ ſi ſit neceſſe cura nobis habenda eſt noſtræ vitæ: alias maiorem charitatem nemo habet, quam, vt animam ſuam, ideſt vitam ponat quis pro amicis ſuis.

*De ordine dilectio. in ſpiritual. vel temporal.*

*Dilectio proximi in têporal. noſtræ præferr. poteſt.*

¶ Hinc intulit Sotus, ꝙ poteſt quis abſtinere à pane in extrema neceſsitate, vt eo ſubueniat proximo, eadem extrema neceſsitate famis laboranti, panem illi cedendo, licet ipſe dans periturus ſit fame. Non tamen ſecundum eundem Sotum contra Victoriam in ſua relectione de homicidio, licet in naufragio conſtituto, tabulam quam iam aſcendit, & in qua poteſt euadere cedere alteri in naufragio eodẽ periclitanti, vt euadat, quando ambo non poſſunt in ea euadere è naufragio, quia non poteſt alteri tabulam huiuſmodi cedere, niſi proijciendo ſe in mare, at proijcere ſe in mare eſt poſitiue ad ſuã mortem operari, quod nullatenus licet.

*Coroll. Soti.*

*De extre. neceſſ. vtriuſque. Sotus Victoriæ aduerſatur. Ratio*

¶ Si tamen antea debitor, vel vſurpator alieni aliquis, videat ſe poſtea, & ſuum creditorem in extrema neceſsitate conſtitutos, ſi vnus eorum periclitaturus ſit, ſi ex bonis debitis illis non ſubueniatur, poteſt potius ſubuenire ſibi, aut ſuæ vxori, aut patri, aut filijs ſuis extreme laborãtibus, quia pro ſua perſona reputantur, quam ſuo creditori; etiam iacturam vitæ paſſuro, quando omnibus nequit proſpicere. Secus eſt, ſi pro illo tunc, ſe, & ſuis prædictis parentibus, filijs, vxore in extremis laborantibus ſimul cum hæc bona poſsidẽte, hæc bona ab eo vi tolleret vt ſibi ſuiſq; prædictis ſubueniret. Quia tunc cum periculo vitæ, & ſuorum, teneretur ſuo domino illa bona reſtituere, quia in eadem extrema neceſsitate, melior eſt conditio domini, & poſſeſſoris pro tunc, quàm vi ab illo rapientis talia bona.

*De debitore & creditore ... trem. ... tibus.*

# CAP. LIIII.

*De eadem pietate.*

FAmuli contra heros, & vxor contra maritum, & filij contra parentes, & econuerſo peccando, peccant contra hoc præceptũ de honorando parentes.

¶ Circunſtantia neceſſario confitenda, eſt graue odium erga parentes, vel damnum illis illatum à filijs. Quare etiam ſecundũ Sotum circunſtantia peccati carnalis commiſſi cum matre explicanda eſt à filio, etiam cũ iactura aliquali æſtimationis, quam patietur mater apud confeſſorem, quando non occurrit alius confeſſor, niſi cognoſcens matrem. Circũſtantia quoque ſecundum Cordubam de iniuria graui, vel infamia illata prælato ſimiliter etiam in confeſſione explicanda eſt, etiam cum prædicta iactura: quando aliter fieri non poteſt, vbi talis infamia de prælato, vel parente fuit vera de peccato infami ſecreto.

*Circũſtãtia ... vel inceſtus. Sotus*

*Cordub.*

¶ At vero idem ait Corduba de caſibus cõſcient. q. 14. ſi filius vel famulus à patre, vel hero furatur aliquid notabile, vel murmurat de eis notabiliter infamando peccat. Et qui, licet non odiat parentes, toruo illos ſemper intuetur aſpectu, & ita eis aſpere loquitur, ac ſi eos odio haberet: & ſecundum Armillam, quãdo in nullo curat eis placere, vel cõſolari, alias deſolatos etiam abſentes, vel præſentes verbo, vel literis, vel aliter: cum facile poſsit eis in hoc præſertim morem gerere.

*De filio vel famulo. Cordub.*

¶ Peccant mortaliter filij nõ obediendo parẽtibus in re graui, circa gubernationẽ domus,

*De filijs inobed.*



mus veluti familiaris, niſi faciant ex incogitantia, vel ex inaduertentia, abſque contemptu, aut obſtinatione. Sed in alijs non peccant, ita mortaliter ſecundum Syluest. Similiter peccant, ſi tales filij non obediant parẽtibus quoad bonos mores: ſed potius malã ſocietatem, meretrices, ludúſque ſequuntur contra præceptum patris.

*Syluest.*

¶ Idem ſi filij parentes leuiter etiam percutiant, vel contumelijs eos afficiant, vt meritò ad iracundiam notabilem eos prouocet: vel ſi maledicant parentibus ex animo, peccant mortaliter. Sicut qui eos accuſant criminis, niſi ſit hæreſis, aut proditionis: quando non eſt certiſsimus filius, quòd talem patrem de his criminibus hæreſis, aut proditionis, ſecreto emendabit, vt alibi docet Nauarrus. Peccat quoque mortaliter filius ille, qui ita proprios contemnit parentes: vt loco contumeliæ æſtimet pro filio illorum haberi. Secus ſi ſine contemptu faceret ad fugiendum ſuum incommodum, vel parentũ, maxime parentibus tacitè conſentientibus. Ita Nauarrus diſtinctè pariter & diſerte. capit. 14. num. 12. & 13.

*De filijs male afficient. parent.*

*Nauar.*

¶ Peccat filius non ſubueniens patribus ſuis in neceſsitate magna, ſi id commodè facere poteſt: eſto poſsit ſibi pater ſubuenire arte, ſi illa ars ſuo ſtatui eſt indecens. Quia etiam in hoc caſu pater filio ſubuenire tenetur.

*De ſubuẽtio. parẽt.*

¶ Peccatque filius, ſi relictis parentibus ſuis conſtitutis in extrema neceſsitate, ingrediatur religionem: vel etiam ſi iam ſit profeſſus, ſi non egrediatur ad ſubueniendum illis in hac extrema neceſsitate laborantibus, quando aliter intra ſuam religionẽ manens, illis ſubuenire non poſſet, ſi egrediẽdo poſſet. Imo peccaret ſi ingrederetur religionẽ, quando parentum grauis, licet non extrema neceſsitas filiũ obligaret ad parentibus ſubueniendum, niſi ſecundum D. Thom. in quolibet. alias ſalus animæ filij, periclitaretur ſi remaneret in ſeculo.

*De ſubuẽtio. parẽt.*

*D.Thom.*

¶ Sed in hoc caſu grauis neceſsitatis, iam profeſſus ſalua obedientia, & ſtatu religionis, debet eis pro viribus ſubuenire, ſecundũ Caiet. ſic conciliantem duas opiniones, ſcilicet, ſancti Thomæ & Nicolai de Lira Matthæi 15. Sed nota valdè cũ Nauarro, ꝙ ſi talis neceſsitas grauis patris præceſsit ingreſſum religionis, & non egrediendo nõ poſſet patri ſubuenire, ſed egrediendo poſſet, teneretur egredi, quia iſtud debitum præceſsit contra Caiet. hoc non tangente. Ita frater Anto. Cord. & fr. Ioſeph. hic in hoc fere conueniũt, & parũ differũt. Niſi, ꝙ iſte frater Ioſephus cõtra Cordu. affirmat ꝙ iſte filius, ꝑpter extremam neceſsitatem patris: cum iam eſt profeſſus non deobligatur à voto paupertatis, ſed ab obedientia tantum pro tunc temporis quando aliter ſubuenire nequit. Additq; ibi, quòd pro ſubueniendo graui neceſsitati patris, poteſt recedere filius iam profeſſus à religione, eſtque probabilis opinio. Sed tamen hoc eſſe videtur contra Sanctum Thomam dicentem, ꝙ ſaluo ſtatu religionis, & obedientia tenetur in hoc caſu patri ſubuenire. Licet forte poſsit limitari, ꝙ opinio fratris Ioſephi dicatur eſſe probabilis eo ſolo caſu, quo ait Nauarrus, quando iſtud, ſcilicet, debitum præceſsit ingreſſum, quia neceſsitas grauis patris præceſſerat.

*An profeſſus teneatur egredi pro ſubueniendo patri. Caietan. D.Thom. Lira, Nauar. Cord. frat. Ioſeph.*

*D.Thom.*

*Limitatur fr. Ioſeph.*

¶ Corduba tamen in tractatu de caſibus cõſcientię quæſt. 141. in tertio puncto quartæ opinionis ſatis probabiliter ait, quòd ſi in iſto caſu grauis neceſsitatis patris, prælatus licentiam negat filio iam religioſo humiliter petenti eam, non obſtante quòd ſub præcepto, vel ſub ſententia excommunicationis patri ſubuenire prohibeatur, tenetur, & poteſt vijs nõ prohibitis per ſuam regulam ſtatum, & profeſsionem, ſecreto ſine ſcandalo patri ſubuenire: ſicut de licentia prælati poſſet facere, dum non faciat contra regulam, & profeſsionem. Vnde frater minor ad hunc finem non poterit recipere pecunias, neq; exire à monaſterio contra voluntatem prælati? quia cederet in ſcandalum. Neque hæc limitatio eſt contra Diuum Thomam: imo videtur ad mentem eius. Quia ſecundum Diuum Thom. non tenetur ſubditus obedire prælato in mandato iniuſto, quale eſt præcipere, ne ſubueniat religioſus patri ſuo in graui neceſsitate, ſalua regula, & ſtatu regulari & obedientia regulæ.

*Cordub.*

*D.Thom.*

¶ Peccat filius, ſi contra præceptum patris ſe minime dignam vxorem accipit: aut ſi non accipit quam præcipit pater, quando talem ſe accipere neceſſarium eſt, ad inimicitias periculoſiſsimas ſopiendas.

*De filio inobediente circa matrimo.*

¶ Aduerte quid ad hæc ſatis cordatè Corduba in additionibus ad tractatũ de caſibus addat quæſt. 171. vbi ait: Filij, vel filiæ nondum attingentes 25. annum, peccant regulariter mortaliter, ſi contra voluntatem parentum nubant. Quia hoc pertinet ad bonã gubernationem domus, & quia incũbit parenti locare filias iuxta illud Eccleſiaſtici 7. Da filiam tuam prudenti. Et 1. ad Corinth. Qui filiam locat, bene facit. Secus eſt quando eſt cauſa nubendi, quia tranſit tempus, nec pa-

*Cordub.*

*De inobedien. circa matrim.*

tres curant de matrimonio filiarum: vel quia fauent alijs filijs: vel ex cupiditate nolũt eas locare, quibus ipſæ volunt, & eas decet: vel quando eas cogunt nubere cum eis, quos odiunt, vel ſi eis non expedit, nec ſuæ conſcientiæ, aut quieti congruit: quia eſt deformis maritus, vel impetuoſus, vel infirmus, vel claudus.

*De filia nubente inſcio patre.*
*Felin. Decius.*
*Cordub.*

¶ Secũdum opinionem communẽ, quam ſequitur Felinus, & Decius, filia non poteſt exhæredari, etiam ſi indignum accipiat coniugem contra voluntatem patris, & multo minus ſi acceperit dignum.

*Couarru. Nauarr. & Cordu. cõtra Sotũ*
*Albornot.*

¶ Sed aduertito, Corduba quid in additionibus quæſt. 171. hic adnotauerit, ſcilicet, ꝙ hanc opinionem communem Felini, & Decij, tenet Couarruuias, & Nauarrus, & Corduba ibi contra Sotum adducentẽ pro ſe legem Hiſpaniæ. Et tandem ibi Corduba concludit, cum Albornocio in ſua arte de contractibus lib. 4. titul. 8. fol. 16. quòd leges Hiſpaniæ poſt Concilium Tridentinum hoc prohibentes non valent: quia loquũtur quã do contrahunt filij, vel filiæ matrimonium clandeſtinũ ſine conſenſu patris, & iam poſt Concilium Tridentinũ nullum eſt tale matrimonium clandeſtinum, quia iam non fit ſine curato, & teſtibus. Et hanc antea tenuerant antiqui cum modernis Victoria Syluester, Veracruce, ſcilicet, quòd nõ poterat pater filiã clam nubentem exhæredare. Et hoc certius tenetur ait Corduba poſt Concil. Tridentinum, licet antea eſſet res in dubio, & in opinione. Ideo cum communi teneo, maximè poſt Concil. Trident. quòd ideo filia nequeat exhæredari, teneturque filia ſtare pactis patris de ſuo matrimonio paciſcẽtis, niſi ſubſit cauſa rationabilis recuſandi: ſed in nullo caſu cogi poteſt ad matrimonium.

*Victoria, Sylueſ. Veracruce.*

*D. Thom.*

¶ Secundum D. Thom. quodlibet. 6. arti. 14. excuſatur filius, ſi aliquantulum prolatet impletionem legatorum piorum defuncti parentis pro eius anima, quando ideò impletionem huiuſmodi prorogauit tempore exiguo ea intentione, vt bona defuncti, melius venderentur ad copioſiores eleemoſynas erogandas: quanuis huiuſmodi intentio non ſufficeret ad rem diutius differendam.

*De executio. legatorum.*

¶ Tenetur pater ſi non ſit excuſatus paupertate, vel alia rationabili cauſa prouidere filijs in neceſsitatibus ſpiritualibus, & temporalibus. ¶ Filiumque vſque ad triennium tenetur alere mater, & poſt triẽnium filium alere incumbit patri: niſi pater ſit pauper: vel, niſi filio ſint bona, aut ars aut officium decens, quo poſsit ſe alere; vel, niſi adeo ſit ingratus, & criminoſus, vt ſecundùm iura exhæredari mereatur.

*Alendus filius.*

¶ Pater quoque ſecundùm Cordub. filiæ ſpuriæ, quam recognoſcere debet ſuam, tenetur de alimentis prouidere, atq; etiam de dote (ceſſante inſtantia fiſci.) Hoc ipſum aſſerit hic Nauarrus, patrem etiam filias ſpurias, ad dotandum teneri. In cuius rei gratiã textum ſingularem citat cap. cum haberetur de eo, qui duxit, ſecundum Panormit. ibidẽ, & ſecundum Decium & Waldenſem.

*Filia ſpuria alẽda. Cordub.*
*Nauar.*
*Panor. Decius.*

¶ Peccant inſuper parentes, ſi filios poſt emiſſa vota continentiæ in ætate deliberandi, vi, vel dolo, reuocant ab impletione eorum, vel conſulunt, vel cogunt eos tunc ad coniugium eligendum. Quia & Concil. Triden. Seſs. 25. cap. 8. excommunicat cuiuſcunque conditionis perſonas, qui cogunt quancunque mulierem inuitam, niſi in caſibus iure permiſsis ad ingreſſum monaſterij, vel ſuſceptionem habitus cuiuſcunque religionis, vel ad profeſsionem: & qui ſcientes ad hoc, conſilium, vel auxiliũ dederint, vel his actibus præſentiam, vel authoritatem, vel conſenſum interpoſuerint. Similiter excommunicat eos, qui ſine iuſta cauſa ſanctarum virginum, vel aliarum mulierum, voluntatem veli accipiendi, vel voti emittendi quoque, quoquomodo impedierint: non reſeruatur iſta excommunicatio.

*De parent. impedien. vot. fil.*
*Conci. Triden. excommu.*

¶ Peccant parentes, ſi permittant, inter filiam deſponſatam de futuro tantum, & inter eius ſponſum tactus impudicos: ſed bene poſſunt permittere inter eos oſcula, & amplexus, quia eis licet etiam ſine delectationem capiendi ex eis. Licet hanc ſententiam quæ eſt hic Nauarri, & Caietani, refutet Pedraça in ſua ſumma tanquam nouum inuentum Caietani: ſed ego eam nõ auſim ſic damnare. Sed aduertant parentes, quòd quia in ſecretis ſolent tales ſponſi vti talibus tactibus impudicis, abſque arbitris: ideo non debent eis permittere, vt ſoli ſecreto conuerſentur.

*Aduertẽtia parentum.*
*Naua. Caietan. Pedraça Caiet. diſſentit.*

¶ Peccat mortaliter, ſi atrociter percutiat vir aut verberet vxorem, quia nec ſic ſeruũ cædere debet. ff. de his qui ſunt ſui. l. 1. peccat inſuper dicendo vxori, verbum aptum ad infamandam, ſi ſequatur infamia, aut periculum probabile eius, licet ſine animo infamandi, vel iniuriandi ei dixerit. Sicut pari ratione peccat vxor, quæ marito notabiliter inobedientẽ ſe exhibet in pertinentibus ad bonos mores, & regimen domus, & familiæ.

*De viro erga vxor. ff. de his qui.*

¶ Vxor inſuper tenetur ſequi virum migrantem alio, niſi præceſſerit oppoſitum pa-

*De vxore erga viru.*

ſtum



ctum inter eos, quo pacto ſtante non tenetur eum ſequi: niſi ſucceſſerit iuſta neceſsitas morbi, vel inimicitiæ capitalis. Sed maritum vagabundum, ex honeſta cauſa, non tenetur ſequi, ſi tempore matrimonij non ſolebat vagari, vel ſi talem morem vagandi ipſa ignorabat. At maritum vagantem ex inhoneſta cauſa, vel cum periculo mortis, & animæ ſequi non tenetur.

*De inobedietia vxoris.*

¶ Poſtremo peccat vxor ſciens, aut ſcire debens quòd litigijs, aut iracundia ſua, prouocat maritum ad blaſphemiã, niſi ſe ipſam reprimat, & quæ etiam ex contemptu mariti, non præſtat ei debitam ſubiectionem in iuſto præcepto, quale eſt vt ſuperflua, & vana, moreſque incompoſitos exuat. Dixi, ſi contemnit, quia ſine cõtemptu non ſemper præceptum mariti obligat ad mortale, licet aliquando ſic.

# CAPVT. LV.

*De obligatione dominorum erga ſeruos.*

*Negligentia dominorũ circa famulos.*

AD hæc peccat dominus, vel herus, & quidem mortaliter: quia ſecundum Diuum Paulum, infidelis eſt, & infideli deterior: ſi notabiliter ſit negligens circa famulorũ, ſeruorumque conſcientiam, vt, puta ne aſſueſcant iurare: vt Chriſtiane viuant, Dei præcepta cuſtodiant: confiteantur, & communicent: miſſam audiant: vel ſi eis notabiliter negligant procurare confirmationem, extremam vnctionem.

*Quæſtio. An famuli mali relinquendi.*

¶ Sed an teneatur herus ablegare famulos malè viuentes dubitatur. At reſpondetur: Tenetur quidem expellere, niſi credat à domo expulſos deteriores futuros: quia tũc ſatis eſt, ſi vt melius poterit ſaluti animæ eorum prouideat. Ita Nauarrus.

*Nauar.*
*Nauar. Sotus.*

¶ Sed quia Nauarrus non tantopere hic ſe explicat, vide Sotum membro. 2. de correctione quæſt. 3. concluſ. 4. Vbi ſecundũ Auguſti. tenetur, inquit, epiſcopus, qui parens ſpiritualis eſt corrigere plebem. Nam, vt antea Sotus eodem membro. 2. quæſt. 2. concluſione. 3. aſſerit, prelatus, qui poſſet plebẽ ſuam à leuibus iuramentis purgare, aut ab alijs conſuetudinibus peccandi venialiter, teneretur id facere ſub reatu mortali. Quia iſta etiam venialia quando ſunt frequentia in republica licet notabile damnum non inuehãt in ſingulos: tamen magni momenti eſt, illa extirpare, quia notabile damnum publicum in communi inferunt, quod prælatus ex officio ſub mortali tenetur vitare. Quod ſi verũ eſt, heu quis principatum, & prælatiam deſiderat, niſi qui, vt ait D. Chryſoſto. iudiciũ Dei non timet? Teneturque epiſcopus non ſolum ſermonibus generalibus, ſed etiam exhortationibus particularibus plebem ſuã ſuper his exhortari, vt ait Sotus de iuſtitia & iure.

*De oblig. epiſcopi.*
*Sotus.*

¶ Additque Sotus cõcluſione 3. quæſtionis tertiæ, memb. 2. de detegendo ſecr. quòd paterfamilias domum, maritus vxorem, prætor, prouinciam. Rex regnum corripere tenetur. Et loquitur, inquit D. Auguſtinus de correctione fraterna. Nam paterfamilias nõ poteſt corripere familiam, nec vxorem, nec filios correctione iudiciali, & coerciua: quia non poteſt infligere pœnas legis. Quare nõ tenetur arcere ſeruum à concubina expellendo eum domo, niſi forte propter ſcandalum. Ita Sotus ibi. Quod videtur contra Nauarrum. Cuius dictum, quia largius loquitur, ego limitarem. Primo, quòd iſtud dictũ Soti habet verum, dum modo concubinam ſerui in domo ſua non teneat hoc fine, ne ſeruus fugiat: quia hoc nullatenus licet. Et dũ, vt ipſe ait, non ſequatur ſcandalum, ex tali permiſsione, qua extra ſinit ſeruum ſuũ concubinam habere. Sed dum cauſa aliàs vitandi grauis damni, ne defraudetur ſuo ſeruo, aut ne deterior fiat fugiendo, concubinam extra eum habere ſinit, quia commodè id vitare nequit, nõ ñ peccat herus mortaliter.

*Sotus.*
*De oblig. ſuperiorũ.*
*Sotus contra Nau. limitatur.*

¶ Etiam hic Sotus ait, non peccare quoq; patremfamilias, ſi non compellat familiam ad ieiunia eccleſiæ. Quia tantum tenetur eam fraternaliter corripere, maiori tamen diligentia, quam extraneos. Quam ſententiam Soti ego quoque cum Victoria limito eſſe veram, quando alias filij, & ſerui etiam potentes ieiunare, & ſi id prohibeat paterfamilias, non ieiunabunt, ſed clanculum quæritabunt ientacula & cœnam, vel ab extraneis hæc mendicabunt, conquerentes foris de patrisfamiliæ miſeria, improperantes ei, quòd enecat eos fame.

*Sotus de obligat. patrisfamil.*
*Victoria Sotus limitatur.*

¶ Accedit ad hoc, quòd ſecundùm Sotum de iuſtitia & iure lib. 1. quæſt. 6. arti. 4. ad 2. argumentum, paterfamilias poteſt obligare liberos, imò & vxorem ad mortale in rebus eximij ponderis. An verò famulos, reliquãq; familiam, ſic per ſuum præceptum poſsit paterfamilias ad mortale obligare, non facilè crediderim poſſe, ait Sotus. Cui ego accedo. Nam & Victoria in Relectione de poteſtate ciuili. in fine illius, non meminit aliquid de

*An pater poſsit obligar. famil. Sotus.*
*Victoria.*





hac

A hac obligatione, an poſsit obligare famulos ad mortale: cum teneat cum Soto, q̃ poſsit obligare filios, & vxorem ad mortale.

*Temperament. Victoriæ.* ¶ Sed adhibet Victoria contemperamentum, ſcilicet, quòd tales patres familias non ſemper volunt exigere meritum obedientiæ, hoc eſt, vt debitum obedientiæ id non præcipiunt. Sicut neque ſemper exigentes debitum ab vxoribus, non id petunt, vt debitum iuſtitiæ volentes obligare vxores ad id ſub mortali: ſed ita præcipiendo, vel exigendo ſuam volunt ſignificare voluntatem. Quando vero vxorem non reddere debitum viro poſcenti ſit peccatum mortale, poſtea ſuo loco ſumus dicturi, ne anteuertamus materias. B

*Superiores venerandi.* ¶ Etiam diſcholis ſuperioribus debitus honos eſt impendendus: eſtque illis debitus debito non ſolum morali, ſed debito legali illis debetur impenſio honoris à ſubditis, ſecundùm Diuum Thomam, *D.Thom.* quare ad impendendum illis debitum honorẽ, ſubditi poſſunt compelli. Quia etſi prælati vitioſi publicè careant fama, ſed non ideò denegandus eſt illis honos, & reuerentia, contra Lutheranos. *Differentia inter famam & honor.* Quia aliud eſt honor, & aliud eſt fama. Nam famam habere non poteſt, niſi qui ſit virtuoſus, ſeu potius ſtudioſus. At honor licet debeatur virtuti: ſed quia teſtimonium C excellentiæ eſt, exhibendus eſt etiam præpoſitis diſcholis (vt ait Paulus:) *D.Paulus.* quia in excellentiori quodam loco & eminentiori poteſtate ſunt conſtituti. Quam quia non amittunt ipſo facto propter peccatum, niſi conuicti tali poteſtate expolientur, ideò regulariter illis debetur honos, & reuerentia. *Differentia inter honorẽ & reuerẽtiã.* Quæ quidem reuerentia, in hoc differt ab honore, ſcilicet, quòd reuerentiam ſolum exhibemus maioribus. Non enim Rex reueretur ſe inferiores, ſed bene dicitur eos honorare, quia honos etiam inferioribus ab ſuperioribus, poteſt exhiberi. Recole hæc, *D.Thom.* quia ſunt curioſa, & ex doctrina Diui Thomæ ſecunda ſecundæ, excerpta. D

*Nauarrus limitatur.* ¶ Et peccat mortaliter ſecundũ Nauarrũ, qui nõ obedit ſuis ſuperioribus, vt non obediat. *Caietan.* Quod libet limitare cũ Caiet. ſcilicet, q̃ intelligatur, q̃ peccat mortaliter, qui nõ obedit, vt non obediat ſuperiori, qñ vt non obediat generaliter, vel in re graui facit. Sed tamen, ſicut ſecundũ Caietanum, qui contemnit tantum mandatum ſuperioris, in aliquo minimo, alias paratus reuereri mandata eius in omnibus alijs non peccat mortaliter: ſic cenſeo ego, q̃ non obediens ſuperiori, vt nõ obediat in re tantum minima, paratus aliàs in omnibus alijs reuerenter obedire, nõ peccabit tũc mortaliter.

## CAPVT LVI.

### *De obligatione erga proximos.*

*De oblig. amoris naturæ.* VLTRA hæc notatu opus eſt: quòd obligat ſub mortali præceptum de amore naturali, pro eo tempore, quo proximus in extrema neceſsitate tali amore, & auxilio indiget. Nec inepte inſerimus hic, quod Nauarrus in ſuis additionibus ait, *Nauar.* ſcilicet quod Diues Valliſoletanus, non tenetur mittere ſuperflua patientibus extremam neceſsitatem Galiciæ ſub mortali. *Abſentibus ad ſubueniendum … [illegible]* Vnde videtur elici ſubſequenter, quòd neque religioſi particulares non tenentur tranſnatare mare ad remotos Indos conuertendos, *Coroll. De ducendis Indis.* quanuis ſubſit ſpes eorum cõuerſionis. Nam cura conuerſionis orbis magis principaliter ſpectat ad Papam, cæteroſque prælatos ſuccedentes Apoſtolis, id eſt, ad epiſcopos, qui bus præcipuè indicit munus prædicandi Euangelium.

*Quæſtio. An religioſi tenentur ire ad Indos.* ¶ At an prælati ordinum, ſcilicet, generales, poſsint religioſos ſibi ſubditos, ab Hiſpania ad Indicas regiones, tranſmarinaſque, deſtinare præcepto ad id ſub mortali obligando, nempe vt pro conuertendis Indis ad Indos tranſnauigent, non eſt res tam facilis diffinitu. Et licet pro parte affirmatiua veriſimiles rationes adducere poſſem: tamen breuitatis gratia, tandem hic cũ Soto in de de tegendo ſecreto, membro. 3. quæſt. 2. concluſione 1. concludo, *Sotus.* quòd quia ſubditum religioſum extorrem à ſuo regno naturali, vbi ſuſcepit habitum, tam longum mare tranſnatare, & inter gentes barbaras commorari, res moleſtiſsima eſt nimis, & difficilis, & nõ magno periculo etiam ſpirituali vacans: ideo ad huiuſmodi iter non poteſt à prælatis obligari capeſſendum.

*Sententia Soti, circa obedient.* ¶ Sic etiam ibi ait Sotus: Si enim mihi prælatus præciperet longum iter, aut rem difficilem, dubiumque eſſet mihi ius præcipiendi, non tenerer ſtatim parere. Quod confirmatur ex ſententia D.Thom. exponẽtis Magiſtrũ in 4. diſtinct. 36. elicita ex 29. quæſt. 2. cap. ſi quis ingenuus. *D.Thom. 29.q.2.* vbi ex caſu iſtius textus colligitur, quod ingenuus, qui ignoranter contraxit cum ſerua in dubio, an ſit ſerua, etiam ad præceptum eccleſiæ, non tenetur ei reddere debitum. Quia ſi affectu maritali detur, quia aliter debitum illi licitè non poteſt dare, præiudicium ſibi parat, eò q̃ initus



nitus conſummat matrimonium cum ſerua. A Ecce iſtinc quomodo nemo cõſtringitur parere in re dubia, cum graui ſuo detrimento, quanuis opus, quod præcipitur ſit tutum. Ita *Metin.* Metina. prima ſecundæ, vide in indice, verbo dubium, huic ſubſcribit ſententiæ frater An- *Cordu.* tonius Cordubenſ. in ſuo quæſtionario lib. 3. quæſtione. 6. Vbi hanc propoſitionem Soti ſtatuit, quod in dubio vtrum prælatus aliquid nobis præcipere poſsit, necne, licet ſit licitum, tunc tenemur obedire, niſi inde nobis, vel alteri periculum, aut notabile præiudicium, aut ſpirituale aut temporale in perſona, rebus, vel honore immineat. Quia neque ipſe homo per votum obedientiæ intendit ſe B obligare, vel obligari ad valde difficilia vltra communem aliorum ſui ſtatus obligationẽ, niſi ſpecialiter aliquo iure, vel voto aliqui ad ea obligentur. Quod dico propter aliquos religioſos, quales ego credo eſſe minores, qui ex voto ad multa difficillima obligãtur. *Vſus ordinis præd.* Hãc noſtram ſententiã vſus huc vſq; in noſtra religione prædicatorũ receptus confirmat, vbi nullus hactenus (niſi forte me lateat) vnus, aut alter religioſus, miſſus eſt ad Indos, præcepto aſtrictus, niſi prius conſentiens. *Profeſsio Societ. Ieſu.* Cõfirmat quoq; & hãc noſtrã ſententiã nouus modus vouẽdi, deuotę Societatis Ieſu fratrũ, qui has ſibi ſimiles lõginquas peregrinationes, C valdeq; difficiles ſibi iniũgẽdas à prælatis, ſubituros ꝓfitẽtur: nec refutaturos eas Quaſi inſinuãtes per hoc, q̃ ſi eas nõ ſpecialiter vouiſſent, quaſi nimis difficiles, eas recuſare potuiſſent. *Quæſtio. Religioſ. an epiſcopus fier. inuitus.* ¶ Iã iſtinc patere incipit, quid ſit, quod veriſimilius ad illã quæſtionẽ reſpõderi poſsit, de qua fui rogatus à doctiſsimo valdeq; ſtudioſiſsimo patreq; mihi colẽdiſsimo fratre Didaco de Chaues, nũc confeſſore regio, vtrũ pręcepto prouincialis, aut generaliſsimi Magiſtri, poſsit religioſus eis ſubdit' aſtringi inuitus, ad ſuſcipiẽdũ, acceptãdũq; *Reſpond.* epiſcopatũ. Ad quã negatiuè reſpõdi, poſtquã omnes rationes in pro & cõtra ſum rima- D tus: quas cauſa breuitatis omitto. Placuitq; magis hæc mea negatiua ſentẽtia prędicto tã egregio patri, ſcilicet, q̃ talis religioſus, ad acceptandũ Epiſcopatũ à nullo inferiore pręlato, præterquã à Papa, cui ſecundũ Sylu. incũ- *Sylu.* bit cura vniuerſalis boni cõmunis poſsit cõpelli. *D. Bern.* Nã alias D. Bernar. axioma cõmune iã eſt, quòd votũ meũ nõ adaugeat prelatus, ſicut valde adaugetur cũ per acceptationẽ epiſcopatus, ad altioris perfectiõis obligationẽ & extra ordinẽ religioſus inuitus trahitur.

*Quæſtio.* ¶ At quia hæc quæſtio ſicut catena catenã alteram annectit, de qua ab aliquibus religioſis ſcrupulizantibus aliquoties, ſum rogitatus, ſcilicet, an ad hũc modum viuendi inter Indos, vbi religioſi funguntur officio curatorũ poſsint religioſi præcepto ſuperiorũ inuiti aſtringi, ſcilicet, ad hoc munus ſuſcipiendum oportet hic eã aliquãtiſper, cõtrouertamus. *Modus viuendi religioſ. inter Indos.* Quia ſcrupulizãtes inquiunt, modus hic viuẽdi inter Indos longe diſſonus eſt à noſtra profeſsione, imo à noſtra ſacra cõſtitutione abhorret, quia beneficia curata annecti monaſterijs prohibet, & curatus officiũ ſuſcipere interdicit. Sed dico in hac quæſtione non expedit ſapere pluſquã oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem.

*Reſp.* ¶ Quia primò cõſtat cũ ex breui cõceſſo à Pio V. intercedẽte rege Philippo religioſis cõcedatur, poſſe fungi officio curatus inter Indos, nihil peccare huiuſmodi religioſos in ſuã cõſtitutionẽ. Quia eſto id cõtra cõſtitutionẽ eſſet, in hoc per Papã diſpenſantur.

*Probatio.* ¶ Quod autem ad id muneris ſuſcipiendũ poſsint præcepto aſtringi à ſuis prælatis ex eo ſit probabile, quod iam eſt vſu receptum vt in actibus capitulorũ ſub præcepto vicarijs Indorum ibi præfectis hęc acceptare officia iniũgatur. *Nurueña. Obiectio.* Nec obſtat vt Nurueña, & alij bene ſentientes opinãtur, quod religioſi ad hæc officia adminiſtrationis ſacramentorum inter Indos, obligatione ſtrictiori, quã charitatis, nempe obligatione iuſtitiæ teneantur, prout multis rationibus, quas gratia breuitatis omittimus poſſemus hic probare. *Satis fit obiectioni.* Quia etiam ad hęc munera de iuſtitia ſubeunda videtur, prælati poſsint ſubditos obligare. Primo, quia ſibi de iuſtitia, & nõ ſolũ ex charitate religioſi obedire tenẽtur. Secũdo, quia ꝑ hoc nõ ſubeunt niſi onera religioſa, & intra ordinem conformia ſtatuit Dñicanõ, qui ordo eſt inſtitutus pro vacãdo ſaluti animarũ. Sicut enim prælatus Salmanticẽſis, Pariſienſis, Bononien. poteſt obligare magiſtros promotos, ad legẽdam Theologiã in Vniuerſitatibus ſecularium, vbi ꝓpter ſtipẽdia accipienda, Cathedratici hæc munera legẽdi tenẽtur pręſtare ex iuſtitia, vt ſub tali obligatione iuſtitiæ ea officia Cathedræ acceptent: ſic etiã in hoc caſu. ¶ Imo videtur etiam ſubditũ ad prædicandũ ſigulis annis in quadrageſima in ſignibus ciuitatibus pro pacto ſubuẽtionis, quã pauperi monaſterio, capitula ciuitatum obligant ſe perſoluere, poſſe pręlatũ ex iuſtitia obligare. Ita ergo hic poſsũt prælati inter Indos, ſubditos ad hęc munera ex iuſtitia ſubeũda deſtinare, ſicut de facto de iuſtitia ea ſubeũt cũ ſtipẽdiũ accipiãt ꝑ hoc anticipatũ quo clerici cõtentarẽtur, ſi vellemus eis ce-

dere Indorum curam. Et quia curam hanc præoccupantes Indorum, in cauſa ſumus ꝙ miniſtri ſacerdotes laici, qui erant præficiendi inter Indos, vt miniſtri ex iuſtitia, non præficiantur.

*De offici. religioſ. inter Indos.* ¶Igitur tandem concludamus hoc officio inter Indos exercito à religioſis, ſi eo modo, quo debet, fiat, nihil eſt laborioſius, nihil perículoſius, vel difficilius: ſed etiam nihil felicius, & beatius, ſi diligentia charitateque *Conditiones miniſt. Indorum.* Chriſto Domino, & animabus per ipſum redemptis debita, & ſingulati exemplo vitæ, ſine nota auaritiæ, impatientiæ, vel inhoneſtatis geratur inter Indos.

*Anima firmius amãda.* ¶Firmius vnuſquiſque ſuam animã amare debet: quam quamlibet aliam creaturam: ſed non eſt neceſſe feruentius, aut intenſius eam amet. *Probatur.* Patet primum ex ore Domini dicentis: Quid prodeſt homini, ſi totum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimẽtum patiatur? aut quam commutationem dabit quis pro anima ſua? *Sotus. Dolor appretiatiue maior.* Vnde ſecundum Sotum magis debet dolere quis appreciatiuè de peccato mortali à ſe perpetrato, quia animæ ſuę perditionẽ inducit, quàm de morte ſua, vel ſibi chariſsimorũ; licet hæc temporalia infortunia intenſius poſsit perſentire. *Ibañez. An ſine dilect. proximi ſaluetur quis.* Imo ſecundum Magiſtrum Ibañez, licet dilectio proximi ſit in præcepto obligante, aliquando tamen poteſt quis ſaluari, etiam ſi non dilexerit proximum in vitam æternam diſtinctè, ſcilicet, quando in vita illi non occurrit caſus neceſsitatis diſtinctè ad id obligans.

*Primum corollar. Ibañez declaratur.* ¶Adijcit tamen Ibañez quòd poteſt quis pati detrimentum in profectu ſpirituali pro commodo etiam temporali proximi. Quod intelligendum non eſt quaſi liceat in hoc caſu perdere gratiam, aut pati minimam iacturam illius, etiam pro vita mundi: nam ita ſenſit Sotus hoc non licere.

*Secundum coroll. pro prælatis noſtris.* ¶Inſuper ſecundum Ibañez prælati in ordine prædicatorum, quia inſtitutus eſt ad ſalutem animarũ tenentur ex præcepto exercere religioſos in doctrina prædicationis, & conſiliorum ſpiritualium.

¶At quia amor eſt proximi animæ debitus, ſententia excommunicationis à prẹlato, à ſubdito, contra ſubditum non eo animo eſt obtinenda, vt anima proximi pereat: ſed vt à peccato liberetur ſatisfaciendo. *Animus parentum dum excõmunic. impetr. Sotus.* Quinimò nec pater cenſendus eſt vxorem, vel filios ſibi chariſsimos ſententia excommunicationis, ſuper furtis velle feriri, niſi id in literis talibus impetratis, exprimatur; vel tam notabilis ſit quantitas furti commiſsi ab vxore, & filijs quòd velle eos, etiam excommunicatione comprehendi tali, ſit præſumẽdum. Ita Sotus.

*De rãcor. erga proxim.* ¶At verò rancorem & odium malum qui libet offenſus tenetur dimittere, etiam ſi offendens renuerit petere veniam. Sed rancorem bonum impropriè ſic dictum, id eſt, appetitum punitionis per iudicem non tenetur dimittere. Imò aliquando tenetur concipere illum, & conſeruare, & oſtendere: quando, ſcilicet, ad ſalutem offenſoris ſpiritualẽ, vel ad Dei obſequium, vel ad reipublicæ cõmune bonum id viderit eſſe neceſſarium.

*De offenſo.* ¶Offenſus item ſatis eſt ſi offenſorem alloquatur, vel ei ſigna amoris oſtendat tempore neceſsitatis: & vt ad hoc ſit in animo ſuo paratus ſecundum D. Thomã maximè *D.Thom.* quando offenſor ſatisfacere renuit ſufficienter. Imo nec tunc (ſi ſatisfaciat) tenetur eum admittere in ſuam conuerſationem ſpecialẽ. *Nauar.* At quia Nauarrus breuius, quàm oportuit ſe expediuit in materia hac tam quotidiana ſcituq; perquam neceſſaria, id ex alijs locis doctorum ſupplebo. *Aduertentia.* Primo animaduerteris lector ꝙ moraliter loquẽdo, vix ſine peccato fieri poteſt, ꝙ quis excludat inimicum à bonis cõibus, & bñficijs, quia moraliter loquendo iſta excluſio fieri nequit ſine odio.

*De conueniendo inimicum.* ¶Et quanuis ego non tenear conuenire inimicum meum ad loquendum ſuppoſito ꝙ ego illum non offenderim per iniuriam: tamen ſi ſcandalum increſcat, apud eos, qui norunt hãc inimicitiã: quia putarent adhuc internos geri odium & diſsidium: quia non eum alloquor, aut conuenio: teneor illũ conuenire ad loquendum: quia de iure naturali tenemur vitare ſcandalum, ſecundum fratrẽ Petrum de Sotomaior. *Soto maior. Cordub.* Hanc ſententiã confirmat frater Antonius Cordubenſis in ſuo quæſtionar. q. 27. vbi ſic ait: Poteſt offenſus loquelã negare offenſori ſine peccato mortali, niſi offenſor offenderit licitè, iuſtèque, *Negatio loquelæ.* nempe, ſuam cauſam iuſtã proſequendo: vel niſi offenſor modo ſuæ perſonæ debito illi peteret veniam: vel, niſi ex tali negatione loquelæ puſillorum ſequatur ſcandalum circa communicãtem negantem loquelã & circa confeſſorem id permittentem: quia in his caſibus negare loquelã ſignaq; amicitiæ cõmunia & ſalutationes, ſcandalũ generat. Præter tim quãdo iſta ſigna vniuerſalia amicitiæ in conſpectu m[illegible]torũ negantur: quia hoc dum vident ſcandalizantur, putantes veteres inimicitias nondum abijſſe.

*Limitatio.* ¶Cæterum ſi iſta ſigna vniuerſalia amicitię, nempe, loquęla, ſalutatio, ſecretò bis, aut ſemel negentur inter eos, qui inimici fuerũt: non



*Quando petitur venia.* non erit mortale. Secus quando regulariter, & frequenter ſic inter eos fieret.

¶Inſuper quando inimicus, petit veniam: qui læſus eſt, oſtendere debet inimico ſigna tam vniuerſalia, quàm particularia dilectionis, quatenus opus eſt, vt præſentes intelligant vere offenſam fuiſſe remiſſam, iuxta illud Matthæi 18. *D.Mat.* Sic faciet vobis pater cœleſtis: ſi nõ remiſeritis fratribus de cordibus veſtris. *Sotuſmaior. Cord.* At quanuis hoc ita ſit ſecundum fratrem Petrum de Soto maiore, tamen Corduba loco ſupra allegato addit, ꝙ ſi ex loquela cum offenſore offenſus in foro exteriori perdit ius ſuum ad agendum pro iniuria ſibi illata, licitè differt loquelam, & negat ſalutationem. *Couarru.* Nam etiam ſecundum Couar. quando remiſsio offenſæ generaliter fit, valet etiam quo ad forum contentioſum, & non aliter.

*Exceptio in patre offenſo.* ¶Sed hæc ſupradicta exceptionẽ habent etiam in patre offenſo. Satis enim eſt tunc cum filius petierit veniã, ſi pater dixerit obſecrantibus pro eo, ego remitto ei. Nec oportet eum ſigna amoris oſtendere filio: quia habet pater ius puniendi filium huiuſmodi per *Exemplũ Dauid.* negationem loquelæ, iuxta exemplum Dauidis, qui remittens iniuriam Abſaloni adiecit, veruntamen faciem meam non videat. *De vxore offend. De fratre minor.* Idem dicendum eſt, ſi vxor graue peccatum cõmiſerit aduerſum maritum, vel frater minor, aduerſus maiorem fratrem maleficium patrauerit, dum faciant ſecluſo odio.

*Cordubæ limitatio.* ¶Quã ſententiã adhuc ſatis bene limitat Corduba, vbi ſupra, vt intelligatur, dũ pater remittens negans tamen loquelã filio cauſa correctionis, eam non deneget ad multos annos, vel ad ſemper exceptis caſibus legis. Sed poſt tẽpus in morte, in nuptijs, in infortunijs eorum: ſi pater tales filios, vel filias, à quibus eſt offenſus non viſitat, certè præſtabit magnũ ſcandalum, quod vitare tenetur.

¶Et hac limitatione Cordubæ limitanda venit illa generalis aſſertio, qua Metina in ſua inſtruct. fol. 67. ca. 13. ait, quòd neceſſaria eſt reconciliatio exterior inter coniũctas perſonas: ſicuti inter virum & vxorem, inter patres, & filios, & inter fratres, maiores, & minores, & inter ſuperiores, & inferiores. Vbi licet generaliter loquatur, tamen hæc eius dicta veniunt intelligenda cum limitatione ſupradicta. *Nota vbi alias ſcandal. obueni.* Sed cordatè ibi addit Metina, ꝙ vbi inter aliquos, quia non reconciliantur ſperantur mortes, ſcandala, & diſſenſiones: neceſſaria eſt reconciliatio inter eos, vt hæc vitentur mala. Teneturq; hoc fine hãc reconciliationem inter ſe procurare. Idem dicendum de vicinis, de beneficiatis vnius eccleſiæ, ſi ſic inter ſe diſsideant, ꝙ generetur ſcandalũ in populo, tenentur redire ad gratiam: niſi talis gratia, id eſt, loquela vertatur in occaſionem mali: vt ſic recõciliatus ſe introgerat domum, ſub colore reconciliationis mercaturus vxorem, vel filiam eius, qui eum admiſit ad gratiam. Ita Metina, ibi. *Metin.*

¶Quare non ab re eſt, quod ſubnotat etiã Corduba, ꝙ licet benignius ſi petierit veniã *Cord.* inimicus ſit tractadus, quam antea, vel ęque bene, ſicut antea: tamen ſi ex vehemẽti paſſione naturali vnius, vel vtriuſq; immineat periculum odij, vel vindictæ ex ſpeciali familiaritate, vel conuerſatione, vel loquela: *Quando ex loquela imminet periculũ.* non tenetur hoc imminente periculo alium conuenire, cum ſatius ſit dare locum iræ, & ſe retrahere. Alioquin in duobus his vltimis etiam caſibus, exiſtimo aliquem obnoxium eſſe etiam præueniendo, ſuum inimicũ conuenire: etiã ſi non ille conueniat, ſcilicet, primo, quando inimicus illum ſine cauſa odit: *Vitatio odij oblig. alioqui inimicum.* creditq; probabiliter, ſi præconueniat, alloquaturq; illum, dimittet odium, & alias nõ dimittet: iuxta illud verbum Domini: Eſto cõſentiens aduerſario tuo in via: & rurſus: Si peccauerit in te frater tuus. *1. Limita.* Quod limitandũ cenſeo, quando hoc ſine graui incõmodo ſuo pręſtare poſſet: alioquin iugũ Dñi ſuaue eſt, & mãdata eius grauia non ſunt. *2.* Secundo quando videt ſeipſum aliqua amaritudine odij aduerſum alium incitatũ, quã amaritudinẽ, & maleuolentiã putat ſe alias nõ depoſiturũ: niſi ſibi exoſum cõuenerit, tenetur illum tunc cõuenire, iuxta illud Pauli ad Hebræos: Contẽplantes ne qua radix amaritudinis impediat. Ecce quæ circa hoc dicenda habui. Item etiã, dum inimicus nõ reſalutari pro contemptu graui haberet. Ita Bañes. *Bañes.*

*Sudıti iniuriæ ſatiſfactio. Gloſſ.* ¶Vxor & filius nõdum emancipatus, ſeruus & religioſus, etiam ſi velint nõ poſſunt condonare ſatisfactionẽ iniuriæ, ſibi illatæ. Ita gloſſa recepta in cap. parochianos. de ſententia excommunicationis: quoniam actio contra iniuriãte tales ad prædictos ſuperiores prælatũ, maritũ, patrem, dñm pertinet. *An pater iniuriam licite remittat.* Si tamen pater iniuria ignominiæ illatã ſibi remitteret: ſi talis iniuria redundat in filium, nõ obſtante tali remiſsione ad ſatiſfactionẽ pro honore ſuo poteſt agere filius, quando filius honorabilis habetur in republica, & pater talẽ iniuria remiſit, cum alias eſſet infamis, & vilis. *Ybañez de conuent. inimici.* Et tandem ſecundũ Ibañez Magiſtrũ, aliquãdo tenetur quis cõuenire inimicum. Scilicet, quando tam facili medio in ſe, vel in tali inimico odiũ vitare poteſt: & tenetur inimicũ reſalutare ſi habeat pro contem-

temptu, vel pro ſcandalo ſe non reſalutari cũ A præſalutauerit: nam hoc dictat conſcientia.

*Nota de conſcient.* ¶ Conſcientia in particulari aliquid dictans, aut obſeruanda eſt, aut deponenda. Secus ſi in generali aliquid dictat contrarium illius, quod in particulari rectum eſſe iudicat: quia tunc non erit mortale agere, contra id, quod conſcientia dictat in generali.

*An licet agere cõtra dubium.* ¶ Adde, quòd cum duplex ſit conſcientię dubium practicum, & ſpeculatiuum; non licet agere cõtra dubium practicum: ſed bene contra dubium ſpeculatiuum, cum eſt rationabilis cauſa deponendi illud, alias nõ. *Cord.* Quoniam ſecundum Cordubam quæſt. lib. 2. dubitans ſpeculatiuè debet etiam practicè dubitare, **B** niſi iuſta cauſa excuſetur. Sed circa hoc Corduba. lib. 3. q. 7. in quæſtionario aſſerit quod ſi quis valde dubitet, an id, quod pręcipit ſuperior ſit mortale: ſi certus ſit, quod non agendo, vel non obediendo illi non peccabit, tunc obediendo peccat mortaliter. Secus eſt, inquit, quando pro vtraque parte dubitaret, an eſſet peccatum mortale, tam omittere obedientiam, quàm eam facere. Sed iſte loquitur, vt videtur contra D. Auguſt. cap. *D. Aug.* quid culpatur. Vbi D. Auguſt. ait, quod in dubio belli iuſti, vel iniuſti, iuſsio principis pacare debet militũ animos. *Cord. gloſ.* Iſte tamen Corduba loquitur caſu, vt videtur, quo rationa- **C** biliter ſubditus non poteſt deponere dubiũ, aut quia læſa eſt conſcientia ſcrupulo, de facto illud dubium non deponit: tũc bene ait, quod in hoc caſu propoſito, agendo contra illud peccat mortaliter. Sed quando dubitat pro vtraque parte an ſit mortale agere, quod prælatus præcipit, an ſit etiam mortale illud omittere: cæteris paribus, ſtãte vtrinq; æquali probabilitate, vel dubitatione, & ſi ſimul ex vtraq; parte ſit æqua, vel quaſi æqua grauitas periculi, vel peccati in cuius alterum neceſſario eſt incidendum: tunc obedire tenetur prælato, concipiendo intra ſe, quòd ſic obediendo non peccat.

*An prælato inquirẽti ſit ſemper obediẽdum.* ¶ Secus eſt in iſto dubio, vbi prælatus pergit inquirere contra ſubditum, an iuſtè inquirat. Quia ſi inquirit cõtra ſubditum aliàs non tanti nominis, nec de peccato adeò graui, aut infami, nec ad eum grauiter puniendum, *Sotus.* ſecundum Sot. tenetur in iſto dubio illud deponendo, obedire prælato, detegendo ei veritatem. Si autẽ prælatus male affectus erga fratrem, de quo inquirit, apparet, imperituſque cognoſcitur eſſe, & contra fratrem boni nominis, & ſuper graui crimine procedit, non eſt in hoc dubio prælato tali crimen fratris iſtius reuelandum. Quia in hoc non **A** ſunt cætera paria, & quia in dubio melior eſt conditio poſsidentis, & iſte, contra quem inquirit, poſsidet adhuc ſuam bonam opinionem, & famam ſecundum Sotum de detegendo ſecreto.

## CAP. LVII.

*Adhuc de obligatione amoris erga proximũ.*

*De nõ impediente peccatum proximi.* PEccat potens impedire, ne alius peccatum mortale admittat, ſi non impediat, quando ſine verecundia, aut incommodo, aut dedecore graui poteſt impedire: **B** quia præcepta Domini grauia non ſunt. Præterea non eſt illicitum cenſendum, permittere aliquem incidere in peccatum maius, vt deprehenſus & punitus melius reſipiſcat, & ſe *De permittente.* corrigat de illo, & de minoribus peccatis. Quia potius eſt hic opportunum tẽpus quærere correctioni, quam occaſionem præſtare peccãdi, ſed machinatio illa peſsima eſt, qua *Machinatio mala.* quis ſecreto prouocat ad peccatum nefandum, de illo infamatum hoc fine, vt ſi attẽtet illud, iam teſtibus de illo poſsit conuinci: quia diaboli eſt officium, ſic tentare, vt feruntur Mexici feciſſe aliquos.

**C** *Queſtio. Regula Nauar.* ¶ Quia contra ſupra ſtatutam regulam à Nauarro, ſcilicet, quòd peccat qui cum poſſit ſine incommodo, vel dedecore ſuo, vitare in proximo ſuo mortale peccatum, non vitat, hæc obijciebantur argumenta. *Arg. contra Nauarrum.* Primò, quod non tenetur quis vitare peccatum vſurarij parati, vel curati ſui in mortali parati miniſtrare, nec mulier vane ſe ornans, peccat mortaliter ceſſante intentione mortali, etiam ſi credat aliquos in eius concupiſcentiam exarſuros: licet omnes iſti ſine incommodo ſuo poſsint iſta peccata mortalia in alijs impedire: ergo regula ſupra poſita non eſt vſquequaque vera. *Reſpõ. pro Nauar.* Reſpondetur, **D** quòd conſenſus, ſeu auxilium in peccatum proprium, vel alienum non præſumitur, niſi *Conſenſus quãdo præſumatur.* his quatuor cõcurrentibus, & non alias. Primo, quod ſit poteſtas impediendi tale peccatum. 1 Secundo quod currat obligatio illud opus vitandi, vnde peccatum ſequitur. 2 Tertiò, quod ſit commoditas præpediendi, & 3 obſtandi tali malo. 4 Quarto, quod noſcatur manifeſtum eſſe delictum, & quia in argumentis appoſitis aliqua cauſa harum quatuor, poteſt excuſare. Ideo in his caſibus non vitantes peccata mortalia proximorũ, nõ hic damnamus. Sed de his caſibus ſigillatim nobis poſtea dicendũ erit ſuis in locis.

¶ Sed



*An correctio oblig. in dub. Ibañes.* ¶ Sed nunc ſecundum Magiſt. Ibañez dicimus, ꝙ per correctionẽ in dubio teneor vitare peccatũ proximi, cum magis probabile eſt, ꝙ correctio prodeſſe poterit, & nõ nocebit. Secus eſt cũ magis probabile eſt, ꝙ nocebit, quia tunc nõ teneor corrigere. *Quãdo docendus proximus.* Sicut probabile eſt, quòd in dubio an prodero, an nocebo excuſor à corrigẽdo. Sic ceſſandum eſt, etiam à correctione, quãdo pro tunc fiet deterior corrigendus: teneturque quis docere proximum, quando ex ignorantia tali eſt in periculo peccandi mortaliter.

*De petitione rei de ſe licitæ.* ¶ Ex iuſta cauſa petens, quod ex ſe non eſt peccatum, vt ſi petat ſibi mutuari ab vſurario parato, vel petat adminiſtrationem ſa- **B** cramenti à parato in mortali miniſtrare, non peccat: licet credat ſuam petitionem alteri futuram occaſionem peccãdi mortaliter. Secus eſt, ſi ſine cauſa facit, ſecundùm Caietan. *Caietan.* 2, 2. quæſt. 78. art. 4. Sed de hoc inferius dicetur explicatius. Cæterùm petere mutuum ſub vſura, vel petere ſibi miniſtrari baptiſma à miniſtro malo ſine contritione, res eſt, quæ nõ poteſt excuſari à peccato: quia hoc de ſe malum eſt mortale.

*De peccato ſcãdali.* ¶ Faciens, aut dicens, quod de ſe non eſt mortale cum intentione inducendi alterum ad mortale peccat. Imo etiam ſi ſine intẽtione inducendi ad tale peccatum, licet de ſe nõ **C** ſit, ſi tamen præ ſe fert ſpeciem mali taliter, quod in tali loco, vel coram talibus perſonis, ſufficiens motiuum præbet ad peccandum mortaliter, mortaliter peccat. Signanter diximus, ſi non eſt de ſe peccatum mortale: tamen cum intentione inducẽdi ad mortale, ſi operatur illud, peccat vnum peccatum mortale. Nam ſi de ſe eſſet mortale, duplex peccatum eſſet neceſſario confitendũ. Cæterùm quamuis de ſe tale peccatum mortale eſſet, ſi fieret ſine intentione inducendi alterum ad illud, vel ſine periculo probabili inducendi tales perſonas, vel tali loco non eſſet circunſtantia neceſſariò confitenda **D** corã talibus perſonis non ſcandalizandis, inde, tale peccatum perpetraſſe quãdo defuit animus ſcandalizandi: ſed ſatis eſt ipſum confiteri peccatum. Ita Nauarrus.

*D. Antoninus.* ¶ Secundùm Diuum Antoninum, qui ſine vtilitate, ſed ex mera libertate ſuæ voluntatis agit id, quo credit ſe proximum ad peccatum mortale illecturum, etiã ſi id nõ intẽdat, peccat mortaliter: vt patet in exemplo *De fœmina ſe oſtendenti fragili.* fœminæ, quæ in hoc caſu ſine cauſa ſe conſpiciendam exhibet ei, quem credit ſtatim in eius concupiſcentiam exarſurum. Secus ſi cũ cauſa: vt quia vrbanitatis cauſa ſedere **A** eã oportuit ad ianuã cũ vicinis & affinibus.

*Metin.* ¶ Et hanc ſententiam Nauarri confirmat Metina in ſua prima ſecundæ. Vide in indice verbo. euentus. Ait, inquam, quia tenemur ſub mortali vitare iniuriam proximi, quando poſſumus ſine noſtro incommodo. Hinc eſt, ꝙ peccat mortaliter mulier, quæ ſine vlla neceſsitate, aut vtilitate, ſciens ſe eſſe adamandam, egreditur domum. Sed quibuſdam, inquit, hæc ſententia dura, & falſa videtur: dicuntque in hoc caſu tantum peccare venialiter, etiam ſi exeat ad ſpaciandũ. Sed tandem concludit Metina, ibi, quòd in caſu, quo ſequitur ſcãdalum puſillorum, tenetur **B** mulier non exire in publicum ornata, & occultare faciem, dum ſcit: & in tali caſu, tenebitur etiam miſſam non audire.

¶ At diſtinctius & limatius dicitur primò, ꝙ mulier habitu honeſto incedens, ratione vitandi ſcandalum alicuius fragilis: vt ſi ſcit ſi prodeat ad audiendam miſſam de præcepto, aliquem ex eius aſpectu, in eius amorẽ fore ſtatim commouendum poteſt prætermittere miſſam, licet ob hoc non teneatur illam prætermittere. Ita Sotus, Canus, quibus videtur accedere Metina. Et videtur conſonare doctrinæ D. Thom. docentis, ꝙ propter ſcandalum fragilium, omittenda eſt do- **C** ctrina, & correctio: licet non ſint omittenda in hoc caſu neceſſaria ad ſalutem, id eſt, in hoc caſu adhuc obligantia ad mortale.

*Limitatio Cani.* ¶ At prædicta ſententia iſtorũ egregiorũ doctorũ venit limitãda, prout eam fertur limitaſſe Canus, ſcilicet, ꝙ talis mulier poteſt prætermittere miſſam de præcepto ex prædicta cauſa ſemel, aut bis. Nã tunc præceptũ de dilectione proximi, & de cauẽdo ſcãdalo fragiliũ temperat præceptum de audienda miſſa, vt bis, aut ſemel ratione talis vitandi ſcandali poſsit eã talis mulier prætermittere. *Sotus.* Imo apparet ꝙ bis, aut ſemel contra Sotũ teneatur illã miſſam de præcepto huius rei **D** gratia omittere: quia præceptũ de euitando ſcandalo fragiliũ, quia naturale eſt: ideo maiori vi obligandi pollet, quàm præceptũ de audiẽda miſſa, quod eſt poſitiuũ, licet fundetur in iure diuino. Sed vltra vnã vel duas vices, aut ad ſummũ tres iã mulier tenet nõ obſtãte tali ſcãdalo, prodire ad miſsã de præcepto audiendã. Nã põt prodire, quia nõ tenet ſe priuare ſua libertate prodeũdi per multũ tẽporis: quia neq; cum incommodo ſuo grauiter tenetur occurrere tali ſcãdalo fragilium, cuius nõ eſt in culpa. Quòd ſi poteſt audire licite, ergo tenetur audire: quia præceptũ audiendi miſſam potentes audire obligat.

*An vitandum ſcandal. malitiæ.*

¶ Vnde infertur, ꝙ licet non benefaciat quis ceſſando ab operibus pijs animæ ſuæ vtilibus, propter malitiam aliorum, non tamen ſi bis, aut ter ab eis ceſſet: dũ non ſint in præcepto. Quia ſi ſint in præcepto iſta opera pia, & alij ex malitia ſcãdalizãtur, cuiuſmodi ſunt homines, qui ſemper ſunt in ſtatu dãnationis, quia ſemper diu noctuq; exardeſcunt in concupiſcentiã quarũcunq; mulierũ: ideo captãt occaſiones exeundi ad videndũ eas: dũ prodeũt in publicũ ad audiendã miſſam: de ſcandalo malitiæ horum tunc non eſt curandum, quia de his dixit Dominus: Sinite illos. Alias bene ait Nauar. ꝙ mulier ſi ſine cauſa ex mera voluntate nolit cauere ſcandalũ fragilis, videtur certè peccare mortaliter: quia cũ ſine cauſa excuſante præbeat occaſionem fragili peccãdi mortaliter, ſalutem animæ proximi videtur contemnere: quod etiam Eſuarroya in ſuo tract. de purita. conſcien. viſus eſt ſentire.

*Nauar.* *Eſuarroya*

*An mulier ſe teneatur fucis priuare.*

¶ Sed an mulier ſe teneatur ob hoc ornatu decenti, & fucis priuare, ne fragilis inde eam appetendi occaſionẽ capiat, iam diximus, non tenetur, ſi ex cauſa faciat. Nec enim tenetur ſe iam hac introducta libertate ſe fucãdi priuare, dum malo fine non faciat: præſertim, ſi vt ſe conformet vſui, ne deformior cæteris appareat ſe fucat. Quibus ſuffragatur Caiet. dicens, ꝙ ſicut cõtingit ſæpe, mulier pulchra ſuo viuido colore faciei, ſine fucis, & ornatu magis alliciat ad ſui amorem quã nimis fucata, & ornata: vnde ſic naturæ pulchritudine decorata non ſe occultando non peccat: ſic nec iſta ſe ornando non laſciuè, aut ſe fucando, nõ peccabit: etiã ſi credat aliquos ex paſsione ruituros, quia nõ tenet per multũ tẽporis priuare ſe vſitata libertate.

*Caietan.*

# CAPVT LVIII.

## *De occaſionibus datis.*

*De occaſione cauẽda à pœniten.*

VIDE, hic tractat Nauarrus de occaſione, quam cauere debet pœnitens, vt licitè poſsit abſolui. Vbi inquit, ꝙ ea & ſola eſt, quæ eſt peccatum mortale aut quæ talis occaſio peculiaris eſt; de qua credit, vel credere debet confeſſarius, vel pœnitẽs, ꝙ pœnitẽs nũquã, vel raro vtetur ea ſine peccato mortali, bene perpẽſis circũſtantijs locorũ, tẽporis, & perſonarũ. Hinc ſequitur illum pœnitentem non fore abſoluendum, qui eam occaſionem dimittere nõ vult, quæ ferè omnes, qui ſunt ſimiles eius, ſolita eſt, quaſi ſemper præcipitare in peccatum mor-
A tale. Vide reliqua, quæ prolixe ſimiliter & vtiliter imo neceſſario pertractat Nauarrus de hac materia, conſultò hic miſſa facio, quia ſupra cap. 20. & ſequentibus latius ea omnia ſum proſequutus examinando ad vnguem omnia corollaria Nauarri. Vbi probaui, quod occaſio peccandi, vt neceſſario vitanda ſit, non requiritur, quaſi ſemper ſolita ſit occaſionaliter cauſare mortale. Idque denuo patet ſic: quia quaſi ſemper ſic cauſare mortale, gignit opinionem probabilem periculi: ergo aliquoties, licet non quaſi ſemper, id cauſaſſe gignet ſaltem dubium de ruina peccati: quod dubium, ſcilicet, lapſus futuri neceſſario eſt vitandum.
B

*Ratio pd maria cõtra Na.*

¶ Peccat qui cum ſcandalo aliorum animaduerſo à ſe mulieris ſuſpectæ conſuetudine vtitur, eo quòd nihil facit ſcandalum: peccatque ſubinde mortaliter, ſi quis habeat mulierem, ſiue cognatam, ſiue non, de qua populus ſiniſtre ſuſpicatur: etiam ſi nec re, neq; cogitatu cum ea peccet, vt inſinuatur capit. inter verba. 2. quæſtione. 3. Ita Nauar. & plura iam dixi de hoc.

*De familiaritate cũ fœmin.*

¶ Licet inducere ad minus malum paratum iam ad maius malum in procinctu ſecundum Caietanum. Vt ſi proponit interficere, aut adulterare quis, licet ei perſuadere;
C vt ſatis eſſe ducat percutere, aut fornicari. Contra fratrem Ioſephum, qui in ſuo libro de Floribus Theologiæ limitat hanc ſententiam ad peccata, quæ non ſunt intrinſece mala. In his, inquit, licet iam paratum ad Maius malum, quod non eſt intrinſece malum, inducere ad minus malum non intrinſece tale: ſed in intrinſece malis id non licet. Vnde ſubinfert, ꝙ nõ licet paratum adulterare inducere ad fornicandũ. Sed cenſeo cõtra hũc ſententiam hanc generaliter eſſe tenendam, prout eam tenet Nauarrus, & Caietanus: quia illud non eſt inducere ad intrinſece malum abſolutè, ſed ad malum prout eſt mi-
D nus, quod licet.

*De inductio. ad minus malũ. Caietan.* *Fra. Ioſephus reſutatur.* *Nauar. Caietan.*

¶ At hanc ſententiã ſatis circunſpectè, & bene limitat Sotus dicendo, ꝙ licet paratum ad maius malum inferẽdum inducere ad minus malum, in eodem tertio, id eſt, quando alicui maius malum erat paratum inferri, licet inducere, vt minus malum ei inferatur, quando aliter maius eius malum nequit vitari: quia tunc negotium paſſuri iniuriam agitur. Et ſic poſſunt ſolui argumenta in contra. Sed non licet hoc in diuerſis. Nam non licet paratum inferre mortem Petro, inducere ad hoc minus, vt inferat percuſsionem Paulo amico Petri, vt ſe vindicet de Petro

*Soti limitatio bona.*



tro: etiam ſi inducens intendat vitare maius malum in Petro: quia id non ſuggeritur parato, ſine magno malo Pauli.

*Nauar.*

¶ Limitat Nauarrus & bene, & vt exiſtimo ad mentem Diui Thomæ ſententiam illam generalem Soti aſſerentis non peccare eum, qui quod in ſe bonum eſt, petit à potente illud facere benè: etiam ſi ſciat quem rogat non facturum illud, vel dicturum, vel daturum ſine peccato. Quia procedit iſta ſententia Soti veraque eſt tantum, dum petendo ſic, nõ interuenit in petenre cõſenſus expreſſus, vel interpretatiuus, in peccatum, ideſt, ſi in peccatum alterius non conſentiat. Vt quãdo petendo mutuum à parato ex malitia ſua mutuare ſub vſuris, peccato illius ego qui peto, non conſentio, non pecco petendo. Sicut ſecundum D. Thom. & D. Auguſtin. nõ peccat fidelis, qui ex cauſa exigit iuramentũ ab infideli parato iurare per ſuos falſos Deos. Et limitanda eſt ſic; quia alias ſi is, à quo res ex ſe licita petitur, quale eſt mutuum, peccaturus eſt per ignorantiam, aut infirmitatem mutuando, eam ſub vſuris, id licitum ex ſe petens non excuſabitur à peccato: ſicut nec puto excuſari à peccato tabernarios, qui Indis paratis ad ſe inebriandum vinum in magna copia potenti eos inebriare, vendunt. Quia præterquàm, quòd non tam ex malitia, quam ex fragilitate, & quadã eximia cõcupiſcentia vini potãt vſq; ad ebrietatẽ: tamen ſimul cũ hoc multa quotidiana mala, & detrimenta in tertiũ, puta adulteria, percuſsiones in vxores, & exteros, & furores ſolent inde contingere, teſtante experientia.

*Sotus limitatur.* *D. Thom.* *D. Augu.* *Limitatio. 2.* *De vend. vina Indis.*

*Coroll.*

¶ Ex quo corollariè ſequitur, raro peccare eos, qui ſacerdotes alioquin malos rogant, vt pro ſe miſſas celebrent. Quia ſic rogantes non peccant: niſi inducant excommunicatũ, vel ſuſpenſum nominatim, & notorium, aut non præparatum, neque ad miſſam obligatum; aut niſi inducant, per ignorantiam, aut per infirmitatem, & non per malitiam peccantem: aut niſi cum mala intentione: aut cõſenſu; aut cum contemptu ſpiritualis vitæ proximi, illos inducunt, quia in his caſibus illos inducentes peccabunt. Pro complemento vero doctrinæ ex Soto in quarto notato, quòd licet inducere miniſtrum non paratum dũ non ſit præciſus per ſentẽtiam, ad adminiſtrãda ſacramẽta in duobus dũtaxat caſibus: ſcilicet, quando eſt curatus, vel prælatus petentis, a quo inducitur. Quia tunc, ſubditus poſtulans à tali ſacramenta miniſtrari, vtitur iure ſuo. Et ſecundo, quando petens ſacramẽtum eſt in extrema neceſsitate, quia extrema
A neceſsitas caret lege: ideo tunc poteſt petere ſacramenta neceſſaria à non curato excommunicatò, etiam præciſo: quia Conc. Trid. id permittens tunc de præciſo, vel non preciſo non diſtinguit. Et in caſu extremæ neceſsitatis, neque iſti tunc præciſi adminiſtrãtes peccant, quia poſſunt pœnitere, & cum contritione adminiſtrare.

*An liceat malum miniſtrum induc.* *Conc. Tri.*

*Quæſtio. An nõ ſubditus poſſ. induc. non ſuum.*

¶ Sed quod magis vrget dubium eſt, an extra extremam neceſsitatẽ, non ſubditus poſſit miniſtrum excommunicatum, vel ſuſpenſum non nominatim, & publice, non paratũ ad ſibi adminiſtrandá ſacramenta inuitare. Quia videtur quod hoc nullo iure id poſsit fa-
B cere: cum neque ſuus ſit prælatus, quẽ inducit, neque extrema neceſsitate cogatur. Reſpondetur, quod licet ſecundum Sotũ, & Caiet. inducere non paratum tantum liceat in illis duobus caſibus; tamen probabiliter dicitur cum Victoria, prout refertur in ſum. de Chaues; quod poſsit aliquis inductus rationabili cauſa, etiam extra extremã neceſsitatẽ inducere ſacerdotem non proprium, neque curatũ, etiã ſuſpenſum & excõmunicatum, non denuntiatum nominatim, etiam nõ paratum ad adminiſtranda ſibi ſacramẽta, ſi ſit expoſitus. Quia Conc. Cõſtã, indiſcriminatim hanc indulgentiã videtur conceſsiſſe, dũ con-
C cedit, quod tam intra, quam extra, nõ niſi nominatim denunciatos, aut notorios percuſſores clericorum teneamur vitare: & quia fauores ſunt ampliandi, & quia, niſi ſic hanc Concilij indulgentiã interpretaremur, indulgentia hæc eſſet res plena periculis, quia ſemper agitaremur ſcrupulis, vtrũ tales miniſtri eſſent parati, vel non, vel vtrũ eos induceremus, vel nõ. Licet ergo eos inducere, neq; ipſi peccant, ſi ipſi cum contritione faciant rogati. Peccarent autem, ſi ipſi non rogati ſe intrògererent. Quia vt inquit Conc. hæc indulgentia non in talium excõmunicatorum leuamen, ſed cauſa ſedandi ſcrupulos conſcien-
D tiarum, cum eis cõmunicantium cõceſſa eſt. Quare hæc opinio Victoriæ, tute poteſt teneri. Nam poſtea ipſemet Sotus, Victoriæ, quaſi aſſentiens, loquens de his, ait, Tuto poſſunt eos non ſubditi inuitare. Ita Sotus in. quarto. 1. tom. diſt. 22. quæſt. 1.

*Reſpon. Sot. Caiet.* *Victor.* *Opinio Victoriæ tuta cui acced. Sotus.*

*Quæſtio.*

¶ De caſu ſatis dubio quæritur apud Nauar ſcilicet, vtrũ fuit occaſio mortalis, quam grauis quidã vir præbuit cuidã honoratę fœminæ, quando ſine malo animo, vrbano ſermone, illi dixit; Vis vt in eodem lecto, ò domina, nos metiamur. Et puto cum Nauarro hanc occaſionem non eſſe mortalem. Quia licet hæc verba per ſe ad peccatum mortale dirigan-

dirigantur, tamen attenta qualitate perſonarum, modo dicendi, & carentia mali animi, & mali finis non eſt occaſio mortalis. Sicut nec illa propter eandem rationem, quā quidam magnates Hiſpaniæ, ſibi mutuo præbuerunt, dum alter alteram ſuper mulam ſuam retro ſe ferret: dixit tranſeundo cū ſuo comitatu per locum ſecretum, aulicè loquens: Qualis locus erat hic domina ſi tu alia fuiſſes. At illa reſpondit erat quidem aptus, ſi tu alius fuiſſes, impotentiæ eum inſimulādo. Ita Nauar. cap. 4. nu. 30.

*Quæſtio.* ¶ Fere idem reſponderi poteſt ad illum caſum magis ancipitem, de quo diu hæſitaſſe, ait Nauarrus, an fuit occaſio mortalis, quam confeſſus eſt quidam ſacerdos dediſſe cuidā honeſtæ fœminæ eius pectori admouendo manus, iocoſo, honeſtoq; amore, abſq; mala intentione, eiuſque mammillas tangendo. Cuius diffinitionem hactenus affirmare ſe non fuiſſe auſum, dicit Nauarrus: adeo hic caſus ſibi viſus eſt dubius. Tamen iam iſtam prædictam occaſionem ſibi non videri mortalem ait, quia talis tactus ex ſua natura, non tantum incitat ad peccatū mortale, vt quaſi ſemper peccare faciat huiuſmodi qualitatis perſonas, quando iocoſe fit. Secus, ſi ſerio fieret: quia tunc aliud eſſet dicendum, aut ſi fieret cum probabili periculo.

¶ Atque idem dicendum eſt de eo, inquit Nauarrus, qui abſque malo animo, fœminā per manū, aut brachium ducit, quāuis vterq; ſit iuuenis. Et etiam qui manum premit, aut brachium torquet, aut eius pedem ſuo contrectat, aut vellicat iocoſe, ſine malo animo. Et etiam de eo, qui amplectitur, & oſculatur, vbi inoleuit cōſuetudo, modo partiū turpiū, & obſcœnarū aſpectus, & tactus deſit: dū abſit in prædictis intentio mortalis, vt ſolet fieri in choreis ſaltationibus, & in aliquibus ludis ad recreationē adhibitis, maximè inter cognatos, & familiares: in quibuſdam regionibus pluſquam in alijs, ita Nauar.

*Dicta Nauar. ſubnotantur.* ¶ At Nauarrus omnia iſta videtur excuſare à mortali: quia ſupponit iſta exerceri inter perſonas honeſtas, iocoſe & non malo animo. Sed puto hæc non omnibus eſſe tam tuta (nam latet anguis in herba) & quia adhibita ſtuppa ignis ſopitus fumigat. Quid dicemus de illis miſeris, qui ſolo aſpectu, tā frequenter trahuntur ad conſenſum, quomodo nō ex huiuſmodi oſculis, & tactibus, rapientur à concupiſcentia illecti ad cōſenſum peccatorum. Hæc doctrina in timoratis viris locum habet: qui tamen ab iſtis ſummè cauēt. Sed in viris fragilibus fœminiſque ſimilibus, (A) puto potius habere locum illa ſententia Salomonis, quam iſta Nauarri: vbi Salomon ait: Qui amat periculum peribit in illo. Et loquitur de periculo probabili peccati mortalis, quale contigit ex iſtis tactibus mammillarum, & pectorum fœminarum, in fragilibus. Et quia infinitus eſt numerus ſtultorū, qui hæc nō cauentes pericula per diabolum ſolent ineſcari: vnuſquiſque caueat: nemo ſibi fidat: quia ſi ſermo mulieris, vt cancer ſerpit, multo magis eius mammillarum tactus, quanuis tangi prima facie, videātur honeſtè.

¶ Hinc iam patet quomodo ille locus Actorum in capitulis prouincialibus prouinciæ (B) Sancti Iacobi nouæ Hiſpaniæ contentus ſit intelligendus; Reſeruamus nobis omnem tactum in tertiam perſonam, pertingentem ad mortale, carnalem.

¶ Non eſt neganda abſolutio componentibus pigmenta, induſia, collaria, ſudaria, mā millaria, & alia valde operoſa: quibus communiter homines malè venialiter, vtuntur: licet obſcurent lucem monialium talia facientium.

# CAPVT LIX.

## *Adhuc de occaſionibus.*

*De occaſ. artis.* (C) INſuper non eſt occaſio mortalis ars illorum hominum, qui faciunt opera quæ ex ſe ſunt talia, vt illorum vſus malus, & bonus eſſe poſsit: quanuis maior pars ementium, malè etiam mortaliter, vtatur eis: vt efficaciter in cap. negotium nu. 8. de pœnitent. diſtinct. 5. dicit ſe probaſſe *De pœnit. Nauar. D. Thom. Caietan.* Nauarrus, ſequutus mentem Diui Thomæ, & Caiet. 2. 2. quæſt. 69. artic. 2. Et præcipuè propter iſtam rationem, quia aliqua ars, vel alia res non eſt mala eo quòd plures malè etiam mortaliter vtantur ea: alioquin lex naturalis, & diuina de vno Deo ſolo rectè co(D)lendo, eſſet mala: quia maior pars mundi, ſcilicet, infideles eam mortaliter tranſgrediendo lethaliter peccant: quod non eſt Catholicè dictum. Nam lex ſancta. & mandatū ſanctum eſt, inquit Apoſtolus, ſicut lex ſexti præcepti de non adulterādo & fornicando, ſancta eſt licet in ſcandalum ſit acceptum, non datum multis ad peccandum mortaliter. ¶ Idem digito de inuentantibus choreas nō ideo peccant mortaliter, quia earum poteſt eſſe bonus vſus.

¶ Tandem iſtam materiam, quia quotidiana eſt, vt limatius ad particularia deſcendendo pertractemus, aduertas primò probe lector,



*Reciper. domi. luſores. Nauar.* quòd licet recipere domi exercitores ludi mortalis, aleas illis, & menſam miniſtrādo, peccatum mortale ſit ſecundum Nauarrū in ſumma, vbi agit de ludo, quia talis eos ſic recipiens, directè cooperatur ad peccatū talium luſorum, tamen artifices alearum, & earum venditores, etiam ſi ſciant emptores alearum, eis vſuros ad ludum mortalem, nō peccant mortaliter eas illis vendendo ſecundū Caiet. 2. 2. quæſt. 169. art. 2. & 2. 2. quæſt. 10. arti. 4. id docentem clarius contra Metinam cap. de reſtitutione quæſt. 5. & contra Nauarrum in ſumma Hiſpanica cap. 23. nu. 91. & contra Gabrielem, & Diuum Antoninum. *Caiet. contra Meti. & Naua. & Gabri. & D. Antoni.* Ad cuius probationem Caietanus egregias adducit rationes. Quarum palmaria eſt, *Ratio Caietan.* ſcilicet, quod iſta ars faciendi aleas, non eſt per leges prohibita: & quia ille euentus luſus mortalis ex venditione alearum ſecutus, licet à venditoribus ſcitus, non tamen eſt voluntarius, neque directè, neque indirectè. Ergo non imputatur venditoribus ad culpam, eo quòd non directè ſit voluntarius, vt ſupponimus. Quòd neque indirectè, patet, quia *Volūtar. indirectè quid.* voluntarium indirectè eſt, quando poſſum, & teneor aliquid mali euitare, & non vito. Nec enim ſufficit ad voluntarium indirectè poſſe malum vitare, niſi tenear. Iſti autē alearum venditores licet poſsint vitare, non tamen tenentur. Quia illud mortale malū non de per ſe ex tali venditione alearum, ſed ex eorum malo naſcitur vſu, quia ſic vtuntur ludentes. Et licet iſta ſententia Caietani vera ſit: tamen non malè admonet Syluester, ꝙ ſi *Syluest. monitio.* iſti venditores harum rerum non habent aliundè vnde viuant, non ſunt diſſuadendi, vt hanc negotiationem dimittant. Si autē aliunde ſibi commodè victum parate poſſunt, cōſulendi ſunt, ſi velint hanc dimittere negotiationem.

*De occaſio. data parato iur. falſum. Corol. D. Thom.* ¶ Nec ex prædictis licet inferre, ꝙ pari ratione poſsit priuatus exigere iuramentū ab eo, quem ſcit iuraturū falſum, quia etiam talis iuramenti poteſt eſſe bonus vſus. Quia ſecundum D. Thomam non licet priuato, aut parti, tale exigere iuramentum: ſed ſolum iudici. At vero permittente lege etiam priuatis licet vendere chartas.

*Sententia autoris.* ¶ Attamen ne omnino opinionē tantorū virorum refutemus, puto ſuam opinionē, ni fallor habere verū, quādo venditor alearum ſcit emptorē alearum talibus aleis vſurū non ſolū ad luſum mortalē, ſed ad luſum mortalē & præiudiciū tertij. Quia luſurus eſt alienā pecuniā, vel alienum patrimonium: quia in hoc caſu eſt veluti dare gladium furioſo, & (A) vendere arma ei, quem ſcio emere ad ſtatim in procinctu occidendū inimicū, quod non licet. Qua de cauſa neq; licere diximus vendere vina Indis, in ea quantitate, quæ poſsit *De vend. vina Indis.* eos inebriare: quia inde ex peccato ebrietatis ſequūtur multa nocumēta tā in vitā ipſorū, quàm etiā in domeſticos, & vxores: quia interdū nō raro ſæuiūt in illos, & dare illis vinum in quātitate, eſt veluti incēdere domū, & ſubminiſtrare gladium furioſo. Vnde caueāt tabernarij nouæ Hiſpaniæ, quia ſi hæc mala non cauent, maximè dum in propatulo ea vident, exhibent ſe inabſolubiles; nec abſolui poſſunt à confeſſoribus, niſi animū (B) concipiant nouum hæc mala cauendi.

*Quæſtio. De vendētibus fucos meretricibus.* ¶ Iam per hæc dicta liquet, quid ſit dicendum de vendētibus fucos, etiā meretricibus, quia fucorū poteſt bonus eſſe vſus ex ſe, aut certè non mortalis. Et quia, vt per leges permittuntur venditiones alearū: ita ad maiora mala præcauenda, puta ſodomitica crimina permittuntur meretrices: quarū aliquę, quia pulchriores ſunt facie, magis alliciunt ad ſe amaſios, quā quæ fucantur: ideo non improbabiliter dicitur, ſed ad mentem Caietani, ꝙ *Caietan.* vendere eis fucos non ſit mortale, ſi abſit malus animus.

*Quæſtio.* ¶ Item, an liceat locare domos, meretrici(C)bus, hic quoq; ſubſequenter, ambigitur. Ad quod pari ratione ſatisfacimus, dicendo, ꝙ ſicut per rempublicam permittuntur in locis ſequeſtratis meretricari: ita licitū eſt eis, ibi domus locare, ſine conſenſu in illarum cōuerſationem turpem. Non tamen licet locare eis domus in locis prohibitis, & inter mulieres honeſtas. Huic ſententiæ quanuis ægrè accedit Nauarrus poſtea.

*Quæſtio. De tabernar. die ieiunij vēd. cœnas.* ¶ Sed quid de tabernarijs, vtrum tempore ieiunij de præcepto poſsint indifferenter hoſpitibus aduenientibus, fercula, id eſt, ientacula, & cœnas miniſtrare, reſtat diffiniendū. Vbi ſequuti Caietanum primò dicimus, ꝙ *Dictū. 1. Caietan.* (D) hæc alimenta tunc temporis miniſtrare cum intentione inducendi, ad ſoluendum ieiunium palam eſt eſſe peccatum mortale.

2 ¶ Secundò: ſi quis ſimplici corde, & ex quadam vrbanitate, nec cum intentione incitandi ad fractionem ieiunij tali tempore inuitat ad cœnandum, vel ientandum præſumendo, ꝙ poteſt habere excuſationem ieiunandi is, quem inuitat, non peccat mortaliter. *Ratio.* Quia licet inuitet ignorans, an excuſetur inuitatus, vel non, ſed non eſt inuitanti præſumendum, quòd inuitatus tam ſit immemor ſalutis animæ, vt velit tunc cœnare, vbi à ieiunio non excuſatur. Parique ratione non

ne non peccant mortaliter propinantes cibos hoſpitibus volentibus cœnare; quia ſecundum Caiet. tales tabernarij non debēt eſſe ſcrutatores conſcientiarum hoſpitum.

*Caiet.*

3 ¶ Tertiò dicitur cum Caietano Victoria, & Nauarro cōtra Gabrielem. Qui miniſtrat cibos ei, quem nouit potentem ad ieiunandum, quem iam paratum nouit ad non ieiunandum nō peccat mortaliter: quia ſolum deſeruit eius potentiæ nutritiuæ, & ſuſtentationi naturali, & non cooperatur illi comeſtioni quatenus eſt fractio ieiunij. Et quia ſic eſt vſus, & quia nec ex præcepto correctionis, tenetur illi negare cibos: quia ſi iſte negauerit, aliunde ſibi cibos, conquiret. Ita quòd de facto non obſtante iſta negatione alibi erant cœnaturi tales.

*Caiet. victoria. Nauar. cōtra Gabriel. Ratio.*

4 ¶ Quartò adijcimus, quòd ſi quis inuitet alias non ieiunaturum, ad ſecum cænandum, dum inuitans excuſatur, & inuitatus non excuſatur à ieiunio, non peccat mortaliter ſecundum Caiet. & Nauarrum hic in ſumma latina mutantem ſententiam, & adhærentem potius Caietano. Quia non inuitat illū ad malum actum, ſed ſolum ad ſocietatem. Secus ſi inuitaret non paratum, ſed alias obſeruaturum ieiunium. Neque eſt eadem ratio de inuitante ad ſocietatem belli iniuſti alias paratum illuc ire. Quia hic ad nullum bonum naturale inuitatur, ſed potius ad neces & ſtrages iniuſtas: quare ad bellum iniuſtum illuc paratum ire non licet inuitare.

*Caiet. Nauar.* *Satisfit. Obiectiōi.*

¶ Præterea ob vitandum ſcandalum alterius, qui iniuſtè offenditur, non tenetur quis omittere, quod ſub reatu mortalis culpę efficere tenetur. Quia ſecundum regulam iuris capit. vtilius. ſcandalum naſci permittitur. At neque conſilia ſunt omittenda, ob malitiam, vel inuidiam, vel male diſpoſitam voluntatem aliorum: quia ſcandalum Phariſæorum eſt. At propter vitandum ſcandalum aliquando dimittenda eſt veritas doctrinæ tacendo, & etiam iuſtitiæ non exercendo eam. Sed nullatenus debet dimitti veritas vitæ, vt quis dimittat facere ea, quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem, vel faciat quod eſt peccatum, vt punire innocentem vel fidem negare, aut mētiri. Nam hic eſt ſenſus illius regulæ iuris; Vtilius ſcandalum naſci permittitur, quam veritas relinquatur in. 4. de regulis iuris. Hinc Sotus ait, quòd licet particularis doctrinam, vel correctionem ad tempus propter ſcandalum fragilium omittere poſsit; tamen prædicator tenetur puras veritates in ſuggeſtu populo annunciare. At ſi ob prædicationem alicuius veritatis, ſcandalum fragilium oriretur in toto populo, vel eſſe diſsimulandum tunc, vel tacendum, vel in aliud tempus reſeruandum.

*An aliquid omittendum ob ſcādal.* *Reg. iuris.* *Senſus regul. iuris.* *Coroll. Soti.*

¶ Inſuper ſecundum Ybañez in neceſsitate corrigendi proximū tenetur correcturus, cum in peccato eſt ſcandaloſo, ſaltem ceſſare ab illo exterius, & ſaltem quantum ad exteriora ſigna ſe corrigere ex charitate tenetur, ne ſcandalizet corrigendum, ſed potius corrigat cum alias eum non corriget, ſed potius ſcandalizabit.

*Coroll. ex Ybañez. Quid correcturus eſt acturus.*

¶ At cum periculo vitæ meæ ſpiritualis, quia forte moriar in mortali nō teneor ſubuenire neceſsitati ſpirituali præſenti alterius.

*Nota.*

¶ Inſuper durum videtur Cordubæ in additionibus quòd Sotus in. 4. diſtinctione 18. quæſtione. 2. articulo. 4. affirmauit, quòd cōfeſſor mulieri laboranti ignorantia inuincibili de aliquo impedimento matrimoniali, & ſciſcitanti à confeſſore veritatem illius caſus, ſi non reſpondeat ſed taceat, in hoc caſu taciturnitas confeſſoris eiuſque diſsimulatio æquiualeat mendacio. Quia tacere inquit Corduba non eſt affirmare, quòd illa ſit in bono ſtatu, aut quod ſint bene copulati. Sed credo certè, iſte Corduba iniuſte carpit Sotum in hoc caſu. Nam moraliter loquendo, quia ſecundum ius, Qui tacet conſentire videtur, præſertim in fauorabilibus, merito illa mulier hanc confeſſoris taciturnitatem, & diſsimulationem in ſuum fauorem, & ſecuritatem conſcientiæ, interpretabitur: quia ſumit rationabilem cauſam faciēdi huiuſmodi diſcurſum, ego facio quod in me eſt proponendo meum ſcrupulum confeſſori; ipſe cum teneatur me docere de alijs rebus pertinentibus ad ſalutem meam, me informat, & de iſto caſu tacet, ergo ideo tacet, quia licitus eſt mihi caſus iſte, neque in me eſt cauſa ſcrupulizandi. Nec dictum Soti, quod iſte Corduba allegat pro ſe, argumentum eſt ad hominem, ſcilicet, quod Sotus dixerit quod ſi mulier renuat ſoluere debitum marito, quocum bona fide habitat, confeſſor intelligens impedimentum, quando remedium eſt difficile, vel ſequetur ſcandalum ex detectione poteſt tacere, & in genere mulieri reſpondere, quod mulieres tenentur reddere debitum viris, etiam ſi per hoc ipſa intelligat ſe teneri reddere. Quomodo ergo non poterit, inquit Corduba, in primo caſu confeſſor tacere.

*Con. Sot. ſciſcitam an mouendus ſit à confeſſor.* *Defenditur Sotus contra Cordubā.* *Fallitur Corduba.*

¶ Miror iſtum Cordubam alioquin doctiſsimum, hoc argumentum eſſe ad hominē affirmaſſe, nec aduertiſſe diſparitatem. Quia illic eſt caſus primus de muliere ex ſcrupulo ſciſcitante ad ſuam conſcientiæ ſecuritatem, quam non licet ſic ſcrupulo agitatam & quærentem medicinam taliter deluſam per taciturnitatem, & diſsimulationem relinquere. Hoc vero ſecundo caſu loquitur Sotus, quando illa nullo ſcrupulo agitata de impedimēto, ex alia cauſa, ſcilicet, quia exoſum illum habet, vel quia eſt onerata filijs vel aliquo alio colore renuit debitum marito præſtare. Tunc cum de impedimento nihil ſciſcitetur, non occurrit obligatio, quare confeſſor id impedimenti in confeſsione deprehendens illam alias inuincibiliter ignorātem de eo admoneat: præſertim vbi difficile erit remediū, aut ſeparatio non fiet ſine graui ſcandalo. Vnde licet ſententia iſtius Cordubæ, allegantis pro ſe ſuum Magiſtrū Metinam Complutenſem, aliquid apparentiæ habeat, ſed veriorem puto opinionem Soti moraliter loquendo, & ad mentem eſſe Iuriſtarum dicentium, quòd per taciturnitatem interdum impunitas promittitur. Ergo etiā ſecuritas, & quia per eam non contradicitur, ſed potius præbetur conſenſus.



*Sotus declaratur.* *Sententia autoris.*

¶ Sed an caſu, quo princeps ſcandalizat populum, teneatur prædicator occurrere in publico, carpendo principem, ſicut Ioannes Baptiſta inſurrexit publice in Herodē, quæritur. Et quidem hic, omnia conſultiſsime ſunt agenda, antequàm prædicator proditurus ſit in publicum ad publice reprehendendum principem ſcandalizantem populum. Nam prius ſuauia media ſunt adhibenda. Quia admonendus eſt ſecreto, ſi ſperatur correctio; quia forte peccat ex paſsione, & non ex malitia. Admonendus eſt etiā populus in genere, vt à vitijs talibus caueat.

*Quæſtio. De caſu principis ſcandalizantis.*

¶ Quòd ſi his & omnibus alijs prudenter tentandis, iam tentatis, ruina magna ſequitur in populo, quia princeps non emendatur: tunc verbis cogitatiſsimis & moderatiſsimis prædicator, cui ex officio incumbit, tenetur in ſuggeſto hoc vitium ſcandaloſum principis, ſi non ſufficit in generali, etiam in particulari carpere, ſi ſpes emendæ ſit, nec peior exitus ſit expectandus, & nullus fructus. Nam in hoc caſu illa Saluſtiana ſententia vera eſt, Fruſtra niti, & nihil aliud pręter odium quærere extremæ dementiæ eſt: quā do nec per hoc cauebit populus nec princeps correctus abibit.

*Reſp.*

¶ Ad hæc ſecundum D. Tho. noſtra propria bona dimittenda ſunt propter ſcandalum non malitiæ ad tempus: licet non teneamur cum graui detrimento noſtrorum bonorum temporalium, hoc cauere ſcādalum. Quia iugū Domini ſuaue eſt. Sed bona communia vniuerſitatis, vel eccleſiæ, ij, quibus cura eorū incumbit, propter huiuſmodi ſcādalū, nō debent dimittere, quia ſua bona nō ſunt, ſed aliena. Licet interdū pia mater eccleſia propter cōmune ſcandalum vulgi vitandum, in aliquibus locis Italiæ relaxauit decimas, dummodo de ſtipendio alias miniſtris iure naturæ & diuino debito prouideatur.

*D. Thom.* *An vitād. ſcandalū cū detrim.*

Deniq; nō eſt mala exceptio Victoriæ dicētis, ꝙ licet cōſilia non ſunt dimittēda propter ſcandalū: tamen ſi ſcandalū graue immineat, neq; conſiliū tanti momenti ſit: tūc propter tale ſcandalū tale cōſiliū poteſt omitti.

*Exceptio Victoriæ de ſcādal.*

¶ Adhæc opera bona quādo ex ignorātia, vel ex infirmitate animi ſcandalum oritur, quod eſt puſillorū: non debent in totū relinqui: ſed occultari, aut differri quouſq; admoneatur proximus. Quod ſi poſt admonitionē perſeueret iam erit ſcandalū Phariſæorū.

¶ Adde etiā, ꝙ opera, quæ non ſunt de neceſsitate ſalutis, dimittēda ſunt: quando poſt admonitionē admoniti nō intelligunt rationē, quæ pro vitādo ſcādalo illis redditur: aut quādo antiqua cōſuetudo, vel alia ratio, qua ipſi nituntur, perſuadet illis non eſſe iuſtam illā rationē, quę illis redditur: quia tunc ſecūdùm Caiet. ſcandalū tale non eſt ex malitia, ſed ex ignorantia. Sicut etiā ſimiliter docet Nauar. ꝙ curatus nō debet negare abſolutionem pœnitenti habenti opinionem contrariam: niſi talis curatus ſuæ opinionis, poſsit pœnitēti rationē euidentē, & clarā, qua conuincatur ſuā opinionē eſſe falſam, qua ſe pœnitēs tueri cōtendit, reddere. At de hoc iam.

*Opera an dimit. ob ſcandal.* *Caiet.*

¶ Peccat peccato ſcandali, qui excuſatus comedit in Quadrageſima carnes: ſi ignorantes, qui ſcandalizantur de ſua cauſa excuſante eum, certiores non facit. Sicut pari ratione tali peccato peccat qui ex conceſsione libros vetitos hæreticorum apud ſe retinet, & legit: niſi ignorantes, qui de hoc ſcandalizantur de tali conceſsione Papæ ſibi facta, admonitos faciat.

¶ Qui vi, dolo, aut fraude, alium ad peccādum induxit tenetur reſtituere, tollendo vim, aut ignorantiā. Secus ſi induxit ſcientē, aut voluntariū. Quia tunc etſi non ex iuſtitia, tamen ex charitate tenetur iſtum pluſquàm cæteros, cæteris paribus, corrigere.

¶ Nauarrus reſpondens ad obiectionem F. Vincentij Iuſtiniani inquit: Nō eſt peccatum ſe reputare abiectū, ex eo ꝙ ſit ex patre Iudæo. Sed peccatum eſt deſpicere taliter patrē huiuſmodi inculpatū. Quia licet pauper & abiectus ſit, illum filius diues, & ſublimis, ex quarto præcepto tenetur honorare.

¶ Putoque verum eſſe quod Metina in ſua

*De vocantibus Iudæos qui ſecreto ſũt ex talibus. Metina.*

ſua inſtructione aſſerit, eſſe peccatum mortale contra charitatem, hominem alioquin bonæ æſtimationis in populo, cum non eſt periculum quòd veniet in publicum, ſi nouit quis ſecretò eſſe de genere Hebræorum de nouo conuerſorum, ſecretum detegere eum, Iudæum compellando. Licet aliqui etiam docti parum de hoc ſcrupulo ſint ſoliciti, hoc paſsim euulgantes, dicendo. Ille eſt de genere Saracenorum, vel Hebræorum. Qui ſi excuſandi ſunt (inquit Metina) eſt forte, quia quantum ſit contra charitatem non aduertunt.

# CAPVT LX.

## De homicidio.

SEcundum Cõcilium Colonien. præceptum de occidendo non frangit, qui operatur detrimentum animæ. Sicut neque etiam præceptum de occidendo ſe, non frangit latro, qui exponit ſe periculo, vt ſi capiatur, ſuſpendatur. Quia id non intendit, niſi faceret, vt probatam faceret ſuæ mortis intimiditatem.

*An occiſio liceat ob defenſ. bonor.*

¶ Licet occidere publica authoritate iuſtitiæ, & etiam ob euitandum ſuorum bonorum temporalium furtum, quoniam ſunt vitæ ſuæ adminicula. In eorum defenſionem raptorem, dominus poteſt occidere, quandiu cum illis vadit onuſtus, ſecundũ Sotum. Secus eſt, ſi iam in aliquam domum recepit ſe cum illis: quia tunc cuſtodiendus eſt, vt via iudicis ſine eius occiſione facta authoritate priuata reddere illa bona cogatur. Hoc autem de occidendo in flagranti raptu bonorũ intelligitur, ſi aliter bona ſua nequit tueri. Sed & in ſui defenſionem quoque, cum moderamine inculpatæ tutelæ quis inuaſorem occidere poteſt, ſecundũ D. Tho. 2. 2. q. 64. art. 2. & ſecundũ eius commẽtatorem. Neq; enim contra hoc militat illud dictum cõmune, ſcilicet, quòd tenemur magis ad diligendum vitam proximi, quã noſtras fortunas: quia hoc verum eſt in caſu neceſsitatis.

*Sotus.* *D. Thom.*

*Quali iactura redim. vit. proxim. Sotomaior.*

¶ In extrema neceſsitate, quando talis extrema neceſsitas eſt ab extrinſeco, aliquis non tenetur ſecundum fratrem Sotummaiorem, redimere vitam proximi cum multa iactura bonorum ſuorum pertinentium ad decentiam ſui ſtatus. Vt verbi gratia ſi tyrannus peteret regnum, aut primogenituræ alicuius redditus, ne occideret aliquem, non tenetur talis primogenitus, cũ iactura primogenituræ ſuæ ſubuenire vitæ proximi, alias opprimendi à tyranno. Quia ſi ad hoc obli-

A garetur, eſſet inuenta via malis opprimendi bonos. Credo tamen in iſto caſu, cauſa eruendi vitam innocẽtis à tyranno tenetur ſecundum Armillam de bonis ſuis ſuperfluis ad ſtatum ſubuenire, niſi occurrerẽt aliæ neceſsitates in republica grauiores. Si autem quis ex malitia diceret, ego me occidam, niſi dederis mihi bona tua, potes ei reſpondere, Accipe funem, quo te ſuſpendas.

*Sententia autoris.*

*De præuar. reſpu. medic.*

¶ Si autem aliquis ægrotans propter auaritiam nolit ſibi ſubuenire emendo ſibi neceſſariam medicinam: licet habeat vnde ſibi ſubueniat, ſi id faciat ex paſsione, vel ex ſtultitia, tenetur vnuſquiſque qui potis eſt, B ei ſubuenire; quia poſtea poteſt id exigere in iudicio, l. ſed an vltro. de negotijs geſtis. & ſecundum Adrianum in. 4. de correctio. Si autem faciat ex malitia ad extorquendum meam pecuniam, non teneor mea pecunia illi ſubuenire: ſed inſtare apud iudicem, vt pecunia illius, cura illi adhibeatur.

*De negot. geſt. Adrian.*

*De irreg. defendentis.*

¶ Etiam ob defenſionem proximi, cum moderamine inculpatæ tutelæ, licet aggreſſorem occidere, in hoc caſu quamuis abſque culpa ſua fieret talis occiſor irregularis. Quoniam ſecundum Concilium Vienenſ. tantum in ſuæ vitæ defenſionem neceſſariam, occidens euaderet irregularitatem: C non tamen ſi occideret ob defenſionem bonorum ſuorum: niſi caſus accideret, quo peruentum eſt ad punctum: quo vt ſurripiantur eius bona inuaditur à latronibus eius vita; vbi neceſſe eſt iam ſuam defendere vitam: nam tunc euadit irregularitatem.

*Concil. Vienen.*

*D. Thom. An permiſ. mort. liceat.*

¶ Poteſtque quis dum ſua perſona non eſt ſummæ reipublicæ neceſſaria, ſecundum D. Thom. permitti ſe occidi ab inuaſore, ne inuaſorem occidat, præſertim moriturum in mortali, quia opus eſt hoc excellentiſsimæ charitatis. Nam maiorem charitatem nemo habet, quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis, & etiam pro inimicis ponere eſt opus inſigne dilectionis. Secus eſt, ſi inuaD ſus eſſet ſumme reipublicæ neceſſarius, atque inuaſor non ita: quia tũc teneretur inuaſus pro bono publico, ſuam vitam incolumem ſeruare, quando aliter non poſſet, niſi etiam inuaſorem interimendo. At ſi econtra inuaſor ſupreme eſſet reipublicæ neceſſarius ita, vt ex eius vita, reipuſtlicæ vita pẽderet, teneretur in hoc caſu, homo plebeius non tanti momenti, ei parcere. Quia bonũ cõmune præferendum eſt bono particulari.

*Queſtio. An innocens aliquando tyran. tradi.*

¶ Præterea nõ inepte hic ſe offert illa quæſtio nõ ſatis plana, vtrum ciuitas oppreſſa à tyrãno minanti illi excidiũ, niſi talis ciuitas

tradat



tradat quem intra ſeruat innocentem à tyranno ſtatim iugulandum. An pro redimendo ſuam vexationem, poſsit illum innocentem tyranno tradere. Et quidem Sotus & Nauarrus, vt teſtatur Corduba, ſummè exhorreſcunt concedere hoc eſſe licitum. Quibus videtur accedere D. Thom. 2. 2. quia inquit, bonus in republica, conſeruatiuus eſt boni communis cum ſit innocens. Igitur innocens non eſt tradendus tyrãno eum quærenti ad mortem, pro conſeruatione reipublicæ; quia non eſt medium in hoc caſu proportionatum ad conſeruandam rempublicam: niſi ſolum ex malitia tyranni.

*Sot. Naua.* *D. Thom.*

*Cord. Adri. contra Sot. & Nauar.*

℄ Sed tamen Corduba probabiliter tenet cum Adriano ſibi fauenti contra Nauarrum & Sotum, ſcilicet, quòd in hoc caſu reſpublica poteſt tradere innocẽtem tyranno. Quia (inquit) iſta traditio non eſt per ſe cauſa proxima necis, quam infert innocenti tyrannus. Nec in huiuſmodi traditione intenditur à ciuitate tradenti mors innocentis, ſed euaſio à tyranno. Sicut bellum gerens iuſtum, quando expugnanda eſt turris, vbi nouit eſſe innocentes cum nocentibus, poteſt per accidens in ordine ad obtinendam victoriam, quando aliter obtineri non poteſt, & ipſos innocentes trucidare ictu ſulfuris.

*Remiges an excuſ. Cord. Adri.*

℄ Pariq́ue ratione excuſari probabiliter poſſunt à mortali prout excuſantur à Corduba, & ab Adriano remiges illi Chriſtiani, qui vinculati in triremibus Turcarum, in conflictu belli, flagris, atque etiam incuſsione minarum mortis, contra Chriſtianos à Turcis coguntur remigare: quia remigatio hæc non de ſe, ſed ex malitia Turcarum, via eſt, & cauſa non ita propinqua ad victoriam & occiſiones contra Chriſtianos. Et ſic interim teneamus, ne iſtos alioquin remiges deſperatos in baratrum deſperationis maioris proijciamus, maxime quando renuiſſe remigare nihil proderit ad euaſionem Chriſtianorum: ſed tantum ad eorum remigum mortes.

# CAP. LXI.

## De bello.

*De militib. parat.*

MIlites parati ad omne bellum ſunt in ſtatu condemnationis. Sed parati ad iuſtum tantum bellum poſſunt licite ſequi principem quem ſciunt eſſe hominem Chriſtianum. Sed ſecundum Ybañez milites certi,

*Ybañez.*

A quòd princeps dubitat de iuſtitia belli non poſſunt bellare licite, etiam ſi ſint ſubditi & ſtipẽdiarij. Neq; ſecundum ipſum duellum in aliquo caſu licet; quia non eſt in ordinatam defenſionem; ſed potius eſt cum periculo vitæ cum ſit per modum aggreſsionis.

*De duello.*

*An in bello omnes poſſ. occidi. Victor.*

℄ Adde quòd in bello iuſto, licet occidere bellum iniuſtum gerentes, & interficere omnes indifferenter ſecundum Victoriam in Relectio. de bello poſteriori. q. 45. qui in actuali conflictu belli, vel in oppugnatione, vel defenſione ciuitatis cõtra pugnant: quandiu res eſt in periculo.

℄ At quando iam parta eſt victoria, reB bus iam extra periculum poſitis: tunc non licet interficere omnes etiam nocẽtes ſolum ad vindicandam præteritam iniuriam. Sed bene quidem licet omnes illos interficere, ſi opus ſit ad parandam ſecuritatẽ in futurum. Imo aliquando non ſolum licet, ſed expedit interficere omnes nocentes. Et hoc maxime in bello contra infideles ad finem ſupradictum, quando aliter ſecuritas non poteſt obtineri. Sed in bello contra Chriſtianos non puto (inquit Victoria) quòd parta victoria licitum ſit interficere omnes nocentes: quia alias eſſet redigere terras in ſolitudines: ſed pro menſura delicti, ſit plagarum & occiC ſionis modus. ℄ Imo in hoc caſu non licet parta victoria interficere nec vnum Chriſtianum: quando bona fide præſumitur ſequutos fuiſſe ſuos principes.

*De deditis in bello.*

℄ At vero quia in bello ſeruandum eſt ius gentium, videtur parta victoria, & tranſeunte periculo captiui iam, niſi ſint profugæ, non ſint interficiendi: ſed nec etiam dediti, qui in deditionibus arcium ciuitatum cauerunt ſibi conditionibus: vt ſalua manerent eorum capita, & ſalui mitterẽtur. Alioquin, non videtur iniquum, vt ſi oppidum nihil cauendo ſe dedat, ſi mandato principis aut iudicis aliqui, qui fuerant nocentiores D occidantur.

*Quæſtio. An innocentes interfic. in bello. Victoria.*

℄ Sed grauius dubium exurgit, ſcilicet, an innocentes, à quibus imminet periculum in futurum in bello liceat interficere. Et quidem ſecundum Victoriam probabilius eſt, quod non licet hac de cauſa illos innocentes interficere. Nam & nemo puniẽdus eſt pro peccato futuro, nondum patrato: quoniam euitari poteſt, licet tamen durante bello, ſi ſit perpetuum, iſtos innocentes verſantes inter nocentes rebus ſuis expoliare, ſi aliter commode bellum geri non poteſt: quia licet debilitare hoſtes, expoliando alimenta eis præſtantes.

*An infantes occid. in bell.*

¶ Vltra hoc notaueris, quòd etiam in bello contra Turcas, non licet interficere infantes. Patet, quia ſunt innocentes. Imo nec fœminas inter infideles, quia quantum ad bellum ſpectat, præſumuntur innocentes, niſi conſtaret de aliqua fœmina quòd fuiſſet in culpa. Inro idem videtur iudicium de innoxijs agricolis apud Chriſtianos; imo de alia gente togata, & pacifica: quia omnes præſumuntur innocentes, niſi contra conſtaret. Hac etiam ratione nec peregrinos, neque hoſpites, qui verſantur apud hoſtes licet interficere: quia præſumuntur innocentes: neque re vera ſunt hoſtes. Nec clericos licet interficere: quia innocentes preſumuntur: niſi conſtet de contrario, vt cum actualiter pugnant.

*Quæſtio. Infantes an captiu. poſſ.*

¶ Sed dato, quòd non liceat interficere pueros, aut alios innocentes. An liceat illos ducere in captiuitatem, & ſeruitutẽ. Reſpondetur planè, quòd eodem modo, licet ducere innocentes in captiuitatem, ſicut licet expoliare illos: quia libertas inter bona fortunæ cenſetur. Vnde non eſt dubium, quin liceat & pueros & fœminas Saracenorum ducere in captiuitatem, & ſeruitutem; quia ſunt membra reipublicæ nocentis, quæ punitur in ſuis membris.

¶ Sed iam ex iure gentium recepto, inter Chriſtianos pueri, & fœminæ (ſi opus eſt ad finem belli) licet non fiant ſerui, ducuntur tamen captiui, non quidem in ſeruitutem; ſed vt pro illorum redemptione recipiantur pecuniæ. Quod tamen extendendum non eſt vltra, quàm belli neceſsitas poſtulet: & conſuetudo legitime belligerantium obtinuit. Tandem concludimus, quòd

*De obſidib.*

obſides recepti tempore induciarum, vel peracto bello interfici poſſunt, ſi hoſtes fidem fregerint, neque conuentis ſteterint, quando tales obſides, alias ſunt de numero nocentum; puta quia tulerunt contra eos arma. Si autem ſunt innocentes, vt ſunt pueri, & fœminæ aut alij innocentes, non ſunt interficiendi. Hæc omnia ex Victoria in Relectione ſupradicta.

*Victor.*

# CAP. LXII.

## *De defenſione iuſta vel non.*

*An inuaſus licit. ſe def.*

INuaſus nõ ſolum poteſt licite intẽdere ſe defendere: ſed licite intendit; ſeu, vt exacte loquamur, licitè eligit occidere aliũ (A) vt medium neceſſarium ad ſuæ vitæ defenſionem, quando aliter non poteſt euadere. Quia poteſt velle ad hunc finem transfigere guttur inuaſoris; quia alias vix eſſet, qui occideret aggreſſorẽ ſuum ſine peccato. Quia fragilitas humana & tentatio ſubita non permittit in illo ſubitaneo conflictu hanc longam deliberationem, ſcilicet, nolo occidere facere. Hæc ſententia eſt Nauarri, & Soti contra Caietanum tamen, & Cordubam, quorum opinionem Nauarrus reputat nouam. Et nouitates, inquit, nobis ſunt fugiendæ, & ego illi magis aſſentio & Soto.

*Naua. Sot. cõtra Caiet, & Cord.*

*An liceat inuaſorem præuenire.*

¶ Quanuis ante aggreſsionem aggreſſurum (B) non liceat occidere: tamen vbi aliquis nullum aliud effugium euadendi mortem habeat, niſi ipſe inuaſurum præueniat, poteſt eum præueniendo occidere. Exemplum eſt de vxore, quæ certo nouit ſe occidendam à marito pugione, quem iam maritus ſuppoſuit ſub ceruicali, ad occidendam eam dormientem; ſi hæc mulier non poſsit fugere, quia concluſa eſt ianua claui; poteſt maritum occidere: quia iam maritus, in hoc caſu, vt aggreſſor reputatur. Et ſententia Nauarri hæc teneri poteſt, quanuis Victoria dixit ſe hunc factum non approbaturum ante factum, ſed neque damnaturum (C) poſt factum.

*Exemplum.*

*Nauar. Victor.*

*Qui inuaſ.*

*Merca.*

¶ Vt autem noueris lector, quis inuaſor quis inuaſus in hac parte dicatur, aduertito cum Mercato in ſuo opere de tractibus, & contractibus, quòd innocens in hac parte dicitur inuaſus: quare ei tenetur reſtituere damnum illatum inuaſor. Sed quando iam inuaſor deſtitit, vel quando in conflictũ alter eorum ceſſat à percuſsione, vel ab aggreſsione, iam ex tunc redditur innocens, licet antea inuadendo fuerit nocens, ſed hæc ſententia licet multoties ſit vera, ſed non ſemper. Quia licet ſecundum Ricardum, qui dicto Mercati videtur ſubſcribere, vulneratus, aut iam cæſus alapa, non poſsit percuſſorem (D) iam deſiſtentem, & fugientem occidere, tamen hoc limitat Nauarrus dicens, quòd ita eſt, quòd tenetur percuſſus percuſſorem deſiſtentem, & fugientem non perſequi, niſi talis percuſſus vulnere, vel alapa magnam ſui honoris iacturam faceret, niſi fugientem perſequeretur. Poſſet enim tantum, quantum opus eſſet, ad ſui honoris defenſionem tunc eum perſequi, & percutere: quia honorem, etiam occidendo, ſi opus eſt, licet defendere.

*Ricard.*

*Limitat Nauar. Ricard.*

*An percuſſus perſeq. poſſ. percuſſorem.*

*Subnotatur Nauar.*

¶ Et quidem licet hanc Nauarri ſententiam non omnino damnare auſim, quia eius ratio



ratio aliqualiter eſt apparens: tamen negare non poſſum, quin ſit licentioſa. Nam Victoria vix audet tantùm ſe extendere. Sed ſolum ſubtrepide affirmat, quòd illico in continenti percuſſus, poteſt repercutere ſuum percuſſorem, etiam deſiſtentem ſui tutandi honoris gratia; quia illa in continenti repercuſsio potius videtur defenſio honoris, quã aggreſsio contra ſtatim deſiſtentem. Sed quod percuſſus qui perſequitur percuſſorem fugientem iam, non ſit ipſe aggreſſor, alij iudicent, quoniam defenſio actualis relationem dicit ad iniuriam actualem. Pari ratione, ſi hoc licet: ſibi percuſſus perſuaderet, quòd per vnam poſt horam, vel poſt alterum diem, poſſet percuſſorẽ ſuum inſequi: quia perſtat iactura honoris, quam paſſus eſt, quam poſt horam, ſi videat percuſſorem eumque repercutiat, ſic aliqualiter reſarciet. At puto inſequi percuſſorem iam fugientem: non eſt honorem iam amiſſum defendere, ſed aliqualiter amiſſum reſarcire, ſeu recuperare, quòd non licet authoritate priuata: ſed ab authoritate iudicis eſt iniuriæ compenſatio poſtulanda. Niſi velit Nauarrus dicere, quòd illa repercuſsio honoris defenſio ſit, quia quaſi incontinenti percuſſorem ſtatim inſequendo ſit. Bene quidem, ſed ante factum non approbo: Sicut nec poſt factum, damnabo. Quia & pro Nauarro facit dictum Soti dicentis, quòd non ſolum incontinenti, quo quis violenter à me rapit bona mea, poſſum in defenſionem bonorum meorum neceſſariam, raptorem percutere: ſed etiam dum iam onuſtus aufugit cum rapina, poſſum illum inſequi, & vi tollere quouſque in aliquam domum ſe receperit; quia iam non vi priuata mea: ſed implorata authoritate iudicis illa bona ſunt recuperanda. Quamquam hic nonnihil agnoſco diſcriminis, quoniam iniuria percuſsionis iam in inſtanti tranſijt, & iam manet tantum (vt aiunt in facto eſſe) ſed rapina non ita manet in facto eſſe, ſed adhuc eſt in fieri; dum onuſtus raptor palam coram domino vidente, & inſequenti fugit cum ea, iuxta domum, vbi rapuit.

*Victor.*

*Ratio.*

*Sent. autoris*

*Sotus facit pro Nauar.*

*Satisfit obiectioni per differẽtiam.*

*An pro defenſ. bonorũ liceat occid.*

*Mercatus.*

¶ Porro paſſus rapinam ſi illum raptorem non amiſit à ſuo conſpectu, quia adhuc inuenitur cum furto, vt aiunt, in manibus; ita vt tergiuerſari non poſsit, nec negare eſſe alienum, aut defendere eſſe ſuum, quod ſecum fert furtum: tunc ſecundum Mercatum poteſt vi tollere, & in defenſionem ſuorum bonorum paſſus illam rapinam, poteſt raptorem occidere, ſi aliter prædam (A) ab eius manibus nequeat eripere: dum talis præda magni momenti ſit. Non enim licet laicis pro re ſibi ablata non tanti momenti furem occidere, præſertim furem diurnum: quando coram teſtibus iam deprehendit illum, neque creditur fugiturus ſit cum præda. Quia tunc cum dominus poſſit ſtatim conuincendo talem latronem cum teſtibus coram iudice, authoritate iudicis bona ſua ab illo recuperare, iniquum erit tunc ob hoc illum occidere latronem. Secus ſi alias ſemel ſinitur aufugere cum præda, nulla ſit ſubinde ſpes recuperandi ablata: ſicut frequentius contingere poteſt in fu(B)re nocturno, vbi abſunt teſtes; nam inſequi illum poteſt, atque ſi neceſſe ſit in defenſionem ſuorum bonorum occidere. Nec tantum licet clericis, ſicut laicis ob bonorum ſuorum fures occidere. Circumſpectè, & Chriſtiane loquitur iſte Mercatus: licet alij doctores non tanta limitatione in hoc caſu loquantur ſaltem explicite: neque licet pro modicis defendendis bonis occidere.

*Seruãda moder. in defenſ.*

¶ In defenſione moderatio inculpatæ tutelæ ſeruanda eſt, id eſt, non maiori vi, aut defenſione, quàm neceſſaria vtendum eſt defenſori pro iniuria ſibi illata propulſan(C)da; atque propterea inuaſus, non eſt vſurus armis contra inuadentem ſe ſine illis; niſi forte pugnus inuaſoris alioquin inermis, ſit adeo validus, vel paulo minus fortis, quam enſis inuaſi, iuxta gloſſ. l. 1. C. vnde vi. Et idem dicendum eſt de eo, qui quando ſine armis ſe defenderet, iniuriam magnam aut honoris aut perſonæ pateretur, quoniam ſi poteſt ob res ſuas occidere, cum honor pluris æſtimetur, quam fortunæ bona, poterit ob illum occidere, quapropter, ſi aliquis non poteſt ſine dedecore fugere, nõ tenetur fugere. Sicut Sotus de iuſtitia, & iure. libro quinto. quæſtio. 1. articu. 8. prope (D) finem optime ait. Quòd, verbi gratia, eques nobilis, aut alius vir tantæ æſtimationis in populo, quòd ignominioſa res ei eſſet fuga, ſi inuaſus aufugeret, non tenetur terga vertere. Secus ſi inuaſus eſſet religioſus, aut clericus; quibus certe talis fuga, non imputatur ad dedecus, ſed potius ad honorem; quia tunc iſti tenerentur potius fugere, quàm in ſui defenſionem percutere, aut occidere: quando per fugam ſuas poſſunt tutari perſonas. Similiq; obligatione ſecundum Mercatum tenetur fugere etiam nobilis homo, qui inuaſus eſt à marito vxoris, cuius copulam ingreſſus erat ad ſolicitandum. Quia tunc cum

*Gloſſ.*

*Sotus.*

*An teneatur inuaſus fugere.*

*Mercat. Nota.*

cum ille licite ſuam tuetur vxorem, & domum, & iſte nobilis illicite domum eius ſit ingreſſus, licet ſuam poſsit tueri vitam, ſed non maritum talem innocentem occidendo, ſed potius licet ſibi ſit ignominioſum, fugiendo.

*Virgo an ſe teneatur defendere.*

¶ Inſuper & moderatio hæc inculpatæ tutelæ ſeruanda quoque eſt, & in defenſionem proximi. Quare ſi virgo impetita carnaliter vociferetur valde, implorans auxilium, auxiliari ei poteſt is, qui adeſt: quando aliter à tali vi oppreſsionis eripere eam nequit, etiam interimendo inuaſorem. Secus eſt ſi illa ſubtepide clamet, nec tantopere cõqueratur de iniuria, quia præſumitur quaſi eam velle. Vide de hac materia Cordubam in tractatu de caſibus conſcient. quæſtio. 89. apte diſſerentem.

*Cordub.*

*De pacificãte pugnãtes.*

¶ Præterea aduertito tandem, quòd in conflictu dum duo iam conſeruere manus, qui de foris tertius accedit, tantum contendere habet ad eorum pacem. Quòd ſi in tali conflictu, vnus deſiſtere videtur ſeque retrahere à pugna, iam hic eſt innocens: in cuius defenſionem ille tertius poteſt contra alium nõ deſiſtentem aſtare, illumque iuuare. Sed ſi neuter eorum ſe ſubducit à pugna, quia iam res pugnæ inferbuit; tunc iſte tertius ſolum poteſt pugnare in defenſionẽ inuaſi, quando iam quaſi victus ab inuaſore ſuppeditatur, & opprimitur, quandiu inuaſor non deſiſtit; quia nemo tenetur proſequi pugnam, niſi coactus.

¶ Quare frater videns fratrem in conflictu, in quo aggreſſus eſt alterum, ſolum niti ad pacem poteſt; ſed non poteſt opitulari fratri, niſi quando frater eius, quia iam ſe ſub duxit à pugna, adhuc eum inſectatur alius, nolens deſiſtere.

*Nota.*

¶ Demum inuaſus, ſi aliter non poteſt vitare vulnus, aut alapam ſibi incutiendam, poterit aggreſſorem occidere, ſi inuaſus ſit alicuius momenti.

*Quomodo interruptio nõ multiplic. peccata.*

¶ Quando abſque interruptione operis exterioris, actus volitionis interior multiplicatur, non eſt, niſi vnum peccatum. Vt dum quis ſine interruptione operis exterioris, inſiſtendo, in quærendo, & occidendo inimicum, renouat volitiones, quibus eum vult occidere, vnum peccat duntaxat peccatum tanto grauius, quanto magis per tot volitiones confirmatum. Similique ratione vnum duntaxat peccatum eſſe exiſtimatur, quando abſque interruptione actus interioris, apparatus exteriores, & prçludia maleficij, multiplicantur. Vt dum quis in ſua voluntate occidendi, ad id mille media machinatur: dum illa media, quia detrimentoſa forſitan ſunt alteri tertio, ex ſe aliam malitiam etiam diſtinctam non habent: Sed de his clarius, & abundantius iam diximus.

¶ Non peccat, qui iuſtè occidit propter iuſtam defenſionem proximi, vel ſui honoris, vel rei familiaris, etiam ſi aliter propriam vitam defendere poſſet, fugiendo, licet irregularitatem contrahat, iuxta gloſſam ſingularem, clemen. 1. de homicidio. Ita ſtylus curiæ habet contra reuerẽdiſsimum Didacum à Leyua Segobienſem. Quia licet iſte nõ peccet, ſed ſine etiã peccato, iuſti cooperatores ad mortem iuſtam, vt officiales iuſtitiæ hãc irregularitatem incurrunt, quæ poſt Concilium Tridentinum, per epiſcopum nequit ſecundum Nauarrum diſpenſari. Eſt tamen contra Caietan. in ſumma, & contra Armillam verbo. irregularitas. §. 13. Caietano accedentem, qui tamen ſcripſerunt ante Concilium Tridentinum. Sed de hoc alias infra. At ſecundum Metinam de mente plurium doctorum licite diſpenſat epiſcopus cum occiſore iuſto in minoribus, & in beneficio. folio. 54. pag. 2.

*Gloſſ.* *A Leyua.* *Nauar. contra Caietan. & Armil.* *Metina.*

*De furem diurno.* *De fœmin. defend.* *Sotusmaior. An inimicus in extrem. ſit ſubueniend.*

¶ Occidens latronem tam nocturnum, quam diurnum, peccat, quando aliter ſe ſuaque defenſare poteſt. Sed in foro exteriori occidens furem nocturnum, non punietur, ſed bene ſi occiderit diurnum. Nec peccat fœmina occidens in defenſionem ſuæ caſtitatis, quam aliter ſaluo honore non poterat defendere. Adde, quòd ſecũdum fratrem Petrum de Sotomaiore, non tenetur quis inimico ſuo conſtituto in extrema neceſsitate famis ſubuenire; quando certus eſt is, quòd ſi talis inimicus euadat, à tali inimico erit occidendus, quia ſe perdere erat, & eſt paratus: ſicut licet ſubtrahere arma furioſo me occiſuro. Probabile eſt hoc: licet hoc nõ ſit vſquequaque certum: quia videtur non ſit omittenda impletio præcepti charitatis propter futurum euentum mihi noxium, quòd alijs vijs à me eſt euitabile. Sed iſte loquitur, quando certus ſum, quòd mortem meam nequibo euitare aliter.

## CAP. LXIII.

### *De occiſione caſuali.*

*De occiſore ex inaduertentia.*

Peccat occidens, vel percutiens non aduertendo, vel non adhibendo diligentiam, quam mediocriter



diocriter prudentes in talibus actibus, ſolent adhibere. Vt ſi deijciens tegulas è tecto, ſine præmonitione tranſeuntium illac, faciat; vel ſi quis percutiat puerum cum cingulo non abſtracto gladio. Itaque, vt quis in percutiendo, vel occidendo excuſetur ab reſtitutione, & peccato, duæ requiruntur conditiones: tum, vt debitam, quis adhibeat diligentiam dum timetur periculum: tum, vt non det operam rei periculoſæ. Quoniam & homicida eſt ſecundum D. Antoninum, qui ob ſui defenſionem, cum ipſe fuerit aggreſſor tantum percutere intendens, tandem hominem interimit. Sicut etiam ſecundum eundem, mulierem alienam aggreſſus, qui vt ſe defenderet ab eius marito inuentus, homicida eſt, ſi eum occidit. Et vt ait infra Nauarrus, talis ſit irregularis, etiam in hoc caſu in ſuæ vitæ neceſſariam defenſionem occidens maritum: quoniam dedit operam rei illicitæ, & quæ via erat ad tale homicidium. Et huic ſuæ opinioni ſuffragatum fuiſſe Pium V. cum ante eum hæc quæſtio verteretur, gloriatur Nauarrus. Ita Corduba cum Nauarro libro ſecundo. in ſuo quæſtionario contra Sotum. Sed de hoc alibi diximus.

*D. Anton.* *De occiſore mariti adulteræ.* *Nauarr. de irregul. eius.* *Pius. V.* *Cord. contra Sot.*

¶ Mortaliter peccat qui ne puſillanimis habeatur periculo vitę ſe exponit, aut mutilationis membri. Secus ſi ex ſurreptione.

*De ioculatore pericul.*

¶ Peccat mortaliter ioculator, ſi vtatur ioco cum vitæ ſuæ periculo probabili, vt funambulus ſupra funem excelſiori loco ſuſpenſum incedens. Secus eſt, ſi abſque tali periculo ſuam artem exerceat. Pari ratione ſecundum aliquos à mortali peccato excuſatur is, qui aſſumit venenum ad experiendam theriacam manifeſte compoſitam à viro legali, perito in illa arte, quam expertus eſt iam in bruto animali. Sed alij quibus accedit Nauarrus cenſent, quòd id licet, quia ſatis experimẽti capi potuit in animali bruto: quod poſt factum Nauarrus non audet dãnare. Sed ego ad mortale ſaltem damnarem ante factum etiam, id eſt, ante experientiam hanc.

*Quæſtio. An prægnans cum pericul. fœtus. Cordub.*

¶ Huic ſit appendix quæſtio illa, vtrum medicus, vel obſtetrix porrigere poſsit mulieri prægnanti, cum periculo fœtus adhuc viui potionem, quam mouet Corduba in ſuis additionibus & in quæſtionario ſuo. Cui ſit ſatis per diſtinctionem: Quoniam ſi medicinæ tales ſint, quæ ſuapte natura magis ordinantur ad ſanandum, quam ad occidendum porrigi licitè poſſunt tali prægnanti. Cuiuſmodi ſunt minutiones balnea, ſalubres potiones. Et hoc quando non ſuppetit aliud remedium ad ſanãdum matrem; quia tunc de per accidens mors pueri, ſeu aborſus ſequitur: ſicut in bello iuſto mors innocentis quæ ſequitur per accidens, fit iuſta; quia eſt præter intentionem.

*D. Ambrõ. 14. q. 5.* *D. Auguſt.* *23. q. 4.*

¶ Si autem medicina talis eſt, quæ potius ſit ordinata ad occidendum, quam ad ſanandum; tunc licet aſſumpta ea, veriſimiliter credatur mater viuet: ſi tamen exinde creditur probabiliter fœtus ſit obiturus, nõ licet matri talem medicinam propinari à medico. Quia ſecundum D. Ambroſ. 14. q. 5. cap. denique, quando vni ſubuenire nequimus ſine detrimento alterius, melius eſt nemini ſubuenire. Et in hoc ſecundo dicto concordant communiter doctores quamuis D. Auguſt. D. Ambroſio videatur contradicere: ſed re vera non contrapugnat in epiſtola ad Bonifacium, & habet. 23. q. 4. Vbi cap. ipſe, ait, quòd ſi plurimi eſſent in domo ruitura, & inde ſaltem vnus liberari poſſet, atque id quia facere conaremur alij ſemetipſos præcipitarent: doleremus de cæteris, verum de vnius ſaltem ſalute conſolaremur; quia loquitur hîc Diuus Auguſtinus de his, qui ſua culpa ſe præcipitant, quia alius liberatur.

*Quæſtio. De medicina dubia.* *Reſp.* *Syluest. Cord. contra Almai. & Adrian.* *Opinio rationabil.* *Galenus.*

¶ Sed quid, ſi medicina ſuapte natura eſt tam mortifera, quàm ſalutifera: iam iamque conſtat, quòd tam mater, quàm eius fœtus morietur: ſi tamen mater talem medicinam aſſumat, euẽtus eſt in dubio, vtrum fœtus vel mater ſaluabitur? Reſpondetur plane: In hoc caſu illicitum eſt prægnanti talem porrigere medicinam: eſtque concluſio hæc Syluestri verbo bellum. 2. quæſt. 6. eſt Cordubæ loco citato, eſtque communis, & magis tuta, cõtra Almainum, & Adrianum. Quia porrigens huiuſmodi medicamen, in hoc caſu exponit ſe periculo occidendi matrem, vel fœtum, vel vtrumque. Sed nihilominus opinio Almaini, & Adriani in 4. ſentent. de correctione. ar. 3. eſt ſatis rationabilis: quia nititur authoritate Galeni dicentis, quòd in extrema neceſsitate in rebus deſperatis, licet facere experientias. Quare ipſius dictum ad medicum eſt in hoc caſu; Interfice audacter.

*Sententia auctoris.*

¶ Sed hæc quidem opinio Galeni verum habet vbi mors tertij, id eſt, fœtus inde non immineret. Itaque dicimus, quòd poſtquam in hoc caſu de vtriuſque vita tam matris, quã fœtus, (vt ſupponimus) eſt iam deſperatum, nihil iniuriæ patitur fœtus, ſi hæc experientia fiat in matre.

*Quid in dubio vitæ pueri.*

¶ Sed in caſu dubio, vtrùm, ſcilicet, puer exinde morietur, aut euadet, ſi talis experientia fiat in matre, ſecurius dicitur, quòd vbi fœtus nõ eſt animatus: talem medicinam poſſit aſſumere mater, etiam ſi aborſus ſequatur. Quando tamen informatus iam creditur eſſe anima rationali, tunc medicinas ſalubres, & ordinarias licebit ſumere matri: inſalubres autem, & periculoſas tam ordinatas ad occidendum, quam ad viuificandum, ei aſſumere non licebit. Quia ſecundùm Sotum, in periculo mortis, ne pereat fœtus, & viuus extrahatur, & baptizetur non eſt aperiẽda mater morti iam propinqua: quia non ſunt facienda mala, vt eueniant bona; id eſt, non eſt mater occidenda, vt filius euadat: Nec etiam ſi eſſet mater prægnans ad mortem iam damnata, quia prolatanda eſt executio ſententiæ, donec fœtum pariat ſecundum leges. Et quia ſi tunc huius rei gratia aperiretur mater, non fieret ſine periculo probabili mortis fœtus, vt Sotus inſinuauit.

*Sotus.*

*An irregularis ſit fœtũ occidens.*

¶ At verò licet occidens fœtũ certò non animatum ſine cauſa, peccet mortaliter, non tamen ideò fit irregularis. Si autem in dubio ſit vtrum fœtus, cuius aborſus fuit cauſa, fuerit animatus, vel non animatus: licet in iſto caſu in foro exteriori liber euadat ab irregularitate, quia pœnam non ſubibit, tanquam irregularis: ſed tamen in foro conſcientiæ tenetur in hoc dubio à ſacramentorum adminiſtratione, & ordinum ſacrorum miniſterio abſtinere, & ſe irregularem reputare: donec ad cautelam, diſpenſationem obtinuerit ſuper tali irregularitate.

*In dubio irregul. quid fiet.*

*Nauar. De cõſulente & poſt ſe retract.*

¶ Secundum Nauarrum. cap. 27. nume. 235. irregularis eſt clericus, qui mulieri prægnanti adulteræ, vt celaret crimen cõſuluit, vt aſſumeret certa remedia ad expellendum iam viuum fœtum; licet poſtea pœnitentia ductus dixerit mulieri, ne id faceret, ſignificãs ei eſſe atrox peccatum. Quia ad effectum euadendi irregularitatem non ſufficit diſſuaſiſſe illi malum conſilium, niſi impediat efficaciter, ne malum conſilium ad effectum aborſus perducatur; licet ſatis fuerit diſſuaſiſſe verbo & animo ad euadendum poſtea ſubſequutum peccatum. Ita Cordu. in addit.

*Cordub. Occiſor ad quid teneatur alteri ideo incarcerato.*

¶ In caſu, quo Petrus occulte occidit aliquem, cuius occaſione homicidij, comprehenſus eſt innocens Ioannes, & coniectus in carcerem propter indicia punitus eſt in pecunia, niſi Petrus fraudulenter occiderit, nempe, vt Ioannes innocens caperetur, & pœna plecteretur: non tenetur quidquam Ioanni reſtituere, niſi medicinas, quas expendit occiſus, quas Ioannes coactus eſt ſoluere, ſed tantum Petrus tenetur ad reſtitutionem pro ſic percuſſo, vel occiſo. Ita Cordu. in additionibus. Concordat Sotus. de iuſtit. & iure. lib. 4. quæſt. 6. artic. 3. & Nauarrus in ſumma, cap. 15. num. 17. ſumma Hiſpana, & Pedraça clarius in ſuo confeſſionario. 5. præcepto. Nec Metina contradicit, vt putat Nauarrus. Ratio eſt, quia non fuit cauſa directa, neque per ſe Petrus damni illati Ioanni à iudice; quia nec ex animo Petrus id intendit. Secus ſi intendiſſet, quia tunc malus animus dirigens occaſionem illam ad capturam, & moleſtiam innocentis, cauſa fuit illius.

*Cordub. Sot. Nauar. Pedraz. Metina.*

*De reuocat. mãdat. hom.*

¶ Secundum Innocentium, ſi quis mandauit homicidium fieri, & mutilationem, & antequã fiat effectus, reuocet expreſſe, imo etiam tacite, vt faciendo pacem cum occidendo, non incurrit poſt irregularitatem. Secus, ſi non reuocauit, licèt per ſpaciũ temporis non fuerit ſequutus effectus. Ita Armilla verbo. irregularitas. 9. 15. quod videtur contra ſupradictum de clerico conſulente mulieri adulteræ aborſum. Sed non eſt hoc ſupradictæ ſententiæ Nauarri, & Cordubæ omnino contrarium; quoniam mandans facilius, & efficacius ſolitus eſt reuocare ſolo verbo mandatarium ab iniquo mandato. At re vera reuocare ſolo verbo, mulierem adulteram ſemel ad procurandum aborſum perſuaſam, quam iam timor honoris, & vitæ ad exequendum ſibi perſuaſum aborſum, adigit, non eſt facile. Tenetur ergo ad euadendam irregularitatem, efficaciter talem aborſum, ne deducatur ad effectum impedire.

*Armilla. Nau. Cor. Satis ſit retractation.*

*Caietan. de duello.*

¶ Secundum Caietanum duellum duobus caſibus contingit eſſe licitum. Primò quando Rex fouens iuſtitiam in bello credit ſe ab aduerſario potentiori in bello fore ſuperandum in vniuerſali bello; & ideò eligit duellum ſibi oblatum, & ſingulare certamen. Secundò licitè quis ad duellum ſibi oblatum procedit, quando niſi congrediatur ibi cum accuſatore iniuſto, per iniquam ſententiam, ſibi membrum eſt amputandum. Sed de hoc iam late diximus ſupra & de prohibitione Concilij Tridentini, & de ſententia lata excommunicationis contra duella acceptantes, vel ad ea prodeuntes. Vide ibi; vide de hoc Concilium Tridentinum ſeſſione 25. capit. 9. de reformat.

*Conc. Trid.*

(:)

CAP.



# CAP. LXIIII.

*Adhuc de homicidio.*

*De ſpectatione duellorum.*

SOlum eſt veniale ſpectare duella; niſi fiat cum voluntate, & conſenſu; vel, niſi intenderet talia duella ſpectare, caſu quo ſpectaſſe ea eſſet peccatũ mortale, quia prohibita eſſet illa ſpectatio ſub peccato mortali: vel niſi quis præſentia ſua perſonaliter, quia aſsiſtit, in cauſa eſt, vt talia duella fiant; vel niſi talis eſſet perſona, quæ aſsiſtendo his, ſcandalum ingeneraret, qualis eſſet ſacerdos, vel religioſus. Vide Sylueſt. verbo, curioſitas: quia per ſupradicta, regulabis, quando ſit mortale aſtare agitationi mortali taurorum, vbi frequenter accidunt percuſsiones, & mortes; & de aſtantibus ſpectaculis laſciuis, & turpibus, qui in eccleſia dum celebrantur diuina myſteria miſcentur interdum.

*Syluest.*

*Deſiderar. mortem alterius.*

¶ Delectari, non de morte alicuius, ſed de bono, & vtilitate ex ea ſubſecutis, non eſt peccatum: quia optare licet mortem, aut morbum alicui, vt reſipiſcat à mala vita, vel propter alium reſpectum ſanctum, & honeſtum. Sicut ſi Turcis, & Chriſtiani nominis hoſtibus ne nos perſequantur, mortem optemus ſi non conuertantur, non eſt peccatum, quando aliud commodius remedium ſuppetere non videtur. Imo ſecundum Victoriam, & Sotum dum non ſatiandi animum gratia, nec ex odio fiat, optare mortem inimico à quo mihi aliâs, ſi viuat, imminent ineuitabilia, & magna mala, non erit peccatum mortale.

*Victor. Sot.*

*Qui præ impatiẽtia ſibi optãt malũ.*

¶ Peccat, & quidem mortaliter, qui deliberato animo mortem, aut membri mutilationem præ ira, præ impatientia, præ dedecore, præ paupertate, aut pro quouis alio ſibi infortunio oblato ſibi exoptat; quia non eſt Dominus vitæ ſuæ, aut membrorum, & quia ingratus videtur eſſe Deo, vitæ, & omnium bonorum largitori. Neque licet his impatientibus, & deſperatis, exemplis ſanctorum ſe tutari. Quia ſancti ſi exoptabant à vinculo vitæ diſſolui, non erat quia ad id ex impatientia agitati mouerentur, ſed potius deſiderio regnandi cum Chriſto in cœlo, & euadendi laqueos mundi, quibus paſsim à dæmone illaqueantur homines. Ideo dicebant cum Paulo: Cupimus diſſolui, & eſſe cum Chriſto.

*De clerico ſe percutiẽte*

¶ Cæterùm monachus, aut clericus prædictis iniuſtis de cauſis, ſi manus ſibi iniiciat, eſt excõmunicatus, vt habetur c. contingit. de ſent. excom. Secus ſi ob zelum deuotionis fecit, aut ob parentum, vel amicorum mortem, barbam ſibi euellit; vel ideo alapis ſe cædat, quia tunc ob hanc cauſam non manebit excommunicatus.

*De ſentent. excom.*

¶ At ſecundum Syluestrum monialis ſolicitans aborſum non eſt excommunicata: quia non ſibi, ſed proli iniuriam irrogat.

¶ Peccat, & quidem mortaliter qui vult vitam notabiliter decurtare per abſtinẽtias, quas aduertit eſſe indiſcretas, etiam ſi abſque intentione decurtandi ſibi vitam faciat, ſi aduertit, quod eam decurtat, etiam ſi animo ſatisfaciendi Deo pro ſuis peccatis faciat. Secus ſi id faciat, probabiliter exiſtimans, tales abſtinentias nõ eſſe indiſcretas. Ita Nauarro.

*Nauar.*

*Cõcluſiones Victoriæ de homicid.*

¶ At addimus hic pro maiori complemento doctrinæ, reſolutas concluſiones Victoriæ, in relectione de homicidio, vbi concluſione 33. & 34. & conſequenter ſic tradit. Vitam abbreuiare ex intentione, nullo modo licet; etſi non teneamur omnia media etiam licita nobis procurare, quo vitam nobis longiorem reddamus. Alimentis vero inſalubribus, & nocuis, vt fungis, herbis acidis, crudis tantum, & inſalubribus non licet vti, quamuis non teneamur vti optimis cibis niſi in infirmitate, quando ſaluti expediret. Exceptis Cartuſienſibus, vbi pro bono religionis etiam cum periculo vitæ, ſecundum Victor. licet eis à carnibus abſtinere. Alias extra caſum infirmitatis, ſatis eſt vti mediocribus cibis, vt ouis, & piſcibus, licet hæc non tantum prolatent vitam. Nam neque vitæ conſeruandæ ratione ſunt omnia media adhibenda, ſed tantum illa, quæ ad hoc ſunt neceſſaria, & congrua.

*An liceat abreui vitã. Cartuſienſes an in infirmit.*

*An medicina pretioſ. applic. Metina.*

¶ Neque multò pretioſiori & exquiſita medicina tenetur quis eam emendo ſecundum Metinam in ſua inſtruct. confeſſ. conſeruare ſibi vitam: etiam ſi medicus dixerit ſibi eſſe proficuam.

*De infirmo reſpuente cibos.*

¶ Sed neque infirmus, qui in vltimis poſitus, & quaſi deſperatus iacet à medicis, qui præ faſtidio non comedit, quia nec poteſt deglutire cibum, eſt condemnandus, quaſi occiſor ſui, ſi tunc non contendat comedere. Quia & quod magis eſſe dubitabile videbatur in extrema neceſsitate, licet ſcilicet alteri panem cedere, ne periclitetur, etiam ſi dans ſit periturus fame. Quia ponere pro amicis, & proximis vitam, licet ſtultitia reputetur huius mundi: tamen ſapientia eſt apud Deum.

*Nota valde*

*Quæſtio.*

¶ Porrò de illa quæſt. non impertinenter hic



L 4 ter hic

*An damnatus ad famē teneatur comedere.* *Caietan.* *Victor.* *D.Thom.*

ter hic diffiniendum venit,vtrùm iuſte condemnatus à iudice ob crimina, vt fame pereat, poſsit à pane ſibi oblato abſtinere. Et quidem Caietan.& Victor.relect.de homic. §.28.aſſeuerant, quòd talis tenetur comedere,& hanc ſententiam S.Tho.eſſe autumant quia.2.2.q.69.ar.4.ad ſecundum. dicit,quôd ſi talis non comederet ſe interficeret. Quia tenetur ad conſeruandam vitam vti omnibus medijs à iudice non prohibitis: modo iudex,nec prohibuit, neque prohibere potuit, ne comederet,quia ſolum poteſt damnari ad pati, ſed non ad cooperandum ad ſuam mortem.

*Vtraque opinio probabi.* *Sotus.*

Et licet iſta ſententia,non parum ſit probabilis: ſed etiam oppoſita opinio, quam tenet Sotus (quia probabilis eſt) teneri poteſt, ſcilicet, quod talis â pane oblato abſtinere poteſt. Sicut etiam damnatus iuſtè ad mortem cum à carcere fugere poſsit, & ſic vitare necem, poteſt (ſi ſubeſt rationabilis cauſa patiēdi)ibi operiri mortem:ſic & prędictus à pane ſibi oblato abſtinere poteſt dicens: volo ſic ſoluere quod crimina mea meruerunt, & finem imponere meis malis. Neque hæc ſententia diſsidet à ſententia

*D.Thom. gloſſatur.*

D.Thom. quia tunc S.Thom. gloſſari poteſt, quod talis ſi abſtineat à pane ſibi oblato,ſe interficit, non quidem poſitiuê, & directè,ſed ſolum indirectê, non comedendo, vel non fugiendo à carcere,quod quidem licet, dum ſubeſt magna, & rationabiliſsima cauſa patiēdi.Nam multoties martyres cum poſſent fugiendo mortem euadere, eam in in carceribus præſtolabantur.

*Quæſtio. An ad famē damnato panis poſſ.dari* *Reſp.*

℄ Sed, an ſtante iſta ſententia iudicis, vt talis damnatus fame pereat, poſsit aliquis ei ſubminiſtrare panem, conſequenter dubitari iure poteſt. Et quidem ſi de miniſtris iuſtitiæ loquamur planior eſt reſponſio: quia infideliter, & contra officium agerent, ſi cibos ei miniſtrarent: ſicut ſi etiam iuſtè incarcerato, limam ad infringendas catenas præſtarent.

*Fr.Ioſeph.*

℄ Cæterùm ſi extranei id faciant,an licitè faciant, magis ambigitur. Et quidem frater Ioſephus in floribus Theologiæ ait, licere tunc dare panem tali, offerreque limam, & inſtrumenta quo euadat, tali incarcerato, dum tamen occultè fiat,& ſine ſcandalo. Sed tamen Sotus contrariè ſentit, ſcilicet, quôd damnato iuſte ad mortem non licet inſtrumenta cōferre,quibus ſe à vinculis expediat.

*Sot. Nauar. cont. Fr.Ioſephum.* *Sent.autoris*

Cui ſententiæ Soti ſubſcribit Nauarr. eam ſecuriorem eſſe aſtruens. Quam ſententiam ego magis amplector, cum limitatione ſatis

A

*Cordub.*

circunſpecta,quam adducit Corduba dicens quòd non licet tali iuſtè damnato ad mortem talia conferre inſtrumenta, quia eſt impedire executionem iuſtitiæ. Niſi forte caſus accideret: vbi optimus alioquin homo, & de republica valde meritus caſu fortuito eſſet in carcerem coniectus ob crimen ſubitum,eſſetque morte plectendus; huic inſtrumenta talia offerendo, poſſet quis ſubuenire: quando non eſſet ſpecialiter ſubminiſtrare prohibitus. Secus de peſsimo incarcerato, quē reipublicæ expedit morte puniri.

*Concordantur.*

*Quæſtio. An panis poſsit dari.*

℄ Idemque dicerem de oblatione panis, ſi offeratur condemnato iuſte vt fame pereat.

B

Huic, inquit Diuus Thomas, poteſt quis non ſubuenire, panem ei non exhibendo, ſed an licite ei poſsit ſubuenire quis, id Diuus Thomas ſubticuit. Reſpondetur ergo, quòd ſi pater ſit, aut mater, qui ſic ad mortem etiam iuſtam famis, ſunt deſtinati: tunt filij licite poſſunt ſubuenire panem occultè ſubminiſtrando. Nam Valerius Maximus libr. 5. de ſubuentione filiorum, filiam illam maritatam egregie laudat, quôd matrem ſuam ſic damnatam, nuda ingrediens carcerem, quia aliter ingredi non permittebatur, ſuis vberibus lactauit, pauitque matrem; ſicque à nece famis eam liberauit.

*D.Thom.* *Reſp.* *Valerius.*

C

*Quæſtio.*

℄ Sed,an extraneus poſsit hoc facere,ſuppoſito, quòd talis ſententia, vt reus pereat fame,iuſta ſit, liciteque ferri poſsit, dubitatur. Nam quidā ſæuam, & inhumanam eſſe autumant, ſicut Petrus de Sotomaiore ſuſpicatus eſt talem eſſe. Sed ſuppoſito, inquam, quôd licita ſit, dico, quôd etiam extraneus ſpecialiter non prohibitus,reo alioquin reipublicæ non nociuo bonoque alias,clanculum,& ſine ſcandalo poterit cibos porrigere, iuxta ſententiam Cordubæ. Sed peſsimo, & nociuo, cuius mortem meritô exoptat reſpublica ad ſui quietem, non licet præbere cibos: quia eſſet iuſtæ ſententiæ,&

*Sotuſmaior* *Cord.*

D

reipublicæ vtilis,executionem præpedire.

# C A P. LXV.

## *Adhuc de homicidio.*

*Quæſtio. An damnatus licite hauriat venenū.*

AN damnatus iuſtè ad mortem, vt per cicutæ, aut veneni hauſtum pereat, licite poſsit illud venenum haurire, inter Sotum & Victoriam non parua eſt controuerſia. Nam Victoria in Relectione de homicidio quæſtione. 30. affirmat licere: ſed

*Sotus contra dicit Victor.*



ſed Sotus negat in de iuſtit.& iure,& merito negat licere. Quia haurire venenum non ſolum eſt pati,ſed etiam actiuè, & poſitiue ad mortem ſuam cooperari,quod nullatenus licet. At licet ſecundum opinionem vtriuſq; tam Victoriæ,quàm Soti,iuſte damnato,ſcalas ſuſpendij aſcendere, collum ictui gladij lictoris parare, quia hæc ſolum ordinantur ad pati.

A

*De naufrago.* *Sotus contra Victor.* *Lactantius.*

℄ Non licet, vt diximus in naufragio tabulam,in qua quis eſt iam poſitus,alteri cedere, vt euadat, quando tabula ambos non capit,ſecundum Sotum, licet videatur contra Victoriam allegantē pro ſe Lactantium. Quia ratio Soti id ſufficiēter ꝓbat; quia nō

B

poteſt in hoc caſu tabulam alteri cedere,niſi ſe deturbet in mare,quod non licet: quia eſt poſitiuè ad ſuam mortem operari. Sed antequam aſcendiſſet tabulam, potuit illam alteri ceſsiſſe,vt euaderet.

*Quæſtio. An mulier ob metum licite copul. non reſiſtat.* *Sotus.* *Nauar.*

¶ At etiam contingit hîc dubitari, vt nihil prætereamus, Vtrum mulier metu mortis adacta,quia cuſpide gladij, aut pugionis impetitur,coitui nefario ſi renitatur, an licite poſsit non reſiſtere. Reſpondet Sotus,cui ſubſcribit Nauarrus,quòd talis, dum nō conſentiat intus in animo ſceleri,nec probabili periculo conſentiendi ſe obijciat, non peccat in hoc caſu non reſiſtendo: dum tali flagitio carnali non ſe adaptet, aut accommodet: ſed ſolum paſsiue ſe habeat. Licet vix credat Nauarrus,ſi ſit honeſta,quin aliqualiter etiam corporis motu refugiat.

C

*Quare vita tuenda.*

℄ Præterea vniuerſalis cauſa redditur, quare vita nobis propria tuenda eſt, quia non ſumus vitæ domini; quia Deus, qui mortificat,& viuificat ipſe ſolus vitæ & mortis Dominus eſt. Sed eſto ità ſit,quia tamen vitam noſtram nobis non vt dominis, ſed vt cuſtodibus cōmiſit, cum facultate, quam nobis conceſsit exponendi eam,quando expediret pro eius honore, & dilectione proximi, & pro bono virtutis: hinc eſt, quòd licet auxiliari amico etiam cum quantocunque vitæ diſcrimine,in licitis aliâs. Ideo non eſt damnanda mulier, imò potius laudanda, quę etiam cum magno periculo vitę marito peſte laboranti aſsidet:etiam ſi eius officium non eſſet marito vllo pacto profuturum, ſed ſolum, vt pereunti marito officium, & conſolationem præſtaret. Quanquam ſi amicus id faceret ſine fructu,non careret temeritate amico tacto peſte aſsiſtendo exponere ſe tali periculo. Quanquam hoc ipſum, ſcilicet, amicitiam, & fidem amicis ſeruare, magnus fructus eſt; quare amicum amico

D

*An aßiſter. amico peſte tacto liceat.*



A

ſic aſsiſtentem cauſa ſolius cōſolationis iam morituro,non damnarem.

*Coroll.*

℄ Ex eadem regula ſequitur, quòd licet nauigare,& artem militarem exercere,etiam cum magno vitæ periculo, ſeruatis circunſtantijs, quæ magis vt in plurimum contingunt. Quia pro bono communi hæc exercitia licent,quāuis periculoſa ſint. Sed tamen in exercitijs bellicis, quando exercitijs minus periculoſis, ſcilicet, equeſtribus ſufficit, vt ſe exerceant milites, tunc alijs multum periculoſis vti illicitum eſſet.

*De exerc. bellicis.*

*De nauig. periculoſa.*

℄ Sed & nauigatio,dum non eſt tam periculoſa, vt plures, vel maior pars in ea pereant: quando valde refert ad bonum commune: cum tali periculo eſt ſuſtentāda. Sed ſi maior pars, vel fere omnes in tali nauigatione perirent, vrgentiſsima deberet eſſe cauſa boni communis regni, vt tunc eſſet licite toleranda.

B

*Quæſtio. An vita pro bonis ponēd.*

℄ At tandem ne quid diſsimulemus, aut intactum relinquamus, quæritur an vita ſit in diſcrimine pro bonis temporalibus ponenda: inter quæ bona temporalia gloria,& honor,& fama reponūtur. Et quidem,quód liceat occidere inuaſorem in neceſſariam defenſionem horum bonorum, doctores non negant. Sed, an pro his bonis tuendis liceat periculo probabili exponere vitam,hoc magis in controuerſia eſt. Nam Armilla exiſtimat bonam famam pretioſiorem eſſe vita, motus authoritate Solomonis dicentis. Curam habe de bono nomine,hoc enim permanebit tibi magis quam mille theſauri. Et Eccleſiaſt.30. Melius eſt nomen bonum,quàm diuitiæ multæ,& quia, inquit, vita eſt temporalis,ſed fama eſt æterna,modo æternum longe pręſtat temporali. Et ſic facile concedet, quòd licitum ſit exponere vitam periculo pro tuenda bona fama.

C

*Armill.* *Eccleſ. 30.*

*Victoria cōtra Armill.*

℄ Cæterum Victoria Relectione de homicidio.dicto.36.hanc cōfutat Armillę ſententiam,ſentiēs, ex oppoſito, maius bonum eſſe vitam,quâm honor ſit,& fama, quæ inter bona temporalia reponuntur. Quia inquit,hoc ſignificatur Eccleſiaſt. 30. vbi dicitur: non eſt cenſus ſupra ſalutem corporis: ideo tenet non eſſe licitum ponere vitam pro fama,aut gloria temporali.

D

*Sententia auctoris.*

℄ Et quidem, ſi mea ſententia quicquam valet, exiſtimo iſtos doctores ſic poſſe concordari. Quia ſi fama noſtra neceſſaria nobis eſt ad honorem Dei, & ſalutem ſpiritualem noſtram, aut proximi conſeruandā, & procurandam ſic pro ea tuenda licet vitam corporalem exponere. Quia,vt ſic pretioſior,

tioſior, quàm vita corporalis reputatur, ra-
tione neceſsitatis, & finis altioris, ad quem
*D.Thom.* ordinatur.Et hoc puto ad mentem D.Tho-
mæ dictam,qui.2.2.ait in tantum nobis ap-
petenda eſt fama, & honor, ſeu gloria tem-
poralis humana, quatenus inde nobis via pa-
ratur ad honorem Dei, & ſalutem ſpiritua-
*Taxantur* lem procurandam. At ſi qui faciant ſicut iſti
*equites.* ingenui equites faciunt,qui multi eorum fi-
nem ſuum vltimum conſtituiſſe videntur,
in gloria, & fama, & honore temporali, &
*Victor.* humano;de his dicendum eſt cum Victoria,
quòd nequeunt pro tali fama, & gloria vt
ſic,exponere vitam:quia vt ſic talis fama in-
ferior eſt vita. At verò, quoniam ſecundum
*D. Auguſt.* D.Auguſt.fama nobis neceſſaria eſt pro bo
no ſpirituali proximorum: & quia ſæpe bo-
na fama frænum eſt nobis abſtinendi à pec-
cato, abſolute credo poſſe dici, quòd liceat
pro tuenda fama exponere vitam: quia fama
de ſe ſi ſit bona, teſtimonium eſt virtutis bo
na fama pollentis:nec bona fama debetur,ni
*Differentia* ſi ſtudioſis,& virtutibus præditis. Secus de
*inter honor.* honore temporali, qui indifferenter, etiam
*& famam.* principibus diſcholis eſt exhibendus. Atque
ideò non eſt tam infallibile teſtimonium vir
tutis,honorati honor:ſicut fama eſt teſtimo
nium bene famati.
*Pagani an* ❡At quia in mentem alicui venire poteſt,
*excuſati ſint* vtrùm Brutus,Cato,Decius, & alij innume-
*ignor.* ri,qui ſibi mortem conſciuerunt excuſatio-
nem habebunt, eo quòd putabant in hoc ſe
fortiter,& laudabiliter agere, & quid de San
ſone,Raſia,& Saule,ad primũ ſuo ordine re-
ſpõdendo dico,ꝗ licet pagani laborauerint
ignorantia aliquorũ pręceptorum diuinorũ,
vt de non fornicãdo,de non ſe vindicãdo de
iniuria : tamen eorum ignorantia non fuit
inculpabilis; quia vt teſtatur Paulus. 1. ad
Roman. in pœnam perfidiæ ſuæ tradidit il-
los Deus in reprobum ſenſum:vnde de mor
te quã ſibi conſciuere non excuſantur.Nam
Ariſtoteles.3. Ethicorum. & Cicero huiuſ-
modi mortes damnant.
*De Sanſone* ❡ Sed de Sanſone dicimus, quòd ſecun-
*D.Augu.* dum Auguſtinum neceſſariò eſt excuſan-
dus,quia in hiſtoria Iudicum dicitur, Domi
num tempore mortis oraſſe, vt ſua ſibi forti-
tudo reſtitueretur,quo ſe de inimicis vlciſce
retur. Quanquàm etiam alia ratione poſſet
excuſari,quia ex intentione id non fecit:ſed
ad oppreſsionem inimicorum, quam moli-
tus eſt, ſua de per accidens mors ſubſequuta
eſt.Qua quoque ratione,libro de officijs, D.
*D.Ambro.* Ambro.cap.de fortitudine,Eleazarum non
ſolum excuſat,ſed miris laudibus effert, qui

A beſtiæ ruina oppreſſus præclaram mortem
inuenit.1.Machabæorum : quia non inten- *Machab.*
tione ſe occidendi, ſed cauſa obſiſtendi ini-
micis fecit. Sicque poteſt excuſari Sanſon,
ſine recurſu, ad inſtinctum cœleſtem. Sed
Saulem,cum à gratia Dei iam repulſus id fe
cerit,excuſare à deſperata morte non eſt ne-
ceſſe. Sed & Raſiam D. Thomas non excu- *D.Thom.*
ſat; tamen Victoria ait excuſari poſſe à deſ- *Victor.*
perata morte.De qua re longa eſt concerta-
tio inter Nicolaum & Burgenſem.

## CAP. LXVI.

B *De defenſione vitæ propriæ licita, vel non.*

AD carceres condemnati iuſtè, *De damna*
tenentur ibi manere, niſi immi *tis ad carc.*
neat illis periculum mortis,aut
corporalis ſupplicij. Quare ad
carcerem, & ad mortem ſimul
obligando reum ibi manere, donec ſuſpen-
datur,nemo obligare poteſt. Et carcer per-
petuus veluti morti comparatur.Et quia in- *An liceat de*
carcerare ad iuriſdictionem publicam per- *tiner. pecca*
tinet,carceri mancipare duntaxat principi, *turos.*
& reipublicæ eſt licitum. Ad horam quis
ne vadat fornicandum,vel ad luſum morta-
C lem poteſt pro bono ſuo impediri. Sicut pa
ratum ad perpetrandum peccatum damno-
ſum reipublicæ aut tertio notabiliter, ſi ali-
ter non poſsit quis impedire,poteſt vi deti-
nere; donec renunciet iuſtitiæ, quod ſtatim
vt commodè poteſt tenetur facere.
¶ Et quanuis communiter dicatur,quôd *An debitor*
coniectus in vincula,propter debita,cui pe- *à carc. fuge*
riculum vitæ, aut ſupplicij corporalis inde *re poßit.*
non imminet, à tali carcere fugere non poſ-
ſit, Nauarrus tamen, hoc temperat dicens, *Nauar.*
quòd ſi aliquis miſerrimus,incõpos omnino
ad ſoluenda debita,carcere detinetur,vbi fa-
me, & ſitu conficitur, nec in toto mundo
D ſubeſt ſpes facultatis ad ſoluendum, poteſt
inde fugere, ſana intentione dandi operam,
vt conquirat ſuo labore,vel aliter, vnde ſuis
creditoribus ſoluat. Quæ quidem opinio pia *Ratio.*
eſt & apparenti ſuffulta ratione;quia fruſtra
ibi tunc in carcere detinetur; & quia hoc
rationabiliter debent velle eius creditores,
quia ſic melius eorum negotium liberatus à
carceré geret.Si quis condemnatus inſuper à *An condem*
legitimo iudice ſit iuſtè, & iuridice, non li- *nato liceat*
cet ſibi ſe defendere. At licet condemnato *fuger.*
iniuſtè ſecundùm Diuum Thomam licitum
ſit,iudici reſiſtere vt euadat:citra ſcandalum
tamen id ei licet,& taliter, quòd grauis per-
turbatio



turbatio reipublicæ inde non oriatur.Qua-
re condemnatus legitimis teſtimonijs iniu-
ſtè tamen, quia coram Deo verè eſt inno-
cens, ſi non poſsit ſe defendere, niſi inflictis
vulneribus officialibus iuſtitiæ, tenetur obe
dire ſententiæ iudicis, potiuſquàm in hoc
caſu officiales innocuos vulneribus ferire.
*Nota.* ❡ Sed nec eſt hîc lõgius repetere opus,quod
iam ante diximus, quòd à iuſto carcere ſub
iuramento redeundi laxatus, tenetur redire
etiam ſi ex reditu ſit ſibi mors obeunda, ſe-
*Nauar.* cundum Nauarrum, & Caietan. Licet Ta-
*Caieta.* biena in hoc caſu dicat, propter ius naturale
*Tabien.* vitæ conſeruandæ,talis iuramenti relaxatio
nem peti poſſe.Nam ius naturale conſeruan
di vitam maxima vi pollet.
*Quæſt.* ❡ Porrô dubitatum eſt à quibuſdã, vtrũ
*An poßit co* pro cõſeruanda vita,vbi cancer in membro
*gi quis ad* cœpit ſerpere,aliquis compelli poſsit ad talis
*mutil.* membri mutilationem. Cui quæſtioni So-
*Sotus.* tus facit ſatis per diſtinctionem, reſponden-
do,ſcilicet,quòd à republica, quia res grauiſ
ſima eſt mutilatio membri, ad illam hac ſo-
la ratione,cogi non poteſt. Sed ſi eſſet reli-
gioſus, ratione præſtitæ obedientiæ ad ta-
lem mutilationem pro conſeruanda vita à
prælato cogi poſſet: cui nomine Dei, ſuam
mancipauit vitam.
*An vita de* ❡ Ex hoc iure naturali cõſeruandi vitam
*fenden. cum* innaſcitur, quòd ſi quis fugiens equitando
*per. alterius* inimicum, arcto calle,inueniat obuium pro
ſtratum infantem, licet opprimendo infan-
tem,nõ poſsit illac tranſilire, vt euadat mor
tem quia non licet cum occiſione infantis
ſuam vitam protegere: poteſt tamen ſecun-
*Corduba.* dum Cordubam licitè aliquantulum gyran
do,vel oblique inflectendo equum ad parie-
tem, cum bona fide non nocendi, licet non
ſine aliquali periculo pueri non tam proba-
bili illac tranſilire.
❡ Ex eodem iure quoque naturali con-
*Sotus.* ſeruandi vitam ſecundum Sotùm pronaſci-
*An obligari* tur,quòd nemo poſsit obligari, tanquã exe-
*ad pœn. poſ-* quutor ad pœnam mortis, vel mutilationis
*ſit quis.* membrorum, aut ſupplicij corporalis, vel
ad aliam pœnam corporalem,niſi exilij: vel
quæ talis ſit, quæ cauſa religionis ſolita ſit
imponi in pœnitentiam,ſecundum Sotum,
in de iuſtitia,& iure.
*Quæſtio.* ❡ Præterea ex eodem iure conſeruandi
vitam,aliud dubiũ oritur, an reus dum aliàs,
quia non iuridice interrogatur, in conſcien-
*Reus an poſ* tia reſpondere non tenetur, de crimine occul
*ſit exponer.* to à ſe perpetrato; poſsit, vt euadat tormen-
*vitã vt eua* ta terribilia,quæ ſibi iudex minatur, niſi cri
*dat torm.* men confiteatur,illud crimen prodere iudi-

A ci,à quo ſtatim poſt confeſsionem ad ſuſpen
dium mortis eſt rapiendus. Et quidem licet
in hoc caſu Sotus, & Nauarrus cõtrarij ſint, *Sot. & Na*
quia Nauarrus ait, quòd tenetur tueri vitam, *uar. cõtrarij.*
non reſpondendo etiam cum perpeſsione il-
lorum tormentorum,& Sotus ait,non tene-
ri cum tam ſæuo cruciatu,vitam tutari:quia
ſatius eſt ſemel quanuis innocenter mori,
quam tot mortes,tot ſubeundo cruciatus to
lerare : tamen ſic videor mihi aliquomodo *Cõcordãtur.*
poſſe eos concordare. Vt ſententia Soti vera
ſit,quando in hoc caſu torquendus eſt valde
debilis, aut ſenio confectus, aut ſic viribus
deſtitutus, vt credat vix poſſe ſine periculo
B probabili mortis tam ſæuam torturam ſu-
ſtinere. Poterit iſte in hoc caſu de plano fate
ri. At ſententia contraria Nauarri locum ha-
bet cum in hoc caſu, eſt viribus vigens, ſa-
nus, & robuſtus ad talia tormenta toleran-
da. Niſi forte quando, quia aliàs eſt ſibi legi-
timis teſtibus probatum crimen, non iuri-
dicè tamen,quia ſine infamia, & accuſatore
iudex proceſsit, ideo ſcit alias certò ſe eſſe
morte plectendum; etiam ſi crimen tale oc-
cultum non confiteatur.
❡ Sed & illud vrget dubium, ſcilicet, *Quæſt:*
quando cum iactura vitæ teneatur quis ſe- *De ſecret.*
cretum celare,neque detegere. Et vt ſuo or-
C dine procedatur,dico primo,quòd omnibus
doctoribus eſt in profeſſo, quòd ſigillum
confeſsionis adeô ſanctum eſt,tantoque vin
culo ligat, vt mors ſit prius obeunda quam
modo aliquo reueletur. In quo caſu nec pa- *De ſigil.con*
pa,neque tota eccleſia poteſt diſpẽſare. Sub *feſſ.*
ſigillo autem confeſsionis claudi dicimus
omne peccatum detectũ in confeſsione, ſiue
præſens, ſiue futurum, ſiue, qui confitetur,
vere pœniteat, ſiue non. Eſt cõcluſio S.Tho *D.Thom.*
mæ & omnium. At vt ſit confeſsio, ſatis eſt
ſit accuſatio ſecundum Sotum.Quare etiam *De interpre*
interpres, quando per ipſum ſit confeſsio, *te.*
morte conſtringitur ſeruare ſigillum ante- 1
D quam violet.Sic etiam laicus,qui in defectu *In his caſib.*
copiæ ſacerdotis, audit confeſsionem mori *ſecreti obli-*
potius quam peccata audita detegere tene- *gat. cum ia-*
tur. Sic etiam prælatus, à quo petuntur ca- *ctura vitæ.*
ſus,ſi forte in perſona pœnitentis notitiam 2
inciderit,quia maiori vinculo celare tenetur 3
quàm perſonæ prædictæ, mori potius obli-
gatur,quàm reuelare. Præterea ille doctor, 4
qui conſulitur à confeſſore ſuper peccatis
pœnitentis,mori potius debet, quàm ſecre-
tum pandat. Imò,& qui reperit papyrum,
vbi peccata pœnitentis erant cõſcripta, ſine
ea confitendi, celare talia peccata ſtrictiſsi-
mè tenetur. Horum omnium ratio eſt, quia *Ratio.*
Chriſtus

Chriſtus Dominus qui præceptum iniunxit confeſsionis obligauit ad omnia media, quibus tale ſacramentum inſtitutum pro ſalute generis humani poſsit ſuſtentari. Quale medium eſt vt omnes tales (ne pœnitentes à confeſsione arceantur) etiam cum vitæ iactura, tale ſecretum teneantur celare, ſi quidem ad confeſsionem ordinatur.

*Quæſtio. An ſecret. ſecular. oblig. cum iact. vitæ.*

¶ Deinde de ſecretis ſæcularibus, an cum diſpendio vitæ aliquando debeãt celari non eſt tam incomperto. Quare & de his primò dicimus, quòd qui locum tenent, & officium publicum, tenentur ex genere rei fidem ſeruare ſecreti, ſi opus fuerit etiam cum diſpendio vitæ: vt ſunt ſenatores, conſiliarij, & ſcri- **B** bæ, alijque id genus. Quia ſi reuelatio ſecreti vergit in graue malum reipublicę, tunc non ſolum iſti, ſed & quicunque priuatus ciuis tenetur vitam exponere, antequam id detegat. Sed id, quod hîc aſſerimus eſt, quòd ij, quibus ex officio publico incumbit, tenentur ſæpius mori, pro celando ſecreto reipublicæ: quando priuati homines non tenerentur. Quia ſeruatio ſecretorum reipublicę eſt propter ſalutem reipublicæ; & quia iſtis ſpecialiter committuntur: & quia adhoc ſe iuramento aſtringunt; & ideo recipiunt ſtipendia. At in rebus minoris momenti, pro ſecreto illarum celando, non tenentur dare **C** vitam; tenentur tamen pro rei cuiuſque qualitate.

*Quæſtio. De extorquente ſecretum.*

¶ At hîc iam quæritur, quid de per iniuriam exprimente hominis ſecretum? De hoc plane affirmamus, quòd ſi res ſit magni momenti, etiam cum mortis diſcrimine, tale ſecretum ſit celandum; ſicut ſecretum Sanſònis, quod per importunitatem extorſit Dalila, cum iactura vitæ tenebatur celare. Quoniam, & ſecundum Sotum, potius tenetur quis oppetere mortem, quam famam valde magnam, & pretioſam auferre. Ergo potiori iure tenetur quis potius mori, quam ſecretum iniurioſe à ſe extortum prodere, dum magni momenti eſt: eò vel maximè, ſi pe- **D** riculum inde imminet vitæ. Vnde qui obſignatas literas mala fide aperiunt maiori vinculo tenentur ſecretum illarum ſeruare.

*Sotus.*

*Quæſtio. De ſecretis ſub fide receptis.*

¶ Sed quid de ſecretis, quæ quis ſub fide ea ſeruandi recipit? Reſpondetur, quod talia ſecreta recipiens, cum diſpendio vitæ, aut alia grandi iactura honoris, aliorumve bonorum non tenetur ea ſeruare, quia ſecundum Sotum, nemo præſumitur, promittere id, ad quod alias non tenebatur cum tanta iactura, & diſpendio. ¶ At & de eo, qui caſu nouit alienum ſecretum; diſputandum ſe **A** offert, an cum aliquali ſuo detrimento teneatur illud celare? Ad quod facile reſpondetur, quòd licet in hoc caſu, qui ſecretum à caſu nouit, ſi alicuius ſit momenti, teneatur illud ſub mortali contegere; non tamen tenetur grauia pati, vt illud celet. Quia ſolum ex charitate hic celare tenetur: quæ obligat nos ſeruare res proximorum, quando id poſſumus ſine graui damno noſtro.

*Sotus.*

*De ſecreti noto à caſu.*

*Quæſtio. crimin. tacenda.*

¶ Denique hîc tandem mentio incidit, an teneatur homo mortem pati, aut immania tormenta, antequàm dum iniuſte interrogatur, crimina propria prodat. Sed ne tandem prolixius immoremur, super hoc re- **B** ſponſum accipe negatiuum; quia vita caput eſt omnium bonorum temporalium iuxta illud Iob. 2. vniuerſa, quæ habet homo dabit pro anima ſua, ideſt, pro vita. Vnde cùm vita maius bonum ſit, quàm fama, non videtur licitum eſſe exponere vitã morti, aut torturæ graui pro fama. Nam cum Salomon aſtruit. Melius eſt nomen bonum, quàm diuitiæ multæ, non eſt locutus reſpectu vitæ, ſed reſpectu diuitiarum, quibus nomen bonum comparauit. Sed de his ſatis ſuperius & melius.

*Iob.*

**C**

## CAP. LXVII.

### *De obligatione ſubueniendi proximo cum iactura vitæ, vel non.*

QVia huius genij ſum; vt cum aliquam materiam ſuſceperim pertractãdam, nolim quidquam intactũ relinquere, quod in alijs libris neceſſe ſit indagari, ideo pro complemento quæritur, vtrùm perſona priuata teneatur cum periculo mortis, aut amiſsionis notabilis famæ corrigere proximum: vbi correptio nõ eſt ſimpliciter neceſſaria, quãuis ſit profutura. Et quidem in hoc caſu duę **D** ſibi inuicem obſiſtunt opiniones contrariæ. Prima Soti ſecundo membro, de detegendo ſecre. quæſtione ſecunda. concluſione ſexta. tenentis negatiuam. Et alia eſt communis affirmatiua: cuius meminit Corduba in annotationibus ſuper tractatum de detegendo Soti. ¶ Cuius reſolutio tribus nobis explicanda eſt dictis. Primò, quòd in caſu, quo probabiliter creditur, fratrẽ in peccato mortali tandem eſſe periturum, niſi per meam correctionem, aut inſtructionem, eius finali ſaluti prouideam: tunc teneor, etiam cum periculo vitæ meæ illum inſtruere, aut corrigere:

*Quali iactura correctio obliget.*

*Sotus.*

*Cord.*

*Dictum. 1.*



rigere: dum per ſe, vel per alium nequit ſibi **A** prouidere. Quia hæc ſimpliciter neceſsitas talis eſt, vbi ex ordine charitatis illud. 1. Ioannis capit. 3. locum habet; Sicut Chriſtus pro nobis animam ſuam poſuit; ita & nos pro fratribus. At hoc intelligitur ſecundum Cordub. & fratrem Petrum de Sotomaior, quãdo talis aliàs niſi inſtruatur, vel corrigatur eſt in ęternum periturus, & eſt iam conſtitutus in articulo mortis: ita vt nullus ſit locus dilationis.

*Ratio.*

*Ioannes.*

*Intelligitur Cordub. Sotuſmaior.*

*Dictum. 2.*

¶ Secundò dicitur, quòd etiam extra articulum mortis tenemur ſub mortali corripere eum, quem credimus non, niſi per correctionem noſtram à peccato receſſurum: ſi **B** ſine notabili detrimento famæ, rerum, aut vitę, efficere poſſumus. Ita Sotus loco ſupra citato in octaua concluſione, ita Doctores omnes. D. Thomas & Metina. Quia etiam patienti magnam iacturam ſtatus ſine notabili rerum noſtrarum detrimento, ſuccurrere tenemur ſub mortali. Tertiò, vbi tota difficultas eſt, dico, ſi aliquis ſit extra mortis articulum conſtitutus, qui non niſi per correctionem noſtram creditur probabiliter à peccato mortali receſſurus; ſi timore mortis noſtræ, aut famæ, aut notabilis iacturæ rerum temporalium interueniente, ei non ſuccurrimus, non peccamus mortaliter. Hęc eſt **C** Cordubæ loco ſupra allegato. Eſt Soti in ſexta concluſione. Et patet: quia in iſto caſu talis non eſt conſtitutus in extrema neceſsitate ſimpliciter, aut quaſi: vbi probabiliter de eius ſalute animæ finaliter deſperetur; quia adhuc ſuppetit ei tempus ſe emendandi, & corrigendi: Sed ait Corduba, talis omiſſio correctionis in hoc caſu ſolum eſt venialis, quia eſt præter charitatem: probatque id ex Auguſt. lib. 1. de ciuitate Dei cap. 9.

*Sotus. D. Thom. Metina.*

*Dictum. 3.*

*Cordub. Sot.*

*D. Auguſt. Nauar. Adrian.*

¶ Vide tandem Nauarrum in ſumma latina capit. 24. nu. 23. in fine. Vbi cum Adriano tenet contra alios, quòd etiam cum iactura vitæ ſecundum Adrianum tenetur vnuſ- **D** quiſque corrigere etiam per ignorantiam affectatam, vel imbecillitatem, vel occaſiones moriturum alias in mortali, quãdo iam conſtitutus in extremis eſt. Quia cum iactura vitæ tenemur vitare peccatum mortale in proximo in extremo articulo mortis laboranti, quomodocunq; peccet, dum non peccet ex malitia: vel corrigens moriturus ſit in mortali.

*De infant. bapt. 3.*

¶ Qua etiam ratione multò magis cum periculo vitæ, eiuſque iactura, ſubuenire tenemur infanti non baptizato in extremis laboranti, ſecundum probabiliorem opinio- **A** nem, eum tunc baptizando. Quanuis Sotus in de detegendo ſecreto, membro. 2. quęſt. 2. in probationem ſextæ concluſionis, oppoſitum afferat, ſic dicens: Quod ſecundum doctores nemo obligatur baptizare puerum cum periculo propriæ vitæ, ſaltem quando periculum eſt ab extrinſeco, puta ex malitia tyranni, prohibentis me baptizare puerum. Sed concluſio noſtra ſupra poſita eſt Armillæ verbo homicidium. §. 7. Vbi habet quòd puero peſte laboranti, qui ſine baptiſmo eſſet moriturus, quilibet poteſt, tenetúrq; ſuccurrere eumque baptizare, etiam ſi baptizãs ſubiturus ſit ideo mortem. At licet **B** forſitan ſit vera exceptio Soti, ſcilicet, quòd ſi ideo tyrannus minetur mortem, tunc nõ tenetur quis cum tali periculo huiuſmodi puerum baptizare, tamẽ magis credo, quòd concluſio noſtra abſolutè ſit vera: ſiue illud periculum mortis inferatur à tyranno, ſiue veniat aliunde. Quia quanuis pro Soto faciat quòd vitæ expoſitio non ſit medium tunc per ſe ordinatum ad ſalutem pueri procurandam, ſed ex malitia tyranni ſub pœna mortis baptizare prohibentis: ſed ex alia parte ordo charitatis; qui iubet vitam corporalem pro ſalute ſpirituali proximi in extrema neceſsitate ſimpliciter, exponere, vide- **C** tur hanc limitationem Soti in hoc caſu non admittere. Quia ſimpliciter poſitus eſt puer in hac extrema neceſsitate baptiſmi, poſtquam in hoc caſu non poteſt aliter ſaluari: & ſine culpa ſua talem iniuriam à tyranno patitur, quam nullatenus poteſt vitare. ¶ Vtrumque igitur eſt probabile (niſi fallor) quòd minante tyranno mortem, baptizare teneatur tunc puerum cum iactura vitæ, & quod non teneatur.

*Sotus.*

*Armill.*

*Satisfit obiectioni.*

*Vtrumque probabile.*

*Quæſtio. De baptiſmo in extremis.*

¶ At verò de baptiſmo adulti, & de confeſsione eius in extremis laborantis audienda, forſitan quis hæſitabit: An cum diſcrimine vitæ noſtræ, in extremo articulo ei im- **D** pertire hæc ſacramenta teneamur. Et quidem diſtinguendum eſt. Nam epiſcopi, curati & pręlati, qui ex officio tenentur, etiam extra neceſsitatem extremam: tenentur vitam exponere pro ſubditis, tempore peſtis viſitando infirmos, & adminiſtrando eis ſacramenta: præſertim quæ ſunt de neceſsitate ſalutis, cuiuſmodi ſunt ſacramentum baptiſmi, & pœnitentiæ.

*Epiſcopi & curati obligat.*

¶ Sed alia ſunt ſacramenta, quæ ſic non ſunt tam de neceſsitate ſalutis, vt extrema vnctio, confirmatio, quæ non ſunt in præcepto; & pro his adminiſtrandis non puto prælatos teneri exponere vitam, vt inſinuat

Diuus

*De commun. in extrem.* Diuus Thomas. ℭ Sed, an pro communione adminiſtranda tempore peſtis teneantur prælati diſcrimen vitæ ſubire, dico, non audeo apertè cum tali periculo, eos adhoc obligare. Quia ſine tali communione ſubditi poſſunt ſaluari, ſi habeatur in voto. Quia hæc communio (licet tempore mortis) in obligatione ſit, ſed non eſt tam ad ſalutem neceſſaria in re, ſicut baptiſmus, qui eſt ianua ſacramentorum, per quem Chriſto Domino incorporamur: & ſacramẽtum pœnitentiæ: quia eſt ſecunda tabula poſt naufragium, vt *Conc. Trid.* Concilium Tridentinum tradit. Nihil ergo hîc de communione diffinio.

*Quæſtio. De priuati ſacerdo. oblig. hic.* ℭ Porrò de priuatis ſacerdotibus, reſtat dicendum, an iſti cum diſcrimine vitę in extremis conſtitutis ea teneantur adminiſtrare. Et quidem, quia non tenentur ad id ex obligatione iuſtitiæ, ſed ſolum ex charitate: ſicut & alij priuati baptizare tenẽtur in extrema neceſsitate; ideo primo dico: Ij priuati ſacerdotes, ſicut & quilibet alius Chriſtianus in articulo mortis cõſtitutum infidelem petẽtem edoceri de ſibi neceſſarijs ad ſalutem, quæ ignorat, & cupit edoceri, & ſaluari, tenentur etiam cum diſcrimine propriæ vitæ ad eum accedendo, de his, quæ ſunt ſimpliciter de neceſsitate ſalutis, illum inſtruere: Vt ſi fide etiam implicita Chriſti careret, & dolorem de peccatis præteritis neceſſarium eſſe ignoraret: ſecundum Nauarrum. *Nauar. Quæſt.* ¶ Sed ſi iam de his ſit edoctus, & catechizatus & habens baptiſmũ in voto, petit baptiſmum in re ſibi dari, in hoc caſu, an gratia ſolius baptiſmi cõferendi, ad catechumenum tactum *De baptiſ. mo in neceſ.* peſte ſacerdos priuatus, aut alius laicus, ſi non ſit ſacerdos, cum propriæ vitæ diſpendio accedere teneatur quæritur. Reſpondeo quòd ſi Fratri Petro de Sotomaior, olim ca- *F. Petrus de Sotomaior.* thedratico Salmanticẽſi eſſet in ſuis ſcriptis adhibenda fides, planè ſecundum ipſum in hoc caſu tales priuati talem cum diſcrimine ſuæ vitæ tenentur baptizare. Quia, inquit, ſacerdos priuatus tenetur, & tunc iam baptizati, & Chriſtiani petentis confeſsionem, cum ſuæ vitę periculo confeſsionem audire. Sed quia hanc opinionem rigidam eſſe puto, ideò contra eam teneo, quia in tali caſu baptiſmus in voto, ſufficit ad ſalutem: quando copia baptiſmi in re non datur.

*De abſolut. in neceſſ.* ℭ Et ſimiliter de ſacramento confeſsionis aio: Quòd ſi ſecundum communem opinionem talis infirmus in tali articulo per interpretem, aut ſcripturam confiteri, non tenetur, quia id vergit in detrimentum ſuę famæ, quare ego qui ſum priuatus ſacerdos teneor cum diſpendio vitæ illum audire? Hæc ratio adeo valida eſt, vt propter eam *De curat.* forte, & proprius curatus ab audiendo confeſsionem eius, cum periculo vitæ probabili eſſet excuſandus. Sed hoc non auſim affirmare. Sed dico cum communi, quòd quia curatus tenetur ex iuſtitia ſecundum fratrem Petrum de Sotomaior, & ſecundum Metinam in ſua inſtructione. fol. 114. pag. 2. §. 16. *Sotoſmaior. Metina.* circa. 5. mandatum: ideo curatus, & prælatus etiam extra extremam neceſsitatem ſubditorum, interdum tenentur ſubuenire cum periculo vitæ monendo, & ſubducendo eos à peccato mortali: & quia tenentur vitam ſpiritualem ſubditorũ aſſecurare, prout poſſunt. Quia contritio, quæ cùm ſolo voto ſacramenti ſaluat, quando ſacramenti confeſsionis in re non eſt copia, non eſt tam peruia & facilis habitu peccatoribus, ſicut attritio, per quam cum ſacramento abſolutionis in re, talis infirmus fit ex attrito contritus ad ſalutem: ideo eos in confeſsione audire tenentur. Tandem cum Metina loco ſupra citato, aduertito, quòd ſi aliquis conſtitutus in *Hic obligatio eſt cum iactu. vitæ. Metin. Sotomaior.* extremis eſſet deceptus ab hæreticis, vel ſi ſecundum Petrum de Sotomaior, aliquis hæreticus peruerteret multos prædicando hæreſes, & inſeminando errores; tunc in his caſibus Theologus, ſeu quiuis alius priuatus idoneus occurrere tenetur, & etiam cum diſcrimine vitæ hæc mala, ſubueniendo propellere, inſtruendo infirmos, & fidem tutari contra hæreticos.

## CAP. LXVIII.

*Qualiter vitæ alienæ ſit ſubueniendum.*

*Reus rogatus de complicibus.* Nauarrus contra Sotum tenet, quòd reus tenetur, quando non iuridice interrogatur de complicibus, eos non detegere, etiam ſi, quia eos non detegit torturæ ſit ſubijciendus: quando ex tali detectione complicibus ſequetur iactura vitæ, vel mutilationis membrorum. Secus, ſi tantum complicibus inde ſequeretur damnum pecuniæ, vel exilij. Ita Nauarrus ſumma Hiſpanica. Exiſtimo ta- *Nauar. contra Sotum limitatur.* men hanc Nauarri opinionem non eſſe omnino contra Sotum acceptandam, niſi forte cum limitatione, ſcilicet, quando leue tantum genus tormenti, cum eſſet robuſtus, & fortis ad tolerandum, talis reus, eſſet ſubiturus: tunc teneretur cũ hoc detrimento leuis torturæ peccata cõplicium in hoc caſu non detegere. Sed cum graui torturæ diſcrimine, non



non tenetur reus, qui criminis aliorum per iniuriam non extorſit ſecretum, tale ſecre- *Ratio.* tum iudici iniuſte inquirenti celare. Quia ſolum vi charitatis tenetur in hoc caſu illud ſubticere: quæ cum grauiſsimo torturæ detrimento, (vt puto) non obligat ad vitam alienam tuendam; quia vix in hoc caſu, niſi (vt ſupra diſtinximus) obligaretur ad tuendam propriam. Demum, nequid deſit, quod *Nauar. mutauit ſentẽt. Felin.* meritò poſsit deſiderari, ſcitò, Nauarrum, (vt ſumma Latina. cap. 24. num. 17. ipſe de ſe ipſo teſtatur) mutaſſe ſententiam, quam antea tenuerat cum Felino; & nunc tenere, ſcilicet; quòd cum detrimento honoris, & æſtimationis noſtræ, ſi aliter fieri non poteſt, tenemur ſubuenire vitæ proximi, quando eſt in extrema vitæ neceſsitate conſtitu- *D. Ambro. 86. diſt.* tus. Quod ex D. Ambroſ. habetur relatum. cap. non ſatis. 86. diſtinctio. Vbi D. Ambro. ſic ait: Si cum rapitur quis ad mortem plus apud te pecunia tua valeat, quàm vita mo- *Sententia auctoris.* rituri non eſt leue peccatum. Sed exiſtimo hanc etiam ſententiam non eſſe abſolute tenendam: niſi iuxta diſtinctionem ſupra ha- *Sotomaior.* bitam, cuius frater Petrus de Sotomaior, meminit. Scilicet, quòd ſententia hæc Nauarri ſit vera quando illa extrema vitæ neceſsitas proximi venit ab intrinſeco: ſcilicet ab fortuna, fame, vel infirmitate. Tunc videtur, *De duplici neceſsit. intrinſ. & extrinſ.* quòd cum detrimento pertinentium ad decentiam ſtatus ſubuenire teneamur: quia neceſsitates intrinſecæ extremæ paruæ ſunt; quia natura paucis contenta eſt. At ſi talis extrema neceſsitas redimendi vitam à cauſa extrinſeca ſit, id eſt, à malitia tyranni proueniat: non tenetur quis tunc cum ſupradicto detrimento, vitæ proximi ſubuenire. Quia ſic via malis daretur opprimendi bonos: & ita tyrannus poſſet petere ſibi regnum, ne occideret aliquem innocentem. Sed in iſto caſu de ſuperfluis ad ſtatũ tenetur vitæ proximi oppreſſæ à tyranno ſubuenire, ſecun- *Armilla.* dum Armillam; niſi eſſent aliæ grauiores neceſsitates in republica, quibus magis oporteret ſubuenire. At de neceſſarijs ad ſtatum in hoc caſu non teneretur ſubuenire. Quia ſecundum Petrum de Sotomaior, ſuſtentari ſtatus in republica eſt maius bonum; quia publicum, quam vita priuati aliâs perimendi ex malitia tyranni. Et de his ſatis.

*De peccantibus in vitã.* ℭ Peccat qui ob aliquod infortunium ſe nunquam natum eſſe cupit: quia ingratum ſe exhibet Deo largitori vitæ. Præterea comedens, vel comedendum alteri propinans; quod intelligere debuit ſibi, vel alteri fore in vitæ perniciem, ſeu graue detrimentum, præſertim ſi id medicus interdixit, peccat mortaliter, ſi damnum ſit graue inde innatum. Secus ſi exiguum dãnum ſubſecutum eſt: nec credidit magnum ſubſequuturum.

*De pericul. infantis.* ℭ Tenens in lecto infantem cum periculo probabili eum ſuffocandi, peccat mortaliter. Sicut etiam male afficiens fœminã grauidam impellendo eam in graue periculum aborſus, peccat quoque mortaliter. Secus, ſi ſine tali probabili periculo mulierem male pertractauit, etiam ſi poſtea abortiatur. Sed caſu, quo fœtus caret anima rationali, quæ maſculo infunditur. 40. die, fœminæ vero 80. non fit irregularis, qui vndecunque male afficiens mulierem prægnantem peccauerit mortaliter.

ℭ Ipſa quoque mulier, quæ per latam culpam, negligens fuit in cauẽdo aborſum, non caret culpa mortali, tunc abortiendo. Ita *Nauar.* Nauarrus.

*De eunte ad bellum.* ℭ Peccat inſuper mortaliter ille, qui ſiue ſubditus ſit principis indicentis bellum, ſiue non, ſolius ſtipendij intuitu, pergit ad bellũ, non attendens, an bellum iuſtum ſit an iniuſtum. Si tamen talis miles ſubditus ſit, aut iam antea ſtipendiatus, ſi imperio domini ſui vadat ad bellum, non peccat, ſi vadat ad bellum, etiam ſi non præmeditetur, an bellum ſit iuſtum, vel iniuſtum: dum tamen iuſtum eſſe credat, quia ſic habetur cap. quid culpatur. 22. q. 1. Nec in hoc eſt differentia *22. q. 1.* inter ſubditum, & externum, qui ante belli exordium principi indicenti bellum inſeruiebat. Vide retro iam circa hoc dicta.

## CAP. LXIX.

*Qualiter teneatur quis ſubuenire proximo per correctionem, aut per teſtimonium, aut criminis reuelationem.*

*De ſubueniendo inuaſo.* AD hæc nota, quòd inuaſo ab inimico tenetur quis ſuppetias ferre, ſi commode verbis, aut opere, ſine ſuo periculo opitulari poteſt. At vero officiarius publicus, etiam armata manu defendere debet eum, quem ſibi videtur defendere poſſe, ſecundum D. Antoninum. Tenetur inſuper teſtificari, etiam non iuſſus à iudice homo, vel denunciare potenti prodeſſe, pro liberando aliquo ab iniuſta morte, vel damno, vel infamia, niſi id delictum nouerit, per confeſsionem.

ℭ Deinde nullus tenetur ſponte ſe offerre ad

*De oblig. teſtific.*

A re ad teſtificandum, vt aliquis cōdemnetur. Niſi ſecundum iuris formam conſtrictus ſit à iudice, id eſt, quando iudex eum interrogat, iam præcedente probata infamia contra reum duobus teſtibus, & hoc via inquiſitionis. Vel niſi præcedente legitimo accuſatore accuſante, & iam habita per vnum legitimum teſtem de viſu teſtificantem ſemiplena probatione. Vel niſi ſufficientia indicia, probata per duos teſtes præceſſerint ſimul cum accuſatione præuia. Et in his duobus caſibus loquimur, quando proceditur via accuſationis. Igitur in tribus præcedentibus caſibus, tenetur tam teſtis, quam etiā reus, quia legitime interrogantur iudici reſpondere: B etiam ſi ob reuelationem, & confeſsionem veritatis, reus ſit ad mortem rapiendus. His autem ceſſantibus, quando de reo ſolum inquiritur ad pœnam, non tenetur teſtis ſua ſponte ad teſtificandum ſe offerre: etiam ſi accuſatori ex defectu probationis periculū immineret, quia accuſatori id imputetur, quia ſua ſpōte in id periculi ſe ingeſsit. Niſi quando accuſator, quia ad id obligatur in conſcientia, pro bono communi, vel aliter ad accuſandum procedit. Quia tunc teſtis ſi opus ſit, vt illi faueat ad teſtificandum ſe offerre tenetur, ſecundum Diuum Thomam, C 2.2. quæſt. 70. art. 1. Vbi ait, quòd tenetur teſtis etiam non requiſitus à ſuperiori, teſtificari propter damnum vitandum tam reipublicæ, quam tertiæ perſonæ: alias ſecretum de iure naturæ eſt ſeruandum.

*Teſtis quando teſtific. debet.*

*D. Thom.*

¶ At verò, quia ſecundùm eundem D. Tho. quodlib. 12. art. 12. ordo charitatis exigit, vt quis bono particulari proximi præferat bonum commune: item, vt quis velit bonum proximi, & conſcientiæ, & famæ, & in his magis, velit bonum conſcientiæ, quam famæ quando vtrumque haberi non poteſt, & ideo his conſideratis credo, inquit, Diuus Tho. quòd ſi eſſet aliquod peccatum carnale, vel ſpirituale, quod vergeret in detrimen- D tum multitudinis ſtatim eſt reuelandū cum præponderet bonum commune ordine charitatis; & ar. 13. eiuſdem quodlibeti adijcit D. Thomas regulam tenendam circa correctionem fratris nobis tradens, ſcilicet, quòd in hoc caſu ſeruanda eſt charitas in reuelando via correctionis proximi peccatum, & quod magis expedit attēdatur, & intēdatur emenda, & non fiat ex malitia, vt proximus confundatur. Ex qua doctrina liquet, qua ratione ſe gerere debeat religioſus, cum religioſo fratre, quando deprehēdit eum ſecreto ſepta monaſterij noctu ſaltare. Si enim ſperat ſe eū per ſecretā correctionē correcturū, tenetur correctionis Euangelicæ ordinē ſeruare, niſi periculū ſit in mora. Si autē probabiliter creditur, quòd inde ex tali inſultu extra monaſterium, grauis infamiæ ſcandalum conuentui, & ordini paratur, cui aliter occurri melius non poteſt, quam prælato reuelando ſtatim eſt crimen ei ſecreto aperiendum, vt patri: vt ſic ſecretò, malo communi imminēti, poſsit obuiari. Quod ſi ſecreto, vt pater tanto malo nequeat occurrere, ratio boni cōmunis exigit, vt id propaletur ei, vt iudici.

*D. Thom.*

*Quando peccatum vergit in malū commune.*

*Regul. D. Thom.*

*De correctione religioſi.*

¶ Sed quid de religioſo ſuſpecto circa ingreſſum domus, vbi habitat mulier, ſuę perſonæ nota laborans? Reſpondet Sotus in de detegendo, prius eſt monendus ſemel, atque iterum, & tertiò. Quòd ſi non emendetur, prius adhibeatur vnus teſtis: deinde ſi non emēdetur adhibeatur tertius, antequam denuncietur prælato. Quia tandem prælato eſt denuncianda culpa, etiam ſi non ſit mortalis, ſi ſit contra famam, & honorem proximi, præuia tamen monitione. Quare ait Sotus; Si quis intraret domus ſuſpectas, non eſſet illico proclamādus ſine pręuia monitione, vt eſt exemplum D. Auguſt. de oculi petulantia. Conſilium autem eſt D. Auguſt. vt antequā teſtis inducatur aliquis, per quem poſsit cōuinci crimen, reueletur prælato tanquam patri, vt minori iactura emendetur. Sed hoc D. Auguſt. conſilium eſt, non præceptum, vt ſic poſsit ſecretius correctus non innoteſcere cæteris, ſcilicet, teſtibus. Si autē quis ęſtimaret commodius per alium, quàm per prælatum poſſe corrigere fratrem, iuſte reuelabit prius alteri. Ita Metina in ſua inſtruct. 5. præcepto.

*Quæſtio. De religioſo ſuſpecto. Sotus.*

*D. Auguſt.*

*Metina.*

¶ Nec cordata eſt conſideratio eorum, qui ignoranter putant ſe non diffamare proximum, quando ſecreta illius peccata ſecretò reuelant eius amico. Quia vnuſquiſque ſecundùm Metinam multoties magis optaret peccata ſua nota eſſe tribus, aut quatuor, quam vni grauiſsimo, & coniunctiſsimo viro ſibi amico. Conſonaque videtur hęc Soti ſententia doctrinæ D. Thom. 2. 2. quæſtio. 144. artic. 4. Vbi ait, quòd magis verecundamur, ſi homines honeſti, & ſapientes, & coniuncti nobis, & nobiſcum diu verſati, & adiutores, etiam à quibus opem expectamus, peccata noſtra deprehenderint.

*Peccatū alterius amico non reuelād.*

*Sotus. D. Thom.*

¶ Et, tandem, concludimus, quòd ſi tale peccatum ingreſſus religioſi in domos ſuſpectas vergat in damnum multitudinis, id eſt, in infamiam publicam conuentus, eſt reuelandum prælato; quando non aliter poſſet

*De religioſ. ingred. domus ſuſpect.*

remedium



A remedium commode adhiberi, ſine detectione tali. Secus, ſi per ſecretam monitionem iam eſſet correctus; niſi adhuc correctus maneret in periculo veriſimili peccandi, vel infamandi ordinem, vel conuentum. Et hoc eſt quod caute intellectus voluit ſignificare Ricardus dum dixit, etiam per ſecretam monitionem correctum fratrem, denunciandum eſſe prælato, vt obſeruetur à recidiuo, nempe, quando manet adhuc in periculo & non alias. Hæc omnia egregie Sotus, memb. 2. quæſt. 4. de detegendo ſecreto diffuſe ſatis: quæ ego hic ad breuitatem redegi, quia materia eſt ſcitu neceſſaria.

*Ricard.*

*Sotus.*

B ¶ Etiam cum periculo vitæ quis tenetur operam dare, vt illum eripiat à periculo reuocando teſtimonium, quo coniecit eum in periculum perdendæ vitæ. Peccat inſuper iniuriatus, qui non vetuit expreſſe cognatos ſuos pro ſe parantes vindictam ſumere de aliquo ſuo offenſore.

*Nota.*

## CAP. LXX.

*Super agitatione taurorum.*

QVoniam ſuper agitatione taurorum & ferarum Pius. V. extrauagantem, quæ incipit. De ſalute gregis Dominici, ediderat, vbi talem agitationem, videtur damnare ſub grauibus pœnis: Nauarrus ſuper hac quæſtione olim rogatus, ſalua ſedis apoſtolicæ cenſura, eandem ſic interpretatur, vt talis extrauagantis prohibitio non procedar, in ea agitatione taurorum, ferarumque, quę exercetur moderatè, talique cautela adhibita, vt probabiliter credi poſsit, eam non conſequutura notabilia nocumenta perſonalia, puta mortes, vulnera, oſsium rupturas, & id genus alia: quia propter hæc vitanda pericula, lata eſt lex. Ceſſante autem ratione, & fine legis ceſſat eius diſpoſitio: & quia iuxta limites rationis legis, debet reſtringi, vel extendi lex. arg. l. cum pater. §. dulciſsimis. ff. de lega. 2. & l. adigere. § quanuis. ff. de iure patronatus. ca. ſuggeſtum, & capit. meminimus. & quia ex proœmio legis ſolet cauſa legis conijci finalis. l. fin. ff. de hæredi. inſtitut. & cap. quia propter. de elect.

*Gloſſ. Nauar. ſuper agitat. taurorum.*

*ff. de leg. ff. de iur. patron.*

¶ Igitur, ſi ea moderatione, qua Domina Iſabella prima Regina Catholica permittebat agitari tauros, nempe cornuum cuſpidibus præciſis, & nimia agitantium temeritate coercita, tutiſque refugijs opportune conſtitutis, non eſſet ſic agitare tauros peccatum mortale. Et hæc ſatis circunſpecta & cauta reſolutio eſt contra Metinam in ſua inſtructione confeſſorum pagina prima, folio. 150. §. 28. de ludis, vbi aliquantulum licentioſe contra prædictam prohibitionem Pij. V. loquitur, abſolutè ſine limitatione aſſerens agitationem taurorum culpa mortali carere, etiam ſi aliquando ei dantes operam ſe exponant periculo. Quia, inquit, reſpublica hos luſus elegit: quo equites exerceantur ad bellum pro bono communi. Igitur cum bonum commune præferendum ſit particulari, agitare tauros non erit mortale. Sed certè B cum alia ſint commodiora, & minus periculoſa præludia belli, quàm agitationes iſtæ taurorum, quibus ad prædictum finem communem ſe poſſunt milites exercere; pręſertim cum quidam ſtrenuus expertuſque dux aſſeuerauerit, quaſi experientia teſte, huiuſmodi agitationem taurorum magis docere fugere hoſtes, quam eos aggredi, non debuiſſet, tam audacter ſine limitatione Metina id affirmare, perſtante tali Pij. V. extrauaganti, vt videtur in contra. Vbi Pius V. clericis tam regularibus, quam ſæcularibus beneficia eccleſiaſtica obtinentibus, vel in ſacris or- C dinibus conſtitutis ſub excommunicationis pœna, ne eiſdem ſpectaculis interſint prohibet; & ſi quis ibi mortuus fuerit, ſiue miles ſit, ſiue alia perſona congrediendo cum beſtijs, vt eccleſiaſtica careat ſepultura decernitur.

*Nauar. contra Metinā.*

*Pius. V. cōtra cleric. agit. taurorum intereſſentes.*



## CAP. LXXI.

*De a tisfactione agenda pro vita hominis liberi.*

D SIngularem contra Scotum, & Adrianum, & Maiorē, alioſq; Theologos puto eſſe hanc ſententiam Nauarri. Vbi apertè aſſerit percutientem hominem liberum propter deformitatem ex vulnere relictam, nullatenus teneri ei quicquam recompenſare, dummodo medicationis expēſas ei perſoluat, & damna incurſa totius vitę, quatenus ex percuſsione inhabilis effectus eſt ad lucri facienda, quæ alias poſſet lucrari. Super addendo, quòd neque pro vita hominis liberi occiſi, quidquā eſt reſtituendum, niſi expenſę medicaminis, & damna illata filijs, & hæredibus ex morte iniuſta occiſi.

*Nauar. contra Scotum. Adr. Mai.*

A ciſi. At quia eſt contra communem ſententiam doctorum, non puto eam eſſe omnino veram: quia eſt etiam contra Victoriam. Et quoniam abſurditatem, quam ex ſua opinione ſequi doctores communiter aſſerunt, licèt eam Nauarrus parui faciat, non oportet ſic diſsimulare, ſcilicet, quôd abſurdũ ſit, & ſtultum putare eum, qui bouem proximi necat, teneri ad reſtitutionem, non autem, qui proximum ipſum occidit. Nam & leges, quas pro ſua opinione Nauarrus citat parum puto ſuę ſententię commodare. Quoniam l. liber homo. ff. ad legem Aquil. & l. finali, de his, qui eijciunt, vel effundunt, parum ad rem faciunt.

*Victor.*

*Refutatur Nauar.*

*Gloſſant leges. ff. ad. l. Aquil.*

B Prima etenim ſolum cõcludit hominem liberum nullo pretio poſſe æſtimari. At hęc lex ſolum concludit, quôd quia hominis liberi vita inæſtimabilis eſt: non poſsit forte pro ea, ad æqualitatem fieri recompenſatio, quia pellem pro pelle, & omnia quæ habet homo dabit pro anima ſua, ideſt, vita ſua, nõ tamen concludit, quòd ideo occiſor excuſetur à reſtituendo pro poſſe. Atque hæc videtur ſententia aperta Diui Thomæ. 2. 2. quæſtione. 62. articulo ſecundo, in ſolutione ad primum argumentum. Vbi cum argumentatus fuiſſet ſic, ſcilicet, quòd non ſit neceſſarium ad ſalutem reſtituere, quod ablatum eſt, quia aliquando

*D. Thom. cõtr. Naua.*

C impoſsibile eſt reſtituere illud, puta, cum aliquis alicui abſtulit membrum, vel vitam, reſpondet, quòd tunc licèt non poſsit recompenſari æquiualens ſufficit, quod recompenſetur, quod poſsibile eſt, ſicut de honoribus qui ſunt ad Deum, vel parentes patet, vt Philoſophus dicit. 8. Ethicorum. Et ideò quando id, quod eſt ablatum, non eſt reſtituibile per aliquod æquale, debet fieri recompenſatio, qualis poſsibilis eſt. Vt cum aliquis alicui abſtulit membrum debet ei recompenſare in pecunia, vel in aliquo honore conſiderata conditione vtriuſque perſonæ ſecundùm arbitrium boni viri.

*Ethic. 8.*

D Cum ergo hæc ſit Diui Thomæ ſententia, & communis non puto, ab ea fore diſcedendum, quid quid dicat Nauarrus. Nam & ſecunda lex ſolum loquitur de deformitate, quam cauſauit ex vulnere, qui percuſsit deijciens è tecto tegulas, ſine intentione vulnerandi tranſeuntem. Quia illa cicatrix ſic illata, non fuit ex data opera, nec tam detrimentoſa corpori, ſecundum fratrem Ioſephum, ſed ſolum nocet decori corporis. Secus eſt, ſi quis abſtulit vitam, vel membrum abſcidit, aut debilitauit: quia tunc in pecunia, vel in alio

*Gloſſatur lex contra Nauar.*

*Fr. Ioſeph.*

A arbitrio boni viri ſecundum Diuum Thomam illud reſtituet.

¶ At verô etiam libenter concedimus, quòd ſi quis culpabiliter talem deformitatem ſolam, in ſeruo alicuius induxiſſet, percutiendo illum, tenetur, vt ait Nauarrus domino compenſare, in eo quod ſeruus, ideo ſibi minus in pretio valet, ſicut optimè ait Nauarrus. Sicut etiam, ſi quis liberam puellam fædaſſet in facie, eius faciem deformans tenetur ei aliquid pro tali deformitate reſarcire; quando illa deformitas in cauſa fuit, quod ad ſuas nuptias maiori dote indigeret; vt mihi videtur.

*De deform. induſt. ſeru.*

*Nauar.*

*De puella deformat.*

B ¶ Igitur ſecundùm Sotum de iuſtitia & iure lib. 4. quæſtione ſexta, irticulo tertio, contra Maiorem, & alios, & ſecundũ Diuũ Thomam, in his, quæ ſecundum ſpeciem reparari nequeunt, reſtitutio ad arbitrium boni viri eſt facienda. In hoc autem arbitramento habenda eſt ratio perſonarum, tam occiſi, quàm occidentis, atque hæredum, quia hîc magis deſeruit prudentium ſententia, quàm Theologorum ſcientia. Nam ſi homicida eſt diuitijs præpotens, maior eſt ei reſtitutio iniungenda, quàm ſi egeret: & ſi occiſus inutilis erat ſuis, minor, quàm ſi erat eis proficuus. Conſideranda eſt etiam

*Sotus.*

*D. Thom. contra Mai.*

*Conſiderãda in reſt. vi...*

C qualitas occiſi ex vtilitate ipſius, indigentiaque ſuorum etiam ex valore, & dignitate perſonæ, contra Nauarrum. Nam qui virum ingenuum, literis ve, aut alia ratione inſignem occidit, ad maiorem multo reſtitutionem tenetur: quàm ſi perſonam inferioris ordinis interemiſſet. Et quoniam perſona occiſa, quando inſignis erat, multò pluris erat, quàm alia, etiam ſi non reliquerit familiam inopem contra alios in hoc deceptos, dico cum Soto, quòd eius hæredibus reſtitutio eſt facienda. Penſandus quoque eſt etiam occidendi modus, an fuerit per inſidias, vel fraudem

*Contra Nauar.*

*Sotus cõtra alios.*

D vel notabilem atrocitatem occiſus,

¶ Hæc igitur omnia ſunt penſanda in tali reſtitutione, dummodo iniurius, hęc omnia poſsit ſoluere, etiam cum graui detrimento ſuorum bonorum. Licet verum ſit, quod propter reſtitutionem hanc in foro conſcientiæ non eſt aliquis, nec etiam in grauem neceſsitatem inducendus. Conſideranda quoque eſt & illa circunſtantia, ſcilicet, quod occiſus poterat citius mori, aut languere, ita vt non poſſet familiam ſuſtentare.

*Occiſor cum grau. damno an teneatur.*

¶ Idem prorſus dicendum eſt de mutilatione membri. Nam qui manum alteri abſcidit,

*De mutilatione mẽbri.*



A abſcidit, tenetur ſoluere operas medici, & damna, ceſſanteſque labores in integrum, ad arbitrium tamen ſapientum virorum.

¶ Præter damna quoque, iniuria mutilati occiſi eſt reſtauranda, non quidem exponendo ſe bello iuſto, vt ait Scotus, cõtra inimicos eccleſiæ, cui ſubſcribit Adrianus: ſed per orationes, & precationes fuſas pro occiſo. Quanuis ſecundum Sotum hæc reſtitutio iniuriæ per orationes, ſub iuſtitiæ obligatione non cadit; ſed tantum ſub ſaluberrimo conſilio, quando interfectus indiget.

*Iniuria occiſi an reſtit.*

*Scotus.*

*Adrian.*

*Sotus.*

¶ Igitur hæc nota contra Nauarrum ſolum obligantem occiſorem hominis liberi, aut eius mutilatorem ad medicationis ex-

*Nauar.*

B penſas, & ad ſtipendia ab ipſo lucranda, ſi vixiſſet per vitam, & ad expenſas funeris, & ad damna hæredum reſtituendum, ſed non pro vita, addentem cum Maiori, quod licet magis peccet occiſor nobilis, quàm artificis mechanici, tamen magis tenetur reſtituere occiſor mechanici, quam nobilis: quod tamen contra Sotum & contra veritatem eſſe conſeo, ſi omnia alia ſint paria. Vnde ad maiorem, vel minorem indicendam ſuper hoc reſtitutionem prædicta regula cum omnibus ſuis circunſtantijs circunſtantionata eſt obſeruanda.

*Nauar. contra Sotum reſpuitur.*

C ¶ Itaque noſtra ſententia à ſententia Nauarri in hoc plane differt in hoc caſu, quod ſecundum Nauar. ſi liber homo occidatur, qui ſuis hæredibus nihil afferebat emolumẽti, vel lucri, vel eius mors nihil intulit damni quia forte filios, & vxorẽ leuauit eius mors ab onere eum curandi, vel ſuſtentandi: tunc eius occiſor tali vxori, & filijs pro tali occiſione, nihil tenetur recompẽſare: quia pro eius defuncti vita nihil eis debet: quia vita hominis eſt inappreciabilis. Hanc opinionem ego exiſtimo parum tutam, & falſam, atque ideo oppoſitam communem eſſe nobis tenendam cenſeo cum Diuo Thoma.

*Declaratur imaginatio Nauar.*

## CAP. LXXII.

*Da reſtitutione occiſionis, & quibus eſt facienda.*

AT quibus reſtitutio occiſionis iniuſte occiſi ſit facienda, reſtat quærendũ. De qua quæſtione Mercatus libro de tractibus. ca. 6. de reſtitutione homicidæ fo. 181. ait, quòd non eſt tam conſtans, quid ſit dicendum. Sed tamen ipſe cenſet ſatisfactionem pro

*Quibus vita ... ſit reſti. Mercat.*



A vita occiſi ſolùm eſſe faciendam parentibus, & filijs: Quia debitum hoc non eſt reale, ſed perſonale. Quare filijs tantùm, & parentibus facienda eſt, qui repreſentant perſonam occiſi: quippe qui in naturalibus reputabantur tantum vnum cum mortuo. Et quidem ſententia hæc ſatis firmo nititur fundamento, & rationabilis eſt: cui accedit Sotus & frater Ioſephus in ſuis floribus. Et ideo circa reſtitutionem vitæ tantum, ideſt, pro vita ſolum, hanc ſententiam cenſeo auſcultandam, quia vita patris eſt aliquid filij, & filius eſt veluti quædam pars de ſubſtantia patris. Quare reſtitutio pro vita defuncti quæ quo

*Sot. Fr. Ioſephus.*

B dammodo erat ſua, illis debetur, etiam ſi ex morte tali nulla pertulerint damna.

¶ Sed quid de damnis incurſis, aut lucris impeditis ex morte occiſi, quibus ſit reſtitutio facienda? Et quidem Sotus de iuſtitia & iure contra Scotum, & Adrianum, & Nauarrum dicentes, etiam quôd cognatis occiſi, & non ſolum parentibus, & filijs quæcunque iactura eſt reſarcienda, quam ratione illius necis perpeſsi ſunt, ait, hanc temperandam eſſe ſententiam, ſcilicet, quôd de neceſsitate iuſtitiæ ſolum facienda eſt reſtitutio pro ſuſtentatione vxori, & marito, parentibus, & filijs, quia hos tenebatur occiſus ſuſtentare,

*Quæſtio. De damnis ex occiſione reſt.*

*Sotus contra Scot. Adri. & Nauarr.*

C ſi egerent: ideo in hoc ſuccedunt in ius defuncti. Alij verò ſunt ſolum hæredes ab inteſtato; qui tamen non ſunt neceſſarij, vt fratres, & inferiores cognati: ideo his de rigore iuſtitiæ non tenetur homicida, licet defunctus illos aleret, quia id faciebat ex liberalitate. Alioquin deberet, & homicida alere amicos defuncti, eiuſque famulos, & quoſcunque in domum receperat. Et quidem rationabilis eſt hæc limitatio Soti; ſed quatenus excludit fratres dubia eſſe videtur. Nam ſecundùm Mercatum loco ſupra citato fratres defuncti, quia res propria videntur eſſe defuncti, illis reſtitutio facienda eſt, ſicut pro-

*Limitatio Sot. rationabil.*

*Mercat.*

D prijs filijs, & parentibus. Quod ego non credo, ſed potius exiſtimo in hoc caſu diſtinguendum. Nam ſi defunctus per iuſtitiam, his fratribus iuſſus erat ſuppeditare alimenta, quæ propter mortem fratris amiſerunt, tenebitur tunc homicida de iuſtitia pro his alimentis aliquid recompenſare. Et in hoc Mercatus bene ait. At ſi ex liberalitate tantum defunctus huiuſmodi fratres alebat, in hoc caſu verum habet ſententia Soti: ſcilicet, quôd tunc iſtis fratribus nihil de iuſtitia eſt reſtituendum, quæ opinio videtur æquior.

*Sententia autoris.*

¶ Homicida, vel latro, vel aliquis alius,

*Latro ſuſpẽden. an teneteſt.*

quem iudex puniuit ob ſua crimina, contra aliquam partem commiſſa, vltra talem pœnam, etiam ſi ſit mortis, tenetur ad ſoluendum damnum, quod parti intulit: quia lex naturalis, & diuina tales obligat ad compenſandum damnum, antequam à iudice pœna plectantur. Quam opinionem, quia res eſt quotidiana, & à paucis declarata, ſic limitat

*Nauar. limitatio.*

Nauarrus: Scilicet, quòd vera eſt, niſi quando pars læſa vellet, vt delinquẽs per pœnam corporalem non ſolum reipublicæ, ſed ſibi etiam ſatisfaceret, contra olim meum magiſtrum. Sed hanc Nauarri ſententiam ſic limitatam credo veram, & ideò hæres ſuſpenſi in patibulo propter delictum, tenetur parti læſæ reſarcire damnum.

*Not. pro nobil.*

Credo tamen quòd filij nobiliſsimæ progeniei, licet expetant ſummopere vindictam occiſoris pro morte patris, tamen aliquid recipere pro iactura vitæ patris dedignantur, indignum valde id eſſe cenſentes, quia videntur ſibi venalem feciſſe ſanguinem patris, & quaſi pretium pro ea capere, ſed alij non tantum ſuę ęſtimationi cauentes bene cupiunt, ſibi reſarciri quodcunque damnum. Quare

*Sotus. Fratribus ius accuſ. ineſt.*

ſecundum Sotum loco citato, non ſolûm parentes, & filij, ſed etiam fratres, & reliqui agnati, quia ius habent agendi de iniuria, ſolent pro ea remittenda, & pro non accuſando pretium pecuniæ licite recipere: non tamen, quôd pro damno dato, ſcilicet, pro morte defuncti fratribus, & agnatis inferioribus quicquam debeatur.

*De excedẽt. in defenſ.*

℄ Qui debitum modum defenſionis iuſtæ excedit, ſaltem ſi culpa exceſſus lethalis exiſtat, tantæ reſtitutioni eſt obnoxius ſecundum Nauarrum contra alios, ac ſi voluntariè occidiſſet: licet minus peccarit contra Sotum. Quia hæc mors non ſolum eſt iniuſta ex ipſa intentione, ſed ex ipſo opere exteriori. Secus ſi occidat quis in bello iuſto ex iniquo tamen animo: quia tunc licet intentio ſit mala, tamen opus exterius materialiter iuſtum eſt.

*An latro dupliciter peccet.*

℄ Adde, quòd qui ex intimiditate, vel audacia temeraria ſe exponit periculo mortis, peccat mortaliter. Cæterum ex hoc non ſequitur contra fratrem Vincentium Iuſtinianum, quòd latro furando peccet duplici peccato. Quia primus directè, & perſe, ſe exponit periculo vitæ, dum ex intimiditate id facit: latro autem nec directè, & per ſe ſed ſolum per accidens, quod non diuerſificat ſpeciem, neque multiplicat ſpeciem peccati, ſe tali periculo exponit. Secus eſt, ſi latro, ne iudicaretur à ſocijs timidus, aggrederetur furtum: quia tunc peccaret duplici peccato & furti, & periculo mortis.

*Nauar. concordat Fr. Vincent. & Caietan.*

℄ Satis inſuper ingenioſa eſt illa diſtinctio Nauarri, qua ſtuduit ad concordiam reducere Caietanum & fratrem Vincen. Iuſtinianum. Nam Caietanus in ſumma verbo. duellum damnat milites tempore belli acceptantes ſingularia certamina. At prædictus frater Vincentius viſus eſt de hoc dubitaſſe. Sed optimè diſtinguit Nauarrus: Nam ſi acceptent talia particularia certamina non cauſa oſtentationis vanæ, ſed gratia commodandi victoriæ reſpectu principali, non peccant mortaliter ſic acceptando. Et in hoc ſenſu vera eſt ſententia fratris Vincentij. Si autem acceptent ſolo intuitu oſtentandi vires, & gloriæ vanæ, peccant acceptantes. Et in hoc ſenſu vera eſt ſententia Caietani.

## CAP. LXXIII.

### *De fornicatione vitanda, & de ſpeciebus luxuriæ.*

HÆreſis eſt affirmare ſimplicem fornicationem eſſe licitam. Eſt enim contra Concil. Viennenſe Clementina, ad noſtrum. de hæreticis.

*De hæretic. D. Thom.*

Quia ſecundum Diuum Thomam. 2. 2. talis fornicatio, quæ eſt copula ſoluti cum ſoluta, peccatũ mortale eſt, quia per eam impeditur bona educatio prolis, tã in moribus, quam in ſpiritualibus, quod eſt contra charitatem debitam proli in re graui.

*Ignor. an excuſ. à fornic. Victor.*

Nec ignorantia ab hoc excuſat, niſi forte ſecundùm Victoriam in paganis poſtquam peruenerunt ad vſum rationis per breue tempus. Nam poſt hoc, lumen naturale potens eſt talem ignorantiam expellere. Sicut etiam exiſtimantes non eſſe peccatum rem habere cum publicis meretricibus, ignorantia inuincibili nõ excuſantur: quia eſt ignorantia iuris naturalis, & diuini adeo manifeſti.

*An metus excuſ. à fornicatione.*

Quare nec mortis metus, aut pudor vociferandi, neque timor infamiæ in fœmina, quæ ſecundum ſuam æſtimationem ſequeretur, ab culpa fornicationis excuſat: quia conſenſus licet coactus in fornicariam copulam, ſufficit ad mortale.

℄ Excuſat tamen in hoc caſu vis abſoluta, ſi conſenſus in actum, vel delectationem non interueniat. Nec in hoc caſu, vi abſoluta coacta, tenetur manuum iniectione irata, vel clamore ſe defendere, dum mors aliàs, ſi clamet, ſibi intentatur: quia tunc nõ tenetur ſuis membris reſiſtere, dum ſceleri non ſe accommodet, ſecundum Sotum, & Nauarrum. Quanuis Nauarrus credat, quòd difficile ſit factu, quòd ſit honeſta & ſic non reſiſtat.

*Sot. lib. 5. de iuſt. & iur. q. 1. ar. 5. Nauarr. in ſum. lat. c. 16. num. 1.*

℄ Dominus ſignanter in materia furti, & luxuriæ vetuit propoſitum, & deſiderium, dicens: Non concupiſces rem alienam, aut vxorem proximi tui, eo quòd in his materijs delectatio, quæ ex ſola cogitatione naſcitur, eſt quoddam apparens bonum, ad ſui deſiderium alliciens ſecundum Diuum Thomam. 2. 2. quæſt. 100. art. 5.

*D. Thom. Species luxur. fornic. adult. Inceſtus.*

℄ Præterea ſpecies cogitationum, & operum & delectationum luxuriæ hæ ſunt, ſcilicet, fornicatio ſoluti cum ſoluta: quæ dicitur fornicatio ſimplex. Secunda adulterium cum aliena coniuge, vel cum alieno viro. Tertia, inceſtus, qui contingit cum conſanguineis, vel affinibus, quia debetur cognatis reuerentia ſecundum D. Thomam: & quia alias ſi coitus inter cognatos liceret, daretur nimia occaſio commixtionis venereæ, & quia exinde minueretur multiplicatio amicorum: dum nuptias inter extraneos non contraherent, ſed ſecum. Ad hanc ſpeciem inceſtus reducitur, quando alter eſt religioſus profeſſus: aut ordine ſacro inſignitus: aut ſi ambo ſunt cognatione ſpirituali coniuncti, capit. ſin. 30. quæſtio. 1. aut ſi peccatum carnis fuit commiſſum in loco ſacro: quanuis hic magis ſit ſacrilegium.

*Stuprum. D. Thom. Sotus. D. Thom.*

℄ Quarta ſpecies eſt ſtuprum, quando fœmina eſt virgo & coit: eſt enim peccatum ſpeciale ratione fractionis ſigilli virginalis, vt docet D. Tho. 2. 2. quæſt. 154. art. 6. Non ſufficit autem quo ad hoc, vt vir ſit virgo, vt notauit eius commentator art. 6. Quare Sotus ait, quód vir virgo cum primum prima vice cognouit fœminam, quia virginitatis amittit aureolam, conſilium eſt in confeſsione iſtam circunſtantiam explicet: licet non ſit neceſſarium. Atque ſecundum D. Thom. 2. 2. quæſt. 154. ſtuprum eſt proprie cum ea virgine, quæ eſt ſub cura parentum; quia iniuria fit patri, & quia ipſa per hoc præparatur ad meretricium.

*Raptus. 36. q. 2. Excõmuni. Conc. Trid. contra raptores. Raptor gaudet immunitate.*

℄ At quinta ſpecies luxuriæ eſt raptus, quando fit violentia virgini, vel viduæ, quo ad copulã. Et præſertim quando virgo contra voluntatem patris, vel ipſius extrahitur à domo, cauſa copulæ, quanuis id fiat ad ducendam eam in vxorem, poſt habitam copulam. Et etiam, vt dixi, quando violenter extorquetur copula, ſiue ſit virgo, vel non, vt habetur cap. raptores. 36. quæſtio. 2. Lata que eſt nunc excommunicatio à Concilio Tridentino contra raptores; prohibenturque tales raptas poſſe ducere vxores, niſi ipſæ ſeparatæ prius, & in ſua libertate poſitæ, libere conſenſerint. Communiuſq; tenetur ſecundum ius Canonicum contra ius ciuile, quòd raptor virginum, ſi confugiat ad eccleſiam, gaudet immunitate eccleſiæ.

*Cõtra natur.*

℄ Sexta ſpecies luxuriæ eſt peccatũ contra naturam, cuius quatuor ſunt ſpecies. 1 Prima enim eius ſpecies eſt mollities, ſiue immunditia, quæ eſt pollutio alicuius ſe polluentis ſecum, ſine cõcubitu vllo, procurata. At ſecunda ſpecies eſt beſtialitas, quando cũ 2 re alterius ſpeciei quis coit. ℄ Tertia vero 3 eſt ſodomia, quæ eſt concubitus ad ſexum indebitum, vt maſculi cum maſculo, fœminæque cum fœmina. ℄ Quartus modus eſt 4 ſeu ſpecies, quãdo inter virum, & fœminam non ſeruatur naturalis modus concumbendi, vel coeundi, quantum ad inſtrumentum debitum, vel quantum ad alios monſtruoſos coitus inter ſe repugnantes ordini naturali, per quos inter fœminam, & virum ſic coeuntes impeditur generatio. Et hæ planè ſunt celebratiores ſpecies luxuriæ, & ſi quæ ſunt aliæ, reducuntur ad has. Sicut luxuria cum religioſa, ad ſpeciem adulterij, & inceſtus quodammodo reducitur; nam religioſa ſponſa eſt noſtri ſpiritualis patris, id eſt, Dei.

*Sacrileg.*

℄ Inſuper aliquod eſt ſacrilegium, quod etiam eſt ſpecies luxuriæ: vt cum per ſeminis effuſionem illicitam, & in vigilia violatur locus ſacer. Sicut etiam aliqua ſpecies luxuriæ eſt ſacrilegium, vt cum habetur res cum moniali, vel religioſo, vel initiato ſacris.

*Copula inter coniuges in eccleſ.*

Vnde ſacrilega eſt copula etiam inter coniuges, quando quia fit in loco ſacro eſt illicita, per eamque violatur eccleſia: quando talis copula inter coniuges in eccleſia fuit publica, nec dubitatur tunc eſſe peccatum mortale. Secus dum eſt ſecreta, & ſine contemptu loci fit. Nam tunc, an ſit mortalis culpa ambigitur inter doctores: præſertim quando non tantum cauſa voluptatis fit: ſed cauſa vel in ſe, vel in alio vitandæ fornicationis.

*Sot. conſil.*

Deberent ergo ſecundum Sotum coniuges dum maritus ob delicta confugit ad eccleſiam, ibique ideo manent non in eccleſia, ſed in adiacentibus turribus, vel cameris habitare extra corpus eccleſiæ.

*Reſeruatio ſacrileg. Nauar.*

Atqui ſecundum Nauarrum ſumma Hiſpanica, quando per ſynodales, vel aliter epiſcopi reſeruant ſibi peccatũ ſacrile-

ſacrilegij, non intelliguntur per hoc ſibi reſeruare coitum cum moniali, aut religioſo, aut cum initiato ordinibus ſacris, niſi expreſſerint.

*Quæſtio. An ſeminatio in dorm. ſit ſacrileg. vel ſup. eccleſ.*

℄ Ad quæſtionem verò, de qua Nauarrus hic dicitur interrogatus, dicitur, quòd monaſterium, vel dormitoriũ religioſorum non ſunt loca ita ſacra, vt in eis commiſſum peccatum carnis ſit ſacrilegium. Quoniam hæc loca ſunt de quarta ſpecie rerum ſacrarum. Sicut nec etiam per ſeminationem ſupra tectum eccleſiæ, aut intra loca ſubterranea intra corpus eccleſiæ, non violatur eccleſia, ſicut neq; etiam per violationem eius cœmeterij etiam contigui. Bene tamen ſi violetur eccleſia, violatur cœmeteriũ, quod eſt contiguum ad illam, quia eſt acceſſorium ad illam.

℄ Præterea accedit ad prædicta, quòd peccat monialis, quæ cum eſſet ſecularis ante profeſsionem fornicata eſt occultè, ſi poſt ſuſcipit velum cõſecrationis abſque diſpenſatione, vel alia honeſta cautela. Ita Syluester verbo. conſecratio virginum. Et idem

*Nauar.*

de ea, quæ voluntariè ſe polluit, ob quod forſitan paucæ grandiorum ſine cautela licite conſecrari poſſunt: ait Nauarro. ¶ Demum circa hoc præceptum de non fornicando ſatius eſt contra Angelum, & alios confeſſor percõtetur omnia, quæ pertinent ad ipſum, & ad decimum præceptum coniunctim potius quam diuiſim.

℄ Ex prædictis conſequenter illuceſcit quòd ſpecies luxuriæ ſunt explicandæ in confeſsione, & cum quibus perſonis in communi, vt confeſſarius noſcat, an fornicatio ſimplex fuerit an raptus, ſtuprum, vel inceſtus, vel adulterium. ℄ Tantum verò peccat quis cum vna, eademque perſona decies copulam habendo, quantum peccaret: ſi eam cum diuerſis.10.eiuſdem ſtatus perſonis, copulam habuiſſet.

*Tantundem eſt decies cũ pluribus ac cum vna.*

Quare cũ quis cum decem ſolutis mulieribus fornicatus eſt, ſatis eſt in confeſsione ſe dixiſſe, decies fornicatus ſum, licet nõ exprimat an cum vna ſola, vel cum pluribus. Niſi forſitan aliquam nõ paratam ſolicitando induxit: quia hæc ſpecies ſcandali, & inductionis ſecundum Sotum explicanda eſt. Et hoc eſt ſecurius, quidquid dixerint alij, & Caietanus.

*Caietan.*

*De mollitie*

℄ Ad hæc peccatum mollitiei conſtat eſſe mortale. Nam ſecundum Paulum. 2. ad Corinth. 5. Molles regnum Dei non poſſidebunt. Et licet mollities fiat peccatum grauius, quando cum alterius ope contingit, propter participationem in alterius peccato: non tamen ideo ſit alterius ſpeciei, niſi copula ſodomitica accedat, ſecundum Nauar. & niſi quando inter procurãdam mollitiem accederet alicuius perſonæ memoria, vel voluntas, quacum tunc vellet ſe polluens, coire.

*De pœna ſodom.*

Atque cum pœna mortis, & ignis in Hiſpania impoſita ſit per legem, nixum facienti ad coeundum ſodomiticè: licet impeditus opus non conſummauerit: hæc eadem lex ſecundum Antoniũ Gomez ſuper. l. 8. Tauri. nu. 34. locum habet etiam in mulieribus, quando coeunt inter ſe non ſimpliciter fricando: ſed imponendo aliquod inſtrumentum materiale, puta ligneum, vel vitreum, vt coeant. Vbi refert quaſdam moniales ſic coeuntes inter ſe fuiſſe combuſtas. Quando vero ſimplex fricatio ſolum interuenit, debent ſecundum ipſum puniri citra mortem. Ita in ciuitate Granatenſi in facti cõtingentia fuit iudicatum. Quæ opinio tanquàm mitior Iulio Claro ſatis placet, quod libuit hic interſerere: vt qui legunt poſsint hinc has impudicas deterrere mulieres. Eſtque per legem his ſodomiticis impoſita ipſo facto confiſcatio bonorum.

*Gomez.*

*An cum periculo confeſſor teneatur audire.*

℄ Verum licet pollutio procurata mortalis culpa ſit, tamen ſi ex audientia confeſsionum confeſſori, vel ex lectione ad prædicandum prædicatori, pollutio conſequatur, licet poſsit eam vitare, ab his exercitijs abſtinendo, dum non conſentiant in huiuſmodi pollutionem, nec periculum probabile conſentiendi ſibi parent: non tenentur ab his ſanctis exercitijs abſtinere, ideò non peccant. Secus ſi periculum probabile conſentiendi immineret: quia tunc habita iſta experientia, etiam præcepto inſtigante eos prælati adhæc exercitia, non tenerentur talia exercitia, cum tali probabili periculo ſubire. Quia ſecundum Diuum Thomam, vt ſuperius diximus, contra Sotum periculis ſpiritualibus probabilibus ſe exponere valde vituperabile eſt, etiam ſi ſit pro vita ſaluanda ſpirituali proximi. Quia ſecundum Dominum, quid prodeſt homini, ſi totum mundum lucretur, &c. Et quia ſecundum Sotum ille, qui turbulentis corruptus eſt affectibus, cum periculo ruendi in mortale, probabiliter non tenetur acceptare epiſcopatum, etiam ſuperiore præcipiẽte. Nam & prælatus ſuæ propriæ ouis debet curam gerere, nec eam probabilibus periculis ſpiritualibus exponere.

*D. Thom. contra Sot.*

*Metina.*

℄ Hinc etiam eſt, quòd ſecundum Metinam in inſtructione ſua confeſſorum (quod notatu ipſe dignum cenſet) homines ſpirituales,



*Diſtillatio an morta.*

tuales, qui honeſtè conuerſantur cum mulieribus, cum quibus, dum interdum loquũtur, patiuntur in carne propria quaſdam titillationes, & diſtillationes humiditatum inuoluntariè, non peccant mortaliter, neque tenentur ideò abſtinere à talibus honeſtis conuerſationibus, ſi nihil aliud interueniat.

*Regula gener.*

Quia regula generalis hic ſtabilitur: quòd ſi cauſa pollutionis eſt peccatum mortale, & ipſa quoq; pollutio inde ſequuta culpa mortalis erit. Sin autem fuerit cauſa eius venialis, ipſa autem culpa tantum venialis erit.

## CAP. LXXIIII.

### *De pollutione contingenti in ſomnis, aut aliter.*

*Quæſtio. An pollutio in ſomno licitè optetur.*

IAm hic illa occurrit quæſtio ſolutu non facilis, vtrùm liceat cõplacere de pollutione cõtingenti in ſomno nõ propter ſe, ſed ob vitationẽ morbi, vel exonerationẽ naturæ inde ſubſequutã, vel, an liceat alicui cupere, vt ſibi dormienti, quo leuetur natura, contingat pollutio per ſolam viam naturalem, nullam ad id cauſam præbendo. Cui ſatisfacere inter tam varias opiniones grauium doctorum non ita eſt in promptu, quia hic Nauarrus, & Caietanus 2.2. quæſt. 154. arti. 5. & Syluester, verbo pollutio, & D. Antoninus. 3. partit, 6. cap. 5. tenent partem affirmatiuam, quòd licet ità cupere, & ità complacere ea ratione, ſub quia quæſtio proponitur. Cuius potiſsima ratio eſt; quia talis pollutio naturaliter contingens in ſomno ex ſe peccatum non eſt, & malus non apponitur finis, ſed bonus, quo leuetur à grauedine, & morbo natura. Quare ergo illam cupere, vel de illa complacere, hoc fine erit peccatum mortale? Quod ſi de præterita in ſomno naturaliter contingenti pollutione, licet cõplacere ob talem finem, quare ob eundem finem non licebit futuram per viam naturalem, contingentem deſiderare.

*Nauar. Caieta. D. Anton. Syueſt. affirmant. Ratio.*

*Sot. Cordub. Adrian. Meti. negãt.*

℄ Cæterum frater Antonius Cordubenſis in ſuo quæſtionario, lib. 2. q. 30. & Sotus in. 4. diſtin. 12. q. 1. art. 7. & Adrianus in. 4. quæſt. 4. de Euchariſtia, &. 10. quolib. art. 2. & Metina in ſua inſtructione tenent negatiuam, aſſerentes non licere complacere de tali naturali pollutione in ſomnis, neque eam hoc fine deſiderare, vt leuetur natura. Huius opinionis, quam loco citato Corduba tanquam magis probabilem, & veram eligit, potiſsima ratio eſt illa, regula communis doctorum, ſcilicet, quòd quando actio ob ignorantiam, vel ob aliam quamuis cauſam à culpa excuſatur; cõſenſus in illam actionem non eſt licitus, niſi ſimul cum conſenſu, eadẽ cauſa excuſans præſentialiter cõcurrat. Cum ergo quando ille complacet de pollutione naturali in ſomno, tunc non concurrat præſentialiter ſomnus qui eſt cauſa excuſans: ſequitur quod talis complacentia non excuſatur à culpa, licet concurrat bonus finis.

*Ratio & regula.*



*Ratio Metinæ.*

At vt Metina ait ſi de pollutione in ſomnis liceret complacere, quia non eſt peccatum in ſe: ſequitur liceret complacere de trucidatione, qua taurus trucidauit puerum, quia illa trucidatio non eſt peccatum tunc in ſe, & ſequitur, ſecũdum Cordubam liceret complacere de fornicatione naturaliter contingenti in ſomno, quæ bona ſunt argumenta: conſequens eſt falſum: ergo & antecedens.

*Cord. ratio.*

*Sententia autoris.*

℄ At quamuis iſtam opinionem, propter prædictas rationes reputem probabiliorem (licet ſuarum rationum mihi occurrat ſolutio) tamen ſub eadem cenſura ſub qua Nauarrus eam aſſerit, affirmatiuã eius opinionem probabilem eſſe cenſeo, nec damnandam: ſi loquamur de complacentia in pollutionem nocturnam ob bonum finem.

*Ratio.*

Quia pollutio nocturna nõ eſt actus humanus ex ſe, nec actus hominis, ſicut nec ſudor, aut fluxus ſanguinis naturalis, quia eſt actus potentiæ vegetatiuæ: quę quia vt ait ſanctus Thomas, non ſubditur rationis imperio, rationis culpa ex ſe carere poteſt. Ideo ob finem bonum de pollutione contingenti via naturali, quis complacere poteſt.

*D. Thom.*

*Satisfit obiectioni.*

At verò fornicatio, & homicidium, etiamſi ſint per ignorantiam, vel per ſomnum excuſata, non licet de illis ob finem aliquem complacere: quia ſuo genere difformes ſunt rectæ rationi. Ideo ex ſe mali ſunt atque prohibiti actus, quia ex ſe illiciti, & quia ex ſe ſunt in potentia rationali, & potentiæ executiuæ, & voluntati ſubiecti. Ideo per ignorantiam vel violentiam, non poſſunt à ſua malitia expoliari. Atque ideo licet de pollutione naturali, vel in ſomnis probabile ſit, quod quis ob bonum finem, & non abſolutè poſsit complacere: tamen de homicidio, vel fornicatione in ſomnis, non licet ob aliquam etiam honeſtam cauſam, complacentiam captare. Atque tandem omnes conueniunt, quòd nullum iſtorum nec pollutionem naturalem in ſomnis, ſeu homicidium vel fornicationem in ſomnis, vllatenus licet procurare.

*Quæſtio. An liceat ebrietas ob ſanitatem. Caietan. Sotus.*

℄ An vero liceat ſe ob ſanitatem vinō inebriare. Reſpondeo, dum certum eſſet inde ſanitatis, & vitæ remedium, & vbi aliud remedium non ſuppeteret, liceret quidem ſecundum Caietanum. Cuius opinio eſt probabilis. Sicut ſecundum Sotum hac ratione ad vxorem accedere, nullum eſſet; nec veniale peccatum: ſi certum eſſet hoc eſſe remedium certiſsimum, nec aliud ſupereſſet: ſed hoc nuſquam poteſt tam certo conſtare.

*Coroll. 1. de eſu calidorū*

℄ Addimus non eſſe peccatum mortale comedere nimis, aut calida edere edulia: ex quibus pollutio ſolita eſt euenire, dum non eo fine quis ea comedat: vt pollutio eueniat. B ¶ Et quamuis pollutionem in ſomnis iam ex ſe diximus non eſſe peccatum, tamen in ſua cauſa ſi mortalis ſit, mortalis eſſe poteſt. Et ſi venialis fuit, venialis erit. ℄ Si quis autem taliter ſedens equitaret, aut ea corporis parte, ſe ſomno daret, vt eueniret pollutio, aut ideo ouis veſceretur, vel potum aquę frigidæ potaret, peccatū eſſet mortale. Quia talis cauſæ præuiæ vſus eſſet via ex intentione ad executionem peccati. Sicut percuſſio ſagittæ ex eius culpabili eiectione. Secus eſt ſi iſta faceret, nihil tale intendens, tunc pollutio inde ſequens nō eſſet mortale: quia neque iſtas cauſas de ſe non malas tenetur C cauere. Ita Victor.

*Coroll. 2. de equitatione cauſ. pollut.*

*Nauar.*

℄ Accedit ad hoc, quòd non eſt mortalis pollutio incępta in ſomno, etiam ſi poſt excitationem finiatur ſecundum Nauarrum, dummodo non adſit conſenſus deliberatus in illam. At etiam ſecundum Sotum in. 4. ad ſedandas conſcientias ſcrupuloſorum, ſi ſine complacentia illius poſtquam eſt deciſa, ſinatur ſuum curſum peragere: nec tales curent eam retinere: cauſa alleuiandæ naturæ, vel morbi vitandi id permittendo non eſt mortale, quamuis argumentum valde timoratæ & bonæ conſcientiæ ſit tunc repente curſui obſtare. Quia in repentinis cognoſcitur habitus tam bonus, quam malus.

*Sot. pro ſcrupuloſis.*

D ℄ Imo ſi contingat ſemiexcitato pollutio ante plenam ſuſcitationem, non erit talis pollutio mortalis: quia non contingit ſine iudicio integro perpetrari peccatū mortale. ℄ Præter hæc, peccat mortaliter plene expergefactus, ſi deliberate complaceat de pollutione ſibi inter dormiendum accidenti, ob delectationem carnalem, quâm inde percepit. Secus ſi quia præterita pollutio eū iuuat ad ſanitatem: aut futuram in ſomnis cupit ad tentationes carnis ſedandas, non procurando, vt eueniat. Quia tunc ſecūdum A probabilem opinionem Caietani, D. Antonini, Syluestri, & Nauarri nō erit peccatum, ſed ſecūdum probabiliorē Cordubæ, Adriani, Metinæ & Soti id non caret peccato.

*An tent. carnis ſit pecc. D. Thom. Cordub.*

℄ Cùm tentationem carnis Diuus Thomas peccatum eſſe dixerit, Corduba in ſuo quæſtionario illum non intelligens illi aduerſatur, quia D. Thomas intelligit eſſe peccatum ad minus veniale: cum talis tentatio eſt motus ſecundo primus, id eſt, aliqualiter (licet non plane) deliberatus, vel ſecundum Metin. D. Thomas id ideò dixit, quia tentatio carnis de ſe eſt peccatum, niſi per ſubreptionem, vel indeliberationem excuſetur.

*Metina.*

B ℄ Neque ab aliquali culpa abeſt idemmet Corduba dum in quæſtionario aſſerit, opinionem Martini de temperantia in aliquo caſu eſſe probabilem, ſcilicet, quòd conſenſus in delectationem ſolam carnis, non ſit mortale, neque explicat in quo caſu. Quia hoc eſt præbere anſam ignorantibus. Nec ſat eſt dixiſſe, vt dixit, quod oppoſita opinio ſit verior, & communior, & prædicanda. Quia nō ſolum puto eam eſſe veriorem, ſed veriſsimam: atque ideo non eſſe tutum opinionem Martini oppoſitam dicere eſſe probabilem, nec in aliquo caſu, maxime nō aſsignando caſum: ſicut reuera non eſt aſsi- C gnabilis: niſi talis conſenſus deliberatus in delectationem ſolam carnis de per ſe, forte in aliquo non ſatis adulto excuſetur per ignorantiam.

*Cordub. Cordub. refutatur.*

℄ Vnde infertur, quòd motus ſenſualitatis deliberati, de mortali obiecto, quatenus placent voluntati, ſunt mortales, etiam ſi cōtingant ſine volūtate, conſummandi exterius opus. Eſt Syluestri contra Ricardum. Quam ſententiam videtur confirmare Nauarrus, dum ait cōſenſum in delectationem, quæ oritur ex turpi cogitatu in appetitu ſenſitiuo, deliberate fruendo & conſentiendo in illam peccatum eſſe mortale.

*De motibus ſenſualib. Syluest. contra Ricard.*

D ℄ Ac perinde, etiam mortalis eſt talis cōſenſus in talem delectationem carnalem, & ſenſualem; etiam ſi talis conſenſus ſit tacitus & non illi repugnans, quando per talem delectationem quis aduertenter videt ſe duci in periculum probabile conſentiendi, ſi non nitatur expellere. Secus eſt quando abeſt iſtud periculum probabile, & eſt iuſta cauſa, excuſans ab expellēdo illam. ℄ Suntque huiuſmodi delectationes eiuſdem ſpeciei, cum actibus cogitatis.

*Conſenſus in delecta. an mortal.*

¶ Sed ne aliquis hæſitet in quo ſenſu de delectatione loquamur ſenſuali, liber hîc cū ſancto Thoma diſtinguere. Quando quæritur an

*Quæſt.*



*Cogitatio vener. ſpecula. & practic.*

tur, an conſenſus in delectationem ſit peccatum mortale, diſtingo. Aut talis conſenſus eſt in delectationem, quæ ſumitur de cogitatione ſpeculatiua fornicationis: vt cū prædicator iſta carnalia gaudet ſpeculari, vt eorum malitia plenius intellecta, in ſuggeſtu contra ea proclamet, & tunc non eſt peccatum. ℄ Imo ſi quis de miris modis, & inuentionibus fornicandi ſpeculetur ſola quadam nouitate, & curioſitate intelligendi hos modos ad actus, nō erit mortale: dummodo inde aduertenter non videat ſe duci (quia fragilis eſt) in periculum probabile conſentiendi in delectationem carnis ſenſualem, vel in opus exterius carnale. ℄ At ſi conſenſus ſit in delectationem de cogitatione rei venereę non ſpeculatiua, ſed practica, quia tunc talis cōſenſus, inſinuat voluntatem per affectum in tale venereum opus in eiuſq; delectationem inclinatam, erit plane talis conſenſus in delectationem huiuſmodi, culpa mortalis, etiamſi abſit voluntas opus conſummandi.

# CAP. LXXV.

## *De complacentia in delectatione carnis licita, vel non.*

IAm ex prædictis pullulant hic mille quæſtiones, de quarum aliquibus, quia difficiles ſunt, parum conuenit inter doctores.

*De compla. copul. cōdit.*

℄ Et primo quæritur, an alicui licitum ſit complacere de copula carnali, quam habiturus eſſet cum aliqua fœmina, ſub hac conditione, ſi eſſet vxor ſua. Ad quā quæſtionem reſpondet Caietan. in ſecundo tomo, de delectatione moroſa. Cum quo conueniunt in hoc caſu communiter omnes doctores, ſcilicet, quòd licet hæc voluntas mala non ſit, ſcilicet, vellē habere rem cum fœmina hac, ſi eſſet vxor mea: tamen delectatio præſentialis de tali copula habenda, illicita eſt. Quia licèt voluntas illa, quia conditionalis eſt, nihil ponat in eſſe, ac propterea mala non ſit: tamen prædicta delectatio, quæ preſentialiter habetur ex tali cogitatione, & volitione orta; quia abſoluta & non conditionalis delectatio eſt, ideo mortaliter mala eſt.

*Caietan. Ratio.*

℄ Sed maius dubium hîc premit, an mortale ſit delectari de actu futuro, vt de actu cum vxore, quam ſperat ducere, id eſt, de actu, quem habiturus eſt cum illa, quando facta fuerit ſibi vxor, & certe de hac quæſtione non ſatis conſtat quid ſit dicendum. Nauarrus hîc iſtam delectationem dānat: quia A putat eſſe hāc delectationem abſolutam ex volitione conditionata ortam, ſicut illa de qua in priori quæſtione. At verô Metina in ſua. 1. 2. aperte docet licitam eſſe talem delectationem, de actu futuro, quando talis fuerit vxor ſua. Neque ratio, qua hanc ſuam ſententiam fulcit, eſt contemnenda, ſed ſatis apparens. Quia iſta volitio eſt licita, quia eius obiectum non eſt illicitum, ſcilicet, velle habere rem cum aliqua pro tempore, quo iam ſibi facta ſit vxor. Sicut licitum eſt etiam velle habere rem cum vxore iam propria, quia obiectum eſt bonum: ergo ſi talis volitio bona eſt: quare delectatio, quæ inde B ſequitur naturaliter mala erit; non ergo tenetur eam habens vitare: ita Metina. Quam opinionem ipſe ait fuiſſe Victoriæ: nam Caietanus & Syluester de hoc, inquit, nihil meminere. Ecce controuerſiam vbi mallem certe me eſſe diſcipulum, quam doctorem. Sed videor mihi eos tandem aliqualiter poſſe ad concordiam reducere. Quia ſententiam Nauarri veram eſſe iudico primò, quando ideò talis imaginaretur, & vellet imaginari talem fœminam, vel fœminę copulam habendam cum illa, quando facta ſit ſibi poſtea vxor hac ratione, & animo, quia in præſentiarum eam cupit delectationem capere, & talis de- C lectatio tunc, quippe quæ ex tali volitione licita, principaliter eſt intenta, eſt culpa mortalis. Et in hoc conuenit etiam Metina, conuenitque Syluester dicentes, quòd non licêt viduæ imaginari virum, vt præſentem iam mortuum, hac intētione, vt inde delectetur. Ergo nec licet imaginari, vel velle copulam fœminæ quando facta iam ſit ſibi vxor eo animo principaliter, vt inde ſibi voluptatem carnalem capiat.

*Quæſtio. De complace. de coitu futur.*

*Variant hic Nauarr. & Metina. Ratio. Metin. Victor. Caietan. Syluest. Sent. autoris Caſus. 1. Metina. Syluest.*

℄ Secundo vera eſt ſententia Nauarri, etiam quando quis talem volitionem habēs aduerteret, ex delectatione inde ſubſequuta ſemper trahi in conſenſum alicuius peccati D mortalis, ſcilicet, ſe polluendi, vel illam fœminam ante matrimonium ad copulam ſollicitandi: quæ quidem pericula in corruptis, & deprauatis apta nata ſunt ſequi.

*Caſus. 2. Nauar.*

℄ Tertiô, habet verum moraliter loquendo, quidquid ſit metaphyſicè in hominibus perditis, & carnalibus prædictas volitiones, & imaginationes habentibus. Nam quando ſic imaginantur, ſicque volunt, ſcilicet. Volo iſtam cognoſcere, quando ſit vxor mea, timendum eſt illis: quod ſic velint & imaginentur: quia practice ſummopere ſunt affecti delectationibus carnalibus, quas inde cupiunt ſumere. Et huic ſententiæ Nauarri ſuffragatur

*Caſus. 3.*

fragatur timor ille, quem timoratæ conſcientiæ perſonæ ſolent concipere: quando titillationem talium delectationum, in ſe percipiunt, quia illico ſatagunt illas intercidere.

*Sententia Metinæ vbi vera.*

¶ Ad ſententiam Metinę ſpeculatiuè loquendo dico, quòd locum habet ipſa in aliquibus viris non tam perditis, & etiam practicè locum habere poteſt in perſonis timoratæ conſcientiæ, quarum intentio in his principaliter non tendit ad malum: nam ſi hi bona fide, ſanaque mente has volitiones licitas habent, ſcilicet, Volo cognoſcere talem, quando facta ſit vxor mea, etiam ſi aduertāt delectationem præſentem ſequi, dum eam non acceptent, nec prædictum periculum ſequatur, non tenentur, poſtquam naturaliter ex licita volitione ſequitur, talem delectationem repellere. Nam & Caietanus ait, cui plerique conſentiunt, quòd non tenetur quis ceſſante periculo conſenſus, moleſtas commotiones ſenſuales carnis repellere: ſed poteſt eas pati, quādo difficiles ſibi ſunt ad repellendum, dum caueat ſibi ne ex complacentia illarum velit eas in ſe permittere. Secus, ſi quia ſecurus eſt à ruina eas à ſe propulſare negligit, quia nihil eas facit, ideo eas permittit.

*Caietan.*

*De vidua ſe delectā. & coniug.*

¶ Hinc perſpicuum euadit, quid ſit dicendum ad eas quæſtiones, quæ de vidua delectante ſe de copula cum viro ante habita, & de vxorata in abſentia viri de memoria copulæ cum ipſo de delectante tractantur. Atque de vidua Nauarrus hic ait, Caietani eſſe ſententiam, cui ſubſcribit opinio communis, quôd non licet viduæ in præſenti delectationem ſenſualem habere ex memoria copulæ præteritæ cum viro defuncto. Idemq; cenſet dicendum ob eaſdem rationes de coniuge, cui ex recordatione copulæ licitę prçteritæ, aut futuræ coniugis abſentis delectatio, aut commotio ſenſualis carnis naſcitur, quia illicita eſt talis delectatio. At quidem communis ſcrupulus honeſtarum coniugatarum, huic opinioni Nauarri fauet, quia huiuſmodi delectationes dum in ſe perſentiunt contendunt propellere, quaſi inſtigante conſcientia: & ſi in eis immoratæ fuerint, in confeſsione ſe ſolent de his accuſare. Quanuis dicat Nauarrus, quòd hoc de cōiugata quantum ipſe ſciat, nemo expreſsit. Et miror viros iſtos Nauarrum, & Metinam cum ſuper quæſtione de vidua ſic ſe delectante contrarias ſententias teneant, pro ſua ſententia Caietanum auctorem citare. At vera reſolutio eos concordans eſt ſupradicta, ſcilicet, quòd tam coniugatis, quâm viduis, non licet hoc

*Nauar. Caietan.*

*Variāt Nauar. & Metin.*

*Sententia auctoris.*

A fine ſic ſe delectandi in præſenti, de talibus copulis, etiam licitis recordari: ſicut neque recordari virorum præſentium, vt delectentur: Sed ſi aliquando præter iſtam intentionem ex tali recordatione, vel approbatione copulæ licitę talis delectatio ſurrepat, ſi abſit periculum cōſentiendi in illicitum, non peccabunt mortaliter ſi eas non curauerint euitare. Itaque principaliter non licet tales delectationes inde pullulantes velle, ſed acceſſoriè negatiuè. Et hoc eſt, quod ait Metina, quòd non requiritur, cum diſplicentia inde ſubſequentis naturaliter delectationis vidua & vxorata has licitas copulas, & velint, & B approbent. Vide reſolutionem neſcio an ſatis me explicauerim: tamen hic loquor de delectatione libidinoſa & ſenſuali, ſeu ſenſibili.

*Metina.*

¶ Delectatio ſine aduertentia de malo obiecto peccatum non eſt, etiam ſi per diem duret: quando alias in eam non paratus eſt conſentire, ſecundū Metinam prima ſecundæ. Quam ſententiam ibi probè limitat, ſcilicet, quòd hoc documentum verū ſit: quando inaduertentia eſt ſubita, & naturalis. Et in hoc concordat cum Corduba in ſuo quæſtionario lib. 1. Vbi abſolute tenet, quòd talis delectatio cum tali inaduertentia, ſi ſubit C animum, non eſt in poteſtate noſtra tunc deliberare, quo poſsimus eam repellere. Sed certè bene addit, & reſoluit melius Metina dicens, quôd ſi in hoc caſu homo eſſet negligens, ita quòd talis eius inaduertentia eſſet affectata, vel ſi talis homo ſæpe eſſet ſuā inaduertentiam, & inconſiderationem expertus, & cum hoc daret cauſam tali inconſiderationi; ſine dubio talis inaduertentia eſſet peccatū, & libido inde ſubſequuta. Vt cum quis aduertit ex lectione impertinenti librorum, huiuſmodi delectationes ſæpe ſibi obrepſiſſe, ſi non tollit cauſam, imo ſtudet huiuſmodi impertinentibus lectionibus vacare; etiam delectatio inde ſubſecuta, etiam cū D inaduertentia, à culpa aliqua non erit vacua. Cæterum, quia ad mortale requiritur aduertentia plena, quia non ſatis eſt imperfecta, quæ ex præualente impetu paſsionis ſolet cauſari; libido cum tali inaduertentia imperfecta non erit mortalis, quando ſic eius complacentia impetit mentem.

*Delectatio ſine aduertent.*

*Metin.*

*Cordub.*

*Metina rectius reſoluit queſt.*

*Exemplum.*

¶ Imo vt ex mente Caietani, & Metinæ, dixi, ſi aduertat huiuſmodi delectationem quis, dum non conſentiat, etiam ſi eam non reprimat, quia nihil curat, quia non ſubeſt periculum in opus, vel in illam, ſi vult pati illos ſenſualitatis, & carnis motus: dum non velit

*Caietan. Metin.*



velit eos pati ex complacētia illorum, quia re vera in eis non intendit delectari: talis paſſiua complacentia materialis, & non formalis in illis (vt more ſcholaſtico loquamur) non erit mortalis. Et hoc eſt, quòd Nauarrus ait, licet aliquantulum differenter: quia loquitur etiam in caſu, in quo non interuenit deliberatio. Ait enim, quòd appetitus ſenſualitatis non deliberatus, vel ante conſenſum voluntatis accidens, aut etiam poſt aduertentiam non expulſus, cum abeſt periculum conſentiendi in delectationem, non eſt mortale peccatum.

*Complacentia paßiua carnis.*

*Nauar.*

¶ Adde etiam, quòd delectari, delectatione honeſta: de amplexandis puellis cognatis, non eſt peccatum. Sicut etiam delectari non libidinoſe de viſione mulieris pulchræ, & de aſpectu eius pompæ curioſæ, & ornatus non eſt mortale. Sicut nec delectari in modo operandi ſcelus aliquod: licet non in ipſo ſceleſto opere; vt in modis occupandi regnum; licet iniuſte non moliatur illud occupare. Sicut etiam in ſpeculatione variorum modorum coituum, dum abſit periculum conſentiendi.

*Delectationes variæ.*

¶ Actus verò impudicos non ſolum committere prohibitum eſt, ſed neque pati tactus impudicos licitum eſt fœminę, quando ſine ſcandalo poteſt eos vitare.

¶ Et etiam non tam inhoneſtos, quando ſentit malo animo fieri, etiā vitare ſub mortali tenetur: niſi tales ſint, qui iuxta conſuetudinem patriæ liceant. Vt amplexus, quando alias, quia fiunt in publico ex tali vitatione nota ſcandali oriretur. Secus eſt ſi ſecretò, vel in locis ſuſpectis fierent; quia tunc ſub mortali non ſunt tolerandi. Sed neque in ſecreto, vel in publico tolerandi ſunt tactus in locis pudendis, niſi medicinæ applicandæ cauſa. Adhæc ſecundum Nauarrum licet videre, & alloqui mulierem pulchram, ob honeſtum amorem, mala intentione ceſſante, & dum periculo peccandi non ſe exponat, videndo eam eiuſque curioſitates.

*De amplexibus.*

*Nauar.*

¶ Contra Pedrazam in ſua ſumma, qui hanc doctrinam Caietan. vitandam, vt nouam, ait, dico, quòd ſponſi de futuro ſecundum Caietanum & Nauarrum, licite ſe oſculantur, & amplectuntur, & ſe tangunt tactibus non impudicis, & licite fruuntur voluptate orta ex his tactibus, ſine voluntate tamen ampliori, ſi fiant hæc ſine periculo pollutionis, aut conſentiendi in eam, vel in copulam. Sed rarò contingit hæc fieri ſine periculo, dum in ſecreto fiunt. At tactus verendorum inter ſponſos de futuro, nullatenus

*Caietan. Pedraza.*

*Nauar.*

*De amplexu ſponſ.*

A debent cōſentiri. Imo tunc ſi neceſſe ſit, cum clamore eſſet petendum auxilium, non obſtante infamia vni ſponſorum, vel vtrique nata. Ita Caietan. 2.2. quæſt. 154. art. 5. cui in parte aduerſatur Sotus lib. 5. quæſt. 1. artic. 5. de iuſtitia, & iure dicens, quòd vi abſoluta mortis coacta ſatis eſt ſi non conſentiat, vt non peccet coram Deo mortaliter. Neq; tenetur manus iratas inijcere in eum, qui vim inferre nititur, nec clamore ſe defendere. Quamuis quoad forum exterius præſumeretur illa conſenſiſſe, ſi contingeret id intra ciuitatem, ſi tunc neque clamauit, neque petijt opem ad ſui defenſionem, cum poſſet, vt B habetur Deuteron. cap. 22. Et ſatis eſt non ſe præparet vi abſoluta coacta, licet non reſiſtat. Sed Nauarrus, vt antea dixit, ait: Vix reperietur honeſta, quę aliquo modo, licet ſine clamore, hoc non reſiſtat.

*Caietan.*

*Sotus.*

*Deuter.*

¶ Peccat inſuper fœmina illa, quæ ſe ponit in feneſtra animo, vt videatur, à quo ſcit ſe carnaliter adamandam, ſecundum D. Antoninum, peccatque quoties id facit, licet non conſentiat in opus peccati. Idemque dicendum eſſe videtur de fœmina ornante ſe, vt mortaliter ametur, ſecus ſi ob finem, vt in matrimonium honeſte ametur, licèt carnaliter.

*De fœmin. in feneſt.*

*D. Anton.*

C

## CAP. LXXVI.

### *De inſecutione mulierum & maximè virginum.*

PEccat inſuper inſequens mulierem honeſtam, & eo grauius, quo maiori tempore eam inſequitur; obligaturque ad ei reſtituendam iniuriam, contumeliamve, aut infamiam, ſi quam incurrit, eo quòd eam eſt inſequutus. l. item apud Labeonem. §. appellare. ff. de iniurijs. modo hoD neſto habitu, ipſa incedat, alioquin minime autore Nauarro, vt in eadem. l. §. ſi quis virginem. Neque excuſatur â peccato locans alicui mulieri domum, quam credit probabiliter ibi meretricaturam. Nota demumque ſecundum Metinam in ſua inſtructione. fol. 120. etiam pollutio cōtingens in ſomnis eſſe poteſt peccatum mortale, ſi culpa præcedens in vigilia, vnde cauſata eſt, fuit mortalis, & alias nō. Et de hoc mollitiei peccato caute interroget confeſſor. Nam alij pre ſimplicitate, vt pueri huiuſmodi peccatum mollitiei ignorant; alij ſunt, qui præ pudore ab eius confeſsione abſtinent. Ideo cautus ſit confeſſor

*ff. de iniur.*

*Meti. de pollut. in ſomno*

*Cōfeſſor caute interrog. de mollitie.*

confeſſor in interrogãdo pueros de hoc peccato talibus verbis, vt confeſsionem ab eis extorqueat, ſi in illud inciderint, & taliter ne doceat eos hoc peccatum, ſi alias innocentes forte ſint. Si autem aliquis peccato valde ſit inquinatus, ieiunia ſunt illi indicenda, & diſciplinarum pœnitentia eſt illi imponenda, & ad deuotionem beatæ Virginis, & ad frequentem confeſsionem, & alia congrua remedia eſt exhortandus. Ità Metina in ſua inſtructione confeſſorum. cap. 16. nu. 15.

*Medicina contra mollitiem.* *Metina.*

¶ Deinde non tenetur quis mulieri pulſatæ virgini ſe offerẽti, vel leuiter rogatæ conſentienti, aliquid reſtituere, etiã ſi dum eſſet reuera virgo, eam volentem conſtuprauerit, quia ſcienti, & volenti non fit iniuria. Hæc eſt Soti & Nauarri hîc, quibus contradicit Metina in ſua inſtructione confeſſorum. fo. 122. §. 18. dicens hoc eſſe falſum; quia, inquit, vſus contradicit. Imo puella non eſt domina integritatis ſuæ, nec membrorũ ſuorum. Vnde, ſicut ſi cõſentienti puellæ quis abſcindat brachium, tenetur ei reſtituere brachiũ, ita quoque, ſi quis eam etiam ſpontaneam cõpreſſerit, tenetur ei pro ſignaculi virginalis diſsipatione, vel violatione aliquid etiam voluntariè ſi conſenſerit, reſtituere.

*An virgini conſentienti ſit reſtitut.* *Sot. Naua. cõtra Meti.*

¶ Sed miror Metinam, virum alioquin doctiſsimum tam ſuperficialibus rationibus perſuaſum, à Nauarro, & Soto diſceſsiſſe. Nam primæ eius rationis, quòd vſus ſit in contrarium, Nauarrus ſolutionem innuit: dum ait, id habere locum tantum in foro exteriori, vbi puella etiam voluntariè conſentiens, quia præſumitur decepta: deflorator eius eam dotare, vxoremque ducere compellitur, vt habetur cap. 1. de adulterijs. Itaque in foro exteriori eſt iſte vſus in contrarium, ſed non in foro conſcientiæ: quia virgini volenti & conſentienti, neque deceptæ, non tenetur violator eius quicquam reſtituere. Niſi forte, quod certius eſt ſecundum Cordubam, & Nauarrum, ipſa virgo conſentiẽs erat ſub cura parentis; quia tunc quicquid reclamet Sotus, tenetur parenti eius aliquid recompenſare, pro infamia inde & filiæ ſuæ, & ſibi ſubſequuta. Quæ etiam infamia in cauſa eſt, vt difficilius, & ampliori dote prouidere habeat talis pater, tali filię de nuptijs. At forte ſecundum fratrem Ioſephum ſententia Soti vera eſt in caſu Victoriæ, ſcilicet, quãdo ſtuprum tale fuit omnino ſecretum, taliter quòd ignoranti patri, puellæque conſentienti nulla inde parata eſt infamia, nec patri, cui incũbit filiæ prouidere de nuptijs, vlla inde ſubſequuta eſt neceſsitas plus erogandi pro dote filiæ, vt digno eam locaret in vxorem.

*Metina reſpuitur.* *Nauar. ſatisfacit Metinæ.* *De adult.* *Limitatio Cord. et Nauar. certior contra Sotũ.* *Sotus hic admittitur.* *F. Ioſephus. Victor.*

¶ Cæterum, ſi talis virgo importunis precibus fuiſſet rogata, tunc etiam conſentienti in foro quoque conſcientiæ eſſet recompenſatio facienda. Quia ſatis dicitur tunc fuiſſe coacta ſecundum Syluestrum & Nauarrum & Cordubam, & communem, quando importunis precibus ſolicitata, præſtitit conſenſum. Nec in hoc diſſentiret Metina. Nam reliquum, quod ipſe affirmat, quòd licet ipſa omnino voluntariè cõſenſerit, ipſe eius compreſſor teneatur rependere ei, quia, inquit, ipſa non eſt domina membrorum, nec ſignaculi virginalis falſum eſſe videtur. Nam hęc ratio eius id parum probat. Quia etiam homo aliquis, cum non ſit dominus vitæ, nec membrorum ſuorum dominus eſt; ita vt poſſit ſine peccato, niſi iuſta cauſa infirmitatis, vel aliter iuſtè, in eorum mutilationem conſentire: tamen nullus eſt, qui neget non teneri quicquam reſarcire mutilatorem pro damno mutilationis illato, voluntariè in ſui membri abſciſsionem conſentienti.

*De virgine importune rogata.* *Sylueſt. Naua. Cordub.*

¶ Ergo ſicut ille mutilatus, poſt mutilationem poteſt, iniuſte ſe mutilãti damnum remittere; ità dum conſenſit in mutilationem, videtur damnum remiſiſſe, & ſuo iuri ceſsiſſe, quoad reſtitutionem.

¶ Ambigi forte poterit, an ſi virgo, quæ importunis precibus agitata conſenſit, cum tamen nomine tenus, & exiſtimatione ſola vulgi virgo eſſet, ſed non re, ei aliquid in hoc caſu, recompenſandum ſit. Reſpondetur ſecundum Nauarrũ is, qui dolo, fraude, aut precibus importunis habuit rem cũ aliqua iam ab alio corrupta, ſed pro virgine in populo reputata, ac habita: licet in foro conſcientiæ nihil teneatur ei reſarcire ob virginitatem ereptam, quia ſecretò virgo non erat, ob famam tamen ereptam, quia illa in hoc caſu eſt potitus ſi in cauſa fuit, vt illam perderet, bene ei ſecundùm Maiorem aliquid arbitrio boni viri recompenſare tenetur. Cęterum in foro exteriori etiam ſi talem communiter reputatam virginem, cum ea rem habens virginem non reperiſſet, iuxta cap. 1. de adulterijs iubetur eam dotare, vxoremq́; ſibi ducere, quia etiam in caſu, quo vltro conſenſiſſet præſumitur fuiſſe decepta.

*Quæſtio. De puella virgine.* *Reſp.* *In foro conſcien.* *In foro exter.* *De adult.*

¶ At adhuc indagandum reſtat: quid ſi aliquis importunis precibus, aut appellationibus, aut falſis promiſsionibus, virginem decepit, deflorauitque, ſine promiſsione tamen eam ducendi, quia de ea ducenda nihil ei pollicitus eſt: an ei in vtroque foro teneatur, & ad quantum.

*Quæſt. De virgine ſine promiſ. matrim. deflorata.*



*Reſp.* Reſpondetur plane, quòd talis in vtroque foro tenetur ei ſatisfacere; & in foro exteriori condemnabitur ad eam dotandam, ducendamque in vxorem, vt ſupra cap. de adulterijs, dictum eſt. In foro autem interiori, id eſt conſcientiæ, etiam ante condemnationem in iudicio, tenetur ad eam ducendam in vxorem, ſecundum Metinam, ſi ipſa velit, dum ſint pares ſtatu. Quia ſi ſic importunis precibus, aut magnis muneribus eam virginem pertraxit ad copulam nõ poteſt ei aliter recompenſare, quàm eam in vxorem ducendo; & hoc eſt tutius. Sed ſecundum Nauarrum ſolum tenetur ad ducendam, vel ad eam contentandam, vel ad omne damnum reſarciendum, quantò magis indiget, ad adipiſcendum virum, qualem ſi maneret virgo adipiſceretur, & aliquid amplius ob verecundiam, quam paſſura eſt apud maritum, & ob moleſtiam, qua afficienda eſt à marito, per totam vitam eo quod non reperit eam virginem. Sed in hoc caſu non obligatur ad omnino eam dotandam, ſed ſolum ſecundum Nauarrum, tenetur ei arbitrio boni viri, quatenus opus eſt ad totũ damnum reſarciendum recompenſare, quia in hoc caſu eam dotare pœna exterioris fori eſt cap. 1. de adulterijs, quę ante cõdemnationem non obligat.

*Metina tutius loquitur.* *Nauar.* *Nauar.*

¶ Porrò adhuc reliquum eſt perueſtigare, ad quid obligetur qui animo vero, ſeu ficto, ad decipiendam virginem, promiſit ſe eam ducturum, ſub qua pollicitatione, & fide ipſa illi ſui corporis copiam fecit. Reſpondetur quòd proculdubio iſte talis in caſu propoſito, tenetur eam ducere, & multò magis ſi eam ducere iuraſſet; niſi valde inæquales genere, vel diuitijs eſſent ſecundum Sylueſtrum, verbo. luxuria. q. 5.

*Quæſtio. De promiſ. matrim.* *Reſp.* *Sylueſt.*

¶ Iam huic annexa quæſtio ſuccedit; An eſto ita ſit, quòd qui decepit puellam, dans ei fidem ducendi eam ficto animo, tantum fine potiundi ea: quando ſunt impares genere, vel diuitijs non teneatur ducere illam, quia ille eſt nobilis, & illa mechanici filia, teneatur ei aliquid rependere pro damno, & iactura virginitatis amiſſæ.

*Quæſtio. An impari puellæ deceptæ teneatur compreſſor.*

¶ Reſpondetur (vt antea diximus) & in hoc etiam caſu tenetur ei recompenſare tantum, quantum magis opus habet, ad adipiſcendum maritum, qualem ſi non eſſet ſic infamata & deluſa adipiſceretur, vel ad ponendum eam in ſtatu honeſto, ſi illum amplecti velit. Et ratio huius obligationis eſt, quia, licet in hoc caſu non præſumatur decepta, ad finem ducendi eam; quia ſibi illa credere non debuiſſet, videns diſparitatem generis: tamen quia promiſsio & fides ſibi data ducendi eam vim habet importunarum precum, ideo prædicto modo illi reſarcire damnum tenetur. ¶ Atque hoc, quod immediatè dictum eſt, dicendum prorſus iudico de eo caſu, quando promiſsio fuit vera, & ex animo facta etiam ſi ſint pares, ſi eſt probabile, quòd ex tali matrimonio grande aliquod ſcandalum orietur: aut ſi qui promiſit iam initiatus eſt ſacris, aut aliam iam duxit vxorem: aut pater renuit illam illi omnino tradere. Quia in his caſibus, quanto magis opus habet ad matrimonium, vel ſtatum ſui dignum, tantum illi recompenſabit arbitrio boni viri reſarciendo damnum. Cuius ipſe fuit cauſa.

*Reſpon.* *Ratio.* *Nota Corol.*

¶ Sed quid iam ad illam quæſtionem dicemus, vbi cum noſſet aliquis aliquam non eſſe virginem, ficto animo ſub ſpe copulam extorquendi, eam ducendi fidem fecit, qua iam ſub hac conditione, potitus eſt. Reſpondetur, quòd in hoc caſu ſecundum Sotum in 4. in ſuam ſententiam citantem Scotum & Adrianum tenetur talis eam ducere, propter ſolam deceptionem, etiam ſi non fuerit virgo, quia ſolida ſunt facienda verba in contractibus do, vt des. Hæc eſt D. Thom. in 4. vbi ait, quòd ſi iſte deceptor iam tranſiuerit ad ſecundas nuptias tenetur prouidere priori iſti deceptæ de nuptijs. Facit duas exceptiones, quas omnes admittunt.
1 Prima eſt: ſi ſponſus ſit multo melioris conditionis.
2 Secunda, ſi ex verbis eius dicta mulier decepta facile potuit deceptoris deprehendere fallaciam. Quæ quidem duæ exceptiones, etiam locum habent, antequam deceptor ſecundas nuptias celebrauerit, ſcilicet, quòd in his duobus caſibus exceptis, illã ducere non tenetur: ſed poſt celebratas nuptias compenſare illi tenetur, arbitrio boni viri, etiam ſi fuerit virgo, vel non, penſato ex vna parte damno, & ex alia parte, quòd ipſa cenſetur ſua ſponte voluiſſe ſe decipi. In qua ſententia cordatius hîc loqui videtur Sotus, & limatius, quam Nauar. Quia Nauarrus ſolum reſpiciens ad damnum illatum, totum docet eſſe reſarciendum damnum. At vero Sotus, quia acutius ſpectauit ad aliam cauſam. ſ. quãdo illa ſe ſponte voluit decipi, non inſinuat totum damnum illi fore reſtituendum; ſed arbitrio boni viri fore taxandum illis duobus penſatis, ſcilicet, non ſolum damno, ſed quod ipſa quaſi ſciens, & volens conſenſerit notæ deceptioni. At quando Nauarrus ait, quòd illa deceptio vim importunarum,

*Quæſtio. De nota non eſſe virg.* *Reſpond.* *Sotus. Scot. Adrian.* *D. Thom.* *Exceptio.* *Sotus limatius loquitur quam Nauar.* *Satisfit obiectioni Nauar.*

tunarum precum habet, quare obligat ad reſarciendum totum illud, quo magis indiget ipſa decepta ad matrimonium ſe dignũ: dico, Nauarrus verum aſſerit, quando deceptio illi fęminæ non fuit ſibi tam nota, quia rationem habuit ſufficientem ad illi adhibendam fidem. Quia nec ipſe deceptor ſuperior genere erat, & talibus verbis eſt vſus in promittendo, vt quælibet etiam non leuis fœmina merito ſe non decipi, ſibi perſuadere inde potuiſſet, & debuiſſet. At ſecundùm Armil. qui putauit aliquam virginem, quæ certe non erat non tenetur ducere, etiam ſi promiſerit.

*Armilla.*

*Quæſtio. De virg. corrupta quæ æquè benè nupſit.*

¶ Offert ſe quoque hîc & difficultas illa, quam agitauit doctiſsimus ille Victoria, vtrum qui dolo, vel precibus importunis virginem corrupit, iam in eo caſu, in quo ipſa æquê tam benè nupſit, ac ſi virgo fuiſſet, eius deflorator teneatur illi pro ſignaculi virginalis fractione aliquid repẽdere. Reſpondetur, quòd quanuis Victoria in hoc caſu talem conſtupratorem à reſtitutione abſolutè non excuſauerit, tamen Nauarrus meditatius hanc Victoriæ ſententiam ſic limitandam duxit, vt vera eſſe intelligatur in eo duntaxat caſu, quando etiam ſi æquè benè fuit nupta, tamen maritus id defectus, quia deprehendit in illa tempore matrimonium conſummandi eam relinquendo, peregre eſt profectus, aut quando eam aſpere nimis, ob id tractat: tunc ſecundum Nauar. à reſtitutione illi facienda non excuſatur. Secus eſt ſi illa ſic decepta, & conſtuprata æque digne nupſit, ac ſi virgo eſſet, quando in conſummatione copulæ id non deprehendit maritus: imo exiſtimauit eam virginem reperiſſe, quia tunc ſecundum Nauarrum ad nihil ei recompenſandum in conſcientia tenebitur. Quia recompenſatio exigitur ad recompenſandum damnum. Cum igitur in hoc caſu, vt ſupponimus nulla perpeſſa ſit damnum, probabile eſt, quòd nihil ei ſit recompenſandum.

*Reſpon. Victoria. Nauar.*

*Quæſt: De fœmina dotata ſub nomine virginis.*

¶ Præterea conſequenter de illa quæſtione meminiſſe non erit ab re, cuius meminit Cordu. in tractatu de caſibus conſcientiæ, an ad aliquam reſtitutionem teneatur fœmina quædam nobilis, quam duxit diues quidam viduus exiſtimans eſſe virginem, ſed ſecretò virgo non erat, cui contulit in dotem duo millia aureorum, quam dotem in matrimonio pepigit illi fœminæ dare. Reſpondetur proculdubio, ſi viduus ille hac ſola intentione, quia ipſa erat virgo illam dotauit, & in copula non percepit defectum virginitatis, quia alias illam non dotaſſet, tenetur reſtituere totum hæredibus illius vidui defuncti. Secus eſt ſi alias etiam nihilominus ſi ſciſſet defectum, eam dotaſſet, quia ingenua erat, & pulchra. Sed ſi ratione iacturæ, & defectus virginitatis non tantum eam dotaſſet, tunc non totum, ſed tantum exceſſum illum illa reſtituet, in quo probabiliter creditur auxiſſe ei dotẽ: quia credidit illam eſſe virginem. Taliſque reſtitutio facienda eſt hæredibus tantum neceſſarijs, vel quibus aliàs reliquiſſet, vel his deficientibus pauperibus verecundis, vel hoſpitalibus.

*Reſpon.*

*Quæſtio. De vidua dotata ſub prætextu virgin.*

¶ Hic patet, quid ſit dicendum ad illam quæſtionem, de qua ſum rogatus, an potuit quædam fœmina, quæ vidua erat, atque ſubinde corrupta, ſed in communi opinione vulgi virgo reputabatur, recipere bona conſcientia dotem, quam, ipſam volens ducere, aſsignabat ſibi, ſub hac fide quòd virgo erat, ipſa autem in conſummatione copulæ, illum eludere parabat, fingendo ſe eſſe virginem, quibuſdam ſibi applicitis remedijs ad intercludendum, & arctandum ſibi fœmineum vas, quo ſuus defectus virginitatis ab ſponſo accipiendo non perciperetur. Nam iuxta reſponſum datum dicitur, quòd nec bona conſcientia talem dotem accipere, ſed neque retinere poteſt, quia per fraudẽ eam obtinet, nec perſtat cauſa, ideſt, virginitas, ob quam eſt dotata.

*Reſp.*

*Quæſtio. De fœmina donataria ſub ſpe copul.*

¶ Inſuper ſubſequenter quęritur, an mulier, quam ſolicitans, eius amore captus nihil ab ea, (quia honeſta erat) potuit obtinere, ſi cauſa alliciendi eam, & inducendi in ſuum cõſenſum. 20. aureos illi erogauit, nihil aliud dicens, niſi, accipe tibi pro tuis vſibus, an ſi poſtea illi ſui corporis non fecerit copiam, teneatur illos, 20. aut, 50. aureos, ſub hac ſpe ſibi erogatos in conſcientia reſtituere, profecto quæſtio eſt anceps, & quæ me olim dubium tenuit, & nunc quoque tenet. Quia ſecundum Hugonem de Celſo in ſuo repertorio legum talis mulier non tenetur ſic acceptum, reſtituere: quia in pari cauſa turpitudinis, melior eſt cauſa poſsidentis. Cui videtur accedere Sotus in de iuſt. & iur. quia in caſu, quaſi eiuſdem rationis ſic diffinit. Si homo habens amicam, quæ ex alio amaſio habuit filium, putans talem eſſe ſuum filium inſcribit eũm in hæredem, cum non habeat filios alios legitimos: iſte illegitimus etiam ſi ſciat ſe non eſſe filium illius, poteſt non diſcedere ab hæreditate, quia ipſe nec nocuit, nec decipit eum aſcribentem ſe in hæreditatem. Sicut poteſt quis accipere bona ab eo, qui ſibi ea

*Hugo.*

*Sotus.*



largitur, quia putat ea dare homini nobili cum ipſe donatarius, qui ea accepit, nobilis non ſit. Ergo pari ratione prædicta honeſta fœmina licitè accipit, & retinet ſibi collata dona. 20. aureorum ab eam ſolicitante cauſa alliciendi eam, licet nefario coitui non conſentiat, quia ipſa huic danti, nec nocuit, nec ipſum decepit, quæ eſt ratio Soti.

*Sent. autoris*

Sed quia credo hanc ſententiam Soti, & Hugonis de Celſo ſolum in foro exteriori forte verum habere: puto in conſcientiæ foro aliter eſſe dicendum cum fratre Ioſepho in ſuis floribus, materia de donatione: vbi hãc ſtatuit concluſionem. Puella, quæ accepit munuſcula, vt alliceretur, ſi non conſenſerit turpitudini donantis ad reſtitutionem tenetur, quia defuit voluntas donantis, & quia ſecundum Metinam Complutenſem, datum ob turpem cauſam cauſa non ſubſequuta, nec impleta reſtituendum eſt danti, in conſcientia, quia deficit voluntas dantis, quæ eſt radix donationis: quia deficit cauſa.

*Fr. Ioſeph.*

*Metina.*

# CAP. LXXVII.

## *De inſecutione mulierum maximè virginum.*

*Quæſtio. De fœmina poſt copulã, promiſ. accipiente.*

PRæterea nequid deſit, quòd tam per modernos, quàm antiquos dictum ſit, quod deſiderari poſsit in hac materia, quæritur ad quid teneatur qui rem habuit cum fœmina, & poſt copulam, ſpopondit ei ſe illam ducturum, ipſa autem affirmat ſuam virginitatem ab illo fuiſſe ſublatam, ipſe vero pernegat eam virginem reperiſſe? Reſpondetur ſecundum Cordubam in tractatu de caſibus conſcientiæ. q. 47. talem eſſe obnoxium pro ſecuritate conſcientiæ, ſub pœna peccati mortalis, ad promiſſam illi fidem implendum eam in vxorem ducendo, (ſi ipſa velit) Niſi ex tali matrimonio grande inconueniens timeatur ſubſequendum. Quia tũnc pro dubio quo tenetur, dum ambigit, an illi eripuerit virginitatem, vel non, in conſcientia ad illi ſatiſfaciendam hanc iniuriam manet aſtrictus, & ad nuptias, vel ad aliquem modum viuendi honeſtum aliquid ſubminiſtrandum, nec ad amplius tenetur. Ita Nauarrus in ſum. c. 16. n. 18. & Sylueſt. matrimonium. 4. q. 8. & matrimonium. 3. q. 9. & Sotus in 4. diſt. 29. queſt. 2. ar. 3. & diſt. 27. q. 1. art. 3. licet Adrianus videatur aliter aſſerere.

*Reſpon. Cordub.*

*Nauar. Sotus. Adrian.*

*Corol. Cord. De virg. ducend. ſi virgo eſſet.*

¶ Hinc corollariè ſequitur ſecũdum eundem Cordubam queſt. 48. quòd ſi quis iurauit mulieri ſe illam ducturum, ſi ipſa ſui corporis copiam illi faceret, ſi illam virginem reperiret, quam non reperit virginem, eamque multoties poſteà cognouit, non tenetur eam ducere in vxorem: quia ipſa apud amicam teſtata eſt ſecreto ſe illum illuſiſſe fingendo ſe virginem. Sed in foro eccleſiæ propter ius iurandum, & quia illam pluries cognouit poſt, aliter iudicaretur. Ita doctores, & Syluestrina matrimonium. 3. queſt. 8. & Sotus in. 4. diſt. 29. q. 2. articulo. 3.

*Syluest.*

*Quæſtio. De iuram. facto fœminæ aliàs infamatæ.*

¶ Hinc emergit etiam ſolutio ad aliud dubium à Corduba tractatu citato. queſtio. 49. ventilatum, de illo, qui mulieri cuidam ſub iuramento pollicitus eſt, quòd ſi ſibi ſui corporis gratiam faceret, illam in vxorem ſibi foret ducturus: ſub qua fide, & confidentia ipſa illi multoties ſui corporis copiam fecit: quę tamen ea nota infamię laborabat, quòd ipſa plures ante dies alterius amaſij amore, & conſuetudine tenebatur. Dico in hoc caſu tenetur iſte, quia iſta poſt Concil. Trid. ſponſalia de futuro fuerũt, illã ducere, quia abſolutè hoc illi ſine conditione pollicitus eſt, ſi antequam hæc ſponſalia pollicitus fuiſſet, eam non virginem eſſe nouit; vel ſi poſtquam virginem eam non eſſe reſciuit, eam cognouit animo fornicario: quia ſic poſt hanc notitiam cognoſcendo eam, viſus eſt confirmaſſe promiſſum, licet poſteà pœnituerit illius, ſic Syluest. verbo matrimonium. 3. quæſt. 7. & Nauar. in ſum. c. 18. licet nõ clare. Nec Sotus, aut Nauar. nu. 19. aduerſantur huic ſententiæ, quando dicunt, eum non teneri ad eam in vxorem ducendam. Quia hoc verum eſſe intelligunt in caſu, quo ipſe illam virginem eſſe credebat, quia ipſa tali fama pollebat: intentione carens ducendi eam, ſi cogitaſſet eam non eſſe virginem. Cæterum, ſi ficte id ei pollicitus eſt cauſa duntaxat fornicandi cum ea, tantum tenebitur illi aliquam pecuniam refundere pro iniuria. Secus eſt, ſi verè promiſit & iurauit caſu, quo eam non virginem eſſe nouerat, quia tunc vt prædictum eſt tenetur ſtare promiſsis: ſed in foro eccleſię iudicabitur, ſicut in quæſtione præcedenti. Ita Cordu. loco allegato.

*Reſpond.*

*Syluest. Nauar. Sotus.*

*Quæſtio. De decepta ſub colore matrimonij. Corduba.*

¶ Hinc iam etiam liquet, quid ſit dicendum ad dubium quæſt. 50. illius tractatus, propoſitum à Cordub. de eo qui ficte pollicitus eſt fœminæ, quæ communi opinione virgo reputabatur, ſe ducturum illam, ſicque ex illa filios ſuſcepit, ſuntque paris conditionis:

*Reſp.* *Reſp.* tionis;ipſa autem poſtulat illũ in maritum; ipſe vero renuit matrimonium, ſed tantum vult illam dotare quia planum eſt, quòd tenetur eam ducere. Nec facit, ſatis illi, illam dotando, quia licèt fictè id ſpoponderit, non poteſt tamen reſarcire iniuriam, vel damnũ aliter, & quia ſecundum Sotum ſolida ſunt facienda pacta, ſic Nauarrus in ſum. capi.6. num. 17. licet Eccleſia in foro iudiciali non eum coget per ſententiam ad eam ducendam vt habetur cap. prçterea de ſponſalibus, idque inſinuat Sotus in. 4. diſt. 29. quæſt. 2. art. 1. & art. 3. & diſt. 27. quæſt. 2. art. 5. ſi odiũ timeatur. *Sotus.* *Nauar.*

*Quæſtio. An ingreſſ. relig. liceat poſt ſponſal. hic.* ℭ Sed grauius hic iam dubium occurrit, an ſi Petrus ſub iuramento deſponſauit ſibi de futuro Mariam, ſicque poſt ſponſalia huiuſmodi, libere eum admiſit in domum ſuã, licet non interceſsit inter eos copula, tamen reputati ſunt in vulgo, vt deſponſati, ſicque communiter credebatur inter eos intercedere res cõmuniter contingentes inter ſpõſos, poſsit ne Petrus in hoc caſu ingredi religionem. *Reſp.* ℭ Reſpondetur ſanè ſi non eſſet circunſtantia infamiæ, quod ipſa maneret læſa in fama, bene ipſe poſſet ingredi religionem poſtquam non cognouit eam ſecundum D. Thom. *D.Thom.* At ſi notam inde contraxerit ipſa, quòd non manſerit virgo, vel eam cognouerit ſponſus pro fecto res eſt dubia, an ſtante hac infamia, ad religionem poſsit conuolare ipſe. *D.Thom.* *Sylueſt.* Et ſecundùm D. Thom. & Sylueſt. verbo. religio. 2. q. 57. ſi parua mora temporis interceſsit poſt ſponſalia poteſt ingredi religionem ipſe, quia non præſumitur tam cito eam reliquiſſe violatam.

*Supplemen. Gabriel. Metina.* ℭ At verò ſecundum ſupplementum, & Gabrielem & Metinam de reſtitutione. q. 3. in. 7. caſu tenetur non ingredi, aut ſatisfacere. Neque hoc menti D. Thom. refragatur. *Cordub.* Et tutius eſt hoc, inquit Corduba, in additionibus. quæſt. 182. propter rationes doctorum. Nec poteſt in hoc caſu ratione paupertatis, aut diſparitatis ſtatus petere relaxationem iuramenti, vt ingrediatur religionem, vel vt ducat alteram; neque ſibi eſt concedenda ſine ſatisfactione præuia, & voluntarie ab ipſa acceptata. At ſi eam duxit de prçſenti: ſtatimque exemplo diui Alexij eam miſſam faciens ingrederetur religionem, cũ perſuaſione tali, quòd ſibi perſuaſiſſent om, nes, non interceſsiſſe inter eos copulam: tũc licite ingrederetur. *Sylueſt.* Ita Syluester, matrimonium. 7. quæſt. 5. paragrapho. 5. & iuramentum. 3. quæſt. 5. & iuramentum. 4. quæſt. 1. quæſtio. 20. *Sotus.* & Sotus in. 4. diſtinctione. 27.

A quæſt. 2. articulo. 5. Corduba. quæſtio. 182. *Cordub.*

*Satisfacien dum patri puellæ. D.Thom. Caietan.* ℭ Ad hæc, qui animo vero, vel ficto promiſit virginem ducturum; quam deflorauit, tenetur vltra dicta ſecundum Nauarrum, imo ſecundum D. Thomam. 2. 2. quæſt. 154. artic. 6. & Caietanum ibidem, placare patrem puellæ, eique pro iniuria illata in conſcientia ſatisfacere.

*Quæſt. De filia con ſentien. in ſtuprum.* ¶ Sed hæc quæſtio aliam grauiorem exſuſcitat. Caſu, quo filia virgo voluntariè in ſtuprum conſenſit, conſtuprator poſtquam in hoc caſu, in conſcientia nihil ei puellæ debet, quia non decepit illam, nec importunis precibus inflexit illam: an patri puellæ B aliquid refundere teneatur. *Reſpond.* Sed quia iam de hac quæſtione peregimus ante, nihil reſtat dicendum: niſi quod certe tenetur patri aliquid refundere: præſertim quando violatio non fuit ſecreta: ſed iam prodijt in publicum contra Sotum non diſtinguentem. Ita teneo cum communi. *Opinio Soti hic eſt vera F. Ioſephus.* Si autem res ageretur ſecretò, ſecretaque maneret, forte in hoc caſu haberet locum, ſecundum Fratrem Ioſephum in ſuis floribus contraria ſententia Soti, eiuſque ratio tunc vigeret; ſcilicet, quod ius, quod habet pater in filiam eſt principaliter in fauorem filiæ, cui vltro conſentiens ſecreto ſtupro, potuit filia renunciare: C licet cum peccato. Et tunc dum res ſtupri peracta eſt ſecretò, in ſecretoque manet non diuulgata, non infamatur pater, nec redditur impotens pater ad eam matrimonio locandam, ſi ipſa matrimonio ſe coniungere audet, alioquin poſtquam ſic vltro conſentiens, fuit in culpa ſumat alium ſtatum.

*Quæſtio. De poſt acceptam filii fornicantis.* ℭ Poſtremo; quo finem tot quæſtionibus imponamus quæritur, quid dicendum in caſu quo Petrus, & Maria (cum eſſet virgo) ex amore coierunt, vnde ſuſceperunt filium: ſed ad reficiendum honorem Mariæ ſe illam ducturum in vxorem cum iuramẽto coram vno teſte emiſſo, ſtipulatus eſt D Petrus, & poſt ſponſalia de futuro inter ſe conflata, deprehenſa eſt in fornicationis crimen incidiſſe. *Reſpond. Cordub.* Reſpondetur ſecundum Cordubam in adiectionibus ad tractatum de caſibus conſcientiæ. quæſt. 192. quòd Petrus in hoc caſu non tenetur eam ducere, quia nec res in eodem ſtatu iam permanent poſtquã fornicata eſt, cuius infamia iã euulgata eſt: ſed neque quidquam tenetur Petrus Mariæ pro virginitatis amiſsione, poſtquam ipſa libere conſenſit in copulam, vnde ſibi id culpæ aſcribat. Cæterùm in foro iudiciali propter ſuſpicionem præſumptç vis aut



aut deceptionis ad aliquam pœnam ſoluendam damnabitur. At vero parẽtibus Mariæ aliquid in conſcientia contribuere tenebitur pro illius nuptijs, licet in foro exteriori ad id non condemnetur. Sed ſatius eſſet quo honori Mariæ in poſterum cõſulatur, liteſque euitentur: vt ſibi inuicem relaxando ſponſalia, iuramentumque, tunc Petrus parentibus Mariæ, aliquid contribuat arbitrio boni viri. *Sylueſt. Nauar. Cordub.* Ita Sylueſt. ſponſalia. quæſt. 10. §. 7. & quçſt. 2. & Nauarrus in ſum. hiſp. caput. 16. nume. 16. & 19. & Cordub. quæſtione. 13. folio. 133.

# CAP. LXXVIII.

## *De concubinarijs non abſoluendis.*

*Caſus vitãdi occaſio.* IN ſuper notandum, cauẽdumque cõfeſſoribus venit, quòd cohabitans concubinæ non eſt abſoluendus, antequam ſe paretur cum propoſito non redeundi: quia aliàs rariſsime contingit inter ſe ſine peccato habitare. ¶ Idemque dicendũ eſſe videtur de his, quos populus credit eſſe concubinarios, licet reuera tales non ſint, donec veritas publicetur, manifeſtaq; fiat: quoniam iuxta mandatum Apoſtolicum ab omni C ſpecie mali abſtinendum eſt. ¶ Idemque dicendum eſt de ea perſona, quæ creditur non aliter vitaturam peccatũ, licet ſit pater reſpectu filiæ.

¶ Idem de ancilla, quæ reſiſtere nõ poteſt domino ſuo ſe inuadenti, niſi fugam arripiat. ¶ Sicut vxor etiam diſcedere poteſt à marito ſolicitante eam & attrahẽte ad peccatum, cap. ſi infidelis, & cap. idolatria, & ſequen. 28. q. 1. *Nauar.* Quinimo ſecundum Nauarrum, talis ancilla, quæ reſiſtere non prçualet hero, aut præ fragilitate ſe incompotem putat ad reſiſtendum, poſſet dominum compellere, D quo eam vendat alteri, qui ea nõ ſic abutatur. Tamet ſi hoc nemo alius exprimit, ſi quidem ob aſperum & crudelem corporis cruciatum, qui longe minor eſt animæ cruciatu, vt habetur. l. iuſtiſsimæ. ff. de ædili. edict. cap. præcipimus. 12. quæſtio. 1. poteſt ad illud compellere.

*Cõc. Trid. contra cõcubin.* ¶ Addimus autem ex Concil. Triden. ſeſſio. 24. cap. 8. quod concubinarij, ſiue ſoluti, ſiue vxorati cuiuſuis conditionis, & ſtatus ſint, ſi poſt trinam monitionẽ ex officio ab epiſcopo factam, concubinas non eiecerint, ſeque ab earum conſuetudine non ſe iunxerint ex communicationis ſententia fe-



A riendi ſunt, & non abſoluendi, niſi monitioni paruerint. Quod ſi per annum cenſuris neglectis permanſerint in concubinatu, ſeuerè contra eos Epiſcopus procedat, pro qualitate criminis.

¶ Mulieres vero ſiue coniugatæ ſiue ſolutæ, quæ cum concubinarijs, ſiue adulteris publice viuunt, ſi ter admonitæ non paruerint, ab ordinarijs locorum, nullo etiam requirente, ex officio grauiter pro modo culpæ: puniantur, & extra oppidum vel diœceſim, ſi id eiſdem ordinarijs videbitur, inuocato (ſi opus fuerit) brachio ſeculari, eijciãtur. Alijs pœnis contra concubinarios, & adulteros in B flictis in ſuo robore permanentibus.

# CAP. LXXIX.

## *De redditione debiti inter coniuges.*

*De peccato adulteræ.* LIcet cæteris paribus maius ſit peccatum mariti adulterantis, quam vxoris adulteræ, quia vir maiori viget vſu rationis, & quia magis ad reſiſtendum eſt compos, etenim vxorem debet antecellere virtute: tamen maius eſt peccatum vxoris, eo reſpectu, quo facit prolem de ſuo patre incer- C tam maiuſque ſcandalum ingenerat, & maiorem infamiæ notam tam ſibi, quam marito filijſque inurit.

*De debito reddendo.* ¶ Peccat etiam coniux non reddens debitum loco, & tempore idoneis petitum, ſecundum omnes, niſi petenti precibus contrarium ſuadeat, quæ tamen non debent eſſe nimium importunæ, ſecundum Nauarrum. Neque ab eo excuſat quadrageſima, neque dies quamlibet feſtus etiam paſchatis, neque voluntas ſe à pluribus liberis habendis excuſandi. Non tamen tenetur reddere cum periculo abortiendi, aut grauis infirmitatis.

*De muliere arcta ad debit. reddendum. Sotus. fr. Ioſeph.* D ¶ Teneturque mulier arcta ſecundùm Sotum in quarto. pati dolorem etiam grauem, ſed non grauiſsimum contra fratrem Ioſephum, vt potens fiat ad reddendum debitum. Neque enim tenetur grauiſsimum morbi incommodum pati, præſertim cum magno periculo læſionis magnæ: maxime ſi diuturna timeretur.

*De vxore receptum effundente ſemen.* ¶ Dubio, de quo ſum rogatus, hic ſatisfacere volens dico; quòd ſi poſt matrimonium contractum conſummãdo cum vxore intra vas eius quis deprehẽdit vxorem eius ſemen bene recipere, ſed ſtatim illud extra vas effundere, hoc non arguit inualidum fuiſſe matrimo-

*Syluest.*

trimonium,neq; ideò impeditur à licite petẽdo debitum,ſecundum Sylu.verbo.debitũ & verb.matrimonium. 4. quia matrix mulieris ſolet retinere ſemen neceſſarium,& emittere aliquando ſuperfluum ad generationem.

*De impotentia coeũdi nota.*

¶Atque quando impotentiæ impedimentum præceſsit matrimonium, notoriumque eſt tale impedimentum eſſe naturaliter, ſine miraculo ineuitabile, (quia tunc nullum eſt matrimonium) non poteſt coniux conari ad copulam, congrediendo cum tali impotẽte. At ſi poſt matrimonium ſemel iam conſummatum,tale ſuperuenerit arctitudinis,vel impotentiæ impedimentum,poteſt coniux nõ impeditus conari ad copulam cum vxore arcta effecta, vel impotente reddita etiam cum periculo effuſionis ſeminis,quia ipſe vtitur iure ſuo cum vera vxore ſua; & quia talis effuſio præter intentionem eius accidit, ſecundum Caietan. & Nauarrum, à quibus in hoc poſtremo diſcordat Sotus in.4.ſecundo tomo diſtin.34.quæſt.1.art.7.in fine. Vbi ait quòd imo verò licet iſta perpetua impedimenta in vaſe ſeminandi, poſt conſummatum matrimonium viro acciderint non poteſt cum vxore vti cum periculo ſeminandi extra vas. Et multo minus poteſt ad ſeminandum cum vxore conari, ſi modo legitimo certus fuerit,minime id poſſe in vaſe perficere. Secus ſi poteſt ibidem ſeminare, licet ſit ad generandum debilis,& impotens. Quæ quidem opinio Soti verior mihi apparet. Nam natura abhorret ſic ſeminationẽ à ſuo fine naturali, & vaſe naturali fruſtrari, licet oppoſitam opinionem Nauarri, & Caietani,non auſim damnare.

*Caietan. Nauar. Sotus contra prædictos.*

*Soti opinio verior ſed Caieta. & Nauar.nõ eſt damnanda.*

¶ Quare tales coniuges bona fide conantes ad copulam,in ſua ſincera ſanaque fide relinquerem, neque ſcrupulum inijcerem in caſu, quo Nauar. in ſumma Latina cap. 22. num.60.loquitur, quando maritus verè eſt, & nõ poteſt copulari perfecte,quia non poteſt fundere ſemen, licite poteſt niti, & vti vxore ad habendam perfectam copulam, vt Caietanus conſentit.2.2.quæſt.254.artic.1. columna.6. loquens de marito, qui ex prima genuerat, & cum ſecunda vxore concũbens per multos annos non potuit ſeminare, & tandem poſt.6.annos genuit ex illa,reuera non peccauit. Quia ſemper actum naturalem conſummare intendebat. Accedit ad probationem huius, quòd eccleſia repertis impotentibus poſt matrimonium cauſa experiendi copulam, & conſummationem matrimonij triennium concedit, vt tali conſummationi dent operam. Quod non concederet Eccleſia,ſi talis niſus ad copulam cum ſpe cõſummandi eſſet culpa mortalis. Sed in caſu, quò iam quis ſatis certus eſt, quod ſemper propter arctitudinem irremediabilem vxoris poſt matrimonium contingentem, extra vas eius totaliter effundit ſemen,neque ſpes probabilis ſubeſt, vnquam intra vas vxoris ſeminandi: tunc ſententiæ Soti magis accedo. Quia tunc peccatum eſt contra naturam, etiam ſi ad contactum membri viri fœmina ipſa ſeminet, vt Caietanus inibi ait.

*Exemplũ Caietan.*

*Sententia autoris.*

*Caietan.*

¶ Neque diſplicet mihi in hoc caſu aſſertio Fratris Ioſephi in ſuis floribus dicentis, quòd habens vxorem arctam remediabilem naturaliter,quæ quia ipſa renuit accipere remedium propterea ad copulam non eſt apta, eam ſine mortali etiam libidinoſe poteſt tangere. Sed hæc aſſertio limitanda eſt prout eam limitat Sotus loco citato, ſcilicet,quando ſine periculo extra ſeminandi, vel ſe polluendi,fiunt iſti tactus. ¶Addit vero Sotus, quòd ſi quis vir bona fide volens congredi in vaſe vxoris feſtinantius, extra vas ſeminat,non eſt vitio dandum:ſed naturæ feſtinationi tribuẽdum:vnde nõ eſt culpa lethalis. ¶Cæterùm effuſio ſeminis extra vas,ſi ſit notabilis,lethale crimen eſt:ſecus eſt ſi tantum ſit diſtillatio.

*Fr.Ioſeph.*

*Limitat. Fr. Ioſeph. Sotus.*

*Pro ſtrup. coniug.*

# CAP. LXXX.

*Negatio debiti inter cõiuges quale peccatũ ſit.*

*Quæſtio.*

QVia verò hactenus Nauarrus peccare coniugem,quando cõpari debitum petenti non reddit,aſſeuerauit:ſed an talis negatio debiti peccatũ mortale ſit, & an omnis negatio debiti culpa lethalis ſit, non explicuit, libuit hanc quæſtionem ex aliorum ſententia decidere. Igitur authore Victoria in ſuis ſcriptis, non erit mortale vxorem viro ſuo petenti negare debitum ſemper. Quia nec maritus ſemper ſub tali debito peccati mortalis petit. ¶ Imo etiam ſi maritus dixerit illi,ſe petere ab illa debitum in conſcientia volendo illam obligare ad perſoluendum ſibi debitum: quando ipſe nimis frequenter petit, non erit mortale illi debitum tunc denegaſſe. Imo nec veniale erit,quando merito ipſa marito indignatur, eo quòd videt eum infrænem in hoc,& intemperatum, ideoque negat, vt maritus temperet ſibi,& caueat ſibi inde à nocumento. Nec etiam peccatum eſt tale debitum negaſſe,quando ipſa laborat infirmitate.

*Victoria.*

*De debito inter coniug.*



Sicut neque mortalis videtur talis negatio:quando ipſe remiſſe petit, vel tacet rogatus. ¶ Imo ſecundum Sotum in 4.2.tomo,recuſatio ſolutionis debiti ſi in altero coniuge non timeatur pollutionis periculum, nõ eſt culpa mortalis dum tales coniuges abundãt filijs & tanta paupertate premuntur, quòd tantam ſobolem alere non poſſunt.

*Sotus.*

*Dum abũdantia eſt prolis.*

¶Igitur reſolutoriè dicitur,quòd quando ipſa cognoſcit ex denegatione tali non imminere periculum viro,quamuis maritus dicat, ſe petere ſub debito non erit mortale illi debitum denegaſſe,quando ipſe frequenter debitum exigit. ¶ Relinquitur ergo in duobus caſibus coniux non caret culpa mortali, denegando debitum. Primò quando petentem ſub debito coniugem redditionem copulæ
1 ipſa denegando in periculo ſe polluendi,aut
2 peccandi cum aliena conſtituit. Secundò etiã mortaliter peccat negando petenti, quando rariſsime, vel nunquã petenti vult reddere.
3 Tertiò credo etiam culpam eſſe mortalem talem negationem debiti quando maritus tale debitum exigens, cum non ſit intemperans, nec nimis frequẽter petat,vice, qua petit valde indignatur, & merito, indeque grauis diſcordia emergit ex denegatione, quæ cauſa eſt contumeliarum, & odij:licet,quia ille timoratæ conſcientiæ alias eſt, peccati carnalis,non inde ſubeat periculum. Et hoc videtur ſupra inſinuaſſe Nauarrus, ſcilicet, quòd preces vxoris in auertendo virum à copula, non debent eſſe nimis importunæ.

*Duobus caſibus negat. debiti eſt mortal.*

*De debito tempore cõmunionis.*

¶ Verum licet debitum exigere ab vxore,prius quam communicet venialis tantum culpa ſit, tamen quocunque tempore petat coniux alium, quia alter ſui corporis poteſtatem, non habet, tenetur ei obtemperare reddendo. Quamuis ſi cras ſit communicatura vxor honeſtis precibus poſsit virum admonere, & perſuadere ne id petat,illum depellendo. Quod ſi adhuc importunè inſiſtat, etiam ſi illi debitum reddiderit, poſt communicando non peccat, nec venialiter. Ita videtur elici ex epiſtola Diui Gregorij ad epiſcopos Angliæ. Itaque habens actum coniugalem ſine culpa:ſicut qui habuit pollutionem inculpabilem, vt colligitur ex prædicto loco Diui Gregorij, & ex Diuo Thoma, melius faceret abſtinendo, ſed non peccat communicando. Ita Armilla, inquit,poſt redditionem debiti poteſt coniux communicare.

*D.Greg.*

*D.Thom.*

*Armill.*

¶ Vt autem reliqua, quæ de materia debiti reddendi ſe offerunt, perſequamur, notato, ꝙ vxor petit tripliciter debitũ. Primò verbis,ſed hoc raro expreſſe facit, ſi ſit pudica,ſecundo ſignis, tertio ſuo genio ſeu conditione,per quam cognoſcit maritus copulam deſiderare: ſed præ verecundia diſsimulare.

*De modis petend. debitum.*

¶ Id ipſum dicendum eſt de marito illo, qui ob puſillanimitatem ſuam, vel ob vxoris duram conditionem, aut inſignem eius authoritatem, non audet expreſſe ſine aliquo metu petere, ob eandem rationem: quamuis nemo id exprimat, vt ait Nauarrus.

¶ Sed connumerare placet hic primò eos coniuges, qui iure petendi priuantur. Et primo quidẽ debitum exigere nõ poteſt coniux ille, qui vt affinitatem contraheret cum vxore, propriam prolem baptizauit. cano. de eo.3. quæſtione. 1. Sed quia canon hic in pœnam non coniugis innocentis, ſed nocentis conditus eſt. Ideo exiſtimo, quòd quando coniux innocens præ verecundia, quæ genuina eſt fœminis, non peteret debitum, ipſe tunc teneretur petere: quando perſentit in muliere id ipſam appetere, ne quod in pœnam coniugis nocentis inflictum eſt, in grauamen innocentis retorqueatur. Secundo non poteſt petere debitum, licet teneatur reddere inceſtuoſus cum conſanguinea vxoris intra quartum gradum,ſuper cuius petitione debiti, vt talis inceſtuoſus petere poſsit,diſpenſat Epiſcopus: dum difficilis eſt acceſſus ad Papam, periculumque eſt in mora.

*De coniugibus prohibitis petere.*

*1*

*3. quæſtione.1.*

*2*

¶ Sed,an modo ſtante diſpoſitione bullæ Cruciatæ, quæ ſuper hac diſpenſatione ſtatuit recurrendum eſſe ad commiſſarium Cruciatæ, cui committitur poteſtas ſuper hoc caſu diſpenſandi, ſupererogando certam taxam, vel in pœnam, vel in eleemoſynam, pro expeditione belli contra Turcas poſsit diſpenſare in hoc Epiſcopus. Reſpondetur,quòd quia de ſe hæc diſpenſatio de iure eſt Papalis pertinens ad Papam, niſi in caſu, quo difficilis eſt ad eum recurſus. Ideo non puto eſſe tutum, diſpenſet Epiſcopus, cum facilis ſit aditus ad commiſſarium, cruciatæ habentem ad diſpenſandum in hoc vices papæ. Niſi forte commiſſarius papæ nolit diſpenſare: niſi ſuper erogata ſibi prius taxa pecuniæ, quam conſtat petentem talem diſpenſationem, quia pauper eſt,non poſſe præſtare. Nam tũc ordinarius cum illo poſſet diſpẽſare. Nã non eſt cordi papæ has animas illaqueatas ſine remedio dimiſſas facere. Quamuis Corduba in ſuo queſtionario, licet non tam clare videatur inſinuare, quòd quia Epiſcopi ex quadam iam conſuetudine,præ-

*Quæſtio. An ſtante Cruciata eps diſp. in petit. debiti.*

*Reſpond.*

*Exceptio.*

*Cordub.*

nepræſcripſerunt in vſu ſuper hoc diſpenſandi, ipſi poſsint, vt ordinarij ſuper hoc diſpenſare: & quod neceſſe non ſit recurrere ſuper hoc ad Papam nec ad commiſſarium cruciatæ.

*Sententia autoris.*

¶Et quidem licèt tutius putem ſuper hac petitione debiti recurrere ad commiſſarium Papæ, ſed ſi diſpenſet in tali caſu epiſcopus, vbi ex præſcripta cõſuetudine in hoc diſpẽſare habet, non damnarem. Nam bulla concedens commiſſario hanc diſpenſandi facultatem, eam ordinario, qui iam in hoc præſcripſit, non interdicit. Sed quia credo, quod hanc licentiam, quam Epiſcopi diſtantes à Papa habuerunt, & in quam præſcripſerunt eſt ratione difficilis acceſſus ad Papam, & quando periculum eſt in mora, & non abſolutè, ideo ſtante commiſſario, & delegato præſente non puto eſſe tam tutum recurrere ſuper hoc ad Epiſcopum, niſi in excepto caſu ſupra.

*Quæſtio. An inceſtus cũ conſangui. imped. debit. Nauar. cõtra Sot. & D. Thom. Vide Nauar. in ſũ. lati. c. 22. nume. 74. & 75.*

¶Sed de inceſtuoſo cum propria conſanguinea an prohibitus ſit iure, ab vxore debitum petere, in controuerſia eſt. Nam Nauarrus quod amplius eſt contra Sotum, & Sanctum Thomam, tenet in materia de matrimonio, huiuſmodi cum propria conſanguinea inceſtuoſum impediri quoque à contrahendo matrimonio: quod pluribus nititur probare textuum citationibus. Sed an talis inceſtus cum propria conſanguinea petitionem debiti à propria vxore præpediat: de hoc non ſatis inter doctores conſtat. Panormitanus, quem Angelus ſequitur, affirmatiuã tenet: At verò Sotus in 4. diſt. 37. quæſt. vnica. artic. 2: cum D. Thoma in prædicta diſtinct. & cum Syluestro, matrimonium. 7. §. vltim. & cum Ricardo, & cũ omnibus Theologis ſic docentibus contra Angelum, & Panormitanum tenet. Quia, vt ait Archidiaconus, cum huiuſmodi impedimẽta potius ſint reſtringenda, quàm amplianda: nullibique reperiatur in iure, neque ille textus, quem Panormi. gloſſat tale inſinuet, ſit vt talis inceſtus cum propria conſanguinea, nullũ ſit impedimentum exiſtimandum ad petendũ debitum. Nam neque textus citati à Nauarro aliquid certi in contra concludunt.

# CAP. LXXXI.

*Adhuc de prædicta petitione debiti in dubio.*

*Armill. D. Thom.*

ADDE, quòd ſecundũ Armillam verbo, debitum. ex D. Thoma in 4. diſt. 13. art. 1. ad 1. vxor poſt votum ſimplex caſtitatis emiſſum à marito, nõ tenetur ei reddere debitum, ſed de hoc in materia de voto, ſupra, quomodo ſit intelligendum ſatis exactè explicui. Sed ſuper addit ad hoc

*Nauar.*

Nauarrus ſumma latina, quod nec poteſt cõiux licitè in hoc caſu reddere debitum alteri coniugi, qui de conſenſu eius, continentiam vouit, quia eſſet cooperari eius peccato, licèt poſsit ipſe, qui conſenſit petere licitè, quia per talem conſenſum, non eſt viſus ceſſiſſe iuri ſuo petendi: niſi in caſu, vt ait Sotus, in quo ex communi conſenſu vouerunt ambo, cum cõditione. Voueo vt voueas continentiam: ne mihi moleſtus pergas eſſe in petendo debitum. Sed de his enucleatius in materia de voto dixi ſupra.

*Sotus. Vide de hoc ſupra de voto.*

*Quæſtio. Ir dubio an lic. petit. debit.*

¶At hic dubium illud ſuum locum non inconcinnè ſortitur, Vtrum coniux dubius de morte prioris coniugis reddere poſsit debitum, an exigere. Et quidem ſi de ſecundas nuptias bona fide contrahente, loquamur, quia certum habuit nuntium, priorem coniugem obijſſe, ideò ſecundo contraxit, de hoc Sotus in 4. Senten. diſt. 37. quæſt. vnica. arti. 5. palàm ait, quòd ſi poſtea ſcrupulo nõ leui, ſed morali, & probabili opinione, incipit dubitare de vita coniugis primi propter rumores nouos de eius vita venientes, tunc iuxta capit. dominus. de ſecundis nuptijs. & vt habetur cap. inquiſitioni. de ſententia excõmunicationis. reddere quidem debet, exigere tamen nequit, quandiu diligentem nouam examinationem negotij, non peregerit. Si tamen examinatione tali adhibita arbitrio ſapientum, nihil comperti habuerit de vita prioris mariti, manens adhuc in eodem dubio: & æquilibrio iam deinceps licebit illi ſua vti petendi poſſeſsione, quam bona fide ingreſſa eſt: & ex tunc non ſolum reddere: ſed & licitè exigere valebit.

*Sotus. De ſent. excõmuni.*

*Quæſtio. De mala fide cõtrahente circ. pet. debit. Nauar.*

¶At verò de eo, qui mala fide contraxit: quia hæſitando de vita, aut morte prioris ſecundas nuptias adiuit maius nos dubiũ torquet, nam Nauarrus capit. 22. in ſua ſumma Latina numer. 54. qui nouam ſe reſolutionem huius quæſtionis excogitaſſe, & eruditis in Hiſpania placuiſſe ſe gaudet, ibi clarius quam Sotus caſum ſic reſoluit, Quæ cõtrahit cum ſecundo, credens probabiliter ſuum primum maritum mortuum eſſe, & poſtea per nuntium, comperit illum viuere: licet non debeat reddere, dubitando an peccet, reddendo vel non, ſi tamen rationes dubitandi ſunt adeo fortes, quòd in neutram partem credere debet, tunc neque reddere, nec petere debet. Quando verò rationes ingenerantes ei ſcrupulum, ſunt leues, id ſcrupuli deponẽdo, & reddere, & petere poteſt. Quando vero rationes, quibus inducitur, ad credendum priorem viuere, tantum mediocres rationes ſunt: reddere poteſt, & debet, quia alias eſſet in præiudicium ſecundi coniugis: non tamen in hoc caſu petere poteſt, quia hoc ſolum eſt in præiudicium ſuum. Sed hic Nauarrus videtur loqui de eo, qui bona fide contraxit: nam loquitur de eo, qui contraxit cum ſecundo: quia probabiliter credidit fuiſſe mortuum primum.



*Quæſtio. An mala fides impe. debitum.*

¶Sed quid, ſi mala fide contraxit: vt quando ſecundum Sotum res erat dubia de morte prioris taliter, quòd pendebat coniux nõ habens aſſenſum, vel diſſenſum: nec magis inclinans in vnam partem, quam in aliam. Tunc aiunt aliqui, quòd etiam in hoc caſu, ſi dubitatur de vita prioris probabiliter, tenetur reddere, & non petere. Quia, inquiunt, pontifices loquuntur, vt apparet in cap. dominus. de ſecund. nuptijs. & cap. inquiſitioni. de ſententia excommunicationis: de eo, qui contraxit cum ſecundo mala fide. At mihi quidem ſic viſum eſt: qui prædictorũ textuum verba curioſius perpẽdi. Nam cap. dominus. ſummarium ſic ſummat. Dubitans de morte coniugis, niſi prius certificetur, cõtrahere non debet, & ſi contraxit, reddat, ſed non exigat debitum. Et verba textus certa hæc ſunt: Quidam ex vobis non habita obeuntis coniugis certitudine, contraxerunt. Et addit Papa infra: Si de morte prioris coniugis adhuc ſibi exiſtimat dubitandum, reddat debitum: ſed non exigat. Ecce quomodo talis textus de contrahente cum dubio, ac per cõſequens cum mala fide loquitur: quia ait: Si adhuc ſibi exiſtimat dubitãdũ. Quaſi dicat, ſi adhuc dubium, quo contraxit in eo perſeuerat, reddat, & non petat. Quare non condemnandam, neque improbabilem cenſeo, quam in hoc caſu tenet opinionem Frater Ioſephus Minorita in ſuo libro de floribus Theologiæ. Vbi ſic ait, ſi maritus iam mortuus fuerat: & ipſa dubia de hoc nubere voluit: nupſitque, reddere quidem tenetur: quia matrimonium valuit. Quia nihil eius eſſentiæ defuit: ſi tempore contrahendi habuit animum verum matrimonium perficiendi, quia putauit non obſtante illo dubio validè ſe contrahere.

*De ſecũd. nuptijs. de ſent. excõ.*

*Verba textus ſonãt. pro mala fid. contrahe.*

*Fra. Ioſephus.*

*Sotus.*

¶Oppoſitam ad iſtos prorſus opinionem tenet Sotus in 4. diſt. 38. quæſt. vnica. artic. 5. Vbi ſic ait: Quia qui mala fide, primo viuente in ſecundum matrimonium ſe immerſit, ius petendi non acquiſiuit: quia mala fides nemini ſuffragatur. Ideo neque reddere, neque exigere poteſt; quia matrimonium fuit claudicans ex parte inique contrahentis: ob id neque ipſe, neq; alter coniux poſſeſsionem exigẽdi acquiſiuit. Quia decreta, inquit, intelliguntur de eo, qui bona fide nõ dubitans, ſed ſecundum arbitrium prudentium contraxit. Cui videtur accedere Syluester, licet non tam clarè quando verbo matrimonium. 8, quæſt. 13. §. 2. ſic ait: Quòd ſi cõtraxit mulier dubia de morte viri exiſtens, ſine probabili cauſa de ſe inducente firmam credulitatem, eſt adultera: & repelletur à primo. Igitur ſi eſt adultera, & venit repellẽda à primo, peccat debitũ reddẽdo in hoc caſu. Quia ſi reddẽdo nõ peccaſſet, non vt adultera repelleretur. At hæc opinio Soti mihi quidem magis placet, ac tutior eſt, ac proinde obſeruanda, niſi forte quando ex eius obſeruatione, & ex tali denegatione debiti in hoc caſu magna ſcandala, & grauia odia, & implacabilia reſultarent, maximè ſi eccleſia cenſuris eam ad redditionem debiti cogeret: quando coniux petens debitum bona fide cum illa contraxit, talis dubij neſcius. Quia tunc bona fide contrahens ex ſua parte poſſeſsionem illius acquiſiuit. Secus eſſet, ſi ambo mala fide contraxerunt: quia ambo ante contractum ſecundum matrimoniũ, de morte prioris coniugis dubitauerunt.



*Sylueſt.*

*Sententia authoris.*

*Vnus teſtis etiam iuratus nõ ſat eſt ad obligand.*

¶Sed benè hic aduertit nos Nauarrus ſumma latin. capitul. 22. num. 82. ſcilicet, quod vnus teſtis fide dignus, & iuratus, vel proprius parochus, ſi poſt matrimonium bona fide contractum aſſerat interueniſſe impedimentum: non tenentur tales coniugati ad ei credendum. Quia licet dictum vnius teſtis fide digni ſufficiat, vt iuſtè ei quis credere poſsit ſecũdum gloſſam ſingularem. in. l. Titio fundus. & ff. de conditionib. & demõſtrationib. non tamen ſufficit ad inducendam neceſsitatem credendi, ad id enim oportet eſſe duos, iuxta cap. cum à nobis. de teſtibus.

*ff. de conditionib.*

*De teſtib.*

# CAP. LXXXII.

*De petitione debiti ab vxore menſtruata.*

*De menſtruata.*

AT vt omnia diſputatione diſcutiantur quæritur, quale quantumque peccatum ſit mulieri menſtruatæ eiuſque viro debitum, aut petere, aut reddere. Ad quam quæſtionem Metina ait in ſua inſtructione confeſſorum: ſi cum ipſa vxor patitur menſtruum, petit debitum, non ca-

*Metina.*

ret peccato: ſi autem tunc temporis poſt admonitionem petenti marito debitum reddit: nullum eſt peccatum. Ita Metina in illa inſtructione folio 232. §. 13. de coniugatis. *Scotus.* Scotus diſtinctio. 32. vtrunque tam petere, quàm reddere exiſtimat mortale. At *Syluest.* Syluester debitum coniugale. §. ſexto. concedit in hoc caſu peccatum mortale eſſe ſponte petere: nullum tamen peccatum eſſe exactum debitum reddere. *Sotus.* At vero Sotus diſtin. 32. quæſtione 1. articu. 2. dicit quòd obſeruentur circunſtantiæ, quas Diuus Thomas in iſta diſtinctione explicat. Scilicet, quòd ſi vir petat ſcienter, illum precibus, & monitis mulier auertat: niſi periculum pollutio- B nis in ipſo timeat. Si autem vir petat ignoranter, aliquam occaſionem, vel infirmitatem obtendat nihil ei de cauſa menſtrui allegando, ne horrorem illi objiciat. Hæ inquam circunſtantiæ, ſi obſeruentur, ſicut reddere petenti nullum eſt peccatũ: ita nec *Peter. debit. a menſtr. non eſt mortal.* petere ſcienter erit mortale. Ita tenent Palude, & Caietan. in ſumma de vſu matrimonij. Et hanc eſſe mentem Diui Thomæ hinc patere poteſt: quia vbicunque ipſe pecca- *D. Thom.* tum mortale agnoſcit, id certè expreſsè profert. Hic autem non ait, niſi ſimpliciter eſſe peccatum, petere tempore menſtrui. Et quia certè ſi mortale eſſet petere, non tam facile C eſſet concedenda alteri licentia reddendi, ſicut Diuus Thomas concedit. Et quia illud præceptum de non accedendo ad menſtruatam Leuitici 20. quia ex parte cæremoniale erat, habens annexum ſupplicium mortis ex hac parte ratione ſignificationis iam ceſſauit. At quatenus erat morale præceptum, vt ceſſauit ſupplicium, ita eius transgreſsio deſiuit eſſe mortalis. Quia ſecundùm Diuum Thomam, melius eſt proli, ſic cum infectione eſſe, & naſci, quàm ſimpliciter non eſſe: & quia iſtud damnum, non eſt ita certum. Quia ſecundùm aliquos, quia tunc vulua mulieris purgationi naturali dat D operam, tunc raro concipit. Quod ſi aliquando demus id contingere, vt proles infecta naſcatur, non tenentur coniuges id damnum non omnino certum cauere, vt iuri ſuo cedere debeant. Sicut nec etiam leproſi, & perpetuam paſsionem fluxus ſanguinis, aut menſtrui patientes non propter ea cauſa vitandi infectionem prolis tenentur à copula maritali abſtinere.

*Quæſtio.* ¶ Quæſtio hæc, quia inter modernos parum agitata eſt, & aliquando non raro inuenitur in contingentia hic deciſione digna viſa eſt, An à mortali peccato excuſari poſsint A vxores, quando aſſentiunt morem gerendo viris ſuis reddendo illis debitum, per ſuper egreſsionem ipſarum, incubando ſupra viros ſuos, vel per retro acceſsionem, quando conſentiunt, quòd viri ſui retro accedendo in proprio tamen vaſe eas cognoſcãt. *An contu bitus per retro acceſ. licea.* Et quidem ad hanc quæſtionem S. Thomas in 4. di *D. Thom.* ſtinct. 31. in litera apertè docet, quòd quando vas debitum prætermittitur, ſemper eſt mortale: quia impeditur generatio: quia totaliter intentio naturæ fruſtratur, quãdo vero prætermittitur debitus modus ſecundùm Sixtum non ſemper eſt mortale, vbi ſuper egreſsionem D. Thom. non diſtinguit ab alijs modis.

¶ Igitur loquẽdo de ſuperegreſsione mulieris ſuper virum, ſic vt antea dixi, mihi videor (ni fallor) poſſe diſtinguere. *Diſtinctio deſi minis.* Nam aliquæ ſunt mulieres à natura frigidæ, quæ vt ipſæ teſtantur paruam vim habent attractiuam ad attrahendum ad matricem ſemen vi *Reſolutio.* ri. His igitur quando iam expertæ ſunt, ꝙ ſupercubando ſuper viros ſuos (omnia munda mundis) ſtatim effundunt, neque attrahunt ad matricem virile ſemen, nõ licet propter vllam cauſam, ſub pœna mortali ſuper egrediendo viros reddere eis debitum. Nec deſunt mulieres, qui ſibi ſic contingere cum viris ſuis teſtatæ ſunt. Aliæ verò ſunt mulieres, natura calidiores, ac magis vigentes ad recipiendum, & retinendum, & ad attrahendum ad matricem virile ſemen, ac proinde iam ſunt expertę huiuſmodi varios acceſſus ſuper egreſsionis, & retro acceſsionis, & alios ſimiles in proprijs vaſis cum ſuis viris habuiſſe & ſemen attraxiſſe, nec effudiſſe. Ideo hæ mulieres, ſi ad inſtantiam virorum, ſic coeant ſecundum D. Tho. & Archidiaco *D. Thom. Archid.* num non erit mortalis talis coitus. Imo neq; forte veniale nimis graue, ſi timore verberum, aut incontinentiæ virorum, eis aſſentiunt in huiuſmodi. Quia ſecundum Alber- *Albertus.* tum iſti modi non ſunt illiciti, ſi ſine periculo effuſionis ſeminis fiant, quando ratione infirmitatis, vel periculi aborſus, aut naturalis indiſpoſitionis, aut huiuſmodi ſic fiunt. *Albertus. Syluester. Roſella. Angel. cõtra Palu.* Imo etiam ſi vxoribus de his cauſis non conſtet, quando ad petitionem virorum, ſic his modis debitũ eis reddunt, non peccant mortaliter: quia ipſæ non habent de intentione exigentium iudicare. Neque de facili præcipitanda eſt ſentẽtia, quòd talis modus ſuper egreſsiõis ſit mortalis de ſe. Sic Albertus Magnus, & Syluester verb. debitum. §. 6. & 7. & ſumma Roſella & Angelica tenent cõtra Palud. & Henricum, & Raymundum. Sed tu adnota-



adnotato diſtinctionem dictam: per quam forſitan concordari poterunt.

*An debit. redd. adul.* ¶ Præterea vxor viro adultero poteſt denegare debitum, & econtra vir vxori adulteræ, Sed melius eſt vxor viro adultero non deneget debitum: quia tanto magis abſtinebit ab aliena, quanto magis morem geſſerit ei ſua coniux. Cæterum propter ſolã ſuſpicionem adulterij, neuter alteri debitum negare poſſunt: quia ſuſpicio ſola non tollit ius petendi. Inſuper debitum reddere, tenetur: non tamen illud petere licitè poteſt, qui poſt votum ſimplex caſtitatis contraxit matrimonium: Sed an iſte teneatur ingredi religionẽ *Remiſsio ad mat. de voto.* pro cuſtodia caſtitatis voto promiſſæ, vel an poſsit ad inſtantiam ſponſæ de præſenti conſummare; in materia de voto abundè diffinitum reliquimus.

*Quæſtio.* ¶ At verò de redditione debiti in loco ſacro multum controuertitur inter doctores; an peccatum mortale ſit. At vltra prædictã ſupra ꝓfecto Nauar. & alij viri docti magno, & merito, loci ſacri reuerentiæ effecti zelo; nullam prorſus inueniunt cauſam rationabilem excuſantem à peccato coniuges ſe commiſcentes in eccleſia, etiã ſi alij hos excuſent, quando diutina eſt eorum in eccleſia, & neceſſaria habitatio, vel quando abſq; contemptu loci ſacri faciunt, cauſa vitandi pollu- *Nauar.* tionem in ſe, vel in compari. Nauarro viſus *Can. Met.* eſt accedere Canus inſuper & Metina in ſuã inſtruct. confeſſ. folio. 232. §. 12. de coniugatis. Vbi docet nõ eſſe licitum matrimonialem actũ in loco ſacro, vel publico exercere. Sed inter tam varias ſententias, non parũ mi *Soti ſentẽtia placet.* hi illa Soti placet, vbi in quarto ait, quod debitum exigere, ſeu reddere in loco ſacro, vbi concubitus eſt publicus, vt ſi ambo coniuges in eccleſia cubent mortale eſt peccatũ, quia violatur eccleſia. Si tamen ſit ſecretus talis concubitus, quia tunc ſecundũ Scot. & Theologos non indiget reconciliatione eccleſia, forte inquit Sot. non eſt peccatum mortale. cui ego aſſentio, maxime ſi cõcurrant prędictæ cauſæ ſupra memoratæ, contemptum irreuerentiæ tollentes, & per cõſequens à culpa mortali excuſantes. Deberent ergo tales coniuges vbi neceſsitas eos vrget, in ſacro loco manere, extra corpus eccleſię in turribus, vel adiacentibus locis cubare. Nec eos excuſat ibi in loco ſacro diutina neceſſariaq; com *D. Thom.* moratio. Nec huic ſententiæ Soti aduerſatur D. Tho. quando. 2. 2. in materia de religione, ait, quòd cõcubitus cum quauis vxore eſt ſacrilegium. Quia licet ſit ſacrilegium, ſed dũ talis cõcubitus cum vxore eſt ſecretus, excu A ſatur à mortali ratione non tantæ irreuerentiæ, & quia per talem actum non violatur locus ſacer, neque generatur ſcandalum, nec cõtemnitur Deus, quando ſit pro neceſsitate, & præſertim pro eius cauenda offenſa.

*De furioſo coniug.* ¶ Adhæc furioſo, aut amenti cõiugi reddere debitum per ſe non tenetur cõiux, niſi per accidens, cùm ſentit periculum in illo, ne ſe polluat per ſe, aut cum alia. Neq; licet copulare duos amentes, quia licet ipſi non peccẽt: ſit tamen iniuria proli. Sotus ita ait.

*De Indis ignor.* ¶ Inſuper in cap. prouinciali Cobam prouinciæ Guathimalæ, vbi conuenerunt ſatis docti religioſi patres, declaratum fuiſſe fer- B tur, quòd Indis bona fide accedentibus ad vxores, quibus cum mala fide contraxerunt, quia poſt. 10. annos nihil ſcientes de morte vxorum ſuarum priorum raptarum, ſecũdas duxerunt vxores, non eſt imponendus ſcrupulus de petitione debiti, quod ſi determinatio hæc tuta eſt, (prout videtur) idem in Æthiopibus *De Æth.* eſſe cenſeo ferẽdum de mancipijs Æthiopibus, vel aliunde à longinquo euectis. Nam licet ij permittendi non ſint ſecundas ducere vxores, dùm certum nuntium nõ habuerint de morte ſuarũ vxorũ priorũ, quas in ſua infidelitate in ſua patria duxerũt: ſi tamen iam poſt multũ tẽporis putãtes priores mortuas, C ſecundas vxores duxerint, licet ſecundas ducendo peccarint; nõ ſunt agitandi ſcrupulis, quãdo bona fide accedũt: quia forte ignorantia inuincibili, circa petitionẽ debiti, ſcilicet, quòd non poſsint licite petere, laborant.

*De Indo inceſtuoſo.* ¶ Pariq; ratione viſum eſt doctiſillis, & expertis religioſis patribus, quod Indis, qui poſt matrimonium contractum inceſtum cõmiſere cum conſanguineis ſuarum vxorum, ſi ignorent huiuſmodi impedimentum eccleſiaſticum circa petitionẽ debiti, non eſt iſtud ſecretum detegendum; ſed relinquendi ſunt cum ſua inuincibili ignorãtia, vt petant. Nec ego ab hac ſentẽtia omnino ſum alienus, præ D ſertim quando diſpenſatio ſuper petitione debiti, quia difficilis eſt eis, eam obtinere nõ curabunt: & interim ablata bona fide, peccandi objicientur periculo.

*De Indo igno. caſus cœnæ.* ¶ Idem de cenſuris cœnæ Domini, aut iuris communis Indi præſertim in confeſsione non ſunt admonendi: quando quidem circa eas laborant ignorantia inuincibili, quæ eos ab earum incurſione, ſecundum probabiliorem opinionem excuſat, quando non ideò magis cauebunt. Sed quia difficilis eſt eis impetratu ſolutio, & quia parum ſunt ſuæ ſalutis animæ memores, abſolutionem talem non procurabunt; quia vt inquit Diuus Augu-

Auguſtinus. Si ſcirem tibi non prodeſſe, nō te docerem, non te admonerem.

# CAP. LXXXIII.

## *De redditione debiti in feſtis, & alijs caſibus*

*Sotus.*

FOrte venialis eſt, inquit Sotus, in diebus feſtiuis, quibus ſolenizantur articuli fidei à coniuge petere debitum. Et ſecundū D. Thomam in additionibus. q. 64. art. 7. petitio debiti in die feſtiuo venialis eſt: ſed magis grauis ſi cauſa delectationis fiat, quā ſi cauſa lubricitatis carnis vitandæ. Quod tamen limitant alij habere verū: quādo ex tali petitione debiti, & copula in illis temporibus tam diſtractior mente fieret, vt ineptus, & valde diſtractus ad celebranda feſta talia audiendamque rem diuinam redderetur. Niſi alia occurreret magis excuſans cauſa, nempe, vitandi in ſe vel in cōpari pollutionis, aut alterius peccati periculum. At reddere tunc petenti, peccatū nullum erit: quia quocunque tēpore coniux petat, quia alter ſui corporis poteſtatem non habet debitum ei reddere tenetur. Quanuis (vt diximus) ſi vxor cras ſit communicatura, honeſtis precibus poſsit illum monere, & diſſuadere depellendo.

*D. Thom.*

*Limitatur Sotus.*

*An leproſus petere poſſ. debi.*

¶Sed an viro leproſo debitum reddendū ſit, hic quoq; diſcernere oportet. Per diſtinctionem hanc igitur reſpondemus, ſcilicet, ꝙ ſi de contagione non tenetur viro leproſo reddendum eſt debitum: nam tenetur coniux coniugi debitum reddere ſine periculo graui ſui indiuidui. Itaque reddere viro leproſo debitum tunc tenetur vxor, quando non tam certum eſt periculum infectionis, ſed leuis tantum ſuſpicio. Verum ſi moralis certitudo eſſet infectionis, tunc ei reddere debitum, non teneretur. Sicut nec etiā reddere teneretur, vbi morbus eſſet adeo horribilis, vt morbus leoninus, vbi membra computreſcerent, & deciderent. Nam hic licet nullum eſſet periculum, natura illud abhorret, ideo non tenetur.

*Ante benedict. debiti redd. non oblig.*

¶Cæterùm circa petendum debitum, par ius, ſeu æquum eſt in vtroque coniuge. At neque reddere debitum tenetur coniux coniugi ante benedictiones nuptiales, licet peccatum mortale non ſit ante tales benedictiones, & reddere, & copulā conſummare, quia etiam non tenetur reddere tale debitū duos per menſes, poſt nuptias: vt interim inducias has habentes poſsint deliberare: an malint ad religionem conuolare. Quòd ſi mulier ſimpliciter coacta ante iſtud temporis, compreſſa fuerit, & vi compulſa ſit matrimonium conſummare, iam ex tunc temporis, licet priuilegio duorum menſium potita non fuerit contra alios, non poterit ad religionem commigrare, vt certius tradit Sotus: quia iam ex tunc iniuria infertur proli, quæ forte ex tali compreſsione, & copula manet in ventre concepta.

*Sotus.*

*Tempore puerperij.*

¶Porrò tempore puerperij licet licitum ſit, & petere, & reddere vxori debitum, ſed peccatum eſſet veniale ſecundū Sotum cum recenter enixa concumbere, vel ab ipſa debitum petere.

*De vxore fornic.*

¶At hic incidit dubitatio, an ſi vxor fornicata eſt, quia maritus noluit ſibi reddere debitum: ideò poſsit à viro dimitti. Ad quā quæſtionem probabiliter contra alios, ait D. Thom. in Paulum, quòd non ideo dimittenda eſt, ſed licet iſta ſententia D. Thom. ſicut reliqua eius doctrina ſemper mihi ſuſpicienda ſit, tamen video (ni fallor) cap. ſignificaſti. de diuortijs diffiniri contrarium. Patet ibi de muliere allegante pro ſe, ꝙ & ſi adulterium cōmiſerat: non ideo dimittenda erat à marito, quia aſſerebat, ideo adulteraſſe, quia à marito fuerat iniuſtè dimiſſa: ideo eundem, materiam ei adulterandi dediſſe. Sed credo ſententia Diui Thomæ moraliter eſt vera, quando non ſemel, ſed ſæpe denegat vxori vir debitum, præſertim illa, ſi deformis non ſit. Quia ideò id videtur denegare, quia cum alienis ſoliti ſunt tales viri cō miſceri, quod non vacat peccato adulterij. Quare ſi hac occaſione ipſa ſæpius repulſa in peccatū adulterij ruit, digna eſt venia, & non eſt dimittēda. Alioquin, vt ibi ait Pontifex, non tenetur dum notoriū eſt adulteriū illā recipere, niſi conſtaret, & ipſum adulterium cū alia cōmiſiſſe. Sed hic loquitur pontifex de ad cohabitationem receptione. Sed D. Thom. loquitur de redditione debiti, ꝙ nō videtur à marito denegandū, quando per denegationem debiti vxori ruendi in adulterium occaſionē præbuit. Sed in diffinitione horum cenſuræ eccleſiæ, & vſui me ſubijcio, eiuſq; decreto. At ꝙ dimitti poſsit mulier, quando ideò adulterata eſt, quia vir de neceſſarijs ad victum, & veſtitum nō prouidit ei, doctorum quaſi communis eſt conſenſus. Nam vt habetur. ff. de ritu nuptiarū. palam. §. non eſt, non ignoſcēdum ei, qui prætextu paupertatis turpiſsimā vitam ducit. Secus ſi, ipſe maritus tradidiſſet ad adulterandum.

*De diuort.*

*D. Thom. ſent. declaratur.*

*D. Thom.*

*De vxore adult. ex penur.*





*Quæſtio. An adulteræ negā. debit.*

¶Poteſt hic quoq; dubitari merito, an vxori adulteræ teneatur vir debitum denegare, nec ab ea illud exigere, quia ſecundùm doctores textui iuris innitendo, eam quoque cauſa vitandi ſcandali dimittere tenetur. Sed de hoc alias. At interim pro complemento materiæ dicimus, quòd quia ſolum cauſa correctionis eius, aut cauſa vitandi ſcandali ne eius peccato maritus videatur conſentire, per ius canonicum eam dimittere iubetur, & quia vitare ſcandalum poteſt eam arctius cuſtodiendo, vel verberando, ita vt intelligant vicini tali ſceleri non præſtare patrocinium, & quia eam dimittere non ſemper eſt certum medium ad adulteræ correptionem, quia exinde forte liberior redderetur: & quia quāuis repulſio vxoris mediū eſſet ad eius correctionem: tamen vir cum periculo graui incontinentiæ ſuæ, & detrimento ſuo, non tenetur tantū malum cauere. Ideo ſi alias faciat, quod in ſe eſt arcendo vxoris adulterium, & cauendo ſcandalū ſecundū Sotum, & Victoriā, & alios bene ſentientes non tenetur eam dimittere à domo, ac per conſequens poteſt licitè debitum ab ea petere, quia ceſſat ſcandalū, quod cauet, dum eam cuſtodit notoriè, & zelat: quia ceſſante cauſa, ceſſat & obligatio legis.

*Sotus. Victoria.*

*Quæſtio. An irregular. fiat vir adulteræ.*

¶At conſequenter diffiniendum nobis occurrit. An vir vxori adulteræ reddens debitum efficiatur irregularis. Et vt clara, à tàm non claris prius ſecernamus dicimus, ſi talis vir cū vxore euidenter ꝓbata adultera, poſt adulteriū rem habuit irregularis efficit. Sed quod magis in quæſtionem vertitur, id eſt, vtrum ſi maritus ignorans adulterium vxoris ei debitum reddiderit, aut ab ea petiuerit, fiat irregularis taliter, quòd poſtea, dum reſcierit, inhabilis ad ſuſcipiendos ordines remaneat, ſi vxor præmoriatur. Huic quęſtioni ſatisfacit Frater Ioſephus in ſuis floribus, cuius ſententiam magnifacio, quia Diuum Thomā, pro ea allegat. Ait enim, quòd probabile eſt, quòd vir ignoranter accedens ad vxorem adulteram, fit irregularis, quia iſta irregularitas, quamuis iure poſitiuo incurratur, magis incurritur, quia talis copula cum adultera ignorata etiam, fuit contra ſignificationem ſacramenti ordinis, quàm propterea, quod ibi interuenerit culpa. Accedit huic ſententiæ Nauarrus in ſua ſumma latina, quam ipſum ibi tenere adnotaui, ſed & D. Thomas in additionibus ad 3. partem. q. 66. art. 3. docet, ꝙ ſi vir per iudicem ante cōdemnationem adulteræ, cogatur ei reddere debitum, licet de hoc ſint opiniones, tamen probabilius eſt, quòd etiam in hoc caſu ſi adulteræ reddat debitum, fiat irregularis, eam cognoſcendo. Quia hic non requiritur, quòd ſit peccatum talis copula, ſed quod ſit contra ſignificationem ſacramenti tantùm.

*Quæſt.*

*Frater Ioſephus.*

*Nauar.*

*D. Thom.*

*Quæſtio.*

¶Demum, quia iam expeditam reliquimus illam quæſtionem, vtrum qui contraxit dubius de morte prioris coniugis poſsit reddere, aut petere, ad inſtar iſtius, & iſta ſimilis ei quęſtio illucidanda eſt, Vtrum reddere teneatur coniux: qui dubitat an matrimonium ſit validum: vbi, vt ſupra, ſic hic diſtinguimus de bona, aut mala fide contrahente.

*Qualis certitudo ad ſecū. nupt. requiratur.*

¶Quia vtrùm coniux altero abſente, de cuius morte eſt fama, poſsit tranſire ad ſecundas nuptias, vel non, caſus frequentiſsimus eſt, idemque perplexiſsimus. Et quia cōmuniter dicitur, ꝙ cum bona fide poteſt talis ad ſecundas nuptias trāſire, accipito documentum Soti in 4. diſt. 37. art. 5. cōtra Canoniſtas aſſerentes, non requiri certum nuntium de morte alterius reſpectu contrahentis, vt contrahat: ſed is nuntius certus requiritur, inquiunt, ex parte eccleſiæ, vt contrahendi ſecundo facultatem præbeat. Quia ſatis eſt inquiunt in cōtracturo moralis quædam ꝓbabilitas. Credo, inquit Sotus, in hoc caſu non minorem certitudinem requiri in perſona, quā in eccleſia. Igitur, vt huiuſmodi fides bona ſit, & ad ſecūdas nuptias tranſeuntē liberet à culpa, exigitur moralis certitudo ſecundū arbitrium, & iudiciū prudentum per nuntium, aut per æquiualens teſtimoniū, vt habet capite in præſentia de ſponſalibus. Vbi Clemens ait, ꝙ ſi certus nuntius de morte prioris, ideſt, abſentis coniugis nō habeatur, quantūuis præ iuuenili ætate talis coniux continere non poſsit, & quantumcunque prior vir abſens fuerit, non eſt cum huiuſmodi fœmina diſpenſandum, vt ad ſecundas nuptias tranſeat. Itaque quandiu res eſt dubia, non licet illi ad ſecundas nuptias commigrare. Neque verò ſufficit tenuis opinio de morte coniugis, ſed requiritur tanta, aut per nuntium, aut ſaltem per teſtes, vt iudicio prudentum, non ſolum probabile, ſed certum iudicetur. Quare Sotus loco citato exiſtimat, neque coniecturam, aut famam ſufficere, niſi forſan re diligenter exquiſita, longitudo abſentiæ, vel vniuerſalis fama, vbi coniux morabatur obitum eius conteſtetur. Eademque certitudo requiritur, quādo fertur eſſe religionem profeſſus, ante conſummatam copulam.

*Sotus.*

*De ſponſ.*

*Sotus.*

*Quæſtio.*

¶Reliquum eſt noſſe, an debitum poſsit

*Adultera an petere poſſ.*
*Sotus.*

A adultera à viro innocenti, bona conſcientia petere, quia videtur fracta fide tale ius perdidiſſe. Nihilominus ſi Soto, in 4, diſt. 36. q. vnica arti. 3. & Caieta. in opuſculo quodam authoribus credamus, poteſt, inquam, adultera licitè petere: quia quandiu crimen latet poſſeſsionem habet iuris petendi. Quia nec ſui debet eſſe accuſatrix, aut ſuum prodere crimen, ſed maritus, vel iudex debet eam ſuo iure expoliare. Si tamen per cenſuram eccleſiæ compellatur vir vxori ſecretò adulteræ, apud iudicem deponenti querelam, reddere debitum, poteſt ei quidem reddere debitū: ſed non tenetur ad id reddendum, neque in B conſciētia vir eius adulterij conſcius tali cenſura ligabitur: ſed debet exteriora iudicia, & moleſtias patienter tolerare. Poteſt tamen compelli, vt eam domi retineat, & alat.

*De bigamia.*

¶ Ingreſſurus etiam religionem, vt ſupra meminimus ante conſummatum matrimonium, habet tempus bimeſtre ad ingrediendum, ſi vult. Porro licet mulier bigama non fiat maritus tamen bene bigamus fit: ob copulam habitam cum vxore: etiam ſi ignorauerit eam adulteratā fuiſſe, vt habetur. cap. ſi cuius. 34. diſt. etiam ſi iudice id ſub cenſuris iubente, faceret, vt ſupra latius memini me dixiſſe. Nec refert, an poſsit probare, necne C ſe ignoraſſe, aut adulteratam fuiſſe, vel non, quo ad forum conſcientiæ, ſi poſtea re vera cum adultera coniuge, ſe copulam habuiſſe compererit. Et hoc conformius eſt Diuo Thomæ. Nec peccat, vt dictum eſt, ſi vir nō dimiſerit vxorem ſecretò adulteratam: vel quando iam ſe emendauit ipſa, vel ab ipſa petit debitum, ne ipſe ruat quoque in adulterium: dum caueat ſcandalum, ne putetur vxoris leno.

*D. Thom.*

*Quando adultera accuſa. nō poteſt.*

¶ Adhæc vir vxorem de adulterio accuſare non poteſt, quando ipſe quoque eſt adulteratus. Vel quando ipſa vim ſimpliciter paſſa eſt in copula cum alieno. Vel quando, quia probabiliter credidit ſuum priorē maD ritum obijſſe, ideò ſecundò, cui nupſit, debitum reddidit. Nec ſi quis, cum ea ſub mariti ſpecie rem habuiſſet. Neque, ſi maritus occaſionem adulterandi ei præbuiſſet. Nec etiā, ſi poſtea quàm maritus eam adulteratam reſciuit, eam tolerauit: vel ſecundum Sotum eam per copulam ſibi reconciliauit. Imo vero antequam de diuortio agatur, aut reconcilietur, nihil refert, vter illorum prius adulterauerit. Sed ſi vnus accuſat alterum, & alter etiam probat crimen adulterij alteri, abſoluendi ſunt ambo. Imo vir, qui poſt vxorem adulteratus eſt eam relinquere prohibe-

*Sotus.*

A tur. Sed de reliquis caſibus, quibus diuortiū celebrari poteſt, nobis ineundus eſt ſermo.

¶ Inter peccata verò nubentium iſtud ſolet quoq; adnumerari: ſcilicet, peccatū, quo peccat ille, qui poſt votum continentiæ, & caſtitatis, vel poſt votum non nubendi, nubet. Peccat, inquam, etiam ſi non conſummet. Et iterum qui poſt votū caſtitatis, iam contraxit conſummādo prima vice, ſaltem ſi ad ſui petitionem conſummet peccat. Imo ſecundum omnes toties, quoties poſt conſummationem petit debitum peccat. Sic Nauarrus contra Angelum, & alios ſecundum omnes fere. Sed id, quod addit Nauarrus, idē B cenſens eſſe de vouente non nubere, quòd iſte peccet contrahens, facile conceſſerim. Sed quod peccet conſummando: præſertim ad petitionem alterius, id non facile crediderim. Quia id, vt ſupra dixi, eſt contra Caietanum, & Sotum (vt videtur) aſſerētes votum non nubendi, ſuaptè natura votum caſtitatis non includere. Quòd, ſi non includit, quare poſt nuptias licitè contractas, poſtquàm validæ ſunt, non poterit licitè conſummare. Niſi velis dicere, quòd iſte, vt ſeruet votum, ante conſummationem, tenetur ad religionem tranſmigrare, ad quam vouendo nō nubere, nullatenus ſomniauit ſe obligare. Imo C etiam ſi caſtitatem vouiſſet, in tali caſu ad religionis ingreſſum, nullatenus ſecundum Sotum, cenſemus eſſe cogendum.

*Nauarrus ſubnotatur.*
*Caietan. Sotus.*

¶ At iſta ſententia Nauarri, de vouente non nubere, quòd etiam peccet non ſolum contrahendo, ſed etiam conſummando, ſi verum habet, eſt quando vouendo non nubere implicitè intendit etiam obligare ſe ad caſtitatem ſecundum Fratrem Ioſephum: nam tunc ad ſui petitionem conſummando peccaret mortaliter: ſicut etiam toties, quoties copulam exigeret, non tamen ſi redderet. Sed de his ſatis, quia diffuſius ſupra hanc eandem quæſtionem ventilauimus. At addit Nauarrus bene, quòd iſte, qui iam poſt D votum continentiæ cōtraxit, ſemelque conſummauit, ſecundum omnes poterit habere copulam cum vxore, quoties expreſsè, vel tacitè ſignis, vel ingenio, aut conditione ſua vxor petierit, poteritque cum illo ob graue periculum peccandi difficultatemq; continendi Epiſcopus diſpenſare, vt poſsit petere debitum. Quia hic ſimilis eſt ei, qui valde ſitiens à potu præſenti aquæ, iuſſus eſſet abſtinere: quæ eſt maxima difficultas.

*Saluatur hic Nauarrus.*
*Nauar.*

¶ Libetque etiam hic cum Nauarro epilogare, quæ ſupra materia de voto aſſerta longius ſumus proſequuti: addendo, quòd qui poſt

*Epilogatio.*



poſt votum caſtitatis, animo etiam non conſummandi, ſed ante conſummationem matrimonij, ingredi religionem in animo habens, ſic vxorem ducit, peccat quidem ducendo ſecundum Sotum, & ſecundum Sylueſt. verbo matrimonium, & ſecundum Sotum in 4. diſtinctione. 38. quæſt. 2. artic. 1. quia decipit vxorem, quam ducit, & quia infert ei graue damnum, quippe quæ non ita facile alij nubet ob ſuſpicionem copulę cum illo habitæ. Secus, ſi talis metu mortis adactus, aut alio quouis metu infamiæ, licet non ſufficienti ad dirimendum matrimonium, ad contrahendum cum ea fuiſſet impulſus. Quia tunc contrahendo cum ea poſt votum caſtitatis, animo non conſummandi, ſed ingrediendi religionem, non peccaret mortaliter, dum ſatageret, ne culpa ſua tali ſponſæ de præſenti quicquam detrimenti eueniret: quo caſu, opinio Calderini & Angeli intelligi poſſet, vt haberet locum.

*Sylueſt.*

# CAP. LXXXIIII.

*Vbi epilogantur dicta ſupra de debiti redditione.*

*De voto impeditis ad peten. vel reddendum.*

NEc piget hic epilogare, vt breuitas rei repetitæ magis memorię ſubſeruiat, quæ de voto ſupra diximus, nempe, quòd peccat coniux, qui cum conſenſu alterius iam vouerit caſtitatem, ſi poſt hoc ab eo petit debitum. Peccatque itidem ille cōiux, qui etiam ſi continentiam ipſe non vouerit, ſi poſtquam voto alterius præſtitit conſenſum, iam ei qui ex eius conſenſu vouit petenti, reddit debitum contra Metinam; quia tunc reddere eſt conſentire, & cooperari peccato alterius. Sed tamen, ſi iſte, qui non vouit, conſenſit tantum voto alterius coniugis vouentis, non peccat, ſi ipſemet à iam vouente petat. Tum, quia ipſe conſentiendo voto alterius, non vouit. Tum, quia per hoc, quòd alteri præſtitit facultatem & conſenſum vouendi, non viſus eſt renuntiaſſe ſuo iuri petēdi, nec per hoc alium vouentem ab obligatione ſibi reddendi debitum, ſi vellet petere, abſoluit, niſi ambo communi conſenſu continētiam vouerunt. Quia tunc ſecundum etiā Sotum, ambo petēdo peccarēt mortaliter. Imo etiam reddēdo, vt ſentire videtur Sotus quādo ex communi conſenſu, ſcilicet, voueo, vt voueas vt integre noſtram continentiā Deo promiſſam ſeruemus vouerunt. Nam in hoc caſu, etiā omni iuri, & petendi, & reddendi

*Metin.*

A inter ſe inuicem, vt apparet renūtiare voluerunt cap. quod Deo pari. 33. q. 5. de quo iam ſupra. Secus ſi non vouerunt continentiā, ſed inter ſe pacti ſunt tantum non reddere, neq; petere, quia ſic ambo cognoſcētes, ꝙ vterque peteret ſi poſſet, ſi cōiungūtur habendo copulam, quia tūc pacto tali videntur renūtiare, non peccant. Sed iſtud pactū, quando etiam cum adiuratione fuit factū: non eſt ſeruandum, quando ineſt periculum, quia fuit temerarium. Ideo ad cautelam talis adiuratio eſt relaxanda. Et ea non obſtante, ſi ipſe non B contineat, petatq; debitum, ipſa per eccleſiā compellenda eſt ad reddendum.

*33. quæſtione. 5.*

¶ Porro, quia hic Nauarrus rurſum repetit quæſtionem, de à menſtruata debitum petēdo, memini me dixiſſe cum Soto & Caiet. iuxta mentem D. Thomæ cōtra Scotum nō eſſe mortale petere, aut reddere. Sed an peccatum veniale ſit ſaltem, tam reddere, quam petere reſtat diffiniendum. Et tamen aliquo caſu, ex aliqua excuſante cauſa tā petens, quā menſtruatæ reddens à tali veniali excuſetur. Et quidem Nauarrus in hac parte dicit ſe tenere cum Palude in. 4. diſtinct. 32. q. 1. colū. C 4. contra D. Thomam in 4. diſt. 32. & contra alios, nempe, quod non peccat etiam venialiter, ſi eo fine petit à menſtruata, aut ſi menſtruata eo fine reddit debitum, ne cōſorti ſit odio vel vt fornicationem eius, vel propriā euitet. Sed mortaliter, inquit, nuſquam peccant, etiam ſi monſtrum ſciant inde eſſe gignendum, ſecūdum D. Antoni. Palud. & Caſtrum lib. 1. cap. 12. de lege pænali. At vero, ſi mēs mea quicquam valet, ſic exiſtimo reſpondendum: Si loquamur de redditione debiti, qua menſtruata viro exigenti reddit, ex ſua parte nullum erit, nec veniale peccatum: ſi circunſtantias ſupra à D. Thoma notatas, & à me relatas ſeruauerit, aut ſi ſecundum D Metinam in ſua inſtructione, ſi poſt ſuam admonitionem ſuæ inualitudinis præmiſſam viro adhuc inſtanti, aut alias periclitanti debitum reddat.

*Quæſtio.*
*De menſt.*
*Nauar. contra D. Thomam.*
*D. Antoni. Palud. Caſtro.*
*Sententia authoris.*

¶ At id, quòd Nauar. tam audacter contra D. Thom. aſſeuerat, ſcilicet, quod nec petere virū à menſtruata debitum ad euitandā fornicationem eius, vel propriam, non ſit illicitū, & veniale ſaltem, non ſatis poſſum mihi perſuadere propter plures cauſas. Tum propter authoritatē D. Thomæ. Tum, quia qn̄, inter duas extremas opiniones datur aliqua media, iſta media magis videt̄ accedere ad veritatē. Cū igitur Scotus teneat hoc extremū, ꝙ petere à mēſtruata ſit mortale & Nauar. teneat nō eſſe veniale ſi prædicto fine petatur

*Refutatur Nauar.*

tur, in quo caſu, etiã Scotus aſſerit eſſe mortale: igitur via media, vera eſt, ſcilicet, quod petere etiam ob fornicationem vxoris, vel ſuam vitandam, erit ſaltem veniale. Primò,
*Ratio.* quia natura tũc à tali coitu abhorret. Secun
1 dò, quia aliqualiter eſt contra ordinem natu
2 ræ, eo quod inconuenientem actionem fini ſuo reddit. Et quia iſte coitus cum menſtruata, fini commodæ generationis aliqualiter eſt inconueniens. Tertiò, quia tunc natura
3 mulieris naturaliter vacat conſuetæ purgationi: ergo aliqualiter eſt innaturale petere coitũ cum tunc vacet receptioni ſeminis, & ſimul & ſemel expellat, & recipiat, expellat menſtruũ, ſemenq; virile recipiat. Quartò,
4 quia periculũ iſtud in ſe per illã paruulã moram aliter per orationem, vel macerationem carnis, vel vitando occaſiones poteſt cauere. Sed periculum vxoris tunc raro contingit. Quia tunc temporis, cum ſeipſas ſuo ſanguine corrupto, & fœtido conſpurcatas videãt: quaſi natura refugiente, tunc temporis refugiunt congreſſum viri. Niſi forte ſit aliqua meretrice proſtituta magis impudica, magiſq; laſciua: quæ tunc ardore inſolito inſaniat. Quod ſi ita tentatur alijs antidotis ſibi ſubueniat. Scilicet, ſpiritualibus, ſiue orationibus, ſeu macerationibus corporalibus.

*De debito redd. in loc. ſacr. Nauar.* ¶ Ecce, niſi id iam ſupra cum Soto diffiniſſemus, hic nobis dubium de redditione in loco ſacro, an eſſet licita vel illicita diffiniendũ occurrebat. Nã hic Nauar. abſq; vlla limitatione redditionẽ debiti in loco ſacrato, vel tantum benedicto aſtruit eſſe peccatũ, ſiue fiat ad vitandam fornicationem in ſe, vel in vxore. Etiam ſi per multum temporis ibi in ſacro illis neceſſario ſit commorandum contra Angelum, ſecundum Caiet. verbo matrimonialis vſus, & ſecundum D. Antoninum & Ioan. Turrecremata. *Ang. Caietan. D. Anto. Turrecre. Soti reſolut.* Sed rurſus dico, placet mihi in hac quæſtione reſolutio Soti ſupra memorata, ſcilicet, quòd talis concubitus mortalis ſit. Non tamen ſi aliquibus vicibus ſecreto, ſine nota ſcandali cauſa vitãdæ lubricitatis inter coniuges talis concubitus, ſine contẽptu loci interceſsit propter rationẽ, qua in hanc ſententiã inductus eſt Sotus.

## CAP. LXXXV.

### *De debito reddendo & matrimonio clandeſtino.*

*Hic cõſentire licet in nõ pet.* SI Diuo Antonino autori, prout par eſt, fides adhibenda eſt, ipſo docente, dicimus quod propter vitandam multitudi-

A nem prolis, quando eam alere non poſſunt coniuges mutuo conſenſu à copula coniugali abſtinere poſſunt: niſi aliquis eorum probabiliter formidet, conſortem fornicaturum fore, niſi ipſe debitum petierit, ſecundũ Angelum. Cuius determinatio ſatis bene procedit: quando alter videt conſortem ob verecundiam non petere verbo, ſed tacitè ſatis opere petere. Sic Nauar. cap. 16. nu. 33.

¶ Præterea, ſi coniux teneat proprium filium ad baptiſmum, vel confirmationem, vt comparem defraudet coniugali debito; licet in hoc caſu non poſsit petere, tamen reddere tenetur. Quod ſi ambo malitioſe commu B nis filij fiant patrini non poſſunt mutuo à ſe debitum abſque peccato petere. Tenetur autem alter alteri petenti adinuicem debitum reddere. Si autem vel neceſsitate, aut ignorantia facti, vel iuris fiat huiuſmodi proprij filij patrinus, ius petendi nullatenus perdit, vt ait Nauar. Quæ omnia eliciuntur ex cap. ſi vir, de cognatione ſpirituali, & ex ſimul adiunctis gloſsis. ¶ In caſu vero, quo ambo malitioſe conſenſerunt in eo, quod vnus eorum proprij & communis amborum filij fieret patrinus, & ſuſceptor, ſi ambo, vel alter nequeunt ſe abſtinere, ab epiſcopo diſpenſationem petant. Nam in hoc epiſcopum di- C ſpenſare poſſe Diuus Antoninus & Syluester, verbo, matrimonium. 8. quæſtione. 7. apertè docent.

*De bapt. zan. filii propr.* ¶ Cæterùm, ſi quis in extrema neceſsitate abſente clerico proprium filium baptizauerit natum ſibi ex amica, non poterit contrahere cum amica. Nam per talem baptizandi actum, compaternitatem ſpiritualem dirimentem matrimonium cum amica, contraxit. In hoc tamen caſu licitè poſſet habere rem cum vxore propria, cuius filium, & ſuũ in tali caſu extremæ neceſsitatis, vel ignorãtiæ probabilis iuris, aut facti baptizauit.

*Quæſtio. Inceſtus cum cogn. imped. debitum.* ¶ An vero copula cum propria cognata D impediat debitum petere à propria vxore; quid circa hoc ſit dicendum, colligendum eſſe ait Nauarrus ex dictis ab ipſo capit. 22. nume. quinto. Sed quia ibi contra Sanctum Thomam tenet, quòd talis inceſtus cum propria cõſanguinea impediat, quod eſt maius, matrimonium contrahere cum alia, videtur, licet ſubobſcurè loquatur, tenere, ꝙ etiã inceſtus cũ conſanguinea propria debitũ à propria vxore petere præpediat. Sed hoc eſt cõtra Sanctũ Thomam, & contra veram rationem, vt ibi cum Soto, & alijs probauimus. Et ideo merito illum reijcimus: quia tandem in fine, ſe inturbare videtur: dicens quod nõ eſt in



eſt in vſu ſuper iſto impedimento matrimo A nij diſpenſationem peti, vt inceſtuoſus hic contrahat cum alia.

¶ Aduertito tandem ſecundum Diuũ Antoninum 3. parte titul. 14. capit. 9. §. primo. ſub fine. peccat mulier præſtans conſenſum viro, vt ſe cum alijs domi manentibus fœminis miſceat, aut ſi commodè poteſt, non impedit huiuſmodi commixtionem.

*De cland. matrim.* ¶ Præterea, peccat qui clandeſtinè matrimonium contrahit, niſi iuſta cauſa ſit ſic contrahendi. Nam lex præcipiens aliquid ob aliqua inconuenientia illis ceſſantibus nõ obligat, ſecũdum Caietanum, & Panormitanũ. *Caietan.* At vero ſecundum Caietan. 2. 2. quæſt. 120. B artic. 3. lex non propterea deſinit obligare ſubditos, ad id, quod præcipit, quia finis ille legis alia via habeatur.

¶ Authore autem Caietano iuſta cauſa contrahendi matrimonium clandeſtinè dicitur eſſe, quando poſt matrimonium publicè contractum, inualidè tamen, poſtea habita impedimenti diſpenſatione, rurſus contrahunt clandeſtinè. Nec ob hoc in aliquas pœnas incidunt.

*Quæſtio. An ſine parocho & teſtibus hic licit. contraben. Cordub.* ¶ Porro quamuis Nauarrus ſufficienter ſignificet poſſe in hoc caſu clandeſtinè, id eſt, ſine bannis publicis, habita diſpẽſatione impedimenti inter ſe iterum contrahere, an id C poſsint facere ſine parocho, & teſtibus, de hoc non meminit. Cæterum Corduba in tractatu de caſibus conſcientiæ. quæſt. 51. hanc quæſtionem excitat duas proponẽs opiniones. Primam affirmatiuam, quam plurium doctorum eſſe ait, ſcilicet, quod in tali caſu poſſunt inter ſe ſine teſtibus, & parocho, ſecreto contrahere, quando alias ex publicitate contrahendi coram teſtibus, & parocho graue ſcandalum, aut malũ oriretur. Secundam opinionem proponit negatiuam etiam in caſu, quo graue malum, aut ſcandalum impendeat ex publicitate contrahendi coram curato, & duobus teſtibus, negantem poſſe aliter licitè fieri, quam magis verã & tutam & practicandam eſſe ait.

*Reſolutio. Cordub.* ¶ Sed tandem reſolutoriè affirmat, quòd ſecluſo graui ſcandalo, vel aliquo impendenti magno malo reualidari non debent talia matrimonia antea inualidè cõtracta in facie Eccleſiæ poſt ſine parocho, & teſtibus, niſi in caſu, quo matrimoniũ in facie eccleſiæ publicè contractũ fuit nullum: non ratione alterius impedimenti, ſed ratione defectus cõſenſus de præſenti; quãdo tunc vnus eorum non verè cõſenſit, ſed fictè, & fallaciter, quia tunc perſeuerante alio in ſuo primo cõſenſu

A à ſe ante habito poſſet ſecreto, qui ante diſſenſerat in ſuo animo confirmare matrimonium ſine curato, & teſtibus, intra ſe veraciter de nouo præſtando conſenſum, ſuo compari nihil inſinuando. At ſic eſt ſecundũ Cõcil. Trid. & ſecundum, ꝙ plures doctores in hoc caſu ante Concil. Trid. in cap. ex literis. de ſponſalibus docuerunt. Sed tamen in caſu quo ex alio impedimento publicè matrimonium in facie Eccleſiæ contractum fuit inualidum, conualidandum denuò non eſt ſecreto ſine curato, aut duobus teſtibus. Niſi iuxta priorem opinionẽ ex publicitate contrahendi iterum corã curato, & teſtibus, no- B tabilis infamia, vel ſcandalum grande ſuccreſcat. Quia tunc ſi huiuſmodi mali, infamiæ, vel ſcandali timor immineat, poterunt inter ſe ſecretò ſine curato, & teſtibus poſt habitam diſpenſationem impedimenti contrahere: quando vnus contrahẽtium tali impedimenti, dum contraxit paſſus eſt ignorãtiã. Ita Cordub. & pater Veracruce ſuo Speculo coniugiorum dubio 10. concluſione 5. *Cordub. Specul.* Si tamen iſta mala ceſſent, quia iam tale impedimentum in publicum venit, vel diſpenſatio impedimenti talis eſt iam obtenta, quę tollat ſcandalum nemini dubiũ, quin in hoc caſu coram parocho, & teſtibus teneantur C iterum contrahere.

¶ Pius Quintus in ſuo Cruciatæ diplomate commiſſario Cruciatæ facultatem facit diſpenſandi ſecretè, vt qui affinitatem illicitè contraxere ſecretam in primo, vel ſecundo gradu, & deinde inter ſe publicè in facie Eccleſiæ contraxerunt, vno iſtorum cõtrahentium id ignorante, poſsint inter ſe ſecreto, poſt cõtrahere: ſi alias timeatur ſcandalum: poſt primum matrimonium in facie Eccleſiæ inualidè contractum. Sed tamen ſecundum veriorem opinionẽ, vt docet Cordub. quæſt. 52. eiuſdem tractatus, ſponſalia de futuro etiam ſine teſtibus, & curato celebrata, D etiam poſt Concil. Tridentinum, in vtroque foro ſunt valida: quia Concilium Tridentinum, eorum non meminit, ſed de ſolo matrimonio de præſenti.

## CAP. LXXXVI.

### *Adhuc de matrimonio clandeſtino.*

*Contra here ſine bannis.* AD HÆC ille qui clandeſtinè, ſine bannis contrahit cum concubina, ex qua iam ſuſcepit filios, quando, quia iam grauiter percuſſus eſt gladio, eſt iam iam moriturus clandeſtine talem concubinam ducat vxorem,

vxorem, quo eos faciat legitimos, & quo quia periculum eſt in mora, ſecuriorem tranſitum ex hac vita ſibi tunc paret non peccat ſi faciat coram curato & teſtibus.

¶ Excuſatur quoque pupilla ſi contraxit clandeſtine, ſine Bannis cum aliquo, quādo alias parabatur nuptui tradi à curatore alicui viro parum congruenti ſibi.

*Caſus in quibus ſine bannis.*

¶ Præterea Sotus in quarto Sententiarum numerat caſus, in quibus Epiſcopus poteſt diſpenſare, vt ſine Bannis publicis contrahatur. Imo ſi ipſe Epiſcopus iniuſtè diſpenſare renuerit, vel ſi copia Epiſcopi præſentis non adfuerit: ipſi ſponſandi priuata authoritate, citra culpam, coram curato tamen, & teſtibus poſt Concilium Tridentinum, ſine Bannis publicis poterunt licitè cō-
1 trahere. Primò vt iam dictum manet: quando matrimonium publicè celebratum ratione impedimenti fuit nullum: quia tunc obtenta diſpenſatione non debet iterum publi-
2 citus contrahi ratione ſcandali. Secundò ratione repentini caſus, & periculi euadendi, vt ſi concubinarij ob concubinatus pœnam euadendam contraherent ſine Bannis. Ter-
3 tiò quando parentes, vel tutores cauſa conſumendi patrimonium nollent puellam nu-
4 ptui tradere. Quartò quando aliquibus maximè expediret matrimonio iungi, elapſoq; opportuno tempore metuerent fore ſe impediendos, ij omnes cum animo poſteà publicandi poſſent ſecreto coram curato tantum & duobus teſtibus contrahere. Sed iam

*Conc. Tridenti.*

poſt Concilium Tridentinū, non licet contrahere ſine curato, aut ſine alio ſacerdote, de eius licentia, & ſine duobus teſtibus ſaltem. Aliàs talia matrimonia ipſo facto ſunt irrita, quia illegitimæ redduntur perſonæ ad ſic contrahendum ſecundum Conciliū Tridentinum, Seſsione 24. capit. 1. pagin. 176.

*De matrimo. publico ſine curato.*

etiam ſi alias publicè contrahant, abſente curato, talia matrimonia ſunt nulla: licet quia tunc fuerunt publica, clandeſtina non videā tur. Huic ſententiæ, licet antea dubitaſſet aliqualiter tandem accedit Nauarrus ſumma latina capit, 25. numero. 144. Vbi ait etiam ſufficere, quòd aſsiſtat cum teſtibus parochus mulieris, quando in parochia mulieris contrahitur, vel ſatis eſt aſsiſtat parochus viri quando in parochia viri contrahitur ſecundum Gregorium Decimumtertiū.

*Grego. 13.*

*De contrahent. ſine bann.*

¶ Vndecunq; ſine Bannis contrahentes, quando ſic ex iuſta cauſa contrahunt, excuſantur à mortali & excuſantur ab excommunicatione ſynodali lata contra clandeſtine contrahentes ſine Bannis. Imo etiam ſi A ſic contrahentes nulla excuſati fuerint cauſa, licet peccauerint, ſi tamen talem cenſuram probabiliter ignorauerūt, eam non incurrerunt. Imo ſi quia talis cenſuræ conſcij fuerunt, ideo contrahentes ſic in eam inciderunt virtute Bullæ cruciatæ à ſuis confeſſoribus in confeſsione in foro conſcientiæ abſolui poterunt,

¶ Incurrent autem ſecūdum Nauarrum, & hanc cenſuram ſynodalem, vbi contra clādeſtinè cōtrahentes eſt poſita, etiam illi qui ſic inualidè clàm contraxerunt coram curato, & teſtibus, quia conſanguinei, aut cognati erant: præter eam, quam etiam ex iure in- B currunt, Clementin. 5. de conſanguinitate, & affinita. capit. eos. ibi: Qui in gradibus prohibitis, aut cum monialibus ſcienter contraxerunt excommunicantur.

*Cenſur[illegible] prehen[illegible] vel. cū[illegible] ben.*

# CAP. LXXXVII.

## *De vſu matrimonij clandeſtini.*

*Quæſtio[illegible]*

AT de vſu matrimonij clandeſtini, quale peccatum ſit, tacuit Nauarrus ſolùm aſſerens. capit. 16. nume. 38. quòd talis vſus ſecundum Caietanum, non ſolum eſt vetitus, ſed C etiam malus. Ad hanc ergo quæſtionem puto dicendum, quòd quamuis matrimonium clandeſtinum ſine Bannis ex cauſis prædictis licitum ſit, ſicut etiam banna videntur diſsimulanda fore, quando aliàs inde exurgent ſeditiones, vel quando inter valde magnates venit contrahendum: quia ipſi ſoliti ſunt cauere, ne intercedat impedimentum: vel quando nobilem cum ignobili, nimis diuitem cum paupere, ſenem cum puella, contingit velle inire coniugium, vel ex alia ſimili, & rationabili cauſa: tamen vſus matrimonij clandeſtini cum intentione, vt maneat ſecretum matrimonium, eſt culpa mortalis. D Vt ſi quis vtitur cōiugali copula illius, cum qua contraxit ſecretò: nec matrimonium vult publicari: propter publicam profugiendam infamiam. Quæ ſententia eſt Caieta. & Victoriæ: tunc, quia hic interuenit expreſſa prohibitio iuris, regulariterque inde naſcitur ſcandalum, per ſe & moraliter. Imo ſecundum Caietanum, etiam ſi ceſſaret ſcandalum, quia tamen tam ſtrictè prohibetur matrimonium clandeſtinum in iure, & quia talis vſus eſt contra bonam educationem prolis, in damnumque prolis vergit, quia reputabitur illegitima, priuabiturq; hæreditate, ideo mortalis eſſe talis vſus videtur. Vnde vſus

*Dē ſpon[illegible] tri. clan[illegible]*

*Quādo [illegible] ſimul. [illegible] na.*

*Senten. Ca[illegible] iet. & Vi[illegible] ctor.*

*Caietan.*



vſus matrimonij clādeſtini hac intentione, vt tale matrimonium perpetuo, aut per multum temporis maneat ſecretum, à mortali culpa excuſari nequit, quòd rationes ſufficienter probant ſupradictæ.

*De vſu matri. publicandi.*

¶ Cæterùm, ſi clandeſtinè contrahentes coram curato, & duobus teſtibus ſecretò ſic vellent manere per breue tempus, poſtea opportuno tempore illud manifeſtare volentes, ſi cauerent ſcandalum: ſi aliquoties ſecreto ſe commiſcerent: neque ſecundum Victoriam, nec ſecundum alios talis vſus eſſet mortalis: ſi ſufficientes teſtes, puta, decem interfuiſſent matrimonio: licet in eccleſia non fuiſſet euulgatum, quando intentionem publicandi habent: quia ceſſant inconuenientia. Quia cum ſciunt decem, moraliter eſt publicū: quia moraliter per eos euulgatur in viciniam, niſi ſint de ſecreto ſeruando aſtricti. Et ſic ceſſabit ſcandalum: dum etiam interim dum non plene detegitur, cōiuges ſe copulantes id ſcandali caueant, ne per viciniam reputentur, concubinarij.

*De vſu vxoris ob vitād. tenta.*

*D. Thom.*

¶ Vſus verò copulæ cum vxore propter vitandam in ſe tentationem carnis, ſecundū Diuum Thom. in quarto diſtinct. 31. quæſtione ſecunda. arti. ſecundo. veniale eſt peccatum. Quæ opinio ſecundum communem ſententiam doctorum fere omnium ſanctorum eſt, ſuper illud. 1. ad Corinth. 1. Hæc autem ſecundum indulgentiam dico. Et licet iſta ſententia Diui Thomæ limitationē Paludis poſsit recipere, ſcilicet, quòd talis copula etiam ob vitandam fornicationem ſit venialis, quando alia poſſunt adhiberi orationum, & ieiuniorum remedia: tamen contra Paludem, & Albertum puto (licet non ſemper) talem ſæpè copulam venialem eſſe; & quòd opinio ſanctorum communis, & D. Thom. ſit regulariter vera: quia regulariter ſuppetunt alia remedia, & quia regulariter ij, qui cauſa vitandæ fornicationis, & tentationis accedunt, ſolum de hoc cogitantes, nimio ardore delectationis ad vxores accedūt.

*1. ad Corinth. 1.*

*Palud.*

*Opinio cōmunis ſanctorum.*

*Quæſtio. Cum matrimoniū nō euulgatur.*

*Reſpon.*

¶ Sed quid (ne aliquid intactum prætereamus) erit dicendum, ſi poſtquàm quis clandeſtinè contraxit, nec vult vti tali matrimonio, neque vult etiam illud euulgare, an peccet mortaliter etiā in hoc caſu. Reſpondetur ſanè, quòd ſi pars altera petit, vt publicetur, aut periculum incontinentiæ imminet, peccat mortaliter non publicando: etiam ſi copula illius matrimonij non vtatur. Nam ſecundum Victoriam ſi aliquis coniugum periclitetur de incontinentia, ſtatim alter coniux occurrere tenetur, debitum reddendo; A aliàs non eſt mortale differre per breue tempus. Imo, ſi ambo conſentiant occultationi ſui matrimonij, peccabunt mortaliter occultando, ſi ea damna timeantur, quæ ex clandeſtino matrimonio ſolita ſunt ſequi.

*Victoria.*

*De vſu matrimonij clandeſti.*

¶ Porrò ſi aliqua poſt matrimonium clandeſtinum cum priore viro, contrahit publicè cum poſteriori, peccat ſi cum ſcandalo habeat rem cum priore: ſecus ſi ſine ſcandalo in caſibus ſupra tactis cum illo coeat. Teneturque talis mulier iubente Eccleſia conuiuere cum poſteriore, ſi abſque periculo habendi rem cum illo ei cōuiuere poteſt. Alias cum tali ſibi imminente periculo nō poteſt B licitè ei conuiuere, neque tenetur tunc parere etiam ſi ſententia excommunicationis ob id feriatur.

*Quæſtio. De debito pet. ſtant. dubio.*

¶ Iam vero, niſi ab hac quæſtione nos ſupra expediuiſſemus, rurſus immorandum in ea nobis eſſet: quia hic Nauarrus nobis eam rurſus obijcit. Ad quam breuiter reſpondetur, ſicque ſingulari reſolutione ab eo reſoluitur nō differēter à nobis: ſed ꝙ forſitan aliquid clarius Nauarrus hic addit dicens ſic: Scientia, vel credulitate, vel dubietate durāte de morte prioris coniugis, reddentes, vel petentes debitum, peccant, quia contra conſciētiam practicam agunt (vt ſupponimus.) C Quia tenentur talem deponere dubietatem, vel credulitatem, ſi licitè reddituri ſunt. Sed differentia eſt, ꝙ qui certò ſcit priorem coniugem viuere, non poteſt deponere ſcientiā iſtam, neque ad petendum, neque ad reddendum. At vero qui probabiliter dubitat, vel credit primū mortuū eſſe, poteſt deponere ſuā dubietatē, vel credulitatē, credendo mortem prioris, ad effectum debitum ſoluendi, ſaltem iudice præcipiente. Qui vero ex leui tantum cauſa credit, aut dubitat de morte prioris, aut de eius vita, poteſt, quoad vtrūq; effectum tàm petendi, quàm ſoluendi debitum, deponere credulitatē, qua ex leui cauſa, credit eum viuere, credendo ꝙ verè mor- D tuus fuerit: & eodem modo ex tali leui cauſa conceptū dubium deponere valebit. Quæ eſt ſingularis reſolutio à Nauarro, in cap. ſi quis. de pœnit. diſtinct. 7. nu. 81. eleganter ſcripta. cap. 16. nu. 40. & 41.

*Nauar.*

*De pœni. diſtin.*

¶ Faceſſeret quoque nobis hic negotium, quod hic interſerit Nauarrus de modis extraordinarijs concūbendi cum vxoribus, niſi ſupra huic dubio feciſſemus ſatis. Ait enim Nauarrus, quòd copula (dum ſit intra vas naturale vxoris.) ita vt vxor poſsit ſuſcipere ſemen, & retinere non eſt peccatum mortale: [illegible] ſit modus habēdi eam: eſt tamen

*Nauarrus limitatur iuxta diſtin.*

tamen venialis: venitque grauiter obiurgandus talis: quia in hoc beſtialior eſt beſtia. Sed iam clarius, diſtinctiuſq; per diſtinctionem hanc quæſtionē dum de superegreſsione mulieris ſuper virum ageremus expeditam reliquimus, videto ibi. Nam quædā mulieres ſunt, quæ his fœdis modis coeuntes inter vas attrahunt, quę excuſari tunc poſſunt à mortali, quædam ſunt vero vaſis laxioris, aut frigidioris matricis, quæ non attrahunt, ſed perceptibiliter ſemen virile omnino effundunt, quas excuſare à mortali nulla ratione poſſumus, ſi ſic concubuerint, quāuis intra vas, ſi ex modo concumbendi, & ex ſua natura ſemen ſtatim extra effluit. Peccat inſuper mulier quanuis coniugata, quæ tactibus ſe polluit, vel cum periculo probabili ſe polluendi ſe tangit, aut id intendens.

*Diſtinct.*

## CAP. LXXXVIII.

*De ſatisfactione circa adulterinum partum.*

*De ſatiſfactiōe ob part. adulter.*

CIRCA peccatum adulterini, vel ſuppoſititij partus primū dicimus, quod ex iure canonico, cap. officij. de pœnit. & remiſsio. conſtat, ꝙ mulier, quæ ſuppoſuit alienum partum ſuo marito doloſe, vel quæ etiam ſuppoſuit marito partum adulterinum, quem ipſa ex adulterio ſuo ſuſcepit, abſoluenda eſt. Quæ quidem deciſio canonica ſecundum Panormitanum procedit, & ſecundum etiam communem: quando ex detectione talis criminis timor mortis, vel odij, vel propriæ famæ amittendæ pullulat: quia iſta bona altiora ſunt: atque adeò cum eorum iactura detrimento temporalis ſubſtantiæ à ſe illato illator ſubuenire non cogitur. Cæterùm ſi iam mulier ipſa de hac re laboraret infamia, periculumque ei abeſſet, profuturaque crederetur, teneretur tunc reuelare, ſi aliter damnum eſſet irreparabile. Teneretur inſuper reuelare filio adulterino, ſi tantæ virtutis eſſe crederetur, ꝙ ſecrę̄to perſuaſus à matre, ei fidem eſſet adhibiturus, totamque hæreditatem alijs fratribus legitimis & vterinis relicturus, alias non.

*Panormi.*

*Suppenēs partum an ſolu.*

¶ Sed conſequenter hic ſe offert, nobis obuia illa dubitatio: An filius hic illegitimus teneatur matri de ſua illegitimitate reuelanti ſecretum, credere. Et quidem ad hanc quæſtionem Metina in ſua inſtructione confeſſorum. folio. 121. §. 18. audacter ait, quòd talis filius valde ſtultus erit, ſi id velit credere, poſtquàm natus eſt in domo patris ſui, ſic, inquit, conſulendus à confeſſore ne matri credat. Non ſi id crediderit, ſcilicet, ſe eſſe illegitimum obnoxius erit in cōſcientia, ad hæreditatem alijs filijs legitimis reſtituendam, quòd ſi ſolum dubitarit de dicto matris, non tenebitur reſtituere ſemel aditam legitimam hæreditatis: quia in dubio melior eſt conditio poſsidentis. Hæc ibi Metina. Cæterùm Sotus in de iuſtitia & iure, libr. 4. quæſtione. 7. artic. ſecundo. quanuis concedat cum Metina, quòd filius ſpurius nullam tenetur matri quamlibet iuranti adhibere fidem, ſed in iudicio æſtimandus eſt legitimus, vt habetur. l. filium. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris: tamen quando filius ſpurius ſciens conuincitur tempore cōceptus ſui abfuiſſe ſuum patrem putatiuū, quia id eſt euidens: vel alia via conſtat ſpurio tempore quo eſt conceptus, ſuam matrem non fuiſſe ab illo putatiuo patre cognitam: vel quando tam vehemens eſt matris perſuaſio, quòd adulterinus intus in mente credere conuincatur, tenetur tunc hæreditatem abdicare à ſe in conſcientia, etiam ſi in foro exteriori ſibi adiudicetur: quia tunc ſententia fori exterioris fundaretur in falſa præſumptione.

*Quæſtio. Illegitim' an teneatur cred. matri.*

*Metina.*

*Sotus.*

*ff. de li.*

¶ Dicamus ergo reſolutiuè primùm, ꝙ non tenetur ſecundum omnes talis adultera ſe prodere, quando aliundè ſibi ſuppetit reſtituendi copia. Secundò, quòd conſtantiſsimum eſt inter doctores, quòd ipſa, ſi non habet, vnde reſtituat, nec probabiliter credit, quòd ſe ipſam prodendo proficiet, tunc nullo modo ſe reuelare tenetur, quia eſſet vanum opus. Tertio, quòd nemini dubium eſt, quòd ſi adultera non habeat, vnde reſtituat, probabiliter tamen credit, quòd ſe ipſam prodendo proficiet fietque debita reſtitutio, ſi fieri poſsit ſine vitæ & famæ detrimento, ſoli filio vel alijs paucis, occultè reuelando, vtique reuelare tenetur.

*Reſolu.* 1

2

3

¶ At licet hæc omnia extra controuerſiam ſint in hoc tamen tota difficultas verſatur, vtrum in caſu, quo vnde reſtituat caret, credit tamen ſe profuturam, fietque debita reſtitutio, ſi adulterium reuelet, an teneatur illud prodere caſu, quo ſine notabili & veriſimili famæ ſuæ & vitæ periculo, & detrimento id criminis nequit pandere. Et quidem Sotus de iuſtitia & iure, lib. 4. quæſtione. 7. artic. 2. in reſponſione ad 1. & Couarruias in regula peccatum, parte. 1. fo. 40. & Metina in ſua inſtructio. confeſſ. Maior, Adria. & Victoria tenent, limitantes Decretalem. capit. officij. de pœniten. & remiſsio. decernentem, quòd talis adultera eſt abſoluenda: quia non tenetur cum notabili detrimento famæ, aut vitæ ſe prodere. Quod hoc intelligatur regulariter ita fore obſeruandū, niſi in caſu, quo ipſa non eſſet tanti nominis & primogenituræ ius locupletiſsimū, ideo trāſiret ad extraneū: tunc inquiunt ij, teneretur, ſi eſſet profutura prodere ſe, cum notabili detrimentro ſuæ famæ. Nam per æſtimationem hominum, per quam in rebus temporalibus fit adæquatio iuſtitiæ, fit ſępe, vt fama inferioris hominis adæquetur pecuniæ, ſicut licet aurum genere ſuo ſit precioſius argento, nihil vetat magnum pondus argenti præponderet in valore minimo ponderi auri: & quia nulli licet ſuum protegere honorem, & famam cum detrimento, & iniuria bonorum temporalium alterius: ergo nec id licebit adulteræ cum detrimento legitimorum. Tenebitur ergo adultera, quando ipſa non eſt tanti nominis & ex ſuo facto præclariſsima primogenitura petranſibit ad alienū ſi non habet aliunde, vnde tantum damni recompenſet, ſi eſt profutura, cum iactura ſui honoris, & famæ tale crimē prodere. Et hoc eſt probabilius contra Caietanum, & Nauarrum, abſolute ſine limitatione docentes, quod cum iactura famæ, quia altioris ordinis eſt, non tenetur quis reſarcire damnum bonorum temporalium, ideſt, pecuniæ. At ſententiæ oppoſitæ Soti, & Couarruuiæ in iſto caſu excepto accedit Corduba in ſuo quæſtionario. lib. 1. q. 31. acceſsit Victoria. Metina quoque in ſua inſtructione confeſſorū, quanuis oppoſita Caietan. & Nauarri, quæ eſt communis extra iſtum caſum exceptum regulariter ſit vera.

*Difficultas quæ an cū pericul. famæ adultera teneatur.*

*Sotus. Couarru. Meti. Maior. Adri. Victor.*





*Gloſſatur decretalis.*

*Ratio.*

*Opinio probabil contra Caiet. & Naua.*

*Reſolut.*

¶ Sed adijcit Sotus, & Couarruuias, quòd etiam adultera ſi eſſet profutura, cūm periculo vitæ crimen detegere teneretur in egregio caſu, quo regnum aliquod ex eius adulterio, transferendum eſſet ad adulterinum, & extraneum. At quamuis hæc eorum aſſertio apparentia veriſimili non careat: tamen quo ad periculum vitæ, (teſte Corduba loco citato) omnes doctores oppoſitum tenent, quod & verius exiſtimat Corduba. Quia neque cum vitæ iactura tenetur quis reſarcire detrimentum in fama aliena iniuſte illatum, niſi ex tali infamatione infamatus, ob id ſubiturus eſſet detrimentū vitę, cui aliter obuiari non poteſt. Ergo neque ob bonorum temporaliū dānum regni, ſcilicet, amiſsi, cùm iactura vitæ regina adultera teneretur detegere crimen, etiam ſi eſſet profutura, niſi quando pacificaretur regnum, vitarenturque cædes, & bella, quæ alias ex ſucceſsione adulterini ſuccreſcerent. Alias extra iſtum caſum duriuſcula ſententia eſt reginam adulteram aliâs boni nominis, nulla laborantem infamia, cum iactura vitæ ad ſuum crimen detegendum adigere.

*Sotus & Couarru.*

*Adultera an cum peric. vit. teneatur reu.*

*Cord.*

¶ Sed illud quoq; non diſſonum à ratione mihi apparet, quod loco citato ait Corduba ſcilicet, quod cum detrimento ſolius famæ adultera profutura, tunc crimen reuelare tenetur, quando legitimus qui propter eius adulterium hæreditate fraudatur, non eſt filius ipſius adulteræ, ſed mariti ex alia coniuge defuncta. Nam ſi eſſet filius ſuus ille, qui ob id cum legitimus ſit: hæreditate fraudatur, nō teneretur tunc ipſa cum notabili famæ ſuæ detrimento ſe prodere: etiam ſi magna ſit hæreditas: qua filius ſuus legitimus exinde venit defraudādus. Neque enim in hoc iſte ſuus filius defraudandus eſt rationabiliter inuitus. Quia ꝓ matris honore, res tēporales poſtponere tenetur vti doctores aliqui cōmuniter tuentur. Quod rurſum limitādū adhuc hoc eſſe reor, ſcilicet, niſi præclara eſſet primogenitura, qua filius legitimus fraudaretur; ipſa autē ex obſcuro genere eſſet prognata, vbi conſanguineas, ſororeſque habuit non tanti nominis, neq; ipſa tāti nominis, aut reputationis fuit reputata, neq; habita; præſertim ſi maritus eam ante matrimonium fornicariè cognouit, eiuſque magis amore captus, quam generis, eam duxit vxorem.

*Limitatio Cord.*

*An mater pro legitimo ſe prodere teneatur.*

*Limitatur Cord.*

## CAP. LXXXIX.

*Quomodo adultera recompenſabit.*

AT nūc nobis quærendum reſtat, quomodo caſu, quo adultera pro recompenſando damno ſe prodere non tenetur, recompenſare alijs vijs poterit, aut tenebitur. Cui quæſtioni facit ſatis Scotus in. 4. d. 15. q. 2. poſt art. 4. in eius reſpon. dicens, quod tenetur inducere filium adulterinum, ad ingreſſum religionis hæreditatis incapacis, vel etiā capacis: dūmodo ante ingreſſum nūc iuxta Conc. Tridē. placitū tēpore ſignato renuntiet ſuam legitimā in legitimos. Et quamuis Sotus de Iuſtitia & iure, lib. 4. q. 7. art. 2. in reſponſione ad. 1. dicat quod non eſt cur ad hunc ingreſſum religionis perſuadēdū de iuſtitia teneatur: ſed Cordubæ loco citato videtur, quod teneatur. Nam de iuſtitia tenetur facere quantum poteſt: vt hæredes

*Quæſtio.*

*Qualiter recōpenſ. adultera.*

*Scotus.* 1

*Sotus.*

*Cord.*

A redes legitimi ſint indemnes, ſiue per hunc,
vel illum modum, & non per alium id effice
re poteſt. Vel inducat illum ad ſacros ordi-
nes ſuſcipiẽdos taliter, quod victũ ſibi quæ
rat ex beneficio, & legitimã legitimis imper
2 tiat. Quod ſi hoc ab adulterino mater preci
bus, nequeat obtinere: ex bonis parapherna
libus habitis extra dotem, legitimis hãc par
tem recompẽſet: & etiam marito de damno
illato. Quod ſi ſic recompenſare non poſsit,
tunc pro damno recompenſando filijs legiti
mis, & marito, abſtineat à victu & veſtitu
immoderato, & à pompa, ſolũ cõtẽta neceſſa
rijs, & laborando pro poſſe bona mariti au-
3 gere ſatagat. ¶ Quòd ſi nec hoc præſtare B
poſsit relinquat legitimis filijs in morte, par
tem illam quam in animæ ſuæ, vel extraneo
*Metin.* rum gratiam relinquere poſſet. Seu ſecundũ
Metinam in ſua inſtructione (ſi ad hoc opus
ſit) inter legitimos poterit de tertio & quin
to, vt in Hiſpania permittitur, facere melio-
rationẽ, vel in alijs regnis, pro vt in eis libere
relinquere filijs permittitur. Si tandem om-
nibus his ſit deſtituta remedijs: quod nihil
præſtare poſsit: ſecundum Scotum ſufficit
ei contritio.
*Quæſtio. An adulteræ liceat appel. legitimum. Nauar.*
¶ Ad illam quæſtionem autem, de qua
Nauarrus dicit ſe interrogatum, quia antece
denti eſt annexa, quãdó quæritur, an mulier C
genitum ex adulterio ſuo: ſi teſtatur, poſsit
in teſtamẽto ſuo appellare legitimum. Re-
ſpondetur ſecundum Nauarrum, poſſe qui-
dẽ ſic appellare; tum primo intelligendo le-
gitimum ſecundum æſtimationem vulgi;
tum ſecundò, quia multũm intereſt legiti-
morum eam teſtari, quo exoneret conſcien-
tiam, quantum plus poterit eis relinquẽdo.

# CAP. XC.

## *An adulter recompenſare teneatur marito adulteræ.*

*Quæſtio. An adultèr. pro adult. teneatur.*
SEd iam hic in illam arduã quæ
ſtionem incidimus, vbi de adul
tero diſquiritur: an ipſe quoque
ad aliquam reſtitutionẽ tenea-
tur. At primo, quidem ambige-
re quis hic poſſet. Vtrũ pro ſolo actu adul
terij, quia iniuſtus eſt, & iniurioſus marito
teneatur adulter marito adulteræ aliquid re
*Reſpon. Metin.* ſtituere: Reſpõdet Metina in ſua inſtructio
ne folio. 119. §. 18. quod licet talis actus ve
re ſit iniuſtus, quia mulier illa non adulteri
ſed mariti eſt: ſed non iſta iniuſtitia eſt ta-
lis, quæ ſolita ſit recompenſari, niſi ex illa

A aliud emergat damnũ. Nam nec omnis iniu-
ſtitia ſolita eſt compenſari, vt patet; baptiza
re aliquem contra ſuam voluntatem actus
iniuſtus eſt, quia Deus ſpõtaneos, & nõ coa
ctos voluit baptizari: tamẽ pro hac coactio-
ne nihil ei eſt rependendum.
¶ Quod ergo hic potiſsime vertimus in *Quæſtio.*
quæſtionem eſt, an adulter pro damno ex *An adul*
adulterio teneatur ſubſequuto: quando fi- *ter. adul*
lius adulterinus inde genitus patri putatiuo *na tene*
alendus ſupponitur & legitimam obtentu- *tur.*
rus eſt inter legitimos.
¶ Dicimus ergo, vt à clarioribus exordia-
mur, quod adulter ille non eſt à cõfeſſore in
B conſcientia cogendus, ad reſarciendum pa-
tri putatiuo, & filijs legitimis prædictum
damnum: quando non credit, neq; credere
debet, quòd talis adulterinus ſit filius ſuus.
¶ Quibus autem caſibus id credere non te *Tenetur*
netur: reſtat explicandum, ſecundũ Nauar- *adulter*
rum. Primo quando ipſa mater præſefert *cred.*
ſpeciem leuitaris, ſolitaq; eſt cum alio, vel *Nauar.*
alijs adulterari. Siue quando ipſa quoq; du-
bitat, an ſit mariti, vel adulteri. Siue quando
ipſe reputat eam ad ſe obligandum mentiri:
tunc adulter, quia nõ tenetur ei adhibere fi-
dem, neq; etiam quicquam reſarcire tenetur.
Et in hoc veniunt omnes & Nauarrus, &
C Sotus.
¶ Sed quod magis vrget eſt, quid ſi cre- *Quæſtio.*
dat, vel credere debeat adulter illum adulte *Vis diffi*
rinum eſſe ſuum, quia tempore conceptio- *quando*
nis maritus aberat, & illa, quia alioquin erat *creder. te*
honeſtiſsima, & præclara pollens fama, & ſi *netur.*
habuit rẽ cum illo fuit vi, aut minis, terrori-
bus adacta, & poſthac, nuſquam ſiniſtra la-
borauit fama, timotatæq; conſciẽtiæ eſſe re
putatur. Si his, aut alijs vehementibus ſignis
ſuum eſſe ipſa quoq; confitente, cõuincatur
in hoc ſtat tota vis difficultatis. Nam in hoc
caſu Sotus lib. 4. q. 7. art. 2. ait reuera ſe non *Sotus.*
videre cur adulter in hoc caſu ad aliquã reſti *Ratio. 1.*
D tutionem teneatur. Primo quia. l. Lucius *ff. de co*
ſcriptum eſt. ff. de condi. & demonſt. nemo
cuius patris filius ſit, ſatis probare poteſt.
Secũdo, quia ſi ei, vel ex facie, vel aliqua alia 2
via conſtiterit eſſe ſuum filium, tamen ipſe
adulter ipſum non ſuppoſuit marito, nec ei
ſuaſit, vt ſupponeret. Tertio quia ipſe adul 3
ter cauſa remota fuit illius ſuppoſitionis, &
damni. Quia poſtquam ipſa libere adulterio
conſenſit, ipſi adulteræ incumbebat, quid
de filio ſuſcepto eſſet diſponendũ. Propter
has ergo rationes adijcit Sotus ibi, quod *Opinio*
etiam ſi certiſsimum ſit adulterum illum fi- *Soti*
liũ genuiſſe, ad nihil tenetur de iuſtitia re-
ſtituere



ſtituere filijs, aut marito, ſi nolit: ſed ſolum A
de honeſtate, & decentia citra periculum, &
ſcandalum, ſi prædiues ſit, tenebitur, ſi velit
filijs legitimis & patri putatiuo aliquid cõtri
buere, adulterinũ filiumq; nutrire. Hæc Sot.
*Sententia Nauar.* ¶ Nauar. vero cap. 16. nu. 4. contrarium
prorſus ſentit, ſcilicet, quòd ſi adulter credit,
vel credere debet eum eſſe filium ſuum, tene
tur patri putatiuo ſoluere impenſas, quas in
nutriendo eum fecit: & etiã hoſpitali ſi apud
illud expoſitus fuit: niſi paupertas adulterũ
adulteramq; excuſet. Inſuper & prædicto
patri reſtituere tenetur dotem, aut ſponſali- B
tiam largitatem, ſi quam dedit ei: imo & filijs
legitimis id quod de patris putatiui hæredi-
*D. Anto.* tate adulterinus adeptus eſt. Sic D. Antoni.
3. parte titul. 2. cap. 7. ſub finẽ. Hanc quoq;
*Sylueſt.* Sylueſter, & opinio communis probãt. Cui
*Metin.* ſubſcribit Metina in ſua inſtructione folio.
121. §. 18. dicens, quòd adulter in hoc caſu
obnoxius eſt adiumentum præſtare ad reſar
ciendum damnum: ſi talem filium, ex tali
adultera credit ſe genuiſſe.
*Rationes Nauar. cõtra Sot.*
¶ Nec debiliter, ſed ſatis neruoſe hanc
ſuam & opinionem communem (quæ etiam
fertur fuiſſe Victoriæ) corroborat Nauar- C
1 rus his rationibus cõtra Sotum. Primò quia
hæc eſt communis, quæ videtur lõge verior.
2 Secundò, quia adultera, ſecundum Sotum te
netur: ergo adulter quare excuſabitur? Nec
enim propinquior cauſa damni fuit adulte-
ra, quam adulter, quia id damni non conſe-
quitur immediate ex adulterio, vel ex par-
tu, ſed ex vita eius quem peperit ipſa, quem
3 ipſe quoque adulter genuit. Tertiò, quia
adulter eſt cauſa ſatis propinqua licet non
proxima. Nec oportet cauſam eſſe omnino
proximã, qua de damno quis teneatur iux-
4 ta notata in capit. finali. de iniurijs. Quarto,
quia adulterium ſuapte natura ordinatur ad
generandum, & medium & via eſt ad illud D
damnum quod eo ipſo, quo genitus eſt filius
infert. Et cum adulteriũ ſit res illicita, obli-
gat ad id damnum, quod ex ipſo cõſequitur,
vt effectus eius, quo caſu etiam cauſa remota
*De homi.* nocet cap. finali de homicidio.
¶ Iam cogitanti mihi, quid ad hanc quæ-
*Sententia* ſtionem ſit dicendum, quomodo Sot. & Na-
*autoris.* uar. in hoc ad concordiam redigam, non oc-
*Dictũ. 1.* currit. Dico ergo primo: quod certe iſta opi-
nio communis Nauarri, D. Antonini. Sylu.
Victoriæ, & Metinæ, tanquam verior eſt te-
2 nenda. Secundò dico, ad temperandum ali-
*Temperatur opinio cõmunis.* qualiter eius rigorem, quod quia rationes So
ti incontra aliqualiter ſunt apparentes; &
præſertim illa, cuius vi non ſatis per ſuas ſo-

A lutiones ſatisfacit Nauarrus: Quia licet adul
ter fuit cauſa geniti, ſed non cauſa ſuppoſitio
nis talis, quia id adulteræ non ſuaſit. Et quia
vix contingit & raro tanta certitudo, vt ad
omne damnum integrum adulter ſit de iuſti
tia abligandus. Item quia ſi ipſa adultera cũ
perſenſit ſe concepiſſe, ſtatim procuraret
aborſum, ad occultandum ſuum crimen ipſe
nõ teneretur, ſicut aliquæ virgines in ſtuprũ
conſentientes: cum primum ſentiunt ſe gra-
uidas, ſi ad protegendũ ſuum honorem, ſoli-
tæ ſunt recurrere ad aborſum, qui cum eis rẽ
B habuere, non tenẽtur de homicidio aborſus,
ſi tale homicidium non perſuaſere: quare er-
go adulter tenebitur de ſuppoſitione filij
adulterini, quem ipſa nõ perſuaſa ſuppoſuit
marito? Niſi dixeris, quod magis de per ſe ſe
quitur ex adulterio iſtud damnum ſuppoſi-
titij adulterini fætus, quam eius aborſus,
aut occiſio.
¶ Igitur reſolutoriè ſub cenſura melius *Reſolutio.*
ſentientium dico, quamuis contra Sotum: ſe *Sotus.*
cundum Nauarrum & communem, de iuſti- *Nauar.*
tia cũ credit, vel credere debet, adulter, quod
talis filius ſit ſuus ad recompenſationẽ dam-
C ni teneatur, ſed non in integrum, ſed arbitrio
boni viri, ſecundum iudicium prudentum
magis, vel minus reſtituet: quãta maiori, vel
minori certitudine tenetur, quòd talis filius
ſit ſuus: & attento, quod poterat illa ante ani
mationem illum, licet cum culpa mortali
abortiri, & ſic nõ ſupponere marito, ſicut ne
que ſine culpa graui, ſupponit illum. ¶ Huic
meæ ſententiæ, ſi quicquam valet videtur ac
cedere Cord. in ſuo tractatu de caſibus con- *Cordub.*
ſcientiæ. q. 102. penes finẽ illius. Vbi ſic ait; *ſubſcribit.*
Adulter tenetur in conſcientia, ſi certus eſt
ſit ſuus, erogare alimenta, quibus educetur,
& nutriatur. Tantoq; magis, vel minus pro
alimentis erogare tenetur, quanto magis, vel
D minus certus eſt, quod ſuus ſit ille. Neque
enim iſta certitudo, quia moralis eſt, cõſiſtit
in indiuiſibili. Tenetur, inquã, illum in hoc
caſu alere magis, vel minus contribuendo
iuxta talem maiorem, vel minorem certitu-
dinem, & iuxta facultatem ſuam non ſubtra
hendo legitimis neceſſaria alimẽta quo adul
terinum iſtum nutriat. Quod ſi hoc verum
eſt quòd iuxta mẽtem Cordubę huic adulte *Cordub.*
rino non ſunt integre ſemper alimenta præ-
ſtanda, ſed aliquando magis, aliquando mi-
nus, ſecundum quod magis, vel minus eſt cer
tus, quòd ſit ſuus filius, ſequitur, quod neque
etiam in integrum teneatur adulter patri pu
tatiuo, & alijs eius filijs legitimis reſtituere
totum damnum, etiam in caſu, quo neque

adultera ſuam partem poſsit reſarcire. At citra integrum tenetur ad magis, vel minus reſtituendum, ſecundum quod eſt magis certus, vel minus certus, quòd ille ſit ſuus filius, & attentis etiam alijs cauſis præallegatis. Quia ego certe inter non integra alimenta præſtanda, & non totum integrum dānum reſtituendum nullam perſentio diſparitatem. Huic meæ ſententiæ videtur accedere Metina in ſua inſtructione loco allegato, licet non tam clare. Vbi ait, quod adulter tenetur adiuuare ad recompenſandum id damni: quando intelligit ex adultera ſuſcepiſſe hunc filium. Tenetur inquit adiuuare; quaſi dicat tenetur aliquid in id damnum recompenſandum conferre: ſed non ipſe totum in integrum reſarcire, ſed adiuuare. Ecce de iſta perplexa quæſtione quid habui dicendum. Ignoſcat pius lector prolixitate, nec enim clarius putaui me poſſe explicare.

*Meti. accedit.*

¶ At in dubio, cum adulter aliquam certitudimem moralem non habet, aut debet habere, quod ſit ſuus, ad nihil omnino nec tali filio, nec alijs cenſeo fore obligandum. Et puto omnes in hoc conuenire: quia in dubio melior eſt conditio poſsidentis ſuam pecuniam cæteris paribus.

## CAPVT XCI.

### *Adulter quomodo in vita, vel morte reſtituet.*

*Reſtit. pro adulter. qualis.*

AT iam conſtito, quod adulter cū credit, vel credere debet: ꝙ filius adulterinus ſit ſuus: reſtituere debet de iuſtitia, licet nō in integrum, refert ſciſſe reſtitutio hæc quomodo in vita, aut quomodo in morte facienda ſit. ¶ Nauarrus autem ſic hanc reſoluit quæſtionem. Perſona, inquit, obligata ad reſtituendum ratione filij adulterini, primo reſtituet omnes expenſas, & alimenta quæ ſubminiſtrauit pater putatiuus adulterino: excepto inde, ſi quid mercedis meruit filius adulterinus, & putatiuus per ſuum laborem, & induſtriam rem familiarem patris putatiui augendo.

*Limitatur Nauar. Cordub.*

¶ Sed iam circa hoc rigorem ſententiæ Nauarri limitantes, diximus, quod alimenta, & expenſas has ſecundum Cordubam, ſicut non tenetur adulter erogare, ad integrum: ita ſi pater putatiuus eas fecerit, non tenetur pro eis recompenſare ei ad integrum, ſed aliquid citra integrum magis, vel minus, ſecundum quod magis, vel minus eſt certus, quod ſit ſuus filius penſatis quoque alijs cauſis, quæ interueniunt, vel ſolitæ ſunt interuenire. ¶ Ipſa autem adultera, quia omnino eſt certa, quod adulterinus ſit, & quia illum ſuppoſuit, ad integrum tenetur reſarcire omnia damna, & expenſas: dum ad id adulter nihil reſtitutionis confert. ¶ Debetque gerere propoſitum talis adultera, vel adulter obligatus, reſtituendi cum oportuerit id, quod adulterinus filius de patris putatiui bonis, acquiſiturus eſt, ſi ſuperuixerit illi patri putatiuo. Sed iam diximus de hoc adulteram teneri omnino. At ipſe adulter non in integrū, ſed penſatis cauſis arbitrio boni viri.

*Adultera ad quanti ten.*

¶ Si autem perſonę ad reſtitutionem obligatæ, adulteri, ſcilicet, in articulo mortis ſint iam conſtituti, filijs legitimis, læſis relinquere habent non quidem tantam partem, nec in tanto valore, quanto legitima iam acquiſita à filio adulterino, poſt acquiſitionem, ei valeret, ſed multo minus arbitrio boni viri, propter incertitudinem euentus.

*In articul. mort. quis modus.*

¶ Si autem in articulo mortis reſtituat adultera ſuam partem multo minus tunc reſtituturus eſt adulter attentis cauſis, ſupra dictis, & attenta iſta cauſa, quæ quia communis eſt adulteræ, & adultero in mortis articulo ab integre reſtituendo poteſt excuſare vtrumque, attenta, ſcilicet, iſta cauſa, quod bona patris putatiui acquirenda poſt eius mortem à filio adulterino, minus adulterino valent propter dubium quod in futurum impendet. Quia dubium eſt quisnam ſit prius obiturus mortem, pater putatiuus, aut filius adulterinus. Nam ſi contingat, quod filius adulterinus præmoriatur patri putatiuo, tunc filius adulterinus nihil acquiret, tuncque pater putatiuus ſuperſtes, filijque legitimi nullo afficientur detrimento ob adulterinum.

*Ratio non integræ reſtitutio.*

¶ At contra Scotum eumque ſequentes, ſuperaddit Nauarrus, quod adulter pater antequam confiteatur, reſtituturus eſt damnum quod patri putatiuo, fratribuſque legitimis antequam ſuccedat patri putatiuo, adulterinus intulit: quādo huiuſcemodi dānum iam actu eſt illatum. Sed dico bene quidem, ſed non integre: ſed cum moderamine ſupra memorato.

*Nauar. contra Scot.*

¶ Sed quid iam tandem, vtrum reſtitutio iam facta in hoc caſu ab adultero liberet adulteram, & econtra. Nauarrus videtur tenere, quod quilibet eorum, altero non reſtituente ſuam partem, teneatur in ſolidum reſtituere. Sed puto dicendum cum Nauarro, quod ſicut reſtitutio alterius integra alterum liberat à reſtitutione: ita altero nolente, aut non potente reſtituere alter obligatur ad reſtituendum damnum. Sed in hoc diſsidemus à Nauarro: quia ipſe putat vtrūque tam adulterum, quam adulteram teneri in ſolidū: ego autem cenſeo, ipſum propter prædictas rationes inſolidum non teneri.

*Quæſtio. An reſtitutio hic eſt facie.*

*Autor diſſidet à Nauar.*

¶ Sed quid, ſi adulter prius, vel adultera prius inſolidum reſtituerit, an qui non reſtituit iam reſtituenti teneatur aliquam partē refundere: ſicut fit in ſimul concurrentibus ad furtū: ita quod vnus ſine alio, furatus aliquam rem non fuiſſet, cuius rei, ad vtrumq; nulla pars peruenit. Nam in hoc caſu, ſecundum Cordub. vno in ſolidum reſtituente, ſicut tenetur, alius poſt reſtitutionem tenetur ei ſuam refundere partem: an ita dicendū ſit in caſu præſenti. Sed certè exiſtimo hanc regulam reſtitutionis hic integrè, & ad amuſſim non poſſe ſeruari. Nam ipſa adultera, ſi quid patri putatiuo pro adultero reſtituit, totum hoc in commodum etiam ſuorū filiorum legitimorum cedit, qui patri reſtituto ſunt ſucceſſuri. Quare ergo tunc tenebitur adulter ad aliquā partem adulteræ. Sed ſi prius reſtituerit adulter, præſuppoſito, quod non eſt reſtituturus in ſolidum, quia integrè reſtituere non tenetur, & ſuppoſito, quod, vt regulariter fit, ipſa adultera perſuaſa ab adultero id criminis adulterij commiſit, non tenebitur ei ipſa aliquam partem refundere. Satis ergo erit ſi curet, in hoc caſu, vt defectum reſtitutionis ſuppleat compenſando quod vſque ad arbitrium boni viri recompenſandum reſtat de damno. Ecce iam ſatis, prolixam arduamq; quæſtionem (neſcio an prout par erat) ſuis numeris abſolutam expeditamque relinquimus.

*Quæſtio. Quid ſi alter prius reſtituat.*

*Cordub.*

*Reſpon.*

*Ratio.*

## CAP. XCII.

### *De furto & de eius quantitate.*

DE furto dicturi præſupponendum eſt, quòd circunſtantia, licet non ſemper mutet ſpeciem: illa tamen circunſtantia, quæ facit mortalem actum, ſine qua actus ille talis non eſſet, mutat quidem illum in genere moris. Atque ideò in genere moris furtum paruum, quod non eſt culpa mortalis, differt, à furto magno, ꝙ attingit ſpeciem mortalem.

¶ Cæterum, quia iam hic materiam de furto aggredimur explicare, & quia furtum licet ex ſe & ſuo genere ſit peccatum mortale: tamen ex paruitate materiæ contingit fieri veniale, excuſarique à mortali, obuia primo hic fit difficultas; Quænam ſit paruitas quantitatis, quæ in furti materia excuſet à mortali, ſolumq; tale furtū efficiat veniale.

*Quæſtio.*

*Quænam quantitas venial. furti.*

¶ Et quidem Nauarrus ſatis ſcrupuloſe in hac parte, vt timoratæ conſcientiæ eſt, philoſophatur. Ait etenim quod iuxta ſuū conſilium conſuleret ſibi confitenti, ſeu ſe conſulenti, ꝙ reputaret pro notabili quantitate quo ad effectum conſtituendi culpam mortalem. Primo ſummam duorum regaliū, vel 1 iuliorū, imò vnius & etiam dimidij, & quod non haberet pro tali minorem quarta parte regalis, vel Iulij, in hac regione, nec in alia quæ pecunia æque, atque hæc abundaret. Nec damnarem, inquit, eum qui teneret mediam, inter quartam, & dimidiam, non eſſe notabilem. Secundoq; pro tali haberet vnū 2 hœdum, caponem, & etiam vnam gallinam mediocrem, etiam in regione, vbi illa dimidio regali, vel Iulio non valeret, etiam duodecim ouorum ablationem. Et idem, inquit, dicerem de quarta tritici, & quarta vini. Sed certè quis non videat, quam ſcrupuloſa res ſit, dimidium argenteum æſtimare materiā eſſe peccati mortalis, inſuper, & vnam gallinam in regione vbi dimidium regalem valeret, vt in aliquibus regionibus Indiarum ex abundantia earum valet, licet ibi non multū abundet pecunia, vt Beneçuelæ conſtituere materiam furti mortalis: Quaſi pro tam miniminis niſi aliæ maioris nocumenti interueniant circunſtantiæ paratus ſit Deus detrudere homines in infernum, quos tam chara vita, tam pretioſoque redemit ſanguine.

*Nauarrus hic minutus.*

*Notatur Nauar.*

¶ Igitur licèt non in omnibus primo conuenio cum Nauarro? nam hæc quoque ſententia eſt Soti & communis, ſcilicet, quod ſi quis rem minimam, quæ licet in ſe ſit minima, cauſa tamen erit notabilis inde ſubſequēdi damni, furatur, peccat mortaliter. Vt verbi gratia, mortale furtum eſt non ratione materiæ, ſed ratione grauis adiuncti damni, ſi quis ſartoris acum furetur: dum credit, aut credere debet, quod exinde damnum notabile ſartori paratur: quia carebit acū ad lucrādum victum quotidianum pro ſe, & pro filijs: quia dāni cauſam dat talis ſubreptio. Idem dicendū eſt de furante rem paruulam, ex quo tamen furto nouit dominum magna moleſtia, & perturbatione afficiendum. Vt quia, verbi gratia, dominus frugem alicuius arboris ſecundum Metinam, ad ſuum ſolatium, & ad alteri domini præſentandam magni faciebat, ſciuitque ſubreptor ideo magnopere fore perturbandum.

*Sententia autoris ex plurib. collecta.*

*Res minima quādo conſtit. mortal.*

*Metin.*

3 ¶Dico inſuper ſecundò cum Soto de iuſtitia & iur. libr. 5. quæſt. 3. arti. 3. quod aliqua pecuniæ quãtitas tanta eſt, quæ per ſe abſq; vllo perſonæ reſpectu cauſa eſt in furto peccati mortalis, vt verbi gratia, duo vel tres aurei ducati. Quare etiam ſi à rege ſurripiatur licet eos videatur floccipendere, nihilominus eſt mortale. Quia rex etſi prædiues ſit, pluribus quoque indiget ad ſuſtentationem regni. ¶Rurſus alia eſt tam exigua materia furti, quæ ex ſe ipſa videtur carere tanta culpa mortali. Vt verbi gratia, argenteus nummus, vel duplus, quem ſecundum Sotum, ſi quis ſurripiat, non committeret mortale niſi ob paupertatem illius, à quo ſurripit: vt ſi à miſero illum ſurriperet. Quia auget damnũ id, quod per ſe parum eſt, dum eſt cauſa maioris. Ita hic contra Nauarrum, non tantum ſe reſtringens tenet Sotus, docens ex ſe nummum argenteum, vel duplum non eſſe materiam ſufficientem ad conſtituendum peccatum mortale in materia furti. Et quando Nauarrus pro ſe allegat Inſtitu. de rerum diuiſione. §. gallinarum. dicens, quod ibi pro acceptione vnius gallinæ poſsit dari actio, reſpõdet Sotus, quod ius ciuile ibi nihil aliud habet, niſi quod aucupium domeſticarum auium ſit furtum: ſed tam parũ eſſe poteſt, vt ridiculus haberetur, qui de illo ageret in iudicio.

*Sotus.* *Nota.* *Sotus.* *Sotus contra Nau.* *De rerum diuiſio.*

3 ¶Adde tertiò ex mente Soti, ꝙ qui furatur minima ab homine puſillanimi, qui in minimis maximè offenditur, atq; animo perturbatur, & affligitur, & forte ad iracundiam cõcitatur, ſi habeat animũ nocendi per illa minima, peccatũ erit mortale, quia violatur charitas, & amicitia. Sotus dicit minima illa eſſe, quibus homines anguſti cerebri vehementer offendi cõſueuerũt. Nam tam puſilla poſſent eſſe furta, ſicut tam modica offenſa etiam verborũ, vt ludibrio haberetur, qui inde ſe putaret offenſum: & tunc huiuſmodi læſio non eſſet culpa mortalis. Ita Sotus, cui accedit in ſua inſtructione Metina. ¶Accedit quoque, quod peccatum mortale eſt etiam nocere in minimis, quando ſic hic eſt animus nocendi in maioribus. Et ſic intelligitur Diuus Hieronymus, decimaquarta quæſt. 6. capit. finali. Imo ſecundum Caietanum ſic interpretantem Diuum Thomam, in calce ſolutionis, qui habet animum furandi, & inferendi nocumentũ proximis, etiam in talibus minimis, poteſt peccare mortaliter ſicut in ſolo cogitatu per conſenſum. ¶Senſus igitur Diui Thomæ eſt (vt ipſe putat) qui habuit animũ nocendi ſimpliciter, etiam ſi noceat in minimis peccat mortaliter, propter animum ſe ad maiora extendentem.

*Sotus.* *14. quæſtione. 6. Caiet. gloſ ſat d. Tho.*

A

4 ¶Quartò aſſero ſubtimidè tamen, non tamen ſine aliquali apparentia, quòd furari duos argenteos in noua Hiſpania ab homine non omnino paupere, ſed potius indigente, quam abundante, qui die quo non laborat, non manducat ipſe, nec ſua familia licet alias domum, & aliqualia ſupellectilia habeat, eſt peccatum mortale. Nam ſi ſecundum Nauarrum furari ab his in Hiſpania argenteum, eſt mortale: quare in noua Hiſpania ab huiuſmodi conditionis hominibus, furari duplum argenteum numum non erit mortale. Nec enim (licet in ſeculis aureis aliud eſſet) eſt jam tantus exceſſus inter veterem Hiſpaniam & nouam, vbi hæc noua toties expoliatur, vt vetus Hiſpania ditetur. Et quia tollere ab his duos argenteos eſt ab eis tollere per diem ſuſtentationẽ propriam, & familiæ quod eſt notabiliter eos tribulare & aggrauare. Et quia, licet ij cum ſint officiales mechanici maius ſtipendium quotidianum lucrentur: ſed ita quoque pro victu, & veſtitu, & neceſſaria ſuſtentatione domus maioribus ſumptibus indigent.

*Nota in noua Hiſpania.*

B

5 ¶Vltimo dixerim planè, quod illa regula Sylueſtri, quam ſuper hanc materiã tradit, verb. furtum, quæſt. 4. apparet mihi ſummè cordata, ſcilicet, ꝙ inter iudicandum de quãtitate furti ſufficienti ad conſtituendum peccatum mortale ſtabiliri nequit infallibilis regula, ſed arbitrio boni viri de hac quantitate eſt iudicandũ. Nam, vt ait Nauarrus, ſumma latin. cap. 17. nu. 3. in aliquibus epiſcopatibus ſtatutum eſt per conſtitutiones ſynodales, ne ſententia excõmunicationis pro quãtitate minori duorum regalium feratur. Quaſi illic per tales ſynodales ſit declaratũ, quod cum excõmunicatio maior ferri non poſsit, niſi pro quantitate furti mortalis, quod tale furtum duorum argenteorum ſit mortale, & non minor quantitas. Sed Nauarro non placet dicere, ꝙ licet ſynodales illam quantitatem duorum argenteorum pro ſufficienti furto, ad excõicandũ ſignauerint; quòd ideo minor quãtitas, quam duorũ regalium nõ ſufficiat ad conſtituendum furtum mortale.

*Regu. Sylueſt. cordata.* *Nauar.*

C

D

¶Igitur inter tantam varietatẽ ſententiarum, illa regula ad iudicandũ hoc in hac materia potiſsima eſt, vt ſecundũ Sylueſt. penſentur omnes circunſtantiæ conditionũ perſonarũ, regionũ, locorum: an multa copia auri, & argenti regio abundet: quæ perſona ſit quæ patitur furti ſpoliũ, an diues, vel minus diues, an pauper. Quia his libratis circunſtantijs, ſi apparet ex quantitate ſibi ſurrepta, perſonam

*Quid reg. Sylue. dictat.*



perſonam, notabiliter grauari: illa quantitas reſpectu iſtius perſonæ ſufficiens erit ad conſtituendum furtum mortale: nec excuſabitur à mortali, ſi ſurripuit talem quãtitatẽ licet modicam. Et patet ex ratione Sylueſt. quia aliquando pauperi argẽteus vnus plus præſtat, quando inde ſe alit, & totam familiam, quam duplus argenteus diuiti: & ſi perſona ſit diues ſurreptio duorum regalium, vt ait Sotus, nõ erit mortalis reſpectu illius. Et licet iſta regula ſit valde conſona rationi, tamen, quia eſt vniuerſalis; & ſecundum D. Thom. ſermones vniuerſales non tantum proſunt: aſpiciendum eſt ad aſſertiones ſuperiores, vt per eas nos regulemus.

*Ratio Sylueſt.*

A

B

¶Præterea ſecundum Nauar. actio doli forte non datur contra decipientem citra quantitatem duorum ducatorum vt eſt certè tale furtum, eſt mortale reſpectu cuiuſcunque. At an in noua Hiſpania quantitas argentei quadrupli, toſton nuncupati, quod ſufficiens materia ſit ad conſtituendum mortale dubitatur. Sunt qui affirmant, quod in Indijs vel in noua Hiſpania, niſi furetur aliquis vltra argenteum quadruplum, ideſt, toſtonem, non erit furtum mortale. Quod ex ſententia Soti forte ſibi videntur probare, quia ſecundum Sotum in Hiſpania abſolute loquendo, non reſtringendo ad furtum factũ à paupere ſpoliato, furari duplum argenteum non eſt mortale: ergo in noua Hiſpania vbi magis abundat pecunia non erit mortale furari argenteum quadruplum, ideſt, toſtonẽ. Sed dico, quia experientia teſte, noua Hiſpania eſt euacuata, & vetus Hiſpania inde locupletatur. Et quia regulariter exceptis quibuſdam prædiuitibus mercatoribus, alia vulgaris gens non minorem patitur pecuniæ penuriam, quàm in locis Hiſpaniæ. Imo excepta carne, quæ vænit in macello, cæteræ res, & merces pro victu & veſtitu, & ſuſtentatione familiæ neceſſariæ carius illic væneunt: idque non, quia illic ſit tantus exceſſus pecuniæ, ſed quia inopia eſt illic mercium, vel quia ex Hiſpania vehuntur magnis expenſis, & tributis perſolutis: vnde incolæ nouæ Hiſpaniæ, ad ſui ſuſtentationem maiori pecunia indigent. Vnde clamant paſsim viri, atque fœminæ conquerendo ſe eſſe ſummè egenos. Vbi ergo in arcis nouæ Hiſpaniæ tam tenuis eſt copia quomodo auſit quis affirmare, quòd regulariter loquendo furari illic quadruplum argenteum, ideſt, toſtonem non ſit mortale, niſi forte furetur illum ab eo, quem nouit prædiuitem.

*Quantitas furt. mortalis in noua Hiſp.* *Dictũ autoris.*

C

D

## CAP. XCIII.

### De furãtibus minima diuiſim, vel coniunctim.

IAm ſupradictis confines fiunt hæ quæſtiones tres, prima quãdo ex multis quilibet ſuũ modicum diripiendo de fructibus horti, aut vineæ deuaſtãt hortum, aut vineam quali peccato peccent mortali, aut veniali. Secunda eſt, qua quæritur idem de vno eodemque furante modicum ſigillatim, multoties tamen, ab eadem hæreditate vel vinea. Tertia quæſtio eſt, qua quæritur idem de furante à pluribus, à quolibet tamen modicum. Igitur ad primam quæſtionem ſecundum Cordubam in tractatu de caſibus cõſcientiæ, eam quæſt. 70. differentem optime dico, quòd ſi tales coniunctim ſe contulerunt ad inuadendam vineam, fructuſque diripiendos eius, taliter aſſociati, quòd vnus non pergeret ſine alio, & ſic vnuſquiſque modicum quid fructus, dum diſcerpit, tandẽ deuaſtarunt vineam, peccarunt mortaliter, quia quilibet fuit in cauſa, quod alius, vel alij etiam pergerent, & inferrent damnum, ſtragemque notabilem, teneturque quilibet eorum in ſolidum reſtituere totum damnũ. Quòd ſi vnus eorum iam reſtituerit in ſolidum, cæteri huic tenentur reſtituere ſuas partes. Niſi aliquis eorum fuerit principalis inductor, qui eos exhortatus eſt, & deduxit, excitauitque ad tale furtum; quia iſte tenetur inſolidum recompenſare damnificato. Sed cæteri damnificato non tenentur inſolidum, ſed pro ſuis tantum partibus, ſicut pro ſuis tantum partibus tenẽtur principali iam ſi ſoluit inſolidum. Sed de hoc vltimo correctius dicturi ſumus & limatius cum Soto.

*Quæſtio.* *De furãtibus minima.* *Cordub.* *Quando ad fructũ perrexere coniunctim.* *Sotus.*

¶Secundo circa eandem quæſtionem diſtinguimus. Quia ſi tales prædicti deuaſtatores vineæ, vel hæreditatis, perrexerũt ſeorſum, & ſigillatim, tamen non erant ignari furtorum modicorum, quæ ſinguli committebant: vnuſquiſque & in hoc caſu, & peccauit mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem, non tamen ſinguli in ſolidum, ſed vnuſquiſque tantum pro ſua modica parte. Peccarunt (in quam) mortaliter ſurripiendo minima, quia quilibet eorum in cauſa fuit, quòd illatum fuerit notabile damnum. Et quia cum cõmuniter fertur, quod furtum minimum non eſt mortale, intelligitur eſſe verum quando non eſt cauſa inferendi graue damnum.

*Dictũ. 2. Quando iere ſeorſum.*

¶In caſu autem, quo quilibet prædictorum eorum ſeorſum, neſciuit, neq; debuit

*Dictũ. 3.*

*De ignorā ter cūtib. ſeorſum.*

ſcire, quia non erat veriſimile, ꝙ alij ſimilia modica furta perpetrarent, tunc licet non peccarint mortaliter, quilibet ſurripiendo puſillum fructus, tenentur tamen cum primum reſciuerint, tam graue detrimentū per eos illatum, id reſarcire. Et ſi fulminata eſſet poſtea excommunicatio contra tales vaſtatores ea ligarentur, niſi ſatisfacerent. Quod concedit Nauarrus licet perneget eos in hoc caſu peccaſſe mortaliter, aliàs ad ſuam modicam exoluendam partem, quilibet tenetur.

*Nauar.*

*Quæſtio. De furante plura modica ab eodem Sotus, Cord.*

¶Ad ſecundam verò quæſtionem, reſpondet Sotus in de iuſtitia & iure. lib. 5. quæſt. 3. arti. 3. ad 3. argum. ſimul cum Corduba loco citato. Primò, ſi à principio concepit animum ſurripiendi in notabili quantitate minutatim; & pluribus vicibus, ne perciperetur magnæ quantitatis furtum, tunc à principio iſtum concipiendo animum, peccauit lethaliter. ¶ Si autem bona fide nō intendens notabilem quantitatem ſemel, atque iterum diuerſis temporibus modicum quid tantum furari voluit, ex tunc, & non ante tale furtū incipiet eſſe mortale: licet modicum, quando coaſſumptum cum alijs præteritis modicis furtis incipit eſſe notabilis quantitas: aut inferre graue damnum. Vnde iſtud furtum cum præteritis modicis ſimul reſtituendum eſt: quia iſtud poſtremum furtum licet modicum, operatur notabile damnum in virtute furtulorū præcedentium: ſicut gutta poſtrema cauat lapidem, virtute præcedentiū. Quia, vt ait D. Hieronymus, nihil refert, an paulatim, vel ſimul aliquem interimas, vel ſpolies, ſiue damnifices. Accedit Metina Complutenſis de reſtitutione. quæſt. 10. Tamen hic Nauarrum habemus aduerſum, quia in ſumma Hiſpani. cap. 17. nu. 130. & 140. licet conſentiat, quòd in hoc caſu minimorū furtorū ſigillatim diuerſis temporibus commiſſorum, ſicut diximus etiam in caſu quæſtionis præcedentis vltimo, ſub mortali eorum facienda eſt reſtitutio cum peruentum iam fuit ad notabilem quantitatem: tamen id refutat, ſcilicet, ꝙ vltimum furtū fiat mortale virtute priorum: ſed ait, ꝙ omnia illa modica prima, & poſtrema & intermedia furta non fuerunt pluſquàm venialia. Neq; eſt, inquit Nauar. inconueniēs, quòd ex peccatis mere venialibus naſcatur obligatio reſtituendi illa furtula venialia ſub peccato mortali; ſicut etiam ex re commodata, vel credita, quę accepta fuit ſine peccato, oritur obligatio reſtituendi illam ſub mortali. Sicut ſub tali obligatione tenetur, ablata bona fide reſtituere, qui ante bona fide, putans eſſe ſuum retinebat alienum. Cæterum in hoc vltimo Metina Compluten. & Sotus tenentes contra Nauarrum veracius ſentiunt, vt poſteà nobis probandum erit.

*D. Hiero.*

*Metin. Cōpluten.*

*Nauar.*

A

B

C

D

*Meti. Compl. Sot.*

*Quæſtio. De furante à pluribus minima.*

¶Ad tertiam verò quæſtionem de furante à pluribus minima, licet circa eam verſentur opiniones plures, omiſſa prima Angeſti aſſerentis, ſiuè à multis modicum furantem non peccaſſe mortaliter, etiā ſi perueniſſet ad notabilem quantitatem, neq; teneri eam reſtituere ſub culpa mortali: & omiſſa opinione Nauarri cap. 17. nu. 130. & 140. conſentientis cum Angeſto in primo, ſcilicet, ꝙ omnia talia modica furta ſint venialia, ſed diſſentientis ab illo in hoc, quòd contra Angeſtum Nauarrus ait, ꝙ non obſtante, quòd ſint venialia ingerunt obligationē ſub mortali reſtituendi, ſic acceptum dominis diuerſis: omiſſa quoq; opinione, quæ viſa eſt pia Metinæ Complut. qua viſus eſt ſibi concordare duas priores per diſtinctionem, qua dicit, ſcilicet, quod hic ſurripiēs minima à pluribus, ſicut qui in area à cumulis plurimorū dominorum, à quolibet ſurripiens vnum pugillum tritici, confecit magnum cumulum pro ſua alimonia, ſi eſt pauper, & indigens, nec peccauit mortaliter, nec tenetur illud reſtituere, quando alia via laborando, non potuit ſibi ſubuenire: quia tunc præſumitur in hoc caſu dominos non eſſe inuitos: ſecus eſt, inquit Metin. ſi ſic ſurripiens, nō indigeret, vel ſi egeret, ſi ſibi laborādo poſſet opem ferre: hac inquam etiam opinione omiſſa, quia nec ſolida eſt, nec ſolidis fundamentis fulcitur, quia ſola neceſsitas extrema furtum, quod alias eſſet quātitatis notabilis excuſat à culpa, quia talis acceptio tunc furtum eſſe deſinit: ſed extra extremā neceſsitatē, ſicut acceptio alieni inuito domino, non deſinit eſſe furtū, ſic quantitas ſi ſit notabilis nō deſinet eſſe mortalis: neq; cōſtat de volūtate dominorū, ꝙ ſic velint illis minimis expoliari, vt alius ſic in magna quantitate cōgerens decenter viuat, quia ſolū præſtant conſenſum pauperibus ad colligēdū ſpicas, poſt meſſurā, dicimus, ꝙ his reiectis vltima opinio, quę Soti eſt in de iuſti. & iure loco ſupra citato, quæ videtur potior mihi, tenenda eſt. Subſcribit Cordub. loco citato. Igitur Sotus ait, ꝙ furari, minima à pluribus cum intentione coaceruandi in notabili quantitate, & mortale eſt, & ſub tali peccato mortali obligat ſic furātem ad reſtitutionē. Primo, quia omnis quantitas notabilis furti mortalis, reſtituēda eſt, eſtque peccatū mortale, licet non dānificet multū. Sicut furari duos aureos à

*Angeſtus.*

*Naua.*

*Opiniones omittuntur.*

*Metina.*

*Refellitur concordantia Meti.*

*Opinio Soti, & Cordu. tenēda.*

*Ratio.*





Rege, & peccatū eſt mortale, & reſtitutio illorum faciēda eſt ſub mortali Regi, licet nō multū damnificet tale furtū Regē. Secundò confirmatur, quia ſi omnes vicini vnius populi, propter metum hoſtiū omnes ſuos cumulos tritici exiſtētes in area coaceruaſſent in vnū cumulū, tunc ſi quis ex illo omnium cōmuni cumulo furaretur in magna quantitate, profecto & peccaret mortaliter, & teneretur reſtituere: ergo ſic etiam ſi à ſingulis cumulis ſeorſum quid modicū ſurripiendo à quolibet in notabili quātitate ſurripuiſſet. Quia alias tabernarius, ſeu quilibet negotiator poſſet diteſcere ſine mortali, & ſtatum decentem fundare, & ſingulos emptores in modico menſuras curtando defraudare, & totam ciuitatem ſic depilando. Quod certè ſi quis concedere velit, & contra rationem, & contra omnes doctores hoc concedet: quia videtur error manifeſtus, & intolerabilis. ¶Porro quāuis furantem acum ſartoris peccaſſe mortaliter aſſeruimus: quando in cauſa fuit maioris dāni: tamen ſi excōmunicatio lata eſſet propter furtum, & alia damna, talis furator acus, licet cauſauerit furādo detrimentum graue, tali excommunicatione non cōprehenderetur, quia tale furtum in ſe non fuit graue, vt tradit Nauarrus.

*Confirm.*

*Argumē. ab abſurdo.*

*De furante acū ſartoris.*

*Nauar.*

¶Quia in excōmunicatione generali pro furto, illi tantū cōprehenduntur, qui mortaliter furati ſunt, aut ſub mortali huius modi furti reſtitutionē facere tenentur, quia intentio excōicatoris eſt animas à peccato mortali eripere. Ideò ſub tali excōicationis ſententia omnes iſti tales intercipiuntur, niſi per conſtitutionē ſynodalem, vel aliā viam excipiantur illi: qui maiorem quantitatem ibi ſignata non ſubripuerint.

¶Excuſat quoque à veniali furto ignorātia probabilis, qua quis credit rem quam occupat eſſe ſuam, non verò alienam eſſe.

¶ Neceſsitas quoque magna, & arbitrio boni viri valde vrgens, etiam à veniali furto excuſare interdum poterit. Sicut etiam excuſat præſumptio probabilis, qua accipiens rem probabiliter præſumit, ꝙ dominus rei æquo animo ſit id laturus. Non autem excuſat dubitatio, aut temeraria præſumptio. Sicut neque excuſare poteſt præſentia, aut patientia domini patientis acceptionē rei ſuæ, aut retentionem præ timore, aut pudore ſecundum Adrian. & Sylueſt. verb. furtum. §. quanuis. ſecundū Sylueſt. ſi debitor creditori ſcienti, & nō petenti, cū poſsit petere, nō ſoluit ſtatim debitum, excuſatur à mortali ex bona fide: quia tunc creditor videtur in dilationem conſentire. ¶Cæterùm in foro cōſcientiæ tranſactio, & donatio validæ nō ſunt, quoties animo libero non fiunt, etiam ſi non interueniat tantus metus: quantū quo ad forum exterius ad inualidandum eas requiritur, iuxta. l. interpoſitas. C. de tranſact. & l. metum. 1. & 2. ff. quod metus cauſa. Excuſat quoque à furti peccato voluntas, proficiendi per talem acceptionem domino rei quoad ſalutem ſuam ſpiritualem. Vt ſi quis furetur pigmenta, fucos, vel folia luſoria, his rebus male vtentibus, vel ad tēpus retineat pecuniam luſuro mortaliter ne ludat. Ita Nauarrus ſumma latin.

*An neceſſit. vrg. & præſump. excuſ.*

*Adri. Sylueſt.*

A

B

C

D

# CAP. XCIIII.

*De re empta à latrone.*

*Quæſtio.*

ETiam in materia furti ſe ſe inſinuat illa quæſtio ſcitu digna, vtrum qui bona fide rem emptā à latrone alteri iam vendidit, puta equum domino poſteà apparenti, aut emptori, cum reſcierit eſſe alienum teneatur quicquam reſtituere. Quęſtio plane nō tam patens eſt: quia circa eā Nauar. cap. 17. ſum. latin. nu. 8. & Metin. in ſua inſtruct. confeſſ. fol. 161. §. 30. à Soto in de iuſti. & iure. lib. 4. quæſt. 7. art. 2. diſſentire videntur. Nā Sotus inibi apertè defendit, ꝙ ille, qui à latrone rē mercatus eſt etiā ſi alteri bona fide vendidit, ſi poſtea reſciuerit eſſe alienam: etiam ſi ex tali venditione non factus ſit locupletior: licet domino rei non maneat obligatus reſtituere: quia neq; ratione iniuſtæ acceptionis, quia bona fide excuſante eā rem iniuſtè non acceperat: neque etiam ratione rei acceptæ, quia iam eā apud ſe non retinet: nec ratione lucri, quia ex tali vēditione, vt ſupponimus nō eſt factus locupletior (quæ rationes conuincūt dño rei non teneri) tamē quia talis tenetur emptorē ſuū indemnem ſeruare: cum ſciat per venditionē huiuſmodi nullū in ſuū emptorem tranſtuliſſe dominiū, ſed iure reſtituendi periclitari, iure cogitur in cōſcientia ſuū ei reſtituere pretiū, perinde ac ſi à latrone bona fide vitrū, ꝓ pretioſa gēma emiſſet: eodēq; pretio bona fide rurſus vēderet: ſciēs nāq; poſtea rei falſitatē teneretur cōtractū, reſcindere. Ex quo, inquit Sotus, ſequitur, ꝙ ſi emptor ille ſecūdus nō cōparet, nec vllus ſit metus, ꝙ ab illo ſit exigēda res illa: tunc ille, qui bona fide illi vendiderat, licet tunc reſciat eſſe alienā, ad nullā reſtitutionē tenetur: quia à domino rei liber eſt, poſtquā

*Nauar.*

*Metina.*

*Sotus.*

*Sententia Soti.*

*Corol. Soti.*

nec rem habet, nec factus eſt per eam ditior, & alteri nullum dedit damnum. Hæc Sotus.

*Nauar.*

¶At Nauarrus loco citato ait, in quo con
1 uenit cum Soto, & cum omnibus, quòd talis
tenetur reſtituere domino rei id, in quo ex
venditione rei factus eſt locupletior, hoc te-
ſtante. l. & ſi. §. 1. & l. item veniūt. §. 1. ff. de
2 petitione hæredi. Secundò, quòd ſi rem non
vendidiſſet, ſed emiſſet, haberetq; eam apud
ſe, teneretur eam ſtatim ſuo domino appa-
renti reddere, etiam non reddito ſibi pretio
pro ea dato. l. mater. & l. mancipium. C. de
rei vendicatione. 3. ait ibi Nauarrus, in quo
diſcrepat à Soto.

*C. de rei vēdicat.*
*Nauar. diſcrepat. à Soto.*

Quòd ſi talis rem alienam emit bona fide, eademq; bona fide eam vendit, ſolùm eodem, vel minori pretio, quàm emit, quia in hoc caſu in nihilo factus eſt locupletior, non ſolùm domino rei, ſed neq; ei, cui bona fide vendidit ad aliquid reſtituē dūm tenetur, vt eſt videre. l. in creditore. & l. cum ea. ff. de euictionibus. quia in hoc caſu nihil aliud, quam quod ſuum eſt habet: & ſi pluris venderet, quam emiſſet ad illud plus tantum teneretur: quia quo ad illud alienū retinet, vel aliud pro eo ſecūdum Caiet. Sed liberabitur cedendo actionem de euictione, emptori ſuo cōtra venditorem ſuum, à quo bona fide emit, quia in ea factus eſt locupletior: ad quam ceſsionem faciendam tenebitur in conſcientia. Soluitque Nauarrus argumenta, dicens, ꝙ aliud longe eſt, quando aurichalcum, pro vero auro, aut gemma falſa, bona fide empta, pro vera vēditur: quia hic, quia defectus eſt intrinſecus mercis, & communiter hic committitur culpa dando, vel accipiendo huiuſmodi res falſas pro veris: conſtito de veritate reſcinduntur tales contractus. Sed in præſenti in caſu noſtro (vt ſupponimus) venditur, & emitur bona fide res intrinſecè bona, & vera, & ita communiter non eſt in culpa, nec emptor, neque venditor, ſi bona fide fiat.

*Metin. acced. Nau.*

Accedit Metina loco citato, dicens; quòd iſte talis bonæ fidei venditor alieni eodem pretio, quo emit ad nihil reſtituēdū tenetur, quia nihil retinet alienū.

*Sententia autoris.*

¶Ecce perplexitatem, vbi quid dicam vix
mente cōſequi queo. Dico igitur primò, ſen
1 tentia Soti tutior eſt, & tenenda primò in
caſu, quo ſcripto venditor bonæ fidei, in
demnem emptorem ſeruare ſtipulatus eſt.
2 Secundò videtur hæc ſententia Soti habere
locum piè caſu, quo cedere actionem contra
venditorem eſſet fruſtraneum, quia emptor
per talem actionem, nihil poſſet recuperare
à primo venditore iam mortuo, vel iam in
3 paupteriem lapſo. Tertiò, ſi talis venditor
ignorans aliqualiter fuit in culpa emendo,
vel vendendo rem alienam, quia licet neſci-
uit rem alienam eſſe: tamen debuit ſcire. Sed
iam in hoc caſu careret bona fide, qđ eſt con
tra caſum, de quo peragimus.

*Nau. ſen ten.*

His exceptis caſibus ſententia Nauarri, quia magis iuridica apparet, nobis tenenda eſſe videtur. Quia nemo citra culpam ad reſtitutionē eſt damnandus, quando re vera alienum non retinet.

*Ratio cōtra Sotū.*

Quòd ſi ſecundùm Sotum, ſecūdus emptor eſt indemnis, quia eſt ſine culpa: ita quoque primus emptor, qui bona fide emit à latrone, & bona fide vendit ſecundo emptori, eſt indemnis ſeruandus, poſtquam etiam fuit abſque culpa, & eſt prior in bona fide, & adhuc poſsidet pretium, ergo non obligandus eſt illud reſtituere ſecundo emptori. Item, quia eſto hæc opinio Nauarri non eſſet verior, ſi res eſſet dubia, quæ nam opinio eſſet verior, an Nauarri, an Soti, in dubio melior eſt conditio primi venditoris poſsidentis pretium. Quare non prorſus abſque aliqua æquitate, quidam iudex arbiter, in hac noua Hiſpania conſtitutus, in hoc caſu cenſuit litem hanc dirimēdam diuidendo pretium, quod bona fide primus emptor vendendo acceperat à ſecundo emptore, inter ipſum & hunc ſecundum emptorē. Sed quomodo in foro exteriori iudicabitur, bene patet. Quia ſi ſecundus emptor tempore litis euictionis citauit primum emptorem, condemnabitur primus emptor de euictione in foro exteriori. Sed id eſt, quia ius fundatur in præſumptione, quod primus emptor vendendo, & emēdo, caruerit bona fide, fueritque in culpa. Sed ego hic loquutus ſum in conſcientia, & inſpecta rei veritate, ꝙ bona fides, & nulla culpa, vel dolus interceſſerit. De his ſatis.

# CAPVT XCV.

## *De bona fide alienante alienum.*

*Celebris regula doctorum.*

PRæterea cōmunis celebriſq; ſententia doctorum eſt, & iuridica, quòd bona fide acquirens rem alienam, ſi durante bona fide, qua credidit, eſſe ſuam, taliter eam conſumpſit, quod ex tali conſumptione nullatenus factus eſt locupletior, ad nihil reſtituēdū tenetᷣ. Secus ſi factus eſt locupletior in aliquo: qa illud tantū reſtituere tenebitur. At adhiberi ſolet in hac parte exemplū Caiet. de eo, qui inuitatus ad cænam hœdi furtiui, quem neſciuit furtiuū eſſe, poſtea ſi id ei conſtiterit, ad nihil reſtituendum tenetur, niſi ad ſumptus, quos ipſe domi ſuæ feciſſet cænando: ſi non inuitatus fuiſſet ad cœnā; quia in his ſumptibus quos ideò omiſit facere, factus eſt locupletior.



*Quæſtio. Emptor rei alien. cui eam reſtit.*

¶ At illa quæſtio hic nobis fit obuia, vtrū bona fide emens rem alienam, cum reſciuerit poſtea eſſe alienam, poſsit illam reſtituere venditori, vt recuperet pretium pro illa datum, an teneatur eam reddere apparenti domino. Circa quæſtionem hanc licet Sotus & Nauarrus videantur aliquantulum diſſentire: ſed tandem in ſententia conſentiunt.

*Nauar.*
*Sotus.*
*Metina.*

Cōſentiunt enim primo Nauarrus, ſumma latina. c. 17. num. 9. & Sotus, libro. 4. de iuſtitia & iure. quæſtio. 7. artic. 1. & Metina in ſua inſtructio. fol. 169. in hoc, & eſt communis quod res ſublata ab eo, qui eam poſsidebat titulo mutui, aut titulo alicuius legitimi contractus, aut pignoris, aut depoſiti, aut cuſtodiæ, reſtituenda eſt non domino: ſed huic poſſeſſori, quia & huic ius fauet: vbi dicitur, quod etiam prædo, dum non conſtat eſſe talem, imo etiam in dubio eſt in ſua poſſeſsione tuendus.

*Metina.*

Sed aliud eſſet ſecundum Metinā loco allegato: ſi ſecundus latro à primo latrone ſurripuit rem, quam pro certo compertum habet eſſe Petri, tunc ſecundus latro tenetur eam reſtituere nō primo latroni, ſed Petro domino, admonito tamen primo latrone de reſtitutione facta, ne cogatur iterū reſtituere, vel ad id grauatum in conſcientia ſe ſentiat. Secus ſi ſecundus latro dubitat de primo poſſeſſore, à quo rem ſurripuit, an bona fide eam poſsidebat, licet eſſet aliena: quia tunc poſſeſſori, & non domino eſt reſtituenda; quia cum tali obligatione cuſtodiendi & reddendi prædictam rem acceperat. Et hic etiam omnes conueniunt.

*An res empta ſit reſtit.*

¶At hic maioris difficultatis eſt punctus, vtrū qui bona fide rem emit à latrone, quàm poſtea reſciuit eſſe Petri, cum magno ſuo detrimento teneatur illam reſtituere proprio domino, ideſt Petro. Et videtur quòd ſic, vt

*Arg. Sot.*

argumentatur Sotus: quia reſtitutio facienda eſt proprio domino de iuſtitia: & ea quæ tenemur ex iuſtitia, & non ex ſola charitate, tenemur ſecundum doctores implere cum detrimento graui.

*Concluſio cōmunis.*

Hac tamen nihil obſtante ratione ſtatuitur communis concluſio Nauarri, Soti, & Alexādri Alenſ. in 4. & Gabrielis, in 4. diſtin. 15. & aliorum. Non tenetur qui bona fide rem emit à latrone, cōſtito poſtea eſſe alienam, cum graui ſuo detrimento eam reſtituere proprio domino. Vt ſi reſtituturus timeat latronem, vel aliū à quo ob id graue damnum accipiet. Imo ſola hac ratione, vt bonæ fidei emptor ſuum pecuniæ pretium recuperet à latrone, poteſt licite eā reſtituere latroni, & non domino contra fratrem Vincentium dubitantē, & cōtra Met. Complut. tenentem contrarium in eo, qui credit vēditorē, à quo emit bona fide, ſi ei eā reddat, nunquam reſtituturum eam vero domino. Hoc non obſtante eſt vera ſupra ſtatuta concluſio.

*Hugo.*

Fauet ei partim Hugo de Celſo in ſuo reportorio verb. depoſitum. verſic. 6. dicens: Res ſubrepta dum nō petitur in iudicio reddenda eſt ei, à quo accepit fur, ſi ſit in bonis radicatus.

*Ratio.*

Et quia qui ob ſuum recuperandum pretium illam mercem reddit latroni, non cooperatur peccato latronis: ſi latro eam nolit reſtituere. Et quia latronē recipere illam rē, eamq; ei reddere de ſe non eſt peccatum: quia poteſt fieri ſancte ad finem reſtituendi eam domino. Tum quia cum latro teneatur illam reſtituere domino, qui eam illi reddit hoc fine, adiuuat eum vt reſtituat, & liber fiat à peccato. Tum etiam; quia negamus ſecundùm Nauar. contra Met. quod talis bonæ fidei emptor teneatur magis vitare damnum domini, quàm proprium: imo magis poteſt prouidere ſuo detrimēto, poſtquā non eſt in culpa, quàm detrimento domini, argu. l. ſi præſes. C. de ſeruit. & aqua, & can. non licet. 23. q. 5.

*C. de ſeruit.*
*Ratio Nauarri.*

& reddendo rem non domino, ſibi prouidet, recuperato pretio, faciēdo actū iuſtum, & ſi ob id per accidens culpa nō ſua, neque domini cōtingat damnū domino, quia nulla lege iuſtitię obligatur ad aliud, & quod per accidens contingit non eſt adeo attendendum, l. ſi quis nec cauſam. ff. de rebus creditis.

*ff. de reb. credi.*
*Sotus.*

Argumentum vero ſuum in cōtra poſitū ſoluit Sotus. Quia illa regula doctorum. ſ. quod ea, quæ quis tenetur implere ex iuſtitia, tenetur implere cum graui detrimento, procedit verè in caſu, quo quis ex iuſtitia tenetur reſtituere ratione iniuſtæ acceptionis, quia iniuſte rem accepit, tūc ratione culpæ & iniuſtitiæ, tenetur eam cū graui detrimētō ſuo reſtituere. Secus vero eſt, quoniam licet teneatur ad rem reſtituendam ex iuſtitia, vt qui habet rem commodatam, vel mutuatam, tamen ſolum ratione rei acceptę tenetur, & non ratione iniuſtæ acceptionis, quia rem ſibi cōmodatam iniuſtè non accepit: ideo cum graui ſuo detrimento, rem ſibi commodatam reſtituere non tenetur.

*Sotus.*

Imo ſecundū Sot. quamuis extra hunc caſum reſtitutionē fieri ei, à quo facta eſt ablatio, nēpe, dño neceſſum ſit: ſi tamen quis quia ſimplex, & ruſticus eſt quia nō calluit ſubtilitates

*Si ruſticus reſtituit alienū furi.*

tes legis, ideò bona fide putans ſe non male facere: reddit eam furi non tenetur ad amplius domino, ſicut etiam ſi ſine detrimento ſuo magno non potuit vero domino dare, aut non ſatis ei conſtabat eſſe illius domini rem ſicut prædiffinitum eſt. Sed de his ſatis.

*Quæſtio. Res reſtituẽda ſi perijt quo valore eſt reſtitu. Nauar.*

¶ Qui mala fide recepit, aut retinet rem alienam, quando iam penes ſe perijt, quonam pretio teneatur eam reſtituere quæritur. Et quidem Nauar. ſum. latin. cap. 17. nu. 10. apertè tradit, ꝙ qui mala fide recepit, aut retinuit rem alienam, tenetur eandem reſtituere: ſin autẽ minus, tenetur tantũ, quãtum pluris valuit à tempore iniuſtæ acceptionis, vel retentionis, quãuis ſine culpa ſua perierit, quia qui mala fide contrectat, & retinet rem alienã ſemper in mora eſt, & ſuo dãno perit. l. in rẽ furtiua. ff. de condict. furti. cap. mora. de regulis iuris. libr. 6. mora ſua vnicuique nocet. At licet iſta ſententia Nauarri cõmunis ſit, ſcilicet, ꝙ res furtiua reſtituẽda eſt ſecundũ maiorem valorem currentem toto tempore moræ: de rigore iuris, atque ſubinde ſecundum Metinam Complu. ſuo codice materia, de reſtitutione, res furtiua etiam non ſeruanda, ſed ſtatim vendenda à domino, tempore quo fuit ab ipſo ſurrepta, ſi tempore, quo eius vſurpator noluit eam reſtituere creuit in valore: in tali valore aucto reſtituenda eſt domino: ſi domino tunc reſtituta tali pretio aucto ab ipſo domino tũc venderetur, ne peioris fiat dominus conditionis.

*Metin. Cõplu.*

*Corol. Metin.*

Addit tamen ibi Metina, quòd ſecundum approbationem doctorũ res vſu cõſumptibilis ſurrepta; ſi tempore furti erat à domino vendenda, & non ſeruanda in aliud tempus, vbi plus poſſet valere, ſiue poſtea valeat magis, vel non, in valore, quo valebat tempore furti, id eſt, quo vendenda erat, ſoluenda eſt de æquitate, quicquid ſit de rigore iuris. Imo ex eadem æquitate in conſcientia, ſecundum aliquos graues doctores, ſi equus, verbigratia, ſurreptus, certò conſtat, quòd à domino non erat vendendus; ſed quòd certè apud dominum perinde erat moriturus, quia ægrotabat, vel aliter: ſi dum eſſet penes furem ſine culpa eius perijt, nihil tenetur pro eo reſtituere domino, quia nihil minus, quam debebat habere; dominus habet, quicquid ſit in foro exteriori. Sed quando id non conſtat, an apud dominum perinde eſſet periturus, an non, ſi apud furem, vel vſurpatorem malæ fidei perit, etiã ſine culpa ſua, eius valor reſtituendus eſt domino, quia præſumitur, quòd dominus vendidiſſet illum.

*Quid ſi equus alie. alias periturus erat.*

# CAP. XCVI.

## *De diffinitione reſtitutionis.*

AT quoniam materiam reſtitutionis aggredimur eius diffinitionem præmitti oportet, quã apertius, & breuius, quàm hactenus ſe diffinire hoc modo ait Nauarrus. Reſtitutio eſt actus iuſtitiæ ſpecialis commutatiuæ, quo redditur alteri, quod ſuum eſt, aut quod ei debetur lege veræ iuſtitiæ formaliter, vel virtualiter, de bonis animæ, corporis, vel honoris, vel pecuniæ. Sed certè, licet Nauarrus de breuitate ſibi applaudat, breuius tamen D. Thom. quæſt. 62. arti. 1. reſtitutionem diffinit dicens: Reſtitutio eſt alicuius in ſua poſſeſsione iterata ſtatutio, vel in eius dominio. Et licet propriè ſit in rebus exterioribus: ſed etiam ad actiones, vel illationes iniuriæ infamiæ, vel damni extenditur eſtque actus iuſtitiæ cõmutatiuæ. Vnde, quia actus religionis, & aliarum virtutum potentialium iuſtitiæ, ſcilicet, obſeruantiæ, pietatis, quibus redditur debitũ, ſed nõ lege iuſtitiæ, quæ ſimpliciter eſt inter æquales, & cuius debitũ ſimpliciter eſt debitũ, & non ſicut debitũ liberalitatis, aut gratitudinis: ideo in defraudatione horum actuũ, nõ interuenit reſtitutio. ¶ Et, vt prætermiſsis clarioribus, quævnicuiq; peruia ſunt, & nota, ad difficiliora accedamus: Primò quæritur, an qui per metũ aliquid extorſit ad eius reſtitutionem teneatur, & qualiter in foro conſcientiæ, & qualiter in foro exteriori. Reſpondemus autem per diſtinctionem, quòd duplex eſt metus iniuſtus. Alius grauis, vtpote cadens in virũ conſtantẽ, quem vir conſtans merito timet. Alius eſt metus iniuſtus: ſed tamẽ leuis. Igitur, ſi loquamur in foro exteriori quicquid datum eſt, vel receptum per contractus initos, vel extortos per metum cadentem in virum conſtantem, puta, per metũ grauem reſtituendum eſt contrahenti, & danti ex tali metu. Secus eſt loquendo de eodẽ foro exteriori, ſi in talibus cõtractibus tantum interceſsit metus leuis: quia tunc in foro exteriori, nec concedetur actio ex metu leui cõtrahenti, neque irritabuntur contractus.

*Diffinitio reſtitutionis. D. Tho. An qui metum. Reſpon. Diſtinct.*

¶ Cæterum in foro cõſcientiæ ſecundum Adria. in. 4. de reſtitutione. q. 2. col. 4. & Nauar. obligat in cõſcientia ad reſtitutionẽ metus leuis iniuſtus: licet nõ cadat in virũ conſtantẽ: quando coram Deo talis metus leuis fuit cauſa principalis conſenſus illius contractus, vel ſic dati, vel accepti. Hinc excuſatum



ſatum habui in caſu à me perquiſito, quendam, qui metu reuerentiali paterno, vel materno, patri in vltimis ægrotanti ad ipſiuſmet patris inſtantiam, me ex negatione in tali articulo mortis moleſtia cũ afficeret, pollicitus eſt de ſuo ſoluere quoddam debitum alias per alios ſoluendum. Excuſatum illum habui à debito ſoluendo, quia alias bona cõmunia remanebant, vnde poſſet ſolui: & quia illo metu prædicto ſe adactum eſſe ad id pollicendum ſoluere, eſt faſſus, quod alias nullatenus ſolueret, aut ſoluere fuiſſet patri, aut matri pollicitus.

*Caſus contingens.*

¶ Accedo quoque ſententiæ Nauarri, quã cap. 17. nu. 16. habet contra Caietanum in ſumma verbo, reſtitutio. §. quia vero, vbi Caietanus ait paria reputari quo ad forum conſcientiæ conſentire metu aut blanditijs, quo ad reſtitutionem. Nauarrus vero contra ipſum tenet, quòd mulieres perditæ nõ tenentur reſtituere quæ ab amaſijs blanditijs extraxerunt, abſque dolo, mendacio, vel fraude. Quia ſecundum Diuum Thomam. 1. 2. quæſt. 6. artic. 6. paſsio amoris, non inducit inuoluntarium: ſed bene tamen inuoluntarium inducit paſsio timoris. Igitur, quia metus conſenſum minuit, & blanditiæ conſenſum augent: ideò ex blanditijs extractũ per mulierem ab amaſio, non eſt amaſio reſtituẽdum. ¶ Accedit Sotus de iuſtitia & iure, lib. 4. quæſt. 7. art. 1. ad ſecundum argumen. vbi aſſerit, ꝙ mulier etiam ſi ſuperfluũ recipiat, dum tamẽ fraus abſit, & dolus, nulla eſt illi neceſſaria reſtitutio. Fraus autem eſt, ſi diceret ſe viro incognitam, aut non niſi ſemel, idque à magnate, qua fraude, ſi plus extorqueret: reſtituere profecto teneretur. Sed ſi falſo dicat ſe illum perditè deamare, aut facætijs, aut illectamentis quidpiam extorſerit, fraus iſta non obligat ad reſtitutionẽ. Quoniã probe omnes norunt, illas eſſe meretricum technas.

*Nauarrus contra Caietan. Extortũ blandit. an reſti. D. Thom. Ratio. Sotus. De amatrice decipiente.*

¶ At quanuis iſtam tam Soti, quàm Nauarri ſententiam, cum iſtæ blanditiæ tantũ ſunt communes, acceptandam eſſe cenſeo, vt pote veram: ſed tamen ſententiam oppoſitam Caietani non omnino refutandam eſſe puto. Quia veram eſſe cenſeo quando blanditiæ ſunt nimis exorbitantes, & importunæ. Nam tunc cuiuſdam violentiæ, licet leuis locum habent. Si enim importunæ preces, importunæque blãditiæ, quibus inceſcata eſt virgo ad conſentiendum in ſtuprum inducunt obligationem reſtitutionis, quare etiam iſtæ blanditiæ importunæ mulieris, talem obligationẽ nõ inducent? Item, quia blanditiæ exorbitantes ſubuertunt mentes amantium. At iſta ſententia Caietani ſic intellecta, certum fundamẽtũ habet in doctrina Diui Thomæ, quia Diuus Thomas expreſsè ait, quòd paſsio antecedens diminuit voluntarium pro vt eſt in nobis, id eſt, in noſtra libertate, & poteſtate. Et licet paſsio cõſequens augeat voluntarium, ſed antecedẽs paſsio minuit liberum. ¶ Cum igitur iſtæ exorbitantes, & importunæ blanditiæ, quæ ſolent interdum (vt aiunt) amaſios faſcinare, ſoleant paſsionem antecedentem amoris, & affectionis cauſare, quæ ſolita eſt, vt ait Diuus Thomas diminuere voluntarium, prout eſt in nobis, & in noſtra poteſtate: nihil mirum, ſi tàm exorbitantibus, vel importunis interuenientibus blanditijs huiuſmodi mulieres ſic extorquentes, obligemus ad ſuperflui reſtitutionem: quia, niſi forſitan ſic faſcinatus fuiſſet, parentibus aut fratribus pauperibus amaſius, maluiſſet dare.

*Sent. autoris concordan. Nauar. & Sotum. Sent. Caieta. vbi vera. Ratio. 1. D. Thom.*

¶ Addit verò Nauarrus, quod nullus eſt, qui non approbet, ſcilicet, quòd quãdo blanditijs, aut precibus minæ ſaltẽ tacitæ ineſſent: tunc certè ad reſtitutionem obligarẽt. Sicut rectè exemplificat in dominis, qui ſolliti ſunt ſuos ſubditos ſuis blanditijs, & precibus non obtemperantes malè pertractare: Nam certè domini huiuſmodi ſic per tales preces, aut blanditias à ſubditis obtentum tenentur illis in conſcientia reſtituere.

*Nauar. De blanditijs dominorum.*

¶ Tandem, quia iniuſtus metus eſt, qui obligationem inducit reſtituendi, non vero metus ille, qui alias iuſtè, vel per iuſtitiam incutitur: hinc eſt, quod ſecundum Nauarrum cap. 17. num. 14. non poteſt repeti datum ab aliquo, timore ne accuſetur ab eo: à quo iure accuſari poteſt allegando, quod cauſa metus ſit datum. Ita Cordub.

# CAP. XCVII.

## *Quando magiſter nauis, & ſtabularius teneantur reſtituere.*

PRæterea Nauarrus in ſua ſumma Latina cap. 16. nu. 16. tradit Magiſtrum, & exercitorem nauis teneri de furto, & de maleficio per alium facto, & ꝙ caupo & ſtabularius etiam de re ſibi ab hoſpite cõmendata tenetur. §. item. 16. & §. Item exercitor. Inſtit. de obligat. quæ ex quaſi delicto, & is ex cuius domo aliquid eiectum dãnificauit. Accedit Hugo de Celſo in ſuo Repertorio, verbo, nauis, id allegans ex 5. par. l. 26.

*De reſtit. ratio. cuſtod.*

l.26.titul.8. Tenetur, inquit, Magiſter nauis, quando ipſo ſciente aliquid in eius naui impoſitum eſt, vel ſcientibus curam gerentibus nauis perſoluere id ſi fuerit ſurreptum. Idem ſtabularij tenentur de amiſsione rei ſibi traditæ ꝓ cuſtodia: niſi dederint capſam, cum claui, vbi eam cuſtodiat hoſpes: vel niſi dixerint, ſe nolle teneri de cuſtodia: vel niſi in caſu purè fortuito, vbi abfuit culpa.

*Armill.*

¶ Armilla tamen verbo.depoſitum. §.9. docere videtur contrarium dicens, quòd ſi quid deponatur in taberna, vel in naui, & perdatur, pro eo non tenebitur tabernarius, vel nauta, niſi res fuerit ei cõſignata. Et hoc eſt, quod ait Nauarrus teneri hos de re ſibi commendata, id eſt, conſignata ad cuſtodiã. Vnde in ſententia non differunt. Ita Cardinal. poſt Specul. in Clemen. in agro de ſtatu monachorum. At ſi ſit pecunia, quæ conſignetur in burſa, vel taliter, quod non videatur, non creditur deponenti aliqua periſſe, niſi probet ſecundum Matth. in eadem Clemen. §. ſanè. Neque ſtabitur eius iuramento de iureiurando capit. fin. Quia iuramentum non datur, niſi quando ſemiplena probatio præcedit, vt in cap. fin. quod metus cauſa. Secus quando ad oculum rem oſtendiſſet, vt pecuniam. Idem dicas erga bedellum de libro relicto in ſcholis & alijs. Et ſi res perierit argentario, cuſtodi, aut depoſitario ei, cui tradita eſt incumbit, probare, quod caſu fortuito ſine culpa ſua perierit.

*Reſtitutio nauigantium.*

At in naui omnes tenentur pro rata, pro rebus proiectis in mare, ad euadendam mortem, procella ſæuiẽte. Sed homo liber (quia non capit æſtimationem pro ſe ſolo ad ſoluendum, nihil tenetur. Eodem pacto tenentur nauigantes ſi gratia euadendi tempeſtatem, malum nauis concidiſſent, aut aliquid in damnum magiſtri nauis ex naui hac ratione confregiſſent. l.4. titu.22. lib.6. ordinationum Hiſpaniæ.

*Ordinat. libr.6.*

*Periculũ rei apud quem.*

¶ Aduertito tamen, quod periculum rei commodatæ, aut locatæ non vſu ipſo conſumptibilis, perſtat apud commodãtem, locantem, & in re depoſita apud deponẽtem, ſi caſu fortuito pereat: dum commodatarius vel depoſitarius, locatarius nõ eſt in culpa, nec in mora, neq; aliquid aliud ex rationabili cauſa, conuentum fuerit. ¶ Sed de quali culpa iſti teneantur poſtea materia de locatione ſumus dicturi. ¶ Vnde ſi iſti per nuntium ſatis fidelem cõmuniter reputatũ rem locatam, vel cõmodatam, vel depoſitã tempore debito remiſerint ad dominũ, immunes & liberi fiunt in conſcientia à reſtitutione, ſi talis nuntius cum tali re aufugerit. Secus eſt in mutuo rei vſu conſumptibilis, vt pecuniæ, cuius in mutuatarium, quia transfertur dominium: ideo ſiue per nũtium cum ea fugientem, ſiue aliter pereat, mutuatario perit, teneturque eam ſoluere etiam ſi ſine culpa ſua, & caſu fortuito pereat. Quia res vſu conſumptibilis, qualis eſt res menſurabilis & ponderabilis, quando in pondere, & menſura datur, transfertur in depoſitarium pro cuſtodia accipientẽ mercedem eius, dominium. Vnde licet depoſitarius re depoſita vtens ſine licentia domini habita, vel credita dari, ſi periſſet, furtum cõmittat. l. qui furtum. l. de cond. furt. Sed fallit in his quæ pondere, numero, & menſura deponuntur. Niſi pecunia daretur in ſacculo ſignata, vel deponẽs diceret, Nolo hoc frumentũ, vel huiuſmodi diſtrahi. ff. de poſſ. l. ſi ſacculũ. quia in hoc caſu non debet diſtrahere.

*Corol.*

*Differentia inter mutuũ & commodatum.*

*De cond. furt.*

*ff. de poſſ.*

# CAP. XCVIII.

## *De nouem modis obligantibus ad reſtitutionem.*

*Nauar.*

PORRÒ ſecundum Nauarrũ, licet qui conſentit facienti, ſeu delinquenti, aliquo iſtorũ nouem modorum, puta, ſimpliciter, vel iubendo, cõſulendo, laudando, recipiendo, participãdo, tacendo, non impediendo, aut non manifeſtando peccet, vt delinquens, & faciens delictum, non tamen ſemper eodem modo tenetur ad reſtitutionem, ſicut faciens delictum, qui ſemper & in totum tenetur.

*De conſentientibus damn.*

¶ Ex his vero iſti ſex, puta, iubens, cõſulens, conſentiens ſimpliciter, recipiens, laudans, aut participans, nõ tenentur niſi ad reſtitutionẽ eius, qđ ad eos peruenit: & cuiꝰ fuerũt cauſa: ſine qua delictũ non fuiſſet factũ ſecũdum Nauar. Sed de his poſtea diſtinctius, & clarius. ¶ Illi autem tres vltimi, tacens, non obſtãs non manifeſtãs, ſolùm tenentur, quãdo ad id ex officio obligantur: quãuis fraudulẽter, & mala volũtate tacuiſſent: aut obſtare, aut manifeſtare prætermiſiſſent iuxta fere omniũ cõmunẽ opinionẽ ſecũdũ Sylue. verb. reſtitutio.3.q.6. & Sotũ lib.4.q.7.art.3. de iuſti. & iur. cõtra Angel. & Ricardũ & cõtra Caie. verb. reſtitutio.3. nõ manifeſtãs. Imo ſecũdùm alios, etiã ſi talis tacẽs nõ obſtans, vel non manifeſtans, quando ex officio non tenetur obſtare, manifeſtare, pandere, acceperit mercedem pro nõ obſtando, nõ

*Sylue. Sot. Angel. Ricar. cõtra Caiet.*



manifeſtando, non tenetur ad reſtitutionem furti illati, quia non manifeſtauerit. At licet iſta ſententia Nauarri ſit communis, ac propterea communiter tenenda, quando tacẽs, vel non manifeſtans habet ſe mere negatiuè, caſu quo ex officio reuelare, manifeſtare nõ tenetur: ſi tamen aliquid animi adderet trepidanti latroni, ad faciendum inſultum, expreſſè dicendo ei, Vide ne timeas, quia ego non obſiſtam, non te prodam: aut tacitis ſignis exterioribus latroni recte intelligenti id ſignificaret; profecto iſte talis, quia non ſolũ negatiuè, ſed poſitiuè ſe videtur habere, tacendo, & non manifeſtando, maximè quando ſic animum addit latroni, alias non audenti, nec facturo, niſi promiſſa ſibi hac ſecuritate, & hoc animo addito, reſtituturus eſt. Nã tunc locum haberet oppoſita ſententia Caieta. quia licet ex officio non teneretur obſtare, teneretur furtum recompenſare.

*De famulo vſurarij.*

*Caietan.*

*Palud.*

¶ Nec excuſatur famulus. v.g. à reſtitutione, qui Domini iuſſu ob eius ſolam vtilitatem, pecuniam dedit ad vſuram ſecundùm Caietan. 2.2. quæſt. 62. artic.7. contra Paludanum in.4. diſtin.15. quæſt.2. nec excuſatur ex eo, quod ſi ille famulus ad vſuram non dediſſet, alius eam dediſſet. Sicut nec excuſatur percuſſor ex eo, quod ſi ille non percuſsiſſet, alius percuſsiſſet: quia ſatis eſt ipſius effectus fuerit efficax cauſa.

*Quæſtio. De adiuuante ad damnum.*

¶ Sed de iuuante ad delictum, quem Nauarrus ait includi in participante ex mente D. Thomæ & communi, an teneatur ad reſtitutionem totius, vel partis furti, vel damni illati non ſatis liquet inter doctores. Nam Nauarrus cap.17. ſumma Latina num.20. ſic videtur ſibi ſufficienter hanc quæſtionem reſoluiſſe, dum ait, quod adiuuans facientem delictum, aliquando tenebitur ad reſtitutionem totius damni per facientem illati: puta quando fuit cauſa, ſine qua, niſi ipſe iuuaret, nihil damni eſſet illatum. Aliquando verò non tenetur, niſi ad reſtitutionẽ partis eius, cuius eſt cauſa, ſine qua non fuiſſet illa pars damni illata, reliquũ licet damnum etiã ſe non adiuuante eſſet illatum. Et aliquando non tenebitur ad reſtituendum, niſi quod ad ipſum peruenit: puta cum nõ fuit cauſa, ſine qua non fuiſſet totum damnum illatum. Et aliquando ad nihil reſtituendum tenebitur; puta, quando ſine illius ope totum damnum inferretur, & nihil ad eum perueniſſet.

*Reſolutio Nauar.*

*Corollariũ Nauar.*

¶ Hinc infert Nauarrus, ſe recte conſuluiſſe eum, qui ita interfuit cum Borbonio Duce in capienda, & diripienda vrbe Romana anno.1527. quòd ſi ſine eius ope Borbonius non feciſſet teneri ad reſtitutionem omnium damnorum, eum verò ſine cuius ope id factum fuiſſet, non teneri, niſi ad id, quod àd ſe perueniſſet, vel eius partis dãni, quæ ſine illo non fuiſſet illata: & ad nihil teneri caſu quo ad eum nihil peruenit, nec fuit cauſa, ſine qua non totius, vel partis illius. Ita Nauarrus ſecũdum Innocentium, & Ricardum in.4. diſt.15. & Syluestrum verbo. reſtitutio.3.q.6. & ſecundum Adrianum in 4. de reſtitutione. §. de currentibus cũ fure. Vbi Adrianus tenet auxiliatorem & opem maleficio, & damno præſtantem, ſolum teneri ad reſtituẽdum, quod ad eum peruenit & non plus, ſi delictum factum fuiſſet, vel damnum datum, etiam ſi ille illam opem nõ tuliſſet. Quam ſentẽtiam gloriatur Nauarrus.7. argumentis validis muniſſe, reſpondẽdo ad totidẽ, quæ pro Caietano, & Soto contrarium tenentibus, ait ſe adduxiſſe.

*Innocen.*

*Ricard.*

*Syluest.*

*Adri.*

*Sententia autoris.*

¶ Profectò, vt verum fatear, ancepѕ hæc quæſtio eſt, nec vnquàm mihi perſuadere potui, vt hæc opinio Nauarri in omnibus pro vera habenda ſit. Quia licet ſibi diſtinctè loqui videatur maiori (niſi fallor) diſtinctione opus eſt. Nam ſua opinio, exemplo concurrentium cum Borbonio Duce, in direptione vrbis exemplificata vix ſit intelligibilis, loquendo de concurrentibus in illo exercitu ſimul, & ſemel quinquaginta millibus. Quomodo enĩ inter hos tot innumeros ſimul concurrentes diſcerni poterit, vt vnũquemque horum ſigillatim, quia cauſa fuerit totius, ſine qua nõ, vel partis, ad partem, vel totum damnũ poſsimus obligare? Quia cum omnes ſimul cõcurrerint ad damnum, non eſt maior ratio, quod vnus fuerit cauſa, ſine qua non totius, vel partis ad damnum: poſt quam indiſcriminatim non magis adiutorio horum militum, quam aliorum concurrentium, & offerẽtium ſe ſimul, & ſemel patrauit illud facinus.

*Sententia Naua. hic vera.*

¶ At forſitan Nauarri ſententia diſtinctius hic poſſet intelligi, ſi poſtquam exercitus Borbonij ſufficiens iam, & animatus iam, & paratus erat ad inuadendam, vaſtandamque ciuitatem, aliqua copia militum de nouo ſuperueniens ſe vltro in adiutorium priori exercitui copioſo, & parato, & ſufficienti ad victoriam & prædam diripiendam ſe offerret. Nam ſic poſtremi tantum tenerentur ad partem maiorem damni, quæ ſine eis illata non fuiſſet, & ad id damni reſarciendum, quod per ipſos perpetratum eſt, & ad partes, quæ ad ipſos peruenerunt.

¶ Dica-

*Reſolutio verior. Sotus. Caietan.*

¶Dicamus igitur primò cum Soto, & Caietano in hac parte diſtinctius loquentibus. Quod quando actio illatiua damni ad quã omnes ſimul concurrerunt, indiuiſibilis, & impartibilis erat, ſcilicet, quia ſuccenderunt domum, ſuccenderunt ſegetes, omnes domino paſſo damnum tenentur inſolidum reſtituere. *Ratio. 1.* Quia licet omnes partialiter concurrerint, tamen concauſæ fuerunt totius actionis illatiuæ dãni. Primo incenſionis domus, 2 & eius dirutionis. Et quia agentes, & conſentientes, pari pœna apud Deum puniuntur, quando conſentientes fuerunt cauſæ efficaces, vel paulo pœna minori. 3 Et quia idẽ eſt ius fori, & ius poli; quando ſententia non fundatur in falſa preſumptione, ſicut hic nõ fundatur: & in foro exteriori omnes prædicti condemnabuntur, ſinguli in ſolidũ ſi alij non ſunt ſoluendo. 4 Et quia leges ſic dictant. Alias eſſet cæcutire in ferenda ſentẽtia: quia non poterunt diuinare, ſi fuit cauſa, ſine qua non, partis. Sicut neque poteſt plerumque diuinari in foro cõſcientiæ, an ſufficiens fuerit adiutorium ad inferendam partem dãni, vel totum & an ſine iſto adiuuante factum fuiſſet totum damnum, vel ſolum ſine illo illata eſſet pars tanta, vel tanta & nõ minus. Quod etiam ſi arbitrio prudẽtum relinquatur, magnum faceſſit negotium & eſt res valde inacceſſibilis. *Metin.* Huic prædictæ noſtræ ſententiæ, quæ eſt Caietani, & Soti accedit Metina in ſũa inſtruct. fol. 159. §. 30. dicens. Si quatuor concurrere ad perpetrandum furtum mille aureorum, vel ad occidendum aliquem, quilibet eorum tenetur reſtituere in ſolidum damnificato taliter, quòd ſi tres eorum non ſatisfecerint, ille quartus tenebitur id damni reſtituere inſolidum, licet ab alijs tribus fuerit inductus. Hæc Metina.

*Dictũ. 2. Cord. De inductis ad dãnum.*

¶Secundò dico, ꝙ licet illa opinio Cordubæ. q. 70. de caſibus conſcientiæ apparentiam præſeferat, vbi ait, quòd ſi conſulente vno, plures rapiant committãtque furtum: tunc rapientes tenebũtur reſtituere pro ſuis partibus tantùm, & his non ſoluentibus cõſulens obligatur inſolidum: in qua opinione ſuum ſequitur præceptorem Complutenſem Metinam, tamen opinio contraria certior eſt: ſcilicet, quòd tàm conſulens, quàm ex eius conſilio patratores damni reſpectu damnificati omnes ſinguli tenentur ei inſolidum damnum reſarcire: dum alij deſunt in ſuis rependendis partibus. *Opinio certior.* *Caietan. Sotus. Metin.* Hæc eſt Caieta. Soti. Eſt Metinæ Salmanticenſis loco citato in ſua inſtructione fo. 159. Vbi ait, quod etiam quartus, ſi fuerit inductus à tribus tenetur damnificato ſatisfacere in ſolidum. *Frat. Ioſe.* Hanc ſententiam ſequitur Frater Ioſephus Minorita ſequens Caietanum in ſuis floribus Theologiæ. *Ratio. 1* Patet; quia tam conſultor, quàm damnificatores perſuaſi ſiue inducti, in foro exteriori, etiam re ſcita condemnabuntur in ſolidum. 2 Et quia in actione illatiua damni, non minus efficaces, & immediatæ cauſæ ſunt ipſi damnificatores, licet perſuaſi, quam ipſe perſuaſor, etiam ad damnũ concurrens. Loquor reſpectu damnificati: licet aliud ſit, vt ſtatim dicemus ſi conſiderentur damnificatores perſuaſi reſpectu perſuaſoris damni.

*Dictũ. 3. Naua. De non adunatis ad damnum.*

¶Tertio dico, & in hoc mihi bene dixiſſe videtur Nauarrus, quòd ſi concurrentes ad damnum non ſe induxerunt, neque ad malum patrandum non perrexerunt adunati ſub vno principali; ita quòd vnus eorum nõ fuit cauſa, quòd alius ad damnum inferendum pergeret, ſed quilibet per ſe ſeorſum iens, & quilibet deuaſtans vineam, verbi gratia, ſuam partem intulit damni etiam ſi conſcius fuerit; quod alij ſuas partes inferebant damni: Hi omnes ſinguli non tenentur damnificato recompenſare inſolidum, ſed quilibet pro rata, ideſt pro ſua tãtùm parte, quia non fuit cauſa niſi partialis damni. Ita Corduba, loco citato. quæſt. 70. Licet ſi illũ non latuere furta partialia aliorum, peccauerit furando mortaliter; etiam ſi minimum ſit furatus ſecundum Cordubam. *Cord.* Quia in hoc caſu illud minimum furtum adiunctum cum alijs, eſt cauſa grauiſsimi damni, licet ſi per ſe ſumeretur, non eſſet tale.

## CAP. XCIX.

### *Quomodo ſit reſtituendum iam prius reſtituenti.*

*Quæſtio. Quomodo primo reſtituenti ſit reſtit. Concl. 1.*

VT diſtinctius procedamus, viſum eſt mihi ſeorſum diffinire; quomodo, & quando, primò, qui iam reſtituit damnificato ceteri reſtituturi ſint. Pro cuius deciſione ſtatuitur prima cõcluſio. In caſu, quo vnus ex participãtibus in dãno, vel furto, iã ſoluerit totũ, ſi res acceptæ penes participãtes in furto, vel rapina, extẽt, vel ſi tales acceperũt partẽ prædæ, ſed iã illã conſumpſere: tenẽtur pro rata reſtituere iam ſocio inſolidũ reſtituenti prius. Patet, quia cũ iſti participes furti reſtituere teneantur, & non domino, quia iam ei inſolidum ſatisfactum eſt: ergo tenebũtur pro rata ei, qui iam domino ſatisfecit in ſolidum. *Sotus. Frat. Ioſe. Caietan. Metin.* Eſt Soti, Caietani, & Fratris Ioſephi, in ſuis floribus. Eſt Metinæ in ſua inſtructione folio. 159.

*Dubium.* ¶Sed quid, ſi ex illatione damni iniuſta nullum lucrum concurrẽtes ad illam reportarunt; quia. v. g. combuſſerunt domũ, vel deuaſtauerũt ſegetes.

*Conclu. 2.* ¶Pro huius deciſione, ſit ſecunda concluſio: Si qui reſtituit inſolidũ fuit ab alijs participibus ad damnificandum inductus, cæteri ei pro rata, ideſt, ſuas partes reſtituere tenentur, conſiderato valore totius damni iã ſoluto. *Caietan. Frat. Ioſe.* Hæc eſt Caietani, & Fratris Ioſephi Minoritæ in ſuis floribus. *Ratio.* Et patet ex ratione Caietani. Quia, licet iſte, qui fuit ab alijs inductus, & iam damnificato reſtituit inſolidum, ſponte commiſerit delictum cum participibus, ſed non ſponte contraxit obligationem reſtituendi inſolidum domino, in qua damnificatus eſt. Et cum iam ſatisfecerit domino damnificato inſolidum, loco illius, tanquam ceſsionarius conſtituitur, vt iſti reſtituatur, quod domino reſtituendum erat: pro rata tamen tantum huic prius inſolidum reſtituenti reſtituendum eſt.

*Conclu. 3.* ¶Tertia cõcluſio: Si qui primo iam integre reſtituit damnificato, non fuit ab alijs inductus, imò ipſe fuit principalis alios inducens, reliqui pro rata ad reſtitutionem ei nõ obligantur. *Caietan. Frat. Ioſe. Metin.* Hæc concluſio eſt Caietani, & Fratris Ioſephi in ſuis floribus, & Metinæ in ſua inſtructione folio. 159. *Ratio.* Et probatur: quia ipſi inducti potius ſunt dãnificati per huiuſmodi inductionẽ: quia ſi ipſe principalis, ideſt, inducens non ſoluiſſet inſolidũ in obligatione reſtituendi illos conſtituerat. *Limitatio Soti bona.* Hanc concluſionem limitat Sotus loco ſupra citato, & non malè, dicens, quod ſi ille, qui primo reſtituit inſolidum, ſic alios prorſus induxit, vt ſine ſuo ſuaſu illi nõ feciſſent exiſtimo, inquit Sotus, ſecundum Caietanũ reliquos nihil ei debere. Tametſi hoc negãdum non eſt, quod, ſi ille abſque ſociorum comitatu rem illã non aggrederetur, teneãtur ei de aliqua portione, licet non in integrum.

*Conclu. 4.* ¶Quarta concluſio. Quando omnes ſpõte concurrere ad damnum, ita quod nec vnus fuit inducens, vel alij inducti, ſi qui primus horum reſtituit inſolidum, nõ erat facturus ſine alijs adiuuantibus, omnes alij tenentur ei refundere ſuas partes. Sed, ſi qui primo reſtituit, facturus erat furtum ſine illis totũ, alij non tenentur ei vi iuſtitiæ, ſed gratitudinis recompenſare. *Caietan.* Hæc eſt Caieta. Patet; quia quando ſine alijs adiuuantibus, qui





primo reſtituit, non erat facturus, tunc alij adiuuantes concauſæ fuere damni: tenentur ergo ſuas partes pro rata huic iam reſtituẽti reſtituere. Sed quando ſine illis adiuuantibus erat facturus: tunc non fuerunt concauſæ dãni reſpectu illius; ergo illi primo reſtituenti non tenebuntur tunc pro rata reſtituere.

*Subnotatur F. Ioſe.* ¶Sed in hac parte cauendum eſt à modo loquendi Fratris Ioſephi dicẽtis, quòd quando potuit primus reſtituens inſolidum; maleficium ſe ſolo cõmittere alij ſe ſpõte offerentes, ei ad nihil tenẽtur: quia hoc non eſt vſquequaq; verum ſemper. Quia bene ſtat, quod primo reſtituens potuerit operari flagitium ſe ſolo, & quod etiam, etſi ſe ſolo poſſet perficere dãnum, tamen quia meticuloſus erat, alias ſine adiuuantibus damnum non eſſet facturus, quia ſine ſocijs adiuuantibus maleficium adoriri non auderet: quia multa interdum per nos ſolos poſſumus, quæ ſine ſocijs adiuuantibus, de facto moliremur nuſquam.

¶Ideo in tali caſu non eſt verum, quod ſi maleficium poſſet perpetrare ſine ſocijs, nõ teneantur ei ſocij, ſi alioquin non feciſſet ſine illis. Sed tantum bene ſequitur, potuit ſe ſolò flagitium conſummare, qui primo reſtituit, & ſimul cum hoc de facto aggreſſurus erat illud ſcelus ſine illis: ergo tunc alij adiuuantes, illi non tenentur de damno illato à ſe iam reſtituto, quando inde nullas partes ſibi acceperunt. Quia in hoc caſu concauſæ damni, vt damnum ſequeretur non fuere: poſtquam illud ſolus erat cauſaturus totum.

*Quid ſi dãnificatus partem donat. Sotus. Frat. Ioſe.* ¶At animaduerſos nos efficit Sotus, quòd in caſibus ſupradictis, in quibus omnes damnificato tenentur inſolidum, ſi dominus partem donauit alicui eorum, reliqui iam non tenebuntur inſolidum, ſed pro rata tantũ. Quia ſecũdum Fratrem Ioſephum, licet dãnificatus in iudicio exteriori; vt actor, poſsit conuenire ditiores debitores inſolidum, ſingulos, remittendo etiam quam habebat actionem contra pauperes: quia ex pluribus debitoribus inſolidum electio eſt creditoris ita, vt quem maluerit conuenire poſsit: non tamen poteſt creditor extra iudicium remittere debitum aliquibus; ita, vt ſoluenti inſolidum non teneantur, quia ſoluens inſolidum reſpectu participantium loco veri domini damnificati ſuccedit.

*Metin. Complu.* ¶Atque ſecundum Metinam per hoc: quod remittit actionem ſolum, quam habebat contra vnum, non cenſetur dominus illi

remittere debitum, vt non teneatur ſoluere pro rata ſibi primo inſolidum reſtituenti.

## CAP. C.

*Quomodo non obſtantes furto teneantur reſtituere.*

*De non obſtante furto.*

QVi non tenetur ex officio ad clamādum manifeſtandumq; furtum, etiam ſi pro tacendo, à fure aliquid accipiat, non tenetur reſtituere ab alio ablatum, niſi forte illi dixerit. Habeto animum, ego non te prodam, dum aliquid ſupereroges mihi; & ſic addit animum ad furtum alias vacillanti; quia tunc videtur non ſolum nō obſtare, aut nō manifeſtare, ſed etiā auxiliari. ¶Imo ſecundū Nauarrū, ſi quis à fure acceperit aliquid ne furem prodat, dominoque interroganti nunquid vidiſſet: dicat ſe non vidiſſe, non tenebitur reſtituere rē furtiuam ablatam ab alio.

*Nauar.*

*Quæſtio. De ex officio. tenē. obſtar.*

¶Verum, quia manifeſtantes, vel non obſtantes furto, aut damno, quando ex officio tenentur obſtare, teneri ad reſtitutionē aſſerimus: conſequenter noſſe opus eſt, qui ſunt iſti, qui ex officio tenētur. Reſpondetur, quod ij plane ſunt in primis iudices, & domini & ob id ſtipēdia accipiētes. ¶Deinde ſecundum Nauarrum patres, & tutores, & curatores, quo ad bona protegenda & conſeruanda ſuorum filiorum, pupillorum & minorum. ¶Neque iudex ſemper tenetur obſtare, niſi quando ſine temeritate id facere poteſt. Quia ſecundum Sylueſtrum in Roſa aurea cap. 50. non tenetur officialis cum periculo probabili ſuæ vitæ, aut ſtatus ſeruare perſonam, aut ſtatum alterius particularis. Sed bene ſecundum Nauar. ſententiā teneretur ſeruare ipſam rempublicam cum periculo probabili vitæ ſuæ. Adde etiam, quod autore D. Thoma. 2. 2. q. 62. ar. 7. ſi ex negligentia principis latrones, aut raptores increſcant, ad reſtitutionem eis, qui damna inde incurrunt princeps tunc tenetur. Quia redditus ſui ſunt quaſi ſtipendia ſibi depoſita, quatenus iuſtitiā ſeruet, & protegat. Vnde ſecundum Nauarrum licet talia damna non teneatur Rex de ſuo maioricatu regni aliquid demendo reſtituere: bene tamen ſumptus ſuperfluos reſecando, & diminuendo, vt reſtituat, tenetur reſtituere. Principes inſuper in caſu particulari cum periculo vitæ non tenētur obuiare latronibus. At bene ad hoc tenētur miniſtri iuſtitię, quādo copia raptorum graſſatur, ſi probabiliter credunt ſe profuturos.

*Nauar. Deiudice. Syluest. D. Thom. Nauarr.*

*De depoſitar. & cuſtod.*

¶Pari quoq; ratione depoſitarij & cuſtodes itidē tenētur damno rei depoſitæ, aut cuſtoditæ obſtare. Et cuſtos quidem, qui ſine mercede cuſtodit & gratis, ſicut & depoſitarius, qui gratia deponentis cuſtodit, tenentur de dolo, & lata culpa. At cuſtos, qui accepit mercedem, ſed non ſpecialiter pro cuſtodia, tenetur de dolo, & lata culpa, & de leui. Sed qui pro cuſtodia ſpecialiter accipit mercedem, ideſt, ſpecialiter pro cuſtodia rei, tenetur de leuiſsima ſecundum gloſſ. l. qui mercedem. ff. locat. Sed contrarium prorſus defendit Nauarrus ſumma lati. cap. 17. nume. 181. vbi ait, quod accipiens mercedem pro cuſtodia depoſiti de leui tantum culpa tenetur, non de leuiſsima. Quia cum depoſitum gratia deponentis regulariter fiat, depoſitarius de leui non tenetur, niſi accipiat mercedem: quia tunc tantum de leui non de leuiſsima tenebitur: ſed neque de caſu fortuito, niſi fuerit in mora, vel pactum interceſſerit.

*ff. loca. Naua.*

*Quæſtio. De conſentientibus.*

¶Cum autem inter obnoxios ad reſtitutionem conſentientes maleficio, & damno, computentur, quando efficaces fuerunt cauſæ delicti, & damni, oportet, & de his diffiniſſe qualiter, & quando ad reſtitutionem teneantur. Et præmittamus interim, quòd ſecundum Diuum Thomam omnes, qui directè, vel indirectè tenentur ad reſtitutionē continentur his verſibus: Iuſsio, conſilium, cònſenſus, palpo, recurſus, Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans. At tamen adulatio, atque conſilium non ſemper ad reſtitutionem obligant homines: ſed tunc, quando probabiliter æſtimari poteſt, quod ex eis actio iniuſta, & detrimentoſa ſubſequitur. Sicut neque ex cauſis indirectis, ſcilicet, non obſtare, non manifeſtare non oritur obligatio reſtitutionis, niſi in effectu ſubſequutum ſit damnum.

*D. Tho. De adul. & conſiliat.*

*De conſent.*

¶At de conſenſu dicimus, quod conſentiens delicto, quanuis peccet, ſecundum Innocentium: tamen non tenetur ad reſtitutionem damni, quando cauſa damni non fuit, ſcilicet, quando, quanuis non conſenſiſſet ipſe, ſed contradixiſſet; nihilominus ſubſequutum eſſet damnum. Vt cōtingit, vbi publice ſuffragia feruntur, & pauciores maioris partis ſententiam ſequuntur, ſecundùm Caiet. verbo, reſtitutio cap. 1. par. 5. Et hęc ſententia eſt vera, quando qui ſuffragantur non poſſunt data ſuffragia reuocare, & quādo qui ſuffragatur, credit, quòd propter ſuū ſuffragium contrarium, pars alia maior non

*Caietan. Limitatio.*



eſt mutatura, quod ſuis ſuffragijs ſemel concluſit. Nam ſi crederet, quod propter ſuam contradictionem alij ſuam ſententiam mutarent, & non contradiceret, cum id facere deberet, diceretur conſentire: & ita teneretur ad damnum, cum ex ſuo officio ad id obligaretur.

*De ſuffra. in impoſitionibus.*

¶Sed aduerte quid dixerit circa hoc Cordub. in additionibus ad tractatum de caſibus cōſcientiæ. q. 191. Quod ego plane nō ſatis intelligo quomodo principijs, reſtitutionis cohæret. Sed & Nauarro videtur aduerſari. Ait enim ibi Corduba, rectores reipublicæ peccare mortaliter, & teneri ad reſtitutionem ſi damna ſint ſubſequuta in republica, ſi conſenſerint in impoſitionem iniuſtam: etiam ſi noſſent, quod plures ſuffragati erant, vel ſuffragaturi erant in fauorem illius impoſitionis iniuſtæ; quando auctoritate omnium & nomine omnium illa iniuſta impoſitio in republica executioni mandata eſt, quia tunc cauſa fuere totius dāni, licet ſine ipſis fieret damnum. Dico ergo, ſi ſine illis fieret damnum, quia iam ſuffragia publica maioris partis pręceſſerant, quæ ad damnum inferendum ſufficiebant, & iam efficacia erant, quomodo ipſi poſterius ſuffragantes ſunt cauſa damni, quod iam ex cōſenſu maioris partis efficaciter ortum erat, & virtute illius præcedentis conſenſus maioris partis, poterat mandari executioni, & de facto etiam ſi non ſuffragati fuiſſent poſteriores, executioni mandandū erat. Quia tunc conſenſus poſterioris, & minoris partis non eſt cauſa efficax damni: ſicut ſolet eſſe cauſa efficax ſocius adiuuans, poſterius veniēs, manus dans adiutrices ad damnum, ante completionem damni.

*Cordub. Nauarr.*

*Concordātur Nau. & Sotus.*

¶Dicamus ergo, quòd Nauarri ſententia prædicta communiter eſt vera. Sed iſta ſententia Cordubæ vera nō eſt: niſi in caſu, quo
1 illam ſententiam, de iniuſta impoſitione imponenda in republica, ſuffragijs maioris partis iam præcedentis concluſam, tales rectores non auderent executioni mandare: niſi authoritate omnium ſuffragantiū exe-
2 cutioni mandaretur. Secundo, in caſu, quo princeps videns non omnes ſuffragatores ſuffragratos eſſe, & præſertim talis, & talis authoritatis, apud principem, eam caſſa-
3 ret, & aboleret. Tertio quando, vt ait Nauarrus, qui prius male ſuffragati ſunt poſſunt ſuffragia reuocare, & qui vltimo ſuffragatur, credit quòd pars altera maior mutauit, quā ſuis ſuffragijs cōcluſit ſententiā iniquā. Et hæc (ni fallor) eſt cōcinnior cōcordia inter doctores in hac parte, diſsidentes, quam ea, quæ excogitata eſt ſupra à Corduba.

*Cordub. De procuratore conſent. in impoſ.*

¶Superaddit verò idem eadē. q. 19. quòd iudices, & rectores licet iurauerint cōſulere bono cōmuni, ſi notabiliter in hoc nō exhibeant ſe negligentes, nec peccabunt mortaliter, neque tenebuntur ad reſtitutionem. Cæterum iudices, aut rectores iurati, niſi cauſa impoſitionis iuſta ſit, etiam ſi ad mandatum ſuperioris per ſua ſuffragia talis iniuſtæ impoſitionis, in cauſa fuerunt: ad damnum tenētur cum ſciuerint, vel ſcire debuiſſent eſſe iniuſtam.

*Cord. De rectoribus.*

¶Præterea ſecundū eundem Cordubā, ſenatores, ſeu rectores ij tenētur tollere technas fraudeſque, & partialitates, quibus alijs nituntur tollere libertatem eligendi, vt ipſi eligant: tenenturq;, reſtituere, ſi quid receperint, vt nominēt aliquē in procuratorem ad curiā, quod ſecundum Cordubam, quia eſt turpe lucrum, reſtituendum eſt pauperibus, ſecundum communem doctrinā doctorū. Ita Sylue. reſt. 2. q. 2. & reſt. 4. q. 1. & Sot. lib. 3. q. 6. ar. 4. & lib. 4. q. 6. ar. 3. & Nau. in ſum. Caie. c. 17. num. 37. & Syl. verbo. concuſsio. q. 1. & Cordub. in quæſt. li. 1. q. 32. in 4. opinione. Ita Corduba in additionib. ad tractatū de caſibus conſcien. q. 177. Sed an ſit reſtituendū neceſſario pauperibus, iterū redibit ſermo. Sed interim poſt impletā conditionem turpem, ob quam datū eſt, ſic teneto cum communi.

*Syluest. Sotus. Nauar. Cord.*

*De cōfeſſario non obſtante retētioni. Nauarr.*

¶Et quia etiam inter non obſtantes contineri videtur aliquo modo cōfeſſarius reſtitutionem neceſſariam pœnitenti non indicēs; ideo dicimus ſecundum Nauar. quòd ſi confeſſarius per ignorantiam craſſam, aut affectatam non præcepit reſtitutionem pœnitēti ad eā parato, ſi ſibi à confeſſario præciperetur, manet obligatus ipſe ad reſtituēdum. Quod procedit qn̄ certò noſcit aut credit, quod niſi reſtitutionem iniūxerit ſibi confeſſo nō reſtituet, & ſi præcepiſſet, reſtituiſſet ſane. Secus eſt, ſi propter incogitantiā id nō præcepit, vel quia exiſtimauit confeſſo id curæ eſſe. Sicut ſecundū Victo. cum confeſſarius curatus etiam cōmuniter peritus eſt, idoneāque adhibet diligētiā, ſi in aliquo caſu in cōfeſsionis officio errauerit, niſi intercedat lata, aut leuis culpa, quā euitat euitando quod cōmuniter confeſſarij ſolent euitare, & cauere excuſabitur. Quia cū cōfeſſarius ſe offerat principaliter intuitu pœnitētis, ſecūdū Naua. cap. 4. nu. 3. ſolū tenetur de lata culpa: & ſi etiā ratione vtilitatis ſuæ ſe offerret teneretur de leui. Adijcit Nauarrus, quid caue re de-

*Victoria. De cōfeſſore errante.*

*Nauarr. pro confeſſoribus Indianorū*

re debeat, vel iubere debeat, pœnitenti, qui ex India diues rediuit, dicens reſpondendo, quod id ipſum quod alijs, qui ſimilia in bellis iuſtis, vel iniuſtis, vel in pace tyrānice, vel fortiter commiſerunt contra ius naturale, aut diuinum, quod nulla recta monarchia, nec vlla violenta tyrannis euertere poteſt. Super quo quidam noſtrates pij, & eruditi ediderunt aliqua, quæ timorem aliquem futurorum malorum præſentis, & futuræ vitæ incutiunt. Ita in genere ait Nauarrus.

# CAPVT. CI.

*Quomodo res fructifera reſtituenda eſt, quo ad fructus.*

*De fructuum reſtitu.*

PORrò, quoniam de reſtitutione agimus, dicēdum eſt, quòd ſi res iniuſte retenta eſt fructifera, reſtituendi ſunt domino omnes fructus, & emolumēta. cap. grauis. de reſtitutio. ſpoliato. exceptis neceſſarijs expenſis in illis colligendis, & acquirendis habitis. Habita tamen ratione bonæ, vel malæ fidei: quia ſtante bona fide non tenetur bona fide poſsidens, eos fructus quos durante bona fide conſumpſit reſtituere domino: niſi in eo quo ex eis factus eſt locupletior, ſed mala fide conſumptos reſtituere tenetur. Quanuis ſecundum Couar. ſi mala fide poſsidens fecit fructus in re aliena, cōmuni cura hominum perceptibiles, etiam caſu, quo dominus non erat percepturus, reddendi ſunt, ſi extent. Secus ſi ſunt cōſumpti. Sed credo Nauar. huic opinioni non aſſentiret. Quia ſecundum Nauar. etiam ſi illam terram non eſſet culturus dominus, nec ex illa illos fructus alias percepturus: tamen quia fructus ſunt terræ ſuæ deductis expenſis ſibi ſecundum ius cedunt. Vnde etiam ſi conſumpti ſunt deductis expenſis, domino reddendi ſunt in tali caſu. At forſitan quanuis Nauar. ſententia ſit magis vera de rigore iuris: ſententia tamen oppoſita Couar. cui accedit Sot. de æquitate loquēdo, eſt vera, quod malæfidei poſſeſſor fructus non extātes, ſed iam conſumptos non tenetur domino reſtituere, quia alias dominus non erat eos percepturus. Addēdo quòd procedat hoc quando ex conſumptione illorum fructuum ille malæfidei poſſeſſor in hoc caſu non factus eſt locupletior. Quia in hoc caſu dominus videtur, nihil habeat minus de eo, quod deberet habere, quia illos fructus non erat percepturus, nec habiturus. Quanuis hæc ratio non careat cōtradictione. Sed hoc interim tanquā æquū teneamus; licet tutius eſſet ad aliquid pro illis fructibus recompenſandum domino in hoc caſu obligare, licet non integrum; ſed arbitrio boni viri.

*De reſt. ſpol.*

*Couar.*

*Nauar.*

*Sententia autoris.*

*Sotus.*

*Limitatio.*

¶ Verum vſurarius, aut latro, quod pecunia vſuraria, vel aliena lucrati ſunt reſtituere non tenentur domino. Quia ſecundū D. Th. 2.2.q.77.art.3. fructus pecunię, aut alicuius rei vſu cōſumptibilis, vt vini, olei, nō eſt fructus iſtarū rerū vſu conſumptibiliū; quia ex ſe vſūfructū nō habēt: ideo induſtriæ cū eis negotiantiū tale lucrum debetur. Tenentur tamen damnū ſi quod ex tali acceptione, vel retentione domino euenit, reſarcire, & etiā lucrū ceſſans, ſi quod ceſſauit. At accipiēs res non vſu cōnſumptibiles iniuſte, vt domum, vel poſſeſsionem, non ſolū eas. ſed earū fructus, vt dictum eſt, tenetur reſtituere, deductis expēſis neceſſarijs. At domū emptā pecunia aliena non oportet reſtituere, ſecundū D. Th. licet talis domus ſit obnoxia reſtitutioni, & vēdenda ſit, vt reſtitutio fiat; quādo aliūde non ſuppetit facultas ad reſtituendū.

*De lucro ex alieno.*

*D. Thom.*

¶ Hinc ait Nauar. patere iam ſolutionē ad dubium. 15. patris fratris Vincentij Iuſtiniani, an qui torquē aureum à non domino emptum, ſæpius locauit, an preciū locationis reſtituere teneatur. Reſpondendū, inquit Nauar. eſt negatiue; quia tunc torquis æquiparatus pecunię, cuius lucrum, etſi ſit aliena, non eſt reſtituendum. Etiam ſequitur, quod quia equus non eſt res ipſo vſu cōſumptibilis, qui equum ſolitum locari, iniuſte per dimidiū annum retinet, tum equum, tū etiam pretiū locationis, reſtituere domino tenetur. Imo etiam ſi equus vel furto ſublatus, aut retētus eſt, & perijt penes iniuſtum vſurpatorem tenetur ſoluere quantum maioris valuit à tempore, quo male accepit: donec illū domino, loco, & tempore ad recipiendum nonueniēti obtulit. At ſi dominus legitime oblatum noluit accipere: tunc ſatis facit reſtituendo tantum, quantum valuit tempore, quo accepit. De hoc locupletius diximus ſupra, cum Met. Cōplu. tēperantes hāc ſentētiā Nauar.

*Dubium Naua. Vinca.*

*Reſp.*

*Coroll.*

# CAPVT. CII.

*Quantum reſtituetur.*

SEcundum regulam receptiſsimam inter doctores, reſtituendum eſt tantum, quanti ęſtimatur damnum certum, aut arbitrarium. Quantitas verò incerta eſt iniuriæ, vulnerum, fructuum ſperatorū, ſeminum ſatorum intereſſe amiſsi, damni emergentis, aut lucri ceſſantis, & ſimilium. l. 1. C. de ſententia, quæ pro eo, quod intereſt. Vnde Diuus Thomas. 2.2. quæſtione 62. ait, quòd licet res, quam alius actu habebat: ſi ſibi ablata eſt, ad æquale reſtituenda eſt: ſed pro re, quæ eſt in potentia, vel quæ eſt in via, vt ſi quis. v. g. ſemina agri alterius effodiat, aut pecuniam vltra terminum præfixum retineat, qua dominus paratus erat negociari, & lucrari; non æqualem recompenſationem, ſed tamen aliquam, ſecundum exigentiam rei, temporis, loci, & perſonarū, & negociorum facere debet pro damno, aut lucro inde ceſſante. Et quia his penſatis arbitrio boni viri quantum ſit reſtituendum relinquitur, ideo vir bonus ſecundum Nauarrum tantum arbitrari debet, quantum ad æqualitatem requiritur ſi poterit. Sin minus, quod propius ad eam accedat. capit. veniēs. de iureiurando. arg. l. fideicommiſſa. §. quam quam. ff. de leg. 3. habita ratione bonæ vel malæfidei. Quia ſi bona fide accepit bonaq; fide durante conſumpſit, non tenetur, niſi in aliquo factus ſit locupletior.

*C. de ſent.*

*D. Thom.*

*Nauarr.*

¶ At vero, memini me legiſſe circa hoc quandam aduertentiam in quibuſdam ſcritis, quæ circumferebantur nomine Soti, quæ non mala mihi viſa eſt, ſcilicet, quod quādo quis iniuſte, & per violentiam, vel fraudem in ſua ſegete, & ſeminibus damnificatus eſt, licet non ad æquale quantum inde ſperabat fructus, ſibi recompenſandum ſit, ſed prædictis circunſtantijs penſatis & periculi & laboris, etiam arbitrio boni viri aliquid contribuendum ſit. Sed aliquid magis ei hac contemplatione reſtituendum eſt; ſcilicet, quia inuitus, & per violentiam paſſus eſt id damni, & quia rationabiliter mallet cū ſuo periculo, & labore expectare integros colligendos fructus, quam accipere tantum, quantū in potentia conſiderata illa ſemina tempore deuaſtationis valent.

*Aduertentia Soti.*

# CAP. CIII.

*Cui reſtituendum.*

IN primis illa præiacienda eſt regula, quòd res aliena regulariter eſt domino reſtituenda ſiue ſit abſolutus dominus, ſiue diſpenſator duntaxat, quales ſunt prælati eccleſiarum. At quatenus attinet ad reſtitutionem ſibi faciēdam, domini cēſentur eſſe creditor reſpectu

*Regul.*

*Qui hic cēſeant domini.*





pignoris ſibi ſublati, & depoſitarius depoſiti ſibi ad cuſtodiā traditi, & ſartor veſtis fingendæ, & lotor reſpectu veſtimenti lauandi & commodatarius rei commodatæ. argument. l. itaque fullo in principio. §. ſed & ſi res pignori. ff. de fur. Verum tamē eſt, quòd in foro conſcientiæ ſecundum Nauarrum veris dominis prædicta reſtitui poſſunt dū cautione habita conſulatur omni damno cuſtodum circa nouam reſtitutionem, æſtimationem, fidelitatem, ſcandalum contra eos orituro. Quod maximè habet locum, quando alias pro vafricie, vel opulentia, vel alias talis cuſtos non reſtituturus domino crederetur, iuxta communem. Nauarrus ſic cap. 17. ſum. latin. num. 28. & Sotus. libro. 4. q. 71. ar. 1. de iuſt. & iur. At vero domino furioſo res non eſt reſtituenda, nec domino, ideſt, pupillo, vel minori habenti curatorem, ſed curatori eorum.

*ff. de fu.*

*Nauar.*

¶ At iam hic à Caietano in ſumma reſtitutio. capit. 4. & à reliquis recentioribus eius ſententiam tenentibus diſcedit Nauarrus, dicens cap. 17. nume. 29. ſumma latin. quòd prælato diſsipatori etiam diſperdenti bona eccleſiæ reſtituendi ſunt fructus, & prouentus eccleſiæ, & bona eccleſiæ, quorum ipſe eſt diſpenſator, niſi ſit ſuſpenſus à diſpenſatione, aut niſi ei ſit coadiutor datus, & quidē hæc ſententia Nauarri dura eſſe videtur, niſi ſalis grano condiatur. Etenim, ſi illi fructus, & prouentus ad illum prælatum diſsipatorem principaliter, & propriè, & diſtinctè pertinent fatemur, ei poſſunt reſtitui: quia 1 tunc ſecundum D. Tho. quoad illam ſuam partem dominium habet illorū. ita D. Tho. quolib. 6. ar. 12. licet diſſentiat Nauarr. Secūdo 2 ſententia Nauarri in foro exteriori verū habet: quādo per ſentētiam ipſa adminiſtratione nō eſt priuatus: quia tunc in foro exteriori illi debitor eccleſiæ compelletur reddere. Tertio vera eſt ſententia Nauarri, 3 quando de ipſa lapidatione eſſet ſuſpectus, non tamen certo cōſtaret. Quartò, quando, 4 ſi tali prælato non reſtituere, ſcandalum orietur, aut damnū graue ſibi pararet, tunc illi licet diſsipatori, poſtquam ſuſtinetur, poſſet licite reſtituere.

*Nauar. cōtra Caiet.*

*Sententia Nauarri vbi vera.*

¶ At vero caſu, quo prædicta ceſſant, & certū eſt, quod reſtituendum eſt non ad ſe, ſed ad eccleſiam, puta, ad eius fabricam, vel ad aliquam eccleſiam particularem pertinere, certūq; eſt confeſtim, vt acceperit, dilapidabit, neque reſtituet: quia impotens eſt ſoluendo: tunc ſententia Caietani, & recentiorum eſt verior, & efficaciori ſuffulta ratione.

*Caieta. hic admittitur.*



UNIV. GRAN

ratione. Quia Nauarrus ſolum oppoſitam A probat à negatione: quo argumento, & alias ſolet vti. Quia, inquit, nullibi contrarium ſtatuitur. Quod quidem argumentum non eſt multum vrgens; quia ſtatuta ſtabiliẽtia bona eccleſiæ reſtituenda prȩlatis, fundantur in bona præſumptione, qua de bona fidelitate corũ eccleſia fidit. At quando notoriè conſtat, aut certò conſtat reſtituturo, talem prælatum ſecretum furem eſſe, & latronem, ratio naturalis dictat, licèt nullibi ſtatuatur, quòd illi ſtatim diſsipandum ab ipſo, cum ſit alienum, non ſit reſtituẽdum, ſicut neque in iſto caſu reſtituendum eſſet adminiſtratori laico dilapidaturo certo. Noſtram ſenten B tiam ſic intellectam amplectitur frater Ioſephus in ſuis floribus, & Metina Salmantiçenſis in ſua inſtructione. fo. 166. ait bona eccleſiæ prȩlato non ſunt reſtituenda, quando eſt dilapidator, ſed ſufficit ponãtur in depoſito, quouſque ſuccedat alius. *Frat. Ioſe. Metin.* Neque deſunt ad eam probãdam bonæ rationes. *Ratio.* Quia ceſſante cauſa reſtitutionis ceſſat effectus: ſed reſtitutio bonorum eccleſiæ fit, vt damnum eius vitetur: ſed damnum eccleſiæ non vitatur, dum bona ad ſe pertinentia prælato ſtatim dilapidaturo certe, ea reſtituuntur: ergo tali non ſunt reſtituenda. Igitur in caſu iſta bona reſtituenda ſunt capitulo fideliter C ea diſpenſaturo, vel, vt ait Nauar. ex licentia ipſius prælati ſubticendo eſſe eccleſiæ, ne prælatus ea ſibi ſtatim ſurripiat ad diſsipandũ, in bona alia proficua eccleſiæ, & neceſſaria, quaſi ea reſtituens donet, conuertat, adhibita cautela, ne alia ſequantur inconuenientia. Aut ſi prædictis modis reſtitutio fieri nequeat cõmode eccleſiæ, ſecundum conſiliũ fratris Ioſephi, ſi reſtitutio eſt magni momenti, fiat in immobilibus proficuis eccleſiæ, quæ non ita facile à prælato diſsipatore prodigi poſſunt.

*Coroll. 1.* ¶Quia vero reſtitutio, vt prædictum eſt ad damnum vitandum, & reſarciendum, or- D dinatur in vtilitatem reſtituendi: hinc fit, ꝙ hominibus perditiſsimis, de quibus certo cõpertum eſt, luſibus, & ebrietatibus, & ſcortationibus cum meretricibus, & alijs id genus vitijs, res ſuas ſtatim abligurituros eſſe & conſumpturos, non eſt ſtatim reſtitutio facienda, ſed commodum tempus erit expectandum. *Corol. 2.* Hinc ſequitur, ꝙ qui lucratus eſt pecunias à filio familiàs non emancipato, ſi certo ſcit, quod facta ei reſtitutione, iterum luſui eas exponet, non ei, ſed patri eius eas debet reſtituere: quòd ſi pater abſit, deponat pecuniam ſic lucro partam, apud aliquem.

*Corol. 3. Frat. Ioſe.* Hinc infert frater Ioſephus, quod pecunia in magna copia debita principi gerenti iniuſtum bellum non eſt reſtituenda ei, dum tali bello intendit: quia eſſet in iniuriam iniuſto bello opprimendorum: ſicut neque licet reſtituere gladium ſuum parato, ad iniuſtam inferendam necem. *Vbi reſtitutio differenda.* Item ſi dominus, præſertim, ſi eſt habens familiam, rem ſibi reſtitutã eſt diſsipaturus reſtitutio poteſt protrahi. In hoc autem caſu, ſicut in ſupradictis, vbi dominus ſtatim eſt in luſibus luxibuſque diſsipaturus, quòd ei reſtitutio ſit differenda, intelligitur ceſſante ſcandalo, ne alij exiſtiment debitorem nolle ſoluere ex aliqua B cauſa mala non excuſante; & niſi creditor, ideſt, dominus, cui reſtituendum eſt, minas ideo incutiat, aut quia ſibi quod ſuum eſt non ſoluitur, non vitabit peccatum: ſed potius conſtituetur in periculo peccandi, & forte grauius.

¶Atque licet non tenear rem reſtituere domino, cum detrimento meo, vt diximus, quando latro, qui furatus eſt eam, me conueniet in iudicio pro ea, nam ego ſum proximus met mihi; tamen qui rem furatam, latroni rurſum dedit: quando ſine detrimento ſuo domino dare potuit domino eam reſtituere tenetur. *An reſtituenda ſit latroni.* Patet, quia in foro exteriori C ſic compellitur reſtituere eam domino, quia idem eſt ius fori, & ius poli. Quæ ſententia, quæ eſt fratris Ioſephi in ſuis floribus, licet vera ſit: ſed non abſolutè: ſed limitata cum ſupradictis, Nauarri, & Soti limitationibus. *Ioſeph. Limitatio Nauar. & Soti.* Primo, niſi faciat ad recuperandum à latrone pretium pro ea datũ ſecundũ Naua. etiã 1 ſi nullum aliud, præter hoc reſtituenti accidat detrimentum pro hoc vitando poterit eam reſtituere latroni. Secundo, quando ſe- 2 cundum Sotum, ignarus, & ruſticus ex ſimplicitate, putans ſe nõ male facere, quia non callebat ſubtilitates legis, cum deberet illã reſtituere domino, reſtituit eam latroni, à D quo eam acceperat: nam tunc iſte non tenebitur eam rem iterum domino reſtituere. Denique licet reſtitutio cõmodati, cõmodatario, & non domino facienda ſit, ſi facta iam fuerit domino; expenſæ tamen, quas commodatarius fecit in inueſtigando ſibi rẽ ſurreptã à fure, fur cõmodatario ſoluet.

*Nota ſi reſtituatur ſine indag.* ¶Quòd ſi quis non facta prius indagatione veri domini, incerto exiſtente domino, res pauperibus reſtituit: poſtea apparenti domino ſecundam tenetur facere recompẽſationem. Et ſi dura ſibi videatur hȩc obligatio, ſibi imputet, qui ſic in culpa lata fuit, vt ſine indagatione domini, quæ communiter ab omni-



ab omnibus ſolet fieri, ipſe ſe in iniuriam A domini præcipitauit, reſtituendo res alienas pauperibus.

## CAP. CIIII.

### De reſtitutione bonorum incertorum.

*D. Thom.* Licet ſecũdum D. Tho. res incertæ: quarum poſt indagationem nõ inuenitur dominus, authoritate epiſcopi in pios vſus ſint applicandȩ. *Scotus.* Atq; ſecundũ Scotum, quando emergunt graues neceſsitates pauperum, illis ſint tribuendæ: tamen quan- B do pauperes non ſunt ita egentes & eccleſia eget eius fabricæ applicabuntur. *Cum non eſt certus dominus.* Quando vero ſcitur res eſſe debita in communi, & nõ in particulari, quia ſcio rem, quã habeo, eſſe Socratis, vel Ciceronis, vel Platonis, inter illos eſt diſtribuenda: vel illis non extantibus. inter eorum hæredes eſt diſpartienda, neque ſine illorum conſenſu eſt aliquid de huiuſmodi bonis agendum. Ita Sotus, & frater Ioſephus. Neque remiſsio vnius in hoc caſu, ideſt, Platonis liberabit à parte reſtituenda Socrati, vel Ciceroni.

*Victoria.* ¶Adde, quòd Victoria in relectione, de iure belli. §. 27. diffinit, quod ſi res, incertum C ſit, cuius ſit: vt inter principes ſtante hac incertitudine, ad quem ciuitatis alicuius dominium pertineat, ſtantem in poſſeſsione non poteſt alius princeps ſpoliare, nec armis impetere quia in dubio melior eſt cõditio poſsidentis. *In dubio poßidens nõ eſt ſpoliandus.* Sed ſi talis ciuitas, vel prouincia, de qua dubitatur ad quem pertineat, ſit deſerta morte legitimi domini, nec habet legitimũ poſſeſſorem: facienda eſt compoſitio, ita, vt diuidatur, vel aliter recompenſet pars alteri: quia in pari cauſa nullus facit iniuriam petẽdo æqualem partem. Inſuper dubitans de iure ſuo (licet pacifice poſsideat) tenetur examinare cauſam diligẽter, & audire patienter D rationes alterius partis, vt ſi forte poſsit certũ ſcire pro ſe, vel pro alio. Patet; quia alias ſi non examinaret, veniente dubio, fieret iã malæ fidei poſſeſſor. Quod ſi iam examinata cauſa rationabiliter perſeuerat dubium, tũc legitimus poſſeſſor nõ tenetur cedere poſſeſsioni, ſed poteſt licite retinere. Patet: quia in hoc caſu nõ poſſet iudex eum ſpoliare: ergo nec ipſe tenetur cedere in toto, vel in parte. Ita Victoria loco citato. *Victor.*

*D. Thom. Quãdo depilatur ciuitas.* ¶Deinde ſecundum Diuum Thomam, in 4. diſtinct. 15. artic. 5. quæſtiuncula. 4. articu. 3. in bello iniuſto depilantes ciuitatem, ſi

A poſt diligentiam exhibitam in inquirendo, particulares domini non inueniantur: illi ciuitati, vel eius curam gerenti, vel eius epiſcopo reſtituendum eſt, vt in bonum commune ciuitatis cedat. At vero hanc doctrinam magis explicans Sotus de iuſtitia & iure, libro quarto, quæſtione ſeptima, ait hic per diſtinctionem eſſe reſpõndendum. *Sotus.* Etenim dum exercitus communi nomine ciuitatem fuerit deprædatus, tunc forte ſi ignoti ſint domini, facienda eſt vrbi reſtitutio, vt reſpublica ipſa diſtribuat. Quando vero non illo modo per iniuriam toti ciuitati illatam contractum eſt debitum. ſed per iniuriam ſingu- B larium ciuium, non eſt neceſſariũ reſtitutionem, in eodem oppido fieri.

*D. Thom.* ¶Porrò quanuis Diuus Thomas loco ſupra allegato incerta per arbitrium epiſcopi in pios vſus eſſe erogãda, dixerit, in quarto ſententiarum diſtinction. 15. quæſtione. 1. articulo. 5. vel per gerentem curam ciuitatis, & quanuis Scotus, quem ſequitur Ricardus, eadem diſtinctione, quæſtione. 2. articulo quinto. teneat contrarium negans id eſſe neceſſarium, imo ait per ſe quenquam id exequi poſſe: *Scot. Ricard.* Sotus tamẽ ad cõponẽdos eos, ait ſe credere, quod vbi modica eſt reſtitutionis quantitas, per ſe quelibet reſtituere poſ- C ſe. *Sotus conciliat eos.* Cum vero res eſt cumulatioris pretij, conſilium eſt, vt arbitrio prudentis confeſſarij fiat. Imo poſſet tam ingens eſſe, vt conſulendus eſſet epiſcopus, vt eius prudentia commodius reſtitutio fiat. Sed iam ſuperius memini dixiſſe Nauarrum ad componendos doctores in hac parte diſsidentes, quod licet epiſcopus non poſsit impedimento eſſe occupatori bonorum incertorum, quo minus per ſe ipſe eorum reſtitutionem exequatur: tamen de ordine ſeruando inter reſtituẽdum, bene poteſt ſe intromittere, dum non ſeruatur. *Nauar. cõponit hic doctores.* At ſecundum fratrem Ioſephum, *Ioſephus.* caſu, quo debitor incerti, male diſtribuit, D quia reſtituit non indigentibus; epiſcopus ſe poteſt intromittere, & caſum moræ culpabilis in reſtituendo incerta, ſibi poteſt reſeruare, præſignando tempus. Sed quod fiat de arbitrio epiſcopi dum epiſcopus hoc arbitrium quo ad ordinem, & modum reſtituendi non reſeruauit, nõ eſt de neceſsitate; neq; ſecundum Sotum D. Thom. diuerſum docuit; maxime cũ in ſumma de hac re ſiluerit.

*Quæſtio. Vtrum incertũ pauper vſurpator licite retineat Caietan.* ¶At vtilior hic ſe offert quæſtio, vtrum ſi is, qui pecuniam habet ignoti incertique domini, poſsit ſibi partem capere, dumodo ſit pauper, vel ſuis conſanguineis, & familiaribus elargiri. Caietanus quidem id abſolute aſſir

*Sotus.*

te affirmat licitè fieri poſſe. Sotus vero, in de iuſtitia & iure. libro. 4. quęſtione. 7. articulo primo, id non audet ſine contemperamento cõcedere. Quia ſi hæc licentia fiat, illico ſibi quilibet arripiet anſam ſibi ſuiſque pro ratione ſui ſtatus paupertatem fingendi (vt aiunt). Igitur vbi neceſsitas non fuerit patentiſsima, & patenter clara nemo tutò poteſt ſibi vſurpare bona incerta, quæ reſtituere debet, licet poſsit reſtitutionem differre. Atſi cogitat ſibi capere, id debet facere authoritate epiſcopi, aut ſui Parochiani curati, aut cõfeſſarij ſi prudens eſt, & ſapiens. Idque fieri licebit quando grauiores aliæ miſeriæ pauperum non ſe oculis obijciant. Quanuis crediderim, quòd ſi in hoc caſu conſilio confeſſarij iam partem horum bonorum incertorũ, elargitus fuerit, quãuis fuerint alij pauperes grauius egentes, quibus potuit dare: ſi pauperibus verè, conſanguineis eam partem erogauerit, factum tenebit. Nam ſecundum

*Cordub.*

Cordubam exequutor teſtamenti, qui in teſtamento iuſſus eſt dare certa legata pauperioribus in generali: ſi pauperibus vere dedit, prætermiſsis pauperioribus, dummodo in teſtamento non fuerint ſignati, & nominati, licet male fecerit tamen factum tenet, ita vt non teneatur amplius ad reſtitutionem.

*Nota auctoritas prælati hic excuſ. à poſtea reſti.*

¶ Quando vero bonorum incertorum debitor, quia pauper, authoritate prælati aliquam eleemoſynam ſibi ex his quæ debebat applicauit, vere fit eius dominus: neque veniens in pinguiorem fortunam tenetur id amplius reſtituere.

*Quæſtio.*

¶ Libet quoque hic ſciſcitari, ſi occupator incerti, qui reſtituturus eſt, eſt quidem fur, & licet ſit pauper, flagitioſus eſt tamen, an ſit ei id debitum incertum applicandum. Re-

*An incertum applicandum ſit latr. pauper.*

pondet Metina in ſua inſtructione folio 157. quòd re vera haud bonum eſt applicare ei quando ſceleſtus eſt, & latro. Cæterum, ſi aliquo alio iuſtificato titulo ſibi id acquiſiuit poſt indagationem, incerto exiſtente domino, bene poteſt id ſibi indigenti applicari. Verum ſi confeſſor iam hanc reſtitutionem incerti recuperaſſet à fure: tunc bene poſſet tali furi vſurpatori incerti, id applicare, ſi indigeat: ſi confeſſarius eius, vel prælatus id velit. Ita Metina in ſua inſtructione; quæ omnia menti mandato optime lector.

*Ioſephus.*

¶ Et tandem, licet frater Ioſepſius in ſuis floribus, dicat quod pauper, qui tenetur ad reſtitutionem incertorum, ſine fraude, & dolo ſibi applicare poteſt, quia non eſt peioris

*Nauar.*

conditionis, & quanuis Nauarrus, ſumma latina, capite 17. numer. 92. audacter affirmet, quod reſtitutioni obligatus incertorum ſine epiſcopo, & confeſſario reſtituere poteſt, ita quòd epiſcopus contrarium iubere non poteſt: neque regulariter in hoc voluntati talis debitoris contrauenire, niſi quando non recte diſtribuit, vt debet: tamen quia nemo bonus iudex in propria cauſa eſt, cordata eſt valde regula, ſeu diſtinctio Soti ſupra poſita; quod licet non ſit de neceſsitate, tamen dum quantitas eſt magna conſilium eſt de arbitrio epiſcopi, aut confeſſoris fiat: & quòd ſibi, aut ſuis parentibus non applicet bona incerta, niſi de authoritate epiſcopi, vel curati, vel confeſſoris: niſi neceſsitas ſit patentiſsima, & clariſsima. Sed de his ſatis; quia poſtea de his incertis redibit ſermo.

*Cordata regula Soti.*

# CAPVT. CV.

*Vtrùm turpe lucrum ſit reſtituendum.*

QVia etiam poſtea de incertorũ compoſitione an licita ſit, an & omnis compoſitio incertorum ſit valida, habendus eſt ſermo: ideo quamuis Sot. hic eam ventilet, ab ea ſuperſedeo. At quia de eo cui reſtitutio facienda eſt, adhuc diſſerimus, ſcito quod extortum metu graui, ideſt, ex metu cadenti in virum conſtantem in foro exteriori domino à quo extortum eſt, iubetur reddi, non tamen exactũ per contractũ initum ex metu leui. ¶ At verò in foro conſcientiæ eatenus eſt inualidus contractus per metum leuem factus, quatenus ille metus leuis fuit cauſa, ſine qua non, illius actus. Argumentũ eſt pro hoc cap. fœlicis. §. illud de pœn lib. 6. per gloſ. in verb. ſimplici fauore, & ca. final. ibi notat de iniurijs. ſic Nauar.

*Quæſtio.*

¶ Sed iam hic non ſubterfugere poſſum illam quæſtionem, in qua quot capita tot ſententiæ. Et in qua mallem me eſſe diſcipulum, quam docere; & de qua Nauarrus in ſumma Latina ait nuſquam vſque ad illam editionem alicuius doctoris ſibi feciſſe ſatis ſuper hac materia ſententiam. Sed neque habitam in ſumma Hiſpanica à ſe hactenus ſententiam, ſibi nunc omnino placere. Sed putat, quam in ſumma Latina, nunc denuo, & poſtremo excogitauit, magis ſatisfacturam: ſed re vera quidquid ſit de alijs, mihi plene non ſatisfacit.

*Nauar. hic varius.*

¶ Quæſtio igitur eſt, an accepta, vel data ob turpem cauſam, ſint reſtituenda, & quomodo, & cui.

¶ Igitur circa iſtam quæſtionem, vtrum omne



omne turpe lucrum licite detur, promittatur, & recipiatur, & reſtituendum ſit, & cui. Et circa primum articulum (nam hic continentur tres) vtrum lucrum turpe licite promittatur, & promiſsio obliget Reſpondet Corduba in ſuo quæſtionario lib. 1. quæſtione. 32. quod talis datio illicita non eſt, quando nullo iure eſt prohibita, vt datio facta meretrici, poſt obtẽtam ab ea cõpulã. Nec illa receptio eſt illicita. Nam bene ſtat, quòd fuerit promiſsio turpis; & tamen poſt cauſam ſubſecutam ſit debita, & licita eius adimpletio, ideſt, datio, & receptio promiſſi, vt patet in meretrice. Vnde quando illa promiſsio eſt modalis, ideſt, ob cauſam turpem, licet non inducat obligationem adimplendi, quia in male promiſsis reſcindenda eſt fides data: ſed tamen poſt cauſam ſubſequutam obligatoria eſt promiſsio, ad ſeruandam veritatem, & fidelitatem ad proximũ, maximè, ſi fuit iuramento firmata. Quia, licet promiſsionis cauſa finalis fuerit fornicatio ſperata; tamen talis fornicatio, non eſt cauſa finalis dationis pretij ſed impulſiua, quia cauſa finalis hic poſt factum nõ eſt, neq; debet eſſe, niſi fidelitatem ſeruare. Quam non ſeruaret niſi promiſſum impleret, vt patet in exemplo Iudæ cũ Thamar Geneſis. 38. Et quia, vt patet in cap. finali. de conditionibus appoſitis. conditio turpis habetur pro non adiecta, & à contractu reijcitur, ac ſi ſine illa conditione turpi facta fuiſſet promiſsio. Ergo in caſu noſtro tenet promiſsio etiam in conſcientia, poſt factum, acſi ſine illa conditione turpi promiſsio facta fuiſſet. Hæc eſt Cordubæ, Metinæ, Soti quæſtio. 7. quarto libro, vbi ait; quod meretricibus imò maritatis, & puellis in foro cõſcientiæ poſt habitam cum eis copulam, tenetur ſoluere qui eis promiſit aliquid, niſi exceſſus æſtimationis iuſtæ pro ratione perſonarum immodicus eſſet. Hæc eſt D. Tho. cuius rationem affert. Quia licet flagitia ſint vetita, datio tamen non eſt probita.

*An turpe lucrum reſtituendũ. Cordub.*

*An datio meretrici facta ſit licita.*

*Gene. 38. de condit. appoſ.*

*Cordub. Metin. Sotus.*

*D. Thom.*

*Nauar. refutatur.*

¶ Non eſt repugnantia, vt Nauarrus autumat, dicere, quod ſit turpe meretricari, & quòd ſit licitum & non turpe, aliquid accipere, cauſa turpi iam impleta. Primo, quia non accipitur pro cauſa turpi, ideſt, fornicatione quatenus turpis, & illicita eſt, ſed quatenus iure naturali æſtimabilis eſt pecunia, & quatenus eſt vſui humano accõmodus, & voluptatẽ corpori afferens talis fornicationis actus. Neq; Nauarrus arguit à ſimili, quando inſtat, quòd pari ratione liceret aliquid accipere pro re ſpirituali, quia etiã vſui humano poteſt eſſe vtilis. Quia eſt differentia, q́ pro re ſpirituali nihil pretij poteſt accipi, quia iuſſa eſt à domino talis res dari gratis, iuxta illud, Gratis accepiſtis gratis date.

*Ad. 1. obiect. Nauar.*

*Reſp. arg. eius.*

¶ At actus fornicationis, vt delectabilis eſt, nõ eſt prohibitũ, q́ ſi fiat, fiat non gratis licet prohibitũ ſit ſub mortali, ne fiat. ¶ Sed qui hoc prohibuit dominus, nõ prohibuit trãſlationem dominij in dato pro tali actu.

*Ad 2. obiect. Nauar.*

¶ Neq; valet obiectio ſecũda Nauar. ſcilicet, quod ſecũdũ iura diuina, & humana iſti actus fornicationis turpes magis cõſiderantur in genere moris, quam in genere entis: ac percõſequẽs, quòd nõ licet pro illis aliquid accipere. Nõ, inquã, valet, quod iura humana, & diuina conſiderãt iſtos actus magis in genere moris; quod bene verum eſt, quo ad eorum prohibitionem. Sed iſti peccatores cũ pro eis dant, vel exigunt pretium, magis conſiderant iſtos actus, vt ſunt voluptuoſi & vſui humano pro delectatione corporali ex eis capienda accõmodi. ¶ Nec valet rurſus replica Nauarri, ſcilicet, q́ illa malitia illi actui fornicationis eſt intrinſeca, & inſeparabilis: Quia licet quo ad culpam, & à parte rei ita ſit, vt ipſe ait, tamen intellectu, & conſideratione, eſt ſeparabilis iſta ratio actus delectabilis, ſub qua datur pro fornicatione, & accipitur pretium. ¶ Neq; enim (vt bene ait Corduba) fornicatio per hoc, quòd eſt prohibita, vt intrinſece mala, amittit ſuam naturalem voluptatem, ſub qua ratione pretium accipitur pro ea, & datur. Sicut mulier coniugata, ſi poſtquam ſatisfecit debito coniugali, reddendo iam ſatis debito marito, ſi in caſu, quo nõ teneretur reddere, quia nimius eſt in exigendo maritus pro concedendo marito rurſus voluptatẽ nouæ copulæ, vel iteratæ ſtatim copulæ exigeret à marito aliquid pro ſuo ornatu ſuperfluo, licite poſſet accipere illud, poſtea conuertendi in bonos vſus cum propoſito.

*Ad replic. Nauar.*

*Ratio Cordub.*

*Exemplũ cõiugatæ.*

¶ Igitur ſit concluſio generalis cõtra Metinam in toto, & contra Nauarrum in parte, non ſolum meretrices publicitus proſtitutæ, ſed etiam maritatæ, & puellę, quæ ſemel, aut bis collabuntur, poſſunt accipere pretium ſibi promiſſum. Imo poſt obtentũ coitum tenebitur, qui illis promiſit, ſoluere in foro cõſcientiæ; licet in foro exteriori ſolũ publicitus meretrices proſtitutæ poſsint illud repetere, nõ illæ maritatæ, aut puellæ. Hæc Soti eſt loco citato, & D. Thomæ, & Cordubæ, eſt Metinæ Salmanticenſis in ſua inſtructione foli. 117. Eſt communis. Eſt tamẽ contra Nauarrum in ſua ſumma Latina.

*Concl. contra Nau.*

*Sotus. D. Thom. Cordub. Metin.*

cap. 17. nu. 38. & 39. & 40. & 41. dicentem A cum Metina Complutenſi, peccare meretrices recipiendo mercedem tanquam debitũ operæ ſuæ fornicariæ. Et quia iam rationes, quibus Nauarrus ſuam tutabatur cõtrariam opinionem, infregimus, eneruauimuſq;, parum negotij ſuæ nobis faceſſunt rationes.

*Probatio primo.* Probamus autem, & hanc noſtram primò ratione D. Thomæ: Quia licet hic cauſa per legẽ ſit prohibita, ſed non datio, aut acceptio.

2 Secundo, quia abſurdum eſt prorſus dicere, quod leges exteriores, prout ipſe Nauarrus & omnes concedunt, & ità eſt, concedant meretrici publicę repetitionem illius pretij & in foro exteriori cogant, promiſſorem, B id ei perſoluere: ſi ita eſt, quod ipſa petendo & recipiendo pecccat mortaliter. Quia cum iſtæ leges non fundẽtur in falſa præſumptione, dũ id iubent, viderẽtur cooperari ad illicitum, & ad petitionem, & receptionem pretij mortalem, ſi talis petitio, & receptio eſt mortalis. At iam, quia in genere delectabilis, vt ſupra inſinuauimus, vendibilis eſt talis actus, ſuperflua eſt illa cæremonia, quam obſeruãdã ait eſſe Nauarrus; ſcilicet, quòd talis mulier ſiue honeſta, ſiue inhoneſta non exigat illam mercedẽ ſibi promiſſam tanquam pretium ſibi debitum, ſed ſolum blandis precibus ſibi gratuito donari illud promiſſum C deprecetur.

3 Itẽ ſecundũ Sotum loco citato, nomẽ meretricis, quia dicitur à merendo inſinuat loco mercedis debitæ, id illam recipere, & non loco donationis, & ita intelligunt ipſæ meretrices.

¶Falſa inſuper eſt illa imaginatio Nauarri dicentis, q̀ licet iſtæ mulieres non poſsint exigere aliquid vt debitam mercedem ſibi promiſſam: nihilominus ſic acceptum non tenentur reſtituere, quia gratis, inquit, ſibi confertur. Quia licet verum ſit ſecundũ communẽ opinionẽ, contra Metinam, quod non tenentur illud reſtituere; ſed id eſt, propter rationes prædictas, quia ſibi eſt debitum, & D non quia gratis donatum: quia re vera, non gratis confertur id meretrici regulariter, ſed pro actu illo non vt turpi, ſed vt delectabili, cui conſenſit. Ita Corduba.

# CAP. CVI.

*De eodem.*

SEd quia iam peregimus de datione ob turpem cauſam ſe tenẽtem ex vtraque parte tam dantis, quam recipientis, cuius cauſa ſolũ eſt prohibita, vt de datione, & A receptione ob operam meretriciã; ſupereſt nũc de cæteris dationibus aut receptionibus ob turpẽ cauſam diſſeramus, & à notioribus procedamus. Porro harũ, quæ illicitæ ſunt, dationũ, triplex eſt differentia. *Triplex datio ob turp. cauſ.* 1 Vno modo datio poteſt eſſe mala ex parte recipiẽtis, vt ſi tu alicui pecuniã porrigas, ne peccatũ cõmittat. 2 Secundo modo, quando tã datio, quã receptio ex vtraque parte tam dantis, quàm recipientis eſt contra iuſtitiam; vt ſi quid detur, aut recipiatur pro ferenda iniuſta ſentẽtia, aut pro homicidio perpetrando, aut aliqua iniuria, vel damno inferendis. 3 Tertio modo, quando datio ex vtraque parte dan B tis, & recipientis eſt illicita, non quia eſt actio, quæ emitur, iniurioſa proximo, quia non eſt pretio æſtimabilis, qualis eſt datio ſimonica. Exordiamur igitur à primo membro.

*Quæſtio. An datũ ob vitand. peccatum ſit reſtit.* ¶Quæritur ergo primò, an datum alicui, ne cõmittat aliquod peccatum: poſsit repeti in iudicio, & an in conſciẽtia ante repetitionem hac cauſa receptũ ſit danti reſtituẽdum. *Concl. 1.* ¶Pro expeditione quæſtionis, ſit prima conclu. Quando aliquis dat aliquid propter vitãdũ peccatũ ſiue iſtud peccatũ, quod per dationẽ pretij intendit in alio vitare, cui pretiũ ideò cõfert, ſit cõtra iuſtitiam: vt quã C do alicui aliquid confert, ne furetur, aut occidat: ſiue non ſit cõtra iuſtitiam, vt cum alicui aliquid impendit ne fornicetur, ne ſacrilegiũ carnis in eccleſia committat: habet ius repetẽdi illud in foro exteriori & dabitur ei repetitio. *Nauarr. in parte cõtra Sot.* Hæc cõcluſio eſt Nauar. c. 17. nu. 33. & in parte eſt cõtra Sot. dicẽtẽ lib. 4. q. 7. q̀ ſi detur ob vitãdum peccatũ contra iuſtitiam datur repetitio. Si autẽ daretur ob euitandum peccatum non contra iuſtitiam, vt ſi aliquis aliquid daret amico, ne amicus ſcortaretur, profecto, inquit, credo, in hoc caſu non daretur dãti repetitio. Quoniã lex pœnalis ſolum reſtringẽda eſt ad ſolum ipſius D exemplũ, quod nõ profert, niſi in vitijs habẽtibus iniuriam annexam.

*Sotus refutatur.* ¶At profecto bona venia dixerim tanti doctoris, ipſe hoc non ſatis aduertit: Quia Nauarrus ſumma latina. cap. 17. num. 33. in hoc optime Sotum impugnat. Imo etiam expugnat multas citando leges, vbi datur repetitio etiam in caſibus, vbi aliquid datum eſt ob vitandum peccatum, quod non eſt in iniuriã tertij. Vide ibi citatas leges. *Cordub. contra Sotũ.* Inſuper, & Cordu. in quæſtionario lib. 1. q. 32. in 2. probatione ſecundi dicti aduerſarius in hoc Soto eſſe videtur dicens, quòd facit expreſſe contra Sotum, quod habetur capit. quam

pio.



pio. 1. quæſt. 2. quod tenetur homo reſtitue- A re, quod accepit, ne fornicetur, vt continenter viuat. Sed certe huiuſmodi textum perlegi: ſed nihil facit contra Sotum. At benefaciunt contra Sotum citationes iurium, quas Nauarrus citat dicens, hanc moderationem Soti eſſe nouam, & nullo iure fundatam, vbi Sotus ait, quod ſolum in datis ob peccatum iniurioſum vitandum, datur repetitiò. *Ratio Nauar. contra Sotum.* Quia, inquit Nauarrus, quòd eadem ratio turpitudinis videtur militare in eo, qui capit aliquid ob id, quod tenetur facere legibus aliarum virtutum. Sicut in eo, qui accipit, vt faciat aliquid, quod tenetur facere lege iuſtitiæ. Turpitudo enim cõſiſtit in eo, quòd accipit mer B cedem pro eo quod ſine mercede, tenetur facere. Quæ ratio peræque militat in omnibus qui debito legali tenentur. *Limitatur Sotus à Nauar.* Quare Nauarrus optimè moderationem Soti arbitratur eſſe tenendam ſolum in his, qui accipiunt, vt faciãt id ad quod tenẽtur ſolo debito honeſtatis, & morali, quale eſt debitum liberalitatis, & gratitudinis, & non debito legali. Itaque ſi aliquid alicui datum eſſet ab aliquo, vt nõ eſſet ingratus, & illiberalis erga amicum, nõ poſſet repeti, quia liberalitatem exhibere non tenetur debito legali. Sed de his ſatis.

*Concluſ. 2.* ¶ Secunda concluſio, Si alicui ſit datum aliquid ob vitandum peccatum in ipſo, ne C committat peccatum contra iuſtitiam, ne furetur, ne occidat vel ne committat peccatum contra alias virtutes, ſcilicet, contra continẽtiam, ne fornicetur, ante repetitionem in conſcientia, non tenetur illud reſtituere. *Sotus. Nauar.* Hæc eſt Soti loco citato, eſt Nauarri vbi ſupra cap. 17. nume. 33. vbi ait Nauarrus num. 34. qui accepit aliquid ne malefaciat, non tenetur ad reſtituendum in foro conſcientiæ donec qui dedit repetat illud, quia poteſt tenere illud ex quodam dantis conſenſu, quia lex nõ pro *Ratio.* hibet tranſlationem dominij rei datæ ne maleficium fiat: ſed tantum concedit condictionem, quæ eſt actio perſonalis, quales ſunt D omnes condictiones, vt notatur in rubrica de condictione indebiti. Probat eam etiam Sotus; quia licet ille, qui accepit gratis à maleficio tenebatur abſtinere: tamen quia in gratiam ei aliquid dantis abſtinuit à maleficio, quod alioquin erat facturus, poteſt iure naturę pro ſua illa voluntate, cui renunciauit, precium recipere. Nec enim lex huiuſmodi tranſlationem pretij impedit: ſed ſolum in odium huius facti, repetitionem conceſsit.

*Repugnat Corduba.* ¶ Sed in hac concluſione habemus nobis repugnantem Cordubam in ſuo quæſtio- A nario libro. 1. quæſtio 32. ſecundo dicto vſque ad. 4. dictum incluſiuè, vbi cum ſuo magiſtro Metina Complutenſi ſic diſtin- *Metin.* guit: Quia is, qui aliquid accepit, ne aliqua mala faciat: ſi ob gratiam dantis fecit, puta, quia omiſit fornicari cum Berta, vt tibi morem gereret, quia tu ſolus cum Berta volebas conſuetudinem habendo, ei conmiſceri, ideo aliquid pecuniæ ei contuliſti, licet turpe lucrũ ſit; tamẽ quia tibi delectabile fuit, quòd ille omiſit fornicari: quia iſtud venale eſt, non eſt neceſſario reſtituendum. Secus eſt, inquit, ſi alias propter Deum, aut propter ſuam vtilitatem principaliter, à fornicando B cum Berta abſtineret: quia tunc eſſet reſtituendum, quia omnia iſta, ſiue ſint de præcepto, ſiue de conſilio, gratis & non pro pretio principaliter ſunt cauenda. Hoc etiam dictat Metina de reſtitu. quæſtione. 26. & quæſt. 27. quanuis Sotus in de Iuſti. libro. 4. quæſtione. 7. artic. 1. & Nauarrus in ſumma Latina capit. 17. numer. 33. inquit, teneant oppoſitum, ſed minus probabiliter. Hæc Corduba.

*Cordub. refut.* ¶Sed profecto licèt ibi cum ſuo Metina non inapparenter in hac re locutus ſit, & diſtinxerit, ſed nihilominus ſentẽtiam Nauarri, & Soti ſupra poſitam moraliter, & vt re- C gulariter contingit, cenſeo eſſe veram. *Ratio.* Quia regulariter loquendo, qui tantum intuitu pretij ſibi dati, & non alias paratus eſt abſtinere à maleficio, quod perficere conabatur, non tam motus principaliter propter Deũ, aut propter ſalutem animæ ſuæ omittit, quã propter gratiã alterius, vt morem gerat danti ſibi pecuniam ob pecuniam. *Diſtinctio Cordu. hîc nulla.* Quare regulariter in iſtis perditis hominibus illa diſtinctio Cordubæ, ſi faciant principaliter propter Deum, vel non, non habet locum. *Ratio.* Secundò dico, quòd nihil valet eorum conſequentia: Ego teneor hoc facere principaliter, & facio principaliter hoc propter Deum, & vtili D tatem animæ meæ, ergo non poſſum accipere mihi datum pro eo, & retinere. Sicut medicus dum medicatur indigenti medicina, poteſt ſi eſt in gratia mereri apud Deum, quia poteſt facere principaliter propter Deum, & ſalutem ſuæ animæ: & tamen ſimul cũ hoc poteſt ſibi accipere datam mercedem.

*Satisfit obiect.* ¶Quòd ſi Corduba replicet, quod non eſt eadem ratio, quia medicus non tenetur gratis medicari, ſed iſte gratis tenetur à maleficio abſtinere, Reſpondetur, quod quando fit in gratiam alterius illa omiſsio peccati, ſecundum Cordubam ſic acceptum non eſt reſtituendum, ſed etiam ſi ſic accipiens faciat

abſti-

abſtinentiam à peccato propter ſalutem animæ ſuæ, & propter Deum principaliter, cũ hoc ſtat, quod faciat abſtinentiam à peccato propter gratiam dantis, vt illi morem gerat; ergo poterit ſic acceptum retinere. Sicut canonicus, qui aſsiſtit horis diuinis, principaliter facit propter Deum, & ſalutẽ animæ ſuę, tamen hoc non obſtat, vt ſi non pro horis, tamen pro obligatione frequentandi quotãnis chorum, & pro libertate qua ſe priuauit aſsiſtendo horis, poſsit precium accipere; ergo ſic ſimiliter, quia ille ſe priuauit libertate, licet mala, committendi illud peccatũ, & hoc in gratiam ei aliquid dantis. Et quia ratio Soti, & Nauar. palmaria eſt, ſcilicet, quod nõ ſit reſtituendũ, quia ex conſenſu dantis retinet, & quia lex non impedit tranſlationem dominij ſic accepti, ſed tantum concedit repetitionem in foro exteriori; ideo ante repetitionem ſic acceptum non eſt reſtituendum.

*Exemplũ Canonici.*

*Quæſtio. Andatũ ob committẽd. iniuſt. ſit reſtitu.*

¶ Accedit & ſuo ordine quæſtio altera de ſecundo membro trimembris diſtinctionis iam poſitæ, ſcilicet, quando tam datio, quam receptio ex vtraque parte tam dantis, quam recipientis, eſt contra iuſtitiam. Quæritur ergo, an ſi aliquis alicui tradat pretium, ſeu pecuniam pro perpetrando peccatum contra iuſtitiam. v. g. ſi aliquis largitus eſt iudici numos ad corrumpendum ipſum, vt ferat ſententiam iniuſtam, aut alteri, vt homicidium patraret, aut ſimile damnum contra iuſtitiã moliretur, teneatur reſtituere accipiens. Igitur nequid confuſe dicamus per ſuas concluſiones reſpondendum nobis erit.

*Conclu. 1.*

¶ Sit igitur prima concluſio: Vniuerſaliter loquendo, quando aliquis accipit aliquid pro committendo peccatum contra iuſtitiã, nempe pro alterius inimico occidendo, pro comburendo domum alterius, pro incutiendo alteri alapam, & pro ſimilibus iniurioſis damnis perficiendis, ſecundùm probabiliorem opinionem, & communem non poteſt illud recipere, neque in conſcientia retinere; ſed tenetur illud ſtatim reſtituere, etiam ante repetitionem & condemnationem in iudicio latam. Iſta eſt communis: eſt Soti de iuſti. lib. 4. quæſt. 7. eſt Cordubæ in ſuo quæſtionario quæſt. 32. vbi agitur de opinione. 3. lib. 1. folio. 257. Eſt Metinæ Salmanticenſis in ſua inſtructione fol. 169. quarto capit. de reſtitutione, eſt Mercati in ſuis contractibus, eſt Fratris Ioſephi Minoritæ eſt Adriani. Eſt tamen contra Nauarrum in ſumma Latin. cap. 17. num. 30. eſt contra Syluestrũ, verbo, reſtitutio. 2. §. 3. & verbo eleemoſyna. §. 4. & contra Diuum Antoninum parte. 2. cap. 5. in principio, eſt contra Angelum verbo reſtitutio, verſ. turpe. Hæc concluſio optimis innititur rationibus. Prima Cordubæ, quia ad eandem virtutem iuſtitiæ pertinet opera iuſtitiæ præcipere, & opera oppoſita iniuſtitiæ prohibere. Nam ſicut ad iuſtitiam pertinet ius vnicuique reddere, ita ad eam pertinet ne inferatur damnum, vel iniuſtitia alicui, prohibere. ¶ Vnde iudex iniquam ferens ſententiam corruptus pro munere, licet non faciat aliquid debitum, ſecundum iuſtitiam id fieri præcipientem, facit tamen contra iuſtitiam, id fieri prohibentem, vnde ſicut tenetur facere iuſtitiam gratis: ita quoque vitare iuſtitiam gratis: ſicut qui debitor eſt ex iuſtitia. 10. talentorum, ſicut eadẽ iuſtitia tenetur illa talenta reſtituere gratis, nihil accipiendo à domino pro reſtitutione illi debita, ita gratis tenetur abſtinere ab iniuſtitia ea retinendi.

*Sot. Cord. Metina Mercatus Ioſeph. Adrian.*

*Cõtra Nauar. Sylu. D. Antoninũ Angelum.*

*Ratio Co[rd.]*

¶ Sed Nauarrus rectè ſoluiſſe hanc rationem ſe autumat ſic, dum ſoluit argumentum Adriani. Quia inquit, quod non valet iſta cõſequentia, Iudex accipiens aliquid, vt rectè iudicet, tenetur illud reſtituere; ergo multo magis tenebitur reſtituere idem met iudex quod accepit, vt male iudicet, ſeu quod accepit aliquis, vt iniurietur, quia hoc longe peius eſt. Quia ſolutio eſt in prõptu, inquit Nauarrus; quia primus dans, non peccat, & dat quaſi coactus, timẽs quod alias iudex ſibi non ſeruabit iuſtitiam, intendens, vt iudex ſibi eam ſeruet. Sed ſecundus peccat dando, quia dat, vt corrumpat iudicem inducendo eum muneribus, ad ferendam iniquam ſententiam ſine timore patiẽdi iniuſtitiã, ideò in hoc caſu. 2. nõ eſt ſic acceptũ reſtituendũ ei.

*Solutio Naua.*

¶ At hæc ſolutio Nauarri non eſt tam ſolida, vt ipſe putat, quia Sotus loco citato, contra Cordubã expreſſe tenet legẽ, quæ prohibuit has largitiones cohibuiſſe litigantibus per munera redimere ſuas vexationes. Hoc enim palliamento multæ fierent corruptiones, quæ litibus afferunt perniciem maximam, dum vnaquæque pars contenderet alteram ſuperare, faciendo ſibi propicium iudicem, muneribus, quia interdum vnaquæque putat ſe bonam tueri iuſtitiam.

*Solutio Naua. refutatur.*

¶ Secundò probatur concluſ. ex celebri ſentẽtia D. Auguſt. in epiſtola. 54. ad Macedonium. Iuſtius dicitur, inquit ibi aduocato. Redde, quod accepiſti, quando contra veritatem extitiſti, iniquitati affuiſti, iudicem fefelliſti, de falſitate viciſti: niſi fortè reſtituendum eſt alienum, quod per furtum clanculum aufertur, & non eſt reſtituẽdum alienum, quod in ipſo foro vbi peccata puniũtur, legibus circunuentis obtinetur. Ecce quid clarius, ſi ſententia D. Auguſtini quicquam valet. At valere plurimum debet apud quoſlibet.

*Ratio. 2. D. Aug.*



*Ratio. 3. 14. q. 5.*

¶ Tertio probatur noſtra concluſio, quia habetur clare cap. non ſane. 14. q. 5. vbi ſic habetur. Vbi autem iudicia, & teſtimonia, quæ neq; iuſta, nec vera vendenda ſunt, iniqua & falſa venduntur, multo ſceleratius vtiq; pecunia ſumitur, quam ſceleratè, quãuis à volentibus datur. Vbi patet intentum, ꝙ tales non deobligãtur à reſtitutione, etiã ſi leges ciuiles dantibus denegent actionem & repetitionem, vt ibidem ait D. Auguſti.

*Ratio. 4. ff. de verb. oblig.*

¶ Quarto probatur etiã. Quia lex illa. ff. de verborum obligationibus. hoc dictat dicens, generaliter: Nouimus turpes ſtipulationes nullius eſſe momẽti. Et loquitur lex iſta, vt lex proxima ſtatim declarat, quando vtrinq; iniuſta eſt ſtipulatio. Veluti, ſi quis homicidium, & ſacrilegium facturum ſe promittat, quorum vtrumque eſt contra iuſtitiam, vt ſi ſit furtum ab eccleſia. ¶ Sed & l. iuris gẽtium. §. ſi ob maleficium. ff. de pactis habetur, quod titulus, quo aliquid ob maleficium datur, eſt ipſo iure nullus.

*ff. de pact.*

*Nauar.*

¶ At quamuis loca iſtarum legum plurimum vrgere Nauarrus fateatur, tamen vim iſtarum legum eludere conatur dicens, ꝙ licet conuentio, vel pactum ob maleficium non teneat, ſub illa forma, qua partes prætẽdunt; valet tamen vt donatio quædã virtualis, vel vt quidam actus habendi pro derelicto, vel donato ad hoc, vt neceſſario reſtituẽdum non ſit. At profecto, vt rectè ait Corduba in loco citato, quãdo lex irritat, vel annullat aliquẽ cõtractũ, vel pactũ ratione talis cõtractus vel pacti obtentũ non poteſt retineri, & reſtituendũ eſt vt conſtat, quia tunc deficit iuſtus titulus; nec ſatis trãquillat cõſciẽtias ſic accipiẽtiũ munera pro corrũpenda iuſtitia, recurrere ad præſumptas donationes, vel ad hoc, quod iã illud dñs habeat pro derelicto; quia donatio gratis datur, ſed illud datũ pro iniuſtitia cõmittenda, non fuit

*Refellitur ratio Nauarri. Cordub.*

*Ratio. 1.*

2 (vt patet) gratis datum. Et quia non habetur pro derelicto, quòd dñs mallet ſibi reſtitui vel quod lex ait pauperibus adiudicandum. Quia ſicut dans pretium pro ſpirituali, mallet illud ſpirituale ſibi dari gratis, vt Dominus dicit, gratis accepiſtis, gratis date; ita iſte qui dat aliquid pro iniuſtitia ab altero committenda, mallet alius gratis in ſui gratiam id iniuſti ageret, quia huiuſmodi iniuſta opera vendenda non ſunt, ſicut neque ſpiritualia: ſed quia aliter non faciet, pretio eum ad id inducit, aliquo tamen modo nolens, & inuitus, & rationabiliter aliqualiter, quia pro re, pro qua pretium per legem alias prohibitum eſt dari, nollet dare. ¶ Cũ ergo ius aliàs annullet dationem, videtur tales accipientes donatio præſumpta, vel ratio derelicti ab reſtitutione non excuſet.

*Ratio. 5. concluſ.*

¶ Item vltimo probatur; Quia videtur, ꝙ eadem iura, quæ annullant acceptionẽ iſtã, annullant & retentionem. ¶ Et quia contra ius naturæ eſſe videtur inde aliquis accipiat mercedem, & ex eadẽ actione, vnde oritur obligatio reſtituendi damnum alteri illatũ. Sicut monſtroſum videretur, ꝙ ex eodem fonte, ſimul, & ſemel dimanarent contraria, ſcilicet, dulce, & amarum, licet dulce, & amarum, poſtea per varias vias diſpartirentur. Ita quòd ex eadẽ actione, qua tenetur quis de damno vni, reportet mercedem ab alio, abſurdum videtur dicere. Et quia ſicut alienum, quod debetur alteri, non videtur eſſe vendibile; ſic percuſsio iniurioſa illata alteri, quæ alteri fuit damnoſa non videtur eſſe vendibilis. Nam & Iudas & Phariſæi ſcrupulo agitati, licet in minori culpa, & non in maiori, pretium ſanguinis Chriſti retinere non paſsi ſunt.

*Opinio Nauarr. vtcunque admittitur.*

¶ At licet hæc concluſio probabilior ſit, ac proinde iuxta eam ſit conſulendum, ſi tamen aliquis pœnitens (dum non ſit iudex in Hiſpania) velit opinionem Nauarri, & Sylueſtri, Angeli, & Diui Antonini ſequi & ea ſe tueri non eſt neganda ei abſolutio, præſertim ſi adeo indigens ſit, ita, vt non tam facile ſit ei reſtituere; vel quando qui pro committenda iniuſtitia ei dedit, & iam iniuſtitia cõmiſſa eſt, extra iudicium, vel in iudicio, non repetit; quia hæc opinio Nauarri probabilitate non caret: & quia tunc in retentione videtur qui dedit conſentire.

*Quæſtio. Acceptũ pro debito ex iuſt. an ſit reſtit. Concl. 1.*

¶ At de his, quæ accipiuntur pro his, quæ ex iuſtitia quis facere tenetur, reſtat diſcernendum. Circa quam quæſtionem duæ ſunt concluſiones Quarum prima ſit: Pretium, quod recipitur pro eo, quod quis gratis facere tenetur, vel ex iuſtitia reſtituendum eſt. Ideòq; neque iudex pro iuſtitia, neq; teſtis pro vero teſtimonio, neque illi officiales, qui ſunt ſtipendiati ſufficiẽter poſſunt amplius exigere pro eo, ad quod ratione ſtipendij obligati ſunt. Hæc eſt Cordubæ ſuo quæſtionario. q. 32. in quarta opinione. Hæc eſt Metinæ, in ſua inſtruct. fol. 169. eſt Nauar. cap. 17. nu. 34. Et quia in hac cõcluſione, ſecundum Cordub. omnes doctores concordant,

*Cordub. Metin. Nauarr.*

dant,in eius probatione non eſt valde immorandum.

*Cordub.*

¶Sed addit ibi Corduba,quod etiam tenetur reſtituere quis quod pro omittẽdo,quod ex iuſtitia, vel officio tenebatur facere,accepit. Quia alias iniuſta cõcuſsio eſſet. Et fateor verum aſſerit loquendo de iudicibus,& officialibus quibus ex officio& iuſtitia;quia ideo accipiũt ſtipẽdiũ,tueri iuſtitiã incũbit.

¶Cæterũ hoc nõ eſt contra noſtrã ſententiã ſupra diffinitam, vbi authores ſequendo Nauarrum & Sotum contra Cordubã diximus, quòd pro vitando peccatum contra iuſtitiã etiam acceptum,quando in gratiam dantis, tale peccatum accipiens munera vitauit, & omiſit, non eſt reſtituendum ante repetitionem,licet pro eo leges actionem concedãt.

*Limitatio Sot. & Nauar.*

¶Quod limitandum nunc eſſe nobis videtur,quando priuata perſona, cui ex officio tueri iuſtitiam non incumbebat, id datum accepit.Secus ſi miniſtri iuſtitiæ,quibus tueri iuſtitiam,& eius eſſe executores, incumbit pro vitando peccatum contra iuſtitiam, ſcilicet,pro executione iniuſta non faciẽda, vel pro ſentẽtia iniuſta nõ ferẽda acceperũt quid datum:quia id in conſcientia ante repetitionem reſtituere tenentur.Et ſic forte inter Nauarrũ,& Sotum ex vna parte,& Cordubam ex alia,per hanc limitationem, & diſtinctionem concordiam componimus. Et huius diſtinctionis,& differentiæ poſſem ſatis congruam rationem reddere,niſi breuitati ſtudens,ad alia properarem.

*Concordãtur Sotus Nau. Cordub.*

*Opin. Nauar.de cuſtod. non omnino placet.*

¶Vnde opinio illa Nauarri pari ratione non omnino mihi placet. Vbi ſumma Lati. ca.25.nu.34.ait,ꝙ cuſtodes vrbis noctu, & cuſtodes etiam ſiluarum, ſiue exportãdarũ mercium extra regna,prouincias, vel ciuitates,ſicut non accuſando propter pretium acceptum,non tenẽtur reſtituere pœnas, quas accuſati incurriſſent,ita etiam, neq; quod receperunt, ne accuſarent, vel denunciarent, tenentur reſtituere, ſed tantũ tributa in quibus defraudatus eſt rex. Quæ quidẽ opinio licet vera ſit in primo,& vltimo à ſe aſſerto, ſcilicet, ꝙ ante condẽnationem non tenentur cuſtodes reſtituere tales pœnas,& quod tenentur reſtituere defraudata tributa, quæ omnia vera ſunt:ſed quod non teneantur cuſtodes reſtituere quod pro non accuſando, & pro non denunciando acceperunt, falſum eſſe videtur. Quia contra communem opinionem eſſe videtur: quia pro patrando peccatum contra iuſtitiam acceptum, reſtituendum eſſe abunde probauimus cõtra D. Antoninum.Sylueſt. Angelum, & Nauarrũ

A At quod iſti cuſtodes accepere pro tacendo, vel non accuſando,& diſsimulãdo, pro peccato contra iuſtitiam acceperunt vt patet, quia tacere, & nõ denuntiare peccatum eſt contra iuſtitiã. Quia ex iuſtitia,& officio denuntiare tenebantur, quia ad id ſtipẽdiati & præfecti erant,ideo in conſcientia ante repetitionem, eſt ſic ab ipſis acceptum reſtituẽdum.

¶Sed,quia oppoſitam opinionem Nauarri,D.Antonini. Sylue. & Angeli, tunc propter authoritatem tãtorum doctorum,eorũq; rationes,non omnino duximus refutandã ſed confeſsi communem eſſe probabiliorem,

B iſtam vtcũque probabilem admiſimus: ideo pœnitenti præſertim non tam potenti ad reſtituendum, & reſtituere renuẽti non eſt neganda abſolutio,quandiu ab ipſo in iudicio,vel extra non repetitur ſic acceptum, quia ſequitur opinionem probabilem.

*Sententia autoris.*

¶Nunc iam denique de membro tertio, quando datio, & receptio ex vtraque parte eſt illicita,nõ quia actio quæ emitur ſit iniurioſa,ſed quia nõ eſt æſtimabilis pretio,qualis eſt datio ſimoniaca,ponitur concluſio ab omnibus receptiſsima hæc ſcilicet. Quod acceptũ,vt pretium pro re ſpirituali, ſtatim in conſcientia ante condemnationem eſt reſtituendum,

*De accepto ſimoniac.*

*Conclu.*

C & ratio huius concluſionis fundamentalis eſt duplex,tum,quia res ſpiritualis inæſtimabilis pretio eſt; tum quia iuſſa eſt dari gratis,iuxta illud mandatum Domini;Gratis accepiſtis,gratis date. Et quia cap. de hoc.de ſimonia.ſancitum eſt,quod acceptum per ſimoniam nõ poteſt retineri: quia ex vtraque parte turpitudo eſt,extrauagãti ſecunda de ſimonia.

*Quæſtio.*

¶Sed quid quando turpitudo ſe tenet tãtum ex parte accipientis, vt in accipiente vſuras.Reſpondetur perſpicuum eſſe ſic acceptum ſtatim in conſcientia ante repetitionem danti fore reſtituendum.

*Quæſtio. Vexationem an liceat redimere. Cord. Sot. contrarij.*

D ¶Sed adhuc ambigere quis poſsit, an ſicut promittere vſuras,aliter,niſi ſub illis nolenti mutuare non eſt illicitum, an etiam pecunia,licet redimere ſuam vexationem,quã quis patitur à iudice.In hac vero quæſtione ſibi inuicem aduerſantur Corduba,& Sotus locis citatis.Ait enim Sotus, quòd lex, quæ vetuit huiuſmodi largitiones , vetuit per illas aliquem redimere ſuam vexationem, vt caueantur palliatę corruptiones iuſtitiæ; quia nullus eſt bonus iudex in propria cauſa. Sed Corduba obijcit doctores communiter tenentes, quòd bene ſtat non turpiter dare, &turpiter accipere, vt contingit



*Sententia autoris.*

tingit in hoc caſu.Sed ego( ſi ſententiæ libradæ ſunt rationibus)dico ſententiam Soti videri veriorem,maximè in Hiſpania, vbi in vſu receptum eſt huiuſmodi redemptores vexationis,vt ipſi aiunt,puniri cum deprehenduntur iudici dediſſe munera, ni ſimul, ac dederint munera,ſuperioribus iudicibus, ideſt,regis conſulibus denunciarint:quia nõ præſumitur iudex malus,& quia remedium ſuppetit per recuſationem, vel appellationem,& quia alias ſi hoc liceret, aperiretur via iuſtitiæ corrumpendæ.

# CAP. CVII.

*De re turpiter accepta.*

*Cur acceptio turp. ſit reſtitu.*

AT poſtquam de reſtitutione in datis ob turpem cauſam, quando ſit facienda, expeditum reliquimus;cui ſit facienda oportet illucidemus per concluſiones has.

*Conclu. 1.*

Quarũ prima ſit:Quãdo eſt aliquid datum ob turpem cauſam,ſi cauſa turpis nõ eſt ſubſequuta, tunc ipſi danti lucrũ iſtud ſic datum reſtituendum eſt ante condemnationis ſententiam.Hæc eſt Cordubæ, lib.1. q.32.in ſuo quæſtionario. Sed ibi fallitur in hoc,quod ait, quòd ſi per legem ipſo facto applicatum eſt fiſco,quòd fiſco applicandũ, vel reſtituendum ſit in conſcientia. Quia id non habet verum,niſi poſt ſententiam declaratoriam iudicis. Supradicta concluſio eſt Metinæ Complutẽſis,de reſtitutione. q. 2. & latius.q.3.in cauſa. 10.ibi poſita.Eſt Metinæ in ſua inſtructione.fo.169. cui applaudit Nauarrus ſumma latina.c.17. nu. 30. & 31.Eſt tamen contra Couarruuiam. Et probatur;quia nemo expoliandus eſt re ſua,niſi per iudicis ſententiam:ergo licet ſecundũ Cordubam huic negetur actio in iudicio, quia turpiter dedit,tamen in cõſcientia poteſt recipere,& eam rehabere. Et patet ratione Metinæ;quia non donauit, niſi ob illam cauſam principaliter; ergo cauſa illa non ſubſiſtente non abdicauit à ſe rem ita donatam:ergo eſt ſibi debita,& in conſcientia illi reddenda eſt. Et quia licet dignus ſit talis, vt re ſua priuetur;nõ tamen ideo eſt priuatus, quo vſque per iudicem condemnetur ſecundũ gloſſam cap.fraternitas. 12. quæſtione.2.

*Cordub. Metin. Complut. Metin. Nauar. Couar. Ratio Cordubæ. Ratio Metin. Gloſſ.*

*Concl. 2.*

¶Secunda concluſio. Si datum eſt ob cauſam turpem,ſi cauſa ſit iam ſubſequuta,in caſu,quo,vt prædiximus, reſtitutio facienda eſt,vt in dato pro corruptione iuſtitiæ, pro inferendo dãno,cõmittendo homicidio,pro

A venditione rei ſpiritualis iã ſubſecuta, & traditione rei ſpiritualis facta,ſtãdo in iure naturali reſtitutio facienda eſt ei,qui dedit,cauẽdo,vt iſte qui reſtituit,danti, ne ſi delictũ poſtea venerit in notitiam fiſci, vel eccleſiæ iterũ cõdemnetur denuo.Hoc ante cõdemnationẽ, nã poſt condemnationẽ,reſtituendum eſt his, quibus per ſententiam cõdemnatoriam fuerit applicatũ;ſiue fuerit applicatum pauperibus;ſiue cauſis pijs;ſiue perſonæ iniuriam paſſæ.Hæc concluſio eſt Metinæ in ſua inſtruct.fol. 168.col.2. eſt Soti de iuſti.lib.4. quæſt.7. Qua concluſione reducimus ad concordiam Adrianum, de reſti-

*Metin. Sotus.*

B tutione,quæſtione 19. dicentem, quòd non eſt reſtituendum tunc in caſu iſto dantibus, neque pauperibus;ſed alternatiue vel dantibus,vel pauperibus,quibus maluerit dare reſtituens, ſic dando ſatisfaciet, & Cord. & Meti.tenentes oppoſitum, ſcilicet, ꝙ nullo modo reſtituendum eſt dantibus.

*Fit cõcordia inter Adria. & Cord. & Metin.*

*Cui turpiter datum cauſ. ſubſec. dandũ ſit.*

Porro,vt probabilius ſibi videtur dicit ibi Cord.ꝙ neceſſariò pauperibus eſſet erogãdũ in cuius gratiã citat D.Th.2. 2. q. 62. & Palu.in 4.&Coua.Sed quia D.Th.poteſt interpretari,vt illum alij Thomiſtæ interpretantur ſic,ꝙ ſecundum D.Tho.neceſſario reſtituendũ eſt pauperibus,ſcilicet,poſt condem-

C nationem iudicis factam,in qua illis pecunia eſt applicanda,& non antea,ideo non cogimur hanc Cordubæ ſententiam ſequi, quia licet ratio eius vrgeat, ſed non euincit. Vbi ibi ait ſic,ꝙ ſi adimpleta eſt iam cauſa turpis pro qua res data eſt, iam qui turpiter dedit nullum ius habet in ea,ex quo libere dedit; & ita non debetur illi magis, quam alteri, qui non dedit.Quia primo reſpondemus, ꝙ hæc noſtra ſententia eſt D. Aug. vbi ſupra, vbi ait expreſſe:ꝙ aduocatus debet reddere clientulo,quod ab ipſo accepit pro iniuſto patrocinio.Quia ibi Aug.loquitur de cauſa iam ſubſequuta etiam.Nam ait;Quando ini-

*Satis fit Cordubæ.*

*D. Aug.*

D quitati aſſuiſti iudicem fefelliſti,contra veritatem ſtetiſti:redde quod accepiſti.Ecce loquitur de cauſa iam completa, neque pars, quæ dedit ad fallendum iudicem potuit ſe excuſare. Quare Cordub.non ſatis apparenter gloſſat D. Auguſt. ne videatur ſuæ ſententiæ contraire.Nec valet ratio eius, quòd iam ex quo libere dedit, non eſt ſibi magis debita res,quam alteri. Primò,quia,vt rectè ait Sylueſter, non debent dominia manere incerta.Illa igitur pecunia data aliquem habet dominum,& non recipientem , quia in odium delicti lex fecit eum inhabilem;ergo poſtquam non tranſlata eſt, ipſo facto ante ſen-

*Cord. malè gloſſ. D. Aug.*

*Sylueſt.*

ſententiam in alium dominum, ipſemet qui dedit manſit dominus;vel certe habet maius ius ad illud datum,quam quilibet alius; igitur ei res ſic data eſt reddenda,qua nequiuit ſpoliari ante iudicis ſententiam, cum lex pœnalis ſit reſpectu illius,neque tam libere dedit eam,quin maluerit, quod alius ea non accepta,rem pretio fieri prohibitam,pretio non faceret,ſed aliter,ſcilicet gratis.

*Sententia autoris.*

¶Sed quia non coniurauimus in verba alicuius doctoris præter. D.Th.cuius doctrinam ſic veneror,vt prius à me,quam ab ipſa receſſero,dico,ꝙ ſi quis in materia de ſimonia ſimoniace pecuniam acceptam, venditione iã impleta, vel in datione pro iniuſtitia committenda iam impleta cauſa, ante iudicis condemnationem,ſic acceptum pauperibus, & non dño danti reſtituiſſet,non eſſet culpandus poſt factum:nam ſecutus eſt opinionẽ probabilem,quæ videtur D. Thomæ in loco ſupra citato,vbi in gratiam ſuæ opinionis citauit eum Corduba, quia dans, quia voluntarie dedit forte ſtatim iure naturali amiſit dominium,& illa res data manſit, ſicut manent bona incerta: quia per eorum poſſeſſorem poſſunt in pias cauſas, vel in pauperes expendi.Ita videtur colligi ex doctrina doctorum in materia de ſimonia, & ex fundamentis præiactis à Ioanne de la Peña,olim cathedratico Salmanticenſi.

*A Peña.*

*Sylueſt.refutatur.*

¶Præterea falſum eſt,quod Sylueſt. ait, quòd quia in pari cauſa turpitudinis melior eſt conditio poſsidentis, ideò illam pecuniã acceptam pro occiſione hominis homicida poſsit retinere. Quia iſta maxima in pari cauſa turpitudinis,melior eſt conditio poſſidentis,intelligitur, ſecundum Cordubam in foro exteriori,vbi titulus poſſeſsionis eſt fauorabilis;ibi non cogitur poſsidens reſtituere danti. Sed in conſcientia non poteſt eam retinere, ſed ante ſententiã dabit eam danti,poſt condemnationem autem cui iudex applicauerit.Et ſic intelligitur. l. ſi ob turpem.ff.de cond.ob turpem cauſam.

*Quæſtio. An vxor pretium corporis. Sotus.*

¶Ne quid intermittamus ad hanc materiam pertinens, illi quæſtioni faciamus ſatis,an maritata teneatur pretium ſui corporis viro ſuo reddere. Reſpondet Sotus libro quarto. poteſt maritata clam marito, & filia clam patre, pretium iſtud vertere in ſuos vſus,niſi amplam ſupellectilem illa via acquiſiuiſſet,quæ idcirco in vſum mariti venire deberet.Quia,vt iam dictum eſt,huiuſmodi mulieres ad pretium ſic acceptum reſtituendum non tenentur,niſi ab eo receperint,qui nõ erat ſui iuris, vt poſſet amplam pecuniam in tales vſus inhoneſtos expendere.Etenim ſi res eſt modica pro qualitate perſonæ,etiam ſi à filiofamilias recipiat, fœmina retinere poteſt:nam preſumitur pater ſcire,rataſque habere huiuſmodi expenſas.

*De fili... miliasd... ti ama... aliquid.*

*Quæſtio. De viti... te puell...*

¶An verò vice verſa, qui puellam vitiauit teneatur in conſcientia in totam dotem; reſpondetur,quod ſi ipſa vltro conſenſit ſine importunitate notabili ſolicitationis, & precum moleſtarum,non tenetur de rigore iuſtitiæ ad aliud,niſi ad id, quod ei pollicitus eſt; nam ſcienti & volenti nõ fit iniuria, tametſi æquitas honeſtatis ſit,vt ſi ob illam cauſam nuptui tradi non poteſt, aliquid ei elargiatur.Neque verò,ſi ſit ſub cura parentum tenetur illam dotare,vt ait Sotus. Sed iam in iſto caſu diximus cum Nauarr. quod tenetur patri eius,in eo tantum, aliquid reſarcire,in quo magis eget ad ſuam filiam matrimonio locandam eo,quòd noſcitur fuiſſe corrupta,& aliquid pro paterna iniuria ſatisfacere,patremq́ue placare, etiam ſi inuitam non rapuerit.

*Sotus. Naua.*

*Quæſtio. De pr... ſo ama... cibus.*

¶Sed quid,ſi quis huiuſmodi mulieribus amatricibus aliquid ſuperfluũ polliceatur, an teneatur illud eis exoluere. Reſpondetur,quòd tenetur in conſcientia,quia ius naturale hoc docet,vt promiſſa ſeruentur,niſi tantus eſſet exceſſus, quod promiſſum implere tantum,prodigalitatis vitium contineret.Nam tunc eſſet male promiſſum, in quo reſcindenda eſt fides, etiã ſi iuramento eſſet promiſſum: nam iuramentum de re illicita non obligat.

*Satisfi... obiectio... ni.*

¶Neque ſimile eſt de eo,qui iuramento pollicitus eſt latroni aliquid ad redimendã vitam; quoniam illud licite potuit iurare. Conſultius eſt tamen in huiuſmodi euentibus relaxationem iuramenti procurare. Ita Sotus loco citato elegãter,prout omnia diſſerit.At de inuentorum reſtitutione, atque etiam de incertorũ compoſitione, virtute diplomatis, quæ hic ab aliquibus doctoribus diſputari ſunt ſolita,malui ad materiam de reſtitutione incertorum reſeruare.

# CAP. CVIII.

*Quo loco reſtitutio ſit facienda.*

*Quo loco reſtituen dũ.*

PRæterea iam quæſtio illa, vbi reſtitutio facienda ſit.ſuo ordine hic diſcutienda occurrit. Igitur primo pro comperto habẽdum eſt, ꝙ reſtitutio ex contractu,vel quaſi contractu debita,fieri debet in loco expreſſe,vel tacite ſolutioni deſtinato;

aut



aut vbi petitur hac lege,vt extra locum præſtitutum ſolutio,nec creditori, neque debitori damno ſit.l. 1.ff.de eo quod certo loco, & ca.delicti.de foro competenti. Etſi locus præſtitutus non fuit,reſtituendum eſt, vbi corã iudice cõpetenti petetur,ſic ait Nauar.

*ff. de eo quod cert. Nauarr.*

¶Inſuper vbi res reſtituenda venit eo ſolum,quod eſt aliena,Reſtituenda eſt vbi ſita eſt,cum qui bona fide,& ſine culpa ſua poſſidet ſeruandus ſit indemnis, cap. 2. de conſtit.& l.ſi poſſeſſor.ff.de petition.hæred.At quando reſtitutio debetur ex delicto, vel quaſi delicto,quia per iniuriã aliquid acceptum fuit;tũc creditor ſeruandus eſt indemnis; ita vt talis creditor damnificatus nulla impenſa,vel alio onere grauetur, quam ſi dãnum datum non fuiſſet.

*Debitum ex licit.cõtra.*

¶Explicationis maioris cauſa ſolet hic diſtingui.Quia ſi id, quod reſtituendũ eſt per contractum licitum in ius debitoris venit,ſi creditor ante tẽpus ſolutionis à loco ſolutionis receſsit, tunc nullas iſte debitor tenetur facere expenſas ad reſtituendum; quia non plus debet quam acceperit. Ita Sot.4. lib.de iuſti. q. 7. Quare in iſto caſu debitor iſte, ſi ſine expenſis reſtituendũ tranſmittere nequit, vel cuſtodire debet,vel apud iudicem deponere: nam in pios vſus nõ licet in hoc caſu expendere,niſi longo tempore expectet.Et tunc ſi fieri poteſt commode per epiſtolam eſt ſibi ſignificãdum,prius, vt ait frater Ioſephus, quando difficilis eſt miſsio. Si autem quod reſtituẽdum eſt, per furtum, vel iniuriam fuit ablatum, & debitor ante ſolutionẽ à loco iniuſtæ acceptionis eſt peregre profectus; ſine dubio, quia in mala fide eſt, ſuis ſumptibus reſtituẽdum mittere debet quia tunc creditor indemnis ſeruandus eſt.

*Sotus.*

*Debitũ ex iniuria.*

*Quæſtio. Alienum quant. expenſ.mittẽdum.*

¶At quod difficilius vrget eſt in caſu iſto quo vſurpator iniuſtus alieni ratione iniuſtæ acceptionis, aut malæ fidei tenetur debitũ domino abſenti mittere ſuis expenſis, cũ quãtis expenſis tenetur mittere. Reſpõdet Caiet.in hoc caſu, ꝙ cum ſuis expenſis etiã in quadruplo,magis quã res reſtituenda valeat;domino tranſmittenda res eſt: quando minoribus expẽſis tranſmitti non poteſt. At Scotus teſte fratre Ioſepho, ait, non eſſe maiorem ſumptum faciendum in mittendo, quam valor rei mittendæ valeat; ſed expectandam eſſe,ait tunc domini præſentiam. Sed dico, opinio Scoti hæc eſt mitior;ſed Caietani opinio eſt tutior, & qui tenuerit mediũ inter ambas non errabit. Si ſatis memini Victoria in ſuis ſcriptis cũ dupla expẽſa,quam res mittenda valeat,mittere nõ obligauit.

*Caietan.*

*Scot.*

*Sententia autoris.*



*Quæſtio. Metin.*

¶At quid,ſi dominus à loco, vbi iam ſibi ſua res ablata eſt,diſceſsit.Reſpondet Metina,quia dominus in iſto caſu ſeruandus eſt indemnis, hinc eſt,quòd occupator iniuſtus ſuis expenſis rem illi reſtituendam, illi mittere debet,niſi tẽpore acceptionis ſuis ſumptibus illã ſecum dominus deferre debebat; quia tunc non tenetur iniuſte accipiẽs ſuis ſumptibus tranſmittere. Si tamen dominus ſuis ſumptibus rem ſecũ delaturus erat, ſed non tantis,ſed minoribus tũc iſte reſtituturus,tantum illud ſumptus, quo magis nunc mittẽda eſt trãſmittendo,& de proprijs ſupplendo,perſoluet.

*Quæſtio. Debitor iuſtꝰ quid ſi alio migrauit.*

¶At vero,quid, ſi poſſeſſor bonæ fidei,vt qui ratione mutui,aut commodati, aut emptionis aliquid debet, dũ nõ fuit in mora ſoluendi, quia nondũ aduenerat tempus ſolutionis,migrauit à loco,vbi à creditore pecuniam accepit:an teneatur ſuis expẽſis ad dominum mittere. Et quidẽ licet aliqui dicãt, quòd in hoc caſu, quando debitor bonæ fidei,bona fide,fraude ſecluſa ante tempus ſolutionis à loco ſolutionis,ſe abſentauit, ſolutionem ſuis expenſis proprijs mittere nõ tenetur.Attamen Sotus in de iuſt. & iure.lib. 4.q.7.& Ioſephus in ſuis floribus, quorum ſententia tenenda eſt;quia iuridica eſt dicũt, quòd tunc talis bonæ fidei debitor, qui ante ſolutionem peregre profectus eſt, quia in mala fide ex tũc incipit eſſe, ſuis ſumptibus tenetur reſtitutionem debiti mittere ad ſolutionis locum;quia ſuum creditorem tenetur ſeruare indemnem, quia abſque culpa ſua: ſuo caret iure. Id tenet frater Ioſeph: quia regula iudicialis eſt,vt quicunq́ue debet aliquid ex aliquo contractu in certo loco de facto,in eodẽ loco ſoluere teneatur, niſi alius locus ſolutioni ſit deſignatus.

*Sotus. Ioſephus.*

*Quid ſi creditor ſit abſens.*

¶Si vero in caſu acceptionis bonæ fidei ante tempus ſolutionis creditor abijt,iam,vt diximus,debitor ſuis expenſis mittere debitum nõ tenetur;quia in foro iudiciali, ita iudicabitur. Hinc in caſu iſto creditor ante tempus ſolutionis diſcedens, ſi non mittat nuntium in tempore præfixo ſolutioni, debitor nec mittere ſolutionẽ,neque damnum ex non ſolutione ſequutum,reſtituere tenebitur.Imo ſicut dictum eſt,ex Sylueſt. verbo.mora.creditor quando ſciens & potens poſt moram,debitum non repetit, tunc debitor non cenſetur eſſe in mora; quia creditor ſciens, & volens, & potens repetere, non repetendo videtur conſentire dilationi.

*Coroll. 1.*

*Sylueſt. Nota pro ſcrupul. tollendis.*

*Coroll.2.* ¶Hinc debitor bonæ fidei, ſi credit, quòd creditor, qui ſe ante tempus ſolutionis abſentauit, expenſas miſsionis non ſoluet, nec ex iuſtitia, neq; ex charitate ad mittendum illi prædictum debitum eſt obnoxius. At ſi probabiliter credit, quòd creditor tales expenſas ſoluet, ſi tunc mittendo debitum minores expenſæ fient, quam ſi creditor mittat nuntium pro eo; tunc ex charitate ad mittẽdum illud tenebitur.

*Quæſtio. De moroſo debitore.* ¶Sed quid de debitore, qui iniuſtus occupator debiti non fuit, tamen in mora fuit ſoluendi. Reſpondetur, ꝙ idem omnino iudicium eſt de illo, ſicut de malo poſſeſſore, & iniuſto occupatore.

*Quæſtio. Quid ſi res miſſa creditori perijt.* ¶At quid, ſi res miſſa domino debita caſu fortuito pereat, vel malitia portitoris, erit ne debitor à reſtitutione liber? Reſpondetur quod ſi bonæ fidei poſſeſſor, ideſt, depoſitarius, rem eandem numero, quam depoſito acceptit cum nuntio communi opinione iudicato fideli, mittat creditori, ſi caſu fortuito, vel malitia portitoris pereat, à reſtitutione depoſitarius liber manet. Idem de locatario; quia negligentia hic, & dolus abeſt, quibus deficientibus res locata, vel depoſitata, vel commodata in damnum proprij domini perit. Sed ſi debitor, etiam ſi ſit bonæ fidei non eandem rem numero, ſed æquiualentẽ trãſmittit quocunque modo pereat, tali debitori perit: quia ipſe, & non creditor, dominus illius erat, ſiue pecunia ſit, ſiue quicquã aliud. At ſi talis debitor malæ fidei poſſeſſor erat, quomodocunque, ſiue miſſa, vel non miſſa pereat in ſuum detrimentum peribit; fuit enim in mora reſtituendi. At ſi creditor nuntium miſerit ad debitum ſibi portandũ; poſtquam debitum ſemel eſt nuntio traditũ qualecunque illud ſit debitum, creditori peribit. Eſt perſpicua concluſio, quam & probat *Panor.* Panormitanus. c. ſignifica. de pignoribus. Sed quid ſi locans equum deſtinauit nũtium, cui eſſet dandus à conductore, vt reduceret ad dominum; qui tamen famulus cum eo aufugit, cui talis equus peribit, an domino, an conductori, poſtea in materia de locatione ſumus dicturi.

*Quæſtio. Quando expenſæ excedunt debitum. D.Thom. Scotus.* ¶At quid, ſi in mittendo debitum, expenſæ ſummam debiti excendunt, quid agendũ. Et quidem D.Thom. 2.2.q.62. ar. 5. facile ſe expedit in hac quæſtione dicens, quòd ſi eſt abſens dominus, mittenda eſt ſibi ſua res, ſi commode poteſt mitti, alioquin ſeruanda eſt pro tempore. Sed tamẽ, ait Scotus, in hoc caſu talem rem debitam hæredibus eſſe dandam, aut pauperibus, ſi deſint hæredes; idem Ricardus; idem Sylueſter. Sed Caietanus, vt diximus; ait, quando ratione iniuſtæ acceptionis, quia iniuſte fuit acceptum, domino abſenti eſt reſtituendum cum expenſis in quadruplo excedentibus valorem debiti, tale debitum ad dominum eſt tranſmittendum. *Ricard. Sylueſ. Caietan.*

*Sententia Caietani concilia. Scoto. Ricard. Sylueſ.* ¶Sed hæc ſententia Caietani quanuis tutior ſit, vt diximus, quia tamen rigida eſt, duximus eam ſic temperandam, & conciliandã cũ Scoto, Ricardo, & Sylueſt. ſcilicet, quòd quando creditor creditur, quòd habiturus eſt pro rato, tunc eius hæredibus, vel pauperibus reſtitui poterit, quando niſi cum excedentibus expenſis aliter mitti non poteſt. Tũc autem iſta ratihabitio præſumi poteſt, quando res illi reſtituenda parui momenti eſt, & ipſe alioquin non eſt indigens. Et in hoc caſu vera eſt ſententia Scoti, Ricardi, & Sylueſtri. *Scot. Ricard. Sylueſ. Caietan.* Si autem res maximi mom̃eti ſit, & creditor maxime illa indigeat, tunc vera videtur ſententia Caietani, quod cum expẽſis in quadruplo excedentibus, eſt ei mittenda, quia fraus poſſeſſori malæ fidei in damnum proprij domini fauere non debet. Si autem creditor illa re non maxime indiget, tũc ſecũdũ D.Thomam reſeruanda eſt pro tempore, & creditori per epiſtolam renuncianda; vel ſecundum fratrem Ioſephum tribuẽda eſt monaſterio, cum proteſtatione, & cautione, vt ſi petierit dominus, illi reddatur. *D.Tho. Ioſeph.* Et in his caſibus ſine arbitrio boni viri, & ſapiẽtis nihil eſt intentandum.

*Quæſtio. De mille mutuis in India.* ¶Hic libet annectere caſum, de quo dicitur Nauarrus fuiſſe rogatus: an mille mutuata in India hac conditione, vt elapſo certo termino, ea à mutuatario, vbique inuento, poſſint repeti, an vbicunque repetantur, ſoluenda ſunt integra. Reſpondetur ſecundum Nauarrum, quod ſi illa mille ſoluantur in India ſoluenda ſunt integra; ſi autem ſoluatur in Hiſpania in aliqua vrbe, ſoluenda ſunt deductis cambijs traductionis ab India in vrbẽ Hiſpaniæ. Quoniam. l. 1. & totus titulus. ff. de eo, quod certo loco, non ſolum habent locum in debitis aliarum ſpecierum, ſed etiã in pecunia numerata, text. eſt. in l. 4. ff. de eo quod certo loco.

## CAP. CIX.

### *Quomodo ſit reſtituendum.*

*Nauar.* CIrca aliud caput reſtitutionis, ſcilicet, quomodo ſit reſtituẽdum, Nauarrus in ſummario ait; quòd reſtitutio facienda eſt eo modo, quem cauſa cur debetur, poſtulat



ſtulat & remiſsio, & condonatio partis ſufficit ſine oblatione, ſeu præſentia reali, vel verbali rei ſoluendæ; quia ſatis eſt debitum ſolo verbo offeratur, & etiam ſatis eſt ſi ſine tali oblatione, creditor precibus partis vel alterius, remittat ex animo, vt remiſsio teneat, ſi ſit creditor perſona, quæ donare poſſit. *Caietan. Nauar.* At ſemper ſecundum Caie. & Nauar. creditor credendus eſt remittere ex animo, niſi contrarium arguant coniecturæ. Quales cõiecturas interueniſſe in caſu, de quo fuit rogatus, fatetur Nauarrus: in quo quidam auſterus dominus, qui ſuos ſubditos, ſuis precibus non obtemperantes per ſe, aut per alios vexabat, à quibus certam conditionem petijt, argumento. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non detur. *Cautela Caietan.* Cautelaq; Caietani ſingularis eſt, ſcilicet, quòd pauper diuiti debens, non offerat diuiti, quod petit ab ipſo ſibi remitti, quia rei præſentia difficiliorem reddit donationem illius; quia multo facilius, quod nõ habemus, quam quod poſsidemus remittimus, & condonamus.

*Quæſtio. De carẽte anim. reſt.* ¶At heſitare forte quis poterit, an ille, cui remittitur per creditorem debitum, quia illũ rogauit, ſi non habuit animum reſtituendi, ſit abſoluendus. Ad hoc dicendum eſt, plane abſoluendum eſſe, dum pœniteat de propoſito non reſtituendi; quia liber manet, poſtquam dominus libere remiſit.

*Quæſtio. An petẽda ſit dilatio.* ¶An, qui non eſt ſoluendo teneatur petere dilationem. Reſpondetur, aliqui inſinuãt, quòd ſic: ſed ego puto diſtinguendum. Aut enim conſtat debitori de ſua impotentia, idque omnibus conſtat, & tunc de neceſsitate non exiſtimo eſſe obnoxium ad petendũ à domino dilationem. Quia cum in hoc caſu ſit omnino non compos ad ſoluendum, nemoque obligetur ad impoſsibile: videtur ad id non teneri. Secus eſt in caſu quo eſſet anceps an poſſet ſoluere, vel non. *Nauarr.* Adde ſecundum Nauarrum. capi. 17. num. 78. ſi aliqua perſona proba tractat cũ creditore dicẽs, ego curabo, vt Petrus tuus debitor ſoluat tibi tãtum, ſi tu liberali voluntate reliquum remiſeris, idque faciat ſine fraude, nullo iniecto metu, aut diffidentia, nunquam debitum recuperandi, immunis manet debitor à reſtituendi neceſsitate, etiam ſi reſtituendi caruerit animo.

*Non licet minus ſoluer. quia anticip. Mercatus cõtra Nauar.* ¶Admonet inſuper in hac materia Mercatus in libro de tractibus, & cõtractibus. capi. 12. de anticipata pecunia emendo folio. 53. quod non poteſt debitor obtinere remiſſionem partis debiti, eo quod ſoluit anticipate pecuniam ante aduentum præfixi termini contra Nauarrum, niſi in duobus exceptis caſibus. Primo quando debitor euidenter deceptus eſſet in pretio, diceretq; creditori; Quia me decepiſti in pretio, en tibi dũ ſoluo ante tempus præfixum, ſubtraho tibi hãc debiti partem: vel quando, quia ſoluit ante tempus præfixum, quod non tenebatur tũc ideo ceſſat lucrari, aut incurrit damnum: tũc admonito de hoc creditore, illoq; cõſentiente, poteſt ob hoc, ei ſubtrahere aliquam debiti partem.

*De mercatoribus excoquentibus.* ¶Circa vero mercatores excoquentes: ꝙ noſtro idiomate Hiſpanico dicũtur, los que quiebran, dico, ſi ij, cum ſoluendo ſint, licet difficulter, excoctionem bonorum, quiebra fingũt, vel facultates ſuas abſcondunt, vt ſe componant cum ſuis creditoribus, vt per talem compoſitionem dilationem ſolutionis, vel remiſsionem alicuius partis debitorum, obtineant (quod communiter contingit teſte Mercato,) *Mercatus.* præterquan quòd mortaliter delinquunt: obnoxij manent ad integre reſtituendum principale debitum, inſuper & damna creditoribus hac de cauſa ſuccreſcentia. Sicut qui cum poſſet ſoluere, licet permanendo in egeſtate, dum non ſit tanta, vt perueniendum ſibi ſit ad hoſpitalia: ſi vt obtineret dilationem trium annorum ſe retraxit ad ſacrum, tenetur recompenſare lucra parienda, quæ ſibi creditores illa pecunia, ſibi ſi perſoluta fuiſſet, ſibi negotiando per illos tres annos dilationis, quaſi inuite cõceſſos parere poſſent; etiam ſi oſtẽderit chartã continentem proteſtationẽ voluntariæ remiſsionis: quia illa non eſt voluntas, ſed violentia.

*Quando quis licite vtitur dilationibus.* ¶Secus eſt ſi defecit in ſoluendo, quia amplius non potuit, quia tunc licitè vtetur dilationibus ſibi conceſsis. Neque tenebitur tũc ad aliquam ſatisfactionem, poteritque cum capitali illo modico ſibi remanenti negociãdo lucrari, atque illo ære recompenſare poſtea principale debitum. Sed ſi in hoc caſu iniuit compoſitionem cum creditoribus, vt ſibi aliquam remitterent partem, non ſatis liquet, nec ſatis cõſtat quid in hoc caſu ſit per agendum: *Tutior opinio.* ſed tutius probabiliuſque eſt dicere, quòd integre creditoribus ſatisfacere teneatur, quando commodè poterit, ſi venerit ad pinguiorem fortunam: Quia illa non videtur fuiſſe realis donatio, neque liberalitas, ſed quædam condeſcenſio, qua creditores condeſcendere voluerunt, cum neceſsitate præſenti. *C. qui bon. ceder.* Quia etiã. C. qui bonis cedere poſſunt de ſoluendo. Oduardus, &. l. is quis. ff. de ceſſ. bon. & l. qui bonis. & l. ſi delictores.

ff. de re iudi. §. ſunt qui id quod facere: hæc iura cedentes bonis, nolunt manere liberos, quin teneantur integre ſoluere debita, ſi peruenerint ad pinguiorem fortunam poſtea. Quanto ergo magis qui non ſunt vſi hac cæremonia infami, ſed particulariter ſe compoſuerunt, tenebuntur integre ſoluere, cùm ad pinguiorem fortunam peruenerint? Satque erit illis, tam lōgis dilationibus expectationibusq; fuiſſe potitos. Hanc ſentētiam tenet Mercatus, eandem prorſus frater Ioſephus ſequutus eſt in ſuis floribus Theologię. Vbi ait, quòd Mercatores frangentes fidem cum creditoribus conuenientes, vt ſoluta ſibi certa debiti parte reliquum dimittatur ad pinguiorem fortunam veniētes, tenentur ad reſtitutionem, quia non fuit libera remiſsio.

*Mercatus Ioſephus.*

# CAP. CX.

## *De reſtitutione iudicum, & de ordine reſtituendi.*

*Quæſtio.*

Licet cauſæ excuſantes à reſtitutione, ſint poſteà ſeorſum pertractandæ: tamen interim hanc quæſtionem hic ſuo loco obuiam præterire nō poſſum, An aliquando etiam creditore remittente debitum, reſtitutio ſit facienda. Reſpondetur ergo, quòd debiti remiſsio facta à minori ſub tutore, vel curatore exiſtente, & ab vxore, & ab alijs carentibus adminiſtratione, non tenet reſtituendaque eſt: quia non eſt libera, ideſt, non eſt facta à potentibus liberè donare; licet talis debiti domini ſint. Hinc ſequitur, ꝙ neque etiam valet remiſsio ex verecūdia mediatoris facta. Et ratio fundamentalis eſt, quoniam nulla harum remiſsionum libera eſt.

*Quid ſi creditor hic remit. deb.*

*De reſcr.*

¶ Inſuper, vt cap. ſtatutum. habetur. §. inſuper de reſcri. in. 9. delegatus, ſi receperit à partibus præter eſculētū, iſtudq; eſculentū nō debet eſſe exactū, ſed libere oblatum, vt poſsit recipi, vel poculētū paucis diebus cōſumendū, paucis, inquam, penſata qualitate dantis, & recipientis arbitrio boni viri, vel ſi vltra moderatas expenſas receperint quādo pro neceſsitate, vel vtilitate cauſæ ſibi commiſſæ non malitioſe extra domicilium pergeret: vel ſi participat lucrum cum aſſeſſore atq; notario ſuis, ad reſtitutionem integram tenetur: nulla eorum, quibus reſtitutio faciē da fuerit remiſsione vllatenus profutura eidem.

*Quæſtio. Quid ſi pars redonet iudic. Gloſſ.*

¶ Sed quid, ſi poſtquam reſtituit iudex; pars ſibi illud donet. Reſpondetur ſecundū gloſſam, quod poterit tunc iudex retinere. Quia hoc non hic prohibetur dummodo in fraudem non fiat, quia tunc talis iudex delegatus nō maneret abſolutus. Tūc autē meo videri, fieret in fraudem, ſi quādo nulla inductus noua cauſa rationabili iā ſibi rem ſolutā à iudice ea ſola ratione, redonaret rurſus illi: qua iam propter cauſam priorem, propter quam iubetur reſtituere iudex, ei donauerat.

*Nota. Quæſtio. De alijs iudicibus.*

¶ Sed gloſſa rurſus quærendo hic, inſtat textu allegato, an iſtæ pœnæ habeant locū in alijs iudicibus, propterea, quod hic loquitur ius de delegatis à Papa. Ait tamē, quod vtilis eſſet declaratio, pro eo, ꝙ pænæ non videntur excedere proprium caſum de pænit. diſt. 1. poenę infra de regulis iuris in pænis. ¶ Sed ne indeciſa maneat quæſtio dico primo. Iudices Hiſpaniæ, vt poſtea ſumus dicturi propter leges peculiares Hiſpaniæ, quibus munera accipere prohibentur, & ſecundum communem ſententiam doctorū præſtito iuramento inhabiles fiunt ad recipienda ea, non obſtante ſolutione munerum ab eis acceptorum facta partibus, ſi rurſus à partibus eis donentur, neq; ſecūda, neq; tertia donatio repetita à partibus eis valebit, quia nulla eis facta munerum donatio valet à partibus facta.

*De regul. iuris. Dictū. De iud. Hiſp.*

*Dictū. De delegatis ordinarij.*

¶ Secundò dico, quòd delegatus ordinarij ad vniuerſitatem cauſarum eccleſiaſticarum quia ei ordinarius prouidere habet, ideo nihil accipere, neque retinere poterit: ſed delegatus ordinarij ad ſpecialem cauſam, etiam ſi ordinarius ei cauſam nō malitioſe committat, ſi contra conſtitutionem ca. ſtatutū in. 6. de reſcriptis recipiat, ſimiliter reſtituere integre tenetur. Sed facta iam reſtitutione, ſi iterum ſibi à parte donetur ſine fraude legis, ſed ex alia cauſa, forte poterit retinere; neq; eum damnarē, ſi nō reſtitueret pro eo, quod canon loquitur de delegato tātum Papæ, & pænæ proprium caſum non videntur excedere. Itaque exiſtimo contra Fratrem Ioſephum in ſuis floribus, quòd virtute huius conſtitutionis, quæ declaratiua eſt iuris naturalis, & æquitatis rationis, quicunque iudex eccleſiaſticus, vel ſæcularis ſi contra iſtā conſtitutionem munera accipiat, tenetur ea reſtituere, quando titulo exercendi rectam iuſtitiam accepit; & quidem ante condemnationem, vel cauſam impletam iuxta noſtram ſententiam reſtituet parti. Poſt vero condemnationem, reſtituet cui adiudicauerit

*Sententia autoris contra Ioſephum.*



iudex. Quod ſi ante condemnationem pars rem eam recipere noluerit eamque ei remiſerit, hoc non obſtante eam reſtituet pauperibus. Sed ſi pars ſemel acceptam ſuā rem eis rurſus donauerit poterit iam ex alia cauſa retinere.

*De viſitatore diœceſis plus accipiente. De cenſib.*

¶ Idemque dicendum ſupereſt de viſitatore diœceſis, qui ſi aliquam pecuniam in viſitatione præter ſtipendium ſibi cōceſſum receperit, vt diffinitur cap. fælices de cenſibus in. 6. reſtituere tenetur danti, quo nolente recipere; vel remittente reſtituet pauperibus. Eſt communis, & Sylueſt. verbo concuſsio, & habetur aperte in. 6. c. exigit de cenſibus, contra viſitantes, & eorum familiares recipientes munera. Vbi ait gloſſa: Ecce caſum vbi rem meam vel mihi debitam remittere non poſſum; quia videtur impediri tranſlatio dominij contra Ioſephum. Ita Corduba quæſtion. lib. 1. q. 31. pag. 26. aperte contra Ioſeph. loquitur.

*Sylueſt.*

*Gloſſa.*

*Cord. cont. Ioſeph.*

*De ordine reſtit.*

¶ Accedit etiam conſequenter diſputatio de ordine in reſtitutione ſeruando, atque dū ſuppetit vnde omnibus creditoribus ſoluatur nullum ordinem neceſſe eſt ſeruari. Quādo vero non ſuppetunt bona debitoribus, omnibus ſoluendis debitis, prius debita certa, quorum creditores ſunt noti, quam incerta, quorum creditores ignorantur, ſoluenda ſunt. ¶ Vnde ſecundum Sylueſt. reſti. 6. q. 5. & ſecūdum Caiet. verbo, reſtitutio cap. 8. patens eſt eorum error debitorum, qui cū omnibus non ſint ſoluendo, componunt ſe ſuper incertis cū prælatis eccleſię, vt id quod eis remittitur tanquam proprium poſsideant; certos creditores defraudando. Verū eſt tamen, quòd ſi res incerta adhuc in ſua ſpecie permanet, puta, quidam calix conſecratus repertus, aut ablatus, & adhuc integer, & non poteſt haberi eius dominus, neque inueniri; poteſt dari Chriſto pro eius pauperibus, vel in pios vſus: ſiquidem debitor, non tenetur ex alieno, creditori ſatisfacere. Et conſtat, quòd ille calix nunquam eius fuit, imo ſemper alienus. §. ſacrę. inſtituta de rerum diuiſ.

*Error reſtituentium Caiet Sylueſt.*

¶ Præterea dico autore Nauarro in debitis certis ſeruandum eſſe ordinem Baldi communiter recepti in. l. pro debito. C. de bon. iud. aut. poſsi. ſcilicet, quòd primum ſuo domino ſuum reſtituatur quod apud alium extat, ſiue res ſit metu ablata, ſiue depoſita, & cuius dominium in alium non eſt tranſlatū. l. veri. §. in bonis. ff. de priuil. credit. reſtituenda eſt primo ſuo domino, dum in propria ſpecie, & forma remanet.

¶ Secundo loco, ſoluendum eſt pretium venditori eius, quod vēdidit emptori, penes quem res empta eſt. Quia quamuis illius dominium in emptorem tranſierit. l. traditionibus. C. de pactis. illud tamen remanſit obligatum ſolutioni, quamdiu in ſua forma, & ſpecie penes emptorem inuenitur iuxta dictum Baldi, & eos, qui eum referunt, vbi ſupra. Pro quibus facit. l. 2. §. quibus cauſis pig. vel hypothec. cont. per argumentum à fortiori. Deinde quòd hoc videtur æquum, & rationi conſentaneum ſaltem ad hunc effectum, quòd in hoc cæteris creditoribus prę feratur quando omnium ſolutioni debitoris bona non ſufficiunt. Ita Nauarrus.

¶ Metina in ſua inſtructione. 8. cap. reſtitutionis foli. 174. pag. 2. ait, quod res empta non ſoluta prius ſoluenda eſt, quādo de præſenti empta eſt; ſecus ſi eſt empta ad creditum. At ſecundum Caie. in hoc ſtabitur ſpecialibus ſtatutis. Quando res empta non ſoluta ſtat in propria ſpecie. Syluester reſtitutio. 6. quæſtion. 5. tenet quòd verius eſt, ſi extat, indiſtincte, eſt tradenda venditori pro pretio nondum habito, ſiue habita fide de pretio, ſit tradita, ſiue non, ſecundum Archid. & Bald.

¶ Atq; idem pari ratione dicendū videtur de omni illo, quod titulo oneroſo datū fuit ait Nauar. Cæterū ſi res empta. plus valeat, quam pretium pro ea promiſſum, eò pretio ſoluto vēditori, reſiduum cedet alijs debitis ſoluendis. Aduerte item, quod venditor nō habet hoc priuilegium in pecunia habita ex re vendita, neque emptor in pecunia habita ex noua eius rei venditione, neque in eo, quod pro permutatione illius habuit. Quia neque pretium, neque habitum per permutationem in ſingularibus actionibus in eius locum ſuccedit, iuxta gloſſam Barto. & communem in. l. Labeo. ff. de verborum ſignif. Ita Nau. & Sylu. reſt. 6.

¶ Tertio loco, ſeruanda ſunt ſtatuta regionis, ſiqua inueniuntur ſpecialia ſuper ordine reſtituendi; vt dicuntur eſſe in aliquibus regionibus de numularijs fraudatoribus.

¶ Et ſi talia ſtatuta non ſint, ſeruetur ius commune, iuxta quod ij, quibus bona fuerunt expreſſe obligata alijs præferuntur; & poſtea in ſua dote vxor; & fiſcus alijs creditoribus, quibus non ſunt bona prius expreſſe hypothecata; quamuis tacite ſint. l. aſsiduis, capite qui potior. in pigno. habeantur &. l. quamuis de priuilegio fiſci. Hæc omnia ait diſerte Nauar.

*Quæſtio.*

¶ At dubium eſt, quod hic nos interpellare

*De dote non num.* A re poſſet, ſi quando maritus conſtituit ſe debitorem dotis per chartam, quã edi fecit publicam, non fuit ſibi numerata dos, an tunc dos talis in ſolutione eius præferenda ſit habentibus hypothecas expreſſas poſteriores dote. Reſpondet Hugo de Celſo in ſuo Reportorio legum. verbo. obligatio. verſiculo. 13. quòd non obſtante hoc, ſi poſtea vir recepit dotem prius ſoluenda eſt, quàm obligationes reliquæ, quas poſt iſtam obligationem dotis contraxit, quibus ſua obnoxia fecit bona, antequam à ſua coniuge recepiſſet ſolutionem talis dotis.

*Debita fiſci & dotis.* ¶ Et quamuis debita dotis, & fiſci ſunt priuilegiata; tamen inter iſtas obligationes B attendendam eſſe prioritatem, quæ nam ſit prior inſinuat Hugo de Celſo. Secundùm quem loco citato verſiculo. 10. ſi contradixerit mulier expreſſè, vel non conſenſerit expreſſe, eius bona non manent obligata regi, quando eius maritus collector eſt, vel conductor tributorum, vel reddituum regis.

*Nauar.* ¶ Quarto loco ſecundum Nauarrum, ſequuntur, quibus tacite ſunt hypothecata bona debitoris ſuo ordine, poſtea depoſitarij: niſi quando depoſita fuit pecunia ad negociandum, & vt ſoluerentur vſuræ aut intereſſe. l. ſi hominum. §. final. ff. de depoſit. &. l. ſi ventri. de priuilegijs creditorum. C

¶ Quinto loco ſubſequuntur, qui habent priuilegium perſonale, quo preferantur alijs ſine obligatione reali.

¶ Poſtremum locum tenent alij creditores, qui non habent hypothecam, neque obligationem bonorum expreſſam, neque

*Debita non priuilegiata.* tacitam, neque priuilegium perſonale, ſine conſideratione quis eorum ſit prior, aut poſterior; ita, vt quod prædictis ſatisfactis ſupererit, pro rata parte nominum inter hos diuidetur, amittendo & recipiendo ſolidum pro libra, vt dicitur; deductis tamen ante omnia impenſis neceſſarijs, ſed non pompoſis, D ac ſuperfluis funeris & exequiarum debitoris mortui, & publicationis & copiæ teſtamenti, & alijs ad aditionem hæreditatis neceſſarijs, iuxta Paludem communiter receptum in. 4. diſtinctione decimaquinta. quæſtione tertia. & Sanctum Antoninum. 3. parte titulo ſecundo, capitulo ſeptimo. §. 3. hæc omnia Nauarrus optimè, iuridicè, diſerte ait, prout reliqua omnia: ideo conſultum duxi hic eius doctrinam notare.

# CAP. CXI.

## *Adhuc de ordine reſtituendi.*

*Demon... te prod... reficien...* AT ne quid ſcitu neceſſarium deſit nota, quod qui mutuauit pro reficienda domo, naui, aut alia re ſimili præfertur omnibus, qui habent hypothecam bonorum domini illius in ſolutione ex pretio eius conſequenda. l. 2. ff. qui potior. in pignor. habeantur.

¶ Secundum Syluestrum reſtitutio. 6. q. 8. vbi non vigilauit creditor exigendo debitum, B & etiam vbi non ſunt alij priuilegiati, ſi debitor gratificet vni, quod datum eſt ſic in iudicio, vel extra reuocatur & diuiditur pro rata, in hoc tamen caſu iure poli, & ſi non fori excuſaretur debitor, vt creditur ſi pietate motus gratificaret plurimum indigenti. Ita Sylueſter, ita Metina in ſuo codice de reſtitutione fo. 9. quæſt. 2. *Quando... cuſatur... bitor g... tiſi.*

*Sylu. N... Denon... uant. o... din. re... Nauar. Sylueſt. Hoſtienſ.* ¶ Sed quid, ſi debitor in ſoluendo hunc ordinem non ſeruet, an ſatisfecerit conſcientiæ ſuæ. Reſpondet Nauarrus, quòd non, ſecundum Hoſtienſem, & Sylueſtrum, verbo reſtitutio. 6. quæſtione. 7. ſi ignorantia iuris, aut facti eum non excuſat argu. capit. ea C te. de iure iurando. Niſi quando creditor aliquis in petendis ſuis creditis in iudicio, vel extra illud, fuit alijs diligentior: quia tunc non ſolum poteſt, ſed etiam debet prius illi, quam alijs ſoluere. l. pupillus. ff. de ijs, quæ in fraud. creditorum ſecundum Sylueſt. vbi ſupra. quæſt. 8. quod intelligitur, modo non ſint alij magis priuilegiati.

*Coroll.* ¶ Quod autẽ diximus de debitore ſoluente, idem prorſus dicendum eſt de creditore petente, nempe, quod non peccat accipiendo ſuum debitum, quod diligentius petijt, ſi non ſint alij magis priuilegiati, alioquin, ſic violando iuſtitiam. ¶ Vnde conſequitur pec- D care generos, aut nurus recipientes, aut retinentes de bonis ſocerorum, quod eis debetur, ſcientes eorum bona alijs magis priuilegiatis deberi.

*Coroll. 2. Nauar. contra Ioſeph.* ¶ Vnde ſecundum Nauar. peccant retinẽtes etiam poſt factum. Et hoc apparet verũ, quòd ſi peccant retinentes, tenentur reſtituere. Licet Frater Ioſephus dixerit in ſuis floribus, quòd creditor, qui erat poſt habendus non tenetur ad reſtitutionem ſi prius illi facta fuerit ſolutio, quia inquit, non tunc alienum, ſed quod ſuum eſt retinet. Quia hoc poteſt intelligi ſecundũ quod intelligit Nauar. quando non ſunt alij magis priuilegiati.

¶ Inſtat



*Quæſtio.* ¶ Inſtat iàm quaſi in ſuo loco adaptata A queſtio, An debita licita, ideſt, debita ex cõtractibus licitis, ſint prius ſoluenda, quam debita ex contractu illito, ideſt, quàm vſuræ

*Caiet. Metin.* At Caiet. cum limitatione tenet, affirmatiue contra Metinam Complutenſem.

*Concluſio.* ¶ Ideo pro indagatione veritatis. Sit prima concluſio: Vſurarius prius debet ſoluere, quod debet per contractus licitos, quibus non eſt pauperior factus: quales ſunt emptionis, & mutui, quam vſuras inique extortas, etiam ſi ante illos contractus fuiſſent extortæ, niſi res, vel pignora data vſurario manerent apud vſurarium in propria ſpecie, quia hæc ſuo domino, cum eorum non ſit B tranſlatum dominium in vſurarium, ſtatim ſunt reſtituenda. Si autem ex cõtractibus licitis poſt vſuras extortas factis factus eſt impotens, & pauperior ad ſoluendas priores vſuras in eo tantum, quo factus eſt impotens inde, præferenda ſunt debita vſurarum in ſolutione & non in reſiduo. Hæc eſt

*Caiet. Nauar. Ioſephus. Meti. Salmant.* Caiet. reſtit. cap. 8. eſt Nauarri cap. 17. ſumma Latinum 52. eſt Fratris Ioſephi in ſuis floribus. eſt Metinæ Salmaticenſis in ſua inſtructione. §. 33. ſeptimo. c. reſtitutionis. Eſt tamen contra Metinam Complutenſem, ſuo

*Cõtra Metin. Complut.* codice de reſtitu. fol. 9. q. 2. Hanc probat Caieta. cuius probationem non inapparenter C reijcit Metina. Quia, inquit Caietanus, ex quo licita debita, non prius ſoluerentur, quã vſuræ extortæ, iam ex tunc inciperent detineri aliena inuito domino. Hoc pernegat Metina, quòd talia ſint aliena, vel fiant tunc aliena. Quia non ſunt propria creditorum, ſed debitoris.

*Ratio Naua. potior.* ¶ Igitur ratio Nauarri potior eſt, ſcilicet, ideò debita licita, quã illicita vſurarũ prius ſunt ſoluenda; quia magis conſtat, quod tibi debeo, quod mihi mutuaſti, aut vendidiſti, quam quod per vſuram mihi ſoluiſti. Quia de mutuo nemo dubitauit, quin ſit ſoluendum, & reſtituendum: ſed de vſuris ali- D qui dubitauerunt, licet male.

*Ratio Ioſeph.* ¶ Sed forte ratio Fratris Ioſephi non inepta eſt, ſcilicet, quod ideo non tenetur vſurarius reſtituere vſuras priuſquàm alia debita licite contracta, quia mutuatarius ex mutuo ſibi dato ſub vſuris ab vſurario conſequutus eſt aliquam vtilitatem, quam illucuſque non ſunt conſecuti cęteri creditores, quibus cum licite vt ſupponimus, vſurarius contraxit, res eorum emendo, vel mutuum ab illis

*Ratio Metin. nõ valet.* accipiendo. ¶ Nec ratio Metinæ, aut alterius quidquam valet, quòd ideò reſtituendæ ſunt prius vſuræ, quia bona quæcunq; vſurarij ſunt pro vſuris reſtituendis hypothecata.

*Sylu. Hoſtien. Archid. Ioan. And.* Quia hoc negat Sylueſter; & Hoſtienſis, & Archidiaconus dicunt non eſſe hypothecata. Imo ait Ioannes Andreas, quod de iſta hypotheca non habemus textũ expreſſum.

*Refutatur Metin.* ¶ Nec etiam ratio alia Metinæ concludit, vbi ait, quòd quia in vſurarum extorſione maior illata eſt iniuria, ideo ſint prius reſtituendæ, quia non ſunt cætera paria propter rationes Caieta. Nauarri, & Fratris Ioſephi.

*Quæſtio. An furtũ prius reſtituendum.* ¶ Subinde dubitare & hic contingit, an fur debitum furti, priuſquam alia debita licitè contracta, ex bonis à ſe licite acquiſitis teneatur reſtituere. Neq; tam prompta eſt B

*Sylueſt.* ſolutio debita quæſtioni huic, nam Sylueſter reſtitutio. 6. q. 5. in fine illius inſinuat in ordine reſtituendi nõ eſſe ſeruandam prioritatem inter debita ex contractu licito, aut ex maleficio, puta, ex furto, aut quaſi maleficio. Quia ſic ibi inquit; Nec diſtinguo, an aliquid debeatur ex contractu, vel quaſi, aut ex maleficio, vel quaſi; cum hoc nullo iure probetur; vnde reſtituendum eſt ſecundum ordinem prædictum.

*Concluſ.* ¶ Pro deciſione quæſtionis, ſit reſponſiua concluſio; Debitum ratione furti contractũ fur ex bonis licite acquiſitis, prius reſtituere tenetur, quã alia debita licite acquiſita. Hæc C

*Metina. Ioſephus.* eſt Metinæ C. de reſtitu. q. 2. fo. 9. eſt Seraphici doctoris, vt ibi ipſe ait, eſt Fratris Ioſephi in ſuis floribus, quã probant duplici, aut

*Ratio. 1.* triplici ratione. Primò, quia oportet prius recedere à grauiori peccato, quam à leuiori; & grauius eſt peccatum retentio furti, ſicut grauius fuit furtum; quam retentio rei licite acceptæ, vt rei commodatæ, aut mutuatæ; ergo prius reſtituendum eſt furtum, quam res licite acquiſita, ſcilicet, mutuata, locata, aut commodata. ¶ Secundo; quia ſe- 2. cundum Fratrem Ioſephum ad furtum reſtituendum tenetur fur ex duplici capite, ſcilicet, ex iniuſta acceptione, & ex iniuſta retentione, D ſed ad debita licitè acquiſita ſolum tenetur ex illicita retentione; ergo prius reſtituendum eſt furtum, quam debitum licite contractum. ¶ Et quia magis iniurioſa eſt ac- 3 ceptio alieni per rapinam, quam per furtũ; ideo Metina prius rapinam, quam furtum reſtituendum eſſe ait. At licet prædicta iſta concluſio ſic probata tutior appareat: ſi quis tamen eius ordinem bona fide, aut ignorantia excuſatus non ſeruauit, quia prius reſtituit debita licite contracta, quam furta, non eſt culpandus, nam grauiſsimum doctorem

*Sylueſt.* Sylueſtrum ſequutus eſt, qui factum eius non dãnat; & quia iſtæ rationes cõcluſionis



 non vi-

A non videntur concludere iſtum ordinē prætermiſiſſe fuiſſe culpam lethalem.

## CAP. CXII.

*De bonis hæreticorum reſtituendis.*

NE turgeſcat cōtinuata, prolixaq; lectio, ac lectori ſic faſtidiū pariat, & quia aliūdę cogimur materias inabſolutas non relinquere, cōpellimur eas ſuccidere: & quæ continuatim eſſent diſputanda ſeorſum illucidare.

*Quæſtio. An bona confiſcata poſſ. donari.* ¶Quæritur ergo, an ille, cuius, ratione B maleficij ipſo facto per legem confiſcata ſunt bona, qualia ſunt bona hæreticorum, & bona committentium crimen læſæ Maieſtatis, & per peculiares leges Hiſpaniæ, bona nefandi peccati patratoris etiam ſi iſte actus nefandus non probetur in actu perfecto, & conſummato: dummodo probentur actus propinqui ad concluſionem illius, poſsit ſua bona donare, legare, & debita prius ex alijs maleficijs contracta ſoluere.

¶A clarioribus igitur reſponſuri procedamus primam ſtatuentes concluſionem. *Concl. 1.* ¶Sit prima concluſio. Debita ex contractu licito prius ſunt ſoluenda, quam debita ratione C maleficij, vt homicidij, aut hæreſis, aut peccati nefandi. *Ratio. 1.* Ratio eſt plana, quia debitū pœnæ maleficij eſt pœnale, & leges per pœnas ſuas non puniunt ſcelera in detrimētum creditoris. 2 Et quia obligatio maleficij eſt tantum perſonalis, obligatio autem ex contractu licito, eſt realis, & perſonalis, præſertim quando debitoris bona ſunt expreſſè, aut tacitè creditoribus obligatá.

*Concl. 2.* ¶Secunda concluſio; Obligatio oneroſa, licet poſterior tempore, præferenda eſt liberali obligationi. Vt, verbi gratia, ſi quis donaſſet alicui aliquam rem, & ante traditionē illius tradidiſſet eam ex obligatione dotis, D quæ eſt oneroſa, genero ſuo in dotem filiæ. Imo ſi obligaſſet ſe eam traditurum genero in dotem, iam ex tunc tenetur eam magis tradere genero, quā donatario. *Ioſephus. ratio.* Hæc eſt fratris Ioſephi in ſuis floribus. At ratio huius eſt, quia magis damnificatur creditor ex contractu oneroſo ſecum inito, ſi non impleatur, quam donatarius ex priuatione rei donatæ ſibi, & promiſſæ dari. Adhibet moderationem æquitati conſonam, ſcilicet, quòd ita eſt, vt dictat concluſio, niſi alias graue detrimentum pateretur donatarius, ſi donatio de facto executioni non mandaretur.

A ¶Tertia cōcluſio, quæ eſt Sylueſtri, verbo hæreditas. 3. q. 11. prius perſoluenda ſunt debita creditoribus, quam legata legatarijs; *Concl. 3. Syluest.* quia iſta debita ſunt neceſſaria; ſed legata ſunt gratioſa. Neq; excuſabitur in conſcientia hæres; qui hunc ordinē non ſeruauerit; niſi hoc fecerit ignoranter reputans hæreditatem ad omnia ſoluenda ſufficere. At in hoc caſu ſeruatur creditoribus, vt potioribus, ius contra legatarios; ideo tales creditores non debent hęredem, qui bona fide diſtribuit, inquietare, niſi illi de hæreditate aliquid remāſerit. *Coroll.* ¶Excuſatur etiam hæres, qui dedit creditori poſteriori, neſciens alium eſſe potiorem. B Neque etiam inquietandi ſunt à prioribus, ſeu potioribus creditoribus emptores, qui emerunt res; quarum pretia in legata, vel fideicommiſſa, vel in alios poſteriores creditores proceſſerunt. Ita in. l. ſancimus de iure deliber. *De iur. deliber.* Quia, vt ibi patet, creditoribus potioribus ſeruatur ius contra legatarios: & alios creditores inferiores, qui ab hærede prius acceperunt ſecūdum Syluest.

*Concl. 4. Victoria.* ¶Quarta concluſio; quæ eſt Victoriæ in relectione de Indis prima. concluſione. 15. & 16. & 17. Hæreticus ante ſententiam cōdemnationis poteſt licitè viuere de bonis ſuis, poteſtque ea titulo gratioſo transferre, C puta donando, poteſt etiam titulo oneroſo, transferre, puta vendendo, aut dando in dotem. Sed in hoc caſu oneroſi contractus, ſi crimen poſsit venire in iudicium non licet transferre: quia deciperet emptorem exponendo eum periculo perdendi rem, & pretium ſi venditor condemnetur. At hæc concluſio poteſt intelligi pari ratione de omnibus, quorum ipſo facto confiſcata ſunt bona propter delicta ab ipſis commiſſa. *Ratio. Victor. Caietan. Syluest. Adrian. contr. Conrad. & Ioā. Andre.* Hæc concluſio patet, quia ſecūdum Victoriam loco citato, & ſecundum Syluestrum, verbo hæres. §. 8. & ſecundum Adrianum quolib. 6. quæſt. 2. & ſecundum Caietan. in ſumma D verbo. pœna contra Conradum, & Direct. & Ioan. Andre. hæreticus dominus eſt in conſcientia, antequam condemnetur. Quod ſi hoc eſt probabile, probabilis quoq; eſt noſtra cōcluſio, ꝙ hæreticus, prædicta ante cōdēnationē poſsit facere. *Coroll. Victor.* ¶Vnde ſequitur ſecundum Victoriam, hæreticus, ſi non eſſet periculum confiſcationis, quia non eſſet periculum, quod ſua hæreſis veniret in publicum ad aures fiſci, poſſet & titulo oneroſo ſua bona transferre. Quia alias graue eſſet, quòd modo in Germania, vel Gallia Catholicus non poſſet emere agrum ab hæretico, nec vendere illi: quod tamen neceſſario eſt dicendum, ſi hæreticus non eſt dominus in A foro conſcientiæ.



¶At quanuis Sotus de iuſti. lib. 1. quæſt. 6. art. 6. dicat hæreticum ante ſententiam aliquo modo ipſo facto puniri in eo, quod alienare non poteſt bona: ſed quia pœnæ ſunt reſtringendæ, poteſt intelligi iſta ſententia *Gloſſatur Sotus iuxta Victor.* Soti mitius temperata iuxta ſententiam Victoriæ, quando eius crimen credibile eſt non manebit occultum, ſed ad aures iudicis, vel fiſci perueniet: tunc alienare non poterit; alias ſecundum Victoriam poterit.

*Coroll.* ¶Vnde ſequitur potiori iure, quòd alienatio, vel donatio facta per eum, qui commiſit crimen tale, quòd bona pro tali crimine non B ſunt ipſo facto confiſcata, dum talis donatio, vel alienatio fiat ante ſententiam valida eſt. C. de bon. damn. l. ſi quis poſt hanc. *C. de bon. dam.*

*Quæſtio. Reſpon.* ¶Sed quid, ſi ex ſuſpicione pœnæ hęc bona ſua in hoc caſu alienauerit ante ſententiam. Reſpondetur, quod alienare ea poterit titulo gratioſo, per donationem: quia ſi poſteà hæc bona publicentur, à donatarioque ſubtrahantur, non fit iniuria donatario. Sed titulo oneroſo, per venditionem aut dotationem, non poſſet alienare, quando creditur quòd crimē veniet in publicū, aut quòd quia ratione ſuſpicionis pœnæ alienauit, C moleſtiam à fiſco, cum eo contrahentes titulo oneroſo ſunt perpeſſuri. Ita colligitur. ff. de don. cauſa mor. lege. ſi aliquis. *ff. de don.* Secus ſi talis moleſtia non timeretur: quia iſte malefactor; multo magis, quàm hæreticus, ante ſententiam ſuorum bonorum eſt dominus.

## CAP. CXIII.

*Quando eſt reſtituendum.*

QVoniam ſecundùm D. Thom. communiter receptum. 2. 2. quæſt. 62. art. fin. ſtatim facienda eſt reſtitutio: quia D præceptum reſtituendi quanuis in forma ſit affirmatiuum, eſt tamen negatiuum, quatenus tacitè præcepit non retinere alienum: præceptum autem negatiuum ſemper & ad ſemper obligat. *Quæſtio.* Iam iſthinc pullulat primum dubium, quādo & quoties quis ob retētionem alieni, nouo peccato peccet. *Reſpon. Sotus. Nauarr. Ioſeph.* Reſpondetur communiter, iuxta ſententiā Soti, & Nauarri, & Fratris Ioſephi in ſuis floribus, in his caſibus retinendo quis alienum contingit, vt nouo peccet peccato. *De nou. peccato nō reſtit.* 1. Primo quando poſt acceptionem iniuſtam propoſuit actu non reſtituere eliciendo nolitionē, A Nolo dare: quanuis Victoria, & Caietan. in quolib. videantur contraire. *Contra Victoriā & Caietan.* Quia iſta conceptio noui propoſiti, non videtur niſi confirmatio præteriti ſtatus peccati, & volitionis habitualiter manentis præteritæ, ſed certe ſi quoties quando habet opportunitatem elicit hoc propoſitum, & nolitionem actualem reſtituendi, nouum videtur repeti peccatum, quia non tam confirmatio eſt præcedentis mali ſtatus, quam iteratio mali propoſiti, tempore, quo ſe offert opportunitas quia eſt negotium obligans, non ſolum ſemper, ſed ad ſemper, quod opportunitas ſe offert. 2 ¶Vnde peccat ſecundo nouo peccato, B quando creditor legitime petit ſecundū Sotum. *Sotus.* 3 ¶Item tertio ſecundum eundem, quando retentor alieni, videt ſuum creditorem graui neceſsitate premi. 4 ¶Item quarto ſecundum Nauar. & Caietan. 2. 2. q. 66. arti. 3. quando & quoties vtitur alieno, quanuis de reſtitutione non cogitet. *Nauarr. Caietan.* 5 ¶Item quinto ſecundum Canum in ſua Relectione de pœnitentia, & ſecundū alios peccat denuo quoties commode reſtituere valens, non reſtituit, ſi animaduertit, quanuis non ſtatuat illud non reſtituere: & non aliàs; ſiquidem illud potius eſt ſtatus peccati, quam de nouo peccare. *Canus.*

C ¶Verum, ſi continuatio retentionis alieni minima ſit per vnum diem, aut tres dies tantùm, ſecundum Sotum, inde iuſti. & ſecū dum fratrem Ioſeph. in ſuis floribus ceſſante neceſsitate graui domini ꝙ dominus re illa ſua magnópere non indigeat, non inducit obligationem culpæ mortalis, neque eſt circunſtantia neceſſario confitenda. *Sotus. Ioſephus retentio quænam mortal.* Secus ſi continuatio maior ſit. Quia quantitas furti, etiam ſi ſit eiuſdem ſpeciei maior cum minore, ſed eſt alia in genere moris: ſic perſeuerantia in retentione alieni maior, vel minima.

*Statim reſtit. quomodo. Metin. Sotus.* ¶Quanuis ſtatim ſit reſtituendum: intelligitur tamen habita opportunitate. D Vnde ſecundum Metinam, & Sotum, qui nocte in lecto, media nocte, aut nocte tempeſtuoſa recordatur debiti, non tenetur ſtatim ſurgere: ſed poteſt expectare vſque ad mane ad illud reſtituendum.

*Quæſtio.* ¶Sed grauius inſurgit, licet curioſum dubium, ſcilicet, An grauius peccet qui pluribus actionibus furatur per annum certā quātitatem, puta mille, quàm qui eandem quantitatem, nempe mille per totum annum retinet. *Placet Sotus contra Palud.* ¶Circa hoc dubium eiuſdem ſententiæ ſum cum Soto in de iuſti. qui reputat probabilius eſſe contra Paludem grauius peccare, qui pluribus actionibus furatur per annū

mille aureos, quam qui mille aureos per totum annum retinet. Quia illę volitiones ac actiones repetitæ furtorum magnam præſeferunt malitiam: quanuis oppoſita opinio Paludis probabilitate non careat, vt videtur Soto.

*Quæſtio. An non reſtituens ante mort. ſit abſoluendus. Nauar.*

¶Concurrit etiam & in hoc loco illa quæſtio, cuius veritatis neglectus multos deiecit in Barathri præcipitium, vtrum ante mortem non reſtituens ſit abſoluendus. A qua quæſtione Nauarrus ſumma Latina, capite. 17. numero. 68. facile ſe expedit dicens, quòd qui ſtatim reſtituere poteſt, & non reſtituit, quanuis in teſtamento relinquat, vt reſtituatur, ſecurus non diſcedit ex hac vita, niſi aliqua cauſa ex his, quæ à doctoribus ſolent legitimæ, & ſufficientes reputari ad excuſandum ab ſtatim reſtituendo eum excuſet, vel niſi ante mortem in illo articulo, ideò omiſit reſtituere, quia probabiliter credidit, quod ſuus hæres melius præſtabit reſtitutionem, & niſi hoc perſuaſum haberet, ſtatim ipſe per ſe reſtitueret, ſecundum Angelum verbo. reſtitutio. 3. §. 2. Huic addit Nauarr. quòd qui non poteſt in hoc caſu reſtituere ſtatim debet dilationem petere. Prædictus tamen non eſt abſoluendus, ſi propoſitum habuit non reſtituendi in vita, etiã ſi poſſet, niſi mutet propoſitũ.

*Angel.*

*Scotus.*

¶At quanuis ſecundum Scotum quando hæredes ex ſtatim facienda reſtitutione paterentur magnam iacturam, quia res hæreditariæ, ideo ſubhaſtatione, vel aliàs viliſsimè eſſent vendendæ, & creditores parum detrimenti caperent ex parua dilatione, quò res commodius venderentur, poſſet tunc in mortis articulo conſtitutus reſtitutionem differre: quia ſecundum Scotum creditor hic rationabiliter debet eſſe contentus. Tamen ſecundùm Syluestrum maiori rigore vtendum eſt cum eo, qui non habuit propoſitum reſtituendi in vita, quam cum eo qui habuit, ſed impeditus non reſtituit: etiam ſi dominus in dilationem conſentiat: & cum maiori iactura etiam bonorum conſulendus eſt ſtatim reſtituere, vt ſecuritati ſuæ animæ conſulatur. Præſertim, quia illi ſemper timendum eſt habere propoſitum non reſtituendi, ſi ſuperuixerit, quando ſic timetur illum eſſe affectum animo, & diſpoſitum; & quando creditur eius hæredes eadem obliuione oblituros eſſe poſt mortẽ eiuſdem reſtitutionis, qua ipſe oblitus eſt per ſuã vitã.

*Syluest. dictum ſalubre.*

¶Verum eſt tamen, quòd omnis cauſa à reſtitutione ſtatim facienda, quæ excuſat in vita, excuſat etiam in morte. Abſoluendusq; eſt in articulo mortis ſi ab ſtatim excuſatur, niſi tunc præſumatur habere propoſitum non reſtituendi, ſicut in vita, quod præſumendum eſt, quando per totam vitam contempſit reſtituere: niſi aliunde tunc oppoſitum abunde demonſtret: ſicut ait Sotus, quod qui perditè vixit in vita tota, non eſt multum præſumendum in morte de ſua ſalute animæ, niſi appareat tunc egregie compunctus. Quòd ſi in morte dixerit infirmus, ſe non teneri ad reſtituendum ſtatim cũ tanta iactura bonorum, tunc regulet ſe confeſſor per regulas ſupra poſitas Nauarri Scoti, Syluestri easque cum infirmo obſeruet.

*Præſumptio non reſtituendi in morte. Sotus.*

## CAP. CXIIII.

### *Quæ impotentia excuſet à non reſtituendo.*

*De impot. reſtit.*

Porrò commoditas iſta reſtituendi penſanda eſt in ordine ad tempus, & ad facultatem reſtituendi. Et ſicut ignorantia probabilis iuris, aut facti quandiu durat à reſtitutione excuſat. l. quod te. ff. de rebus credit. ſic multo magis ab ſtatim reſtituendo excuſabit. Sicut etiam excuſat voluntaria dilatio creditoris. Dicitur autem, non poſſe reſtituere, non ſolum ille, qui eſt in extrema neceſsitate, aut nullo modo poteſt, ſed etiam qui commode non poteſt. l. nepos Proculi. ff. de verborum ſignificatione. & can. faciat. 22. quæſtione. 2.

*ff. de reb. cred.*

*De verb. ſignif.*

¶At, vt ſingula ſigillatim examinentur, problema in vtranque partem probabile cenſet Sotus eſſe lib. 4. de iuſtit. & iure. q. 7. artic. 1. an parente meo, & creditore meo ſimul in extremam neceſsitatem coniectis potius tenear, ex debito ſubuenire patri, aut creditori. Et qui dixerit creditori bona ratione tuebitur ſe: nam ſolum ius ſeruandi vitam debitori vſum rei alienæ in ſua extrema neceſsitate concedit tantum. Qui vero in hoc caſu potius patri ęſtimauerit eſſe ſubueniendum, officium in patrem ſibi prætexere poterit. Nam perinde eſt in ea extrema neceſsitate ipſius vitam, ac paternam ſeruare. Idem credunt frater Petrus de Sotomaior, & frater Dominicus de Soto, de filio & vxore. Sed an idem ius extendendum ſit ad fratrẽ, quod liceat ex debito in extrema neceſsitate potius fratri, quam creditori ſubuenire, frater Dominicus de Soto, ait nequaquam, ſed potius creditori eſſe ſoluendum, quia iſtud ius ad fratrem non extenditur. Sed frater Petrus de Sotomaior, ait, quòd quia de hoc eſt dubium, ideo nõ fratri, ſed potius creditori in hoc caſu eſt ſubueniendum.

*Debitor in neceſsit. cui magis ſubueniet.*

*Sotus vterque.*



*Quæſtio. In extrẽ. neceſ. quæ conditio melior. Sotus. Caietan. D. Thom. cõtra Sco. Ricard.*

¶Sed, an debitore, & creditore ſimul, & ſemel in extremam neceſsitatem coactis, creditori teneatur potius ſubuenire debitor, quam ſibi. Sotus in hac quæſtione amplectitur ſententiam Caietani, quam dicit eſſe veriorem & amplectendam; quia videtur eſſe D. Thomæ, licet non tam expreſſe. Quia ſine exceptione D. Thomas ait in caſu extremæ neceſsitatis potius debitor deberet eſſe præſidio parentibus, & à fortiori ſibi contrà Ricardum, & Scotum, quia in extrema neceſsitate melior eſt conditio poſsidentis. Vnde vndecunque ante illum articulum peruenerit ad poſſeſsionem debitor ſi illud debitum, ſiue iuſte, ſiue iniuſtè per furtum occupauit, poteſt tunc potius ſubuenire ſibi, quam creditori, ſeu rei domino. Neque obſtat, quòd illa res ſit aliena, quia accedente extrema neceſsitate omnia fiunt iure naturali communia: cui iuri naturali nõ derogat ius gentiũ, ex quo iure bona fuerunt appropriata & diuiſa. Si ergo omnia tunc fiunt communia quo ad vſum; ergo poteſt vſum illius rei antea alienæ, ſuæ extremæ neceſſitati proſpiciendæ applicare: potius quam extremæ neceſsitati creditoris. Nec ex hoc ſequitur, quod poſsit iam rem, ab extremam patiente neceſsitatem ſurripere è manibus, vt ſuæ extremæ ſubueniat; quia tunc melior eſt conditio domini ſuam rem poſsidentis. Quod ſi à conſtituto in extremæ neceſſitatis articulo, rem quis ſurripuiſſet, vt ſubueniret extremæ neceſsitati ſuæ, etiam cum iactura periculoque vitæ ſuæ, teneretur eã illi reſtituere.

## CAP. CXV.

### *An in extrema neceßitate ſatis ſit mutuare.*

*Quæſtio.*

In magnam iam paulatim incidimus quæſtionem, an qui in extrema neceſsitate aliquid accipit, vt ſe ab ea liberet: veniens ad pinguiorem fortunam teneatur reſtituere.

*Scotus.*

¶Et quidem in hac quæſtione Scotus per diſtinctionem huic quæſtioni videtur ſibi facere ſatis, ſcilicet, quòd ſi id quod conſtitutus in extrema neceſsitate, pro ea expendit, antea ratione alicuius contractus debebat: tenetur id perueniens ad pinguiorem fortunam reſtituere: quia ſuperueniens extrema neceſsitas, non abſtulit obligationem prioris contractus, at ſi tunc accipiat, non fit reſtitutioni obnoxius. Adrianus vero, cuius opinionem amplexus eſt Nauarrus, tenet quòd in omni caſu vbi aliena res conſumpta eſt in extrema neceſsitate, niſi tam parui momenti ſit, quòd ex probabilibus coniecturis cenſeatur donata, reſtituenda eſt domino, à conſumente, cum poſtea fuerit ſoluendo. Hanc corroborat Nauarrus mille argumentis. Primo, quia opinio contraria nulla videtur probari lege, neque efficaci ratione, ſine quibus non eſt affirmandum aliquid contra ius regulare, & quia lex in. §. cũ in eadem. ff. ad l. Rhodiam. de iact. nõ habet res fieri communes per neceſsitatem: ſed eſſe communicandas, alias accumulat rationes multas. Quæ detectis fundamentis opinionis contrariæ videntur futiles: quia per ea fundamenta ſoluuntur.

*Adrian. Nauar.*

*Argum. Nauarr.*

*ff. ad. l. Rhod.*

¶Opinio igitur Soti, quàm licet ipſe Nauarrus de pulchritudine commendet, tamẽ male vellicat, veriſimilior mihi videtur; tum quia communior eſt; tum quia inter Adrianum, & Scotum per limitationes adhibitas mediat. Igitur opinio Soti, ac tenenda hæc eſt, quæ cõſiſtit in his punctis. Primo, quòd quando res parui momenti eſt, ſecundum omnes nulla reſtat reſtituendi obligatio. 1 Secundo, ſi res, qua ille extreme indiget eſt maioris æſtimationis, & ille conſtitutus in extrema neceſsitate ſimpliciter eſt indigens, nẽpe, qui nullibi habeat, vnde ſoluere poſſit, tunc citra controuerſiam nulli manet obnoxius reſtitutioni, ſi rem, qua extreme indigebat inſumpſit. 2 Tertio; ſi ille talis non eſt ſimpliciter indigens, quia licet hic non habeat, forſan alibi habet, vel ei debetur, quia hic non eſt ſimpliciter indigens extreme, ſed tantum pro iſto loco, obnoxius manet ad reſtituendum, quod inſumpſit pro ſua extrema neceſsitate; quia ſat eſt huic mutuum accepiſſe. 3

*Opinio Soti tenẽda.*

*Arg. cõtra Nauarr.*

¶At ratio Soti, quam contendit Nauarrus eneruare, maioris vigoris eſt, quam ipſe putat, quia ſecũdum ius naturæ omnia ſunt communia quòad vſum, ſeu ſecundum Nauarrum non omnia ſunt actu communia, ſed benè ſunt communicanda quòad vſum. Tunc ſic arguitur, ſunt cõmunicanda quòad vſum; ergo in vſu conſumptibilibus, ſcilicet in victualibus pane, tritico, pecunia, vbi non diſtinguitur vſus à dominio, poſtquam res in extrema neceſsitate ſemel cõmunicata eſt, quoad vſum, etiã cõmunicata eſt quoad domi-

A dominium; quia ius naturæ communicandas eſſe res ſtatuens in extrema neceſsitate quoad vſum, non ſubtraxit dominium ab vſu, quemadmodum fratres Franciſcani accipientes vſum, per votum in Papam dominiũ transtulere: ſeque à dominio illarum rerum retraxere.

*Soluitur replic. Nauar.*

Neque obſtat, quòd Nauarrus replicat, ſcilicet, quòd mutuatarius accipiens vſum pecuniæ mutuatæ accipit etiam dominium, & tamen non ſequitur, ꝙ pecuniam mutuatam non teneatur reſtituere. Non inquam obſtat, quia priuilegium naturale eſt conceſſum extremæ neceſsitati ſimpliciter, vt ei conceſſa non ſint danti reſtituenda. B Quòd ſi hoc ore tenus perneget Nauarrus, tamen prout eſt pius in pauperes, & rationi ſubditus, mente negare non poterit, quin concedat, quòd præceptum eleemoſynæ, maxime in patiente extremam neceſsitatem ſimpliciter, tanquàm in potiſsima ſua materia, locum habet.

*Arg. valid. contr. Nauar.*

Quòd ſi indigenti extreme ſimpliciter, ex præcepto, eleemoſyna danda eſt, & ſecũdum omnes doctores eleemoſyna datio gratuita eſt, & irredibilis; ergo acceptum in extrema neceſsitate, quod ex præcepto eleemoſynæ eſt dandum, quo modo dicitur eſſe reddendum, tanquàm ſi fuiſſet mutuatum, niſi mutuum, abutendo terminis, appellaueris eleemoſynam; C Quod eſt contra communem regulam doctorum. Quia in præceptis diuinis, niſi aliud dictet fides, nõ debemus verba in improprios ſenſus retorquere. At magna retorſio eſt præceptum eleemoſynæ in extrema neceſsitate præceptũ eſſe mutuandi interpretari, intelligendo, tunc mutuum eſſe eleemoſynam.

*Solutio argumen. Adria.*

¶ Et per hoc fundamentum, cætera eius argumenta, & Adriani ſoluuntur. Primo dico, quòd non ipſo facto extrema neceſsitas facit indigentes extremè, ſimpliciter dominos rerum, quibus extreme indigent, niſi poſtquam ſunt traditæ, & in ipſa conſumptione. D Quare ſi ſuperflua illis tradita fuerint quæ nõ cõſumpſerint, quibus iã non indigent, ad ſuos dominos reuertuntur, etiam ſi ſint vſu cõſumptibilia; ſicut etiam domus, aut veſtis aliena, qua quis extreme indiguit poſt tranſactam neceſsitatem, reſtituenda eſt domino.

*Coroll.*

Hinc eſt, ꝙ qui tenebatur cõmunicare eſcam extremè indigenti: ſi non communicauit, & propterea obijt, non tenetur reſtituere incurſam mortem: quia ex iuſtitia non tenebatur; & quia illi extremè indigenti non abſtulit; quod ſuum erat; quia ante vſum, & cõſumptionem illius cibi, ille cibus non factus eſt ſuus.

*Opinio Nauar. & Adria. admittit. in caſibus 1.*

¶ Sed quia doctores graues alioquin magnifacio, neque puto eorum rationes aliqua apparentia carere, dico vltimo quòd opinio Nauarri, & Adriani aliqualiter poteſt admitti, vt vera, ſi loquamur de extreme indigenti, qui licet nec in toto mundo, neque apud ſe vel alibi habet facultates actu, vnde reſtituat, habet tamen eas in potentia propinqua. Quia, verbi gratia, eſt miles ſtipendiatus, qui licet modo extremè egeat, poſt menſem, vel annum recuperabit vnde compos ſit ad ſoluendum, vel artifex mechanicus eſt, qui ſperat poſtea lucrum, & in potentia ſuæ artis id lucri habet, quia hic non poteſt dici, ꝙ egeſtatem extremam ſimpliciter patiatur.

¶ Secundò, ſecundum Magiſtrum Bañes, poteſt admitti in leuioribus & communibus neceſsitatibus; 2 vbi diues de ſuperfluis ad ſtatum, quia non tenetur dare eleemoſynam in particulari huic, poteſt illi mutuare cum animo erogandi gratis alijs egentibus ſic ſibi ſuperflua & ſecundum ipſum melius eſt, verecũdis egentibus abundãtius dare, ſecus mendicis. Et melius eſt vnam virginem integre dotare, quam diſpertiri dotem inter multas ſic ſine remedio manentes.

*Solutio argum. Nauar.*

¶ Et ſic ſoluitur argumentum Nauarri de exercitu militum, qui coactus extrema neceſsitate deuaſtauit hortum, aut vineam: quia iſte exercitus tenetur poſtea reſtituere, quia facultatem reſtituendi in potentia propinqua habebat: nempe, ex ſtipendijs recuperandis ex ſua arte militari, vel aliter. At ſententia communis, & Soti verum habet in extreme indigenti tam miſero, qui nec actu, neque in potentia morali propinqua moraliter creditur, vnquam veniet ad tam pinguiorem fortunam, quin ſemper laboret inopia. Quia licet iſte (quod raro contingit) perueniat ad pinguiorem fortunam, vel eſto non rarò contingat; quia id fuit præter fidem moralem præſentem; & quia pro tunc tempore extremæ neceſsitatis, reputabatur nõ eſſe potens, in actu, nec in potẽtia reputabatur propinqua compos ad reſtituendum; tunc, ſi peruenerit ad pinguiorem fortunam non tenetur de iuſtitia reddere, niſi forte de honeſtate; quia euentus per accidens non mutat naturam rei, ideſt, eleemoſynæ, quæ debet tunc gratis dari.

*

CAP.



# CAP. CXVI.

A *Quæ incõmoditas excuſet ab ſtatim reſtituẽdo; an iactura in bonis altioris ordinis ad lõgũ.*

QVoniam is dicitur non poſſe reſtituere, etiam (vt diximus) qui commode non poteſt: quando aliquem non commode poſſe reſtituere eſtimandum ſit, dicendum, ſupereſt.

*Reſtitutio an cum bonis altioris ordinis fieri debeat.*

Igitur is dicitur non commodè poſſe reſtituere, qui non poteſt ſine damno ſuorum bonorum altioris ordinis, ſiue vitæ, vel ſalutis reſpectu famæ, aut rei familiaris reſpectu, ſiue famæ etiam reſpectu rei familiaris. B Quia ſicut vita, & ſalus altiores ſunt quam fama, & ideò regulariter cum diſpendio vitæ aut ſalutis non eſt fama reſtituenda: ita quia fama altior eſt, quam res familiaris: ideo res familiaris, ſcilicet, pecunia & domus cum iactura famæ nõ eſt regulariter reſtituenda.

*Quis cõmodè nõ poſſit reſt.*

¶ Item commodè non poſſe, ac proinde excuſari ab ſtatim reſtituendo dicitur: qui ſine magno damno eorum, quæ ſunt eiuſdem ordinis reſtituere non poteſt in caſu, quo dilatio per aliquod tempus, parum noceret creditori, ſecundùm Diuum Anton. 2. parte. titulo. 2. c. 8. colum. 4. *D. Anto.* C Itaque, ſi quis non poteſt ſoluere centum aureos, niſi domum minoris vendat notabiliter, non tenetur ad ſtatim reſtituendum, dum dilatio non nocet multum creditori. *Nauar.* Quod ſecũdum Nauarrum non ſolum locum habet in debito, quod ex contractu licito naſcitur, ſed etiã in eo debito, quod ex furto, aut alio delicto naſcitur, ſecundum Diuum Antoninum, vbi ſupra, Quia, licet hic ſit differentia in origine debiti, quia aliud fuit iuſtè, & licitè contractum, aliud verò iniuſtè, & illicitè: tamen in conſcientia cum mediocris eſt impotentia, tã in iuſtè accipiente, quàm in iuſto acceptore, vterque excuſabitur ab ſtatim reſtituendo. D Sed quia hoc vltimum, vbi nullam differentiam ponit inter furem, iniuſtumque occupatorem, & inter iuſtum acceptorem videtur contra Sot. & Cord. & alios: ideo poſtea pro concordia hoc dictum limitabimus. *Sotus. Cordub.*

¶ Oportet ſingula ſupradicta hic à Nauarro quid veritatis contineant examinare. Diſcernendo prius, an vniuerſaliter abſque vlla exceptione verum ſit, quòd cum damno, ſeu diſpendio bonorum altioris ordinis, ſcilicet, vitæ, & ſalutis non teneamur recompenſare debita bonorum ordinis inferioris, ſcilicet, rei familiaris. *An bona inferiora* Et an verũ ſit ſemper, quòd cum iactura famæ, pecunia, aut aliud debitum temporale inferius non ſit neceſſario reſtituendum. *cum iactura ſuperio. ſint reſtit.* Circa quam quæſtionem Nauar. mordicus tenet opinionem Caieta. *Nauar. & Caiet.* lib. 17. reſponſione. 14. reſponſionum, & ſecunda ſecundæ. q. 62. articulo ſecundo, dicentis, quod quemadmodum bona vitæ, & ſalutis ſunt altioris ordinis, quam famæ, ſic bona famæ altioris ordinis ſunt, quam pecuniaria, & quòd nemo ad reſtitutionem bonorum inferioris ordinis tenetur cum iactura bonorum altioris ordinis.

*Sot. Couar. maior Adrianus Metin.*

¶ Porro Sotus de iuſtitia & iure, libro. 4. quæſtione. 7. articulo ſecundò, in reſponſione ad primum argumentum & quæſtione. 6. articulo. 3. in reſponſione ad 4. & Couarruuias in regula, peccatum, parte prima. fol. 4. & Maioris in 4. diſtinct. 15. & quæſtio. 17. & Adrianus in 4. de reſtitutione, & Metina Salmanticenſis in ſua inſtructione confeſſ. 7. capite reſtitutionis. folio. 173. tenent, quòd opinio Caietani & Nauarri eſt communis & regulariter eſt vera. *Exceptio opinionis cõmunis.* Sed tamen ea non obſtãte, aliquando poteſt accidere caſus, vbi cum famæ detrimento, imo etiam cum diſpendio vitæ teneatur aliquis reſtituere. *Exẽpl. 1.* Vt quando regnum pertranſiturum eſſet ad extraneum hæredem, adultera tunc regina, ſi eſt profutura, prodere ſe tenetur etiam cũ vitæ iactura. *Exẽpl. 2.* Sicut etiam adhibet exemplum Metina, ſi aliquis ingenuus, quia occultauit adulterium, ſcit adulterinum illum, non eſſe filium regis, ſcit tamen ſuppoſitum eſſe regi, ipſumque adulterinum adire principatum regni, atque ideò proprium legitimumque hæredem regni excludi; tenetur cum iactura vitæ ſuæ talis, ſi eſt profuturus detegere ſuppoſititium adulterinumque partum, quia regnum vitæ iſtius occultatoris præualet.

*Argumenta Nauar. contra exceptionẽ Soti & alior.*

Contra hanc exceptionem, licet raram Nauarrus ſumma Latina numero. 89. omnes intendit neruos, vt euincat, contra eam regulam, nullam dandam fore exceptionem, neque etiam in præſignatis caſibus Soti, in quibus teneatur quis cum periculo famæ, aut vitæ, inferiora his bona reſtituere. Et quidem innumera argumenta congerit, tum ex authoritatibus iuris, tum etiam ex authoritatibus doctorum, & preſertim D. Tho. quaſi Sot. & Met. quibus cõtrariatur, cum Thomiſtæ ſint, ſenſum Diui Thomæ in authoritatibus allegatis à Nauarro non calluerint. Fateor argumenta hæc Nauarri in contra innumera ſunt, & nõ parum fortia: ſed vno fundamẽto theologico præiacto, ex illo fere omnia illa argumenta diluuntur.

¶ Dicam

*Sententia autoris.*

¶ Dicam ergo interim meam ſententiam, poſteà ad argumenta Nauarri breuiter reſponſurus. Pro qua ſit prima concluſio

*Concl. 1.*

Non eſt dubium, quòd cum famæ propriæ detrimento, teneatur quilibet famam alterius iniuſte læſam ſi eam ſic læſit, regulariter reparare. Hæc eſt Cordubæ in ſuo quæſtionario libro primo, quæſtione 31. dicto primo. Vbi quia dixit regulariter adducit ſtatim exceptionem Soti, vbi ſupra quæſtione. 6. articul. 3. Vbi excipit, quòd ſi magnus vir, aut prælatus ſummę ęſtimationis famam priuati hominis lęſerit iniuſtè is non tenetur cum maiori iactura ſuæ æſtimationis famam illius reparare, dicendo ſe eſſe mentitum, & huiuſmodi: ſed ſufficit ſi aliàs in æquiualenti, ſcilicet, in pecunia, vel fauore, vel alijs huiuſmodi bonis recompenſet. Et hæc concluſio, inquit Corduba, quæ eſt Soti eſt valde rationabilis quanuis Nauar. ſumma Hiſpanica. c. 18. nu. 47. irrationabiliter dicat oppoſitum. Nec enim Sotus huiuſmodi infamatorem omnino liberum eſſe à reſtitutione docet, ſed quod non tenetur cum maiori ſuæ famæ detrimento: ſed ſatis eſſe in alijs bonis compenſare dicit.

*Cordub.* — *Sot. cōtra Nauar.*

*Concl. 2.* *Cordub.*

¶ Secunda concluſio: Nullus tenetur famam tantum alterius cum ſuæ vitæ detrimē to reſarcire. Hæc eſt Cordubæ in ſuo quæſtio. libro. 1. capite. 31. 2. dicto, quam concluſionem aït communiter teneri à doctoribus, excepto Adriano & Soto. Quia Adrianus, & Sotus hanc concluſionem exceptionē pati docent quādo aliquis illuſtrem familiam, aut eminentiſsimam perſonam de crimine hæreſis, aut læſæ maieſtatis adeo infamaſſet vt niſi mendacium retractet, illa familia maneret labe infecta, quando nullis alijs remedijs in vita humana poſsibilibus adhibitis fama poſſet reparari, conſeruando infamatoris vitam, teneretur cum diſpendio vitæ, ſi eſſet ſic profuturus, illam famam reſarcire. Sed noſtra concluſio patet: Quia primò ſecundum Nauarrum loco ſupra allegato noua, & dura videtur prædicta exceptio Soti, & ſine aliquo authore, excepto ipſo. Hanc concluſionem probant argumenta Nauar. ſi quid probant. Et patet: Quia inter iura ſuprema naturalia ſupremum eſt ius conſeruādi vitam, vt pote, quæ fundamentum eſt famæ cæterorumque bonorum: ergo nullo caſu teneor iniuſtè læſam famam alterius reparare cum diſpendio vitæ, quia ſumme inſitus eſt appetitus naturalis conſeruandi vitam: neque à natura eſt amiſsio vitæ ad reſtaurationem famę alienæ, aut bonorum inferiorum ordinata; quia pellem pro pelle, & omnia quæ habet homo, dabit pro anima ſua, ideſt pro vita ſua.

*Adri. Sot.* — *Nauar. exceptio Sot. videtur dura.* — *Probatio.*

*Admi- tur ex- ptio Sot. Met. limita- ne.*

¶ Sed quia iſta exceptio Soti, & Metinæ Salmanticenſis non mala omnino eſſe videtur, dico cum iſta limitationę poteſt admitti, & concedi, ſcilicet, quando ex tali diffamatione grauius aliud malum ſequeretur, ſcilicet, ſcandalum ſpirituale in toto populo cum infamatus eſſet magnæ æſtimationis prælatus de hæreſi, quando alioquin ſtrages, cædes ex tali diffamatione hæreſis, aut criminis læſæ maieſtatis ſequerentur, aut ideo aliquis iniuſte accuſatus eſſet comburendus rogo. Tunc infamator, ſi eſſet profuturus cum iactura vitæ, ſi aliter nequiret tenetur tanto malo ſubuenire.

*Concl. 3.*

¶ Tertia concluſio. Cum ſuæ vitæ detrimento tenetur quis iacturam vitæ alterius reparare, quando iniuſta cauſa fuit necis alterius, ſcilicet, quia falſo teſtificatus eſt contra illum. Si iactura vitæ alterius, adhuc pendet in futurum, ſi eſt profuturus, & aliter falſus teſtis, vel calumniator non poteſt cauere, quin innocens ille occidatur, tenetur cum vitæ periculo teſtificari ſe eſſe mentitum. Secus eſt ſi iam creditur non profuturus. Hæc concluſio, quæ eſt Cordubæ patet; quia vt vitam meam protegam, non poſſum alterius innocentis mortem procurare: ergo neque infamator falſus poteſt vitam ſuám protegere permittendo mori eum, cuius mortis cauſa eſt, quia imminet alteri mors ex eius falſa teſtificatione. Sed hanc concluſionem rectè limitat Corduba dicens eſſe veram, caſu, quo quis fraudulenter, aut malitioſe falſo teſtificatus eſt contra illum morti ob id damnandum. Secus ſi præter intentionem credens, ſe non omnino falſum teſtificari, aut propter ſuum teſtimonium alium fore morti damnandum, ſic teſtificatus eſt, & nō eo animo, vt talis occideretur, ſed ex alia cauſa. At in omni caſu, quo cauſa quis iniuſta fuit illicitæ occiſionis iam perpetratæ, non tenetur cum diſpendio ſuæ vitæ damnum reſtaurare.

*Cordub. Probatio.* — *Limitat. Cordub.*

*Concl. 4.*

¶ Quarta concluſio, cum iactura, & amiſſione ſuæ libertatis, in nullo caſu tenetur homo bona inferioris ordinis ideſt, damna rei familiaris alteri illata recompenſare. Hanc concluſionem probant argumenta Nauarri: quia ius ciuile, aut ius diuinum, quod ſuaue eſt, neminem obligat, vt ſe vendat quo reſtituat debita. Imò iura vetant hominē liberū dari in pignus debiti. Itē ſecundò patet; quia ſicut ius conſeruandi vitam (quia talis inclinatio inſita eſt à natura) potiſsimum eſt: ita quia appetitus libertatis à natura inſitus eſt: quia eo ipſo quod auctor naturæ fecit hominem ſuapte natura rationalem ac diſcurſiuum, fecit hominem liberum. Quā libertatem ſignificauit ſacer ſermo Eccleſiaſtici decimotertio dicens: Deus ab initio cōſtituit hominem, & reliquit eum in manu cōſilij ſui. Si igitur appetitus libertatis, quia à natura ingenitus eſt, tantam vim natiuam habet, ſequitur, quòd ſicut propter ſummū appetitum conſeruandi vitam, neminem in conſcientia obligamus ad ſubeundam mortem pro ſatisfactione rerum peculij temporalis, etiam ſi aliter non poſſet recompenſare: ita in conſcientia nullus cum iactura libertatis obligandus eſt, vt ſe vendat, & ſubeat ſeruitutem perpetuam: quo hæc debita inferiora recompenſet: nam appetitus conſeruādæ libertatis proxime accedit, ad appetitū naturalem conſeruandi vitam.

*Nauar. Ratio.*



¶ Vnde (ni fallor) non tantum ob id, quòd libertas ſit ex ſe inæſtimabilis, eius iactura non eſt ſubeunda pro recompenſatione inferioris ordinis rerum; ſed quia ſumme genuinus, & naturalis eſt appetitus fouendæ libertatis. Nam alias, quis negabit, quin quando homines, alioquin liberi, aliquo iuſto titulo ad ſeruitutem redacti ſunt, iam ex tunc eorum ſeruitutem quis iuſto pretio emat, pretio ſeruorum, foro communi currenti. Et ſi aliquis alioquin liber pro triremibus ſe vendit, aut ludit, quis dixerit eius libertatem, quam vendit, non poſſe certo pretio pecuniario taxari, ſicut & aliorum ſeruorum.

*Concl. 5.*

¶ Quinta concluſio, vt ſententiam Metinæ Salmanticēſis modificemus, ſit: Licet cōmunis opinio ſit, quòd cum detrimento vitæ nullus tenetur reſtaurare damnum temporale quodcunq; ſed in caſu Metinæ dico, ille nobilis, qui occultauit adulteriū, vnde adulterinus ſuccedit in regnum, & hæres legitimus, ideò exhæredatus manet, propter hanc ſolam rationem, ſcilicet, ꝙ legitimus amittat regnum, etiam ſi ſit profuturus, nō tenetur cum diſpendio ſuæ vitæ, crimen prodere ad reſtituendum illi regnum, niſi alia cauſa grauior & vrgentior ſubſit. Hæc concluſio liquet ex ſupradictis fundamentis.

*Opinio Soti & Meti. vbi habet locum.*

¶ Sed opinio Soti & Metinæ, & aliorum in iſta ſua exceptione haberet locum, quando vltra iacturam, quam pateretur hæres legitimus regni, ſpurius ſecretus, quia eſt male morigeratus, creditur, ſi præficiatur in regnum, erit in perniciem regni. Vel quando quia res eſt in ſuſpicione, & ideo ad acceptādum hunc, vel illum in regem ſimultates grauiſsimæ in regno excitarentur, quæ vt veriſimile eſt, ſopirentur, ceſſarentq; ſi iſte nobilis adulterij, & facti conſcius, & author ſecretum detegeret. Nam tunc dum eſſet profuturus, ſi aliter prædictis malis proſpicere non poſſet, etiam cum diſpendio vitæ certo, ad id tenetur. Hæc exceptio Soti, & Metinæ, quæ etiam intelligitur obligare in his caſibus, & reginam adulteram, probatur. Quia, licet iſte, & regina adultera non teneātur ſe prodere pro ſolo reſtaurando damno particulari legitimi exhæredati, tamen eſto in cauſa nō fuiſſent tanti mali: quia partes ſunt regni, & partes cum neceſſe eſt, ſe tenentur exponere pro conſeruatione totius boni communis, poſtquam in cauſa fuere tāti mali communis videtur, quod etiam de iuſtitia pro eo vitando teneantur exponere vitas in caſu prædicto.

¶ Pro argumentis Nauarri ſoluēdis, quia operoſum eſſet ea omnia hic referre, & quia fere omnia, eodem, parive paſſu currunt, nō libuit hic ea trāſſumere, quia ſat erit hic fundamenta ieciſſe, ex quibus eorum patens ſit ſolutio. Sit igitur primum fundamentum. Loquendo de vita, & libertate, quia non eo tantum, quod inæſtimabilia bona ſint ex ſe, ſed etiam, quia appetitus, tum conſeruādi vitam, tum etiam tuendi libertatem, maxime inſitus eſt nobis à natura, nam & auiculę ſuā naturaliter cupientes libertatem ſumme renuunt capiolis detineri: dicimus cum Nauarro, & cum communi, in nullo caſu bona inferioris ordinis, cum diſpendio vitæ teneri quem reſtituere. Neque in hoc caſu, neque in alio admittimus limitationem Soti de diffamatione pręclarę familiæ, aut de peruētione regni ad adulterinū, niſi adhuc cū alia noua limitatione etiam, ſcilicet, qn̄ inde grauiora mala redundantia in ſimultates reipublicæ, aut cędes ſequerentur. Nā tunc, quia hęc ſunt grauiora, aut æqualia mala, quia eis præſtitit illator dāni cauſam: quādo aduertit, vel aduertere debuit inde potuiſſe venire; tenetur profuturus, ſi aliter non poſſet in illis duobus caſibus ſic limitatis cum diſpendio vitæ ſuccurrere.

*Fundamētum. 1.* — *Ad argu. Nauar. diſſolu.* — *Caſus excepti à Soto adhuc limitantur.*

*Bona temporalia cū iactur. libert. non ſunt reſtit.*

¶ Identidem concedimus Nauarro, quòd bona pecuniaria, quia inferiora ſunt libertate, cum iactura perpetuæ libertatis, non ſunt ſubeunda. Quia ſi parui momenti ſint non eſt pro eis ſoluendis ſubeunda ſeruitus: quòd ſi pretioſiſsima ſint moraliter loquen-

loquendo, etiam ſi vendat ſe inde ad recompenſandum non comparauit ſufficiens pretium, neque ſi recuperaret ſufficiens appetitum conſeruandi libertatem, ad id non teneretur. Vnde in his argumenta Nauarri, contra nos non militant.

*Fundamẽtum. 2.*

¶ Secundum fundamentum eſt, quòd omnes authoritates, ſiue iuris ciuilis, ſeu doctorum, ſeu ſancti Thomæ, quas in contra allegat Nauarrus, ſolum probant quòd fama ex ſe bonum ſit ineſtimabile, ac per conſequens quòd moraliter, & regulariter cum iactura famæ, bona inferioris ordinis reſtituenda non ſint. Sed tamen ſicut Diuus Thomas & cæteri doctores communi animi conceptione aſſerentes, quòd furtum ex ſe, ſuaque natura, & genere, ſeu ſpecie, peccatum mortale ſit, non ſubinde negant, quòd furtum in indiuiduo ratione paruitatis materiæ veniale poſſit fieri, & in genere moris, quod ex ſua ſpeciẽ eſt mortale, & quandam infinitatem malitiæ habet ea parte, qua diuertit à bono infinito incommutabili, ideſt, à Deo, non negant in indiuiduo poſſe eſſe veniale: quod in genere moris differt à mortali, & non habet tantæ malitiæ infinitatem: quia ſecundùm doctores, in actibus moralibus diſſoluitur ſpecies ratione paruitatis materiæ, vt id quod ex ſua ſpecie erat mortale, ratione paruitatis materiæ, ſolum contingat eſſe veniale. Ita fama quæ de ſe & ex ſuo genere aſſeritur eſſe inæſtimabile bonum, non impedit quòd ratione paruitatis materiæ, ideſt, non tantæ famæ poſſet æſtimari pretio aliquo modo: neque enim fama conſiſtit in indiuiſibili. Quia fama præclariſſima aliquorum longe præponderat famæ alicuius homuncionis, vel vulgaris perſonæ.

*Fama licet de ſe inæſtimabil. ſecus in indiuiduo.*

¶ Et quiſnam audebit dicere quòd homuncio onerum baiulus ganapan hiſpanice dictus, vel cloacarum expurgator, ſi furatus fuerit ducenta millia aureorum, non teneatur illa reſtituere cum diſpendio ſuæ famæ allegans ſuam famam eſſe ineſtimabilem, præponderareque ducentis mille aureis. Cum ferè nullus ſit huiuſmodi hominum, niſi rarus, qui ſuam famam non prodigeret pro mille aureis, aut pro paulo plus: præter quàm quod iſtud genus hominum pene infame reputatur.

*Ratio Fũdamẽti. 2.*

¶ Adde, quòd etiam fama aliorum, qui ſunt de media plebe, quia aliquo modo eſt recuperabilis, quia Diua Magdalena famã, quam amiſerat dum erat in ciuitate peccatrix, ſatis ſuperque reſarciuit per vitæ emendam, & ſanctitatem, etiam apud homines, ideò non tanti æſtimant eius amiſsionem, ſicut amiſsionem vitæ, quæ prorſus eſt irrecuperabilis. Ideò non tam rigidè & ſuperſtitioſè debet Nauarrus ſententiam Caietani & ſuam tutari, vt non velit admittere exceptionem, & caſum in quo, ſi damnificator non ſit tanti nominis & hæreditas ſit pretioſiſsima, vt Ducatus, Machionatus non teneatur cum famæ ſuæ iactura hæc damna profuturus reparate.

*Al. Nau.*

¶ Nam argumentũ Nauarri, quod alicuius apparentiæ eſſe videtur, parum vrget dum arguit, quòd alias in reſtituendo non ſeruaretur iuſtitia commutatiua, quæ conſtituit æqualitatem inter reſtituentem, & reſtitutum; quia reſtituere debitum cum iactura famæ eſſet ſoluere debitum, & perdere famam, etiam pro ſolo debito: quæ eſt magna inæqualitas. Quia reſpondetur Nauarro, quòd non eſt. Nam Caietanus, cuius ſententiam hic ipſe tuetur, aſſeuerat quod iniuſtus vſurpator rei alienæ, quando aliter eam nequit Domino abſenti mittere, tenetur eam illi mittere & reſtituere, cum quadrupla expenſa. Imò alij doctores mitius loquentes non audent negare, quòd cum dupla non teneatur ſi res ſit maximi momenti, & creditor ſua re maxime indigeat. Imo in hoc caſu, cum Caietano tenet Frater Ioſephus, ſcilicet, quòd cum quadrupla expẽſa ſit rẽs mittenda, quod tutius videtur. Ergo nihil mirũ, quòd iniuſtus occupator magni ſtatus, cum iactura ſuæ famæ, quæ non eſt tanta, quia ipſe non eſt tanti nominis teneatur reparare tam grauiſsimum damnum. Accedit frater Ioſephus, qui in ſuis floribus ait, quando res reſtituenda eſt, magna, cum detrimento propriæ famæ reſtituenda eſt, quando non expectatur commodius tempus, vbi ſine detrimento famæ fieri poſsit. At hæc quidem ſententia minus eſt Metaphyſica, quàm ſententia Caietani, imo in principijs Philoſophiæ & Theologiæ moralibus nititur, vt diximus. Quia hic ratione paruitatis famæ modicæ in indiuiduo caſu ſoluitur eius ſpecies, licet ex ſua ſpecie, alias fama ſit inæſtimabilis. Et hæc ſufficiant pro præſenti. Nam in reliquis bene ait Nauarrus cum Caietan. quòd fama parta ex alijs rebus præclaris, qualis eſt fama ingenij, ſciẽtiæ, non ita eſt inæſtimabilis, ſicut fama bonitatis virtutẽ moralem ſequẽs, quæ licet valde æſtimetur à bonis; ſed tam parum æſtimatur à perditis iuuenibus, vel ab alijs, vt de defloratione virginum, de ſcortis, & ſceleribus (proh dolor) glorietur.

*Caieta. — Ioſephus accedit Caieta. — Naua. Fama genij ſcie. tie non ita inæſtimabilis.*

CAP.



# CAP. CXVII.

*Quale damnum excuſat à reſtituendo ſtatim.*

*An cum magno detrimẽto reſtitut. In quo ſit difficultas.*

IAm illa doctrina Nauarri examinãda venit, vbi ait, quòd qui ſine magno damno ſuorum bonorum non poteſt reſtituere ſtatim ſuo creditori, poteſt differre ſolutionem, quando talis dilatio non multum creditori nocet. Et quidem hanc doctrinam habere maximè locum, in eo, qui ex iuſto contractu aliquid debet, nemo eſt, qui ambigat. Sed an etiam in iniuſto debiti occupatore habeat locum, vt Nauarrus ait, id eſt, quod controuertimus. Nam Sotus de iuſtitia & iure lib. 4. quæſt. 7. artic. 4. videtur contra tenere. Vbi in caſu poſito, in quo ex reſtitutione emergit damnum notabile in proprijs bonis debitoris, quia, ſcilicet, ea venditurus eſt viliſsimo pretio ait, quòd hæc cauſa prorſus rem non conuincit, quia nemo tenetur iuri ſuo cedere ad euitandum alterius damnum, niſi in extrema neceſsitate, aut tam graui, vt deberet id, quod habet porrigere; & ideo graue debitoris detrimentum non iure ſtringit creditorem ſolutionẽ expectare. Ratio, ſi vlla eſt, prolatandi tunc reſtitutionem aliunde ſumenda eſt: inde, videlicet, quòd debitor pro illo temporis articulo non eſt ſimpliciter ſoluẽdo, quia moraliter quod fieri, niſi cũ tanto detrimento non poteſt, non reputatur poſsibile. Quin vero pluribus veſtienda eſt circunſtantijs prorogatio, vt ſit iuſta. Animaduertenda eſt in primis, acceptio fuerit iniqua, an iuſta. Nam ſi per latrocinium, aut per vſuras aliaſve iniurias, debitor ille in ære eſt alieno: profectò qualecunque citra extremam neceſsitatem, patiatur detrimentum, tenetur illico reſtituere. Ecce hoc, quod ait Sotus hic videtur contra Nauarrum. Sed addit Sotus, ſi per acceptionem iuſtam debita contraxit, & ſine culpa ſua, aduerſa reflante fortuna nudatus eſt bonis, qua via in pauperiem incidit: tunc facilius indulgenda eſt illi reſtitutionis prorogatio: dummodo creditor ferre dilationem poſsit neque inopia laboret. Quia citra extremam neceſsitatem, melior eſt multo creditoris conditio, quam debitoris. Hæc Sotus, cuius doctrina grauis eſt & magni penſi. Sed in contra eſt, quia etiã ſi reſtituturus iniuſtus fuerit occupator alieni, videtur poſtquam non nocet multum creditori (vt ſupponit Nauarrus) nõ debeat pati grauem iacturam in proprijs bonis, vt reſtituat etiam iniuſtè accepta.

*Sotus. — Senten. Soti circa reſtit. — Sot. contra Nauar.*

*Conclu. 1.*

¶ Igitur expeditione totius quæſtionis ſtatuuntur concluſiones. ¶ Quarum ſit prima: etiam ſi debitor patiatur graue detrimẽtum ex eo, quòd ſubſtantia reſtituenda eſt ingens, non ideo hac ratione poteſt prorogare reſtitutionem. Hæc eſt Caieta. eſt Soti loco citato. eſt Cordubæ in tractatu de caſibus conſcientiæ, quæſt. 68. eſt Metinæ; eſt communis. Et patet perſpicua ratione: quia alias melior eſſet cõditio eorum, qui æs alienum ingentius per iniuriam contraxerunt, quam qui minora debent; & quia hoc non eſt iactura, vel damnum propriorum ſed dimittere aliena.

*Caieta. Sot. Cordub. Metin. Ratio.*

*Conclu. 2.*

¶ Sed quia ſecundò poteſt debitori prouenire damnum ex eo, quòd non lucrabitur ex alieno, ſi ſtatim reſtituat, ideo ſtatuitur ſecunda concluſio: Propter hoc detrimentũ, ſcilicet, ex eo, quod lucrum ceſſabit debitori grande, ſi ſtatim reſtituat, non excuſatur ab ſtatim reſtituendo. Hæc concluſio eſt Caiet. & Soti, locis citatis, eſt Cordubæ loco citato. Nam ſecundùm Sotum nemo ius habet lucrandi pecunia aliena inuito Domino: & quia ſecundum Cordubam hoc non eſt perdere ſuum, ſed non vti alieno. Et hæc concluſio patens eſt in eo, qui iniuſtè vſurpauit aliena, ex quibus vult negotiando parare ſibi lucrum.

*Caieta. Sot. Cordub. Ratio.*

*Quæſtio.*

¶ At quid ſi iam cum eſſet poſſeſſor bonæ fidei antea, expoſuit pecuniam ſibi mutuatam negotiationi, quæ ſoluenda erat tali termino, vnde emit iam merces; quæ ſi ſtatim vendantur non ſolum ceſſat ei lucrum, quod inde ſperabat: ſed & patitur grauem iacturam? Pro huius elucidatione.

*Conclu. 3.*

¶ Sit tertia concluſio: Quãdo aliquis eſt debitor ex iuſta acceptione, non tenetur cũ detrimento graui ſuorũ bonorũ, aut cum detrimento decentiæ ſtatus reſtituere, quando ex dilatione ſuę rei, creditor nõ patitur detrimentũ, quando nõ dilapidauit bona aliena; neq; ex culpa ſua debitor ſe fecit impotentem ad reſtituendum. Eſt Nauarri, Soti, Cordubæ, Fr. Ioſephi. Patet, quia ſicut caſus fortuitus cũ eſt ſine culpa excuſat iuſtũ poſſeſſorem à reſtituendo locatum: ita amiſsio bonorum ſine culpa, excuſat debitorẽ ex iuſta acceptione, ab ſtatim reſtituẽdo. Et quia ſecundum Cordubam, & omnes doctores, vt ipſe ait, valde diues tenetur de ſuperfluis ad ſtatum ſubuenire egenti, ne decidat à decentia ſuæ perſonę: ergo etiam iſte creditor nihil detrimenti patiens tenetur debitori

*Naua. Sot. Cord. Ioſep. — Ratio.*

bonæ fidei hanc concedere dilationem. Et *Patet ex regula Scoti.* quia eſt regula Scoti, quam laudat Syluester, & citat multos doctores eam amplectentes & Ricar.ar.5. quæſt. 5.ſ. detentio rei alienæ eſt licita, quando Dominus rei rationabiliter debet velle eam retineri. Quæ regula ex principijs legis naturę conſtat.

*Coroll. 1.* ¶ Hinc aliquis non tenetur reſtituere ſtatim regulariter, cum detrimento ſuæ famę, neq; reſtituere gladium furioſo, neque pecuniam creditori, quando eam petit ad bellum iniuſtū, vel ad expugnandū iniuſtè patriam.

*Nauar.* 2 ¶ Hinc ſecundùm Nauarrum ſum. lati. cap.17.num.61&. 64. reſtitutio non eſt facienda cum damno animæ, & corporis creditoris: quia furioſus eſt, vel pecunia ſibi reſtituta iniuſte litigabit; neque ſi magnum damnum inde ex reſtitutione reipublicæ obueniret. 3 ¶ Hinc non ſunt condemnandi reges, alij ve principes retinentes iudicio ſuo aliena, quando credunt probabiliter, quòd ex eorū reſtitutione ſua regna paſſura ſunt magna incommoda & bella iniuſta, argumento l.ſiquis fumo ff.ad.l. Aquiliam. Quę quidem licentia non procedit nec conceditur principi, quando probabiliter creditur æqualia, vel multa maiora mala euentura eſſe ex retentione alieni, quam ex reſtitutione. Ita Nauarrus.

4 *D. Anton. Adrian. Ratio nõ reſtitu. ſtatim peccatum in alijs vitand.* ¶ Hinc ex regula Scoti ſecundum D. Anton. & Adri. reſtitutio. poteſt licitè differri, quando probabiliter creditur, quòd ex reſtitutione ſtatim facta ſequentur adulteria, fornicationes, aut alia peccata mortalia, quæ indigentia ſtatim reſtituentis eius filijs aut filiabus ſuaderet. Quia hæc mala ſine comparatione ſunt maiora, quàm damnum, quod creditor ex dilatione ſui debiti, patitur. Imo ſunt bona altioris ordinis, quam bona fortunæ, quæ creditori debentur.

5 *D. Anton.* ¶ Hinc inquit D. Antoninus, quòd non tenetur quis reſtituere cum iactura decentiæ ſtatus ſtatim. Et ſatis eſt proponat reſtituere, & interim ſolum decenter viuat ſuper fluas expenſas amputando. Sed quia hæc vltima ſententia D. Antoni. multo moderamine indiget, de quo poſtea dicemus, ne noſtri inſtituti obliti videamur, diffiniamus hic, an cū ceſſatione lucri teneatur quis ſem per reſtituere.

*Conclu. 4. Limitans ſecundam.* ¶ Sit quarta concluſio limitatiua ſuperioris concluſionis ſecūdæ Soti Caieta. & Cordubæ: quando poſſeſſor bonæ fidei, ex iuſta acceptione, puta, mutuatarius bona fide pecuniam ſibi mutuatam expoſuit negotiationi, putans ante aduentum ſolutionis, in-

A de, aut aliunde habiturū lucrū, vnde debito termino ſolueret, nō tenetur ceſſare à lucro, quando alias res emptas viliſsime de præſenti venderet. Quia ſatis eſt poſtquā bona fide fecit, ſi creditori exinde ex dilatione emerſerit damnum, aut ceſſauerit lucrū, quòd ipſum illi reſarciat. Patet ex regula Scoti: quia *Ratio ex regul. Scoti.* rationabiliter debet eſſe contētus, quòd bona fide debitor negotiatus, tam grauem non patiatur iacturam lucri ceſſantis, poſtquàm ipſi creditori aliunde non indigenti reſarcitur damnum, aut lucrum ceſſans, ſi aliquam iacturam circa hęc eſt paſſus. ¶ At illā *Quæſtio. De iniuſti occupatore.* quæſtionē hactenus videmur diſsimulaſſe, quæ B præcipua erat, & à nobis ad examinandum ſuſcepta. An iniuſtus occupator alieni, cum magno detrimento bonorum propriorum, quia ea eſt vilius vēditurus, teneatur ſtatim reſtituere. Pro hoc.

*Conclu. 5.* ¶ Sit quinta concluſio, quando creditor ex dilatione rei iniuſtè à ſe per aliū acceptę graue de præſenti patitur dānum, aut æquè graue, ſicut paſſurus eſt debitor ſi ſtatim illi reſtituat, tūc cū tali graui detrimēto, tenetur occupator etiā res ſuas vilius vēdēdo creditori ſuo reſtituere ſtatim. Hæc Soti eſt, & *Sotus. Cordub. Nauar.* Cordubę locis citatis. Hęc tamē nō eſt cōtra Nauarrū, quia Nauarrus ſolùm loquitur C caſu, quo talis dilatio iniuſtè accepti parùm nocet creditori. Sed probatur noſtra concluſio ratione Soti, *Ratio Soti.* quia extra extremā neceſsitatem, multo melior eſt conditio creditoris, quam debitoris. ¶ Sed quid in caſu Nauarri, *Quæſtio. Nauar.* quando dilatio iniuſte accepti parum nocet creditori.

*Conclu. 6.* ¶ Pro hoc ſit ſexta cōcluſio. Licet cōcluſio Soti eſſet de rigore iuris tenēda, tamen loquēdo de æquitate, quæ prefertur rigori nō ſcripto, opinio Nauarri ſecurè teneri poteſt in cōſciētia, ſcilicet, ꝙ etiam occupator iniuſtus alieni, quando dilatio rei debitę parùm creditori nocet, nō tenetur cū graui detrimē D to ſuorū bonorū vendēdo ſua viliſsime ſtatim reſtituere, ſed expectare cōmoditatē poteſt. Hæc cōcluſio, pro parte Soti probatur. *Patet pro Soto.* Quia iſte poſtquàm fuit iniuſtus vſurpator alieni, ſtādo in rigore iuris nemo tenetur iuri ſuo cedere ad euitādū iniuſti vſurpatoris dānū, niſi in extrema neceſsitate, aut tā graui vt deberet id, quod habet ei porrigere. *Ratio pro Nauar.* Sed pro parte Nauarri cōcluſio perſuadetur ſic: quia ęquitas dictat, vt etiam iniuſti vſurpatoris graui iacturę compatiatur creditor quando id ſine nocumento ſuo poteſt facere. Quia cum creditor indemnis ſeruetur, non eſt per rigorem de eo ſumenda vindicta:



vindicta: neque ſine cauſa addenda eſt afflictio. Et de tali dilatione, credimus rationabiliter creditorem ex quadam æquitate rationis debere contentari. Sed iam euaſimus ex iſta quæſtione, cui ſic fecimus ſatis: vtinam & lectori ſatisfaciamus.

## CAP. CXVIII.

*An cum iactura decentiæ ſtatus ſit reſtituendum.*

*Quæſtio.* IAm vero, cum ab vna nos extricauerimus quæſtione, rurſum alia inuoluimur, quæ parum diſtat à præcedenti, ideo non tantam ingeret nobis difficultatem, licet non omnino facilis ſit ſolutu inter doctores. *An cum iactura ſtatus ſit reſt.* Quæſtio, inquam, eſt, vtrum teneatur debitor cum magna iactura decētiæ ſui ſtatus reſtituere totum & integre debitum. Et quidem in hac quæſtione diuerſi diuerſa dicunt. *Metin. Ricard. & alij.* Nam Metina Complutenſ. de reſti. q. 5. & Richardus, Raimundus, Hoſtienſis, Archidiaconus, Berna. Innocētius, Guillelmus *Syluest. Controuerſia quæſt.* vt refert Syluester reſtit. 5. q. 1. q. 3. q. 4. tenent, quòd in hoc caſu quæſtionis non poteſt prolatare reſtitutionem debiti, duplici moti ratione. *Ratio. 1.* Quia iſte talis debitor iniuſtè retinet alienum nullo bono titulo: vnde ſicut rem furatam, ita tenetur omne debitum reſtituere ſtatim Domino; quia Dominus ex tali re ſibi debita non tenetur ſuſtentare eius ſtatum: ſed ſatis eſt ſi illi impertiat eleemoſynā, ſicut alteri pauperi. *Ratio. 2. De furt.* Secundò, quia cap. ſi quis. de furtis ſtatuitur, vt qui cauſa famis adactus, id eſt, neceſsitate furatus eſt reſtituat, etiam ſi iterandē neceſsitatem famis relapſurus ſit. *De vſur.* Et cap. cum tu. de vſuris. compellitur vſurarius integrè reſtituere etiam ſi in egeſtate maneat ſumma. Alij verò doctores vtpotè magis pij, cuius modi ſunt Sylueſt. reſt. 5. q. 1. q. 3. q. 4. & in ſua Roſa aurea *Syl. D. Anton. Nauar.* & D. Antoni. 2. par. tit. 2. ca. 8. & Ioann. Neapoli. & alij multi doctores, & Nauarrus ſumma Hiſpanica. c. 17. nu. 72. ſunt, qui aiunt, niſi in caſu, quo creditor ſit in ſimili neceſsitate perdendi ſtatum, poteſt debitor etiam ex acceptione iniuſta ſecundùm Nauarrū differre ſolutionē, ne decidat à ſuo ſtatu. Quia ſatis eſt ſe reſtringat ſolùm inſumendo neceſſaria, vt de reſiduo paulatim poſsit reſtituere. Quod ſi non poteſt iſte talis locare filias matrimonio æqualibus, eas locet minoribus. *Ratio pro negatiu.* Ratio, qua iſ fulciunt ſuam opinionē, eſt, quia ceſſante æquali neceſsitate credito-

A ris iactura decentiæ ſtatus cenſentur facere debitorē ſimpliciter impotētem ad reſtituēdum, & quia cap. ſi quis. de furtis. gloſſa ait, *Gloſſ.* ideo illi furi furanti pro neceſsitate famis impoſitam fuiſſe pœnitentiā, quia illa neceſsitas famis non fuit grandis. Nā ſi grādis fuiſſet, quia non peccaſſet, illi pœnitentia impoſita non fuiſſet: at neceſsitas decidendi ab ſtatus decentia grauis eſſe videtur.

*Reſolutio quæſtionis.* ¶ Ecce quam cordatè nos oportet loqui, neque præcipitare inter tam varias opiniones ſententiam. Sed quia medium tenuere beati; & quia media ſententia inter dubias minus creditur à veritate diſtare, ideo puto B hic mediam ſententiam eſſe tenendā. ¶ Igitur pro reſolutione quæſtionis præmiſſa diſtinctione, *Diſtinctio.* quòd tripliciter debitor alieni ſe poteſt habere, 1 vno modo, ita, quod rectè, & iuſtè rem alienam acceperit, vt per mutuū, 2 ſecundo modo quòd licet iuſtè à principio rem alienam obtinuerit, poſtea tamen illā dilapidauit, aut diſsipauit, 3 tertio modo quā dò per iniuriam eam occupauit: ſit prima *Conclu. 1.* concluſio; Si debitor per fraudem, vel iniuſtitiam bona aliena occupauit, vt per vſuram, rapinam, vel furtum; vel eſto à principio iuſtè acceperit, ſeu per mutuum, vel aliā iuſtam acceptionem, ſi nihilominus poſteà C culpa ſua, prodigè, vel per ludos, vel ſcortationes, vel aliter, bona illa deuaſtauit, tunc etiam cum iactura decentiæ ſtatus, tenetur ſtatim, integre reſtituere. Hæc concluſio eſt *Sotus. Cordub.* Soti loco citato. Eſt Cordubæ q. illa. 68. de caſibus conſcientiæ, in qua concordat cum prima, ſcilicet, quando acceptio fuit iniuſta, vel diſsipatio culpabilis interceſsit. Hæc cōcluſio, quæ, vt inquit Corbuba, eſt multū iuridica, probatur rationibus primæ opinionis, & inſuper patet. *Ratio. 1.* Quia huiuſmodi iniuſti diſsipatores, & vſurpatores non ſunt digni, quibus iſta dilatio concedatur à creditoribus, & quia non multum immerito, indignantur contra eos creditores ſui dicentes D illud Euāgelij, quid audio de te: Redde rationē debiti: nam te expectare, cū bona mea diſſipaueris; & ex eis pōpaticè profaneque vixeris indignū eſt. Probatur inſuper; Quia & iſtis præberetur anſa, & occaſio magna vſurpandi, & diſsipādi aliena, ſi ſcirent licere ſibi nō ſtatim reſtituere, cū iactura ſtatus, quem forte nō ſuſtētaſſent, niſi iniuſte accepiſſent & abligurissētaliena. Nā hęc aliena ſi defeciſſent ad profanos ſūptus, propria quibus ſuſtē taſſēt ſtatū cōſumpſiſſent, diſtraxiſſentque.

*Concluſ. 2.* ¶ Secunda concluſio; Quando debitor eſt quis bonæ fidei ex licito, ſcilicet, contractu, ne-

ctu, neque talia bona aliena malè inſum-
pſit; ſed quia in ſuis geſtis negotijs, fortuna
parũ ſecunda, fauſtaque fuit, ideo nihil aliud
potuit de ſe præſtare, quàm fecit: tunc
nõ tenetur reſtituere iſte, cũ iactura decen-
tiæ ſtatus, ſed poteſt differre ſolutionem,
dummodo creditor poſsit differre ſolutio-
nem, neque inopia laboret. Hæc eſt Soti
*Sotus.* lib. 4. de iuſti. quæſt. 7. art. 4. eſt Cordubæ
*Cordub.* loco citato. Et hæc, inquit Corduba, eſt mul
tum iuridica. Et in hac ſecunda concluſione
ſic limitata concordamus cum ſecunda, quæ
erat Syluestri, & Nauarri, & aliorum; ſed
non quatenus ſine iſta limitatione eam aſſe
rebant. Quia hoc non licet iniuſto occupa-
tori, aut dilapidatori, ſed iuſta ex acceptio-
ne poſſeſſori. Et hæc concluſio patet. Iſte
*Ratio. 1.* enim cũ iuſto titulo retinuerit, acceperit-
que, non tenetur cum graui detrimento ſta-
tim reſtituere: quia poſtquàm non eſt in cul
pa impoſsibilitatis reſtituendi ſtatim, non
videtur eſſe in mora culpabili. Facit Sylue-
*Syluest.* ſter titulo, mora. quæſt. 1. & verbo excom-
2 municatio. 3. dubio. 12. & 13. & patet, quia ſi
contractus bonæ fidei in caſu fortuito, vbi
abfuit omnis culpa, vt in contractu commo
datæ rei, vel locatæ, vel depoſitæ, excuſat à
reſtitutione, ratione talis inculpabilis ca-
ſus; ergo etiam debitum pecuniarium licite
contractum, vbi debitor in culpa non fuit,
deobligabit ab ſtatim reſtituendo, ſi ſine de-
trimento iacturaque ſtatus, reſtitutio de prę
ſenti impoſsibilis eſt.

*Conclu. 3.* ℂ Tertia concluſio: Vſurarius, & ſi quis
eſt alius iniuſtus vſurpator alieni: qui cum
antea tali ſtatu careret, iniuſtis extorſioni-
bus, & exactionibus rei alienæ, id ſtatus ſibi
comparauit: is ſecundum omnes tenetur re-
ſtituere ſtatim, etiam cum iactura talis ſta-
tus. Hæc eſt omnium & patet: quia ille ſta-
tus non eſt ſuus, ſed iniquis modis acquiſi-
*Ioſephus.* tus eſt. Hinc frater Ioſephus in ſuis floribus
ait, quòd nulla eſt ratio, quare excuſentur à
reſtitutione ſtatim faciẽda, qui non habent
ſtatum, fingentes ſtatum. Igitur his vſurarijs
nullum ſupereſt remedium, niſi petere à cre
ditoribus ſpontaneam dilationem: vel ſi fa-
cta diligenti indagatione, incerti ſint credi-
tores, quibus ea debent, ſe componere cum
ſummo Pontifice.

*Quæſtio.* ℂ Sed quęritur, vt omnia enucleatius ape
riamus, nec aliquid diſsimulemus, an debi-
tor bonæ fidei, ideſt, ex iuſta acceptione,
quia aliàs non fuit dilapidator bonorũ alie-
norum, neque in culpa eſt impotentiæ, quã
nunc ad reſtituendum habet caſu, quo credi
A tor ſuus patitur notabile detrimentũ, citra
tamen amiſsionem ſtatus, cũ iactura ſui ſta
tus reſtituere, ei ſtatim teneatur. Et videtur
quòd nõ teneatur ad ſtatim. Quia ſtatus ali *Argum.*
quãdo æquiualet famæ: ſed cum iactura fa-
mæ, quia altioris ordinis eſt, non tenetur
quis reſtituere regulariter creditori etiã gra-
ue damnum temporale ex dilatione patien
ti: ergo neq; iſte debitor poſtquam non eſt
in culpa, cum iactura ſtatus tenetur ad ſta-
tim reſtituendũ creditori aliàs patienti notą
bile damnũ. Et confirmatur: Quia tales debi *Confirma.*
tores omnino inculpabiles, non tenentur ſe
cundũ fratrem Ioſephum cum maiori detri *Ioſeph.*
B mento reſtituere, quã ſit rei reſtituendæ pre
tium: ſed cadere ab ſtatu, eſt maximum de-
trimentũ: ergo nõ tenẽtur reſtituere ſtatim
creditori notabile damnũ patienti, cũ iactu-
ra ſui ſtatus, etiam ſi creditor omiſit lucrari
millia, vel aliter. ℂ In contrariũ eſt, quod ait *Arg. in contra Sot.*
Sotus, quòd citra extremam neceſsitatem;
melior eſt conditio creditotis, quam debito
ris: ſed iactura ſtatus non ponit hominem in
extrema neceſsitate: ergò cum iactura ſta-
tus tenetur ſtatim reſtituere.

ℂ Pro expeditione quæſtionis ſit quarta *Conclu. 4.*
concluſio, vt à clarioribus procedamus; Quã
do creditor ex dilatione patitur ſilimilẽ ia
C cturã ſtatus vel patitur ſimilẽ indigentiã ex
dilatione debiti, tũc debitor inculpabilis &
bonę fidei tenetur potius ſubire illã iacturã,
vel æqualẽ indigentiã, & reſtituere ſtatim,
quã quod ſuus creditor illam patiatur. Hæc *Cordu. Sot.*
eſt Cordubę, eſt Soti, eſt Nauar. locis citatis, *Nau. Me.*
eſt Metinæ in ſua inſtructione. 6. ca. reſtitu-
tionis fo. 172. Vt verbi gratia, ſi creditor eſt
mẽdicaturus, quia quod ſibi debetur, nõ ſol
uitur, potius debitor etiã alias inculpabilis,
tenetur reſtituere, etiã ſi alias ſit mendicatu-
rus. Probatur ex regula Soti, quia extra ex- *Patet ex Re*
tremã neceſsitatem, cæteris paribus, ideſt, in *gul. Soti.*
paribus ſtatus iacturis, vel indigẽtijs, melior
D eſt conditio creditoris: quàm etiã cuiuſcun-
que debitoris, etiã ex iuſta acceptione, quia
res reſtituenda ad creditorem magis attinet
tanquàm res ſibi debita.

ℂ Quinta concluſio: Quando debitor bo *Conclu. 5.*
næ fidei, & inculpabilis patitur ex reſtitu-
tione ſtatim facienda iacturam totalem ſta
tus, non tenetur ſtatim reſtituere, etiam
ſi creditor aliàs ex dilatione notabile paſſu-
rus ſit damnum: dummodo illud non paſſu
rus eſt de præſenti, quia non imminet id
damni de pręſenti; ſi talis debitor paratus
ſit reſarcire id dãni pẽdẽtis in futurũ dũ ve- *Exempl.*
nerit. Vt verbi gratia modo creditor habet
vnde



vnde ſuo ſtatui, domui, & familiæ ſubue-
niat: ſed tamen pecuniam illam ſibi debi-
tam, ſi illo termino ſolueretur deſtinaturus
erat eam in claſsi in Hiſpaniam pro merci-
bus emendis trãſuehendam; ſperatque ſub
inde, ex tunc ad annum & dimidium ſe re-
cepturum lucrum illius: tunc ſatis eſt debi-
tor ſit paratus pro illo tempore recuperatio
nis lucri ſoluere creditori lucrum deductis
deducendis arbitrio boni viri. Similiter, ſi
hinc ad annum creditor indiget pecunia nũc
ſibi debita, ad ſoluenda chirographa, & quia
ſuo tempore non eſt ſoluta, accepit ad vſu-
ram, vt chirographa ſoluat: ſatis eſt debitor
ſit paratus ſuo tempore occurrere, ne hoc dã
num eueniat, aut ſit paratus huiuſmodi vſu
ras, poſtquàm ſolutionis earum cauſa fuit,
ipſe ſoluere: dummodo creditor de prę ſenti
grauiter non indigeat.

*Quæſtio. An cum iactura ſtatus ſit reſtit.* ℂ Sed quid; ſi creditor damnum notabile
citra tamen iacturam ſtatus, patiatur de præ
ſenti ex dilatione debiti, quia patitur in fa-
milia notabilem indigentiam, vel patitur à
ſuis creditoribus notabilem moleſtiam: an
tunc debitor aliàs inculpabilis, teneatur cum
*Reſpond.* iactura ſtatus. Reſpondetur, quòd in caſi-
bus moralibus ſermones, quo magis deſcen
dimus ad particularia, minus ſunt certi, quia
varij: ideò non poſſumus punctualiter om-
nia diffinire: ſed regulam generalem trade-
re arbitrio ſapientum, dum opus fuerit, mo
derãdam. Sit igitur pro hac regula.

*Conclu. 6.* ℂ Concluſio ſexta: Quando damnum
imminet de præſenti notabile creditori,
quia de præſenti, ex dilatione ſibi debiti,
graui laborat indigentia in familia ſua, vel
graues ſuſtinet moleſtias, ipſe à ſuis credi-
toribus, quibus ipſe quoque eſt debitor, ſi
damnum huius indigentiæ æquiualens ſit,
vel eſto æquiualens non ſit, proxime aut
quaſi proximè conferri poſsit, cum dam-
no amiſsionis ſtatus: tunc debitor ſuus licet
ſit debitor ex iuſta acceptione, & inculpa-
bilis, tenetur cum iactura ſtatus, ſi aliter non
poteſt, hoc damnum graue, & præſenta-
neum à ſuo creditore tollere, & reſtitue-
*Ratio.* re ei ſtatim. Patet: quia citra extremam ne-
ceſsitatem, melior eſt conditio creditoris,
*Optima reſolutio Victo.* quàm debitoris. At vero Victoria in caſu
concluſionis dixit, quòd ſecundum melio-
res doctores magis probabile eſt, quòd ſi cre
ditor patiatur iacturam ex dilatione pecu-
niæ à ſe mutuatæ mutuatarius licet fuerit iu
ſtus acceptor teneatur illi ſoluere aliquid cũ
amiſsione aliqua ſui ſtatus: ſed non cum
amiſsione totius ſtatus, niſi creditor perdat
A totum ſuum ſtatum: quia alias non ſeruare-
tur æqualitas. Placetque mihi iſta limitatio
Victoriæ.

ℂ Septima concluſio; Si arbitrio boni vi *Conclu. 7.*
ri notabiliter præponderet iactura ſtatus
damno licet notabili, quod creditor de præ-
ſenti patitur, quod non ſatis reſtauratur per
hoc, quod poſtea reſarciatur, quia interim
ſua domus indigentia notabili vexatur: in
hoc caſu debitor malæ fidei non obſtan-
te iactura ſtatus ſui, credo, tenetur reſtituere
ſtatim. Patet per regulam generalem: quia *Probatio ex*
citra extremam neceſsitatem, melior eſt cõ- *regul. cõmu.*
ditio creditoris. Quæ regula potiſsimum ve
B rum habet, vbi debitor fuit iniuſtus vſurpa-
tor, aut dilapidator.

ℂ Hinc patet, quòd duo aſſerta fratris Io *Coroll. cõtra*
ſephi in ſuis floribus non ſunt vſque quã- *Ioſeph.*
que vera. Primum quòd debitor ex iuſta ac-
ceptione, non tenetur ſtatum mutare, vt re-
ſtituat. Secundum, quòd quando creditor
ex dilatione aliquod detrimentum patitur,
non ideò cum mutatione ſtatus compel-
lendus eſt debitor ei reſtituere ſtatim, etiam
ſi culpa ſua, in reſtituendi inciderit impo-
tentiam: quia ſatis eſt ſi poſtea illud damnũ
reſarciat. Quia primum eius aſſertum limi-
tandum eſt, iuxta præſtitutas à nobis hîc cõ
C cluſiones, & ſecũdum etiam iuxta vltimam
moderandum venit.

ℂ Sed quæritur, vtrum vera ſit illa ſen- *Quæſtio.*
tentia, vel opinio fratris Ioſephi, quam in *An debitor*
ſuis floribus Theologiæ materia de reſtitu- *bona fide cũ*
tione aſſeuerat, ſcilicet, quôd debitor bonæ *iactu. ten.*
fidei cum mutatione ſtatus reſtituere non
tenetur, etiam ſi creditor ex dilatione, ſta-
tum quoque mutare compellatur. At vide- *Argum.*
tur quòd ſic; quia ſicut in pari cauſa turpi-
tudinis ſecundum ius melior eſt conditio
poſsidentis: ita in pari cauſa neceſsitatis me-
lior eſt conditio debitoris poſsidentis. Et *Confir.*
confirmatur: Quia videtur in hoc caſu ſat
D ſit debitorem creditori damnum ex dila-
tione ſubſequutum reſarcire. Sed quia iam
ſententia iſtius ſugillata manet, excluſaque
per quartam concluſionem potiſsimè, &
per quartæ ſubſequentes, non eſt hic am-
plius immorandum, quam ſolutio ſuorum
argumentorum poſtulat: quia ſua ſententia
aperte eſt contra Nauarrum Sotum, Meti- *Naua. Sot.*
nam, Cordubam. Igitur antequam argumẽ- *Cordu. Metin. contra*
ta fratris Ioſephi ſoluamus, ne interrumpa- *Ioſeph.*
tur materia.

ℂ Sit octaua concluſio; cæteris paribus fa- *Conclu. 8.*
cilius proroganda eſt dilatio reſtituendi iu-
ſto poſſeſſori, nec dilapidatori, quã iniuſto





vſur-

*Sotus.* vſurpatori, vel dilapidatori. Hæc eſt Soti, quia ratio id dictat.

*Conclu.9.* Nona concluſio; Quando debitor eſt inculpabilis, & bonæ fidei, ſi damnum iacturæ ſui ſtatus in duplo præponderat debito reſtituendo, aut damno, quod de præſenti ſuus creditor patitur, videtur tunc cum iactura ſui ſtatus non teneatur ſtatim reſtituere. *Ratio.* Patet hæc concluſio, in qua conuenio cũ fratre Ioſepho; quia poſſeſſor bonæ fidei non tenetur reſtituere cum maiori detrimẽto, quàm ſit rei reſtituendæ pretium. Et per hanc concluſionem ſatisfacimus huic argumento antea poſito: quia ſatis eſt poſtea debitor reſarciat damnum, ſi quod creditori ex dilatione accreuit.

*Ad argum. Victor. & Fr. Ioſeph.* ¶ Nunc ad argumenta fratris Ioſephi, & Victoriæ ſuprapoſita ſupereſt reſpondere. Ad 1. quando ſic obijciebatur, quòd ſtatus æquiualet famæ, ſed cum iactura famæ nõ tenetur quis ſoluere creditori etiam patienti graue damnum rei familiaris: ergo neque etiam iniuſtus vſurpator cum iactura ſui ſtatus æquiualentis famę, Reſpondetur primo, *An ſtatus æquiualet famæ.* quòd non eſt verum regulariter, quòd ſtatus æquiualeat famę, quia fama, vt pote quę conſequitur virtutem, quæ proprie dicitur fama, eſt de ſe inæſtimabile bonum. At vero fama ſtatus non eſt proprie fama bonitatis, ſed eſt veluti fama ex rebus alijs præclaris parta, vt fama ingenij, ſcientiæ, virium, ſolertiæ, artium, diuitiarum, & aliarum rerũ ſimilium, quæ non eſt inęſtimabilis. Ideo fama ſtatus, licet videatur altior diuitijs, tamẽ quia diuitijs ſuſtentatur, parum excedit, aut nihil, aut non multum ordinem diuitiarum: quia ſicut fortuna diuitijs dominatur; ita etiam ſæpe adimendo diuitias homines ab huiuſmodi ſtatibus deturbat. Neque recta exiſtimatio eſt, ſecúndum moralem philoſophiam, aut theologiam, ſtatum adæquare famæ, quæ quandam immortalitatem ſortitur. Vnde negatur antecedens, quòd ſtatus regulariter adæquetur famæ. Sed ſi detur caſus, in quo ſtatus tanti valoris eſſet, quôd æquaretur famę, tunc ſicut non teneretur cũ amiſsione famæ, neque etiam cũ iactura ſtatus æquiualẽtis tali famæ ſtatim reſtituere.

*Ad aliud argum.* ¶ Ad aliud fratris Ioſephi argumentum reſpondetur, quòd falſum aſſumit, dicens, ſcilicet, quod in pari cauſa neceſsitatis, melior ſit conditio debitoris poſsidentis. Quia, præterquàm quod in foro exteriori contra ſuam maximam iſtam iudicatur, quia non eſt eadem ratio de ea, & de pari cauſa turpitudinis: in conſcientia tamen & in iure naturæ ſtando verior eſt maxima Soti, ſcilicet, quôd citra extremam neceſsitatem, vbi omnia veniunt communicanda, melior eſt conditio creditoris, quàm debitoris. *Maxima Soti verior.* Ac per conſequens, non ſat eſt in caſu, quo creditor ex dilatione à ſuo ſtatu lapſurus eſt, poſtea ei reſarcire diſpendium: quia hoc perinde eſt ac ſi quis vngat vulnus, ſemel à ſe percuſsi.

*Coroll. Soti & Cordub.* ¶ Hinc ex dictis patet, quòd ſecundùm Sotum, & Cordubam nobilis nõ debet manuales operas exercere, neque mendicare, vt reſtituat; ſed ſatis eſt, vt vilius viuat, & abiectius, denique miſere, atque omnem deponat pompam. Nam ſi in tali neceſsitate non poſsit aliena rapere, non inde ſequitur, vt non poſsit particulam illius retinere, vt viuat, quod bona fide acquiſiuit. *Coroll. Ioſephi.* Hinc ſequitur ſecundùm fratrem Ioſephum, quòd nobiles detinẽtes villas, vel alias poſſeſsiones, ne à magnitudine ſtatus decidant in ſtatu damnationis ſunt, niſi aliũde excuſentur ipſi, & eorum confeſſores huius delicti cõſcij: quia de alienis nõ debent tã põpaticè viuere.

*Coroll.* ¶ Hinc ſequitur, quòd licet non ſemper cum totali iactura ſtatus teneatur debitor reſtituere: tamẽ ſemper ſe debet reſtringere, ne ſupereffluat in ſuperfluis. Vnde nũquàm caterua famulorum, & equorum, cum diſpendio creditoris, à reſtitutione excuſat; quia ſine ita magna familia ſtatus nobiliũ conſeruari poteſt. Vnde patet, quòd ij in hoc caſu retinent alienum ſine iuſta cauſa inuito domino. Hinc conſulendum eſt nobilibus, vt ſtatum minuant, quod eſt ab illorum cõfeſſoribus maxime aduertendum.

*Corol. Metinæ.* ¶ Hinc ſecũdũ Metinã in ſua inſtructione. fo. 174. 7. cap. reſtitutionis qui accedit ad confeſsionẽ cũ debitis ſic implicatus, fatetur que ſe non eſſe ſoluendo, ſi rogatus à confeſſore, vtrũ illud debitũ fuerit contractum per furtum, vel vtrũ ſine culpa inciderit in illud debitũ, ſi fatetur id ſe debere ex furto à ſe cõmiſſo, ſi habet duo pallia, vel duo lectiſternia, ex his vendat vnum pro reſtitutione facienda. *Documenti Metina.* Si vnũ tantũ, eſtque pretioſum, vendat illud, induatque ſe viliori, vt reſtituat. Quod ſi cauſetur, ſe habere filios, replicetur ei, quòd poſtquam id furatus eſt ſibi id culpæ aſcribat, & id ſoluat. Si autem iuſtè illud contraxit debitum, ſed aduerſante fortuna, ſine culpa in illam impotentiam incidit, mitius & æquius, iuxta concluſiones ſuprapoſitas tamen, cum illo agendum eſt.

*Quæſtio.* ¶ At etiam quæritur, cũ iniuſta fuit acceptio, ſi res reſtituenda eſt parua, licet quia parua eſt, ſic accipiens non teneatur illam

reſtituere



reſtituere cum iactura totius ſtatus, an teneatur illam reſtituere cum iactura medietatis ſtatus.

¶ Reſpondetur; Concluſio rationabilis fuit viſa Victoriæ, quòd quando quantitas reſtituenda non eſt magna, & iniuria iniuſtę acceptionis fuit parua, & creditor paruũ detrimentum ex dilatione patitur, non tenetur cum tali iactura. Patet. Quia, licet non omnis ſtatus, tamen aliquis ſtatus æquiualere poteſt famæ alicuius mediocris hominis. Ergo ſi ille homo cum iactura ſuæ famę non teneretur ſoluere notabilem maiorem quantitatem: ergo neque in iſto caſu cum iactura medietatis ſtatus iſtam paruam quantitatem.

## CAP. CXIX.

### *An cedentes bonis licite retineant alimẽta.*

*Quæſtio. De cedente bonis.* QVæritur ſubſequenter, vtrum qui ſecundùm leges ceſsit bonis, poſsit bona conſcientia ſibi retinere ea, quibus indiget ad ſolam ſuam neceſſariam ſuſtentationem, ne cogatur mendicare? Super qua quæſtione, neo omnino conueniunt doctores. *Nauar.* Nam Nauar. ſum. Hiſpanica. cap. 17. num. 86. tenet partem negatiuam: ſed modo in ſum. lati. cap. 17. num. 86. idem Nauar. ait, quòd in foro exteriori excuſabitur tantum, ſi de acquirendis ſolum retineat, quæ ſibi neceſſaria ſunt ad victum, vel etiam de acquiſitis: ſed in foro conſcientiæ, non excuſabitur, niſi quatenus neceſsitas eum ſine ceſsione excuſaret: quia lex ciuilis in foro conſcientiæ non poteſt concedere retentionem alieni contra ius diuinum, vel naturale. Aliorum tamen opinio contrarium ſuſtinet, ſcilicet, hoc non eſſe contra ius diuinum. Quia inquiunt, reſpublica eſt, quæ per ſuas leges concedit hoc priuilegium bonorum ſuorum ceſſoribus; ſed reſpublica aliquo modo habet facultatem ſupra bona temporalia, vt pro vtilitate communi aliquid parum iſtis miſerabilibus poſsit applicare.

¶ Igitur pro deciſione quæſtionis, quia iam fere ſupra deciſa manet, ponitur concluſio prima; *Conclu. 1. De excoquẽte ex culpa.* Si qui ceſſuri ſunt bonis iniquis vijs, per fraudes, vel ternas, talia bona extorſere, potiri non poſſunt beneficio legis, neque retinere ſibi neceſſaria ad ſuſtentationem. Huiuſmodi ſunt negociatores quidam, qui à pluribus mutuò accipientes ingẽtem vim pecuniæ corradunt, quô æſtimationem locupletum, & potentium aucupentur in populo, & interim indulgent genio ex alieno pompaticè viuentes. Cumque excoxerint ſubſtantiam ad ſacra ſe recipiunt inde quæritantes compoſitionem cum partibus, & remiſsionem alicuius partis; quibus nec talis remiſsio valet, quia vi extorta eſt, vel fraude, ſicut ſecundùm Sotum, *Sotus.* nec remiſsio valet obtenta ab illis, qui falſis cauſis vel precibus, mentiuntur coram creditoribus ad obtinendam eam cauſantes, quòd nõ ſuppetit ſibi, vnde ſint ſoluendo, vel quòd decepti fuerint in pretio, vel in ſubſtantia, vel qualitate mercis, mentientes, quòd non erat tam bona, nec tantæ menſurę, aut ponderis, neque tale genus raptorum in republica venit ſuſtinendum, ſed eliminandũ lõge.

*Conclu. 2.* ¶ Secunda concluſio. Qui bona fide negociantes, infortunijs quibuſdam, infauſtisque ſucceſsibus in pauperiem prolapſi ſunt licitè in conſcientia, poſſunt potiri beneficio legis, dum cedunt bonis, ne carceribus mancipentur. l. 1. C. qui bonis cede. poſſ. *C. qui bon.* ita vt poſsint retinere ſibi aliquid pro victu diei vel menſis, vel anni, vt habetur. l. qui bonis. ff. eod. ti. & ne patiantur grauem neceſsitatem, vt habet. l. in condemnatione. ff. de regulis iuris: *ff. de reg. iuris.* vnde ſine mala conſcientia, inde ſecundùm exigentiam decentiæ, perſonæ ex bonis poſtea à ſe partis ſe alere poſſunt. Nam id ſignificauit lex, dum prohibet huiuſmodi bona poſtea parta, ne venalitati exponantur iterum. *Ratio.* Quæ quidem leges & in conſcientia videntur excuſare, quia tum reſpiciunt vtilitatem communem, tum etiam creditorum. Quia ſi iſti ex neceſſario ſibi retinendo victũ, & inſtrumentis artis, ſeu ſui officij omnino nudarentur, manerent omnino ſicut auiculæ denudatę omnibus plumis quæ omnino ad quærendum ſibi victum volare non poſſunt: ita nec iſtis ſupereſſet remedium perueniendi, ſeu conuolandi iterum ad pinguiorem fortunam, ad quam ſi peruenerint, illis non ſuffragatur lex, quin teneantur tunc reſiduum ſoluere. Nam l. cũ & filij. C. qui bonis. *C. qui bon.* ſtatuitur, vt ſi quid pinguius eis poſtea acceſſerit, hoc iterũ vſque ad modum debiti, poteſt à creditoribus legitimo modo auelli: idem l. is qui bonis. ff. eodẽ titulo ſancitur. Et hoc nõ minus in vtilitatẽ creditorum videtur vergere, quã ſi ſimul & ſemel, illo modico reſiduo pro ſuo victu neceſſario ſpoliati, ſine ſpe reſpirandi ad pinguiorem fortunam, vbi poſſent integre ſoluere, relinquerentur.

*Corol. Nau.* ¶ Vnde bene ait Nauarrus, quòd licet lu-

crum ceſſans non excuſet debitorem ab ſtatim reſtituendo; benè tamen carentia inſtrumentorum artis, quibus ſibi debitor victum parat. eum excuſat ab ſtatim reſtituendo; quia ea vendere non debet, vt reſtituat. Ita Nauarrus ſumma latina. numero. 59. Sed tamen prædictæ duæ concluſiones ſunt Soti, & Cordubæ locis citatis, quibus aſſentitur frater Ioſephus, licet non apponat diſtinctionem, & ideo confuſè loquitur. At quia ſecundùm Adrianum, Gabriel. Syluestr. reſtitutio, ſeptima quæſtione ſecunda, & q. 7. leges hæ iuſtæ ſunt, quia reſpublica facultate pollet ſanciendi pro bono communi ſuper bonis ſubditorum, quibus legibus ſubditi conſentiunt, vel ſaltem conſentire tenẽtur; ideò iſte ceſſor bonorum quod virtute harum legum retinet cõtra ius diuinum, vel naturale non retinet.

*Sotus. Cordub. Ioſeph. Adrian. Gabriel. Syluestr.*

# CAP. CXX.

*An debitor compos licitè poſsit colorare dilationem reſtitutionis.*

Accedit & difficultas illa, hîc ſuum locum habitura, circa quam & doctores diſsident, ſcilicet, Si aliquis cum compos ſit ad reſtituendum alienum ſimul, & ſemel, totum integre, citra aliquod inconueniens, & abſque detrimento decentiæ ſtatus, & tamen reſtituere renuit totum ſimul, paratus eſt tamen reſtituere paulatim, tantum tali tempore, & tantum tali; vtrum hoc citra mortalem culpam efficere poſsit, dignus ve ſit abſolutione.

*De potente reſtituere & nolente niſi partem nũc.*

¶ Hic congladiantur inter ſe duæ opiniones contrariæ. Prima Sylueſtri reſtitutio. 5. quęſt. 5. & in roſa aurea, & ſummę Angelicæ, & Gabrielis, & Nauarri in ſumma Hiſpanica. cap. 17. num. 63. & in ſumma latin. c. 17. num. 65. Nam ibi Nauarrus ſic ait; Non poteſt confeſſor concedere dilationem reſtituendi pœnitenti, quãdo certo ſcit eum ſoluere poſſe, niſi concurrat aliqua cauſa prædictarum excuſantium ab ſtatim reſtituendo; niſi pœnitens renueret ſoluere ſtatim totum, ob aliquod emolumentum inde ſibi proueniens: & creditor nollet concedere dilationem parum ſibi nocuam, & aliàs nunquam, aut non tã cito recuperabit debita, quæ ſe aſtringit pœnitens, ad certum tẽpus ſoluendum. Quia tunc confeſſor ſecundùm Angelum his concurrentibus potens

*Variant doctores Syln. Angel. Gabriel. Nau. contra Sot. Metin. Adri. Mai.*

A eſt dilationem & abſolutionem concedere, credens quòd creditor, illo contentus foret, ſi ſciret, vt ipſe, intimum ſecretum conſcientię creditoris. Prima igitur opinio, vt diximus, quæ erat Sylueſtri, Gabrielis, Angeli huic expreſſæ Nauárri ſentẽtię videtur accedere. Addunt tamen omnes, hanc conditionem ad prędicta, ſcilicet, ꝙ prędicta ſunt vera, dũ in tali caſu debitor putet ſe bona conſcientia poſſe tunc debitum differre; taliſque ſit animi, vt niſi ęſtimaret, ſe bona conſcientia, ſic poſſe prolatare reſtitutionem, ſtatim ſe paratum offerret fideli animo, ad ſtatim totum debitum perſoluendum.

B ¶ At verò Sotus de iuſti. & iure. libro. 4. quæſt. 7. arti. 4. & Metina de reſtitutione. q. 2. fol. 8. & q. 5. & Adrianus in 4. de reſtitutione, & Maioris in 4. diſtinctione. 15. q. 28. alijque doctores tenent oppoſitum, ſcilicet, quôd ſtando in conſcientia, ſi debitor ſtatim compos eſt ad ſoluendum debitum totum, ſine hoc, quòd ab ſui ſtatus decentia decidat, renuitque id facere, quia extra ſtatum bonæ conſcientiæ ſic ſe conſtituit, inabſolubilem ſe confeſſori exhibet: niſi creditor huiuſmodi dilationi præbuerit aſſenſum. Neque confeſſor hanc debitori tali indulgere valet facultatem, vt paulatim ſoluat, cum C debitor ſtatim ſit ſoluendo: niſi tacitè ſaltẽ tali dilationi creditor conſentiat.

*Sot. Metin. Adri. Mai.*

¶ Igitur pro illuſtratione quæſtionis ſtatuuntur hæ concluſiones, quarum prima ſit concluſio. In rigore verior eſt hæc opinio negatiua Soti, Metinæ, Adriani, Maioris, quam ſecunda, ſcilicet, quòd talis debitor in prædicto caſu cum ſtatim ſoluendo ſit totum, renuente creditore concedere dilationem, non poteſt ex licentia confeſſarij prolatare reſtitutionem ſoluendo paulatim. Hæc concluſio eſt fratris Antonij Cordubenſis quæſt. 68. Hæc concluſio in rigore apparet verior. Primô ſecundum D Sotum: quia confeſſarius non eſt creditoris procurator, vt nomine creditoris hanc indulgére debitori dilationem poſsit, ſed tantùm nomine Dei, expurgator eſt conſcientiæ. Quare ad hoc ſibi eſt inuigilandum, vt perpendat cauſas, aut merita, ſi quę ſint, quę propter impotentiam excuſent ab ſtatim reſtituendo. Nam ſi ad ſoluendum ſtatim compos eſt, nullatenus inuito creditore eſt abſoluendus, niſi reſtituat; quanuis periculum immineat, vt nunquàm ſit facienda reſtitutio. Ipſe enim pœnitens ſibi viderit.

*Conclu. 1. Cordub. Ratio. Sot.*

¶ Secundò patet, quia creditor grauem patitur iniuriam ſecundûm D. Thomam, dũ inuitus,

*Ratio. 2. D. Thom.*



inuitus, ſine rationabili cauſa, qualis hîc nulla eſt, priuatur vſu bonorum ſuorum, nec apparet excuſari à mortali ex eo, quòd talis dilatio creditori, non multum nocumenti inferat. Nam neque videtur excuſari à mortali is, qui cum potis ſit ſtatim ad ſoluendum, non ſoluit regi debitum, licet ex tali prorogatione ſolutionis debiti, rex non multũm capiat nocumenti, ſi debitum ſit magni momenti.

*Ratio. 3.*

¶ Item patet: quia ſi aliqua ratio excuſans eſſet hîc, eſſet quã aſsignat opinio contraria, ſcilicet, quando quidem dominus probabiliter creditur tali dilationi aſſentiri tacitè ſaltêm, quia dominus, vel creditor, ſi intimius exploratam habuiſſet mentem debitoris ratam habuiſſet moram, quam confeſſarius debitori huiuſmodi concedit. Sed hæc ratio non excuſat, imo debitorem accuſat. Quia tunc creditor, ſi tali prorogationi ſolutionis aſſentiret, eſſet non vltroneus, ſed inuitus, eò quòd quaſi deſperatus amiſſa ſpe aliter recuperandi, niſi dilationi tali annueret, inuitus rationabiliter præſtat inuoluntarium conſenſum.

*Ratio. 4.*

¶ Denique accedit ad rationes prædictas, ſcilicet, quòd ſuppoſito, debitor potis eſt ad ſoluendum ſtatim, non tenetur creditor hanc illi indulgere dilationem. Vnde ſicut rem furtiuam, ſeu alienam, quando aliquis non iuſto titulo poſsidet, ſtatim eam reſtituere tenetur: ſic & prædictus debitor, neque ei creditor, ad aliquid relinquendum eſt obnoxius, neque rationes contrariæ opinionis multum vrgent: neque faceſsit aliquid lex pro illa adducta. l. ſoluendo, ff. de negotijs geſtis. Quia iſta regula, quòd vtiliter geratur negotium creditoris ſecũdum Sotum, licet in foro exteriori iuuet, tamen in conſcientia nulla eſt. Præterquàm quòd in hoc decipiuntur multi, præſertim magnates, qui cum ſoluendo ſtatim ſint, malunt reſtituere paulatim; quos experientia docuiſſe debuit, huiuſmodi debita, quæ iam poſt tam prolixas moras, committuntur in teſtamentis ſoluenda, quomodo tandem maneant inſoluta in perpetuum interdum. Nam huiuſmodi teſtamenta, vel occultantur, vel diſparent, vel hæredes creditoribus mille machinantur thecnas litium. Vnde falſo autumãt hæredes ſuos fideliores ſe illis exhibituros, quam ipſi ſuæ conſcientiæ fideles ſe præſtiterunt.

*ff. de negot. geſt. Sotus. Nota circa magnates ꝑlatant. reſt.*

¶ Secunda concluſio. Si aliquis pœnitens protectus opinione contraria Nauarri & Sylueſtri, & Gabrielis, & Angeli bona fide

*Conclu. 2.*

A eam probabilem eſſe putans, & veram, abſolutionem efflagitet à confeſſario abſoluendus eſt. Hæc concluſio elicitur ex Metina in ſua inſtructione confeſſorum fol. 264. c. 3. de prudentia confeſſoris. 6. regula. Et liquet ex eius ratione, aut opinione, quam ibi tuetur, ſcilicet, quòd confeſſor pœnitenti probabilem opinionem doctorum ſectanti negare abſolutionem non poteſt, licet confeſſor ipſe contrariam opinionem probabiliorem eſſe cenſeat. Quia cũ pœnitens eo quòd opinionem probabilem ſit amplexus non peccauerit, nulla ſubeſt ratio negandi ei abſolutionem. Hanc ſuam doctrinam non ſo-B lùm in proprio curato pœnitentis, ſed etiam contra alios in alijs confeſſarijs, ſiue curatis, ſiue non curatis habere locum aſtruit ibi Metina. Sed quidquid ſit de hac extenſione, quam facit ad confeſſores etiam non curatos, quam etiam ſub aliqua limitatione concedemus poſtea: tamen iſtinc ſequitur plana noſtrę concluſionis probatio; quia ſi pœnitens ſufficienter diſpoſitus accedit ad ſacramentum, ſequutus opinionem probabilem doctorum, cum iſtam oppoſitam opinionem Nauarri, Sylueſtri, Angeli, Gabrielis, tum propter grauitatem doctorum, tum propter aliquam, quam præſefert apparen-C tiam probabilem cenſeam, non puto negandam fore abſolutionem pœnitenti eam amplexanti, dum de hac re ſit edoctus, ſcilicet, quòd ſequendo opinionem probabilem qualis iſta eſt, non peccat. Nam ſecundùm Metinam, ne confeſsio fiat exoſa, poteſt, debetque confeſſarius mitiorem opinionem magiſque æquitati fauentem, quàm rigidiorem in fauorem pœnitentis ſectari, ne aliàs præcipitando ſententiam cauterizet alioquin ſanas conſcientias.

*Metin. Metina.*

¶ Scio communem eſſe ſententiam Soti, Cordubæ, Caietan. Conradi, Nauarri tenentium, non ſat eſſe probabilem opinionem D ſequi, ſed probabiliorem opinionem eſſe ſectandam contra Metinam. 1. 2. dicentem ſatis eſſe ſequi probabilem. At Ybañez cordate ſatis tenet probabilem licere eligere in actionibus, vt in contractibus; ſed non in dubio, an domus ſit mea vel non, neque in rebus magni ponderis vt ſaluationis; quia hic probabilior eſt eligenda. Sed antequam hãc cauſam examinemus, quam poſtea ſuo loco ducimus examinandam, interim tamen, quia hæc opinio Nauarri, Sylueſtri, probabilis eſt, neque multùm in detrimentum tertij, id eſt, creditoris vergit, vt omnes fatentur; ideò pœnitenti ea ſe protegenti bona fide,

*Communis opinio eſt ꝙ probabilior ſit ſectanda opinio. Sot. Cord. Caiet. Conrad. Nauarr. contra Metin. Ybañez.*

non puto abſolutionem fore denegandam.

*Conclu.3.*

¶ Tertia concluſio; Pœnitens, quifluctuans inter has duas opiniones, dubius ad confeſsionem accedit, dum dubiam conſcientiam non deponit, non eſt abſoluendus niſi deponat, aut reſtituat ſtatim. *Ratio.* Hæc concluſio patet; quia contra cõſcientiam dubiã præſertim practicam, ſecundum omnes doctores, nõ licet agere, niſi prius deponatur, cum ſubeſt cauſa rationabilis eam deponendi, ſecundùm Cordub. in ſuo quæſtionario.

*Quæſtio. An cõfeſſor contra ſuam opin. poſsit conſul.*

¶ Sed quæſtio non contemnenda ſtatim ſe hîc opportunè offert; Quid ſi pœnitens dubius cum audierit quæſtionem prædictã de dilatãda reſtitutione in caſu ſupradicto inter opiniones verſari, vel forte nihil de hoc cum audierit, rogat dubius pro conſcientiæ ſuæ tranquillitate confeſſarium, quid ſibi hic ſit agendum; an poſsit confeſſarius illi pœnitenti contra ſuam opinionem, quam probabiliorem reputat conſulere.

*Sot. contra Metinam.*

¶ Et quidem non ſatis in facie apparet, quid ſit dicendum. Nam Sotus in. 4. ſent. materia de confeſsione negatiuam partem tenet. At Metina in ſua inſtructione confeſſorum loco allegato, contrariæ ſententiæ fauere videtur. Sotus ait: non licet conſulere pœnitenti dubio, & rogitanti: quando confeſſarius arbitratur ſuam opinionem probabiliorem, vt pœnitens contra eam agat: quia conſulendo pœnitenti contrariam opinionem licet probabilem, eſſet dogmatizator falſi; quia eſſet dogmatizator opinionis, quam magis reputat eſſe falſam. At Metina loco allegato in ſua inſtructione confeſſorum fol. 264. ca. 3. 6. reg. oppoſitum ait, ſcilicet, quòd confeſſor & poteſt, & debet monere pœnitentem, vt ſemper ſequatur opinionem mitiorem & fauorabiliorem, dum talis opinio ſit probabilis. Verùm ſemper inquit, admonendus eſt pœnitens, quòd ſequendo opiniones probabiles non peccat. Igitur poteſt ſecundum Metinam conſulere pœnitenti confeſſor contra opinionem ſuam quam putat probabiliorem.

Ecce doctores aſſerentes contraria. Sed tamen vti reor concordari poſſunt, ſic; Quia ſi tunc confeſſarius pœnitenti ſciſcitanti ſic, ſic reſponderit, ſcilicet, meam opinionem contrariam veriorem puto, & probabiliorem, ſed opinionem oppoſitam, quia probabilis eſt, (vt pote quæ grauium doctorũ opinio eſt, & apparens) poteris tute ſequi, ſi verum dixiſſe credas, eiſque fidem magis adhibeas, ſic nullius falſi eſt dogmatizator, neque it contra mentem, & pœnitentis dicendo verum conſcientia pacatur, & tranquillatur admonendo illum, quòd ſequendo opinionem oppoſitam probabilem, dũ probabilis ſit, non peccat, nec ſe exponit periculo peccandi: dum dimittat dubium, talique opinioni dictamen ſuæ conſcientiæ conformet. At quidem, licet Metina regulariter iſtam regulam ad pacandas conſcientias tradat: tamen multo magis de hac ſententia, ſcilicet, quòd non peccent ſequendo opinionem probabilem admonendi ſunt pœnitentes illi: quibus aliàs valde difficile, & operoſum eſt dictamini contrariæ opinionis, licet magis tutæ aſtare, quia pauperes ſunt, aut debiles ad impletionem, neque tam potẽtes, quàm illi, quibus facile eſt probabiliorem ſequi: qui potius monendi ſunt iſtam probabiliorem confeſſoris ſequi iuxta mentem Soti.

¶ Hanc autem regulam, ſcilicet, quòd pœnitenti præſeferẽti probabilem opinionem contra probabiliorem quam, pro ſe habet confeſſor, non eſt neganda abſolutio, probè limitat Nauarrus dicens, quòd verum habet, excepto, niſi quando confeſſor etiam curatus luce clarius, ac euidenter poteſt demonſtrare pænitenti falſitatem opinionis, qua innititur pœnitens, & veritatem opinionis, quam confeſſarius pro ſe tenet. Quia tunc ſecundum Nauar. pœnitens tali confeſſori non parens, etiam ſi mandet contra opinionem pœnitentis, nõ eſt abſoluẽdus. *Nauar.*

*An pœnit. ignorans ſi admonend.*

¶ Sed tamen exiſtimo, & in hoc caſu, quando pœnitentem ignorantia inuincibili confeſſarius videt poſſe excuſari, quia innititur opinioni aliorum doctorum, quam putat bona fide eſſe probabilem, non eſſe bene conſultum illum tunc pœnitentem admonere quando ex tali admonitione, etiam euidenter declaratiua illius ignorantiæ, nullus ſequeretur emẽdæ fructus, neq; tũc, neque poſtea: aut ſi remediũ eſſet intolerabile ſecundùm Canũ, & Sotũ. *Sotus. Canus.* Quia ſecundùm hos confeſſor, licet teneatur etiam interrogare, dũ ignorãtia pœnitentis eſt inuincibilis: ſed tamen loquendo de ignorãtia inuicibili intelligitur, quando confeſſor credit ſe profuturum, tenetur admonere pœnitentem, ſi autem non ſit profuturus, non tenetur admonere, etiam ſi talis ignorantia inuincibilis ſit contra ius diuinum, ſiue contra humanum, ſiue ſit contra detrimentum proximi, ſiue non. *Canus cõtra Metin. Complut.* Quia ſecundum Canum in ſua relectione contra Metinam Complutenſem in ſuo Codice de pœnitentia magis tenetur in ſa-



in ſacramento pœnitentiæ, conſulere bono ſubditi pœnitentis, quàm alterius, tunc non admonendo pœnitentẽ iuxta illud D. Auguſt. de pœnitentia diſtin. 7. cap. ſiquis. *D. Augu.* Vbi ait, do tibi pœnitentiam, quia neſcio, nam ſi ſcirem tibi non prodeſſe, non tibi darem, nõ te admonerem. Secus eſt de doctrina publica, quæ ad publicum ordinatur. De hac ſupra dictũ eſt quòd propter malũ priuatum, non eſt intermittenda. Sed neque dicimus hic, quòd pœnitens cuicunque confeſſori idiotæ in perplexis caſibus teneatur credere.

*Sent. autoris ſuper principali quæſt.*

¶ At verò quia inter medios fines nos incedere oportet, ita, vt occaſionatis, & cupidis anſa retinendi aliena auferatur, & in ſimplicitate bona ambulantibus æquitatis beneficium non ſubtrahatur: ideò puto opinionem Nauarri, Sylueſtri, & Angeli fore moderandam, *Moderatio opinionis Nauar. Syl ueſt. Angeli* vt tanquàm cum probabili opinione poſsit conniuere confeſſor, talique pœnitenti differre paranti ſolutionem paulatim faciendam impendere abſolutionem, ſcilicet, quòd talis opinio poſsit tolerari, quando creditor parùm, aut nihil detrimenti ex tali dilatione capit, quia tali pecunia ſibi debita nullatenus indiget: quia non erat eam expenſurus, ſed reconditurus & reſeruaturus in arca, veluti in theſauro, ſicut & aliam pecuniam habet, & quando ſimul cũ hoc debitor ex ſtatim facta ſolutione, non mediocrem iacturam ſubit, aut magnũ emolumentum inde ſibi deſiſtit comparare: pręſertim quando bonæ fidei debitor eſt, non ex furto, aut ex rapina. Alioquin non reputo eam tàm probabilem, vt ea opinione pœnitens ſe poſsit tueri ad retinendum alienum renitente Domino. Pręterquàm, quòd & ſic ſucciditur occaſio præoccupandi, & retinẽdi aliena. Quia aliàs qui ſtatim poteſt ſoluere totum, in quocunque debito, & nõ ſoluit non eſt capax abſolutionis, etiam ſi velit ſoluere partialiter per ſingulos menſes partem tantum.

# CAP. CXXI.

*An excuſetur debitor ſoluens per nuntium habitum pro fideli.*

*Cui perit res miſſa per nũtium.*

DEbitum ſolutum per perſonam pro fideli communiter habitam liberat debitorem à debito rei, quæ in eius dominium non eſt tranſlata, dum non fuit in culpa, vel mora. Vt, verbi gratia, res locata, vel commodatus equus, etiam ſi pereat per infidelitatem nuncij communiter habiti pro fideli, perit Domino, & non mittenti. Secus eſt in ſolutione pecuniæ mutuatæ: quia hîc transfertur dominium. Vnde quomodocunque pereat ante traditionem factã mutuatori, mutuatario eam mittenti perit.

*Conſilium Nauar.*

Vnde, vt conſulit Nauarrus, non fidant in hoc pœnitentes, quibuſlibet prædicatoribus, aut confeſſoribus pecuniam potius, quàm ſalutem animarum quærentibus. Et conſultum fuerit, vt quum vt conſulant honori occultè per mediatores reſtituunt, mediatores huiuſmodi recipiant ſyngrapham à creditore, vbi confiteatur tantam ſummam ſe accepiſſe pro ſolutione eius, quod alius ſibi debebat ſine expreſsione nominis, & eã pœnitenti tradant.

¶ At vero, quoniam D. Thomas impotentem ad reſtituendum ſtatim petere debere à creditore, vel remiſsionis debiti ſchedulam, aut dilationem, docet, niſi ſequatur ſcandalum, aut detectio peccati: de hac doctrina merito quis ambigere poteſt, ad quid refert iſtã poſtulaſſe dilationẽ, quia ſi potis nõ ſit ad ſoluendũ, impotentia eũ habet excuſatum. Reſpondetur ſecundum Sotum, quòd dum impotẽtia eſt manifeſta, & omnibus clara, nequaquàm opus eſt tali ſupplicatione dilationis. *Sotus gloſſatur D. Tho.* Igitur dictum D. Thom. ſecundum Sotum ſuum planum habet ſenſum, vt intelligatur petendam eſſe ſolutionis dilationem, quando non tantum clareſcit quòd debitor ſit omnino impotens ad ſtatim ſoluendum. Quia tunc ratione dubij an poſsit, vel non poſsit, vel ratione ſcandali vitandi, ne putetur debitor inuito Domino velle retinere alienum, petenda eſt à domino dilationis mora. *Nota pro viduis ne decipiãtur.* ¶ Adnotatu opus eſt hic, & repetitu, ne piæ viduæ compaſſione maritorum mortuorum, ſuis bonis do talibus expilentur quod quæſitũ eſt à multis, An defunctus detineatur in purgatorio, donec eius debita ſoluantur? *Reſpond. D. Thom.* Reſpondet D. Thom. negatiuè in quolib. 6. art. 13. Imò cũ iam purgatæ fuerint animæ euolant in cælum, etiam ſi per incuriam executorum debita perſoluta non ſint. *Sotus. Adrian. Angel.* Ita Sotus in de iuſtitia & iure, ita Adrianus in quolib. 8. contra Angelum, qui deceptus eſt, dum non bene perpendit caput ex litteris de rapt. Vbi dicitur: Vt à peccatis ſuis valeat liberari. Quia ſecundùm Nauarrum loco verbi, valeat, quod refertur ad defunctum, debet legi valeant, quod referatur ad hæredes, ſcilicet, liberari à peccato ſuæ negligentiæ. Aut germanius

manius intelligitur textus, quod intelligatur de ope tribuẽda mortuo accidẽtaliter per preces creditorum, vel pauperum bene ſatis *D. Thom.* factorum. Nam vt ait D. Thom, vbi ſupra, ſolutio debiti parum prodeſt defuncto, niſi accidentaliter modo prædicto. Vnde ſecun- *Nauar.* dùm Nauarrum, potiùs eſt compatiendum filijs notabiliter ſolutionem debitorum patris defuncti negligentibus, quàm parentibus, quibus condolent, eò quòd exiſtimant ex dilatata ſolutione in purgatorio detineri.

## CAP. CXXII.

*De impediente à conſecutione officij, an teneatur reſtituere.*

SVpereſt nũc illam agitare quæſtionem præcipua difficultate conſtantem. An qui alium, à cõſecutione officij aut beneficij, aut alterius boni impedit, *Cõtrouerſia.* reſtituere teneatur? Pro cuius expeditione, quia inter doctores ſumus eſt circa eã diſſen- *Adrian.* ſus, vt eſt videre per Adria. in 4. de reſtitutio- *Caiet.* ne q. 10. & per Caietanũ. 2. 2. q. 62. ar. 2. ad nu- *Nauar.* bes eam efferentem, libet primò Nauarri in ſua ſumma latina præiacere regulam. Ea nẽ- *Regula Nauar. circa impedientes* pe eſt: Omnis & ſolus ille impediens regulariter reſtituere impedito, & damnum paſſo tenetur, qui impedit alium à conſequendo officio, aut beneficio, aut alio bono, ita ei debito, vt habeat iam in eo, ius perfectum, quod appellãt ius in re acquiſitum per diſpoſitionem inter viuos, aut vltimam voluntatem, aut collationem, confirmationem, aut alium modum legitimum, aut erat ei de iuſtitia debitum: ita quod habebat acquiſitum aliquod ius imperfectum, quod appellant ad rem per iuſtam promiſsionem, emptionem, ſtipulationem, electionem, præſentationem, oppoſitionem, ſiue cõcurſum, expectatiuam, regreſſum, acceſſum, coadiutoriam, primogenium, legitimã, aut alium titulum, qui nõ dat ius perfectum, per quod acquiritur bonum, ſed quoddam imperfectum, per quod illi conuenit, & acquiritur aliqua actio, vel officium iudicis ad iure petendum; niſi impediatur per modos iuſtitiæ contrarios, videlicet, vim, metum, dolum mẽdacium, aut aliam fraudem, etiam ſi alias *Ratio.* odio, vel mala intentione impediat. Ratio primæ partis regulæ eſt diffinitio reſtitutionis, ex qua elicitur, quòd vbi non eſt debitum legale, non eſt quod reſtituatur: at ne-

A mini, cui non eſt ius in re, vel ad rem, vel officium iudicis ad petendum, eſt debitum aliquid, vt legale, licet forte ſit debitum vt morale, vel antidorale: ideò alijs quibus nihil iuris eſt, per impedimentum, ſecluſis dolo, metu, vi, fraude, nihil iuris aufertur, quia priuatio præſupponit habitum, & reſtitutio ſeu redditio præſupponit ablationem. Ita Nauarrus cap. 17. num. 69. *Nauar.*

¶ Iam hîc emergit illa quæſtio, ſcilicet, An intentio nocendi, aut malum iniuſtum *Quæſtio. An intentio inducat reſtitutionem.* inferendi in foro conſcientiæ neceſsitatem inducat reſtituendi. In qua quæſtione Scotus & Palude cum communi in 4. quæſt. 6. *Scot. Palu.* B art. 3. parti accedunt affirmatiuæ, quatenus dicunt, intentionem malam ſine opere iniurioſo, obligationem inducere reſtituendi. Quibus videtur accedere D. Thom. 2. 2. q. 62 art. 2. ad 4. arg. Vbi docet, quod impediens *D. Thom.* aliquem ne habeat præbendam, ſi impediat propter odium, vel vindictam, vel aliquid huiuſmodi, tenetur ad recompenſationem ſecundùm arbitrium ſapientis, iuxta qualitatem perſonarum, & negotij. Secus ſi intenderet honorem Dei, vel vtilitatem Eccleſię vbi totam vim reſtituendi, vel non, videtur D. Thom. in mala vel bona intentione collocare. Nam diſtinguit, vtrum mala intentione, vel bona præpedierit. Huic ſententiæ C accedit Ricardus & Caiet. in dubio ſupra dicta quæſtione, & articulo, videtur ei ſubſcri- *Ricard. Caiet.* bere. Citant autem in eius probationem. l. 1 ff. de aqua pluuiali arcenda. §. idem Labeo. Vbi habetur aperte, quod qui animo non *ff. de aqua pluu.* nocendi aquæductum, qui per ſuum fundũ, ad vicini poſſeſsionem deriuatur rumpit, nõ eſt iniurius: ſi verò id faciat, non vt ſibi proſit, ſed vt obſit vicino, iniurius eſt illi.

¶ At Nauarrus ſumma latina cap. 17. nu. 70. & Sotus de iuſtitia & iure lib. 4. quæſt. 6. *Nauar. Sot.* art. 3. in ſolutione ad 6. arg. q. aperte tenent, quod ſolus animus nocendi, quia poteſt eſſe D actus ſolùm contra charitatem, non inducit obligationem reſtituendi, quam non inducit, niſi ſit actus contra iuſtitiam. Nam Nauarrus ait intentionem malam ſine opere iniurioſo, nullatenus inducere reſtituendi obligationem. Et Sotus aſſerit, quòd malus animus ex odio, vel vindicta non grauat aliquem onere reſtituendi: ſed facere iniuſte, ſcilicet, nullo iure ſuo, ſed violando alienũ. Facere autem ex odio, ſignum eſt intẽdum, quod id faciens, nullo ſuo iure vtatur.

¶ Ecce controuerſiam ſuſcitatam: vbi, vt quid dignum dicamus, implorandum eſt diuinum auxilium. Igitur quo planius procedamus



cedamus concluſiones has ſtatuamus à minus controuerſis exordiendo.

*Conclu. 1.* ¶ Prima concluſio: Vbi aliàs iuſtum quis exequitur, & iuſtè à parte rei, nullam inferens iniuriam: ſola intentio nocẽdi, licet peccatum inducat, nullam tamen neceſsitatem inducit reſtituendi in foro conſcientiæ. Hęc *Nauar. Exempl. Ratio.* eſt Nauarri loco citato, vt patet in exemplo lictoris mala intentione ſuſpendentis iuſtè damnatum. Patet etiam; Nam miles in bello iuſto occidens hoſtem, diripiens ciuitatem malo animo, & fine, licet peccauit ob malum animum, non eſt tamẽ aſtrictus in conſcientia, ad reſtituendum quicquam. Et huiuſmodi potiſsima ratio eſt: quia iſti licet ob malum animum tranſgrediantur leges charitatis, vel aliarum virtutum, non tamen tranſgrediuntur leges iuſtitiæ ſpecialis: quarum tranſgreſsio ſola eſt iniurioſa, & obligat ad reſtituendum ſecundum Naua- *Gloſ. Felin.* rrum. Et patet etiam ex gloſſa celebri & recepta, vt tradit Felinus in cap. ſignificaſti de foro competẽti. corroborata optimo textu *De ſent. excommu.* in ca. à nobis. ſecundo. de ſententia excommunicationis. Et ſecundum omnes intentio mala ſine opere iniurioſo non obligat ad reſtituendum damnum.

*Conclu. 2.* ¶ Secunda concluſio: Quando is, quis alicuius officij, ſeu beneficij collator eſt, poteſt conferre tale officium, vel beneficium, huic vel alteri ſiquis blanditijs, ſine vi, metu, mendacijs, & dolo, apud iſtum collatorem officij, vel beneficij, vel gratuiti legati, ſatagit impedire ne tali, aut tali, cui alias collator cõſtituerat conferre, tale officium aut beneficium, aut legatum conferatur, à reſtitutione excuſatur, etiam ſi iſtud impedimentum malo præſtiterit animo. Hæc concluſio eſt *Sot. Naua.* Soti & Nauarri locis citatis. Verbi gratia, exemplis hanc ſuam concluſionẽ illuſtrant: Sicut qui blãditijs ſine vi, metu, aut mendacio, aut dolo, facit apud teſtatorem teſtamẽtum mutari, aut legatum in alium trãsferri, *C. ſi quis aliquod teſta.* reſtituere nõ tenetur, vt patet. l. fin. C. ſiquis aliquid teſtamen. prohib. Atque pari ratione ſubinferunt aliud exemplum, quòd neque qui impedit, ne collator, aut præſentator, aut elector conferat aut præſentet, aut eligat illum, aut illum, vt Rex, vel alius, qui poteſt conferre aliquod officium, vel aliud ius, illi vel illi tenebitur illi, aut illi reſtitue- *ff. ad. l. aquiliam.* re, vt eſt arg. l. illud ff. ad legem aquiliam. Et probatur: Quia ſi ipſi collatores, præſenta- *Ratio.* tores, teſtatores, eo quòd mutauerint ſententiam ſua ſponte, non tenentur aliquam recompenſationem facere omiſsis, eo quòd

A eos prætererunt, & loco illorum alios præfecerunt: ergo neque qui ſimplicibus verbis & precibus, ſine vi, & fraude, aut moleſta importunitate in cauſa fuerunt reuocandi collatorum, aut teſtatorum propoſitum, ad aliquam reſtitutionem obnoxij erunt: neque ſic impeditis quicquam recompenſare tenentur.

¶ Hinc ſequitur corollarie ad notũ quæ- *Quæſtio. De impediẽte ex odio.* ſitum à Nauarro, quid ſit dicendum, ſcilicet, an qui odio alicuius efficit, vt herus eius à ſe eijciat eum, qui non poteſt inuenire aliũ, qui tantùm ſalarij ei ſoluat, quantum herus eum abijciens dabat, teneatur reſtituere. Reſ- *Reſpon.* B pondetur plane, nõ tenetur, niſi in cauſa fuerit illi inſtigator, quòd herus contra iuſtitiæ legem ante lapſum temporis conuenti, eum dimitteret; vel niſi vi, aut fraudibus, vel mendacijs inſtitiſſet apud herum, vt eum à ſe legaret mentiendo eſſe furem, aut de aliquibus maleficijs ſuſpectum.

¶ Hinc etiam infertur, quòd non tenebi- *Coroll. De impediẽte ſine vi vel dolo.* tur reſtituere, qui ſine vi, mendacio, aut fraude prohibuit alicui profectionem ad epiſcopum, cui erat propoſitũ beneficium alicui digno conferendi, ne illum ſic ire prohibitum epiſcopus cognoſceret; qui ſi illũ cognouiſſet, illi beneficium illud contuliſſet. *Ratio Nauarri.* C Huius rationem affert Nauarrus: Quia illud beneficium non erat iſtius ſine fraude, aut vi, ad epiſcopum accedere prohibiti, neque illi debebatur; neque ab eo per modos iuſtitiæ contrarios fuit prohibitus: ſicut diximus antea.

¶ Sed iam hîc controuerti ſolet, illa quæ- *Quæſtio.* ſtio, quæ aliquid ſpecialis difficultatis præſefert, An ſi aliquis impedimento ſit, ne officium cathedræ conferatur legitimis oppoſitoribus, teneatur reſtituere.

¶ Pro deciſione quęſtionis ſit ſuo ordine *Conclu. 3.* tertia concluſio: Quando beneficia, vel officia cathedræ dantur per oppoſitionem, ſeu D concurſum digniori, ſtante ſtatuto, quòd neceſſario debeat conferri candidatis tempore præſtituto concurrentibus, & competentibus, ſi ſatis ſint in id qualificati: ſi aliquis impediendo obſtitit, ne conferrentur legitimis oppoſitoribus, ſeu concurrentibus candidatis, ſed alijs, reſtituere tenetur. Hæc *Naua. Sot.* eſt Nauarri loco ſupra allegato. Quam ait non eſſe contra Sotum. Quia Sotus loquitur de ſuffragantibus non dignioribus candidatorum: & Nauarrus hîc loquitur de impediẽtibus dari candidatis, vt detur cathedra illegitimis oppoſitoribus. Patet autem conclu- *Ratio.* ſio; quia iam illi candidati & legitimi oppoſitores

ſitores per tale ſtatutum, ius quoddam perfectum acquiſierant ad petendum, vt alicui ex ipſis conferrentur hæc officia. Vnde quē admodum qui iniuſte ab opere agricolā, ab ſcribendo ſcribā impedit, tenetur reſtituere, quia impedit ab eo, quod ipſi iure cō uenit, ſcilicet, laborare, aut ſcribere: ſic qui huiuſmodi cādidatis, legitimiſque oppoſitoribus obſtitit, ne aſſequerentur cathedram, præpediendoque in cauſa fuit, vt illegitimis oppoſitoribus, & non candidatis ſit collata; tenetur illis reſtituere.

*Conclu.4.*

℃ Quarta concluſio. Vocales ſuffragia præſtantes, in cathedrarū vacationibus, qui per ſuas voces & vota ſuffragantur dignis, prætermiſsis dignioribus; dum eligantur ex numero candidatorum, & legitimorum oppoſitorum, ad nullam reſtitutionem tenentur prætermiſsis dignioribus, neque ipſi vniuerſitati. Hæc concluſio eſt Soti & Nauarri locis citatis. Probatque eam Sotus à ſimili: Sicut collator præbendarum, ſi prouideat promoueatque ad eas dignos, non tenetur Eccleſiæ neque dignioribus omiſsis aliquid reſtituere, ſed tantum illorum, in alijs prouiſionibus tenebitur habere rationē. Cuius ratio aſsignatur; quia licet ſuffragatores iſti, vt rectè pr obat Sotus nō ſint meri teſtes, ſed potius electores, quia ſi teſtes tantū eſſent, ſufficerēt pauciores: tamē quia electores ſunt, poſſunt renuntiare iuri eligēdi: niſi propter paucitatem, vel reſcindendas fraudes per cōſiliarios, vel rectores eligere compellantur. Vnde ſuppoſito, quod ſua præſtantes ſuffragia, dignum eligunt: licet prætermittendo digniorem contra iuſtitiam diſtributiuam peccent: tamen de rigore iuſtitiæ reſtituere non tenentur; quia vniuerſitati dant, quod ei de rigore iuſtitiæ debent cōmutatiuæ.

*Nauar. Sotus. Exempl.*

*Conclu.5.*

℃ Quinta concluſio: Si tales ſuffragatores in cathedra eligant indignum pretermiſſo digno, reſtitutioni tenentur non illi digno prætermiſſo, ſed vniuerſitati, ſi id modo poſsint reſtituere. Hæc eſt Soti, & Nauarri, locis citatis. Et patet: Nam ſtipendia vniuerſitatis non ſunt inſtituta in rem ipſarum perſonarum, ſed mera ſtipendia ſunt, quæ vniuerſitas conſignat ſuis miniſtris. Vnde ſicut Rex, qui præficit indignum ad munus rei publicæ preterito digno, non tenetur tali omiſſo digno, quidquam recompenſare, ſed reipublicæ; ita, qui elegit indignum cathedraticum, digno, aut digniori repudiato, reſtituere non eſt obnoxius; niſi vniuerſitati tantum, qui ſuum ſoluit ſtipendium. Et hæc duæ vltime concluſiones ſtabilite ſunt pro male ſuffragantibus.

*Sot. Nauar. Ratio.*

*Queſtio. Conclu.6.*

℃ Sed quid de impedientibus? De his ſit ſexta concluſio: Qui impediret legitimum oppoſitorem à cathedræ conſecutione, quā certum erat alioquin obtenturum per vim, vel fraudem, arcendo eum à petenda cathedra, vel decipiendo electores, ne illum eligant, aſſerendo falſè, eum eſſe imperitum, aut ignarum, vel aliter: tenetur ei vel in partem, vel in totū pro ratione fraudis, aut vis, recompenſare. Hæc concluſio eſt Soti loco citato. Pateſcitque exinde: quia ſic impediēdo ſpoliat ipſum eo iure, quod ad petēdam cathedram habet: ergo tenetur ei ſic remetiri iniuriam.

*Sotus.*

*Queſtio. De prohibitis ſuffragari.*

℃ Sed quid, vtrum qui prohibiti ſunt ſuffragari per ſtatuta vniuerſitatis: ſi ſuffragentur, iniuſtitiam committant reſtitutioni obnoxiam præmiſſa diſtinctione, quod alij qui de facto ſuffragantur, qui nō ſunt electores, quia neque illius cathedræ auditores: alij electores ſunt, ſed prohibiti ſuffragari propter ambitum ſubornationis.

*Conclu.7.*

℃ Sit ſeptima concluſio: Si aliqui cum auditores illius cathedræ non ſint, furtim ſe ingerunt ad ſuffragandum, damnum ſiquod per ſua ſuffragia dederint, reſtituere tenentur. Hæc concluſio eſt Soti loco citato. Patet ex eius ratione: quia iſti re vera iure eligendi omnino carent; ergo ſi per eorum voces aliquis electus euadat, quia eligendo intulere damnum, quia illi videntur ſurripuiſſe cathedram, illi iacturam reparare tenētur.

*Sotus.*

*Conclu.8.*

℃ Octaua concluſio: Ambitores, in cathedris, vel munera accipientes pro electionibus, & violatores ſtatutorum vniuerſitatis, qui ideo inhabilitantur per talia ſtatuta ad electiones, & non aſcripti albo ſcholariū, ſi introgerēdo ſe ad electionem, quid iacturæ per ſua vota cauſati fuerint, alias eligendis reſtituere tenentur ante condemnationem. Hæc concluſio eſt Metinæ Salmantiçenſis in ſua prima ſecundæ materia de legibus. Hanc etiam dicit ibi tenere alios, contra Sotum loco citato. Quorum opinio (inquit Metina) ſemper ſibi placuit, & mihi certe magis applaudit; quia re vera cū inhabiles per ſtatuta reddantur, non ſunt veri electores, & quia non ſunt ſtatuta pœnalia, ſed inhabilitantia. Vnde ſicut excommunicatio maior latæ ſententiæ, & ſuſpenſio ab officio, ſecum trahunt executionem, ideò annullant electionem de ſe; ita huiuſmodi priuationes ſtatutorum vniuerſitatis veluti quædam inhabilitationes ſunt ipſo facto, quia excutione ſententie iudicis non eſt opus ad priuandum tali voce eligendi, quia priuationes vocum in electionibus, veluti quædam ſuſpenſiones ſunt, & inhabilitationes. Hæc mihi probabilior eſt, quamuis oppoſitam non auſim omnino damnare. Vellem tamen ad melius arbitrandum, ipſos tenores ſtatutorum vniuerſitatis vidiſſe. Interim tamen conſuetudini ſtandum conſeo: quæ eſt optima legum interpretatrix: nam ſecluſa oppoſita cōſuetudine preualet apud me Metinæ ſententia.

*Metin. contra Sotum.*

*Exempl.*

*Sent. autoris*



# CAP. CXXIII.

*An mala intentio actum alioquin non iniuſtum faciat reſtitutioni obnoxium.*

NE ſuccidamus ſeriem materie & concluſionum appendicum ad quæſtionem, de qua præcipuè quærebatur, & ne inſtitutæ potiſsime quæſtionis videamur obliti ad eam rurſum regredimur, ne videamur eam præ difficultate, quam præſefert diſsimulaſſe.

*Quæſtio. An intentio ſola faciat actum iniuſtum. D.Thom.*

℃ Igitur quæſtio, vt apertius proponatur eſt, An ſola mala intentio, & malus animus nocendi actum alioquin non iniuſtum faciat iniuſtū, & reſtitutioni obnoxium. Nā D.Thom. loco allegato. 2.2. queſt. 62. arti. c. 2 ad 4. arg. expreſſê ait, quòd impedire aliquem à præbenda dupliciter ſtat; vno modo iuſtè, putâ, cum bona intentione honoris Dei, & vtilitatis Eccleſiæ: alio modo iniuſte, putà, cum intentione mala nocendi. Ergo ſecundum ipſum, quia iuſtum vel iniuſtum præbendæ impedimentum exemplificat, & commonſtrat per malam, vel bonam intentionem, dicendo, putà, iniuſtum eſt, ſi malè intendat., ſed non eſt iniuſtum impedimentum, ſi bonum intēdat; videtur inſinuare ſolam malam intentionem facere iniuſtū, quod alias bona intentione factum eſſet iuſtum. Certè quæſtio eſt intricatior, quam vt Thomiſtæ exactè ſe expediant.

℃ Igitur rurſus pro expeditione quæſtionis.

*Conclu.1.*

℃ Sit prima concluſio de damnificante præter intentionem, ne aliquid omittamus: Si aliquis ſine culpa ſua, & præter intentionem ſed fortuitò, damnum intulit alicui, ad reſtitutionem non tenebitur. Hæc concluſio patet: Quia iſte non eſt cauſa damni: ergo non tenetur obligatione reſtituendi. Quia non dicitur aliquis cauſa damni, nec alium damnificare, quando illud neque ex intentione, neque ex culpabili negligentia infert. Hinc corollariè deducitur, quòd qui abſque mala intentione dando operam rei licitæ combuſsit ſegetes, omnem cautelam debitam adhibendo, ne id eueniret damni in foro conſcientiæ, ad nihil reſtituendum tenetur, quidquid ſit in foro exteriori, quia in præſumptione interdum fundatur.

*Ratio.*

*Coroll.*

*Conclu.2.*

¶ Secunda cōcluſio, quæ eſt Sancti Thomæ euentus ſequens ad aliquem actum interiorem, ſeu volitionem animi, quando eſt præcogitatus aliquid addit malitiæ, vel bonitatis ipſi volitioni interiori. Si autem talis euentus, ſeu ſucceſſus non fuit præcogitatus, & ſequitur de perſe, id eſt, vt in plurimum ex tali cauſa præcedenti intenta, vel volita, etiam talis euentus, ſi malus ſit aliquid malitiæ addit. Si tamen talis caſus, ſeu euentus ſequitur de per accidens, & raro & non fuit præcogitatus, neque debuit præcogitari, quia nulla ſuberat ratio præcogitandi: tunc talis ſucceſſus malus nihil malitiæ addit ad ſuam volitam cauſam. Hac ſuppoſita concluſione, ſeu doctrina Diui Thomæ, quæ viam ſternit ad plures percallendas veritates.

*Quæſtio.*

℃ Quæritur nunc, ſi Petrus interfecit hominem occulte animo maligno nocendi inimico Ioanni, vt Ioanni tanquam authori homicidium aſcriberetur, ſi Ioannes propter ſuſpicionem talis homicidij comprehendatur, in carceremque conijciatur, & vexetur per miniſtros iuſtitiæ, an verus homicida, qui fuit Petrus teneatur hæc dāna, etſi quæ alias Ioannes eſt paſſus, Ioanni reſarcire.

*Variant doctores. Sot. Naua. cōtr. Ioſeph. Ricar. Scot.*

Et quidem ſententia Soti & Nauarri aſſerentium eſt, quod ſola mala intentio, niſi quis committat actum iniuſtum, qualem non commiſit Petrus circa Ioannem, interficiendo illum hominem nō facit obnoxiū ad reſtitutionem. Oppoſitam ſententiam in hoc caſu tuetur Frater Ioſephus Minorita in ſuis floribus, eius authores referens eſſe Ricardum, & Scotum. Pro extricanda veritate quæſtionis quæ ſatis perplexa eſt.

*Conclu.3.*

℃ Sit tertia concluſio: Quando quis mala intentione nocendi exercet actum, licet per illum non pertingat directe, vel immediate ad euentum illius nocumēti, vel damni, quod intendit per talem actum: tamen, ſi per talem actum, ſufficientem, & efficacē cauſam damni dedit, quia ille actus ex diſpoſitione negotiorum præſentium ſufficiens erat, & aptus natus ad illud damni cauſandum: tunc tenebitur iſte ex mala intentione ope-

ne operans reſtaurare damnum illud, etiam indirecte ex ſuo opere illatum. Hæc concluſio patet; quia ſecundùm regulam iuris, qui cauſam damni dat, iure ſuper hoc eum ſatisfacere oportet: at hîc ſufficientē cauſam dāni dedit; ergo ſtringitur ad ſatisfaciendum. *Ratio. reg. iuris.*

*Ratio ex D. Thom.* Et patet ex doctrina Diui Thomæ, quia iſte euentus cum ſit præcogitatus addit nouam malitiam, qua voluit exercere actum aptum natum cooperari ad illum nociuum euentum.

*Coroll. 1.* ¶ Hinc ſequitur, quod in hoc caſu concluſionis, vera eſt ſententia Ricardi, & Scoti, quòd malus animus inducit obligationē reſtituendi, licet nullus actus iniuſtus exterior directe commiſſus ſit contra alium, cui voluit nocere. Sed contra; quia in caſu concluſionis iſtius tertiæ, videtur etiam ſi caruiſſet animo nocendi teneretur ad id damni reſarciendum. Sed de hac obiectione poſtea dicemus, quam nunc omnino negamus.

*Coroll. 2.* ¶ Ex hac cōcluſione corollariè ſequitur ſatisfactio ad prædictam quæſtionem, ſcilicet, quòd in caſu prædicto, vbi Petrus animo nocendi Ioanni, vt Ioanni imputaretur mors, ideò occidit hominem ſi iam inter hominem occiſum, & Ioannem, quem Petrus homicida à principio intendit haberi homicidij authorem, aliquæ inimicitiæ, rixæ, vel minæ antea interceſſerant, tunc, quia ſtante iſta præſentanea diſpoſitione negotiorum, & inimicitiarum, & diſſenſionum illa occiſio alterius hominis, apta nata fuit cauſare iſtam moleſtiam inferendam Ioanni per miniſtros iuſtitiæ, Petrus, qui animo hoc nocendi occidit, tenetur ad id damnum reparandum Ioanni iniuſtè paſſo. Nec hoc credo Nauarrus, aut Sotus, aut quiſquam cordatus doctor negaret.

*Quæſtio. De nocente ſine intent.* ¶ Sed quid, ſi talis Petrus ſine animo nocendi Ioanni interfeciſſet hominem, vt ſe ſe de homine illo vindicaret, inde tamen propter ſuſpicionem raptus eſt Ioannes, expoſituſque ad torturam coniectuſque eſt in carcerem. Reſpondetur per quartam concluſionem.

*Conclu. 4.* ¶ Sit igitur quarta concluſio; Caſu, quo Petrus occultè occidit aliquem, cuius occaſione comprehenſus eſt Ioannes, propter indicia, punituſque eſt in pecunia; ſi Petrus non occiderit hominem malo animo nocēdi Ioanni: neque fraudulenter, vt Ioannes caperetur, non tenetur quidquam Ioanni reſtituere: ſed tantum ad reſtitutionem occiſi vel percuſsi. Hæc eſt fratris Ioſephi in ſuis floribus quam ait eſſe Ricardi, & Scoti: eſt *Ioſeph. Ricar. Scot.* A Fratris Antonij Cordubenſ. in additionibus ad tractatum de caſibus cōſcientiæ queſtio. 175. In qua ait concordare Sotum de iuſtitia, & iure, libro quarto. & ita eſt, quia ego hiſce oculis legi ibi. Addit vero in ea cōcordare Nauarrum in ſumma capite. decimo quinto. numero. decimo ſeptimo. Sed hanc concordantiam ego ibi non inuenio. Et ait clarius quam omnes, hanc tenere Pedraçam in ſuo confeſsionario quinto præcepto. Et ſecundum eundem Cordubam Metina huic concluſioni non contradicit, vt imponit illi Nauarrus. *Cordub. Sotus. Nauar. Pedraça. Metina.*

*Intelligē. concluſio.* ¶ Et hæc concluſio intelligitur, etiam ſi B ex diſpoſitione negotiorum præcedenti, indicia eſſent contra Ioannem: quia occiſus ante mortem commiſerat manum cum illo irreconciliabiliſque cum Ioanne manſerat. *Probatio.* Probatur autem concluſio: quia ille actus occiſionis hominis ſuapte natura non erat natus inferre illud incommodum Ioanni. Neque ex fraude Petrus illam occiſionem per ſuam intentionem poſitiuam direxit, vt cooperaretur occaſionaliter ad incutiendas moleſtias, quas ob id à miniſtris iuſtitiæ paſſus eſt Ioannes. Quin potius aliquomodo iſte euentus Ioanni tam moleſtus, ſcilicet, quod propter indicia præcedentia conie C ctus ſit in carcerem pecuniaque mulctatus ſibi acceptus eſt ferendus, & aliquomodo tribuendus, quatenus talium indiciorum & ſuſpicionis imminentis contra ſe, antea cauſam dederat per conflictum, quem habuerat cum occiſo. Igitur Petrus, qui fuit homicida occultus, illi quicquam reſtitutionis non debet.

*Aliquomodo eſt vera opinio Scoti.* ¶ Ecce quomodo vera eſt aliquo modo opinio Scoti, ſcilicet, quòd ſola mala intentio non abſolute conſiderata, ſed quatenus dirigit actum, eumque applicat, vt mediante diſpoſitione negotiorum, ſtante de præſenti ſuſpicione efficaciter, ſeu occaſionali D ter cooperetur ad damnum, poteſt obligationem reſtitutionis indulcere. *Probatio.* Patet: quia illa intētio illum actum, reſpectu etiam Ioannis, cui inde malus euentus accidit inde iniuſtum fecit. Quia ſi illum actum occiſionis per ſuam intentionem ad inferendam moleſtiam Ioanni Petrus non deſtinaſſet, neque illam occiſionem, vt medium ad hoc machinatus fuiſſet, neque id damni Ioanni ſubſequutum fuiſſet.

*Coroll. de edente libellum infam.* ¶ Hinc ſequitur quòd ſi quis occultè edens libellum infamatorium, illum ſecretò appendit in publico, animo, ſolo nocēdi ibi in libello infamato, ſi alij inimici ſic infamati pro-



ti propter ſuſpicionem odij, vel alia indicia A fuere comprehenſi, in carceremque coniecti alijsque pœnis plexi innocenter tamen: nō ideò iſte occultus libelli infamatorij author tenetur his reparare incurſum damnum. Quia propter adductas rationes, ſatis eſt ſi in libello diffamatoriè diuulgato ſatisfaciat.

*Quæſt. An qui præcogitabit dānum neque intendit de eo teneatur.* ¶ At ſcrupulo dubij forte exagitabitur aliquis ſi is, qui non animo nocendi alteri, ideſt, Ioanni; ſed in ſuæ iniuriæ vltionem, aggreſſus eſt occidere hominem, dumque id in animo ſuo deſtinaret, ſubijt mentem quòd inde Ioannes, quia inimicus erat occidendi, quia illi minatus mortem fuerat, in B ſuſpicionem illius mortis poſſet venire, & illius reus exiſtimari, atque ideo male vexari: an ſi cum aduertentia iſtius euentus, quē tamen non intendit, quia ſolum intendit iſte intentator mortis de ſuo inimico ſe vindicare, ſi ſic occiderit, iſteque præcogitatus, & animaduerſus antea euentus euenerit, tunc teneatur ad reſarciendum Ioanni moleſtias & damna, quæ inde eſt paſſus. *Obiectio.* Nam videtur certè teneatur; quia iſte euentus fuit præcogitatus, vt ſupponimus, & ſtante diſpoſitione præuia odij, & diſſenſionis inter occiſum, & Ioannem, moraliter loquendo, talis occiſio imputanda erat Ioan- C ni. ¶ Igitur ſatisfacturi quæſtioni ſubtrepidè ſtatuimus quintā concluſionem.

*Concl. 5.* ¶ Quinta concluſio; Non eſt certum, quòd in caſu quæſtionis vbi Petrus ſolo animo vindicandi ſe & non animo officiendi Ioanni, occidit inimicum Ioannis, etiam ſi præcogitauerit talem necem adſcribendam Ioanni, quòd Petrus teneatur reficere Ioanni pro moleſtijs, & damnis inde præter intentionem Petri ſubortis Ioanni. Quare non auderem Petrum ad aliquid reſtituendum Ioāni de rigore iuſtitiæ obligare. Rationes, quæ me mouent ſunt hæ.

*Ratio. 1.* Prima; quia doctores de hac materia loquentes, Petrum ſaluant à D reſtitutione ob mortem à ſe illatam attributam falſò Ioanni, quando mala intentione, & fraudulenter non occidit hoc fine, vt Ioāni imputaretur. Hîc autem; licet Petrus id præcogitauerit euenire poſſe: ſed omnis circa hoc abſuit fraus, & mala intentio. Ergo excuſandus eſt à reſtitutione Petrus facienda Ioanni, poſtquam doctores eum vt reum talis reſtitutionis non pronunciant.

*Ratio. 2.* ¶ Accedit, & alia ratio, ſcilicet, quia occiſio illa hominis intenta à Petro gratia ſe vindicandi de necato tantum, non eſt cauſa directa de per ſe moleſtiæ & grauaminis inde A emergentium Ioanni, ergo non inducit obligationem reſtituendi Ioanni.

*Ratio. 3.* ¶ Tertio; quia tam moraliter ſequitur ex non reuelatione, & manifeſtatione furis furtum aliquando, ſicut ex nece inimici occulte procurata à Petro, imputatio illius Ioanni, cuius occiſus etiam inimicus notus erat: ſed non reuelator, aut non manifeſtator furis, quia ex iuſtitia furē detegere non tenebatur, non tenetur de tali furto reſtituendo: ergo neque Petrus Ioanni. Quia, vt videtur, non tenetur de iuſtitia Petrus vitare illum euentum: ergo reſpectu illius non tenebitur quicquam Ioanni reſarcire.

*Ratio. 4.* B ¶ Item quartò; quia licet euentus indirectè volitus ſit culpabilis, quando eius aduertimus cauſam, intelligitur quando poteramus, & tenebamur eius vitare cauſam, eſt tunc culpabilis, imputaturque ad culpam, & ad pœnam: ſi talis cauſa poſitiue, & de ſe apta nata erat cooperari ad talem euentum. Alioquin non imputatur ad reſtitutionem.

*Exempl.* Sicut, verbi gratia mulier procax aduertens, & præcogitans quòd ex eò, quôd ſe conſpicuam ponit ad tranſennam, vel ianuam publicam inde ſcit ſe fore adamandam, de quo ſibi complacet ſi præcogitauit etiam interprocos eius interceſſuras ex tali conſpectu C rixas, vulneraque futura. Hoc autem non intendit, nec ſibi placet, ſi poſtea huiuſmodi vulnera ſubſequuta ſint, licet mulier peccauerit, quis eam ob id ream reſtitutionis pro talibus vulneribus in foro conſcientiæ pronunciabit? Quia iſta cauſa, ſcilicet, tali proſpectui ſe exponere non tam cauſa quā occaſio illius euentus percuſsionis, & vulnerum fuit. Qui euentus licet præcogitatus, non tamen intentus fuit.

*Sotus.* ¶ Accedit præterea, quòd ſecundùm Sotum de iuſtitia & iure lib. 4. quæſt. 6. arti. 3. reſtitutio in foro conſcientiæ non obligat, niſi in illis caſibus, in quibus ſi veritas publi D cè conſtaret obligatio ſecundùm leges oriretur in foro exteriori. At vero, ſi conſtaret in foro exteriori, quòd Petrus ſolùm ſe vlciſcendi cauſa hominem occiderit ſine intentione imputandi mortem illius Ioanni, conſtita hac veritate Petrum ſolùm pro tali homicidio reum pronuntiaret lex, & iudex, nec quicquam de reſtituendo Ioanni curaret, ſed cauſa inimicitiarum, & ſuſpicionis, & non immeritò tales moleſtias, & incarcerationem Ioannem ſuſtinuiſſe lex iudicaret. Nam lex nuſquam intendit punire ſine culpa, aut ſine cauſa. Quòd ſi nulla ſubeſſet cauſa indiciorū contra Ioannē, tūc ſicut iudici,

qui eum illegitimè vexauit, imputanda eſt culpa, ita & reſtitutionis obligatio. Sub aliorum cenſura hæc dicta ſint.

# CAP. CXXIIII.

*De caſibus aliquibus, in quibus intentio, vel eius defectus cauſat reſtitutionem.*

*Quæſtio. De literis deceptorijs.*

IAm ex prædictis aliqualiter innoteſcit, quid ſit dicendum ad hanc quæſtionem, quid ſi Antonius exiſtens Venetijs ſcribit Petro exiſtenti Placentiæ, quòd Venetijs multum valet frumentum. At verò Petrus his literis fidem adhibens magnam copiam tritici tranſmiſit Venetias, vbi comperiens literas falſitatem continuiſſe, magnam iacturam paſſus eſt, an hoc caſu Antonius Petro talem teneatur reficere iacturam, & damnum. Ad hanc quæſtionem dico primum, quòd in caſu quæſtionis (prout iacet) palàm eſt Antonium Petro ad reſtitutionem teneri damni: quia cum in culpa fuerit, malitioſè & falſè ſcribendo Petro, ſufficientem cauſam damni ei dediſſe conuincitur.

*Dictum. 1.*

¶ Secundo dico; Si huiuſmodi literæ ipſi Petro directę non fuiſſent, ſed alteri, ſi Petrus eas aperiendo legiſſet, & credens eis fuiſſe damnificatus, licet Antonius mortaliter peccaſſet, non tamē teneretur reſtituere damnum ipſi Petro: nam ipſi Petro damnū ſuum imputandum venit, eò quod leuis fuit ad credendum. Non enim Antonius dedit efficacem cauſam damni, ipſi Petro: ſed ſua leuitas.

*Dictum. 2.*

¶ Deinde huic præcedenti affinis videtur & hæc quæſtio; ſi Petrus fingit literas, in quibus continetur, quòd hoc anno non eſt oleum in Alcarria, vel Riparia, vel in Alxarauia Hiſpalenſi eaſque literas proijcit, vt inueniantur; Ioanneſque cum inuenit illas, id verum eſſe credens omnem copiam olei, quam ibi reperit, ſibi comparauit, ſpe adductus multi lucri, veruntamen magnam iacturam inde ſubijt, an Petrus id damni teneatur reparare Ioanni. Cui quęſtioni ſatiſfacturus dico primo, quòd Petrus contra fraternam charitatem deliquit, ſi decipiendi illum mercatorem, vel alium habuit animum per proiectionem literarum illarum: atque ideo non valet à mortali excuſari.

*Quæſt. De liter. fictitijs damnificātibus.*

*Dictum. 1.*

¶ Secundò dico. Non auderem in hoc caſu Petrum ad aliquam reſtitutionem faciendam Ioanni obligare: quia Ioannes leuiter A videtur eſſe motus propter tales literas, ad huiuſmodi oleum emendum. Et ideò ſibi aſcribat id damni, quod eſt paſſus: nec enim ſi mens eius leuis non fuiſſet ſufficiens cauſa damni ei oblata eſt.

*Dictum. 2.*

¶ Sed quid, ſi Ioānes inueniat literas apertas, vel laceratas miſſas Petro, continentes, quòd in tali loco non ſunt tales merces, puta oleum, vinum quòd quærat emere, ſi Ioannes feſtinat emere ante Petrum, an Petro iniuriam dignam reſtitutione faciat. Dico plane, quòd non, neque enim Ioannes tunc peccat; neque ad aliquid tenetur: ſed prudēter feciſſe, D. Antoninus autumat.

*D. Anton.*

B ¶ Hinc, ſi quis det literas generales ad aliquem dicens; Præſentium latori adhibeas ſidem, ſecundùm Panormitan. in cap. fraternitati non derogant ſcribenti, nec lator per hoc aliquid poteſt intentare in pręiudicium ſcribentis: quia potius ſunt literæ commendatitiæ, niſi addit aliquid dicens, detis quod petit ſub periculo meo, vel ſub fide mea, & huiuſmodi. Addit vero Panormitanus, quod ego vix crediderim, quòd quando doloſè, ideſt, cum decipiendi animo miſerit literas generales dicendo: Latori harum literarum adhibeatis fidem, tunc tenebitur ad reſtitutionem ſic decepto, ſi aliquid nomine illius C contulerit literarum latori. At potius hanc quæſtionem ſic cenſeo librandam, ſcilicet, quando literæ generales, adeò vniuerſaliter loquuntur, vt meritò leuis corde debeat reputari, qui talibus verbis perſuaſus eſt, ad latori aliquid dandum: quando ex forma loquendi, tantum videntur literæ commēdatitiæ: tunc profectò etſi mala intentione fallendi tales literas miſerit, reſtitutioni non ſit obnoxius. Quia illa ſententia Soti, & Nauarri hic locū habere videtur, ſcilicet, quòd ſola intentio nocendi obligationem reſtituendi non infert, quando iniuſtitiæ nō dat ſufficientem, & efficacem cauſam.

*De literis generalibus.*

*Panormi.*

*Sententia autoris.*

*Sot. Nau.*

¶ Vnde etſi aliquid in hac parte reſtituē D dum venit, exiſtimo non integrum fore reſtituendum: ſed arbitrio boni viri, penſato ex vna parte, quòd aliqualis data eſt occaſio decipiendi præſertim potius ſimplici, & rudi quam peracuto, & penſato ex alia parte, quòd ipſi etiam ſua culpa, & non tam ex verbis literarum ſolum, quàm ex ſua leuitate videtur ſe voluiſſe decipi. Quemadmodū Sotus ait de ſub ficta pollicitatione nuptiarum, obtinente copulam à puella inferioris ſtatus, & generis, quòd hic puellæ deceptæ teneatur recompenſare aliquid ad nuptias, non integrè: ſed arbitrio Boni viri,

*Moderatio.*

*Exempla Soti.*



viri, attenta ex vna parte iniuria violationis illata illi, & attento ex alia parte, quôd ipſa leuiter perſuaſa videtur ſe voluiſſe decipi, poſtquàm potuit, & debuit deprehēdere fallaciā. Sic in caſu præſenti; & hoc forte ſolum probat argum. l. quod venditio. ff. de dolo. quod adducitur pro Panormi.

*ff. de dolo.*

*De liter. general.*

¶ Quòd ſi tales literas generales miſſor miſerit bona fide, ſine dolo, quæ ex ſe ſufficientes non erant ad decipiendum, maximè quando miſſor ſua ſimplicitate verè ſe tueri poteſt, ſi quid damni ſubijt: qui eis leuiter adhibuit fidem, quia literæ tantum commēdatitiæ poterant cenſeri, ſibi eſt imputandū.

*De liter. ſpecial.*

¶ At verò quando literæ ſunt magis ſpeciales, vt cum dicitur: Tali, qui de mente mea eſt informatus fidem adhibeatis plenā, tunc tenetur ſcribens ad ſubſequutum inde damnum, & ille cui ſcribitur aget contra eum. Non tamen credere debet ei in aliquo quod ei approprietur. Facit lex ſi vero remunerandi. ff. man. de hoc vide Panorm. in dicto cap. fraternitati & Bart. in. l. Lucius. ff. de fideiuſſo.

*ff. man.*

*Panor.*

*Bart.*

*Quæſtio. De data pecun. ſine expreſſ. cauſ.*

Hinc iam quoque pateſcit & illa huic affinis difficultas, quando Petrus Ioanni ſummam pecuniæ dedit, dicens, Accipe, nihil addens, ex quo de ſua intentione an dederit cauſa depoſiti, aut cuſtodiæ, aut gratia donationis irredibilis, innoteſcere poſsit Ioanni: an tunc Ioannes in conſcientia citra ſcrupulum eam pecuniæ ſummam poſsit ſibi retinere, nihil rogans propter conſcientiam. Cuius quæſtionis cum meminerit Armilla verbo, reſtitutio §. 49. ſic quæſtionem abſoluit, ſcilicet, ſi Petrus ſoluit Ioanni eam ſummam pecuniæ credens Ioannem ſuum verum eſſe creditorem, tenetur Ioannes cum verus non eſt creditor Petri, à Petro ſic acceptum reſtituere, quia per ignorantiam id ſibi ſoluit Petrus. Si autem non ſciebat Petrus, Ioānem eſſe ſuum creditorem, non tenetur reſtituere. Quia ex quo ſcienter fecit, videtur donaſſe: & ſic Ioannes non tenet alienum, quia ex præſumpta donatione factum eſt ſuum. Sed profectô, niſi fallor, id dubij inſufficienter reſoluit. Quia in contrarium ſtat regula, ſeu axioma iuriſtarum dicentiū, quòd, in dubio nemo ſuum iactare pręſumitur, aut renuntiare iuri ſuo: quia natura eſt auara.

*Armillæ reſol. anſufficiens.*

¶ Igitur ſic exactius mihi hanc quęſtionem decidere poſſe videor, ſi circunſtantias caſus expenderim prius, quemadmodum ſit in materia de ſimonia, aut de vſura: cum an aliquid ſit donatum gratis, aut collatum ratione mutui, aut ratione rei ſpiritualis A cōtingit dubitari. Nam ſicut in his caſibus, ſic & hîc licet nos regulare. Hoc pacto, ſcilicet, quòd ſi dator pecuniæ illius aliàs munificus ſit, qui in alios magnificus & liberalis ſolitus eſt eſſe, ſimilia largiendo, nec quantitas eſt adeò magna, vt præſumendus ſit noluiſſe donare: ſed cauſa cuſtodiæ dediſſe, & is, cui contulit amicus ſibi, & gratus erat, tunc cenſendus eſt illi donaſſe gratis: aliàs ſecus. Quia prædictum axioma perſtat, ſcilicet, quòd in dubio nemo ſuum iactare præſumitur; præſertim vbi coniecturæ, & præſumptiones, non flectunt animum ad donationem fuiſſe creB dendum. Ideo ſtante tali dubio, opus eſt, ſi fieri poſsit conſulere animum dantis, an gratis dederit, an cauſa cuſtodiæ. Alioquin ad coniecturas probabiles pro parte, qua fuerint inclinandum eſt. Quòd ſi res in ancipiti ſit: adhuc perſtat ſententia, ſcilicet, quòd nemo quod ſuum eſt iactare præſumitur.

*Sententia autoris.*

*Axioma cōmune.*

¶ Hinc etiam illuceſcere poteſt & dubiū illud huic non omnino abſimile, ſcilicet, ſi Petrus Ioanni aliquid donet ſcilicet creditori ſuo, cui debitor eſt, non tamē debiti iſtius actualiter meminit, an cenſendus ſit dediſſe pro debito. Cui fit ſatis per diſtinctionem C breuiter. Nam ſi loquamur in foro exteriori, in dubio dum de oppoſita intentione nō conſtat, Petrus cenſebitur id dediſſe Ioanni cauſa compenſandi debitum, dum oppoſitum non explicuerit. At in foro conſcientiæ ſecundum fratrem Martinum de Ledeſma: dū Petrus Ioāni id donare ſe dixit, non poterit iam ex tunc illud datum computare pro debito, hac conſideratione ſola ductus, quòd ſi actualiter cum dedit, meminiſſet, non donaſſet Ioanni, ſed id dati dediſſet in ſolutionē debiti quia illa donatio, vt ſupponimus fuit abſoluta & iſta conditionalis eſt, ſi meminiſſet dediſſet pro debito, & nō D donaſſet, quæ conditionalis nihil ponit in eſſe.

*Quæſtio. De donante creditori ſuo*

*Reſp.*

*Martinus Ledeſma.*

BIBLIO…

¶ Accedit & dubium, Si quis contraxit obligationem cum minore intra viginti quinque annos ſine authoritate eius curatoris, ſi minor aliquid donarit, licet non via donationis, an ratione talis contractus poſsit retinere. Et videtur, quod non, quia filij ſub cura parentum ineuntes tales contractus, ſine conſenſu parentum, ratione legis Macedonianæ, eorum parentes non manent obligati: ergo neque prædicti filij, & per conſequens, nec tales minores: ergo ratione talis contra-

*Quæſtio. De minore donante.*

A ctus per minorem initi data, non poterunt bona conſcientia retineri.

℄ Huius quæſtionis meminit Corduba, quàm quia aliqualem ſeriem habet cum pręcedentibus, libuit hic attexere.

*Cord.*

℄ Igitur Cordu. quæſt. 156. in ſuis additionibus ad caſus, reſpondet, quod talis minor. 35. annorum ſub curatore conſtitutus, quando non intercedente authoritate curatoris, ſe alteri per contractum deuinxit, licet ciuiliter per talem contractum alteri nō maneat obligatus: tamen quadam obligatione naturali in cōſciētia illi alteri manet aſtrictus, ſecundùm Syluestrum titulo pactum quæſt.4. & quæſt.5. & verbo, reſtitutio.2. B quæſt.14. Quia, etſi iā ſoluerit minor iſtud naturale debitum, iam ſolutum licitè in cōſcientia repetere non poterit. Vnde iſta obligatio minorum non eſt tam omnino nulla, ſicut donatio minorū, & Velleiana, & aliæ alienationes prohibitæ. Secundùm verò Victoriam authore Panormitano, filius familias in conſcientia per legem Macedoniam non tenetur reddere. 10. aureos ſibi mutuatos viuente patre, ſi velit vti tali lege: ſicut idem dicitur de muliere ſi velit potiri Velleiana lege, dum fideiuſsit.

*De contractu minoris.*

*Syln.*

*Victoria. panor.*

℄ Si autem talis minor authoritate iuſtitiæ, & curatoris ſe obligaſſet, & naturaliter, C & ciuiliter manet tali obligationi obnoxius tamen ſi minor huiuſmodi, euidenter perſentit, ſe prægrauatum ex cōtractu, ſi quia probatio, vel ſcriptura cōtractus deeſt in foro exteriori, ad ſoluendum cogi non poteſt. Et ſi ſine magnis expenſis & iurgijs reſtitutionem in integrum impetrare non poteſt: tūc pro ea parte, qua fuit clarè defraudatus, retinere debitum poteſt, quia in re debita, vel ſua poteſt quis ſibi dicere ius, quando non eſt qui iudicet, ſecundûm gloſſam in cap. ius gentium diſtinct.1. & vt habetur 23. quæſt.2.c.&.2.&.ff. quæ in fraudem creditorum. l. ait prætor. §. ſi debitorem.

*Gloſſ. ff. quæ in frau.*

D ℄ Hinc eſt, quòd inter iuriſtas, ſi agamus de foro exteriori indebitum per exceptionem perpetuam odioſam, ſcilicet, ex Macedonia lege, ſi iam ſit ſolutum non repetitur. Si autem id, quod ſolutū eſt, indebitum erat per exceptionem fauorabilem, id eſt, ex Velleiana lege, poteſt repeti: quia iſta exceptio fauorabilis, eſt perpetua.

*De allegāt. ſol. indebiti.*

¶ Secus, ſi alia ex exceptione fauorabili temporali eſſet indebitum; quia iam ſolutū non poteſt repeti.

℄ At qui allegat ſe ſoluiſſe indebitum, quia nemo prę́ſumitur ſuū iactare velle, tene- A tur probare fuiſſe indebitum: niſi ſit perſona priuilegiata, qualis eſt minor non attingēs. 25. annos, & milites, & mulieres & agricultores, & ſimplicitate gaudentes perſonę. Quia ab his accipiens pecuniam ſibi debitā eſſe, probare tenetur. Parcat lector ſi curioſitatis cauſa hæc pertinentia ſemel ad forum exterius immiſcui; alias rarò facturus, niſi id poſcat materia.

# CAP. CXXV.

## *Vtrum impediens à beneficio ſine vi & dolo teneatur reſtituere.*

B

EXpedita iā illa quæſtione, vtrū ſola intentio inducat neceſsitatem reſtituendi, ſi mala eſt, atque cum animo nocendi, iam cogimur rimari mentē D.Thomæ in hac parte. Quia ex doctrina eius elici videtur ſententia, quam Sotus, Nauarruſq; reprobant, ſcilicet, quòd ſola intentio mala nocendi ingerat neceſsitatem reſtituendi. Nam. 2.2. quæſt.62. arti. 2 ad 4. apertè docuit, quod ſi quis iniuſtè, puta, animo nocendi, impedimento fuit alicui circa adipiſcendam præbendam, tenetur ei recompenſare. C Hic iam Nauarrus cum valde alioquin ſit propenſus in amorem D.Thomæ, eiuſque authoritatem veneretur, neſcio quomodo aliquantiſper hic oblitus fuit ſui. Nam more inſolito D.Thomam notat tanquam ignarum. Quia inquit ibi Nauarrus, quia D. Thomas videtur legiſſe prædictum. §. denique. l.1. ff. de aqua pluuia arcend. & quia inquit non occurrit illi ſufficiens reſponſio, tētauit aliqua parum firma.

*D.Thom.*

*Nauar. notat. D.Thom.*

℄ Sed antequam à nota ſibi adſcripta à Nauarro D.Thom. vindicemus, prius mentem eius aperiamus. ℄ Vnde primo dico, quòd licet aliqualiter dubia ſit mēs D.Thomæ D in ſolutione illius quarti argumenti, & quanuis ibi eius verba contenta in gratiam ſententiæ Soti, & Nauarri, aſſerendo ꝙ qui impedit iniuſte, puta, animo nocendi ne aliquis aſſequatur præbendam, tenetur recompenſare, poſsimus interpretari: tamen germanius verba ibi D.Thomæ ſonant pro cōtraria ſentētia Caietani: quæ eſt etiam Metinæ in ſua inſtructione confeſſo. fol.195. §.33. vbi agit de his, qui alteri obſtaculo ſunt circa aliquid boni, aut commodi obtinendum.

*Sētentia D. Thom. magis facit pro Cai. & Metin.*

℄ Igitur cum duæ hic ſententiæ contra ſe militent, altera Nauarri, & Soti. tenaciter defendentiū, quòd impediens abſque vi, vel

*Sētētia Nauar. & Soti.*



vel dolo, vel fraude dignum à beneficio con- A ſequendo Eccleſiaſtico, ſi impediat ſic vt detur beneficium æque digno ad nihil reſarciendum digno ſic impedito tenetur. Si autem ſic ſine fraude, vi vel dolo præpediuit dignum, vt promoueretur indignus: tunc, quia nec in primo caſu neque in iſto non ſit contra debitum ex aliqua iuſtitia principaliter diſtributiua ideò nihil eſt recompenſandum digno, aut digniori ſic prætermiſſo. Quia nihil illis ex iuſtitia diſtributiua principaliter debebatur: ſed ſolum quando hac ratione indignus eſt promotus ad beneficium, eccleſiæ, cui præfectus eſt, cenſent eſſe reſtituendum. Quia violando iuſtitiam B commutatiuam contra illam actum eſt pro ſtipendio, quod ſoluit, aſsignando illi indignum miniſtrum. Hæc eſt ſententia Soti & Nauarri expreſſa. Cuius fundamentum an ſolidum ſatis ſit ſtatim exquiſitius examinabimus.

*Sententia cōtraria Caietani.*

¶ Alia eſt ſententia, cuius fautor præcipuus eſt Caietanus; ſcilicet, quòd etiam ſi ſine fraude, vel mendacio, vel ſine vi, vel ſine metu, aliquis præpediuerit dignum ab aſſequutione præbendæ ſibi conferendæ, tenetur ei pro qualitate negotij reſarcire damnum talis impeditor. Quia dum ſic interpellauit pro alio non digniori, huic digno cui C obſtitit, circa illi ex iuſtitia diſtributiua debitum, iniuriam intulit. Sicut reſtitutioni obnoxius eſt, qui impedimento eſt alicui reipublicæ membro, ne, ſibi applicandum, vt parti de bonis communibus reipublicæ diſtribuendis, applicetur. Ecce ſententiam Caietani contrariam ſuffultam fundamento contrario fundamento Soti, & Nauarr. Nam ij duo pro fundamento ſolido ſtabiliunt, quòd præbendæ, ſeu beneficia eccleſiaſtica, quia inſtituta ſunt principaliter propter officia & eccleſiaſtica munia miniſtris eccleſię dignis, & etiam dignioribus ex nulla iuſtitia diſtributiua proprie ſunt debita. Quare D ab impedientibus illos ſine iniuria, ideſt, ſine vi, dolo, mendacio, metu, vel fraude, nihil venit illis reſtituendum. Sicut neque à collatore beneficij ſi ob id mutans voluntatem, dignum vel digniorem prætermittat.

*Fundamenta prædictarum opinionum contrariarum.*

*Caiet.*

℄ At ſecundum Caietan. quia contrario nititur fundamento, ſcilicet, quòd huiuſmodi beneficia eccleſiaſtica miniſtris dignis ſunt applicanda ex iuſtitia diſtributiua, dū dignior de præſenti non comparet: ideò ſi in hoc caſu iam erat applicanda, vel ſtatuta, vel firmata per collatorem præbenda alicui digno, eum ab aſſecutione talis præben- A dæ, etiam ſine vi, vel fraude, vel mendacio præpediens tenetur reparare damnum, iuxta qualitatem &, diſpoſitionem negotiorū.



℄ His ſic excuſsis, ſiquis meam mentem roget ſuper hoc, primo dico quòd ſententiam Soti, & Nauarri, ſuis concluſionibus ſupra à nobis retro digeſtam probabilem eſſe cenſeo: nec omnino alienam aut abhorrentem à mente D.Thom. quia neque eorum fundamentum debile eſt. Quod & idem Sotus lib. 3. de iuſti. & iure. q.6. art. 2. latè corroborando proſequitur. Vbi cum in prima cōcluſione dixerit, quòd negari nō debet: quin ſacerdotia, & eccleſiaſticæ præfecturæ ſpeci- B men habeant diſtributiuæ iuſtitiæ pro eo, quòd honorificentiora, & pinguiora illis debentur, qui præſtantiores ſunt meritis: ideoque in electionibus his dignior eſt anteferēdus: ſtatim in ſecumda concluſione, ibi adijcit de ſacerdotalibus beneficijs, eccleſiaſticiſque muneribus, ac eccleſiaſticis dignitatibus, quæ ad eccleſiarum obſequia pertinent per iuſtitiæ commutatiuæ regulas præcipue iudicandum eſſe: quia decimæ non ſunt miniſtris eccleſiæ debitæ præcipuè ex iuſtitia diſtributiua. Quia non conueniunt illis, vt præmia meritorum ſuarum perſonarum, nec inſtar bonorum: quæ in reipublicæ de- C poſito exiſtunt pro meritis perſonarum, & dignitate ex iuſtitia diſtributiua appropriāda ciuibus: ſed beneficia eccleſiaſtica præcipue ſunt propter exhibendum officiū. Quā concluſionem ait non ſolum ratione manifeſtam eſſe, ſed & ſacris oraculis comprobari, pro vt ipſe ibi multa congerit loca ſcripturæ ſacræ tam noui, quam veteris teſtamenti; quibus eam ſibi videtur abūdè probaſſe. Vt patet num. 18. filijs Leui dedi omnes decimas in poſſeſsionem pro miniſterio, quo ſeruiūt mihi in tabernaculo fœderis. Et paulo inferius dicitur: Quia pretium eſt pro miniſterio, quo ſeruitis in tabernaculo teſtimonij. Et Luc. 10. dignus eſt operarius mer- D cede ſua. Merces autem per iuſtitiam commutatiuam redditur. Et in hanc ſententiam. 1. ad Corin. D.Paulus ait. Quis militat ſuis ſtipendijs vnquam? In cuius gratiam illud Deutero. 25. Non alligabis os boui trituranti, citat D.Paul. Ac illud aſſerit, quòd ſi vobis ſpiritualia miniſtramus, quid mirum, ſi veſtra carnalia metamus.

*Sentētia autoris.*

*Num. 18.*

*Lucæ. 10.*

*i. ad Corint.*

*Deuter.*

℄ Quod autem ſententia D. Thomæ ab hac non omnino diſsideat, hinc apparet, quòd ita poteſt gloſſari, vt iſti ſententię Soti, & Nauar. non aduerſetur quando loco ſupra allegato ait D.Tho. ſcilicet, quòd ſiquis impe-

*Quomodo D.Thom. cō ſonat. Soto, & Nauar.*

impediat iniuſte, puta, ſi intendat eius nocumentum, quem impedit propter odium, vel vindictam, vel aliquid huiuſmodi: tunc ſi impedit, ne præbenda detur digno, conſulens, quod non detur, antequam ſit firmatum, quod ei detur: tenetur quidem ad aliquam recompenſationem penſatis conditionibus perſonarum, & negotij ſecundum arbitrium ſapientis. Non tamen tenetur ad æquale: quia ille nondum fuerat adeptus, & poterat multipliciter impediri. Si vero iam firmatum ſit quod alicui detur præbenda, & aliquis propter indebitam cauſam procuret, quod reuocetur, idem eſt ac ſi iam habitam auferret; & ideo tenetur ad reſtitutionem æqualis: tamen ſecūdum ſuam facultatem. Hæc D. Thom. Quæ omnia interpretari poſſunt pro Soto & Nauarro ſic, ſcilicet, quòd intentio nocendi non præciſè conſiderata, ſed quatenus, vt ait D. Thom. impedit propter odium, vel vindictam cauſat iniuſtam, iniurioſamque impeditionem. Et ſic iuxta Nauarrum, & Sotum ſola mala intentio non cauſat obſtaculum dignum reſtitutione: ſed quatenus talis intētio ex vindicta, vel ex odio procedens, in cauſa eſt iniurioſum præſtandi impedimentum per vim, vel fraudem conſulendo, ne præbenda digno, cui conſtituta erat dari, detur. Nam D. Thom. vt potè conſummatiſsimus Theologus, cum accedit ad pertractandas morales materias, eas moraliter pertractat; ſcilicet prout regulariter, & vt in plurimum in talibus materijs contingit. At vero cum materia hęc moralis ſit, & in materia morali, dum interuenit odium, vel vindicta, iuſtitia tunc pereat: regulariterque iniuria fraudis, vel vis, vel mendacij, cauſari inde ſit ſolita, non mirum, ſi D. Thom. ibi per cauſam, ſcilicet, per intentionem nocendi ex odio, vel vindicta exemplificarit effectum ipſum, ſcilicet, iniuſte iniurioſeque impedire. Nam filiam odij nemo negabit eſſe ſæpe iniuriam, ſicut & fraudem, & vim. Nam ſicut ex amore omnia bona erga amatum innaſcuntur: ita ex odio inimici, iniuriæ poſſunt præſumi pullulare. Et hoc cōſonat doctrinæ D. Tho. 1.2. quæſtione. 46. artic. 6. Vbi ait, quòd ira in hoc differt ab odio: quia ira admiſcet miſericordiā, & vult alium aduertere malum: ſed odium nihil curat: ſed appetit malum alteri inquantum malum inimici, & ſolum curat mala infligere. Si igitur odium venenum eſt adeo lethale, quid mirum, ſi paſsim in iniurioſam actionem, nempe per fraudē, mendacium, & vim ſolitum ſit proſilire? Ecce quāta cōcinnitas eſt in doctrina D. Tho. Nam & hunc ſenſum forte iterum explicuit per illa verba paulo inferius à ſe poſita. Vbi ait: Si iam erat firmatum, vt digno daretur præbenda, & aliquis propter indebitam cauſam procuret quòd reuocetur. Vbi per, indebitam cauſam videtur ſignificare, non qualitercunque cauſam indebitam, ſed indebitam, ideſt, contra debitum iuſtitiæ vbi vis ſolet eſſe reſtitutionis: quam hic docet eſſe faciendā. Nam non latebat D. Thomam indebitum contra ſolam charitatem carere vi per ſe ſolum inducendi reſtitutionem. Igitur ſecundum hanc ſententiam moraliter vera eſt doctrina D. Thom. ſcilicet, quod intentio nocendi ex odio, ſolet cauſare actum iniuſtum, inductiuum reſtitutionis. Licet in caſu particulari poſsit aliter contingere.

*D. Thomæ modus dum tract. moralia.*

*D. Thom. Differentia inter irā & odium.*

*Explic. D. Tho. iuxta m. Soti & Nauarri.*

¶ Porrò licet hoc pro probabili opinione Soti & Nauarri dixerim, tamen id, quod ſentio magis, inficiari non poſſum, ſcilicet, quòd verba Diui Thomæ, & eorum genuinus ſenſus magis videntur facere pro ſentētia oppoſita Caietani. Quare quo rectius id percipiatur, animaduerſione primò opus eſt: ſcilicet, quòd fundamentum Soti, & Nauarri, etſi in parte verū ſit ſcilicet, quòd beneficia eccleſiaſtica principaliter inſtituta ſint propter officia miniſteriaque eccleſiæ: tamen ſimul cum hoc, à ratione abſonum non videtur, quòd minus principaliter ex quadam iuſtitia diſtributiua ſint appropriāda dignis miniſtris Eccleſiæ, & multò magis dignioribus. Et hoc tanquam vi rationis coactus Sotus in illa prima concluſione lib. 3. quæſt. 6. art. 2. de iuſt. & iure, confeſſus eſt: licet quod inde ſtatim illaturi ſumus, concedere ſubterfugiat.

*Verba D. Thomæ magis fauent Caiet. quam Soto. Nauarr.*

¶ Quod autē minus principaliter beneficia eccleſiaſtica ex quadā iuſtitia diſtributiua miniſtris eccleſię veniāt applicāda ex eo perſuadetur: quia clerici, vt habetur diſtin. 21. cap. cleros. à cleros dicuntur: cleros vero gręcè ſors latine, vel hęreditas dicitur. Propterea ergo dicti ſunt clerici: quia de ſorte Domini ſunt, vel quia Dñi partē habēt. Hęc textus. Vbi adijcit gloſſa, partē Dñi habēt, ideſt, decimas, & primitias: quæ dicūtur Dei. Ergo videtur iſta pars, & ſors Domini, à qua clerici dicuntur, eis minus principaliter ex iuſtitia diſtributiua conueniant, quia licet lex vetus in cæremonialibus, & iudicialibus ceſſauerit, tamen quia Deutero. 18. Dominus dixerat, non habebunt ſacerdotes & leuitę partem, ideſt, hęreditariam portionem, gloſſat Dionyſ. Carthuſianus ſuper iſtum locum, Dominus enim ipſe hæreditas eſt eorum, ideſt, ea quæ Deo immolantur ipſis ſunt deputata pro ſuſtentatione, & hæreditaria parte ſecundùm eundem Dionyſium. Sic ergo in lege gratię Chriſtus Dominus miniſtros eccleſiæ, quia non minus largus, & magnificus eſt erga illos peioris conditionis eſſe noluit. Vnde ſequitur, quòd & nunc, clericorum noui teſtamenti Chriſtus Dominus hęreditas ſit, & decimę, quæ Chriſto Domino offeruntur, ipſis ſint deputatæ non ſolùm pro ſuſtentatione, ſed & pro hæreditaria parte. Nunc vero pars, & hæreditas innuunt beneficia eccleſiaſtica, vt bona communia pro clericis, licet principaliter propter officium ex iuſtitia commutatiua, minus tamen principaliter ex iuſtitia diſtributiua dignis fore appropriāda: vt pars ſibi eſt ex tali iuſtitia diſtributiua debita licet minus principaliter ratione eccleſiaſtici ſtatus.

*Quòd beneficia ex iuſtit. diſtrib. debeantur probatur.*

*Diſt. 21. Ratio.*

*Deuter.*



*Ratio. 2.*

¶ Hinc eſt, quôd ſecundùm iura canonica, ſi quis initiatus fuit ſacris, ſi vnde viuat victu caret, recurſum habet iuridicum ad ordinatorem epiſcopum, vt de aliquo beneficio ſibi eccleſiaſtico prouideat: imò ad titulum talium beneficiorū ſolent initiari. Quæ omnia arguunt aliqualem iuſtitiæ diſtributiuæ reſpectum.

*Ratio. 3.*

¶ Hinc vitio acceptionis perſonarum arguitur epiſcopus, qui conſanguineis minus dignis pinguiora confert beneficia, vtpote quæ ex iuſtitia diſtributiua, dignioribus debeantur. Quòd ſi quis arguat, quod contra hoc eſt, quòd electio de digno, prætermiſſo digniori in iure valida habetur, venitque confirmanda: dicitur, quòd hoc ſic decernitur: quia ex quo electoribus placuit ille tunc habetur, vt conuenientior, & dignior ad tollendas diſcordias, & lites, licet electores peccauerint eo quòd prætermiſerint digniorem,

*Satisfit obiectioni.*

*Opinio Caiet. probabilior patet exemplis.*

*Dur. à Pen.*

¶ His fundamentis iactis, clareſcit, & opinionem Caietani non minus, ſed forte magis eſſe probabilem. Quam & veriſimilibus exemplis his poſſumus, & illuſtrare. Primo ſic: Sicut ſecundùm doctores graues Durandum, & fratrem Ioannem de la Peña olim Cathedraticum Primarium Salmanticenſem, quia ius immunitatis eccleſiæ circa malefactores, principaliter eſt propter reuerentiam ipſius loci ſacri, & minus etiam principaliter propter malefactores confugientes ad eccleſiam; hinc eſt, quod iudex laicus iniuſtè inde à loco ſacro malefactorem extrahens, eumque puniens corporaliter, non ſolum eccleſiæ, cuius immunitatem violauit: ſed etiam ipſi reo inde iniuſte extracto, vt ſatisfaciat oportet. Pari quoque ratione, quia ius beneficiorum eccleſiaſticorum, licet principaliter ſit propter miniſterium præſtandum eccleſiæ: tamen quia minus principaliter, eſt etiam propter digniores miniſtros, aut dignos, dum digniores ad petendum non concurrunt; ideo qui impedit dignū, etiā ſine vi vel fraude, vt detur indigno, tenetur ex iuſtitia diſtributiua, prætermiſſo digno recompenſare, ſecus ſi digno ſic obſtitit, vt digniori tribueretur.



## CAP. CXXVI.

*Vbi de impedientibus à donis, & legatis an teneantur reſtituere diſſeritur: declaraturque mens Caiet. exemplo.*

HIs itaque cōſtitutis iam ſentētia Caietani magis clareſcit, quam adhuc iuuat, & alio exēplo clarificare magis ac magis. Quemadmodùm ius curæ paternæ, quòd habet pater ad curam habendā de filia ſub ſua poteſtate conſtituta, principaliter eſt in commodum ipſius filiæ, vt Sotus ipſe fatetur: tamen ſecūdùm opinionem communem, quia idemmet ius minus principaliter eſt etiam propter reſpectum, commodumque patris: hinc eſt quod violator filiæ violentus non ſat eſt, ſi ſatisfaciat filię, aut quod hanc iniuriam illi remiſerit filia: ſed vt communiter tradunt doctores, opus eſt ſatisfaciat patri eius: ita licet ius prębendarum ſit principaliter propter miniſterium Eccleſiæ, quia tamen minus principaliter eſt propter dignos miniſtros, qui his impedimento eſt etiam ſine vi, & fraude, vt dentur præbendæ indignis: non ſolum Eccleſiæ iniuriatæ, ſed & ipſis dignis præteritis, ex iuſtitia diſtributiua tenetur recompēſare; & multo magis ipſe beneficij collator, qui in hoc deliquerit. Quia, vt inquit Caietanus, ſunt diſpenſatores bonorum communium Eccleſiæ, id eſt, diſtributores.

*Sententia Cai. exemplificatur.*

*Caieta.*

¶ Iamque etiam ex prædictis palàm fit, quàm concinnius verba D. Thom. ſine vlla torſione, vel violentia huic ſententiæ Caiet. magis conſonent, quādo in ſolutione ad 4. dicit, quod, ſi aliquis impediat aliquem ne habeat præbendam iuſte, puta, intendens honorē Dei, & vtilitatem Eccleſiæ in hoc, quòd alteri detur, procurando, quòd digniori

A niori detur, tunc nullo modo tenetur ad aliquam reſtitutionem, vel recompēſationem faciendam. Verba ſunt D.Thom. ibi . Et in hoc nihil planius potuit dicere: quia hîc nō factum eſt cōtra iuſtitiam commutatiuam, cum impediuit dignum , vt digniori daretur: neque contra diſtributiuam, cum ex tali iuſtitia diſtributiua digniori tunc debeatur. Aliter eſt, ſi impedit iniuſtè intendendo eius nocumentum , quem impedit propter odium, vel vindictam, vel aliquid huiuſmodi, tunc tenetur ſatisfacere impedito, iuxta diſtinctionem ibi à D.Thom . aſsignatam. Et hoc etiam nihil difficultatis habet. Quia B ſi impedit dignum conſulens , quod ei non detur non concurrente tunc alio digniori ad petendum: tunc quia ex iuſtitia diſtributiua, licet minus principaliter debebatur digno, tenetur ei recompenſare, etiam ſi per vim, vel fraudem vel mendacium non præpediuerit eū. Et hoc inſinuat D .Tho . dū ibi ait: Si impediuit ne præbenda detur digno, conſulens, quod non detur. Vbi ſimpliciter dixit impediendo cónſulens, & non addit, conſulendo per dolum, mēdacium, vel fraudem; ergo tale impedimentum etiam ſine vi, fraude, ſed ſimpliciter conſulendo iniuſtum eſt, & non aliter niſi, quia impedit ex iuſtitia diſtributiua debitum illi digno. C Ecce quā concinne cum ſententia Caietani videtur conſentire D.Thom.

*Expenduntur verba D.Tho. pro Caietan.*

¶ Sed iam antequam Nauarro reſpondeam, ſuper eo, quod ait D. Thom. parum firma dixiſſe, non erit abre per concluſiones edigerere quæ in hac materia iuxta hanc ſententiam ſunt edicenda . Circa igitur impedientes alios, ne aliquid boni, nanciſcantur ſit prima concluſio: Qui citra beneficia eccleſiaſtica, de quibus poſtea dicemus in alijs donis, vel legatis , vel huiuſmodi datis gratuitis, impedimento ſunt, ne alij, quibus erant largienda ea obtineāt, dummodo præpediuerint eos per media licita, & non per D media iniuſta , immunes ſunt à reſtitutione: nec enim quicquam tenentur pro tali impedimento recompenſare . Hæc concluſio eſt omnium Soti, Caietani, Nauarri, Metinæ in ſua inſtructione confeſſorum fol . 163 .§. 31. Vt verbi gratia, ſi aliquis in ſuo teſtamento ſtatuerat Petrum ſuorum bonorum hæredem inſtituere; Ioannes vero accedens ad huiuſmodi teſtatorem, eum eſt exhortatus, vt potius monaſterium, vel hoſpitale heredem ſuorum bonorum inſtituat; eò quòd legatum hoc pium lōge ſit gratius Deo futurum: hiſque inductus verbis, ſi teſtator reuocans animū , id legatum reuocat ab eo, cui decreuerat dare , iam hoſpitali ſua bona relinquendo: in tali caſu Ioannes, nihil recompenſationis, tenetur præſtare ob id legatario reuocato.

*De impeditoribus alijs Conclu. 1.*

*Sotus. Caie. Nauar. Metin.*

¶ Hæc cōcluſio patet ex ratione Caiet. Quia nihil huic inſtituendo hæredi, aut legatario ex aliqua iuſtitia , ſiue commutatiua, ſeu diſtributiua debebatur : ſed gratis inſtituebatur , & voluntas teſtatoris adhuc erat ambulatoria: ergo ſicut idem teſtator potuit talem inſtitutionem reuocare citra obligationem reſtitutionis: ſic & alius illam reuocationem licitis medijs perſuadere illi. Quia B hoc ſecundum Metinam tantum fuit ei teſtatori optimum exhibuiſſe conſilium , integrum illi relinquendo , an illud vellet ſectari necne.

*Ratio.*

¶ Secunda concluſio; Si quis impedimento fuerit, ne aliquod datum gratuitum aliàs, verbi gratia, Petro conferendum, Petro conferatur, per iniuſta media, puta apud largitorem paratum dare, aliqua mala per fraudem, vel mendacium euomendo contra Petrum, vel vim vel minas incutiēdo Petro, ne id peteret, aut volenti largiri, ne id Petro largiatur: adſtrictus manet in conſcientia ad reficiēdum Petro id, quod ob tale iniuſtum impe- C dimentum deſtitit adipiſci , & in integrum quidem tenetur recompenſare Petro, quando citra dubium certiſsimum erat Petrum illam largitionem habiturum , niſi ſic iniuſte impediens, impediendo obſtitiſſet: ne Petro daretur. Quod ſi non adeo conſtitutiſsimum erat id dati gratuiti Petro fore conferendum: erat tamen licet non omnino certum, tantum in proxima diſpoſitione, vt id Petro eſſet largiendum, tunc non reſtituturus eſt totum: ſed aliquid modicum ex tali reſtitutione facienda demere poterit . Quæ concluſio eſt Metinæ loco citato, quam probat ex fundamento Ariſtotelis allato à Diuo Thoma : Quia quod parum diſtat nihil D diſtare videtur.

*Conclu. 2.*

*Metin. Maxima Ariſtot.*

¶ Hanc philoſophi regulam , quatenus ad propoſitum adducta eſt à D. Thom . in argumento 4. multis argumentis nititur debilitare & inſtantijs eneruare contendit Dominus Caietanus . Primo : quia non valet; Parum adfuit quin Petrus occiderit Ioannem; ergo quia quod parum diſtat, nihil diſtare videtur, ideo tenebitur de morte Ioannis. Item parum abfuit, vt percuteret clericū, ergo Petrus manet excommunicatus, vel obnoxius ad ſatisfaciendum clerico. Sed certè non immerito ex aduerſo Sotus contra Caie-

*Caiet. eneruat axioma Ariſt.*

*Sot. defendit Ariſt. axiom.*



Caietanum ait , laboraſſe hîc Caietanū amphibologia , nec mentem D. Thomæ ſatis fuiſſe ſpeculatum : ideo immerito regulam hāc philoſophi eſt inficiatus . Quia lōgè certè aliud eſt ſecūdùm Sotum parū abeſſe , vt damnū des, quàm; damnū dare, in eo quod parum abeſt , vt ſit. Et Diuus Thomas non ſomniauit, quod qui parum abeſt, vt damnum det, teneatur ad reſtitutionem, vt Caietanus putat ; ſed qui re vera dedit damnum in re, quæ parum abeſt, vt ſit. Exempli gratia, eſt vinea, aut ſatum cuius fructus iam matureſcunt, ſi parum abfuit , vt venator cum ſuo comitatu illàc circumcurrēs illa peſſundaret, ad nullam tenetur reſtitutionem: quia nihil dedit damni, ſed ſi medius tranſiens illa calcando deuaſtauit, tenetur in totum valorem , quem valent conſiderata in potētia, qua erant quia damnum dedit in fructu, qui parum aberat, vt eſſet. Pariter in propoſito, ſi parum abfuit, vt impedires Petrum iniuſtè à legato ſibi conſtituto , certè nulli eſſes reſtitutioni obnoxius , quia nullum dediſti damnum. Si tamen re vera impedimēto fuiſti per iniuriam ne Petrus aſſequutus ſit legatum ſibi iam certo conſtitutum dari, id eſt relinqui: quia damnum ei dediſti in re, quæ parum aberat, vt ipſe haberet, ſecundum tuā facultatem teneris in totum. Addit vero prudenter D.Thom. ſecundùm ſuam facultatē, quia profectò in huiuſmodi impeditionibus vix poteſt contingere, vt fieri poſsit in integrum reſtitutio.

*D.Tho. defenditur ex empl.*

*D.Thom.*

¶ Vnde ſequitur, quòd in caſu concluſionis iſtius ſecundæ ſic impediens, quaſi in totum tenetur reſtituere . Verbi gratia : Vt ſi quis in articulo mortis cōſtitutus ſpōtanea voluntate decreuerat legare Ioanni 100. aureos, Petrus tamen, qui tunc ibi preſens aderat, ſuaſit teſtatori, nequid tale faceret, quia Ioānes, inquit , talibus vitijs deprauatus eſt, nec adeo probatis eſt moribus, vt exiſtimas de illo: hæc effutiendo aduerſum Ioannem mendaciter: tenetur Petrus tunc Ioanni ad illos 100, aureos repēdendos. Quia licet Ioānes careret iure, vt ſibi darentur: tamen inerat ſibi ius, quatenus Petrus per media iniuſta, illos ſibi aureos, non auferret.

*Coroll.*

¶ Ex qua concluſione rectè ſibi elicit Metina Salmanticenſis loco citato, quòd ſi aliquis vt pluries contingit cum proximus ſit morti velit bona ſua vel bonam partem illorum legare alicui hoſpitali vel perſonæ alteri, & ex vocibus , clamoribus , eiulatibuſque importunis, quibus à cōſanguineis , vel cognatis in lectulo iacens obtunditur, eneca- A tus tædio ſic occlamantium, reuocauerit animum legandi quatenus legitime prædicto hoſpitali , vel alteri in animo ſuo parauerat legare, tunc huiuſmodi cognati, aut conſanguinei qui ſic occlamando animum teſtatoris à ſuo inſtituto auerterunt, tenentur ad id reſtituendum , quia moraliter loquendo, quoddam genus violentiæ hoc eſt, quo infirmus cogitur reuocare animum à dādo, quod conſtituerat.

*Coroll. Metin.*

*Nota cōtra importune impedientes legare.*

¶ Caueant tabelliones, qui dū conficiunt infirmi teſtamēta nimis importunè iterum, atque iterum inſtant , donec violenter mutent voluntatem infirmi , vt non quibus vo- B lebat, ſed magis quibus ipſi tabelliones volunt, legata relinquat, quia in eadem damnatione culpæ, & reſtitutionis ſunt, quia ſæpe vt queruntur infirmi ſoliti ſunt hanc moleſtiſsimam importunitatem inferre eis.

*Cōtra tabelliones importun. contradicentes legantibus.*

¶ Tertia concluſio, quando quis iniuſtè auocat officiales à ſuo officio, ſcilicet, agricolam ab agricultura , fabrum lignarium , vel ſartorem à ſuis laboribus, qui victum ſibi parabant inde , tenetur eis reſarcire id lucri quod ex prædicta iniuſta auocatione lucrari deſiere . Aduerte etiam quòd non ſolùm impediens iniuſtè aliquem à ſuo munere, tenetur illi amiſſum lucrum reficere, ſed etiam C mandans tenetur mandatario de omni damno ſubſequuto, ex caſu fortuito ſine mandatarij culpa, quod mandans cogitare potuiſſet, & quod propter executionem mandati, quod ſine mercede , ſed gratis implere voluit, euenit. Ita Panormitanus in capi. ſicut. de iureiurando, & Innocent. ibi, ſecus eſt, ſi exequitur mandatum cauſa pietatis, vel parentelæ, vel mercedis, vel ex debito, vt apparet cap. ſi dominus 2. quæſt. 3. & 13. quæſt. 2. cap. non inferenda. De eo autem, quod contingit inexcogitabile veriſimiliter, mandās non tenetur.

*Conclu. 3.*

*Quando mandans tenetur mandatario de caſu fortuito.*

*Panorm.*

*2. quæſt. 3.*

¶ Mandans quoque fieri aliquod delictū D quod poſt longū tempus perpetratur , ſi nō reuocauit expreſſe, vel tacite ſufficienter, tenetur de illo, authore Innocentio cap. ad audientiam. de homicid . ita Bartolus concordat cum glo. l. 3. §. fin. ff. de adimen le.

*Demand. delictum.*

*Innocen.*

*Bart.*

¶ Quarta concluſio; Quādo aliquis in cauſa eſt, ne debitor ſoluat debitum ſuo creditori, reus efficitur talis reſtitutionis . Sicut, verbi gratia, vt exemplificat Metina, Petrus cō iectus erat in carcerem, quo centum aureos debitos ſolueret: ſi Ioannes ei opem tulerit, vt elabatur à carcere, aufugiatque, tūc Petro fugiente , Ioannes in obligatione manet reſtituendi illos aureos cētum. Patet; quia cau-

*Conclu. 4.*

*Metin.*

*Opinio Metinæ limitatur in caſu Nauar.*

ſam qui dãni dat,&c. At quamuis hæc cõcluſio, quæ eſt Metinæ, regulariter vera ſit: tamen ſecundùm piam opinionem Na[illegible]ri, quando miſer & miſerabilis valdè propter debita immodica coniectus eſt in carcerem ibique ſitu, ſqualore, fame, in carcere ſine vlla ſpe remedij ſoluendi, aut ſatiſdandi conficitur, & perit, quia ſub toto cælo ei refugiũ nec poſsibilitas ineſt; ſicut iſte cum ſpe acquirendi, vnde creditori ſoluat, pro bono creditoris non male fecit effugiendo à carcere: ita neque qui hoc ei conſulit bona fide, vt inde euadens deſudet in labore, quò aliquid ſibi ſuo labore conquirat, vnde tali creditori faciat ſatis; non tenebitur ad reſtituendum quicquam: quando debitor, eò quòd maneret in carcere, non erat reſtituturus, ſed ibi moriturus.

# CAP. CXXVII.

## *Quomodo, & quando diſtributores bonorum communium teneantur reſtituere.*

IAm poſt hæc de his, qui munere diſtribuendi bona communia, fungũtur, agamus oportet, Quomodo, inquam, bonorum communium diſtributores, ſcilicet, beneficiorum Eccleſiaſticorum, dig[illegible]tatum, cathedrarum, ſe gerere debeant in harum rerum diſpenſatione, edocturi, has ſtatuimus concluſiones.

*Conclu. 1.*

¶ Quarum prima ſit: Prima concluſio: Quando diſtributor bonorum communiũ, quæ ex iuſtitia diſtributiua partibus reipublicæ appropriare tenebatur, ſibi aliquid diſtribuendum retinuit; ipſis partibus iam deficientibus, quia iam obiere, tenetur hæredibus eorum, quos ſic defraudauit, ſi ſuperſunt, & non communitati reſtituere.

*Coroll.*

¶ Eadem ratione, ſi aliquam partem bonorũ communitatis, quæ diſtribuenda erat pauperibus reipublicæ, diſtributor ſibi vendicauit, tenetur eam prędictis pauperibus reſtituere; quibus iam non ſuperuiuẽtibus, eorũ hæredibus reſtituat, neceſſe eſt. Quod ſi nec tales pauperes, aut eorũ hæredes ſint ſuperſtites ſuper terram, tunc an talis pars bonorum à diſtributore ſibi retenta diſtribuẽda ſit in alios pauperes, qui in futuro tẽpore inuenientur, an communitati reſtituẽda ſit, hæſitare quis poſſet.

*Dubium Reſpond.*

Sed puto dicendum, quòd ſi ſignanter pro talibus ſpecialiter expreſsis & nominatis pauperibus præſentibus, diſtributori ſunt conceſſa diſtribuenda huiuſmodi bona communia, eis & eorum hæredibus iam non extantibus, communitati ſunt reddẽda, vt ipſa, quibus oportuerit diſtribuat. Si autem indeterminatè pro pauperibus ſiue huius temporis ſiue futuri ſunt iuſſa diſtribui, poteſt diſtributor, & tenetur, ſi nõ diſtribuit præſentibus pauperibus, futuris pauperibus applicare, quando nulli fuerunt diſtributori ſpecificatim ſignati.

*Delatro ſubripiens bona diſtr. Caiet.*

¶ At ſi latro bona communitatis diſtribuenda in pauperes ſibi ſurripuerit, ſatis eſt ſecũdùm Caiet. ſi iſte latro ea communitati reſtituat: quia latro hic non tenebatur ea pauperibus diſtribuere: ſed cõmunitas, aut eius diſpenſator.

*De ſpol. belli.*

¶ Idem prorſus dicẽdum venit de diſtributionibus ſpoliorum in bello, quæ diſtribuenda erant militibus, ſi diſtributores aliquid vltra debitam ſibi partem retinuere, tenentur in milites, inter quos diſtribuenda erant diſpartire; quibus poſtea in bello ſuccumbentibus eorum hæredibus, quibus deficientibus erũt in pios vſus pro eorum animabus impartienda.

*Concl. 2.*

¶ Secunda concluſio: Quando ſana mente, ſanoque conſilio beneficij eccleſiaſtici, vel præbendæ prouiſor, vel collator, eam cõtulit indigno prætermiſſo digno exiſtimãs ſe ſecundum Deum benè diſpenſare, quia digniori æſtimauit ſe contuliſſe, comperta poſteà deceptionẽ, alicuius reſtitutionis obligatione non tenetur. Quia neque ratione rei acceptæ, quia rem alienam apud ſe non retinet, neque ratione iniuſtæ acceptionis, quia rem alienam formaliter, & ex intentione nõ diſtribuit iniuſtè: ergo ad nihil tenetur.

*Concl. 3.*

¶ Tertia concluſio: Qui beneficium, vel præbendam eccleſiaſticam indigno contulit prætermittẽs dignũ, quem intelligit eſſe benè meritum triplici nomine ad reſtitutionem eſt obnoxius. Primò; quia iniurius fuit plebi, ei miniſtrum indoctum pręficiẽdo. Secundò, quia digno, & bene merito miniſtro plebẽ priuauit. Vltimo; quia ipſe quoque bene merito prætermiſſo præiudicium intulit, eum à ſuo iure abdicando.

*Caieta. Metin. Contra Soto. & Nuar.*

Hęc concluſio eſt Caietani, & Metinæ loco ſupra allegato. Et in parte eſt contra Sotum, & Nauarrum, in hoc, quod aſſeueramus, quôd quia collator iniurius fuit in dignum aduertenter omiſſum, illi quoque hanc noxam ſeu læſionem reſarcire tenetur.

*Probatur.*

Hæc concluſio probatur ex fundamẽto iãm pręiacto, & ſupra probato. Quia ſi verum eſt, quod



quòd licet minus principaliter propter dignos, ex iuſtitia diſtributiua beneficia eccleſiaſtica ſunt conſtituta: tunc quia iſta iuſtitia diſtributiua, hîc reſpectu digni omiſsi eſt violatã: ſibi reſtitutio eſt quoque facienda.

*Quant. recomp. hîc Metin.*

¶ Sed qualiter, & quantum recompenſandum ſit, Metina vbi ſupra allegatus docet: quia in huiuſmodi caſu reſtituere habet beneficium illud. Quòd ſi iam hoc nequiuerit efficere, in ęquiualenti ad beneficium ablatum reſtituat neceſſe eſt: vel quod viri prudentes, peritique cenſuerint fore illi reſtituẽdum penſando prouentus, ex dignitate ablata illi veriſimiliter obuenturos.

*Nota*

Hanc opinionem probabiliorem puto: quamuis pęnitenti oppoſita opinione Nauarri & Soti ſe tuenti denegare abſolutionem non auderem.

*Conclu. 4.*

¶ Quarta concluſio: Quando collator, vel prouiſor beneficij, vel dignitatis eccleſiaſticæ huiuſmodi beneficium confert digno, pretermiſſo aduertenter digniori magis illud merenti, ſaluo meliori iudicio, tenetur ad reſtitutionem digniori præterito: præſertim, quando exceſſus maioris dignitatis fuit notabilis & communiter non latens.

*Metina. Caiet.*

Hæc eſt Metinæ in loco ſupra allegato; patetque ex eodem fundamento Caietani: eſt quoque Caietani. Sed admonet ibi Metina, & ſatis conſideratè, quòd veritas huius concluſionis clarius oſtenditur in his, qui per examen huiuſmodi beneficia & dignitates conſueuerunt obtinere, vbi lex vel ſtatutum, vt tales præbendæ, vel dignitates digniori dentur præcipit expreſſè. Ergo ſi huiuſmodi lex, vel ſtatutum extat, vt digniori fiat prouiſio, haud dubium, quin neceſsitatem inducat, vt digniori præterito fiat reſtitutio. Et ad hanc illi tenetur collator, cum legem, vel ſtatutum contra iuſtitiam violauerit: præterquàm quòd peccauit mortaliter. Quod omnibus malis diſpenſatoribus in re graui lædentibus euenit. Et in hac limitatione, ſcilicet; quod ſtante ſtatuto dictãte, quod cathedra, vel beneficium ex competentibus oppoſitoribus detur digniori, ſubſcribit nobis Nauarrus, ꝙ teneantur collatores dignioribus ſic præteritis, pro hac noxa damnum reſarcire.

*Nauar.*

*Nota pro epiſcopis.*

¶ Animaduerſione hîc opus eſt, quòd ſi epiſcopus, vel eius generalis vicarius, quibus incumbit ad hæc promouere beneficia accerſit examinatores pro promouendis examinandis, niſi ſciſcitatus fuerit ab examinatoribus, quis dignus, quisve dignior ſit, peccati mortalis reus habetur. Quia per hoc quòd epiſcopus, vel eius ad hoc munus vicarius, vult tantùm ſibi ſignificari, qui ſint digni, nec audire vult, quinam ex his ſint digniores, ſatis innuit ſe velle promouere ad huiuſmodi beneficium nõ digniorem, ſed quem maluerit, & non iuxta legis decretum. Examinatoreſque huiuſmodi, præſtare animo oportet, quatenus epiſcopo, vel eius vicario ſuper hoc veritatem reſpondere poſsint. Nam hoc hodie deplorandum eſt, quod magis obtẽperare parati ſint epiſcopo, quâm Deo, qui punitor eſt rectus delictorum, præmiatorque bonorũ.

*Nota pro principibus diſsimul. clamor.*

¶ Neque in hoc principes ſæculares à culpa excuſare valeo, qui indiſcriminatim ad munia publica præficiunt quoſcumque: parum curãtes indagare, an ſufficientes ſint, idoneique ad huiuſmodi officia. Nec etiam excuſantur ſi cum inſonant clamores, & querelę contra hos præfectos ad iudicia oppreſſorum, cum tyrannides ſint irremediabiles poſteà, ac irremediabilia mala, quæ exercent in ſubditos, ipſi principes, vel proreges ſi diſsimulant, eoſque tolerant vſque ad reſidentiæ tempus; quod perinde eſt acſi paſtor audiẽs lupum inuadere, deglutireque oues interim ſileat, & cõniueat ad malum.

*Regula iuris.*

Nam, ſi regula iuris eſt celebris, quod nulla excuſatio eſt paſtoris, ſi lupus oues deuoret, & ipſe ignoret: multominus excuſabitur, ſi clamoribus conquerentium oppletis auribus diſsimulet princeps, quod diſsimulandum non fore lege ſecunda partitæ. ſeptimo titulo decernitur. Vbi, licet iudices durante officio accuſandos non fore decernatur: tamen licet nõ ob alia delicta, ſed ob oppreſsionem, qua iudicandos opprimunt tyrannicè, vel ratione officij, ſi grauarent alterum, & ſuper his interpelletur ad principem habita ſufficienti informatione, compertaque veritate, tales iudices deponẽdi ſunt, iuxta legẽ ab officijs alijſque pœnis plectendi iuxta exigentiam caſus, & delicti. Sed de his abundantius poſtea dicetur, cum de ſtatu regum & principum inciderit diſputatio.

*Notamẽ. 1. pro intellig. Conclu.*

¶ Præterea prolixitatis vitandæ gratia lectorem hic admonitum eſſe cupio de aliquibus adnotamentis commendatione dignis. Quorum primum ſit, quod concluſiones ſupradictæ, quæ de collatoribus, prouiſoribuſque beneficiorum eccleſiaſticorum loquuntur, locum quoque habent ſuo modo iuxta diſtinctionem Diui Thomæ, in illo quarto argumento, & in impedientibus iniuſte, etiam ſi ſine vi, aut fraude, impedierint digniores, vt promouerentur minus digni, aut ſi obſtiterunt dignis, quo

*De alijs impedit.*

A quo præficeretur indigni. Ideo pro his impeditoribus peculiares non aſsignauimus concluſiones: quia per prædictas concluſiones pro collatoribus traditas poſſunt regulari, licet aliquantiſper differenter, quanto ſecūdum Caietanum maior eſt culpa ac per conſequens reſtitutionis maior eſt obligatio iniuſtè beneficia diſpenſantium quam iniuſte impedientium. Igitur obſeruato diſtinctionem Diui Thomæ ſuper hoc, ſcilicet, quod ſi beneficium erat iam firmatum dari, iniuſtus impeditor recompenſet tunc impedito in totum. Si alias non erat firmatum, recompenſet non in totum, ſed arbitrio prudentum, iuxta magis proximam, vel minus proximam diſpoſitionem, in qua erat ad beneficium ſibi appropriandum.

*Quando dicatur firmatum beneficium. Reſpond. D. Thom. Gradus. 3.*

¶ At hic non quieſcit animus, donec inueſtiget, quid intelligat D. Thomas per huiuſmodi verba; Quando iam firmatum erat, vt beneficium huic digno daretur. Reſpondetur, non eſt intelligendum, quando iam dedit. Nam tres gradus diſcernit hic Diuus Thomas. 1 Primus eſt, quādo elector nondum conſtituerat animo huic dare, ſed tamen erat in via; & tunc reſtitutio, vt diximus, facienda eſt ad arbitrium prudentis. 2 Secundus gradus eſt quando iam contulit beneficium: & de hoc nihil meminit D. Thomas, quia hoc non eſſet impedire beneficiū, ſed tollere. 3 Tertius gradus, & caſus eſt de quo loquitur D. Thomas, quando prælatus conſtituerat illi dare; tunc tenetur impediens in totum, quia iam tunc collator (vt ait Caietanus) non apparente digniore petente tenebatur illi digno applicare. *Caietan.* Sed, quia hoc non placet Soto, ſcilicet, quòd in iſto puncto teneretur collator illi beneficiū appropriare ſaltem, quia authore Soto conſtituerat iam illi dare, ſi impeditus eſt, tunc dignus per vim, & fraudem in integrū reſtituendus eſt: ſeu quod magis verum apparet, dignus tunc præteritus reſtituendus eſt; licet per vim, vel fraudem non fuerit præpeditus, quia ex iuſtitia diſtributiua, licet minus principaliter ſecūdum Caietanū tenebatur collator illi illud aſcribere.

*Differentia Caietani cōtra Sot. & Nauar.*

¶ Vnde contra Sotum, & Nauarrum ſatis circūſpecta eſt differentia, quam aſsignāt Caietanus & alij inter impedientem à conſecutione beneficij, & inter impedientem legatarium à legato. Quia legatio faciēda legatario eſt gratuita, & procedit à voluntate teſtatoris, quæ ſecundum Caietanum eſt ambulatoria. Vnde mutans voluntatem legantis per ſimplices perſuaſiones, & preces, niſi admiſceat vim, mendacia, aut fraudes, legatario prætermiſſo, nihil tenetur. At vero digno præterito ex iuſtitia diſtributiua collatio debebatur: vnde paſſus eſt iniuriam quomodocunque non ſana intentione à ſuo iure eſt excluſus. Sed de his ſatis. Cur in re iam toties explicata immorabor?

*Notamentum.*

¶ Secundū notamentum memoriæ dignum commendatu eſt, quod diſcrimen ſatis agnoſcibile eſt inter beneficia eccleſiaſtica, & officia ſecularia publica. *Differentia inter offic. ſecul. & beneficia.* Quia beneficia eccleſiaſtica propter rationes, cōſiderationeſq; prædictas, puto minus principaliter miniſtris dignis eccleſiaſticis ex iuſtitia diſtributiua fore approprianda. B At officia publica miniſtrorum iuſtitiæ cenſeo cum Soto & Nauar. *Sot. Nauar.* abſq; dubio inſtituta eſſe principaliter propter ſeruitium reipublicæ ſine vllo reſpectu minus principali, quo ex iuſtitia vlla diſtributiua veniant adiudicanda illis. Nec enim ſunt ad inſtar bonorum communium debita miniſtris, quia nulla lex naturalis diuinavè, aut ciuilis id inſinuat. Imo ipſi principes, in quos circa hoc tranſlata eſt poteſtas reipublicæ, quia ſemper voluere ſuam libertatem in hoc tueri, nullis legibus ciuilibus ſe voluerunt eſſe deuinctos ad hæc officia ex iuſtitia diſtributiua C aſſerenda ciuibus. Vnde in hac prouiſione, officiorum ſæcularium, & magiſtratuum libenter annuimus tàm Soto quā Nauarro, *Cōſenſus cum Nauar. & Soto.* quòd princeps præficiens indignos, & inidoneos officiales ſolum ob id tenetur recompenſare reipublicæ ſuum ſoluenti pro miniſtris, dignis ſtipendium: ſed præteritis dignis, aut dignioribus ad nullam reſtitutionem tenetur.

¶ Atque conſequenter dicimus de impeditoribus, circa hæc officia, quòd niſi per vim, iniuriam, mendacium, aut fraudem impedierint dignum, aut digniorem ad nihil eis tenentur: D ſed ſolum tenentur illibatam ſeruare iuſtitiam reipublicæ, ei damnum reſarciendo, pro eo quod miniſtrum incapacem in ea præfecerunt. Et hæc omnia ideò dicimus, quia officialibus ſiue dignis, vel dignioribus, ſine vi, vel fraude impeditis nihil ex iuſtitia, nec etiam diſtributiua ſaltem minus principaliter debebatur. Ad reparandam autem læſionem reipublicæ huiuſmodi impeditores obligamus, etiam ſi ſine vi, & fraude fecerint: quia per ſua iniuſta conſilia quodammodo authores fuerunt damni illati reipublicæ per promotionem indigni miniſtri, cuius ipſi cauſa fuere.

CAP.



# CAP. CXXVIII.

*Vbi defenditur D.Tho. & ſenſus legis ciuilis explicatur.*

A DEnique quia inſtituti mei nō ſum immemor, nunc in conſiderationem, qua ductus Nauarrus D. Thom. taxat de multis, neceſſe habeo patefacere, non animo carpendi alias virum egregium & merito laudibus omnium celebratum, qui præter ſuam egregiam eruditionem, & conſpicuā modeſtiā omnes alios egregios doctores in ſuis ſcriptis ſolitus eſt commendare, ſed animo D. Thom. ab hac nota liberandi. *Nauar.* Nam notat primo D. Thom. Nauar. iſto cap. 17. ſuæ ſummæ latinæ nu. 71. de eo quòd videtur legiſſe prædictum. §. denique, l. 1. ff. de aqua pluui. arcenda, & quòd non occurrerit D. Thom. ſufficiens ad illud reſponſio. *Defenditur D. Thom. à nota Nauar.* Ad quam primā notam reſpondeo, primo, quòd nec forte ipſe Nauarrus attingit mentem legis in illo paragrapho, denique, quia ibi legiſlator non tantum animum nō nocendi, ſed ſuum agrum meliorem faciendi pro cauſa, conditionevè affert excuſante ab actione, nec etiam de dolo intentanda cōtra in ſuo fundo fodientem, ſicq; vicini fontem auertentem. *Gloſſatur. §. denique. l. 1. de aqu. plu. arcend.* Nec animum ſolum non nocendi vicino oſtendit ibi legiſlator excuſare ab actione contra talē foſſorem, ſed etiam animum quem ſimul habuit ſuū agrū meliorem faciendi. Vnde non infertur à cōtrario ſenſu, vt putat Nauarrus, quòd ſolus animus nocendi, inducat reſtitutionem: ſed ſimul cum animo ſibi non proficiendi, & nō in quocunque caſu, ſed in caſu legis inducit actionem contra ſic agentem, id eſt, fontem auertentem.

¶ At adnotauit ſatis peracutè hoc Caiet. ſuper. 2. 2. q. 62. ar. 2. in ſolutione ad. 4. in fine omniū ſuarū adnotationū: quod aduertiſſe debuit Nauar. Vbi ſic ait Caiet. quod in. §. denique. in caſu præciſionis aquę, de qua ibi agitur, quia aufertur proximo aqua propria dependens tamē à fundo alterius, ideo oportet auferentē ex legitima cauſa auferre. At legitima cauſa abeſt, cū non facit animo ſibi proficiēdi, ſed tantū animo vicino officiendi. Et hoc ibi apertè inſinuat gloſſa ſuper. §. denique. ſic dicens: Nota ex hoc. §. in ſuo licere facere, quod vult, item quod alij noceat, & ſibi non proſit, non licet. Et in hoc concordāt, inquit, leges, quas ibi citat. Quod ſi caſus iſtius legis ſic intellectus eſt particularis diſsimiliſq; à caſu, de quo D. Th. in illo 4. arg. agebat: quia illic agebat. D. Th. de impedictibus ab aſſecutione beneficiorū eccleſiaſticorū, quę ante collationem nō ſunt aliquorū propria, ſed lex illa. §. deniq; loquitur de aqua, quę ſecundū Caietanū erat propria illius vicini, dependens tamē à fundo præcidentis venas: & ideo nō eſt ſimile; quid neceſſe habuit D. Th. meminiſſe, aut reſpondiſſe ad. §. deniq;, poſtquā doctrina D. Th. longe alijs, vt explicuimus fundata eſt principijs. *Doctrina. D. Tho. nō fund. in. §. denique.* Quod ſi D. Th. ad. §. deniq; recurrere nō habuit opus, quare Nauarrus illi impingit, illi ad. §. denique reſponſionē nō occurriſſe?

B ¶ At quod authoritati D. Thom. minus cōſonat, adijcit Nauarrus ibi ſcilicet exinde D. Thomam aliqua parum firma tentaſſe. De quibus vnum, inquit, eſt, quòd D. Thomas ait teneri aliquem aliquo caſu ad reſtitutionem, ſed non ſecundùm æqualitatem: cum reſtitutio ſit, inquit, actus iuſtitiæ commutatiuæ, quæ obligat ad æquale ſecūdum eundem D. Thomam. Miror virum alioquin eruditiſsimum tam parum mentem D. Thomæ, & veritatem calluiſſe. Quia ſicut, qui deuaſtat ſegetes non permaturas ſecundùm D. Thomam, & ipſum Nauarrum, tenetur reſtituere ex iuſtitia commu- *Declaratur D. Tho. contra Nauar.* C tatiua, inclinante ad æquale, etiam hîc, non ad æqualem valorem, quo valerent fructus, ſi iam perueniſſent ad maturitatem, ſed ad æqualem valorem, quo valebant ſegetes tēpore deuaſtationis, quarum fructus ex inclementia temporum, vel aliter poterant multipliciter impediri: Quæ æqualitas moraliter eſt attingibilis per arbitrium ſapientum: ſic in præſentiarum D. Thomas intelligit eſſe reſtituendum æquale, cum impeditur quis iniuſtè à beneficio in proxima potentia, & diſpoſitione ſibi dando: dum non erat firmatum. Eſt, inquam, in hoc caſu reſtituēdum æquale, D non æquale ad beneficium, quatenus valet in re acquiſitum, aut firmatum: ſed quatenus valet ſecundùm arbitriū prudentum, vt habetur in potentia proxima, & aliquali ſpe probabili. Nec enim tantum valet res etiam in diſpoſitione propinqua, quantum res habita in actu. Neque iura litigioſa, quæ difficilia ſunt & periculoſa recuperatu, valent tantùm ſicut certa iura.

¶ Secundum parum firmum, quòd D. Thomam intentaſſe ait Nauarrus, eſt, quòd D. Thomas (inquit) æquiparat in hoc collationem beneficij cum propoſito firmo conferēdi. Quod nullo iure, vel ratione probari poteſt.

*Satis fit obiectionibus Nauar. contra D. Tho.*

A poteſt. Et reprobatur,inquit, manifeſta ratione. Quia qui propoſuit firmiter alicui cõferre beneficium,ſi mutata voluntate, alteri contulerit, valet collatio, & non tenetur reſtituere,neque peccat, ſi æque dignus eſt. At qui iam contulit vni ſi mutata voluntate, conferat alteri peccaret, & non valeret collatio,& teneretur reſtituere etiam ſi ſecũdus eſſet longe dignior. Hæc Nauarrus contra S.Thomam. Quibus ſigillatim reſpondetur.

*Quo ad.1.ſatis ſit.*

Quo ad primum, quòd documentum D.Thomæ,ſcilicet, quòd impeditus iniuſte à beneficio ſibi iam firmato,reſtituendus eſt in integrum, non eſt contra ius & legem, neque contra rationem manifeſtam. B Quia fundatur in axiomate Ariſtotelis, quod pro vt illud explicuit Sotus, moraliter eſt verum,ſcilicet, quod parum diſtat ſeu quod modicum deeſt quaſi nihil deeſſe videtur, vt Philoſophus dicit, in.2. Phyſicorum. Doctrina autũ hæc Philoſophi iuribus, aut legibus non eſt contraria:cum conſenſu omnium communi ſit pro vera in hac parte accepta.

¶ At quam probationem contra D.Thomam machinatur dicens.ex manifeſta ratione procedere, infirmam eſſe inde apparet, ꝙ ex parũ proprijs principijs Nauar. ſuas effingit hìc probationes. C At D.Tho.cauſas & principia ſpeculatur propria, & proxima, ad ſuas deducendas veras moraliter concluſiones. Igitur vis & baſis dicumẽti D. Thomæ in hoc conſiſtit, vt in cauſa vera,& proxima; ſcilicet, quòd tunc cum firmatum erat, ideſt, firmiter ſtatutum, vt huic digno prębenda daretur, ſi propter indebitam cauſam procuret quis, vt reuocetur idem eſt,ac ſi iam habitam ei auferret. Ideo ad reſtitutionem æqualis tenetur ſecundũ ſuam facultatem,ſi poteſt. Quia,moraliter loquẽdo, niſi indebita illa reuocationis procuratio interueniſſet tam efficax, & proficuum eſſet ſibi firmum ſtatutum in animo, D & in perfectam determinationem iam deductũ conferendi beneficium, ac ſi ſibi collatum iam fuiſſet. Et niſi per iniuriam eſſet præpeditus,tandem,moraliter loquendo, illud beneficium efficaciter, & in effectu virtute illius obfirmati animi obtinuiſſet.

*Baſis doctrinæ D.Tho. declar.*

*Ad aliam obiection. Nauar.*

¶ Quod autem Nauarrus obijcit de differentia inter collationem iam factam, vel ſolum animo conſtitutam, & determinatione de ſe efficaci firmatam, id D.Thom. neque ignorabat,neque inficiatur neque id eius ſententiæ obſtat. Quia præſupponit, quod vere, niſi eſſet præſtitum impedimentum, illa A determinatio efficax de ſe erat, & in effectu ſuam efficaciam produxiſſet.

*Ad.3.obiection.*

¶ Ad id,quod addit,quod ſi mutata voluntate conferret eam digniori, collator, non teneretur reſtituere collator, ergo nec impediens, hoc non eſt contra D. Thom. imo pro ipſo eſt. Quia in primo membro diſtinctionis dixit quod non tenetur,quando reuocat iuſtè; at quando procurat pro digniori,aut dat digniori apparenti,non iniuſtè,neque propter indebitam cauſam reuocat. At vero quando reuocat obfirmatam determinationem dandi huic digno, vt detur alteri æque apparenti digno, & petenti: B tunc ſi interpretemur, ſicut fecimus doctrinam D. Thom, in gratiam Nauarri, dicimus quôd tunc impediens non tenetur, niſi indebitè peccando contra iuſtitiam impediuerit,nempe,per vim, mendacium, vel fraudem. Sed ſi ſecundum ſententiam Caietani interpretandus ſit D.Thom.prout veriſimilius pro illa illum interpretati ſumus rectè,& in hoc caſu,circa hanc obiectionem illum defendit Caietanus dicens, quod iam obfirmatum beneficium pro hoc digno,niſi appareat alius dignior,ſi reuocetur pro illo beneficio dando alteri æque digno, iniuſtè reuocatur. Quia ſecundum Caiet.quã C diu decreta eſt iam iſta diſtributio pro hoc digno, habet rationem iuſti. Ideo prębenda decreta, & firmata pro hoc digno, erat huic debita,quaſi propria, ex iuſtitia diſtributiua. Et non deſinit habere ius ad illam,niſi per aduentum dignioris; ideo apparente digno altero ſtat primus dignus, cui iam decreta erat in ſuo robore, vel iure quaſi proprio. Ac proinde tunc æquiualent propriũ, & quaſi proprium quo ad damnum,& conſequenter quo ad reſtitutionem. Hæc Caietanus, per quæ ſufficienter fit ſatis Nauarro. Neque firmiora ſunt, quæ ipſe aſſerit, quàm hæc.

*Caiet. recte defendit D.Thom.*

*Ad vltim. obiect.*

D ¶ Nec ſatis conſideratè obijcit D. Tho. quod parum firmum tẽtauit,dum ait, quod odium,vel malus animus ſine opere iniurioſo obligat ad reſtitutionem. Nam iam abunde inſinuanimus, quod ſiue gloſſemus D. Thomam in fauorem Nauarri, ſiue Caietani, Diuus Thomas nuſquam intelligit ſolum malum animum reſtitutionis neceſsitatem inducere, niſi quatenus efficaciter cauſat iniuſtum.

*Quæſtio.*

*De procurante benefic.*

¶ Vt autem hanc quæſtionem ſuis numeris abſolutam relinquamus, vltimo quis forſitan dubitabit: ſi procurantibus multis pro ſe beneficium, dignior id non aſſequatur, an te-



A an teneatur ille, qui aſſequutus eſt ad reſtitutionem. Quæſtio eſt quam agitat Caietanus loco ſupra allegato. Nec ratio dubitandi hîc deeſt. Quia videtur,quilibet poteſt licitè pro ſe ipſo procurare, & nemo damnũ facit,niſi qui facit illud,quod faciendi ius nõ habet, vt ait regula iuris. In hac quæſtione pro parte affirmatiua aſtat Scotus,& Ricardus in.4.diſtinct.15. Petrus vero de Palude. in. 4. eadem diſtinctione affirmatiuam defendit. Caietanus vero per diſtinctionem ad concordiam ſic eos reducere nititur,ſcilicet, quando dignus voluntariè procurando pro ſe, impedimento eſt digniori, hoc eſt B quando procurando pro ſe, mauult ſe conſequi, cum dignioris impedimento, quàm ſe non conſequi, vt dignior non impediatur. Tunc, quia procuratio pro ſe minus digno, ſic tendit ad conſequendum,vt non curet de impedimento dignioris:ad reſtitutionem tenetur, iuxta arbitrium tamen boni viri. Cuius rationem adducit Caiet.ſcilicet,quia huius procuratio eſt iniuſta,vt pote contra iuſtitiam diſtributiuam.

*Scot.Ricar. Palu.*

*Caiet. eos Concord.*

¶ Si vero impedimentum non ſit voluntarium,quod tunc accidit, quando quis petit pro ſe,vel pro alio, ſine cuiuſcunque iniuria:& ſi hoc quidem exprimit, palam eſt, C aliquid iniuſte non petere, & ſi ſibi dari cõtingat tunc à diſtributore poſthabito digniori:quia ipſe qui petit in cauſa non fuit, non tenetur ad reſtitutionem. Si autem id non explicuit, quia de more petentium id explicare non eſt,dum abſolutè pro ſe procurauit, nihil de dignioris impedimento aduertens, quod ſi aduerteret ſe digniorem præpedire deſiſteret, aut ſuam intentionem exprimeret, ſi de hoc rationabiliter dubitaret, non tenetur ad reſtituendum in aliquo,ſi ſibi minus digno datum eſt: quia non iniuſte procurat. At hæc via Caietani, quia media eſt,& rationi conſona magis viſa eſt mihi digna maiori cõmẽdatione. D Quã uis Sotus ,& Nauarrus, quorum opinio contraria probabilis eſt, facile ab hac quęſtione ſe expedient dicentes,quod quidquid ſit de peccato, quia de iuſtitia diſtributiua præbenda eccleſiaſtica digniori non eſt debita:minus dignus, qui illam ſine vi,fraude, vel ſine metu,digniorem impediens vllatenus pro ſe procurauit, ad nullam reſtitutionem digniori faciendam manet aſtrictus,quæ probabiliter ſunt dicta.

*Placet. via Caiet.*

# CAP. CXXIX.

*Quæ cauſæ non reſtituentem à peccato excuſent, vbi defenditur opinio D. Thomæ contra Metinam Complutenſem.*

QVoniam in materiam reſtitutionis incidimus, omnia pertinentia dubia, abſoluiſſe operæpretium eſt. Inter quæ non vltimũ tenet locum dubium illud:ſcilicet, quæ nã ſint cauſę,quę à reſtitutione debiti excuſare poſsint.

¶ Excuſat igitur primò neceſsitas: de B qua ſupra abũde dictum eſt. Niſi quod pro complemento materiæ, nequid deſit, illam quæſtionem prætermiſſam huc accerſimus: An impotentia illa, qua quis reſtituere nõ poteſt, niſi famulatui alicuius ſe ſubijciat, vnde ſibi aliquid ad reſtituendum compararet, illum à culpa non reſtituendi reddat liberum. Circa quam quæſtionem duæ verſantur opiniones. Quarum prima eſt affirmatiua,ſcilicet,quod hæc impotentia excuſat,quia ſatis eſt ſua bona ceſsiſſe,ſi quæ habuit,neque ſeruire cogendus eſt quis, vt reſtituat. Alia eſt opinio prorſus contraria. Vt igitur conciliari poſsit aliquomodo.

*Quæſt. An famulari teneatur quis vt reſtituat.*

*Variant hîc doctores.*

C ¶ Sit prima concluſio: Perſona nobilis quæ nemini inſeruiuit vſquam,non eſt adigenda ad tantam miſeriam, vt ad ſeruiendum cogatur,vt reſtituat. Nam ſi bona temporalia, quia inferioris ordinis ſunt, non ſunt reſtituenda cum detrimento famæ: ergo nec nobilis cũ tali detrimento honoris, vt alteri inſeruire cogatur tenetur reſtituere.

*Concl.1.*

*Ratio.*

¶ Concluſio ſecunda: Perſona, quæ ſolita eſt famulatum præſtare alijs inde ſibi ſtipendium comparando, ſi poteſt ad tempus inſeruire,vt ſibi paret, vnde debita reſtituat, tenetur quidem, ſi aliter non poteſt, hoc munus famulandi,vnde reſtituat ſubire, vt D reſtituat. Patet:quia ſi alijs medijs ſibi conuenientibus tenetur ſibi parare, vnde reſtituat,quare iſto medio ſibi non abſono,non tenebitur,quamuis huius rei gratia per totã vitam huic famulatui perpetuo velle hunc addicere perdifficile eſt,& durũ. Eſſet enim fere ad amittendam totam libertatem, illũ obligare,quod duriſsimum eſſe videtur.

*Quæſt. An debitor poßit ingredi religionẽ.*

¶ Quæſtio ſupradicta: hæc veluti cathenæ annulus annulum annectit, ſic hanc ſibi veluti colligatam aduocat. Qui alicuius officij eſt artifex peritus, cui inſudando paulatim, vnde ſit ſoluendo debita, lucrum reportare poteſt, an hoc omittens de ſe præſtare

ſtare, religionem ingredi poſsit, cum præiudicio inſoluti creditoris. Huius quæſtionis memint Pedraza in ſua ſummula mandato.7.fol.100.qui cum opinionem Cerſonis.2.parte num.39.contra poſitam opinioni D.Thom.citet,& argumenta fortia,quæ commentus eſt Metin .Complutenſis in. C.de rebus reſtituendis quæſt.3. ibi, octaua cauſa aduerſum D.Thomam referat, ea inſoluta relinquit.Igitur, vt clarius difficultatis veritas illuceſcat, ea argumenta primò hîc quaſi bellum excitatura, repræſentare libet. ℭ Primo aduerſus D.Thomam ſic arguit Metina. Quia ſi ius naturale dictat debita eſſe ſoluenda,hoc ius naturale votum religionis infringere non poterit, neque per votum religionis ſe poterit debitor inhabilitare ad id debitum ſoluendum.

*Arg.1.Metinæ. contra D.Thom.*

*Arg.2.* ℭ Secundò arguit. Quia nemini datum eſt diteſcere cum iactura alterius; ergo neq; ingredi religionem cum diſpendio creditoris.Antecedens patet de pœnitentia ca. ſuã & conſequentia probatur:quia profeſsio ſolennis in præiudicium creditoris emittitur. *De pœnit.*

*Arg.3.* ℭ Tertiò arguit:Quia nullatenus mandata præſertim grauia, ſcilicet, de ſoluendo debitum ſunt omittenda propter cõſilia,quale eſt conſilium per profeſsionis votum religioni ſe addicere.

*Arg.4.* ℭ Quartò arguit: Quia inter Pariſienſes concluſum eſt,quòd qui adeò perſpicaciſsimi eſſet ingenij, vt expectatione omnium, inſigniſsimus Theologus futurus ſperaretur:ſi in exercitijs literalibus perſiſteret, etiã ſi incompos eſſet ad proſecutionem ſtudij, eo quòd inopia laboraret:non ideo poſſet huius rei gratia ,vt ſe in ſtudio conſeruaret, aliena occupare inuito domino:ergo neque iſte inuito ſuo creditore, religioni ſe poteſt dedicare: quia non licet ratione aſcenſus ad altiorẽ ſtatũ alicui, quod ſuũ eſt ſurripere.

*Arg.5.* ℭ Quintò arguit: Quia ideò mancipium religioni ſe mancipare non poteſt inuito domino, quia dominus inuitus ſuis bonis ſpoliari non poteſt. Sed hic eadem militat ratio,quia dominus inuitus, ideſt, creditor debita ſibi re,ſpoliatur per debitoris religionis ingreſſum:ergo non licet.

*Arg.6. D.Thom.* ℭ Sextò arguit:Quia ſecundùm eundem D.Thom.2.2.quæſt.101.arti.4. cum eius cõmentatore, filius in conſcientia ingredi religionem prohibetur,quando patrem ſuum graui neceſsitate videt oppreſſum cui permanendo in ſæculo,opem poteſt præſtare: quia aliàs ius naturale violaret:ergo ſimili iure quoque naturæ,obnoxius erit debitor ante ingreſſum religionis, ad perſoluenda debita ſuo creditori.

*Arg.7. De iureiu.* ℭ Septimò denique arguit;Quia vt habetur de iure iurando cap.veniens & cap. intellecto.poſterior obligatio priori præiudicare non poteſt.

ℭ Si quis ſuperficie tenus, hæc argumenta aſpexerit impugnaſſe & expugnaſſe contrariam ſententiam Diui Thomæ arbitrabitur. Sed facile bene intelligenti erit videre,quomodo omnia eodem pede claudicẽt & eadem fere ſolutione ſoluantur.

ℭ At D.Thomas 2.2. quæſt. vltima artic. 8. in ſolutione ad 3, oppoſitam tuetur ſententiam. Pro cuius illucidatione, duas præmittamus differentias oportet, quas ibi Caietanus inducit. Prima differentia eſt: quòd eſt differentia inter debitum certum, id eſt, alicuius rei certæ ſpeciei ſtantis, & inter debitum indeterminatum, id eſt, in communi, quale eſt pecuniarium, vbi ſatis eſt, ſi iſta pecuniæ, vel illa ſoluatur: quia obligatus ad primum debitum certum, tenetur illud exoluere, antequàm diſponat de ſeipſo. Obligatus autem ad debitum indeterminatum, id eſt, in communi non tenetur, ſed ſatis eſt faciat quod poteſt, cedendo bona ſua,ſi quæ habet ſuo creditori. Secunda differentia eſt inter leges noſtri & antiqui temporis. Nam apud veteres, pro debitis perſona liberi hominis in pignus obligabatur, vt patet 4. Regum.4. vbi mulier vidua conqueritur apud Eliſeũ, quod creditor accepturus erat filios ſuos in ſeruos pro pecunia ſibi debita.At iura diſponunt perſonam liberi hominis non poſſe in pignus obligari pro debito pecuniario, vt patet cap.2.de pignoribus .l.ob æs alienum C.de actionibus & obligatio.& l.2. quæ res pigno. obliga. l. 1. ff. de pigno & cap.2.de vſuris,adiuncto cap.conſtitutus de religioſ. domi.

*Differentiæ aſsignatæ à Caiet.*

*4.Reg.*

*De pign. De vſur.*

ℭ Igitur pro quæſtionis aperienda veritate duas præiaciamus concluſiones, quas videor mihi elicere ex D. Thom. in 2.2.q. 189.artic. 6. in ſolutione ad tertium, cũ alijs adiunctis. *D.Thom.*

*Concl.1.D.Thom.* ℭ Prima concluſio D. Thom.eſt: Si aliquis ſit obligatus ad ratiocinia, vt alicui rationem ponat, vel certum debitum reddat, non poteſt hoc licitè prætermittere, vt religionem ingrediatur.Et hanc concluſionem probant ſufficienter omnia argumenta prę adducta ex Metina.

*Concl.2.* ℭ Secunda concluſio D. Tho. Si aliquis debitor debet aliquam pecuniã,& nõ habeat vnde



vnde reddat, tenetur facere quod poteſt, vt ſcilicet, cedat bonis ſuis in fauorem creditoris.Hæc concluſio innititur fundamento iuris ſolido.ſ. vt prædictis allegationibus iuris patet, quia propter pecuniam perſona liberi hominis ſecundum prædicta iura ciuilia non obligatur vt pignus: nec pro tali debito pecuniario poteſt impignorari, ſed ſolum res.Egregiamque iuris iſtius ciuilis,& canonici affert hic D.Thom.rationem,qua etiam ſuam firmat ſtabilitque concluſionem,quia perſona liberi hominis ſuperat omnem eſtimationem pecuniæ.Vnde licitè poteſt( inquit Diuus Thom.)exhibitis rebus ſuis religionem intrare; neque tenetur in ſeculo remanere, vt procuret, vnde debitum reddat. Filius autem non tenetur ad aliquod ſpeciale & determinatum debitum patri:niſi forte in caſu neceſsitatis, cuius in articulo meminit Diuus Thomas. *Ratio.*

*Concl.3.* ¶ Et hæ licet concluſiones veræ ſint, tamen pro complemento doctrinæ adijcitur tertia: Si quis debitor pecuniarius, aliàs de præſenti carens ſubſtantia vnde ſoluat, in breui tempore labore manuum cum ſit officialis, poteſt acquirere, vnde ſe expediat à debito, ſuoque perſoluat creditori: tenetur tunc non intrare religionem, ſed ſatagere illo breui tempore, ſcilicet,vnius anni, vt ſibi ex ſuo labore pariat,vnde ſoluat: maxime ſi creditor indigentia laborat. Hæc concluſio decerpta eſt ex lectura Victoriæ anno Domini 1535. dictata. Neq; hæc cõcluſio eſt contra Diuum Thomam. Quia,nec hoc inficiaretur D. Thom. quia iam iſte non cenſetur impotens in præſentiarum ad perſoluendum debitum, à quo in tam breui tempore ſe poteſt expedire. Eſt tamen hæc concluſio moderatrix illius opinionis, quam Maioris in 4.diſtin. 8. quæſtio. 17. abſolutè tenet affirmando teneri talem ad labore manuum quæritandum, vt ſit ſoluendo, quia alias iniuriam irrogat creditori. Si autem non poteſt debitor talis conquirere, vnde ſoluat, poteſt ſtatim ad religionis ſtatum confugere: maximè ſi creditor aliàs non tantopere indiget. Hæc eſt Victoriæ, conſonaque eſt doctrinæ D. Thom. & accedit ei Palude in 4.diſt.38.Qui indiſtincte tenet cum D.Tho. quod ſtatim cedendo bonis poteſt ad religionem conuolare, nec poteſt detineri à prætore, nec ab alio ſecundum Victoriam. Quia cum impotens ſit ad ſoluendum, non decipit alterum, dum potitur libertate ſuæ perſonæ religioni ſe deuouendo. *Victoria.*

¶ Iam ſupereſt argumenta cõtraria diluiſſe, quæ omnia obligationem iuris naturalis; cui inquiunt, non poteſt derogare profeſsio ſolennis pro ſuo Achille aſſumunt,cui vno fundamento vno verbo aditus occluditur. Quia etiam cum ex iure naturali,perſona liberi hominis omnem ſuperet æſtimationem pecuniæ,quia non bene pro toto libertas vẽditur auro,iure ſuo ciuili ſic modificare principes temporales potuerunt qui ex cauſa legitima tranſlationem dominij poſſunt indulgere.Sicut faciunt in præſcriptione legitima ex bona fide, vbi per ſuas leges transferunt dominium alienæ rei in præſcribentem eam bona fide.Sicut etiam in donationibus minorum ſine authoritate curatorum ſuorum, è contra interdicunt tranſlationem dominij interpretantes, & moderantes ius naturale de ſuo vnicuique reddendo.Et aliud ius naturale dictans, quod nihil eſt naturalius, quam dominium ſuæ rei per ſuam voluntatem, in alium transferre dominum:potuerunt etiam per ſua iura ciuilia declaraſſe, quòd in debitis pecuniarijs perſona debitoris cedendo bonis, maneat libera ad diſponendum de ſuo ſtatu.Sicut etiam de iure naturali,eſt perſoluere debita pecuniaria, quæ ſunt inferioris ordinis, ſed ad id non obligatur debitor ſaltèm regulariter cum iactura, ſeu diſpendio bonorum ſuperioris ordinis libertatis perſonæ,famæ,& vitæ ſecundum omnes. ¶ Neq; eſt eadem ratio de ſeruo,qui inuito domino, ad religionem ſe transfert, quia illius perſona non eſt libera,ſed domini eſt. At perſona libera, dum religionem adit cedendo bonis, dũ ſubtrahit ſuã perſonã liberam creditori, alienum non ſubtrahit.Quia illa perſona, nõ erat creditoris,neque ei pro debito pecuniario,ſecundum ius ciuile potuit impignorari, aut ſic obligari,vt ad inſtituẽdum de ſuo ſtatu non maneret libera. *Differẽtia de ſeruo.*

*Ad aliud argumen.* ¶ At ad aliud argumẽtum de filio non potente adire religionem laborante inopia patre, abunde fecit ſatis Diuus Thom. Quia leges non ita perſonam liberam filij eximunt à iure naturali,quo tenetur patri in inopia ſubuenire. Nam & leges permittunt parentibus extremè egentibus, vt filios poſsint venalitati exponere pro ſua ſupplenda extrema neceſsitate, nec mirum ſi iure naturali obligentur ſubuenire vitæ illorum à quo acceperunt vitam:& ne nouam inſtituant vitam, aut ſtatum prohibeantur: dum in ſtatu penuriæ grauis relinquunt parentes, è quibus poſt Deum ſortiti ſunt vitam.

*Ad aliud argumen.* ¶ Ad aliud argumentum tertium reſpondetur, quod dum quis amplectitur cõſilium de in-

A de ingreſſu religionis, non prætermittit præceptum tunc de debito ſoluendo. Quia tale præceptum cum iactura libertatis perſonæ, vt non poſsit diſponere de ſuo ſtatu, non obligat; quia perſona in obligatione contractus, in hoc manet libera ex rationibus iam dictis.

*Ad ultimum arg.*

¶ Ad vltimum & ſeptimum tandem dicitur, quod obligatio poſterior non dicitur præiudicare priori, quando in ſecunda obligatione, obligatur perſona, quæ ſub prima obligatione obligata, & impignorata non erat. B Sic contingit in ſtatus religionis aſſumptione, cætera ſunt ſatis plana.

*Remiſsio quomodo liberat à reſtitu.*

¶ Inter cauſas, quæ non reſtituentem à peccato poſſunt excuſare: prima eſt, remiſſio, ſeu condonatio, ſeu alia ſatisfactio; quia creditor contentus maneat: quæ ſi eſt perpetua, perpetuo liberat, ſi autem temporalis ſit, pro tempore quo perdurabit, à tali peccato excuſabit. Si tamen duo concurrerint. Prius quod fiat per eum, qui donare poteſt, & liberam ſuorum bonorum adminiſtrationem habeat argum. capit. veniens. de teſtib. Poſterius, quod ſcienter & ſponte fiat, ſine vi, metu, dolo, aut fraude aliqua.

*De teſti.*

*Coroll. 1.*

Hic infertur primo non prodeſſe ſatisfactionem illam quotidianam: qua creditor fit contentus aliqua parte dediti propter diffidentiam, quam concipit recuperandi totum; quia creditor minatur quòd ſi pro centum, quæ debet illi, nolit eſſe contentus quinquaginta pro integra ſolutione, nihil vnquam habiturus ſit ſecundum Caietan. in articulo. 8. & ſecundum Sylueſt. reſtitut. 7. quæſtione. 1. &. 2. Quia non eſt ſpontanea remiſsio. Secus eſt tamen de diffidentia recuperandi, quam creditor concipit ob alias cauſas, vt recte Sylueſt. vbi ſupra, neque opus eſt ſecundum Caietan. vt vera ſit condonatio, vt diximus; quod pecunia præſentialiter offeratur, quia ſatis eſt creditor ſponte, & ſcienter remittat. Ita Sylueſter reſtitutio 7. quæſtione ſecunda.

*Caietan. Sylueſt.*

*Coroll. 2.*

¶ Vltimò ſequitur pro quotidianis caſibus, vt diximus quod ſi intermediator probus ſic agit negotium apud creditorem, dicendo, ego id agam apud Petrum debitorem tuum, vt ſoluat tibi tantum, ſi tu ſpontanea voluntate reliquum condonaueris, idque faciat ſine fraude, nullo iniecto metu, aut diffidentia debitum recuperandi, & debitor paratus ſit ad quidquid poteſt, ſi creditor illi remittit, inmmunis eſt à peccato, & reſtituēdi neceſsitate. Si autem caruit tali voluntate reſtituendi, quamuis in iſto caſu peccato non caruerit, tamen ex iſta remiſsione ſic obtēta, obligatione amplius reſtituendi caret, cum illam partem conuentam exoluerit ſtatim, & internuntio fide digno de facta prædicta remiſsione nuncianti ſi debitor adhibuerit fidem excuſatur quoad contrarium reſciuerit argum. cap. cum ceſſante. de appellat.

*De remiſsione debitor. obtenta per mediatores.*

*Coroll. 3.*

¶ Item non excuſatur debitor à peccato non reſtituendi, eò quod creditor ab eo non exigat debitum, quando ob timorem etiam reuerentialē, aut ob ignorātiam debiti omittit petere, ſi iudicio boni viri debitor ſoluendo erat. Quia in hoc caſu non interuenit ſciēter ſpontanea remiſsio, aut dilatio indulta à creditore. Quamuis authoribus Angelo verbo. mora. §. 1. & Sylu. eodem verbo. q. 1. excuſaretur debitor, quando creditor ſcit ſibi deberi & non petit ſine aliquo metu, aut ſine alio reſpectu, qui eum inuoluntarium faciat, de quo etiā ſupra meminiſſe ſum memor. Cuius ratio eſt; quia tunc probabiliter credere poteſt ſibi à tali creditore dilationem dari.

*Angel. Sylueſt.*

*Quæſtio. An interitus rerum liberet à reſtitu.*

¶ An etiā interitus earum rerum quæ debentur liberet à reſtitutione debitorem aptè hic vt in ſuo loco in quæſtionem vertitur. C Quam quæſtionem cōpendioſè per hanc diſtinctionē abſoluim⁹, ſcilicet, Aut aliquis eſt debitor in genere, aut aliquis eſt debitor in ſpecie, puta, iſtius vel illius equi, aut bouis. Nam qui aliquid debet in genere, puta hominem, bouem, aut equum, aut tot modios frumenti, aut amphoras vini, à ſolutione vel reſtitutione non excuſatur, quamuis ſpecies quas ad ſoluēdum deſtinatas habebat incendio, aut quouis alio caſu fortuito perierint. Imo neq; ſi omnia eius bona abſumerentur; peſſumq; iſſent quia, vt lege. incēdium C. ſi certum petatur. notatur & in lege. quod te mihi. ff. de rebus cred. debitor in genere non liberatur ſpeciei peremptione. D At vero debitor in ſpecie, puta, illius vel illius hominis vel bouis, aut veſtis regulariter excuſatur illius ſpeciei peremptione ſi abſq; dolo, fraude, & culpa, & ante moram perierit. Imo vero neq; etiam poſt moram ſaltèm in foro cōſcientiæ, ſi innoteſceret quod perinde apud creditorem, ac apud eum erat peritura, ſecundum Nauar. in huius gratiam citātem l. fin. §. fin. ff. ad l. Rhod. de iactu. ſiue ex cōtractu, ſiue ex delicto deberetur. l. ſi ex legati cauſa. ff. de verbor. oblig. Ita Sylueſt. verb. reſti. 7. §. 5. ſecus tamen eſt, ſi conſtaret, aut dubitaretur, quòd antequā res periſſet eam dominus vēdidiſſet aut ea vſus fuiſſet. l. cū res. §. fin. de legat. ¶ At declarat Sylueſt. verb. reſtitutio. 7. quæſt. 7. quis nam ſit, & dicatur eſſe in mora

*C. ſi certum.*

*ff. de rebus credi.*

*Nauar.*

*Ad. leg. Rhodiam.*

*ff. de verbor. oblig.*

*Sylueſt.*

*De legat.*

*Qui ſint in mora.*



A in mora reſtituendi. Eſt autem in tali mora, primò qui tenetur ex delicto. lege. 1. ff. de condict. fur. & etiam qui tenetur ex contractu, & non reſtituit ad diem præfixum, vel non ſtatim cum primum noſcit, vel ſcire debet rem eſſe alienam. l. quod te. & argu. cap. fina. de præſcrip. ſi eam tunc retinet ſine iuſta cauſa retinendi. Nam ſi eam retineret ratione aliquarum expenſarum, quas bona fide circa eam feciſſet, aut credendo iuſto errore ſuam eſſe, non cenſeretur in mora. l. illud. ff. de peti. hæred. & l. 15. qui rem commodaſſet. ff. de fur.

*De præſcrip.*

*ff. de peti. hæred.*

¶ At in foro exteriori pro lege habetur, B quod à puncto conteſtationis litis qui bona fide poſſedit euictus teneatur reſtituere fructus, quia à conteſtatione litis, videtur deſiuiſſe bona fides. ¶ Porro quoniam debitorem in genere interitu rerum à reſtitutione non excuſari diximus, non erit abre caſum adhoc principium pertinentem, de quo ſum rogatus, hic enodare, Is autem caſus eſt: Quidam dominus gregis mille ouium fuit, qui accepta ſtatim, & numerata ſibi pecunia ſolutionis, vendidit ex eodē grege mille ouium centum tres oues, quas illi remiſit emptor cuſtodiendas, vſque ad certum tempus: indeterminataſque tercentum oues ex prædicto grege millium cum emerit ſic in genere, neque C earum poſſeſsionem acceperit ſic contraxit: An in hoc caſu venditor, ex earum interitu, liberetur ab earum traditione & à pretij accepti pro eis reſtitutione. Et ſi tales oues ſuperſtites fuerint fructificauerintq;, cui illarum tercentarum ouium fructus cedent, an venditori, an emptori. At videtur, quod ſi ille tercentum oues pereant venditori pereant, & ſi fructus innati fuerint, eidem venditori ſint obuenturi: nam qui ſubit periculum, & commodo fructuum potiri ipſum oportet. At inter caſus, in quibus periculum extat apud venditorem vnus, & potiſsimus eſt caſus incertitudinis. D Vt ſi vendatur vnus ſeruus, vel equus ex multis, ſed non hic determinatè. Et patet ex principio iuridico ſupra allegato, vbi habetur, quod debitor in genere non liberatur ſpeciei peremptione: ergo in hoc caſu iſtæ in genere venditæ tercentum oues ſtant periculo venditoris. Certè caſus nō eſt omnino peruius: ſed qui præ ſe fert non mediocrē difficultatem. Quia Syluester verbo. emptio. quæſt. 3. vſque ad 4. incluſiue citat Hoſtien. in ſumma aſtruentem periculum illarum tercentum ouium extare apud venditorem; quia ſi pereant ſuum pretium poteſt repetere emptor, & ſi adhuc non ſoluiſſet emptor, aduerſum venditorem petentem pretium haberet exceptionem. Et ſic inquit ad emptorem periculum non ſpectat. ¶ Ipſe autem Syueſter, cuius opinio eſt rationabilior, & tenenda oppoſitum tenet, ſcilicet, quod illarum tercentarum ouium emptarū in genere ex grege millium ſi abſolutè, nulla adiecta conditione contractus fuit initus, pretiumque fuit ſolutum, aut fides data fuit de illo, periculum illarum tercentarum ouium eſt apud emptorem. Quia per iſtam emptionem, vt ait Syluester, trāſlatum eſt dominiū illarum tercentarum ouium ex illo grege millium in emptorem, licet indeterminatè, B ſiue per indiuiſum: res autem Domino ſuo perit. Nec illud pretium erat apud venditorem ſine cauſa, ſed cum cauſa, ſcilicet, emptionis. Vnde negat Syluester contra Hoſtienſem, quod in hoc caſu liceat emptori pretiū repetere, neque excipere vt non ſoluat, niſi venditor fuiſſet in mora.

*Quæſtio.*

*Obiectio.*

*Sylueſt. cō tra Hoſtiē.*

*Opinio Sylueſt. rationabilior.*

¶ Ex quo iam patet ſolutio ad ſecundam partem quæſtionis, ad quam Syluester. q. 4. verbo. emptio. reſpondens, ait, quia eſt hic perfecta emptio, qualis eſt illa, vbi ſolutum eſt pretium, aut data fides de illo. Et in tali perfecta venditione, niſi alia apponatur conditio, periculum interitus rei emptæ ſeu eius C deterioratio ſtat apud emptorem. Ad illum quoque attinet fructus illarum tercentum ouium. Tenebitur tamen pro cuſtodia aliquid refundere emptor, ſi obligauit venditorem per notabile tempus ad cuſtodiendum illas. Et pro hac ſua ſententia allegat Syluester notabilem, vt ipſe ait, textum in. l. quod ſi pendente. ff. de peri. & cōmod. rei vēditæ.

*Solutio ad. 2. par. quæſtionis. Sylueſt.*

¶ Ad obiectionem in contra, reſpondetur, quando regula iuris dictat, quòd periculum ſtat apud venditorem ratione incertitudinis rei venditæ, hoc intelligitur, quando venditur in genere, ita quod genus non eſt determinatum: hoc eſt, quando venditur incertum D de incertis. Vt quando, verbi gratia, vendit quis equum de iſto grege, vel illo ex duplici grege, quem habet, tunc periculum ratione incertitudinis, ante traditionem ſpectat ad venditorem, ſed quando genus eſt determinatum, ſeu quando venditur incertū de certò, vt exemplificat Syluester, quando venditor ait, vendo tibi. 10. ſextaria ex hoc dolio, vel aſinum vnū de his, quos poſsideo: ſicut etiā in noſtro caſu, ſi dixerit, vendo tibi tercentum oues ex hoc grege millium ouiū, quem poſsideo, tunc niſi vēditor ſit in mora, ad emptorē, & nō ad ipſum ſpectat periculū, quia ad emptorem hic tranſlatum eſt dominiū.

*Ad obiect. Explicatur regul. iuris.*

# CAP. CXXX.

*An vendens officia ſecularia teneatur reſtituere.*

*Quæſtio.*

NOn erit ab re & hic quærere, an cauſa principalis à reſtitutione excuſans ſit debitorem dediſſe aut procuraſſe creditori aliquod beneficium eccleſiaſticum. Nam exiſtimãt aliqui iuris periti id ſatis eſſe pro ſolutione debiti recompenſaſſe. Igitur per hæc dicta quæſtionis difficultatem extricat Nauarrus ſumma Latina capit. 17, numero. 81. Primum illius dictum eſt contra aliquos iuriſtas, falſum eſſe, quòd tradendo debitor beneficium eccleſiaſticum procuratum creditori in recompenſationem debiti, per hoc eximatur à reſtitutione debiti. Quia, vt inſinuatur capit. quam pio. 1. quæſt. 2. & in capit. cum ſecundùm de præbendis, per ſpirituale nõ poteſt ſolui temporale. Et ideò datio beneficij talis non excuſat epiſcopum ab ſoluendo id, cuius propter obſequia ſibi præſtita, eſt debitor. Secus eſſet, ſi poſt datum, vel procuratum beneficium tale gratis à debitore, tunc creditor cauſa gratitudinis condonarèt debitum. Nam tunc debitor liber à reſtitutione maneret.

*An beneſicio eccleſ. poßit debitor recompenſare. Nauar. Dict. 1. — 1. q. 2. & de præb.*

*Dictũ. 2. Nauar.*

¶ Secundò ait Nauarrus, idem dicendum eſſe de officijs, quæ ſine ſimonia, aut peccato emi, aut vendi non poſſunt, quia per hæc officia creditori debitum licite recompenſari non poteſt. ¶ Sed quid de officijs alijs: quæ licitè emũtur, aut venduntur; An hæc officia in ſolutionem debitorum dari poſsint, reſpõdet Nauarrus affirmatiuè, poſſunt, inquam, licite dari. Quia horum officiorum datio, aut procuratio impenſis debitoris facta idonea ſolutio eſt, arg. capit. totum 1. quæſt. 3.

*Officia ſecular an cedãt in ſolutionem debiti.*

¶ Conſequenter etiam ambigi poteſt, an officia ſecularia, quæ ſine peccato vendi nequeunt in recompenſationem debiti à debitore præſtari poſsint. Reſpondetur, quòd licet in venditionibus huiuſmodi officiorum ſecularium nonnunquam ſoleat interuenire peccatum, tamen quandocunque titulus tranſlationis eſt validus, idonea eſſet ſolutio debiti, quæ fieret dando hæc officia in ſolutionem. Nam ſi venditiones factæ à regibus, vel ab alijs facultate regia ad id munitis validæ ſunt, quia titulus, quem transferunt eſt validus, quare ſi ſimili facultate regia dentur in ſolutionem debiti, ſolutio non erit idonea?

*Coroll. ex Cordub.*

¶ Propter quod Corduba in quæſtione. 134. de caſibus conſcientiæ tradit, quòd frater maior, cui à patre per renuntiationem factam, rectoris ciuitatis officium dimiſſum eſt in morte, quia huiuſmodi officium cum licentia regis, obtentu facili, venundari poteſt, & ſolet, ad diuiſionem, cum cæteris ſuis fratribus tenetur adducere: ſecũdum doctiſſimum Couarru. de varijs reſolutionibus libro. 2. capit. 19. numero. 6. & ſecundum Gometium Arias. l. 27. Taurina numer. 75. & ſecundum Auendañum. in reſponſione. 9. & Antonium Gomez. l. 29. Taurina. Etiam ſi à partitione non facta bonorum xxx. annorum ſpatium fuerit ipſum, adducendum eſt ad cumulum partitionis officium tale ad taxam valoris, & pretij, quo valebat tempore mortis patris. At ter millia, vel quatuor millia aureorum, quæ vt præſupponitur frater maior ſibi lucratus eſt ratione officij, munus procuratoris obeundo in curia, quia ſuæ induſtriæ debentur ad partitionem conferre non cogitur. Ita prædicti.

*Couarr. Gomez. Arias Auendañus Ant. Gomez.*

*Quæſtio. An perſ. cretam neg. geſt. recompenſat debitum.*

¶ Item non eſt hæc incompetens ad præſentem materiam quæſtio, ſi aliquis ſe nouit ſecretum debitorem alterius, an huiuſmodi ſecretum debitum recompenſare poterit, per negotia vtiliter geſta in commodum creditoris. Verbi gratia, Petrus ſecretus Ioannis debitor, pro Ioanne ſibi commendanti impetrauit diſpenſationem à Papa, vel priuilegium à rege ſibi collatum gratis, quia amici Petri amicabiliter pro Petro, vt impetraret gratis egerunt, quod alias ſine immodicis expenſis non obtinetur, An poterit in recõpenſationem debiti ſecreti hanc, ſibi impetrationẽ gratuito factam dare, aut ſibi ſecreto pro ea recompenſare? caſus eſt contingibilis, & dubitabilis cuius meminit Corduba in quæſt. 99. de caſibus conſcientiæ.

*Cordub.*

¶ A qua quæſtione ſe facile expedit dicens, quod ſi interceſsit pactum inter eos, vt Ioannes Petro impetraturo ſolueret, quod pro impetratione ſolitum eſt inſumi, & tantum quantum huiuſmodi obtentio priuilegij conſtare ſolet: tunc certè illud pro ſolutione debiti Petrus Ioanni offerre poteſt. Quia licet gratis obtinuerit per interceſsionem amicorum: cæterum amicis ſubeuntibus hanc curam, atque laborem licet gratis, deuinctus manet ad ſimilem ſolicitudinem laboris, curamque cum ſe obtulerit caſus, pro illis ſubeundam. Quod quidem vtrumque pecunia æſtimabile eſt. Sed hoc eſt verum, inquit, niſi Ioannes, pro quo Petrus gratis ſic obtinuit priuilegium, in alijs æquiualentibus beneficijs obſequijsque vtilibus Petro recompenſauit diſpenſationis, aut priuilegij negotium geſtum. Atſi nihil ſecretò debeat Ioanni, aut publicè: poterit occultè pro huiuſmodi negotijs geſtis ſibi recompenſare quando aliter ſine iactura amicitiæ, vel ſine alijs diſpendijs debitam ſuper hoc recompenſationem non poſſet obtinere à Ioanne. Concordat Metina de reſtit. q. 3. in 12. cauſa liberante à reſtitutione fol. 24. Et hoc eſt verum in foro conſcientiæ. Conſonat Sotus de iuſtitia & iure lib. 5. q. 3. artic. 3. in reſponſione ad. 1. arg. & Nauar. in ſumma Hiſp. c. 17. num. 107. & 108. & 109. & 110.

*Metin. Sotus. Nauar.*

*Quæſtio.*

¶ Sed quia adhuc animus lectoris pendebit, ſi quæſtionem partim hic indeciſam relinquamus, quãuis ſuus locus genuinus huic quæſtioni manet alibi, ſcilicet, an vendita hæc officia publica, & ſæcularia ſine authoritate regia, valido, aut nullo titulo per huiuſmodi venditionem in ementes transferãtur, cogimur hic eam aliquo modo prælibare. Nec agimus nunc de peccatis, & abuſibus, qui ex huiuſmodi venditionibus ſolent in republica redundare: Sed id agimus, an valido, legitimoq; titulo vendantur.

*De vend. offi. ſæcul.*

¶ At quòd princeps, vel rex poſsit valido, legitimoque titulo, hæc officia tabellionatũs, aut rectorum vendere, poſt reſponſionem D. Thom. ad Duciſſam Brabantiæ, non multum controuertitur inter doctores, quia non multum ambigitur.

*An domini temporal. licitè vend. offi.*

¶ Sed, an domini temporales, ſcilicet, magnates, qui ſub ditione regia ſunt, habeant ex iure naturali facultatem eadem officia vendendi, ſcilicet, Duces, Marchiones, Comites maius dubium nobis faceſsit.

*Sotus.*

Nam Sotus lib. 3. de iuſtitia & iure. q. 6. artic. 4. videtur ſentire huiuſmodi magnates non ita pollere authoritate vendendi huiuſmodi officia, niſi pretium inde comparatum ad bonum commune ad reparationem murorum, aut pontium, aut huiuſmodi applicent, quia eorum reſpublica non eſt perfecta, ſed dependens.

*Sententia Cordub.*

¶ At Corduba quæſt. 117. de caſibus conſcientiæ, hoc huiuſmodi magnatibus videtur permittere ſpeculatiuè loquẽdo. In quo ſenſu omnes doctores authorem ſequentes Diuum Thom. in epiſtola ad Duciſſam Brabantiæ aſſerunt hæc officia eſſe vendibilia. Nam practicè ea ſunt ingentia incommoda, quæ interdum exinde in republica pullulãt, vt renuant expediens vel licitum eſſe ea venalia fore concedere niſi vitentur.

*Corduba.*

¶ Hanc vero ſuam ſententiam hinc fulcit Cordub. Quia iam huiuſmodi magnates expreſſam, vel tacitam licentiam regis ad hoc videntur habere, poſtquam iam huiuſmodi vſus vendendi hæc officia, quem iam obtinuere optimates, rex ſatis conſcius, cum obſtare huic vſui poſsit, & pugnare, diſsimulat. Accedit ad hæc, quia & ipſe rex id ipſum agit, & quia iam ſic eſt in vſu apud omnes magnates, vt teſtatur Paul. in l. omnimodo §. imputari C. de inofficioſo teſtamento, vbi ait tabellionatum, vſu receptum eſt vendi. At officia ſcribarum ab eccleſiaſticis prælatis vendi iniuſtum eſſe ac fædum fatetur Sotus loco citato. ¶ Quare ſententiam Cordu. iam vſu receptã, ſi ſic eſt, non auſim damnare, præſertim, quia Nauar. in ſum. Latina cap. 25. numer. 7. ei ſubſcribit, licet ſubobſcurè loquens; ſed clarius in ſum. Hiſp. eodem cap. 25. nu. 7. vbi ait, quod licet ſecũdum Panor. ſit ſordidum lucrum hæc vendere officia, tamen intelligitur, vbi lege obligante ad mortale eſſet vetitum agnoſcentibus ſuperiorẽ: niſi conſuetudo præſcripta contra talem legem inoleuerit, vel licentia potentis condere interuenerit ad vendendum ea pretio honeſto perſoniſque idoneis.

*Ratio. — Paul. — Nauar. aſſentit Cordub.*

*Quæſtio. An priuatis liceat vende. officia. Sotus negat.*

¶ Sed ſi peruenіamus ad perſonas priuatas maius accreſcit dubium, nam Sotus locò ſupra allegato expreſſè ſic ait; Siquis à regẽ facultatem transferendi locum ſui officij petierit, non explicando per venditionem, arbitror ſic peccare vendendo, vt ad reſtitutionem pretij teneatur; quia nemini, inquit, fas eſt vendere, niſi regi. Vbi autem rex eandem largiretur vendendi facultatem, ceſſaret reſtitutionis obligatio, non tamen ratio peccati, poſtquam venditio non fit in bonum publicum. Hæc Sot. vbi perſanctè loquitur.

*Cordu. & Naua. affirmant.*

¶ At vero Corduba, & Nauarrus locis vbi ſupra, quantum attinet ad reſtitutionem accepti precij à priuatis hæc vendentibus officia contrarium inſinuant. Nam Corduba ait, quòd non ſunt facile damnandi domini temporales, imo neque alij priuati, qui ſine expreſſa licentia regis, iuxta conſuetudinem receptam vendunt huiuſmodi officia, ſi ſeruauerint requiſitas conditiones reliquas. Et Nauarrus locis citatis addit. capit. 25. nume. 7. dicens, quòd ſicut non ſunt damnandi reges, & principes, qui ea officia dant pro pecunia in dotem, vel mercedem obſequiorum: ita neque etiam ipſi officiarij illa vendẽtes tam honeſto pretio talibus perſonis, vt probabiliter credatur eas illis non male vſuras, quo pretium male datum peius extorqueant.

*Reſolutionis.* ¶ Sed iam tandem dicta ad aliquam reſolutionem redigamus. Quare dico primò,

*Dictũ. 1.* quod ſi rex aliquo huiuſmodi officio donat aliquem, puta, equitem, vel ingenuum, quē optime nouit tali officio perſonaliter non functurum, aut ſi aulicæ domicellæ illud donat, palam eſt eis dari, vt de pretio talium officiorum, ſibi proſpiciant. Vnde ſi vendant, ex licentia regis cenſentur vendere: vnde neque pretium reſtituere tenentur.

*Dictũ. 2.* ¶ Secundo dico (quia in dubio non eſt præcipitanda ſententia) ſi priuati officiarij ſine expreſſa licentia regis venderent hæc officia, ſi pretio honeſto venderent licet ob prætermiſſas alias conditiones, ſi aliquid dāni cauſauerint in republica teneantur illud reſarcire. Non tamen eſt clarum, quod pretium ſic acceptum teneantur reſtituere.

*Ratio.* *Authenticum Aureum.* Primò, quia leges illæ, prima authentici aurei Iuſtiniani, vbi perſanctè iubetur, vt perſonę quæ publicis officijs addicuntur ſingula ſine mercede percipiant, nihil omnino dantes, neque occaſione ſuffragiorum, lex quoque illa hæc lex. ff. ad legem Iuliam. de ambi. quæ eadem edicit, ſecundùm Cordubam in ſuo quæſtionario libro. 1. quæſtion. 32. ſolum prohibent talem actum, ſeu contractum venditionis officiorum ſecularium fieri, non tamen irritant illum. *ff. ad l. Iuliam.* *Cordub.* Cuius modi eſt etiam lex, quæ ſolùm prohibet ne fiat ludus alearum, vel non vltra tantam quantitatem, vel ne mercatus fiat tali tempore, vel loco, aut ne contractus fiat cum hæreticis, aut excommunicatis, vel ne talium rerum venditio fiat, puta, ne vendantur talia officia ſæcularia, taxilli, vel fuci muliebres, & quod ad ſtatim reuendendum, ne emantur frumenta. Nam tūc ſic acceptum ratione talis actus, vel contractus prohibiti tantum, & non irritat non ſemper neceſſario eſt reſtituendum; quamuis Syluester titulo. lex. videatur dicere oppoſitum. *Syluest.* ¶ Secus eſt, vbi aliàs annullat aliquem contractum, vel pactum. Nam tunc ratione illius contractus irriti, acceptum non poteſt retineri & reſtituendum eſt. Hæc Corduba ait.

*Ioſephus.* ¶ Cæterum Frater Ioſephus in ſuis floribus in materia de reſtitutione apparenter, non tamen adeò tutè hoc dictum Cordubæ ſic limitat, ſcilicet, quod quando lex irritat duntaxat contractum, & non prohibet expreſſe, ſiue ex conſuetudine, dominij tranſlationem, nec præcipit fieri reſtitutionem, talis contractus in conſcientia eſt validus. *Illatio.* Vnde infert ſic: Igitur quantumcunque lex requirat aliquam ſolennitatem, qua deficiente contractus annulletur, eſt intelligendum, ne virtute illius contractus aliquis poſsit in iudicio agere, vt habet gloſſa in l. non dubium. C. de legibus & conſtitu. vbi interſerit, quòd ex inutili traditione, vel contractu, quandoque dominium transfertur, vt. ff. de dolo. & eleganter. §. 1. ſed tamen qui actionem habet ipſam rem habere videtur. Quæ limitatio Fratris Ioſephi, ſi vera eſt magnos ſcrupulos, perplexitateſque vitat, tamen apparenter loquitur. *Limitatio Ioſephi mult. ſcrup. tollit.* Quia leges odioſæ non ſunt tàm ſtrictè interpretandæ, & quia leges, vbi voluit legiſlator, ſic verbis expreſsis ſolent dominij tranſlationem prohibere, & impedire. Vbi ergo id expreſſè non prohibent, neque de dominij tranſlatione impedienda meminere: quare eas in auſterum magis ſenſum quam in benignum interpretabimur, niſi cōſuetudo tranſlationis dominij impeditiua in aliquibus caſibus eas aliter interpretetur.

¶ Igitur poſt iſta vtilia fundamenta iacta, concludamus tandem, quòd ſi leges de non vendendo hæc officia; non irritant hos contractus, ſecundùm Cordubam, & Nauarrum poſtquàm per huiuſmodi venditiones traduntur veri tituli non eſt reſtituendum quidquid acceptum eſt pretij pro illis à priuatis ea officia vendentibus.

¶ Quamuis crediderim rectores ciuitatū, ſeu magiſtratus, ſi aliquid acceperint pro ſuis ſuffragijs præſtandis in electione functionis ſcribarum, tenentur in conſcientia reſtituere, vt ſatis aduertenter loco citato ait Sotus. *De magiſtrat. pro ſuffragijs accipien. Sotus.* Tum, quia pragmatica regni prohibetur, ne electiones officiorum, & potiſsime ſcribarum pretio fiant. Eademque pragmatica authoritate inuictiſsimi Cæſaris Caroli. 5. confirmata eſt, tum quia tales ſenatores, quia ſunt meri diſpenſatores, & ex priuilegio ſimpliciter electores, iure optimo ſunt cohibiti ſua ſuffragia vendere, ſed iuſsi ſunt ea præſtare gratis. Sicut etiam pragmatica iam citata regni, prohibiti ſunt ſtipendia iuraque ſcribarum per modum penſionis diſpartiri, aut cogere ſcribam, vt tantum alteri ſoluat.

*Officia iuriſdictionis ementes lex inhabiles facit mul. & venditores. Recopila.* ¶ Prohibitum eſt etiam lege. 7. libro. 7. titul. 3. recopilationis nouæ legum, ne de cætero officium iuriſdictionis vllum poſsit vendi, aut emi in domo regia, vel curia, vel extra ſub pœnis contentis in legibus regnis & vltra hoc infamis fiat, & inhabilis perpetuò ad hæc officia, vel alia obtinenda tam venditor, quam emptor. *Officia prohibita locari.* ¶ Libro quoque 7. eiuſdem recopilationis titul. tertio ſtabilitur, ne officia iuriſdictionum, vel iudicum, ſeu executorum, alguaziles, nuncupatorum poſsint locari ſub pœna amiſſionis eorum, & ſub pœna quòd eorum locator, ſeu potius conductor eis vti non poſsit, niſi eas incurrendo pœnas, quas incurrere ſunt ſoliti, qui officijs publicis vtuntur ad ſe non attinentibus.



*Satisfit obiectioni.* ¶ Sed iam, vt ſedetur legentis animus in rem fore exiſtimo, ad obiectionē circa prædicta, cuius meminit ibi Corduba reſpondere. Nam non parum dubij ingerit, quòd in foro contentioſo homines priuati de huiuſmodi venditione officiorum delati apud iudices, cum parum fauoris obtinent ſoliti ſunt puniri, precioque accepto mulctari contractuſque tales irritari, vel irriti nunciari. Qui quidem rigor arguit, nec tales venditores officiorum priuatos poſſe vſu defendi, neque ex tacita regis licentia excuſari. Cui obiectioni ſic ibi facit ſatis Corduba dicens. *Cordub.* Primò, quòd non ſiniſtrè faciunt; ſi iudices in aliquos horum ſibi delatos animaduertunt. Nam non parùm grauia inconuenientia emergerent: ſi indiſcriminatim quibuſcunque hæc officia publica venalitati exponere permitteretur. Secundò ait, quòd leges, quæ in foro contentioſo ſolitæ ſunt executioni mandari, non circa omnia genera perſonarum: ſed circa tale, vel tale genus hominum ſolum cenſentur obligare ad pœnam poſt iudicis ſententiam adiudicantis fiſco pœnam, & non ante. Quia conſuetudo interpretatur mentem regis, vel eius interpretatiuam, vel ſic interpretatam licentiam.

¶ Ecce aliqualem ſolutionem, quam etiam innuit Nauarrus loco ſupra citato. *An officio dato poſſ. ſolui debit.* Ex quibus omnibus iam profuſe dictis conſtat quid dicendum ſit, an priuatus officiarius poſsit in ſolutionem debiti mille aureorum, quos debet, officium tabellionatus ſui exhibere creditori. *Reſpond. Nauar.* Reſpondetur, vt inſinuat Nauarrus, poſſet quidem ex licentia regis expreſſa, vel tacita id facere per collationem regis transferendo officium. At ſi miſer eſt, & miſerabilis, qui ſtatim cum fecerit, etiam rege inſcio venditionis conferente creditori titulum accuſandus eſt de hac occultatione venditionis, vel ſolutionis pro debito, quod ſoluit illo officio, & in iudicio ſuus creditor tali officio in pretium ſibi debiti dato creditur per iudicem ſpoliandus, quidquid ſit de peccato. Nec etiam idonea erit ſolutio in hoc caſu: quæ cum tali periculo probabili fit creditori, ſecus aliàs.



# CAP. CXXXI.

*Vtrùm ignorantia excuſet à reſtitutione, exēplificatur in multis caſibus.*

Ignorantia inſuper probabilis facti excuſat à reſtitutione, qua credit quis id, quod reſtituendum erat, ſuum eſſe, aut ignorantia iuris obſcuri. Præſertim, quando viri ſcientia & conſcientia præditi conſulunt ei, quod ad reſtituendum non tenetur. Argument. eſt gloſſæ ſingularis, & receptæ in ca. capellanus. de ferijs excuſat. *Gloſſæ.* Secus eſt de conſulente eos, quos credit ſibi placita reſponſuros, & niſi hoc crederet, eos non conſuleret: quia non excuſatur à peccato. Reſtituereque minus excuſantur, qui cōſulentes multos dicentes ſibi ad reſtituendum teneri, ab alijs conſulendis non deſiſtunt, donec inueniant vnum ſuo beneplacito non reſtituendi fauentem, cui magis volunt fidem adhibere, quàm reliquis, quia ſolus dicit placentia iuxta Adrian. in. 4. de reſtitutione: colum. 88. Ita Nauarrus.

¶ Non ab re dictum putes, quòd ignorantia probabilis dum durat excuſat à reſtitutione tantum: quia craſſa, & ſupina non excuſat. Qualis eſt illa, qua quis emit à milite miſſale, aut calicem, aut à famulo orbem, aut ſalinum argenteum, aut ab aliquo iuuene pannoſo ſericum, aut alterius generis pannum, quæ credere, aut dubitare debebat, per rapinam, aut furtum ab his vēdentibus fuiſſe habita. Sic Nauarrus.

*Cordub. De perſuad. emer. libera.* ¶ Hinc Corduba quæſtione. 108. de caſibus conſcientiæ pertractans caſum de Mauritana Granatenſi, quæ cum eſſet de gente pacifica, nec rebelli inuaſa eſt à militibus dū pergeret itinere, & in mancipium eſt vendita, inquit quod emptor poſt comperiens eam eſſe liberam, in cōſcientia liberam eam tenetur dimittere, reſtituendumque ſibi eſt pretium à venditore: Licet ſi probaretur in iudicio mala fide emiſſe ibi, nō ſibi concederetur, repetitio pretij. Et licet Ioannes ſocius Martini exhortatus fuerit Martinum, aliàs paratum ad illam liberam emendam, vt illam emeret: obnoxius non erit reſtitutioni: ſed ſolus Martinus; quia aliàs paratus erat emere, eamque mala fide emit tenetur eam in ſuam ſtatuere libertatem. *De mala fide emēte mancip.* Sicut & quilibet alius, qui mancipium emit mala fide, quia increbruerat fama eſſe liberum, ſi examinata re, adhuc perſtat dubium de eius libertate, tenetur dimittere liberū, quia illud

mala fide acquiſiuit, Secus ſi bona fide illud A emiſſet. Nam ſtante dubio melior eſt conditio bona fide illucuſque poſſeſſoris, poſt factam examinationem.

*Ignorãtia iur. clari nõ excuſ.*

¶Multoque minus excuſat à reſtitutione rei, ignorantia iuris clari. Qualis eſt illa, qua quis ignorat rem furto ablatam non iuſtum eſſe emere, vt quis ſibi eam retineat. capit. ignorantia, de regul. iuris. lib. 6. & argu. cap. Apoſtolicæ. de clerico excommuni. miniſtran. & Syluester verb. reſtitutio. 3. quæſtione. 7. quanquam, vt ſupra dictum eſt latius, quia quiſque arctius obligatus eſt ſibi, quam alteri, ſic emptum, aut acceptum venditori, aut permutatori reddere licet, & pre- B tium recuperare, aut quod pro illo dedit, ſi deprecatus ſit eum, qui malè accepit, & malè dederat, vt illud domino ſuo reſtituat: de quo latius ſupra eodem.

*De regul. iuris.*

*Quæſtio. An dominus poſſ. pro depoſito ſubrep. aliquid accip.*

¶Deinde quæritur, an ſi quis cauſa cuſtodiæ, alteri tradidit centum aureos, qui cum debita diligentia illos in cuſtodia haberet, inuaſus à latronibus, illis centum aureis cũ alijs ſimul rebus ſuis ſpoliatus eſt inculpabiliter: furtumque tale cum probare non valuiſſet, domino petenti ſuos centum aureos ſententia iudicis compulſus eſt ſoluere, an poſsit dominus ſententia iudicis ſe protegere ad illos centum aureos recuperandos, & C retinendos.

*Reſpon. Corduba.*

Reſpondet Corduba, quæſtione 75, de caſibus conſcientiæ, hunc dominum licitè, & citra iniuſtitiam, per ſententiam iudicis ſuos certum aureos recuperare poſſe, niſi reſcierit eſſe inculpabilẽ cuſtodem, qui illorum furtum eſt paſſus.

*De recompenſ.*

¶ Sed an qui ſic inculpabiliter compulſus eſt illos ſoluere, poſsit ſibi ſecreto recompenſare de illis centum aureis, aut de eorum valore poſſet quis dubitare. Sed nemini dubium, quin poſsit de bonis illius domini, cui iam centum aureos prædictos ſoluit, ſibi pro eis recompenſare ſecreto, ſicut qui cum ſit innocens ſecũdum allegata, & probata, tamen damnatus D eſt ad aliquam pœnam, poteſt ſecreto ſubterfugere pœnam ſibi recompenſando iacturam.

*Quæſtio.*

¶ Qualis verò culpa, vel negligentia excuſet cuſtodem pecuniarum, ſuper hoc, conſule Sylueſtrum titulo, cuſtos, & titulo depoſitum. Nam ſolum tenetur de dolo, aut lata culpa, ſi gratia ſolius domini pecuniæ, ſuſcepit cuſtodiendam pecuniam; neq; pro cuſtodia, mercedem accepit.

*Sylueſt. Cuſtos ex qua culpa teneatur.*

*Quæſtio.*

¶ Nec puto ab inſtituto me diſcedere, ſi quia cœpimus diſputare, an ignorantia excuſet à reſtitutione: hic quoque id dubij in- A ſeratur, cuius meminit Corduba quæſtione. 104. de caſibus conſcientiæ. An Mariam excuſet à reſtitutione ignorantia illa: qua à Ioanne decepta eſt, ab ipſa mutuum quindecim millium dipondiorum petente ſub nomine cenſus, cui illa clarè reſpondit, ſe nolle mutuare, ſed ad cenſum dare. Cæterum per fraudem edita eſt ſcriptura contractus non cenſus, ſed mutui, ipſa neſciente. An ſi quid in hoc caſu receperit Maria præter ſortem teneatur reſtituere.

*Cordub. An mutuum ... tũ ſub ... excuſ. ... liter.*

*Reſpon.*

¶ Licet nonnihil intricationis contineat caſus propter fraudem admixtam: ſed quia nemini ſuus dolus patrocinari debet: neque B alicui ſua ſimplicitas, & bona fides nocere: licet talis contractus non fuerit contractus cenſus, quia caruit conditionibus cenſus. Et ita nec ratione contractus cenſus, aut mutui Ioannes teneatur Mariæ niſi ad ſolutionem prædictorum quindecim millium: tamen propter intereſſe lucri ceſſantis tenetur Ioãnes Mariæ exoluere penſionem cenſus quindecim millium dipondiorum ſortis ad taxam mille dipondiorum pro quatuordecim millium ſorte. Quia ipſa clarè proteſtata eſt, ſe dare ad cenſum, neque ſimplicitas muliebris eam obligat ad plures percallendas ſubtilitates. Si ad inſtantiam Ioannîs per ta- C bellionem decepta eſt, tenetur Ioannes penſionem cenſus ſoluere, vſque dum redimat cenſum: & in redemptione cenſus redditurus eſt Ioannes Mariæ ſua quindecim millia dipondia integra vltra penſiones.

*Quomodo intelligẽ caſus.*

¶ Hoc autem intelligendum eſſe verum puto, licet non tantopere ſe exprimat Corduba, quando ipſa Maria in rei veritate parata erat illa quindecim millia dipondia exponere ad cenſum, & re vera expoſuiſſet. Nam ſi parata erat exponere ad negotiationem ex qua minus ſperabatur lucri, deductis expenſis, & periculo, quam penſio eſt cenſus: neſcio, quicquid ſit de foro exteriori, D quare in conſcientia ſit condemnandus Ioannes illi ad reſtituendam penſionem cenſus: quanuis ſit obligatus ad intereſſe lucri ceſſantis ex negotiatione.

*Etiã ſi ne gotiatura erat potuit decepta ... ciper. cenſ.*

¶ Quanquam etiam probabilitate non careat, quòd in tali caſu vbi Maria negotiatura erat, quia iam negotiata eſt bona fide ſuã pecuniam exponens ad cenſum illum, ratione contractus. Quia ſeruanda ſunt pacta, ſecundũ D. Ambroſiũ, etiam hoſtibus. Et quia ſolida ſunt facienda pacta do, vt des: ideo tale lucrum ceſſans cenſus non ſolum in foro conſcientiæ, ſed etiam in foro iudiciali probetur ſecundùm communem doctrinam do-

ctorum



ctorum (licet aliqui contradicant) eſt ſoluen- A dum, vt refert Syluester titul. vſura. quæſt. 19. ſi Abbas, & Felinus, & Iaſon, & Palatius Rubeus in repetitione ca. per veſtras. de donationib. & Adrianus in. 4. vbi agit de intereſſe ex mutuo.

*Sylue. Felin. Iaſon, Pala. Rubi. Adria.*

*Quæſtio.*

¶ Neq; diſsimilis huic emergit hic & alia quæſtio ex eodem Corduba quæſt. 104. de caſibus conſcientiæ. Vbi quæritur an ignorantia cuiuſdam cenſus ficti excuſet quendam equitem à reſtitutione penſionis cenſus annualis recuperatæ à mercatore: qui per literas miſſas eidem equiti exigenti ſuã B pecuniam, quam nomine illius ipſe mercator recuperauerat ab equitis debitore, conuenit cum eodem equite, volens eius pecuniam detinere, quòd pro illa ſe deuinciebat obligatione cenſus ad ſoluendam penſionẽ cenſus mille, pro quatuordecim millibus. Eques autem quaſi inuitus tali conuentioni aſſenſit: quia malebat ſibi ſuos ſolui numos, quibus parabat, & redimere cenſum ſub ſuis poſſeſsionibus impoſitum, & augere ſuos redditus nouum emendo cenſum.

*An coact° ex ſibi debito emer. cenſ. poſſ. illũ accip.*

*Reſpon.*

¶ Cui quæſtioni primò reſpondetur, ꝙ ratione cenſus in hoc caſu non potuit eques C hic illas penſiones cenſuales annuales vltra ſortem ſibi debitam à mercatore exigere: niſi ſuper hoc edita fuerit ſcriptura cẽſûs cum ſolennitate debita iuris imponendo cenſum ſuper hypothecam fructuoſam. Quia ſi aliter fiat cenſus eſt fictus. Nec ratione cambij illos redditus eques poteſt ferre, quia re vera non erat per cambium negotiaturus. Solum igitur propter intereſſe mutui coacti poteſt propter detentionem ſuæ pecuniæ à prædicto mercatore, vltra ſortem ſibi debitam, aliquid recuperare. Quia pro damno emergenti, quod paſſus eſt eques à die, qua mercator illius detinuit pecuniam, eo quod D ſoluerit annuales penſiones cenſus, quem ea pecunia ſi ſibi eſſet reddita, verè parabat redimere ſtatim, poteſt integram, vltra ſortem, recompenſationem exigere.

*Damn. emergẽs totũ recupe.*

*Lucrum ceſſans nõ totum recuper.*

¶ At vero pro lucro ceſſante, quia propter pecuniam ſuo termino non ſolutam inuitus patiens dilationem, deſtitit emere nouum cenſum, quẽ re vera ex parte illius pecuniæ conſtituerat emere, ex quo lucrum penſionis cenſualis reportaſſet, non poterit tam integram ſatisfactionem exigere: quia non tam certò conſtare poteſt de iſto lucro ceſſante: ſicut conſtare poteſt de dãno emergente: & quia de hòc eques tam certus eſſe nequit, quòd inter medio tempore, quo ſibi inuito detenta eſt pecunia, inueniſſet iura A cenſualia ad emendum ea. Atque ſi pro votis ſucceſsiſſet talis emptio, tamen res, quæ pendet ex euentibus futuris contingentibus, nihil ſatis certi aut tuti pollicetur. Ideo tutius eſt ſic conuenire cum tali mercatore, vt ſibi ſtatim perſoluat ſortem recuperatã, & redditus omnes, quos vere eques perſoluit cenſuales à die, quo mercator tenebatur ſibi mittere numiſma recuperatum: & hoc propter intereſſe damni emergentis. Cæterùm pro lucro ceſſante iurium cenſualium, quæ eques emiſſet, & ob dictam inuitam de- B tentionem, non emit, conueniat cum mercatore, vt ſibi ſoluat aliquid arbitrio boni viri minus in proportione, quam redditus, quos ex iure cenſuali ſi illud emiſſet, inde percepiſſet. Et hoc magis amicabili quadam, & liberali cõuentione expetens, quam ex actione quadam rigoroſa iuſtitiæ. Expediret autem ſi vellet, hoc applicare ad aliquod opus pium, ſicque eques manebit tutus, & huiuſmodi mercator gratia beneficij affectus.

*Quæſtio.*

¶ Sed quoniam à reſtitutione ignorantiam probabilem, quam Theologi vocant inuincibilem, diximus excuſare, non autem C affectatam, craſſam aut ſupinam, quid inter has interſi[illegible]re erit explanaſſe. Igitur affectata eſt, qua quis quæ tenetur ſcire, non vult, quo liberius, ſine remorſu peccet: quæ ſolita eſt culpam augere.

*Quid ignõ. affectat.*

*Quid ſupi. & craſſ.*

¶ Supina autem ignorantia eſt: qua quis ignorat id quod communiter omnes ſui ordinis, & conditionis homines ſciunt, quæ ignorantia craſſa alio nomine appellari ſolet, quæ contingit per latam culpam, quæ excuſat à tanto, ſed non à toto.

*Quid inuincibil.*

¶ Inuincibilis autem ſecundum Theologos, quæ ſecundum Iuriſtas probabilis nuncupatur, eſt, qua cõmuniter homines eiuſdẽ ordinis adhibita diligentia laborant, qualis D eſt hominis conſulentis viros ſcientia, & cõſcientia ſufficienti ad id præditos & pro talibus habitos, qui falſè illi conſuluerunt. argum. cap. capellanus. iuncta gloſſa. 3. de ferijs. Et hæc omnino excuſat, quando eſt cauſa actus, ſcilicet, quãdo actus non fieret, niſi ignoraret. Sed ignorantia comes eſt quando eſto ſciretur actus eſſe malus, nihilominus fieret, & hæc non eſt cauſa peccati, neque excuſat à peccato.

*Gloſſa.*

*Ignorã. ex culp. lata nõ excuſ. à reſtitu.*

¶ His præmiſsis crediderim, quod quia ignorantia non imputatur ad culpam, niſi propter negligentiam ſciendi, ſcienda ex obligatione: ideo talis ignorantia, quæ habet annexam negligentiam latam nullo caſu excuſat à reſtitutione.

 ¶ At ve-

*Ignorā. ex culp. leui excuſat in contraſti. gratia alteri. tantū initi.*

¶ At vero ignorantia, quæ annexam habet culpam, ſeu negligentiam leuem ſecundùm iuriſtas excuſat à reſtitutione, etiam in conſcientia cōtrahentes in contractibus, qui gratia alterius contrahentis tantū initi ſunt: vt in depoſitis, & cuſtodijs rerū. Quia ignorantia hæc coniuncta cum culpa leui excuſabit depoſitarios, & cuſtodes cuſtodiētes gratis nulla accepta mercede. Quia illi, quia tantum gratia deponentis cuſtodiunt depoſitum, tantùm de dolo & lata culpa tenentur, non de leui aut leuiſsima.

*Leuis ignor. nō excuſ. in contra. gratia cōmodatarij factis.*

¶ Ignorantia autem ex leui culpa cauſata, à reſtitutione non excuſabit contrahentem in contractibus, qui ſolum ipſius vtilitatis gratia ſunt conflati. Quia hæc ignorantia à reſtitutione non excuſabit commodatariū: qui tantùm gratia ſui ipſius ſolet accipere ex natura contractus rem commodatā: quia iſte etiam commodatarius de leuiſsima culpa tenetur.

*Ignor. leuiß. excuſat cōtrah. gratia vtriuſque.*

¶ At ignorantia ex leuiſsima culpa cauſata excuſabit à reſtitutione contrahentes in contractibus gratia vtriuſque contrahentis confectis. Quare excuſabit locatarios, officiales, ſartores, fabros reliquoſque miniſtros reipublicæ, quia accepta mercede operantur. Ideò de leui tantum culpa tenentur, non de leuiſsima.

*Exceptio.*

Niſi forte vt excipiunt aliqui doctores iſti fabri in materia pretioſiſsima laborantes, vt argentarij, & aurifices, in gemma pretioſiſsima polienda errauerint, vel huiuſmodi,

## CAP. CXXXII.

*An dubium excuſet à reſtitutione, exemplificatur in multis caſibus.*

*Quæſtio.*

*Vtrū ignorāt. excuſ. à reſtit. legato.*

QVIA ignorantiam inuincibilem, ſeu probabilem excuſare à reſtitutiōe docuimus, an ignorantia illa, qua quis credit cum ſit hæres, aliquē non iuſtè petere legatum, quia non niſi cùm vno teſte, tantum probat fuiſſe ſibi à teſtatore relictum, excuſet illum in conſcientia ab hoc reſtituendo legato.

*Ioſeph. & Nau. variant.*

Super quam quæſtionē liberius, quam par erat, frater Ioſephus in ſuis floribus Theologiæ aſſeuerat, quòd ſi hæredi conſtet per vnum teſtem omni exceptione maiorem teſtatorem huiuſmodi legatum legatario legaſſe, tenetur illud in conſcientia ſoluere. Quia nihil tam naturale eſt, inquit, quam vt dominia ſola domi A ni voluntate, quando non prohibetur à lege transferantur. Quod vix poſſum mihi perſuadere, vt abſolutè hoc verum ſit. Nam Nauarrus ſumma Latina expreſsè aſſerit, quod licet poſsit quis deponere ſcrupulum conſcientiæ ad dictum vnius teſtis fide digni, vt poteſt mulier ſecundò nubere, ad teſtimonium certum vnius teſtis aſſerentis teſtificantisq; morti ſui mariti ſe præſentem exhibuiſſe: tamen non tenetur, nec neceſsitatur ad vni duntaxat fidem præſtandā teſti: præſertim quando inde ſequitur detrimentum notabile ſuum aut tertij.

*Nota.*

*Reſolutio.*

¶ Vnde dum legatum eſt magni momen B ti, dum aliter non ſibi certò conſtat, legatario petenti ſibi debitum eſſe propter teſtimonium vnius teſtis etiam omni exceptione ſuperioris teſtificantis de voluntate teſtatoris, non tenetur hæres tale legatum ſibi adimere, illique reddere. Nam iuxta Euangelicum dictum, in ore duorum, vel trium ſtabit omne verbum.

*Vbi ſent. Ioſeph. ſit vera.*

Sed forte ſententia fratris Ioſephi habet verum, quando res legata parui eſſet momenti, & legatarius adduceret in teſtem voluntatis teſtatoris teſtem adeo fide dignum, quòd pro valore tam modici legati, neque ipſe, nec legatarius petens, cenſerentur ſe velle peierando men C tiri. Sed hoc habet verum magis dum creditor peteret debitum ſibi à teſtatore, quàm ſi legatarius petat legatum in caſu modici debiti, & defectus integræ probationis.

¶ Hinc patet, quod pari paſſu lapſus eſt idem Frater Ioſephus in ſuis floribus materia de reſtitutione, dum audacter aſtruit, quod filius tenetur renuntiare, reſtituereq; alijs ſuis fratribus legitimis ſuam legitimā: quando mater cum non ſit ſuſpecta ex maleuolentia in ipſum, & ex amore erga legitimos, illi renuntiauerit eſſe illegitimum, & adulterinum. Quia, inquit, ex lege naturali non ſuſpecto credendum eſt.

*Opinio Ioſephi cōtra Sotum & Naua. & Metin.*

Sed certè eſt D hæc ſua opinio contra Sotum, & Nauarrum, & contra Metinam Salmanticenſem in ſua inſtructione confeſſorum, vt antea diximus folio 173. capite 7. reſtitutionis, & contra præſumptionem iuris. Vnde in de iuſtitia & iure Sotus ait: Adulterinus non ſemper tenetur matri credere, vt dimittat hæreditatem: niſi tam vehemens ſit perſuaſio, quod mente conuincatur. Sed de his plura ſupra, & abundè diximus.

*Quæſtio. An ignor. hic excuſ.*

¶ Neque ab hoc loco abhorret quæſtio illa, quam diſceptat Corduba in quæſtione 159. additarum ad tractatū caſuum con-



conſcientiæ, ſcilicet, an bona fides, & ignorantia excuſet iuriſtam, qui ſuo nomine ſubſcripſit ſententiæ alterius iuriſtæ aſſeſſoris, qui eam ſignare non potuit, quia fuerat aduocatus in cauſa: ſine inſpectioneq; proceſſus, dans fidem Iuriſtæ aſſeſſori eam ſecreto ſibi exhibenti ſententiam formatam in eo, quod dixit ſibi, quod iuxta ordinem proceſſus talis erat ſententia formata, abſque ſcrupulo ei ſubſcripſit.

*Reſpon.*

Circa quam ſuam proferens ſententiam ait Corduba, quòd ſi induſtrius vir, ac bonus, timorataque conſcientiæ ſibi viſus eſt ille Iuriſta aſſeſſor, qui ſibi obtulit ſententiam firmandam, cui ideo adhibuit fidem: quatenus dixit iuridice eſſe formatam: B tunc non male fecit ad illius preces firmans ſententiam inconſulto, inuiſoque proceſſu.

*Corollar.*

Vnde elicitur planè licet huius Corduba ibi nō meminerit, quòd licet poſtea ex aliquo falſitas, vel nullitas iuris in ſententia, vel proceſſu deprehenſa fuerit, quæ in damnum alicuius partis vergat non tenebitur iſte iuriſta bona fide deceptus, ſed iuriſta decipiens id damni reſarcire.

*Quæſtio.*

¶ Neque abſimilis caſus huic eſt, ſed probatio eſt & confirmatio iſtius prædicti, quē protulit Nauar. cap. 18. num. 1. ſumma Latina, de quo ait eſſe nouè quæſitum, ſcilicet, an teſtis teſtatus aliquid pro affirmāte illud C eſſe verum, teneatur reſtituere, quod ob id condemnatus ſoluit.

*Nauar.*

*An fides data alteri excuſ. à reſtitu.*

Reſpondet Nauarrus, non teneri ad reſtitutionem, licet peccauerit grauiter, ſi affirmans eſſet tantæ probitatis, vt ei confitenti, communicanti, & Chriſtiane viuenti meritò credi poſsit, quia iuſtè credere poteſt ſe nemini iniuſtitiam feciſſe, argumento. l. iuſtitia. ff. de iuſtitia & iure.

*ff. de iuſti. & iur.*

Alioquin tenetur reſtituere, ſi affirmans eſſe verū, tantæ opinionis non erat, vt ei merito credere debuiſſet: aut ſi reſciuit contrarium, ſcilicet, falſum eſſe, quod rogabatur teſtificari: quia contrarium credere debuit. Et quia in claris non eſt locus coniecturis. l. conti D nuis. §. cum ita. ff. de verborum.

*ff. de verborum.*

*Quæſtio. An qui dubia emit iur. ten. reſtitu.*

¶ At etiam hanc dubitatiunculam prætereire nolo, & quia dubium quoddam genus ignorantiæ eſt, quæritur, an qui emit cenſum, vel iura ab vſurario, dubitans, an talia iura acquiſita fuerint per vſuram reſtituturus ſit. Hæc quæſtio proponitur hic diſcutienda pro his, qui hæc iura emunt ab alienigenis contrahentibus cum Hiſpaniæ rege: qui præſumuntur hæc iura regia à rege per contractus vſurarios acquiſiuiſſe. Quæſtio eſt, inquam, an dubium hoc tales emptores de obliget à reſtitutione, aut eos inducat in ne A ceſsitatem reſtituendi. Et quidē quæſtio eſt, quæ non eſt tam perſpicua: ſicut apparet in ſuperficie.

*Metina.*

Nam Metina Complutenſis. C. de reſtitutione fol. 66. expreſsè tenet, quod qui occulte accipit, quod dubitat, an ſuum ſit ad illius reſtitutionē non tenetur quandiu probabiliter, an ſit ſuum dubitat.

*Variant Metin. & Nauar.*

Hoc autē Nauarrus ſumma Latina cap. 17. nu. 117. refutat dicens non eſſe ſatis tutum.

*Conclu. 1.*

¶ Igitur pro eruenda veritate quæſtionis ſit prima concluſio: Accipiens aliquid occultè, dubitans, an ſit ſuum iniuſtè illud retinet, donec reſtituat, aut certum ſuum eſſe ſciat, & ſic tenetur ad reſtituendum illud.

*Ratio Nauar.*

B Huius rationem reddit Nauar. ſcilicet, quia quamuis dubitetur, an ſit eius, qui habebat, an eius, qui recepit, quoad proprietatē: certum tamē eſt poſſeſsionem eius fuiſſe illius, qui eam ante habebat, & ſic iniuſtè eam detinet. argum. eſt cap. ſæpè. de reſtitu. ſpolia. & l. 1. ff. de furt. quæ habet furtum fieri quoad poſſeſsionem.

*De reſtit. ſpol. ff. de furt.*

*Conclu. 2.*

¶ Secunda concluſio: Qui bona fide acquiſiuit rem, de qua poſtea dubitat, an fuerit acquiſita iuſtè, licet, vt antea diximus, teneatur indagare, an ſit ſua, vel aliena, ſi iam hac indagatione ſufficienti facta, adhuc manet in æquilibrio, & in dubio poteſt eam ſibi retinere.

*Ratio.*

Patet, quia in dubio C melior eſt conditio bona fide poſsidentis.

*Conclu. 3.*

¶ Tertia concluſio: Quando res, de qua dubitabatur, an pertineret ad Petrum, vel ad Ioannem, à neutro illorum erat illucuſque poſſeſſa: quia verbi gratia erat in tertio, qui hoc perſtante dubio eius accepit poſſeſsionem, ſi dubium, adhuc perſeueret, tenetur pro ratione dubij, teneturque eam partiri cum alio, qui etiam dubium ius habebat ad illam.

*Victoria.*

Hæc eſt Victoriæ in relectione de bello, de qua iam diximus ſupra. Sed pro ſerie & complemento doctrinæ, id rurſus hic repetimus.

*Sotus.*

Eſt Soti in de iuſtitia & iure, materia de præſcriptione. Vbi ait debitorem D certum de debito, ſed incertum de creditoribus, an ſcilicet id debeat Petro, vel Ioanni, cum certo ſciat id debitum, vni illorum ſe debere, teneri inter illos illam quantitatem debiti diſpartiri. Patet, quia ſic ratio poſcit, & ſatisfacit, nemini faciens iniuriam.

*Conclu. 4.*

¶ Quarta concluſio. Si aliquis certo ſciens ſe aliquod debitum alicui puta defuncto debere: tamen ex labilitate memoriæ dubitat, an ſoluerit necne, ſi per nullam factam diligentiam neque aliter per probabiles, & ſibi ſufficienter perſuadentes rationes poteſt deponere dubium, tenetur id debitum ſoluere.

*Ratio.*

Quia cum conſtet ſibi ſe debitum debuiſſe,

debuiſſe, & per dubium non cōſtat ſoluiſſe:
tenetur illud ſoluere.

*Concl. 5.* ¶Quinta concluſio, quæ eſt Metinæ Sal-
*Metin.* manticenſis in ſua inſtructione cōfeſſorum
folio 137. §. 23. de vſuris penes finem. Qui
emerit iura certò ſciens acquiſita fuiſſe per
vſuram ea reſtituere tenetur. Patet, quia alie
num retinere non poteſt. Hæc concluſio eſt
Metinæ in ſua inſtructione loco citato, quæ
eo innititur fundamento, ſcilicet, quod vſu-
rarius, qui illa iura vendidit, illorum per cō-
tractum vſurarium non acquiſierit domi-
nium. Quæ opinio eſt probabilior: ac per
conſequens neque eorum tranſtulit domi-
nium in emptorem.

*Concl. 6.* ¶Sexta concluſio. Qui dubitans, an iura,
quæ emit ab alienigenis his ſuſpectis de vſu
ra, eſſent vſuraria, ea emit licet ea emendo
peccauit mortaliter ratione periculi: tamen
non tenetur ſtante hoc dubio ea iura reſti-
*Metin.* tuere. Hæc concluſio eſt Metinæ Salmanti-
*Nauar.* cenſis, & in via Nauarri & Canoniſtarum te
nentium per contractum vſurarium tranſ-
ferri dominium, caret quidem difficultate.
*D. Thom.* Sed in via Sancti Thomæ, qui videtur tene
re contrarium, non tranſit ſine difficultate.
Niſi ratione dubij, quia dubitat emptor, an
ea iura ſint vſuraria: ideo à reſtitutione ex-
cuſandus veniat accedēte probabilitate opi
nionis Canoniſtarum. Licet opinio oppoſi-
ta, ſcilicet quod per contractum vſurarium
non traducatur dominium ſit probabilior,
vt ſuo loco dicemus limatius.

## CAP. CXXXIII.

### *De præſcriptione, & an ipſa excuſet à reſtitutione.*

IAM occurrit & alia legitima
cauſa excuſandi à reſtitutione,
nempe, canonica præſcriptio,
aut vſucapio, quæ eſt bonus
modus acquirendi dñium vtile
aut directū alicuius rei, aut exceptione ad re
tinendū eam, quod cōpetit ex eo, quod eā le
gitimo tēpore, modo ad id legitimo, bona fi
de poſſederit. l. 1. ff. de vſucapione, & toto ti
*ff. de vſucap.* tulo de præſcriptionibus. l. 1. C. de vſucapio
*C. de vſucap.* ne transfor. & gloſſ. 16. quæſt. 3. in ſum-
ma. Admonet tamen hic Nauarrus quod li-
cet iuxta vulgarem opinionem commenta-
torum vtriuſque iuris, modus acquirēdi mo
bilia per poſſeſsionē dicatur vſucapio, & mo
dus acquirendi immobile dicatur præſcri-
ptio: verius tamen videtur, quod omnis talis
A modus appelletur vſucapio, & exceptio,
quæ ex ea naſcitur, præſcriptio, vt elicitur
ex multis legibus. ff. de vſucapio. vt Alcia-
tus doctiſsimus in. l. vt ſunt. ff. de verborū ſi
gnificatione, & alij recentiores in alijs locis
commōſtrant. ¶Non immerito canonicam
præſcriptionē à reſtitutione excuſare præ-
diximus. Nam legalis præſcriptio iuris ciui
lis, quæ à ſacris canonibus diſſentit non ex-
cuſat. Atque ideò nulla præſcriptio quæ in-
choata fuit, & cōtinuata mala fide, ſeu à ſciē
te rem eſſe alienam excuſat: neq; etiam, quæ
cæpta eſt bona fide, ſi poſtea antequam fini
retur, mala ſucceſsit, cap. vigilanti. & capit.
B fin. de præſcriptione. & capit. poſſeſſor. de *De preſcr.*
regul. iuris. lib. 6. Vnde neq; leges particula *De regul. iur. in 6.*
res regnorum, vel ſtatuta ciuitatum, quibus
ſtatuitur, ne poſt aliquot annorum lapſum
debitum peti poſſet, debitorem ſcientem ſe
debere, & non ſoluentem in foro conſcien-
tiæ excuſant, iuxta communem, quam te-
net Anchar. in cap. peccatum. de regulis iu- *Anchar.*
ris. lib. 6. Quemadmodum ſunt præſcriptio
nes triennales cōtentæ in Recopilatione no
ua legum. Vbi rex Philippus anno Domini *Philippus*
1567. Matritij ſanxit famulos ſtipendia- *Rex.*
rios poſt triennium, quo deſiere ſeruire ali-
cui hero, non poſſe in foro iudiciario, ab illo
C repetere ſtipendium, neque Pharmacopo- *Vnde pre*
las, lapidarios, iocalium artifices, aurifices, *ſcrip. par-*
vel fabros Mechanicos, pigmentarios ſpe- *tic. Hiſ.*
cierum venditores, ex ſaccaro cupædiarum
confectores, officinas quoque comeſtibiliū
habentes triennio tranſacto in iudicio poſſe
repetere pretia rerū, vel ſuæ artis, ſi quas ex
ſuis officinis vendidere, vel earum fabrefa-
ctiones leg. 9.

¶Porro, quoniam nullus aptior locus ad *Queſtio.*
peragendum de præſcriptione nos manet, *An ad pre*
ne nihil ad nauſeam de ea dicamus, libuit hic *ſcript. re-*
aliquid ediſſerere de illa, reliqua Iuriſtis re- *quir. poſ-*
ſeruando. *ſeſſio continuata.*

D ¶Primò ergo quæritur, an inter ea, quæ
requiruntur ad præſcriptionem requiratur
poſſeſsio continuata. Reſpondetur: plane,
ad legitimam præſcriptionē requiritur con-
tinuata poſſeſsio per totum tempus ſtatu-
tum à lege. Vt verbi gratia, ſi lex decen-
nium ſtatuat ad rem præſcribendum per de
cem annos, poſſediſſe neceſſe eſt præſcriben
tem taliter, quod ſi finito quinquennio rem
alienaret, poſteaque per alium quinquen-
nium rurſus eius poſſeſsionem fuiſſet adep
tus nullatenus eam præſcriberet. Et minus
in Hiſpania, quia Recopilatione noua legū *Recop. no-*
ſic habetur titulo. 15. de præſcriptione. l. 1. *ue leg.*
& 2.



*Natural.* & 2. quod interruptio poſſeſsionis ciuilis,
*interrupt.* aut naturalis interrupit præſcriptionē. In-
*poſſeſſ.* terruptio autem naturalis eſt, ſcilicet, per
quemcunque modum poſſeſsionem ſi quis
amittat etiam per deiectionē violentam ab
*ff. de ſeru.* ipſa, vel ſi habuit animū deſerendi. ff. de ſer-
*vrba.* uitute vrb. præd. l. ſi ædes. §. primo.

*Ciuil. in-* ¶Ciuilis verò poſſeſsionis interruptio fit
*terruptio.* per litis conteſtationem & coram ſuo iudi-
*C. ne de ſta* ce. C. ne de ſtatu defun. l. penultima. & va-
*tu defun.* let in omnibus actionibus. Interrumpitur
etiam ciuiliter in omnibus etiam actionibus
per litis quaſi conteſtationem in iudicio, vel
per querelam iudici factum, & ſecutā rei cō
B uentionem, quæ valet in omnibus actioni-
bus: vel tandem vbi aliquis litem conteſtari
non poteſt. Sicut ſi vt alij dicunt, ex aliqua
cauſa pręperitus aliquis rem ſuā petere non
poteſt: tunc per libellum oblatum iudici cō
tra abſentē, vel eum, qui aliqua de cauſa con
ueniri non poteſt, deducendo ius ſuū in que
rimoniam coram iudice ordinario, vel etiam
coram publicis perſonis interrūpit ciuilem
poſſeſsionem de officio ordinarij cap. paſto
ralis, & de appellati. ſi iuſtus. vbi etiam dici-
tur, quod prædicta proteſtatio ſi iudex ha-
beri non poteſt, poteſt fieri coram bonis vi-
ris, nec diſtinguitur, vtrum ſint perſonæ pu-
C blicæ, vel non: & hoc eſt æquius. Vel etiam
hoc caſu proponat ad domicilium rei, & eſt
interrupta præſcriptio. 26. quęſt. 35. poteſt.
¶Quoad conſcientiam autem interrumpi-
tur, quotieſcunque aliquis in rei veritate eſt
in mala fide, aut deficit aliquid de ſubſtan-
tialibus præſcriptionis. Ita Sylueſt. præſcri-
ptio. 1. quæſt. 12.

¶Interruptio autem poſſeſsionis interrū
pit præſcriptionem quoad proprietatem, &
*Recopila.* è contra, vt Recopilatione noua legum con-
*nou. leg.* tinetur titul. de præſcript. l. 7. Vbi decerni-
tur lib. 4. tit. 15. l. 3. quod qui poſſederit rē,
domum, vel vineam, vel poſſeſsionem per
D annum, & diem nullatenus excuſetur à re-
ſpondendo ſuper poſſeſsione illius in iudi-
cio, niſi titulo, & bona fide per annū & diem
*Quæſtio.* iam poſſederit illam. ¶Sed quæritur, vtrum
*An ſucce-* qui ſuccedit in re, poſsit cōplere pręſcriptio
*dens in re* nem apud anteriorem poſſeſſorē, inchoatā,
*poſsit com* neq; conſummatam, computādo ſibi annos
*plere præ-* anterioris poſſeſſoris. Huius quæſtionis per
*ſcriptio-* ſpicua diffinitio continetur. l. 19. tit. 29. par
*nem.* ti. 3. & l. 1. tit. 5. lib. 2. Vbi ſtabilitur, quod
*Parti. 3.* ſi quis inchoauerit præſcriptionem, neq; cō
ſummare potuerit, eo q̄ præuentus eſt mor
te ſi ceſsit ius alteri illius rei: tunc ſucceſſor
eius in illa, poterit ſibi cōputare tēpus, quo
A ſuus prædeceſſor poſſederit eam, ad ſuā con
ſummādā præſcriptionem. Vnde ſecundùm
Mercatū de contractibus, ſiue ab vno, ſiue à *Mercatus*
pluribus res ſucceſsiuè poſsideatur bona fi-
de, ſufficit, vt poſtremus anteriorū poſſeſſo
rūm, cōputando tempus ex quo cęperè præ
ſcribere, ſi bona fides duret ipſe præſcriptio
nem legitimā poſsit poſsidendo perficere.

¶Deinde quæritur, an requiratur bona fi
des ad præſcribendū. Reſpondetur in re cla- *Quæſtio.*
ra breuiter, q̄ licet olim poſſeſſor malę fidei *An bona*
præſcriberet ſecundū iura ciuilia cōmunia, *fides requi*
correctū eſt tamen iſtud ius antiquū cap. vi *ratur ad*
gilanti. de præſcriptionib. & per Innoc. III. *præſcri-*
B cap. fin. eod. titul. vt non habeat locum, niſi *ptionem.*
in poſſeſſoribus bonæ fidei. Vnde eſt ex-
preſsè aſſerta ſententia in regula iuris, quod *Regu. iur.*
poſſeſſor malæ fidei non præſcribit.

¶Quis autem dicatur poſſeſſor malæ fi- *Quæſtio.*
dei, neceſſe eſt explicetur. Dicitur autem *Quis ſit*
poſſeſſor malæ fidei: qui conſcius eſt, aut du *poſſeſsor*
bius rem, quam poſsidet nō eſſe ſuam. Acci- *malæ fi-*
pitur enim hic fides pro conſcientia, ſecun- *dei.*
dum illud D. Pauli, q̄ non eſt ex fide, id eſt,
conſcientiæ non cōcordat, peccatū eſt. Pec-
catum autem eſt cum dubio retinere alienū
nullam faciendo indaginem veritatis. Pecca
tum autem nemini ſuffragatur: ergo huiuſ-
C modi poſſeſſori malæ fidei nullum patroci-
natur ciuile ius. ¶Poſtquam autem bonam *Quæſtio.*
fidem ad præſcriptionē neceſſariā eſſe con- *Quæ nā re*
cluſimus, ſupereſt & aliam ſibi appendicem *quirantur*
quæſt. diffinire. Ea nempe eſt, quænam ſint *ad præſcri*
illa, & quot, quæ ad legitimā præſcriptionē *ptionem.*
exigūtur. Reſpōdetur exacta eſſe quatuor. *Reſpon.*
¶Primò requiritur ſubſtantia ipſa fidei bo- 1
næ, hoc eſt, ſcientia, vel credulitas, q̄ res ſit
ſua. Vbi enim principiū hoc non adeſt, tota
præſcriptionis ruit machina. ¶Secundò re- 2
quiritur poſſeſsio. Nam vt habet regula iu-
ris. 3. ſine poſſeſsione præſcriptio nō proce-
dit. Neq; etiam ſine poſſeſsione procedit
D vſucapio, vt ff. de vſucap. l ſine poſſeſsione. *ff. de vſu-*
Vnde, quia laicus reſpectu decimarū nō eſt *cap.*
poſſeſsionis capax, ideò decimas præſcribe-
re non poteſt. Vnde eadē ratione ſerui & re
ligioſi mendicantes, quia poſsidere iure non
poſſunt, inde neque pręſcribere. Loquimur
de religioſis in ſingulari, nō quatenus ex pri
uilegio monaſteria & conuentus poſsident
in cōmuni. ¶Tertio exigitur titulus, vel na 3
turalis, vel iure legitimus, vel præſumptus.
Qua ratione fur, vel vſurarius nullo tempo-
re præſcribit, quia poſsidet ſine titulo per
vim. Eadē ratione neq; mutuatarius, neq; lo
catarius, aut cōmodatarius. Nam licet titulo
mutua-

mutuationis, locationis, commodati acquiſierint res: illo tamen pacto, vt illas redderent: & quia nõ ſuo nomine proprio, ſed nomine alieno poſsident.

*Quæſtio. Sotus. An res empta à latrone præſcr. poſſ. De vſucapio. l. ſi aliena. Ioſephus.*

¶Obuiat hic, & illa quæſtio, an qui bona fide à latrone rem emit poſsit illam præſcribere, ſupra quam quæſtionem Sotus de iuſtitia & iure libr. 4. quæſt. 5. arti. 4. affirmatiuã partem ſequitur dicens re vera talem emptorem præſcribere. In cuius corroborationem citat. l. aliena. ff. de vſucapio. & rationẽ adijcit. Quia licet iſte titulus non ſit vere naturalis, eſt tamen lege præſumptus. At verò frater Ioſephus Minorita in ſuis Theologiæ floribus agens de præſcriptione contrariam ſectatur ſententiam, nec immeritò, neque ſatis claret, quid ſit dicendum. Sed tandem videor mihi cum ſcrutatus fuerim leges de vſucapione pro emptore, earum quoq; gloſſam veritatem, quæ ſe exerit in his concluſionibus conſiſtere.

*Conclu. 1.*

¶Sit igitur pro enucleanda veritate prima concluſio: Emptor bonæ fidei nõ poteſt præſcribere rem emptam à latrone. Hæc cõcluſio patet lege. ex inſtituta. §. furtiuè. de vſucapionib. Vbi gloſſa in confirmationem huius plures allegat text. Et probatut ex. l. vitia. de acquirenda, & retinenda poſſeſ. vbi habetur, ꝙ vitium reale, quale eſt rem eſſe furtiuam vel vi poſſeſſam, violentia ablatã, in perſonam authoris contractus deſcendit in omnem ſucceſſorem, ſecundum Bald. Et videtur contineri expreſsè. l. ſciens. de vſucapionib. pro empto. Vbi dicitur, quod ſciens ſeruum eſſe alienum, citra domini voluntatẽ venundans furtum committit. Quod rei vitium, priuſquam ad dominum eius reuertatur poſſeſsio, nõ permittit vſucapionem fieri, licet bona fide poſsideatur, ſcilicet, ab emptore, vt ibi ait gloſſa. Ecce quid clarius, vbi etiam Baldus legem ſic ſummat: Vitium furtiuitatis officit poſsidenti, non ratione malę fidei, ſed ratione vitij, quod nõ eſt purgatũ.

*De vſucapionib. Bald. de vſucap. Baldus.*

¶Poſſem plures huc accerſire textus, ſed in re, quam puto clara amplius nolo immorari. Et, ni fallor, Sotus deceptus eſt in intelligẽtia illius. l. ſi aliena. ff. de vſucapionib. quia gloſſ. in. l. vitia. de acquiren. hæred. ſatis clarè inſinuat, quòd poteſt intelligi illa lex, ſi aliena de re cõmodata, vel depoſita, vel precario accepta, quæ etiam eſt aliena, & nõ de furtiua. Quia licet commodatarius, depoſitarius nequeant iſtas res præſcribere, benè tamẽ titulo emptionis, eas bona fide emens à commodatario, vel depoſitario.

*Deceptio Soti. Gloſſatur lex ſi aliena. 1. Gloſſat. 2.*

¶Secundò poteſt intelligi, gloſſariq; illa lex. ſi aliena, vt intelligatur forte in caſu, quo licet re vera eſſet furtiua, ac aliena, tamen vterque bona fide vendens & emens id ignorarunt. Nec valet ratio Soti: quia non ſufficit titulus præſumptus ex parte ementis, ſicut nec ſufficit ei bona fides, quãdo res empta eſt vitioſa vitio reali, qualiter eſt res furtiua empta à latrone.

*Conclu.*

¶Secunda concluſio. Hæres etiam ſi bona fide acquiſierit rem furtiuam à teſtatore mala fide eam poſsidẽte, quia eam inuaſit, eam licitè non præſcribit. Et quidem intelligendo hanc concluſionem de ſucceſſore, vniuerſali ſuccedente teſtatori poſsidenti mala fide, etiam ſine violentia planum eſt ſecundũ ius ciuile non poſſe præſcribere. Patet ſecũdùm Panormi. ex. l. vitia. C. de acqui poſſeſ. propter vitium reale, quod ſequitur quenlibet poſſeſſorem, & quia cenſetur eadem perſona cum defuncto, neq; ſecundùm ius canònicum talis poteſt præſcribere, vt melius dicitur. ¶Si autem loquamur de ſucceſſore ſingulari ſuccedẽte tantùm in aliqua parte furtiua bona fide, neq; in caſu concluſionis pòteſt præſcribere, niſi à ſe inchoet præſcriptionem, & ſit bonæ fidei ſucceſſor, & currat per ſpatium triginta, aut 40. annorũ. Ita Syluеſt. verb. præſcriptio. 1. q. 18. & probat ex Inſtit. de vſucap. §. furtiuè. vt notat gloſſ. in dict. §. furtiuè, hoc eſt in parte contra fratrem Ioſephum, non diſtinguentẽ, ſed abſolutè concludentem non poſſe præſcribi. Ita Syluеſter. At in hoc vltimo de ſucceſſore ſingulari ſtabimus vſui recepto in foro contentioſo, credo Syluеſt. accedet.

*Panorm. Syluеſt. Inſtitu. de vſucap. Fra. Ioſephus.*

*Conclu. 3.*

¶Tertia concluſio. Si hæres rei furtiuæ, rem cum bona fide per hæreditatem adierit, ſi bona fide alteri vendit, emptor illius bonæ fidei ſpatio triginta, aut quadraginta annorum eam præſcribere poteſt. Et quidem hæc concluſio eſt fratris Ioſephi loco citato. Sed maiori authoritate poſſet, quàm fratris Ioſephi, quia videtur eſſe Syluеſtri loco citato, & Panormit. capit. nihil. eodem titulo. At ſi loquamur de ſucceſſore ſingulari iſte ſi bona fide à ſe incipiat præſcriptionẽ, licet non præſcribat per decem annos inter præſentes, aut viginti inter abſentes, præſcribit autem per ſpatium triginta, aut quadraginta annorum: ergo multo magis præſcribet emptor bonæ fidei, qui ab eo bona fide vendente emerit talem rem à teſtatore inuaſam. Imo ſi emptor emat ab hærede vniuerſali vendente mala fide, ſi bona fide emerit non interdicitur poſſe præſcribere. Quia vt aduertit Syluеſter loco citato, licet mala fides defuncti noceat hæredi, non tamen nocet ementi ab hærede, ſecundum Bart. in. l. poſt pluribus. in fin. ff. de vſucap. & domin. Franc. de Aret. in cap. diligenti.

*Ioſephus. Syluеſt. Panorm. Syluеſt. Bart.*



*Concl. vltima.*

¶Vltima concluſio: Hæres bonæ fidei defuncto bonã fidem, ſeu titulum habenti ſuccedens præſcribere legitimè poteſt. Vt ſi defunctus bona fide poſsidebat rem alienam domi inuentam. Probatur, quia licet hic teſtator caruerit titulo, tamen eius hæres quãdo bona fide eam poſsidet, quia titulo ſucceſsionis eam poſsidet, eam licitè præſcribere poteſt,

*Coroll. 1. An res per ſentẽ. præſcri. poſſe.*

¶Hinc corollariè ſequitur, quòd qui mala fide per ſententiam, quam ſciuit eſſe iniuſtam, rem acquiſiuit, non ſibi debitam, non poteſt eam præſcribere magis quam latro. Si tamen per ſentẽtiam, quam bona fide credit eſſe iuſtam acquiſiuit rem alienam, poſt completum legitimum tempus præſcriptionis durãte bona fide, ſi poſtea reſciuerit eſſe, aut fuiſſe ſibi adiudicatam per iniuſtam ſententiam, titulo præſcriptionis in conſcientia poteſt eam ſibi retinere, & non antea. Ita Sotus loco citato.

*Sotus. Coroll. 2.*

¶Secundò ſequitur, quòd, quia ad præſcriptionẽ requiritur ſaltem titulus putatiuus, licet nõ fuerit verus, ſi aliquis poſsideat mobile etiã per tres annos putãs ſe illud emiſſe non pręſcribit illud. Secus eſt, ſi credidit ſuũ œconomũ, quia id ei mãdauerat eam emiſſe. Quia in primo caſu caruit titulo, quia non certus fuit eam emiſſe: ſed dubitanter putauit eam emiſſe. In ſecundo autem caſu verè credidit, à ſuo œconomo fuiſſe emptã. Vnde licet verè non emerit poteſt præſcribere eam, quia habuit titulum ſaltem putatiuũ, quod ſufficit.

*Hugo de Celſo.*

¶Ita Hugo de Celſo in ſuo reporto. legũ verbo, præſcriptio. verſic. 20. Vbi addit, ꝙ legatarius per triennium præſcribit legatũ, etiam ſi appareat teſtamentum fuiſſe reuocatum: quia habuit titulum putatiuum. Vnde etiam ipſo autore eodem reportorio, verbo, poſſeſsio. verſi. 36. ſi aliquis proprio nomine poſſedit in ciuitate rem immobilẽ per annum & diem, ſi eius dominus intrans, & exiens non petijt eam, neque eius impediuit poſſeſsionem: iam talis poſſeſſor annualis ſecundùm leges Hiſpaniæ præſertim in Recopilatione noua legum lib. 4. titu. 15. l. 3. vbi corriguntur leges Forenſes aliquarũ ciuitatum, licèt antea non poſſet impeti in iudicio de poſſeſsione, ſed pro proprietate: tamen per iſtam legem 3. Recopilationis, non excuſatur à reſpondendo pro tali hæreditate, vel poſſeſsione, etiam ſi pro eius poſſeſsione fuerit impetitus, niſi per diem & annum eam iam poſſederit cum titulo & bona fide, ſicut ſupra meminimus. Nam tunc pro ſola ꝓprietate reſpondebit poſt id tẽporis.

*Recopila. noua.*

# CAP. CXXXIIII.

*An contra non negligentem dominum poſſit legitimè præſcribi.*

*Quæſtio. An contra non negli. præſcri.*

POſtrò, quia non omnia, quæ ad materiam præſcriptionis attinent, ſed magis ſubſtantiales quæſtiones, de quibus magis controuertitur inter doctores, duximus hic diſputandas, ideo quia hæc potiſsima eſt: quæritur. An in caſu, quo dominus negligens non fuerit in ſuam rem petendo, qui bona fide durante per totum præſcriptionis tempus eam poſſederit, maneat tutus in conſcientia, quamuis tranſacto præſcriptionis tempore reſciuerit alienam eſſe rem, quam poſſedit. Quæſtio eſt, cuius negatiuã partem tenuit ſumma Roſella verbo. præſcriptio. Huic quoque acceſsit Antonius quoque de Butr. capit. vigilanti. vt refert Syluеſter verb. præſcriptio. §. 13, Aiunt inſuper hanc eſſe opinionem Theologorũ. Cumque Theologorum opinionem ſuper hoc non indagauerint, nihil mirum ſi in hoc verbo lapſi ſunt. Nec putant ſibi deeſſe rationes. Nam primò hanc ſibi partem ſic perſuadent, quia aliàs durum illis videtur, & cõtra ius naturæ ſuo vero dominio aliquem propter leuem negligentiæ culpam priuari poſſe. Item probat eam Adrianus, quia dum culpa non repetendi non fuit mortalis ceſſat cauſa præſcribendi. Quia inquit, axioma eſt commune, quod ceſſante cauſa legis, ceſſat ſubinde eius vis, & obligatio. At cauſa priuandi aliquem dominio ſuæ rei, per legem præſcriptionis eſt culpa domini negligentis rem ſuam petere. Ergo illa ceſſante: quia dominus rei non fuit negligens, ceſſat præſcriptionis cauſa, atque adeo poſſeſſor bonæ fidei tunc non præſcribet. At vero Diuus Thomas quolib. 12. artic. 15. & Scotus in quarto diſtinct. 15. & Sotus in de iuſtitia & iure libro. 4. quæſtione. 5. artic. quarto. & Victoria in ſua lectura Anni 1535. & omnes oppoſitam opinionem ſequuntur.

*Roſella. Anton. de Butr. Syluеſt. 1 Rationes pro negat. part. 2 Adrian. D. Thom. Scot. Sot. Victo. ſtãt pro negat.*

*Conclu.*

¶Quare ſit certa receptiſsimaque concluſio: qui bona fide præſcripſerit ſiue dominus fuerit negligens, ſiue non, tutus manet in conſcientia, quamuis tranſacto præſcriptionis

ptionis tempore compererit rem eſſe alienam, quam bona fide poſſedit. Hæc eſt Scoti. Diui Thomæ, Soti, & Paludis quæſt. 2. & Sylueſt. verb. præſcriptio. §. 13. Eſt Victoriæ vbi ſupra, dicentis eſſe fere omniũ Theologorum, & Iuriſtarum, & eſſe communem opinionem, & veriorem. Imo Metina Complutenſis in ſuo codice de reſtitutio. quæſt. 18. de reſtitutione prius in illo. §. his tamen non obſtantibus, cum opinioni oppoſitæ videtur adhærere tandem. §. ſequenti. vbi ait: In hoc igitur articulo, tandem nobiſcum videtur conuenire, propter ipſius rationem. Quia hic conueniunt omnia neceſſaria ad legitimam præſcriptionem. At patet concluſio: quia canones Gelaſij & conci. Toletani, 16. quæſt. 3. & Auguſtini loco citato canone, ſi virgo. 14. quæſt. vnica. & de præſcript. canone ſanctorũ, & multis alijs hanc concluſionem ſanciunt. At ꝙ non ſolùm in foro exteriori, ſed in foro conſcientiæ talis approbetur præſcriptio ſolidiſsimum ſumitur argumentũ ex cap. vigilanti. & ex cap. finali. de præſcriptionib. Nam cum illic cõſultiſsimi Pontifices præſcriptionẽ duntaxat malæ fidei irritauerint, à cõtrario ſenſu illam videntur confirmare: quæ bona fide fulcitur.

*D. Thom. Scot. Sot. Palu. Syl. Victor. Metin. Cõpluten. Ratio. 1. Canones. Ratio. 2. De præſcriptio.*

¶ Patet inſuper: Quia etiam reges tanquã pacis cuſtodes, vt poſſunt criminoſos ſuis bonis mulctare: ita etiam ab ipſis inuitis pro bono pacis ſuorum dominia in alios trãsferre. ¶ Et clareſcit inſuper, quia ſi huiuſmodi præſcriptionis leges conſcientias poſsidentium non pacarent potius eas conturbarent. Imo tum fruſtraneæ, tum etiam iniquæ eſſent, quandoquidem eis rem adiudicarent, quam tuta conſcientia poſsidere non valerent: idemq; per ſententiam, quæ non ex falſa præſumptione, ſed ex certa ſcientia procederet. ¶ Antiquique legiſlatores, has leges præſcriptionis condendo, magis aſpiciebãt ad ſupremum reipublicæ finem, ad pacem communem, liteſque tollendas, iuxta illud conſilium Domini dicentis: Si quis vult tecum contendere de tunica, relinque ei & pallium: quam de huiuſmodi ſcrupulis, quibus agitantur modo iudices.

*Ratio. 3. Ratio. 4. Ratio. 5.*

¶ Illuceſcit inſuper (etiam non negligente domino) talem in conſcientia currere, & vigere concluſionem. Primo, quia pontifices, qui cauſa conſulendi conſcientijs hæc iura edidere, huius exceptionis non meminere: quam tamen, non prætermiſiſſent ſi neceſſariam eſſe duxiſſent, dixiſſentque validam eſſe in conſcientia præſcriptionem: niſi quando dominus fuit nõ negligens. ¶ Item inde pateſcit: quia exactè exploranti iura liquido inde conſtabit, non illam, quæ vulgo circumfertur, ſcilicet, culpabilem domini negligentiam, ſed potius hanc eſſe potiſsimam præſcriptionis legitimæ cauſam, bonum publicum vt certa ſint dominia, & error longi temporis tollatur, & tranquilla ſit rerum poſſeſsio. Quod apertè teſtatur lex prima, de vſucapione. Vbi continetur, quòd bono publico introducta eſt vſucapio ne, ſcilicet, quarundam rerum diu, & fere ſemper dominia incerta eſſent, cum ſufficeret dominis ad quęrendas res ſuas ſtatutum temporis ſpacium. Et cap. vigilanti. de præſcriptionibus. idem prorſus inſinuatur. Non ergo lex præſcriptionis punitiua, tam eſt alienæ culpæ, quàm conſultiua boni communis. ¶ Atque ideo non punitio culpæ domini, ſed bonum prędictum commune, eſt finis potiſsimus legis. Qua propter ceſſante culpa domini, etiã lex præſcriptionis ius tribuit in conſcientia.

*Ratio. 6. Ratio. 7. L. 1. ff. de vſucapio.*

¶ Item, quia negligere ſua bona cum regulariter alijs inconuenientibus ceſſantibus, ſcilicet, præiudicio vxoris, filiorũ, familię, & crę ditorum non ſit, niſi peccatum prodigalitatis, quod citra mortale regulariter eſt, non eſſet ſatis iuſta lex pręſcriptionis, ſi pro hac ſola veniali culpa dominum dominio ſuarũ rerum nudaret. Non ergo negligentia domini punienda eſt finis potiſsimus præſcriptionis cõtra ipſum. Imo ſi iſte eſſet finis, ceſſante iſto fine in particulari, nõ ceſſaret lex pręſcriptionis: quia non ceſſat lex, niſi ceſſet finis eius in communi & per ſupradicta ſufficienter manent diluta argumenta aduerſariorum, inter quos etiam eſt Raymundus.

*Ratio. Raymu.*

¶ Sed quid remedij in caſu, quo dominus non fuit negligens, ſed fuit iuſtè impeditus. Reſpõdet Syluest. verb. præſcriptio. 1. §. 14. dicens, ꝙ talis ſi legitimo impedimento detentus fuit, cõmuniter dicunt doctores, eum poſſe petere reſtitutionẽ in integrũ vſq; ad quatuor annos ſequentes, qui incipiũt à die ſcientiæ poſt ceſsionem dicti impedimenti. Neq; propterea talis præſcriptio eſt inutilis. Quia ſecundũ Innoc. in cap. quia pleriq;. de immun. eccleſ. valet in foro cõſcientiæ ad hoc, quod non tenetur reſtituere rem præſcriptam, niſi petatur. Et ſi non petitur intra tempus debitum iam amplius non tenebitur etiam ſi petatur, niſi fuerit impeditus ex facto iudicis, vel aduerſarij, vt vult gloſ. Clement. vnica. de reſtitutione in integrum. Ita dicit Metin. Complutẽ. loco citato. Sed ego dico, licet hoc videatur legitimũ, quicquid ſit de hoc in foro exteriori etiam in hoc caſu præſcri-

*Quid ſi dominus fuit iuſtè impeditus. Syluest. Innoc. Gloſſ. Metin.*



præſcribit in conſcientia, vt communis opinio tenet Theologorum, dum non repetitur in iudicio tempore debito.

## CAP. CXXXV.

### *An dubium tollat bonam fidem ad præſcribendum.*

*Quæſtio.*

INter præcipuas quæſtiones huius materiæ illa eſt potiſsima, ſcituq; neceſſaria. An dubium, quo quis dubitat, an res ſit ſua, vel non, tollat bonam fidem requiſitam ad præſcribendum, circa quam queſtionem duę verſantur opiniones. Prima negatiua gloſ. capit. final. de præſcriptione aſſerentis, quod dubitans etiam ſi habeat iuſtam cauſam dubitandi, nihilominus eſt in bona fide ſufficienti ad præſcribendũ, & citat ꝓ ſe ibi ius bonæ fid. l. qui ſcit. ff. de vſuris. Accedit gloſ. Panor. qui ait hanc opinionẽ gloſſę ad literam probari ex prędicto. c. virgo. 34. quæſt. vnic. vbi ait Auguſt. quod quandiu quis ignorat ſe alienum poſsidere rectiſsime bonæfidei poſſeſſor dicitur. Cum vero ſciuerit tunc malæfidei dicitur. Sic hinc arguit; Qui dubitat ignorat, neſcitque rem eſſe alienam: ergo ſecundum Auguſt. bonæfidei poſſeſſor eſt cenſendus. ¶ Ingratiamque huius opinionis ſic arguitur. Qui dubitat rem, quam poſsidet, ſit ſua, nec nec, poteſt in iudicio illam bona conſcientia tueri, donec per ſententiam iudicis, eã ſpolietur: ergo dubium bonam fidem non tollit.

*Variant doctores gloſſ. Gloſſ. D. Aug. Argu. 1. Argu. 2.*

¶ Igitur, vt veritas pateſiat, ſit reſponſiua concluſio: Licet ſolus ſcrupulus tenuis, quo quis agitatur, an res, quam poſsidet ſit aliena, quia non tollit bonam fidem non interrũpat præſcriptionẽ, tñ dubiũ probabile quo quis ex probabili cõiectura inductus dubitat, an res à ſe poſſeſſa ſit ſua, legitimũ tempus præſcriptionis interrũpit, atq; ideo ipſam quoq; pręſcriptionem intercidit Ita frat. Ioſephus. Rationes vero, quibus hæc concluſio fundatur ſunt. Primo, quia iſte conſcientiæ vulnere percutitur, quia caret bona fide; quæ idem eſt, quòd fides ſana, & quieta: atq; ideò iſte, licet certo neſciat rem eſſe alienam habeatque ignorantiam, non tamen excuſantem, qualis eſt ignorantia puræ negationis, quam ait Diuus Auguſt. excuſare, neque tollere bonam fidem. Habet tamen iſte, qui dubitat probabiliter, ignorantiam prauæ diſpoſitionis, quæ quidem cum non excuſet, bonam fidem tollit. Et ideo quia ignarus dialecticæ Panor. deceptus eſt, quia diſtinctionis iſtius duplicis ignorantiæ inſcius fuit ¶ Igitur is ſolus dicitur ignorantia excuſabili ignorare, qui certo credit rem eſſe ſuam, id enim ſonat bona fides, id eſt illæſa conſcientia. Qua quidẽ bona fide carere dicitur is, qui certo ſcit, aut opinatur, aut probabiliter dubitat rem eſſe alienam. Nec huic concluſioni aduerſatur ius. bonęfid. l. qui ſcit. de vſur. quia hic ſolum decernitur, quod ſi quis emerit fundum ab vſurario bona fide, & antequam collegerit fructus innotuerit ſibi eſſe alienum per probabiles coniecturas, poteſt quidem fructus percipere, quo ad vſq; fundus euictus ſit, ideſt, publica ſententia à ſe ablatus. ¶ Ad rationem verò in contrarium allatam dicimus ſolum probare, licitum eſſe poſsidenti ſub dubio, tueri in iudicio poſſeſsionem, quam habet rei, licet ſub eodem dubio an ſua eſſet necne, non poſſet illam ab alio eripere.

*Conclu. Ioſephus. Ratio. 1. D. Aug. Duplex ignorãtia. Quis ignorantia excuſatur. De vſur. Satisfit obiect. Ad rationem.*

¶ Quare falſa eſt iurique aduerſa regula Adriani, ſcilicet, quod ſicut non licet priuata authoritate alicui præoccupare rem, de qua ambigit, an ſit ſua: ita neque cum iſto dubio licet eam retinere. Quia ſi bona fide rem ſemel poſsideam, emergatque dubium ſit ne mea, licet dubium hoc inducat mihi obligationem examinandi veritatem: ſed non ingerit ſtatim neceſsitatem dimittendi eam. Sed poſt inueſtigationem veritatis, ſi adhuc non comperta veritate perſtet dubium, in caſu, quo primo acquiſiuerit quis bona fide: ſecundum Victoriam relectione de bello, poteſt talis poſſeſſor ſibi eam totaliter retinere. Niſi malit, cum bona fide acceperit eam à tertio, aut à domino, ſtante iſto dubio partiri eam cum domino: ſi notus ſit dominus de quo dubitat ipſe, aut cum pauperibus, iuxta mentem Soti in iſto loco: ſi incertus ſit penitus de domino. ¶ Igitur ratio, quia re dubium tollit bonam fidem non eſt, quia ſub illo dubio non poſsim rem in iudicio defendere, aut illa vti; ſed quia tunc ſaucia manet conſcientia: ideò interrumpit vim præſcribendi. Quia ſi in foro exteriori, vt diximus, ciuilis poſſeſsio interrumpitur per litis conteſtationem, multo magis in conſcientia intercidetur præſcriptio per dubium.

*Dubium contra Adrian. non impedit poſſeſſ. ſi bona fides affuit. Victoria.*

¶ Sed hic Metina in ſuo codice de reſtitutione quæſt. 17. vbi de hac materia agit, quærens, an cum conſcientia dubia currat præſcriptio ait Panormitanum tenere partem negatiuam, ſcilicet, quòd conſcientia dubia non interrumpit præſcriptionem; & Adrianum, & Diuũ Antoninum tenere affirmatiuam, ſcilicet, quòd eam interrumpit.

*Metin. compl. Panormi. Adrian. Antoni.*

A Sed tandem ait hanc cõtrouerſiam ex nomi-
nis æquiuocatione pendere. Nam ibi, ſicut
diſtinguit duplicem bonam fidem, aliam
ſpeculatiuam, aliam practicam: ita ſibi di-
ſtinguit duplex dubium: aliud ſpeculati-
uum, quo quis bubitat an res à ſe poſſeſſa
ſit ſua, vel aliena: aliud dubium practicum,
quo dubitatur an teneatur illam reddere al-
teri, vel poſsit eam retinere.

¶ Conſcientia prima, ideſt, dubium ſpe-
culatiuum non interrumpit, ſecundum ip-
ſum præſcriptionem, quia per ſe non red-
dit retentionem rei illicitam. Sed ſecundum
dubium ideſt, practicum, quo dubitat res
B ſit à ſe retinenda, vel reddenda, hoc vt ip-
ſe inſinuat, licet non clarè, interrumpit præ-
ſcriptionem. Sed clarè dicit interrum-
pit eam ea conſcientia, qua putat quis eſſe
reddendam.

*Refellitur diſtinctio Metin. quantum ad hoc.*

¶ At ego exiſtimo iſtam diſtinctionem,
hanc litem non dirimere. Imo (ni fallor) ten-
ſeo, quod etiam dubium ſpeculatiuum, quo
ſolùm poſſeſſor dubitat an res ſit aliena, vel
non, bonã fidem, ac per conſequens præſcri-
ptionem intercidit. ¶ Quia requiritur ad
præſcriptionem titulus ſaltem præſum-
ptus, aut putatiuus, ſecundùm omnes. At
quod iſte doctor non ſatis aduertit, qui ſcit
C ſpeculatiuè, aut dubitat ſpeculatiue etiam,
an res ſit aliena, an non certè non habet ti-
tulum præſumptum, aut putatiuum, quia
non præſumit tunc, aut putat, imò dubitat,
an poſsideat eam aliquo titulo. Quia præ-
ſumens magis credit, aut aſſentit, quòd res
ſit ſua, & ſe habere illam titulo legitimo.
At qui dubitat ſpeculatiuè, an ſit ſua, non
credit ſe habere titulum illius: imo de hoc
eſt dubius.

*Ratio contra Met. Complut.*

¶ Secundò patet, contra iſtum, quia du-
bium ſpeculatiuum, ſcilicet, an res ſit mea,
vel aliena ſtatim infert dubium practicum,
ſcilicet, dubito an ſit reddenda, vel retinen-
D da: niſi ſit ratio probabilis, quæ dictet tunc
ſpeculatiuum dubium deponendum. Patet
hoc ex Corduba in ſuo quæſtionario libro.
tertio quæſt. 5. vbi ſtatuit hanc concluſio-
nem, quòd qui dubitat ſpeculatiuè, tenetur
& practice dubitare: niſi ex aliqua cauſa ex-
cuſetur; id non practice credendo. At id eli-
citur ex capit. inquiſitioni de ſententia ex
communi, vbi habetur, quòd mulier proba-
biliter dubitans de validitate matrimonij,
an ſit matrimonium, vel non, quòd eſt du-
bium ſpeculatiuum: non poteſt petere de-
bitum, debitum quamuis poſsit & debeat
reddere exigenti. Vbi concluditur, quod

*Cordub. Dubium ſpeculatiuũ infert. practic. niſi. De ſent. ex communic.*

*Ratio ab exemplo.*

A illo dubio probabili ſpeculatiuo manen-
te, non poteſt petere: ſed poteſt reddere al-
teri bonafide poſſeſsionem habenti. Er-
go ſi iſte ſtante iſto ſpeculatiuo dubio, an
ſit matrimonium, vel non, vel illa coniux
ſit ſua, vel non, peccat ſi exigat debitum:
quia illud dubium quo ad ſe interrumpit
bonam fidem quo ad petendum: ita etiam
dubium ſpeculatiuum probabile in præſcri-
ptione interrumpit bonam fidem quo ad
ſe, ſcilicet, ad retinendum alienum titulo
præſcriptionis. Vnde ſicut ſtante tali du-
bio ſpeculatiuo probabili, an ſit matrimo-
nium, vel non, non poteſt præſcribere peti-
B tionem debiti; ita neque iſte dubitans, an res
ſit ſua, vel non, non poteſt præſcribere do-
minium illius rei.

## CAP. CXXXVI.

### *Quænam ſint, quæ præſcribi poſſunt, vel non, & de temporibus præſcriptionis.*

*Quæſtio.*

IAm ne quid, quod neceſſarium
ſcitu ſit, omiſſum faciamus: duo
ſuperſunt illucidanda dubia.
Primum de temporibus legiti-
mis ad præſcribendum tam in
C rebus mobilibus, quàm immobilibus, tàm
inter præſentes, quàm abſentes, inter ſecula-
res in foro ciuili quam etiam circa bona ec-
cleſiaſtica in foro eccleſiaſtico, ſiue inter præ
ſentes, ſiue inter abſentes. Secundò, quæ
nam ſint illa, quæ impræſcriptibilia ſunt. Igi
tur tempus ad præſcribendum in bonis mo-
bilibus ſecularibus, ſi dominus ſit præſens
in eodem loco eſt triẽnium. Si autem domi-
nus rei præſcribendæ eſt abſens in diuerſo
loco, in prædictis bonis mobilibus ſæculari-
bus, requiritur quadriennium ad præſcri-
bendum.

*De tempore ad præſcriben.*

*De bonis mobilibus.*

*De bonis radicalibus.*

¶ At vero in bonis radicalibus, ſeu immo-
D bilibus ſæcularibus inter præſentes. 10. anni
exiguntur ad ea præſcribendum. Contra au-
tem abſentem dominum in his bonis præ-
ſcribendis requiruntur iam hunc triginta an
ni ſecundum legem Hiſpaniæ libro. 2. tit. 11.
de legibus fori. l. 4. per quam reuocata eſt
lex 18. & 19. partitæ. 3. tit. 19. qua ſtatueba-
tur ſufficere ad præſcribendum. 20. annos
inter abſentes.

*De legib. fori.*

*De bonis eccleſ. immobilibus.*

¶ Cæterum loquendo de bonis eccleſia-
ſticis immobilibus non præſcribitur contra
ea inter præſentes, ideſt, in eadem ciuitate, ni
ſi per tringinta annos & inter abſentes, niſi
per quadraginta annos cõpletos. ¶ Præſcri-
ptio



A ptio autem alia dicitur longi temporis, ſcili-
cet. 10. annorum inter præſentes, &. 20. aut
30. annorum inter abſentes. Alia dicitur lon-
giſsimi temporis videlicet. 30. vel. 40. anno-
rum intellige contra laicos; quia contra eccle
ſiam laicus non præſcribit. Iſtaque præſcri-
ptio longiſsimi temporis requirit ſpacium.
30. annorum inter præſentes, &. 40. anno-
rum inter abſentes, quæ in rebus eccleſiaſti-
cis eſt neceſſaria. De qua ideo præſcriptione
plura extant capitula. 16. quæſt. 3. &. C. de
vſucap. l. quas actiones. Romana autem ec-
B cleſia modo ſola gaudet tempore centum an
norum; itaque breuius contra illam non præ
ſcribitur. In rebus autem aliarum eccleſia-
rum non habet locum, vt præſcribatur con-
tra ipſas inter abſentes, niſi quadragenalis
præſcriptio. ¶ Neque contra iuriſdictionem
regalem, ſiue ciuilis ſit, aut criminalis non
poteſt præſcribi, niſi annorum centenario. l.
6. titul. 13. libro. 3. ordinationum.

*16. q. 3. de vſucap.*

*Cõtra eccleſ. Rom.*

*Contra iuriſd. regalem.*

*Quænam ſunt quæ præſcrib. non poſſ.*

¶ De ſecundo autem dubio dum quæri-
tur, quænam ſint quæ præſcribi nõ poſſunt,
pro hoc vide Sylueſtrum, verbo præſcriptio
ſecundo. Dicò ergo primò contra peccata,
C 1 vt ſic, vt peccata ſunt præſcribi non poteſt.
2 Secundò contra obedientiam, viſitationem,
& procurationem, quæ debetur ratione viſi
tationis præſcribi non poteſt, vt patet de cen
ſibus capit. cum inſtantia, & intelligitur de
3 ſubdito, qui talia debet prælato. ¶ Tertiò
contra neruum eccleſiaſticæ diſciplinæ non
præſcribitur: vt quod quis poſsit celebrare
tempore interdicti pulſatis campanis, alta
voce, de conſuetudine capit. inter. Et de ſen-
ten. excommunicationis. capit. alma. libr. 6.

*De cõſue. de ſent. ex com.*

4 ¶ Quartò laicus præſcribere nequit eccle-
ſias, loca religioſa, ius decimarum, primicia-
rum, oblationum, aut alia ſpiritualia iura,
quia ea poſsidere non poſſunt laici extra
D eod. titul. ca. cauſam, etiam ſi mille anni tran-
5 ſierint. Quinto laici præſcribere non valent
annexa ſpiritualibus, vt ius patronatus, ſi
ſint laici ſæculares, ſecus ſi ſunt laici conuer-
ſi, gloſſa capit. ex eo. de electione. ¶ Sexto
6 nõ poteſt præſcribi limes, ſeu finis, vel quod
adhæret limiti ipiſcopatuum, prouinciarũ,
vel parochiarum extra de paroch. ſuper eo
iuncta gloſ. &. 16. quæſt. 3. capit. licet. & ca.
inter. Et ſecundum Panormita. intelligitur
hoc de finibus, de quibus iam conſtat, quia
præſcribi non poſſunt etiam quacunque
præſcriptione etiam cum titulo. Vbi tamen
de finibus legitimè non conſtat, præſcriptio
valet. At limites prædiorum bene præſcribi
poſſunt, ſed non ducatuum, aut comitatuũ,

*De elect.*

*16. q. 3. Panor.*



A aut huiuſmodi. ¶ Septimò præſcribi non po 7
teſt liber homo. 16. quæſt. 4. §. poteſt. Præ-
ſcribi non poſſunt deputatæ res ad vſum po
puli vt viæ, plateæ, pontes, & huiuſmodi
nec in toto, vel in parte. ff. de vſucap. l. vſuca
pionem. C. de operibus publicis. l. præſcri-
ptio. etiam ſi populus non vtatur. ff. de via
publica. l. viam. ¶ Octauò non poſſunt præ- 8
ſcribi publicæ functiones, ideſt, penſiones
agrorum, ſiue ciuilis canon, qui ſolui debet
reipublicæ pro agris dict. § poteſt. ¶ Simili-
ter, neque poſſeſsiones agrorum à colonis.
B C. de præſcript. 30. vel. 40. ann. l. male agi-
tur. ¶ Nono non præſcribuntur reſeruata 9
principi in ſignum ſubiectionis, vt tribu-
tum, & ſimilia. l. competit. C. de præſ. 30. an
no. ¶ Decimo, neque res vitioſæ, vt furtiuæ 10
præſcribi poſſunt, neque etiam à bona fide
illas emente, niſi iſte bona fide emens bona
quoque fide poſſederit per. 30. annos. Vnde
infert Syluefter, quod emens à fure breuia-
riũ, & poſſeſſum. 29. annis tenetur emptor re
ſtituere, quia res furtiua nõ niſi. 30. annis prę
ſcribi poteſt: quod tamẽ intellige vt ſupra.

*16. q. 4.*

*ff. de vſucap.*

*Sylueſt.*

¶ Vndecimo, præſcribi non poteſt res 11
C quam lex, aut canon prohibet alienari, vt in
rebus ſacris reſpectu laicorum, & etiam in
alienatione fundi dotalis, cuius præſcriptio
non poteſt inchoari. l. ſi fundum. ff. de fun.
dot. ſed ſi erat inchoata antequàm fundus eſ-
ſet dotalis non impeditur vſucapio. textus
in. d. l. ſi fundum.

*ff. de fund. dotal.*

¶ Idem dicendum eſt quando res perue-
nit ad perſonam priuilegiatam, contra quã
præſcribi non poteſt: ſi ignorat prohibitio-
nem iuris probabiliter, aliter non. Sed aliter
eſt de pupillo ſuccedenti alteri, contra quem
durante pupillari ætate præſcriptio non cur
rit, licet ante fuiſſet cæpta, ſed differetur vſq;
ad poſt pupillarem ætatem. l. ſicut. C. de præ
D ſcrip. 30. annorum. Sed in alienatione prohi
bita non ſimpliciter, ſed ſub certa ſolennita-
te, vt in rebus minorum, & eccleſiæ, error fa-
cti non excludit præſcriptionem, vt ſi puta-
uit ſe emere non à minori, ſed à maiore, aut ſi
à prælato, ſed credidit capitulum conſenſiſſe
At error iuris benè excludit præſcriptionẽ
ſi credidit, prælatum ſine capitulo, aut mino
rem ſine decreto poſſe alienare.

*C. de præſcrip.*

*Error iu. imped. pręſcript.*

¶ Item præſcribi non poteſt res prohibita 12
alienari à defuncto, quia idem eſt ſicut de
prohibita alienari per legem. ¶ Neque etiam 13
res prohibita alienari per pactum. Sed credit
Sylueſt. alius à prædictis paciſcentibus benè
poteſt eam præſcribere.

*Sylueſt.*

¶ Nec etiam poteſt præſcribi res precario 14

 poſſeſſa.

A Sed tandem ait hanc cõtrouerſiam ex nominis æquiuocatione pendere. Nam ibi, ſicut diſtinguit duplicem bonam fidem, aliam ſpeculatiuam, aliam practicam: ita ſibi diſtinguit duplex dubium: aliud ſpeculatiuum, quo quis bubitat an res à ſe poſſeſſa ſit ſua, vel aliena: aliud dubium practicum, quo dubitatur an teneatur illam reddere alteri, vel poſsit eam retinere.

¶ Conſcientia prima, ideſt, dubium ſpeculatiuum non interrumpit, ſecundum ipſum præſcriptionem, quia per ſe non reddit retentionem rei illicitam. Sed ſecundum dubium ideſt, practicum, quo dubitat res ſit à ſe retinenda, vel reddenda, hoc vt ipſe inſinuat, licet non clarè, interrumpit præſcriptionem. Sed clarè dicit interrumpit eam ea conſcientia, qua putat quis eſſe reddendam.

*Refellitur diſtinctio Metin. quantum adhoc.*

¶ At ego exiſtimo iſtam diſtinctionem, hanc litem non dirimere. Imo (ni fallor) tenſeo, quod etiam dubium ſpeculatiuum, quo ſolùm poſſeſſor dubitat an res ſit aliena, vel non, bonã fidem, ac per conſequens præſcriptionem intercidit. ¶ Quia requiritur ad præſcriptionem titulus ſaltem præſumptus, aut putatiuus, ſecundùm omnes. At quod iſte doctor non ſatis aduertit, qui ſcit ſpeculatiuè, aut dubitat ſpeculatiue etiam, C an res ſit aliena, an non certè non habet titulum præſumptum, aut putatiuum, quia non præſumit tunc, aut putat, imò dubitat, an poſsideat eam aliquo titulo. Quia præſumens magis credit, aut aſſentit, quòd res ſit ſua, & ſe habere illam titulo legitimo. At qui dubitat ſpeculatiuè, an ſit ſua, non credit ſe habere titulum illius: imo de hoc eſt dubius.

*Ratio contra Met. Complut.*

¶ Secundò patet, contra iſtum, quia dubium ſpeculatiuum, ſcilicet, an res ſit mea, vel aliena ſtatim infert dubium practicum, ſcilicet, dubito an ſit reddenda, vel retinenda: niſi ſit ratio probabilis, quæ dictet tunc ſpeculatiuum dubium deponendum. Patet hoc ex Corduba in ſuo quæſtionario libro. tertio quæſt. 5. vbi ſtatuit hanc concluſionem, quòd qui dubitat ſpeculatiuè, tenetur & practice dubitare: niſi ex aliqua cauſa excuſetur, id non practice credendo. At id elicitur ex capit. inquiſitioni de ſententia ex communi, vbi habetur, quòd mulier probabiliter dubitans de validitate matrimonij, an ſit matrimonium, vel non, quòd eſt dubium ſpeculatiuum: non poteſt petere debitum, debitum quamuis poſsit & debeat reddere exigenti. Vbi concluditur, quod

*Cordub. Dubium ſpeculatiuũ infert practic. niſi.*

*De ſent. ex communic.*

*Ratio ab exemplo.*

A illo dubio probabili ſpeculatiuo manente, non poteſt petere: ſed poteſt reddere alteri bona fide poſſeſsionem habenti. Ergo ſi iſte ſtante iſto ſpeculatiuo dubio, an ſit matrimonium, vel non, vel illa coniux ſit ſua, vel non, peccat ſi exigat debitum: quia illud dubium quo ad ſe interrumpit bonam fidem quo ad petendum: ita etiam dubium ſpeculatiuum probabile in præſcriptione interrumpit bonam fidem quo ad ſe, ſcilicet, ad retinendum alienum titulo præſcriptionis. Vnde ſicut ſtante tali dubio ſpeculatiuo probabili, an ſit matrimonium, vel non, non poteſt præſcribere petitionem debiti; B ita neque iſte dubitans, an res ſit ſua, vel non, non poteſt præſcribere dominium illius rei.

## CAP. CXXXVI.

*Quænam ſint, quæ præſcribi poſſunt, vel non, & de temporibus præſcriptionis.*

*Quæſtio.*

*De tempore ad præſcriben.*

IAm ne quid, quod neceſſarium ſcitu ſit, omiſſum faciamus: duo ſuperſunt illucidanda dubia. Primum de temporibus legitimis ad præſcribendum tam in C rebus mobilibus, quàm immobilibus, tàm inter præſentes, quàm abſentes, inter ſeculares in foro ciuili quam etiam circa bona eccleſiaſtica in foro eccleſiaſtico, ſiue inter præſentes, ſiue inter abſentes. Secundò, quænam ſint illa, quæ impræſcriptibilia ſunt. Igitur tempus ad præſcribendum in bonis mobilibus ſecularibus, ſi dominus ſit præſens in eodem loco eſt triẽnium. Si autem dominus rei præſcribendæ eſt abſens in diuerſo loco, in prædictis bonis mobilibus ſæcularibus, requiritur quadriennium ad præſcribendum.

*De bonis mobilibus.*

*De bonis radicalibus.*

¶ At vero in bonis radicalibus, ſeu immobilibus ſæcularibus inter præſentes. 10. anni D exiguntur ad ea præſcribendum. Contra autem abſentem dominum in his bonis præſcribendis requiruntur iam hunc triginta anni ſecundum legem Hiſpaniæ libro. 2. tit. 11. de legibus fori. l. 4. per quam reuocata eſt lex 18. & 19. partitæ. 3. tit. 19. qua ſtatuebatur ſufficere ad præſcribendum. 20. annos inter abſentes.

*De legib. fori.*

*De bonis eccleſ. immobilibus*

¶ Cæterum loquendo de bonis eccleſiaſticis immobilibus non præſcribitur contra ea inter præſentes, ideſt, in eadem ciuitate, niſi per tringinta annos & inter abſentes, niſi per quadraginta annos cõpletos. ¶ Præſcrip-





A ptio autem alia dicitur longi temporis, ſcilicet. 10. annorum inter præſentes, &. 20. aut 30. annorum inter abſentes. Alia dicitur longiſsimi temporis videlicet. 30. vel. 40. annorum intellige contra laicos; quia contra eccleſiam laicus non præſcribit. Iſtaque præſcriptio longiſsimi temporis requirit ſpacium. 30. annorum inter præſentes, &. 40. annorum inter abſentes, quæ in rebus eccleſiaſticis eſt neceſſaria. De qua ideo præſcriptione plura extant capitula. 16. quæſt. 3. &. C. de vſucap. l. quas actiones. Romana autem eccleſia modo ſola gaudet tempore centum an- B norum; itaque breuius contra illam non præſcribitur. In rebus autem aliarum eccleſiarum non habet locum, vt præſcribatur contra ipſas inter abſentes, niſi quadragenalis præſcriptio. ¶ Neque contra iuriſdictionem regalem, ſiue ciuilis ſit, aut criminalis non poteſt præſcribi, niſi annorum centenario. l. 6. titul. 13. libro. 3. ordinationum.

*16. q. 3. de vſucap.*

*Cõtra eccleſ. Rom.*

*Contra iuriſd. regalem.*

*Quænam ſunt quæ præſcrib. non poſſ.*

¶ De ſecundo autem dubio dum quæritur, quænam ſint quæ præſcribi nõ poſſunt, pro hoc vide Syluestrum, verbo præſcriptio ſecundo. Dicò ergo primò contra peccata,
1 vt ſic, vt peccata ſunt præſcribi non poteſt. C
2 Secundò contra obedientiam, viſitationem,
& procurationem, quæ debetur ratione viſitationis præſcribi non poteſt, vt patet de cenſibus capit. cum inſtantia, & intelligitur de
3 ſubdito, qui talia debet prælato. ¶ Tertiò
contra neruum eccleſiaſticæ diſciplinæ non præſcribitur: vt quod quis poſsit celebrare tempore interdicti pulſatis campanis, alta voce, de conſuetudine capit. inter. Et de ſenten. excommunicationis. capit. alma. libr. 6.

*De cõſue. de ſent. ex com.*

4 ¶ Quartò laicus præſcribere nequit eccleſias, loca religioſa, ius decimarum, primiciarum, oblationum, aut alia ſpiritualia iura, quia ea poſsidere non poſſunt laici extra eod. titul. ca. cauſam, etiam ſi mille anni tran- D
5 ſierint. Quinto laici præſcribere non valent
annexa ſpiritualibus, vt ius patronatus, ſi ſint laici ſæculares, ſecus ſi ſunt laici conuerſi, gloſſa capit. ex eo. de electione. ¶ Sexto
6 nõ poteſt præſcribi limes, ſeu finis, vel quod
adhæret limiti ipiſcopatuum, prouinciarũ, vel parochiarum extra de paroch. ſuper eo iuncta gloſ. & . 16. quæſt. 3. capit. licet. & ca. inter. Et ſecundum Panormita. intelligitur hoc de finibus, de quibus iam conſtat, quia præſcribi non poſſunt etiam quacunque præſcriptione etiam cum titulo. Vbi tamen de finibus legitimè non conſtat, præſcriptio valet. At limites prædiorum bene præſcribi poſſunt, ſed non ducatuum, aut comitatuũ,

*De elect.*

*16. q. 3. Panor.*

aut huiuſmodi. ¶ Septimò præſcribi non po 7
teſt liber homo. 16. quæſt. 4. §. poteſt. Præſcribi non poſſunt deputatæ res ad vſum populi vt viæ, plateæ, pontes, & huiuſmodi nec in toto, vel in parte. ff. de vſucap. l. vſucapionem. C. de operibus publicis. l. præſcriptio. etiam ſi populus non vtatur. ff. de via
publica. l. viam. ¶ Octauò non poſſunt præ- 8
ſcribi publicæ functiones, ideſt, penſiones agrorum, ſiue ciuilis canon, qui ſolui debet reipublicæ pro agris dict. §. poteſt. ¶ Similiter, neque poſſeſsiones agrorum à colonis. C. de præſcript. 30. vel. 40. ann. l. male agi-
tur. ¶ Nono non præſcribuntur reſeruata 9
principi in ſignum ſubiectionis, vt tributum, & ſimilia. l. competit. C. de præſ. 30. an-
no. ¶ Decimo, neque res vitioſæ, vt furtiuæ 10
præſcribi poſſunt, neque etiam à bona fide illas emente, niſi iſte bona fide emens bona quoque fide poſſederit per. 30. annos. Vnde infert Sylueſter, quod emens à fure breuiariũ, & poſſeſſum. 29. annis tenetur emptor reſtituere, quia res furtiua nõ niſi. 30. annis præſcribi poteſt: quod tamẽ intellige vt ſupra.

*16. q. 4.*

*ff. de vſucap.*

*Sylueſt.*

¶ Vndecimo, præſcribi non poteſt res 11
quam lex, aut canon prohibet alienari, vt in rebus ſacris reſpectu laicorum, & etiam in alienatione fundi dotalis, cuius præſcriptio non poteſt inchoari. l. ſi fundum. ff. de fun. dot. ſed ſi erat inchoata antequàm fundus eſſet dotalis non impeditur vſucapio. textus in. d. l. ſi fundum.

*ff. de fund. dotal.*

¶ Idem dicendum eſt quando res peruenit ad perſonam priuilegiatam, contra quã præſcribi non poteſt: ſi ignorat prohibitionem iuris probabiliter, aliter non. Sed aliter eſt de pupillo ſuccedenti alteri, contra quem durante pupillari ætate præſcriptio non currit, licet ante fuiſſet cæpta, ſed differetur vſq; ad poſt pupillarem ætatem. l. ſicut. C. de præſcrip. 30. annorum. Sed in alienatione prohibita non ſimpliciter, ſed ſub certa ſolennitate, vt in rebus minorum, & eccleſiæ, error facti non excludit præſcriptionem, vt ſi putauit ſe emere non à minori, ſed à maiore, aut ſi à prælato, ſed credidit capitulum conſenſiſſe. At error iuris benè excludit præſcriptionẽ ſi credidit, prælatum ſine capitulo, aut minorem ſine decreto poſſe alienare.

*C. de præſcrip.*

*Error iu. imped. præſcript.*

¶ Item præſcribi non poteſt res prohibita 12
alienari à defuncto, quia idem eſt ſicut de
prohibita alienari per legem. ¶ Neque etiam 13
res prohibita alienari per pactum. Sed credit Sylueſt. alius à prædictis paciſcentibus benè poteſt eam præſcribere.

*Sylueſt.*

¶ Nec etiam poteſt præſcribi res precario 14

*ff. de præſ.* poſſeſſa. l. certe. §. is qui rogauit. ff. de præſcrip. 30. annorum. ¶ Nec etiã pręſcribit poſſidens nomine alieno. de reſtitutione ſpoliatorum capit. cũ veniſſet. nec pignoratarius, neq; colonus. ¶ Neque præſcribitur res empta à prodigo, vel luxurioſo, vel luſore alienante, *Panor.* diſtinguendo cum Panorm. cap. ſi diligenti. eo tit. ſcilicet, quod non valet, quando illis interdicta eſt adminiſtratio, & non valet contractus, neq; infertur vſucapiendi conditio. l. qui fundum. §. qui ſciens. ff. pro empt. vide Sylueſtrum in reliquo.

*An contr. ignorantẽ curr. præſ.* ¶ Et licet contra ignorantem currat præſcriptio in conſciẽtia, vt diximus, ſed in foro exteriori ei ſubuenietur in ignorantia facti per quadriennij reſtitutionem in integrũ. Facit textus in. l. antepenul. ff. de acquirenda hæreditate. *Sylueſt.* Hic Sylueſt. inturbare videtur, quæ antea dixerat dicens, quòd quia præſcriptio principaliter inducta eſt in pœnam negligentiæ, ideò dicit ſibi placere magis opinionem Petri de Peru. quam tenet cõtra Panor. quòd vbi ignorantia non fuerit craſſa, vel ſupina non præſcribi poteſt contra ignorantem. Sed tu ſine ſcrupulo teneas propter egregias rationes Soti ſupra adductas, ſcilicet, quòd in iſto caſu in conſcientia cõtra quẽcunq; ignorãtẽ pręſcribitur. Quia fallitur in hoc Sylu. quod præcipua cauſa legis præſcriptionis fuerit punire negligentiam domini.

¶ Item nullus poſsidens nomine alieno præſcribere poteſt. ff. de acquiren. poſſe. l. poſsideri. §. quod ſi ſeruus, ſed is cui iſte tradiderit præſcribere poterit. ¶ Neque poteſt præſcribere cenſuarius, aut emphyteota, fundum, neq; libertatem non ſoluendi penſionẽ etiam per. 4. annos. Secundum Metinam codice ſuo loco allegato præſcribere poteſt, quia non potuit habere bonam fidem toto illo tempore non ſoluendo. Sed, ſi alius emptor bona fide emeret fundum ab emphyteota, tunc poſſet præſcribere iſte emptor.

*Metin.* ¶ Neque ſecundùm Metinam eundem religioſus conuentus potuit pręſcribere, etiam per conſuetudinem, de cuius initio nulla ſit memoria libertatem eximendi ab examine epiſcopi, præſentandos epiſcopo: vt eos inſtituat in certis eccleſijs vacantibus. Quia iure diuino conuenit epiſcopis ad beneficia, & ordines promouendos examinare. Idque ius non tam in vtilitatem epiſcopi, quam in cõmodum ouium commiſſarum eſt illi conceſſum. Ideo contra illud præſcribi non poteſt; quia eſſet in perniciem ſpiritualem ouium.

*Sylueſt.* ¶ At verò ſecundum Sylueſt. verbo. reſtit. 7. hæredes per. 30. annos bene præſcribere potuerunt bona, quæ per. 30. annos bona fide poſſederunt neſcientes teſtatorem ea legaſſe pauperibus pro bonis incertis, quæ per vſuras, vel aliter illicitè acquiſierat, quia epiſcopus illo tempore ad complendum legata pro pauperibus non compulit hæredes. *An præſcriptio currat contra pauperes.* Et hęc quidem opinio probabilis eſt. Sed magis pia eſt opinio contraria, quam ſequitur Metin. Complut. loco citato, ac proinde conſulenda, *Metinæ opinio magis pia quàm Sylueſt.* quia fauet pauperibus quibus videtur negligentia epiſcopi non veniat imputanda. Et quia talia legata non implere, vergit in notabile præiudicium animæ teſtatoris, quia ſuam animam prætendebat exonerare, & quia videtur talis præſcriptio, non debeat currere contra pauperes, ſicut, neque currit contra minorem, & pupillum, aut filium ſub patria poteſtate exiſtentem. *Quæſtio. Caſus Victoriæ.* ¶ Porro neque hic prætereundus eſt caſus qui teſte Victo. ſuo tempore contigit Pariſijs, vbi cum monialis peperiſſet apud domum ſororis ſuæ nuptæ, ſoror illa quo conſuleret famæ ſuæ ſororis monialis, illum partum ſuo marito ſuppoſuit, fingens ſe illũ peperiſſe. Qui fætus iam perueniens ad ętatem adultam bona fide per legitimum præſcriptionis tempus, legitimam inter alios legitimos adeptus poſſedit. Reuelata poſtea veritate, & probata in foro exteriori, inter Parlamenti conſules magna diſceptatio orta eſt, an iſte legitimè præſcripſiſſet, vel non. Tandem in hoc eſt conuentum, vt legitima ſuppoſititio illi contingens inter ipſum, & alios filios legitimos diuideretur, quia non ſatis conſtabat de iure præſcriptionis.

*An interrup. poſſeſſio tollat præſcript.* ¶ Vltimo Metina in ſuo codice hoc vnum addit quæſt. illa. 16. ſcilicet, quòd ſi interrupta poſſeſsione, ante eius interruptionem, & poſt recuperatam rem, bonam fidem ipſe poſſeſſor habeat: tũc in hoc caſu interruptio poſſeſsionis non impedit, quo minus currat præſcriptio, vt communiter tenent doctores. *Refellitur Metin. Compl.* Sed credo ipſe fallitur; quia ſecundum doctores requiritur continuata poſſeſsio, ſine interruptione vſque ad finem præſcriptionis, & quia interruptio in poſſeſsione interrũpit in proprietate, & econtra, vt dictum eſt. Sed fortè illius dictum habet verum, quando reliquit poſſeſsionem, non colendo eam, ſed non animo deſerendi eam.

*Nota pro minoribus* ¶ Et tandem præſcriptio. 20. annorum & infra non currit contra minores. 25. annorũ tempus nondum adeptos ſecundum leges Hiſpaniæ, niſi ante eorum Natiuitatem, vel niſi ante eorum ſucceſsionem in rebus, quibus ſucceſſere inchoata eſſet: ſed tunc poſ-



ſent petere reſtitutionem temporis currentis contra eos, dum in illa minori ætate eſſent. Sed præſcriptio. 30. annorum, & ſupra bene illis nocet, ſi iam 14. annum fuerint adepti. Licet & in hoc caſu permiſſum ſit eis prędictam reſtitutionem petere, dum tamen intra quadriẽnium poſtquam nacti fuerint cõplementum. 25. annorum eam petant vt habetur. l. 9. tit. vlti. 6. partit. *Partita.* ¶ Deniq; & inſanus, ſi ante inſaniam cæpit præſcribere poteſt continuare huiuſmodi præſcriptionem; *De inſano.* licet contra inſanos neque incipit, neq; continuari poſsit præſcriptio. Neque fructus rei furto ſublatæ; ſicut neque ipſa præſcribi poſſunt. Sed de his ſatis. *De bono. dot.* ¶ Neque contra bona dotalia currit præſcriptio ſecundum leges Hiſpaniæ durante matrimonio, niſi vir ſit prodigus, & diſsipator, & ipſa coniux nõ petat. l. 8. titul. 29. part. 3.

# CAP. CXXXVII.

## *De bonorum incertorum reſtitutione.*

SVo ordine ſequitur, vt agamus de bonorum incertorum reſtitutione. Et ne de ignotis ad ignota procedamus, præmittamus hic primo prædiffinitionem bonorum incertorum: quænam bona incerta dicantur. *Quænam ſint bona incerta.* Igitur bona incerta dicimus quæ ſunt debita alicui homini, qui vel quorũ quantitas ignoratur, ſecundum Nauar. etiam poſt inquiſitionem debitam, iuxta communem ſententiam in cap. cum ſit. de Iudæis. *De Iud.*

*Coroll.* ¶ Vnde ſequitur, quod ea, quæ in nullius bonis ſunt, & ea quæ habentur pro derelictis, quæ occupantis fiunt. l. 1. ff. de acquire. rerum domino, non ſunt proprie bona incerta, quia alicui non ſunt debita.

¶ Neque incerta bona dicuntur quorum domini ſciuntur, vel iuſta inquiſitione ſciri poſſunt.

¶ Sacra quoque, & religioſa, incerta bona dici non poſſunt, quæ licet nullius in bonis hominis ſint, ſunt tamen Dei, non ſolum illo titulo generali, quo omnia ſunt eius, ſed etiam alio ſpeciali humano iuxta gloſſam. l. 1. & §. nullius. Inſtituta. de rerum diuiſ. Neque incerta dicuntur bona illius, quorum hæredes ſaltem per inquiſitionis examen cognoſci poſſunt. Ita Nauar.

*Quæſtio. An incerta per epiſcopũ ſint reſtit.* ¶ Sed iam rurſus hic reincidit illa quæſtio de qua ſupra meminimus, an debitor incertorum ſine epiſcopo, & confeſſario reſtituere poſsit bona incerta. Supra quàm diffi-



cultatem contra Hoſtienſem cum Nauarro ſumma Latina capit. 17. numer. 92. ſecundum Angelum verbo. reſtitut. 2. §. 14. & Roſellam eodem verbo. §. 2. & Piſanam reſtitu. 3. & Gabriel. in 4. diſtinct. 15. quæſtio. 2. & ſecundum Pedraçam in ſua ſummula, & ſecundum alios, quos refert Sylueſt. verb. reſtit. 8. quæſt. 5. *Pedraza. Sylueſt.* diffinimus huiuſmodi incertorum bonorum debitores, ſeu quemlibet alium, qui reſtitutioni eſt obligatus per ſe ipſos ſine epiſcopo, & etiam confeſſario reſtituere poſſe. Quod adeò verum eſſe ait Nauarrus, *Nauar.* vt epiſcopus contrarium iubere non poſsit, neque regulariter in eo contra voluntatem debitoris ſe interponere. Imo conſuetudo contraria non valeret; ſiue quia contra legem naturalem eſſet, ſiue quia irrationabilis: quia vnicuiq; incumbit debitori ſuam exonerare conſcientiam.

*Quæſtio. An epiſcopi incertorum reſtit. poſſ. reſerua.* ¶ Sed quæritur hic iam, an illa conſuetudo aliquorum Epiſcoporum, cuius meminit gloſſa capit. 2. de pœniten. & remiſsionibus libr. 6. qui reſtitutionem horum bonorum ſoliti ſunt reſeruare ſuſtineri poſsit in aliquo ſenſu. *Reſpon. Nauar.* Reſpondeo, dicendum ſecundum Nauarrum, primo, quod defendi poteſt intelligendo quod epiſcopus reſeruat ſibi peccatum commiſſum ob illorum bonorum incertorum non reſtitutionem, moramque habitam in reſtituendo. Quia hoc peccatum
dilationis põt ſibi Ẽpus reſeruare. Secundò 2
poteſt epiſcopus de ordine reſtituendi hæc bona ſe intromittere, & prohibere poteſt confeſſarijs, ne abſque conſilio ſuo abſoluãt, aut diſtribuant bona hæc. Licet non poſsit prohibere parti, vt ſi per ſe velit, non reſtituat, neque vt ſuam conſcientiam prout debet exoneret. Et ſic per hanc diſtinctionem Nauarrus author eius ſibi videtur diuerſas inter ſe opiniones conciliare, & conſtitutiones, ſynodales multorum epiſcoporum defendere poſſe, & optime quidem.

*Quæſtio. An epiſcopus ſe poſſ. intromittere hic.* ¶ Deinde: quia diffinitum eſt epiſcopum tali reſtitutioni incertorum per debitorem faciendæ non ſe poſſe regulariter opponere; ſubſequenter venit inquirendum, an in aliquibus caſibus prædicta diffinitio patiatur exceptionem.

*Nauar.* ¶ Ibi Nauarrus huic ſatisfacit quæſtioni,
quatuor aſsignans exceptos caſus. Primus 1
eſt quando reſtitutioni obligatus moritur abſque hærede, & executore.

¶ Secundus, cum qui reſtituere tenetur, 2
non vult id facere, & contra illum in iudicio procęditur.

¶ Tertius eſt, cum qui reſtituere debet, 3

 non

non rectè diſtribuit.

¶ Quartus eſt cum huiuſmodi res ab eo, qui eſt, aut fuit manifeſtus vſurarius poſsidētur ſecundum communem.

¶ Quod ſi reſtitutioni incertorum obnoxius eſt pauper, poteſt totũ, aut aliquam partem ſibi capere. Maxime ex conſilio epiſcopi, & confeſſarij, ſcilicet, quando indigentia eius non eſt tam patens, aut pars ſibi applicanda alicuius notabilis eſt momenti: vt diximus ſecundum Sotum. Quia alias nullus cenſetur bonus iudex in propria cauſa. Quæ licet ſupra copioſius dicta fuerint non piget hic repetere, vt memoriæ, & complemento doctrinæ ſuccurramus.

*Sotus.*

*Sot.*

¶ Iamque ſupra diximus ex mente Soti libro quarto quæſt. 7. de iuſtitia & iure articul. 1. quod quando ſub dubio compertum fuerit, illi, aut iſti certo deberi rem, inter illos ſi ſuperſint, aut inter ſuos hæredes diſpertiendum eſt tale debitum.

*Sotus. An incerta ſint reſtituēda in loco vbi accept. ſunt.*

¶ Neque neceſſe eſt ſecundum eundem Sotum loco citato debitorem, qui certus eſt cuius ciuitatis fuerit ille ignotus, cui reſtitutionem debet, reſtitutionem facere pauperibus eiuſdem loci. Sed quando exercitus communi nomine ciuitatem eſt deprædatus; tunc forte ſi ignoti ſunt domini, facienda eſt vrbi reſtitutio, vt reſpublica eam diſtribuat. Quando vero non illo modo per iniuriam illatam toti reipublicæ contractum eſt debitum, ſed per iniuriam ſingularium ciuium: non eſt neceſſarium in eodem oppido fieri. Quare conſului iuxta hanc doctrinam Soti, quendam cauponem, qui vendendo vinum & metretas curtando, quoſdam de quadam ciuitate ſibi ignoros defraudauerat, poſſe in pauperes alterius oppidi, vbi ſe inuenit, illam quantitatem reſtituēdo diſpartiri pro animabus defraudatorum.

*Diſtinctio Soti.*

*86. diſt.*

*Nauar.*

*Cordub.*

*An propinquior hic ſit præfer.*

¶ Addimus etiam quod quando iſta incerta diſtribuenda ſunt pauperibus, licet magis pium eſſet pauperiores eligere, & ex his cæteris paribus meliores capit. eſt probanda & capit. non ſatis. 86. diſt. non tamen eſt neceſſe; quia nulla ratione, aut lege id conuincitur, ait Nauarrus. Vnde bene Corduba queſt. 72. de caſibus conſcientiæ ait, quòd ſi quantitas legata ſit à teſtatore ſuis cognatis pauperibus, propinquiori conſanguineæ tribuenda eſt: propinquiorque minus propinquæ præferenda eſt in hoc caſu, licet minus propinqua pauperior ſit, atque prouectioris ætatis; quia propinquior cenſenda eſt à teſtatore magis dilecta. Neque contradicit lex vnum ex familia. §. ſi de falcidia, **A** verbo itaque. ff. de legatis. 2. iuncta gl. in verbo vnico. Vbi dicitur, dandum alicui de familia, ſufficit detur indiſcriminatim huic, vel alteri. Sed hoc intelligitur ſecundum gloſſam in ſolo caſu iſtius textus, vbi diſtributori data eſt electio cui velit dandi. De hoc Antonius Gomez latius ſuper. l. Tauri. 40. num. 41. & 42. & 43. & 44. Et doctores communiter huius temporis Nuñez de Auēdaño, & doctor Enriquez, & doctor Leon, & doctor Peralta.

*ff. leg.*

*Anto. Go.*

*Nañez. Enrique Leon Peralta.*

¶ At licet regulariter hoc ſit verum, ſi tamen **B** ſint duæ æque pauperes propinquæ, quæ ſe opponunt huic legatæ quantitati; ſed non ſunt æqualiter propinquæ, quia vna in quarto gradu: alia in quinto, ſi hæc, quæ remotior eſt in gradu, pepigiſſet antea pro ſuo matrimonio cum ſpe huius legatæ quantitatis ſibi dandæ in dotem, quæ ſi ſibi negetur inconcluſum manebit pactum matrimonium; irremediabiliſque perpetuo manebit: cum iam ſit prouecta, vt pote. 33. annos iam nacta, & circa cognatam propinquiorem in 4. gradu hæc abſunt pericula, & circunſtantiæ, tunc in hoc caſu, hæc ſecunda **C** vno gradu minus propinqua alteri propinquiori in quarto gradu præferri poteſt: illaque illi tribui quantitas: Quia ambæ in gradibus cum ſint remotiores: parum maior affectio teſtatoris præſumitur erga vnam, quam erga aliam: & quia loco huius parui exceſſus propinquitatis, ſupplet neceſsitas ſecundæ non tam propinquæ. Eo quòd ſi ſibi non ſubueniatur, manebit perpetuo innupta, atque irremediabilis. Quare huic fauet magis præſumptio voluntatis teſtatoris, qui ſi ſuperuixiſſet huic maluiſſet ſecundæ proſpicere, ne remaneret abſque remedio. Concordat S. Tho. 2. 2. quæſt. 31. artic. 9. Vbi ait quod ſanctiori, vel meliori magiſque in**D**digēti, magiſque remedio caренti danda eſt eleemoſyna, potiuſquam propinquiori, qui non multum coniunctus eſſet. Hoc intelligitur, ſi ſine fraude pacta eſſet du matrimonio illa parum remotior, & prouectior: ſed neque in hoc caſu poſſet præferri, multum coniunctiori.

*S. Thom.*

*Nota pro contingentia.*

¶ Quod ſi in caſu diſcordiæ executorum electio commiſſa eſſet à teſtatore alicui, ſcilicet, Petro: tunc Petrus ex his propinquis pro legato obtinēdo, poſſet inconſultis iuris peritis, eligere quam maluerit, non habita ratione maioris vel minoris propinquitatis, vel paupertatis. Quia hoc videtur voluiſſe teſtator ad tollendas lites, atque litigia. Ita ibi Corduba. Licet hæc tam libera optio eligendi concedatur à Corduba in hoc caſu non





ſu non careat ſcrupulo, niſi teſtator dixiſſet; **A** Quamcunque velit pro libera ſua voluntate, poſsit eligere, ac ego poſſem. Secus autem ſi teſtator dixerit. Eligat iſtā, vel illam, quam maluerit, prout ſibi videbitur, & placuerit. Quia hæc verba important arbitrium boni viri. ff. de fideicōmiſsis. Ita habetur. l. Thais. § ſorore ſua.

*Nota.*

¶ Sed niſi aliter ſe explicuerit teſtator, dos hæc poteſt etiam aſsignari, etiam propinquis ex ſuo genere deſcendentibus, ſi ſint ex legitimo matrimonio natæ; liceat procedant ex tali ſtipite poſt parentes illegitimos. Sic Corduba.

*Quæſtio. An pro pauperioribus legata ſint illis danda de iuſtit.*

¶ At hæſitare hic quis poſſet, ſi teſtator aliquis legauerit certam copiā pecuniæ pro **B** locandis matrimonio puellis parentibus orbatis, taliter quod pauperioribus ſubueniatur inde; ſi executores ſint ad hoc electi à teſtatore, & iurati pro eligendis pauperioribus, & pro non admittendis precibus, vel ſubornationibus, in hoc caſu an ſi contra fecerint executores ij peccauerint, & an ad aliquam reſtitutionem maneant obnoxij. Queſtio eſt hæc, cuius meminit Corduba in quæſt. 73. de caſibus conſcientiæ. Quam ſic decidimus dicendo. Primo, quod quauis vt dictum eſt, eleemoſyna generaliter legata in teſtamēto, vt pauperibus erogetur, ſatis eſt erogetur pauperibus, nec neceſſe eſt pauperioribus **C** erogari; niſi aliud teſtator explicuerit, vel niſi interuenerit circunſtantia, quæ aliud dictet agendum; tamen iſti ſic iurati executores, ſi precibus inducti, relictis pauperioribus elegerint pauperes, licet peccauerint cōtra præſtitum iuramentum, immunes tamen manent & liberi à reſtitutione. Secus, ſi non indigentes elegiſſent. Sic Metina; quia talis fuiſſe videtur mens legiſlatoris, vt non indigentibus nullatenus ſua bona tribuerentur.

*Cordub. Reſpon.*

*Metin.*

*Quæſtio. Qui per pauperes intelligantur.*

*Nauar.*

*Ioā. And.*

*12. q. 2.*

*Petrus. Peruſ.*

¶ Sed reſtat indagandum, quid per pauperes intelligamus. Reſpondet Nauarrus cap. 17. ſummæ Latinæ num. 93. per pauperes in**D**telligimus nō ſolum perſonas pauperes, ſed etiam eccleſias, xenodochia, & monaſteria ornamentis, luminaribus, ædificijs, & alijs ſimilibus indigentia ſecundum Ioan. Andr. communiter receptum in capit. 1. de teſtam. libr. 6. aut alia opera pia; quia redditus eccleſiaſtici æque, aut magis, quam hæc incerta pauperibus debentur. capit. aurum. 12. quæſtione 2. & cap. fin. 16. quæſt. 1. & certum eſt illos in alia opera pia inſumi poſſe. Sed opinio contraria Petri Peruſini in tract. de Cano. portione epiſcop. 7. in legatis factis pauperibus locum habere poſſet, ſcilicet, quod huiuſmodi legata in alia opera pia non ſint **A** inſumenda. Imo ſecundum Nauarrum pauperes intelliguntur eſſe non ſolum mendicātes, ſed etiam alij egentes ijs, quæ ſunt eis ad decentiam neceſſaria. Ita Nauar. in Apologia quæſt. 1. monit. 28. numer. 1. & Caiet. 2. 2. quæſt. 100. artic. 1. ad 3.

*Nauar. Caiet.*

# CAP. CXXXVII.

*An compoſitio de incertis per bullam Cruciatæ facta excuſet à reſtitutione?*

*Quæſtio. An maneat tutus qui ſe componit. Cordub.*

Am institæ quæſtio illa celeberrima, quā conſultò ad hunc **B** locū ſibi aptiſsimum reſeruauimus, an iuſte retineat quis illud, quod per compoſitionē factam, cum camera Apoſtolica ſuper incertis retinet, modo ſint incerta iuxta prædiffinitionem datam. Nam incerta non ſunt, quorum dominus per indagationem poteſt inueniri antequam illius fiat diligens inueſtigatio. Quæſtio eſt quam exactius ventilandam ſuſcepit Corduba in ſuo quæſtionario lib. 5, q. vltima de indulgentijs. An res ſibi pro votis ſucceſſerit neſcio. Nam ibi duas citas opiniones, primam negatiuam, ſcilicet, quòd talis non manet tutus in conſcientia à reſtitu**C**tione, ſi compoſitio fuerit indiſcreta, vt quia 20. millia pro. 3. vel 4. millibus ſunt ei remiſſa. Cuius ſententiæ author eſt Nauar. ſumma Lat. ca. 17. nu. 93. Secus ſi cōpoſitio fuit ex cauſa diſcreta. Secundam adijcit opinionē affirmatiuam aſſerentem, quod quidquid ſit de peccato, quomodocunque fiat remiſsio à Papa illorum bonorum incertorum, tutus manebit aſſequutus hanc gratiam à reſtitutione illorum. Et quia propter rationes, quas Corduba adducit in comprobationem ſecundæ opinionis affirmatiuæ, ait ſuo videri eſſe tenendam: quamuis prima opinio negatiua ſit conſulenda, licet nō vt omnino ne**D**ceſſaria dogmatizāda: & quia puto ego è cōuerſo negatiuam eſſe tenendam, affirmatiuā autem ſalua ſanctæ Romanæ eccleſiæ cenſura non eſſe adeo tutam: ideo Cordubæ rationes poſtea diſſoluendas primò præmittam.

*Arg. Cord. Confirm.*

¶ Arguitur igitur primo; Quia talis cōpoſitio, vel remiſsio, quomodocūq; facta in nullius eſt præiudicium, neque eccleſiæ, neque creditorum ignotorum, neq; pauperū, quia Papa remittit illa bona loco dominorū. Ergo compoſitus manet tutus.

¶ Et confirmatur. Quia rex applicat ſuo fiſco, & theſauro regio bona incerta certo domino, ſeu poſſeſſore vacantia poſt debitas

A proclamationes, ſi domini eorum non appareant, & poteſt hæc bona condonare, cui voluerit pro libito, & remittere, ita vt remiſsio ſit valida, ergo id ipſum poterit Papa efficere de bonis incertis iniuſtè ablatis.

*Argum.2.* ¶ Item ſecundò arguit. Quia Papa eſt liber adminiſtrator iſtorum bonorum, ſicut & aliorum eccleſiaſticorum; ergo ſi faciat talē remiſsionem indiſcretam cum per nullū ius diuinum, aut naturale inualidetur, talis remiſsio etiam prodiga erit valida, ſicut validæ ſunt aliæ donationes: quas Papa fecerit ex alijs eccleſiaſticis, & mobilibus bonis etiam ſi deſit cauſa rationabilis.

*Confirm.* ¶ Et confirmatur. Quia inſtitutio indigni B miniſtri per Papā facta, vbi nulla ſubeſt rationabilis cauſa faciendi, eſt valida, ergo hæc remiſsio per compoſitionem etiam ſi ſit prodiga erit valida.

*Argum.3.* ¶ Et tandem arguitur. Quia in ipſa bulla compoſitionis dicitur expreſſe, quod prædicta compoſitione facta maneant in conſcientia tuti, & liberi à reſtitutione reſidui taliter compoſiti. At dicere iſtum eſſe abuſum Papæ, aut reprobare iſtam conſuetudinem Papæ temerarium videtur, & periculoſum in foro conſcientiæ & eccleſiæ. Propter hæc argumēta ait Corduba multos doctores hanc C tenere opinionē affirmatiuām excuſantem à reſtitutione, quia tuti manent in conſcientia. *Alexan. Alenſ. Nauar. Couarr.* Inter quos refert Alexan. Alenſ. 4. parte quæſt. 86. membr. 2. artic. 2. Et Nauarrum tractatu de indulgentijs notabi. 29. eiuſdem eſſe ſententię ait: eidemque accedere Couarruuiam, dicentem eſſe opinionem probabilem, dummodo quando apparuerit verus dominus illi reddantur. Ideo Corduba, ſaluo meliori iudicio, eam ſibi ducit probabiliter tenendam. ¶ Igitur, ſalua ſedis apoſtolicæ cenſura, cui omnia in hoc opere collimanda corrigendaque ſubijcimus, ad quæſtionem reſponſuri ſtabilimus ſic reſponſionem.

*Conclu. 1.* ¶ Prima ergo concluſio ſit. Cōpoſitio bo- D norum incertorum ex cauſa rationabili, ex cauſaque diſcreta inita cum Papa, & tuta eſt in conſcientia, & debitorem ab obligatione reſtituendi reſiduum remiſſum ſibi, liberat. Hanc tenent ferè omnes: & argumenta allegata à Corduba pro opinione negatiua ſi quid probant, hanc concluſionem maxime probant. Quia vt ait Caiet. 2.2. q. 100. art. 1. Papa habet adminiſtrationem generalē omniū, quæ debentur pauperibus, & ita poteſt iuſta de cauſa applicare in alia pia arg. capit. quia contingit. de religioſ. dom. & cōdonare aliqua iuſta de cauſa, qualis eſt recuperandi pro illis, quod alias non recuperaretur, vel tarde. *Nauar.* Ita Nauarrus. Probaturque ratione *Ratio Sot.* Soti; quia iure naturæ iſta bona ſunt reipublicæ, quæ, cū iure naturæ omnia fuerint cōmunia diuiſaque fuerint per ius gentium, ſi poſteà inquiſitus dominus non appareat, iterum in vſum communem reipublicæ cedunt. Igitur, ſi iſta bona incerta ſunt reipublicæ, Papa, qui eſt reipublicæ Chriſtianæ adminiſtrator ſpiritualis poterit ea valide in ordine ad pios vſus diſpenſare.

*Conclu. 2.* ¶ Secunda concluſio: Non puto eſſe temerarium aſſerere poſtquam ius conceditur Papæ ad faciendas valide huiuſmodi cōpoſitiones, quòd in aliquo particulari caſu ex deficienti rationabili cauſa, aliqua compoſitio coram Deo vere ſit inualida. Hæc cōcluſio videtur eſſe Nauarri ſumma Latina cap. 17. nu 93. *Nauar.* Vbi ait cōpoſitum cū ſummo Pontifice ſuper incertis iuſtè retinere ea, modo compoſitio non ſit indiſcreta, vt quando. 20. millia pro 3. vel. 4. millibus remittuntur. Vbi aperte inſinuat, quod illud ſibi remiſſum per cōpoſitionem cum iſta conditione, vt diſcreta fuerit compoſitio, retinere poſsit iuſtè iſte debitor: aliàs non. Quia, ſi aliàs non iuſtè retinet vbi prodiga eſt remiſsio: ergo quia fuit inualida nō poteſt illud retinere. Et quia papa, C licet potuerit diffinire quomodo, & in quibus bonis operibus talia bona incerta ſint diſtribuenda: tamen diſpenſare non poteſt ſuper iure naturali dictante eorum diſtributionem taliter eſſe faciendam, vt cedat in vtilitatem ſpiritualem ipſorum creditorum. Ergo ſi in aliquo caſu, quaſi pro nihilo faceret condonationem eorum, videtur non ſit valida.

*Quod diſtributio incertor. ceder. deb. in vtil. dominorum.* ¶ Quod autem diſtributio horum bonorum iure naturali debeat cedere in vtilitatē ſuorum dominiorum aſſerit D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 5. in ſolutione ad 3. Vbi ait. quod ſi ille, cui debet fieri reſtitutio eſt omnino igno- D tus, debet hoc reſtituere ſecundum quod poteſt dando in eleemoſynas pro ſalute ipſius, *D. Thom.* ſiue mortuus ſit, ſiue viuus. Hæc D. Tho. idē ibi Caietan. & idem D. Thom. in epiſtola ad *Caietan.* Duciſſam Brabantiæ. Idem dicit de reſtitutione incertarū vſurarū à Iudeis debitarū. & habetur in ca. cum tu. de vſuris. & c. cū ſit de *De vſur. de Iudæis.* Iudæis & Scotus in 4. diſt. 15. q. 2. in reſponſi. ad. 2. arg. & Sylueſt. titu. reſtitut. 8. q. 2. & *Scot. Sylu.* 3. & tit. inuenta. quæſt. 1. vbi & latè de hoc agit. Et ita communiter doctores. *Ratio. 1.* ¶ Et patet; quia alterius opinionis fautores aiunt, ſi appareat poſtea Dominus illi illa res incerta eſt reddenda; ergo non omiſerat dominium



nium illius: ergo niſi in illius vtilitatem non poterat diſtribui valide.

*Ratio. 2.* ¶ Item, quia abſurdum videtur eſſe aſſerere, quòd Papa valide poſsit profanè, & prodigè remittere iſta incerta bona (cum non ſint ſua) ergo neque magnam eorum partem poteſt prodigè remittere: ita, vt valida ſit remiſsio: quia ſi non poteſt Papa gratis, & ſine cauſa à toto debito alieno liberare, ergo neq; ab exceſsiua parte. Neque ſat eſt dixiſſe, quod Papa recompēſat ignoto domino per indulgentias, quia non ſunt indulgentiæ ad hoc intentæ: neque vero domino prodeſſe poſſunt ſine cauſa pia, & rationabili ad ſic eas concedendum.

*Confirmatio Soti.* ¶ Et confirmatur: quia in iſta compoſitione, vt ait Sotus in 4. tomo. 1. diſt. 21. quæſt. 2. arti. 4. agitur de conſumptione æris alieni, quod proprijs dominis licet incertis debetur; ergo ſi Papa quaſi pro nihilo, & ſine cauſa rationabili illud remittat, coram Deo nō erit ex ſe tunc valida remiſsio; quicquid ſit de ignorantia, quæ forte excuſabit compoſitum talem. *Ratio. 3.* ¶ Item etiam probatur ſecundū Sotum loco allegato; quia has remiſsiones nō facit Papa tanquam verus Dominus, ſed tanquam diſpenſator. At diſpēſator, ſi quid profundat quaſi pro nihilo, & gratis, non acceptatur tanquam valida eius diſpenſatio.

¶ Sed quia cum omni obedientia & reuerentia de tam ſanctiſsimo patre loquendum *Conclu. 3.* eſt, ¶ Sit tertia concluſio: Quando per Bullam Cruciatam, vel aliàs, taxationes ſeruandæ in compoſitionibus incertorum dimanant à Papa: credendum eſt eum, qui eas cōditiones ſeruauerit, taxationeſque ſoluerit pro incertis, pro reſiduo manere tutū in conſcientia, & remiſsionem fuiſſe validam, ac per conſequens à reſtitutione reſidui manere liberum. *Ratio.* Hæc concluſio patet, quia hæc reuerentia debetur ſummo paſtori, vt neq; in facto credendum ſit erraſſe, quippe qui omnia ſolitus eſt gerere maturo conſilio, neque temere.

*Conclu. 4.* ¶ Quarta concluſio: Quod ſi in facto aliquando per poſsibile loquendo, in taxatione tali pontifex ſummus non tantopere coram Deo attigiſſet ſcopum: tamen tanta authoritas paſtoris, quia omnia creditur gerere valde maturo conſilio, ſufficiens cauſa eſt ad excuſandū talem debitorem incertorum ſyncerè, & bona fide cum tanto pōtifice tractantem. *Ratio.* Quia ſi opinio grauium doctorum aliquem ſecurum facit in conſcientia, in re aliàs dubia, quanto magis authoritas vicarij vniuerſalis Chriſti poterit hunc debitorem A incertorum à reſtitutione excuſare, quando, pronuntiat illum manere ſecurum.

*Coroll.* ¶ Secus eſſet, ſi iſta quantitas taxanda quæ ſoluenda ſit, arbitrio alicuius commiſſarij taxanda relinquatur à Papa: & ipſe commiſſarius, quia videt huiuſmodi debitores incertorum valde auaros, quia amplius ab eis, neq; iuſtum extorquere poteſt inconſulto Papa pro libito eorum, tam modicum recuperat, quod quaſi pdigè videtur reliqua remiſiſſe. Nam tunc non videtur valida remiſsio.

*Flor: Sylueſt, Sot⁹.* ¶ Noſtram ſecundam concluſionem ſuprapoſitam Floren. tenet. 2. par. titu. 2. cap. 6. in fine. & Sylueſt. titul. reſtitu. 3. quæſt. 8. B Sotus in 4. loco citato eidem noſtræ ſecundæ concluſioni videtur accedere, licet non clare, & etiam in de iuſtitia & iure lib. 4. q. 7. artic. 1. Has compoſitiones, & remiſsiones magnas, pro contributione modici non videtur à culpa excuſare, ſicut neque Corduba, aut alij eas excuſant, quia parum conferunt bono publico, inquit Sotus, in 4. loco citato, & multum pauperibus detrahitur, licet ibi cum 3. & 4. noſtra concluſione videatur tenere in fine.

## CAP. CXXXIX.

C *Compoſito per bullam ſolutis duobus argenteis quantum ſibi remittatur de debito.*

*An pluries duobus argent. compoſit. maneat tut⁹.* SED antequam ad argumēta in contra diſſoluēda nos præparemus, illa primo à nobis inueſtiganda eſt dubij veritas, an dum in diplomate compoſitionis habetur, vt pro duobus argēteis liberetur quis ab ære alieno vſq; ad ſummā 12. aut 13. ducatorum, qui 24. debet aut plures quam 13. an liberetur à toto ære alieno ſoluendo, ſi bis aut ter duos argenteos cōferat: quaſi duas vel tres faciens cōpoſitiones? *Sotus. Cordub.* Hanc quæſtionem tam Sotus quā Corduba locis citatis referētes negatiuè D reſpōdent, id eſt, fieri id nō poſſe: niſi ſecundum Cordubā Papa in bulla id exprimeret, nec eſſet talis ſic cōpoſitus liberandus. Neq; Bulla ad id valeret, quia cū ſit materia vel cōceſsio odioſa in præiudiciū creditorum eſt ſtricti iuris, atq; ideo ſtrictè ſecundū rigorē & proprietatem verborum (dum aliud non conſtiterit) interpretanda eſt, & intelligenda eſt. Et ita practicatur, quòd de alio debito vltra quinque millia ipſi debitores cū cōmiſſarijs Cruciatæ ſe componant: quia aliàs ſecundum Sotum eſſet intentioni, & diplomati pontificis fraudem annectere. Imo ſe-

 cun-

cundum eundem, qui maiorem ſummam, quam quæ taxatur in diplomate debet, neq; pro toto, neque pro parte, ſe poteſt pretio duorum argenteorum componere.

*Nota.*

*Quæſtio. An cõpoſitus vtroq; foro manet tutus.*

¶ Dubium porrò annexũ quæſtioni quoque eſt: cuius vterque tam Corduba, quam Sotus locis ſupra citatis meminerũt. Vtrum qui illo pretio diplomatis compoſitionem fecit, maneat de toto debito. 12. vel 13. ducatorum tutus in conſcientia & in foro exteriori. Vterque reſpondet ad quæſtionẽ conuenienter, licet aliqualiter differenter. Nam Sotus ait Papam poſſe quidẽ facere, vbi cauſa legitima manifeſta eſſet, & æquiori pretio fieret compoſitio. Attamen, inquit, cum tam crebro, tamque vili pretio, compoſitiones fiant, ſatis eſt ſi maneant tuti in foro conſciẽtiæ: nam in foro iudiciario arbitror pontificem non intẽdere eos liberare. Imo ſi poſtea creditores comparerent, qui ſua debita legitimè comprobarent non reciperetur debitoris exceptio, dicentis ſe fuiſſe compoſitum pretio in diplomate cruciatæ taxato. Quia eſſet hoc, latiſsimam viam fraudibus aperire. Hæc ibi Sotus.

*Cordu. Sotus.*

*Sotus.*

*Corduba.*

¶ Adijcit Corduba, quòd apparentibus poſtea dominis taliũm incertorum, poſt talem compoſitionem debitores tenentur illis reſtituere ea duntaxat, quæ exiſtunt in ſua forma, vel ſubſtãtia, licet alterata. Vel ſi non conſumpſerint illa bona incerta, tenebũtur in eo, in quo ex tali conſumptione bona fide facta, facti ſunt locupletiores: non tamen id quod bona fide conſumpſere, neque inde locupletiores euaſere. Cuius rationem reddit Corduba: quia neque Papa intendit, neque debuit conſentire, quod apparentibus dominis, quorum talia bona erant non reſtituantur: neq; enim apparens dominus iure ſuo, & dominio priuatur ad rehabendũ quæ extant in ſe, vel in ſuo æquiualenti, ſcilicet, in quantum debitor ex eis ditior factus eſt, vt de hoc latius Sylueſt. titu. reſtit. 8. quæſt. 4. ſecundum communiter doctores. ¶ Reſtat nobis & alia diſcutienda quæſtio, ea nempe eſt, an alius à Papa, puta, rex, aut princeps poſsit per viam compoſitionis prædictã remiſsionem efficere. Huic quæſtio. Sotus in 4. diſt. 21. quæſt. 2. arti. 4. reſpondens ait, ſe non videre, cur ſi id commodè fieri poſſet, reſpublica, vel rex, ex vrgente neceſsitate, puta, bello grauiſsimo ingruente reipublicæ, pro propulſando hoc bellum, ſi eſſet neceſſarium, non poſsit facere in ſubſidium reipublicæ debitores incertorum, ſi bona fide contribuant medietatem, vt maneant liberi à reliquo debito, dummodo ſumma, ſuper quam fit compoſitio non excedat 20. ducatorum ſummam aut paulò maiorem, ſed inquit, quia hoc nunquam factum eſt, neq; ita commodè per ciuilem rempublicam agi poteſt, non id dixerim, quo anſa ſumatur, vt fiat: ſed ad maiorem iuris explicationẽ, quę id Papa facere conſueuit. Hæc Sotus.

*Sylueſt.*

*Quæſtio.*

*An Rex poſsit iſtã cõpoſit. cõcedere.*

*Sotus reſpon.*

*Corduba aduerſatur Soto.*

¶ At Corduba loco citato Soto apertè reclamat dicens, quòd nullus alius à Papa, niſi de conſenſu & licentia Papæ, poteſt huiuſmodi compoſitiones bonorum incertorum illicitè acquiſitorũ facere. Primò, quia prædicta incerta cenſentur eſſe iam in theſauro eccleſiæ temporali communi, cuius ſolus Papa eſt diſpenſator.

*Ratio. 1. Corduba.*

*Ratio. 2.*

¶ Item ſecundò: quia contra ius eccleſiaſticum diſponens, quòd talia bona non niſi in pauperes diſtribuatur, miſſus inferior Papa agere, aut diſponere poteſt. Niſi aliquis Epiſcopus ex conſuetudine legitima derogante legi, non reclamante Papa præſcripſiſſet in huiuſmodi compoſitionibus faciẽdis. Et hæc opinio Cordubæ eſt certior, & rationabilior, atq; tenenda. Nam licet ſecundùm Cordubã principes ſeculares de ſolum incertis, quæ non ſunt illicitè acquiſita, ſed perdita, vel errantia, ſiue vacantia, quæ Hiſpanicè dicũtur moſtrecos, Gallice ex paue, quia hæc ad theſaurum pertinent reipublicæ ſecularis, ſe intromittere poſsint: tamen de incertis illicitè acquiſitis, ſe introgerere non poſſunt. ¶ Nam in illicitè, iniuſtèq; acquiſitis eſt reordinanda conſcientia coram Deo, ad quod ſicut neque ad theſaurum ſpiritualem, vel temporalem eccleſiaſticũ, poteſtas laica non ſe extendit, ſed ſolum eccleſiaſtica. Quia & in hoc ipſi domini incerti actu debito conſentiunt, quod Papa eorum ſit diſpenſator, debitorumq; exoneret conſcientias: ideò alijs à papa non licet.

*Ratio. 3.*

*D. Thom.*

*Caietan.*

¶ Et licet ita ſit quod Diuus Thom. 1.2. quæſtione 99. artic. 2.3. & 4. & latius quæſtione 100. articulo. 2. & ibi Caietan. dicat quòd finis reipublicæ, vt temporalis eſt, eſt felicitas naturalis, puta, pax, & politia, & in ordine ad hunc finem princeps ſecularis poſsit res temporales, & perſonas diſponere: ſed his nihilominus non obſtantibus, quatenus attinet ad conſcientiam in omnibus incertis, & inuentis etiam non illicitè habitis quæ ad ius, vel dominium alterius pertinent Papa ſe intromittere, & diſponere poteſt, modo ſint iniuſtè acquiſita, modò non. Quia ſecundum Diuum Thomam ad ipſum ſpectat conſcientijs ſubditorum proſpi-



*Ratio.*

proſpicere: quia in ordine ad ſalutem ſpiritualem, ad finemque ſupernaturalem beatitudinis in omnibus perſonis, bonisque temporalibus eorum Papa poteſtatem habet.

¶ Iam argumenta in fronte quæſtionis obiecta nobis diſſ luenda ſuperſunt.

*Ad argumen. 1.*

*Reſpon. 1.*

¶ Ad primum, quando arguitur, quòd talis, quaſi prodiga, & pro nihilo compoſitio facta, & remiſsio in nullius eſt præiudiciũ, negatur iſtud antecedens. Quia licet nõ ſint pauperum, antequam ſint illis tradita illa bona, tamen cum ex lege illis eſſent applicanda, non caret graui culpa illa prodigè remittere, & pauperibus, aut operibus pijs illa ſubtrahere. Secundò reſpondendo dico ad

2 rem: Eſt in præiudicium dominorũ, in quorum vtilitatem, vt iam probauimus, iure naturali illa bona incerta cedere debent, neque actu debito in talem, quaſi prodigam remiſſionem conſenſerunt, neque conſentire tenentur. ¶ Et ad confirmationem dicitur, ꝙ eſto concedamus de bonis vacantibus, ideſt, moſtrecos, quaſi prodigas remiſsiones poſſit facere rex valide, non inde apertè concluditur, quod Papa de bonis incertis illicitè acquiſitis huiuſmodi remiſsiones exceſsiuas & quaſi prodigas, & quaſi pro nihilo, facere poſsit valide. ¶ Primò, quia rex faciens huiuſmodi remiſsiones non tam apertè reipublicæ, aut creditoribus incertis videtur irrogare iniuriam, quia ex ſuis redditibus regijs ſolitus eſt ſupplere in ordine ad finem: ad quem bona incerta vacantia, ſeu moſtrenca ſunt ordinata, nempe, ad defenſam reipublicæ eiuſque bonum cõmune. ¶ At papa cum remittit prodigè, aut exceſsiue, & ſine rationabili cauſa, nihil ſupplet de ſuis in ordine ad finem ſpiritualem: ad quem ex conſenſu debito creditorum incerta bona ſunt deſtinata. ¶ Secundò non valet cõſequentia, quia poteſtas Regis non eſt diſtincta à poteſtate temporali reipublicæ, imo eſt ipſamet poteſtas reipublicæ abſolutè tranſlata. Vnde ſicut reſpublica poſſet valide, quamuis non ſine peccato facere remiſsiones prodigas validas: ita & rex, quamuis peccet grauiter. Quia ſecundum Sotum, iam illa bona incerta non apparentibus dominis, cedunt in bonum reipublicæ. ¶ At papa ſuper huiuſmodi bonis incertis poteſtatem non acquiſiuit directè, vt rex temporalis eãdem poteſtatem reipublicæ non limitatam habens, ſed indirectè in ordine ad bonum ſpirituale conſcientiarum, & in ordine ad finem ſpiritualem. Vnde quando ſine cauſa rationabili, hæc bona incerta profundit, non videtur (ſalua eius cenſura) validè facere. Quia non facit in ordine ad finem ſpiritualem per reſpectum ad quem hæc bona temporalia, theſauro eccleſiæ potuit applicare pro vtilitate ſpirituali diſpenſanda.

*Ad confirmat.*

*1. Ratio.*

*Solut. 2.*

*Ad argumen. 2.*

¶ Ad ſecundum, vbi arguitur, quòd Papa eſt liber adminiſtrator illorum bonorum: ergo etiam ſine cauſa rationabili poteſt vili de ea donare, Reſpondetur primò negando conſequentiam. Quia, licet habeat liberam adminiſtrationem horum bonorum Papa, ſed tamen non omnis prælatus habens liberam adminiſtrationẽ poteſt donare: & multo minus prodigè inſumere. Quia ſecundum Iuriſtas aliquos, & ſecundum Ioan. Andr. capit. is qui. de electione. licet prælato concedatur libera adminiſtratio, ſed non poſſe donare, niſi ex conſuetudine in aliquibus caſibus iuris, ex rationabili cauſa, & quia etiam ſecundum ius adminiſtrator liber dicitur, is, qui poteſt omnia, quę dominus rei poſſet, & deberet agere, & ſolitus eſt agere. At nullus dominus debet, aut ſolitus eſt ſua bona profundere & prodigere.

*Io. Andr.*

*Victoria.*

¶ At doctores egregij, vt ait Victoria relectione de poteſtate Papę, & cõcilij propoſitione, 23. & magni defenſores authoritatis põtificię in ordine ad concilium cuiuſmodi ſunt Sylueſt. verb. Papa. §. quarto. & Caietan. in opere de ſuperioritate Papæ ſupra conciliũ capit. 27. aiunt, quod ſi Papa nollet dare beneficia eccleſiaſtica, niſi pro pecunia, aut cõmutatione officij ſecularis, aut ſi ſecundum Sylueſt. ibi totum Theſaurum eccleſiæ, aut patrimonium Beati Petri daret parentibus eius, non eſſet ei permittendum, ſed reſiſtendum eius executoribus, ſemper eius authoritatem, & reuerentiam venerando, & ſuſpiciendo, & recognoſcendo. Eſſet reſiſtẽdum, inquam, per modum defenſionis, non authoritate priuata, ſed gubernatorum eccleſiæ, & principum. Non quaſi iudices ſint tunc in Papam, nec vt authoritatem ſuper ipſum habentes: ſed per modum cuiuſdam defenſionis, ergo ſignum eſt, quod Papa non ſit dominus abſolutus ad prodigendum theſaurum eccleſiæ; ergo neque ad prodigendum validè hæc bona incerta, quæ iam ſunt adiudicata theſauro eccleſiæ.

*Sylueſt. Caietan.*

*Confirmat Nauar.*

¶ Hoc ipſum confirmare videtur Nauarrus in opere de redditibus eccleſiaſticis quæſtione prima. in ſummario quarti principalis numer. ſecundo, vbi ex mente Caietan. 2.2. quæſtione. 43. articulo. 8. ait, quod papa non eſt dominus bonorum eccleſiaſticorum. Et prout inquit Nauarrus, eſt textus optimus

optimus in cap. non liceat papæ. 1. queſt. 2. A quod ibi ſentit Archidiaconus, & Decius in cap. epiſcopus. col. 2. de præbendis, imo etiã Panormi. & Decius cap. conſtitutus.

*Archidia. Decius. Panormi.*

*Nauarus papã profanè poſſ. teſtar. negat.*

¶ Sed & ipſe Nauarrus eodem opuſculo de redditibus quæſt. 3. num. 18. cõcludit Papam de redditibus eccleſię non poſſe teſtari ad vſus profanos: quia eſt inquit contra ius naturale incluſum in 7. præcepto, quod videtur approbaſſe Pius V. vt refert idem Nauarrus in eodem opuſc. q. 1. nu. 66. qui veritus ne eſſet prodigus de bonis eccleſiaſticis, de quibus ſe cenſebat diſpenſatorem, & non dominum, cuidam conſobrinæ ſuę in dotem tantum contulit mille & quingentos aureos B precibus importuniſsimis eos adaugens ad duo mille tantũ. Exemplũ rariſsimũ mirũ, & digniſsimũ tam ſanctiſsimi papæ. ¶ Quæ omnia ſupradicta hinc inde ex tam grauib' doctoribus cõgeſta arguunt Papã non tam abſolutum eſſe dñm, vt ex bonis his incertis prodigas, & profuſas remiſsiones, aut donationes quaſi pro nihilo, validas poſſit facere. Et quia eſto illi concedendũ eſſet ex alijs bonis eccleſiæ prodigas donationes validè poſſe facere in exceſsiua quantitate, de qua quæſtione nunc noſtræ opis, & autoritatis nõ eſt diffinire, ſed potius eã eidem vicario vniuerſali Chriſti diffiniendã remittimus: tamen videtur ꝙ in his caſibus incertorũ bonorum, vbi dñium non eſt abſolute in poteſtate papæ tranſlatum, ſed adhuc pendet à dominis; quibus reddendum eſt, ſi appareant, & qui adhuc præſumũtur multi illorum ſuperſtites pro tunc eſſe, licet non appareant, & tales remiſsiones ſuorum bonorum ſine rationabili cauſa factas, neque habere, neq; debere habere ratas: non tam probabiliter aſſeritur eas eſſe validas.

*Pius V. laud.*

*Coroll.*

*Ad confir. Sotus.*

¶ Et ad confirmationem concedo antecedens. Quia ſecundum Sotum inſtitutio indigni miniſtri per papam facta eſt valida: quia alias niſi valida eſſet, vergeret in periculum animarum reipublicæ, cui præficeretur ille indignus, quæ ſoluit illi ſuum ſtipendium. Quia ſi nulla eſſet inſtitutio, & ſine titulo, & iuriſdictione data in foro exteriori, & pro tali æſtimata communiter, irrita quoque eſſent & ſacramenta, præſertim pœnitentiæ ab illo inualidè inſtituto, & quaſi manifeſtè intruſo ſuſcepta: quod in perniciem vergeret animarum.

*Inſtitutio indigni valida eſt.*

¶ At hic in diſpenſatione bonorum ſine cauſa nihil tale ſequitur. Sed potius ex eo, quod validè papa tales remiſsiones prodigas velit facere, ſequitur præiudicium non mediocre creditorum, & dominorum.

*Ad argu. vltim.*

¶ Ad poſtremum argumentum ex authoritate Bullæ Cruciatæ expreſsè continentis, quòd tales debitores perſoluta ibi aſsignata parte, de reſiduo in conſcientia maneant tuti à reſtitutione, reſpondetur, quod huic argumento iam eſt à nobis factum ſatis per tertiam, & quartam ſupra præmiſſas concluſiones. Neque enim inficiamur taxationes in Bullis Cruciatæ, vel alibi, quia cõſilio maturo dimanant à papa, ſi perſoluerint ipſi debitores de reſiduo manere tutos iuxta limitationes Soti, & Cordubæ à nobis ſupra adductas. Sed de his ſatis.

# CAP. CXL.

*An beneficiarij donantes profanè de redditibus eccleſiæ teneantur reſtituere, vel ipſi donatarij.*

*Quæſtio. An donatio profana beneficiarij valeat.*

QVIA exactè hanc reſtitutionis materiam dilucidandã ſuſcepimus, & hanc quæſtionem, quæ peculiariter ipſos beneficiarios eccleſiaſticos tãgit, hic intermiſcendam non ab re fore duximus. Beneficiarij fructus ſuorum C beneficiorũ, ſi in prauos, vanos aut profanos vſus expendant, an ſic ab eis hos fructus accipientes per donationes profanas non ſolum peccent, ſed etiam ad reſtituendum eos obnoxij maneant.

*Nauar.*

¶ Et quidem Nauarrus, licet etiam in alijs locis prout in ſumma Latina ipſe refert cap. 17. nume. 94. exactè lateque hanc quæſtionem diſputauerit: tamen inſigniter, & elucubratè valde in tractatu de redditibus beneficiorum eccleſiaſticorum de ea diſſeruit. Et licet ibi huiuſmodi acquiſitores bonorum eccleſiaſticorum ex redditibus eccleſiæ promanantium ad reſtitutionem eorum damnet, quando per prodigas profanaſque donationes D illis factas acquiſiere: ſed tamen ibi ſumma Latina capit. 27. nume. 94. admonitos eſſe vult confeſſarios, & conſultores beneficiariorum, ne facile peccati mortalis, & reſtitutionis damnent, vel abſoluant beneficiarium confitentem malam bonorum ſuorum impenſam, ſeu diſtractionem: ſed potius conſiderent ſi bona perſonæ eccleſiaſticæ, ſcilicet, beneficiarij ſunt patrimonialia. Et tunc, ſi ea prodigè expendat eccleſiaſticus, ſiue beneficiarius, ſiue non: non eſt iudicandus magis peccare mortaliter, quàm laicus.

*Monitio Nauarri.*

¶ At quia



*Quænam bona beneficiariorũ inter patrimonialia computantur.*

¶ At quia hæc diffinitio Nauarri præexi- A git cognationem eorum bonorum, quæ inter patrimonialia clerici computantur, ſcito, quod ſecundùm Nauarrum de numero bonorum patrimonialium clericorũ dicuntur eſſe, quæ ratiõe dignitatis clericalis miſſando, prædicando, confeſsiones audiendo,
1 & alia ſacra adminiſtrando acquiſierint.

2 ¶ Inter patrimonialia hæc bona connumerantur etiam bona eccleſiaſtica ex redditibus eccleſiæ beneficiarijs pro ſuſtentatione decenti ſibi aſsignatis: ſi fuerũt reliquata ex illa parte reddituum, quæ illis ad decentem vitam erat conueniens: etiam ſi auare hęc bona eccleſiaſtica reſidua iſti beneficiarij ſibi B ſubtraxerint à ſuo decenti victu & veſtitu, & à decentia ſui ſtatus.

3 ¶ Tertio inter bona patrimonialia clerici computantur etiam ea bona: quæ ipſe commeritus eſt, & lucratus propter obſequia eccleſiæ præſtita, vltra ea, quæ tenebatur præſtare inſeruiendo mediocriter ſuo beneficio.

4 ¶ Item tantum de bonis eccleſiaſticis poteſt beneficiarius computare inter bona ſua patrimonialia, quantũ eccleſiæ ſuæ vel pauperibus ex bonis patrimonialibus, vel quaſi patrimonialibus dederit.

*Bona eccleſiæ quæ dicantur bene inſumpta.*

¶ Porrò illa bona eccleſiaſtica, ſeu ex redditibus eccleſiaſticis cõportata, benè fuiſſe C inſumpta à beneficiarijs ſunt cenſenda, ſi ſunt inſumpta in opera pia, vel in eleemoſynas pauperum etiam alienigenarum: & etiam impenſa locis pijs etiam extra ſuam parochiam & epiſcopatum ſitis. Etiam ſi nõ fuerint data in neceſsitatem naturæ, ſed tantum decentiæ perſonæ. Et etiam ſi talia bona fuerint inſumpta indecentiam & vtilitatem eccleſiæ immediatam, vel mediatam, vt hoſpitio recipiendo reges, proceres, iudices eius, literatos & alios amicos, & aliquando inimicos, vt loco & tempore opportunè, proſint & non noceant eccleſiæ.

*Nota.*

*Nõ malè inſumpta pro obſequijs data.*

¶ Item nõ cenſentur malè diſtracta ſi præ- D dicta bona fuerint impenſa in remunerationem obſequiorum à cognatis, amicis, vel famulis præſtitorum. Neque ſi ſint donata irreuocabiliter ad quæuis opera pia.

*Neque reſerua. pro pijs operibus futur.*

¶ Neque illa ſuperflua, quæ beneficiarius reſeruat in opera pia futura etiam non cenſentur malè eſſe reſeruata dum probabiliter ſperentur & vrgentes neceſsitates pauperũ de præſenti non inguant contra Medinam Salmanticenſem, ſine diſtinctione hanc reſeruationem condemnantem.

¶ Item non ſunt malæ inſumpta talia bona eo ſolum, quod alias malè viuat, niſi in profanos vſus diſsipet, ſi alias beneficium canonicè poſsideat.

¶ Idemq; iudicium ferendum eſt de quæſitis per diſtributiones quotidianas, & de quæſitis per penſiones, ſicut de alijs redditibus beneficiorum eccleſiaſticorum.

¶ Hactenus de bonis, quæ cenſentur benè expenſa dictum eſt, ſupereſt, quæ malè expendi dicantur, declarare.

*Quænam malè expenſ.*

¶ Igitur pro malè expenſo iudicanda eſt retentio ſuperfluorum ex decentia ad ſtatum de redditibus eccleſiæ ſine iuſta cauſa, & ſine propoſito impendendi operibus pijs ſaltem futuris probabiliter ſperatis.

*Dotes profanæ promiſſæ cognatis an implendæ à beneficiarijs.*

¶ Inſuper ſecundùm Nauarrum opuſculo de redditibus eccleſiæ, tenetur beneficiarius ſoluere dotem etiam malè promiſſam, quia prodigè promiſit locando matrimonio puellas cognatas: quando eas ducturi in matrimonium iam duxerint eas: neque participes fuerunt fraudis aut doli: quæ aduerſus pauperes & opera pia ſunt commiſſa. Et ita huiuſmodi viri cognatarum beneficiarij, quia titulo oneroſo ſic contraxere in caſu, quo neſciere, neque ſcire debuere, ſibi tantũ dotis ſuppeditari non poſſe licitè, tunc bona conſcientia, & tales dotes promiſſas exigere & retinere poterunt citra noxam reſtitutionis ſecundum Nauarr. prædicto opuſculo, quæſt. 2. nu. 36.

*Conclu. 1. Nauarri.*

¶ Poſt hæc ſumma Latina capit. 17. num. 94. ſtatuit duas concluſiones pro confeſſarijs horum beneficiariorum. Quarum prima eſt: Si beneficiarius fuerit confeſſus ſe impendiſſe notabilem quantitatem de redditibus eccleſiaſticis malè, vanè aut profanè extra caſus & modos in ſupradictis comprehenſos, vbi diximus benè eſſe inſumpta, aut in locum patrimonialium cedere & computari illa bona impenſa, & peccauit mortaliter, & ad reſtitutionem tenetur illius diſtractionis & impenſæ profanæ eo modo, quo poterit, proprijs operibus illam reſtituendo.

*Concluſ. 2. eius.*

¶ Secunda eius concluſio eſt: Diues qui gratuito contractu recipit à beneficiario aliqua, ſciens non eſſe patrimonialia, vel quaſi patrimonialia neque ob cauſas prædictas excuſantes fuiſſe ſibi largita, & mortaliter peccat: manetque obnoxius ad procurandum, quòd donans reſtituat. Quod ſi ille non fecerit: ipſe donatarius tenetur reſtituere. At quidem hæc doctrina & ſancta, & tuta ſemper mihi viſa eſt. In quarum concluſionũ probationem totum inſumpſit Nauarrus opuſculum, quē de redditibus eccleſiæ

*Sententia autoris.*

cleſiæ edidit, vbi perſanctè & copioſè omnia diſſerit. Et niſi authoritas D. Thom. quē ipſe etiam in gratiam huius ſuæ ſententiæ gloſſat, mihi obſiſteret: qui oppoſitum videtur inſinuare, quantum ad obligationem reſtitu. 2.2. & quolibeto allegando infra à nobis, cuius verbis vim videtur inferre gloſſa Nauar. ego quidem facilè oppoſitam ſententiam damnaſſem, maluiſſemq́ue adhærere huic ſententiæ piæ Nauarri.

# CAP. CXLI.

*An epiſcopi & beneficiarij ſuperflua ſibi ad decentiam ſui ſtatus de iuſtitia teneantur dare pauperibus.*

SI omnia quæ hactenus pro illucidatione huius quæſtionis dictata ſunt à doctoribus huc aduocanda eſſent & referenda, integer conficiēdus eſſet liber. Tantum abeſt, vt liber hic, vbi de innumeris agimus materijs, & in quo breuitati ſtudemus tot de prædicta materia diffuſe à doctorib⁹ dicta poſſit capere. Ideo hanc materiam perſtringendo, ſuccinctè nos & breuiter expediemus.

*Quæſtio. An beneficiarij ſuperflua ad ſtatum teneātur reſtitu.*

¶Igitur totum quæſtionis pondus huc pendet. An tam epiſcopus, quam beneficiarij ex redditibus eccleſiaſticis, atque etiam decimalibus ſuis vſibus applicatis, ſi quid ſuperfluat eis, quod ad ſui ſtatus decentiam ſuſtentandam non ſit neceſſarium: teneantur ex iuſtitia & ſub obligatione reſtitutionis pro operibus pijs applicare.

*An tales ſint domini.*

¶Hinc iam emergit quæſtio, cuius deciſio putant aliqui principalis quæſtionis huius, quòd ſit totum fundamentum & baſis, ſcilicet, an tam epiſcopus, quàm reliqui beneficiarij ſint domini partis ex decimis pro ſuis vſibus deputatæ. Nam ſi huius partis domini ſint, iam putant ex hoc fundamento palàm euadere: etiam ſi hos redditus beneficiales ex ſua parte ſibi contingentes profundant ad nullam teneri propter hoc reſtitutionem. Sed nihilominus licet hoc interim eis largiamur, quòd aliquo modo partis ſibi applicatæ domini ſint, non inde aperte concluſum eſſe videtur, quòd ad talem reſtitutionem non teneantur, ſcilicet, de ſuperfluis ad ſuam decentiam ſtatus.

*Cordubæ opinio.*

¶Igitur ſi Cordubæ auſcultandum ſit in ſuo quæſtionario. libr. 1. quæſtione. 18. in probatione ſecundæ propoſitionis, ſecundùm magis probabilem opinionem (vt ipſe ibi ait) in hoc tempore quando non currit

A diſtinctio quotæ aſsignatæ pauperibus, aut pijs vſibus facta per eccleſiam olim: quia iſta quota diſtincta iam non apparet: quia quidam in præſtimoniales præbendas conuerſam eſſe autumant pro pauperibus ſcholaſticis ſtudentibus olim deſtinatas: tam epiſcopus, quam alij beneficiarij eccleſiaſtici quotæ ſibi aſsignatæ & fructuum ſuarū præbendarum domini ſunt, licet non tam abſoluti, ſed dominio quodam limitato & reſtrictiuo. At Nauarrus, licet fortiter dimicauerit ad expugnandam hanc magis probabilem opinionem noſtram dicens, quòd nullatenus ſunt domini, neque etiam quotæ

*Nauarri opinio.*

B pro ſuis præbendis aſsignatæ, ſed diſpenſatores: tandem pro nihilo ducere videtur in quæſtione 2. nume. 17. de redditibus eccleſiæ in ſolutione ad argumenta cōtrariorum, concedere eſſe dominos, ſed non abſolutos ſicut ſeculares: ſed reſtrictos grauatoſq́ue cum onere diſtribuendi ſibi ad ſuam decentiam ſuperflua in pauperes, ſeu pios vſus.

*Opinio Soti contraria.*

¶Sed & Sotus de iuſtitia & iure libr. 10. quæſtione 4. artic. 3. concluſione 6. apertè aſtruit, quod poſt factam eccleſiaſticorum fructuum diuiſionem, vere eſt dominus epiſcopus portionis, quæ ſibi contingit, neque vllo vinculo iuſtitiæ quicquam illius pauperibus, C aut cuiuis alteri debet. Hæc Sotus.

*D. Thom.*

Sed & D. Thom. 2.2. quæſt. 185. art. 7. huic opinioni videtur accedere, vbi ſic ait, quòd de bonis eccleſiaſticis quæ ſunt ſpecialiter vſui epiſcopi deputata, videtur eſſe eadem ratio, quæ eſt de proprijs bonis quando diſtincta ſunt bona. Ergo ſi ſecundum Diuum Thomam, eſt eadem ratio, ſicut de proprijs bonis: ergo ſicut propriorum bonorū ſunt domini: ita & iſtius portionis ſuæ partis ſibi deputatæ ſpecialiter ad vſum. At id etiam potiori iure fateretur D. Thom. de reliquis beneficiarijs, qui non tam copioſis redditibus abundant, ſicut epiſcopi.

*D. Thom.*

Idem Diuus D Thom. quolibet. 6. artic. 12. licet ibi clericos non eſſe vere dominos bonorum eccleſiaſticorum eſſe affirmet, ſed diſpenſatores iuxta illud 1. ad Corinth. 9. Diſpenſatio autem mihi credita eſt, tamē in ſolutione ad 3. ibi, vbi videtur loqui poſt diſtinctionē taliū bonorum addit, quod ſi epiſcopus bona hoſpitalibus, & alijs aſsignata per eccleſiam profuderit, tenetur ad reſtitutionē tanquam defraudator rei alienæ, & tanquā is, qui aſſumit in ſuos vſus quod eſt alterius. In ſecundis autem bonis, quæ principaliter ſunt attributa vſibus miniſtrorum, ſicut ſunt præbendæ clericorum, & alia huiuſmodi non committitur



titur peccatum, niſi per abuſum, ſicut de bonis patrimonialibus dictum eſt. Vnde non tenetur quis ad reſtitutionem: ſed ſolum ad pœnitentiam peragēdam. Hæc ibi D. Tho.

*Abulē. cōcordat cū D. Thom. & Adria.*

Et cum iſta reſolutione D. Tho. hic in quolibeto iſto. 6. arti. 12. concordat Abulenſis ſuper Matth. 6. q. 74. & Adrian. in. 5. quolib. argumē. 1. & in 4. de reſtitutione in quæſt. Vtrùm clericus prodige cōſumens teneatur reſtituere quæſt. 3. & in quæſtione. Vtrùm pluralis in præbendis teneatur fructus reſtituere alterius. Et in quæſtione, vtrū habens bona patrimonialia poſsit viuere de bonis eccleſiæ.

*D. Thom. Caietani exceptio. Alexand. Alen. Gerſon, Florē. Gabr. Ricard. Maior. Sylueſt. Panor.*

Et idem Beatus Thom. 2.2. q. 145. art. 7. & q. 43. arti. 8. & ibi Caiet. Licet Caieta. excipiat epiſcopos nimis vberes habētes fructus. Et Alexan. Alenſis. 3. par. ſum. q. 63. membr. 5. & Gerſon Alpha. 429. & Alpha. 39. & Florenti. 3. part. ſum. titu. 15. cap. 1. §. 19. & Gabriel in 4. diſt. 25. q. 8. conclu. 5. & Ricard. in 4. diſt. 45. arti. 3. q. 1. & Maioris diſtin. 24. q. 6. Sylueſt. titu. clericus. 4. q. 19. & q. 15. & 16. Panor. c. de eccleſ. ædific. & cap. epiſcopus. & cap. cum ſecundū. de præbendis. & alibi ſæpius. Et D. Thom. 2.2. q. 87. arti. 1. ad 4. ait: Tertiæ, aut decimæ, quas cū pauperibus ſacerdotes comedere debebant in veteri lege, augētur in noua per hoc quod Dominus non ſolum decimam partem, ſed omnia ſuperflua pauperibus iubet exhibere Luc. 2. Quod ſupereſt date eleemoſynā. Vbi inſinuat D. Thom. obligationem charitatis, quam habent beneficiarij ad largiendum ſuperflua ad ſtatum pauperibus.

*Cordu. explicat mētem Diui Thom.*

Hos omnes Corduba citat in gratiam opinionis S. Tho. ſcilicet, quod beneficiarij de parte ſibi applicata, id eſt: de ſua præbenda tenentur ſuperflua ad ſuam decentiam, largiri pauperibus obligatione charitatis, non ex iuſtitia obligante ad reſtitutionem, niſi fecerint.

*Æquiuocatio ī cauſa eſt citā. autores cōtrar. pro eod.*

¶Sed miror Nauarrum quæſt. 2. de redditibus eccleſ. num. 8. etiam multos horum doctorum prædictorum pro ſua opinione contraria citare. Nam pro ea citat D. Antoni. & Alexand. Alenſem, & Ricardum, Gabrielē, & Maiorem, & pro parte D. Tho. à Corduba iam citatos. Sed opinor, ideo tam Cordubā, quam Nauarrū pro ſuis ſententijs diuerſis, eos citare, quia diuerſimodè, dicta eorum interpretantur, & mentes, & in æquiuocatione aliqua laborant, ſic diuerſimodè interpretantes, vt vnuſquiſque eorum pro ſua ſententia eoſdem citet authores: ſicut & in hac quæſtione contigit Nauarro, & Soto.

*Sot. et Nauar. variè gl. D. Th.*

Nam Nauarrus loco citato illud dictum D. Thom. ſcilicet, quòd de bonis eccleſiaſticis

A ſpecialiter deputatis vſui epiſcopi eadē eſt ratio, ſicut de proprijs bonis, vt alliciat D. Thom. in ſuam ſententiam interpretatur reſtrictè, de bonis ſolum neceſſarijs ad ſuum decentem ſtatum ſeruādum. At Sotus è conuerſo in gratiam ſuæ ſententiæ id ipſum dictum D. Thom. 2.2. q. 185. arti. 7. interpretatur de bonis omnibus attributis epiſcopo ſeparatis à mēſa capitulari. De his omnibus, inquit Sotus, intelligit D. Thom. ibi ꝙ ſunt ſpecialiter ſuo vſui deputata: atque de his ſit eadem ratio ſicut de proprijs bonis. Ecce differentiam. Sicut etiam hic Nauarrus loco citato carpit Syluestrū, dicentem, quod Diuus B Antoninus tenuerit contrariam ſententiam, ſcilicet, ad ſententiam Nauarri in 2. parte, titu. 2. cap. 2. §. fin.

*Doctores citati à Nauar.*

¶Præter hos indifferenter citatos à Nauarro, & ab aſſertore cōtrariæ ſententiæ, ſcilicet, à Corduba, citat Nauarrus ibi in gratiā ſuæ ſententiæ Archid. & Dn̄icum, Ioan. Andreā, Ioan. de Lignano, Felin. Decium, Antonium de Burgos, Angelum de Claua. ſummam Piſanam, Caiet. 2.2. q. 185. arti. 7. & q. 119. & Enricum de Gandauo, & Vlricum.

*Diſtinctio bonorum.*

¶Pro captu igitur quæſtionis diſtinctionem illam præmittamus oportet ab omnibus relatam, ſcilicet, quatuor eſſe bonorum C temporalium genera, quibus clerici fruuntur.

1 ¶Prima bona prædia & alij agri, bona, ſcilicet, à fidelibus tradita eccleſijs ſunt.

2 ¶Alia vero ſunt bona, quæ ſunt tanquàm ſtipendiū alicuius perpetuæ capellaniæ, quæ dicuntur in eccleſijs collegialibus anniuerſaria: vbi nullius oneris habetur mentio, aut pauperum, aut fabricæ. Quibus adiunguntur, quę epiſcopalib⁹ ſedibus denotata ſunt, nempe, caſtra & vaſſalli.

3 ¶Tertium genus bonorum eccleſiaſticorum eſt quotidianæ pitantiæ, & oblationes, vel pro ſacris celebrandis, vel quæ ad pedem altaris fiunt.

4 ¶Quartum genus bonorum eſt, quod ſolenniſsimum eſt decimarum quota iuri clericorum D addicta, vt habetur canone, decimas. 16. q. 1. & extra de decimis per totum. Et quando olim in naſcenti eccleſia clericorum, iſta omnia poſsidebantur in communi, ad epiſcopum pertinebat eorum diſpenſatio.

*Partitio bonorū eccleſiaſtic. quando facta.*

¶At partitio bonorum eccleſiæ facta eſt Anno Domini quadringenteſimo ſeptuageſimo. Vbi vna pars epiſcopo: reliquo vero clero altera: & fabricæ neceſsitatibuſque eccleſiæ tertia: ac denique quarta pauperibus applicatæ ſunt, ſedente Simplicio Papa, cuius eſt ille canon de redditibus 12. quæſt. 2. vbi hæc habetur diuiſio ſecundum Sotum.

*12. q. 2. Sotus.*

¶Sed

*Corduba.*

¶Sed ſecundum Cordub. loco citato præter illa quatuor genera bonorum ſunt deſtinata alia ad eleemoſynas, & ad alios certos vſus pios ex diſpoſitione inſtituentium, & ea donantium. Vt contingit in bonis hoſpitalium, aut capellis pro dotationibus puellarum, aut ſtudentium. Additque ibi Corduba, ꝙ licet olim illa facta fuerit in quatuor partes diuiſio bonorum eccleſiæ, nunc autẽ à longo tempore immemorabili non fit prædicta diſtinctio quartæ ſpecialiter pro pauperibus, neque pro fabrica, niſi ſolũ pro epiſcopo, & pro clericis diuiduntur bona eccleſiaſtica. Et aliquando, ſeu alicubi aliquid aſſignatur pro fabrica, & pro ornamentis, & aliquando & alicubi nihil: ſed relinquitur arbitrio, & obligationi ad quam ex iure diuino epiſcopus & clerici tenentur. ¶ At in Hiſpania de decimis fiunt aliquando tres, aliquando plures partes. Quarum vna eſt pro regibus ex cauſa rationabili aſſignata ex priuilegio papali & conſuetudine legitimè præſcripta. Ideo inquit Cordub. iam nõ eſt illa obligatio iuris eccleſiaſtici quoad quotã, quoad quartam partem pro pauperibus, & pro fabrica. Sed clerici quoad hoc remanent in ſola obligatione iuris diuini ſupradicta, vt tempore primitiuo de prouidendo pauperibus, & de reparatione fabricæ & ornamentorum & de expendendo bona eccleſiaſtica in pios vſus. Vt patet ſpecialiter quoad fabricã extra de eccl. ædif. c. de his. & quoad pauperes. 16. q. 1. c. decimæ. Vbi dicitur decimæ tributa ſunt egentiũ animarũ ſecũdũ D. Aug.

*Perijt in parte diuiſio quartæ.*

*Quid in Hiſpa.*

*De eccleſ. ædifi. 16. quæſt. 1. D. Augu.*

## CAP. CXLII.

*Vbi adhuc diſputatur de obligatione, qua epiſcopi & beneficiarij tenentur ſuperflua ſibi expendere in pios vſus.*

*Ordo procedendi.*

HIS itaque præiactis fundamentis pro notitia dicẽdorum, per quã neceſſarijs: puto diſtinctiꝰ me, pceſſurũ, ſi prius ea dicta, in quibus fautores harũ contrariarum opinionũ moderni, nẽpe, Nauarrus ex vna parte, Sotus & Corduba ex alia conueniunt proponantur, vt poſtea totus pondus diſputationis literariæ ſuper punctum, in quo potiſſimum diſcordant, cõuertatur. Igitur circa omnia illa bona, quæ ſuperius Nauarrus inter bona patrimonialia, vel quaſi patrimonialia numerauit, Sotus & Corduba ſibi non repugnant, quia pro illis ibi facit Nauarrus dicens, quod ſi illa prodige expen-

*Circa patrimonialia omnes conuen.*

A derint beneficiarij ad nullam reſtitutionem aſtricti manent.

*Quæſtio.*

¶ Igitur quæſtio non controuertitur inter Nauarrum & Sotum, & Cordubam, vtrũ bona deſtinata ad eleemoſynas & alios certos vſus pios ex diſpoſitione inſtituentium, vel ea donantium: qualia ſunt relicta pro hoſpitalibus, pro dotationibus puellarũ, pro certo genere pauperum, aut ſtudentium ſi prodige in alios vſus diſtrahantur à clericis, ad reſtitutionem eorum clerici teneantur: nam de hoc nemo ambigit. Sed totus difficultatis neruus is eſt. Bona decimalia ſuis præbendis addicta, vel redditus aliarum poſſeſſionum, agrorum, caſtrorum, villarum vaſſallorum eccleſijs relictorum, ſi expendant profane vltra ſuo decenti ſtatui neceſſaria, epiſcopi, vel beneficiarij, an teneantur ad reſtitutionem.

*Totus difficultatis neruus eſt hic.*

B

*Conuenientia inter doctores.*

¶ Et quidem de poſſeſſionibus, agris, caſtris, vaſſallis, quando conſtat ex inſtrumento donationum expreſsè quod cum iſto onere dandi ſuperflua ad ſtatũ pauperibus ſunt illis relicta, non controuertitur inter prædictos doctores. Nam eiuſdem ſententiæ ſunt in hoc caſu, ꝙ prodigi eorum expenſores teneantur ad reſtitutionẽ, quatenus ſuperflua profudere. Et hoc ex vi expreſsi pacti, & oneris in ipſis donationibus impoſiti.

C

*Quæſtio ſpecial.*

¶ Sed in hoc totius dubij difficultas pendet, quando nõ conſtat cum huiuſmodi onere expreſſo dandi ſuperflua pauperibus, eccleſiæ fuiſſe collata à fidelibus, an tunc obligatione iuſtitiæ, eccleſiaſtici teneantur ex his & decimalibus bonis illis ſuperflua ſuperfluè conſumpta & non in pauperes, & cauſas pias, reſtituere, aut ipſis ceſſantibus reſtituere, eorum donatarij teneatur. Igitur neque id agitur, an ipſas præbẽdas, vel agros poſsint prodige donare: nam conſtat quod non, ſub pœna reſtitutionis.

*Conclu. 1.*

D ¶ Sed præcipuam iſtam difficultatẽ expedituri ſtatuimus has cõcluſiones. Prima ſit. De ſupradictis bonis mobilibus tam poſſeſſionum, quam agrorum, caſtrorum, vaſſallorum ſedi epiſcopali, vel collegio canonicorum annexorum, ſeu de alijs redditibus decimalibus, aut eccleſiaſticis tenentur ipſi clerici ſpecialiter præ alijs Chriſtianis in pauperes, & pios vſus diſtribuere: idque iure diuino. Sed eccleſiaſtico iure olim ad quartam tenebantur, nunc autem nullo iure eſt aliqua ſignata quantitas.

*Probatur.*

¶ Quod iure diuino de his ſibi ſuperflua in pauperes, & pias cauſas diſtribuere teneatur, probatur ex excellentia ſtatus clericalis:



A ricalis; quia ſunt miniſtri Chriſti Domini. Quia Chriſtus loculos dicitur habuiſſe pro ſuſtentatione etiam pauperum, in quo dedit Eccleſiæ formã, ſimiliter ſe habendi ad imitationem eius. Hãc concluſionem clamant ſacræ litteræ, & dicta ſanctorum & ſacrorum canonum. Vide Cordubã & Nauarrum, & Sotum late eam probantes, ne tædio lectorem enecemus. Eſt omnium.

*Cord. Nau. Sotus.*

*An magis teneatur clerici quã ſæcul.*

¶ Sed quotuplici nomine teneantur ad id clerici pluſquam ſæculares? Reſpondet Corduba loco citato ſecundum Abulenſem duplici, ſcilicet, nomine. Primò quia laici non tenentur ex officio, vel ſtatu ſuo quærere, qui ſint pauperes: neque eorum talem curam habere: ſed ſufficit eis ſi occurrentibus dent opportune. Clerici autem ratione ſtatus ad id tenentur ſpecialiter & maxime prælati, vt habetur. 16. queſt. 1. capi. quoniã.

*Cor. Abul. 1.*

B

*16. q. 1.*

*2.*

¶ Secundo nomine; Quia ſæcularibus pro familia, vxore, cognatis licèt theſaurizare ad mutandum ſubleuandumque ſe, & ſuos in ſtatum altiorem, atque ideo pluribus indigent. At beneficiarius non poteſt ſic mutare ſtatum per diuitias: neq; poteſt theſaurizare ſibi neque ſuis conſanguineis, idque iuxta ſanctionem Concilij Tridentini Seſſ. 25. capite. 1. de reformatione. Vide Nauarrum de red. Eccleſia. queſtio. 1. nu. 28. & 29. non poteſt vti epiſcopus, niſi menſa frugali. Nam ibi concilium Tridentinũ ait, vt mores ſuos ſic componant, vt reliqui ab eis frugalitatis, modeſtiæ, continentiæ atque quæ nos tantopere commendat Deo, ſanctæ humilitatis exempla petere poſsint. Quapropter exemplo patrum noſtrorum in Concilio Carthaginenſi iubetur, vt epiſcopi modeſta ſupellectili ac menſa, ac frugali victu contenti ſint. Sed addit Concilium Tridenti. ibi. Omnino vero eis interdicit Sancta Synodus ex redditibus Eccleſiæ conſanguineos, familiareſve ſuos augere, cum & Apoſtolorum canones prohibeãt, ne res Eccleſiaſticas, quæ Dei ſunt conſanguineis donent, ſed ſi pauperes ſunt, ijs vt pauperibus diſtribuant; illas autem non diſtrahant, neque diſsipent illorum cauſa. Quæ vero de epiſcopis dicta ſunt, eadem non ſolùm in quibuſcumque beneficia Eccleſiaſtica tam ſæcularia, quam regularia obtinentibus, pro gradus ſui conditione obſeruari; ſed ad ſanctæ Eccleſiæ Romanæ Cardinales pertinere decernit. Hæc per ſanctè Concil. Trident. decernit idem canon Apoſtolo. 39. & 75.

*Conc. Trid. Nau.*

C

*Conc. Trid.*

D

*Canõ Apoſtol.*

*Coroll.*

¶ Ex quibus colligitur, quam differente nomine beneficiarij in diſpenſatione redditũm Eccleſiaſticorum, differant à ſæcularibus in diſtributione ſuorum bonorum. Et quomodo per Concilium reſtrictas habeãt manus quo ad ſuæ decentiæ ſuperfluentia, niſi in ordine ad pios vſus & pauperes.

*Pars alia concluſion. probatur.*

¶ Quod autem iam nullo iure beneficiarijs ſignata ſit quota, id eſt, quarta danda pauperibus, quod alia poſtrema parte concluſionis ſupradictæ continetur patet: quia iam à longo tempore immemorabili prædicta diſtinctio quartæ pro pauperibus in deſuetudinem abijt.

*Reſolutio & veluti conclu. 2.*

¶ Igitur concluſio eſt, quod in hoc tempore, quando non currit diſtinctio quotæ aſsignatæ pauperibus, aut pijs vſibus facta olim per Eccleſiam: clerici de ſuis redditibus Eccleſiaſticis, quorum dominium iam acquiſierint, modo habeant curam animarũ, modo non, omnes tenentur iure diuino & Eccleſiaſtico erogare pauperibus, & in alios pios vſus diſtribuere totum reſiduum eorum, excepta ſua ſuæque familiæ decenti ſuſtentatione, quod ſi notabiliter omittant, peccant mortaliter. Hæc concluſio eſt Cordubæ & eſt Nauarri locis citatis, videtur eſſe D. Thom. loco citato. Vbi ait, quod beneficiarij de his bonis Eccleſiaſticis ſuo vſui ſpecialiter deputatis, ſi immoderata ſibi retineant, & alijs non ſubueniant, ſicut requirit debitum charitatis peccat. Et in hoc quod inſinuat eos ſic immoderata ſibi retinendo agere contra debitum charitatis, ſignificat eos in hoc peccare mortaliter. Quod autem inde poſsint ſibi ſumere decentem ſubſtentationem, patet. 1. ad Corint. 9. Quis militat ſuis ſtipendijs vnquam? Et qui altari deſeruit, & cætera. Et in re clara non immoremur.

*Cord. Nau. D. Thom.*

*1. Ad Corin.*

*Quid ſub decentia ſuſtent. comprehend. Cord.*

¶ Nota ſecundùm Cordub. ſub decentia ſuſtentationis comprehenduntur recreationes etiam, & amicabilia conuiuia moderata, & donationes moderatæ gratia gratitudinis; non quidem paraſitis, ſed alijs perſonis rationabiliter exhibitæ ſecundùm qualitatem & conditionem gradus, & dignitatis, vel ſtatus ſui, & regionis, vbi tales clerici commorantur, non ad pompam, & voluptatem. Quia plura requirit Archidiaconus, quam ſimplex beneficiatus: & plura epiſcopus, vt ſic debite, & honorabiliter, & amicabiliter vitam degãt. In quibus omnibus modicus exceſſus non vitiat, niſi forte venialiter. Notabilis autẽ exceſſus mortalis eſt ſecundum D. Auguſt. diſt. 25. cap. vnum orariũ. cõcordat Caiet. 2. 2. q. 100. art. 3. & q. 185. arti.

*Modicus exceſſus hic vitiat. D. Aug. Caie.*

*Caiet.* *Adri. Sotus*

art.7, Adrianus & communiter doctores. A Videtur tamen eſſe contra Sotum in de iuſtitia & iure q.4.ar.4. vbi non obligans epiſcopum ad erogandum omnia ſuperfluentia ad ſuum ſtatum in pias cauſas, vel pauperes, affirmat quod ſi 20. aut eo plura epiſcopus habet ducatorum millia, ſi quartam partem in pauperes, aut pios vſus erogauerit, ab omnibus cenſebitur ſuo debito feciſſe ſatis. Vnde infert, quod licet non poſsit epiſcopus largiri conſanguineis, vnde locupletia creent primogenitorum iura: ſed bene quatenus illi ſtatum mutare poſsint, vt abſque neceſsitate deinceps vitam ducant.

*Vtrum epiſ donare poſſit conſang. ad mut. ſtatum.*

¶ At hoc de mutatione ſtatus cōſanguineorum, B quod huius gratia poſsit epiſcopus cōſanguineis donare, licentioſè docet Sotus aliquantulum, & contra mentem & verba concilij Trid. ſupra allegata, vbi omnino eis interdicit, ne ex redditibus eccleſię ſuos conſanguineos augeant. At ſuppeditare eis ad mutandum ſtatum videtur, ſit eos augere quod prohibet concilium: quia ſolum cōcedit eis, vt ſi pauperes ſunt ſui conſanguinei, vt pauperibus tribuāt. Et dictum Soti, hoc eſt contra D. Ambr. dicentem ca. probāda, dandum eſt conſanguineis in ſubſidium neceſsitatis: non vt illi ditiores fieri veliot. Et eſt expreſſe contra Maiorem in 4. diſt. 24. C q.19. At hoc dictū Soti licet ſit licentioſius tamen non multùm abhorret ab aſſertione Nau. de redditibus eccleſ. q.1. num. 66. Vbi ait, quòd prælatus ſeu epiſcopus erogare poteſt ſuo fratri, vel conſobrino aliquid plus, vt taliter ſe gerat decenter, quòd oculis prudentum, & religioſorum virorum indecentior non appareat, eo quòd frater eius prouectus eſt ad dignitatem epiſcopalē. Quia antea non erat ſibi indecens indui ruſticano indumento, ſi ruſticus erat: ſed iam apparere coram fratre epiſcopo cum tam vili habitu indecens, & aliquantulum ignominioſum ſibi, & ſuo fratri epiſcopo videtur. Etſic iſte D poſt promotionē fratris ad epiſcopatū pluribus indiget ad decentiā ſuæ perſonæ, quā antea: & ſic non habet modo neceſſarium ad decētiā ſui ſtatus, licet id haberet antea. Vnde infert Nauar. quòd pauper fit aliquis eo ſolum, quòd ſuus frater ad ſublimē aſcēderit dignitatē. Ideo ſi aſſertū Soti iuxta iſtā aſſertionem, & explicationem Nauar. limitemus, & reſtringamus, tolerari poteſt. Quo ad aliam partem concluſionis, ſcilicet, quod ſuperflua ad decentiam ſtatus teneantur in pios vſus, & in pauperes erogare ex mille locis canonum & ſanctorum patet. Et ſic D.

*Dictum Soti eſt contra D. Ambroſ.* *Maior.* *Nauar.* *Coroll. Nauar.* *Limitatur. Sot. iuxta. Dictum. Nauar.* *Alia pars concluſ. patet.* *D. Ambr.*

A Ambro. docet ſuper illum locum. 1. ad Tim 5. Qui bene præſunt presbyteri, inquit, non, vt abundent: ſed, vt non deſit eis. & D. Hieron. & habetur. 44. diſt. cap. 1. ſic ibi ait. Tibi ſacerdos permittitur de altari viuere non luxuriari, id eſt, abundare. Et cap. decimæ. 16. q.1. ex D. Auguſt. dicitur: Quidquid excepto victu mediocri, & veſtitu rationabili ſuperfluerit, nō luxuriæ reſeruetur, ſed in theſauro cæleſti per eleemoſynam pauperum deponatur. Quod ſi non dederimus, res alienas inuaſimus. Item id docet gloſſa Hieronymi ſuper illud Iſaiæ. 3. Vos enim depaſti eſtis vineam meam. Rapina pauperū in ma B nu veſtra, loquēs, de ſacerdotibus ait: In quorum domibus rapina pauperum eſt, dum eccleſiæ opes ſibi theſaurizant, & in delicijs abutuntur, quę ad ſuſtentationem pauperū dantur: & ſibi reſeruant, vel propinquis diſtribuunt, & cum aliorum inopia ſuas, vel ſuorum diuitias faciunt.

*D. Hier.* *D. Aug.* *Gloſſ. D. Hier.*

¶ Idem probatur cap. decimæ. 16. q.1. & 13. q.2. cap. oblationes vbi non ſolutores decimarum, pauperum necatores dicuntur. Ergo multo magis clerici earum profuſores. Vide Nauar. & Cord. late hanc probantes.

*16. q.1. 13. q. 2.* *Cord. Nauar.*

¶ Sed nōdum ad id, de quo maxime quæritur peruenimus, ſcilicet, an huiuſmodi beneficiarij reſidua ad decentiam ſui ſtatus, C peccent ſolum peccato mortali contra charitatem, ſi ſibi retineant, aut ea prodige donent; vel an ſic detinentes, vel prodigentes, peccent contra iuſtitiam, nempe, peccato inducente reſtitutionis obligationem.

*Quæſt.* *Scopus diſputationis hic an ex iuſtit. ſuperflua hic ſint reſtitu.*

¶ Cui ſatis fit per tertiam concluſionē.

*Conclu. 3.*

¶ Tertia concluſio ſit. Non improbabilis opinio eſt, ſed apparens, imo conformis dictis S. Tho. eſſe videtur, quod tàm epiſcopus, quàm ipſi etiam beneficiarij eccleſiaſtici de bonis eccleſiaſticis, aut de poſſeſsionibus relictis eccleſiæ, aut de redditibus decimalibus ſuis vſibus ſpecialiter etiam deputa D tis, ſi ſuperflua ad ſuam decentiā ſtatus, prodige diſtraxerint, aut in profanos vſus aut ſi ſibi retinuerint, peccant mortaliter cōtra debitum charitatis, & non contra debitum iuſtitiæ: ac per conſequens, quod debito iuſtitię ea pauperibus, aut proprijs cauſis reſtituere non teneantur. Hęc concluſio videtur eſſe S. Tho. 2.2. q.185. ad. 7. Vbi ait: De his autem, quæ ſunt ſuo vſui ſpecialiter deputata, videtur eſſe eadem ratio, quæ eſt de proprijs bonis, vt propter immoderatum affectum, vel vſum peccet quidem talis ſi immoderata ſibi retineat & alijs non ſubueniat, ſicut requirit debitū charitatis. Ecce vbi per hoc,

*S. Thom.*

quod



quod ait, quod eadē ſit ratio de his bonis: ſicut de proprijs bonis, inſinuat, quod beneficiarius ſi in his reſiduis ad ſuā decentiam defraudet pauperes, nō tenetur ad reſtitutionē: ſicut neque ſi ſua propria patrimonialia bona illis denegaſſet. Et per hoc quod adijcit, quòd ex illis ſi nō ſubueniunt alijs nō faciunt ſicut requirit debitum charitatis, innuit aperte, quod tales beneficiarij peccant peccato mortali: quia in re graui contra debitum charitatis faciunt. Idem Diuus Thomas ait illo quolibeto ſexto, articulo duodecimo. Neque iſtam non probare aut reprobare concluſionem auſus ſum. quia video eam inſonare Diuum Thomam.

*D. Thom. quolib. 6.*

¶ Porro non conſonat D. Thom. dictis gloſſa Nauarri, qua ſic D. Thomam in his locis contendit gloſſare, vt pertrahat doctrinam eius in ſuæ ſententiæ confirmationē. Vbi in opere de redditibus Eccleſiæ, quæſtione ſecunda numero ſecundo ait quod ſanctus doctor pro parte deputata ſpecialiter beneficiarijs pro ſuis vſibus, intelligit ſolùm illam partem præciſe ſibi neceſſariam ad ſuæ familiæ decentem ſuſtentationem: & non intelligit de omnibus prouentibus præbendæ, ſi ſit ſuperabundans. Nam duplici ratione hæc gloſſa violēta eſt, & deuaſtat textum. Primo quia D. Thomas loquitur ibi. 2.2. vt ibi eſt aperte cernere de bonis deputatis beneficiarijs poſt diſtinctionem bonorum Eccleſiæ, & de deputatis ſibi per diuiſionem præbendarum. Et palam eſt per talem diuiſionem non ſunt deputata eis præciſè bona ad ſui ſtatus decentiam ſuſtentandam: ſed etiam vnicuiq; ſua præbenda integra ſiue abundans, ſiue tenuis. Et quia D. Tho. ibi expreſſe ait, quòd ſi beneficiarius ſibi immoderata retineat: idē eſt ac ſi de proprijs bonis immoderata retinuiſſet, nec de eis pauperibus ſubueniſſet, & quod agit contra debitum charitatis tantū; ergo falſe imponit D. Thom. ſenſiſſe partem ſpecialiter beneficiariorum, illam præciſè partem eſſe, quæ non excedit ſuos ſumptus neceſſarios. Quia de iſta parte præciſe illis neceſſaria, nihil poſſunt ſibi retinere immoderatū. Tamen inquit D. Thom. quod ſi de parte ſuis vſibus ſpecialiter deputata retineant immoderata, agūt contra debitū charitatis. Ergo per talem partē vſibus eorum ſpecialiter deputatam intelligit totam præbendam: de qua, nēpe, ſi ſit pinguis & ſuperabundans illicite poteſt beneficiarius contra debitum charitatis retinere ſibi immoderata, pauperibus non tribuendo.

*Gloſ. Nau. deuaſtat textum D. Thomæ.* *2.*

A Vnde ruit iſta gloſſa Nauarri, neq; ſibi fauet in hoc D. Thomas. Concluſio prædicta eſt Cordubæ loco allegato in ſuo quæſtiō. lib. 1. quæſt. 18. Vbi ait, quod tenentur beneficiarij illis ſupereffluentia erogare pauperibus, nō quidem de iuſtitia, ità quod aliter diſtributū reſtituere teneantur: ſed ex miſericordia, potiuſquam alij ſæculares.

*Ruit gloſſ. Nau.*

¶ At quamuis Sotus de iuſtitia, & iure li. 10. q. 4. art. 3. &. 4. dicat quod ſolo iure Eccleſiaſtico ad talem miſericordiam tenentur, eſt inquit Corduba hoc cōtra meā ſententiā. Niſi forte intelligat Sotus, quod ad id ex iure diuino ſtricto & indiſpenſabili non B obligātur. Nā hoc modo intelligēdo Sotus conſentit plane nobiſcum, ait Corduba.

*Cordu. gloſſat Sotum.*

¶ Iam hæc concluſio roboratur aliquibus etiam nouis rationibus. Et primo ex principio D. Thom. in illo quol. 6. in ſolutiō. ad. 3. vbi ait, quod præbendæ ſunt principaliter inſtitutæ, & attributæ vſibus miniſtrorum: ſed ſecūdū iuriſtas acceſſoriū ſequitur naturā principalis: cū ergo tales præbendæ ſint principaliter propter miniſtros: ſi ſunt etiā propter pauperes, id eſt, acceſſorie: ergo ius acceſſorium, quod habent pauperes ex debito charitatis non tollit ius iuſtitiæ, quo illi præbendarum ſuarum prouentus ſunt C illis debiti: ergo non agunt contra debitum iuſtitiæ: ſed contra debitum charitatis, ſi ea bona profundant reſidua, aut retineant, nec dent pauperibus.

*Prob. Conc. 1*

¶ Item ſecūdo; Quia hæc bona relinquentes & conferentes eccleſiæ nullū onus, aut vinculum obligationis iuſtitiæ erogandi reſidua pauperibus, in eorum donationibus apparet impoſuiſſe: ergo non ſunt obligandi obligatione iuſtitiæ beneficiarij ad ſuperfluentia ſibi, erogandum pauperibus.

*2.*

¶ Et confirmatur. Quia fideles abſolute, & ſine cōditione hæc bona eccleſiæ videtur contuliſſe, nēpe, ad exaltationē, & authori D tatē eccleſiæ, nihil ſpecificando, quod relinqueret pro pauperibus: quare ergo Nauarrus imponit beneficiarijs iſtud grauamen iuſtitiæ impendēdi ea pauperibus, cuius collatores horum bonorum non meminere?

*Confirm.*

¶ At inquit Nauarrus, eo ipſo, quod Eccleſiæ talia bona dedicauere, cōſenſu tacito ſufficienti ad eum finem, ad quē cætera bona eccleſiæ ab initio, ſunt deſtinata, ſuā donationē direxere; nempe, vt ex ſuperfluis ad miniſtros, pauperes alerentur. Sed contra in promptu eſt replica: quia, neque de hoc tacito, aut expreſſo conſenſu donantium in hanc obligationem iuſtitiæ con-

*Satis fit obiectioni Nauarr.*



ſtat.

*Ratio contra Nauar.* ſtat. At dum de aliquo onere, an ſit impoſitum, vel non, non conſtat, abſoluendus eſt, qui impetitur in iudicio reus. Ergo etiam abſoluendi ſunt ab hoc onere beneficiarij, poſtquam non conſtat eis fuiſſe impoſitum. *2. Ratio.* Imo non deſunt coniecturæ, quod dotatores Eccleſiarum nihil de hac obligatione iuſtitiæ meminerint. Quia tunc cum tantum arderet charitas à principio theſauros Eccleſiæ diſpenſandi pauperibus, pro quibus diſpenſandis Martyr Lauren. ſicut incenſus charitate, ita concrematus incendio ignis obijt: non reſpiciebant bonorum ſuorum donatores, niſi ad charitatem: qua talia bona ſolita erant diſpenſari: nullum debitum iuſtitiæ eis imponentes. *Exemp.* Sicut, verbi gratia, qui dat pauperibus confidens ſe *Ratio. 3.* eorum orationibus fore adiuuandum: ſi abſolute eis eroget eleemoſynam, nihil eis ſignificando, aut iniungendo obligationis orandi aliquibus temporibus, pro eleemoſynæ illius largitore: licet teneantur ex charitate pro illo effundere preces: non tamen ex iuſtitia. Ergo pari ratione miniſtri Eccleſiæ ex charitate: ſed non ex iuſtitia tenebuntur dare reſidua pauperibus: poſtquam licet ſub ſpe hac fuiſſent bona data Eccleſiæ, vt darentur ſuperflua pauperibus, hæc obligatio à donatoribus ſub debito iuſtitiæ inſinuata non eſt.

*Ratio. 4.* ¶ Item arguitur. Quia creditur decimatores, dotatoreſque Eccleſiarum eo conſenſu, & intentione interpretatiua, hæc bona Eccleſiæ contribuere, & contribuiſſe: dum nihil aliud expreſſere, quo & qua ſolet Eccleſia præbendas inſtituens, & diuidens ſuis miniſtris ea deputare pro ſuis vſibus principaliter, & ex conſequenti pro pauperibus, aut operibus pijs. Sed Eccleſia hactenus non inſinuauit ſe imponere hanc obligationem iuſtitiæ, imo per hoc, quòd diſtinxit bona Eccleſiæ in quatuor partes attribuens pauperibus ſuam, miniſtris quoque ſuam, liberos eos ab obligatione iuſtitiæ, dandi ſuperflua pauperibus videtur reliquiſſe: licet non liberos à debito charitatis, quo ſuperflua ſunt largienda pauperibus, & multò magis bona eccleſiaſtica, quæ iure charitatis ad hoc multo magis ſunt deſtinata. Igitur ſi neque diuino iure, nec iure Eccleſiaſtico, nec iure naturali, ( quia non conſtat donatores hoc grauamen obligationis iuſtitiæ impoſuiſſe) conſtat beneficiarios debito iuſtitiæ eſſe aſtrictos ad ſuperflua impartienda pauperibus: quare ſine certo motiuo eos ad hanc obligationem ſubeundam adigemus.

*Ratio. 5.* ¶ Item arguitur. Quia ſi præter victum & veſtitum, & neceſſaria ad decentiam ſuæ vitæ, reliqua non ſunt ſua: ſed debita pro operibus pijs ex debito iuſtitiæ, ſequitur, vt bene arguit Sotus, *Sotus.* epiſcopum reſpectu ſuorum bonorum nihil aliud eſſe, quam conuiuam ſedentem ad alienam menſam: cui comedere licebit quantum indiguerit: ſed nihil amplius percipere: quod profecto quantum ad rigorem iuſtitiæ, neſcio quis conceſſerit. Nam de officio miſericordiæ nihil modo loquimur.

*Ratio. 6.* ¶ Præterea, Si ad ſuperflua ſuæ præbendæ ſubminiſtranda pauperibus tanquam aliena & non ſua tenerentur ex iuſtitia, ſequitur quod ſtrictioris ſint conditionis ſacerdotes, & miniſtri legis gratiæ, quàm veteris legis miniſtri, quibus vnum tãtum habentibus templum tota integra decimarũ pars addicta erat ſine grauamine iuſtitiæ impendendi reſidua ſibi pauperibus, cum in lege gratiæ tot ſint miniſtri, tot hoſtiæ, & ſacrificia, tam ingens cultus, & ſolennitas cantus Eccleſiaſtici, totque templa, de quibus decimis partes ſibi ſubtrahũtur pro regibus & alijs portionibus, & pẽſionibus. Quod ſi ſacerdotes veteres ſolum præceptum charitatis circa hoc aſtrinxit, quare euangelicos aſtringet præceptũ iuſtitiæ: cũ ſat eos obliget præceptũ charitatis ad hoc.

*Ratio. 7.* ¶ Inſuper hoc apparet, quia vt ait Couarruuias, lex Hiſpaniæ, & habetur in recopilatione noua legum, tit. 8. l. 13. de hæreditatibus & ſucceſsionibus, dicit, quòd quia in *Recopil. Nou.* regnis Hiſpaniæ antiqua conſuetudo inoleuit, quòd bonis clericorum ſacris initiatorũ, ſiue parta ſint intuitu Eccleſiæ, vel eccleſiarum, vel ex beneficijs, vel ex redditibus eccleſiaſticis acquiſita ſint, aliquis poſſit ſuccedere ab inteſtato ſiue ex teſtamento, ſicut in reliquis bonis patrimonialibus ſuccedere poteſt, ſeruetur ergo hæc conſuetudo in illis. *Arg. Couar.* Ex qua lege hoc effingit Couarruuias argumentum. Conſuetudo vel interpretatur legem, vel derogat legi, ſi ſit præſcripta, at hoc iuxta hanc legem conſuetudine receptum eſt, vt de his bonis beneficiarij poſsint teſtari: & ſuperflua indifferenter donare, & conſuetudo magno vigore authoritateque ſolet præſtare: igitur nõ tenentur de iuſtitia hæc ſuperflua diſpenſare pauperibus.

*Satis fit obiectioni Nauarr.* ¶ Porro reſponſio Nauarri non euacuat vim argumenti, vbi in illo opuſ. quæſt. 2. num. 25. reſpondet, quod conſuetudo hæc, vt po-



vt pote quæ contra ius naturale, & diuinum inducta, eſt præualere in conſcientia non poteſt. Quia hoc eſt petere principiũ, quia non conſtat, vt ex dictis probauimus, eam eſſe contra ius naturale, & diuinum: & quia ſi contra tale ius eſſet, introducta non eſſet, neque robur ab hac lege ciuili accepiſſet. Nec valet euaſio Nauarri, quod eſt permiſsiua lex ad ſuccidendas lites. Quia licet lex ad ſuccidendas lites ſoleat negare repetitionem, ſed non ſolita eſt mandare, quod aliquid obſeruetur contra iuris naturalis inhibitionem. At hic lex hæc hanc iubet: conſuetudinem obſeruari, vt patet ex eius verbis.

*Ratio. 8.* ¶ Denique illa pars pauperum quæ iam diſparuit forſitan in præſtimonialia beneficia à principio pro ſtudentibus inſtituta *Ratio. 9.* trãſlata eſt. At forte modo tam pingues præbẽdę effectæ ſunt, cũ ante eſſent tenuiores, quia ſuccedentibus ſecũdioribus tẽporibus fructus ſuccreuerunt, vel valor eorũ, ſicut & aliarũ rerũ. At aſſerere, quod res donata, & deputata vſui miniſtrorum abſolutè principaliter pro ſtipendio ſuſtentationis ſine expreſſo vinculo ad reſtituendum ſuperflua de iuſtitia, per hoc quòd creuerit, nouam induxerit obligationem iuſtitiæ ad reſtituendum, cuius ante mentio non eſt habita, non eſt res ſatis perſuaſibilis. Sicut neque perſuaſibile videtur, quòd res, vel poſſeſsio abſolute, & ſine grauamine ex iuſtitia aliquid ſoluendi pauperibus donata, per hoc quod poſtea adaucta eſt in valore, & fructibus, talem obligationem iuſtitiæ inducat. Quia quod poſtea de per accidens, vel præter ſpẽ accidit non videtur mutare naturam præteriti contractus; quia cum ius accipiendi illos fructus ſit miniſtrorum, illis creſcunt.

## CAP. CXLIII.

*Vbi ſupra dictam quæſtionem aliqualis ponitur concordia inter Sotum, & Nauarrum ad mentem D. Thom.*

*Reſolutio Quæſtionis.* SEd iam inter tã diſcordes opiniones Nauarri, & Soti, vtrũ aliquod mediũ inueniri poſſit tentandum nobis hic eſt. Ita tamen, vt mentem Diui Thomæ, & ſenſum in ſuis verbis ſincere interpretantes non violemus. Igitur duo aſſerta mihi occurrunt veriſimilia; quæ ſi acceptatione doctoribus digna viſa fuerint: tum ſenſui, & menti Diui Thomæ nos accõmodabimus: tum etiam ſanctorum, & ſacrorũ conciliorum, præſertim Tridentini nos adaptabimus: & ab opinione Soti, & Corchubæ non tantopere diſcedentes, piæ & per quam ſanctę opinioni Nauarri fauebimus. *Duo aſſerta autoris.*

1\. ¶ Primum à me aſſertum ſit, Veriſimile eſt quòd beneficiarius cum per donationem prodigam tranſmittit ſuperflua danda pauperibus in donatarios, ſcilicet, conſanguineos, vel amicos, tunc licet ipſe beneficiarius iam ad reſtituendum illud ſic profanè tributum ſecundùm Diuum Thomã non maneat obnoxius, quia ſolo præcepto charitatis illud tenebatur erogare pauperibus, tamen ipſi donatarij caſu, quo ſuperflua ad ſuum ſtatum à beneficiarijs de bonis Eccleſiaſticis ſuperfluis ad decentiam ſtatuum ipſorum beneficiariorum receperunt, duplici nomine ea tenentur pauperibus, aut pijs cauſis debito charitatis reddere: & ſub culpa mortali. 1. Primo ex præcepto diuino Chriſti Domini, ſcilicet, Quod ſupereſt date eleemoſynam, ipſos donatarios ipſa ſibi ſuperflua accepta habentes obligante. 2. Secundo; Quia ipſi beneficiarij cum iſto onere ex debito charitatis diſtribuendi pauperibus ea ſuperflua habentes, ea quando profane donarunt, cum eodem onere in donatarios tranſtulere, quia res cum ſuo onere tranſit: maxime hic, quando Eccleſia voluit cum iſto onere tranſiret. *Exemplũ.* Sicut, verbi gratia, quando quis de ſuperfluis ad ſtatum obligatus ex debito charitatis erogare indigenti, iam id ſuperfluum prodige largitus eſt, ſuperflua iam ad ſtatum habenti, iam ipſe manet liber ab iſto debito. Qui tamen illa ſuperflua danti, & ſuperflua ſibi recipienti recepit, obnoxius manet ad ea debito charitatis eroganda indigentibus. Sic & in hoc caſu: quia ſi beneficiarius talia ſibi ſuperflua bona, tribuit eis indigenti ad ſuam decentiam ſtatus ſuſtentandam: tunc ſecundum opinionem Nauarri, & opinionem omnium; quia opus pium fuit; neque beneficiarius donans neque talis donatarius manent obnoxij ad reſtitutionem. Si autem illa ſuperflua elargitus eſt ſuperflue: quia ea amico, vel conſanguineo iam habenti neceſſaria ad ſtatũ præbuit iam exonerato, aut liberato tali ab iſto debito; duplici reſpectu talis donatarius manet obnoxius ad ea reddenda pauperibus ex debito charitatis. Tum, quia ſuperflua iam habet. Tum quia ſuperflua à beneficiario accepit, quæ debito charitatis diſpenſanda erant

erant pauperibus. Atque ideo cum illo debito & onere charitatis, quod non tantum perſonæ beneficiarij inerat, ſed etiam ipſis ſuperfluis bonis, ſic tranſierunt.

*Satis fit obiectioni.*

℄ Sed dicet aliquis: Si ratione prædicta ad ea diſpenſanda pauperibus in hoc caſu obligamus donatarium, eſſet iam eum obligare debito iuſtitiæ. Reſpondetur: Ex duplici capite apparet non eſſe debitum tale. Tũ quia in beneficiario ſibi dante non erat tale debitum iuſtitiæ: ergo neque in ſecundo accipiente. Tum, quia, vt exiſtimo; ſi iſte donatarius illud ſuperfluè acceptum non diſpenſaſſet, prout tenebatur pauperibus, quando ſibi ſuperfluebat, ſi poſtea peruenerit ad tenuiorem fortunam, vbi iam eo ad ſuam decentiam perſonæ indigeat, quia venit ad ſtatum, in quo pie poterat ſibi dari; poterit iam ex tunc ſine obligatione dandi illud pauperibus, pro ſua decenti, & neceſſaria ſuſtentatione retinere. Quod non poſſet ſi debito teneretur iuſtitiæ. Et ſic ſaluamus Diuum Thomam, quod in hoc caſu beneficiarius liber ſit à reſtitutione: ac ſi ſua patrimonialia propria ſuperflua ſibi prodegiſſet: & Nauarri querimonijs ſatisfacimus, dum pauperes à bonis ſibi debito charitatis debitis non defraudamus: dum donatarios ipſos ad ipſa dum ſibi ſuperfluunt ſic accepta, debito charitatis & ſub peccato mortali diſpenſanda pauperibus obligamus.

*Cõcordia aliqualis inter Sotũ & Nauar.*

*Aſſertũ. 2.* ℄ Secundum aſſertum meum eſt, quod puto veriſimile, & veriſimilius fortè eſt, quod iam ſaltem poſt concilij Tridentini ſanctionem, tales donationes profanę & prodigè factę de bonis ſuperfluis eccleſiaſticis irritæ & nullę ſint. Primo eo quòd D. Thom. in 2.2. quæſt. 43. articulo. 8. id videtur inſinuaſſe. Vbi ſic ait. Omnis donatio rei eccleſiaſticæ pietate, vel neceſsitate vacua, non eſt diſtributio, ſed diſsipatio à diſpenſatore vſurpata. Et loquitur de rebus etiam, quæ ſolent diſtribui, quales ſunt decimales. Et hæc diſtributio ſi eſt vſurpata diſſipatio, pro vt hîc docet D. Thomas, ergo eſt nulla, quia vſurpata authoritate fit. Hanc doctrinam D. Thom. commendans Nauarrus quæſt. 2. illius opuſculi num. 25. ait eſſe etiam D. Clementis in lib. 2. & 8. de conſt. Apoſtol. & quaſi omnium doctorum. Confirmatur etiam ex D. Thom. quolib. illo. 6. articulo. 12. Vbi in probationem huius, ſcilicet, quòd miniſtri eccleſiaſtici facientes expenſas ſuperfluas ſcienter in voluptuoſis, & alijs huiuſmodi ſuperfluitatibus peccent mortaliter, adducit illud Matth. 14. Si dixerit malus ille ſeruus in corde ſuo, moram facit dominus, & manducet, & viuat cum ebrioſis. Si ergo miniſtri & beneficiarij hîc à D. Thom. comparãtur ſeruis, & ſerui diſſipatio, qua diſsipat bona ſuperfluè, quæ erant danda alijs non habetur à Domino rata: ergo neque ratæ ſunt huiuſmodi donationes ſuperfluæ.

*Poſt conci. Tridenti. donationes ſuperfluæ ſint irritæ.*
*Ratio. 1.*
*D. Thom.*
*Nauarr.*
*D. Clemens.*
*D. Thom.*

*Ratio. 2. ex conc. Trid.*

℄ Denique roboratur ex Concilio Tridentino Seſſ. 25. cap. 1. de reformatione ſic ſtabiliente de epiſcopis & beneficiarijs: Sancta Synodus omnino eis interdicit, ex redditibus eccleſiæ conſanguineos, familiares vè ſuos augere. Vbi has donationes ſuperfluas interdicit ſub emphaſi illius dictionis. Omnino, inquit, interdicimus. At omnino non interdiceret, ſi validas eas donationes eſſe permitteret. Ergo huiuſmodi rigoroſa verba, ſcilicet, omnino interdicimus arguũt illas donationes interdici, vt inualidas. Item confirmatur. Quia ſecundùm iuriſtas vbi in legibus prohibitiuis addũtur iſta verba; nullo modo, nullatenus hoc, vel illud fiat in ipſa prohibitione, contrarium eſt nullum ipſo facto, ſi fiat. Atque id quod ait concilium Tridentinum, omnino interdicimus conſanguineos, vel familiares augere, æquiualet huic, interdicimus omnino augere, id eſt, nullo modo, vel nullatenus augere. Ergo ſicut illa aduerbia nullo modo, nullatenus in lege prohibitiua annullant contractum: ita & iſtud aduerbium, omnino, hic eis ęquipollens in ſenſu.

*Confirma.*

*Tollitur ambiguitas.*

℄ Neque alicui ambigendũ eſt conciliũ Tridentinum tali rigore, vt inualidæ eſſent huiuſmodi donationes ſuperflue, eas potuiſſe beneficiarijs interdicere. Quia cum eccleſia horum bonorum ſit diſpenſatrix, poteſt ſub hac conditione has præbendas retinendas concedere. Et ſicut annullat ipſo facto retentionem fructuũ in beneficia curata ſuſcipientibus, poſtquàm ſine cauſa rationabili excuſante, intra annũ ad ſacerdotalem ordinem non aſcenderint: ita & huiuſmodi donationes fructuum, vel bonorum potuit inualidare: ſicut inualidat retentionem fructuum factam á diuinum officiũ non recitantibus.

*Cõuenimus cum Nauar in parte.*

℄ Quòd ſi hoc verum apparet, in hoc conuenimus cum Nauarro, quòd huiuſmodi donatarios propter inualiditatem donationis, ad hæc ſuperflua à ſe accepta reddenda pauperibus obligamus, & ſaluamus dictum Diui Thomæ: quod licet donatio fuerit inualida, ipſum beneficiarium, qui donauit immunem à reſtitutione, prout vult D.





Thomas manere aſtruimus; & ratione inualiditatis donationis ipſum donatarium ad reddenda ipſa bona pauperibus, quibus erãt ex debito charitatis debita, oneramus. Sed quare ſic non onerabimus beneficiarium (vt vult Nauarrus) dicitur, quòd quia ille (vt probauimus (ſolum ex debito charitatis illa ſuperflua diſpartiri pauperibus (dũ ea apud ſe habebat) & non debito iuſtitiæ (vt probauimus) tenebatur. At qui ex debito ſolo charitatis, quia diues eſt valde ſuperflua ſibi, tenetur erogare pauperibus, quocunque caſu iã illa ſuperflua deſinat habere: ab illa obligatione liberatur. Sic in beneficiario, qui illa ſuperflua malè diſtraxit in amicos vel familiares. At tandem in hac diſputatione placet mihi ſententia Magiſtri Bañes aſſerentis in Hiſpania non abſoluendos eſſe epiſcopos, qui ſaltem quartam partem non erogant in communes neceſsitates ex ſuis eccleſiaſticis redditibus. Nam tutius videtur loqui, quam Sotus, qui aſſeruit epiſcopum ex redditibus eccleſiaſticis, ſibi contingentibus erogantẽ pauperibus, quintam tantum, aut ſextam partem præcepto eleemoſynæ ſatisfacere.

*Nauar.*
*Exempl.*
*Sententia Mag. Bañes acceptanda.*

*Quæſt. An bona eccleſiaſti. ex licentia papæ poſsint expendi in vſus licitos ſed non pios*

℄ Sed iam tandem, quo tanto operi finem debitum imponamus, quæritur, vtrũ Papa poſsit huiuſmodi bona eccleſiaſtica ſuperflua concedere beneficiarijs: vt expendant ea etiam in non pios vſus, aliâs licitos. Reſpondetur, quòd vbi indulgentiam expendendi talia bona concedit Papa, ſi nihil aliud exprimat, intelligitur, vt ſit licita, quòd illam concedit in ordine ad pios vſus. Sed ſecundum alios talis indulgentia papæ, dum eam non reſtringit Papa intelligenda eſt (vt verius exiſtimat Corduba loco citato) quòd extendatur ad largiendũ ea bona etiam in profanos vſus. Quod ſalua reuerentia tanti paſtoris, eiuſque cenſura cum duplici limitatione fieri debet, puta,
1 quod fiat ex cauſa rationabili, puta, quia eſt vir nobilis, & de eccleſia benemeritus, vel à quo vtilitas eccleſiæ ſperatur, vt honorabiliter ſuſtentetur: vel ratione gratitudinis, quia olim ab eo beneficia recepit eccleſia, & huiuſmodi. Secunda limitatio eſt,
2 quòd non concedatur eis de redditibus eccleſiæ in notabili quantitate, ita quòd ſit oneroſa eccleſiæ talis cõceſsio, aut in notabilem diuini cultus diminutionem, & taliter ne beneficiarij inde maneant impotentes ad ſubueniendum pauperibus valde egentibus: vt de iure diuino quanuis diſpenſabili, eos teneri dictum eſt. Ita Corduba. Et patet quia iſtud debitum charitatis quo onerantur beneficiarij ſuperflua dare pauperibus, aut eſt de iure tantum eccleſiaſtico, vt ait Sotus: aut eſt de iure diuino diſpenſabili per eccleſiam. Ergo vtroque modo cum prædictis limitationibus valebit papa beneficiarijs prædictam indulgentiam concedere. At tandèm abſoluimus alioquin difficillimam quæſtionem, an ſatis exactè, aliorum ſit iudicium. Deus tandem noſtrum à ſe largitum bonum animum omnibus ſanctè morem gerere cupientem & potiſsime ſibi acceptet. Nam ad legem ciuilem ſufficiens eſt reſpõſio Nauarri, ſcilicet, quòd eſt permiſsiua ad tollendas lites: quia talis teſtatio non conſtat, an ſit ſuperflua, aut de ſuperfluis; ideo iubet in foro exteriori iure ſuccedendi non priuari, quod attinet ad cõſcientiam hæredum conſcientijs, & eorum confeſſoribus reſeruando.

*Cordub.*
*Limitatio duplex.*
*Ratio.*



## CAP. CXLIIII.

*De aliquibus ſacrilege acceptis reſtituendis, & epilogantur quæ dicta ſunt de impedientibus à bonis aſſequendis,*

Iam cætera perſequamur, quæ tam materiam furti, quam reſtitutionis contingunt. Nam neque excuſatur etiam à culpa, qui rem ſuam, in quam aliquod ius alius habebat, contra eius voluntatem contrectat, vt pignus traditum, aut equum locatũ, vel commodatum.

*De vſurpatore equi à ſe locati.*

℄ Rapina inſuper ratione violentię adiũctæ, quia iſta violentia eſt circunſtantia mutans ſpeciem, neceſſario eſt confitenda, & hic etiam pro honore vi ablato ſatisfactio neceſſaria eſt.

*De rapina.*

℄ Similiter ſpeciem furti nouam inducit furari rem ſacram de loco ſacro, aut non ſacro, aut rem non ſacram de loco ſacro, quando ſecundum Canum in ſua Relectione ad eccleſiam pertinet eius cuſtodia. Vt quando quis furatur ibi in eccleſia res non ſacras cauſa cuſtodiæ ibi depoſitas.

*De furto rei ſacræ*
*Canus.*

℄ Sicut etiam, accipere bona eccleſiæ, poſſeſſa in communi, quæ ſunt ſtatuta pro ſuſtentatione miniſtrorum eccleſiæ, vel pro fabrica eccleſiæ, ſacrilegium eſt neceſſariò cõfitendum: ſicut etiam retentio decimarum, & legatorum eccleſiæ. 12. quæſtione. 4. capit. ſacrilegium. & 16. quæſtione. 7. Si quis acceperit à clerico aliqua bona iure eccleſiaſtico poſſeſſa, vt à curato pecunias

*De furto bonorum eccleſiaſt.*

ſibi aſsignatas pro anniuerſarijs, vel à canonico bona contributionum eccleſiaſticarum, probabile eſt vtrumq; & ſacrilegium commiſiſſe, vel à culpa ſacrilegij vacare. Quia iam, an ſint iſta ſacra, vel non, dubitatur inter doctores. Ita frater Ioannes de la Peña. Sed neque calicem conſecratum furari extra eccleſiam, dum non attineat ad aliquam eccleſiam ſecundum ipſum eſt ſacrilegium: quia non reperitur in iure, niſi quod furari bona eccleſiæ ſit ſacrilegium.

*A Peña.*

*Nauar.* ℭ Præterea, ſecundum Nauarrum, ſi quis commiſit furtum furãdo rem ſacram de loco ſacro, aut rem non ſacram de loco ſacro effringendo fores, feneſtras, ſeras, tectum, aut parietem eccleſiæ, aut impellendo violentia fores, excommunicatus eſt ipſo iure cap. conqueſti. de ſentent. excommun. Ita Nauar. cap. 17. ſumma Latina. n. 95. quamuis ob ſolam fractionem quam furtum nõ ſequitur, vel ob ſolum furtum ſine fractione, (licet vtrunque ſit peccatum graue) non incurratur excommunicatio ipſo facto. Sicut neq; iudex, qui ſine prædicta fractione extrahit caſu iure non conceſſo ſibi, confugientem ad eccleſiã, & immunitate eius gaudentem non eſt ipſo facto excõmunicatus: ſed venit excommunicandus per iudicem. Quamuis, vt alibi diximus, ſecundum opinionẽ fratris Ioãnis de la Peña cathedratici Salmanticenſis, & Durandi rigidam, ſed tamen probabiliorem talis iudex talem ab eccleſia iniuſte extrahens, ſi illũ aliqua pœna plectat, aut iniuria afficiat, tenetur etiã tali reo extracto hæc damna recompenſare. Nam & iudicium hoc fuit vſurpatũ poſtquam ſuper iam confugientem reum ad eccleſiam iuriſdictione carebat: quia immunitate eccleſiæ, quę ſecundario eſt in fauorem eorum, qui ad eam confugiunt, eum iniuſte priuauit.

*De frangente eccleſiam* (B) *De extra. confug. ad eccleſ.* (C) *A Peña. Durandus.*

ℭ Conſequens etiam ex prædictis fit ſecundum Maiorem in. 4. diſt. 15. furem, qui (D) effracto ſacrario ſanctiſsimum euchariſtiæ ſacramentum furatur excommunicatum quoque eſſe.

*Quis ſit locus ſacer. Nauar.*

ℭ Sed quis dicatur locus ſacer ad hoc, ſcitu opus eſt. Sed ſatisfacit Nauarrus cap. 17. nu. 95. dicens, quod locus ſacer quoad hoc, dicitur quælibet eccleſia, xenodochium, baſilica, eremitorium auctoritate Papæ, aut Epiſcopi ædificata. cap. conſtitutus de religioſis domibus, aut cœmeterium per illos ſacratum. capit. 1. de conſecratio. eccle. lib. 6.

21. ¶ Porrò contra ſeptimum præceptum

(A) furandi, delinquere certum eſt iudicem, qui pro ferenda iuſta ſententia aliquid accipit, aut ſi teſtis pro dicenda veritate, aut accuſator pro accuſatione iuſta, ad quam tenetur, aut vt deſiſtat ab ea, aliquid accipiat.

*Iſta ſunt cõtra. 7. præceptum.*

*De accepto pro teſtimonio.*

ℭ Tenenturque huiuſmodi reſtituere accepta ſic: modo, & quibus ſupra abunde diximus, ſcilicet, ipſis dantibus ante condemnationem iudicis. Quanuis Cordub. de caſibus conſcientiæ. quæſt. 67. aſſerat nõ improbabiliter teſtem, qui de iuſtitia teſtificari non tenetur, quia à iure excuſabatur à teſtificando, licite poſſe recipere ſibi promiſſum pro teſtificanda veritate, alias (B) non. Quia extra hunc caſum, neque qui promiſit tenetur dare, niſi iuraſſet ſe daturum: quo caſu ſic acceptum accipiens teneretur reſtituere. Ita ſupradicta inhibentur. cap. non ſanè. 14. q. 5. cap. militare. 23. q. 1. l. 1. & 2. ff. de condict. ob turp. cauſam.

*De accepto pro iniuſtit.*

ℭ Si autem aliqui pro peccando, & perpetrando peccatum contra iuſtitiam aliquid receperint ſecũdum opinionem communem, quam probabiliorem eſſe aſſeuerauimus, dicimus teneri ad reſtitutionem ante ſententiam iudicis ipſis dantibus, tametſi præſertim in aliquo caſu, oppoſitam opinionem Nauarri non omnino refu(C)tauimus.

ℭ Vide ſupra. Nam circa iudices Hiſpaniæ opinionem Nauarri in hoc caſu verum tenere negauimus, ne fallaris.

*De conferente benefic. male.* *De præb.* *Caietan.* *Nauar.*

ℭ Hæc per modum recopilationis ante, & ſupra diffuſe diſputata, & exacte diſcuſſa hic accipe: Ad illum locum pro maiori intelligentia recurrito. Sicut etiam modo per modum recopilationis libet referre, & antea diffuſe dicta, quomodo prælatus, aut dominus, cui eſt ius conferendi beneficium eccleſiaſticum, aut officium publicum: ſi conferat illud indigno ſecundum omnes, in cap. graue. de præbendis reſtituere tene(D)tur ſecundum probabiliorem opinionem Caietan. & magis ad mentem D. Thom. etiam ipſi digno prætermiſſo, quia in iuſtitia diſtributiua beneficiorum eccleſiaſticorum læſus manſit. Aut ſecundum probabilem opinionem Soti, & Nauari, tenetur tantum reſtituere eccleſiæ ex promotione indigni damnum paſſæ. Qui curioſius diſputata iſta velit videre recurrat ad ſupradicta. At ſi fuit officiorum ſecularium diſtributor in omni caſu, quo indignum præfecit officialem reipublicæ, tantum reipublicæ damnum tenebitur reparare.

ℭ Sed iam de bono, vel malo animo impedien-



*De impedientibus.*

(A) pedientibus, ab aſſequutione alicuius boni officij, vel beneficij diximus, quod ſi erat iam ſic impedito ius quęſitum in re, vel ad rem, tunc ſiue impedierint illum vi, vel metu, vel dolo, vel ſine illis, tenentur planè ad reſtitutionem illi. Si autem impedito non erat tale ius acquiſitum, impedituſque eſt vi, vel fraude, ſecundum omnem opinionem iuxta diſpoſitionem negotiorum arbitrio boni viri facienda eſt recompenſatio ſic præpedito. Si autem in donis & legatis gratuitis, ſine iniuria violentiæ, vel fraudis eſt præpeditus: ſecundum omnes nihil ſibi venit reſtituendum. In beneficijs autem eccleſiaſticis, ſi aliquis dignior ſine vi, & fraude ſit præpeditus, ab aſſequutione beneficij, an illi facienda ſit reſtitutio, hęſitatur inter doctores. Caietanus affirmat fore illi reſtituendum. Sotus & Nauarrus negant. Vide de hoc latam & exactam diſputationem, vbi expreſsius in hoc vltimo, noſtram inſinuauimus ſententiam.

*Caiet. Sot. Nauar.*

## CAP. CXLV.

*De reſtitutione bonorum naufragantium.*

*De amiſsis in mari.*

Sed circa materiam furti, & reſtitutionis cum verſemur, culpæ nobis daretur, ſi de in mari bonis amiſsis, vel in mare iactatis hic non meminiſſemus. Peccat igitur cum reſtitutionis obligatione, qui ſibi capit aliqua eorum, quæ in mari amittũtur, neque ſunt pyratarum, neque infideliũ, ſiue ex naui, ſiue ex mari, ſiue ex litore accipiat. Patet cap. excommunicatio. de raptoribus. l. ſi quis. ff. de incend. ruin. & naufrag. & l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. quamuis illa perirent niſi ipſe acciperet: qualia ſunt farina, ſaccarum, papyrus, quia ex charitate in (D) his proximis ſuis opem ferre tenebatur dicto cap. excommunicationi.

*De raptoribus.*

ℭ Et ſi fuerit in mora reſtituendi, etiam ante admonitionem ipſo facto eſt excommunicatus, quo ad Deum, licet quoad eccleſiam debeat præcedere monitio, vt ibi declarat Panormitanus.

*De acceptis ex naufragio. Nauar.*

ℭ Si autẽ periculo mortis ſe obiecit, quo prædicta ſeruaret, licet illud periculum mortis non fuerit adeo probabile ſecundum Nauarrum ſumma Latina cap. 17. nu. 98. tunc poſſet ſibi illa retinere ſi perijſſent alias, eo quod in tali caſu ad opem ferendam cum tali periculo non tenebatur. ℭ Si verò in præ-

(A) dicto caſu dominus iuſtè ſperat ſuum recuperaturum per aliud medium, quia mare ad litus eijceret, aut inueniret alios qui mercede illud periculum ſubirent: tunc reſtituere tenetur is, qui accepit cum vitæ ſuæ periculo, ſoluta ſui laboris mercede, arbitrio boni viri ſecundum Diuum Antoninum. 2. part. tit. 1. capit. 15. & Sylueſt. verbo, Naufragium. quæſtione. 2. licet ſimplex ſimpliciter accipiens, quia credidit ſibi eſſe licitum accipere per ſtatuta regionis, aut per aliquã aliam rationem, ſicut in hoc caſu excuſaretur à culpa mortali: ita etiam ab excommunicatione lata à iure, licet reſpondere teneretur, ſi ob id eum iudex excommunicaret. (B)

*D. Anton. Sylu. Simplicitas an excuſ.*

*Quid habetur pro derelicto. Victoria.*

ℭ Sed quia inter omnes Doctores conuenit omnino derelicta, vel pro derectis habita, non eſſe reſtituenda: quæritur quid dicatur haberi pro derelicto. Victoria loquendo de mineralibus repertis in terris Indorum in Relectione Indorũ tradit iſta mineralia tũc haberi ab Indis pro derelictis, quando veniẽtibus, & ſuffodientibus inde argentum peregrinis, ipſi Indi non ægreferunt, nihil curãt, neq; cõqueruntur, tanquã res ſuas vſurpẽt.

*Nauar.*

ℭ Item etiam habitum pro derelicto dicitur ſecundum Nauarrum loco citato, quando dominus ſic quod ſuũ eſt deſerit, eo quod (C) exiſtimat, quod licet recuperari ſine probabili periculo vitæ poſſet, neminem tamẽ id periculi ſubiturum. l. ſi quis merces. ff. pro derelictis. Idem dicendum eſt ſecũdum Nauarrum de accipientibus ab ijs, quorũ domus & bona igni deflagrant: qui grauius peccãt, quam qui ſimpliciter furantur ſecũdum Gabriel. in. 4. diſt. q. 3. Non tamen putatur habitũ pro derelicto quod in mare ob procellam ad nauim exonerandam proijcitur, ſecundum gloſſam Panorm. & communem in cap. cum dilecti. de accuſ. Neque cenſetur haberi pro derelicto, quod Dominus præ (D) pudore, aut timore ab occupante non defendit.

*Gabriel.*

## CAP. CXLVI.

*De reſtitutione inuentorum.*

De inuentis quoque ſubſequenter hîc nobis venit agendum, quomodo alicuius rei inuentor peccet, ſi dominum rei inuentæ, vt quærat, debitam non adhibet diligentiam.

*Quæ in nullius ſunt dominio.*

ℭ Et in primis pro comperto habendum eſt, quod neque peccatum veniale eſt

 ea cape-

ea capere, quę in nullius ſunt dominio. Quẽadmodum ſunt lapides pretioſi litoris maris, *De rerũ diu.* inſtituta, de rerum diuiſione. §. item lapilli. Et quæ inuenientium, & occupantium fiunt, qualia ſunt etiam quæ aliquando fuerunt aliquorum, ſed deſierunt eſſe illorum, quorum fuere, neque ſunt effecta aliorum, vt theſauri, de quibus plura ſunt nobis dicẽda. Quales etiam ſunt res, quæ à ſuis dominis pro derelictis habentur. l. falſus. §. ſi iactum. ff. de furt. & l. interdum. ff. de acquir. poſſeſ. & §. fin. inſtituta de rerum diui.

*Quando res dicatur derelicta.*

¶ At vltra ea, quæ ſupra diximus de his, quæ habentur pro derelictis, pro derelicta ſuam rem perditam habere quis præſumitur ex coniecturis. Ex quibus vna eſt, quòd tacet, & non quærit per ſe, vel per alium, ſecundùm Nauarrum ſumma latina. cap. 17. num. 170. Aut ſi proijcit librum apertum in mare, vel fluuium gloſſa in dicto. §. ſi iactum, quamuis id faciat tempore tempeſtatis. Si tamen tempeſtatis ſaltem tempore illud iaceret clauſum pro derelicto non haberetur. l. qui leuandæ. ff. ad legem Rhodi. de iactu. Et minus pro derelicto habetur quod vi fluminis fertur. arg. l. nauigia de furt. cap. excommunicationis. de raptor.

*Quæſt.*

¶ Vt autem omnia ad hanc materiam attinẽtia dubia ordinatim examinẽtur, primo quæritur de auibus domeſticis. Et primo de columbis columbariorum, an licite poſſint capi à quibuſcunque abſque noxa reſtitutionis. Cuius quæſtionis meminit Cord. in ſuo tractatu de caſibus conſcientiæ. quæſtione. 121. Cuius ſequendo doctrinam per has quęſtionem abſoluimus propoſitiones.

*An colũbæ poſſ. capi à quolibet. Cord.*

*Propoſitio. 1*

¶ Prima propoſitio ſit: Magis probabile eſt, & magis certum, quòd vltra leucam aucupantes in Hiſpania columbas alicuius columbarij alieni, tenentur eas reſtituere dum aſſuetudinem reuertendi ad ſuum columbarium non amiſerunt. *Ratio.* Patet: quia hoc eſt magis conforme iuri communi; & quia tunc non amittitur dominium quando columbę conſuetudinẽm reuertendi non amittunt, niſi conſtaret ex viſu, quòd poſt duos vel tres dies iam retrolapſos non regrediuntur ad ſuum aſſuetum columbarium. *Gloſſat. l. hiſpan.* Neque lex aliter excuſat etiam eas extra leucam aucupantes in conſcientia à reſtitutione. Sed ſolùm iſta lex, quæ concedit extra talem leucæ periodum poſſe quenuis eas aucupari, videtur permiſſiua concedens iſtis aucupantibus impunitatem, & dominis negans earũ repetitionem in iudicio.

*Propoſitio. 2.*

¶ Secũda propoſitio: Probabile eſt, quòd aucupantes columbas columbarij alieni extra leucæ periodum, etiam in magna copia, niſi alliciant, eaſque attrahant arte aliqua, licet contra legem egerint, contra legem eas capiendo inſtrumentis vetitis, non fiunt obnoxij ad earum pretium reſtituendum dominis. Hæc eſt Cordubæ loco citato. *Cord. Sot.* Hæc eſt Soti in de iuſtitia & iure, libro quarto, quæſtione ſexta, articulo quarto, penes finẽ. Vbi ait, quòd in aucupatione columbarũ; ſtandum eſt municipalibus legibus; ſicuti de aluearibus, nempè, quòd ſi lege præſcripta eſt periodus, vt intra tot paſſus nemo illas capiat: extra illos poteſt quis illas capere, *Ratio. Soti.* quia vſque ad illam lineam cenſentur eſſe domeſticæ. Si autẽ intra ſpacium lege pręſcriptum capiantur, forte captores non ſunt à reſtitutione immunes. Licet non tanto rigore ad eas reſtituendum ſint cogendi, acſi eaſdem, de ipſo columbario furati fuiſſent. Ad hancque reſtitutionem tenentur, quia vſque ad illum limitem factæ ſunt columbę domeſticæ. *Cord.* Vnde ſecundum Cordubam intra illam diſtantiam aucupantes videntur captare aliena, non verò extra illam.

*Propoſitio. 3.*

¶ Tertia propoſitio: Aucupantes columbas intra limites legis, puta, vnius leucæ, vbi ſita ſunt columbaria; ſi talibus conſtaret euidenter columbas, quas contendunt capere eſſe alterius columbarij diſtantis vltra leucam, & quòd iam amiſerint vſum redeundi ad illud, non eſſent damnandi, neq; ad reſtitutionẽ obligãdi. Sed quia perdifficile eſt, impoſſibileque moraliter id tali certitudine clara poſſe conſtare: regulariter huiuſmodi aucupium illicitum eſſe eſt cenſendum, tum, quia aut captatur alienum hic, aut ſurripiendi alienum periculo non vacat.

¶ At quia aucupium auium ſylueſtrium licitum eſſe, neque defendi poſſe etiam in fundo proprio nemini eſt dubium: quia illę ſylueſtres aues nullibi, niſi per modum tranſitus commorantur, iniquitas eſſet earum aucupium vetare, niſi fortè pretioſiſsimę eſſent aues, vt accipitres. Sed neque ad reſtitutionem in hoc caſu, inquit Sotus, obligarem venantes. *Sotus.*

*Quæſt. An teneatur ad reſtitu. capiens colũb. ab alijs irretitas.*

¶ At quia cicures & domeſticas aues, vt gallinas, & c. ſurripere abſque vlla controuerſia furtũ eſt, hic ſupereſt id noſſe, capiẽs columbas ſeu alias aues laqueis irretitas alienis ad quid teneatur.

¶ Reſpondetur, quòd fera, ſeu præda piſcationis, aut venationis laqueis aut retibus, vel alijs inſtrumentis deprehenſa, vel canibus alicuius venatoris eam inſequentis iam impetita, capta, aut vulnerata, *Couarr.* ſecundum Couarruuiam in regula, peccatum, parte. 2. §. 8. & ſecundum alium Couarruuiam in tractatu de remedijs luſorum parte. 1. cap. 19. eſt eam capientis, & non eam ferientis vel irretientis ſuis retibus, vel inſtrumentis, *De rer. diui.* vt elici videtur ex inſtituta de rerum diuiſione. l. naturalem. §. illud quæſitum: & ff. de acquirẽdo rerum dominio. l. naturalem. §. illud. & Bartolus in. l. quominus. quæſtio. 5. *Bart. Part. 3.* §. de fluminibus, & in tertia partit, titulo vigeſimo octauo. l. vigeſima. Sed aduertit ibi Couarruuias quod in aliquibus partibus regni in praxi receptum eſt contrarium, *Praxis contraria.* ſcilicet, quòd talis præda eſt eam ferientis vel irretientis ſuis laqueis, aut retibus. *Lex fori.* Hanc praxim confirmat lex fori libro tertio, titulo quarto. l. 17. gloſſa quoque in dicta. l. naturalem. §. illud. inſtitut. de rerum diuiſione, huiç praxi prædictæ fauet. *Cord.* Quare ſecundũ Cordubam in tractatu de caſibus conſcientiæ, quæſtione. 119. praxis & conſuetudo hæc in obſeruantia tenenda eſt. Sicque reſolutorie dictum puta, in vtroque foro conſuetudini præſcriptæ, legitimæ terræ ſtandum eſſe in hoc: quia huiuſmodi conſuetudo, legis non pœnalis, ſed diſpoſitiuæ vim obtinet vbicunque introducta eſt. Per talemque conſuetudinem diſcernendum eſt cuinam attineat talis pręda, eiuſque ſortiatur dominiũ. Huic reſolutioni ſuffragatur ſpeculum conſcientiæ, lib. 1. cap. 7.



*Circa columbaria. Soti. opinio.*

¶ Porrò de ſtructione columbarij, an licita ſit iuxta ſata aliorum propoſita, multi multa dicunt. Nam Sotus inde iuſtitia & iure, libro quarto, quæſtione ſexta, articulo quarto, docet vbi nullæ extant leges ciuiles prohibentes, ſtando in iure naturali licitum eſſe extruere columbaria, ſi ſata prope habẽtes non reclamẽt, & ſi domini pabulum ſufficiens, pro numero columbarum ſuppeditent, non tantum agnoſcit criminis.

*Sylueſtr. opinio.*

¶ Alij autem (vt Sylueſter etiam, verbo Reſtitutio. 3. §. 4. inſinuat) requiri exiſtimãt vnum de duobus ad licitam conſtructionẽ columbarij, vel quòd ædificantes prouideãt eis ſufficienter de pabulo, vel habeant in gyro fundum, ex quo ſufficienter paſcantur, vt in plurimum. Et hoc niſi fiat recompenſatio damnorum, quia vicinus ſimiliter tenet ipſe: vel niſi damnũ ſit modicum, quod ſemper præſumendum eſt, niſi de contrario conſtet: quia ſtercorizando, & effodiendo mala ſemina, tantum proſunt quantum nocent ſecundum Aſten. referentem, quoſdam ita tenere. Quare concludit ibi Sylueſter dominum & in exiguo agro poſſe eas tenere: modo paratus ſit emendare notabilia damna, dum conſtiterint.

*Armil. opinio.*

¶ Armilla quoque, verbo, columbarium, cenſet, nec patronum habere magnum terræ circuitum, vbi paſcantur eſſe neceſſarium cum ab eccleſia, & principibus tolerantur. Et licet benefacerent patroni paſcendo columbas, & claudendo tempore, quo poſſunt damnificare agros: non tamen credit eos ad hoc teneri. Tum quia nõ ſunt aues domeſticæ, vt gallinæ; cum poſſint interfici, ſi damnum inferant, & non reſarciatur. Et quia alias etiam non deeſſent, imo increſcerent columbi agreſtes turmatim volantes, agros deuaſtantes, ideo (inquit Armilla) non eſt præcipitanda ſententia de mortali.

*Fr. Ioſph. opinio.*

¶ Frater autem Ioſephus in ſuis floribus materia de reſtitutione, ait, ſine conſenſu tacito, vel expreſſo ſata prope habentium columbaria non eſſe extruenda: etiam ſi de paſtu prouideant. Quia non obſtante tali paſtu finitimas ſegetes ſolitæ ſunt deuaſtare. Quod ſi poſt conſenſum tacitum extructa fuerint, tenetur dominus columbarij ſatisfacere, vel deſtruere columbarium, niſi conſuetudo regionis, vel pręſcriptio illi ſuffragetur. Quod ſi expreſſe conſenſerunt, non erit tunc diruendum columbarium: quia conſenſus expreſſus fuit veluti donatio, & tributum, ſeu ſeruitus ſuper finitimos agros iam conſtituta. Addit verò tales columbariorum dominos teneri ad eis ſubminiſtrandum pabulum, alioquin finitimis illatum damnũ, quia illius ſunt authores, reparare tenentur. Hæc frater Ioſephus.

¶ Ideo varia aſſerta doctorum recenſere libuit, quia alter meminit eius, quod alter dicere omiſit, & vt detur optio lectori iudicandi, quod rationi conformius eſt, illudque eligendi.

*Nauar. opinio rationabilior.*

¶ Inter reliquas ſententias doctorum circa hanc materiam, illa, quam tradit Nauar, ſumm. lat. capi. 17. numero. 127. vt potẽ reſoluta & compendioſa, rationique conformior magis mihi applaudit. Vbi ſic ait, iudicio ſuo non peccare regulariter qui columbaria habent, vbi non eſt lex, quæ id prohibeat, & eſt conſuetudo, quæ id permittit, & populus non conqueritur, neque damnum notabile apparet, attento quod ad populi victum pertinent, & æque ferè proſunt ſtercorando, quam noceant paſcendo

paſcendo, & eas reges tolerant, & ſi non eſſent columbæ domeſticæ, eſſent palumbæ ſyluaticæ, vt ſunt coturnices; & aliæ aues, quod optimè Sylue. verbo, Reſtitu. 3.q.4.inſinuauit. Hæc Nauarr. Qui adiecit cum fratre Ioſepho quod qui in ſuo columbario certa ſemina ſpargit, aut aliqua arte vſus eſt, qua artificioſe columbas ab alijs columbarijs ad ſuum pertraheret, peccat quidem, & cũ obligatione reſtituendi, ſi paruitas eum non excuſat ſecundum Metinam in.C de reſtitu. de rebus reſtituendis, colũna duodecima. Quod tamen limitandum cenſet Nauarrus, procedat in eo, qui per hoc intendit alienas ineſcare, non autem in eo, qui principaliter intendit ſuas paſcere, & retinere, ne alio euocentur arg. l. ſiquis nec cauſam. ff. de reb. creditis.

*De arte attrahēte columbas Nau. Ioſeph.* — *Metin.* — *Nau. limit. Met.* — *De reb. Cred.*

## CAP. CXLVII.

*De reſtitutione circa venationem.*

*An rex licite reſeruet venationē.*

AT iam de venatione, vtrum princeps, & rex poſsint eam reſeruare: quæſtio prolixior nos hic maneret, niſi curaremus hic eam ſub cõpendioſis ſententijs verbiſque reſtringere. De rege autem; aut de principe independente primo loquendo, ſecundum Sotùm de iuſtitia & iure libro quarto, quæſtione ſexta, articulo quarto palam eſt, regem & principem loca etiam communia reipublicæ poſſe aliquot proprio vſui dicare; neque ad hoc, vt quidã autumant requiritur conſenſus populi. Iuſtum quippe eſt, vt pro ſua dignitate gratia recreandi animi venationē habeat paratã. Præterquam quòd apros, & ceruos, & id genus beſtias non condecet à plebeijs venatu impeti, vt ſeruentur ingenuis, qui præliorum ſimulacra aduerſus eas meditentur.

*Sot.*

¶ Animaduerſoſque in hoc nos vult Sotus, quòd quia venatio eſt de iure gentium, non tanta ſuppetit facultas magnatibus ad cuſtodiendam vetandamque ſui gratia venationem, quanta eſt in principe: etiam ſi cum ſuis iuribus fuerit ea ipſis largitus. Quia rex, verbi gratia in toto regno poſſet ſibi decē, aut duodecim loca reſeruare, & forſitan non poſſet bis aut tercentũ. Si autem magnatum ſinguli in ſuis oppidis aut territorijs plura haberēt loca cuſtodita ſibi, graue regno fieret onus intolerabiliuſque, ſunt enim de iure gentium feræ, & aues, & piſces communēs, vt inſtituta, &. ff. de rerum diuiſione habetur. Quare non eſt nimium populus à venatione cohibendus: quandoquidem illo modo libertatem habet, tum animum recreandi, tum & quæritandi victum. Hac graui doctrina Soti præmiſſa,

*Sot.* — *Ratio.* — *De re. diu.*

¶ De magnatibus & optimatibus regni in præſentiarum incidit apte diſputatio, an venationem maiorem in ſuis territorijs ſui animi recreationis gratia ſibi pro libito vendicare poſsint. Cui quæſtioni expeditiorem reſponſionem non inuenimus quàm eam, quæ à Corduba traditur in ſuo tractatu de caſibus conſcientiæ, quæſtione. 119. Vbi ſic ait primo: quòd cauſa vitandi litigia inter ſubditos, & cauſa conſeruandi venationem, ne funditus vaſtetur, vel ex alia iuſta rationabilique cauſa poſſunt domini in oppidis ſuis pro tēpore, & modo vetare venationem, ſine fraude, & ea moderatione, ne totaliter facultas venandi auferatur, quatenus, & quantum id vtilitati communi populi conducens eſſe videtur. Et hoc in profeſſo eſt omnibus.

*Quæſt. An magnatibus liceat reſeruar. venationem.* — *Cord.* — *Dictum. 1.*

.2. ¶ Addit. 2. per quod quæſtioni fit ſatis, quòd de licentia regis expreſſa, vel tacita, vel virtute priuilegij proprij, aut vi alicuius contractus libere initi; cũ oppidis ſuis, vel de conſenſu libero, vel legitimè iam præſcriptæ conſuetudinis titulo, & non aliter poſſunt magnates, propriæ vtilitatis, & recreationis animi gratia omne genus, vel tale genus venationis vetare, in montibus, ſyluis ve, aut locis communibus ſuorũ populorum, atque in nemoribus, vel paſcuis proprijs peculiaribuſque ipſorum dominorum, quatenus ipſi ſoli domini, vel tantùm illi, quibus impertierint licentiam poſsint ibi venari.

.3. ¶ Tertio dicit, quod iam aliquo ex ſupradictis titulis Caſtellæ, venãdi ceruos, apros, aliaque animantia fera ius addictum eſſe videtur magnatibus, eo quod huiuſmodi venatio prēda regia eſſe videatur, plus magnatibus quam plebeijs accõmodata, ſecundũ Sotum de iuſtitia & iure lib. 4. q. 6. art. 4. Et ſecundum Couarruuiam in regula peccatũ part. 2. §. 8. Et ſic poſſunt interdicere huiuſmodi venationem ſub pœnis moderatis.

*Venatio maior in Hiſpa. applic. magnatibus.* — *Couarr.*

.4. ¶ Quartò, nulli magnati licet prohibere populi incolis, ne deprehenſam in ſuis poſſeſsionibus, vel agris venationē venari poſſint inſtrumentis lege regni non vetitis; niſi dominus iſtius generis venationis, ſcilicet, ceruorum aprorum, contractu libero conueniſſet cum incolis populi: ne etiam in ſuis

*An in agro proprio venation lice. occider.*



ſuis poſſeſsionibus id genus venationis ſibi capere, aut venari poſſent, niſi ſolus dominus ſub pœna moderata, dummodo dominus perſoluat damna, vel niſi liberum prēſtitit populus aſſenſum de tali venatione in ſuis agris non occidenda. Nam tunc huiuſmodi prohibitionem dominus illis indicere poteſt autoribus Soto, vbi ſupra, & Nauarro in ſumma Hiſpanica cap. 17. num. 120. Et licet iſti doctores huius non meminerint, credit Corduba, quòd licentia regia ad ſic appropriandum eis hoc genus venationis, & hoc modo prædicto ſufficeret. Sufficeretque etiam ad hoc conſuetudo, ſi legitime prēſcripta eſſet, quia præſumeretur ex iuſto dimanaſſe principio, vel aliquo pacto iuſto inito cum incolis fuiſſe innixa ſcilicet cum practica Caſtellæ hoc arguat: ſed non videtur fuiſſe talis cum ſemper populi conquerantur & reclament.

*Sot. Nauar.* — *Cord.*

5. ¶ Quintò dicitur, quòd in caſibus ſupradictis, in quibus iuſtè dominus venationem interdicit ſibi in montibus, lociſque communibus, vel priuatis ad vnum de duobus aſtrictus talis dominus manet. Quia, vel tenetur ad omnia damna perſoluenda, quæ venatio intulerit in poſſeſsiones particulariũ, vel plebis, vel indulgere facultatem tenetur, vt occidi tales feræ poſsint inſtrumentis lege regni non vetitis. Manet, inquam, obnoxius (hac licentia negata) ad perſoluenda damna popularibus, in hanc remiſsionem damni non conſentientibus liberè, etiam ſi metu, vel minis intra ſe conceptis, id non petierint. Ideo ſub iactura animæ tenetur dominus ſumme cauere: ne hæc dãna maneant irreparata, ſed ſoluantur.

*Ad quid tenetur dominus iuſtè reſeruans venationem.*

6. ¶ Sextò dicitur: Adhibenda eſt cautela à domino, ne iuſtè interdicens venationem pœnas adhibeat ſæuas, aut exceſsiuas, & exorbitantes. Sat etenim eſt pro prima tranſgreſsionis vice mulctam certæ pecuniæ cõtra tranſgreſſores impoſuiſſe, & pro ſecunda vice duplam indixiſſe, & pro tertia aliquid ſuperaddidiſſe. Taliter quod citra rationem eſt quòd culpa venandi contra vetitũ pœna homicidij, vel obtruncationis membri, vel verberum ſit vindicanda. Saltem nõ pro prima vice flagellationis pœna infligenda eſt: etiam ſi lex, vel ſtatutum ſæuam iſtã pœnam decernat. Quia legis rigor non eſt ſeruandus niſi contra contemptores ex cõtemptu, & conſuetudine huiuſmodi leges venandi in vetitis tranſgredientes.

*Pœnæ hic eſſe debent mites.*

¶ Dominus autem, licet iuſtè vetuerit venationem, ſi tamen moderationes in quatuor his ſupra immediatè ſignatis caſibus præſignatas nõ ſeruauerit, & delinquit mortaliter & obnoxius fit ad reſtituēdum quidquid damni intulerint feræ venatiles; & ad reſarciendum quoque emolumentum quod præpediuit iniuſte veriſimiliter percipiendum ab his quibus iniuſtè obſtitit ne venarentur: aut piſcarentur. Ita Nauarrus in ſumma Hiſpanica cap. 17. nume. 120. & 125. & 128, & Couarruuias in reg. peccatum, ita parte. 2. §. 8. Ita communiter ſupradictis aſtipulantur doctores Syluester. tit. venatio. & reſtitu. §. 16. & 14. & reſtitu. 3. quæſt. 3. infin. & quæſt. 4. & quæſt. 12. §. 4. & 5. & reſtitu. 7 q. 2. reſt. 8. q. 2. & 3. Metina de reſti. q. 12. fol. 45. & Sotus de iuſtitia & iure lib. 4. q. 6. art. 4. & Gabriel. in 4. diſt. 15. q. 1. Nauarrus & Couarruuias, vbi ſupra & Speculum conſcientiæ lib. 1. cap. 68.

*Domini hic non ſeruan. tenetur* — *Nauar.* — *Coua. Sylu. Metin. Sot. Gabr.*

## CAP. CXLVIII.

*Adhùc de venatione, & reſtitutione faciē da hic tam à dominis venationis, quam à venantibus, vel piſcantibus in alieno.*

IAm ad difficiliorem accedimus punctum, an caſu, quo dominus vetuiſſet venationem iuſtè, ſi in tantum venationis copia ſuccreuerit, quod magnum negotium faceſsit ſubditis ad ſuos à venaticis feris tutandũ agros, & poſſeſsiones, quia eas tueri non valent, niſi magnis expenſis, & occupationibus noctes & dies pro eas cuſtodiendo ducendo inſomnes, neque ſatis potentes ſunt ad feras has arcendum defenſis lege non vetitis, neque ſat eſt eas abigere, aut terrere, quin poſſeſsiones, agroſque depopulentur, & vaſtent tantopere: vt agrorum cultores, neque medietatem fructus, quibus ſe alant poſsint demetere, ambigitur ergo in caſu hoc, an dominus iſte optimè ſatis videatur proſpicere conſcientiæ ſuæ, ſi reſarciuerit damna prætaxando fructus tanti, quãti conſtabant, valebantque tempore deuaſtationis eorum?

*Quæſt. Quid ſi venatio ſic creuit quòd arceri non poteſt.*

¶ Ad quæſtionem ergo videtur eſſe dicendum, in caſu tantæ calamitatis, & contingentiæ tam ingentium detrimentorum non feciſſe ſatis dominum, ſi perſoluerit dãna ſupradicto modo, etiam ſi copiam fecerit agricolis ſuas defendendi poſſeſsiones: & etiam ſi eis indulgētiam conceſſerit feras intra ſuos agros occidendi. Quia adhùc obnoxius manet ad omnes illos perſoluendos fructus;

*Reſp.*

*Quale remediū erit hîc.*

fructus: qui merito ſperabantur, aliquid inde demendo propter periculum, cui ſubijciebantur. ℭ At quia impoſsibile videtur eum ad tantam recompenſationem fructuum faciendam compotem eſſe; præſentaneum remedium ſe offert & prorſus neceſſarium, ſcilicet, ſic copiā venationis ferarum minuere: ne tantum inferant diſpendij & damni, vel ipſe eas feras venetur, vel alijs faciat ad hunc finem copiam venandi, eo remedio adhibito facili, ne propter damnorum iacturam illatam à feris, funditus intereant populi: aut habitatoribus deſolati, vacuique permaneant. Ad id remedij, & ſatisfactionis adhibēdum vrget ratio: Quia iniuſte per violentiam impediens à lucro ceſſante ſecundum Syluest. titu. emptio. quæſt. 5. non ſat eſt ſi perſoluat ſortem, niſi deductis periculis ſoluat, reparetque lucrum veriſimiliter ſperatum. Sic in præſentiarū recompenſandus eſt valor fructuū veriſimiliter expectatus: & non ſolum valor meſsis, quem valebat, dū fuit deuaſtata.

*Ratio.*

*Inhumanitas in agricolas.*

ℭ Præterquam quod cogere agricolas eorumque filios, & famulos diu, noctuque vigilare, ſpeculando præſertim noctu, vbi feræ magis graſſantur, inhumaniſsimum eſſe videtur, & intolerabile. Cæterum ſi detrimenta hæc non eſſent adeo grandia tunc hæc damna ſoluiſſe dominum ſat eſſet. Sic vt ſupra diximus.

*Coroll.*

ℭ Hinc corollarie liquet, quòd vbi tanta venationis copia increuiſſet, quòd neque pretia damnorum commode prætaxari, neque eadem ſolui poſſent, neq; magnatibus, neque etiam regi ſecundum pleroſque doctores liceret tunc tuta conſcientia, ideo magnam ferarū copiam nutrire, ſed taliter moderatam, ne terram redigat in ſolitudinē, & inappreciabilia, & inſolubilia inferat dāna. Neque ſat eſt tali domino fuiſſe ſe proteſtatum malle ſe ſuam terram vaſſallis, quā venatione vacare, ideoq; abeundi alio incolis licentiam dare. Quia hoc ei in regno Caſtellæ non licet, vbi populi vaſſalliq; non ſunt aſcriptitij, aut coloni terrarum domini, earum ve conductores; quia ſunt liberi adeo, vt ſyluæ, mōtes, terræ ipſorum populorum ſint, vaſſallorumq; quid propriū, ſolumq; regi, ſuiſque dominis ſolita tributa, obedientiāq; debitam quoad gubernationē iuſtā, atq; pacificā preſtare tenentur. ℭ Ideo directe, vel indirectè à ſuis oppidis iſti propulſari, neq; ſuis poſſeſsionibus, earū ve fructibus citra culpā priuari, aut ſpoliari poſſunt, quia dominia principatuſque in commodū reipublicæ inſtituta ſunt nō vero è contra populi in voluntariā dominorū recreationem & ſuperfluam.

*Regulariter populi non ſunt aſcriptitij in Hiſp.*

ℭ Si tamen rex huiuſmodi vaſſallis, huiuſmodi poſſeſsiones, domus alibi in aliquas æque dignas domus, poſſeſsioneſque commutaret, tunc iniquum non tantopere videretur illos illinc amoliri ab illa terra.

ℭ Sed quòd poſsint intentare magnates hoc ſine licentia regis, ſaluo meliori iudicio, inquit Corduba, aſſerendū eſt, non poſſe fieri: licet nullum reperim doctorem in caſu huius quæſtionis diſtinctè loquentem.

*Cord.*

*Quæſt.*

*An domino liceat vena. in agris ſubditorum.*

ℭ Capit hîc iam ſuū locum illa quæſtio, an venari poſsit dominus in agris ſubditorū ſuorum. Reſpondeo, dicendum. Non poteſt in terris, vel agris, etiam ſi ſint ſubditorum venari, quando non poteſt adhibita diligentia compertum habere cuius ſint: vt poſsit ſoluere dāna damnū paſsis dominis, quæ ingeruntur illis conculcando ſegetes, vel aliter vaſtando ſemina, aut poſſeſsiones eorum. ℭ Sed in terris etiam nō ſubditorū, poſſunt magnates venationi vacare, dum damna ſoluenda, ſi quæ intulerint potentes ſint ſoluere, quia rationem tam damni illati, quam damna paſſorum in particulari habere poſſunt. Ita Couarruuias in regula peccatum parte. §. 28. contra alios.

*Couarr.*

*Quæſt.*

ℭ Potiſsima iam quæſtio hic ſit obuia, ſcilicet, ad quid teneantur qui locis vetitis, aut piſcantur, aut venantur.

*Ad quid teneantur venant. loc. vetitis.*

ℭ Circa quam dicendum ducimus primo, ad pœnam nuſquam tales tenentur, niſi poſtquam per ſententiam iudicis ad eam perſoluendam iudicialiter ſint adacti. Huic ſuffragantur omnes doctores.

*Quæſt.*

ℭ Sed maius vrget dubium, etiam ſi iam luerint pœnam poſt ſententiam, an caſibus infra decidendis, in quibus ad reſtitutionē venationis inuaſæ tenentur, immunes tunc à reſtitutionis obligatione maneant. Reſpondet Corduba ad id citans ſuum magiſtrum Metinam affirmatiuè, teneri inquam ad prædictā recompēſationem: niſi domini venationis ſola pœnæ ſolutione contententur: ſicut ſic videtur receptum in vſu. Sed animaduerſione opus eſt, has leges purè videri pœnales, niſi quis inuaſerit venationem locis occluſis, aut ſeptis, vbi venationi nullus ſupetit fugiendi locus.

*Reſp. Cord. meti.*

*Leges venat. an pœnales.*

*Quæſt.*

ℭ Sed iam ad potiſsimam quæſtionem de venantibus in locis vetitis regrediamur, primam ſtatuentes concluſionem.

*Concl. 1.*

ℭ Prima concluſio: Vbi venatio in loco cōmuni ſeruatur, & qui venatur ciuis eſt ad nullam



nullam reſtitutionem tenetur: licet forte aliqua culpa ſit facere contra legem. Eſt hæc Soti loco citato. Et patet: quia cum venatio ſit totius reipublicæ non præſumitur lex obligare ad reſtitutionem: ſed ad pœnam ſi condemnetur.

*Sot.*

*Concl. 2.*

ℭ Secunda concluſio: Dum locus, vbi quis ingreſſus eſt venatū, eſt proprius alicuius domini, vbi eſt muro cinctus taliter quòd venatio nullum effugium inde elabendi habet: ſed ibi pro libito capitur à ſuo domino, tenetur ad reſtitutionem damni. Eſt hæc Soti, Cordubæ, Metinæ. Quia quoddam veluti genus furti committitur; quia illa venatio, vel piſcatio ſic occluſa, domini eſt, & eius poſſeſsio. Vnde licet inde egrediantur feræ intra, vel extra capi non poſſunt, dum animo egrediuntur reuertendi, veluti ad ſuam māſiunculam, neque amiſere iſtam redeundi conſuetudinem. Tunc autem ſecundum Nauarrum vbi ſupra nu. 128. Videntur amiſiſſe iſtam conſuetudinē, reuertendique animum, quando bis, horis, aut diebus aſſuetis hæc fere ad ſeptum ſuū deſierunt reuerti.

*Sot. Cord. Metin. Ratio.*

*Nauar.*

*De columbis captis intra leuc. Couarru. parte. 3.*

ℭ Sed quantum ad columbas authorem habemus, Couarruuiam, aſſerentem legem ſpecialem contineri. 3. p. tit. 28. l. 22. ſancientem columbis prædiffinitum ſpacium: quod conſilium regium eſſe interſtitium vnius leucæ diffiniuit, vltra quod & non citra poſſit quis columbas alicuius columbarij aucupari ab eo, vltra leucam iam diſtantes, & elōgatas. Iſta ſecunda concluſio patet ex leg. 3. §. item feras ff. de acquirend. poſſeſ. Vbi ſancitur, quod animalia occluſa in ſuis manſionibus, ſicut & columbæ in ſuis columbarijs manentes, piſces quoque piſcinarum ſunt ſuorum priuatorum dominorum ibi huiuſmodi animalia retinentium.

*ff. de acquir. poſſeſ.*

*Concl. 3.*

ℭ Tertia concluſio: ſi locus eſt patulus, vbi hæc animalia venatica commorantur, vel vbi piſcatum manet, ſiquis ibi fuerit venatus, vel piſcatus, nulla ei obligatio reſtitutionis inde emergit. Hæc eſt Soti loco citato: & patet. Nam etſi ibi dominus ius venandi habeat, & inde alios arcere valeat, non tamen inde fit conſequens dominium habere ferarum, quæ illic nutriuntur, perinde atque arborum, aut terræ naſcentium, quia terra feras non fert, vt cæteros fructus, ſed ipſę animantes ſe progignunt.

*Sot. Ratio. 1.*

*Ratio. 2.*

*Part. 3.*

ℭ Item; quia huiuſmodi animalia vaga ſunt, & ad quòcumque diuagandum libera. Ita habetur leg. 16. part. 3. titu. 28. Vbi ſancitur, quòd qui in alieno fundo fuit venatus, ſi à domino nō fuit præmonitus, ſibi quod cepit acquirat. Sed ſi fuerit monitus, & prohibitus ingredienſque aliquam ceperit beſtiolam, non ſibi, ſed domino fundi obueniat, decernit prædicta lex. Quamuis credat Sotus ante condemnationem ad nihilum teneri.

*Sot.*

*Concl. 4.*

ℭ Quarta concluſio: Piſces piſcinarum & feras nemorū, vbi aliqualis eſt clauſura, & ſeptura, non tamen ita arctè, quin liberū egreſſum, inde habeant, vbi vel quando voluerint, qui inde venatur, aut piſcatur, aut inde abigit venationem aut piſcatum, vel arte inde educit, via furti ad nullam reſtitutionem manet obnoxius. Hæc concluſio eſt Cordubæ loco citato, & Couarru. vbi ſupra. Hæc concluſio patet ex lege. 3. ff. de acquirend. poſſeſsio & ex leg. 16. part. 3. tit. 28. vbi ſtabilitur, tunc talem venationem eſſe eam capientis neque eſt verum contra alios dominos fundorum habere dominium venationis, carere tamen poſſeſsione.

*Cord. Couar. ff. de acqui. Parti. 3.*

*Coroll. de tali tempor. de uaſt. venatio.*

ℭ Si tamen quo tempore dominus nemoris prædicti non tantopere clauſurus erat ad venandum aliquis abegerit, vel vaſtauerit venationem, tunc non via reſtitutionis, ſed reparationis damni, tenebitur ad aliquam recompenſationem non integram: ſed arbitrio boni, ſapientiſque viri faciendā penſata differentia, quæ eſt inter actualem poſſeſsionem, vel quaſi poſſeſsionē, in qua dominus læſus eſt reſpectu venationis.

*Quid vbi hæc cōcurr. Sot.*

ℭ Si autem, vt inquit Sotus, quia dominus damna bona fide ſoluit, & tributorum remiſsionem oppidanis nonnullam facit, quò iure venandi renuntient, & nullibi venationi nocendi, vt reſeruetur domino: tūc ſi liberè ab omnibus in huiuſmodi conuentionem aſſenſus præſtitus eſt, forſitan tenentur ad reſtitutionem oppidani tàm intra, quàm extra ſuos fundos, beſtiolas has occidentes. Si autem quis alijs vetitis locis venatus fuerit, reus reſtitutionis non fit, ſed pœnæ poſt ſententiam condenationis, non ante. Ita Metina, Couarruuias, Sotus, Nauarrus, locis ſupracitatis.

*Metin. Couarr. Sot. Nauar.*

ℭ Quare concludamus tandē cū Nauarro ſumma Latina ca. 17. nume. 120. Peccat qui occidit, aut grauiter percutit animal domeſticum in prædio ſuo damnum inferens, quia ſolum ius illud expellendi habebat, & includendi, donec de damno dato, dominus eius monitus ſatisfaciat. 9. cæterum inſtituta, de lege aquilia, & lege, quintus Mutius. ff. eodem, & gloſſa iuncto textu in cap. ſi læſerit de iniuri. & damni. dat, niſi cōſuetudo, priuilegium, vel aliquod ſtatutū contra

*De domeſtic. animali.*

*Ad l. aquil.*

*De iniur.*

contra diſponeret. arg.cap. fin. de conſuet. A
cap.priuilegia.
*De cuſtodib. venationis.* ℭ Secundò quod cuſtodes auium, cuni-
culorũ, ceruorũ iurati, vel ſola fide aſtricti
ad ea fideliter cuſtodienda, vel ad cuſtodiẽ-
das ſiluas cæduas, aut paſcua, aut piſcatum,
peccant diſsimulantes niſi ſcirent eos, quos
contra facientes inueniſſent, feciſſe id ne-
*Neceſsitas hic excuſ.* ceſsitate, quæ eos à peccato excuſabat, &
non permittunt eis plura, quam talis neceſsi
tas exigit. Diximus, niſi ſcirent, quia dubita
tio non excuſaret. In dubio enim tutiora
*De homic.* ſunt eligenda cap. ad audientiam de homici
dio: & cap. ſiquis autem de pœnit. diſt. 7. ex
cuſaretur autem cuſtos, ſi inuenit eſſe con- B
ſanguineos, aut amicos, Domini prædicto-
rum iurium, vt probabiliter credat illi illo-
rum venatum placiturum. Non tamen ſuffi
cit inuentos tales eſſe qui ſi facultatem à do-
mino peterent, obtinerent, ſed eam nolunt
petere. Ita Nauarrus.
*Coroll.* ℭ Ex quo ſequitur huiuſmodi cuſtodes
teneri ad reſtitutionem damni, cum diſsimu
lant ſe videre venantes, ligna cædentes, piſ-
*De accepto à cuſtodibus ob diſsimulat.* cantes in prohibitis locis propter munera,
aut quia ſui ſunt amici, aut conſanguinei,
quia tenentur dominum præſeruare â dam
no, propter iuramentum præſtitum, licet
probabile ſit, quod acceptum pro diſsimu- C
latione reſtituere non tenentur, ſecundùm
*Nau.* Nauarr. & licet probabilius ſit oppoſitum.
De quo plura ſupra. At cuſtodes poſiti à do
minis tyrannicè poſsidentibus, etiam iura-
ti diſsimulantes immunes manent à reſti-
tutione.
ℭ Atque ſecundùm Nauarrum contrâ
alios, quorum ſententiam rigidam eſſe cen-
ſet cuſtodes ſe abſcondentes, ne videantur
ab ingredi volẽtibus loca vetita, vt ingreſ-
ſos intercipiant, vt puniti deinceps abſti-
neant à damnis, nec magnum damnum tũc
eis permittunt inferre, excuſantur à reſtitu-
tione. Quia omnes cuſtodes hoc faciunt, id-
que ab omnibus ſcitur. Et ita ſe nemo de- D
*De reg. iur.* ceptum dicere poteſt arg. cap. ſcienti, de re-
gul. ruris lib. 6.
ℭ Item licet in vtilitatem populi aliqui
bus temporibus, ſcilicet, partus, aut nutri-
tionis, aut quibuſdam inſtrumentis vetitis
vetetur venatio, tamen huiuſmodi legum
tranſgreſſores immunes manent à reſtitutio
ne, ſi venerint tunc contra vetitum, quia ſo
lùm ad pœnam tenentur poſt condẽnatio
nem, non ante.
ℭ Præterea reſtitutionis rei ſunt qui pro
fecti ad venandum, canes ſuos permittunt

A nocere auibus domeſticis, gallinis, anatibus,
anſeribus. Idem ſi equos, famulos ve ſuos
permittant inferre damnũ notabile prædijs
aut ſatis alienis. Ita Nauarrus hæc omnia. *Nau.*
ℭ Inſuper aduertit Nauarrus ſumma la-
tina cap. 17. num. 125. id quòd nemo hacte- *Nota vel.*
nus attigit, paucique confeſſarij aduertunt, *de non ſat*
vt ipſe ait, ſcilicet, quòd reges, & magnates *eſt hic reſti.*
prohibentes ne feræ palantes, quæ nõ ſunt *tu. damna.*
incluſæ, occidantur à dominis prædiorum,
quibus necent: non excuſantur à peccato
per propoſitum reſtituendi damna magis,
quàm excuſatur fur, aut raptor per propoſi
tum reſtituendi, quod rapuerit, aut furatus
B fuerit. Quia per reſtitutionem ſubſequu-
tam, non excuſatur à peccato, quis quod ad
mittit damnificando, aut capiendo aliena
inuito domino. Vnde confitenda eſt hæc
malitia. Et hoc ad prædicatores ſpectat præ
dicare, & ad confeſſores meminiſſe.
ℭ Peccat, reuſque reſtitutionis habetur,
qui includit, aut accipit animalia aliena do-
meſtica, etiam fugitiua, vt eorum lanam,
plumas, oua, in ſuam vtilitatem conuertat,
aut eis vtatur ſecundùm Ioa. Maio. quia ob
fugam non deſinunt eſſe cuius erant. §. galli
narum, inſtituta de rerum diuiſi.
ℭ Idem dicendum eſt de accipiente ani
C malia domum redire ſolita, vt ſunt ſues,
apes, paui, columbæ, cerui, qui abeunt, & re
deunt & de illo, qui accipit, aut occidit ea,
priuſquam illam conſuetudinem reuerten
di amiſerint. l. pauonum, &. l. apum. inſti
tuta de rerum diuiſio. l. naturalem. 1. &. 2. ff. *Inſt. de rerũ diuiſ. ff.*
de acquir. rerum domini. At, vt ſupra dictũ *de acquir.*
eſt, hanc redeundi conſuetudinem amiſiſſe *re. dominio.*
videntur, cũ ad horas, & dies conſuetas bis
redire deſinunt, poſtq; accepta capientium
fiunt iuxta gloſſ. l. de quibus. ff. de legat. *Gloſſ.*
ℭ Sed tandem ſcito ſecundum Nauarr.
quod examina apum antequam in aluearijs *De apibus*
includantur, & aliæ aues ex alienis arbori *& auibus*
bus acceptæ fiunt accipientis, qui per hoc *alijs ante-*
D furtum non committit, etiam eas in alieno *quã includ.*
prædio capiendo, priuſquã ab ingreſſu eius,
aut ab aſcenſu arboris à domino prohibea
tur. Imo neque ſi poſtea, licet tunc iniuriarũ
teneretur. l. naturalẽ. §. pauoni. &. §. ceruos. *ff. de ac-*
ff. de acquire. rerum domin. Prohibitus eſt *quir.*
autem tacitè: ſi prædium eſt muro, aut ſæpe
cinctum.
¶ Reliqua verò, ſcilicet, quomodo appre *Quæſtio.*
cianda ſint damna venationum, quia magis *De appretiatione dã*
dependet hæc quæſtionis intelligentia ex *norum.*
experientia arbitrorum peritorum, quãuis
ad longum Corduba hanc quæſtionem per *Cord.*
tractet



tractet. q. 119. illam hic conſultò miſſam fa- A
cio: quia de particularibus non eſt ſcientia.
Solum hic admonuiſſe lubet, quod ſi domi-
*Quot cõd. approp. venatio.* nus velit appropriare minorem venationem
in locis communibus vltra ſuos, id cum con
ſenſu communi, & etiam particulari ibi
agros habentium fieri debet, non aliter. Tũc
que in recompenſationem dominus, & ad
recõpenſandum damna paſsis remittet ſuf-
ficientem partem tributorum per perſonam
expertã timoratæq; conſcientiæ, diſtribuẽ-
dam pro rata & pro pauperibus carentibus
fundis, ſeu agris. Quia licet in ſuis agris nul-
lum ſubeant damnum, quia eis carent: tamẽ,
quia libertate & iure gentium venãdi minu B
ta animalia priuantur, copia ſufficiens fru-
menti recõdatur in horreo, vt eis ſubueniat.
*Conuẽtio libera hic non præſum.* ¶ Supradicta conuẽtio debet fieri libere,
neque ei aſtare tenentur non conſentientes.
Sed non præſumitur libera iſta conuentio
remiſsionis inter ſubditos reſpectu domino
rum, niſi forte ſub ſpe aliquarum remunera-
tionum, quæ illis promittuntur. Vnde ca-
ueant domini, ne immemores fiant impletio
nis promiſsionum huiuſmodi. Vide docu-
menta alia, quæ ſunt circa taxationem dam-
norum, & circa conuentiones ſuper venatio
ne ſibi appropriãda, quas cũ ſubditis inire
poſſunt domini. Sed nos præcipua diximus C
ex quibus poſſunt elici reliqua.

## CAP. CXLIX.

*De reſtitutione facienda, vel non, a cæſoribus lignorum.*

DE ſyluis cæduis hic ordinatim
ſuccedit nobis ſermo. Vbi ne
omnia quæ in iſta materia di-
cuntur confundamus ſeparan
tes magis certa, de quibus in-
ter omnes doctores conuenit: ſi quid contro D
uertitur magis, ad vltimum reſeruabimus.
*Concl. 1.* Sit igitur prima concluſio; Quãdo ſylua cæ-
dua propria eſt alicuius oppidi, ciuitatis,
aut Caſtri: ſi in ea ligna cædentes ſunt in-
colæ, aut ciues eiuſdem loci, ad nullam.
reſtitutionem tenentur, niſi tantum ad pœ
nam poſt condemnationem, ſi notabilem
quantitatem non inde tulerint. Hæc conclu
*Sotus.* ſio eſt Soti de iuſtitia & iure libro. 4. quæſt.
*Cordub.* 6. artic. 4. eſt Cordubæ in tractatu de caſi-
bus conſcientiæ quæſtione. 17. Et patet
*Ratio.* quia populus ea lege videtur ligna ſuis op-
pidanis diſtribuere: vt qui capiatur, pœnam



A luat; qui vero euaſerit gratis ſibi illam præ-
dam acquirat.
¶ Secunda concluſio: Oppidani, ſi in com *Concl. 2.*
muni ſylua, magnam ſtragem fecerint cęden
do ſibi ligna, rei fiunt reſtitutionis in hoc ca-
ſu. Hæc concluſio eſt Soti, Cordubæ, & Fra *Sotus.*
tris Ioſephi in ſuis floribus materia de reſti *Cordub.*
tutione. Et patet: quia reipublicæ iſti iniu- *Ioſeph.*
riam inferunt, quia talem ſtragem faciendo *Ratio.*
quaſi perinde ſe vidẽtur habere, ac ſi magnã
partem ſyluæ incendio combuſsiſſent.
¶ Sed quid intelligant iſti doctores per *Quid ſit*
magnam ſtragem, & quid ſiquis oppidanus *magna*
pro ſua tantum cõſtruenda domo ligna cæ- *ſtrages.*
B dat, an ſtragem feciſſe dicendus ſit. Et qui-
dem res eſt, de qua nõ tam explicite loquun
tur doctores. Nam Corduba loco citato, *Cordub.*
expreſſe aſtruit; Si quis de ſylua ſibi commu
ni cædat ligna pro conſtruenda domo ad re
ſtitutionem teneri: ſed puto fore diſtinguen
dum. ¶ Quare ſit tertia concluſio: Oppida- *Concl. 3.*
nus, qui à ſylua communi ſui oppidi præci-
dit ligna ad fabricãdam domum, vbi quia ſyl
ua eſt lata, & abũdans: oppidanis ad huiuſ-
modi vſus, ſcilicet, pro fabricatione domus
propriæ nõ ſuperbæ, ſed pro neceſsitate, &
qualitate perſonæ cædentibus ſolet conni-
uere ſua reſpublica, tãtum ſolutione pœnæ,
C dum capiuntur, contenta, ad nullam aliam
reſtitutionem talis eſt inducendus. Hæc eſt
contra Cordubam, non diſtinguentem. Sed *Cordub.*
puto eſſe ad mentem Soti dicentis, non tene *Sotus.*
ri ad reſtitutionem, niſi magnam ſtragem *Ratio.*
commiſerit. Hic non videtur magnam ſtra-
gem cõmiſiſſe. Et patet; quia ſi hoc eſt rece-
ptum, & eſt in vſu, vt pro conſtructione do
morum ſuarum, perſoluta pœna, ciues inde
ligna cædant, nemini fit iniuria in ratione
iuſtitiæ diſtributiuæ. Et quia, vt ſupponi-
mus, ſylua eſt late patens, arboribuſque re-
ferta, quæ ad omnes hos vſus ſufficit, neque
creditur propterea defutura.
D ¶ Quarta concluſio: Si quis oppidanus *Concl. 4.*
ex ſylua communi modica, tenuique, in no-
tabili copia quantitateque præſcindit ligna,
notabile ingerens damnum ſuæ reipublicæ:
& etiam ſi ſecuerit ligna ad vendendum, ſiue
ſemel, ſiue ſæpius cædendo, ſi notabile dam
num intulerit; ad reſtitutionem manet ob-
noxius; niſi per pœnam iam ſolutam id nota
bile damnum recompenſaſſet ſufficienter;
vel niſi per legem, aut conſuetudinem con-
ſtaret, rempublicam ſola pœna, ſi capiatur,
& condemnetur in ea, fore, vel eſſe conten- *Dũmodo*
tam dummodo ſtrages non fiat. Secus, ſi no- *ſtrages nõ*
tabile non infertur damnum, neque quanti- *fiat.*
 tas exce-

tas excedens, aut notabilis eſſe apparet, quia ſyluæ ſunt abundantes, & late patêtes. Hæc eſt Cordubæ loco citato. Et patet primo; quia ſylua cum ſit communis, eſt in commodum totius populi. Quare non cum exceſſu, etiam ad vſus domus ſuæ, ſed eo moderamine, quo cæteris oppidanis populi ſui conceditur, poterit ligna cædere. Item ſecundo: quia etiam cæteri oppidani habent ius ad ſyluam communem cæduam; ergo notabiliter ſuper alios inde ſibi ligna tollens, cæteros videtur notabiliter defraudare. Patet cap. ſi culpa tua. de iniurijs & damno dato. Ex quo infertur reum eſſe reſtitutionis: ſicut reſtitutionis reus eſſet diſtributor, qui de cumulo communi frumenti à ſe diſtribuendo vicinis populi, vendicaret ſibi, vltra partem, quæ ſibi contingeret. Sicut ſi mulier ex bonis multiplicatis durâte matrimonio, quorũ adminiſtratio pertinet ad maritum, poſt mortem mariti, vltra medietatem præcaperet ſibi, teneretur ad id exceſſus reſtituẽdum; ſic & iſte cum exceſſu cędens ligna ex ſylua etiam ſibi communi.

*Corduб.* *Ratio.* 1. 2. *De iniur. Coroll.*

*Quæſtio. De furantibus ligna ex alienis ſyluis.*

¶Sed iam agendum reſtat de his, qui ex alienis ſyluis ſuffurantur ligna, an ad aliqualem teneantur reſtitutionem.

*Concl. 1.*

Pro deciſione quæſtionis ſit prima propoſitio: Qui ſuffurantur ligna ex ſpeciali ſylua, vel prædio alicuius priuati, vel pertinenti ad propria ciuitatis, & non ad communia omnibus, notabile ingerentes damnum, nexu reſtitutionis tenentur, & ad lucrum ceſſans, conditionibus lucri ceſſantis ſeruatis, ſecundum Syluest. tit. emptio. quæſt. 6. quando ex ſucciſione illorum arborum, lucrum, quod ex illis ſperabatur, ſucceuiſſent præpediunt. *Syluest.*

*Concl. 2.*

¶Secunda concluſio: Qui ſuffurantur ligna ex aliorum oppidorum ſyluis, cum etiã ipſi habeant ſuas ſui oppidi ſyluas finitimas taliter quòd ſibi inuicem ex ſuis communibus ſyluis ſolent ſuffurari ligna, & culpa mortali carent, & ad reſtitutionem non ſunt deuincti. Hæc concluſio eſt Soti, & Cordubæ, & fratris Ioſephi, locis citatis. Et patet: quia hic via recompenſationis recompenſatur vnum pro alio; & quia vſus inuexit, vt ſola pœna contenti cædentium, ſi capiantur, alternatim populi conſentiant in damnorum remiſſionem, vt teſtatur Sotus de iuſtit. lib. 4. quæſt. 6. articu. 4.

*Sotus. Cordub. Ioſeph. Ratio.*

*Concl. 3.*

¶Tertia concluſio; Si ſic ſint diſpoſiti populi, quòd vnus eorum caret ſylua, alter vero ſyluam communem ſibi habet, vel ſi vterque ſibi inuicem finitimus populus, ſyl-

A uas proprias habet, ſed alter ſyluam vtrique populo propinquam, alter remotam, taliter vt à proximo, & vicino ſibi oppido nõ poſſit iacturam in cæſione lignorum pati; tunc non habet locum via recompenſationis. Ideo carentes ſylua populi ſuffurantes ligna aliorum populorum, tenentur talia ligna reſtituere, niſi pœna contentarentur.

¶Idemque eſt dicendum de furantibus à ſyluis proximorũ populorum, licet habeât ſyluas. Si tamen illas habent taliter remotas, quod nihil, aut parum ab his oppidanis alterius oppidi, de quorum ſyluis furantur, accipiũt dãni: niſi populus, vel dominus in ſuis

B ſyluis perpeſsi dãnũ in hoc caſu ſola pœna captorum in furto, eſſent côtenti: nam tunc à reſtituendi obligatione liberi manerent. Hæc concluſio etiam includit religioſos, qui ſyluas alienas hac ratione nequeunt inuadere ad ligna inde cædẽda: quia putent ſe facere ſatis dominis, ſuis orationibus. Hæc eſt Soti, Cordubæ, Fratris Ioſephi. Patet hæc concluſio primò; quia iſti cædentes ligna in ſyluis alienis nullum ius habent ad vſum illorum, quia illæ ſyluæ ſunt alienæ.

*Sotus. Cordub. Ioſeph. Ratio. 1.*

¶Secundo patet; quia populus, cuius ſyluam inuadunt tantum iuris habet ſupra ſyluam ſuam, ſuperque fructus eius, id eſt, arbores, & ligna ſicut ſuper cætera prædia ſua, 2

C fructus arboreſque pomeriorum ſuorum; quia per diuiſionem terrarum illic pro populo dominium illius ſyluæ aſcriptum eſt.

¶Item vltimò patet; quia ſi dominus illius ſyluæ, aut populus qui illius dominus eſt, per viam contractus illam ſyluam transferret in particularem, eam illi vendendo, planum eſt, quod qui inde ſurriperet ligna ad reſtitutionem teneretur domino ementi, ergo etiam tenetur reſtituere ipſi populo ante venditionem. 3

¶Sed, quia hoc eſt quoddam genus furti, furtum autem reſtituendum eſt ad placitum

D perſonæ furtum paſſæ, ſi dominus ſola pœna ſit contentus, vel cum illa recompenſatur damnum, fur liber euadit tunc à reſtitutione. Duo autem ſunt ſigna arguentia ſolum ſufficere in his caſibus ſoluiſſe pœnam. Primò, quando extat lex id clarè exprimẽs. Sed ſecundum Cordubam raræ ſunt leges, quæ id ita clare exprimant.

*Duo ſigna. 1 Cordub.*

¶Signum quoque ſecundum id arguens licet non tam certum eſt, ſic eſſe generaliter in vſu receptum; quia non eſt in vſu huiuſmodi reſtitutionem exigi; ſed ſolum ad pœnam agi contra eum, qui capitur, qui per ſententiam cogitur pendere pœnam, non ante.

Sicque



A Sicque apparet tam dominos, quam etiam populos hac ſola contentari pœna. Conſuetudo autem hæc generalis cum ſit, videtur voluntatem populorum, & dominorum ſic interpretari ad euitanda pericula conſcientiarum, in re tam perneceſſaria, ſicut ſunt ligna ad vſus humanos: Vt inſinuat Victoria.

*Quæſtio. De ementibus ligna alie.*

¶Sed quid de ementibus ligna ab huiuſmodi inuaſoribus alienarum ſyluarum? Reſpondetur plane in caſibus, quibus huiuſmodi fures lignorum immunes ſunt à reſtitutione; ita etiam & talium lignorum emptores. Si autem ligna emerint à venditoribus, caſu,

B quo ea reſtituere ſint obnoxij tales venditores: & ipſi quoque emptores reſtituere tenentur eadem ligna, vel ſuum valorem, & hoc quando venditores ſoluendo non ſunt, idque innoteſcit emptoribus; quia ſi venditores ſoluendo ſunt, tunc hæc vſu conſumptibilia, ſicut ſunt etiam, quæ ipſo vſu alterantur, cuiuſmodi ſunt ligna dum ad ædificia poliuntur, aut dolantur, titulo oneroſo, verbi gratia, vt venditionis comparata, reſtitutioni non ſunt in ſe obnoxia. Et de his habetur l. ex his & l. ait prætor. §. præterea. ff. quæ in fraudem. & l. penult. C. de reuocandis his, quæ in fraud. ibi poſſeſ. & diſtractis. & §. ſi quis in fraud. inſtit. de actionibus. facit

*Vſu alterabilia in ſe nõ ſunt obnoxia reſtitu.*

*ff. quæ in fraud. C. de reuo.*

C Nauarr. in tractatu de redditibus eccleſiæ. quæſt. 2. nu. 1. 31. & 33. Syluest. reſti. 3. q. 7. An autem in conſcientia poterunt exigere pretium à venditoribus rei furatæ, vide Syluestrum, verbo, Emptio. quæſt. 25. & reſtit. 3. quæſt. 7. & quæſt. 9. & Metina de reſtitutione quæſt. 10.

*Nauar. Syluest.* *Metin.*

*Satis ſit obiectioni.*

Nec contra prædicta licet arguere cauſando non eſſe materiam furti, ligna nemorum piſcationem, vel venationem, ideo non inducere reſtituendi obligationem. Quia. l. vt patet inſtituta de rerum diuiſione. §. gallinarũ §. furtiuæ quoque res. & ff. arborum furtim

D cæſarum. l. 1. occupationes rerum prædictarum furta nuncupantur. Quod ſi inuaſores harum rerum pœnam furibus debitam non dant, id eſt propter temperamentum benignitatemque legum propter harum rerum quotidianam indigentiam, qua his quoque vna quæque gens indiget. Sicut neque furtula vinearum, hortorum ad grauem culpam ſolent imputari. Quod dictum eſt de ſyluis, dicendum eſt de paſcuis gregum.

*Indigẽtia quotid. lign. excu. à furt. Idem dicẽdum de paſcuis.*



## CAP. CL.

*De in paſcuis alienis paſcentium reſtitutione & lignorum cæſorum.*

SVpradictis cõfinis eſt illa quæſtio, an domini populorum pręoccupare ſibi poſſint, quæ ſunt communia ſuis populis, ſicut paſcere in paſcuis greges, ſubſecare ligna in nemoribus cõmunibus. Pro cuius quæſtionis intelligentia, ſit primum dictum: Non licet domino ſuum paſcere gre

*An liceat dominis præoccup. commu.*

*Reſpon.*

B gem paſcuis vetitis pro macellarijs ſubminiſtrantibus populo carnes applicitis, in cuius applicationis gratiam, viliori pretio ſe aſtringunt populo carnes præbere venales. Quia ſi pro bono communi cuilibet particulari, & populari ibi paſcere ſuum gregem eſt interdictum: quare id licebit domino populi, cum detrimẽto reipublicæ, quæ hoc emolumento priuatur.

*Quæſtio.*

¶Sed procedit vltra quæſtio, an in caſu hoc, quo domino illicitum eſſet id facere (vt aſſerimus) teneatur id reſtituere damnum.

*Quæ dãna reſarciẽda à dominis populorũ.*

¶In promptu ſolutio quæſtionis habetur. Palàm eſt enim, tunc ſi domini prædictis

C paſcuis vetitis ſuum gregem pauerint, tenentur reſtituere ſenatui populi id reipublicæ illatum damnum: ſi conſtiterit, ſcirique poterit ſolitos macellarios, qui pro benigniori pretio populo ſe deuinciebant ad ſuppeditandam prouiſionem carnis, iam cauſantes; quia grex domini prædicta paſcit paſcua, ſibi parum inde lucri parari, ideo nolle, tam infimo pretio carnem populo ſubminiſtrare. Ita Corduba.

¶Tenenturque inſuper domini ea reſarcire damna, quę in priuatorum fundis, agriſque per ſuum gregem ſunt illata. Teneturque dominus, non obſtante, quòd metu co-

D hibiti ſubditi hæc damna non exigant, ipſe ea reſtaurare, & per proclamationes publicas, vel per iuramenta paſtoribus ſuis delata, vt ſyncerius, fideliuſque negotium geri poſſit, quæ nam ſint irrogata damna popularibus explorare; cogeretque paſtores ſi ſui culpa fuere, vt id damni ſoluant; aut dominus ipſe tenetur hoc reficere damnum, ſi ſuo iuſſu, aut inſtigatu commiſſum eſt.

*Quæſtio. An domini hi tene. reſtit. lig. cæſa.*

¶At pergimus adhuc inquirere an ſi domini prædicti, populorum ligna ſecuerint in ſyluis communibus ſuorum populorum, nõ extante ſuorum prædeceſſorum conſuetudine legitime præſcripta de tali lignorum



cæſione,

cæſione, rei ſint reſtitutionis: quatenus mulcta indicta eſt pro cædentibus: ſed ex metu, contra ipſos executioni mandata non eſt.

*Reſpon.*

Cui ſubſequenter dicendum apparet, dominum licitè non poſſe in ſyluis huiuſmodi cõmunibus ſuorum oppidorum ligna cædere; niſi priuilegio vero, aut niſi conſuetudine immemoriali tali priuilegio æquipollenti, ſe protegat ad id licitè faciendum. Excepto caſu, quo diſtributio lignorum inter oppida nos per rempublicam faciendam venit. Nam tunc dupla pars inde impartienda eſt dño, quam ea pars maior: quæ maiori potiorique in republica datur.

*Vſus caſtell.*

¶Sed in regno Caſtellæ vſus inoleuiſſe dicitur, quòd dominus proprius populi, in ſuo populo dum commoratur, eam copiam lignorum inde à ſylua communi poſſit ſibi reportare, qua pro vſu ſuæ domus ſine fraude, ſineq; iactura populi indigere eſt ſolitus. Quod ſi plus exceſſit, cædendo in communibus ſyluis vetitis, licet non teneatur exſoluere pœnam, quæ ante condẽnationem pendi nõ ſolet: ſed notabilem ſi commiſerit ſtragẽm, graue reipublicæ cauſans diſpendium: communitati ſui populi hanc iacturã tenebitur reſtaurare.

*Cordub. Gabriel. Syluest. Nauarr. Couarr.*

Hæc omnia Corduba rectè docet. q. 118. de caſibus conſcientiæ. Cui conſentit Grabriel in 4. diſt. 15. quæſt. 5. & Syluester etiam titulo dominium. q. 4. & reſtit. 2. §. 16. & Nauarrus ſumma Hiſpanica. cap. 25. nu. 6. & cap. 17. nu. 120. vſque 128. & Couarru. in quæſt. practicis. cap. 37. tradit dominum populi poſſe in paſcuis publicis paſcere gregẽ in eo numero: quo duo populi inſigniores incolæ poſſent ſuos greges paſcere vbi dominus commoratur. Ita ſpeculum cõſcientiæ libro. 1. cap. 68.

*Quæſtio. An domini prim. inſtant. licit. occup.*

¶Sed illic quæſt. 118. interſerit Corduba quæſtionem: quæ fortaſſe alicui grata erit, neque inutilis: ideo nolui eam hic præteriſſe, ſcilicet, an populorum domini primas inſtantias in iudicijs conceſſas populis ſibi aſſerere præoccupando poſſint.

¶Quam liberè diſſoluit dicens, non poſſe licitè dominum populi ſibi aſcribere, iudicibuſque ordinarijs primas inſtantias præripere, niſi priuilegio regali: aut poſſeſſione immemoriali æquiualenti priuilegio & titulo, ſe poſſit in hac parte tueri, & ad hoc in conſcientia à ſuis confeſſoribus eſt conſtringendus.

*De ſtip. accep.*

¶Sed an ad ſtipendia ſemel accepta pro iudicando, ſeu ſententiam ferendo in primis inſtantijs reſtituenda in conſcientia cogendus ſit, dubitari forte poteſt. Sed videtur dicendum ad id non teneri.

*Ratio.*

Tum quia rarò fortè huiuſmodi iura ſtipendiorum recuperauit. Tum quia ſui laboris ſtipendium videtur recepiſſe fungendo officio iudicis, præſertim ſi rectè tali officio functus eſt, quia illa iura adminiſtraturo iuſtitiam, debebatur ſiuè præficeretur per populum, ſiue per dominum, nec ſatis certi haberi poteſt, quis prætorum illam expediturus foret cauſam.

*Quæſtio. An domini liceat eximer. venatores. Cordub.*

¶An dominus poſſit certum numerum venatorum eximere à tributis, qui intendãt venationi domini, cuſtodiendiſque eius nemoribus. Cuius quæſtionis meminit Cordu. q. 116. de caſibus cõſcientiæ. Et quia populus non eſt propter dominum: ſed dominus propter populum inſtitutus eſt: ideo tales venationis præfectos, id eſt, monteros à tributis immunes reddere non poteſt grauãdo populum, vt ſoluat tributa ab iſtis perſoluẽda. Non enim domini ſua recreationũ ſolatia cum grauamine populi debent quæritare; niſi exonerent populum à tributorum oneribus, quæ iſti eximendi erant domino penſuri. Sed ſi dominus ſic ex aliqua iuſta & rationabili cauſa, maiora populo poſſet imperare tributa, velletq; populum ab eorum onere releuare hac contemplatione. vt tales venationis miniſtros eximeret: poſſet quidem tunc tot numero, & in ea proportione eximere quanti valent iuſta tributa, à quibus populum releuat.

*Gabriel. Sotus. Syluest. Nauarr.*

Sic Gabriel in. 4. diſt. 5. quæſt. 5. dubio. 2. Sic Sotus de iuſti. & iur. lib. 3. quæſt. 6. artic. vltimò, & Sylueſter tit. dominium, exactio, & Nauarrus in ſumma. cap. 25. nu. 6. &c. cætera peccata pertinentia ad dominos poſtea referenda erunt.

## CAP. CLI.

### *De rerum inuentarum reſtitutione.*

VT de inuentis, quem polliciti ſumus diſputationis ſermonem proſequamur, dicimus primo, quòd in litore maris lapilli inuenti ſint inuentoris. Expreſſa eſt iuris diffinitio, vt patet inſtituta. de rerum diuiſione. § lapilli.

*Inſt. de re. diuiſ.*

Cuius ratio eſt, quia litora iuregentiũ manſerunt communia. At quæ idem eſt iuris naturæ iudicium de auri, aliorumque metallorum venis, quæ ſunt in viſceribus terræ.

*Ratio. Mercat.*

Atque ſecundum Mercatum libro de contractibus, licet hæc ita ſint, tamen principibus, & regibus, prout aliquãdo aſſueſcunt facere per ſuas leges poſitiuas peculiares



*Priuileg. piſc. gem.*

peculiares bonis reſpectibus inductis, permittitur in inuentionibus fortunatis piſcationis, lapillorum precioſorum, & gemmarum, priuilegia inuentoribus, ſeu alijs concedere, vt ipſi ſoli his potiantur facultatibus gemmas piſcandi, lapilloſque in certis litoribus maris.

¶Sicut etiam odorifera expurgamenta, quibus cete in inſulis aliquibus ſe euacuant ambar nuncupata, vel mineralia auri, vel argenti, aliquibus à principibus in gratiam & in formam priuilegij ex iuſtis cauſis ſunt applicita, non tamen rigore tã ſtricto per hæc conceſsionum, ſeu appropriationum harum rerum priuilegia, ita reliqui inhibentur talibus locis prædicta piſcari, quod in conſcientia obnoxij fiant ad ea reſtituenda. Sed ſolũ iudicibus indicitur, ne cæteros ibi piſcari ſuſtineant, & in inuaſores talis piſcationis pœnas præſcriptas, aut præſcribendas exequantur. Idem dicendum duxerim de piſcatione thũnorum reſeruata in Hiſpania duci Metinenſi, & de alijs gemmarum, aut piſcati piſcationibus prohibitis, vbi piſcatum elabi poteſt.

*Quæſtio. An Hiſpanis ex Indica regione hæc. aur. eſſod.*

¶At dubitare, inquit Sotus de iuſtitia & iure libro quinto, quæſtione tertia, articulo tertio, poſſet quis hic propter noſtros Hiſpanos, qui ad occidentalem plagam auri exhauriendi gratia aduolant, an liceat cuicunque vnius nationis ad aliam quæſitum aurũ peregrinari. Apparet enim vnicuiq; eadem ratione licere, poſtquam iuregentium non fuere res iſtæ diuiſæ.

*Reſpon. Soti.*

¶Reſpondet tamen Sotus, hoc duntaxat iure non eſſe omnino licitum: niſi incolæ ipſi conſentirent, aut pro derelictis eoſdem theſauros haberent. Nam regiones iuregentium diuiſæ ſunt. Et ideo licet gentibus illius regionis ſint illæ res communes: tamen non poſſunt aduenæ, incolis inuitis eaſdem res vſurpare. Nec enim valent Galli, hac de cauſa ad nos penetrare, nec nos ad illos, ipſis inuitis.

*Quæſtio. An mineralium inter Indos Hiſpani fiant domini. Dictũ. 1. Sotus.*

¶De argenti, vel auri fodinis repertis in regionibus occidentalibus inter Indos, an ſuper eas Hiſpani quid iuris poſſint acquirere ſibi, multa ſuppetere poſſent dicenda: ſed compendioſe hæc dicta ſufficiant. Primò; quòd infideles Indi propter infidelitatem ſuam, ſuarum dominio rerum non ſunt priuati ſecundum Diuum Thomam. 2. 2. quæſtione. 10. artic. 10.

*Sarraceni & Turcæ à nobis debellari poſſũt ſed non Indi.*

¶Secundò, quòd bene ait Sotus in 4. ſent. ſcilicet, ſi contra Turcas, aut Sarracenos iuſtum gerũt Chriſticolæ bellum, id eſt quia nobis infeſti hoſtes ſunt, noſtramque apertis perſecutionibus, irriſionibuſque inſectantur religionem Chriſtianam, noſtraſque terras, regioneſque, quæ olim Chriſtianorum fuerunt, inuaſas, præoccupataſque habent. Quare ij publica autoritate principum Chriſtianorum ad id authoritatem habentium à papa, vel aliter poſſunt ſicut bello ſubijci: ita terrarum quas poſſident domi nio expoliari. At Indos hos, qui antea ſicut Chriſti nomen non audierant, nec illud ſuſceperãt, neq; nobis infenſi erant, nec quid quam noſtrum inuaſerant, dominio ſuorum mineralium priuare, ſicut & aliarum rerum, iniquum eſſe videtur: niſi talia mineralia, vt in ſua relectione docet Victoria, haberent pro derelictis.

*Victoria.*

Quod tunc contingeret, quando venientibus peregrinis Hiſpanis, & ſine oppreſsione eorum, ſuffodientibus argentum, vel aurum, ipſi nõ ægreferrent: ſed gauderent, nihil curantes.

*Indi Chriſtiani non ſunt peior. cõdit. De Iudæis.*

¶At poſtquam gremio eccleſiæ per baptiſmum ſunt aggregati, ſub eodem rege Chriſtiano degentes: quia peioris conditionis ob id eſſe non debent, quod ſe fidei religionique Chriſtianæ per baptiſmum addixerint, ideo ſuis mineralibus ſuarumque dominio rerum denudari non poſſunt inuiti, teſtante id extrauagante cõmuni. tit. de Iudæis. Ioan. 22. cap. Iudæi. Vbi ſic ſtabilitur: Iudæi ad fidem, conuerſi, non ſunt in ſuis poſſeſsionibus, & bonis alijs, quocunque nomine cenſeantur, quæ conuerſionis tempore obtinebant, vel obtinebunt, occaſione prædicta moleſtãdi nec permittendi ab alijs moleſtari: ſed protegendi, & defendendi: vt ſic de ſeruitute, ad libertatem ſe tranſiſſe percipiant, quia dignum eſt, & iuri conſonum fonte renatos baptiſmatis, Iudaica cæcitate dimiſſa, amplioribus fauoribus, & gratijs abundare: vt qui in perfidia abundarent, nõ cogantur mendicare fideles.

*Idem de Indis.*

¶Atque hæc omnia perſanctè decreta potiſsimum locum habent inter hos nouiter iam conuerſos Indos. Igitur ne deterioris ſint poſt baptiſmum conditionis, nihil, neque etiam à principe, eſt intentandum in ſuarum perſonarum grauamen, diſpẽdiumque rerum, quo ipſi iniuſtè expolientur, & Hiſpani inter eos degentes ſpolijs eorum ditẽtur. Quia ſecundum ius, nemo cum alterius iactura locupletari debet.

*Merc.*

¶At licet hoc ita ſit Mercatus, libro ſuo de contractibus cap. 15. de reſtitutione incurſa per iniuſtum bellum folio. 219. ait ſi fiat ſine grauamine Indorum Chriſtianorũ, quate-

A quatenus non expolientur ſuis fundis, prædijs, ſyluis, nemoribus, aut poſſeſsionibus, non tantum ineſſe ſcrupuli, ſi beneficiandis mineralibus illic Hiſpani operam darent. Sed non vacat culpa graui vt exercetur in practica: quia vix vnquam ſeruatur æquitas aut iuſtitia circa hoc.

*Grauantur Indi in his.*

¶Item præterquam quòd Indi Inuiti plerunque expoliantur ſuis poſſeſsionibus: ipſi quoque inuiti ad ſuffodienda deſtinantur mineralia. Vbi quia imbecilles natura ſunt, nec pares ad tantum laboris ſubeundum animas inter tam operoſum negotiũ exhalant: vt ſolitudo aliquarum regionum olim copia Indorum ſcatentium euidenter teſtatur. B Inſuper, & à ſuis poſſeſsionibus mineralibus vicinis interdum extruduntur, vel ob conuictum Hiſpanorum mineralibus vacantium ſibi pernicioſum, ſuas ſedes, aut domos mineralibus propinquas deſerendo inde exulare coguntur, metuentes etiam ne mineralibus mancipentur; fugientes quoque annonæ penuriam, quæ ſtatim ipſos, & proxima loca mineralibus ſolita eſt inuadere, dum omnia in mineralibus exhauriuntur.

¶Ad hæc ab agricultura ſibi grata, & per quam ſibi neceſſaria pro ſuorum filiorum, & familiæ victu, auocantur. Quæ omnia mala ſi ceſſarent, C ſi in ſuis ſyluis, vel nemoribus, inuenirentur mineralia, quæ ipſi incolæ illius terræ nollẽt excolere, quia vel impares ſunt ad tot expenſas minarum, vel laborem ſubeundum, vel induſtriam adhibendam ad eas excolendas minas: tunc Hiſpani habita licentia regia, ſi libere cum Indis conuenirent, de illis locis mineralium emendis, vel aliter pro illis locis illis recompẽſando, pro iure quod ad illa habent: non tantopere id improbaretur, ait Mercatus. Scilicet, quando volentibus Indis ſuper illis locis ius obtinentibus, vel ipſis rationabiliter ex cauſa iuſta renuentibus, per viam contractus, aut recompenſationis ſuum ius in Hiſpanos cedere, D iniuria non fieret. Sed quando aliter fit prædictaque inconuenientia non cauentur: res eſt, quæ non vacat culpa graui; quia deterioris conditionis fiunt Indi, quia amplexi ſunt Chriſtianiſmum. De qua deteriori conditione in tẽporalibus ſæpe queruntur, cũ iuxta decretum ſupra allegatum Papæ, vt ibi decernitur non deterioris, ſed melioris, conditionis idcirco deberent eſſe. Et quia iuxta dictum Domini Ieſu, dicentis, iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue, per huiuſmodi iniurias, atque moleſtias, Indis nouiter conuerſis graue & intolerabile fieri non

*De conuenientia iuſta circa miner.*

*Mercat.*

debet tale religionis Chriſtianæ ab ipſis ſuſceptæ iugum. ¶Ad hæc, & hic hæc non prætereunda eſt quæſtio: quid iuris de his Hiſpanis, qui Peruſij nouoque regno Granatenſi ſua priuata authoritate id officij aſſumpſere, explorandi omnia ſepulchra Indorum, & omnia delubra & ſanctuaria ipſorũ, ad ſuffodiendum ſibi inde Theſauros, & iocalia, quibus cum Indi ſoliti ſunt ſepeliri.

*Quæſtio. De fodientibus theſaur. ex ſepulturis Indorum.*

¶Pro illuſtratione quæſtionis ſit prima propoſitio: Hiſpani, qui priuata authoritate in delubris Indorum, vel in eorũ ſepulchris, aurum, vel argentum, vel iocalia dicata ſanctuarijs ſuffodiunt, ſibique ea vendicant; regulariter obnoxij fiunt adhæc omnia reſtituenda. Patet; quia ſi verum eſt, quòd fertur, ſcilicet, regem per ſuam regiam ſchedulam huiuſmodi ſuffoſiones theſaurorum, & iocalium in prædictis locis prohibuiſſe: palam eſt carere huiuſmodi Hiſpanos iure huiuſmodi theſauros ſibi ſurripiendi. Item, quia 2
vice derelicti huiuſmodi theſauros non poſſunt ſibi appropriare Hiſpani: cum excubare ſoleant ad fores ſanctuariorum, horum theſaurorum cuſtodes ſecreto.

*Propoſitio 1.*

*Ratio 1.*

¶Item tertio; quia huiuſmodi theſauri re 3
conditi ſolent reperiri in locis Indorum, puta, in eorum delubris regulariter. Et theſaurus ſic reconditus videtur eſſe theſaurus totius communitatis, vbi ab antiquo tempore obtulerunt ſuas oblationes. Vnde ex eo quòd illos theſauros obtulerint ſanctuario ſuo, communitas Indorum oblati theſauri non deſtitit eſſe domina. Sicut neque communitas Chriſti colarũ deſinit habere ius in cõmuni ſuper omnia illa eccleſiaſtica ornamenta, quæ pro decore ſuæ eccleſiæ, cultuque diuino pro ſe celebrando, obtulit. Vnde non ſolum eccleſiæ, ſed & reipublicæ populi, quæ de his neceſſarijs prouidit, iniuriam inferret, qui his eccleſiam expoliaret. Ergo pari ratione Hiſpani nõ potuere illos theſauros cõmunitati Indorũ debitos ſine pœna reſtitutionis ſibi appropriare.

*Exemplũ.*

¶Sed adhuc inſtant huiuſmodi theſaurorũ ſuffoſſores Hiſpani, ſe ſuper his, his verbis ſanctificãtes. Quia, inquiũt, iã iſta oblata delubris, cacodæmoni ſunt oblata, qui nullũ ius ſibi parere poteſt ſupra illa: ſed ibi iſta iocalia theſaurique reconditi pereunt, & in nullius reipublicæ vſus vtiles cedũt. Nõne melius eſt & ſanctius inde ſuffodiãtur per Hiſpanos, vt in eorũ vſus vtiles cõuertãtur. Sed lõge aliter, quã ipſi autumãt, & nõ pro votis ſuis, quia omnia dirigũt ad priuatũ quęſtũ, ſuæ obiectioni adhibẽda eſt reſponſio.

Quia



*Satis fit obiectioni Hiſpan.*

Quia nõ ipſis, ſibi præripere huiuſmodi theſauros licitè poſſe, concedimus. Sed rex, cui incũbit cura Indorũ iã cõuerſorũ ad fidẽ, ſatagere debet, vt per officiales ad hoc per ſe deſignatos, huiuſmodi theſauri in delubris Indorũ recõditi retegãtur, effodiãturq;, vt in bonũ cõmune reipublicæ, cuius ſunt cõuertantur. Vt quia rex eorũ curã gerit bono cõmuni ſic cõſulat, effoſſoribusq; poterit inde ſua ſtipẽdia induſtriæ & laboris perſoluere.

*Quid rex hic facere debeat.*

¶At & de theſauris, ſeu iocalibus, quæ ſepulchris Indorũ repoſita manẽt, ſi tales Indi ſint iã fideles, dicẽdũ eſt. Quod ſi cõſtat, eos theſauros fuiſſe aliquorũ anteceſſorũ, quorũ hæredes, & ſucceſſores adhuc manẽt, illi theſauri illis tribuendi ſunt, aut in cõmodũ illorũ, & de beneplacito illorũ in vſus pios veniũt expẽdendi, & nõ aliter. Quia eò ꝙ Chriſtianiſmũ amplexi fuerint, nõ deterioris cõditionis ſunt cẽſendi, qualis eſſent, ſi ſucceſſione ſibi debita rerũ ſuorũ anteceſſorũ priuarẽtur. ¶At de theſauris immemorialibus, de quibus memoria iã non eſt reliqua cuius, vel quorũ fuerint, dico ꝙ tunc inter hos Indos Chriſtianos, ſi quis incolatũ ſortitus fuerit, vnã faciẽs cũ eis rẽpublicã, populi quoq; onera ſubiens, ſecũdũ Victoriã in relectione Indorũ, quia hic incola populi Indorũ eſſe cẽſetur, ſi inuenerit ibi theſaurũ, per leges infra nũc referẽdas de inueniẽtibus theſauros immemoriales, caſum hunc moderabitur, ſi inuenerit à caſu in ſolo alterius, vel dedita opera. ¶De infideliũ Indorũ theſauris in illorũ terris repertis loquẽdo, quia de his quæ foris ſunt non eſt nobis iudicare, puto cũ eis iura naturalia fore ſeruãda, vt quod tibi non vis, alteri nõ facias. Nã, vt ait Sotus loco citato, nõ licet eos ſuis theſauris priuare, niſi ipſi incolæ cõſentirẽt, aut pro derelictis eos haberent. Quia vt probe ait Sotus, nõ poſſunt Galli hac de cauſa expilãdi theſauros Hiſpaniæ, ad Hiſpaniã penetrare, nobis Hiſpanis inuitis. Neq; contra nos ad illos licet in præſentiarũ ideò ire. ¶Vnde nõ approbo omnino factũ cuiuſdã ciuis & ducis Cartaginẽſis Indiarũ, qui accepta notitia ingẽtiũ gazarũ, quæ in regione Cenu nũcupata, vbi Peruſinorũ principũ, & regũ, tã ſepulchra, quã etiã eorũ gazæ in ſepulchris ſolitæ ab eis recõdi cõtinebantur, cũ copia militũ ea ſepulchra exploraturus adiuit. Vnde tantã copiã auri fert inde aſportaſſe vt nullibi gentiũ reperta ſit ſimilis in illis partibꝰ. Nã ſi verũ eſt, vt vulgabatur, illos theſauros Peruſinorũ principũ eſſe gazas, ad earũq; cuſtodiã præfectos habuiſſe cuſtodes, aut in regionibus Indorũ eas

*De theſauris certis.*

*De theſauris immemorial. inter Indos.*

*Victoria.*

*De theſauris inuẽtis inter Indos infidc.*

*Coroll.*

*De Gazis Cenu.*



A gazas immemoriales cõtineri, eſſeque recon ditas, neq; pro derelictis habitas, palàm eſt earum effoſsionem & deportationem, imo expilationem non fuiſſe licitam.

## CAP. CLII.

### *De theſauris inuentis reſtituendis, vel non.*

HIC & illa agitari ſolet quæſtio; an ſi quis theſaurũ inuenit in loco alieno: quid iuris de illo. ¶Res eſt plana poſtquam quæſtio hæc iã eſt abſoluta per cõmunia iura decernẽtia, quod qui theſaurũ aliquẽ occultũ in loco alieno, caſu inuenit dimidiũ dño reddat. B At vero data opera ſi quis abſq; facultate dñi, effodiẽs inuenit, totum reddat dño, ſaltem ſui laboris mercede deducta ſecundum mentẽ gloſſ. c. ſi quid. 14. q. 5.

*Quæſtio. De theſa. in loc. alie.*

*Gloſ.*

¶Quarũ legum intelligẽtia exigit noſſe, quid intelligãt per theſaurũ. ¶Theſaurus autẽ eſt pecunia ſub terra, vel alibi abſcõſa, vetuſtiori tẽpore, cuius dñs ignoratur, & de cuius occultatione, nulla eſt memoria. l. nunquã. §. theſaurus. ff. de acquir. dñi. & melius in. §. theſauros. Inſtit. de rerũ diuiſ. & melius l. 1. C. de theſauris. Qui ſecundũ ius cõmune totus eſt eius, qui inuenit eum in eo ꝙ plenè ſuũ eſt, quoad dominiũ directũ & vtile. Et ſi C caſu inuenit in alieno, dimidiũ talis theſauri ſic reperti eſt eius, & dimidiũ eſt dñi loci, vbi eſt inuentus. At ſi data opera inuenit in alieno, diſtinguendũ videtur, an de cõſenſu dñi loci fuerit quæſitus, an ſine illo. Et in priore caſu totus cedet inuẽtori. In poſteriore vero totus domino loci, vt probat lex. 1. quæ eſt exacta ſolutio Sylueſt. in aurea roſa caſu 19.

*Quæſtio. Quid ſit theſaur.*

*ff. de acquirend.*

*Cui cedit theſaurus.*

¶Porro quæritur quid, quãdo is qui non eſt integer dñs loci, vbi alius inuenit theſaurũ, quia illũ fundũ habet ſolũ creditor in pignus, vel maritus in dotẽ. Reſpondetur primò, quod creditor, qui theſaurum in domo, quam in pignore habet, inuenit, & maritus D etiam, qui inuenit in terra dotali vxoris, diuidere eũ debet cũ debitore, aut cũ vxore.

*Quæſtio. An theſau. cedit nõ integr. dño agri. Reſpon.*

¶Secũdò etiam, qui in agro aut domo ad modicũ tẽpus cõductis, imo & ad lõgũ, nempe, ad vitã aut vitas, aut in emphyteoſim perpetuã, vel ad 10. annos, qui etiã longũ tẽpus cõſtituunt, quia nullus horũ eſt integer dñs. l. 2. ff. ſi ager vectigalis, vel emphyt. pet. & ſic dimidiũ directo dño dare debet. Et è contrario, ſi inuentor habet dominiũ directũ dimidiũ dare debet habẽti vtile, vt colligitur ex Bart. in. l. ſi is. §. fin. ff. de acquir. rerũ domin. & in. l. in cauſæ. ff. de procur. &. §. theſauros, inſtit. de rerũ diuiſ. At dominiũ totũ

*ff. ſi ager.*

*ff. de acq.*



directum

directū dicitur habere is, qui proprietatem rei ſine fructu habet, vt qui in emphyteoſim perpetuā, aut ad vitā dedit, aut ad 10. annos collocauit poſſeſsionē. Dominiū vero vtile tantū dicitur habere, qui ſine proprietate, habet ius fruendi re perpetuò, vel pro ſua vita, aut plus, aut ſaltē pro. 10. annis iuxta gl. Clem. 1. de rebus eccleſię nō alienādis.

*Quis dominus directus, quis vtilis.*

*Gloſſ.*

*Quæſtio. De theſaur. inuēto in loc. public.*

¶Sed quid iā tandē dicendū erit de inueniēte theſaurū in loco publico, aut ſacro ſiue religioſo? ¶Dicitur de tali, ꝙ partiri debet illū cum fiſco, aut ciuitate, aut prælato eccleſiæ, cuius eſt ille locus, vbi inuentus eſt. Hæc omnia ſecundū ius cōmune. Nā vbi aliæ ſunt de hoc leges, aut de rebus inuētis, illæ ſeruādæ ſunt. Sed nō eſt expectāda ſententia iudicis (vt recte monuit Caie. 2. 2. q. 66. art. 3.) quia vt ait Nauarrus, hæc reſtitutio non fit in pœnā, cuius ſoluendæ obligatio exigat ſententiā, iuxta illā gloſ. ſingular. cap. fraternitas. 12. q. 2.

*Caietan.*

*Quæſtio. Scienter effodiens theſaur. an ante cōdemnat. teneatur.*

¶Sed meritò hæſitari à quibuſdā poterit, an qui data opera ſine conſenſu requiſito domini in agro alieno ſuffodiens, theſaurum inuenit: teneatur in cōſcientia, ante cōdemnationem totū theſaurū prout ſanciūt leges dño loci reſtituere. At quidē Nauarr. ſumm. lati. cap. 17. nu. 175. in huius rei gratiam citās Caietan. videtur inſinuare (quia talis lex nō eſt pœnalis) ante ſententiā iudicis totū theſaurū reſtituendū eſſe domino in cōſcientia. Ita tenuit Victoria. Sotus vero loco citato libro 5. de iuſt. & iure. q. 3. art. 3. ſolū ait quod ex legibus ciuilibus. C. de theſauris lib. 10. l. vnica. & inſtit. de rerum diuiſ. §. theſauros. totus theſaurus eſt domini fundi. Quia inuentor fur reputatur.

*Nauarr.*

*Caietan.*

*Victoria.*

*Sotus.*

*Mercat. contr. Nauar. Caiet. Victor.*

¶Solus Mercatus (ꝙ ego ſciam) in ſuo libro de cōtractib. fol. 218. cap. 15. cōtra hos & à mea ſententia diſsidens, auſus eſt affirmare ꝙ ſi aliquis re vera abſq; malo animo ſuſpicans alicubi eſſe reconditū theſaurū, quia cōſtitit eſſe antiquiſsimū immemorialemque eſſe eum, & dominū eius, ſuffodiendo eū inueniſſet, tuta conſcientia poſſet illū ſibi retinere, ante ſentētiā iudicis aliud iubētis. Atq; ſi id curet ne iudex reſciat, ne illum domino loci exhibere cogatur, non eſt ſibi culpæ tribuendum.

*Limitatur Mercat.*

¶Sed hāc opinionē, licet omnino, nuſquā auſus ſim refutare, quia lex dictans totum in hoc caſu fore domino loci reſtituendū, videtur fundari in præſumptione hac, ꝙ inuētor tunc fur reputatur. Tamen in caſu prout eū limitauit Mercatus, ſcilicet, quod nulla interceſſerit re vera fraus, inuentor re vera fur non fuiſſe videtur. Quare iſta opinio licet

A

non in toto, tamen in parte aliqualē apparētiā habet. Quare in eo, quod ait, totū in hoc caſu poſſe ſibi retinere, non eā accepto. Quia ſi qui bona fide, & à caſu in alieno ſolo theſaurum reperit, ex æquitate naturali iubetur domino ſoli dimidiū impendere. Quare qui dedita opera illum inueſtigauerit, à reſtitutione ſaltem dimidij liberabitur; poſtquàm nō tàm eſt liber à præſumptione culpæ, quā eſt illum reperiens à caſu? Si tamen dimidiū impertitus fuiſſet domino loci nō auderem reſiduum retinentem damnare.

*Ratio.*

*Metin.*

*Quid vbi dominus admonitus eſt.*

¶Addit quoque Metina in ſua inſtruct. confeſſ. fol. 168. cap. 4. reſtitutionis, ſcilicet, quod ſi credens, aut cōpertū habēs, theſaurū immemorialē latitare in fundo alicuius domini, id ipſum poſſeſsionis domino renūtiauit, dominuſq; id quaſi delirium reputās nihil curauit, tunc totus theſaurus inuētori cedet. Quia tunc inuentor, neque vt fur, neque vt inuaſor alieni per leges reputatur.

B

*Quæſtio. An conſcius theſaur. poſſ. agrum emer.*

¶Porro hæſitari hic quoque contingit, an ſi aliquis ſuffodiens in fundo alieno, huiuſmodi theſaurū immemorialē reperit, poſsit rurſus illum cooperire, adireque dominum fundi, & cum eo euentus ignaro, nihil ei reuelando, de pretio tantùm fundi conuenire, fundumque ſibi comparare, vt totius theſauri emptor dominus fiat.

C

*D. Thom.*

*Nauar.*

¶Sed dico, in re tanta ſuffulta authoritate doctorum, non expedit multum remorari. Nam D. Tho. 2. 2. q. 66. art. 5. (quidquid dicat Angelus) tenet partem affirmatiuam, cui accedit Nauarr. ſum. latin. cap. 17. num. 175. Vbi ait qui emit aliquod prædiū ſiue Vrbanū, ſiue ruſticū, in quo poſtea theſaurū inuenit, nihil tenetur reſtituere venditori. l. à tutore. ff. de rei vendi. quā ſi vt ſciens in eis theſaurum eſſe emerit ab eo, qui id ignorabat. Huic ſententiæ ſubſcribit Metina ſua inſtructio. loco citato, addens id facti commēdaſſe Euangelium. Vbi ait: Simile eſt regnum cælorū theſauro abſcondito in agro, quē qui inuenit homo vadit, & vendit omnia quæ habuit, & emit eum. Secus eſt autem, inquit Sotus loco citato, qui eiuſdem ſententiæ eſt, ſi in muro domus, aut in eius penetralibus, pecuniā, aut aliud quippiam reperit: quod antiquus poſſeſſor illic poſuiſſet, & per obliuionem reliquiſſet. Tūc enim eiuſdem poſſeſſoris eſt, aut ſuorum hæredum, vt habetur in. l. à tutore. ff. de rei vendicat.

*ff. de rei vendic.*

*Metin.*

*Exempl. ex euang.*

D

*Sotus.*

*Quæſtio. An theſa. cedāt principi.*

¶Obliuioni hic quoque non eſt tradēda, & illa quæſtio, an poſsint principes theſauros, vbicunque inuentos ſibi vendicare. At quidem Palude in 4. diſtin. 15. quæſt. 3. audacter



*Palud.*

dacter aſſeuerat ex conſuetudine, omnes theſauros vbi vis reperiantur eſſe principū. Quam opinionem Sotus loco citato ait non eſſe auſcultādam, vt bene ait Sylueſt. verbo, Inuentum. §. 13. quoniam talis conſuetudo in republica benè inſtituta non eſt introducta. In Hiſpania namque leges ſupracitatæ ad literam ſeruantur, atque in recopilatione legū. tit. de theſauri. lib. 6. l. 13. nihil aliud iubetur, quā qui reſcierit, audieritvè, in ciuitate, oppido, vel loco, vbi fuerit cōmoratus, vel in eius confinibus, theſaurum, vel bona alia pertinentia ad regem haberi, corā tabellione illius loci veniat hoc renunciaturus. Vbi videtur loqui ſolum de theſauris peculiari iure pertinentibus ad principem, & non de omnibus indifferēter. Quare ſi contraria cōſuetudo alicubi vim obtinuit eſt per vim, & contra ius naturæ & gentium. Habetur enim inſtituta & l. citata, quòd Adrianus naturalem æquitatem ſequutus ei conceſsit, qui theſauros inuenerit, & lex illa. C. de theſauris. Inuentori, inquit, liberam tribuimus facultatem, ne vlterius Dei beneficiū inuidioſa calumnia perſequatur.

*Sotus.*

*Sylueſt.*

*Recopil.*

*Quæſtio. Regi an lic. exiger. quot. de theſau.*

¶At vtrum princeps quotam aliquam ab inuentore exigere valeat, forſitan quis dubitabit.

*Sotus.*

¶Reſpondet Sotus loco citato iſtam exigendi aliquam inde quotam ex legibus non apparere iuſtitiam. Quia prædictæ citatæ leges ius commune continentes nihil meminere de quota perſoluenda principi. Sed ſolùm ibi decernitur, ꝙ qui inuenerit loco alieno à caſu, medietatē reddat domino. Subditque, quod pari ratione ſi inuenerit in loco Cæſaris, dimidiū reddat Cæſari, & ſi in loco fiſcali, vel publico, det medietatem fiſco, & idem legitur. l. non intelligitur. ff. de iure fiſci. §. ſi in locis. Quæ quidem leges non loquuntur, niſi vbi loca ſunt propria principis, aut ciuitatis. Quare infert Sotus: Crediderim neque vbi eſſet in vſu peti quotam à principe talis vſus conſcientias inuentorum obligaret: ſed poſſent ſecundum ius commune bona conſcientia poſsidere.

*ff. de iur. fiſci.*

*Metinæ ſententia tenenda.*

¶At expendit ius hoc Metina in ſua inſtruct. confeſſ. fol. 168. vbi ait inuentorē theſauri nō teneri ad quotam, quartā, vel quintam, quam ſibi inde tollit rex, antequàm à ſe exigatur: cui ſententiæ aſtandū eſſe cenſeo.

*De metal. quantum cedat Regi.*

*Sotus.*

¶Sed de metallorum venis vſus iam obtinuit, inquit Sotus, vt pars quinta obueniat principi, eo quòd venæ illæ ſunt naturales, quæ quodammodo in bonum publicum metalla progignunt. Vnde in Hiſpania, vel Ca

A

ſtellæ regno, mineralia, auri, & argenti, vel quorumcumq; aliorum metallorū, & aquarum fontium, & puteorum ſalis, argēti viui, dicuntur ad regē pertinere, niſi ab alio poſsideantur priuilegio, vel conſuetudine immemoriali recopilatio. lib. 9. l. 19. titul. 8. Et in parte alteratur lex. 2. titul. 13. lib. 6. fori per prædictam. l. 19. tit. 8. lib. 9. vbi incorporantur ſalinaria omnia in coronam regiam, eorumque tolluntur limites, reducitque ad ſe rex Philippus recopilationis lib. 6. titul. 13. lege. 4. omnia mineralia argenti, auri, & argenti viui, vbicunque reperta. Facitque copiam inuentori, eam mineram fabrefaciendi, & operandi, dum deductis expenſis duas tertias partes regi impēdat: vide alias ordinationes nouas minarum. l. 5. contentas.

*De ſalinarijs & miner. argēti viui.*

*Recopil.*

*Part.*

B

*Quæſtio. An inuentori liceat retinere inuentum.*

¶Vltimò illa quæſtio potiſsima fit obuia, an res inuentæ, quæ non ſunt theſauri, quæ præſumuntur habere dominos poſsint ab inuentore, poſt adhibitam diligentiam inquirendi dominum, neque inuento vendicari.

¶Et quidem conſenſus eſt omnium tam Theologorum, quàm Iuriſtarum (vt ſummiſtæ teſtantur) poſt factam indagationē, non inuento domino, pauperibus fore reſtituendas. At in primis circa hanc quæſtionem, in aperto eſt omnibus; dominum rei inuentæ ab inuentore omni diligentia; publiciſque præconijs alijſq; vijs accōmodis, fore perquirendum, alioquin furti reus habebitur.

*De perquir. domino inuēti.*

C

*Sotus.*

¶His præmiſsis ſolus Sotus de iuſtitia & iur. libro. 5. quæſt. 3. artic. 3. licet contra cōmunem opinionem non audeat quidpiam aſſeueranter affirmare, ait ſibi ſuppetere grauiſsima argumenta, quòd inuentor poſsit ſibi in conſcientia ea tunc retinere. Primò; Quia iure naturæ, & gentium, illa ſunt inuentoris: neque vllum ius Euangelicum, aut eccleſiaſticū occurrit: quòd illa tribuat pauperibus, aut cuiuis alteri. Quia caput. cū tu. de vſuris, & ſimilia à Iuriſtis, Theologiſque in gratiam communis opinionis allata loca, vbi vſuraria pecunia incerta, & etiam ſimoniaca adiudicatur pauperibus, non loquuntur, niſi de rebus malè partis, & acquiſitis: cuiuſmodi non ſunt hæc inuenta, vt habetur canone non ſanè. 14. q. 5. Quod autem iure gentium, & naturæ illa appareant eſſe inuentoris, patet: Quia iam poſt indaginē factā, non reperto domino, perinde ſe hæc inuenta habent ac ſi nullius eſſent domini, & perindè, ac ſi theſauri immemoriales eſſent, quos præ occupanti ius gentium tribuit.

*Argum. Soti. 1.*

D

*De vſur.*

*14. q. 5.*

*Confirma.*

*Argu. 2.*

¶Itē ſecūdo: Quia veriſimile eſt, poſt Euāgeliū res inuētas eſſe inuentoris: ſicut theſauri imme-

ri immemoriales ante legẽ Euangelicã inuẽtoris erant. At iura ſolũ prohibẽt, vt patet. l. falſus. ff. de furtis, ne quis inuẽta, quæ præſumuntur habere dominos capiat ſine animo reddendi dominis, & inquirẽdi eos: nec aliquid meminere de pauperibus: non ergo eſt in lege euãgelica debitũ iuſtitiæ conferendi hæc inuẽta pauperibus. Neq; iniuria fit dominis poſtquã nõ apparent, & ius gentiũ ea inuentori cõtribuit. Item: Si ille, qui eſt Turca eſt dñs rei à me inuẽtæ, quid proderit pro illo illã largiri pauperibus: nõ ergo ſuccedit ius pauperũ propter bonũ perdentis rẽ: poterit enim eſſe iniquus. ¶Igitur propter hæc argumẽta Metina in ſua inſtruct. cõfeſſ. fol. 168. hãc opinionẽ Soti cenſet eſſe valde probabilẽ: licet ſecurius eſſe aſſerat talia inuenta erogari pauperibus. Sed qñ inuenta hæc (inquit) ſunt equi, vel equæ, vel iumẽta pertinẽtia ad iura appellata del moſtrenco obſeruãdæ ſunt leges regni, ſcilicet, ꝙ tradãtur iuſtitiæ trãſacto que anno, neq; apparẽte dño, vt cameræ Regiæ ſint hæc applicita. Ita recopilatione noua. l. 6. tit. 13. lib. 6. ¶Pro reſolutione ergo ſit primũ aſſertũ cõſenſu omniũ receptũ, ſcilicet, ꝙ inuentor prædictarũ rerũ facta diligentia indagationis, neq; inuẽto domino ſi indigens ſit, capere poteſt ſibi, vel totũ inuẽtũ, vel partẽ pro ſua neceſſitate. Idq; etiã doctores opinionis cõmunis fatẽtur: dũmodo id faciat de cõſilio prælati, aut cõfeſſarij: quãuis, inquit Sotus, id forſan non ſit neceſſarium. ¶Secundũ aſſertũ ſit: Poſtquàm iſti graues doctores Sotus, & Metina diuitẽ inuentorẽ alicuius rei, poſt adhibitã perquirendi dominũ curã, neque inuento, rẽ ſibi inuẽtã retinentẽ nõ audẽt dãnare propter allatas rationes, nolo ego fieri nimiũ iuſtus eum culpãdo. Sed tãtũ illius cõſilij Gregoriani admonitũ, memoremq; eſſe volo, bonarũ mentiũ eſſe ibi culpã agnoſcere, vbi culpa nõ eſt: ſicut hic nõ videtur eſſe. Nã quod D. Auguſ. Diuusq; Hiero. 14. q. 5. dicũtur aſſerere, non cõuincit. Ait enim D. Auguſt. Si quid inueniſti, & nõ reddidiſti, rapuiſti, & D. Hiero. canon. multi. Peccatũ inquit rapinæ ſimile eſt, ſi quis inuenta non reddat; quia planè intelligunt, quando dominus haberi poteſt, & ex mala fide nõ inquiritur. ¶Tertiũ aſſertũ ſit: Opinio cõmunis, quę tutior eſt, ſi tuenda eſt cõtra argumẽta Soti, hoc ſe tueri poteſt principio, ſcilicet, ꝙ huiuſmodi inuẽta etiã nõ reperto domino, ab inuentore nõ ſunt retinenda, ſed reſtituenda: quia iure naturæ bona redũdãtia in republica, ſunt indigẽtiũ vt art. 4. præfatæ. q. 4. probat Sotus. Quod autem huiuſmodi inuẽta ſint bona redũdãtia in republica, inde quodammodo apparet, ſcilicet, quia nõ habẽt certos dominos: præſumũtur tamen habere aliquos: quod antiquis theſauris nõ cõpetit. ¶At denique reſtat dicẽdum; ꝙ qui arte magica, aut alijs diuinationibus, vel modis illicitis, theſaurũ quærit, quanuis id efficiat in ſuo, quod inuenit, fit fiſci. l. vni. C. de Theſauris lib. 10. Videtur tamẽ eũ retinere poſſe illũ, quouſq; condemnetur: quia pœna eſt arg. gl. ſing. ca. fraternitas. 12. q. 2. ¶Inſuper qui trabẽ, vel aliquid aliud vi fluminis tractũ inuenit, ſibi accipere nõ poteſt, niſi tale ſit, quod iure præſumatur pro derelicto eſſe habitum arg. l. qui leuãdæ. ff. ad. l. Rhodiã. de iactu. ſic Gabriel. in. 4. d. 15. q. 8. ſub fin. Et ſi in ſuo id inueniat, dñm eſt requiſiturus, vt illud inde tollat, aut pro derelicto habeat, aut petat à iudice, vt conſtituat dño terminũ, intra quẽ illud faciat, & ſi tunc dñs nihil horũ curet, ſatis præſumi poteſt id pro derelicto habere, quo ſibi retinendo nõ peccet arg. dictæ. l. qui leuandæ. cum ei anot.]

*ff. de furt.* *Confirm.* *Metinæ ſententia.* *Del moſtrenco.* *Aſſertũ. 1* *Sotus.* *Aſſertũ. 2* *Monitio autoris.* *D. Greg.* *D. Aug.* *D. Hiero.* *Aſſert. 3.* *Sotus.* *C. de theſ.* *Ad. l. Rhodiam.* *Gabriel.* *Detracto à flumin.*

¶Sed de aui, vel fera laqueo alieno etiam inuenta eã accipientis fieri diximus per. l. in laqueũ. de acqui. rerũ dominio. §. illud quæſitum. inſtituta de rerum diuiſ. niſi contraria conſuetudo ei, qui laqueum parauit adiudicet ita Maio. in 4. d. 15. q. 10. & Nauar. ſum. Lati. c. 17. nu. 176. cõcordat cum ſentẽtia noſtra ſupra poſita: vbi in hoc conſuetudini regionis ſtandũ eſſe duximus. Sed de his ſatis.

*Auis illaqueata cui cedit.* *Inſtit. de re. diuiſ.* *Maio.* *Nauar.*

¶De terra vero addita, vel remota, propter rapinas fluuiorum eſt rubrica inſtituta. de rerum diuiſ. tamen in omnibus communiter ſtandum eſt conſuetudini, quæ eſt optima legum interpres. Vbi autem ceſſat conſuetudo, ſtandũ erit iuris diſpenſationi, quod ita diſponit, quod inſula nata in mari ſit pręoccupantis, in medio vero fluminis eſt communis habentibus prędia iuxta flumen hinc inde. Si autem non eſt in medio, eſt proximioris, quod ſi fluuius diuidatur, & cingat agrũ, erit ager illius, cuius antea erat. Sed ſi flumen mutat alueum, primus alueus efficitur eorum, qui prædia iuxta illud habent. Secundus vero eſt publicus & ſi poſt reuertitur ad primũ, ſecũdus erit habentiũ prædia prope illud. Sed ager inundatus, aqua recedẽte, remanet eius, cuius erat. Hæc eſt diſpoſitio iuris, quæ ſatis æqua videtur.

*De terra addita vel remot. ex incurſ. flumin.*

# CAP. CLIII.

*De reſtitutione, ratione incendiorum, vel adiutorij præſtiti ad fugiendũ à carcere, vel à ſeruitute, vel donationis iniuſtæ cauſa.*

Iam



IAm nunc reliqua reſtitutionẽ inducẽtia facta perſequamur. Nam huiuſmodi ſunt hæc facta. Primo, ſi quis non caſu, ſed de induſtria in aliquam domum, aut lucum aut ſegetes, ignẽ immittit, præterquàm quod reſtitutioni manet obnoxius, cap. peſſimam. 23. q. vlti. cap. ſi quis de iniurijs, ſi erat locus ſacer, putà eccleſia, aut cœmeteriũ, Xenodochiũ, ipſo facto eſt excommunicatus. Et quanuis, antequam denũcietur ab epiſcopo, abſolui poſſit, non tamẽ poſtea. Eſt Panormitani, & cõmunis in cap. conqueſti, & ca. tua. de ſententia excommũnicationis. Sed ſi locus nõ eſt ſacer, non eſt ipſofacto excommunicatus quanuis excõmunicari debet. At tales incẽdiarios eccleſię rurſus Nauarrus cap. 27. num. 94. quaſi ſuã moderans ſententiam ait, nullo textu vel ratione apparere ſecundum Caiet. contra communem Panormitani, & aliorum eſſe ipſo facto excommunicatos, niſi id haberet conſuetudo: & teneatur, quod illa tolerata, & approbata à prælatis habeat vim legis, aut ſtatuti excommunicantis.

*De reſtit. ex incend.* *23. q. vlt. de iniur.* *Incendiarius loci ſacri excommu.* *Panor.* *Moderatio Nauarri.*

¶Author verò incendij, aut alterius delicti manifeſti occultus, non poteſt pœna excommunicationis compelli ad ſe manifeſtãdum, ſed ad reſtitutionẽ debitam faciendam. Sic capit. quidam. 5. quæſt. 1. & Caietan. in opuſ. 17. reſponſio. 14. reſponſione.

*Nota reus occult⁹ vt ſatisfac. excõm. poteſt nõ vt ſe prodat.*

Secundo. Qui ſoluit coniectum ob iuſte debita in carcerem, etiam ſi miſericordia motus ſoluerit, tenetur reſtituere tale debitum creditori. Niſi adeò ſic incarceratus ſit pauper, vt neque per ſe, neque per alium probabiliter ſoluere poſſet. Quia tũc, ſicut ipſe fugiendo non peccat; ita qui illius fugę author eſt ſecũdum Nauarrũ reſtituere nõ tenetur.

*De ſoluente incarcer. ob deb.*

¶Sed neque ſecundum Caietanum. 2. 2. quæſt. 69. arti. 4. tenetur recompẽſare licite fugiens à carcere, neq; eius adiutor, aut fugę author dãnum obueniẽs cuſtodi: quia id dãni per accidens, & ſine intentione iuſte ſe liberantis à carcere contingit. Sed de his plura ſupra.

¶Sed incarceratum ob delicta, vbi ſibi imminet periculum mortis, aut abciſionis membri licite poſſe fugere tradit D. Tho. 2. 2. q. 69. art. 4. ad. 2. ſiue peccatum ſit ſecretũ, aut publicum, ſiue ſit condemnatus, vel non, etiã effringendo, aut limando compedes, carcerem etiam rumpendo: modo vim carceris cuſtodi non inferat, aut alteri iuſtitiæ miniſtro cõtra Henri. quoli. 9. art. 25. & contra Sylue.

*De fug. à carcer.* *D. Thom.* *Henri.* *Sylueſt.*

¶Pariq; ratione citra peccatum eſt adiuuare fugã alterius; quando ex officij ſui obligatione, aut ex mãdato regis, vel alterius ſuperioris, aut ex qualitate delicti, vel ex alia re particulari, id facere nõ prohibetur, & credit ſuo iudicio, quod ſine carcere, & pœna temporaria reſipiſcet. Sed hoc intelligitur de adiuuante alterius fugam, vt antequam capiatur à miniſtris iuſtitiæ liberetur.

*De adiu. ad fug.*

¶Item ad talẽ reſtitutionem tenetur qui in cauſa fuit, vt captiuus à domino ſuo fugeret, cũ obligatione reſtituẽdi eundẽ captiuũ, ſi poteſt. Sin minus ęque bonũ reſtituet, aut pretium: & præterea omnia, quæ ille fugiẽs furatus eſt: quia ſicut fuit cauſa fugæ, ita & omnium, quæ fugam parans ſurripuit.

¶Sed de ipſo captiuo fugiẽte tenet Nauarrus, teneri eũ poſt fugã ſeſe ipſum reſtituere dño. Sed iã ex mente Soti & F. Ioſephi diximus, ſi ſit mãcipiũ captũ etiã in bello iuſto, niſi ſuã impignorauerit fidẽ nõ fugiẽdi, poſt fugam ſe ipſum reſtituere dño, non tenetur: quia hoc quaſi priuilegiũ eſt ſeruorũ captorũ in bello. Quare, ſi quid ex ludi lucro licito vel aliter ſibi donatũ receperint, ij ea dñis reddere nõ tenentur. Secus de ſeruis domi natis, aut ſeipſos vendentibus, vel alio iuſto titulo habitis: nã in his habet verũ ſentẽtia Nauarri.

*De captiuo fugiẽte.* *Nauar.* *Sot. Ioſep.* *Nauarr.*

¶At hic quoq; quæſtio interſerẽda videtur illa, cuius meminit Corduba in additionibus ad tractatũ de caſibus conſcientiæ: q. 195. An qui ab AEgyptianis fœminis. 6. aureos in mercedẽ accepit, vt earũ coniuges cõiectos in carcerẽ innocẽtes dãnatos ad triremes, à carcere eriperet: ſi iã exequutus eſt pactũ eos à carcere eripiens illud ſtipẽdij, id eſt 6. aureos poſſit ſibi retinere. Reſpondetur poſſet quidẽ, quia ipſi AEgyptiani, etiã ſi iuſte eſſent dãnati ad triremes, poterãt à carcere fugã arripere, etiã ſi fuiſſent nocẽtes ſecundũ Cordubã ibi cõtra alios. Sed quia præſumitur, ꝙ quidquid AEgyptiæ habẽt eſt furtiuum: ideò ſecurius eſt tali recipienti, vt medietatem illorum. 6. aureorum ſic receptorũ eroget pauperibus. ¶Sed maius dubiũ premit. Quid ſi fidelis captus fuit in bello iuſto ex parte infideliũ: quale eſſet ſecũdum Nauarrũ, ſi Chriſtiani tẽpore induciarũ, aut pace cũ illis cõſtituta, infideles adorirẽtur. Sed facilis eſt ſolutio, quod tũc eſt ſatis reſtituere honeſtã redemptionis mercedẽ, argu. c. noli. 23. q. 1. quãuis nõ perſonã propter aĩæ periculũ. ¶Si autẽ aliquis fidelis captiuus ad circunciſionẽ, vel idololatriã cõpelleretur, etiã quocunq; iure detentus, ipſofacto liberatur etiam à reſtitutione cap. nulla. 54. diſtin. Ita Sylueſter verbo. furtum, quæſt. 6.

*Quæſtio.* *De eripiẽ. AEgyp. à carc.* *Reſpon.* *Not. in dub.* *Quæſtio.* *De Chriſtia. capt. bell. iuſ.* *23. q. 1.*

¶Item

*Quæſtio. Qui ſit qui donar. non poſſ.* ¶Item etiam reſtitutioni fiunt obnoxij A
donatarij, qui à non potentibus donare ali-
quid doni recepere.
¶Sed hæc quæſtio pro ſui intelligentia,
explicatione indiget, ſcilicet, qui ſint impo
tentes ad donandum. Reſpondetur, quòd ta
les ſunt abbates, & religioſi, moniales capit.
non dicatis. 12. quæſtione. 1. ſerui, & alij,
qui carent proprio peculio, filij etiam, qui
ſunt in poteſtate patris. l. filiusfamilias. §.
de dona.
¶Neque etiam vxor donare poteſt, ſine
conſenſu mariti tacito, vel expreſſo, niſi quã
do ipſe ad id tenetur iuxta gloſſam ca. quod
Deo pari. 33. quæſt. 5.
¶Neque furioſus, qui non habet certa in-
terualla: in quibus ad mentem redire ſolet, l.
Iulianus. ff. de minoribus.
¶Neque pupillus abſque tutoris ſui au-
toritate. l. pupillus. ff. de acquir. rerum do-
minio.
¶Neque prodigus, qui habet curatorem,
aut ei id eſt interdictum l. is cui. de verbor.
obligat. cum not. per Bart. & alios.
¶Neq; minor vigintiquinque annis, quã-
uis eius donatio valebit, ſi poſt illos, eam ra-
tam habuerit. l. finali C. ſi maior factus.
¶Neque perſonæ eccleſiaſticæ de reddi-
tibus eccleſiaſticis, niſi ad pia vel modis ſu-
pra tactis.
*Donatarius bona ipſofacto cõſiſcat. licitè retin. ante ſent.* ¶Neque hæretici, vel proditores, crimi-
nis læſæ maieſtatis patratores, nec alij ſimi-
les, quos lex ob ſua delicta, ſuis bonis ipſo
facto priuat: de quibus ſupra cap. vergentis
de hæreticis. cap. cum ſecundum eodem tit.
lib. 6. l. quiſquis. C. ad. l. Iuliam maieſtatis.
*Nauar. Ange. Syluest.* Quanquam hic aſſerat Nauarrus ſumma la-
tina. cap. 17. num. 106. quod donatarij, qui
hæc donata à prædictis criminoſis recepere,
vſque ad ſententiam declaratoriam ea retine
re poſſunt. Ita Angelus, verbo, donatio. 1. §.
4. Syluester eodem, quæſt. 1. §. 8. Sed hæc di
cta ſunt ſuccinctè.

## CAP. CLIIII.

*An religioſus poſsit habere peculium, ex quo poſsit donare, ita, vt donatarius immunis fiat à reſtitutione.*

AT quoniam non ſat eſt copio-
ſam venationem excitaſſe, niſi
eam perſequamur, libet iterũ
ſingula enucleare. Et primò,
quia rem gratam me religioſis
præſtiturum credo, ſi materiã ad ſuum ſtatũ
attinentem primò aperiam, ab eis exordiũ
A ſumere placet, an religioſus, vel religioſa, *An religioſo liceat haber. pecul.*
poſsit habere peculiũ alicuius rei, vel vſum
illius, vel ad erogandum pauperibus vel ege
nis, vel in pios vſus expendẽdum. Et ne per
ignota, ad minus nota procedamus, libet,
primò ſignificationem quid nominis pecu-
lij interpretari.
¶Peculiũ, inquam, eſt aliquam rem in par *Quid peculium.*
ticulari deputatam habere, & ſequeſtratam
ab alijs ad vtendũ ea, vel iure dominij & pro
prietatis, poſsidendo, & defendendo eam, vt
ſuam, vel iure ſolius adminiſtrationis, ad eã
adminiſtrandã, vel diſtribuendã ſecundũ cõ
ditiones, & leges ad hoc præſtitutas, non ta-
B men ad eam alienandum, neq; diſtrahendum
de ea vltra conceſſa, vel iure ſolius vſusfru- *Quid vſusfructus.*
ctus, qui eſt facultas vtendi re, & fructibus
eius in vtilitatem propriã, cõmodumq; etiã
aliorum, ſalua tamen ſubſtantia rei fructua-
riæ, vnde carpitur fructus, vel iure ſolius
vſus, qui eſt facultas vtendi re ad ſolius pro-
prios vſus, ſine alia facultate alienandi, neq; *Quid vſus.*
adminiſtrandi, neque etiam poſsidendi.
¶Triplexque inueniri poteſt inter reli- *De trip. pec.*
gioſos genus peculij.
¶Aliud eſt peculium reuocabile per prę- 1
latum, quando ad determinatos vſus eſt con
ceſſum, ſcilicet, ad libros emendos, vel ve-
C ſtuarium. Cuius genus peculij, & adminiſtra
tio illius citra dubium, vt licitũ omnino vſu
eſt acceptatum inter religioſos.
¶Secundum genus peculij eſt, quando eſt 2
irreuocabile per ſuũ prælatũ, taliter ꝙ inter-
dicere religioſo nõ poſsit autoritatẽ donan-
di, vel adminiſtrãdi, & alienãdi. Et hoc genus
peculij neq; etiã papa, qui ſupremus eſt præ
latus religioſo indulgere poteſt, taliter, ꝙ
per papã non ſit reuocabile: quia hoc eſſet
concedere religioſo verum dominiũ, & pro
prietatẽ. Quod eſt cõtra ſuæ profeſsionis vo
tũ eſſentiale: vt patet cap. cũ ad monaſteriũ *De ſtatu mon.*
de ſtatu monachorũ: neq; de hoc controuer-
D titur. Vnde neq; vſumfructum, vel admini-
ſtrationem huiuſmodi irreuocabilem papa
religioſo concedere poteſt.
¶Tertium genus peculij eſt, quod licet 3
ſit reuocabile per ſuum prælatum vt primũ,
ſed non eſt deputatum per prelatum ad cer-
tos vſus: ſed indifferenter conceſſum ſubdi-
to ad vſus ſibi libitos, ſcilicet, quando ſub-
ditus de licentia ſui prælati, vel papæ pecu-
nias, vel redditus habet ad vſumfructũ capeſ
ſendũ & adminiſtrationẽ horum ſubeundã,
& ad alienandum pro libito hæc bona, ſi ſint
mobilia: dum prælatus in toto, vel in parte
hanc licentiam non reuocauerit.

¶De



*Pecul. 3. an liceat.* ¶De hoc autem tertio genere peculij con A
trouertitur inter doctores. Nam Gerſon. 1. *Gerſon.*
parte ſumma alphab. 23. g. & c. & Gerardus. *Gerard.*
& Pirrinus, alijque non pauci doctores hoc *Pirrinus.*
genus peculij damnabile eſſe cenſent, tali-
ter, quod neque per papam ſit conceſsibile.
Quia hinc latus aperitur occaſionum cam-
pus ad abuſus graues contra ſuam profeſsio-
*De regul.* nem; & quia in cap. Ioannes frater, de regula
ribus hoc genus peculij religioſis interdici
videtur. Vbi ſic habetur: Mandamus ne li-
ceat quẽ monachum peculiare quippiam ha
*De ſtat. mona.* bere. Et in capit. monachi. de ſtatu monacho
rum, habetur: Monachi neque peculiũ per-
mittantur habere. Et infra: Monachus autẽ, B
qui peculium habuerit, niſi ab abbate fuerit
ei pro iniuncta adminiſtratione permiſſum,
à communione remoueatur. Et qui in extre
mis cum peculijs inuentus fuerit & digne
non pœnituerit, neque oblatio pro eo fiat,
neque inter fratres accipiat ſepulturam. Et
in cap. ſuper quodam. & in cap. cum ad mo-
*De ſtat. mona.* naſterium. de ſtatu monachorum iubentur
iſti cum ipſa proprietate in ſterquilinio ſe-
peliri extra monaſterium; & ſi talis ſepultus
ſit in ſacris exhumetur, ſi ſine ſcandalo fieri
poteſt. At nunc Cõcilium Tridentinum vi-
detur hanc confirmare opinionem, cuius te-
norem ſtatim referemus. Quæ quidem opi- C
*Cordub.* nio dura eſſe videtur, vt ait Corduba in tra-
ctatu de caſibus conſcientiæ, quæſtione. 54.
Quia tum contra practicam antiquam com-
munem, & præſentem omnium religionum
pro more habentium contrarium eſſe vide-
tur. Tum, quia ante Concilium Tridenti-
num oppoſita opinio nullo textu ſupradi-
ctorum improbatur. Quia pro eodem pro-
prietatem, & peculium dicta iura vſurpa-
bant. Ideo ſolum peculij ſecundum genus,
ſcilicet, irreuocabile explodere contende-
bant: quia dominij & proprietatis vim conti
nere videtur. Ideo tale peculium habens pœ
nis iuris plectebatur, vtpote proprietarius. D
*Gerſon.* ¶Ideò licet opinio Gerſonis locum habeat
in fratribus Minoribus obſeruantiæ, quo-
rum ſtrictior eſt regula: ſed non in aliarum
*Ratio pro affirmatiua.* religionum profeſsis. Item ante Concilium
Tridentinum opinio ſecunda vera erat affir
matiua, ſcilicet, quod hoc genus tertium pe-
culij concedi poterat per papam & præla-
tos religioſis. Ergo cum hanc opinionẽ pra-
ctica communis religionum confirmarit ha
ctenus, abſque euidenti ratione non videtur
reprobanda.
*Syluest.* ¶Huius opinionis fautores ſunt. Syluest.
tit. abbas. quæſt. 3. §. 7. & religio. 6. quæſt. 7.
A & relig. 8. quæſt. 5. teſtamentum. 20. q. 1.
quæſt. 2. & quæſtione. 7. & Nauarrus in tra- *Nauarr.*
ctatu de redditibus eccleſiaſticis. quæſtio-
ne. 1. folio. 6. folio. 23. & 24. numero. 82. &
84. & folio. 86. numero. 88. & quæſtione. 2.
folio. 37. numero. 15. 16. & 17. & quæſtio-
ne. 3. fol. 52. & 53. Vbi ait primò, papam ad *Dictũ. 1.*
miniſtrationem iſtius tertij peculij poſſe re-
ligioſo concedere: quia cum ſit reuocabile,
non cenſetur dominium aut proprietatem
illius concedere. Quia etiam inter moniales *Vſus inter monial.*
inoleuit vſus, quòd depoſitaria monialis ſit
conſtituta: quæ peculia monialium conſla-
ta, vel ex manuum ſuarum artificio, vel ex
B aliter ſibi ſupererogatis eleemoſynis, cuſto-
diat, vt de licentia generali, vel ſpeciali ab-
batiſſæ, vel prioriſſæ diſtribuat vnicuique
petenti, de ſuo peculio ibi repoſito pro ſuis
neceſſarijs, & quotidianis vſibus. Neque hoc
voto paupertatis obſtare iudicatur. Itaque
neque tali voto derogare videtur, ſi religio-
nis prælatus, vel prælata alicui ſubdito, vel
ſubditæ huiuſmodi peculij tertij adminiſtra
tionem committeret: quia hæc licentia non
inducit dominium, aut proprietatem.
¶Secundò iuxta hanc ſecundam opinio- 2
nem ſuſtineri poſſet, niſi Concilium Triden *An ante profeſſ.*
tinum obſtaret, quòd poſſet religioſus ante *poſsit. legare ſibi*
C profeſsionem condens teſtamẽtum, aliquid *redditus religioſ.*
redditus, vel cenſus annualis ſibi legare, iam
profeſſo, ad ſuos vſus poſt profeſsionem, ne
ceſſarios, cum adminiſtratione, & vſufructu
illorum. Dummodo horum redituum pro
prietas, vel dominium penes monaſterium,
vel aliam perſonam, vel communitatem re-
maneret. Poſſetque ex licentia prælati, &
non aliter talem, adminiſtrationem obtine-
re: & ſolùm pro eo tempore, quo conſenſus
prælati durauerit: etiam ſi in teſtamento cõ-
ditionem indixerit, quòd talibus redditibus,
per monaſterium nequeat abdicari: atque
cum pacto, quòd eò ipſo quòd per monaſte
D rij prælatum tali adminiſtratione, & vſufru
ctu nudetur, monaſterium dominium ſibi re
lictum amittat: & religioſus tunc etiã vſum-
fructum & adminiſtrationem illius.
¶Atque ſecundum doctores huius ſecun- *De donato religioſ. ſub hac cõdit.*
dæ opinionis in hoc caſu monaſterium non
carebit dominio prædicti cenſus, niſi in te-
ſtamento, vel pacto donationis expreſſè
adiectum fuerit à donatore, vel legante talẽ
religioſum ad id duntaxat temporis, & non
vltra re donata poſſe potiri: vſquequo con-
ſenſus ſui prælati durauerit, neq; reuocaue-
rit licentiam retinendi. Nam tunc reuocata
licentia, monaſterij eſſe deſinet, redibitque
cenſus

cenſus ad dominum, cui de iure videbitur
attinere, vel diœceſanus iuxta formam iuris
de eo diſponet.
3 ¶Tertiò iuxta iſtam ſecundam opinio-
*An relig. execut. eſſe poßint.* nem, exceptis religioſis Minoribus, quibus
per ſuam regulam, id eſt vetitum, reliquis
aliarum religionum profeſsis ex licentia ſuo
rum prælatorum permittitur executorum
teſtamenti munus ſubire, ſiue ſui teſtamenti
conditi ante profeſsionem, ſeu aliorum ad-
miniſtrator fiat religioſus. Huiuſmodi enim
adminiſtratio proprietatem non inducit.
4 ¶Quartò adijcit Nauarrus fol. 52. & fol.
*Nauar.* 53. ſupradicta omnia exponẽdo, quod cum
*De. 4. gener. beneficiati religioſ.* ſint (quatenus ad hoc attinet) quatuor gene-
ra religioſorum: aliqui religioſi ſunt benefi-
ciati in ſuis domibus extra monaſterium de
gentes, cum debita & ſufficienti licẽtia, qui-
1 bus quaſi via ordinaria per priuilegia tamẽ,
illis facultatem facit papa redditus ſuos ad-
miniſtrandi, & diſpendendi illos ſiue in mor
te, ſiue in vita in opera pia. Aliquique etiam
militares ordines ſunt iam licentiam genera
lem obtinentes, ad teſtandum, & legandum
de fructibus ſuæ commendæ dummodo ma
giſtro ordinis quotam deſignatam ſoluant
in vita.
2 ¶Alij verò ſunt religioſi non beneficiati
non in monaſterijs, ſed extra monaſteria ma
nentes, cum licentia papæ, vel alia ſufficien-
te, qui victum ſibi quærunt de ſua induſtria,
& labore partis bonis, vel eleemoſynis ſibi
impenſis: qui neque cõuentibus ſuis aliquid
erogant, neque ab eis aliquid accipiunt. Qui
bus ſolet papa ſimilia impertire priuilegia
ſicut & primis. Quia licet omnia quæ iſti
poſsident ſunt monaſterij, quoad proprieta
tẽ: cæterum non de bonis monaſterij iſta lu-
crati ſunt: ſed alijs ea ſibi compararunt vijs.
3 ¶Alij verò ſunt religioſi tertio loco com-
putati, qui neque beneficiati ſunt, neque in
perfecta communitate viuunt, ſed intra ſe-
pta monaſterij, in ſuis cubiculis vitã agunt;
qui ex licentia prælati poſsident quotam
pro veſtuario, & quotam vini, & panis, &
pecuniæ pro victu neceſſario: quatenus ſibi
deficientia, ſibi ſua diligentia quærat, & ſibi
*Syluest.* redundantia, ſibi ad ſuos vſus reſeruent. Ita
Syluester loco allegato cum alijs doctori-
bus. Quibus papa quoque fere ſimilia priui-
legia ſolitus eſt largiri: ſicut & primis. Quia
per hoc papa nihil aliud agit, quã eam admi-
niſtrationem bonorum, quam ex tacita,
vel expreſſa licentia ſuorum prælatorum
obtinent in vita, prorogare etiam ad tempus
mortis.

A ¶Alij verò quarti generis ſunt religioſi, 4
qui ſimpliciter, ſtricteque ſunt religioſi:
quippe qui in ſuis conuentibus commoran-
tes, perfectæ communitatis ſunt obſeruan-
tiſsimi: nihil peculiare, aut ſeparatum haben
tes. Idemque de monialibus hac normâ vi-
uentibus, quibus papa non eſt ſolitus impẽ-
dere priuilegium teſtandi. Non quia papa
id priuilegium indulgendo, conſtituat eos
proprietarios: ſed quia caruerunt bonis pro-
prijs, vel bonis adminiſtrationis in vita, de
quibus teſtari poſſent in morte. Si aliquis re *Nota pro religioſis ſua induſt. bona comparãtibus.*
ligioſus, vel religioſa magnum cumulum bo
norum attuliſſet ad monaſterium: vel poſt
B profeſsionem via ſucceſsionis, vel donatio-
nis, vel inſignis induſtriæ propriæ, bonis ſic
ſibi obuenientibus, copioſe ſubſtantiam mo
naſterij auxiſſet: in remunerationem tanto-
rum meritorum poſſet tunc eius ſuperior,
& multò potius papa hanc ei facere gratiã,
vt tam in vita quam in morte aliquale habe-
re poſſet peculium ad inſumendum in ope-
ra pia. Ita Nauarr. vbi ſupra.
¶Tendem Corduba tradit, quòd licet præ *Nauarr. Cordub. Licentia exec. anre uoc. per prælat.*
latus cum ſuo religioſo ſubdito præſtiterit
facultatem ſuſcipiendi munus executoris te
ſtamentarij male faciat, ſi reuocauerit talem
facultatem, quia voluntas teſtatoris mane-
C ret defraudata: tamẽ reuocatio tenet. Quòd
ſi papa hanc facultatem religioſo contuliſ-
ſet, iam quantum ad hoc non maneret ſub
obedientia inferioris prælati: quare per illũ
non poſſet reuocari. Quia papa poteſt reli- *Papa religioſ. ſibi ſoli licitè ſubijcer. poteſt.*
gioſo commutare prælatum, vel ſuperiorẽ,
cui teneatur obedire, & ſe ipſum immediatũ
prælatum ei præſtituere, eum ab obedientia
inferiorum eximendo. Ideo nonnihil diſcri-
minis agnoſcitur inter religioſos & clericos
beneficiatos, circa adminiſtrationem, quia
beneficiati adminiſtratores ſunt perpetui,
qui ſine culpa, vel cauſa ſufficienti per ordi-
narium, vel papam, à functione adminiſtra-
D tionis nequeunt remoueri: bene tamen reli-
gioſi pro libito.

## CAP. CLV.

*Quid nunc per Concilium Tridentinum circa votum paupertatis religioſorum ſtabilitum ſit, & declaratio cuiuſdam caſus circa moniales.*

QVoniam omnia, circa hanc quęſtionem
hactenus aſſerta à doctoribus, de iu-
re erant



re erant antiquo, nunc vero quid tenendum
ſit, iuxta ſanctionem modernam Concilij
Tridentini ſupereſt, aperiamus. Quia Con-
*Diffinitio Conc. Tri. circ. pauper. religioſ.* cil. Trident. Seſsio. 25. cap. 2. ſic decernit.
¶Nemini regularium, tàm virorum, quã
mulierum liceat bona mobilia, vel immobi-
lia cuiuſcunque qualitatis fuerint, etiã quo-
uis modo acquiſita tanquàm propria, aut
etiam nomine conuentus poſsidere, vel te-
nere: ſed ſtatim ea ſuperiori tradant conuen-
tuique incorporentur: Neque deinceps li-
ceat ſuperioribus bona ſtabilia alicui regu-
lari concedere, etiam ad vſumfructum, vel
vſum vel adminiſtrationem, vel commen-
dam. Adminiſtratio autem bonorum mona-
ſteriorum, vel conuentuum ad ſolos officia-
les eorundem ad nutum ſuperiorum amoui-
biles pertineat. Hæc ibi. Et hoc idem quan-
uis non tam expreſſe continebatur cap. mo-
*Quæ nam ſint bona ſtabilia.* nachi. de ſtatu monachorum. Per bona ſtabi
lia intelligit hic concilium immobilia, vel
certa ſituata ad longum tempus. ¶Decre-
tumque hoc Concil. Trident. omnes religio
ſos quoſcunque intra ſua monaſteria degen
tes in communi, contendit reformare om-
neſque abuſus circa paupertatẽ promiſſam
*Reformat Conc. Tri. paupert. religioſ.* extirpare. Sicque inhibere videtur prælatis,
vt religioſis ſubditis aliquod peculium bo-
norum ſtabilium, vel immobilium cuiuſmo
di ſunt redditus, vel cenſus poſsint concede
re, neque quantum ad proprietatem, neque
vſumfructum, adminiſtrationemve, cõmen-
dam, vel vſum, ſicut id expreſſe inducit: vt
neque ex eorum licentia talia poſsint ſubdi-
ti obtinere: vndecunque talia bona, vel ex
monaſterio, vel aliunde obuenerint.
*Satis fit obiectioni.* ¶Neque valet obiectio, quòd ſicut ſecun
dum gloſſam cap. periculoſo de ſtatu regu-
la. libro ſexto, moniales non promittentes
clauſuram, neque hanc acceptantes decreta-
lem, ad eam ſeruandam non tenentur, ita etiã
non teneãtur religioſi ad hoc genus tertium
peculij à ſe excludendum, ſi decretum Con
cilij Tridentini, quantum ad hoc non habue-
runt acceptum, ſicut tradit Sylueſter, titulo,
lex. quæſtione ſexta, in fine. Non inquam
valet hæc obiectio, quia exigebatur, papam
talis conſuetudinis non eſſe ignarum eam-
que diſsimulaſſe: ſicut conſcius conſuetudi-
nis non ſeruandi clauſuram diſsimulare dici
tur. Sed in iſta obſeruantia peculij reproba-
ti per Concil. Trident. non diſsimulat.
*Aſſertũ.* ¶Igitur reſolutorie hæc aſſerta hic viden
1 tur eſſe tenenda. Primò, quòd tam religio-
ſus, quam religioſa de facultate ſui ſuperio-
ris executor teſtamentorum poteſt fieri.

A Neque in hac adminiſtratione teſtamento-
rum aduerſatur Concil. Trident.
¶Secundò; Conſuetudo recepta inter mo 2
niales deponendi apud depoſitariam conſti *Vſus monial. non interdict⁹ per Conci. Trident.*
tutam per abbatiſſam, peculia laborum, &
eleemoſynarum, peculiarium monialium,
vt eis tribuantur ad expendendum pro ſuis
neceſsitatibus contingentibus, adhuc poteſt
in obſeruantia teneri, quia non repugnat de-
creto Concilij Trident.
¶Tertiò, addimus, quòd tertium genus 3
peculij ſupra memoratum ad vſus indeter- *Bona ſtabil. ſine lic. Papæ relig. non obtinet.*
minatos, licet ſit reuocabile per prælatum,
eiuſque proprietate, & dominio ſubditus ca
B reat, ſi tale peculium continet bona ſtabilia,
vel immobilia cuiuſmodi ſunt cẽſus, & red-
ditus, etiam ſi accedat licentia prælati, prohi
bitum eſt per Concilium Tridentinum reli-
gioſis penes ſe habere. Quare citra Apoſto-
licam licentiam illud licite non obtinebunt:
ſed bene cum illa. Circa hanc materiam con
ſule Sylueſtrum, verbo, Donatio. 1. quęſt. 1. *Sylueſt.*
& alienatio per totum.
¶Sed quatenus materia hæc magis clare- *Quæſtio. An moniali liceat relictũ ſibi donare.*
ſcat, primò in dubium reuocamus, an monia
lis de licentia abbatiſſæ vel prælati ſui ſupe-
rioris, centum aureos condonatos ſibi à ge-
neroſa domina ſibi amica pro ſe, & pro pla-
C centibus ſibi vſibus, poſsit erogare cognato,
alterive perſonæ hac lege, vt inde emat cen-
ſum, vel aliter pro libito, quo inde ſibi pro-
ſpiciat: dum modo pro illis centum aureis,
quotannis rependat ſibi ſeptem aureos, quæ
penſio eſt cenſualis annua illorum centum
aureorum, dum ipſa monialis ſuperuixerit,
poſt cuius obitum donatario remaneant, vel
pro dicendis miſsis perpetuis, vel pro libito
expendendo eos. Vel, vtrum monialis poſ-
ſit illos centum aureos impartiri diuerſis.
¶Igitur reſponſuri ad quæſtionem, ſic pro-
cedendum eſſe ducimus.
¶Primò, quòd in alijs religionibus, exce- *Dictũ. 1. Quid prælatus poſſit conceder. religioſo de bon. conuẽtus.*
D pta religione Minorum prælatus conuẽtus,
vel abbatiſſa præſtare poteſt licentiam, ad
diſtribuenda modica de facultatibus conuen
tus, extra ordinem vſque ad decem aureo-
rum quotam, dummodo fiat pro cauſa pia,
vel rationabili. Sed vltra hanc quotam ex-
pendendi de bonis monaſterij, copiam ſub- *Prouinciales quaſi iuriſdict. epiſ. fung.*
dito facere non poteſt, quia ſpectat ad præ-
latum fungentem quaſi epiſcopali iuriſ-
dictione, cuiuſmodi ſunt generales, vel
prouinciales. ¶Cauſa autem pia cenſetur *Cauſa pia hic quænam.*
pro pauperibus, vel indigentibus, vel
pro nuptijs fœminarum, vel cognatarum,
vel pro gratificatione, vel remuneratione
obſe-

obſequiorum receptorum, vel beneficiorũ, vel pro miſsis dicendis, vel cultu diuino, vel ſimilibus donatio.

¶Secundò adijcimus, quòd poſt quã prædicti centum aurei iam de licentia ſuperioris fuerint recepti: ſi translatum fuerit eorũ dominium, & proprietas in monaſterium, neque ſolus prouincialis, aut generalis ſine conſenſu conuentus, neque conuentus ſolus ſine conſenſu generalis, vel prouincialis conferre facultatem poteſt prædictæ moniali tradendi eos alicui, vt inde comparet cenſum extra religionem, quatenus quotannis ſoluat moniali prædictæ ſex vel ſeptem aureos, dum monialis ſuperſtes fuerit: poſt cuius obitum ſibi vendicet eos ſecularis in perpetuum. Taliſque ſecularis, niſi ex conſenſu vtriuſque tam prouincialis, quam conuentus eos recepiſſet, eos rurſus monaſterio reſtituere tenetur. Patet, quia iam iſti aurei ſic recepti, & ex eis comparati redditus reputantur, vt bona immobilia, vt patet Clemen. Exiui. de verborum ſignificatione. Neque talis alienatio, vel largitio fuit in commodum conuentus, ſed in fraudem, & diſpendium conuentus talis donatio centum aureorum eſt facta laico, vt poſt vitam monialis ſibi applicentur, cum poſſent pro conuentu manere. Neque ſolus prælatus talem potuit præbuiſſe licentiam, quia ſolum in commodum conuentus, & non in eius iacturam, administratoris fungitur munere, ſecundum Ioannem. I[illegible]. in Clemen. monaſteriorum. de rebus eccleſi. alie. Ita doctores, vt breuiter docet Syluest. titu. alienatio. quæſt. 4. & 6. & 8. & 9. & 12. vſque ad. 16.

*Centũ in corp. conuent. ſolus prouinc. alienar. nõ poteſt.*

*Ratio.*

*De verb. ſignifi.*

*Syluest.*

*Tertio. Non in corpor. bona prælatus ex cau. concedit.*

¶Tertio aſſerimus, quòd ſi illi centum aurei non ſunt ſic recepti: quatenus eorum dominium & proprietas transierit in monaſterium: ſed tantum moniali illos recipiendi facultas conceſſa eſt ad ſuos ſibi placẽtes vſus, etiam cum impenſa ſibi licentia donandi eos vni, vel pluribus extra ordinem, etiam cum grauamine prædicti cenſus: tunc ſaluo meliori iudicio ait Corduba loco ſupra citato, ſola abbatiſſa potuit talem contuliſſe licentiam: qua ſola, huiuſmodi monialis poteſt ſic illos centum aureos donare. Quia ij centum aurei non computantur inter bona monaſterij, de quibus iura & doctores loquuntur communiter. Neque hoc eſt aliqua lege vel iure vetitum, ne de licentia ſuperioris poſsit fieri.

*Corduba.*

*Quarto. Prouincialis ſolu do*

¶ Quarto tandem concludimus, quòd, eſto tales decem aurei ſic recepti eſſent, vt dominium eorum iam tranſlatum eſſet in conuentum, ſolus generalis, aut prouincialis poſſet præſtare conſenſum moniali ſine conſenſu conuentus, vt ſeculari eos poſſet tradere, vt vitalem ſibi tribuat cenſum; & poſt monialis ex hac vita exitum, in remuneratione obſequiorum, & officiorum, quibus in vita proſequutus eſt monialem, ſibi fiant proprij. Quia ratio naturalis citra ſcrupulum hoc videtur indicere, ſubſcribit Syluest. verbo, alienatio. quæſt. 19. & Nauar. ſupra. q. 54. fol. 143.

*nation. munera. ex bon. corpor. te cõceda*

*Syluest.*

¶Sed de eo, quod libere datum, vel donatum eſt moniali tempore profeſsionis, vel ceu pars hæreditatis, aut legitimæ propriæ dicitur, ꝙ non ei tunc ad ſic diſtrahenda hæc bona extra ordinem, licentia præſtari poſſet, ſicut in duobus primo aſſertis probatum manet. Hæc Corduba. At forſitan aliquis nõ quieſcet: quia hæc vltimo dicta decreto Concilij refragari videntur, vbi redditus, vel cenſus, quos vocat Concilium Tridentinum, bona ſtabilia, religioſos etiam ex licentia ſuperiorum habere prohibet. Sed in promptu eſt ſolutio: Quia prohibet concilium ea bona immobilia religioſos tenere, quæ poſsint conuentui incorporari: nam decernit ſtatim conuentui eſſe incorporanda. At quando illos redditus, vel cenſus ille laicus ſuo nomine emit cum onere pendendi quotannis moniali. 7. aureos, non poſſunt conuentui incorporari; quia illa iura ſunt aliena, id eſt, ſecularis illa ementis. Ideo non obſtat prædicta obiectio. Sed ne, quid deſit in hac materia, quod merito deſiderari poſsit: & ne turgeſcat pagina hic finem imponamus. Cætera infra expedituri.

*Cordub. Satis ſit obiectioni ex Concil. Triden.*

## CAP. CLVI.

*De caſibus, in quibus religioſum circa votum paupertatis contingit peccare, vel non.*

*Quãdo ſit contra paupertatem.*

IGitur pro complemento doctrinæ adiecerim caſus hic, in quibus religioſum donando, vel diſpenſando, contra votũ paupertatis; contingit peccare. ¶Dico ergo primo, ex mente Victoriæ, quòd quando quis contra voluntatem rationabilem prælati diſtrahit diſpenſatque rem, etiã quam habet ad vſum: ex obiecto talis diſtractio, ſeu diſpenſatio eſt peccatum mortale, & in re graui nunquam caret culpa mortali. Verbi gratia, innoteſcit ſubdito de prælato non volente, ſe expendere pecunias cũ ſecularibus, aut in vſus non tam honeſtos,

*Victoria.*



ſcilicet, in ludos, & luxus, palã eſt eſſe mortale: quod aſſertum verum habet ſecundum Victoriam, quando apertè contradicit prælatus, & etiam caſu, quo ſubditus prælatum id ægrelaturum nouerit. ¶Idem ferendũ eſt iudicium, quando intra monaſterium in his caſibus religioſus vnus diſpenſat rem alteri religioſo: quando res eſt alicuius momenti, ita vt rationabiliter prælatus ſit ægrelaturus: & præſertim ſi talis res traditur diſpenſanda foris.

*De re diſpen. intra vel extr.*

*Quæſtio. An volũtas inter prælat. bic ſat ſit.*

¶Proficua nec minus ſcitu neceſſaria hic occurrit quæſtio, an ſufficiat ad diſpenſandum rem in mediocri quantitate, voluntas interpretatiua prelati. Et quia ſine præmiſſa diſtinctione hæc quæſtio ſatis exactè illucidari non poteſt: ſcito prius voluntatem interpretatiuam prælati poſſe dupliciter accipi. Primo modo, quando ſubditus pro comperto habet, ſi poſtulet illam licentiã à prælato, ſibi non fore negandam: ſed ſimul cum hoc eum non latet, prælatum id ſine ſua licentia fieri nolle.

*Diſtinct.*

*Propoſi. 1.*

*Exempl.*

¶Igitur iuxta hoc primum membrum diſtinctionis, ſit prima propoſitio: Hæc licentia interpretatiua non ſufficit ad diſpenſandum in mediocri quantitate. Clareſcitq́; hoc exemplo: Si quis certò nouit ſe impetraturum licentiam ad egrediendum foras, ſi tamen eam à prælato poſtulet, non tamẽ ideo ſtatim ſine licentia progredi foras extra conuentum poteſt. Sic etiam in rerum diſpenſatione patet, quia in hoc caſu facit contra votum paupertatis, & in re graui, & contra voluntatem prælati: quis ergo eum excuſabit à culpa graui?

¶Sed alia eſt licentia interpretatiua prælati, quando per ſigna probabilia proculdubio intelligo ex ſententia, voluntateq́; prælati eſſe, quòd ego expendam aliquid, & ꝙ de hoc eſt gauiſurus. Iuxta hoc ſecundum membrum diſtinctionis ſtatuuntur, & aliæ propoſitiones.

*Propoſi. 2.*

¶Sit ſecunda concluſio: Quando dubius eſt ſubditus de voluntate prælati, nõ poteſt aliquid diſpenſare. Hæc cõcluſio patet: quia non poteſt licitè aliquid diſpenſare, niſi ex licentia expreſſa, vel interpretatiua prælati. At hic, dum eſt anceps de voluntate prælati, neutra licentia eum iuuat. Ergo tunc aliquid diſpenſando à peccato non liberatur.

*Quæſtio. Quæ quãtitas eſt diſpẽ. ex ratihabit.*

¶At quæritur, quænam erit quãtitas, quã poterit religioſus expendere ex iſta ſola licentia interpretatiua, ſeu ſub ratihabitione prælati. Pro hoc ſit tertia concluſio: Dare librum alteri religioſo valentem quinque ar-

*Conclu. 3.*

genteos, non eſt cenſendum eſſe peccatum mortale: quia hic videtur concurrere licentia interpretatiua prælati; qui non cenſendus eſt velle eſſe nimius in rebus modicis.

*Conclu. 4. De cõmuta. libr.*

¶Quarta concluſio: Ceſſante contemptu ſecundum meum magiſtrum valde doctum in moralibus, commutare libros cum alijs libris etiam cum ſecularibus, dum nihil iacturæ patiatur conuentus, non eſt mortale: quia hic ratihabitio, ſeu interpretatiua licentia prælati poteſt præſumi. Tum, quia idum damnum conuentus non cedit. Tum, quia talis commutatio non eſt propriè diſtractio, neque expenſio.

*Quæſtio.*

¶Sed quid ſi religioſi aliquid ad expendendum accipiant de bonis conuentus?

¶Hic non loquimur de prælatis, aut procuratoribus. Quia prælatus ex conſuetudine aliquid poteſt expendere in eleemoſynam, iuxta prudentiam adminiſtratorum: & procuratores poſſunt iuxta præſtitam ſibi licentiam moderatam ratione. Sed de alijs priuatis religioſis loquendo, ¶Sit quinta concluſio: Si monachi pecunias accipiant à conuentu, in minima quantitate: vt ſi accipiant argenteum, vel dimidiũ, excuſabuntur à mortali: quia hæc non eſt quantitas niſi modica, & quæ non cedit in detrimentum, vel diſsipationem conuentus.

*Conclu. 5.*

*Quæſtio. Dum religioſ. peregrin. quid poſſ. expẽ. Conclu. 6.*

¶At quæritur, dum religioſus peregrinatur à conuentu ex ſibi in eleemoſynam, vel aliter pecunijs donatis in via, an poſsit aliquid expendere. Pro hoc ſit ſexta cõcluſio: Religioſus iter faciens extra conuentum ex ſibi collatis in eleemoſynam, vel aliter acceptis in via, poteſt aliquid expendere cum conſanguineis etiam diuitibus. Vt, verbi gratia, impartire illis decem aureos, aut donare illis rem huic valori decem aureorum æquiualentem. Patet, quia neq; hæc donatio prodiga eſt, ſed rationabilis; quare in ratihabitione, vel in licentia prælati ſolet fundari, qui non præſumitur nimius eſſe velle.

*Quæſtio. Quid religio. poſſ. recipere.*

¶Sed iam de receptione, quid poſsit religioſus recipere, ſine licentia expreſſa prælati. Reſpondetur primo, dum eſt in conuentu, poteſt citra mortale, recipere à ſecularibus aliqua munera [illegible] bina vaſcula, vel [illegible] [illegible] 1

dicum, vel gallinarum, vel aliquid ſimile.

¶Item ſecundo dum peregrinatur [illegible] 2

ſolitus eſt habere ad recipiendum, quod ſibi oblatum fuerit, in eleemoſynam. Nam eleemoſyna in mendicantibus religioſis comes eſt viæ cum obligatione poſtea præſentandi prælatis, quod ſupereſt ad victum.

*Quæſtio. An pecunia poſ. haberi in cella.*

¶Dubium hic incidit nõ ſatis facile, vtrũ religioſus recipiens, vel habens pecunias ab alio, & tamen præ verecundia, aut timore, quia metuit, illam pecuniam prælatus ſtatim, vt reſcierit applicabit conuentui, licentiam non poſtulat à prælato: tamen propoſitum ſyncerum gerit non expendendi eam ſine licentia prælati, poſsit illam habere in cella? ¶Et quidem ſi præceptum latum ſit de non retinendo pecunias in cella, nemini dubium, quin tunc ratione præcepti, lethalis culpa ſit eas in cella retinere.

*Reſpon. Bandelus*

¶Sed extra præceptum quid? Reſpondetur in gloſſa Bandeli ſuper cõſtitutiones ordinis Prædicatorum, diſt. 11. cap. 14. ordinatione 5. cauetur ſic: pecuniam tenere non poſſunt fratres etiam in depoſito: niſi ad certos vſus de prælatorum licentia: neque eam habere poſſunt extra depoſitum commune ſine ſuorum prelatorum ſpeciali, & expreſſa licentia vltra duas noctes.

*Quæſtio.*

¶Sed ceſſante præcepto, an ex prædictis motiuis poſsit eam retinere religioſus in cella, res profecto anceps eſt & dubia. Fertur

*Victoria.*

Victoria tenuiſſe ex tali ratione talique animo retinere pecuniam in cella, etiam vltra duas noctes nõ eſſe culpam mortalem: idq; aſſeruiſſe non vt omnino certum: ſed vt probabile, ſcilicet, quando prælatus eſt malitioſus nimiumque minutus, expectatque bene placitum alterius, vel ſuccedentis prælati ad expendendum in vſus rationabiles: dum interim conuentus magnam indigentiam non patiatur.

*Satis fit obiectioni.*

¶Sed obijci poteſt, quod ibi ex capitulo Piſis celebrato eodem loco citat Bandelus: ſcilicet, quòd recipiens pecuniam aliquo caſu contingente ſine licentia prælati teneatur habita opportunitate ſuo prælato præſentare: quod ſi infra triduum facere neglexerit ex vi præſentis ordinationis ipſa pecunia ſit priuatus, & ad conuentum de quo fuerit, deuoluatur: nec talis pecunia poſsit ſibi reſtitui per priorem, vel quemcunque vicarium. At reſponderi poteſt in gratiam iſtius opinionis Victoriæ, quòd cum iſta fuerit ordinatio tantum vnius capituli generalis, vel videtur non fuiſſe vſu recepta, vel iam per contrarium vſum exoleuiſſe. Sicut neq; videtur eſſe in vſu, quod nõ niſi ad certos vſus, religioſi in depoſito pecuniam teneāt; quia interdum eam tenent nõ ad certos vſus: ſed pro vſibus contingentibus neceſſarijs ex beneplacito prælati expendendam.

*Quæſtio. An priores ſine licẽ. ſibi donat. licen. expend.*

¶At quid? an in ordine Prædicatorũ priores, & quicunque vicarij pecuniam ſibi datam, in communi depoſito tenere teneatur, & non niſi de licentia prioris prouincialis expendendam? Reſpondetur: tenentur plane. Nam in loco citato ex eodem capitulo Piſano habetur ſic: priores etiam, & quicunque vicarij, ad prædictam ordinationem ſeruandam de pecunijs ſibi datis ſimiliter obligentur. Quam ordinationem priores prouinciales circa priores, & vicarios diligenter faciant obſeruari. Et prædicta ordinatio habetur de verbo ad verbum in capite apud Mediolanum. Neq; hoc receſsit ab vſu, quia docti timorataque conſcientiæ priores non audent ſibi data expendere inconſulto prouinciali, præſertim in magna quantitate: recognoſcentes ſe voto paupertatis aſtrictos; neq; omnino in diſpenſatione ſpecialiter ſibi datorum liberos. Quanuis ſi ex ſibi datis decem aureos erogarent alicui inconſulto prouinciali, non eſſent, vt inſinuauit Corduba, ideo damnandi.

*Corduba.*

*Quæſtio. De relig. aliquid celante. Bandel. D. Aug.*

¶Sed quid, ſi tempore ſcrutinij religioſus aliquid retentum in cella celauerit ne à prælato ſcrutante apprehendatur? Reſpondetur, quod licet Bandelus & alij ratione voti paupertatis cenſuerint eſſe peccatũ mortale, etiam quamcunque rem minimam prælato occultare: nam id videtur Diuus Auguſtinus in ſua regula inclamare, quicunque rem ſibi collatam celauerit, furti iudicio condemnetur: nunquam tamen mihi potui perſuadere hanc ſententiam. Sed potius cũ ſententia quæ fertur fuiſſe Victoriæ teneo, quòd ſicut in præceptis diuinis, & naturalibus etiam ſtrictis, paruitas materiæ, vt in furto, à peccato mortali excuſat: ita etiam in voto ſolenni paupertatis, dum abſit contemptus & malus animus notabilem rem occultandi, ſi iudicio prudentum religioſorum, quid quam minimum, & fere nullius penſi religioſus occultauit, modicitas rei eum excuſabit à mortali. Neque pro rebus tam modicis, in gehennam detrudet Deus homines, quos tam care eſt mercatus.

*Victoria.*

*Victoria. De relig. abũd. vbi alij egent.*

¶Superaddit Victoria ſua lectura quam Anno 1535. fertur dictaſſe, quòd religioſus de licentia prælati vtens rebus, ita abundanter, vt alij egeant, peccat grauiter: quia fit alijs iniuria, cum bona communia ſint pro indigentibus communia ſint. Et tamen poteſt eſſe exceſſus, & luxus vſu ſuo culpa mortalis, tam in diſpenſato, quam in diſpenſante, ſi taliter vacet luxui, quod verificetur dictum Pauli, [illegible] quia tenetur prælatus fideliter & rationabiliter diſpenſare.





*Victoria.*

¶Atque ſecundum eundem Victoriam, ſi religioſus ex negligentia, vel obliuione non efflagitauit licentiam, poſtea ſi vbi non ſuppetit ei copia eam petendi, expendit aliquid non adeo notabile, non cẽſendus eſt fregiſſe votum, quando id fecit fretus in ratihabitione prælati. Neque ſi in hoc caſu in via aliquid inſumpſit pecuniæ non prodigè tamẽ, ſed moderatè.

*Moderatio prædictorum.*

¶Hæc autem omnia hactenus hoc grano ſalis ducimus temperanda, vt ſic dicta vera ſint: ſi non fuerint alia ſtrictiora mandata ſuperiorum, aut capituli prouincialis acta, ſine expreſſa licentia prælatorum prohibentia religioſis expendere aliquid. Nam tunc non poteſt ſe protegere religioſus licentia interpretatiua: ſed licentiam prelati expreſſam tenetur impetrare. Niſi forſitan in tam remoto loco eſſet, vbi tantùm vrgeret neceſsitas expendendi aliquid, nec ſuppeteret præſentia prælati pro ab eo petendi licentia. Nam tunc non obſtante tali expreſſa prohibitione, ſub ratihabitione, quia neceſsitas caret lege, poſſet pro imminenti ſibi neceſsitate, aliquid expendere.

*Nota.*

¶Nec puto cum religioſus accedit hoſpes ad alium conuentum, etiam eiuſdem prouinciæ & ordinis, cum licentia prælati illius cõuẽtus, ſibi placita poſſe inſumere. Nam expreſsè dicitur in noſtris conſtitutionibus cũ licentia ſui prælati, pecuniæ facienda eſt expenſio. At prælatus alterius conuentus non eſt propriè prælatus religioſi hoſpitis, & aduenæ. Sed de his ſatis.

## CAP. CLVII.

*An donatum ab alicuius vxore, ſit reſtituendum, & ſimiliter extortum per ſimulatam paupertatem, vel ſanctitatem.*

*Quæſtio. An vxor licitè paraphernа donet.*

Porrò de vxore reuocari in dubium poteſt: quæ præter dotẽ alia obtinet bona paraphernalia aliunde, vel ex legitima ſucceſsione habita, vel aliter donata ſibi, an ſine expreſſo, vel tacito conſenſu mariti poſsit ea donare. De qua quæſtione doctores præſertim extranei, neq; multum dubitant, neque Diuus Thomas: quia ſunt iūs ſequentes cõmune, quòd vxori hæc bona paraphernalia, præſertim quando pro ſuſtentatione familiæ non ſunt neceſſaria, ſine conſenſu mariti poſſe donare concedunt. At in Hiſpania, vbi vir ſiue ex vſu, ſiue ex lege, omnium bonorũ vxoris adminiſtrator eſt:

*In Hiſpa. vir bonor. vxo. eſt adminiſt.*

ſine conſenſu mariti, etiam de his paraphernalibus bonis nõ poterit vxor donationem facere. Nam etiam in caſibus, quibus mulieri pro alio fidem iubere conceditur, ſcilicet, pro manumiſsione pro dote, per renuntiationem Velleiani, pro accepto pretio, ſi dedit pignus & poſt biennium conſenſit (quos caſus verbo, fideiuſſor. §. ſecundo. refert Syluester) ſecundum Hugonem de Celſo in ſuo repertorio, non poteſt ſine licentia mariti ſide iubere. Nam & in Recopilatione nouarum legum libro 5. titul. 3. l. 2. mulier durante matrimonio, ſine licentia mariti prohibetur aliquem inire contractum, neque ab eo deſiſtere, ſi ante matrimonium talis contractus fuerat initus.

*Syluest. Hugo de Celſo. Recopila. nou.*

*Quæſtio. Eleemoſy. extor. per ſimul. an ſit reſtit. Metin. dictum.*

¶Num verò eleemoſyna per ſimulationẽ extorta, ſit reſtituenda, venit illucidandum. Nam quæſtionis reſolutio non eſt tam in procinctu. Quia Metina in ſua inſtructione confeſſorum, folio 189. pag. 2. inter alia quæ de hypocriſi loquitur damnat ad reſtitutionem eum, qui in oppoſitione cathedræ, vel dignitatis, vel canonicatus falſo ſe iactat, ſcilicet, libros ſe edidiſſe, prælo que cõmiſiſſe. Quam ego ſententiam limitarem, 1
dum aliàs cum nõ tam dignus eſſet, ſibi aliàs præbenda non parata erat dari, ſed alteri, niſi iſtis mendacibus medijs illam extorſiſſet: vt ibi licet non tam expreſsè innuit Metina.

*Limitatur Metina.*

¶Addit ſecundò, quòd qui ſe fingit bonũ ad aliquam adipiſcendã dignitatem, vel bona aliena obtinẽda, peccat mortaliter. Quod ego quoque dictum temperarem ſic eſſe, dũ aliàs ante nouam dignitatem non concipit animum probabiliter de cætero reſipiſcẽdi. Aliàs licet malus ſecretò fuerit ſi hoc propoſito fingat ſe bonum fine adipiſcendi dignitatem, præſertim ſine cura animarum: non credo talis ſimulatio pertinget ad crimen mortale. Nam & Sotus de iuſtitia & iure limitanter ait, quòd epiſcopatum acceptans cum animo perſeuerandi in peccato mortali, mortaliter peccat. Quando ergo talis ſimplicem dignitatem acceptat cum aliàs peritus ſit cum animo mutandi vitam, licet pro tunc prædicto fine ſe finxerit bonum: nullum arbitror, tam criticum fore cenſorem, qui hanc eius ſimulationem, tam atro calculo notet, ſcilicet peccati mortalis. Igitur ſententia Metinæ intelligitur vera, quando animo ineſcandi dignitatem, & perſeuerandi in malo illam ſimulationem molitur. 2

*2. caſu limitatur Metina.*

¶Addit tertiò, quod facit ad rem, ſcilicet, quòd quando quis hypocriſim inſuens nulla media alia fraudulenta admiſcuit, ſed tan 3

*Opinio Metinæ.*

tum medijs ordinarijs eleemoſynam ſibi datam tulit, quibus eleemoſyna cæteris pauperibus ſolita eſt impendi, nullius reſtitutionis eſt reus. Nam etſi ita verum ſit, quòd illi talis eleemoſyna non fuiſſet impenſa, ſi eius mendacium, & fictionem largitores eleemoſynæ datæ, exploraſſent, aut deprehendiſſent: ſed talis donatio libera fuit & citra vllã conditionem. Sicut exemplo hanc ſententiam confirmare ſibi videtur, ſcilicet, ſi aliquis duxit vxorem, quam non duxiſſet ſi corruptis eam eſſe moribus nouiſſet: non ideo matrimonium deſinit eſſe validum: ſic & in præſentiarum talis collatio eleemoſynæ impenſæ hypocritæ.

*Exempl.*

¶ At quidem reſolutio hæc Metinæ noua apparet. Nam alij aliter hunc caſum reſoluunt. Et primo Caietan. in ſumma verbo, reſtitutio, penes finem, proponens quæſtionem, an fingens ſe bonum, aut pauperem, aut oratorum teneatur reſtituere eleemoſynam ſic acceptam, breuiter ſe expedit per diſtinctionem hanc. Quia ſi prædicta finxit, vt obtineret eleemoſynam, tunc talis ſimulator, quia per fraudem eam acquiſiuit: ſicut & quilibet alius per dolum & fraudem teneretur, ſi acquiſiſſet aliquid, tenetur eam non largitoribus reſtituere, ſed Chriſti pauperibus, aut pro ijs pijs operibus talibus, qualibus ille, qui dedit, putauit ſe dare. Si autem alio fine, illam machinatus eſt ſanctitatis, aut paupertatis ſimulationem: tunc quia de per accidens, id eſt, præter intentionem concurrit ad acquiſitionem eleemoſynæ, non tenetur reſtituere, ſed ſatisfacere deuotioni eleemoſynam dantis. Quia hypocriſis hæc non decepit largitorem, quantum ad actionem dandi eleemoſynam: ſed ad hanc ex propria deuotione ducitur. Hæc Caietan.

*Caietani opinio.*

¶ At alij, vt Metina Complutenſis, & Frater Ioſephus in ſuis floribus in materia de reſtitutione, aliter hanc diffiniunt quæſtionẽ aſſerentes, quòd qui ſimulata ſanctitate eleemoſynam tenuem, vel pinguem obtinuit tenetur reſtituere, ſi cauſa finalis dandi fuit ſubuenire hypocritæ propter eius paupertatem, vel propter eius ſanctitatem, vt largiens ei eleemoſynam, ſuffragiorũ eius particeps fieret. Vt cum porrigendo dixit: Accipe, ora pro me: vt ores pro me tibi do: quia ceſſante cauſa finali donatio eſt inuoluntaria. Quæ ratio videtur iuridica. Si autem hypocriſis fuit tantum cauſa impulſiua, quia ratiõe ſanctitatis fictę illectus eſt ad facilius libentiuſq; eleemoſynam porrigendam illi, potius quàm cæteris pauperibus, tunc non tenetur reſtituere. ¶ At profectò hæc reſolutio, licet videatur iuridica, & pertinens ad forum exterius, vbi ex probationibus, & præſumptionibus, iudicium fertur, quando fuerit cauſa impulſiua, quando finalis: ſed iſte ſimulator reſtituturus valde anxiaretur, ſi diuinaturus eſſet, qua ex cauſa motiua, vel finali largitor eleemoſynæ inductus fuerit ad eam ſibi dandam, niſi interrogaret ipſum largitorem de tali, & quali animo dederit, cum periculo ſe prodendi forte: nam neque & ipſi largitori interdum iam conſtat de eo, quo dederit animo an ex cauſa finali, vel impulſiua. Quare neque hæc opinio mihi omnino in foro conſcientiæ facit ſatis.

*Opinio Metinæ Cõplut. & Ioſeph.*

*Impugnatur Meti. Complu.*

¶ Sed neque opinio Metinæ in ſua inſtructione primo relata mihi applaudit. Tum, quia noua eſſe videtur. Tum, quia eius rationes in cõſcientia, vbi reſpicitur veritas, non magnæ ſunt efficaciæ. Quia ſi illius ducentis vxorem ſecreto prauam, quàm ſi talem eſſe nouiſſet, nõ duxiſſet, matrimonium eſt validum, eſt, quia eſt ſacramentum, coniunctioque indiuidua, & inſeparabilis: iſteque contractus ſuaptè natura nõ requirit in vxore bonitatem moralem, incorruptionemq; morum: ſed potentiam coeundi & liberam libertatem ad hoc ſine impedimento ſeruitutis incognitæ. At in largitione eleemoſynæ quædam donatio eſt, quæ in hoc caſu fit ob cauſam, ſicque reſpiciendum eſt, an ſubſiſtat cauſa.

*Meti. Salman. relinquitur.*

¶ Ideo opinio vltima Nauarri eſt, quæ licet opinionem Soti lib. 9. de iuſtitia & iure. quæſt. 7. artic. 3. videatur reſpuere ea ratione, qua eam Sotus aſſerit, alia ratione iuridica videtur eam admittere. Ait enim Nauarrus ſum. Lati. cap. 17. nume. 107. quòd talis eleemoſyna, ſi ab hypocrita, taliter eſt obtẽta ob ſimulationẽ, dum diſſimulauit ſe pauperem, religioſum, aut infirmũ, vt hac diſſimulatione eleemoſynam ab eò, qui patefacta ſibi veritate nõ dediſſet, obtineret, iuxta Scotum communiter receptum in 4. eſt reſtituenda diſt. 15. quæſt. 2. & ſecundũ Adrianũ in 4. de reſtitutioné. quæſt. 15. Et hoc ſiue eleemoſyna fuerit magna, ſiue parua contrà Sotum dicentem, ꝙ ſi eſt magna, reſtituẽda eſt: non autem ſi eſt modica. Quia, inquit Nauarrus, ꝙ ſit magna vel modica, parum refert, quoad forum interius, de quo agimus. Quia ſolùm in foro exteriori præſumitur: quòd ſi eleemoſyna fuit magna, erogans nõ habuit animum abſolutè donandi. Secus, ſi fuit parua arg. cap. etſi quæſtiones. de ſimo. At præſumptio (inquit Nauarrus) cõtra Sotum

*Opinio Nauarri.*

*Scotus.*
*Adrian.*

*Nau. contra Sotum*



ceſſat in foro interiori, vbi ſola veritas valet cap. tua. & cap. is qui. de ſponſalibus.

*Defenditur Soto cõtra Nauarrum.*

¶ Sed non dicimus in gratiam Soti, quod non eſt ſic vellicandus à Nauarro in materia morali, vbi veritates morales ſatis eſt ſint regulariter veræ. At ſententia Soti moraliter, & regulariter eſt vera, & ſimulator iſte dum oppoſitum ſibi de mente largitoris eleemoſynæ non conſtat per hanc ſentẽtiam Soti tenetur ſe regulare, ſuppoſito, quòd durum videtur illum ad ſcrutandas, & ſciſcitandas mentes largiẽtium quo animo dederint, an abſoluto, vel conditionato obligare: ſatis erit ſi modicũ ſic acquiſierit, deponere ſcrupulum, & non reſtituere. Seu quia præſumitur illud modicum ſecũdum Sotum, animo abſoluto, & non conditionato fuiſſe ſibi collatum. Seu propter rationem Nauarri: quia ſimulatio fuit tunc, tantum impulſiua erogationis eleemoſynæ, & non cauſa finalis ſecundum argum. textus optimi in l. 2. §. fin. ff. de donationibus.

*Sententia Soti moraliter eſt vera.*

*ff. de donationibus.*

¶ Si autem eleemoſyna ſic extorta copioſa ſit ſecũdum Sotum reſtituenda eſt in pauperes, ſeu in opera pia. Cui ſubſcribit Nauarrus, quia duæ cauſæ finales illius eleemoſynæ fuiſſe videntur, ſcilicet, amor Dei, & neceſsitas proximi habiti ꝑ ſeruo Dei. Et ideo quanuis hæc ſecũda ceſſet, & ita quoad pauperem ſe ſimulantem, erogatio non valeat, quoad Deum tamen valet: quia ceſſante vna ex duabus cauſis finalibus, non ceſſat diſpoſitio. §. affinitatis. Inſtituta. de nuptijs. & in ipſum dominium tranſit eo modo, quo dominium eius, quod diuinæ ſuæ maieſtati donatur tranſit arg. l. ſi quis ad declinandã. iuncta glo. verb. minui. C. de epiſc. & clericis.

*Sotus.*
*Nauar.*
*Ratio.*
*Inſtitu. de nuptijs.*
*Gloſſa. C. de epiſc.*

¶ Sed quid, ſi eleemoſynam magnã à pluribus modicè & minutim dantibus ſibi ille ſimulator comparauit. Forſitan in hoc caſu habet verum prima opinio Metinæ: quia ſibi libere, & ſine conditione illa modica minutatim data ſunt, & ex cauſa impulſiua nõ finali, ſecundum præſumptionem iuris, vt ait Nauarrus. Ergo licet multa minuta excreuerint in magnam quantitatẽ, id fuit per accidens, & præter intentionẽ vniuſcuiuſq; minutim erogantis, videtur tunc, quod illa quantitas licet magna reſtituenda non ſit. Sed quanuis hic apparenter argutum ſit, & ad hominem contra Sotum & Nauarrum eorumque rationes: ſed puto oppoſitum etiã ſecundùm eorum mentes eſſe dicendum, ſcilicet, ꝙ etiam in hoc caſu hæc magna quantitas ſic minutatim congeſta ſit pauperibus reſtituenda: quia perſtat præcipua ratio finalis, ſcilicet, amor Dei. Imo in hypocrita videtur ceſſare cauſa ſecunda, quæ eſt neceſsitas proximi, quia non indiget. Vnde ſicut qui minutim depilat cõmunitatem, ſubtrahendo metretas vini, tenetur reſtituere illam magnam quantitatem: ſic quando ad eam eleemoſynam captandam ſic ſe perſonauit iſte. Et hoc aſſerere tutius eſt, ſcilicet, quòd iſte etiam in hoc caſu reſtituere teneatur, licet hæ rationes ſuis ſolutionibus non careant.

*Quid ſi ſimulator. magn. eleemoſ. à plurib. comparauit.*

*Arg. contra Sotum & Nauarrum.*

*Argu. ad hominem.*

*Sententia autoris.*

*Ratio.*

¶ Præterea ſecundùm Metinam in ſua inſtructione loco citato ſequitur, quòd ſi quis fingens ſe pauperem, fingens quoque ſuum parentem eumque ingenuum inter Infideles detineri captiuum, gratia eum redimendi impetrata à Rege, & Epiſcopo copia colligendi eleemoſynam, non modicam pecuniam hac fraude conflauit: abſque dubio eam omnem reſtituere tenetur. Tum, quia technis, medijſque iniuſtis eam ſibi comparauit. Tum, quia planum eſt populum noluiſſe tam abundanter illi eleemoſynam largiri, niſi cauſa redimendi patris. Quod cum totum ſit commentum citra dubium totum ſic à ſe corraſum eſt reſtituendum.

*Corol. Metinæ circa fingent. patrem. captiuum.*

¶ Hinc verũ eſt, quod Corduba ait quæſt. 98. de caſibus conſcientiæ, quod naufragus, qui ad ſibi ſubueniendum impetrauit literas quæſtuandi per ſex menſes, ſiue per ſe, ſiue per ſuum cõmiſſariũ à ſe deſignandũ: quod creditur inaduertenter, vel aliqua alia ex cauſa, hoc de ſubſtituendo ad hoc commiſſarium fuiſſe adiectum à notario, qua mediante clauſula pro octo ſibi perſolutis aureis, ex pacto ſubſtituit in hanc poteſtatẽ alium, qui ex tali cõmiſsione, quæſtuans per ſex mẽſes, vltra aureos iam octo ſolutos, ex eleemoſynis cumulauit ſibi 50. aureos: vltra ſui victus expenſas, nõ potuit locare alteri illã facultatẽ quæſtuãdi: etiã ſi illa clauſula vere inſerta fuiſſet, ſcilicet, quod ipſe, vel alius, ex eius cõmiſsione poſſet pro ſe quæſtuare. Quia intelligenda erat ſolũ de adiuuantibus ſe ad poſtulandũ: & quia eſt contra finẽ eleemoſynæ. Taliſq; conductor huius iuris quæſtuandi tenetur deductis octo iam impenſis aureis, deductiſq; impenſis victus, reſiduum ex 50. aureis ſic ex tali quæſtu cõflatis, reſtituere prædicto naufrago, cuius nomine illa eleemoſyna eſt poſtulata: ſi neceſsitas indigentiaque eius, ſuppleta iam non eſt. Quòd ſi iam ſua indigentia eſt reparata, pauperibus reſidua eleemoſyna erit eroganda, vel pro his operibus pijs, pro quibus per ſententiam iudicis fuerit adiudicata. Communiter doctores in his conſonant.

*Corol. Cordub. circa naufrag. quæſtio.*

*Nota contra conducẽtes quæſtus.*

# CAP. CLVIII.

*An domini ſoluentes famulis ſibi ſeruientibus imminuta ſtipendia teneantur reliquam reſtituere vſque ad æqualitatem. Et de recompenſatione licita.*

*De mercenario precio reddendo.*

IAM alias cauſas furti, aut reſtitutionis proſequamur, vſq; dum omnes difficultates exhauriamus. ¶Inter reos autẽ reſtitutionis eſt, qui mercenario ſtatim diariũ ſuum non ſoluit, faciens contra illud cap. 19. Leuitici: Non morabitur opus mercenarij. Si ſoluit quidem: ſed non in ea re, qua debet, ſed in panno, aut eſculento, contra eius voluntatem, cum poſſit ſoluere in re conuenta, peccat. Et ſi in ea non poterit ſoluere, id in quo ſoluerit æſtimandum erit iuxta pretium commune. Etſi mercenarius eo non indigens illud vendit, & non inuenit pretium pro quo accepit, ad damnum tenetur iuxta D. Antoni. 2. part. titul. 1. ca. 17. §. 8. & cõmunẽ. Quod ſecundũ Nauar. meminiſſe deberent cõfeſſarij & admonere cõcionatores in his terris, in quibus duces, & alij miniſtri regũ ſoluunt ſtipendia militibus in pannis, quibus illi non indigẽt, quoſq; longè viliori pretio vendere coguntur. ¶Ad ſoluendum tamen diarium, tempore, quo ſeruus ægrotauit, non tenetur herus gloſſ. in. l. ſi vno. §. cum quidam. ff. de locat. Et ſi mercenarium, vel quẽlibet alium famulum, qui ſuas operas locare conſueuit, nullo pretio ſtatuto ſuſcepit, tenetur ei ſoluere tãtum, quantum daret alteri ſimili, ſi eum conduceret: etſi pretium taxandum eſt arbitrio heri, taxandum eſt arbitrio boni viri ſecundum Syluest. verbo. familia. ¶ Circa quam materiam ſtatim exurgit illa quæſtio, vtrũ domini teneantur recompenſare ſuis famulis vltra aſſuetum ſtipendium, vel conuentionem cum illis factam, quando huiuſmodi ſtipendium eſt diminutum. Et vtrum tũc famuli ſecreto poſsint ſibi recompenſare, in eo, in quo deficiat à iuſto, ſibi diminutũ præſtitum ſalarium. Circa quam quæſtionem Sotus in de iuſtitia & iure lib. 5. quæſt. 3. artic. 3. apertè docet famulos ab heris furtim quicquam accipere non poſſe, præter ſua conuenta ſtipendia, quando aliter via iuſtitiæ illa recuperare non poſſunt: etiam ſi cauſentur, ſe minutiſsima accipere ſtipendia. Niſi forte, vi vel fraude compellantur ad ſeruiendum, & certum ſit eos non æquiualens ſuo ſeruitio accipere.

*Leuit. 19.* *D. Anton.* *Nauar.* *Syluest.* *Quæſtio. An famulus pro ſeruitio poſſit ſibi recompenſare.* *Sotus.*

*Corduba.*

¶ Corduba autem in tractatu de caſibus conſcientiæ diffuſius, quam oportet hanc proſequitur materiam, ſed exactè ſicut cætera ſolet. Quare ex re erit eius diffuſam doctrinam ad breuiora reducere puncta. Vnde dictum ſit primum, quod ſi dominus mercedem ſoluit famulo iuxta meritum perſonæ in tali famulatu, tanto talique tempore, iuxta conſuetudinem patriæ: tunc nulla interuenit obligatio plus reſtituendi. Vnde qui inſeruiturus eſt pro toto anno domino meretur ſibi ſuppeditet dominus neceſſariũ pro ſe, ſuaque familia ad decenter ſic vitam tranſigendam: ſicut cæteri ſuæ qualitatis cõpares in eodem ſeruitio, & anno ſeruientes ſolent tranſigere. Ita Sotus lib. 5. arti. 3. q. 3. Sicque taxandum eſt pretium in hoc caſu arbitrio boni viri, etiam ſi à principio non fuit conuentum de pretio.

*Dictũ. 1. De famulo neceſſa. & continuo.* *Sotus.*

¶Dictum ſit ſecundum: magnates, ſcilicet, magni domini cuiuſmodi ſunt Duces, Comites, Marchiones, alijque huiuſmodi, pueros, pages, Hiſpanicè nuncupatos, ad preces eorum parentum receptos à ſe, ſine conuentione aliqua, ſi de victu & veſtitu decenti quo induti erant, dum illis fuerũt oblati, prouidentes eis, per ſe, vel per alios, bonis moribus imbuant, politicis, & cultioribus artibus inſtituant, vſque dum viri politici euadant, tuncq; decenter cultos, ornatoſque dimittant, debito iuſtitiæ feciſſe ſatis videntur, & quicquam plus eis non debent, neque ex pacto expreſſo, vel tacito. Neque ſeruitia illius ætatis, & talia obſequia ampliori mercede digna ſunt: ceſſantibus alijs, vel legibus, vel pollicitationibus, vel conſuetudinibus peculiaribus, obligatorijs, ad plus eis mercedis impendendum. Quia tunc ſi ſtarent ſeruanda hæc eſſent.

*2 De famulis puer.*

¶Dictum ſit tertiũ: quòd ſi dominus pluribus famulis non indigens, & inductus precibus alicuius egentis, miſericordia motus, eum domi recipit, vt ſibi famuletur cũ alijs, vſque quo obuius ſibi fiat dominus alius, quo cum viuat: ſatis eſt ſi illi victum, & hoſpitium, vel plus parum tribuat: quia dominus hic plus illi impendere non tenetur: ſicut neque pro merce, qua nequaquam eget. Sic Nauarrus ſum. Hiſpan. cap. 7. nu. 239.

*3 De famul. non neceſſario.* *Nauar.*

¶ Dictum ſit quartum: Domini famulis ſibi non inſeruientibus ſemper: ſed pro tempore apparentibus coram dominis, & aliquoties tantum comitantibus eos, nec continuo in eorum famulatu manentibus, etiam ſi non ſubminiſtrauerint eis mercedem ſufficientem ad victum, & veſtitũ totius anni: ſi

*4 De famulo non continuo.*

iuxta



iuxta occupationem, qua huiuſmodi famuli occupantur, in eodem ſeruitio, eis ſtipendiũ ſuppeditent: ſatis debito iuſtitiæ videntur ſatisfeciſſe.

*5 De famulo continuo.*

¶Quintum ſit dictum: Domini ſine conuentione tacita, vel expreſſa, aſſumentes famulos officiales, œconomos vel ſecretarios, quatenus quotidie & omni hora, inſtent dominorum ſeruitio; neque pro ſufficienti victu, & veſtitu eis ſtipendiũ impertiũt, iuxta qualitatem perſonarum, obſequiorumq; tenentur reficere diminutam mercedem, vſq; ad ſufficientiam pro decenti victu, & veſtitu. Secus pro aſsiſtentia tantum in certis horis: puta ad comitandum eorum vxores, vel huiuſmodi. Hæc omnia dicta ſint, quando nulla præceſsit conuentio.

*Quæſtio. De famulo minori conducti.*

¶Sed quid, ſi dominus famulum conduxit longè minori pretio, quàm ſua obſequia de iuſtitia merebantur. Ad quam difficultatem, quia hoc multipliciter contingere poteſt, ſine diſtinctione ad amuſsim reſponderi non poteſt. Dicitur ergo primò: Famulus diminutè ſalariatus ſi ex neceſsitate ſic inſeruit, ſecundum Nauarrum cap. 17. nu. 107. tenetur ei dominus ad æqualitatẽ ſeruitij mercedem recompenſare. Cuius oppoſitum aſſerit Sotus de iuſti. & iure, lib. 5. quæſt. 3. arti. 3. in reſponſione ad primum. Sed optimè eos reducit ad concordiam loco citato Corduba dicens, ſententiam Nauarti in hoc caſu veram eſſe quando herus talis famuli ſeruitio indiget, ſcilicet, ꝙ tunc teneatur dominus ei, ad æqualem præſtandam mercedem, etiam ſi talis famulus adactus neceſsitate ſit ad illum famulatum ſubeundum. At ſententia Soti vera eſt, quãdo, licet neceſsitate coactus ſit inſeruire: ſed tamen herus ſeruitio non indiget: quia tunc non tenebitur ei ad æqualitatem ſtipendium reficere.

*1.* *Nauar. cõtra Sotũ.* *Concordat eos Cordu.*

*2 Deſeruiente gratia familiari.*

¶Secundò dicimus: Miniſter diminutè ſtipendiatus, qui ſic voluit miniſtrare, cauſa captandi beneuolentiam, familiaritatemq; domini, vt in gratiam talis domini ſe inſinuaret, vt inter priuatos eius alumnos computaretur: non tenetur ei dominus ad aliquid amplius mercedis præſtandum; quia hic admiſcetur libera donatio ſeruitiorum propter ſupradictos intuitus.

*3 Deſeruiente ſub ſpe maiori.*

¶ Tertiò adijcitur, quòd ſi diminutè ſtipendiatus famulus, ſic voluit inſeruire ſub ſpe tamen ſatisfactionis recipiendæ in alijs remunerationibus numorum, vel aliarum rerum: qui aliter, niſi ſub hac expectatione nõ erat inſeruiturus: ſed non ſe explicauit cum domino circa hanc ſuam mentem: ſiue quia non eſt in vſu id explicaſſe: ſiue quia domini ſibi probro ducunt, quòd taliter cum illis negotium pactionis geratur: ſeu quia iam innoteſcit, de animo horum famulorum, ſcilicet, quod aliter non inſeruirent: tunc tenetur ei dominus recõpenſare ad æquale. Quia intercedit pactum tacitum de æquali ſtipendio ſibi reddendo: nulla admixta donationis, aut remiſsionis integræ mercedis gratia: illaque expectatio remunerationis in alijs fuit veluti quædam adiecta conditio. Sub hacque expectatione plerique famulorum famularumque, magnatibus, dominabuſque prælatis famulari ſolent, quatenus aliquam ſpem cõcipiunt, quod aliquid vltra illis ſuppeditabũt pro nuptijs, vel pro ſtatu poſtea aſſumendo. Sed ſi cum poſſent citra inconueniens huiuſmodi famuli ſuam intentionẽ explicuiſſe, non explicarunt, tunc reducendus eſt iſte caſus ad reſolutionem cõtentam in primo dicto concordãtem Sotum, & Nauarrum per illam diſtinctionem, an domini indigebant illorum ſeruitio, vel non.

*4 Deſeruiente tantum ſub ſpe fauorum.*

¶Quartò aſſerimus, quòd ſi famulus diminutè ſtipendiatus, ſic voluit miniſterium ſubire, non cum intentione, vt de iuſtitia ſibi in alijs ſibi fieret recompenſatio: ſed cum ſpe gratiarum & fauorum obtinendorum: quia liberalitatibus, & magnificentijs dominorũ fidentes hac ſpe, ad eis inſeruiendũ alliciuntur quidam, quibus victus & veſtitus, & hoſpitium tantum ſolent dari: tunc in hoc caſu non tenetur dominus ad ei aliquid amplius de iuſtitia erogãdum. Tum, quia domini ex abundantia huiuſmodi famulorum ſe vltro offerentium nolunt eis amplius præſtare. Tum, quia licet ſpe remunerationis illecti, miniſterium iſti ſubierint, ſed non fuit cum animo inducẽdi obligationem iuſtitiæ, qua dominus ad id eis teneretur. Sed ſolùm innitendo gratitudini, & liberalitati quibus domini ex æquitate naturali, non vi iuſtitiæ tenentur ſe exhibere gratos, licet non via reſtitutionis, ſed gratitudinis eis in remunerationibus, vel fauoribus æquiualentibus gratificando. Ita Nauarrus ſumma Hiſpana nume. 14. ſecundũ D. Tho. 1. 2. quæſt. 58. & 106.

*Ratio.* *Nauar.*

*Quæſtio. De recõp. famul.* *Sylue. Sot.* *Nauar.* *Dictũ. 1.* *Victoria.*

¶Sed iam breuiter ad vltimam quæſtionem propoſitam cum Sylueſtro tit. furtum. quæſt. 12. & 13. & bellum. 1. queſt. 9. & bellum. 1. quæſt. 8. & ſecundum Sotum de iuſtitia & iure. lib. 5. quæſt. 3. art. 3. & Nauarrum in ſumma cap. 17. nu. 12. & 13. & ſecundùm doctores communiter dico primo ſecundum Victoriam, etiam iniuſtè recuperans rem ſuam, quia via iuſtitiæ recuperare poterat,

rat, dummodo de pretio pro illa ſibi non recompenſet non incidit in excommunicationem pro hoc latam. Secundò dico, quòd famulus pro ſibi debito ab hero non poteſt, ſibi ſecretò recompenſare: niſi cum quatuor conditionibus communiter ſecundum doctores iuſtificantibus ſecretam, & priuata authoritate, recompenſationem factam. *Condit. 6. iuſtæ recõpenſa.* 2

1 ¶ Prima conditio eſt, quòd tale debitum, pro quo quis ſecretò ſibi recompenſat, ſit verè debitum ex obligatione iuſtitiæ, & non ſolius gratitudinis. In quo videas deceptos multos. Quia multum intereſt inter vtrũq; debitum, ſcilicet, gratitudinis, & iuſtitiæ.

2 ¶ Secunda conditio eſt, ne vltra debitum accipiat ſibi recompenſans.

3 ¶ Tertiò requiritur, vt ſic ratione iuſtitiæ debitum liquidum ſit, & certum. Quia ſi id, an debeatur, dubio non caret: vel propter legem, aut conſuetudinem, aut pactum partium, tunc iuſtitia recompenſationis non habet locum. Sicut neque ſecundum Cordubam, qui neceſsitate conſtrictus vendidit rē citra medietatem iuſti pretij, licet emptor teneatur ei reſtituere defraudatum pretiũ: ſed pro hoc non poteſt occultè de bonis emptoris ſibi recompenſare. *Cordub.*

4 ¶ Quartò requiritur, quòd via iuſtitiæ talis ſibi debitum nequeat recuperare: ſiue defectu probationum & teſtium: ſiue defectu iudicis recti: ſiue timore expenſarum, ſimul & tatum, aliorumque detrimentorum.

5 ¶ Quintò requiritur, caueat ſic ſibi recompenſans, ne inde aliquid ſcandali, vel damni temporalis, vel ſpiritualis, impedeat. Quia tale damnum reſarcire teneretur.

6 ¶ Sextò requiritur, caueat, ne illud, de quo ſibi ſecretò recompenſauit, debitum iterum ſibi, vel ſuis ſoluatur hæredibus à debitore reſipiſcente, & volente in poſterum ſoluere. Quare adhibenda eſt cautela, vt debitor conuenientiori modo maneat perſuaſus, iam illud debitum fuiſſe ſolutum, ad illudq; non teneri. Ita frater Ioſephus materia de reſtitu. ait, addens, quòd requiritur, quod veriſimiliter opinetur, non recuperabit etiam ſi à debitore petat. *Cautela adhibend.* *Ioſeph.*

¶ Præterea, quia de famulorum ſtipendio actum eſt, nota quid Pedraza circa hoc ſingulariter tetigit in ſua ſumma folio. 86. pagin. ſecunda. ſuper mandatum. 7. Dicens, quòd ſicut domini poſſunt dimittere famulos, aliosque ſuſcipere: ita quoque famuli eadem libertate debent potiri, ſcilicet, vt ſicut liberè poſſunt ab heris dimitti: ita quoque liberè heros dimittere poſsint. Vnde caſus eſt vſu receptus aliqualem inducens reſtitutionem, ſcilicet, conſtringere ad non ſuſcipiendum famulum, vel ad non dimittendum priorem herum ſine ipſius cõſtringentis licentia. Quia quodammodo eſt famulum à ſua libertate auertere, ne poſsit alteri, quàm primo hero inuitus, famulari. *Pedraza. An famuli lic. dimit. herũ.*

¶ Sed libro quarto Fori, titul. quarto, libro tertio. habetur, quòd herus abijciens famulum ſine culpa famuli, ei pro toto tempore conuentionis tenetur perſoluere ſtipendium: ſicut è contra ſi famulus ſine cauſa & culpa heri receſſerit ab eo, ſtipendio ſibi debito amiſſo, in alio æquali mulctabitur. Sed hoc contingit in foro exteriori: quod credo fortè non eſt in vſu. Sed Pedraza loquitur in conſcientia: quòd ſuppoſito inoleuit vſus liberè abijciendi famulum, vt par ſit vtrinque conditio, libertas quoq; manebit apud famulum liberè mutandi herum. *Liber fori. De dimiſ. famulorũ.*

¶ Sed aduertito, quòd æquitas iuſtitiæ expoſcit, vt famulus, qui ſe locauit pro certa pretij quota per totum annum, ſi eo tempore ſua ſponte recedit ab hero, quo modicum ſubiuit laboris: quia reliquo tempore anni grauius ſibi manebat laboris onus circa gregis, vel agriculturæ curam: tunc etiam pro rata computando tempus ſeruitij, arbitrio boni viri, pro tempore ſeruitij impenſi, aliquid minus accipiat. Quia ſi pro illo duntaxat tempore, vbi leuius laboratur, fuiſſet conductus, tenue magis etiam pro rata ſtipendium recepiſſet. Ita Bartolus in. l. diuortio §. quod in anno. ff. ſoluto matrimonio. Vt ſi Petrus promiſit ſtare per annum cum Ioanne, & ſtetit tantum per ſex menſes, non poterit habere medietatem ſalarij, ſi in hyeme ſtetit: ſed habebit arbitrio boni viri, facta computatione laboris. Ergo ſi ſtetit in æſtate tantùm, habebit plus medietatis ſalarij ad arbitrium boni viri per argumentum à contrario. *De famulo ſeruiente pro par. anni.* *Bartol.*

¶ Atque, ſicut equum locatum caſu infirmatum cum magnis proprijs expenſis, non tenetur eius conductor illius curam agere: ita neque pater familias, tenetur de magnis expenſis famuli infirmantis, quem ſalario conduxit ſecundùm Bartolum in. l. ſi cum dote. §. ſui autem ff. ſolut. matrimonio. Quò ad ſalarium autem non teneretur ei communiter ſecundum doctores. Quia caſus cõtingens in perſona, quæ locauit operas ſuas liberat conductorem à præſtatione mercedis. l. ſi vno. §. item cum quidam. ff. locati. Quòd tamen limitat Panormitanus in cap. 1. de clerico ægrotante. quando ſalarium debetur *De expẽſ. medicinæ famuli.* *Bartol. De ſalar. infirm.* *ff. locati. Panormi.*



debetur tantum ratione perſonæ, & non ratione aliorum. Vt ſi iudex ſit, cui debetur ſalarium, non tantum pro ſe ſed etiam ratione familiæ, quam tenet, etiam quòd infirmetur, debet habere ſalarium. l. eg. pecunia. in prime ff. de conditio. ob cauſam. Si autem eſſet conſuetudo, vt famulo infirmanti daretur ſalarium ſeruanda eſſet ſecundum Sali. in. l. licet. C. loca. *Exceptio iudicis & beneficiat.*

¶ Si autem promiſit famulus ſeruire vno anno, & pro parte fuit infirmus non tenebitur tranſacto anno, ſupplere tempus, ſecundũ gloſſ. in capit. ſi propter, de reſcriptis libro 6. & ff. de ſtatu lib. l. cum hæres. §. Stichus.

¶ Præterea, ne quid meritò deſiderandum in hac materia deſideretur, & aliunde quæratur: aduertito tandem, quòd ſi quis conuenit cum aliquo patre familias, coquere panes, aut lauare pannos pro tota familia determinata, vt puta pro 40. perſonis, aucta familia, vel diminuta in conſcientia augendum eſt pretium, vel diminuendum. Si autem numerus erat indeteminatus, vt contingit in conuentibus fratrum, qui aliquãdo ſunt plures, aliquando pauciores, non augebitur, neque minuetur ſalarium, licet plures, vel pauciores contingant eſſe. Facit capit. quanto de cenſibus: & Panormitanus ibi. Si tamen nimis grauaretur ex hoc per iudicis officium ſibi prouidebitur. Sed in conſcientia non tenebitur prouidere tantæ multitudini, & è conuerſo, neque conuentus tãtum ſoluere, ſi præter expectatum notabiliter numerus minuitur, quia contrariorum eadem eſt diſciplina. Sed de his ſatis. *An creſcente famil. creſcat ſala. ſeruientis.* *De cenſib. Panor.*

¶ Poſtremò ſecundùm Nauartum artifices mechanici, ſartores, ſutores accipientes famulos, quos tyrones vocant ad docendum eos ſuas artes, interdum pro ſolo victu, & ſcholaſtici Salmantini ſic accipientes famulos, cum conuentione tacita, vel expreſſa cõcedendi eis tempus ad ſtudendum, pro obſonio, & denariolis, & paribus calceorum: ſi occupant eos in alijs rebus contra eorum voluntatem, ita vt nequeant illas addiſcere artes, peccant cum magna obligatione reſtituẽdi propter tempus diſcendi, & ſtudendi illis ereptum. Quòd ſi eos volentes occupant, tenentur illis impendere integrum ſalarium quòd præſtari eſt ſolitum admiſsis ſine conditione pro tempore ſtudendi. Inſinuat quoq; Nauarrus ſumma latina c. 17. numer. 110. Famulo ſeruienti pro omni tempore cõtinuo, victus & veſtitus honeſtus debetur & præterea aliqua honeſta merces pro merito obſequiorum. *De tyronibꝰ official.* *De ſcholaſ. ſeruientibus.* *Nauar. De mercede. ſeruiẽt. continuè.*

# CAPVT CLIX.

*De caſu quodam Nauarri: Et an iuſte vel iniuſte cauſa recompenſandi accipiens aliquid ad excommunicationem epiſcopi teneatur illud detegere, vel reſtituere.*

Cum verò id laboris ſuſceptũ ſit à nobis, nempe peccata contra præceptum non furandi, & cauſas reſtitutionis indagare, noſtram perſequentes materiam, quærimus hic primo de illa quæſtione, de qua Nauarrus ſæpe fuit rogatus præſertim Salmanticæ: An qui donauit ſua, aut renunciauit beneficio ſuo, vt poſſet iuſtè cooptari in aliquod collegium, in quo ſoli pauperes cooptãtur, ſi fuit cooptatus, ſi quia eſt inhabilis ad illud (vt videtur) commiſerit aliquid fraudulentum reſtitutione dignum. Reſpondetur ergo cum illo, ea breuitate qua ſe ipſe expedit, quod licitè fecit, ſi talis donatio eſſet irreuocabilis, ſine vllo pacto, de retro donando, & renunciatio beneficij facta fuiſſet ſine vllo pacto, & confidentia illicita, de retrocedendo. Quia tunc ceſsio non eſſet fraudulenta, & ipſo iure nulla, per quam non vacaret beneficium, ſi ſic fieret, ſecundum Innocentium in capit. cum vniuerſorum, de rerum permutatione vt patet extrauaganti Pij 5. de confidentia. Si inquam irreuocabilis fuit donatio, vel renunciatio prædicta nihil dignum reſtitutione molitus eſt per hoc, qui per hæc media nixus eſt ſe cooptari in collegiũ pauperum. Quia neque ſic inhabilis factus eſt ad illud. Tùm quia tempore cooptationis talis eſt, qualem ſtatuta collegij requirunt. Tum, quia non factus eſt talis pauper culpa ſua, ſed meritoriè propter Deum, eo fine relinquendo ſua ad adipiſcendum opportunum locum ſtudijs, & virtutibus, quo aptius maiore cum commoditate Deo & reipublicæ famulaturus ſe dedicet, & opinione collegialis fiat commendatus ad conſequenda loca, quibus prædictis miniſterijs fungi valeat. Secus eſſet, ſi talis donatio vel renunciatio fuiſſet reuocabilis ratione iam dicta. *Quæſtio.* *Deſpoliãteſſe ſuis vt colleg. cooptetur. Nauarr.* *De ſimon. Pius. 5.*

¶ Inſuper ad reſtitutionem ſic accepti ſunt obnoxij, qui aliquid accipiunt occultè pro pœna, quæ illis non debetur ante condẽnationem per gloſſam. capit. fraternitas. 12. quæſt. Sed quãuis huius quæſtionis meminerimus alibi, ſed hic ſuũ aptum ratione reſtitutionis obtinet locum, ſcilicet, reus iuſtè interrogatus à iudice, qui inficiatus eſt crimen, quod *Quæſtio. reus inficiatus crimen an tene. reſtitu.*

quod fateri tenebatur, quod ſi faſſus fuiſſet per ſententiam iudicis omnibus ſuis fuiſſet abdicatus, & amiſsionis omnium eorum pœna mulctatus. Vt patet in hæretico, qui confeſſus, in amiſsionem omnium bonorum damnandus veniret. An non obſtante quòd quia negauit, ſit liberatus, teneatur in conſciētia ad reſtitutionem omnium bonorum, in quibus erat mulctādus? Ad quam quæſtionem Sotus de iuſtitia, & iure libro. 1. quæſt. 6. artic. 6. reſpondet affirmatiuè, ſcilicet, quod ſtatim vt negauit, reus ſit in cōſcientia ſicut delicti, ita perſoluendæ pænæ; quia iniuſte negando præpediuit actum iuſtitiæ iuſtum.

*Sotus.*

¶ At Nauarrus in additionibus folio. 37. ſuper capit. 18. numer. 46. tenet oppoſitum reſpectu pœnæ legis infligendæ. Secus eſſet ſi negaſſet debitum parti. Eidem ſubſcribit Metina in ſua inſtructione folio. 178. circa. 8. mandatum. §. 34. Quorum ſententiæ magis fore auſcultandum cenſeo. Tum quia ad illam pœnam reus non tenetur ante condēnationem. Tum, quia in hoc caſu ſic receptæ ſunt hæ leges pænales, vt ante condēnationem non obligent in conſcientia. Et quia ſecūdum Metinam, iniuſtè ereptus à carcere quia cuſtodem carceris, vt euadere poſſet, interfecit, non ſe tenetur tradere ad ſuſpendium: ergo neque iniuſtè inficiatus delictū, non tenetur luere in conſcientia bona, quibus erat per ſententiam priuandus.

*Nauar. cōtra Sot. Metin. accedit Nauarro. Placet Nauar. Ratio. 1. Ratio. 2.*

¶ At quæſtio quotidiana iam ſe hic exerit, vtrum excommunicatio generalis Epiſcopi, qua monitione præmiſſa ſolitus eſt excommunicare ſcientes, & non reuelantes res ſubtractas alicui neſcienti, an obliget eū, qui cauſa recompenſationis eas ſecreto ſibi addixit, cæteroſque ſcientes, & non reuelantes, ad reſtitutionem earundem rerum? Reſpondeo dicendum ſecundum mentem Nauarri: Modo pro comperto habeatur tales res via recompenſationis, & pro debito legali fuiſſe ſubtractas, tunc tam ſubtractor earumdem rerum, quam etiam talis recompenſationis conſcij non reuelantes, & immunes fiunt à tali ſententia excommunicationis, & à reſtitutione.

*Quæſtio. An excōmunicāti recompēſ. tene. reſp.*

¶ Sed quid, ſi de iuſta recompenſatione, conſcij ablationis rerum dubitent, an tunc ſub pœna incurrendæ excommunicationis, & ſub reatu reſtitutionis negotium geſtum reuelare teneantur? Dicitur planè in hoc caſu ſecundum Nauarrum, quando quis eſt anceps, an alter id quod ſcit illum ſuſtuliſſe iuſtæ recompenſationis gratia ſibi tulerit, epiſcopo ſuper eo excommunicante, dummodo is qui tulit rem, admonitus non recompenſat, epiſcopo reſpondere tenetur. Niſi tanta ſublator illius rei fide, & virtutis æſtimatione, apud ſcientem polleret, quod eius dictū aſſerentis, quod ad recuperandum ſuum tantum, quod iuſtum erat, iuſte accepit, omnē apud conſcium, rei dubietatem ab eius animo excutiat, arg. gloſſ. ſingul. in. l. Titio fundus. ff. de condit. & demon.

*Quæſtio. Dubij de recōpenſ. an tene. reſpō. ff. de cōdit.*

¶ At quid, ſi expreſſe epiſcopus in literis ſuis excommunicatorijs iubeat reuelari eos, qui talem rem etiam pro recuperatione ſuarum rerum, acceperint. Cui ſatisfacit Syluester verbo furtum, quæſt. 15. dicens contra Roſellam, quod idem ferēdum eſt iudicium in hoc caſu, ſcilicet, quod talis recompenſator atque eius recompenſationis conſcij non reuelantes ad nihil tenētur, neque excommunicatione ligantur, etiam ſi talis excommunicatio ſit ſpecialis quoad rem. Quia quoad perſonas eſt generalis, vt rectè aduertit Nauarr. contra Syluest. non tantopere hoc aduertentem. At patet huius quæſtionis ſolutio; quia excommunicatio maior generalis, qualis hæc eſt non ligat mortaliter non peccantes capit. nullus. capit. nemo. 11. q. 3. Inſuper, quia nemo ſe, neq; aliū innocentē, qualis eſt iſte ſibi iuſte recompenſans, tenetur prodere præſertim ad damnum, & præiudicium. Tum, quia ſecundùm Syluestrum, ſi mens iudicis eſſet, vt etiam in caſu, quo quis ſibi recompenſaſſet, id ſibi panderet, ſententia eius eſſet continens intolerabilem errorem, & ita non valeret. cap. 1, de reiudicata. Quia de pænit. diſt. 1. habetur. Non tibi dico, vt te prodas. Vltimo, quia ſecundum Nauarrum clauſula hæc poni ſolita in literis apoſtolicis ſub forma ſignificauit, intelligenda eſt, quando ſcitur non fuiſſe acceptum pro iuſta compenſatione, aut dubitatur, arg. l. ſi procurator. ff. de condict. indebiti.

*Quæſtio. An recompēſata iuſſa reuel. ſint reuelanda. Sylu. cōtra Roſel. Ratio 1. 11. q. 3. 2. 3. De reiudicata. De pænit. 4.*

¶ Sed adhuc magis premere libet quæſtionem. Quid ergo dicēdum venit, ſi epiſcopus in ſuis literis excōmunicationis exprimeret, quod in caſu iniuſte recōpēſationis, iniuſtus recōpenſator reſtituat: ſi aliquis ſibi licet de debito liquido iuſtitiæ recōpenſauit, nec vltra debitum alias tamē conditiones in recompēſatione iuſta obſeruandas non obſeruauerit: an tenebitur epiſcopo excommunicanti parere. ¶ Pro diſcuſsione quæſtionis, niſi cōditiones iuſtæ recompēſationis præmiſiſſemus, rurſus nobis hic repetendæ eſſent. Sed iam ante præiactæ ſunt; ideo reſpondetur ad quæſtionem per ſubſequentiā dicta.

*Quæſtio. Quid ſi exprimatur quod iniuſtè recōpenſans reſtituat.*

¶ Sit igi-



1 ¶ Sit igitur dictum à nobis primum. Si debitum ſit liquidum, & certum, ſi cæteræ defecerint conditiones iuſtæ recompenſationis, mortaliter delinquet ſibi recompenſans: non tamen ad reſtitutionem tenebitur. Quia in cæteris conditionibus omiſsis obſeruata prima, ſcilicet, quòd recompenſet ſibi de re certo ſua; licet agatur contra iuris ordinem, non agitur directè contra iuſtitiam. Ideò delictum committitur contra rempublicam propter vſurpatam authoritatem, vt conſtat cap. olim. de reſti. ſpoliatorum. Tamen non inde inſurgit obligatio reſtitutionis, niſi aliud inde innatum ſit damnum.

*Dictū. 1.*

2 ¶ Dicitur ſecundò, quòd ſententia excōmunicationis non comprehendetur, ſi non reſtituat, qui ſibi recompenſans, omnes conditiones iuſtæ recompenſationis obſeruauit; quia hoc non eſt, neque debuit eſſe de mente iudicis excommunicantis.

3 ¶ Tertiò dicimus, quòd quando iudex excommunicationis ſententiam promulgat, nihil contra recompenſantes addens, dummodo recompenſans primam conditionem ſeruauerit, ſcilicet, quod de debito ſibi liquido recompenſauerit; quia certum eſt ſibi deberi, iſta recompenſationis via vtens, tali excōmunicatione non implicabitur.

4 ¶ Quartò dicimus caſu, quo iudex in ſuis literis expreſſe dixerit. Excommunicamus etiam recompenſantes, qui omnes conditiones iuſtæ recompenſationis non ſeruarint: tunc contra fratrem Ioſephum in ſuis floribus, abſolutè aſſerentem teneri tunc ſic recompenſantem (licet non retineat alienum) reſtituere: cenſeo ego hic diſtinguendum in hoc caſu. Quia aut probabiliter credit, ſi illud reſtituat, aut reuelet, vel ſibi infamiam furti fore inurendam, vel cogendum eſſe ad reſtituendum illud, neque amplius debitum ſuum, in pœnam prætermiſsi ordinis iuris, recuperaturum: vel non niſi cum magno ſuo detrimento, aut ſumptibus, tunc non tenetur parere iudici excommunicanti, reuelando. Quia tunc videtur veniſſe negotium ad caſum in quo potuiſſet ſibi iuſtè recompenſare. Et quia, poſtquàm ſiue malè, ſiue bene reti et iam ſuum, & ſibi debitum, non tenetur n ppter culpā prętermiſsi ordinis, iuris quia priuata authoritate recuperauit, illud eruelare cū periculo pbabili amittēdi illud.

*Ioſeph. Sententia autoris. Ratio.*

¶ Secus, ſi ceſſarent hæc prædicta inconuenientia. Vt quando ſtatim ſine vllo incommodo illud debitum eſſet recuperaturus; quia tunc teneretur iudici excommunicanti parere. Nec contra hoc viget ratio fratris Ioſephi allegantis, quod iudex poteſt compellere ad ſeruandum iuris ordinem; qui eſt de iure naturali & diuino. Quia Deuteronomij decimoſexto dicitur, quod iuſtum eſt iuſtè exequeris; Quia etiam à iure naturali non eſt alienum, quod quis recompenſet ſibi, aut retineat, nec prodat recompenſationem, iam bene vel male factam, quando per reuelationem illius ſuo debito, aut fama eſt ſpoliandus per iudicem: dum caueat cætera damna vel ſi iam contigerint, ea reſarciat.

*Satisfit. obiectioni. Ioſeph.*

¶ Sed inſtat iam & aliud dubium, vtrum dum ſub cenſura præcipitur, vt quicunque habuerit has, vel illas ſcripturas, quæ quoquo pacto, ad aliorum ius attinent eas tradat, an eas habens teneatur eas proferre? Cuius quæſtionis meminerunt Corduba in tractatu de caſibus conſcientiæ. quæſtione. 63. & Sotus in Quarto, primo tomo. quæſtione prima, diſtinctione vigeſima ſecunda, articulo ſecundo, poſt concluſionem quartam in tertio caſu, ibi poſita, pagina. 1004.

*Quæſtio. De cenſura cogent. ſcripturas prodere. Cordub. Sotus.*

¶ Sit igitur pro expeditione quæſtionis primum eſſertū, ſcilicet, quòd in prędicto caſu quæſtionis harū ſcripturarū poſſeſſor, vel cōſcius earū ad eas reuelandas: vel exhibendas tenetur: quādo tales ſcripturæ ad ius, vel iuſtitiam tertij attinent, licet cōtra malè eas occupantem militent, quia retinet eas cōtra iuſtitiam, vt deſint alteri inſtrumēta, quibus poſsit recuperare ſibi debitū. Neq; ſufficit ſecundum Sotum, vt qui penes ſe eas habet ſe excuſet, dicēdo, quod inde vexationē timet. Niſi forſitan omni dubio procul manifeſtiſsimū ſit, taliter illas ad poſsidentis eas ius conducere, vt nullatenus ad ius alterius cōfirmādum attineant. Concordant in hoc Sotus & Corduba. Licet addat Sotus quod in foro ſæculari ad viam excōmunicandi cōfugere ad occulta inſtrumenta exploranda; ſaltem ad compellēdos, occultos teſtes, vt in iudicium prodeant, neq; mos priſcus eſt, neq; res forte legitima.

*Aſſertū. 1. Ratio. Sotum. Cordub.*

¶ Secundum aſſertū ſit. In prædicto caſu in quo poſſeſſori ſcripturarū pręcipitur ſub cenſura eas prodere in iudicio, ſi ſibi ſatis perſpectū habet nō malo iure eas occupaſſe, aut retinere, ſeq; nō carere iuſtitia in re à ſe poſſeſſa ab antiquo pro ſua; ſi ſimul pro cōperto habet ſcripturas huiuſmodi obtendentē, iure carere: & quod ſi in alijs cauſis ius obtinet, ad quo ius obtinendum in iudicio, ſibi non parum ſcripturæ hæ conferunt. Si tamen ex earum exhibitione, iuſte eas poſsidenti magnum exundat detrimentum: quia

*Nota caſum quoti.*

ex earum

ex earum exhibitione eas exhiberi petens *A* non ſolum tuebitur ſuum ius, aut illud in iudicio experietur; ſed etiã in iuditio vexabit eas iuſte poſsidentem, & ſua bona, poſtulando in iudicio, prodat titulum, quo tales ſcripturas poſſederit, quem titulum forſitã non potis erit probare, neque teſtibus, neque legitimis inſtrumẽtis tutari ſuam iuſtam poſſeſsionem; niſi in defectu inſtrumentorum præſcriptionem antiqui temporis allegarit, & ſic ſuo iure poſſeſsionis & bonorum in foro iudiciali impetitus executor, ſine ſpe perpetuo recuperandi via iuſtitiæ, niſi magnis expenſis, laboribus odijs, ſimultatibus interuenientibus, in hoc caſu; neque ſcripturarum *B* poſſeſſor, neque alius eiuſdem poſſeſsionis conſcius, tenetur eas edere. Quia omnes cenſuræ paulinæ, ſuper his ſcripturis, rebuſque acceptis ſic accipiendæ ſunt, quatenus nolint ligare caſu, quo iuſtè poſsidentibus magnum ſuboritur diſpẽdium in bonis: caruitque culpa quis ſibi tales ſcripturas acquirendo. Ita communiter doctores, & compendioſe Nauarrus refert in ſumma Hiſpana. c. 17. num. 114. & 115. & 116. Huius quoq; meminit Sotus de iuſti. & iur. libr. 5. q. 3. ar. 3. Metin. de reſtitutione. q. 11. Sylu. tit. tabellio. falſarius, & confeſsio delicti. q. 1. & 3. & 2. Et in caſibus, quibus ſcripturas huiuſmodi *C* poſſeſſor reuelare non eſt obligatus, poteſt iurando, ſi aliter non poteſt euadere, reſpondere iudici ſe earum eſſe ignarum, concipiendo intra mentem ſe neſcire aliquid, quod iure dicere teneatur, ſecundum Nauarri, & grauium doctorum opinionem; licet alij de hoc ſint hæſitantes doctores.

*Caſus vbi non dandæ ſcripturæ.*
*Ratio.*
*Intellig. paulina.*
*Nauar.*
*Sot. Meti.*
*Sylueſt.*
*Cautel. ſeruand. in iurando.*

3 ¶ Tertium aſſertum ſit, cuius meminit Corduba, non modicum ineſſe diſcriminis inter iuſſum iudicis, quo iubet exhibere ſcripturas, & inter iuſſum, quo iubet edere inſtrumenta. Quia exhibere inſtrumentum eſt illud diuulgare, vt vſui poſsit eſſe eo ſe potenti tueri, aut ius ſuum protegere: ad quam exhibitionem *D* inſtrumenti obnoxius eſt occultus poſſeſſor, vel conſcius illius, cum conditionibus ſupra memoratis. Sicque ſummarie iudex cognoſcens, an tale inſtrumentum attineat ad ius petentis, tunc exhiberi iubebit. l. in hac actione. §. ſciendum. ff. ad exhibendum & l. Taurus eo d. tit. & l. fin. C. de fide inſtrumentorum. Aliud eſt edere inſtrumenta, quod eſt ipſanmet ſcripturam tradere: ad quod nemo obligatur, cum diſpendio ſuorũ bonorum aut iactura ſuæ iuſtitiæ notabili, vt habetur, l. edita. C. de edendo & l. ſiquis ex argentarijs. §. rationem. ff. de edendo.

*Cordub.*
*Editio & exhibitio inſtrum. differunt.*
*ff. ad exhiben.*

*A* Et l. 1. C. qui accuſare, & C. de teſtibus. l. nimis graue, & ff. de quæſtionibus. l. de minore. §. tormenta, vbi dicitur, quod reus non debet miniſtrare arma, ideſt, probationes contra ſe ipſum, maxime in detrimentum vix reparabile iuſtitiæ ſuæ. Cæterum idiomate noſtro Hiſpanico pro eodem vſurpamus edere, & exhibere ſcripturam, quod eſt ipſam manifeſtare, quando ſic generaliter, & communiter mandatur.

## CAPVT CLX.

*De caſibus, in quibus quis tenetur reſpondere ad cenſuras prælati, an non, & in quibus ſub obligatione reſtitutionis.*

AN teſtis à iudice legitimè interrogatus, vel ſententia excommunicationis compulſus detegere furtum, ſi ſciens tacet, & ob id damnificatus ſuum non recuperat, reſtituere teneatur? Reſpondetur, haud dubium, quin reſtituere teneatur: caſu, quo iudex iuſtè proceſsit, iuſtèque præcipere potuit reuelationem furti, vt cauetur cap. 1. de crimine falſi. Quod intelligendum venit, ſi non tacuit propter metum alicuius pe*C*riculi ſui ſtatus, aut perſonæ, aut bonorum iuxta D. Antoni. 2. par. tit. 1, capit. 19. §. 7. & argu. capit. quis. 11. quæſt. 3. & Scotum in 4. diſtinct. 15. quæſt. 2. & Sylueſtrum verbo. reſtitu. 2. queſt. 6. Secundum Bañes, correctus fraterne, & rebellis, non eſt traducendus ad forum publicum; quia id potius vergeret in ſcandalum. Niſi caſu, quo pro bono communi licet illum deferre iudici; prælatique potius nocent communitati, qui corrigibilem ſecretè, vel coram paucis in publicũ producũt: & ex officio tenẽtur inquirere ſubditos ad correctionẽ, quia promiſerunt.

*Teſtis vbi tenetur reſpõdere ad cens. reſtituere tenetur.*
*De crimi. falſ.*
*D. Anton.*
*Scot. Sylu.*
*Bañes.*
*Correctus fraterne non eſt traducẽd. ad for. exterius.*
*Not. pro præl.*

*D* ¶ Præterea, ſeries doctrinæ expoſcit, vt dubium hoc prius ventiletur, an correctio fraterna ſit prius præmittenda, antequam quis reſpondere teneatur editis generalibus, vel literis excommunicatorijs, quibus præcipitur aliquod furtum reuelari. Scitu digna hæc quæſtio eſt, cognituque, vt obſeruetur neceſſaria. Reſpondetur ergo nemini dubiũ, quod conſcius furti, furti authorem manifeſtare, non tenetur, quo ad vſque prius iuxta ordinem correctionis euãgelicę, eum monuerit nam inducere eum debet prius, vt mandato epiſcopi ſatisfaciat: & ſi fur ſatisfecerit, eũ manifeſtare non debet:

*Quæſtio. An correctio premitt. in reſponſ. ad edita.*

¶ Sed quid, ſi admonitus occupator talis alieni,



alieni, non paret iudici excommunicanti, *A* quia ſatisfacere renuit, & teſtis conſcius furti iuſſus denunciare illud probare non poteſt? Reſpondetur ſecundum Nauarrum capit. decimo ſeptimo. numer. 134. & ſecundum Cordubam in tractatu de caſibus conſcientiæ. quæſtione. 64. in. 5. caſu, quo quis ad iuſſum iudicis generaliter excommunicantis non tenetur delictum reuelare. Quod etiam in caſu, quo author occultus delicti non ſatisfaceret, conſcius illius criminis, ſi illud probare non poteſt, non debet eum manifeſtare. Quia quando præcipitur: vt qui talem rem ſcit eam per denuntiationem manifeſtet, intelligitur de eo, qui ſcit, & probare poteſt: niſi quando prælatus is eſſet, qui poteſt prodeſſe, & non obeſſe capit. hoc videtur. 22. quæſtione. 5.

*Quæſtio. Quid ſi denunciator. probar. non poſſ.*
*Nauar.*
*Cordub.*
*Ratio.*

¶ Sed quid in caſu, quo, vt communiter fit, iubetur quiſquis ſcierit, furtum denuntiet ſub cenſura, an excuſatus à denuntiando, quia nequit probare, caſu, quo prælatus is ſit, vt ait Nauarrus, qui poteſt prodeſſe, & non obeſſe, teneatur illi, vt patri ſub eadem cenſura excommunicationis furtum pandere? Hoc non explicuit Nauarrus. Sed ſaluo meliori iudicio me docere potentium, crediderim, quod non. Pro eo quod ſecundum iuriſtas pœnæ ſunt reſtringendæ: & pœnæ quales ſunt cẽſurę, nõ vidẽtur excedere ſuos caſus. Quia hic loquimur de ſolo caſu, in quo ſententia iudicis, furtum iubetur denuntiari; quod intelligitur denuntiatione iudiciali: & tali, qua in foro exteriori poſsit cogi fur paſſo damnum reparare.

*Quæſtio. An non potens probare tene. denunc. vt patri.*
*Nauar.*

¶ Non poſſunt quæſtiones, quæ inuicem ſibi ſunt connexæ, ab inuicem ſeparari. Ideo ſubſequenter quæritur, quid ſi iudex non per viam denuntiationis, ſed poſt ſemiplenam probationem coram ipſo factam ad plenam probationem conficiendam præcipit ſub cenſura, vt qui illud ſcit ad teſtificandum veniat, tunc, an eſto non poſsit probare teneatur ire ad deponendum quod ſcit? Reſpondetur ſecundum Nauarrum ſumma Latina cap. 17. nu. 135. tenetur plane ſub pœna incurrendi cenſuram, & reſtituendi damnum ire ad deponendum quod ſcit, licet admonitio Euangelica non præceſſerit, neque probare poſsit, ſi ſine ſuo detrimento notabili id poſsit efficere, iuxta caput fin. de iureiurando. & cap. ad noſtram eodem tit. Quia tunc illi non præcipitur, vt denuntiet, ſed vt teſtificetur ſecundum Angelum verbo, denũciatio. §. 3. Niſi ſit perſona eo caſu à teſtificando excuſata, ob cognationem, vel ob

*Quæſtio. An qui vt teſtis accerſitur ten. reuel.*
*Reſpon.*
*Nauar.*
*De iur. iu.*

aliam cauſam:

¶ De qua materia teſtium priuilegiatorum agit Nauarrus cap. 25. numer. 48. & ſequenti ſumma Latina. Vbi etiam ſumma Hiſpanica eodem capit. & numer. ait quod non poſſunt cõpelli ad teſtificandũ, ſocer, gener, priuignus, propater, frater, ſoror, neq; alij intra quartum gradum conſiſtentes: ſecundum computationem ciuilem, neque in criminalibus, neque in ciuilibus, contra Angelum ſecundum gloſ. communiter receptam in l. lege Iulia ff. de teſtibus: niſi vbi copia aliorum teſtium deſit, ca. quanquã. 14. quæſt. 2. ibi gloſ. ſed ſi volũt, bene teſtificari poſſunt con*B*tra illos, vt innuit iuris cõſultus in dicta l. Iulia. ¶ Admonet tamen Nauarrus, quod ad effectum admittendi inhabiles, quia habilium copia non ſuppetit, neceſſarium eſt, tales habiles teſtes non interueniſſe, neque ſolitos eſſe interuenire, neque potuiſſe interfuiſſe talibus actibus: niſi priuilegiatæ perſonæ, vel inhabiles. Vt perſenſit gloſſa ſecunda ca. tertio loco. de probat. Sed ad priuilegiatos compellendos, iuramentum partis iurantis alios ſibi non ſuppetere teſtes, ſufficeret, dum timoratæ conſcientiæ ſit, niſi coniecturæ ſubſiſtant in contrarium, iuxta ſanctionem Bonifacij. 8. niſi alicui teſtium emerſe*C*rit notabile detrimentum. Tandem Nauarrus concludit, quod inhabilitas teſtificandi non excuſat à neceſsitate reſpondendi mandatis iudicum; ſed bene ab hoc excuſat priuilegium.

*A teſtificando priuilegiati.*
*ff. de teſtib.*
*Nota.*

¶ Iam; quia ad mandata iudicum eorumque cenſuras reſpondendum eſſe docuimus, ſupereſt noſſe, an ſint aliquæ cauſæ excuſantes à parendo mandatis de reuelando delicta ſub cenſurarum pœna. Reſpondetur iuxta ſententiam Cordubæ, quæſt. 64. de caſibus conſcientiæ, & Nauarri capit. 25. ſumma Hiſp. numer. 46. vbi Corduba. 7. caſus excepit à regula generali dictante huiuſmodi cenſuris fore reſpondendum, & Nauarrus octo *D* excipit. ¶ Primus, ſi ſit peccatum occultum iam emendatum, vel ſola correctione emendandum eſſe credatur. Quia tunc premittenda eſt correctio fraterna, ſi per illam eſt emẽdabile ſecundum Diuũ Thomam. 2. 2. queſtione. 33. artic. 7. ad 3. & ſecundum Diuum Antoni. 2. p. tit. 9. cap. 6. §. 1 col. 3.

*Quæſtio. Quæ cauſæ excuſ. à reſpond. cenſuris.*
*Corduba.*
*Nauar.*
*Caſus. 1*
*D. Thom.*

¶ Secundò, quãdo nequit probare delictũ iubeturq; denuntiare, & nõ teſtificari. 2

¶ Tertiò, ſi à tali perſona id delicti audierit, tam leui, talique modo audierit, quòd ſibi leuitati aſcriberetur, ſi id denuntiatum abiret, vel ſi dictum illius iudicem moueret, plus 3

debito

4 debito aduerſus reum. ¶ Quarto excuſatur
ſciens delictum per auditum tantum, ſi ſata-
gat is, à quo id audierit, vadat nuntiatum ad
5 iudicem. ¶ Quintò, ſi conſcius occupationis
rei alienæ, reſcierit in recompenſationem li-
quidi debiti ſic acceptum retineri, neq; plus
6 debito retineri. ¶ Sextò excuſatur à reuelan
do, ſi via confeſsionis, id furti reſcierit. Imo
extra confeſsionem, dum non interuenit ac-
cuſatio, vel infamia, ſi prælatus, vt iudex in-
terroget denuntiantem ad puniendum reum
etiam ſi ſint duo, vel tres, vel plures teſtes
ſine infamia præcedente non tenetur re-
ſpondere.

*Plures teſtes ſine infamia & accuſ. nō ſuffic.*

¶ In inquiſitione tamen generali non re-
quiritur infamia probata, in qua crimina
emēdata, omnino, non ſunt denuntianda ſe
cundum Sotum, niſi adſit accuſator, vel infa-
mia; & interrogetur, vt teſtis in particulari.
Stante tamen infamia non emendatus, tunc
denuntiandus eſt. Secus eſt, ſi non ſit infamia
niſi crimen ſit nociuum. Si autem nociuum
non ſit, ſitque ſine ſpe emendæ, tunc denun-
ciandum non eſt ſecundum Sotum tale cri-
men. ¶ Septimo, ſi per modum ſecreti, au-
thor delicti id alicui reuelauit, ad captādum
conſilium pro ſalute animæ, vel corporis,
aut pro defenſa rerum, vel honoris, tunc ij,
quibus huiuſmodi ſecretum concreditum
eſt, quales ſunt medici, obſtetrices, viri litera
ti, aduocati, conſiliarij, adiutores ad prædi-
ctum finem, etiam cum iuramento, vel cen-
ſuris compulſi reuelare delictum huiuſmo-
di, peccant mortaliter, ſi illud prodant; etiam
ſi reſciant authorem delicti graui laborare in
famia, neque deeſſe probationem, & teſtes
contra illum. Quia ſolum id deponere poſ-
ſunt, quod alia via quàm via prędicti ſecreti
nouerunt, ſicut & confeſſor. Quod quidem
aſſertum habet verũ, niſi talis detectio ſecre
ti prorſus eſſet neceſſaria ad cauendum lon-
ge maius, grauiuſque damnum reipublicæ,
vel tertij. Quia tunc ſi aliter tale malum irre-
mediabile eſſe creditur, omne ſecretum ex-
tra confeſsionem ſacramentalem concredi-
tum pandendum eſt: quatenus pro grauiori
dicto detrimento cauendo opus eſt, & non
amplius: & hoc ſubuenturo tali damno, cum
minori delinquentis diſpendio.

*De inquiſ. general. quādo cri. denuntiāda. Sotus.*

*Caſus. 7. limitatur.*

¶ Ita Corduba dixit: Nam Nauarrus, li-
cet ab hoc non diſcordet: ſed id non ſatis ex-
plicuit. Tamen hoc videtur contra Sotum
in ſecundo membro. quæſtione ſeptima con
cluſione. 4. folio. 66. & de iuſtitia & iure. li-
bro. 5. quæſtione. 7. artic. 1. Nam ſecundùm
D. Bonauenturam & alios doctores aſſerit

*Cordub. Nauarr. Sotus.*

A contrarium, dicens ibi Sotus, quòd etiam ſi
talia ſecreta ſub illa cæremonia ſigilli cõfeſ-
ſionis, dum confeſsio non interfuit, fuerint
concredita, ſi ſint peſtifera reipublicę, ſtatim
accuſatione deferri debent in aures iudicis.
Et ſi ſint in periculum graue tertiæ perſonę,
cui non poteſt aliter occurri: vel ſi ſic con-
ſcius ſecreti, euocetur in teſtē. Sed puto me
aliquantulum Cordubam, & Sotum in hoc
diſsidentes aliquatenus poſſe concordare,
dicendo, quod quando ſecretum vergit in
damnum grauius reipublicæ: quando aliter
certiſsimum & in promptu non eſt reme-
dium, non ſolum eſt reuelandum: ſed etiam
B per accuſationem ad iudicem deferendum,
ſecundum Sotum. Quia bonum commune,
quale eſt reipublicæ, præferendum eſt bono
particulari ſecretum cõmittentis. Sic primò.

*Concordat autor Cordub. & Sotum.*

¶ Secundò poſt hoc dicimus: Quādo quis
nouit Ioãnem ſurripuiſſe equum Petri, vel
aliquid aliud, peccat non præmiſſa monitio-
ne, prodendo Ioannem. Quia licet teneatur
conſulere bono temporali Petri, ſed id nulla
tenus fieri debet prodendo famā Ioãnis, niſi
admonēdo illũ prius vt reddat equũ alienũ.
Ita Metin. in ſua inſtruct. fol. 192. §. 36. *Metin.*

¶ Tertio: Quando aliquis nouit ſecreto 3
Petrum machinari mortem in Ioannem, re-
C que vera occiſurum fore illum, admonen-
dus eſt iſte cædis machinator, vt abſtineat,
quod ſi viderit monitor ſe non proficere, ad
monendus eſt Ioãnes vt ſibi caueat à Petro.
Sic compellendus eſt in confeſsione iſte con
ſcius huius machinationis faciat: quia præce
ptum Domini eſt dicentis. Erue eos, qui du-
cuntur ad mortem. Et quia tunc nocens per
dit ius ſuum, ideo magis conſulendum eſt
honori, & vitæ innocentis, quam parantis
nocere. ¶ Quarto, quando quis molitur ma-
lum graue in rempublicam, vel regem, huius
ſecreti conſcius non tenetur pręmittere cor-
rectionem fraternam, quia præceptum cor-
rigendi cum ſit affirmatiuum, non obligat,
D niſi quādo oportet, & quomodo oportet, &
expedit. Sed hic non expedit, quia nullus ſa
tis ſibi perſuadere debet, quod molitor pro
ditionis & tanti mali, ſola priuata correctio-
ne emendatus euadet. ¶ Sed Metin. in loco al
legato ait, in hoc caſu, prodendũ eſt malũ iu
dici, non vt iudici, ſed vt patri vt tantum
mali caueatur. Sed ego credo in hoc caſu
pertentantem huiuſmodi proditiones te-
netur conſcius reuelare iudici, vt iudici, &
non tantum vt patri: quando niſi iudex
procederet vt iudex, non poſſet appone-
re ſufficiens coertionis remedium; quia
interim

*Metin. limitatur.*



interim tanti mali proditor proderet, vel in-
cenderet ciuitatem. ¶ Porrò inquiſitoribus
crimen ſi ſit hæreſis, ſtatim denuntiandum
venit, quia regulariter hæretici ſolent eſſe do
gmatizatores, & quia proſpiciendum eſt ma
gis bono communi, quam particulari. Quia
de emenda per ſecretam noſtram correctio-
nem certi eſſe non poſſumus: Præſertim
quod hæretici cum peccantes ex pertinacia
ſint, ſi authoritas eccleſiæ, contra quam ſuos
errores aſſerunt: eos non compeſcit, aut emē
dat, neque tales correctione priuata fraterna
eſt præſumendum fore emendandos. Ideò ſi
aliquis horum ſit criminum conſcius accedēs
ad confeſsionem ſecundum Metinam abſol-
uendus non eſt, niſi prius denuntiauerit, &
huiuſmodi denuntiationis teſtimonium at-
tulerit. ¶ At ſuperſtitioſi, aut ſortilegi, quo-
rum ſuperſtitiones manifeſtam non conti-
nent hæreſim: quia non diuinant de futuris,
aut liberis, aut cultum non exhibent dæmo-
ni, ſed cauſa ineſcandi mulierem in ſui amo-
rem falſa ducti ęſtimatione, vtuntur herbis
quibuſdam, prius ſunt admonendi, quod ſi
non ſe correxerint, denuntiandi ſunt.

*De hæreticis denunc. ſine moni.*

*Metin.*

*An ſuperſtitioſi ſint denunc.*

¶ At ſtriges, quia ſolitæ ſunt eſſe in perni
ciem & graſſari in pueros, dæmonique ſoli-
tæ ſunt exhibere cultum (vt aiunt) ſtatim de
nuntiandæ ſunt. Sicut & ſuperſtitioſi exer-
centes ſuperſtitiones manifeſtam continen-
tes hæreſim. Quales ſunt diuinationes futu-
rorum caſuum contingentium, aut cogitatio
nes cordium certò per ſortilegia velle præ-
noſcere, aut per chiromantiam, aut circa aras
idolorum tura, aut ſacrificia offerre; ſtatim
ſunt denuntiādi, quia hi pernicioſiſsimi ſunt
in republica, neque aliter eorum præſumi-
5 tur emendatio. ¶ Quintò dicimus, quod
quando iam quis perpetrauit delictum gra-
ue, cuius iam pœnitentia ductus ſupercilio,
hominem alioquin doctum conſulit, vt ſibi
ſalutare remedium, & conſilium adhibeat,
quia iam illius pœnitet: etiam ſi iudex eccle
ſiaſticus ſuas promulget cenſuras, per quas
indicat, vt omnes ſcientes crimen pandant,
particeps illius ſecreti prædicto fine, & mo
do cogniti non tenetur detegere. Quia licet il
la commiſsio ſecreti non facta fuerit per ſa-
cramentalem confeſsionem, ſed tamen fuit
via remota ad confeſsionem, vt ſcilicet, ad-
6 hibito remedio, digne accederet poſtea ad
confeſsionem. Ita Medina cordate loqui-
tur loco citato.

*An ſtriges ſint denunciandæ.*

*An petentes conſilia denunc. ſint.*

*Metin.*

¶ Dicitur ſexto. Si quis inter ſe ſignan-
dum ✠ conſtringens alium ad ſecreto cu-
ſtodiam reuelauit ſe eſſe hæreticum, ſcilicet,

*Hæreticus an à cõfeſſor. ſit denunc.*

A Lutheranum, denunciandus ſtatim ſecundum
Metinam. Quia illa non fuit confeſsio, quia
non cum pœnitentia facta confeſſori, neque
via ad illam, nec cum propoſito confitendi. *Metin.*

¶ Dicitur vltimo. In alijs caſibus ſemper
ſeruandum eſt ſecretum, niſi caſu, quo iuridi
ce fuerit rogatus, ſecundum Metinam loco
citato cum obligatione reſtituendi damna
caſu, quo obnoxius ad reſpondendum cum
ſit non reſpondet. At verò ſubditus præla-
to tractanti de bono ſuo & quærenti de pec-
cato ſuo ſecretò non ad punitionem, ſed ad
emendam, tenetur reſpondere ſecundum So
tum, quando ſcit prælatum poſſe ſibi illud
B crimen probare cum vno teſte ſimul cum
denuntiatore. Imo cum ſpe emendæ talis
prælatus poteſt paterne denutiatum à fide
digno rebellem punire coram patribus ſecre
to pœna arbitraria & leui deterrere. Imo
etiam ſecreto excommunicare poteſt, poſt-
quam probatum fuerit ei crimen cum de-
nuntiatore & alio teſte, ſed non poteſt illum
traducere ad forum exterius ſecundum Yba
ñez & Metinam. Quia licet oppoſita ſit cõ-
munis; ſed tamen eſt rigoroſa, & parum con
formis Euangelio, etiam ſi ſit ſpes emendæ:
quia correctio publica tunc ſcandalizat, ne-
que per ſe ordinatur ad emendam peccati ſe-
C creti, de quo hic agitur.

*Quādo ſubditus tenetur per ſe reſpon. prælato.*

*Correctus rebellis nō traducēd. niſi. Metin. Ybañez.*

## CAPVT CLXI.

*In quibus caſibus ſub obligatione reſtitutionis tenetur quis reſpondere iudici, & de quibuſdam caſibus huic materiæ annexis.*

DEinde quęritur (quia ſermones
in vniuerſali minus proſunt)
caſus hic particularis, cuius me
minit Corduba: qui quodam
modo ad iſtam materiam reſti
tutionis reductiuè pertinet. Quemadmodũ
D & caſus vbi ſi quis obligatus denuntiare, nõ
denuntiet, obnoxius ſit ad reſtituenda dam-
na ſubſequuta, vt ſæpe diximus. Scilicet,
Vtrum ſubditi iuramento conſtricti à domi
no ad deponendum, quis venatus fuerit, quis
piſcatus, quis ligna ſecuerit in locis vetitis,
ſi inficiati fuerint negauerintque ſe quic-
quam ſcire, cum reſciant damna illata reſti-
tuere teneantur?

*Corduba.*

*An ſubditi negātes reſtitu. tene.*

¶ Et quia hic non tam aptus eſt locus ad
materiam inquiſitionis, denuntiationis, vel
accuſationis proſequendam, compendioſe
dicamus primò, præſupponentes regulam
generalem, per quam cum appendicibus
dictis,

dictis, quæſtioni prædictæ ſatisfactum erit abunde. *Regu. gen.* Regula generalis præſupponenda eſt, quæ ſæpius eſt inculcata, ſcilicet, quod in caſu, quo quis tenetur parendo reſpondere iudici, ſi mendacio, vel aliter celet veritatem tenetur ex iuſtitia reſtituere ſubſequuta damna. *Doctrina.* Appendix doctrina eſt, quod regulariter tenetur conſcius delicti reſpondere iudici ſecundum ordinem iuris interroganti, quando ſine notabili ſuo detrimento teſtificari, aut denuntiare poteſt.

*Quæſtio. Quando iudices iuridicè proced. ad interrog.* Reſtat ergo vltimo pro completa reſponſione quæſtionis quærere, quando iudices eccleſiaſtici per cenſuras, vel iudices ſæculares per aſſumpta iuramenta de veritate dicenda poterunt iuſtè prædicta inquirere. Dico ſi vel ad inſtantiam alicuius particularis damnificati, vel procuratoris rei publicæ in prædictis paſſæ damnum iacturæ grauis, vel ex euidentia delicti: quia apparet magna ſtrages commiſſa, proceſſerit iudex, iuſte procedit; tunc ad inquiſitionem generalem. Sicut etiam quãdo publica percrebruit fama, aut clamoroſa inſinuatio, quod in regione, congregatione, vel populo inſultus fiant à latronibus, vel peccatum nefandum perpetretur, vel ſimilia, generalis inquiſitio fieri poteſt. *An iudex inquir. ſpecial. poſſ. ſciſcitari.* Sed tamen quatenus per inquiſitionem hanc generalem, iudex procedit, nõ poteſt ſpecialiter ſciſcitari, an Petrus fecerit hoc, quia graui illum afficeret iniuria; ſed tantum in genere percunctando, quis fecerit, authorem criminis indagare poterit. Niſi aliqua ſpecialis perſona ſpeciali infamia fuerit notata. Quia tunc de illa perſona, ſcilicet, an Petrus tali laborans infamia fecerit hoc nominatim inquirere iudex valet.

*Quæſtio. An indicia ſatſint ad inquir. in particulari.* ¶ An vero, ſicut planum eſt infamiam ſpecialem, qua quis ſpecialiter eſt prænotatus valere ad ſpecialiter, & nominatim inquirendum de illo: ſic etiam valeant indicia ſpecialia ſpecialiter aliquem indicantia authorem criminis eſſe, & ſufficiant ad inquirendum contra talem in particulari, controuertitur inter Sotum, & Nauarrum. *Variant Sotus. Nauar.* Nam Sotus in de detege. ſecreto in ſecundo. membr. quæſt. 6. concluſione. 8. dubio 1. & folio. 51. & 5. tenet ſufficere. Nauarrus autem in ſumma cap. 8. num. 38. & in cap. 35. num. 35. & in cap. 17. numero 135. tenet oppoſitum, negans ad id, manifeſta indicia ſufficere. *Sot. Sylu. Contra Nauar. tandem nõ ſunt.* At tandem Sotus de iuſt. & iure. libr. 5. quæſt. 6. artic. 2. & Sylueſter titulo. indicium, & tit. inquiſitio. 1. quæſt. 3. & quæſt. 4. cum Nauar. conuenientes aſtruunt ad ſpecialiter procedendum contra Petrum non ſufficere indicia manifeſta ipſum prodentia, ſed tantum huiuſmodi indicia, via accuſationis pro ſemiplena probatione valere, vt poſsit iudex hac via tam reum ſic indiciatum, quam etiam teſtes delicti non ignaros, cogere ad fatendum veritatem in tali caſu. *De accuſ.* Ad huiuſmodi rem facit caput qualiter, & quando. ſecundo. de accuſationibus.

*Sententia autoris.* ¶ At vero credo, quando indicia ſunt non leuia, ſed grauia ingerentia grauem præſumptionem, vel ſunt grauiſsima, quaſi ſufficientia ad condẽnationem, ſuntque per maiorem partem viciniæ ſparſa, tunc ſufficere, ad inquirendum in ſpeciali contra ſic grauiter, & publice indiciatum. *Nauar.* Nec hoc vti reor inficiaretur Nauarrus, qui ait ad inquirendum ſic ſpecialiter ſufficere famam, vel aliquid æquiualens famæ. At prædicta indicia ſic qualificata videntur æquipollere infamiæ. *Ratio.* At tunc etiam talia indicia grauia ſparſa per maiorem partem reipublicæ, ſcandalum publicum ingenerãt in populo, vel vicinia, quod videtur non fore tolerandum. Nam nouo populus agitatur ſcandalo, cum ſcandalum ingenitum publice vident per iudices diſsimulari. Quare Iulius Clarus in ſua practica criminali quæſt. 20. de indicijs ait, quod quando reus eſt certus, inquiritur ſpecialiter, & aſſumuntur indicia ſpecialiter contra eum. Et credo per certum, intelligit Iulius Clarus reum grauiter, valde & publice indiciatum.

*Reſponſio ad quæſt.* ¶ Sed iam tandem ad in initio relatam quæſtionẽ reſpondendo concludimus, quòd extra prænumeratos caſus, ſi iudices, vel domini, in prædictis inquirendo procedant extra formam prædictam: & male procedunt, & à graui culpa non excuſantur ſecundum Sylueſtrum vbi ſupra & titu. iuramentum. 2. quæſt. 9. & Nauar. vbi ſupra capit. 25. nu. 26. & 27. & 36. & 37. cap. 18. nu. 38. 39. 46. 57. & cap. 12. nu. 20. & 21. & ſecundum doctores capit. qualiter, & quando. *Sylueſt. Nauar.* *An pro illi no reſarc. ſit teſtific.* ¶ An autem ad interrogata iudicis teneatur reus vel teſtis reſpondere, dum inquiritur pro reſtauratione damnorum illatorum, iam diximus teneri, exceptis in illis. 7. aut octo caſibus ſupra relatis.

¶ Perpendendum eſt vltimo, quando aliqui in ſpeciali ſunt denuntiati per cuſtodem ſyluæ, vel venationis, vel piſcationis, quod deprehenderit eos in harum rerum furto, iuramento iudicis, ſi aſtringantur ad fatendum veritatem, tenentur de plano iurare, atque veritatem teſtificari. Quia ſi cuſtos iurauit ita eſſe, ſufficit ad ſententiam condemnationis in pecunia contra eos ferendam, ſicut ſancitum



*Legibus fori.* citum eſt in legibus fori regalis Hiſpa. lib. 4. tit 4. l. 7. Sic cuſtos præfectus in vineis, & decerpentes fructus apprehendere poteſt, hoc eſt, deferre ad iudicem, ſuoque iuramento defertur, fideſque adhibetur. Sic gl. *Montalu. ff. de offic. præfecti. Bartol. Bald.* Montalui ibidem latius. Ad hoc facit. l. 1. §. ſane. ff. de officio præfecti vrbis, & Bart. in. l. diuus. 2. ff. de cuſt. reo. & Baldus ſuper Infortiatum de rebus eorum, qui ſub tutela, vel cura in. l. magis puto. §. illud. At cætera pertinentia ad materiam inquiſitionis ſuo loco ſunt expedienda. Hæc verò pro reſpondendo ad furta, vel damna, dicta ſufficiant.

*Quæſtio. An vxor, cognati bona abſcõſ. iudici ten. reuelare.* ¶ Sed tamen quæſtio, de qua ſe noue inquiſitum fuiſſe ait Nauarrus ſumma latina. cap. 17. num. 135. non eſt prætermiſſu digna, an vxor, filius, & cognatus alicuius delinquentis, abſcondentes aliqua eius bona in aliquo monaſterio, vel alio loco, ne à iudicibus ſequeſtrentur teneantur ipſi, vel alij eius rei conſcij illa reuelare propter ſententiam excommunicationis, aut iuramentum quibus iubentur ea pandere? *Reſpon.* Reſpondetur ergo, ſententiamque amplexantes Nauar. dicimus ꝙ ſi omnia abſcondita pertineant ad compenſandum dotis debitum, vel aliud aliàs contractum debitum: non tenentur planè tunc prædicta à ſe abſconſa bona prodere. Sin autem ad prædictam recompenſationem debitorũ neceſſaria non ſint, celanda non ſunt, ſed patefacienda ad mandatum iudicis. *Cautela Nauarr.* Oportet autem cauere hic, inquit Nauarrus: ne iterum peti poſsit debitum id, ad quod abſcondita ſufficiunt: inſtar illius qui accepit aliquid de bonis creditoris, in ſui debiti compenſationem.

*Quæſtio. Cordub. Vxor de dote ſibi reddita ſed conſump. poſſ. ſibi recompẽſ.* ¶ Illa quoque quæſtio nõ ab hoc loco abhorret, cuius meminit Corduba in tractatu de caſibus conſcientiæ. quæſt. 126. An vxor, quia iam legitimè per iudicem fuit integrata in dote à marito prodigo, vel vergenti in inopiam ſibi reddita, ſi in oneribus matrimonij poſtea ipſa eam inſumpſit, poſsit rurſum eã repetere: aut an de bonis mariti ſecretò pro dote ſic inſumpta, poſsit ſibi recompenſare, non obſtante, quòd per cenſuras iuſſa ſit talia bona mariti defuncti propalare.

*Dictũ. 1.* ¶ Reſpondeo primo, eſſe dicendum, quòd vxor timens lites, de bonis mariti poteſt ſibi ſecreto recompenſare vſque ad quantitatem ſuæ dotis, & arrharum, bonorumque paraphernalium, ſi ſibi ſuppetebant, & non vltra. Quia debitum hoc ſuum maiori priuilegio pollet, quam omnium aliorum creditorum mariti non habentium hypothecas ſpeciales, & expreſſas ſuper bona viri anteriores ad dotem, ac per conſequens ſolũ aſtricta manet ad reſiduum, quòd retinet de bonis mariti, vltra prædictorum æquam recõpenſationẽ. Neq; tenetur reſpõdere literis excommunicationis, aut iuramentis quibus cogitur detegere abſcondita bona.

*Limitatio* ¶ Prædicta autem hæc omnia, & ſequentia intelligũtur vera, niſi vxor ſe deuinxerit ad perſoluenda mariti debita, vel fideiuſsit pro eis. Ita Nauar. in additione ad cap. 17. ſuæ ſummæ nu. 134. & 135. *Nauarr.*

2 ¶ Secundò dicimus, ſi mulier hæc ſuperſtite marito manumiſſa fuit in ſua bona dotalia, eique talia bona ſunt reſtituta iuridicè, eorumque iam adepta fuit poſſeſsionem; etiam ſi poſtea in oneribus matrimonij ea rurſus inſumpſerit omnia, vel illorum quotam, repetendi iam ea iure caret: neque ſibi recompenſandi ius iam ineſt pro eis de bonis mariti, in creditorum mariti præiudiciũ. Quia tunc cenſetur ea bona impendiſſe pro marito veluti mutuando ea marito. Quare cum creditores ſint anteriores, illis prius eſt perſoluendum de bonis mariti.

*Quæſtio. De vxore reſtit. in dot.* ¶ Sed quid, vtrum ſatisfactione iam præſtita his creditoribus, qui potiores ſunt tempore, poſsit ipſa de reſiduis facultatibus viri hæc pro oneribus matrimonij à ſe inſumpta bona dotalia, in quibus iam fuerat integrata, recuperare? Reſpondetur: poterit plane tuta conſcientia. Nam & vir eius ſalua dote eam tenebatur alere. Sicque in hoc caſu ab hæredibus mariti poterit repetere quæ ſibi deſunt pro implemento ſuæ dotis.

¶ Imo addo ſecundũ Cordub. Licet vxor in domum ſuæ habitationis ſit reſtituta, taliſque domus fuit illi tradita: etiam ſi propter incuriam non ſe opponendi executioni, ſibi per creditores mariti in iudicio fuit ſublata: adhuc, ſi ſibi de dote ſua non eſt factũ ſatis, de facultatibus mariti, poterit rehabere, quæ ſibi pro integritate dotis deſunt: ſi reuera in dote ſua non fuit totaliter reintegrata; etiam ſi ex eius negligentia id ſibi euenerit.

*Reſ. ad. q.* ¶ Igitur ad quæſt. tandem facientes ſatis concludimus, quòd ſi mulier iam ſibi recompenſauerit de facultatibus viri à ſe abſconditis pro ſua dote, & arrhis boniſq; paraphernalibus, tunc non poteſt ſe tutari manumiſſione cauſa dotis: qua manumiſſa fuerat in prædictam domum. *De vxore ſibi vltra dot. recompenſ.* Quia id non abeſt à culpa mortali, cum id in fraudem detrimentumque creditorum mariti cedat. Quia ratione illius manumiſsionis prius factæ pro dote in ædes, rationeque oppoſitionis, debita ſua illis

illis inſoluta manerent. Quare prædicta mulier ad debita hæc creditorum mariti perſoluenda, obnoxia maneret, ad omneſq; impenſas, & damna illis reſarcienda.

*Modus reſtitut.*

¶Qualis autem reſtitutionis hic modus ſit adhibendus claret. Quia in hoc caſu ſi huiuſmodi creditores inueniri poſsint, illis, vel ſuis hæredibus reſtituendum erit. Qui ſi inueniri nequeant, ſi alij creditores ſuperſint, inter ſuperſtites, priuilegiati magis, & potiores tempore, erunt priores in ſolutione ſibi facienda; vel illis iam vita functis, ſuis hæredibus erit reſtituendum. Quòd ſi tam ipſi, quam eorum heredes incogniti ſint prorſus, inter poſteriores creditores, ſolutio diſpertienda erit, indigentioribus ſubueniendo. Ita Met. de reſti. quæſt. 2. & Nauar. capit. 17. nume. 47. & vſque. 51. & ad hanc reſtitutionē per cenſuras cōpelli poteſt; quia extra illas ad illam tenebatur.

*Metin. Nauarr.*

*Quæſtio. De vxore impe d. reſtit.*

¶Sed quid, ſi vxor aliqua ſuo ſuaſu in cauſa ſtetit principali, quòd eius vir prodigus, diffuſuſque fuerit in donando filijs vltra id, quòd lege permittitur, vel pro filiorū luxu vel fauſtu fouendo in creditorum viri diſpendium. Dicitur planè, quòd hæc quæſtio non tam difficilis eſt, quam ab aliquibus confeſſoribus parum perpenſa. Tenetur ergo mulier in hoc caſu damnum, cui præſtitit cauſam ſuo inductu, creditoribus mariti reparare. Secus ſi de bonis dotalibus, vel paraphernalibus ſibi iam reſtitutis à marito, & traditis, donationes non inofficioſas inter filios vel alios donauit.

*Quæſtio. De vxor. imped. reſtit.*

¶Tandem dubitari poterit, vtrum vxor à marito iuſſa dare centum creditoribus viri ſui: ſi ipſa expenderit illa centum ad onera matrimonij ſupportanda: quando aliunde non poterat familiæ indigentiæ ſubuenire: teneatur illa reſtituere de ſuis? Reſpondetur proculdubiò tenetur, quando non ſuperſunt facultates mariti, vnde reſtituat; quia cauſam potiſsimam præſtitit, quominus creditores illa centum non recuperauerint. Et quamuis pro graui indigentia familiæ, creditoribus tunc non indigentibus, potuit ſolutionem illorum prolatare: ſed tandem ad eorum reſtitutionem deuincta manet, ſi aliunde facultas non ſit ad ſoluendum.

*Quæſtio. An vxor in hoc caſu licitè ſibi recompenſ.*

¶Porrò, ne ea dubia, quæ ſibi cōſequentia ſunt & aliquantiſper affinia diſgregemus, oportet hic ea continuemus. Quare ſuccedit dubium prædictis non omnino abſimile, de recompenſatione ſecreta. Caſus eſt: Maria vxor Ioannis in dotem attulit duo millia aureorum, & ſupellectilia domus, ſed ſupellectilia hæc ſub fide viri tradita ſunt Ioanni inæſti-

appretiata. Cumque Ioannes prædictæ Mariæ coniugi ſuæ tercentum aureos nomine tituloque arrharū fuerit pactus dare: tandem in extremis conſtitutus, teſtamento confecto, neque dipondium Mariæ ſuæ coniugi, pro tot obſequijs ſibi præſtitis, neque pro ſtipulatione arrharum, neque pro conſumptione ſupellectilium delegauit. Quæritur, an Maria de facultatibus viri ſecreto his poſſit ſibi recompenſare. Quæſtio eſt quę quotidiana poteſt eſſe. Huius meminit Corduba de caſibus quęſt. 128.

¶Reſpondetur tamen per tria aſſerta. Primò, quod prædicta Maria de obſequijs exhibitis marito in vita nihil curet; quia pro his ex debito iuſtitiæ nihil poteſt ſibi reportare; quia ratione matrimonij ad dicta obſequia tenebatur. Quare hoc nomine, de bonis viri defuncti nihil poteſt ſibi recompenſare. *Aſſert. 1.*

2 ¶Dicitur ſecundò, loquendo de ſupellectilibus, quod ſi tempore, quo maritus penes ſe ea recepit, de eis neque inuentarium fuit editum, neque prætaxatio facta, clareſcit ſanè in partem dotis, cum duobus mille aureis ea ſupellectilia non intraſſe, neque in dotem traditam marito fuiſſe computata: vt ait Sylueſt. tit. dos. quæſt. 2. dicens, quòd vxor ſi veſtem inæſtimatam attriuerit ſuo facit periculo. Quare etiam ſi in communi obſequio vſuque amborum fuerint omnino detrita, aut deteriorata in toto, vel in parte, cùm in partem dotis, non ſint adnumerata, non ſunt ſibi lege iuſtitiæ reſtituenda. Quare neque pro his Maria de facultatibus viri defuncti poteſt ſibi ſecreto quidquam recompenſare, quia in culpam furti incideret.

3 ¶Dico tertiò; Si loquamur de arrhis ſibi promiſsis, de quibus maior premit difficultas, diſtinguendum eſſe videtur. Nam ſi arrhæ, de quibus ſpōſio eſt facta decimam partem bonorum mariti eas conferētis iuxta leges Hiſpaniæ non exceſsiſſent, & ſcriptura ſuper eis edita, vel ſufficiēti teſtimonio teſtium talis ſpōſio arrharum probari potuiſſet tunc debito iuſtitiæ legalis, tales arrhæ ſibi eſſent debitæ. Sed neque tunc in hoc caſu poterit de bonis mariti ſecretò ſibi recompenſare, cùm via iuſtitiæ poſsit iſtud repetere, & recuperare debitum.

*De arrhis promiſsis vxori recopil. noua. lib. 5. tit. 2. l. 2.*

¶Si autem pro ſponſione talium arrharum, neque inſtrumentum aliquod, neque teſtes teſtificantur: argumentum nonnullum eſt talem promiſsionem arrharum, gratitudinis potius, quàm debiti legalis habuiſſe obligationē: ſicut pro more fit in nuptijs inter-



interdum, & ſæpe. Quod ſi ita ſit, vel illæ arrhæ non ſunt debitæ, vel non liquet deberi: quare cum recompenſatio de liquido debito ſemper fieri debeat; infertur plane, tunc Mariam pro his arrhis non poſſe de rebus mariti, quicquam occulte ſibi vendicare. Cōſonat Metina de reſtitutione quæſt. 11. & Nauar. in ſumma cap. 17. nume. 112. vſque. 116.

*Quæſtio.*

¶Præterea Cordu. quæſt. 130. de caſibus conſcientiæ, vbi quolibetarias videtur agitare quæſtiones, & hunc caſum in dubium vertit in caſu, quo gener cum ſocero conuenit deſignandis duobus arbitratoribus, ſuper ſupellectilibus prætaxandis dotis, ſe aſtringendo ad arbitrio arbitratorum obtēperandum. Tamen in hac conuentione, eius fuit animi, quod ſi iniuria ſibi fieret in appretiatione ſibi ſecreto recompenſaret. Viſumque ſibi eſt poſtea ex tali prætaxatione euaſiſſe ſe defraudatum, atque hoc iudicio perſuaſus ſibi ſecreto vſque ad æqualitatem dotis ſibi promiſſæ, ſibi recompenſauit. Quæritur, an gener hic peccauerit, & an ad reſtituendam hanc recompenſationem obnoxius manſerit? Quæ quæſtio circa duo puncta difficultatis verſatur. Primo an peccauit.

*An gener defraudatus in taxa dotis licitè ſibi recōpenſat.*

1 Ad quod reſpondendo dicimus primo, quòd ſi ſine intentione ſtandi arbitrio arbitratorum pactus eſt arbitrio eorum ſe ſtaturum, peccauit quidem grauiter, imò mortaliter cum in re graui per illam fictionem paratus fuerit decipere proximum, ſecundum Sotum de iuſtitia & iure libro. 8. quæſtione. 2. articulo primo. ad. 1. & Nauar. in ſumma. capite. 18. numero. 3. 4. & 9. & Syluestrina quæſtione. 4. ita communis eſt opinio doctorum.

*Sotus. Nauarr.*

2 ¶Sed de reſtitutionis puncto, ſi quæratur dicimus ſecundò. Etiam ſi cum animo parendi ſententiæ arbitratorum gener fuerit ſocero ſtipulatus, tenetur ſocero reſtituere ſic ſecretò in recompenſationem à ſe ſublatum: quando pretium appretiati non fuit notabiliter, manifeſteque iniuſtum.

3 ¶Tertiò dico: Eſto, quòd peccauit, quia defuit ei animus cuſtodiendi pactum, ſed an in recompenſam ſic acceptum reſtituere teneatur, de hoc nō ſatis conuenit inter doctores; pro eo, quod aliqui dicūt, quòd ratione ſimplicis promiſſionis quando defuit adimplendi animus, talis fictio ſicut obligationem implendi nō infert, ita neque reſtituendi. At dico, quòd in contractibus, do, vt des, facio, vt facias, quia fraus patrocinari alicui non debet; & quia ſolida ſunt facienda pacta do, vt des, facio, vt facias; illa fictio, vbi hic animus implendi deeſt, ſicut ab obligatione implendi non liberat: ita neque à reſtitutione. Cuius ſententiæ eſt Syluester. Nauarrus, vbi ſupra ſecūdum Diuum Thomam. 2. 2. quæſtio. 110. Quare ſecundum ſententiam Soti huic opinioni adhærentis prædictus gener reſtitutioni erit obnoxius.

*Syluest. Nauarr. D. Thom. Sotus.*

¶At Scotus & Metina Complutenſis talem generum à reſtitutione excuſant, ſuper accepto pro recompenſa iuſti pretij, in quo ſupellectilia appretianda eſſent. Quia ſtipulatio (inquiunt) facta hac mente fuit facta ſicque eſt interpretanda, vt ei ſtare eatenus teneatur, quatenus iuſtum pretium creditum eſt fore taxandum, & nō aliter. Licet gener ſuam mentem cauſa vitandi offenſiones non explicauerit.

*Scotus. Metin. Complut.*

¶Sed quid tandem cōcludendum videtur ex ſententijs tam varijs? Dicimus concludentes, quod de facto loquendo, quia non ſatis conſtat, an appretiationis pretium fuerit iniuſtum, licet genero viſum fuerit iniuſtum, quia citra difficultatē deceptio ex affectu proprio ſolet contingere in proprijs cauſis, videtur dicendum iuxta ſententiam Metinæ, & Cordubæ, quòd talis recompenſa ſecreto facta reſtituēda eſt ſocero; vel ſaltim medietas, vel pars in recōpenſam ſublati, ſi genero non conſtiterit certo in tota quota accepta in recompenſationem ſe fuiſſe defraudatum.

*Reſolutio quæſtionis.*

## CAP. CLXII.

*Vbi agitur ad huc de multis caſibus particularibus, in quibus reſpondendum eſt, vel non, ad cenſuras.*

PRæterea tam patens eſt hęc furtorum & damnorum materia, vt cum multa dixerimus, multa rurſus nobis ſuperſint diſputanda, & dicenda de materia etiam reſtitutionis ei annexa.

¶Ideo vltra dicta hæc quæſtio ſpecialis ſit obuia. Mulier carens dote, boniſque alijs paraphernalibus, an ſi bona lucratiua durāte matrimonio parta propter delictum mariti veniant ſequeſtranda poſsit ex his ſuam dimidiam partem ſibi poſt mortem mariti contingentem occultare taliter, vt neque cēſuris, neque iuramento poſsit conſtringi ad eam propalandam. Et videtur, quod non, quia ſuæ medietatis ex his, nō eſt particeps, niſi poſt mariti obitum.

*Quæſtio. An vxor licitè occultat partem lucri cōmunis.*

*Dictũ.* 1. ¶Igitur hanc quæſtionem per hæc dicta A
duximus reſoluendam. Dicimus primo: Si
cauſa patrati delicti à viro, hæc bona ve-
niant ſequeſtranda, mulier de bonis his cõ-
muniter acquiſitis lucratiuis vſque ad ſuam
medietatem ſibi poſt mariti obitum debitã,
*Recopil. nona.* poteſt ſibi occultare. Hoc dictum ſtabiliri
videtur ex lege Hiſpanica in recopilatione
noua legum, libro quinto, titulo decimo, le-
ge decima. Vbi decernitur, neutrum coniu-
gum, propter vnius eorum tãtum delictum
partem ſuam ex bonis multiplicatis ſibi con
tingentem, etiam in caſu hæreſis, vel crimi-
nis, vbi imponitur pœna ipſo iure vſque ad
executionem ſententię non amittere, neque B
inſontem, culpæq; expertem mulcta ſuæ
medietatis prædictorum bonorũ mulctari.
Igitur ſi ſecundum legem innocenti cõiugi
ſua pars media illibata ſeruatur, caſu, quo
metuit à ſe fore auferendam à miniſtris iuſti
tiæ; aut vix aut numquam niſi magnis ſum-
ptibus à ſe fore recuperandam, poteſt eam ſi
bi celare licitè.

2 ¶Secundo dicitur; quando maritus ipſe
occultat bona ſua, quia timet ea fore ſeque
ſtranda propter à ſe perpetratum delictum
mulier eius occultationis conſcia non tene-
tur, neque ad mandatum iudicis excommu-
cantis, vel exigentis ſuper hoc iuramẽtum, C
ea reuelare. Quia ſecundum Nauarrum mu-
lier perſona eſt priuilegiata, in hoc quod cõ-
tra maritũ cogi nequeat teſtificari Nauarr.
in ſumma. cap. 25. numer. 51.

3 ¶Tertio dicimus, licet quando bona mari
ti veniunt diſtrahenda ad ſoluenda debita
mariti alijs minus priuilegiatis creditoribus,
tunc vxor ſuam poſsit excipere, repetere-
que dotem; tamen ſi bona durante matrimo
nio parta, atque multiplicata, veniant diſtra
henda per miniſtros iuſtitiæ, vel aliter adſol
uenda debita durante matrimonio à ſuo vi-
ro contracta: non poteſt ipſa ſibi ſecreto ſuã
*Ratio.* medietatem reſeruare. Quia debita à marito D
durante matrimonio contracta, de cumulo
*Lib. fori.* talium bonorum communium ſunt perſol-
uenda; quia vt cauetur libro tertio, fori. l. 14.
titulo. 20. mulier ex ſua medietate bonorum
lucratiuorum communium, tenetur ad ſol-
uendam medietatem debitorum durante
matrimonio cõtractorum. Secus eſt forte, ſi
illa bona eſſent diſtrahenda ad perſoluenda
debita à ſolo marito ante matrimonium con
tracta, quia in hoc caſu eadem lege ſancitur,
quod ſi debita ſint contracta ante matrimo
nium vnuſquiſque coniugum ſoluat ſua.
Quare, ſi in hoc caſu vxor formidaret amiſ-
A ſuram ſe ſuam dimidiam partem, videtur tu-
ta conſcientia poſsit eam occultare, ne in de
bitis viri ſui ante matrimonium contractis
perſoluendis inſumatur.

¶Quarto dicimus, quando ſequeſtranda 4
veniunt bona mobilia propter delictum ma-
riti, tunc poteſt vxor occultare ex bonis mo
bilibus omnia illa, quæ ſunt ſibi neceſſaria *Licitè occultat vxor neceſſaria.*
ad vſum domus, ſine quibus nequit vitam
tranſigere, puta, lectulum, menſam, & reli-
qua ſupellectilia perquam neceſſaria ad de-
gendam vitam. Quia ſecundum leges regni,
vt meminit Hugo de Celſo in ſuo reporto-
rio legum, verbo, ſequeſtrum, & verbo, exe-
B cutio, in his mobilibus, quæ prorſus ſunt ne
ceſſaria ad ſeruitium domus, prohibetur fie-
ri executio. Ergo mulier dum veretur per iu
dicem auſterum & rigidum his neceſſarijs,
pro quotidianis vſibus ſe fore exuendam cõ
tra legem, nihil mali facit, ſi iſta occultando
à tyrannico iudice, ſibi reſeruet. ¶ Quare in
his caſibus omnibus, in quibus prædictas oc
cultationes à culpa excuſamus mortali; ita
etiam occultatores à cenſura pronuntiamus
immunes, quæ contra occultantes vel non
reuelantes profertur: quia nõ profertur niſi
cõtra illicite, & mortaliter talia celantes.

¶Porro non parum ſcitu digna eſt & quę *Quæſtio.*
C ſtio hęc, vtpote quotidiana, an teneatur quis *An ſtante cenſur. teneatur quis reſtit. cũ iactu. victus.*
cum detrimento victus & veſtitus perſolue
re debitum, ad quod perſoluendum, vel re-
ſtituendum cenſura cogitur. Quæſtio eſt,
cuius quaſi per parentheſim meminit Sotus
in. 4. ſen. 2. tomo. diſt. 22. quæ. 1. ar. 1. 2. ca-
ſu. Vbi ait teneri excommunicatum pro ſa- *Sotus.*
tisfaciendo, cum detrimento victus & veſti *Dictũ. 1.*
tus ſatisfacere. Neque enim (inquit) licet ære
alieno maxime per iniuriam ſublato, hono-
rem, & æſtimationem proprij ſtatus ſerua-
re. Sed quia ſecundum ſententiam D. Tho. *D. Thom.*
& receptiſsimam ab omnibus, nuſquam ſen *Sententia autoris.*
tentia excommunicationis maioris poteſt
D ferri, niſi pro damno temporali pertingenti
ad culpã mortalẽ, quãdo ꝓ reparatione dã-
ni fertur: ideò in omnibus caſibus in quibus
ſecundũ regulas reſtitutionis ſuprapoſitas,
& à grauioribus doctoribus communiter ap
probatas, excuſatur quis à culpa mortali,
non ſtatim reſtituendo, liber euadet etiam à
cenſura excommunicationis, contra non re-
ſtituentes lata: quare in hac materia ad præ-
dictas regulas, bone lector recurrito.

¶Secundò addit Sotus, quod ſi quis de- 2
prædatus eſt aliena, atque ideo excommu- *Sotus.*
nicatur, niſi ſoluerit: & tẽpore quo excom-
municatur, iam non eſt ſoluẽdo, quia in ino
piam



piam redactus eſt, tali cenſura nõ irretietur. A
Quia nemo obligatur ad impoſsibile. Quan
quam hic cauenda eſt fraus. Si enim non po-
teſt in totum, tenetur tamen in partem quã
poteſt.

3 ¶Adijcit tertiò Sotus, quod qui tempore
excommunicationis caret vnde ſoluat, po-
ſtea tenetur dum habuerit ad ſoluendum,
ſub ſententia eiuſdem excommunicationis,
quæ ſemper durat. ¶Et vice verſa, ſi quando
excommunicatio fertur eſt ſoluendo, tunc
ſi non ſoluat eam incurrit. Quare licet po-
ſtea in egeſtatem incidat, ſemper ſic manet
in foro eccleſiæ excommunicatus, quanuis
quoad Deum per contritionem poſsit eſſe B
in gratia.

*Quæſtio.* ¶Præterea germana, & prædictis hic oc-
*An excõmunicatio incurratur poſt terminum ab ignorante.* currit quæſtio, an ſi epiſcopus præcipiat, vt
qui habet librum Petri infra ſex dies reſti-
tuat: & poſt ſex dies fulminat ſententiam, ſi
Ioannes habens librum huiuſmodi, & igno-
rans monitionẽ, quia abſens erat, venit poſt
illos ſex dies, & intelligit latam fuiſſe excõ-
municationem, etiam quod non reſtituat, an
incurrit excommunicationem? Reſponde-
tur, ꝙ videtur ꝙ non incurrat eam, quia ſen-
tentia vltra terminum ſtatuentis nullum ha
*Armill.* bet vigorem. Ita Armilla, verbo. Excommu
nicatio. §. 34. Et licet videatur fundamento C
iuridico eam probare pro eo, quòd ſententia
extra terminum ſtatuentis nullum habet vi
*Limitatio Armillæ.* gorem: ſed tamen credo hanc ſententiam Ar
millæ fore limitandam, ad caſum, quo ſolũ
excommunicans ſic voluit, talem ſententiã
tantum in contumaces præteritos intra ſex
dies iam lapſos fulminare. Secus ſi etiam in
contumaces futuros à notitia cenſuræ ſi in-
tra ſex dies librum non reſtituerint. Alias
*Nauarr.* Nauarrus in additionibus ſuper capite. 25.
*Edictis etiam poſt termin. reſpondẽdũ.* numero. 33. prædiffinit, quòd ſiquis edictis
generalibus intra certum terminum iuſſus
denuntiare, rebellis, contumaxque fuerit
non denuntiando, licet iam deliquerit ex cõ D
tumacia, adhuc ſub peccato intra reſiduum
anni, ad denuntiandum manet aſtrictus. Si-
cut etiam qui ſemel eſt citatus, vel ad com-
parendum obligatus prædiffinita die, tene-
tur etiam poſt illius diei lapſum, cum primũ
potuerit comparere. Et ſicut præſcripto die
interpellatus ad ſoluendum debitum, ſi tũc
nequiuit ſoluere, ſimul ac ſibi facultas ſub
erit, ſoluturus eſt neceſſario: ita pari ratione
*Sotus.* in caſu Armillæ. Concordat Sotus loco cita
to. Qui arbitratur, quòd qui tempore excõ-
municationis non habet vnde ſoluat, teneri
dum habet ſoluere ſub ſententia eiuſdem ex



A communicationis, quæ ſemper durat.

¶Sed quid ſi epiſcopus ſub pœna excom *Quæſtio.*
municationis mandet Petro, vt det ei librũ
ſuum, vel domũ? Ad hoc dicitur, quòd dare
non tenetur. Sed inquit Sylueſt. in hoc caſu *Excõmunicatio in dub. an ligat.*
ſententia tenet, quia à ſuperiore debet pete
re abſolutionem; & participans illi, incidit
in minorem. ¶Vide pro hoc dubio Sylueſt.
verbo, Correctio. §. 9. & denunciatio. §. 4. & *Sylueſt.*
ſupra crimen. Sed ego dico in dubio, an epi-
ſcopus habeat ius petẽdi, ita eſt, quod ſi dan
do non obtemperet, excommunicatio ſal-
tem non erit inualida exterius, vt ait Sylue-
ſter. Quia in dubio ſententia paſtoris iuſta,
B vel iniuſta timenda eſt. At ſi conſtat omni-
bus tale præceptum epiſcopi eſſe iniuſtum,
quia palam eſt omnibus alienum petere, &
iniuſtè velle vſurpare, non eſt timenda: ne-
que in foro exteriori. Sicut non valet, ſecun
dum Sylueſtrum, & Sotum, ſi ferret excom *Sylueſt.*
municationem pro debito, quod cõſtat om- *Sotus.*
nibus iam eſſe ſolutum.

¶Adhuc & inquirere pergimus, an pater *Quæſtio.*
cum literas excommunicationis impetrat ſu *An pater intendat excommunicare filium.*
per furtis domeſticis, cenſendus ſit vxorem
& filios talibus cenſuris velle ligari. Reſpon
det Sotus de iuſtitia & iur. durum eſſe eos
pro minimis, tali mucrone velle feriri. Qua-
C re vt ex illius ſententia colligitur, non eſt cẽ *Sotus.*
ſendus pater familias velle excommunicari
propter furtum vxorem, aut filios, niſi ex
plicuerit, vel quantitas furti adeo magna ſit,
quòd ſit præſumendum hoc eum velle.

¶Vnde Corduba in additionibus ad tra- *Coroll.*
ctatum de caſibus cõſcientiæ, quæſtio. 176. *Cordub.*
docet filium familiàs nõ teneri ad reſtitutio
nem eorum, quæ clanculum accepit à patre
pro ſuo decenti ornatu: quia pater decenter
tenetur & induere, & alere filium. Vnde, ſi
pater cernit filium incedere cultu ornatu-
que decenti; quem pater non ſuppeditauit,
præſumitur acceptum habere, & ſibi eſſe
D gratum. Quare tunc filius hic pro ſic acce-
ptis ad decentem cultum, non inuoluetur ex
communicatione impetrata à patre.

¶Sed quid, ſi cum filius ſufficienter eſſet *Quæſtio.*
prouiſus à patre de victu & veſtitu, cum eſ- *Filius an de aduentitijs teneatur patri.*
ſet ſub poteſtate paterna, ex bonis ſuo lu-
cro, & induſtria partis, vltra neceſſarium
pompoſe ſe ornauerit, cultioribus indumen-
tis? Reſpondetur ſane, quia bona ſic à filio *Reſpon.*
ſuo labore, aut induſtria parta, aduentitia
ſunt; quorum perinde adminiſtratio ſecun-
dum ius ciuile, & vſus ad patrẽ attinet, ideo,
quia non conſtat, an talis diſtractio bonorũ
pro tam ſplẽdido ornatu grata fuerit patri,

*Cordub.* conſultius eſſe cenſet Corduba, & melius A
impetrare remiſsionem à patre. Et ſic, ſi ante
terminum in cẽſura præſignatum, remiſsio
hæc indulta fuerit filio per patrem, excom-
municationis cenſuram euitabit. Quòd ſi
iam eam filius creditur, aut dubitatur incur-
riſſe, pro eo quòd de intentione patris, cui
iudex ei concedens literas, ſolitus eſt ſe con
formare, nihil cõperti habetur, voluerit ne,
aut noluerit; in hoc caſu filium ligari, tunc
impetrata condonatione à patre, poterit ab-
ſolui, quia pars eſt ſatisfacta. Vnde etiam tũc
& ſi haberet bona caſtrenſia, vel quaſi caſtrẽ
ſia, vnde poſſet patri compenſare, facta ſibi
hac condonatione non teneretur cõpenſare. B

## CAP. CLXIII

*An furta minima ex vineis, vel à famulis facta ſint reſtituenda, vel cadant ſub cenſura ſi fulminetur.*

*Quæſtio. An minima accipientes ex vinea excommuni.* AT ne quid inabſolutum in hac
materia prætermittamus, quæ-
ritur, quod vſu euenire ſolet du-
bium, cuius Sotus in. 4. ſen. 1. to
mo. diſt. 22. quæſt. 1. artic. 1. me
*Sotus.* minit: Si quis ex vinea aliena duos, aut C
quinque tantum racemos ſurripuerit, quod
non eſt, niſi veniale, & alij pariter alios duos
vel quinque; & ſic multi totam vindemiaue
rint vineam, neque tamen ſint criminis con-
ſortes, quia non ſimul prædam fecerunt: ſi
ſuper hac deuaſtatione vineæ, ſententia ex-
cõmunicationis feratur, an n n reparantes
damnum illatum, ea irretiantur? Et apparet
quod non. Quia cum ſententia non feratur
niſi pro furto mortali, cum omnia illa vt po
te exigua & commiſſa ab ignorantibus alio- D
rum minima furta, fuerint furta venialia, nõ
videntur ſufficientia ad tam grauem cenſu-
*Dictũ. 1.* ram incurrendam. ¶ Sed ad quæſtionem di-
*Sotus.* co primò cum Soto loco citato, quòd talis
caſus raro eſt contingibilis, ita vt cenſuram
poſſet iuſtificare. Si tamen contingeret, dicẽ
dum eſt, quòd quanuis accipere non fuerit
mortale crimen, nihilominus, quia pro toto
damno excommunicatio fuit iuſta, quicun
que tenetur ſub peccato mortali, id quod ab
ſtulit reſtituere: niſi tam parum ſit, vt pro ni
*Corduba.* hilo reputetur. Concordat Corduba. quæſt.
70. de caſibus conſcientiæ, in primo puncto
dicens, tales tali excommunicatione ligari,
*Nauar.* niſi reſtituerint. Quamuis Nauarrus conce-
dat huiuſmodi damnum non reſarcientes

A excommunicatione ligari, quia reparare te-
nentur damnum. Inficiatur tamen ad hoc te
neri eos ſub culpa mortali, ratione modicita
tis materię. Sed ſicut ſupra lati⁹ probauimus
opinio Soti & Metinæ, cui accedit Corduba
maiori veritate & probabilitate pollet.
¶ Sed hic non inepte ſe inſerit, & alia quæ *Quæſtio.*
ſtio: Vtrũ famuli, qui aliquot diebus vnius *An famu*
menſis furta modica faciunt, & poſt alium, *li minu-*
vel duos menſes totidem, & poſt aliquot *tim furan*
alios totidem: ita quòd in fine trium, vel qua *tes impli-*
tuor annorum cõſlant ſummam notabilem, *centur ex-*
teneantur eam reſtituere; & an ſi ſuper hoc *communi.*
promulgetur excommunicationis ſententia
B ea capiantur? ¶ Cui quæſtioni ex mente Na *Nauarr.*
uarri ſumma Latina capit. 17. numer. 139.
per hæc aſſerta, facimus ſatis.
¶ Primò, quòd modus accipiendi aliquid *Aſſert. 1.*
occulte, dum alias acceptio placeret domi-
no, ſi nota eſſet ei, ſolũ eſt venialis (vt bene
ſenſere Adrianus in. 4. de reſtitutione, & Ca *Adria. & Caietan.*
ietanus in ſumma, verbo, furtum) id quod ſæ
pe filij ob verecundiam parentum faciunt.
Secus in religioſis, vt ex mente Victoriæ ſu- *Victoria.*
pra diximus, ratione voti quando prælati, &
ſi multa concedant ſubditis, tamen priuata
authoritate nolunt ab ipſis illa vſurpari.
¶ Ex ſupradictis infertur ſecundo famu- 2
C los accipiẽtes à domino, panem, fructus, qui
bus veſcãtur ſub ratihabitione, quòd ſi ab il-
lo peterent illis daret, ſi illic inueniretur,
quamuis nollet, vt ſe inſcio caperent, non
peccare, niſi venialiter. Diximus ad veſcen-
dum. Quia ſi acciperent, vt ſolent aliqui pa-
nem coctum, vinum, aut triticum, aut alia ſi-
milia ad donandum notabiliter, neque mor-
tale peccatum euaderent, neque noxam re-
ſtitutionis effugerent: quia dominis teneren
tur ea reſtituere, quia non ſolum modus, ſed
D & factum inuito domino fit.
¶ Tertio aſſerimus. Qui minutatim ſingu 3
lis diebus quadrantem, vel quatrinum, famu
li capiunt, ſiue cum animo, vel ſine animo
perueniendi ad magnam quantitatem, cum
ad illam peruenerint, reſtituẽda videtur illa.
¶ Sed de his, & de peccato, quæ in his inue
nitur plura dicta ſunt ſupra. Quod intelligi-
tur de illo famulo, qui continuato tempore
ſine magnis interuallis, notabilem quantita
tem conflauit.
¶ Quarto aſſerimus, reſpondentes ad præ 4
miſſam quæſtionẽ: Famulus interpollatim
per menſes, quolibet menſe, aliquid modi-
cũm furtiue inuadens, ſi ſic in fine trium, vel
quatuor annorum; conflaſſet ſummam etiã
duplo maiorem, quàm ſit illa quæ ſemel ac-





cepta, peccatum & reſtituendi neceſsitatem A
*Nauar.* induceret: non ideo ſecundum Nauar. ſub
pœna peccati mortalis teneretur ad reſtitu-
tionem. Ac per conſequens credo eſſe de mẽ
te Nauarri in hoc caſu, ſi fulminaretur excõ-
municato, illa eos non cõprehendi. Nam ne
que heri adeò debent rigidi eſſe, aut auſteri,
vt cum hæc furta per interualla facta, exigua
ſint, ac per conſequens imperceptibilia, ſo-
litaque fieri à famulis, neque ſenſibilem infe
rentia iacturam, velint ſibi ſub mortali reſti
tui, ſi non excedant ſummam in caſu nomi-
natam. ¶ Per modum appẽdicis quæſtionis
*Quæſtio.* quæritur, an famulus, qui licet ipſe quidem
*An famu* non eſt furatus, tamen furta alterius famu- B
*lus diſsi-* li cernens tacet: nec quicquam reuelat hero,
*mulãs fur* an per hanc diſsimulationem taciturnitatem
*ta tenea-* que, taliter fiat particeps criminis alieni, ꝙ
*tur.* ad reſtitutionem ſic accepti teneatur? Et vi-
detur quòd ſic: quia famulis incumbit cuſto
dia domus. Iam de hoc ſupra. ¶ Sed compen
*Nauarr.* dioſe hanc quæſtionem enodat Nauarrus in
*Dictũ. 1.* additionibus ad manuale ſuper cap. 27. nu-
me. 136. folio. 8. pag. 2. dicens primo, quòd
ſi cura cuſtodiæ ſubſtantiæ domini ſibi con
credita eſt, quia præfectus eſt tanquam ma-
ior in domo, id eſt, maior domo qui præfici-
tur ſuper cuſtodiam totius ſubſtantiæ domi
ni, vel ſi præfectus eſt cameræ, cui incumbit C
cuſtodia cameræ, vel præfectus eſt ſtabulo
equorum, qui nuncupatur cauallerizo, ij
omnes tenentur de furtis commiſsis contra
dominum vnuſquiſque pro ſuo genere of-
ficij. Tenenturque de leui culpa cum pro ta-
li munere recipiant ſtipendium reſtituere.
Et præfectus maior domus de vniuerſaliter
ſua incuria ablatis, tenetur: reliqui ſpeciales
officiales familiæ pro ſibi ablatis, in ſua of-
ficina.
2 ¶ Secundo ait, quòd famulus, cui cura cu-
ſtodiæ rei commiſſa non eſt, licet peccet nõ
obſtando inuaſioni, & furto commiſſo con- D
tra herum, ſi commodè ſine ſuo notabili de-
trimento obſtare, aut manifeſtare potuit, ad
nullam tamen reſtitutionem pro hoc manet
*Nauarr.* obnoxius. Vbi addit Nauarrus, quòd rurſus
repetit ſumma Latina capit. 17. num. 136.
quòd qui ex officio non tenetur non peccat
ſi abſque malitia per modeſtiam non ſe inge
rendi negotijs alienis, vt euadat iurgia, obſta
re omittit, ſecus ſi ex officio teneretur.
*Quæſtio.* ¶ Quod ſi ſciſciteris; Famulus hic qui ex of-
*Famulus* ficio cuſtodire rem non tenetur ſi videat
*tacens ad* eam inuadi, ad quid tenebitur.
*quid tene-* ¶ Tenetur ſecundum Nauarrum curare
*tur.* admonitum fore inuaſorem de ſublato reſti

A tuendo, & de à furtis his cauendo de cætero; *Nauarr.*
quod non præſtante inuaſore, aut nõ ſe coer
cente, hero reuelare tenetur.
¶ Commendato tandem & alibi dictum *Diſtin-*
de triplici differentia cuſtodum, primo, gra *ctio cuſto-*
tis cuſtodientium. Secundo, mercedem acci *dum.*
pientium, ſed non ſpecialiter pro cuſtodia;
& tertio accipientium mercedem ſpecialiter
pro cuſtodia rei, quia primi tenentur tantũ
de dolo & lata culpa. Secundi tenentur de le
ui, tertij, de leuiſsima, ſcilicet, quando ipſi
ſe obtulerunt, pro re requirente cuſtodiam
diligentiſsimam.
¶ Dubitari quoque à quibuſdam poterit; *Quæſtio.*
B an compenſatio habeat locum tam in depoſi *An com-*
to, quam etiam in alijs cõtractibus bonæ fi- *penſatio li*
dei. Circa quam quæſtionẽ frater Ioſephus *ceat in de-*
in ſuis floribus tria videtur aſſerere. Primò. *poſito.*
quòd recompenſatio in depoſito locum mi *Ioſephus.*
nime habet. Quia, inquit, pro pecunia aliàs 1
mihi abs te debita, tuam apud me depoſitã,
in recompenſationem accipere nequeo: quia
ſic diffinitur expreſſe, cap. bona fides. de de-
poſito. Secundò ait, quòd in cæteris contra- 2
ctibus bonæ fidei poteſt fieri compenſatio:
vt tradidit Ponormi. in. c. bona fides iam ci- *Panor.*
tato. Et ratio eſt quia in his contractibus à iu
re non prohibetur. Tertiò addit, quòd qui 3
C abſolutè, & ſine conditione iurauit ſol-
uere debitum creditori, ſolutionem ratio-
ne recompenſationis differre non poteſt;
quia ſic cauetur. cap. ad noſtram, & cap. de *De iure*
bitores de iureiurando. Quia iuramentum *iuran.*
promiſſorium fit Deo etiam, & non ſolum
homini: quamuis creditor nõ lædatur. Quia
ita cap. debitores. de promittẽtibus ſoluere
vſuras videtur contineri. Hæc ille.
¶ Hæc vero eius doctrina adhuc modera- *Limita-*
tione eget: quia primum eius dictum licet ſit *tur Ioſe-*
verum loquẽdo in foro exteriori, tamen op- *phus.*
poſitum eſt in conſcientia, prout docet Na- *Nauar.*
D uar. ipſe ſumma lati. cap. 17. nu. 115. Vbi lo-
quens de recompenſatione ſic ait: Neque re-
fert an res ſit depoſita, vel non quoad forum
conſcientiæ, quidquid alij dicant argu. l.
illud. ad. l. Aquiliam, & cap. 2. de tranſlatio- *Ad. l. Aquil.*
ne prælatorum. Itaque in cõſciẽtia recõpen
ſatio locũ poteſt habere. In depoſito, ſecus
in foro exteriori.
¶ Circa verò eius tertium dictum, dico, li-
cet Panormi. in caput. ad noſtram primo de *Pãnor.*
iureiurando, teneat cum Ioſepho: quia iura-
mentum eſt obligatorium in forma ſpecifi-
ca, non ſufficit illud implere in effectu, vt
ibi per textum paret. Sed Bartolus in. l. am *Bartol.*
plius. ff. rem rat. habere. oppoſitum ſentit,

A propter rationes valde efficaces. Ob quod dicit Panormitanus, vbi ſupra, quòd ante factum ſequenda eſt prima opimo: quam ſequitur Innocentius, & Ioannes Andre. Poſt factum autem ſecunda, vt talis non cēſeatur periurus. Videtur enim, licet prius iurauerit ſoluere, præpediri à ſoluendo, eo quod creditor ſuus, qui eſt etiam ſibi debitor, non ſoluit. Quod in conſcientia & foro conſcientiæ potius habet locum. Sed iudico iſtam moderationem Panormitani, & tertium dictum fratris Ioſephi, cum ſit textus expreſſus de hoc, in foro exteriori ſemper habere verum.

*Inno. 10. Andr.*

# CAP. CLXIIII.

*Legata pia, & alia legata minus ſolennia, an ſint ſoluenda: & quomodo & quando?*

*Delegatis pijs.* *Nauarr.*

PRæterea neque in hac materia minutiora oportet præterire; dū modo ſcitu ſint neceſſaria. Quare aduerte quod etiam legata pia ſecundum Nauarrum ſumma Latina. cap. 17. numero. 117. reſtituenda ſunt: quando ſine magno detrimento ſolui poſſunt. Quòd locum habet, quamuis talia legata fiant tantum coram duobus teſtibus. Quia ſecundum ius canonicum valent capit. relatum. 1. de teſtamentis non obſtante contrario ſtatuto: quod tanquam contrarium libertati eccleſiaſticæ non valeret. Imo qui ſcriberent illud, & iudicarent ſecundum illud eſſent excōmunicati cap. graue. de ſententia excommunicationis.

*De teſta.* *De ſentē. excōmmu.*

¶Nota tamen circa legata, quod Corduba in additionibus ad caſus conſcientiæ addit. quæſtione. 151. ſcilicet. quòd non tenetur filius ſoluere debitum excedens quintam partem aſsis: quanuis ſit mandatum à patre in ſuo teſtamento via ſeu titulo debiti. Niſi legatarius, cui fuit id debiti legatū, probauerit illud vltra quintam partem bonorum defuncti ſibi legatum, ſibi eſſe debitum, quia aliàs, ſicut filius hæres non tenetur illū exceſſum ſoluere in foro exteriori; ita neque in conſcientia. Quia lex de non legando vltra quintam partem dū ſuperſunt filij legitimi, eſt iuſta: & non fundatur in præſumptione iuris. Secus eſſet ſi filius pro comperto haberet illi à patre id reuera fuiſſe debitum; quia tunc tenetur id defalcare ab hæreditate paterna à ſua legitima deducendo. Ita Sylueſter, verbo, Hæreditas. 3. quæſtione ſeptima, & verbo, præſumptio.

*Cordub.* *An legatū vltra 5. à patre teneatur filius exoluere.* *Syluest.*

A ¶Aduertito etiam circa hanc legatorum materiam quædam notabilia, quæ vt ſunt quotidiana: ita etiam ſunt ſcitu digna, & neceſſaria.

¶Primum notabile eſt, poſt exceptam quintam partem ſumptuum funeralium, quorum meminit tertia lex Tauri, confeſtim excipiendum eſt legatum relictum filio naturali illegitimo ab eo, qui hæredē reliquit filiam legitimam: quia legatum alimētorum eſt. Atque ideo cæteris legatis gratioſis anteponendum, etiam ſi pro illis ſoluendis nihil reſidui remaneret.

*Notab. 1. circa legata.*

¶Secundum notabile eſt, quòd prædicta 2
B filia legitima inſtituta hæres ſic fratri ſuo naturali illegitimo (quanuis, nihil ei eſſet legatum pro alimentis in teſtamento à patre, vel aliter) teneretur alimenta præſtare. Neque de hoc ambigitur inter doctores. Ideò ſi nobilem ambo ſortiti ſunt patrem, tenetur ſoror hæc cum illo inſumere expenſas neceſſarias: quatenus ſuus frater naturalis, quāuis illegitimus, quia ingenui patris filius eſt, addiſcat grammaticam, rhetoricamque. Quia huiuſmodi ſcientiæ decent ingenuorū filios, vt habet. l. de bonis. §. non ſolum. ff. Carbo. edicto. Ideo tutrix puellæ ſororis iſtius, quia ad id tenetur pupilla, has expen
C ſas exoluere tenetur: ita Syluester, verbo, Alimenta, in principio, quæſtione quarta, & quæſtione. 6.

*ff. carb. edict.* *Syluest.*

¶Tertio adijcitur; expenſas, quas fecit tutor, vel tutrix puellæ, cum fratre naturali, ſed illegitimo puellæ ante recuperatum cenſum, vel legatum huic naturali relictum à patre, potuit bene ei donare, argument. l. familias. ff. de donationib. &. l. 3. titulo. 4. par. 5. &. in. l. pactum curatoris. C. de pactis & Syluest. reſti. 3. quæſt. 8.

*Coroll.* *ff. de don.*

¶Tertium Cordubæ eſt notabile, quod legatū generale: & non ſpecificatum, vt fiat 3
de talibus bonis non poteſt in alia reſolui.
D Vnde tutor prædictæ puellæ, ex quo recuperauit cenſum, ſuper quo legatum pro alimentis relictum eſt fratri naturali illegitimo puellæ, non ſat implet mentem teſtatoris, ſi dixerit ſe velle ſoluere redditus cenſus recuperati, & filio naturali non traditi. Quia tenetur legatum ſimul cum fructibus perceptis reddere. Quia ex quo illud à detinente recuperauit, potuit pro naturali fructificare. l. ſi domus. §, qui confitetur. ff. de lega. 1. & in. l. talis ſcriptura, eodem titulo. &. l. 20. Tauri.

*Syluest.*

¶Quartum notabile, pertinens ad materiam legatorum eſt, quod quando res ſuper quam,



A quam, legata eſt quota, neque vendibilis eſt, nec partibilis, quia vendi non poteſt, neque partiri, adiudicanda eſt hæredi ſoluenti alteri ſuam partem in pecunia numerata, vt. l. ad officium. C. communi. diuidundo. &. l. fina. tit. 15. part.

*C. cōm. diui. par.*

5 ¶Quintum notabile: Legata ſoluenda ſunt vendendo proprietatem bonorū, quando de redditibus non poſſunt ſolui in. l. fin. §. ſin autem æs alienum. C. de bonis, quæ liberis. ¶Poteſtque recuperare pupilla à ſuo tutore. Id quod quia fuit in mora ſoluendi, ſoluere ipſa cogitur, & in conſcientia tenetur ſoluere ipſe.

B ¶Sed quæritur: Si iſta ſoror, vel eius tutor fecit expēſas in ſtudio ſui naturalis prædicti fratris, an poterit, cum perſoluerit legatum cum redditibus, ex tempore, quo fuit in mora legati ſoluendi, eas expenſas repetere, vel defalcando deducere à legato ſoluēdo? Dicitur quod eſt legalis quæſtio, cui ſoliti ſunt doctores reſpondere; Quòd ſicut ſecundum Syluestrum verbo. peculium. 2. quæſt. 8. vſque ad 13. & quæſt. 22. pater expendens in ſtudio filij, cuius peculium aliquod penes ſe habet, niſi expenderit animo donandi, ex peculio filij, cenſetur, huiuſmodi expenſas facere: ita & iſta pupilla ſoror, aut potius tutor nomine eius, ſi eas expenſas in ſtudio fratris fecerit animo donandi, & non ex legato defalcandi, licet poſtea pœnituerit, non poterit repetere eas expēſas collatas in ſtudium fratris, quia donatio fuit valida, quia ex iuſta cauſa. Poteſtque pupillæ tutor cum iuramento, nunc denuo expreſſando cauſas coram iudice, eandem donationem validare.

*Quæſtio. An expenſæ ſtudij poſsint peti.* *Sylueſt.*

¶Memini me legiſſe, & videtur rationabile; quod ſi teſtator inſtituit filium hæredem, cum grauamine inſtituendi capellaniā quota duorum millium aureorum eam dotando: ſi poſtea caſu fortuito bona hæreditaria, ex quibus iſta diſpoſitio veniebat cōplenda, in parte perierint notabiliter, pro rata iacturæ, Episcopus ab hoc onere hæredē exoneret oportet tunc. Ita Cordu. & Conci. Triden. Seſsione. 25. ¶Reliqua notatu digna, quia materia copioſior eſt, quam vt ſub breuitate poſsit comprehendi hic non proſequimur: remittendo lectorem ad ſummas, & ad cauſidicos. Sed tamen neque mihi eſt cordi præterire ea, quæ magis ſunt quotidiana, ſcituque neceſſaria.

*Diſpoſitio pro anima hic minuitur.* *Conc. Tri.*

¶Potiſsima difficultas igitur primò occurrit, an legata relicta in teſtamento minus ſolenni, ſint legatarijs reſtituenda.

*Quæſtio. An legata minus ſolēnia debeātur.*

A ¶Igitur per hæc dicta cōpendioſè quæſtionem expediendam duximus. ¶Primò, ꝙ ſi loquamur de hærede inſtituto per teſtamentum minus ſolenne, ſcilicet, ſine numero legitimo teſtiū, ſecundum mentem Soti, & Iulij Clari in materia de teſtamentis cum eo quaſi cōuenientis (quidquid ſit de foro exteriori, vbi ſequendo legem Taurinā per Regem Ferdinandum & Reginā dominā Ioannam anno 1505. editam, tale teſtamentum irritum pronuntiatur, hæredique abinteſtato adiudicatur hæreditas) tamen in foro conſcientiæ, qui poſsidet rē alienā per teſtamentū, vel cōtractū minus ſolennem acquiſitā:
B dūmodo fraus, dolus & vis omnis abfuerit: non tenetur reſtituere, niſi vocatus in iudicio, & cōdemnatus. ¶Quia ſecundū Sotū, iura humana nihil aliud volunt, quā quòd in iudicio tales contractus habeantur nulli; non autē quod ipſo facto trāſlatio ſit nulla. ¶Si autē is, cui competit repetitio, quia ipſum latet cōtractū, vel teſtamentū eſſe illegitimū, ideo ob ignorantiam nō repetit, (quamuis poſſeſſor id ſciat) non tenetur ei reuelare.

*Dictū. 1.* *Sotus.*

¶Sed quid, ſi neuter, neque hæres abinteſtato, neque hæres vocatus per teſtamētum minus ſolenne hæreditatē adiuerint, ſed vterque eſt ea probitate, vt nolit poſſeſsionem
C capere, niſi ius ſibi faueat. ¶Abſq; dubio tūc nuncupatus hæres debet cedere, & poſt haberi; & ſuccedens ab inteſtato debet hæreditate potiri. Ita Sotus in de iuſtitia, & iure lib. 4. quæſt. 5. art. 3. de quo ſupra etiam.

*Quæſtio. Quid vbi legatū minus ſolēne eſt in tertio.* *Sotus.*

¶Sed licet iſta opinio in ſucceſsione hæreditatis tenenda ſit: tamen in legatis pijs non eſt dubium, quod ea ſecundum ius canonicū ſi fiant corā duobus tantū teſtibus, valeāt ſecundum Nauarrum cap. relatum. de teſta. ſed de alijs legatis non parū ambigitur, vtrū relicta per teſtamentum minus ſolenne, veniant in conſcientia per hæredem ſoluenda. Et quidē cōſtat, quod in iudicio foroq; exte
D riori, legatarius per teſtamētū minus ſolēne duobus tātū teſtibus editū, nō poterit illud repetere, ſed id cōtrouertitur, an ab hærede ſibi in cōſcientia ſit debitū, & ab hærede ſit ſoluendū. Et quidem Syluest. legat. 4. q. 10. penes finem ſic ait; ꝙ quando teſtamentum eſt nullum, quia nō ſunt teſtes ſufficientes, vel deficit ſolennitas aliqua iuris ciuilis: ſi cōſtat hæredi, de volūtate defuncti, vel per duos teſtes ꝓbari pōt: obligatur naturaliter iure gentiū ad illā implēdā. Quæ ratio æque militat in legatis ad alias cauſas, ſicut ad pias cauſas. Sed Hugo de Celſo in ſuo reportorio, qui percalluit leges Hiſ. tenet oppoſitū.

*An legata pia minus ſolēnia valent.* *Quæſtio. An legata nō pia, minus ſolēnia ſint ſoluenda.* *Syluest.* *Hugo.*

¶At Iulius Clarus in materia de teſtamētis, in dubio quæſtionis. 57. ait quòd capite. cùm eſſes. de teſtamentis, ſancitur teſtamentum confectum coram duobus teſtibus, & proprio curato validum eſſe. Quod Syluester verbo. legatum. 3. quæſtio. 9. ſignificat validum eſſe etiam quoad legata non pia. Aitq́ue Clarus, quòd talis ſanctio ſeu diſpoſitio ſeruanda eſt in foro eccleſiaſtico vbiq;, & in terris eccleſiæ in vtroque foro. Eſtq́ue communis: & ita ſeruatur ſine controuerſia, inquit ibi Iulius Clarus. Extra verò terras eccleſiæ non habet locum dicta diſpoſitio cap. cum eſſes de teſtamentis in foro ciuili, neque in vtroque foro.

*Quæſtio. An.4. teſtes ſufficiant ſine præſentia curati.* ¶At ſi adhoc adhibiti ſint quatuor teſtes ſine præſentia curati, an ſufficiant? ¶Reſpōdet Iulius Clarus (licet Syluester allegans ſpeculum in ſupradicta quæſtione nona videatur refragari) & ait ſufficere tunc illos. 4. teſtes. Aitq́ue hanc opinionem propter authoritatem doctorum illam tenentium, in practica obtinere, vt ipſe credit, neq́ue auſurum ſe ab ea recedere, quando eſſemus in foro eccleſiaſtico, vel etiam in vtroq́ue foro in terris eccleſiæ. Et ratio eius eſt, quia plus creditur duobus teſtibus quā ſoli parochiano. Quanuis addat quòd in puncto iuris non tranſeat ſine difficultate.

*Quæſtio. De legatis nō pijs minus ſolēn. quid in Hiſpan. Recopil.* ¶Sed quid in foro ciuili ſtando tenendum eſt, extra terras eccleſiæ temporaliter ſubditas; & quid in noſtra Hiſp. Dico igitur ad hoc primo: Apud nos legibus Hiſpaniæ cauetur in recopilatione noua legum ver. teſtamentum. li. 5. titu. 4. l. 1. Eſtabilitur, quòd ſi teſtamentum teſtibus legitimis, & ſuffi-
1 cientibus, & aliàs legitima ſolennitate fuerit conditum, validum ſit, quoad legata, & quoad reliqua omnia in illo contenta, etiam ſi ſine inſtitutione hæredis fuerit confectum. Quia tunc hæres ab inteſtato ſecundum ius aut conſuetudinem terræ ſuccedere ſolitus, ſuccedet: quo repudiante hæreditatē quoad legata & reliqua ibi contenta tale teſtamētū valeat, & ſortiatur effectum. Hæc ibi lex.

¶Secūdo. l. 2. cauetur ibi, quòd in codicillis ea ſolennitas teſtium obſeruetur, quæ ſolita eſt & iuſſa obſeruari, ſecundum leges Hiſpaniæ, in teſtamento nuncupatiuo, vel aperto iuxta legem ordinamenti. Atque hęc quidem teſtamenta ſiue codicilli ſi caruerint prædicta debita ſolennitate teſtium, neque probent, neque fidem faciant in iudicio, vel extra, vt ſupra diximus legiſlatoribus R. Ferdinando, & R. domina Ioanna. Et hæc de foro exteriori.

*Quæſtio. Quid in foro conſcientiæ ſi deſit ſolēnitas.* ¶Sed quid in foro conſcientiæ interiori? Reſpondetur proculdubio; mihi plus applaudit ſententia Soti, quam Sylueſt. Quam cenſeo in conſcientia fore tenendā ſententiā ſupra relatam, de ſucceſsione in tota hæreditate per teſtamentum minus ſolenne, dico; quam etiam tenet Iulius Clarus quæſt. 90. de teſtam. poſt factum, & non ante, ſtante bona fide. Et iuſtam Soti opinionem eſſe cōmunem in tali ſucceſsione dicit Ripa allegatus ibi à Iulio Claro, & locum habet in legatis etiam non pijs in conſcientia, vt legatarius relictus per teſtamentum minus ſolenne, ſi iam penes ſe poſsideat legatum, poſsit bona conſcientia retinere. Neque hæredi ignoranti teſtamentum eſſe non ſolenne, id patefacere teneatur. Si tamen repetatur in iudicio huiuſmodi legatum adiudicatumq́; fuerit hæredi ab inteſtato, illi tenebitur dare. Quod ſi legatum fuerit repoſitū penes tertium, illud acquiret hæres ab inteſtato, & tunc legatarius cedere habet.

*Quæſtio. An legatū minus ſolenne oblig. natur.* ¶Sed an ex tali minus ſolenni teſtamento oriatur naturalis obligatio, qua hæres ſuccedens teneatur ſoluere legata?

¶Ad quam quæſtionem Iulius Clarus loco citato: tenetur, inquit, hæres in foro conſcientiæ perſoluere legata in huiuſmodi teſtamento minus ſolenni relicta. Quia ita tenet Abbas in dicto cap. cum eſſes. nu. 10. & ſequenti. Eſt (inquit) communis, & Didacus eod. ca. cum eſſes, hanc dicit eſſe communē, quam fortiſsimis conuincit argumentis. *Didacus.* Sed tamen licet Nauar. huius quæſt. non meminerit, quia nō locutus eſt, niſi de legatis pijs, quæ duobus tantum ſufficit probari teſtibus, vt in conſcientia, & in foro exteriori debeantur, loquendo de legatis non pijs, non auderem hæredem ad ea perſoluenda in cōſcientia obligare. *Sententia autoris.* Sicut diximus in conſcientia non aſtringendum eſſe legatarium in tali caſu ad reſtituendum legatum per teſtamentum minus ſolenne ſibi relictum ante ſententiam iudicis illud hæredi ab inteſtato adiudicantis. Et hanc puto eſſe ſententiam Soti loco citato, fuiſſeq́ue Victoriæ, à qua loco allegato non diſsidet Iulius Clarus cauſidicus. *Sotus. Victor.* Nam ait, quod ſi caſus contingeret, facile poſſet ſuſtineri contrarium, ſcilicet, quod hæres in conſcientia non teneatur ſoluere talia legata non pia: neq; ex teſtamēto minus ſolēni oriri obligationē naturalem ad illa.

*Ratio. 1.* ¶Et quidem inter rationes quæ mihi hāc ſententiam perſuadent duæ ſunt potiſsimæ. Prima, quia extra iuramentum promiſſorium factum latroni coacte, cauſa redimēdi vitæ



vitæ vexationem, quiſquis poteſt repetere in iudicio datum, poteſt tuta conſcientia illud non dare.

*Exemplū.* ¶Sicut patet in ludo. Quia perditum per ludum ſemel ſolutum intra octo dies in foro exteriori poteſt repeti: ideo ante ſolutionem poteſt, qui perdidit, ſibi bona conſcientia lucranti non ſoluēdo, retinere. Ita eadem quoque prorſus ratione, quia poteſt hæres abinteſtato in iudicio exteriori repetere legatum poſſeſſum à legatario per teſtamentum conditum, ſine debita ſolennitate teſtium: poteſt ſi apud ſe illud habeat, bona conſcientia illud legatario non ſoluere, ſed ſibi retinere, poſtquam licite poteſt illud in iudicio repetere.

*Ratio. 2.* ¶Secunda ratio, quæ me ad id mouet, eſt etiam ratio Soti loco citato. Per quam reuerenter quoque reſpondet diffinitioni Alexādri tertij aſſerentis ſtandum eſſe legi naturali dictanti, ſcilicet, quod in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum, etiam in teſtamentis, contra leges humanas teſtamētum, vt ſit validum ſeptem, aut quinque teſtibus ſubſcriptum eſſe requirentes. Vbi declarando Alexandrum ait, quòd ſalua reuerentia debita tanto vicario Ieſu Chriſti, licet duo vel tres teſtes in cauſis ciuilibus, & eccleſiaſticis, vt in plurimum ſufficiant: tamē ius naturæ non prohibet plures teſtes his, exigere, quando humanæ fraudulentiæ in rēpublicā irruerūt, nec tuta eſſet fides. Sicut etiam eccleſia ſecunda quæſt. 5. can. præſul. vult in aliquibus cauſis plures teſtes eſſe neceſſarios, nempe ad condemnādas perſonas curiæ inſignes, ſcilicet, cardinales presbyteros. Ergo non eſt cur eccleſia repellat ad cōfirmandam defuncti voluntatem, qui ſi falleretur, pro ſe reſpondere non poteſt, leges ampliorem numerum teſtium requirentes, præſertim in teſtamentis nō ſubſcriptis, aut obcluſis. Igitur cum ipſe Papa fateatur canone, cum ad verum & canone duo ſunt. 96. diſtin. ſe non habere authoritatem in leges principum, niſi quatenus ſunt contra ius diuinum. Sequitur non abrogaſſe leges principum in teſtamentis requirentes plures teſtes, neque talem abrogationem receptam fuiſſe à principibus.

*Satis fit decreto Alexand.* ¶Igitur, aut decretum Alexandri reſtringendum tantum eſt ad pia legata, quæ minorem exigunt ſolennitatem, vt explicatur cap. relatū de teſtamentis, vel melior gloſſa eſt, quod illam legem tulit Alexander pro epiſcopatu Hoſtienſi, & alijs terris territorio eccleſiæ ciuiliter ſubiectis. Sed cōcludit Sotus, quod neq; in pijs cauſis vbique iure admittitur legatum illegitimi teſtamenti: tamen ſi hæredes de honeſtate illud deceat implere. Sed nihilominus cōtra Sotum in hoc de legatis pijs tenuit, vt ſupra diximus, Nauarrus aſſerens contraria ſtatuta exigentia in legatis ad pias cauſas plures, quā duos teſtes, eſſe contra libertatem eccleſiaſticam. *Nauarrus contra tum.*

*Illatio.* ¶Concludamus ergo, quòd ſi princeps tēporalis per ſuam legem ad validitatem teſtamentorum, & legatorum profanorum, plures quàm duos teſtes potuit exigere: poſſe hæredem bona conſcientia propter rationē iam dictam talia legata minus ſolennia non ſoluere. Quia iſta lege iuſta, & in conſcientia habente vim, poteſt repetere & poterit ſe tueri: quia aliàs iniqua eſſet lex, quę iſtum abſolueret, ſi in conſcientia maneret ſoluere tale legatum obligatus. Et quia cum teſtamentum eſt inualidum, quia fuit inſolenne, perinde eſt ac ſi defunctus deceſsiſſet inteſtatus. In quo caſu hæres abinteſtato non teneretur ſoluere legatum: ergo neque in hoc caſu.

*Sotus. Quid ſi hæres fatetur voluntatē defuncti.* ¶Item licet ſecundum Sotum inter iudices ſit variatum, nonnunquam, quando, ſcilicet, hæres fatetur voluntatem defuncti: ſed nihilominus perinde pronuntiandum eſt, ac ſi nihil defunctus diſpoſuiſſet. *Ratio. 1.* Quia, ſi iſtæ leges non obligarent in conſcientia, eſſent conſcientiarum illaqueatrices, & quia leges reſpiciunt non accidentarios caſus, ſed ea quæ, vt in plurimum contingunt. ff. de legatis. Ergo cum communiter in teſtamētis, & vt in plurimum poſsint interuenire fraudes, vt frequentes lites ſuper hoc teſtantur, cum hæc lex de inualidando teſtamenta ſine ſolennitate facta, ad euitandas has frequentes fraudes, intenderit: ſequitur ipſam non amittere vim obligādi in conſcientia, etiā in caſu, quo nulla vis, aut fraus interuenerit. Sicut neq; deſinit obligare in conſcientia lex de ieiunio (quæ lata eſt propter domandam laſciuiā carnis,) etiam mortificatum iam in carne, & carentem tentationibus carnis.

*Ratio. 2.* ¶Sicut etiā lex irritās contractū minoris, quia regulariter minores carēt ſufficiēti vſu rationis ad cōtrahēdū. Caſu etiā, quo aliquē minorem cōſtaſſet acumine ingenij viguiſſe ad cōtrahendum, in cōſcientia talē cōtractū tenere nō ſineret. Et quia difficile eſt prorſus probatu, an interceſſerit fraus vel nō, vel tāta, vel nō tāta, quæ ſufficiat ad reſcindēdum contractū: ideò excuſat talis lex hæredē à reſtituendo legata minus ſolennia. Quia negari nō poteſt, quin poſsit princeps in cōſcientia

tia irritare contractum ſine ſolennitate initum, etiam ſi non interceſſerit fraus, ob id quod intereſſe potuit. Et licet doctrina hæc Soti non videatur conſonare doctrinæ Nauarri: ſed vera eſt in caſu iam dicto, de non obligando hæredem ad legata profana teſtamenti minus ſolennis ſoluenda propter rationem iam dictam: quia poteſt illa in iudicio repetere, ergo & retinere.

*Nauarr. Cõtractus minus ſolennis an valeat.*

¶Sed in alijs probabilem doctrinam Nauarri eſſe cenſeo, in additionibus fol. 6. aſſerentis, vt ſupra diximus, quòd valet actus coram Deo & in conſcientia, vbi iure naturali concurrunt neceſſaria ad valorem illius. Quia defectus leuis ſolennitatis, non annullat actum, licet deſit ſolennitas iuris humani. Quia ſolennitas hæc ideo introducta eſt, vt id concurreret, quod de iure naturali requiritur.

*Coroll. Nauarr.*

¶Vnde infert Nauarrus, quòd ſi aliquis perinde doctus eſſet ac illi ſunt, qui iure per examinis ſolẽnitatem ſolent prouehi ad doctoratus gradum: ſi abſque ſolennitate examinis gradum adeptus fuiſſet, eius promotio ad gradum in conſciẽtia eſſet valida. Sed de his ſatis: nã memini ſupra fuiſſe præfata.

## CAP. CLXV.

*De teſtibus, & alijs requiſitis ad ſolennitatem teſtamentorum, & an legata pia, vel alia ſine iſtis ſolennitatibus valeant.*

PRæterea, quia materiæ huic de legatis, & teſtamentis abſonum eſt exordium dediſſe, & quæ magis quotidie, occurrũt ſcitu neceſſaria prçterijſſe, ideò circa ſolennitatem teſtamentorum, & ſi non cuncta, tamen hanc quæſtionem illucidemus oportet.

*Quæſtio. Solennitas teſtament. quot teſtes requir.*

Ad ſolennitatem teſtamenti, vt faciat fidem in foro exteriori, ad petendam poſſeſsionem hæreditatis, quantus & qualis numerus teſtium requiratur, præſertim ſecũdum ſpecialia noſtra iura Hiſpaniæ? ¶Pro expeditione quçſtionis ſit primum dictum.

*Dictũ. 1.*

Si teſtamentum cum tabellione publico veniat cõficiendum, requiruntur ſatiſque etiã ſunt teſtes tres teſtamentum condentem proprijs oculis intuentes, & auribus audientes: dummodo eiuſdem oppidi, aut ciuitatis ſint incolæ, vbi teſtamentum conditur. ¶Et hîc loquimur de teſtamento aperto nuncupatiuo appellato inter latinos.

*Quæſtio.*

¶Sed quid, ſi tale teſtamentum apertum, A id eſt, nuncupatiuum ſine tabellione publico conficitur, quot ad eius validitatem teſtes ſint requiſiti?

*De teſta. ſine tabel.*

¶Pro hoc ſecũdo dicimus, 2 quòd quando tale teſtamentum nuncupatiuum, id eſt, apertum, ſine tabellione publico cõficitur, ad validitatem eius teſtes quinque, & vt eius populi, vbi teſtamentum conditur, ſint incolæ, concurrant, exigitur.

*Quæſtio.*

¶Sed quid, ſi in loco vbi. 5. teſtes haberi, vel inueniri non poſsint, ſit conficiendum teſtamentum iſtud apertum, ideſt, nuncupatiuum? ¶Pro hoc tertio dicimus, quod ſi in 3 loco vbi tot non ſuppetunt teſtes, id eſt. 5. incolæ loci, teſtamentum ſit condendum B apertũ. v. g. in rure, vel in villis, neque tabellio poſsit haberi: requiritur ad minus, conficiendo teſtamento adſint tres teſtes præſentes, dummodo eiuſdem loci vicini ſint, vbi conditur teſtamentum.

*Quæſtio.*

¶Sed quid ſi iſti tres teſtes incolæ eiuſdẽ loci inueniri non valeant? ¶Dicitur pro hoc 4 quarto, tunc ſat eſt, ſi conficiatur teſtamentum coram. 7. teſtibus etiam nõ vicinis. Hoc autem de. 7. teſtibus non vicinis, adiecit rex Philippus in lege à ſe edita Matritij anno. 1566. Reliqua ſupradicta continentur in. l. ordinamenti edita à rege Illephonſo. Hæc omnia veniunt ſummata & in compendium C redacta, & iuſſa ſeruari in rçcopilatione noua legũ nũc denuo edita à ſereniſsimo rege noſtro Philippo. tit. teſtamentum.

*Quæſtio. De teſta. clauſo.*

¶Sed quia omnia prædicta ſeruari ſunt iuſſa in teſtamento aperto, id eſt, nũcupatiuo, quçritur quid nam circa ſolennitatem in teſtamento clauſo, ideſt, in ſcriptis nuncupato obſeruatu ſit neceſſarium? Pro hoc.

¶Dicitur. 5. in huiuſmodi teſtamẽto, ideſt, 5 clauſo. 7. teſtes vt interſint neceſſe eſſe, cũ tabellione. Qui omnes, vt ſubſcribant ſimul cum teſtatore, neceſſum eſt: ſi ſubſcribere nomina ſua ſcierint. Quibus neſciẽtibus ſubſcribere ſua nomina, teſtatoreque hoc quoque D neſciente, tũc quidam illorum pro alijs ſubſcribere poterunt, quatenus octo ſubſcriptiones deſuper fiant, ſimul cum tabellionis ſigillo.

*Quæſtio. De teſtibus ad teſtam. cæci requiſitis.*

¶Sed iam occurrit dicendum in teſtamento cæci, quæ nam ſit obſeruanda neceſſariò ſolennitas. ¶Pro hoc dicimus. 6. Licet ſecundum ius commune ciuile in teſtamento cæci exigitur, vt interueniant. 8. teſtes, inter quos 6 ſecundũ Sylueſt. teſtament. 1. q. 5. cõputari poteſt & tabellio; tamẽ ſecundũ ꝙ cauetur iure Hiſpanico, & cõtinetur in recopilatione noua legũ, in teſtamẽto cæci aperto ſatis eſt ſi interuenerint quinque teſtes ad minus.

*Syluest.*

¶Sed



*Quæſtio. De ſolennitate codicillorũ.*

¶Sed in codicillis etiam quænam ſolennitas teſtium ſuperexigatur, perſtat dicendum. ¶Ideo dicimus. 7. quòd in codicillis eadem exigitur ſolẽnitas teſtium, idemque teſtium numerus, qui in teſtamento aperto, ideſt, nũcupatiuo iure expoſcitur. Taliter, quòd ſi teſtamenta, vel codicilli prædictis ſolẽnitatibus teſtium caruerint in iudiciò probationem non faciunt, neque fidem, neque extra. Ita lege ſua domino rege Ferdinando, & domina Ioanna regina cauẽtibus anno Domini 1505.

¶Octauo addendum duximus, quòd in teſtamento teſtes debent eſſe rogati; intellige cum expoſitione, ad quid rogentur. Vnde non ſufficit ſi fortuitò, teſtamento interfuerint. l. hæredes palam. §. penul. ff. de teſta. Et non debent eſſe ſurdi, aut muti, aut infames vt inſti. §. teſtes, cauetur.

*ff. de teſtamen.*

*Mulier ad pias cauſ. teſtiſicatur.*

Neque mulier in teſtamento in teſtem poteſt admitti, niſi in teſtamento & legatis ad pias cauſas. Eſtq; communis ſecundum Iulium Clarum. Ita Baldus de ſacroſan. eccleſijs. l. 1. nu. 9.

*Baldus.*

Quia etiam ad pias cauſas diſpoſitio teſtatoris captatoria, ideſt, quæ dependet ex alieno arbitrio valet, vel ſi in alterius arbitrium confertur. Ita Bartol. in Repeti. prædictæ. l. 1. num. 64. eſtque communis & magis communis canoniſtarum: licet id alias lex prohibeat, ſcilicet, vltimam voluntatem in alienum arbitrium conferri.

*Bartol.*

*De teſta. ad pias cauſ.*

¶Imo etiam ſi non appareat teſtatorem expreſſe ad pias cauſas teſtari voluiſſe, ſed ſimpliciter dixerit: Committo diſpoſitioni Titij omnia bona mea: fauore tamen piæ cauſæ valet, ac ſi expreſſe teſtatus fuiſſet ad pias cauſas. Eſt caſus mirabilis in cap. cum tibi. de teſtamentis ſecundum lecturam Innocentij, quæ communiter tenetur per legiſtas, & canoniſtas. Et per huiuſmodi verba, cenſetur inſtitutus hæres ille cuius diſpoſitioni committitur, & intelligitur grauatus, vt ipſa bona diſponat, diſtribuatque ad pias cauſas. Ita communiter.

*De teſta. Innocen.*

¶Porro quaſi ſimilis huic videtur eſſe diſpoſitio, quæ habetur in recopilatione noua legum de teſtam. l. 6. vbi ſancitur, quòd caſu, quo teſtator hæredem non inſtituerit, neque pro ſe faciendi teſtamentum facultatem alicui commiſſario fecerit, cum poteſtate expreſſa aliqua ſpecialia diſponendi, vt meminit lex quinta, ſi ſolum ad condẽdum teſtamentum ei facultatem contulerit, tunc intelligatur commiſſario collata eſſe facultas, ad teſtatoris exonerandam conſcientiã, eiuſque exoluenda debita, & ſeruitiorum onera, ſatisfactoque debitis prius, & ad de A reſidua. 5. parte bonorum computanda ad pia opera, pro defuncti anima eleemoſynas, vſque ad quintam bonorum quotam expendendum: ita, vt quod ex his fuerit reliquum inter ſucceſſuros abinteſtato diſtribuatur.

¶Quod ſi conſanguineis caruerit prædictus teſtator, tunc commiſſarius huiuſmodi, cum teſtatoris coniugi eam quotam contulerit, quæ ſecundum ius regnorum Hiſpaniæ ei attinere videtur, reſiduum pro pijs, & vtilibus animæ teſtatoris prædicti operibus erogare teneatur, & non in rem aliam.

¶Præterea penſandum eſt, quòd de iure communi, vt relinquatur legitima filijs iure, B & titulo inſtitutionis oportet, alias teſtamentum erit nullum.

*Contra ius comm. eſt iſta diſpoſitio Hiſpaniæ.*

¶At in recopilatione noua legũ. l. 1. lib. 5. tit. 4. decernitur, quod teſtamentum ſit validum dummodo ſupradicta, de teſtibus fuerit obſeruata ſolennitas. Valeat (inquam), quoad legata, & cætera in eo cõtenta, etiam ſi teſtator hæredem inſtituerit neminẽ: tuncque ſucceſſor ab inteſtato ſolutionem legatorum, & aliorum complebit. Quo renuente adire hæreditatem, nihilominus legata & alia inibi contenta valeant, ſuumque ſortiantur effectum. De quo ſupra. Sed repetimus hic quo ordo ſeruetur. Sed relicta ad pias C cauſas, etiam ſecundum ius commune non requiritur in teſtamento titulo inſtitutionis hæredis edito, relinquantur, vt ſint valida. Ita Bartolus. l. 1. num. 62. C. de ſacroſanctis. eſt communis: quia iſta inſtitutio eſt ſolennitas tantum ciuilis, non de iure gentium.

*Bartol.*

*Quæſtio. Quid ſi inſtitutio hæredis deſit.*

¶At dubio modico non caret, an huiuſmodi teſtamenta ad pias cauſas ſine titulo inſtitutionis hçredis ſuſtineãtur, quoad legata ibi laicis facta, ſecũdũ ius cõmune ciuile.

¶Reſpondet Salicetus, quod ſic. Hanc communem eſſe dicit Gul. & Iaſon in. l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. num. 10. C. D de teſtamen. Additque ab hac ſententia non inueniſſe aliquem diſcrepantem. Quia ex quo caput teſtamenti cõualidatur pro pijs: ergo & cæteræ eius partes valorem obtinebunt. Sed Iulius Clarus fatetur nunquã ſibi hanc opinionem placuiſſe. Tum, quia facile ſic eſſet parata via falſitati & fraudi, vt conſiderauit Curtius in eo. §. ex imperfecto: tunc quia lex nõ permittit, ſic teſtari, niſi ad pias cauſas. At in Hiſpania tenet in legatis etiam profanis.

*Curtius.*

¶Adhuc de teſtamento inter liberos contingit dubitari, an confectũ ſine prædicta ſolennitate teſtiũ ſit validũ. Cui quæſtioni, licet ſatisfeciſſe mihi viſ⁹ fuerit olim.

Hugo

*Hugo.*

Hugo de Celſo in ſuo Reportorio legū. verbo. teſtamentum. verſi. 15. aſſerens tale teſtamentum ſine prædicta ſolennitate teſtium inter liberos confectum, ſuum robur, & validitatem obtinere, quia non præſumitur interuentio fraudis, cum ſit inter liberos: ſed tamen legata (inquit) facta extraneis in tali teſtamento condito inter liberos, non valerent in foro exteriori. Sed iam arbitror in foro exteriori tale teſtamentum ſine prædicta ſolennitate teſtium etiam inter liberos confectum non ſuſtinebitur. Quia in recopilatione noua legum ſancitur, ſeu potius continetur, quòd ſolennitas legis ordinamenti regis Illephonſi deſuper contentæ, quæ de numero teſtium loquitur in teſtamento neceſſario, intelligatur, & ſic in praxi recipiatur, in teſtamento aperto Latinè Nuncupatiuo dicto; ſi teſtamentum inter liberos, ſeu aſcēdentes legitimos fiat: ſiue inter hæredes extraneos teſtamentum condatur. Sed in foro interiori quid? At in hoc ſententiam Soti ſupra poſitam cenſeo amplectendam.

*An in Hiſpania teſtamētum inter libe. valet ſine ſolennitate teſtium.*

*Quid in foro interiori.*

¶Poſtremò memoriæ commendato diſpoſitionem ſpecialem contentam in Recopilatione legum noua de teſta l. 4. Vbi cauetur, filium, vel filiam ſub poteſtate patris cōſtitutos, dummodo legitimam ætatem ad cōdendum teſtamentum fuerint adepti, condere teſtamentum poſſe, perinde ac ſi extra poteſtatem patris fuiſſent conſtituti, facere potuiſſent. Legitimę ætatis quantum adhoc attinet cenſentur eſſe filij cum 14. annum fuerint adepti, & filiæ cum 12. annos fuerint aſſequutæ, ita l. 13. Taurina.

*An filij poſſint teſtar. Recopil. noua.*

## CAP. CLXVI.

*De præcipientibus, & adiuuantibus ad damnum, quales etiam ſunt executores & miniſtri.*

REliqua de materia reſtitutionis & furti proſequentes addimus id quod Nauarrus ſumma Latina capite. 17. nu. 118. ait, ſcilicet, acceptum in extrema neceſſitate fore reſtituendum, niſi ſit res adeo parua, vt præſumatur gratis conceſſa. Quia tamen eſt contra communem opinionem, vt ipſe concedit, moderādum hoc eius aſſertum eſſe cenſemus, iuxta ſupra dictam diſtinctionem, cum ſupra de hoc egimus.

*An accept. in extrem. neceſſ. ſit reſtit. Nauarr.*

¶Præterea animalia domeſtica in prædio ſuo damnū inferentia, qui occidit, aut grauiter percutit, reſtituere id dāni tenetur: quia non eſt ei ius id faciendi, ſed ſolùm expellēdi ab eo, vel includendi, donec de damno dato, dominus eius monitus ſatisfaciat. §. Cæterum. inſt. de aquil. & in cap. ſi læſerit de iniurijs, & damno dato & l. Quintus Mutius ff. eodem tit. niſi priuilegium, vel conſuetudo, vel aliquod ſtatutum contra diſponeret argum. cap. fin. de conſuetu. cap. priuilegia. 3. diſt. & l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure.

*An animalia damnificātia poſſint occid.*

*De iniurijs.*

¶Porro cuſtos ſyluæ communis etiam iuratus aut ſola fide adſtrictus non peccat; neque reſtituere tenetur, ſi diſsimulauerit cum cædentibus ligna tali neceſsitate preſſis, quæ à peccato eos excuſaret, & non permitteret eis vltra quam talis neceſsitas exigit, ſi hanc neceſsitatem ſciret. Alioquin dubitatio non excuſaret, quia in dubio tutiora ſunt eligenda cap. ad audientiam de homicidio. Sed de hoc plura ſupra.

*De cuſtode ſyluæ.*

¶ Cætera minutiora circa caput hoc de participantibus in damno dato (licet principaliora ſupradicta ſint) recurramus oportet. In qua materia Nauar. ſum. latin. ca. 17. num. 130. Licet milites videatur excuſare à reſtituendo inſolidum, quia non fuere, niſi cauſa partis actionis, & damni: ſicut exemplificauit de ſocijs Borbonij ducis inuaſoris Romanæ vrbis; ſed ſupra ſatis abunde diſputauimus contra hanc ſententiam Nauarri ex mente Soti, & Caietani dicentis, quid ſit tenendum. Sed & etiam eius ſententiam, quam eodem cap. & num. 130. tenet, ſcilicet, quòd nullus ex accipientibus minimum, id eſt, racemum, quando vnuſquiſque eorum ignorauit furta aliorum teneatur reſtituere (etiam ſi ſic totam vindemiauerint vineam falſam reputamus) ſicut talem eam eſſe, vel certe minus veram Corduba, & Sotus reputant. Neque ratio Nauarri ei ſuffragatur: quia nullus (inquit) eorum dānum notabile fecit. Quia ſatis eſt per talia furta minima dominus ſit grauiter læſus, vt ad grauem læſionem tollendam, ratione læſionis grauis per omnes ſimul illatæ, teneatur vnuſquiſque reſtituere ſublatam partem, cum damnum reſciuerint fuiſſe graue illatum, vbi & alias fortiores ſuperaddidimus rationes.

*An milites teneantur inſoli. de bello iniuſto. Nauar.*

*Sotus. Caietan. De furtis vineari. Refutatur Nauarr.*

¶Et quia de participantibus in damno dato, reliquias colligimus: & quia inter participantes refertur iubens, dicimus primò de iubente. Si ſuo mandato quis indicat rem licitam, ludum haſtarum à principe iuſſum, & pręter intentionem ſuam inter haſtiludiū acciderit damnum, id eſt, homicidiū, non eſt talis homicidij reus, neque obnoxius ad eius reſti-

*De iubēte damnum. Dictū. 1.*



reſtitutionem. Quia damnificans eſt agens ex intentione. Hic autem damnum præter intentionem accidit. At quanuis hæc ſit ſententia fratris Ioſephi in ſuis floribus: tamen vt maiori veritate polleat, eam acceptamus, quatenus talis præcipiens pro qualitate negotij debitam cautelam adhibuit: ne id damnum ſequeretur pro ſuo debito, & poſſe.

*Frat. Ioſe.*

2 ¶Secundò dicimus: Si præcipiens præcipiat rem illicitam, ex qua de per accidens, ideſt, præter intentionem ſequutum eſt proximi damnum: non caret obligatione reſtituendi. Vt ſi herus præcepiſſet famulis ſegetes Petri concremare, & ipſi ſegetes Ioannis putātes, quòd Petri eſſent ſegetes, combuſſere tenetur de damno illato Ioanni. Nam per ſui præcepti executores, immediate dānum illatum eſt: Secus eſt, ſi vt antea diximus ſeruus iuſſu heri præcipientis percutere Petrum percuſſerit, & à prætore tāquam percuſſor Petri comprehenſus ſit Ioannes: quia Ioāni in nihilo eſt debitor. Quia neque mediate vel immediate herus per ſuum præceptum cauſa extitit illius damni illati Ioanni: quia ſola fuit occaſio accepta ex vulnere. De hoc plura ſupra, colligitur ex capite cōtinebatur. de homicidio. Sed ſupra hoc punctum egregia ſupra notauimus.

*De homic.*

¶Poſtquam diffiniuimus de præcipiente, de executore mandati ſupereſt dicēdum. Nam, an in omni caſu teneatur reſtituere ab aliquibus eſt dubitatum. Igitur Caietan. & Syluest. verbo, Vſura 7. §. 5. duas referunt opiniones, primam negantem executorem mandati teneri ad damnum, ſi illud per aliud poterat inferri, inferendumque erat: & aliam contrariam omnino, quæ eſt Alexandri, Ricardi, & Soti, quam certo dico fore amplectendam cum ſuo moderamine.

*An executor mandati teneatur. Caietan. Syluest.*

*Alexan. Ricard. Sotus.*

¶Pro cuius difficultatis illucidatione ſtatuitur prima propoſitio: Miniſter & executor, qui fuit cauſa iniquæ actionis abſque dubio obnoxius ſit ad reſtituendum; eſt propoſitio contenta in iure ex cap. ſi culpa de iniurijs.

*Propoſ. 1.*

*De iniur.*

¶Hinc ſequitur curſores proxenetas inter vſurarium & ſoluentem vſuras mediantes teneri ad reſtitutionem; quod quidē corollarium, quia à fratre Ioſepho in ſuis floribus abſolutè eſt poſitum, cenſeo ſic fore limitandum, quod verum ſit, quando talis mediator inter contrahendos contractus fœneratitios, mediat inductus ab vſurario, aut ſola cauſa lucri quod inde reportat, tunc tenetur planè reſtituere. Si autem talis mediator inductus ab indigente pecunijs, & non aliter, pro indigente pecunijs apud vſurarium interpellaret, vt huic indigenti, & volenti recipere mutuum ſub vſuris, poſtquàm non impetrabit aliter, cōcedat mutuum ſub vſuris; tunc ad vſuras ſic extortas reſtituendas, iſte mediator aſtrictus non manet. Quia iniquum eſſe videtur ſecundùm fratrem Ioannem de la Peña cum in ineundo contractum vſurarium, non ex parte ſua, vel vſurarij, ſed ex parte petentis mutuum ſub vſuris, aſtiterit ab eo ſciente, & volente rogatus intercedere: quòd huius rei gratia ei vſuras reſtituere teneatur iſte mediator.

*Coroll. 1. Frat. Ioſephus limitatur.*

*De mediāte in damno.*

*Ioan. à Peña.*

¶Sic neque tabellio teneretur qui ſolo rogatu volentis ſe cauſa mutui obligare ad vſuras, inſtrumentum vſurarum conficeret palliatum, quia ſcienti & volenti non fit iniuria ex parte, gratia ſolùm illius mediantis.

*Coroll. 2.*

¶Ex prædicta quoque propoſitione etiā corollariè ſequitur milites cognoſcentes tēpore belli bellum à ſe geri iniuſtum, teneri inſolidum regulariter, ſecundum Sotum, Caietan. & fratrem Ioſephum, quidquid dixerit Nauarrus: cuius aſſertum vt ſupra oſtendi vix vel raro eſt intelligibile in materia morali, vt poſſit reduci ad practicam.

*Coroll. 3.*

*Sotus. Caiet. Ioſephus cōtra Nauarr.*

¶Secunda propoſitio: Miniſter qui non eſt cauſa læſiuæ actionis, quia iam eſt conſummata, nullius ſit reus reſtitutionis, vt miniſter, qui poſt contractum iam conſummatum fœneratitium, illū excipit alueolo fœneratoris, ne forte à memoria illius elabatur, eſt Soti de iuſtitia & iure, eſt fratris Ioſephi in ſuis floribus. Sed de hoc poſt dicetur.

*Propoſi. 2. Sotus. Ioſeph. Quæſtio. De miniſtr. cōtrah. vſur. aut exigenti.*

¶Sed quid de miniſtris nomine vſurariorum contrahentibus, aut vſuraria debita poſtea exigentibus. De his ſit tertia propoſitio: Miniſtri vſurariorum qui veluti eorum factores, nomine ipſorū fœneratitios ineunt contractus, ad reſtitutionem vſurarum ſunt obligati, hæc eſt Soti libro ſexto de iuſtitia & iure, quæſtione. 1. articulo quarto propo finem; cui nemo iure refragatur; quia iſti pecuniam fœnori dantes tenentur ratione iniuſtæ acceptionis. Quæ omnia intelliguntur ſi vſurarij non reſtituunt, & iſti miniſtri ſoluēdo ſunt. Vnde operam tenentur dare, vt vſurarius ſoluat. Quòd ſi non profecerint, arbitratur Sotus eſſe cāſum conueniendi creditores, & obnixè deprecandi eos, vt debitum totum, vel partem ſibi relaxent. Eſt enim tūc miſericordiæ locus, maximè, ſi illi ex aliqua ignorātia peccarūt. Si autē ignorātia talis eſſet in his miniſtris ſecūdū Sotū, quæ omnino excuſaret à culpa: excuſaret eos quoque à reſtitutione, ſi re vſuraria penes ſe non

*Propoſ. 3.*

*Sotus.*

*Ratio.*

non retinerent; quia tunc neque ratione rei acceptæ, neque ratione iniuſtæ acceptionis tenerentur. Sed adeo eſt patens malitia vſurarij criminis, vt protectione excuſationis careat, niſi forte in caſibus dubijs, vbi vtrinque verſantur opiniones inter doctores. Nã tunc qui abſque remorſu conſcientiæ eſt, poterit miniſter auſcultare doctorib', qui bonę ſunt authoritatis in ineundis huiuſmodi contractibus.

*Quæſtio. De miniſ. recuperantibus vſuras.* *Fr. Ioſep.*

¶Sed quid de alijs miniſtris vſurarij recuperantibus debita vſuraria. De his namque ait frater Ioſephus in ſuis floribus in materia de reſtitutione, quod ſine dubio miniſter vſurarij iuſſu vſurarij vadens ad petendas vſuras, obnoxius eſt reſtitutioni, etiã ſi mutuatarius ſponte eſſet ſoluturus. Quia tantũ dem eſt ac ſi dixiſſet, vade & rape. Quia non ſponte ſoluit. Et tandem inquit, quia eſt executio contractus vſurarij, ipſa petitio debiti vſurarij peculiare peccatum eſt. At Sotus de iuſtitia & iure quæſtio. 1. art. 4. contrariã opinionem prorſus tenet: vbi ait quod ſunt alij miniſtri, qui proprie non dicuntur eſſe cauſæ, vt famuli, qui pecunias portant, & ſeruãt. ¶Erat, verbi gratia, mutuatarius ſoluturus: mittit fœnerator per famulum ad petendum, & tradit alteri ad cuſtodiendum, illi propriè nõ ſunt cauſæ. Imo nec credo quod amanuẽſes ſunt cauſæ, qui in commentarios rationes dati, & accepti referunt. Nam iſti tantum memoriæ ſubſeruiunt. Hæc Sotus. Nauarrus autem ſumma latina ca. 17. num. 267. à Soto diſſentire, & eiuſdem ſententiæ cum fratre Ioſepho videtur eſſe. Vbi ait, quod etiam tenetur reſtituere famulus, qui ſolum pecuniam petijt, aut pignora, aut ſolutionem vſurarum accepit. Allegat in hanc ſuam ſententiam Caie. in ſumma & 2. 2. quæſtio. 62. art. 7. contra alios.

*Sotus contra Ioſep.* *Nauar. contr. Sot.*

*Propoſ. 4.*

¶Igitur pro deciſione quæſtionis ſit quarta propoſitio: Miniſtri deſtinati ad petenda debita vſuraria, qui ſic inſtant in petendo importunè, moleſtis exactionibus, vel interdum minantes executionem in bona mutuatariorum per miniſtros iuſtitiæ, niſi ſoluerint, tenentur plane in ſubſidium vſurarij domini non reſtituentis, ipſi reſtituere: niſi protegantur ignorantia, & à culpa & reſtitutione excuſante. In hac concluſione puto omnes conuenturos hos doctores. Nam iam miniſter hic per ſuam moleſtiã, & importunam inſtantiam proprie cauſa iniuſtæ exactionis eſſe videtur. Et in hoc ſenſu vera eſt ſententia Nauarri fratriſque Ioſephi.

*Concordat in hoc Nauar. & Ioſephus.*

*Propoſ. 5.*

¶Quinta propoſitio: Quãdo aliquis vſurarij famulus, qui ex officio ad exigenda hæc debita præfectus non erat, ſemel aut bis miſſus eſt à domino vſurario, ad petenda hæc vſuraria debita, ipſeq; ſine inſtantia, & moleſtia ſimplicem petitionẽ proponeret ex parte domini mutuatario alias ſoluturo; quia propter inſtrumentum palliatum poteſt cogi in foro exteriori ad ſoluendum, in hoc caſu non eſt condemnandus miniſter hic ad reſtitutionem, ſi ſimpliciter proponens petitionem, ſine exactione ex parte ſua accepit ſolutionem, & reportauit ad dominum.

*Concordat in hoc Sotus & Syluest.*

¶Et in hoc ſenſu quintæ concluſionis acceptanda videtur opinio Soti loco citato, & Sylu. ver. Vſura. 7. q. 4. Vbi addit, quod miniſter, qui non taxat pretium, neque cum eo contrahitur, ſed ſolum pecuniam manualiter tradit, aut recepit pignus, aut pecuniam, reſtituere non tenetur. Quod intelligẽ, inquit ibi Syluest. niſi ad eum aliquid peruenerit, vel cooperatus ſit ad exactionem. Hæc Syluest. Exactio autem petitionem alicuius, quaſi debiti proprie importat.

*Ratio.*

¶Nunc autem patet quinta propoſitio, quæ eſt Soti & Syluest. loco citato, quia iſte non eſt proprie cauſa damni, tum quia non exigit illud tanquam debitum per moleſtã inſtantiam, ſed ſimpliciter ponit petitionem ex parte domini. Neque hoc eſt rapere vt ait Ioſephus, quia rapere importat violẽtiã, ſed ſic interpretãda eſt benigne petitio, hoc mihi mandat dñs ſuo nomine, vt petam; parum mea refert ſoluas, vel non ſoluas; tu age quod vis. Tum etiã; quia ſi ille mutuatarius alias paratus erat ſoluere debitũ, per hoc miniſter quaſi nihil aliud fecit, quã per propoſitionem petitionis ex parte domini reducere ad memoriam ſolutionem illius debiti, quare tenebitur illud reſtituere? ¶Quinimo regulariter mutuatarij cum inſtrumentis palliatis iniquè conſenſere, ſi videant ſe in iudicio poſſe cogi ad ſoluendum, ſine litibus malunt ſoluere, paratique ſunt ad ſoluendũ. Quare famulo ſimpliciter proponenti verbo tenus tantum petitionem, ſi ſoluerit mutuatarius ad reſtituendum ſibi hic famulus manebit obnoxius? quia iſte famulus illum ad ſoluendum nõ cogit: ſed cautio palliata, quam præſtitit vſurario de tanto ſibi debito ſoluendo.

*Satis fit Ioſeph.* *Ratio.*

¶Concludimus ergo, quod ſi aliquis alius tertius diceret mutuatario huic, poſtquam cogendus es in iudicio hæc debita iniuſta ſoluere, conſultius eſt tibi, & melius ſoluere ſine ſumptibus, & litibus, non tenetur propter hoc reſtituere: ita neque famulus tantũ propo-

*Ratio.*



ponens ſine moleſta exactione petitionem ex parte domini. De alijs participantibus cum vſurario materia de vſura agemus. Vbi exactius de his agemus.

## CAP. CLXVII.

*De cooperantibus ad damnum ſiue per cõſenſum ſiue aliter, & de confeſſario.*

NVnc autem de conſentientibus iniuſtę actioni, licet plura dixerimus ante, reliqua ne quid deſit, erũt nobis ſub breuitate perſtringenda.

*Quæſtio. Iudices an teneantur inſolidũ.*

¶Et primo quæritur an iudices iniquam ferentes ſententiam teneantur inſolidum. ¶Reſpondetur ſuccinctè: tenentur proculdubio inſolidum, quia impartibilis actionis, id eſt prolationis ſententiæ iniuſtę fuere cauſa; ſicut quando ſimul quidam concurrunt ad comburendam vicini domũ.

*Quæſtio. An malè ſuffragantes teneãtur.* *Ratio dubitandi.*

¶Sed de ſuffragatoribus quia abunde ſupradictum eſt, vbi propoſuimus, & aliqualiter moderati ſumus quandam ſententiam Cordubæ, ſolum perſtat dicendum de difficultatis puncto circa ſuffragantes occultè, tacitiſque nominibus, poſt ſanctionem Concilij Tridentini, ſcilicet, an qui in electione occulta prælatorum, & cathedrarum ſuffragantur pro indigno, reſtituere teneantur caſu, quo ille indignus multorũ vltra medietatem, vel fere omnium calculis ſit electus. Et ratio hæſitandi eſt, quia in huiuſmodi occulta electione, vbi tacitis nominibus, electores ſuffragantur, innoteſcere non poteſt, per quos tantum conſummata fuerit electio: quia ij tantum cum ante concilium eſſent noti, ad reſtitutionem obligabantur, ſed cæteri poſtea conſentientes, quia cauſam efficacem iniuſtæ electioni non præſtiterunt, à reſtitutione excuſabantur. ¶Reſpondetur ſane, In re occulta procedendum eſt per præſumptiones, probabileſque coniecturas. Vnde ſic potius hanc quæſtionem cenſeo reſoluendam, quam frater Ioſephus eam reſoluit. Quia ſi ſuffragator in electione, qui ſuffragatus eſt pro indigno, qui ex tali occulta electione prodijt electus, fuit de primis ſuffragantibus ſuo ordine, citra medietatem vocalium, pro ſuo ordine qualitatis, vel antiquitatis, prius ſuffragantium: tunc planum eſt teneri ad integram reſtitutionem, quia palam eſt illum concurriſſe ad conſummationem, vel exordium iniquæ electionis, ad eamque efficaciter concurriſſe. Si autem fuit de poſterioribus ſuffragatoribus: quia parum ſibi conſtare poteſt, an per ſuum ſuffragium conſummauit iniquam electionem, aut per alium iam prius fuerit conſummata, ratione dubij huius obligandus eſt ad aliquid reſtituendum: ſed non ad integrum, ſed iuxta arbitrium boni viri cauſis dubij maiores vel minores examinatis.

*Reſpon.* *Sententia autoris.* *Ioſephus.*

*De magnatibus.* *Nauar.*

¶Inter participantes in damno dato quandoque connumerantur reges, magnates, duces qui in cauſa ſunt, vt ſuum cuiquam tollatur, vel ne cui quod ſibi debetur, reſtituatur, neve ad id debitor cogatur, quod ſecundum Nauarrum capit. 17. numer. 13 multi magnates & familiares regum, aduocati & procuratores ſæpe faciunt. Vnde etiam ſicut à culpa mortali, ita quoque à reſtitutione non ſunt immunes.

*De male cõſulent.*

¶Inter participantes in damno dato eſt non ſolum ſcienter & doloſe conſulens, ſed etiam bona fide conſulens, ſi non adhibitis ſtudio & diligentia debitis, ad veritatem aſſequendam conſulat. Quare qui conſulunt, caueant, ne nimium ſuæ ſcientiæ, aut prudentiæ fidant. ¶Inter tales connumerantur laudantes, vel vituperantes aliquem: vt ſic eum inſtigent ad damnum proximo inferendum. Quare ij damnum reſtituere tenentur, quoniam ad id exhortari videntur.

*De ratum habentib. danti.* *Nauar.*

¶Computantur quoque inter participantes, qui nocumentum ſuis nominibus alijs illatum ratum habent & gratum. Et hoc quo ad culpam. Sed quo ad reſtitutionem credo quis non tenetur, ſi poſtquam nouit illatum damnum, per ſuam ratihabitionem in cauſa non extiterit, quod illator damni illud non reſarciat. Quod ſatis non explicuit Nauarrus in ſua ſumma Latina, nu. 133. Quia ſi antequam ratum habuerit, illatum eſt damnum cum eius damni illationis fuerit tunc ignarus: tunc illius nequiuit eſſe cauſa. Sed bene quoque docet Nauarrus, quod ratum habes factum damnum, ſi eius nomine factum non fuit, aut gratum illi non fuit, quatenus ſuo nomine factum eſt (licet opus illi in ſe placeat) ad nullam reſtitutionem tenetur. Quod verum etiam eſſe cenſeo in caſu, quo dixerit poſt gratum id habens, ſibi ſic factum fuiſſe, placere & ſic non adderet ſtimulos ad continuandum damnum, vel ad illius reparatione non facienda vel dilatãda. Quia per prędicta verba quodammodo aliquando poſſet ſufficiẽter ad id exhortari, dicẽdo, placet mihi, nihil tua referat: neq; enim tam male eſt: &c. Vide ca. cũ quis. de ſent. excõmunicat. lib. 6. & cap. ratihabitionem. cap. ratam de regulis iuris.

*De ſent. excom.*

*Deſent. ex*

lis iuris. libro. 6. Porrò de receptoribus maleſactorum, quia inter participantes connumerantur, nunc hic aptus incidit ſermo. Sotus de iuſtitia & iure libro. quarto, quæſtione ſeptima, articulo tertio, exponendo D. Thom. docentem, nouem modis poſſe eſſe aliquem acceptionis cauſam. Qui quidem modi per hunc verſum explicari ſolent, ſcilicet. Iuſsio, conſilium, conſenſus, palpo, recurſus, Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans: docet per tertiam concluſionem, ex his nouem modis, quinque illorum ſuo genere ad reſtitutionem obligare, Qui ſunt nempe ij iuſsio, conſenſus, ſine quò non fieret damnum: recurſus vel receptatio, participatio in crimine, vel in præda, non obſtare damno cum ex officio tenetur.

*Sotus.* *D. Thom.* *Verſus.* *De quinque modis ex ſe inducēt. reſtit.*

¶ Reliquos vero quatuor ex recenſitis, ait in quarta concluſione non ſemper vinculum reſtitutionis indicere. In quibus duabus concluſionibus explicuit Sotus diſcrimen, quod Diuus Thomas inter hos modos conſtituit de per ſe. Cui non obſtat quòd quinque illi modi quandoque non obligent. Vt verbi gratia, participans in crimine, hoc eſt, cum altero concurrens per ſe, dicitur teneri ad reſtitutionem: nihilominus quando non eſt efficax cauſa non tenetur. Similiter iubens per ſe eſt cauſa motiua, imo omnium potiſsima, tamen interdum ad reſtitutionem non obligatur, vbi non ſequitur damnum. Imo eſt infallibilis regula obſeruanda in his omnibus, quòd vbi re vera iuſsio, conſilium & reliquæ cauſæ non ſortiuntur effectum (licet peccatum interueniat) nulla tamen oritur reſtitutionis obligatio.

*Regula infallibilis.*

¶ His ſuppoſitis, antequam de receptatoribus diffiniamus, ſit primum dictum: Iubens, conſentiens, laudans & huiuſmodi, quando ex tali ſua iuſsione, vel conſenſu, vel laude non ſequitur nocumentum, vel in his caſibus alter erat paratiſsimus facere, non tenetur ad reſtitutionem. Sicut, ſi quis diceret alioquin paratiſsimo, certiſsimo ad inferendum malum, abi & fac, ſicut dixit Dominus Iudæ: Quod facis fac citius. Patet hoc quia in his caſibus duobus iſti ſupradicti nõ fuerunt efficaces cauſæ damni, neque efficaciter motiuæ, quia iam mali executor ex ſe erat motus, & in procinctu ad inferendum detrimentum: & de facto illud erat illaturus; ergo non tenentur ad reſtitutionem.

*Dictũ. 1. De iuben. laudan.* *Ratio.*

2. ¶ Secundum dictum ſit ſecundum Sotum loco citato, receptans, licet per ſe ſonet cauſam, licet alius receptaſſet, ſi tantum hoſpitio recepit latronem, neque illum mouit: imo diſſuaſit, nec quicquam furti cum illo participauit: & ſi ſunt circum multa diuerſoria paratiſsima illum recipere, non eſt talis in foro conſcientiæ condemnandus ad reſtitutionem. Patet, quia hæc receptatio non fuit efficax cauſa furti.

*Sotus.*

¶ Tertium dictum ſecundum fratrem Ioſephum. Si malefactorem quis occultet ne ab aduerſarijs vulneretur, vel occidatur, ſi tamen criminis defenſor non ſit: procul abeſt iſta occultatio & à culpa, & à reſtitutione, quia nullum affecit iniuria eum occultando. ¶ Secus eſſet, ſi ideo domi reciperet furem, aut flagitioſum; quatenus & perſonæ, & crimini patrocinium opemque præſtaret. Nam tunc citra dubium ad reſtitutionem teneretur, vt ſi prædã occultaret, etiam ſi inde nihil lucri reportaret. Eſt diffinitum expreſſe in canone qui conſentit. 11. quæſt. 3.

*Dictũ. 3. Fr. Ioſeph. de occultatore.* *11. q. 3.*

¶ Quartum dictum; Quicunque patrocinãtes pro latrone, ſiue ſint tabelliones, ſeu alij procuratores, qui intercedunt pro latrone apud iudicem, ne ferat iuſtam ſentẽtiam, reſtitutionis furti, & expenſarum obligationem incidunt. Quod quidem dictum limitandum dupliciter venit. Primò, quod teneãtur iſti reſtituere defectu latronis hac de cauſa non reſtituentis. Secundo tenentur reſtituere quando contra ordinem iuſtitiæ, & iuris, latroni patrocinantur, vt euadat & non reſtituat. Secus, ſi defendant latronem in foro exteriori; quando contra illum non ſunt indicia, vel ſemiplena probatio: ſi procedatur via accuſationis, neq; alia iuris adminicula, quæ legitime aperiant viam iudici ad procedendum contra illum; quia tunc tantum nituntur iuſtè ſecundum leges liberare delatum de furto, à pœna: reſtitutionem, ſi quam ſecretò debet, relinquentes illius conſcientiæ (quæ nouit an reus ſit illius) faciendam.

*Dictũ. 4.* *Limitatio duplex.*

¶ An verò cõfeſſarius ſit taliter particeps criminis, quando non mandat reſtitutionem fieri, ad quam pænitentem in confeſsione percipit eſſe obligatum; quod ipſe reſtituere teneatur. Et licet memor ſim de hac materia ſupra egiſſe: ſed; quia etiam hic aptũ quæſtio hæc ſortitur locum, breuiter non nihil repetendum hic erit. Primò cum Nauarro in ſumma. c. 7. numer. 23. ſcilicet, quòd confeſſarius per ignorantiam craſſam, aut affectatam, ſi non præcipiat reſtitutionem pœnitenti ad id parato, manet obligatus reſtituere. Quod procedit quando confeſſarius videt, aut credit, quòd niſi reſtitutionẽ

*Quæſtio. De cõfeſſario non mandante reſtitu.*





præcipiat pœnitenti, pœnitens illam non eſt facturus. Si autem ſibi mandato iniungatur, pœnitens reſtitutionem faciet. Secus eſt ſi propter incogitantiam id non præcepit, vel quia eſtimauit, pœnitenti id curæ eſſe; quia tunc non tenetur reſtituere confeſſor. Sicut neque quando ex ignorantia non craſſa, præcipere reſtitutionem prætermiſiſſet. Quia cum confeſſarius regulariter, gratia tantum pœnitentium audiat confeſsiones, non tenetur, niſi de lata culpa, ſecundum Nauarrum.

## CAP. CLXVIII.

### *De peculiaribus obligationibus reſtituendi, quæ ſolent interuenire inter parentes, & filios, & inter coniuges, & inter fratres.*

*Quæſtio.*

Q Via iam quaſi abſoluentibus reſtitutionis materiam occurrunt quædam peculiares obligationes reſtituendi, quæ inter parentes, & filios, vxorem, & virum, & inter fratres inter ſe ſolent interuenire: & hanc materiam indiſcuſſam vt prætermittamus non oportet. ¶ Et vt à filijs illegitimis exordium ſumamus, quæritur primo, an filij illegitimi teneantur reſtituere ea bona, quæ ſibi relicta fuerint à parentibus. Cuius quæſtionis deciſio, filiorum illegitimorum præ exigit diſtinctionem. ¶ Nam alij ſunt filij illegitimi, qui dicuntur ſpurij, vt pote qui ex aliqua peculiari concubina naſcuntur. Alij autem dicuntur manzeres, qui ſunt propagati ex concubina vaga omnibus expoſita. Alij vero dicuntur nothi, id eſt adulterini. ¶ Alij denique dicuntur ex concubitu damnabili, id eſt, merenti mortis pœnam nati, vt ex ſtupro, vel inceſtu progeniti. At licet alij filij ſint, qui dicuntur illegitimi, ſed tamen naturales, ij tamen inter ſpurios, vel manzeres computantur.

*An filij illegitimi accepta reſtitu. tene.* *Diſtinctio illegitimo*

¶ His prælibatis ſit prima concluſio. Huiuſmodi filij illegitimi ſpurij ex peculiari cõcubina, & manzeres ex vaga concubina propagati, non ſuccedunt: ſed neque ſuccedere poſſunt patri, aut matri neque ex teſtamento, neque abinteſtato: ſi tam pater, quam mater eorum, filios habeant legitimos. Hæc cõcluſio patet. Tum, quia leges in odium peccati parentum eos arcent ab hæreditate. Tũ quia iniuria fieret legitimis: qui ſunt certiores, ſi cum ipſis ad bona paterna vocarentur illegitimi; quia leges ſtudent fauere legitimis ſucceſsionibus, & non illegitimis.

*Conclu. 1.* *Ratio.*



¶ Secunda concluſio. Tam pater, quam mater etiã ſi habeãt filios legitimos poſſunt licite non ſolum his filijs ſpurijs, ſeu manzeribus, ſed etiam liberis adulterinis, & ex concubitu damnabili natis puta ex ſtupro, vel inceſtu, vel adulterio, quintam partem aſsis, id eſt bonorum ſuorum quintam partem legare. Hæc eſt Soti de iuſti. & iure. lib. 4. quæſt. 5. artic. 1. Et patet. ¶ Nam licet teſtator non videatur alienas ſucceſsiones pro pijs anteponere. l. cum acutiſsimi. ff. de fidei commiſsis. vnde lex. 9. Tauri originem duxit, quæ filios ſpurios ab hæreditate repellit: tamen non prohibet lex, quin tam pater quã mater in quinta parte aſsis poſsint illos inſtituere. Et patet. Quia ſi tam pater, quàm mater habentes etiam filios legitimos, quintam partem poſſunt legare extraneis; quare eam non magis poterunt donare ſeu legare prædictis filijs illegitimis, qui ſunt propinquiores extraneis.

*Conclu. 2. Quid ſpurijs legari poſſit.* *Sotus.* *ff de fid. cõ. Lex Taur.*

¶ Tertia concluſio. Tam pater, quam mater, ſi filijs careant legitimis, etiam ſi habeãt hæredes aſcendentes, id eſt, parẽtes, aut auos filijs naturalibus, ſcilicet, ſpurijs, aut manzeribus, omnia bona ſua relinquere in teſtamento poſſunt. Hæc concluſio quoad matrem certa eſt, & expreſſe habetur. l. 9. Taurenſi; quia mater de tali prole quod ſit ſua, certa eſt: nec tunc fit iniuria legitimæ proli cum ea careat. Sed quo ad patrem contradicit frater Ioſephus in ſuis floribus, dicens, tales filios ſpurios, ſeu manzeres patri non ſuccedere, neque ex teſtamento. Sed tamen etiam quoad patrem eſt vera, quia. l. 10. Taurenſi ſic habetur, quòd etiam pater etſi habeat parentes vel aſcendentes legitimos, poteſt bona ſua in toto legare naturalibus filijs: ſi tamen ei non ſuperſint legitimi liberi.

*Conclu. 3. Quando naturales hæredes fieri poſſ.* *Lex Taur.* *Fr. Ioſeph.*

¶ Filium autem naturalem, explicat lex eſſe, & dici cuius natiuitatis, vel conceptus tempore pater eius ſine diſpenſatione, copulari matrimonio potuit cum eius matre, dũ tamẽ pro filio ſuo recognoſcat eũ pater, etiã ſi ſit ex vaga concubina talis naturalis natus.

*Quis ſit filius naturalis.*

¶ Quarta concluſio: Filij huiuſmodi naturales ſpurij, aut manzeres ex damnabili concubitu non nati, ſecundum leges ſuccedunt quidem matri carenti legitima prole abinteſtato. Non tamen ſic ab inteſtato ſuccedunt patri etiam carenti legitimis liberis. Hæc concluſio eſt Soti ſupra loco allegato, & eſt extra controuerſiam apud doctores. Cuius rationem aſsignant leges. Quia mater vtique certa eſt de ſua prole; atque adeo iura volunt ei carenti prole legitima, ſuccedat proles hæc

*Conclu. 4.* *An naturales ſucced. patri aut matri.*

illegitima naturalis, quæ non eſt ex concubitu damnabili propagata, aut adulterina. Non tamen ſuccedunt patri, quia pater non tali certitudine tenetur, quòd talis proles ſua certo ſit.

*Conclu. 5.*

¶ Quinta concluſio. Filij adulterini, vel ex concubitu damnato, id eſt, ſecundum leges morte punibili ſuſcepti, id eſt ex ſtupro, vel inceſtu progeniti, neque patri, aut matri in foro exteriori ſuccedunt abinteſtato, neque ex teſtamento: ſed ſolum tam pater quàm mater (etiam ſi non careant legitima prole) quintam partem aſsis, id eſt ſuorum bonorum eis, & legare, & donare poſſunt. Hæc eſt Soti; quia hoc non prohibet lex Taurenſis. Et quia iſta quinta quota bonorum extraneis quoque poterat legari. Ita in recopilatione noua legum. l. 7. libro quinto. titulo octauo folio. 291.

*Sotus. Ratio.*

*Quæſtio. An mater aliquando naturali teneatur relinquere omnia.*

¶ Sed hic dubitare forte quis poſſet, an mater, cui ſuperſunt aſcendentes parentes, & aui, ſi tamen careat legitima prole; tunc filio naturali à ſe habito teneatur relinquere omnia bona ſua, excepta quinta parte.

*Conclu. 6.*

¶ Reſpondetur difficultati per ſextam concluſionem in hoc caſu. Mater non ſolum poteſt, ſed etiam in conſcientia tenetur, etiā ſi aſcendentibus non careat, ſi tamen legitima prole caret (excepta quinta parte aſsis) filium naturalem illegitimum in tota ſua ſubſtantia inſtituere hæredem. Hæc concluſio patet ex l. in recopilatione noua legum nūc citata. Vbi ſancitur, quod in hoc caſu matri filij naturales, vel ſpurij ſuo ordine; & gradu ſuccedant, vt legitimi hæredes, ſiue ex teſtamento, ſiue abinteſtato. Dummodo tales filij ex damnato, punibilique concubitu non ſint ex parte matris procreati. Quia tunc neque ex teſtamento, neque abinteſtato, iſti poterunt ſuccedere matribus. Licet in morte, & in vita quinta pars poſsit illis dari id eſt, quæ permittitur pro anima poſſe legari. Interpretaturq; ibi lex, tūc appellari & eſſe damnatum, & punibilem concubitū, quando mater ob talem concubitū, ſecundum leges, pœna mortis naturalis plectenda venit. De patre autem dicendum quoque videtur.

*Recopil. noua.*

*Quid ſit dānabilis concubitꝰ.*

*Conclu. 7. An naturales tantum ſuccedāt patri.*

¶ Quare ſit ſeptima concluſio. Pater carens legitima prole, etiam ſi aſcendentibus, ſcilicet, parentibus, & auis, & proauis non careat, licet in omnia bona ſua filium naturalem illegitimum, (dum legitimis caret) ſucceſſorem, & hæredem ſibi præſtituere poſſit: non tamen in conſcientia ad hoc tenetur. Quia lex hoc ei facere poſſe indulget; ſed nō cogit. Et merito: quia nō eſt de tali prole certus. Quia ſatis eſt patri, ſi talem filium naturalem tantum pro ſuo recognoſcat, aut ex vehementibus coniecturis agnoſcat: ſibiq; perſuadeat, pro ſuo fore recognoſcēdum: quod tantum alimenta neceſſaria ei ſubminiſtret. Sed in hoc caſu ſi filio naturali huic bona ſua nolit relinquere, opinor parētes, ſi quos habet de duabus tertijs partibus ſuorum bonorum, non poſſe defraudare. ¶ Concluſio autem prædicta patet; quia in l. 10. Taurenſi dicitur, quòd pater carēs legitimis, poſsit legare bona ſua naturalibus in toto, quod voluerit. Vnde per hoc quòd ait lex, in toto quod voluerit liberum ſibi, an velit legare eis, vel non, relinquit.

*Ratio. Lex. 10. Taurēſi.*

*Quæſtio. Quota pars adulterinis poſſit relinqui.*

¶ Deinde de filijs adulterinis obuiat diſceptatio, an vltra quintam partem aliquo intuitu, forma, vel via poſsint parentes illis aliquid donare, vel legare ſiue in teſtamento, ſiue extra; taliter, quod tā patres dantes, quàm huiuſmodi filij recipientes maneant liberi, tum à culpa mortali, tum etiam à reſtitutione in conſcientia. Et quidem, ſi de iure naturali agamus, dummodò legitimis præiudicium non fiat, palam eſt huiuſmodi donationes, & legata fieri non eſſe prohibitum. Sed quòd ingerit difficultatem id dubij eſt, an leges ciuiles, quæ perſtant prohibentes ſupra dicta legata, & donationes, ita ſint pœnales, vt more legum pœnalium nullatenus obligent in conſcientia, ante condemnationem. An vero ſint leges inhabilitantes: & ipſo facto huiuſmodi adulterinos, ſeu ex damnato concubitu genitos, vel clericorum filios inhabiles, & incapaces eſſe pronuntiantes, ad huiuſmodi bona, vel legata à parentibus recipienda. Quod ſcire maxime refert, quia ſi inhabiles fiunt, ſtatim ante condemnationis ſententiam, tenebuntur ſic accepta reſtituere in conſcientia.

*Diſtin.*

¶ At verò ſub diſtinctione reſpōdendum eſt de filijs nothis. Nam alij ſunt filij ſecularium, alij filij clericorum, vel religioſorū. Nam de ijs licet nulla ſit prohibitio de iure communi: ſed leges peculiares regnorum Hiſpaniæ, quæſtionem propoſitam in dubium reuocant. Quare pro his ſtatuitur octaua cōcluſio. Filij nothi ſecularium ſolum modo legibus regni prohibentur iure hæreditario in bona paterna ſuccedere. Hæc concluſio patet. tit. 15. parti. 4. l. 3. & l. 1. fori, tit. de hæred. ſucceſ. & l. 9. Tauri cōfirmatur. vbi prohibetur ne poſsint in hæreditatem ſuccedere.

*Conclu. 8. Partita. Lex. Tau.*

*Conclu. 9.*

¶ Nona concluſio. Pater ſi aliquid cōmittit amico ſub fideicommiſsione; vt illud tribuat ſuo filio, ex adulterio ſuſcepto ami-

cus hic



cus hic tenetur ius naturale ſeruare, hoc eſt, dare filio, & filius poteſt licitè tunc recipere, perinde, atque ſi eſſet extraneus. Itaque omnia bona ſua illi poteſt ſuus pater ſic dare, filijs ſi careat legitimis; quia filios perſtantes legitimos non poteſt exhæredare, niſi vſque ad quintam partem: neque hic interuenit peccatum. Si autem fiſcus petierit, ſtandum eſt foro exteriori. Hæc concluſio hinc ſic perſuadetur. Quod dum lex ſit in odium filiorum, non eſt dilatanda, vltra quàm ſonat. Non autem lex prohibet, niſi eſſe hæredes, ergo extra teſtamentum pater ſua bona donans adulterinis filijs hac via, non agit cōtra rigorem legis, neq; in eius fraudem; quia lex pœnalis tantū ad id obligat, quod ſonat.

*Ratio.*

*Quæſtio. An filij cler. fiant incapaces.*

¶ Sed iam grauius vrget, & perplexius dubium de filijs clericorum, hoc eſt ſacris initiatorum, & de filijs religioſorum. Nam ij licet non iure communi, tamen legibus regnorum Hiſpaniæ arctius arcentur à bonorum paternorum acquiſitione. ¶ De his ſit decima concluſio. Filij clericorum ſacris initiatorum, & filij perinde religioſorum per leges peculiares Hiſpaniæ inhabiles, & incapaces fiunt ad vllo pacto poſsidenda bona paterna, etiam in conſcientia, niſi peculiari regis conceſsione. Hæc concluſio, quæ eſt Soti loco ſupra allegato elicitur apertè. Primò ex l. 2. libro. 1. titul. 3. & l. 2. tit. 3. libr. 5. regalis ordinamenti in hanc formam. Quò nulla offeratur occaſio, vt vlla mulier clericorum concubinatui addicatur; ſi clericorum filij, in eorum bona hæreditario iure ſuccederent, conſtituimus, & præcipimus, vt huiuſmodi clericorum filij neque habeant, neque hæreditent neque hæreditare poſsint bona ſuorum parentum, neque aliorum conſanguineorum. Et ſequitur, neque ſuſcipiant, hoc enim Hiſpane ſonat vox, ni ayan; neque potiri poſsint quocumque legatô, aut donatione, aut alia collatione, quæ illis fuerit facta. Quæ quidem verba non ſolum eos excludunt, ne hæredes eſſe poſsint; verum etiam eos videntur facere inhabiles, & incapaces ad vllo pacto bona paterna poſsidenda.

*Concl. 10. Sotus. Lex ordi.*

*Lex. 9. Tauri extēditur. ad filios religioſorum.*

¶ Et hæc lex per legem. 9. Tauri extenditur quoque ad filios religioſorum. Quòd autem tàm ſtrictam legem rex poſsit edere, nemini dubium eſſe debet: cùm leges humanæ iuſtæ obligent in conſcientia: iſta autem lex in odium filiorum clericorum iuſta eſt: quare ſtatim obligat in conſcientia. Quare probabile eſt impeditiuam eſſe tranſlationis dominij, & non ſolum eſſe pœnalem, ſed eſſe perinde, ac ſi pupillus donaret, aut ſimoniacus, aut aſſaſsinus ſuſciperet aliquid. Hæc concluſio etiam ſuſtinetur à fratre Ioſepho in ſuis floribus, vbi in hoc ſubſcribit Soto.

*Fr. Ioſep.*

*Quæſtio. An pro alimētis filijs cleri. poſſ. aliquid dari.*

¶ Sed ſtatim in dubium reuocamus, An his pater clericus ſuppeditare aliquid poſsit, pro alimentis. Huius dubij illucidandi gratia; ſit vndecima concluſio: Pater clericus tenetur alere & educare filium ſuum illegitimum. Atque adeo poteſt ei viuens donare, vnde vitam ſuſtentet. Hæc concluſio eſt Soti loco vbi ſupra. Patet, quia cum ius naturale dictet alendos, & educandos eſſe filios, iſtud ius per leges ciuiles, & poſitiuas non poteſt reuocari. Hæc concluſio. 11. eſt etiam Armillæ, verbo, alimentū. 36. vbi ait, quod de iure canonico ex æquitate quadam naturali tenetur pater alimenta præſtare filijs ſpurijs, quos certo probabiliter nouit eſſe ſuos.

*Concl. 11. Sotus. Armill.*

*Quæſtio. An nepotes cleric. fiant incapaces.*

¶ Sed vltra, dubium ſtatim incidit, ſubijcitur an ſicut filij clericorum incapaces, & inhabiles fiunt per leges Hiſpaniæ ad bona paterna vllo pacto poſsidenda, ſic & clericorum nepotes. Quæſtio eſt, cuius meminit Frater Ioſephus in ſuis floribus. Quare pro ſatisfactione illius, ſtatuitur duodecima concluſio. Clericus initiatus ſacris, ſi nepotes ſibi ſuperſint ex filio, vel filia illegitimis nati, his licitè poterit ſua bona & legare, & condonare. Hæc eſt Fratris Ioſephi, quæ mihi non diſplicet. Quia cum lex hæc de arcendo filios clericorum à bonis paternis, odioſa ſit, in odium talium filiorum, cum odia debeant reſtringi, non eſt ad nepotes clericorum extendenda, poſtquam lex expreſſè eos non comprehendit. Poteſt ergo clericus auus eorum illis relinquere bona ſua.

*Fr. Ioſeph. Concl. 12.*

# CAP. CLXIX.

*An filij clericorum accepta à parentibus teneantur reſtituere & de alimentis præſtādis filijs, vel fratribus.*

*Quo pacto liceat clericis, ſuis filijs ſua bona relinquere.*

IAm de modo ſiquis occurrit, quo clerici ſuis filijs illegitimis poſsint ſecura conſcientia, citra fraudem legis, ſua bona conferre, indagandum nobis eſt, An per fideicommiſſarium tuta conſciētia hoc poſsint facere. Pro explanatione quæſtionis.

*Conclu. 1.*

¶ Sit prima concluſio: Si clericus alicui fideicommiſſario concedit bona ſua, ea conditione, quatenus ea bona fideicommiſſarius filio illegitimo clerici tradat; primò quoad culpam mortaliter peccat contra legem forte illo re-

illo rigore obligantem, & talis fideicõmiſſarius nullatenus tenetur ea bona filio clerici adiudicare etiam ſi pollicitus fuerit id facere: neque filius clerici, ea bona tuta conſcientia recipere, neque retinere poteſt: ideo ſtatim à filio tali ſunt reſtituenda. Hæc concluſio eſt Soti loco citato, & Fratris Ioſephi in ſuis floribus. Et patet, quia huiuſmodi fideicommiſsio, & illorum bonorum traditio, & illorum per filium clerici acquiſitio, eſt contra legem humanam iuſtam in re graui inhabilitantem huiuſmodi filium clerici, ad bona paterna recipienda & retinenda. Ergo nõ poteſt talis commiſsio neque traditio bonorum, neque retentio fieri.

*Sotus. Fr. Ioſeph. Ratio.*

¶ Secunda concluſio: Tuta conſcientia, clericus bona ſua amico relinquere poteſt, non ſub conditione, vt ea reddat filio; ſed abſolutè, dum, ſcilicet, amicus ſub illa conditione non recipiat loco filij, ſed tanquàm ſua ſibi verè, & abſolute donata, etiam ſi clericus fiduciam certam conceperit, quòd amicus ſit traditurus ea filio; & illi aliàs non relinqueret. Hæc concluſio eſt Soti loco citato. Et patet; quia licet lex filium illegitimum clerici, ad illa bona paterna acquirenda, & retinenda, inhabilem fecerit, tamen illum amicum incapacem donationis illorum bonorum abſolutè ſibi factæ, lex non reddit, quare tali donatione priuari non valet, niſi per condemnationem. Imo per fiſcum condemnari non poteſt, niſi probetur præſumptio, ſcilicet, quòd ideo receperit, vt redderet filio clerici.

*Conclu. 2. Sotus. Ratio.*

¶ Sed quid tunc talis amicus, donatarius abſolutus, & ſine conditione, de illis bonis poterit facere. Huius rei gratia. ¶ Sit tertia concluſio: Tunc amicus clerici in caſu prædictæ concluſionis, poteſt ea bona ſibi donata, tuta conſcientia retinere, & poteſt licitè tanquam propria bona ſua, & non clerici, iam ea donare (ſi vult) filio clerici, & in conſcientia talis donatio tenebit. Secus eſt, ſi vt ſupra diximus, ſibi donatio facta non eſt abſolutè, ſed ſub conditione, vt ea bona redderentur clerici filio. Quia tunc neque donatio facta amico tenuit, neque ipſe amicus retinere ea bona tunc poteſt: neque verò, ipſe filio clerici, ea tradere poteſt. Hæc concluſio patet; quia iam in caſu iſtius tertiæ concluſionis neque fit contra legem, nec contra eius intentionem. Quia ille amicus non iam illi tradit bona patris, id eſt clerici, ſed ſua; neque filius accipit bona paterna, ſed bona amici patris, quæ iam per donationem abſolutam facta fuerant ſua.

*Quæſtio. An fide. miſſ. ten. Conclu. 3. Ratio.*

¶ Sed quid tunc in caſu, quo illa bona data fuerint à clerico amico ſuo ſub eo pacto, vt redderentur filio; quid fiet de illis bonis.

*Quæſtio. Quid ſi donatio fuit illic.*

¶ Arbitratur Sotus in hoc caſu illa bona ante condemnationem, (quia ante condemnationem fiſcus ad illa ius non habet) cenſenda eſſe attinere ſuccedenti ab inteſtato. Quare ſi clericus hæredem legitimum ab inteſtato relinquit, ſua ſunt; ſin minus eroganda ſunt in pios vſus. Dumtamen iſte fideicommiſſarius ſibi caueat, ne id perueniat in notitiam fiſcalis, quia ſi id vereretur, conſultius eſt fiſco patefacere.

¶ Hinc iam patet, quid ſit dicendum ad illam quæſtionem, cuius meminit Corduba in tractatu de caſibus conſcientiæ, quæſt. 74. Vbi diffinit, quòd hæres inſtitutus extraneus à patre ſolum habente filios naturales, cum fideicõmiſſo tacito, vel expreſſo, vt filijs illis naturalibus prouideatur, tenetur in conſciẽtia, teſtatoris filiam naturalem dotare, alimentaque ei ſubminiſtrare; ſecundum qualitatem conditionemque perſonæ teſtatoris, eamque in ſtatu decenti reponere. Nã & etiam filiæ ſpuriæ debetur competens dos (ceſſante inſtantia fiſci.) Imo ſecundum Sotum & fratrem Ioſephum vbi ſupra, filij adulterini in foro conſcientiæ, non tamen in foro exteriori, bona paterna poſsidere poſſunt, vbi non ſunt legitimi; quia lex prima fori tantum eos hæredes eſſe prohibet, quod fit per teſtamentum. Vide de hac materia ca. cum haberet. de eo, qui duxit quam polluit. Et Sotum libr. 4. de iuſt. quæſt. 5. artic. 1. & Syluestrum titul. filij, & doctores in capit. tanta. qui filij ſint legitimi. Imo coram iudice eccleſiaſtico filij naturales poſſunt petere alimenta: Præſertim quando teſtator in teſtamento nomine hoc filiorum eos expreſſit, quod ſecundum ius ſat eſt, vt pro legitimis habeantur. Vide Antonium Gomez ſuper l. 9. & 10. & 11. Tauri & Couarruuiam de varijs reſolutionibus. in 1. Tomo par. 2. §. 4. vſque ad. §. 8. & iuriſtas in lege. cum quæritur. C. de inofficioſo teſtamento.

*Quæſtio. An filia naturalis eſt dot. à fideicõmiſſ. Cordub. Sot. Ioſep. Sylueſt. Anto. Gomez Couarruuias.*

¶ Hinc iam liquet, quid ſit reſpondendum ad illam quæſtionem, cuius etiam meminit Corduba de caſibus conſcientiæ. quæſt. 123. Vbi concludit, quòd in hoſpitali habenti ſtatutum, quòd bona ibi morientium ſine hærede legitimo neceſſario, id eſt, qui præteriri non poteſt in teſtamẽto forçoſo nuncupato, ſint illius hoſpitalis: cum Maria fuerit defuncta vita ibi, potuit ſi legitima prole caruit, legare bona ſua filiæ ſuæ naturali non ex damnato concubitu genitæ, etiam ſi habuerit legitimos aſcendentes, nõ obſtante tali ſtatuto.

*Quæſtio. Cordub.*





¶ Lege quoque. 10. Taurẽſi cauetur, quòd caſu, quo pater, vel mater ad alimenta adminiſtranda illegitimis, deuinctos ſe ſentiunt ſiue in vita, ſiue in morte, virtute talis obligationis, non poſsint eis vltra quintam partem bonorum dare, niſi ſint naturales, quibus pater carens legitimis, licet aſcendentibus non careat, poteſt omnia bona ſua legare.

*Quantũ in aliment. pro illegit. ſit conferendum.*

¶ Porrò præter propoſitum hic non dubitatur; quid faciet commiſſarius mulieris in teſtamento relictus, quando teſtatrix ratione infamiæ cauendæ propriæ adulterinã filiam hæredem inſtituit, cum optime nouerit fraude. Reſpondet Corduba q. 122. quòd ſi in caſu ſupra poſito, vbi ſtatuto ſic dictante hoſpitali obueniunt omnia bona, ibi morientium, & carentium legitimis, neceſſarijſque ſucceſſoribus, ſi ibi moriatur Ioãna habens filiam ſecreto adulterinam, quam inſtituit hæredem in omnia bona: commiſſarius Ioãnæ ſi ſine diſpendio honoris Ioannæ, vel ſi ſine detrimento notabili alicui ex his perſonis inde contingenti, poteſt bona hæc hoſpitali addicere, cui obueniũt ex iure, illi ea applicabit, ſi autem hæc mala impendere timeantur, ea bona filiæ ſecretò adulterinæ tribuet. Si tamen fuerit admonita per ipſum, illam illorũ bonorum iure, & in conſcientia eſſe incapacem, eorumque reſtitutioni manere obnoxiam, fidem illiuſque expoſcat, quatenus fidem faciat, ſe curam adhibituram, vt forma ſibi innocua, ea bona reſtituat hoſpitali. Quod ſi ſibi probabiliter perſuaſerit adulterinam nequaquàm ea reſtituturam hoſpitali, penes ſe talis commiſſarius ea bona, vt commodius poterit retineat, quo vſque prædictis ceſſantibus inconuenientibus, hoſpitali poſsint applicari. Quod ſi aliter officio debito reſpõdere non poſsit, reddat ea bona adulterinæ, dicta præmiſſa monitione: quia ſatis præſtitit quod ſuũ eſt, nec quicquàm amplius potuit de ſe præſtare: dum huiuſmodi inconuenientia obuentura aliàs timentur. Sic inſinuat Nauarrus in ſumma. cap. 17. nu. 9. nu. 19. & 31.

*Quæſtio. Commiſſarius an adulterinæ licite dat. Cordub. Nauar.*

¶ Inſuper, quia de alimentis conferendis filijs cœpimus verba facere, nota quòd etiã èconuerſo filius parentes egentes tenetur alere; & frater tenetur alere fratrem. Ita Corduba quæſtione 125. Licet caſu, quo frater fratrem alere tenetur ſecundùm Gloſſam in. l. ſi quis à liberis. §. Vtrum verbum iuſte. ff. de liberis agnoſcendis. Hunc caſum Gregorius López in Gloſſa finali. l. 4. tit. 19. par. 4. extendit etiam ad fratrem naturalem non legitimum, quamuis Angelus Aretinus. §. Si minus inſtit. de actionibus videatur limitare in fratribus vtrinq; coniunctis. Quã limitationẽ doctores non tenent, neq; tenenda videtur.

*De alẽdis parẽtibus et fratrib⁹. Cordub. ff. de liber. agnoſ. Grego. Lopez.*

¶ Controuerſia eſt inter doctores, quomodo frater fratrẽ alere teneatur, an ſolum iuxta neceſsitatem tantum naturalem, ad vitam tranſigendam penſatis facultatibus debentis alimenta; ſecundùm Iacobum de Aretijs & Baldum & alios doctores in l. ſi maritus. 2. ff. ſoluto matrimonio, quos ſequitur Palacius Rubeus. Cui ſententiæ ſuffragatur dicta à doctoribus ca. cum haberet. de eo, qui duxit in matrimonium quam polluerat. An vero teneatur frater fratrem alere iuxta decentiam, & qualitatem perſonarum & iuxta ſufficientiam facultatum. Prout tenet Ioannes de Imola dicta l. ſi maritus ff. ſoluto matri. & etiam prout tenet Raphael & Alexander ibidem.

*Quæſtio. Qualiter frater ſit alendus. Palac. Imola.*

¶ Cui quæſtioni facientes ſatis concludimus, quòd cum caſus ſit, qui inter diuerſas opiniones verſatur, cõſuetudini terræ, quæ eſt optima legũ interpres, & pro lege viget, ſtandũ eſſe ducimus. Licet opinio poſterior, quod frater iuxta decentiam ſtatus ſit alendus, ſit rationi conſona magis & cõmunior.

*Reſpon.*

¶ Inſuper l. 1. regalis fori. lib. 3, tit. 8. ſtabilitur, quod frater fratrem habens inopem, illũ teneatur alere, obeuntibuſque patre, & matre, filij ſub ſuo gubernamine ſuſcipiant fratre ſuperſtitem. Quod ſi tales maiores natu fratres vxores duxerint, minori remanenti fratri dimidiam penſionem eius ſumptus, aut impenſæ quam ei pro vitæ ſuſtentatione impẽdebant antea, ei impertiant. Sed vxorem patris non tenentur priuigni alere, ſi nolint. Sed neque maritus cogitur ſecundùm Cordubam illa quæſtione. 125. fratris vxorem alere extra extremæ neceſsitatis articulum ſecũdum Gloſſam. & doctores lege. quãuis. ff. ſoluto matrimonio. Quia ius. l. mutus. ff. de iure dotium. vbi cauetur, quòd vxori non perdituræ manente matrimonio, dos reddi poteſt vt egentem virum, fratrem, ſororeve ſuſtineat: non obſtat ſupradictis, quia iſtud ius cõmuniter ſecũdũ doctores intelligitur quod de conſenſu, & licentia mariti poſsit vxor inde alere fratres, & non aliter. Quia leges facientes fratrem teneri alimentare fratrẽ locum habent in viris: ſed non in mulieribus coniugatis, niſi de licentia mariti. ¶ Igitur in hoc potiori libertate potitur vir, quã vxor. Quia vir tenetur parentes, & fratres egentes alere, etiam extra extremam neceſsitatem; quæ quidem alimentorum expenſæ de parte contingenti marito ex bonis partibilibus, deducendæ ſunt eatenus; quatenus nullum

*Lex fori cõſulit fratribus pupillis. Cordub. Vxor ſine cõſenſu viri an alit fratres.*

præiudicium paretur vxori in ſibi iure obuẽtura parte bonorum. Cæterum vxor patres, fratreſque ſuos egentes alere non poteſt abſque licentia mariti; quippe qui bonorum communium adminiſtrator eſt, non autem vxor. Vide Syluest. verbo, alimenta quæſt. 3. & 4. & titulo vxor.

*Syluest.*

*Quæſtio. Quando vxor ſecreto poſſit alere filios & patrẽ.*

¶ Porrò inter quæſtiones ſcitu neceſſarias (quia quotidiana res eſt) cõputatur hæc, an maritus parentes vxoris, aut vxoris filios ex alio matrimonio, in graui neceſsitate, citra extremam, etiam teneatur alere, quòd ſi huic officio deſit, neque præſtare licentiam adhoc vxori velit, an tunc licitè poſsit id facere vxor. At quia quæſtio hæc eſt in contingentia frequens, ecce tibi reſolutionem. Quãdo tales parẽtes, vel filij vxoris, graui neceſſitate etiam citra extremam affliƈtãtur, quia miſerabiliter quæritant ab extraneis ſubſidium, ne decidant à decenti, quem ſuſtinuere ſtatu, tunc vir rogatus, vt faciat facultatem vxori, vt paulatim eis ſubueniat de parte vxori contingenti, ſicut ipſe in pari neceſsitate opem ferret ſuis, ſi nolit, poteſt vxor ſi aliàs odia iurgia, & alia detrimenta timeat, ſi maritum ad id arƈtet via iuſtitiæ, tunc ſecretò paulatim, ne id perſentiſcat maritus, neceſſaria ſubminiſtrare pro tali parentum, & filiorum ſupplẽda indigentia, & neceſsitate cum animo, tempore partitionis bonorum, id quod in hoc opus pium & debitum inſumpſit, in parte ſibi obuentura computandi.

*Ratio.*

Quæ quidem aſſertio naturalis æquitatis nititur fundamento. Quia licet leges adminiſtratorem horum bonorum conſtituant maritum, tamen totaliter vxori non obtendunt interdicere vſum ſuorum bonorum, quando maritus adeo durus eſt, & ſubagreſtris, vt renuat vxori conferre licentiã, in hoc caſu: vbi ius naturale, & diuinum diƈtant filios, & parentes iuxta decentiam ſui ſtatus & perſonarum, cum egent eſſe alendos. Nam & opinio multorum doƈtorum huic aſſertioni fauet, dum dicunt, ſine notabili detrimento ſuę perſonæ, aut bonorum ſuorum teneri aliquem, ſi poteſt, ſubuenire proximo, ne à decentia ſui ſtatus decidat, & in caſu grauium calamitatum, & egeſtatis. Ergo à fortiori vxor, ex iure naturali, & diuino, contra quod præualere non poteſt lex humana, poterit parentibus, & filijs ſic indigentibus cum prædiƈto moderamine, ſubſidia conferre. Quod verum eſt in conſcientia, quid quid ſit de foro iudiciali ſecundum Cordubam.

# CAP. CLXX.

*An filios legitimos habens vltra quintam partem ſuorum bonorum expendere poſsit in pios vſus pro anima ſua.*

*Quid poſſit legari gratioſè, aut pro animã.*

QVoniam de vinculo reſtitutionis, & illationis damni, copioſè diſſerendum nobis eſt; ita, vt nihil quod deſiderari meritò poſſit, quantum in nobis eſt deſit, illa quæſtio quotidiana licet non triuialis, hic nobis diſcutienda venit, vtrum pater familias filios legitimos habens, vltra quintam partem bonorum expendere poſsit, vel in donationes gratioſas, vel in legata gratuita vel in vſus pios pro anima ſua. At ne à more procedendi diſtinƈto recedamus per concluſiones reſpondeo. ¶ Statuitur prima concluſio: Pater, & mater filios habentes legitimos, vltra quintam partem ſuorum bonorum in legata gratioſa, ſeu donationes gratioſas expendere non poſſunt. Legata autem gratioſa, ſeu donationes gratioſas appellamus, eas donationes, ſeu legata: quæ teſtator, ſeu donator non ex debito legali, neque cauſa remittendi obſequia, vel officioſa opera ſibi exhibita facit, ſed ex mera liberalitate induƈtus fuit ad id, & non cauſa remunerandi ſeruitia. Hæc concluſio patet ex recopilatione noua legum. verbo. melioratio. l. 12. vbi lex hoc expreſſe decernit.

*Quæ nam ſint legata gratioſa.*

*Recopil. noua.*

*Conclu. 2.*

¶ Secunda concluſio. Pater, & mater non carentes filijs legitimis, pro expenſis ſuorum funeralium, & pro cereis, & Miſsis tunc dicendis, pro legatiſque gratioſis inſumere vltra quintam partem ſuarum facultatum non poſſunt. Hæc concluſio elicitur ex l. 12. & 13. in recopilatione noua legum, vbi præſertim. l. 12. cauetur quòd expenſæ pro ſepultura & pro miſsis, & cereis, & exequijs funeralibus, & legata gratioſa, deducantur ex quinta parte aſsis, & non de reliquo corpore bonorum defunƈti, etiam ſi defunƈtus aliter mandauerit. Et quòd quinta pars aſsis excipiatur antequam deducatur tertia, vt ſancitur l. 114. ſtili. penes finem.

*L. ſtili.*

*Conclu. 3.*

¶ Tertia concluſio: Teſtator, qui caret legitimis decedentibus, id eſt, filijs, & nepotibus: ſi tamen aſcendentes habeat, id eſt, parentes, aut auos ſolum pro funerabilibus prędiƈtis, aut legatis gratioſis partem bonorum tertiam legare poteſt, aut donare. Hæc concluſio elicita eſt ex lege tertia Taurenſi. Et patet: quia carens deſcendentibus legitimis

*Lex Tau.*



vel naturalibus, vt verbi gratia; ſi habeat aliquis homo in hoc caſu parentes, aut auos, tenetur eis pro ſuis legitimis, duas tertias ſuorum bonorum reſeruare.

*Quæſtio. An parentes vltra quintã licitè legẽt p animæ.*

¶ At licet hæc hactenus extra controuerſiam vera ſint; ſed punƈtum difficultatis adhuc non attigimus, an poſsint parentes bona conſcientia, legitimis liberis minuere legitimas ſuas, expendendo vltra quintam bonorum partem, vel in vſus pios, vel in eleemoſynas pro pauperibus, vel in inſtitutionem capellaniæ. Et ratio quæ pro parte negatiua vrget eſt: quia aliqui Iuriſtæ pro comperto habent: quòd legata ad opera pia, ex quinta parte bonorum tantum ſint deducenda: quia lex citata ſupra id videtur inſinuare, dum expenſas funeralium ex quinta parte decernit eſſe aſſumendas. Sed iſtæ expenſæ funeralium ſunt ad opera pia: ergo videtur pro operibus pijs tantùm quinta pars ſit diſtrahenda. Pro expeditione ergo quæſtionis.

*Conclu. 4.*

*De melioratione.*

¶ Sit ſuo ordine quarta concluſio: Licet per donationes gratioſas, ſicut diƈtum eſt, & ex legibus allegatis patet, pater vel mater vltra quintam partem ſuæ ſubſtantiæ donare aut legare non poſsit, quando illis legitimi ſuperſtites ſunt filij, aut nepotes, ſed tamen legitimas aliorum filiorum extenuare poteſt, titulo meliorationis, quo ſecundum leges Hiſpanicas in tertio & quinto (etiam ſuis parentibus ſuperuiuentibus) vnum, vel plures filiorum, vel nepotum meliorando, augere poteſt dummodo vnam dũtaxat meliorationem in tertio & quinto bonorum faciat, ſiue titulo donationis inter viuos, ſiue cauſa mortis, ſiue vni filiorum, vel nepotum diſtribuendam, ſiue inter multos filios, vel nepotes, prout libuerit diſpertiendam: cum poteſtate quam habet à lege, ſuper hac auƈtione, & melioratione imponendi quæcunque grauamina, & conditiones pro ſuo arbitratu. Quæ quidem onera, ſeu grauamina ſuper meram legitimam filiorum indicere non poſſet. Hæc concluſio patet ex. l. 2. Recopilationis nouę libr. 5. titul. 6. Vbi ſuperaddit. l. 3. & 4. meliorationem hanc tertij & quinti teſtatorem in ſpeciali parte ſuorum bonorum præſignare poſſe, ſed id alijs cõmittere nequaquam poſſe. Indiciturq; vt heres in parte ſpecificata, legatũ tale ſoluat, Quòd ſi ad illius ſolutionem teſtator de ſuis bonis nihil præſignauerit, ſoluatur ab hærede de parte bonorũ, quã teſtator reliquerit. Quæ ſi talis ſit res, quæ diuidi nequeat in numerata pecunia ab hęrede, tũc ſolui poterit.

*Recopil.*

*Conclu. 5.*

¶ Quinta concluſio: Poteſt quoque pater minuere legitimas filiorum, etiam cum extraneis ineundo contraƈtus oneroſos, emendo, vel vendendo vel gratificando ſeruitia famulorum, vel etiam benefaƈtoribus via remunerationis, donando etiã vltra quintam partem ſuorum bonorum iuxta merita gratitudinis, & aliquid amplius. Quia ſecundum Diuum Thomam 2. 2. quæſt. 109. perfeƈta gratitudo exigit, vt non ſolum quantum quis accepit, rependat: ſed & aliquid amplius. Hæc concluſio eſt Nauarri ſumma Latina numer. 59. Probaturque: quia ſolum lex ciuilis prohibet, ne pater poſsit in donationes gratioſas, dum habet filios, vltra quintam partem expendere. Huiuſmodi autem contraƈtus oneroſi, & quicquid titulo illorum confertur, donationes gratioſæ non ſunt: ſicut nec donationes remuneratoriæ beneficiorum donationes propriæ ſunt. Quia donationes proprię ſoli liberalitati innituntur, neque debitum præſupponunt. Igitur cum leges præſertim prohibitiuæ extra ſignificationem verborum, & ſenſum ibi expreſſum, non ſint extendendæ: ſequitur tales traditiones per prædiƈtos contraƈtus, vel tales donationes remuneratiuas etiã vltra quintam partem, lege non prohiberi.

*D. Thom.*

*Nauar.*

*Ratio.*

*Quænam donatio propria.*

*Conclu. 6.*

¶ Sexta concluſio: Per fiƈtos contraƈtus oneroſos, vel per donationes fiƈtas remuneratorias, non poteſt pater (cum filij ſibi ſunt legitimi) inſumere, vel donare vltra quintã partem ſuorum bonorum. Verbi gratia nõ poteſt pater, vel mater in teſtamento, vel extra dicere dono, vel lego Petro quotam bonorum meorum vltra quintam propter beneficia, quibus me eſt proſequutus, cum re vera à Petro pater beneficijs affeƈtus ſit nullis. Vel ſi mendoſe dixerit, ſoluatur Ioanni dimidia pars bonorum meorũ, propter debita, quæ titulo emptionis illi debeo. Hæc concluſio eſt Nauarri loco citato & probatur: Quia pater taliter agens, & violat leges fraudulenter, & contra intentionem legiſlatoris vadit: ergo huiuſmodi donationes fraudulentæ, quatenus excedunt in caſu concluſionis quintam partem irritæ ſunt, & inanes.

*Nauar.*

*Probatio.*

*Conclu. 7. reſpõſiua.*

¶ Septima concluſio reſponſiua ad quæſtionem: Pater (etiam ſi ſuppetant ſibi legitimi liberi) de ſuis bonis dum viuit ad veras eleemoſynas, operaq; pia & ad Dei cultum, pro ſalute animæ ſuæ quicquid velit de ſua ſubſtantia, etiam vltra quintam partem, diſtrahere poteſt. Hæc concluſio eſt Nauarri loco citato, & in ſumma Latina capit. 26. nume-

*Nauar.*

numero 39. etiam vltra quintam partem, vt ait ibi Nauarrus, & additionibus ſuper capit.26.numero 39. Videtur etiam hæc concluſio eſſe Magiſtri Soti. 2. Tomo ſentent. diſtinctione 41. quæſtione vnica.articul.4. *Sotus.* Vbi ait, quod exceptis legatis pijs, poteſt quis legare quintam partem cuicunque extraneo. Vnde ſi ſecundum Sotum exceptis legatis pijs, poteſt quis legare quintam partem: ergo legata pia non computãtur ſecundum ipſum tantum in quinta parte. Hæc cõcluſio videtur eſſe Fratris Antonij Cordubenſis: *Corduba.* quia citat Nauarrum vbi de hoc caſu agit. Verum vel litera eſt mendoſa, vel ita omnia ſua dicta inturbare tandem videtur, vt cui ſententiæ accedat, an Nauarri hic poſitæ, an oppoſitæ, non facilè ſit apprehenſu.

*Probatio.* ¶Concluſio hæc Nauarri ſatis ſolidis fulcitur rationibus: Quia per leges ciuiles prohibetur propria donatio, vltra quintam partem. At donatio, & legatio pro cauſis pijs non propriè donatio eſt. *Quid donatio ꝓpria.* Nam donatio propriè eſt, vbi aliquis taliter cõfert aliquid gratis, quòd quoad aliquid ſibi retribuendum reſpectu caret. At legatio bonorum, ſeu datio in opera pia, pro ſalute, & redemptione animæ propriæ, quæ ſecundùm Nauarrum eſt cauſa ſuperans omnes fortunas hominis, *Probatio.* cauſa retributiua non caret: ad quam donans dirigit mentem, vt ad ſcopum. Item, quia pater, in tertio & quinto poteſt augere filium, vel nepotem: quia ſibi ſunt proximi ſanguine. Quare ergo cum naturaliter charior, & coniunctior ſit ſibi ſua anima, pro ſalute illius ſpirituali, dum decenti ſtatui filiorum conſulat, non poterit vltra quintam partem de ſuis bonis impartire? Propter has rationes, & cõſiderationes, & quia hæc nõ eſt vera donatio, ſed donatio ob cauſam, & tantã quæ exuperat omnes fortunas dicit Nauarrus ſe bis defendiſſe à murmure quorũdam eruditorum Illuſtriſsimam dominam Mariam de Mendoça, quæ in iuuandis pauperibus largiſsimas erogando eleemoſynas, regibus & reginis non inferior videtur fuiſſe.

*Conclu.8.* ¶Octaua concluſio corollaria ex ſupradictis ſequitur: Quod tam pater, quam mater in vita poteſt inſtituere capellaniam, etiam ſi in ea inſtituenda vltra quintam partẽ ſuorum bonorum inſumat. *Nauarr.* Hæc concluſio colligitur ex ſententia Nauarri, eiuſque fundamentis. *Ratio.* Patet, quia in hoc caſu, non fit contra legem, quia lex ſolum prohibet parenti habenti legitimam prolem, vltra ſuarum facultatum quintam partem, facere donationes gratioſas. Iſta autem capellaniæ fundatio donatio gratioſa non eſt, ſed potius oneroſus contractus: ergo non cõmittitur fraus in legem ſi in capellania inſtituenda, dum conſulatur ſtatui filiorum, vltra quintã partem bonorum expendatur.

*Quæſtio. An in teſtamento licitè [illegible] legitima.* ¶Porro, quia forte Iuriſtæ magis ſcrupulizabunt, an per viam teſtamenti, in articulo mortis fieri licitè poſsit vt pater pro anima ſua in pios vſus vltra quintam partem eroget, difficultas hæc miſſa vt fiat, nõ oportet. Quare, vt perſpicua fiat, nona ſtatuatur *Conclu.9.* cõcluſio: Pro pompa funerali corporis præſentis, & pro miſsis, & pro cereis exequiarum defuncti, vltra quintam partem bonorum à teſtatore habenti filios legitimos, legari non poteſt.

*Recopil.* ¶Hanc concluſionem lex 13. in Recopilatione noua legum verbo, melioratio comprobat. Neque in ea diſſentimus à Iuriſtis: niſi in hoc tantùm, quòd arbitramur illam legem prout ſonat, ſolum prohibere expendi vltra quintam partem pro funeralibus. Cæterum de pijs operibus: quæ extra funeralia in alijs temporibus, locíſque pijs mandantur fieri, legem nihil interdicere apertè exiſtimamus. ¶Quare lex hęc vtpote odioſa contra voluntatem teſtatoris rationabilem non eſt extendenda prout aliqui Iuriſtæ faciunt, ſed reſtringenda.

*Conclu.10.* ¶Quare pro maiori claritudine, decima ſtatuatur concluſio: Quicquid ſit de foro exteriori, credo in conſcientia poſſe ſuſtineri, ſcilicet, quòd teſtator legitimos habens liberos, etiam mortis tempore in ſuo teſtamẽto vltra quintam partem pro inſtituenda capellania, vel ad inſumendum in opera pia pro anima ſua, & pro redemptione pœnæ peccatorum legare poſsit. *Nauar.* Hæc concluſio videtur eſſe Nauarri in ſumma Latina. Vbi apertè docet in vita dum viuit, huiuſmodi patrem prædicta poſſe facere: *Ratio.* quia lex quæ prohibet fieri donationes gratioſas (quæ habetur in.l.12. cõtenta in Recopilatione noua legum. titulo de melioratione) vltra quintam partem, expreſsè loquitur tam in vita, quàm in morte. Sed hæc donatio in opera pia ſecundum Nauarrum, quia non eſt propriè donatio, ſed ob cauſam, poteſt fieri in vita: ergo etiam ſecundùm ipſum in morte.

¶Adde, quòd Nauarrus in additionibus ſuper 26. cap. numero 39. non docet ſolum, quod prædicta poſsit facere pater, dum cõpos eſt vitæ: ſed abſolutè ait, poſſe donare quidquid velit pro anima ſua. *Sotus.* Cui videtur accedere Sotus in. 2. tomo ſent. q. vnic. diſt. 45. arti. quarto. Vbi rurſus repetendo, dicimus, docuiſſe quòd exceptis legatis pijs poteſt quis legare quintam partem cuicunque extraneo. Vbi cum excipiat legata pia illa non computa[ri] quinta parte, ſed ea vltra quintam partem poſſe legari inſinuat. At legata pia non fiunt regulariter niſi in teſtamento: ergo ſecundùm Sotum ea in teſtamẽto fieri vltra quintam partem non videtur in conſcientia eſſe illicitum: quia vt ſupra diximus poteſt augere legitimam filij, vel nepotis per meliorationẽ. Ergò multo æquiori ratione ſic ſubuenire poterit ſaluti animæ ſuæ, vt pote ſibi coniunctioris.

*Probatio.* ¶Vltimo deniq; comprobatur, quia cùm oppoſita opinio odioſa ſit pijs operibus opinio hæc Nauarri in fauorem teſtamenti, & impletionis voluntatis defuncti & piorum legatorum eſt. Oppoſita autem opinio contra libertatem Eccleſiæ cui legata pia fieri poſſunt videtur militare. Ergo magis noſtra opinio, quæ videtur clarè eſſe Nauarri eſt in conſcientia acceptanda, quicquid ſit de foro exteriori. Vbi etiam, quia lex prædicta eſt odioſa pijs operibus, & voluntati defuncti, de donationibus gratioſis, quæ propriè ſunt donationes tantum venit ex æquitate interpretanda, & non de legatis pijs.

*Concl.11.* ¶Vndecima concluſio reſolutoria. Licet propter prædictas rationes probabile appareat, quòd etiam in articulo mortis, pater nõ carens filijs legitimis, vltra quintam partem pro alijs operibus pijs diſtinctis à funeralibus poſsit in ſuo teſtamento licitè legare: hoc tamen eatenus concedimus patres poſſe facere, quatenus debito ſubſidio, pro decentia ſtatus ſuſtentanda filijs conſulant, neque in hoc eos defraudent. *Ad Timotheum.* Hæc concluſio elicitur ex Diuo Paulo exponente ius naturæ, aut ius gentium 1. ad Timoth. 5. ſic docente: Qui ſuorum curam non habet, eſt infideli deterior. *Ad Corin.* & 2. ad Corinth. 12. parentes debent theſaurizare filijs. *D. Augu.* Et patet etiam ex Diuo Auguſtino dicente. Nulla lege permittitur eccleſias ditare, & filios in egeſtate relinquere. Ergò non ſunt defraudandi filij in ad ſtatum neceſſarijs. Quibus ſuppletis, neque ſic arctanda eſt voluntas teſtatoris, vt ſaluti animæ ſuæ non poſsit proſpicere, aliquid plus vltra quintam partem in pios vſus pro ea legando. An hæc mea concluſio in foro exteriori cum iſto moderamine ſit acceptata, mihi non ſatis conſtat. Quanquam etiam ſenatus regalis dummodo nimium non defraudentur filij, non deberet pias voluntates teſtatoris præpedire.



## CAP. CLXXI.

*De bonis habitis, vel acceptis à filijs adducendis ad partitionem, vel non.*

IAM de iure, quo filius poſsit plus obtinere de bonis paternis, quàm cæteri fratres, & quando ſi quid plus acceperint filij ad cumulum partitionis cum alijs fratribus partiendum, ſit adducendum, nobis diſſerendum reſtat.

*Quæſtio. An bona profectitia ſint adduc. ad partitionem.* ¶Quare quæritur, quando filius nondum emancipatus, cum pecunia patris, vel bonis paternis negotiando eſt aliquid lucratus, an poſt obitum patris iſtud lucri ſibi vẽdicando poſsit retinere, an ad aceruum partitionis teneatur illud afferre? Pro cuius quæſtionis intellectu, præſupponamus oportet, *De quatuor generibus peculiorum.* quatuor eſſe genera bonorum, aut peculiorum: quæ filij viuentibus parentibus habere poſſunt, ſcilicet, caſtrenſia, quaſi caſtrenſia, aduentitia & profectitia.

*Quid caſtrenſe. ff. de caſtr. pecul.* ¶Caſtrenſe autem peculium id appellatur, quod filius in bello acquirit. l. forte. ff. de caſtrenſi peculio. Et de hoc poteſt diſponere filius pro libito.

*Quid quaſi caſtrenſ.* ¶Quaſi caſtrenſe verò peculium dicitur, quod filius familias acquirit in aliquo officio publico, puta medicis, aduocatis, notarijs, aut magiſtris artiũ liberalium, requiſitũ aut acquiſitum ex officio, pro quo ex publico ſalarium accipitur, vel ex donatione imperatoris regiſve. l. cum multa. C. de bonis quæ liberis. *C. de bonis quæ liber.* Et quod clerici ſuo officio clericali, aut ſuis beneficijs curam animarum habentibus, vel non habentibus, cum adminiſtratione, aut ſine eã acquirunt. Quoniam & quælibet alia bona clericorũ, ſaltem quæ acquiruntur poſt clericatum, iure communi ſunt quaſi caſtrenſia. Authenti. presbyteros. C. de epiſc. & cleric. *C. de epiſc. & cler.* Quid autem de conſuetudine ſeruetur, poſtea dicendum eſt.

*Quid aduẽtitium.* ¶Peculium autem aduentitium eſt peculium filij familiàs non caſtrenſe, nec quaſi caſtrenſe, quod aliunde acquiritur ex induſtria vel euentu, vel donatione facta non intuitu patris. Et in iſto aduentitio filius familias acquirit dominium ſiue proprietatem, quam non tenetur communicare cum fratribus. C. de collat. l. fin. *C. de colla.*

*Quid profectitium.* ¶Peculiũ deniq; profectitiũ, eſt peculiũ filij familias habitum à patre, aut eius cauſa, aut de eius bonis, nec ad bellũ, neq; ad officia publica pertinens. Et in his tam proprietas, quàm vſuſfructus eſt patris.

¶His

*An ſit pecul. mixtum.*

A ¶ His præmiſsis quæſtio ſupra poſita petit, an ſit aliquod mixtum filij patris familiæ peculium partim aduentitium, & partim profectitium, ſcilicet, quod filius ſuo labore, & induſtria ex bonis paternis, aut in eiſdem acquirit. ¶ Nam Nauarrus cõtra Syluestrum, iſtum mixtum quoque peculium exiſtimat admittendum ſumma Latin. cap. 17.nu.144. Igitur expedituri quæſtionem ſtatuimus cõcluſiones, quarum prima ſit, filius ſub poteſtate patris conſtitutus, qui ſuo labore, aut induſtria ex bonis paternis, aut in eiſdem acquirit, tantum plus, quàm cæteri fratres, debet habere de bonis paternis in quanto plus quàm illi in eis quærendis laborauit ſua induſtria adaugendo bona, aut certè tantum, quantum mercedis ſolui deberet alij extraneo, qui tantundem laboraret, aut potius dimidium eorum, quę de bonis, & pecunia etiam clandeſtinè accepta à patre per ſuam induſtriam lucratur. Hæc Nauarri eſt loco citato cõtra Sylueſtrum. Colligitur ex doctrina ſingulari Bart. in l. 1. §. nec caſtrenſe. col. 3. ff. de coll. bon. Hanc quoque cõcluſionem plurimorum authoritate corroborat Decius in l. illud. C. de coll. à nu. 10.

*Nauarrus contra Syl ueſt.* — *Conclu. 1.* — *Bartol.* — *Decius.*

*Limitatio conclu. 2.*

¶ At hæc concluſio ſecundùm Nauarrum intelligenda venit eſſe vera accedentibus dua-
1 bus limitationibus. Prima eſt, quòd filius patrem ſuſtentare non teneatur, quando habet vnde alatur. l. ſi quis à liberis. §. idem. ff. de liberis agnoſcendis. & l. Neſenius. ff. de negotijs geſtis. & l. alimenta. C. eod. tit. Altera li-
2 mitatio eſt. Si proteſtatus ſit tacitè, aut expreſsè ſe eo animo ſeruire, vt pater ob ſuam operam, & laborem conferat ei tantùm, quãtum extraneo conferre deberet, ſi ei ipſe filius non inſeruiret. ¶ Igitur his duobus concurrentibus conditionibus, huiuſmodi filius vltra ſuam legitimam tantum, plus quàm eius fratres poteſt accipere, & pater ei donare, quantum ob ſimilia merita, alicui extraneo dare deberet: ita quòd non computetur ei in ſua legitima, iuxta materiam Bartol. in l. 3. §. caſtrenſi. ff. de caſtrenſ. pecul. & l. ſi dona. C. de colla. Adijciuntur hæ duæ conditiones. Primò, quia ſi ad patris ſuſtentationem talia bona labore filij parta fuere neceſſaria, nihil eſt, quod filius exigat, cum patrem alere teneatur. Si autem id neque tacitè proteſtatus eſt, nihil eſt quod licitè poſsit à fratribus poſt obitum patris exigere: cum pro pietate & gratia paterna cenſeatur illam induſtriã adhibuiſſe gratis, & labores ſubijſſe. Hanc ait Nauarrus rem eſſe quotidianam, & parum ab alijs reſolutam; ideo viſum ſibi fuiſſe eam loco citato declarare.

*ff. de liber. agnoſcen.* — *Bartol.* — *Nauar.* — *Quotidianus caſus.*

*Quæſtio. An filius exceſ. expẽſ. teneatur computare.*

¶ Porrò adhuc ſciſcitari pergimus, & quotidianam aliam difficultatem, Vtrum filius ille, quo cum pater plus inſumpſit, quàm cũ liberis alijs, cultioribus veſtibus eum ornando, eum in luxu fouendo, expenſaſque largas ad equos emendos, nutriendoſque, & ad genialiter conuiuendum, ſuppeditando, teneatur huiuſmodi exceſsiuos ſumpt⁹, quos ſecum fecit pater in ſortem ſuæ legitimæ cõputare. Reſpondetur per primam concluſionem.

*Conclu. 1.*

B ¶ Sit prima concluſio: Si pater propria manu ſuomet arbitrio, ſumptibus proprijs, nutriebat filium in luxu, & in excedente ſtatu, emendo illi equos, & phaleras pretioſas equorum, cultioraque, quàm par erat ornamenta, nulla tunc aſtringitur obligatione filius ad hos exceſsiuos ſumptus ſecum iam factos à patre in ſuæ legitimæ ſortem computare. Hæc concluſio eſt Nauarri in ſuis additionibus ſuper capit. 17. numero. 158. & 160. Ratio vero, qua nititur cõcluſio eſt, quia huiuſmodi diſtractio ſubſtantiæ, in tales ſumptus, quos pater propria fecit manu,
C non fuit propriè donatio facta filio de aliquibus bonis ſibi ſeruandis. Ergo non tenetur eos in ſua legitima computare. Et patet, quia ſi pater prodiga ſua manu tales exceſsiuos ſumptus in vita feciſſet cum extraneis: extranei vt videtur, non tenerentur has impenſas in ſuam gratiam gratis collatas, eius hæredibus reſtituere: ergo neque iſte filius quo cum pater propria manu exceſsiuè expendit, illum exceſſum non tenebitur fratribus cohæredibus reſtituere.

*Nauarr.* — *Ratio.*

*Conclu. 2.*

¶ Secunda concluſio: Filius hic quo cum pater propria manu, prodigos fecit ſumptus, magis quã cum alijs fratribus ſi tempore diuiſionis hæreditatis paternæ, ſuperſunt
D ſibi aliqui equi, veſteſque valde pretioſæ, quas ſibi tradidit pater, tenetur talia bona adducere ad cumulum partitionis, vel in ſortem ſuæ legitimæ computare, ſi velit ſibi retinere magis, eſt Nauarri loco citato. Et patet quia bona remanentia poſt mortem patris ex æquo ſunt diuidenda inter fratres: niſi pater aliquem, vel aliquos eorum per meliorationem in quinta & tertia parte aſsis adauxerit. Sed credo hæc concluſio Nauarri intelligenda eſt, quando iſta donatio patris ſic facta filio ornamentorum, & equorum fuit inofficioſa, in eo quod exceſsit quintam & tertiam partem aſsis ad cumulum partitionis tunc adducenda eſt, vel quãdo pater in vita eam reuocauit: vel præſumitur non donaſſe.

*Nauar.* — *Ratio.*



*Conclu. 3.*

¶ Tertia concluſio: Si pater non proprijs ſumptibus, hoc eſt, non propria manu faciendo expenſas alebat filium in illo luxu ſuperfluoque ſtatu, ſed ſolummodo pater ſubminiſtrabat filio pecunias, aliaſque res pro ſuo arbitratu diſponendas: ſi tales res, vel pecunias ſibi datas à patre, filius in ornando ſe, vel in indulgẽdo plus ſatis genio, curandoque cutem pluſquam oportuit inſumpſit: tenetur huiuſmodi donationes, ſicut & alias ſibi collatas à patre adducere ad collationem cum cæteris fratribus.

*Intelligentia concluſionis.*

¶ Sed hæc concluſio intelligitur, quando non cõſtat patrem illa bona illi voluiſſe donare: nam id non explicuit ante mortem pater. Quia aliàs in Recopilatione noua legum habetur, titul. *Mejora* l. 3. titul. 8. lib. 5. ſicq; decernitur dum parentes aliquid filio donauerint, tunc filius intelligatur titulo meliorationis in tertia & quinta parte, & ſua legitima contenta quota eſſe adauctus, etiam ſi id donando expreſsè nõ dixerint parentes. Non tamẽ valida ſit donatio in eo, quod tertiam & quintam exceſſerit: neque parentes poſsint aliam ſuperaddere faciendo meliorationem. ¶ Hanc tandem parentes vſque ad proprium obitum reuocare poſſe concedit lex prima Recopilationis nouæ eodem tit. & libro pro libito: niſi in tribus caſibus ibi exceptis. Primus eſt, niſi per contractum inter viuos parentes induxerint in poſſeſsio-
1 nem rei, vel rerum in dicto tertio contentarum perſonam adauctam tali parte tertia.
2 Secundus caſus eſt, niſi coram tabellione tradiderint talis donationis filio donatario in-
3 ſtrumentum. Tertius caſus eſt, niſi talis contractus initus fuerit ex cauſa oneroſa cũ tertia perſona, ſcilicet, via nuptiarũ, vel ex alia ſimili cauſa. Quia in his tribus caſibus cauetur, ꝙ donatio tertiæ partis aſsis non poſsit per parentes, vel donatores reuocari: niſi ipſi donatores in eodem donationis cõtractu reſeruauerint ſibi facultatem reuocandi, vel niſi alia interueniat cauſa, propter quam, ſecundùm iura regni, donationes perfectæ, & iure factæ fiũt reuocabiles, veniuntq; reuocãdæ.

*Recopila. noua.* — *Melioratio, an ſit reuocabilis vel nõ.* — *Caſus exceptio.*

*Conclu. 4.*

¶ Quarta concluſio: Filius inſuper ad collationem cum fratribus adducere non tenetur ea, quæ remunerationis cauſa pater ſibi donauit, quatenus pater laborem induſtriãque filij qua ſubſtantiam paternam adauxit remunerauit in ea quantitate filium laborãtem augendo quam contuliſſet ſic inſeruienti extraneo. Hæc concluſio licet in ſupradictis fundamentis Nauarri contenta eſſet, ma-
A ioris explicationis & ordinis gratia eſt hic vltimò expreſſata. ¶ Aduerte tamen quod tutius aſſeritur quòd filius familiàs iure naturali tenetur ſoluere iam emãcipatus quod emit, aut mutuo accepit ante emancipationem. Licet Victoria in ſuis ſcriptis apparenter dixerit, quod ſi velit vti priuilegio legis Macedonianæ in ſui gratiam, id ſoluere non teneatur.

*Nota, de obliga. natural. filij in hoc caſu.* — *Victoria.*

# CAP. CLXXII.

B *Adhuc peragitur de bonis ab hæredibus acceptis adducendis ad cumulum diuiſionis, & de donatione inter coniuges.*

*Quæſtio. An ſumptus ſtudij ſint cõput.*

PRæterea proſequendo materiam hanc: quæſtio ſucceſsiuè ſe offert, vtrum filius ſtudio vacans, ad cumulum partitionis, libros, & ſumptus teneatur afferre, quos expendit pater in ſuſtinendo filium in ſcholis. ¶ Pro expeditione quæſtionis ſtatuitur prima propoſitio: Filius ad collationem adducere tenetur cum alijs fratribus, res eas omneis, quas pater pro illo emit, ſi tales res, vel bona per patrem illi in vita non ſunt tradita, ſed penes patrem
C pro filio ſunt reſeruata. Hæc concluſio eſt Nauarri in ſumma cap. 17. nu. 156. Et patet, quia ſi libri aliæuè res, aut ſupellectilia à patre in poſſeſsionem filiorum non ſunt tradita in vita: ergo neque cauſa donationis iſta bona acceperunt, vt titulo auctionis, aut meliorationis cenſeantur accepta. Neq; etiam filius doctor iam effectus, aut miles poteſt iſta bona ſibi aſcribere, quia iſta bona non ſiunt caſtrenſia, aut priuilegiata, niſi poſt illorum actualem traditionem. Vnde adducenda ſunt ad cumulum diuiſionis.

*Conclu. 1.* — *Nauarr.* — *Ratio.*

*Conclu. 2. De ſcholaſticis filijs.*

¶ Secunda concluſio: Filius non emancipatus, tenetur ad cumulũ partitionis afferre
D libros etiam ſibi traditos à patre dum in ſtudio verſatur, ſi tempore mortis patris non erat ad doctoratus gradum promotus, vel ſacris initiatus, vel inſtitutus aduocatus. Nam ſi tempore donationis librorũ, erat iam doctor, vel aduocatus acquiruntur ei quaſi caſtrenſe. Hæc concluſio patet de caſtrenſi peculio. l. 1. Nec poterit ſic donatum reuocari, quaſi donatio ſit in continenti valida. l. ſi filius. C. famil. hercíſc. Vnde non cõmunicabuntur, in. d. l. 1. Similiter donatio facta filio initiato ſacris valet, & niſi in eo, quod eſt inofficioſa, non venit cõicanda cum alijs fratribus. Hæc dicimus ſecũdũ ius cõmune.

*C. familiæ herciſc.*

¶ Tertia

*Conclu. 3. De ſumptibus ſtudio.*

¶ Tertia concluſio: Non tenetur alijs cōmunicare fratribus ea, quæ pater in eius ſtudio inſumpſit ſiue filius promoueatur ad doctoratum, vel magiſterium, ſiue non: niſi pater penes ſe bona aduentitia, ſeu caſtrenſia, aut quaſi caſtrenſia haberet filij. Quia ſi aliquid filij huiuſmodi, ſcilicet, caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe, erat apud patrem: tunc tales ſumptus ſtudiorum computabuntur in ſuam partem. Prima pars concluſionis patet. l. quæ pater. ff. familiæ herciſcun. quoad ſecundam partem faciunt not, in. l. fin. C. de dotis promiſsione.

*ff. familiæ herciſcun. C. de dotis.*

*Conclu. 4.*

¶ Quarta concluſio: Si filiusfamilias pecuniam datam à patre pro emendis libris cōſumpſit cum meretricibus, vel ludendo, vel huiuſmodi, poſt mortem patris computabitur ei in ſuam partem. Hæc concluſio eſt Bartol. in authentica, quod locum. C. de collationibus.

*Bartol.*

*Conclu. 5.*

¶ Quinta concluſio: Si filius inceperit de mandato patris, viuente patre ſtudere, patre mortuo, ſi ſtudium complere voluerit, vel doctorari, faciet de ſuo: niſi pater aliter ordinauerit. Hæc eſt Bartol. in tractatu: quia hic eſt nouus actus. C. de legat. 1. l. ſi ſeruus obligatus. §. ſed ſi nec fratres eius ad proſequutionem eius ſtudij tenentur.

*Bartol.*

*Quæſtio. An bona profectitia ſint cōmunicanda.*

¶ Inſuper, & confinis accedit alia quæſtio, an filius ad aceruum diuiſionis, adducere teneatur ab extraneo ſibi relictum, quando ſui patris intuitu datū eſt. Sit igitur ſuo ordine. 6. concluſio: Filius communicare tenetur cum alijs fratribus ſolo intuitu patris ſibi donatum ab extraneis. Hæc concluſio eſt Bartol. tractatu prædicto. Hæc concluſio patet: quia talia bona ſunt profectitia, quorum vſusfructus, & proprietas acquiritur patri. Secus eſt, quando huiuſmodi bona donata ſunt filio, contemplatione ſuimet, & non intuitu patris, aut quando huiuſmodi bona donata ſunt filio: quando iam emancipatus eſt: quia tunc huiuſmodi bonis non veniunt communicanda, quia fiunt iam ſua.

*Conclu. 6. Bartol.*

*Queſtio. Qualis coniectura ſumatur de profectitijs.*

¶ Sed quid, ſi non appareat, cuius contemplatione ſit datum. Reſpondetur, quòd deprehendendum eſt ex futuro euentu. Quia ſi relinquitur, vt habeat illud poſt mortem patris, relictum tunc præſumitur contemplatione filij. Si tamen, vt habeat viuente patre tunc præſumitur ex contemplatione patris fuiſſe donatum. Similiter ex opere poteſt comprehendi, nota in. l. ſocium qui. §. fina. ff. pro ſocio. Nota inſuper, quod ſi pater donat filio præcedentibus meritis filij, erit hoc aduentitium (licet videatur Nauarrus inſinuaſſe eſſe mixtum) ſed parum refert. Ita tenet gloſſa in authen. vnde ſi pares. C. de inofficioſis teſtamentis. Si autem donat non propter merita, ſed vt filio, erit ſimplex donatio: quæ non valebit, niſi morte patris confirmetur.

*ff. pro ſoci. Nauar. Gloſſa.*

*De expēſ. ſtudij mor. patre.*

¶ Adde, quòd licet fratres teneantur ſoluere pro ſua parte, debita honeſta, quæ ſuperſtite patre, ſtudendo ſuus frater in ſtudio contraxit, poſt obitum tamen patris, ſi in ſtudio velit perſeuerare, ſtudiumq́ue continuare, ex ſua legitima id faciet tantum,

*Quæſtio. De expēſ. in aduentitijs.*

¶ Dubitari quoque ſolet, an filius ſumptus, quos in bonis ſuis aduentitijs, pater eius expendit, quorum curam gerebat, vſuq́ue potiebatur, teneatur in ſua legitima cōputare. Et videtur, quòd non, quia ſi pater id ſumptus fecit, iam ſibi recompenſauit, inde fructus ſibi reportando. Igitur duobus his dictis fit ſatis quæſtioni. Primò, quòd non tenetur filius in ſua legitima, eos ſumptus computare, quos neceſſariò fecit pater pro collectione fructuum, quos ex bonis aduentitijs filij, in vita ſibi demerebat pater. Quia poſtquàm ipſe pater, ſibi vendicat ex bonis aduentitijs fructus, ad ipſum ſpectat ſoluere, pro fructibus percipiēdis neceſſarios ſumptus, quia iuxta regulam iuris, qui ſentit cōmodum, debet ſentire & onus.

¶ Secūdò dicitur, quòd ſi pater ad augenda bona aduentitia filij, verbi gratia, ad perpetuam vtilitatem poſſeſsionum, ſumptus fecit: tūc eos filius in ſuam legitimæ ſortem computabit, quando eos animo repetendi pater fecit. Si autem expenſas eas ſine animo repetendi, pater inſumpſit, tunc neque eas in ſua legitima filius computare, & ſoluere tenetur.

*Quæſtio. Coniectura qualis ſumēda de expenſ.*

¶ Sed quid: quando hæſitatur, quo animo expenderit, an repetēdi animo, aut non. Reſpondetur, ſi illæ expenſæ non ſint magni momenti, ſed potius parui valoris, & penſi: tunc in dubio cenſendum eſt patrem eas feciſſe ſine animo repetendi. Si verò tanti momenti ſunt, quòd æſtimationem fructuum inde colligendorum excedunt: tunc in dubio patrem eas animo repetendi feciſſe iudicabimus. Quare filius eas tūc ſoluere, aut in ſua legitima cōputare tenetur. Ita Nauarr⁹.

*Nauar.*

*Quæſtio. De ſumptibus nuptiarum.*

¶ Sed quid de ſumptibus, quos pater expendit in filiorum, vel filiarum nuptijs. Ad quam quæſtionem, quaſi pari diſtinctione, venit reſpondendum, dicendo, quòd tales ſumptus in nuptijs filiorum, vel filiarum impenſos, tunc talis filius, vel filia in ſuæ legitimę ſorte, tenetur cōputare, cum eas animo repetendi fecerit pater. Secus ſi eas feciſſet cum animo non repetendi, ſed donandi. Quod ſi de animo, quo tales expenſas fecerit, ambigitur: tunc hoc ſtante dubio, ſecundum leges, animo non repetendi feciſſe eas præſumitur: vt habetur in. l. 3. §. finali. ff. de muneribus, & honoribus. & l. ex parte. §. filius. ff. familiæ herciſcundæ.



*Præſumptio. leg.*

*ff. de munerib.*

*Quæſtio. De ornament. nuptiarum.*

¶ Accedit & alia affinis dubitatio: Filia quæ tempore nuptiarum accepit à patre, pro ſuæ perſonæ mundo muliebri, veſtes, ornamenta, iocalia, torques aureos, ſimiliaq́ue, an teneatur ea in ſua legitima, & dote computare. Reſpondetur, quod huiuſmodi bona computanda veniunt à filia, vel eius marito in legitima ſibi debita à patre: niſi pater in ſuo teſtamento expreſsè ſignificauerit, ſe omnia iſta velle filiæ donare, ideoq́ue præceperit, ne computarentur in legitima filiæ. Ita Nauarrus in additionibus ſuper capit. decimoſeptimo. numero. 160. l. ex parte. §. filius. cum gloſſa. ff. familiæ herciſcundæ. Quia aliàs, niſi exprimatur non præſumitur donatio: ſed conceſsio vſus eorum. argumen. l. id veſtimentum. ff. de pecul. & l. mortis. in fine. ff. de donatione inter virum & vxorem.

*Nauar. ff. familiæ herciſc. ff. de pecu.*

¶ Sed neceſſaria in vſum quotidianū non tenetur computare, neque pretioſa ſupra dicta ornamenta, eo pretio, quo conſtiterunt, ſed quo valent tempore collationis. Sed neque in hoc pretio computanda ſunt in legitima, ſi opes, aut dignitas parentum, vel dantium, ſint adeo magna, vt illarum rerum, & ornamentorum pretioſorum donatio præſumatur. l. filius. ff. de donationibus. Ita Syluester verb. peculium. quæſt. 12.

*ff. de dona. Syluest.*

*De veſtib. lugubrib.*

¶ Neq; veſtes lugubres, quia vxoris ſunt per gloſſam in. l. ex re domini. ff. de ſtipulatione ſeruorū. Item quod conſanguinei mariti ipſi offerunt, pertinet ad eum: & ad vxorem, quæ conſanguinei vxoris ei dant Bart. in. l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulgari & pupillari.

*Bartol.*

*De donat. in patr. & fil. & coniug.*

¶ Iam nunc de donatione inter virum & vxorem, & inter patrem & filium nō emancipatum, an valida ſit, edicendum nobis eſt compendioſe: quo memoria magis teneatur. Dicimus ergo: Non valet donatio facta à patre filio non emancipato, neque è contra: niſi pro dote, aut matrimonio donet pater: aut, niſi donet filio mobilia pro bello, aut niſi de aduentitijs, quorum vſus in vita acquiritur patri, pater donet filio, donans ei vſumfructum: aut niſi donet filio pro meritis, & ſeruitijs ab ipſo acceptis, tantum, quantum pater extraneo daret. ¶ Sed in foro exteriori, vt teneat donatio pro meritis, probanda ſunt hæc merita. Nec ſufficeret patrem dicere, ſe à filio talia obſequia, vel ſeruitia recepiſſe. ¶ Sed quid in dubio? Reſpōdetur in tali dubio præſumendus eſt pater donare, ob merita, ſi vere præceſſerūt, quia aliàs ſolùm propter liberalitatem præſumitur donaſſe. ¶ Valet quoque donatio inter filium & patrem in omnibus caſibus, etiam in quibus valet inter virum & vxorem. ¶ Porro donatio remuneratoria à matre, vel patre, facta filio, licet morte confirmetur, non eſt valida, etiam ſi non reuocata ſit in vita, in eo quod excedit id, de quo diſponere poſſunt. ¶ Ad hæc filius, qui laborum ſuorum remunerationem non recepit à patre, in vita patris, nec de hoc cōuenit cum patre, nec proteſtatus eſt ſe petiturum poſt mortem patris, non poteſt expoſcere à fratribus hæredibus, eam remuneratione͂, quia amore filiali cenſetur feciſſe.

*Exceptiones.*

*Donatio pro meritis filij.*

*In dubio.*

*Donatio inter cōiuges an valida ſit.*

¶ Inſuper donatio inter virum, & vxorem poſt matrimonium de præſenti, inualida eſt in vita. Quia in vita eſt reuocabilis, licet per mortem confirmetur. Inualida eſt etiam, ſi ante reuocetur, niſi cum donatur pecunia pro aduſtis ædibus reſtaurandis, igne abſumptis. l. quod ſi vi. ff. de donationibus. Et excepto etiam quādo donator ob talem donationem, pauperior non efficitur, quanuis recipiens ditior fiat. Et quando recipiēs non fit ditior, quanuis donator pauperior fiat, & excepto quando donatur pro tempore, quo matrimonium finietur, vt ſcilicet, res fiat mariti, aut vxoris, quando alter eorum morietur. l. ſed interim. ff. eodem titulo. Et excepto quando donatio fit mortis cauſa, vt donatarius poſt mortem donatoris id habeat, vt in dicta. l. ſed interim. Modo ſe in vita reuocandi facultate non priuent, ſecundum gloſſam in dicta. l. ſed interim. Item quando vxor marito donat ad aliquem honorem, & dignitatem conſequēdam. l. quod adipiſcendæ. ff. eod.

*Exceptiones. ff. de donationib.*

*Gloſſa.*

*Remiſsio dotis valida eſt. Gloſ. Cyn. Bald.*

¶ Item quando ſtante matrimonio, vxori omnem dotem promiſſam aut aliquam eius partem remittit. gloſſa ſingula. & ibi. Cyn. & Baldus in. l. ſi conſtante, de donationibus ante nuptias. Remiſsio tamen alterius debiti non valet. Et quando maritus vxori ſuæ in menſem, aut annum, aut quandiu ſuperſtes fuerit pro victu ſuo, & ſuorum certum quid pro æſtimatione fructuum dotis, & non amplius, deputat, vt tenet gloſſa in. l. ex animo. ff. de donationibus inter virum & vxo-

*Pro victu donatur vxori. Gloſſa.*

&vxorem: & excepto quando imperator, aut rex donat imperatrici, aut reginæ, aut illa illi. C. eodem. l. penulti.

*Legatum cedit in dotem filiæ. 12.q.6. Sylueſt.*

¶Adde inſuper, quod legatum relictum filiæ, cui debebatur dos, videtur relinqui in ſolutionem, aut in partem ſolutionis capit. qui abſtulerit. 12. quæſt. 6. quia eſt debitum quod lege debetur. ita Sylueſt. legatum. 8. §. 12. ſecus ſi maritus debens dotem leget aliquid, ipſa poteſt repetere vtrunq; debitum: eſt enim ex voluntario contractu matrimonij non neceſſario.

## CAP. CLXXIII.

*De reſtitutione inter patres & filios.*

*An pater reſtituturus eſt acceptum à filio.*

QVIA reſpectũ omnium perſonarum, radices obligationis reſtituendi, ratione acceptionis, aut rei acceptæ perſcrutari contendimus: primo diſſerenda nobis quæſtio eſt, an pater ſibi accipiens aliquid de bonis filij non emancipati teneatur illud reſtituere. Quæſtio autem hæc, eiuſque ſolutio pateſcit per hæc dicta,

*Dictũ. 1.*

pater accipiendo ſibi, vel alteri, aliquid notabile à ſuo filio familiàs, ex bonis caſtrenſibus, aut quaſi caſtrenſibus, aut ex fructibus eorum obligationem ſibi inducit, id reſtituẽdi, arg. cap. qui abſtulerit. 1. quæſt. 21.

*1.q.21.*

2 ¶Secundo dicitur, quòd ſi pater acceperit ſibi, vel alteri aliquid notabile, quoad proprietatem de bonis aduentitijs ſui filij familiàs, vel ſi adminiſtrando huiuſmodi aduentitia bona, ita malè ea adminiſtrat, quòd notabiliter lædit ea: tunc ſiue eorum vſumfructum habeat, ſiue non, alij fratres hæredes, poſt obitum patris damnum illud, cum bona inter ſe diuiſerint, reſarcire tenebuntur. Sed ſi pater huiuſmodi bonorum vſumfructum habuerit, & non damnificauit proprietatem, ſed ſolum accepit fructus illorum, neque pater, neque fratres ob hoc aliqua obligatione reſtituendi tenentur, ita Syluester, verb. peculium. quæſt. 15.

*Sylueſt.*

*Quæſtio. An renuntiatio legitimæ ſit valida.*

¶Sed quid ſi pater per metum ſaltem reuerentialem, aut dolum, & fraudem ſuum filium, vel filiam induxerit ad ſuam legitimam, vel patrimonium renuntiandum: quatenus iuramento iuret talis filia ſe contentam fore dote minori legitima.

¶Reſpondetur, in promptu eſt ſolutio in hoc caſu, quòd obnoxius ſit pater in prædicto quæſtionis caſu ad reſtituendum ſic ei ademptum à ſua legitima. Si autem non per fraudem, aut metum ſibi incuſſum, ſed ſcienter, ſponteque filia iurauit, ſe contentam fore dote minori legitima, tenetur in foro conſcientiæ ad iuramentum ſeruandum: etiam ſi enormiſsimè ſit læſa: quanuis non in foro exteriori: vbi ex tali etiam enormi, vel enormiſsima iactura, dolus, aut fraus præſumitur, ſecundùm Petrum Ancharranum conſilio trigeſimo octauo, & in regul. acceſſoriũ. de regulis iuris. libro ſexto. & latè Decius conſilio decimo octauo. Quæ tamen præſumptio in foro conſcientiæ ceſſat, iuxta notata in capit. is qui. & cap. tua. de ſponſalib. Per quam diſtinctionem, ait Nauarrus ſumma Latina capit. decimo ſeptimo. nu. 152. contrarias opiniones relatas per Deciũ forſitan concordari poſſe.

*Anchar. Decius. De ſponſalibus.*

*An pater teneatur p filio. Sylueſt.*

¶Atſi & hic interſeramus caſus, in quibus pater pro filio familiàs, ſit obnoxius reſtitutioni, non erit ab re. De qua quæſtione conſulendus eſt Sylueſt. verbo, obligatio. §. 6. & verbo, dominus. §. 6. & verbo, reſtitutio. §. ſeu. quæſt. 10. Quæ difficultas per hanc diſtinctionem venit breuiter diluenda: quia ſi debitum contractum à filio, eſt verſum in vtilitatem patris: vt verbi gratia, ſi filius mutuò accepit pecunias, pro ſe decenter veſtiẽdo, quia illum ſeminudum, & non pro decentia ſtatus pater indutum incedere ſinebat, tenetur tunc pater ad debita contracta ſic à filio, pro decenti cultu exoluenda. Secus eſt, ſi tale debitum conflauit filius, abſq; conſenſu, mandatoque patris, neque in vtilitatem patris id eſt conuerſum: quia neque ad id tenebatur pater tunc, nec tale debitũ ſoluere, obligatio vlla iuſtitię patrem aſtringit. Vt ſi filius inconſulto patre debita (mutuo numos petendo) contraxit luxui, & luſibus, ſcortationibuſque ad indulgendum, ea reſtituere neque in conſcientia, neque in foro exteriori cogitur pater. Ita. C. ad ſenatuſconſultum Macedoni. L. ſi filiusfamilias.

*C. ad ſena.*

*Quæſtio.*

¶Adhuc reſolutio quæſtionis aliam acceſſit quæſtionem, ſcilicet, an eſto, vt diximus, pater non teneatur exoluere huiuſmodi debita contracta à filio, neſciẽte patre ad prodigos vſus, filius debito naturali an ad exoluenda, cum ſit ſui iuris, id eſt, per decimum quintum annum maneat aſtrictus. Sed quia iam diximus de hoc, reſpondetur: Tenetur planè, & hoc eſt tutius ſecundùm Armillam, & ſecundùm Fratrem Ioſephũ, in ſuis floribus, contra Victoriam. Quia lex Macedoniana prohibens creditorẽ, tale debitum exigere in foro exteriori, non tollit ius naturale in conſcientia filium, ad id debiti

*Armilla. Ioſeph. Victoria.*



quod ſciens, & volens contraxerit, cum ſuæ poteſtatis fuerit conſtitutus exoluendum cogens. ¶Idem prorſus dicendum eſt de ſeruis contrahentibus debita inconſulto domino, quod diximus iam de ſic contrahentibus debita filijs non emancipatis.

*Quæſtio. Quid cum pater non reſtit. acceptũ à filio. Sylueſt.*

¶Sed quid, ſi ſeruus, & filius, aliquid alienum præoccupauerunt ab extraneo, quod cum iam in vtilitatem patris, vel domini verſum ſit, nolunt id dominus, & pater reſtituere, cum eos non prætereat eſſe alienum?

¶Hic dicendum eſſe videtur cum Syluestro, quòd tunc, ſi occultè, citra graue ſcandalum de bonis patris, vel heri poſſunt talis filius, & ſeruus recompenſare, ad id planè tenẽtur. Si autem non poſsint, expectanda eſt commoditas, cum poſsint.

*Quæſtio. An ſolutũ ob delict. filij ſit reſtit. à filio.*

¶Subinde, quia quotidiana eſt, & hæc quæſtio, non videtur eſſe omittẽda, ſcilicet, an filius familiàs quidquid pro ſe, ſcilicet, pro ſuo delicto, vel damno ab ipſo illato, alteri ſoluit pater, vt eum eriperet è iuſtitiæ manibus teneatur tempore diuiſionis hæreditatis paternæ, in ſua legitima computare. Quæſtio eſt, cuius meminit Nauar. in ſum. cap. 17. num. 165. quam etiam ſoluit, per hanc diſtinctionem. Quia aut pater non cõpulſus aliquo ſtatuto regni, vel ciuitatis, ſed ſpontaneus, & quadam mera pietate paterna adactus, aliquid pro delicto filij pendit, quo eum eruat tum à pœna, tum à carcere: non tenetur tunc filius id ſic ſolutum à patre in ſua legitima computare. Quia poſtquàm id pro filij ereptione ſpontaneè expendiſſe dicitur, id ſibi videtur voluiſſe condonare. Si autem non ſic ſpontaneus, ſed quaſi coactus propter ſtatutum regni, vel ciuitatis, decernens patrem de legitima filij perſoluere pœnam pecuniariam, pro delicto filij talem pœnã pecuniariam iã pater luit, tunc filius huiuſmodi pœnam pecuniariam pro ſe penſam à patre, in ſuæ legitimæ ſorte tenetur numerare. Hæc ſummiſtarum ſentẽtia eſt, & Nauar. loco allegato, cuius author eſt Baldus de duobus fratribus in tractatu.

*Nauar. Baldus.*

*Quæſtio. Quo caſu filius licitè aliquid accip. à patr.*

¶Igitur tandem ad illam quæſtionem vbi quis ſciſcitari poteſt an filius citra noxam reſtitutionis, poſsit aliquid è contrario accipere ex bonis paternis, breuiter & ſuccinctè duximus reſpondendum ſic: De bonis ſuis Caſtrenſibus, vel quaſi Caſtrenſibus, quæ filius non emancipatus, concredita apud patrem habet, pro ſuo arbitratu, quia ſua ſunt, tum quoad proprietatem, tum quoad vſum, poteſt diſponere. Si autem filius patris familiàs nondum ſui iuris & poteſtatis effectus, de bonis profectitijs, id eſt ex pecunia patris habitis, vel intuitu patris ſibi donatis, quæ penes patrem continẽtur, aliquid (inconſulto patre) ſibi præoccupauit, proculdubio tenetur illud patri recompenſare: niſi illud ſibi pater gratioſè remiſerit. Quia cum bona profectitia, ſecundùm ius ciuile, propria bona patris ſint, tàm in vita, quàm in morte; tum quoad dominium, tum quoad proprietatem, culpa furti non vacat talia bona filium ſibi vſurpaſſe.

¶Et idem dicendum eſſe videtur de filio familias, ſi bona ſua aduentitia, quorum vſu fructu, potitur pater ſibi ſurripiat, quia talia bona, dum pater ſuperſtes eſt, in vita quoad vſum fructum tantum, patri obueniunt. Hęc omnia Sylueſt. verbo peculium.

*Sylueſt.*

*Quæſtio. Quid filius abſens poſſit expendere.*

¶Deinde ſilentio non eſt prætereunda illa quæſtio, de filio peregrinante, an cum eſt abſens à domo paterna; quia, verbi gratia, in ſtudio verſatur, de bonis ſibi pro victu, veſtituque collatis à patre, poſsit aliquid in ludo inſumere, aut inde aliquid in eleemoſynas erogare. Cuius quæſtionis meminit Sotus in de iuſtitia & iure. Cui proinde ſic facit ſatis, dicens, quod poteſt filius nobilis, cui verſanti in Achademijs ſtudiorum, quotannis pro ſuis ſumptibus, centum aurei, verbi gratia ſuppeditantur à patre, quatuor, aut quinque illorum quotannis expendere in luſibus. Imo ſi ex illis centum aureis, quatuor, aut quinque illorum diſsipet cum meretricibus, neque ipſe, neque meretrix accipiens, excommunicationis ſententia ex parte patris, ſi fulminetur, innodabuntur, quia liberi manent à reſtitutione. Eſt Magiſtri Soti libr. 4. de iuſtitia & iure quæſtio. 7. articulo. 1. Quæ ſententia ex eo perſuadetur; quia veriſimillimum eſt, quòd licet in peccatum filij nolit conſentire talis ingenuus pater: tamen quod non tam auſterus, aut rigidus eſſe velit, vt modicum tale nolit eſſe donatum à filio. Quia bene norunt huiuſmodi patres, ſuos filios iuuenes iſta modica ſolitos eſſe donare, aut luſibus inſumere, aut mulierculis elargiri.

*Sotus. Ratio.*

## CAP. CLXXIIII.

*De reſtitutionibus interuenientibus inter coniuges.*

*Quæſtio.*

MOx ad prædicta conſequens ſit quæſtio, de obligatione, quæ poteſt oriri inter maritum, & vxorem, & è cõtra, quando ſibi inuicem vſurpant ſibi attinentia

nentia bona. Et primo de vxore inchoando ſermonem dico primo, quòd vxor quæ ſibi aut alteri accipit ex bonis mariti notabilem quantitatem, contra eius voluntatem pro cognatis, & pigmentis & luſibus, & alijs huiuſmodi, obnoxia pro his acceptis fit reſtitutioni, authore D. Thoma. 2. 2. quæſt. 61. artic. 1. Neque etiam ex bonis communibus, niſi in caſibus infra dicendis, eleemoſynam erogare poteſt.

*Quæſtio. An vxor poſſ. dare ex cõmunibus. ſicut maritus.*

¶ Sed iam inſtat difficultas huic materiæ conſona, an vxor ſaltem ſi non ex bonis mariti, ex bonis tamen communibus durante matrimonio partis, cum maritus magnificum, & liberalem ſe exhibet erga ſuos amicos largiter eis largiendo, poſsit & ipſa erga ſuos talem ſe exhibere. Quæſtionem hanc excitat frater Antoninus Cordubenſis quæſtione. 125. tractatu de caſibus cõſcientiæ.

*Cordub.*

*Dictũ. 1. Quãdo vir excom. inſumere poteſt.*

¶ Igitur ſecundum mentem eius dicendum videtur primò in Caſtellæ regnis de bonis communibus, durante matrimonio partis, quia illorum adminiſtrator eſt vir, poteſt ipſe citra licentiam vxoris, & abſque eius conſenſu, etiam ipſa contranitente, via contractus oneroſi, ſcilicet, emptionis, & venditionis, vel via ludi, etiam ſubſtantiam diſsipando (quicquid ſit de peccato) inſumere paulatim abſque noxa reſtitutionis, donationeſque non proprias, ſed improprias; quales ſunt pro remuneratione obſequiorum, & beneficiorum, quibus fuit affectus: facere. Dummodò hæ donationes remuneratoriæ, benefactorum notabiliter merita, non excedant, neque eas comminiſcantur in fraudem, vt, ſcilicet, vxor ſua parte defraudetur.

*Donationes an vir poßit facere.*

¶ Præterea, quidquid libuerit vir ſine fraude erogare poteſt, pro cultu Dei, animæque ſalute, peccatorumque ſuorum remiſſione: Quod etiam verè procedit, & in caſu, quo multæ modicæ donationes, ita concurrerint; quòd ſi in vnam conflatæ omnes fuiſſent, notabilem conficerent quantitatem, & tantam, vt ſimul, & ſemel, adeò immodica non poſſet impartiri à marito ſine obligatione reſtitutionis, hoc eſt, computandi eam in medietate ſibi obuentura inde, aut in alijs ſibi debitis bonis. Cuius primi dicti, & aſſerti

*Cordub. Ratio.*

rationem hanc reddit Cordub. Quia cùm vir in Hiſpania adminiſtrator prædictorum bonorum ſit liber, quare non poterit, paulatim ſupradicto modo, abſque fraude impartiri alijs; quia ſic paulatim donando, neque perſentitur iactura, neque ea fit iniuria vxori, vt ſic donatum in ſua teneatur vir computare ſorte. Licet culpa nõ careat, etiam paulatim luſibus, vel aliter ea bona diſsipaſſe. Sicut etiam minutus pluries per minutiones modicas ſanguinis, ex quibus ſimul iunctis, ſanguinis videtur effluxiſſe magna copia, non ſic extenuatus manet, ſicut ſi à ſimul, & ſemel minuto, ea ingens copia ſanguinis eliceretur.

¶ Secundò dicitur. Si vir plures donationes, licet modicas contenderet facere in vxoris, filiorum, hæredumque eius fraudem, tenetur hunc exceſſum notabilem recompenſando, in ſua parte computare: læſiſque iacturam ſarcire, perinde, ac ſi ſimul & ſemel, totam illam notabilem quantitatem alijs in præiudicium vxoris contuliſſet. Similiter, ſi ſupellectilem aliquam in dotem allatam, vel aliter vxoris donaſſet poſt mariti obitũ ipſa repetere poteſt in iudicio, & ab eo recuperare, cui vir eius vendidit, vel dono contulit. Quod ſi huiuſmodi ſupellectilia detrita iam ſunt, aut deteriorata, æſtimationem eius vxor ſecundum leges regni exigere poteſt. Vide Sylueſt. tit. donatio. 1. quæſt. 1. & donatio. 2. quæ. 7. & tit. dos. & tit. alimenta. & tit. eleemoſyna, & Nauar. in ſum. ca. 17. nu. 153. & in addi. ad idem & ad ca. 26. nu. 36.

*Supellectilia an vxor poßit repetere.* *Syluest.* *Nauar.*

*3 Vxor licitè non donat.*

¶ Tertiò dicimus, mulierem, neque ex bonis à ſe allatis, nec ex bonis communibus, niſi licentia expreſſa, vel præſumpta mariti, præſertim in Hiſpania, vbi maritus eorum bonorũ adminiſtrator eſt, poſſe donare. Quare ſecundum Nauar. ſum. Latin. cap. 17. num. 155. tenetur vxor computare in dotem, preterquã, quod peccauit etiã minutatim dãdo quadraginta aureos, ex ſua dote ſuę nutrici, quãdo à principio. 40. aureos ei dare conſtituit.

*Nauar.*

*Quæſtio. Quæ nam ſit licentia præſumpta.*

¶ At ſtatim ipſa ſeries doctrinæ expoſcit ſcire, quę nam dicatur licentia præſumpta, in prædicto caſu. Dico vt tradit Cordub. tunc iſta licentia præſumpta eſſe cenſetur, quando vxor tãtum aſſueta eſt largiri ea, quæ iuxta cõſuetudinem inuectam in terra, mulieres coniugatæ reliquæ communiter ſolitæ ſunt, vel via eleemoſynæ, vel gratitudinis, ex rebus domeſticis erogare. Huiuſmodi ſunt veſtes iam derritæ, atque comeſtibilia, iuxta diuitias, qualitatem, ſtatum perſonarum, receptumque vſum terræ vidẽtibus id viris, & de eo complacentibus, & cõniuentibus. Sicq; interpretandæ ſunt leges quæ contrarium ſonare videntur: ſicq; communiter doctores locis citatis Sylueſter. titul. dos, vxor, donatio, eleemoſyna.

*Syluest.*

*Quæſtio. An vxor paraphernalia poßit inſumere & alia.*

¶ Sed adhuc vlterius percunctari cõtendimus, quid ſi vxor præter dotẽ, & arrhas attulit alia peculiaria bona, ſcilicet, paraphernalia tem-



lia tempore matrimonij contrahendi, vel poſtea per ipſam parta, an de his pro libito poſſit diſpenſare. Pro huius explanatione quæſtionis, dicimus. Quando alicui coniugatæ fæminę collata ſunt prę ter dotem, & arrhas, aliqua peculiaria bona pro libito eius diſtrahenda, & diſpenſanda in ſibi placentes vſus: ſicut pleræque magnatũ vxores ſolitæ ſunt hæc deſtinata ad ſuos vſus habere bona, tunc talia bona, tum expendere, tum etiam alijs largiri poterit licitè, dum ea non diſsipauerit, vel ad malos vſus conuerterit, atque ideò maritus ei non in hoc obſtat. Ita Corduba. Cui ſuper hoc addit Nauarrus ſumma capit. 17. nu. 155. quòd etiam vxor, quando maritus eſt abſens, vel effectus eſt amens, quia ad eam tunc adminiſtratio domus pertinet, eas eleemoſynas poterit erogare, quas maritus ſi prę ſens eſſet, vel ante amentiam, dum valebat, ſolitus erat erogare, & non ad ſummum contra alios. Ita Palude. in 4. diſtinct. 15. q. 3. artic. 6. concluſione. 2. Sed ſic limitandus eſt iuxta iſtam limitationem Nauar. quòd non poſsit in caſibus ad ſummum donare.

*Cordub. Nauar.* *Palud.*

*An vxor licitè det eleemoſy. renuente viro.*

¶ Poteſt etiam vxor renuente marito, occulte extremè indigenti dum maritum non exponat periculo extremè indigendi, de rebus domus diſpenſare. Sicut poteſt iuxta morem patriæ eleemoſynas panis, aut vini impartire, quamuis maritus, id ei expreſſe prohibeat; quia veriſimile eſt, id maritum ei interdicere, non vt ab aſſuetis rationabiliter dare abſtineat, ſed ne extra modum cõſuetũ eleemoſynas tribuat. Si autem ſibi perſuadeat vxor virum vere nolle, vt ipſa veram & moderatam, & conſuetam eleemoſynam faciat, & ab ea facienda abſtinere debet ſecundum Nauar. & D. Antoni. 2. part. titu. 1. cap. 19. §. 1. arg. cap. per tuas. 3. de ſim. Sed certe, licet non auſim à tam illuſtrium Doctorum ſententia diſcedere, videtur mihi tali coniugatæ moderatè diſpenſanti de rebus domus iuxta morem patriæ iniuriam irrogari per maritum prohibentem. Huic ſententiæ videtur accedere doctiſsimus Magiſt. Ybañez, vbi ſuper 2. 2. ait vxorem poſſe dare aſſueta, imo. 20. partem bonorum lucro acquiſitorũ per annum. Hæc conſuetudo quæ ſolita eſt tribuere iuriſdictionem inuexit, (etſi ei maritus interdicat) poſſe dare, ſcilicet, aliquid panis, vel vini modicum. Vnde niſi ratione vitandi ſcãdali, & iurgia grauia cum marito, non magno crimini ei verterem, ſi in his viro nimis minutò, non obtemperaret, ſaluo potentium me docere, meliori iudicio.

*Nauar. D. Anto. Sententia autoris.* *Ybañes.*

*Caſus vbi vxor dat eleemoſy.*

¶ Potens denique eſt vxor exemplum ſumens à nobili Abigaile. 1. reg. 25. quæ ſic fecit eleemoſynam porrigere, ad euitandum aliquod damnum temporaneum mariti. Eademque ratione, imo à fortiori, ad proprium damnum ſpirituale vitandum, vt cum maritus eſt malignus, & illa moderatè largitur, vt Deus illum illuminet, vt reſipiſcat ad meliorem mentem, modo hoc ſecundum Nauar. ſine ſcandalo faciat, argu. cap. nihil. de prę ſcriptionibus.

¶ Item etiam ex ſibi aſsignato à viro pro victu certo, ſi inde parcius viuendo, & fraudando genium vxor aliquid relinquat, & ſubtrahit in pauperes erogandum, illud pauperibus erogare ſanctè valebit.

*Quæſtio. An vxor parapher. diſpenſ. Nauar.*

¶ Sed quid iam de paraphernalibus bonis de quibus præmiſimus quæſtionem: an de his ſine licentia mariti diſponere vxor poſſit. ¶ Reſpondet Nauarrus cap. 17. nu. 155. ſi vxor bona paraphernalia habeat, de his ad voluntatem ſtatuere poteſt, niſi vbi conſuetudo, & ſtatuta prouinciæ aliter decerneret: vt in Hiſpania videtur, ſiuè lege, ſiuè vſu inoleuiſſe: vt quia maritus adminiſtrator bonorum vxoris eſt, neque de paraphernalibus ſine conſenſu viri poſsit vxor diſponere. Quare in hoc, vt innuit Nauarrus, & conſuetudini, & ſtatutis prouinciæ ducimus eſſe ſtandũ.

*An bona arte quæſita vxor diſpenſ.*

¶ Adde, quòd ſi mulier ſufficientem attulerit dotem, ſi aliqua arte ſibi nota texendi, ſuendi, aut acu pingendi, vendendi, aut emendi via, vel alia ſimili non deſerendo debitam adminiſtrationẽ domus aliquid lucrata eſt; poteſt de tali lucro decernere pro libito, diſponendo ſecundum Bartolum in. l. Caio. ff. de alimen. & cibar. legat. Modo, vt ſatis circunſpectè dixit Hoſtienſis, ſua familia eo lucro non indigeat. Quia aliàs ex præcepto charitatis, primo domeſticis ſubueniendum eſt, iuxta caput non ſatis. 86. diſt. & l. ſi præſes. C. de ſeruit. & aqua. Et per hæc dicta putat Nauarrus poſſe componi opiniones contrarias. gloſſæ. leg. ſicut. ff. de oper. liber. & Theologorum D. Thomæ, Ricardi, & Paludis. Hoc autem immediatè dictum, eatenus eſt verum, quatenus lucra non ſunt communia. Nam in omnibus Hiſpaniæ regnis, vbi communiter inter maritum & vxorem lucra ſunt communia, & adminiſtratio marito reſeruatur: non licebit vxori etiam pinguem dotem afferenti, lucra durante matrimonio ſua induſtria, ac labore parta alijs donare.

*Bartol.* *86. diſt.*

*Quæſtio. Quænam ſint lucra cõmunia.*

¶ Sed dubitatio pro intelligentia prædictorum hic obuiat ſcitu neceſſaria, quænam dicantur lucra communia tempore diuortij inter virum & vxorem, quæ ſunt diuidenda.

uidenda. Reſpondeo dicendum, quod illa ſola cenſentur lucra cõmunia, quæ tempore diuortij inueniuntur lucrifacta. Non autem reliqua iam diſsipata. Nam licet illa bona iam dilapidata, pro dimidio lucrifierent vxori, lucrifiunt tamen reuocabiliter, ita quòd maritus, ad quẽ ſpectabat libera illorũ adminiſtratio, potuit benè, vel male adminiſtrando, illa ſibi, & vxori reuocare, vt tradit Ioan. Lup. in rub. de donati, inter vir. & vxor. Tamen notato quod lucrum pecuniæ expoſitæ negociationi ante matrimonium, non dicitur commune, licet obueniat poſt, ſecundum iuriſtas aliquos.

*Ioã. Lup. Nota.*

*Queſtio. Quid ſi vir lucra. commun. diſsipet.*

¶ Sed certè dum dubium nitimur extricare hīc, ſe aliud offert intricatius, in quo Corduba in dicta quæſtion. 125. & Nauarrus in ſumma capit. 17. numer. 155. non videntur tam apertè conuenire. Scilicet, primò dubitatur, quando vir non paulatim, ſed in exceſſiua quantitate ludendo, vel prodigendo bona communia, id eſt, lucra communia diſsipauit, an teneatur conſumpta ſic in ſuam partem adnumerare. Secundò, quid ſi paulatim & minutatim bona, lucraq; communia hæc, maritus abliguriuit ſcortationibus, & luxu, & luſibus cum fraude tamen, ne poſtea vxori aut vxoris hæredibus, poſt mortem eius aliquid obueniret inde. ¶ Certe de hac quæſtione non video doctores clarè locutos; licet clarè locuti fuerint de donationibus à viro factis, ſine fraude paulatim, & in modica quantitate, tales donationes, ſcilicet, non eſſe reſtituendas dicentes. Secus, ſi fuerunt etiam minimæ cum fraude: ex quibus reſultat magna quantitas: quia tenetur eas in ſua ſorte computare; ſicut etiam cum in immodica quantitate donauit. At de dilapidatione, dicendum reſtat.

¶ Dicimus ergo reſoluentes quæſtionem propoſitam, ſcilicet, quod ſi maritus lucra hæc communia dilapidauit paulatim ſine fraude, planum eſt ab ipſo non fore reſtituenda. Si autem ſine fraude diſsipauit ea exceſsiua conſumptione, in ludis, luxu, credo eſſe de mente Nauarri, quòd non eſt aſtringendus vir, in hoc caſu ad ea reſtituenda. Nam inquit, Nauarrus in ſumma capit. 17. numer. 155. quòd quia maritus horum adminiſtrator eſt, poteſt iſta lucra communia malè adminiſtrando illa ſibi, & vxori reuocare, ſecundum Ioan. Lup. in rub. de do. inter vir. & vxo. Sed quid ſi hæc bona cum fraude ne obueniret ſuæ vxori pars ſua, ſic in luſibus, & ſcortationibus, male diſtraxit. De hoc nihil Nauarrus, & Corduba. Sed credo, quia quia ſecundum leges ſua fraus, & dolus nemini patrocinari debet, in conſcientia partem ſic fraudulenter diſsipatam, vxori reſtituere tenetur, & in ſua parte computare.

*Nauar.*

*Ioã. Lup.*

*Queſtio. An vir licite donat bon. cõmunia in magna quãti. Nauar.*

¶ Sed quæritur adhùc, quid de alienationibus & donationibus notabilis quantitatis & pẽſi. Nam deu multis minutim factis ſine fraude, iam ex mente Cordubæ dictum eſt, maritum ſine obligatione reſtitutionis, eas poſſe facere. Reſpondet Nauarrus loco ſuprà allegato, quod quoniam apud maritum eſt adminiſtratio, licet non poſſit alienare immobilia bona communia, vbi omnia bona vxoris, & viri ipſo iure communicantur, vt in Luſitania; tamen de mobilibus, etiam ſine conſenſu vxoris validè donare poteſt. Quia cum tota adminiſtratio ſit apud ipſum, poteſt ſolus regulariter alienare bona communia mobilia, etiam notabili donatione donando; duabus tamen accedentibus conditionibus. Primò, quod tenetur taliter donata computare in partem ſuam, imo facere, quòd id vxori ſuæ innoteſcat, vt in partitione tantundem plus ſibi cedat.

*Conditiones.*

Secundo, quòd donatarius, ſi credit maritum id non manifeſtaturum vxori, neque in ſua parte clam illud donatum computaturum, tenetur eam eius rei admonere. Hæc omnia locum habent in terris, vbi lucra inter virum & vxorem, ſunt communia. Quia ibi licet impenſa viri prouida, vel prodiga diminuat lucra, non tamen id facit donatio, quia hæc illi non permittitur, ſicut illa.

*Queſtio.*

¶ Nequid ſcitu dignum in hac materia ſub ſilentio tranſeamus, ſuperaddimus adhuc & id difficultatis indagare, ſcilicet, ſi mulier viderit virum, profuſe & non in modica quantitate, ſemel, aut ſæpe parentibus ſuis, alijſque perſonis amicis largitum fuiſſe, quid facere licite poſsit tunc illa: vt ſuam redimat vexationem, ſibique recompenſet. Ad hoc etiam dicitur, quod non deſunt in hoc caſu vxori licita, ac prompta remedia. Nam ſi mulier non ſola ducta ſuſpicione, ſed euidenter perſpectum habet maritum ſuum in fraudem ipſius vxoris, ſuorumque filiorum, ſuis parentibus, alijſque perſonis, ſemel, vel ſæpe in notabili quantitate largitum eſſe, ipſa quoque ſecretò poteſt licitè tantundem ſuis parentibus, vel filijs ſuis ſuſceptis ex alio marito, via recompenſationis largiri, ne filij ex alio marito iſto ſuo iure defraudentur. Hoc citra dubium poteſt ipſa facere, quando per recurſum ad iudicem, iurgia, ac notabilia inconuenientia ſecutura timerentur, neque aliter iuſtitiam filiorum poſſet



*Cordub. Xuarez. Gregor. Lopez.*

poſſet tutari. Ita Cordub. illa quæſt. 125. ſic Rodericus Xuarez. le. quoniam C. de inofficioſo teſtamento, ita Gregor. Lopez in. l. 8. gloſſ. penul. titul. 4. partita. 4.

## CAP. CLXXV.

*De lege Matritia circa dotem filiabus aſsignandam, an taliter ſit recepta quòd in vtroque foro obliget.*

IAm & alia pertinentia ad hãc materiam perſtant nobis diffinienda, ſcilicet, aliter contingere in filio in ſtudio nutrito à patre, & aliter in creditore ſecundum Nauarrum ſumma latina numero. 160. Quia filius in parte ſibi debitæ legitimæ computare ſumpus alimentorum, quos in ſtudio literarum dum verſatur, à patre accepit non tenetur, niſi peculium Caſtrenſe habuiſſet apud patrem, vt diximus. At legatum, ſi ſit relictum creditori per vltimam voluntatem, ſi cum creditore à legante anteà debitum erat voluntariè contractum, tunc creditor legatarius non videtur teneri ad illud in recompenſationem talis debiti computandum. Si autem debitum erat neceſſarium, præſumitur in foro exteriori, in recompenſationem talis debiti neceſſarij legatum fuiſſe relictum. Quare præter ſolutionem legati, non poteſt aliam ſolutionem pro debito expectare, iuxta communem in l. ſi cũ dote. §. ſi pater. ff. ſolut. matrim. & in §. ſciendũ. l. 1. C. de rei vxor act. cap. officij de teſt.

*Nauar. Differẽtia inter fil. & credit.*

¶ Poſtquam diximus etiam peccare filium accipiendo bona patris ſine conſenſu patris, vel non permiſſa accipi à filio, cum animo eum remunerandi, & quod traditio requiritur, vt libri & arma fiant bona caſtrenſia, quæ traditio requiritur fiat in vita patris: addimus reſpectu matris, filios non dici eius poteſtati mancipatos, quare ſi eis donauerit aliquid de ſuis paraphernalibus, in vita mariti & in vita ſua donatio valida erit, in eo quod non eſt inofficioſa.

*Donatio matris facta filio valet.*

¶ Iam illa celeberrima venit in noſtra tẽpeſtate quæſtio, De melioratione filiarum, in tertia & quinta parte aſsis, an ſit licita & valida. Quia lex Matritij anno. 1534. edita, quæ nunc inſerta in recopilatione noua legum venit, magnum negotium nobis, & iuriſtis faceſsit circa eius intellectum, quia huiuſmodi meliorationes erga filias cauſa dotis, & nuptiarum ne fiant interdicere videtur. Quare pro expeditione quæſtionis ſit primum dictum. ¶ Qui habent ducenta mille dipondia ex redditibus, & vltra, non poſſunt meliorare filias ſuas, ſed tãtum poſſunt dotes ſibi ſignatas in lege Matritij condita, eis conferre. ¶ Huius ſententiæ eſt frater Antonius Cordubenſis.

*Quæſtio. An cauſa dotis liceat meliorare filias.*

*Dictũ. 1.*

*Cordub.*



¶ Sed non tantum conuenit inter doctores, an patres, qui ad redditus quotannos ducentorum millium dipondiorum habendos, non pertingunt, neque filiam dote ſexcentorum millium dipondiorum donant, etiam comprehendantur ſub iſta Matritia lege. Nam quibuſdam videtur Couarruuiam tenere affirmatiuam, ſcilicet, quod plane & iſti ſub illa contineantur. Cæterum Couarruuias nihil huiuſmodi aſſerit, neque de meliorationibus filiarum eſt locutus. Communiterque ſubſcribitur ſententiæ doctoris Nuñez de Auendaño ſuper capitula de correctionibus, aſſerentis, quod ab hac pro dote, vel pro nuptijs filiæ melioratione facienda, per prædictam legem ſolum prohibentur illæ perſonæ, quæ iura reddituum ibi ſignata obtinent & quòd lex eos non interdicat à tali melioratione facienda, qui nec ad ea iura reddituũ obtinenda pertingunt: quæ in lege ſunt prætaxata, nec ad conferendum in dotem filiæ ſexcenta millia dipondiorum pertingunt: nec ad id facultatem habent. Sed ij legum regni diſpoſitioni tantum ſubiecti manent, legique. 17. Taurenſi. Vnde per meliorationẽ, filias in dote augere per leges non interdicuntur: dum talis dos quotam ſexcentorum mille dipondiorum non excedat nec attingat, neque ſit inofficioſa, id eſt, dum non excedat ſuam legitimam, & tertiam & quintã quotam aſsis. Et hoc primum dictum procedit niſi aliter ſit in vſu receptum. Nam tunc perſtante more contrario, vel videtur legem non fuiſſe receptam, vel per contrariam conſuetudinem ei fuiſſe derogatum.

*Couarru.*

*Abend.*

*Dictũ. 2.*

¶ Secundum dictum ſit. Ante matrimonium, vel poſt matrimonium poſſunt parentes augere meliorareque filias etiam ſi ſuppetant ſibi redditus vltra centum mille dipondiorum. Sed tamen non poſſunt titulo dotis vel nuptiarum, ſcilicet, ſtipulando genero pro matrimonio filiæ ſic eam augere & meliorare, ſed tantum poſſunt dotes in lege Matritij condita contentas filiabus tradere.

*Quæſtio. An meliorare pro dote filias liceat in conſcientia.*

¶ Sed iam perplexitas quæſtionis aperiẽda venit. Nam, an huiuſmodi lex Matritia ſolum in foro litigioſo, id eſt, exteriori ſic in dote augere filias interdicat; an vero in foro quoque conſcientiæ talem auctionem meliorationemque prohibeat non parum con-

*Cordub.* trouertitur inter doctores. ¶ Super quam quæſtionem Corduba loco allegato, licet quoad id quod attinet ad forũ exterius licentiatum Baezam in tractatu ſuper legem Matritij hanc copioſe materiam differentem in authorem prædictorum adducat: ſed cum ad punctum conſcientiæ deuenit an in conſciẽtia valida ſit talis melioratio, an non, ſuper addit Corduba prædictam legem, vt fertur, tantum in foro litigioſo vigere, in foro autem conſcientiæ talem ſuperexcedentem dum inofficioſa non ſit, non irritare dotationem: ſed integrum cuique patri manere poſſe pro libito dotare, & prout genero ſtipulari de dote voluerit, vt ei liberum erat antea ſecundum Taurinas leges. Sed tandem concludit ſciſcitandum fore à iuriſtis de vſu praxique prædictæ legis, tuncque hoc comperto huic vſui etiam in conſcientia accedendum eſſe cenſet.

*Ratio. Cordub. nõ ſatisfac.* ¶ At licet hęc ſententia tutior eſſe videatur; tamen in hac reſolutione non quieſcit animus. Nam neque ratio Cordubæ concludit, ſcilicet, quòd ſi ita ſecundum ſententiam iuriſtarũ aliquid in foro exteriori ſeruatur: ita in conſcientia perinde ſit ſeruandũ. Nam poteſt aliquis contractus in foro exteriori eſſe irritus, vel irritandus: tamen in foro conſcientiæ non præpedire dominij tranſlationem: ſicut in pluribus caſibus poſſemus exẽplificare.

*Dictũ. 3.* ¶ Quare pro reſolutione quæſtionis ſit tertium aſſertum, & dictum. Vbi ſic vltra ſuas legitimas augere in dote non inofficioſa filias in vſu receptum eſt: licet per litem intentam in foro litigioſo talis dos excedens quotam lege matritia præſignatam per iudices ſolita ſit reuocari: dum eius proponitur repetitio: tamen ante repetitionem, & ſentẽtiam iudicis non damnarem in conſcientia filiam, aut generum hanc dotem excedentem taxam Matritij legis, non tamen inofficioſam ſi ſibi retinerent. Hanc aſſertionem non improbabiliter vti reor, hic ſtatuo.

*Ratio.* Primo quia exiſtimo neque confeſſarios in foro cõſciẽtiæ ſolitos eſſe ad talem dotem reſtituendam obligare, aut aſtringere pœnitentes.

*Ratio.* ¶ Cui rationi & ſuperaddo alias has maioris momenti & apparentiæ, quia arguitur ſic in gratiam eius. Si iſta dos reſtituẽda eſſet; id ideo eſſet quia taxationem legis Matritij excederet: ſed ob hanc rationem non venit reſtituẽda. Quod ex eo patet; quia lex hæc matritia tranſlationem dominij in talem dotẽ non impedit, vt liquet ex regula generali ſummiſtarum dicentium, quod contra legem factũ

A eſt tenet in conſcientia, quando tranſgreſſoribus legis in foro exteriori ſubeunda pœna expreſſe apponitur in ipſa lege: ſed ſic eſt quòd in Matritia iſta lege adijcitur iſta pœna, ſcilicet, quod tranſgreſſor legis hunc exceſſum dotis quem contulit amittat: ergo talis dos in conſcientia valida eſt, neq; ante ſententiam iudicis venit reſtituenda.

*Ratio.* ¶ Item etiam ſecũdò perſuadetur ſic: Quia id quod eſt quaſi naturale, niſi lex deroget expreſſe: non eſt derogandum per ſententiam alicuius doctoris: ſed nihil eſt tam naturale, quàm vt dominia rerum ex voluntate domini in alios transferantur: preſertim quã B do in foro conſcientiæ tranſlatio dominij non præpeditur expreſſe per legem. Lex autem hæc Matritia ſolum talis dotis excedentis contractum ſi irritat, in foro duntaxat exteriori videtur irritare: cum ſolum ad forum exterius pertinentem adhibeat pœnam: ergo exceſſus talis dotis non inofficioſæ ante ſententiam iudicis in conſcientia non videtur reſtituendus, quia ſi venit reſtituendus erit per repetitionem.

*Ratio.* ¶ Item tertio corroboratur noſtra prædicta aſſertio ex regula celebri iuriſtarum. Lex poſterior ſolum derogat priori in eo, in quo priori expreſſe contradicit, & non in alijs: at C lex Tauri antea in conſcientia concedebat iſtas meliorationes pro nuptijs filiarũ poſſe fieri: ſed iſta lex Caroli Imperatoris Matritij lata eas in conſcientia irritas eſſe expreſſe non declarat, ſed ſolum in foro exteriori pronũtiandas eſſe irritas decernit: quia ſi concludit contractus & pactiones ſi in fraudem legis quis moliatur in ſe fore nullos: ergo in conſcientia talis dotatio ſic excedens dum non ſit inofficioſa valida erit.

*Ratio.* ¶ Item vltimo. Quia in conſcientia hanc legem exiſtimo non fuiſſe vſu receptam, præſertim in Indiarum regionibus, quod ſi alicubi eſt vſu recepta, erit tantum in foro exteriori. Quod ſi D ita eſt, quòd vſu non eſt recepta in foro interiori, ſed exteriori forte tantum, cum conſuetudo interpretetur legem, & ſenſum eius; ſequitur, quod tunc in conſcientia, talis exceſſus non ſit reſtituendus.

*Ratio.* Item poſtremo quia cęteris paribus, opinio pro dote ſicut pro teſtamento eſt fauorabilior, ſed hæc mea aſſertio fauet doti: ergo in conſcientia eſt amplectenda ſi ſic eſt in vſu recepta.

*Argu. contra dictũ 3.* ¶ Sed aduerſus hanc aſſertionem dimicãt argumenta valida. Primò; quia axioma commune eſt, quòd idem eſt ius fori & ius poli, ideſt, cõſcientię quando ſententia, vel lex nõ fundatur in falſa præſumptione, ſed iſta lex non fun-



non fundatur in falſa præſumptione: ergo A obligat in conſcientia, dum decernit in fraudem legis intentatũ contractum, vel conſummatum pactum, in ſe eſſe nullum.

*2. Argu.* ¶ Secundo: Quia videtur inconcinne dictum quòd poſſit talis lex eſſe recepta vſu in foro exteriori, & quòd non ſit recepta vſu, vt in conſcientia talis dotis contractus ſit inualidus.

*3. Argu.* ¶ Item vltimò; quia quando lex irritat vel annullat aliquem contractum, vel pactũ; *Cordub.* tunc ſecundum Cordubam in quæſtionario, libro primo, quæſtio. 32. ratione illius contractus irriti, acceptum reſtituendum eſt: & non poteſt retineri, vt conſtat quia tunc deficit iuſtus titulus: ergo ſic in caſu.

¶ Hæc argumenta hanc noſtram aſſertionem reddunt valde dubiam. Quare ne tam dubia redderetur cõſultò appoſuimus in ea, quando filias ſic dote augere vſu receptum eſt, non fore filiam, & generum ad eam reſtituendam damnandos ante repetitionem. *Ioſeph. Gloſſ. legis irritantis.* Quia frater Ioſephus in ſuis floribus non parum fauens huic aſſertioni fundamentum affert dicens, quando lex irritat duntaxat contractum, nec prohibet expreſſe, vel ex conſuetudine tranſlationem dominij, talem contractum eſſe in cõſcientia validum, vt gloſſa *Gloſſa.* in. l. non eſt dubium. C. de legatis. tradit ſolum denegari actionem legatorum quæ ratione defectus ſolennitatis vel ex alio vitio ſunt nulla. Et hac quoque ratione concluſimus ex mente Soti quod licet leges irritent teſtamenta & legata minus ſolennia, legatarius, vel hæres conſtitutus per teſtamentum minus ſolenne poſſit retinere bona conſcientia hæreditatem, vel legatum antequàm à ſe repetatur: ſi eius poſſeſſione potiebatur antea. Sic in præſentiarum talis dos exceſſiua ante repetitionem poterit bona conſcientia retineri. *Sotus. Gloſſ. legis irritantis.* Quia ita Sotus de iuſtitia & iure libro quarta quæſtione quinta, articulo tertio, pie interpretatur iura humana irritantia contractus, ſcilicet, quòd nihil aliud volunt quàm quòd in iudicio tales contractus habeantur nulli: non autem, quod ipſo ſtatim facto, tranſlatio ſit nulla. Quare ſi ille, cui competit repetitio per ignorantiam non repetit: quamuis gener accipiens dotem hanc contra Matritij legem id reſciat non tenetur fratribus ſuæ vxoris vt illum exceſſum repetant reuelare.

*Dictũ. 1.* ¶ Igitur concludimus tandem, quod quando ſic eſt vſu receptum, vt non reſtituant, ante repetitionem exceſſum dotis, ante repetitionem *Ratio.* non tenentur gener & filia eum reſti-

A tuere; quia vſus interpretatur legem, & quia lex non obligat, niſi prout eſt in vſu recepta. Per quam doctrinam remanent diluta, & debilitata, neruoſa, quæ prima facie videbantur argumenta. 1

¶ Secundò dico, quòd vbi talis melioratio in aliquibus regionibus communiter ſolita eſt fieri, non tanquam illicita eſt damnanda, quia vſus præſcriptus potuit præſcripſiſſe contra legem. 2 ¶ Tertio dico, quòd quia cum in dubio ſecundum ius nullum preſertim bona fide adeptus poſſeſſionem à ſua poſſeſſione ſit deturbandus, ita etiam hic, quia non ſatis conſtat, an lex prædicta tranſlationem dominij exceſſus dotis in conſcientia impe- B diat, vel non, per confeſſores, & doctores filia & gener à ſua poſſeſſione non ſunt deturbandi, nec cogendi reſtituere ante repetitionem. 3 Scio poſſe aliquem nos redarguere, ſcilicet, non licere arguere à contractu nullo defectu ſolennitatis, quia ſolennitas hæc eſt extrinſeca ad contractum dotis exceſſiuæ lege Matritia annullatum: quia reſpondemus forte nullam eſſe, vel paruam differentiam quoad hoc inter vtrumq; contractũ, quoad nullitatem. Tum etiam, quia & vſu nitimur: ſi talis ſit: quia tunc interpretabitur legem. Tum quoque aliæ rationes adhoc adiuuant. *Satisfit obiectioni.* C Sed de his ſatis.

# CAP. CLXXVI.

*Quomodo conſtabit donationes vel dotationes, ſeu meliorationes inter liberos fuiſſe inofficioſas, vel non, & de arrhis, & diuiſione fructuum, & de alijs huiuſmodi.*

*Quãdo dos vel donatio eſt inofficioſ.* PORrò quoniam in hac materia inter diſputandum ſæpe meminimus de dote inofficioſa, quæ nulla lege permittitur, quærendum nobis occurrit, D quomodo patrum donationes vel dotationes reſpectu filiorum inofficioſas fuiſſe perpendemus? Reſpondetur ergo. Tunc dos vel donatio collata à patribus inter nepotes, vel filios inofficioſa dicitur, quãdo, ſcilicet, quintam, & tertiam partem totius paternę ſubſtãtiæ excedit.

*Quæſtio. Quo valore ſint computãda bona dotãtis.* ¶ At perpendendum reſtat, ſubſtantia paterna, cuius quintam & tertiam partem excedere non poſſe dotem aut donationẽ dictant leges, quo valore ſit prætaxanda, an valore, quo valebant bona, conſtitutionis dotis tempore, aut quo valebant bona conſtituẽtis dotem tempore ſuæ mortis? Super quam materiam

*Lex Taur.* riam decreta legũ le Toro.l.18.& 28.extãt, quibus in fauorem dotis indulgetur, quod tãtum tunc inofficioſa dicatur dos, quando excedit quintã & tertiam partẽ valoris, quo valebant facultates parẽtis conſtituẽtis, vel promittẽtis dotẽ, tempore, quo dos fuit cõſtituta, & mãdata, vel tẽpore obitus eius, qui eam ante cõſtituerat, vel fuerat ſtipulatus. Et in hoc optio dat eligẽdi ei, cui talis dos fuit conſtituta, aut ꝓmiſſa vt ꝓ libito eligere poſsit.

¶ Aliæ vero donationes non dotales, vt inofficioſæ dicantur, ac per conſequens, vt earum exceſſus ſit reſtituendus, penſandus eſt valor facultatum donãtis, quatenus tẽpore obitus eius valent, & non aliter. Ita in recopilatione noua legũ tit. de dotib. li.5.l.3.tit.8. vbi.l.7.& 9.& 10.tit.6.lib.5.fol.187. ſuperaddit cauendo, ne meliorationes excipiãtur ex dotibus: aut donationibus propter nuptias, quæ ad collationem deducuntur. *Recopil.*

*Quãdo donationes adduc. ad partitionẽ.* ¶ Inſuper ſupradicta lege.3.li.5.tit.8. ſancitur, cum filius, filiave paternorum bonorũ adierit hæreditatẽ, ad diuidenda bona paterna, vel materna, vel ſuorum aſcendẽtiũ bona partienda tenebuntur ipſi ſuique heredes ad cumulũ talium bonorum diuidendorũ afferre dotes, donationeſq; pro nuptijs, reliquaſque à ſe receptas donationes, quas de bonis quibus ſuccedere volunt iã receperint. Quod ſi hæreditati cedere malunt ſibi id liberũ maneat. Niſi prædictæ dotes donationeſve fuerint inofficioſæ. Quia tunc in eo quod inofficioſæ extiterint, reliquis cohæredibus id venit reſtituendum, etiam ſi id accidat durante matrimonio.

*Quæſtio. Ex quibus bonis eſt ſoluenda dos. Dictũ. 1.* ¶ Sed neque obliuioni hæc quæſtio tradenda eſt, ſcilicet, ſi maritus & vxor alicui ſuorum liberorum promiſerint dotẽ: ex quibus bonis ſoluenda veniat? Et quia legalis hæc quæſtio eſt: & ſolutio eius ex ipſis legibus eruenda eſt: ad eam dicitur primo: Quod ſi communi conſenſu vir, & vxor alicui filio, vel filiæ dotem vel donationem propter nuptias polliciti ſint, ex lucris communibus durãte matrimonio partis ſoluẽda venit, quibus lucris communibus ſi caruerint, eandẽ dotẽ, vel donationẽ ex alijs bonis quomodolibet ad ſe pertinentibus quilibet pro rata, id eſt, pro ſua medietate tenebitur exoluere.

2 ¶ Secundo dicimus, quod ſi ſolus pater durante matrimonio dotem, vel donationem propter nuptias filio communi ſibi & vxori conſtituerit, talis dos, vel donatio exoluenda erit ex bonis durãte illo matrimonio partis, ex eo quod lucra communia capiunt. Quod ſi talia lucra communia non ſuppetãt, præfata dos, vel donatio propter nuptias ex bonis viri, & non vxoris erit pendenda, in recopilatione noua legum titulo.9.li.5.l.8. folio.293. *Recopil.*

¶ L. quoque.6.lib.5.tit.6. cauetur patrẽ, aut matrẽ, aut aſcendentem teneri dum promiſerit adaugere in.3.& 5.par. ſuorum bonorum aliquem liberorum ſuorum, vel deſcendentiũ ad id implendum quando titulo matrimonij, vel alicuius cauſæ oneroſæ hãc præſtiterit fidem, quòd ſi in vita non adimpleuerit præſtitam fidem conſummato eorũ vitæ curſu poſt mortem talis in quinta tertiaque parte melioratio pro confecta habeatur. 3 *Promiſsio meliorationis implenda.*

¶ Item tit.6. lege lib.5. recopilat. decernitur, quòd ſi pater, vel mater, vel aliquis aſcendentium contractu inter viuos pactus fuerit ſe non adaucturum liberorum ſuorum vel deſcendẽtium quempiam, vel in tertia, & quinta quota aſsis non melioraturum, inſtrumentoque publico ſic ſtipulatus eſt: talem adauctionem ſeu meliorationem perficere nõ valebit, quod ſi perficere tentauerit nullius ſit roboris, vel momenti. 4 *Recopil. Promiſsio non meliorandi ad implenda eſt.*

¶ Inſuper. l. 8. cauetur, quod adauctio hec in tertia & quinta quota aſsis facta per teſtatorem valida ſit: ſuumque ſortiatur effectũ, etiam ſi cauſa præteritionis vel exhæredationis teſtamentum rũpatur, vel annulletur. 5 *Præteritio. heredis nõ annull. melior.*

¶ Inſuper libro quinto titulo octauo. l.3 recopilationis nouæ ſtabilitur, quod cum parentes aliquam donationem fecerint alicui liberorum filius hic intelligatur eſſe adauctus in contento in tertia, & quinta parte aſsis, & legitima: etiam ſi id non dixerint vt ſupradictum meminimus. Neq; valida ſit donatio, ſi vltra hec exceſſerit: nec aliam ſuperaddere meliorationem parentes poſsint. 6 *Quãdo eſt tacita melioratio.*

¶ Vltra hæc lib.5.tit.6.l.2. decernitur, patrẽ aut matrem in auctione ſeu melioratione tertij: quando ſic conſtituerit adaugere liberorum aliquem, vel deſcendentium legitimorum, vel via teſtamenti, vel alicuius vltimæ voluntatis, vel ratione cõtractus inter viuos, poſſe grauamen quodlibet ſiue reſtitutionis, ſiue fideicommiſsi pro libito imponere, in dictaque tertij quota innectere vincula, ſubmiſsiones, ſubſtitutiones, prout libuerit, dum hæc omnia inter ſuos deſcendentes legitimos conficiant. Quibus non ſuppetentibus id conficere valeant inter ſuos deſcendentes illegitimos: qui iure capaces eſſe poſſunt hæreditatis paternæ: quibus non extantibus inter aſcendentes prædicta facere queant, quibus aſcendentibus, ſi etiam caruerint, poſsint prędictas ſubmiſsiones diſ- 7 *Grauamina imponi licet in meliorat.*

ponere



ponere inter conſanguineos ſibi. Qui etiam conſanguinei, ſi nõ ſuperſint: id poſsint efficere inter extraneos, & aliter grauamen, ſeu conditionẽ in prædicto tertio apponere nõ poſsint. Huiuſmodiq; vincula, ſeu ſubmiſsiones, ſiue fiant in tertia parte auctionis, ſiue quinta in perpetuum robur validitatis accipiant, vel ꝓ tẽpore quod teſtator expreſſerit: neque in hoc diſcriminis aliquid fiat de quarta, vel quinta generatione. ¶ Ad hæc in Recopilatione noua libr.4. tit.1.l.12. folio 124. conceditur pacta dotalia, in contractibus dotalibus poſſe cum iuramẽto validari, & hic poſſet tabellionẽ fidei ferre teſtimonium citra pœnam. ¶ Sed quoniam fere omnia reſoluta manent, quæ ad hanc materiã, quæ quotidiana eſt, noſcuntur pertinere, cõſultum hic lectori bene fore puto, ſi reliqua hic adiecero, quæ meritò pro complemento poſſunt deſiderari, ne ea aliunde mendicando lector defeſſus vagetur.

*Recopila.* 8 *Iuram. ad mit. in dote.*

*L. ordi. & Fori.* ¶ Igitur, vt reliqua ſcitu digna ſub breuitate debita perſtringamus, notandũ eſt primo, quod ſecundũ.l.4.tit.4.lib.5. ordina. & l.2, titul.3.lib.3. Fori. fructus bonorum caſtrenſium, durante matrimonio habiti diuidendi ſunt, ac etiam bonorum caſtrenſium redditus, licet bona caſtrenſia non veniant diuidenda, ſed ſuo domino ſunt reſeruata. *Fruct. ex caſtrẽſ. diuiduntur.*

*Quando caſtrẽſ. ſunt cõmunia.* ¶ Secundo perpendendum eſt, ꝙ ſecundum.l.2.tit.4. Fori regalis quando bona caſtrenſia vtriuſq; coniugis expenſis ſunt lucri facta, vtriuſq; cõiugis erunt tanquam lucra communia. ¶ Tertio perpendito lector, ꝙ facto diuortio per mortem ante omnia ex cumulo bonorũ extrahenda eſt dos appretiata ſecundum.l.16.tit.1.parti.4. Bona autem dotalia tempore traditionis non prætaxata pretio, eadem ſunt excipienda ab vxore ſecundum.l.29.& 33.tit.par.5. At quando ſunt plures dotes, ſoluenda eſt primo prima: niſi vltima vxor in ſua dote detulit bona, in quibus præferenda ſit. ¶ Dos autem & arrhæ maiori priuilegio potiuntur, quàm cætera antiquiora debita carentia hypothecis expreſsis. Bona inſuper, quæ lucrata eſt mulier ad cumulum bonorum communiũ pertinent ante partitionẽ, etiam ſi ante partitionem in viduitate acquiſierit ea. *Quomodo dos deducenda. Partita.*

*Partita.* ¶ Deinde ſecundũ.l.21.tit.2.part.3. grex ouiũ allatus ad maritũ ab vxore, ſi non prætaxatus adductus eſt, periculũ illius ſubibit vxor. At fructus eius ad ſubleuanda onera matrimonialia marito cedent: parſq; gregis mortua ex fructibus eiuſdem gregis complenda, vel reficienda vxori venit. ¶ Idem dicendum eſt de mancipijs ſi prætaxata tradantur in dotem marito: quia quoddam genus venditionis præſumitur, eorum periculum penes maritum erit, alias ſi inappretiata ſint tradita periculum illorum vxor ſubibit. ¶ Caſu quoque, quo mancipia dotalia in poteſtatem ſeu poſſeſsionẽ mariti ſine præuia eorum taxatione tranſierunt, quia periculum & commodũ tunc cedit vxori: ſi qui ex ancillis procreati fuerint filij non ad maritum, ſed ad vxorem vt illorum dominam pertinebunt.l.20.titul.2.parti.4. *Gregis dotalis cuius eſt periculum.* *Filij ancillar. cuius ſint.* *Partita.*

¶ Cæterum bona vſu conſumptibilia in dotem allata, ſi conſumantur, ſunt in æquali valore deducenda ex cumulo bonorum.

¶ Præterea ſicut ſupra meminimus ſecundũ l.14.titul.20.libr.3. Fori, mulier obnoxia ſit ad medietatem eorum debitorum ſoluendã, quæ durante matrimonio cõtracta ſunt. Sed ſi debita ante contractum matrimoniũ contracta ſint vnuſquiſq; coniugum ſoluet ſua. *Debita ab coniugib. vnde ſoluenda.*

¶ Lectulus autem quotidianus excipietur ex bonis multiplicatis. Quòd ſi talia nulla ſint bona, ex bonis mariti excipiendus erit pro vxore: quod ſi ipſa poſtea nupſerit lectum tũc reſtitutura eſt. Quod ſi ipſa attulẽrit lectum ex dote, non educetur pro lectulo cõmuni ſecundum.l.6. tit.6.lib.3. Fori. *Lectulus vnde excipie.*

¶ Item pullatæ veſtes coniugis ſuperſtitis ex bonis multiplicatis veniunt deducendæ, ſecundum gloſſatores legis. 30. Taurenſis. ¶ At ſuperadijcimus ſecundum.l.9. titul. quarto, libr. tertio Fori, quòd vita functo aliquo coniugum, fructus pro illo tunc temporis in fundo apparentes inter viuum coniugem & hæredes vita functi coniugis veniunt diſpartiendi. Quòd ſi tales fructus nondum apparuerint, vel pullulauerint: illi coniugi cedent hi fructus, cuius fuerit poſſeſsionis, vel prædij radix ſolutis tamen expenſis. Huius autem legis ſanctio procedit in fructibus vinearum, hortorum, & arborum inde procedentibus. Nam ſi ex agricultura tales fructus ſint demetendi, etiam ſi tempore mortis fructus huiuſmodi non comparuerint, pro medietate ſimul cùm expenſa culturæ erunt diuidendi. *Pullatę veſtes vnde.* *Lex fori. Fruct⁹ quomodo diuidendi,*

¶ Inſuper ſecundum. l. 14. Taurenſem diſponitur vtrumque coniugum cum pertrãſierit ad alias nuptias, poſſe de bonis multiplicatis, ſicut de proprijs bonis diſponere, etiam ſi de lucro non prouenerit: neque tenetur talium bonorum proprietatem, aut vſumfructum filijs reſeruare. *L. Tauri. Bona multiplic. non reſeruãtur hic filijs.*

¶ At verò ſecundum.l.15. Taurenſem verum eſt, quod in omnibus caſibus, in quibus *Quando proprietas*

*reſeruatur filius primi matrimonij.*

mulier ſecundo nubit, & tenetur reſeruare proprietatem filijs prioris matrimonij habitam à primo marito, vel quod titulo hæreditario habuit à filijs primi matrimonij, etiam in eiſdem caſibus tenetur vir.

*Lex fori.* *Nota, diſpoſitiones proquotid. caſibus.* *L.Taur.*

¶Quibus adijcimus, ꝙ ſecundum.l.2.tit. quarto.lib.3.Fori vendita hæreditate durante matrimonio, ſi ex eius pretio ematur alia, vel ſi talis hæreditas cum alia fuerit commutata: fructus erunt communes & hæreditas empta, vel loco commutatæ ſuccedens, erit cuius erat prima. ¶Atque ſecundũ.l.6.Taurenſem, mulier, ſi renuntiauerit lucro nõ tenebitur ad debita. ¶Adde quòd ſecundum.l.214.ſtyli legatum de quinta parte educendum eſt prius ex cumulo bonorum, quã melioratio tertij. Atque de dicto quinto legata gratioſa, & cera, miſſæque, & ſumptus funeralium deduci iubentur. ¶Præter ea ſecundum.l.23.titul.3.parti.3.hæreditas obtenta à patre ex filijs primi matrimonij reſtituenda venit filijs ex primo matrimonio adhuc ſuperuiuẽtibus. ¶Secundũ etiam l.6.Taurenſem, qui caruerit tam liberis, quã etiam aſcendentibus legitimis tres quartas poterit legare, ſed de bonis caſtrenſibus poterit diſponere pro animi ſui ſententia.

*L.Taur. Commiſſarius ad teſta. an poſ. reuoc.*

¶Denique commiſſarius ſecundum.l.34. & 35.Taurenſem non poteſt reuocare teſtamentum antea factum à defuncto nec quicquam teſtamento à ſe iam confecto ſuper addere: etiam ſi facultatem mutandi, vel addendi ſibi reſeruauit: teneturque talis commiſſarius ſi ſit in loco, quo ſibi commiſſio fuit facta, intra menſes quatuor tale teſtamentum conficere. Si verò abſens fuerit ſex menſium ad id conficiendum prorogatio ſibi conceditur. Si verò contigerit eum extra regnum verſari, tantum intra annum conficiendi lex præbet facultatem ſecundum.l.5.titul.2.parti.

*Partita.* *Quæſtio. An ſatſint ſigna ꝑ teſtam. condendo.* *Nota.*

¶Vtrum ſufficiant ſigna pro verbis pro validitate teſtamenti condendi inter loquela carentes dubitatur, non deſunt qui ſufficere autument. Sed id cauſidicis diſputandum relinquo. Quanuis Iulius Clarus ait in materia de teſtamentis, quòd ſi teſtator interrogatus ab alio, articulatè loqui non poſſit non valet, quia requiritur, quod nõ adeò oppreſſus ſit morte, quòd articulatè loqui non poſſit: ſed habeat adhuc bonũ ſenſum, & bonam memoriam, vt omnes doctores allegant. ¶Perpende quoque ſecundum.l.8. & 13.& 2.titul.9.partitæ.6. per reſtitutionem in integrum vſque ad 28. annum, qui cum minor eſſet 25. annis renuntiauit hæreditati, poterit eam recuperare.

*Partita. Pupilli mitt. in poſſeſ.*

¶Vlterius ſecundum, l.6. titul.22. partitæ 3. pupillus, id eſt, tutor vice eius, mulier quoque in vtero habens ex marito ſuo, dum bonorum poſſeſſionem in iudicio poſtulant, pro pupillo etiam non probata plene filiatione, vel matrimonio, in poſſeſſionem bonorum manumittendi ſunt illico. Cumq; talis pupillus annos diſcretionis legitimos, id eſt, 14. fuerit adeptus, poſſunt exceptiones contra eius legitimitatem, & matrimonium, & filiationem matriſque impręgnationem obijci. ¶Adhæc ſecundum.l.14. Taurenſem abſque licentia viri vxor hæreditati alicui ſibi obuenienti renuntiare non valet: licet poſſit eam acceptare cum beneficio inuentarij, & non aliter. ¶Deinde ſecundum.l.7.titulo 13.parti.6. ſancitur, quod ſi maritus diues reliquerit vxorem pauperẽ, ipſa quartam partem bonorum mariti hæreditet, ſiue filij manſerint, ſiue non, quando ipſa aliter pro qualitate perſonæ vitam tranſigere non poſſit.

*Vxori pauperi quantum relinquen.*

*Arrhæ quantæ.*

¶Arrhæ demum ſecundum.l.1. titulo.2. libr. tertio Fori decimam partem bonorum mariti, quando ipſe eas dederit, vel ipſa petierit non excedent. ¶Cauetur inſuper in Recopilatione noua.l.1.libr. quinto. titulo 2. nullum regnorum Hiſpaniæ incolã, dum ſponſalia contrahit, vel ducit vxorem, ſuæ ſponſæ vel coniugi in indumẽtis, iocalibus, vel alijs rebus poſſe dare vltra valorem octauæ partis dotis, quam ipſa attulit, virque recepit. Annullantur autem contractus, pacta, vel promiſſiones in fraudem huius legis initæ, & decernuntur nullius eſſe valoris, & effectus. Sed de his ſatis.

*Quantum dandum vxori in indumẽt.*

# CAP. CLXXVII.

## *De donationibus & promiſſionibus, quæ materia proficua eſt etiam iuriſtis.*

QVoniam de donationibus inter virum & vxorem, & inter patrem & filium iam peregimus: de donationibus & promiſſionibus, quia forte nullus nos aptior locus manebit, vel ne ad eandem materiam pertinentia ſegregemus, materiam, vt abſoluamus hic operępretiũ erit. ¶Igitur, vt à diffinitione donationis exordiamur: Donatio propriè eſt, cum quis ea mente dat, vt ſtatim accipientis fiat: neque vllo caſu ad ſe reuerti velit: quia ſolum propriè ſpectat ad liberalitatem.

¶Sed



*Quæſtio. An donatio excedẽs ſine inſinuatione valeat.*

¶Sed iam primum emergit dubium, vtrũ donatio vltra quantitatem à lege ſtatutam, & conceſſam donari, valida ſit necne? Et quo expeditius ab hac quæſtione nos extricemus dicimus: aliter nobis eſſe loquẽdum in foro conſcientiæ, aliter vero in exteriori foro. Nam ſi in foro conſcientiæ loquamur, dũ parentes inofficioſè non donent, & dum alij non donant vltra præſcriptum per leges, ſi de proprijs donent, valida erit donatio: atque donatarius recipiens id donatum liber manet à reſtitutione, propter regulam generalem communiter acceptam, ſcilicet, quia nihil eſt tam naturale, quàm vt dominia in alios ex voluntate domini transferantur. Præſertim quando huiuſmodi tranſlatio dominij per legem in foro conſcientiæ non præpeditur, & leges ſolùm prohibent formam contractus in foro exteriori, & non in foro animæ: vt conſtat ex conſuetudine, quæ eſt optima legum interpres.

*Regul. general.*

*Corollar. Ioſephus.* *Quid ſit inſinuatio.* *C. de dona* *Nota, pro mater. iurid.*

¶Vnde ex iſta ſententia, cui accedit Frater Ioſephus in ſuis floribus in materia de reſtitutione, ſequitur, donationem excedentem ſummam quingẽtorum aureorum, quã iura prohibent, ſine inſinuatione fieri poſſe, id eſt, ſecundum Syluestrum ſine iudicis cõpetentis authoritate ad ſic donandum præſtita.l. ſancimus. C. de donationib. validam eſſe in conſcientia, etiam ſi ſine tali inſinuatione, id eſt, ſine præſtatione autoritatis ſuperioris fiat. ¶Imò ſi iuramento firmetur talis donatio excedens, facta ſine inſinuatione, valida erit in foro exteriori ſecũdum Iulium Clarum. Eſtque apud Legiſtas & Canoniſtas canonizata opinio. Intelligiturq; cõfirmari iuramento, ſi tali inſinuationi fuit renuntiatum ſpecialiter: quia ſecundum Legiſtas & Canoniſtas communiter, poteſt illi cum iuramento renuntiari. Et licet ita ſit tenendum, tamen fauor animæ & iuramenti videtur hic militare, vt etiam in foro exteriori valeat, quanuis inſinuationi non renuntiauerit.

*Quæſtio. An donatio ex metu valet? Panormi. Almain.* *Ratio.*

¶Sed iam alia quæſtio in medium producitur ventilanda, ſcilicet, an donatio per quemcunque metum facta in conſcientia ſit nulla. ¶Nam Panormitan. cap. Abbas validam eſſe teſtatur. Almainus verò eam validam eſſe inficiatur. Sed veritas rei eſt, ꝙ donatio per quẽcunq; metũ facta eſt in conſcientia nulla. Quia donatio ſuaptè natura eſt datio gratuita, & libera. At metꝰ ſiue grauis ſit, id eſt, cadẽs in virũ conſtantẽ ſiue modicus, vterq; extenuat libertatẽ: ergo vterq; in cõſciẽtia efficit donationẽ irritam. Eſt tñ ſentẽtia hæc contra Canoniſtas, aſſerẽtes ad annullandã donationẽ requiri metum grauem, id eſt, cadentem in virum conſtantem. Sed tamen huic meæ ſententiæ accedit Frater Ioſephus in ſuis floribus loco ſupra allegato, eamque ſua authoritate fulcit. Nauarrus in ſumma Latina. capitul. decimo ſeptimo. numero quarto. Vbi ex mente Adriani in 4. de reſtitutione. quæſtione. 2. columna quarta. verſicul. ex quibus, docet tranſactionem & donationem in foro cõſcientiæ non valere quoties nõ fiunt animo libero, etiam ſi non intercedat tantus metus, quantum forum exterius ad inualidandum eas requirit, iuxta notata.l. interpoſitas. C. de tranſactionibus. & l. metũ. 1. & 2. ff. quod metus cauſa.

*Ioſephus.* *Nauarrus Adrianus.* *C. de tranſactio.*

*Donatio coacta iurata an valet.*

¶Secundò ad quæſtionem ſuperadijcimus, quòd ſi donans iuramento firmauerit donationem, tunc etiam ſi metu quocunq; adactus id iurauit, aſtrictus manet ad eam donationem adimplendam: niſi forte iuramenti relaxationem petierit. At donatarius in hoc caſu, tenetur talem donationem remittere: vel iam acceptam reſtituere cap. 1. de iureiurando.

*Quæſtio. An donatio mẽtalis valet.*

¶Vlterius iam in dubium in hac materia ſolet reuocari: an donatio facta ſolo voluntatis interiori actu ſit in conſcientia valida. Verbi gratia, ſi Petrus animo ſuo, vel verbo, inſcio Paulo, quidpiam donaret, an ex donatione illa Petrus teneretur antequam Paulus acceptaret. Et videtur teneri: quia cum Deo apud ſe quidpiam quis vouet illico obligatur: pari formiter, ergo videtur ligari qui ſic donauit.

*Reſpond.* *Sotus.* *Ioſephus.* *Ratio.* *Ratio.*

¶Ad quæſtionem exiſtimo dicendũ primò, quòd quando vtriuſque partis conſenſus expreſſus nõ interuenit, donatio eſt nulla. Eſt Soti de iuſtitia & iure, lib. tertio, quæſtione quinta, articulo tertio. Ideoque ait Sotus antequàm donationem alter acceptet poteſt reuocari abſque vlla iuſta cauſa. Secus eſt de voto Deo facto, quia ipſe ſi iuſtum eſt, ſemper acceptat. Eſt fratris Ioſephi in ſuis floribus: eſt etiam Iulij Clari Iuriſtæ in tractatu de donationibus. Et probatur hoc dictum, primò ratione Soti. Quia cum donatio ſit quædam datio: datio vero relationem dicat ad accipientem: non videtur oriri obligatio antequam alter acceptet. Secundò, ratione fratris Ioſephi: quia donatio eſt cõtractus: contractus autem eſt attractio voluntatis vtriuſque partis: ergo vtriuſque partis conſenſus requiritur: vnde ſecundum Iulium Clarum nõ poteſt perfici donatio, niſi interueniente pacto.

*Quæſtio.*

¶Sed nunquid donatio ad pias cauſas facta

*An donatio pia valet abſenti facta.*

cta abſenti, id eſt, eccleſiæ, vel pauperibus, in fauorem piæ cauſæ, valida erit? Reſpondet Iulius Clarus loco citato, quod ſi non ſit aliquis, qui pro tali abſenti, ſcilicet, pro eccleſia, vel pauperibus acceptet, donatio valida non erit. Quod notandum ipſe cenſet, quia de facili quis poſſet reſpondere contrarium, niſi aduerteret.

*Quæſtio. De donatio abſenti. Sotus.*

¶Sed quid, ſi ſolenniter coram teſtibus donatio fiat abſenti. Cum huius quæſtionis meminerit Sotus loco citato, reſpondet in hoc ſtandum eſſe iuri ciuili. Quare dicendũ eſt ad quæſtionem cum Iulio Claro iuris ciuilis ſtudioſiſsimo, quod donatio facta abſenti valida nequaquam eſt: niſi nuntius epiſtolave interuenerit, quia perfici non poteſt ſine pacto: ac per conſequens, nec ſine conſenſu donantis, vel donatarij interueniente. ¶Requiritur autem talis nuntius ſpecialiter à donante ſit deſtinatus. Non enim ſatis eſſet: ſi per motum proprium alius eam donationem ad aures donatarij, eiuſque notitiam deferret.

¶Vnde non ſatis eſt, ſi donatarius apprehenderit poſſeſsionem rei donatę ſibi in abſentia, niſi rurſus repetimus, ad id ſpecialiter nuntius, vel epiſtola mittatur à donãte. ¶Sed quid ſi donatio fiat abſenti notario ſtipulante pro ipſo abſente, an valida erit. Reſpondetur, quod valida ſanè tunc erit ſecundum Iulium Clarum: & quæritur actio donatario ſine ceſsione. Poteſt enim donatarius alteri ſtipulari pro altero. Et in hoc caſu, vbi pro donatario abſente ſtipulatur notarius: valida erit donatio ante acceptationem illius factam à donatario: & ſecundum opinionem magis communem non poterit reuocari. Ita Iulius Clarus, ſequendo ius cõmune ciuile ait. Ita frater Ioſephus in ſuis floribus ait: quod nulla erit donatio per ſcripturam, & coram teſtibus abſenti facta, ſi antequã donatarius acceptet, reuocetur: quia deficit voluntas vtriuſq; partis requiſita ad donationẽ. ¶Sed quicquid ſit de iure ciuili cõi arbitror ſecundũ legem peculiarẽ Hiſpaniæ regis Illephonſi inter Hiſpanos ſententiam Soti in de iuſtitia & iure libr. 3. quæſt. 5. artic. 3. magis fore auſcultandam. Vbi ait, quòd ſi donatio ſolenniter coram teſtibus fiat abſenti, abſque donatarij conſenſu, vel abſque legitima cauſa iura reuocationẽ non ſinere. Quòd ſi ita eſt neque in conſcientia reuocari permittitur. Ita Sotus. Quæ quidem ſententia procedit ſtando non in iure communi, ſed ſtando in l. ſecunda. Recopilationis nouæ libr. 5. titul. 16. domini regis Al **A** phonſi Secundi Compluti edita. Vbi ſic decernitur, cum apparuerit quempiam alteri obligare ſe voluiſſe per promiſsionem, contractumve aliquem, ipſum quippe teneri explere id, ad quod ſic ſe aſtringit per obligationem talem: neque excipere poſſe de ſtipulatione non facta, hoc eſt, de promiſſione certa ſolennitate iuris non præmiſſa, neque excipere poſſe contractum talem vel obligationem inter abſentes interceſsiſſe, neque ante tabellionẽ publicum interueniſſe, vel talem obligationem, vel cõtractum, vel promiſsionem alteri perſonæ priuatæ nomine abſentium fuiſſe factam, vel quòd ſe **B** aſtrinxerit alicui ſe exhibiturum alteri aliquid, vel aliquam rem geſturum: adhuc huiuſmodi obligationem, & contractum, quauis forma cognitum ſit vnum alteri ſe voluiſſe obligare, valere ſancitur.

*Notarius ſtipulatur pro abſente donatario.* *Ioſephus.* *Quæſtio. Sententia autoris. Sotus.* *Recopil.*

*Illatio ex l. Alphõſ.*

¶Vnde conſiderato effectu, & ſubſtantia verborum, vt innuit, imo apertè ait Iulius Clarus loco allegato, cum nihil aliud ſit promiſsio donandi, quàm donatio, & donatio cum plus perfectionis habeat, quam promiſsio: ſequitur, quòd facta ſolenniter corã teſtibus ſit obligatoria, etiam ſi fiat abſenti. Quia prædicta lex Hiſpaniæ, quæ de iure communi ſunt exceptiones omnes pro do**C**nantibus, contra donatarios abſentes tempore contractus donationis, tollit. Vnde cũ in dubio ſemper inclinãdum nobis ſit in ſententiam, per quam actus efficax reddatur, ſequitur, quod quanuis ſententia hæc Soti eſſet dubia, quæ profecto talis non eſt inter Hiſpanos: quia ei ſuffragatur prædicta Hiſpanica lex: quia fauet validitati donationis huius abſenti ſolenniter coram teſtibus factæ: magis auſcultanda eſt.

*Ratio.*

*Quæſtio. An donatio factate centi valeat.*

¶Sed quid videtur dicendum, ſi donatio facta fuerit præſenti donatario tacenti, an valida erit. Dico ergo primo, quod præſens donatarius, ſi taceat dum ſibi fieri donatio**D**nem videt: adhuc donationem validam eſſe, videtur dicendum, ſi regulã iuris hic auſcultemus in 6. regul. 43. qui tacet conſentire videtur. Quæ regula ſecundum interpretes, & gloſſam maximum locum habet in fauorabilibus: inter quæ computatur donatio. Erit igitur valida donatio facta præſenti, & tacẽti. Ita Iulius Clarus, materia de donatiõibus, cõtra fratrẽ Ioſephũ de vot. Quãuis crediderim, quod, ſicut ait Sotus in 4. ſententiarũ, Tomo 1. diſt, 27. quæſt. 2. artic. 1. circa primam concluſionem, pars, cui promiſſa ſunt ſponſalia, vt illa acceptet, ſi nihil in pręſenti ſpondeat: ſed tempus deliberandi accipiat: diuque

*De regul. iuris.* *Ioſephus. Sotus.*



**A** diuque deliberationem prolatet, cenſetur alterius promiſsionem contemnere: ſic & in hoc caſu, ſi donatarius, qui tacuit cum donatio facta fuit ſibi præſenti, deliberationem acceptandi eam expreſsè, vel eam poſtulandi prolatet, iam eam cenſetur contemnere.

# CAP. CLXXVIII.

*De donationibus ſub conditione, vel modo validis, vel reuocabilibus, vel non reuocabilibus.*

*Quæſtio. An donatio cõditional. valet. Conclu. 1.*

PORRÒ, quoniam materiam de donationibus aggreſsi ſumus illucidare, de donationis ſub conditione emiſſæ validitate non eſt hic nobis prætereunda diſputatio. Quæritur ergo, an talis donatio ſub conditione robur valoris obtineat. Igitur ꝓ apertione difficultatis, ſtatuamus has propoſitiones. Quarũ prima ſit: Secundum ius ciuile conditio impoſsibilis, vel turpis de futuro, vel matrimonij impeditiua, ſcilicet, lego Mariæ mille, ſi non nupſerit, vel maioris boni impeditiua, ſcilicet, ſi religionem non ingrediatur donationem præſentem in teſtamento factam, quoad forum **C** exterius non inualidat. Patet cõcluſio: quia huiuſmodi conditiones in iure pro non appoſitis habentur. Vide in. l. 1. & ſequentib. ff. de condit. & demonſtrationib. Quare ex hac concluſione colligitur, quòd in foro exteriori donatio facta ſub conditione aliqua ex prædictis quatuor per teſtamentum relicta, etiam non exiſtente conditione, valet, vt diffinitur cap. fina. & cap. verum. de conditionibus appoſitis.

*Ratio.* *ff. de cõdit.* *De condi.*

*Conclu. 2.*

¶Secunda concluſio: Si loquamur in foro conſcientiæ, donatio facta ſub vna conditione ex prædictis præmiſsis quatuor impoſsibilibus, vel turpibus, vel matrimonij, vel maioris boni, id eſt, religionis impeditiuis, non **D** exiſtente cõditione in conſcientia nõ valet: qñ colligitur volũtatem teſtatoris fuiſſe: vt cõditio adimpleretur, & non aliter voluiſſe donare. Hæc concluſio eſt fratris Ioſephi in ſuis floribus, cui accedunt, in foro conſcientiæ loquendo, Caietanus & Nauarrus. Et patet: quia in conſcientia, deficiente conditione deficit donantis voluntas: qua voluntate deficiente non transfertur dominiũ. Item claret, quia prædictæ leges de cõditionibus turpibus, aut impoſsibilibus habendis fundantur in præſumptione, ſcilicet, quod ſic teſtator ſe voluit iuri, & rationi conformare. At in foro conſcientiæ ſecundum Nauar. ceſſat præſumptio cum de voluntate donatoris in teſtamento conſtat in contrarium. Concluſio hæc intelligitur, niſi donator ſignificauit, aut voluit ſuam donationẽ ſecundum ius ciuile fore interpretandam. Sicut, ſi donator eſſet iuris ciuilis conſcius: etiam ſi ſub vna illarum quatuor conditionũ donaſſet, etiã non exiſtente conditione, ſecũdum Fratrem Ioſephũ, legatum eſſet validũ: quia viſus eſt, inquit ſecundũ iuris formã donare. Sed for ſitan talis cum iuris oppoſiti cõſcius ſit, & nihilominus ſub aliqua illarum quatuor conditionũ, vult donare, & non aliter, **B** præſumendũ eſt in cõſcientia ſecundum iuris formam noluiſſe donare: ſed ſuam tantũ peculiarem voluntatem voluiſſe ſeruari.

*Ioſephus.* *Caiet. Nauar.* *Ratio.* *Sententia autoris.*

*Conclu. 3.*

¶Igitur ꝓ ampliori explanatione ſit tertia cõcluſio: Quando vltima voluntas teſtatoris ignoratur, neq; ſatis ex verbis eius in teſtamento colligitur: donatio ſecundũ iura interpretanda eſt. Hæc eſt Bart. in. l. mulier. ff. ad Trebell. §. cum proponeretur, quia ſic voluiſſe iuri ſe conformare in dubio præſumendum eſt. Alias vltima voluntas teſtatoris dum de ea conſtat pro lege ſeruanda eſt. c. vlti. 13. q. 2. vide Syluest. legatum. 1. §. 5. Et hæc videtur bona deciſio. Et quia cum de **C** vltima voluntate teſtatoris cõſtat pro lege ſeruanda eſt. Idcircò ſecundũ Fratrem Ioſephũ iudex in foro exteriori iniquè iudicabit, ſi contra donantẽ ſub vna conditione ex ſupradictis quatuor ea non impleta ſententiam tulerit: quando teſtator inſinuauit ſe nolle valere donationẽ neq; ſortiri effectũ, niſi cõditione impleta. Et ratio eſt in promptu, ſcilicet, quia ceſſat iam præſumptio legis, cũ volũtas teſtatoris habetur comperta.

*Bartol.* *13. q. 2. Syluest.* *Ioſephus.* *Ratio.*

*Quæſtio. An donatio cauſal. valet.*

¶Proditur & alia hic quæſtio, an donatio cauſalis valida ſit etiã cauſa nõ ſubſequuta. Et ideo ambigitur, an donatio modalis valoris robur habeat modo nõ expleto. Et pri**D**mo prætermittamus oportet differentiã inter cõditionẽ modũ, cauſam, & demõſtrationẽ, quã ſoliti ſunt aſsignare iuriſtæ. Dicitur ergo ſecũdũ Syluest. verb. cõditio Cõditio ꝓpriè eſt vt tradit Bart. in. l. 1. col. 1. ff. de cõdit. & demõſt. quidã futurus euentus in quẽ diſpoſitio ſuſpẽditur. Et dicitur euentus futurus: quia de præterito, vel de præſenti nõ dicitur conditio propriè: quia nõ ſuſpendit. l. cũ ad præſens cũ duabus ſequentibus. ff. ſi certum petatur. Vnde propriè eſt conditio, quãdo ſuſpẽdit in futurũ euẽtũ, ſiue incertitudo ſit reſpectu rei, ſiue reſpectu diei: licet aliquę gloſſę dubitauerint de die mortis. Ita tenet

*Differentia inter hæc.* *Quid eſt cõditio.* *ff. ſi certũ.*

*Gloſſa.*

tenet gloſſa in. l. in omnibus. ff. de regulis iuris. Textus eſt in l. quodcunque. §. primo. de verborum obligationib.

*Quæſtio. De conditional. dictionibus.*

¶ Deinde conſequenter inquiritur æquiualentes, ly, ſi, & conditionem importantes, quæ nam ſint dictiones. Dico, verbi cauſa, quòd eſt ly, cum, verbi gratia, lego cum Titius fuerit conſul, & ly, niſi: vt vendo tibi librum aureo; niſi alius intra menſem conditionem fecerit meliorem: & ly, alioquin, & ly, aliàs, vt ſcribes mihi librū intra menſem, alioquin, vel alias decem nomine pœnæ dabis, & ly, ſiue, vt promitto decem, ſi nauis ex Aſia venerit, ſiue Titius fuerit conſul, & ly, aut, alternatiuū, vt relinquo prædia propinquis, aut liberis. l. cum pater. §. pen. ff. de legat. 2. Quia ſenſus eſt, ſi non ſunt propinqui, venient liberi, & ly, quandiu, vt lego quandiu geſſeris negotia hæredis mei, & ly quoad donec, quouſque, quia, idem ſignificant, & ly, dum, vt lego vxori, dum erit cum filio meo & ly, quando, ly, quandocunque, aut vbi nupſerit & idem de alijs innumeris.

*Quæſtio. Quid eſt modus.*

¶ Sed iam quid eſt modus, indagandū venit, quem importat, ly, vt. ¶ Eſt ergo modus, vt patet ex legibus loquentibus de illo, omnis qualitas adiecta diſpoſitioni. l. obligationem. §. modus. ff. de actionib. & obligatio. Sed hoc eſt generaliter accipiendo modum. Sed ſi de modo ſpecialiter loquamur, modus eſt moderamen diſpoſitionis per oneris appoſitionem tanquàm cauſæ finalis, vt promitto, & lego tibi, vt facias illud. Ideò modus non ſuſpendit, vt cōditio, ſed clarificat. Vnde promiſſum ſub modo poteſt peti de præſenti, exhibita cautione de modo ſeruādo. l. qui hæredi, iuncta l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de condit. & demonſt. & quod not. in cap. verum de condit. appoſit.

*ff. de actio.* *Modus nō ſuſpend.*

*Quæſtio. Qualis ſignificatur modus.*

¶ Iam inueſtigemus opus erit, quibus dictionibus ſignatur modus, ſeu quæ dictiones ſint æquiualentes ly, vt. Et dico, quòd eſt ly dummodo, quia eandem habet ſignificationem. ff. de contrahen. emptio. l. cum ab eo. & ly ne, quia æquiualet huic, vt non, & ly, ad vt lego ad ædificandum monumentū, & ly pro, & ly in, vt lego decem in monumēto faciēdo, ſi dicat lego vxori in tempus liberorum ly in, hic facit conditionem, & ly, nomine, vt lego decem nomine dotis puellarū in genere, quia ſemper ſunt tales egentes dote puellæ: ſed ſi relinquere in nomine dotis, vel redemptionis certæ perſonæ, tunc faceret conditionē. Idem eſt de omni parte orationis quæ ad hoc ſignificatum adaptari poteſt ex ſe, vel ex ſubiecta materia.

*ff. de cōtrahen. empt.*

*Quæſtio. Quid ſit demonſtr.*

A ¶ Sed & de demonſtratione eſt inquirendum: quænam ſit, & an inualidet contractū, vbi apponitur. Igitur demonſtratio eſt certificatio rei ex aliquo præterito, vel præſenti accidente, vel qualitate rei: quæ geritur, vel eſt verbū, vel factum: quo aliquid oſtenditur. Vnde vice proprij nominis fungitur demonſtratio, vt teſtator dicit, lego vxori meæ veſtem, quæ cauſa eius parata eſt. Illa verbā, quæ cauſa, ſunt demonſtratiua.

*Demōſtratio falſa inualidat. ff. de aur.*

¶ Demonſtratio autem falſa inualidat actum, vt ſi dicat teſtator, lego vxori veſtem, B quæ cauſa eius parata eſt, ſi nihil paratū ſit, legatum non valet. l. Quintus Mutius. ff. de auro & arg. Secus ſi dixiſſet, lego veſtē meā purpuream, quæ cauſa eius parata eſt: quia licet falſa ſit demonſtratio iſta, ſcilicet, quæ cauſa tamen apparet de re legata, per verba præcedētia, cum verè talem habeat veſtem, vt in. d. l, Quintus Mutius. Vnde eſt regula generalis, quod falſa demonſtratio nō inualidat legatum, neque impedit, vbi cōſtat de re, & volūtate teſtatoris. l. ſi ſit. ff. de legat. 1.

*Regul. general.*

*Quæſtio. De donatione cauſa. an valet.*

¶ His expeditis iam ad quæſtionē operæ pretiū eſt facere ſatis. Et primo quando quæ C rebatur, an donatio cauſalis valida ſit, vt verbi gratia; ſi donans dixerit, dono tibi hanc rem, quia rectè negotia mea geſsiſti: quid ſi non ſit ita, eo ꝙ eius negotia non geſſerit?

*Reſpond. Propoſitio.*

¶ Reſpondetur per hanc propoſitionem: ſi donatio inter viuos ſub hac forma facta eſt, dono tibi decem, quia geſsiſti negotia mea: quando hæc cauſa deeſt, eo ꝙ negotia hæc nullatenus geſsit: intentio tunc donantis cōſulenda eſt in dubio: & ſi non obſtante falſitate cauſæ dixerit ſe velle donare: donatio erit valida. Quod ſi dixerit nō voluiſſe, niſi ſtante cauſa donare, inualida erit donatio. Hæc concluſio probatur: quia cum donatarius eſt dubius de donationis validitate, in D cōſcientia nequit melius à tali dubio abſolui, quā cōſulendo, & ſciſcitando mentem donantis. Huic cōcluſioni accedit Frater Ioſephus in ſuis floribus. Itaque ſi cauſa, vel modus donātis nō fuerit expreſſus: ſed præſumptus, vel aliqualiter dubius donatarius, vel reddere acceptū, vel donantis intentionē cōſulere tenetur, quia aliàs mala fide retinebit, niſi forſitan donās adeo ſit liberaliſsimus, & ditiſsimus & donatū non adeo ſit excedens, ſed ſolitū ſæpe dari à tali, vt multū probabiliter credendū ſit nō fuiſſe donationē cauſalem, aut modalem, ſed abſolutā, & liberalē.

*Probatur.* *Ioſephus.*

*Quæſtio. An putatus filius poſſit retiner. legat.*

¶ Sed adhuc magis vrgemus quæſtionē, cuius meminit Sotus de iuſti. & iure. libr. 4. q. 7. art. 2. Vtrū, ſi quis mihi leget centū credens me eſſe ſuum filium, ſua tamen leuitate deceptus, vel ab alio citra meam culpam, an poſsim ego illa iure optimo poſsidere. Neq; ibi ſatis conſtat quid Sotus tenuerit, cum affirmatiuam partem huius quęſtionis ibi adduxerit pro antecedenti cuiuſdam argumenti. Tantū dicit argumentum non ſatis vrgere, quia ponit differentiam inter antecedens, & concluſionem cum argutum ſit à ſimili dicens non eſſe ſimile. ¶ Igitur pro reſolutione quæſtionis dico, quòd ſtando in iure ciuili communi poſt mortem ſic legantis, ſi dixerit in teſtamento prius ſic, Titium filium meum hæredem inſtituo in caſu, ſcilicet, quo non eſt ipſius teſtantis filius inualidum eſt legatum. Hæc ſentētia eſt Syluestri, verbo, conditio. quæſt. 6. Quia cum demonſtratio ſit falſa, licet conſtet de perſona, tamen quia voluntas teſtatoris fuit inſtituere filium, & conſequenter Titium non filium inſtituere noluit, ex conſequenti etiā in conſcientia non valet in. l. ſi pater. C. de hæredis inſtitutione.

*Reſolu. 9.* *Sylueſt.* *C. de hære.*

*Quæſtio. De falſa demonſtr.*

¶ Sed quæritur, quia diximus de falſa demonſtratione, an falſa demonſtratio vitiet legatum. Iam ad hoc reſpondimus ſupra ex mente Syluestri, verbo, conditio. quæſt. 6. & nunc reſpondemus denuo ex mente quoque eius verbo, legatum. 1. quæſt. 12. quòd falſa demonſtratio tunc non officit, quando conſtat de re, & voluntate: vt cum dico, lego tibi ſeruum emptum à Titio, cum ſit emptus ab alio, modo conſtet de ſeruo. inſti. §. huic proxima.

*Quæſtio. An falſa cauſa vitiat legatum.*

¶ Sed intricatius eſt dubium, an falſa cauſa ſimiliter vitiet legatum. Vt verbi gratia, ſi quis dixerit, lego Petro centum, quia mihi tale ſeruitium fecit, cum tamen non fecerit. At quidem ſi reſpondeamus ad quæſtionem in foro exteriori, & de iure communi planum eſt, ſecundum Syluestrum verb. legatum. 1. quæſt. 12. ſi cauſa ſumatur, vt cauſa, vt in exemplo poſito, etiam ſi ſit falſa nō vitiat legatum, ita inſtit. eod. titul. §. longè.

*Syluest.*

*Quid de iure Hiſpanico.* *Partit.*

¶ Dico ad quæſtionem vlterius, quòd ſtando in legibus Hiſpaniæ, forte talis falſa cauſa in caſu quæſtionis vitiabit in foro exteriori legatum. ita. l. 21. tit. 9. parti. 6. quia l. 3. titu. 14. 3. parti. vt colligitur ex reportorio Hugonis de Celſo verbo, legatum. verſi. 16. cauetur, quod ſi cauſa, quam appoſuerit teſtator in legato non fuerit vera legatario non debebitur legatū, niſi ꝓbauerit cauſam.

*Sententia autoris.*

¶ Igitur in hoc quatenus attinet foro exteriori ſtabitur eius conſuetudini. Sed quantum attinet ad conſcientiam in caſu quæſtionis, vbi quis dixerit, lego Petro decem eo quod fecerit negotia mea, caſu quo talia negotia non geſſerit Petrus, ſaluo meliori iudicio arbitror diſtinguendum. Nam ſi negotium, cuius meminit, ꝙ geſsiſſet Petrus, potuit leganti eſſe occultum, tunc quia per fidem, curamq; ſolicitam, quam potuit concipere de Petro, aut per alicuius falſam ſuggeſtionem potuit credere, & decipi credendo, Petrum tale negotiū geſsiſſe, cum nō geſſerit, tenebitur Petrus legatum nō adire: quia in hoc caſu cum præſumatur legans ex errore legaſſe, conſenſus abſolutus donandi defuit: quare legatum in conſcientia non tenebit. B At ſi illud negotium talis naturæ erat, vt legatorem non potuit latere: quia verbi gratia, in perſona eius complendum erat, verbi gratia, quia ex mandato legantis, debita Petrus recuperaturus erat & ſciuit legator, nec mādatum tradidiſſe Petro, nec Petrum eius debita recuperaſſe, quia poſtea ab hæredibus recuperata ſunt: tunc ſi quid legauit Petro, quod non ſit tanti valoris & penſi, cum alioquin teſtator diues ſit, & ſolitus eſſet, eſſe cū legatario liberalis: probabiliter præſumi poteſt in conſcientia (cum in iſto caſu cauſam illam non perſtitiſſe legator non potuerit ignoraſſe) liberaliter illa legaſſe ratione C beneuolentiæ, ſubque illa ſimulata cauſa voluiſſe prætegere ſuam liberalitatem. At tutius eſt in conſcientia hic ſequi ius.

*De legato inofficioſo ſub colore debiti.*

¶ Addo demum, ꝙ ſi talis legator inofficioſe legaret vltra id, quod ſibi permittitur per legem, ſcilicet, quia non caret liberis legitimis, & parentibus: & ideò ad iſtud legatum inofficioſum, & excedens in foro exteriori iuſtificandum falſas cauſas prætexeret dicens, lego Petro duo millia aureorū in recompenſationem tot debitorū, quibus illi ſum aſtrictus: iſtum exceſſum ſoluere non tenetur hæres, antequam iſtam cauſam verā eſſe probetur. Ita. l. 3. tit. 14. parti. 3.

*Parti.*

*Quæſtio. Legatum pro faciendo iam factū an valet.*

D ¶ Sed pergimus adhuc perquirere, vtrum valeat legatum ſub conditione, quòd fiat aliquid, quod iam factum erat: vt verbi gratia, quod fiat altare in tali loco, & hoc iam legatarius fecerat. Ne immoremur in re conſtanti, ad hoc dico cum Syluestro, legatum. 1. q. 11. quòd non valet, ſed efficitur caducum per legem, conditionem. ff. de conditioni. & demōſtrationib. Et hoc videtur ibi tenuiſſe Bart. & videtur eſſe ibi textus in fine.

*Syluest.* *ff. de cōdi.* *Bartol.*

*Impoſsibilitas cauſæ poſita à legante nō vitiat.*

¶ Inſuper qui legauit eccleſiæ centum, ſi ibi ſepeliretur, ſed quia in mortali peccato notorio obijt, ibi non ſepelitur: nihilominus ſoluetur legatū, quia impoſsibilitas ex parte

parte legantis nonvitiat, ſecundum Sylue-
*Sylueſt.* ſtrum verb. legatum. 1. queſt. 10. l. obtinuit.
*ff. de con-* ff. de conditionib. & demonſtrationib.
*ditio.* ¶ Aduertito vltimo, quod ſi cõditio mix-
*Conditio* ta, id eſt, partim dependens à poteſtate ho-
*mixta ſi* minum, & partim ex euentu ſit, quæ appo-
*nõ implea* nitur inſtitutioni legatarij, aut hæredis: inſti
*tur quid* tutus ſub tali conditione, ſi ſit ex deſcenden
*tunc.* tibus adibit hæreditatem, etiam conditione
non impleta, & idem de legato. Cæterum, ſi
fuerit extraneus, adimplenda eſt prius con-
ditio. Sed in hoc caſu in fauorem libertatis
etiam ſi prædicta conditio non impleatur
*Partita.* legatum valebit. l. 31. tit. 9. parti. 6.
*Quæſtio.* ¶ Tandem, etſi non omnia ſint perſcrutan
*Donatio* da, ſed aliqua reſeruanda Iuriſtis: tamen hoc
*modal. an* hic non ab re perſcrutandum venit, vtrũ do
*ſit reuoca-* natio conditionalis, vel modalis, id eſt, facta
*bil.* ſub modo, vel ob cauſam reuocari poſsit.
*Dictũ. 1.* ¶ Pro quæſtionis illuſtratione ſit primum
dictum. De donatione conditionali dico, ꝙ
reuocari non poteſt conditione pendente,
quia ex futuro euentu pendet, & facit. l. po-
*ff. qui po-* tior. §. videamus. ff. qui pot. in pignor. hab.
*tior.* Neque etiam conditionalis donatio reuoca
ri poteſt iam purificata conditione, quia eſt
vera, & mera donatio. Quod intellige, ſi nõ
interceſſerit ingratitudo, vel alia cauſa ſuffi
ciens ad reuocandum. Et propriè conditio-
ne deficiente, licet non ſit valida donatio, nõ
dicitur reuocari: quia quòd non eſt, reuoca-
ri non poteſt: quia perinde eſt, ac ſi non
fuiſſet, de ſponſalibus impuberum. ad diſſol
uendum.
*Dictũ. 2.* ¶ Secundo dico, loquendo de modali do-
natione cum doctoribus in capit. verum. de
*De condi.* conditio. appoſit. quòd ſi modus non ſerua
tur diſtinguẽdum eſt. Quia, aut modus fuit
principalis, ſeu finalis cauſa contractus: &
*Bartol.* tunc reuocari poteſt ſecundum Bartolum
in lege ſecunda. §. final. ff. de donatio. & fa-
cit lex cum lege. C. de pactis. inter empto-
rem & venditorem. vbi reuocatur contra-
ctus nominatus non impleto modo, quan-
do fuit principalis cauſa contrahendi. Et ſic
*C. de reſc.* intellige legem ea conditione. C. de reſcin-
*vendit.* denda venditio. Si autem modus appoſitus
donationi non fuit cauſa finalis donationis,
tunc non reuocatur donatio ceſſante mo-
*ff. de manu* do. Facit lex Næuius. ff. de manumiſ. teſta-
*miſſ.* men. vbi non reuocatur libertas legata ſer-
uis ſub hac conditione, vt alternis vicibus ac
cenderent luminaria ſuper legatoris ſepul-
chrum, quanuis non impleatur modus, quia
textus non conſiderauit modum, vt cauſam
finalem datæ libertatis, ſed vt cauſam im-

A pulſiuam. Et ſi ſumus in dubio, & donatio
eſt in piam cauſam, fauore piæ cauſæ videbi
tur contemplata pia cauſa pro cauſa finali.
Ita Bart. in. l. ea conditione. C. de reſcinden. *Bartol.*
vendit. & in. l. ſi pecun. in princ. ff. de condi-
tionibus ob cauſas. Alias non.
¶ Iam tandem ipſa ratio expoſtulat, aga-
mus & de donatione modali facta eccleſiæ, *Quæſtio.*
ſi modus non ſeruetur: an reuocari poſsit, & *De donat.*
qua authoritate. ¶ Dico ergo, vt ex ſupradi *eccleſ.*
ctis elicitur, talis donatio reuocari non po-
teſt, niſi expreſſum fuerit ꝙ reuocari poſsit
ceſſante modo. de condit. appoſit. c. verum. *De condi.*
Cuius ratio potiſsima eſt; quia ſic donatum *Ratio.*
B eccleſiæ, videtur pro ſalute animæ principa
liter donatum, extra, de teſtament. cap. re- *De teſta-*
quiſiſti. & facit gloſſ. in. l. ſi quis Titio. ff de *ment.*
legat. Vnde modus appoſitus non videtur *Gloſſa.*
cauſa finalis, ſed impulſiua, qua ceſſante nõ
ceſſat effectus: niſi ſit expreſsè actum. At
quia modus eſt conditio impropria, ideò
quandoque dicunt doctores idem de modo
& de donatione facta eccleſiæ ſub conditio-
ne, ſcilicet, impropria, non autem ſub condi
tione propria: quia ea donationẽ ſuſpendit,
& ea nõ impleta nõ valet per dictũ. c. verũ.
¶ Et quando expreſsè dictum eſt à parte, *Nota, de*
ꝙ donatio modalis poſsit reuocari: ſi tamen *reuocatio-*
C prælatus ſit ſolus, qui modum non ſeruat, *ne.*
non reuocabitur. Secus eſt, ſi donatio ſit con
ditionalis: quia etiam ſi ſolus prælatus con-
ditionem non ſeruet, donatio nõ tenet: quia
in acquirendis, ſolus prælatus nocere poteſt
eccleſiæ, non in acquiſitis, vt notat gloſſa, &
doctores. 16. quæſt. 6. §. fin. Et verius eſt ad *16. q. 6.*
hanc reuocationem, quando expreſſum eſt,
quod poſsit reuocari, ꝙ requirit ſentẽtiam:
niſi expreſſum fuit, quod propria authori-
tate poſsit reuocare donans non ſeruato mo
do, niſi donata eſſent iam effecta ſacra: vel ni
ſi donatarius eſſet de facto reſiſtẽs, quia præ
ſtaret materiam veniendi ad arma, ꝙ non li-
D cet. Ita Syluеſt. verb. donatio. 1. quæſtione *Syluеſt.*
16. & quæſtione. 15. Sed de his ſatis.

# CAP. CLXXIX.

*De donationibus dubijs, de iudicibus accipiẽ tibus vltra ſtipendia ratione promptioris expeditionis, & de epilogo de acceptis ob turpem cauſam.*

QVoniam inabſolutam, quam cœpi-
mus explicare de donationibus, ma-
teriam, in eius potiſsimis difficul-
tatibus relinquere non oportet, adijcientes
vlterius



vlterius dicimus ex ante prædictis ſequi,
quòd ſi quid ex donatione ob cauſam præ-
ſentem, cauſa non exiſtente, fuerit acceptũ
reſtituendum eſt, quia deficit voluntas dan-
*Coroll.* tis, quæ reſtitutionis eſt radix. ¶ Hinc ſequi-
*De dato* tur, quod puella, quæ accepit munuſcula, vt
*puellæ ſub* alliceretur, vt memini me antea dixiſſe, poſt
*cõd. turpi.* quam non conſenſit turpitudini donantis
ad reſtitutionem ſibi hac cauſa donati tene-
tur, quia cauſa non ſubſequuta, deficit volun
*De dato* tas donantis. ¶ Hinc à quæritante eleemoſy
*pauperi* nam in notabili quantitate per fictionẽ pau
*ficto.* pertatis ex mente Soti, & Nauarri reſtituen
*Sotus.* dam eſſe diximus. Quia cum quis impendit
*Nauar.* notabilem quantitatem ficto pauperi, licet
amor Dei ſit cauſa præcipua, ſed ſubuentio
pauperis eſt etiam cauſa finalis & non ſo-
lum impulſiua.
*Vbi dona* ¶ Præterea magis nos explicantes addi-
*tio eſt du-* mus, quod donatio, ſi fiat vbi cauſa, vel mo-
*bia quid* dus, propter quem donans donat, non fuerit
*agendum.* expreſſus ab ipſo, ſed dubius, vel præſum-
ptus eſt, dum viuit donans, eius animus eſt
conſulendus, vt ſe explicet. Sed ſi talis dona
tio facta fuerit in teſtamento: ſi poſt mor-
tem teſtantis pullulauerit dubium, in eius in
terpretatione diſpoſitioni iuris ſtandum eſt,
niſi aliunde de voluntate teſtatoris conſtite
rit. Quia leges latæ de his conditionibus fun
dantur in præſumptione; quia præſumunt,
quòd ſi teſtator aliud voluiſſet expreſsiſſet.
*Coroll.* Quare licet in foro conſcientiæ in caſu, quo
quis ſub non exiſtente cauſa ſic legauit, lego
centum Petro, quia geſsit mea negotia, cum
ea non geſſerit, illam apparentem modera-
tionem ſim meditatus, quam explicui ſupra:
ſed non immerito, tandem concluſi tutius
eſſe diffinitionem iuris ſequi, quod abſolute
talem donationem ait eſſe inualidam, quia
potior eſt præſumptio iuris, inſtituta. eo tit.
*Partita.* l. longe & lex, 21. titulo. 9. partitæ. 6. quæ
præſumit, quòd, ſi teſtator eam validam eſſe
voluiſſet, expreſsiſſet. Et ita dum non con-
ſtat de voluntate teſtatoris, quæ pro lege ſer
uanda eſt, ſic in vtroque foro ſententia feren
da eſt.
*Datũ pro* ¶ Hinc vt ſupra diffuſe dicta epilogemus
*offic. debi-* dicimus, quòd donatio facta alicui ſub mo-
*to eſt reſti* do, vt faciat quod gratis & ratione iuſtitiæ
*tu.* facere tenebatur, ſicut contingit in iudicibus
ſtipendiatis, eſt reſtituenda; vt cum quis pro
opere gratis debito aliquid accipit, procul-
dubio illud venit reſtituendum. Nam ratio-
nabiliter inuitus, & ad redimendam ſuam ve
xationem creditur talis donans id dediſſe.
*Coroll.* ¶ Quare tam ſuperiores, quam inferiores

A miniſtri iuſtitiæ ſtipendiati accipientes ali- *An officia*
quid vltra ſtipendia pro miniſtratione iuſti *les iuſtitiæ*
tiæ, id reſtituere tenentur: quia ſecundum *teneãt. vl-*
Sotum, & Metinam Salmanticenſem, Victo *tra acce-*
riam & Nauarrum fiunt per leges Hiſpaniæ *ptum reſti*
ad hæc munera accipienda miniſtri iuſtitiæ *tuere.*
incapaces: quia ſub iuramento accipere inter *Sotus.*
dicuntur etiam tabelliones receptoreſque. *Metina.*
Ita in recopilatione noua lib. 3. tit. 9. l. 5. & *Victoria.*
6. vbi tam delegati, quam ordinarij iudices *Nauarr.*
etiam aliqua munera per ſe, vel per alios ac-
cipere prohibentur. Ita Nauarrus in ſumma
ca. 25. num. 12. cõſentit Sotus lib. 1. de iuſti-
tia, & iure. quæſtione. 6. ar. 6. ad tertium mẽ
B brum quarti argumenti. Vbi ait, quòd quia
rex de ſuo ærario illis ſtipendia ſoluit, hac
conditione poteſt rex iudices eligere, vt in
conſcientia obligentur pœnas delictorum;
id eſt, ſic acceptorũ munerũ ſoluere, ſic Vi-
ctoria ſuper lecturã D. Tho. anno. 153. dicta *Victoria.*
tam ſuper. 2. 2. quæſt. 71. ita Metina in ſum- *Metina.*
mula ſua Hiſpanica folio. 669. & in eadem
ſummula alibi clarius. §. 3. de iudicibus foli.
226. Vbi ait, quod iudices ſine dubio tenen-
tur reſtituere dona; quia iſtæ leges non ſunt
pœnales, ſed conuentionales. Per quod fun-
damentum ſoluuntur argumenta in contra;
quia ſub iſta conditione iſta officia commi-
C tit rex, quatenus in iudicem præfectus, nec
munera, neque etiam victualia per ſe, vel per
alios accipiat. Sicque ad id ſeruandum iura-
mento aſtringitur.
¶ Vnde falſam eſſe illam doctrinam fra-
tris Ioſephi proculdubio eſſe cenſeo. Vbi in *Refutatur*
ſuis floribus materia de reſtitutione affir- *Ioſephus.*
mat, quòd, quia pro opere ſupererogationis
licet aliquid dare, & recipere, vt ſi epiſcopo
datur aliquid vt liberius digniori faueat, po
teſt illud accipere: ita etiam iudex poteſt
munus recipere ſibi collatum à donante nõ
ad redimendam ſuam vexationem, quia iu-
dex vir bonus, & æquus iudex cenſetur, ſed
D vt liberius & facilius bene iudicet, quia, in-
quit, hic dans non dat inuitus. Quia dico pri
mo, quidquid ſit de epiſcopo, qui non ita *Ratio. 1.*
aſtrictus eſt non recipere dona, niſi dum viſi
tat; tamen indulgere hanc licentiam; vt poſ-
ſit accipere iudex dona, vt liberius iudicet,
& contra mentem legiſlatoris eſt, & contra
eius verba, & pernicioſa eſt doctrina. Quia
ſic ſterneretur fraudibus via: & ſub hoc vela
mine corrumperentur muneribus iudices.
Nam quid non emollit, & euincit largitio
munerum. Et quia quando lex non diſtin-
guit, nec nos diſtinguere debemus. Si ergo
lex abſolutè, & ſine diſtinctione interdicit

eis,ac ſine diſtinctione iurāt ſe non accepturos munera;ergo non poſſunt ea accipere,vt liberius iudicent:quia vnuſquiſque tenetur libere diligenterque pro poſſe ſuum officiū exercere, litigantesque pro virili iudices, quam citius commode poterunt tenentur expedire,ſuo ordine iudiciario cauſas expediendo.Et deinde patet: quia ſi in ſyndicatu hanc exceptionem opponerent iudices accuſati de acceptione munerum,ſcilicet, q̄ vt liberius iudicarent,ſibi munera data fuiſſent etiam ſi hanc exceptionem probaſſent cum donatoribus munerum:profecto damnarentur.Faceſſat ergo,quia digna eſt,vt ab omnibus explodatur iſta illicita & licentioſa accipiendi munera iudicibus cōceſſa libertas.Nā nullus alius aſſertor illius reperiretur,niſi nimis audax.

*Mercatus.* ¶Porro licet Mercatus in ſuo libro de cōtractibus non auſus fuit dicere quòd poſsint tabelliones aliquid accipere, vltra ſtipendiū taxatum;tamen aſſerit quod quando importunis precibus inducuntur ad noctes ducendas inſomnes,ad quod non tenebantur, plus ſolito debitoq; coguntur laborare, quo celerius debito tēpore,transſumptum ex originali proceſſu transferentes tradant expeditum parti, poſſunt pro hoc extraordinario labore ſubeundo aliquid extraordinarij ſtipendij plus accipere.Non tamen hoc dictū tam irrationabile videtur,quia anxius & extraordinarius labor aſſumitur,per quem tabellio maciem contrahit, & ſuo defraudat genio,ideo quòd aliquid plus tunc accipiat licet ei:ſed non loco ſtrēnarum, poſt obtentam victoriam litis à parte, vt etiam concedit Mercatus,licet accipere.Quia iſtæ ſtrēnæ ſunt munera,& tabellio abſolute,& indiſtincte per legem munera accipere prohibetur,niſi aliquis inficiare velit ſtrēnas non eſſe munera,de quo parum curo.¶ At iudicibus,vt facilius & liberius iudicent poſſe dari,ab ipſiſq; accipi munera licentioſa doctrina & res eſt.Et quia ſine iſto anxio extraordinarioque labore poteſt liberius & facilius iudex cauſas expedire;& quia res eſt inſolita,nec lex eam permitteret,quia incapaces eos ad hæc munera accipienda facit iuramento accepto ab eis.

*Ad confirmationem reſpondetur.* ¶Ad confirmationem de teſte, facilis eſt reſponſio.Quia licet pro labore accidentario,ſcilicet,itineris poſsit aliquid accipere teſtis,tamen pro ipſa teſtificatione veritatis nihil poteſt accipere:quando gratis teſtificari tenetur,ſecundum Cordubam. *An teſtis licitè aliquid accip. Cordub.* Sic neque iudex pro ſententia,& iudicio:eò quòd gratis munus,& officium de ſe exhibere tenetur.Neque valet conſequentia hæc. *Inſtatur conſequentia Ioſephi.* Eiuſmodi facilior,& liberalior expeditio,qua partē ſibi aliquid donantem expedit iudex, eſt opus ſupererogationis:ergo licet pro eo, aliquid accipere:ſicut non valet, opus ſupererogationis eſt orare pro aliquo:quando pro eo non teneor orare ex præcepto : ergo ſi oro pro eo,pro ipſa promptiori deuotione ad orandum licet aliquid accipere.Ita neque pro faciliori expeditione cauſæ; quia etiam hic lex abſolute mandans non accipi aliquid prohibet:& pro hoc aliquid iudices accipere ſub iuramento propter rationes ante dictas.Neque id, quod adduxit de epiſcopo exemplum ſimile omnino eſt; *Ad exēpl. epiſcopi.* quia officiales iuſtitiæ iuramento & conuentione deuinciuntur ad non accipienda munera per legem humanam:non ſic epiſcopus. Secundo forſitā falſum eſt, quòd epiſcopus poſſit accipere ſibi datum vt faueat digniori liberius. Nam & id ſcandalum aptum eſt generare,quia fauere digniori liberius, vel minus libere,minus prompte, vel magis prompte,non mutat ſpeciem: ſicut nec magis & minus intenſe intra eandem ſpeciem caloris. Vnde, vt ſimonia eſt accipere epiſcopū aliquid,vt faueat in electione digniori: ita videtur ſimonia,vt liberius illi faueat, pecuniam & pretium accipere.

*Coroll. Curatis tra aſſue ta exigēt. profan.* ¶Hinc ex ſupradictis infertur,etiam ſacerdotes,qui ratione officij,& redditum eccleſiaſticorum tenentur alias gratis adminiſtrare ſacramenta,ſi pro adminiſtratione ſacramentorum vltra laudabilem conſuetudinē, & vltra aſſuetum dari,gratis aliquid receperint,ad reſtitutionem ſic accepti ſiunt obnoxij;conſtat ex canone non ſanat. 14. quæſt. 5. *14.q.5.* Vt verbi gratia,quando datur eis eleemoſyna plus ſolita ad redimendam ſuam vexationem à parochianis. Vnde ſibi caueant curati Indorum, & qui libentius confeſsiones offerentium pecunias illis, quam non offerentium audiunt, cum tenentur ex officio. *Caueant curati & confeſſores.* Quamuis Diuus Thom.in quodlibeto ait, *D.Thom.* quòd quando quis ex officio prædicare non tenetur:neque prædicatio eſt ſumme neceſſaria,nolle prædicatorem prædicare:niſi vbi abundantior ſibi eleemoſyna gratis datur, non eſt ſimonia:ſed debet caueri ſcandalum, accedit Sotus de iuſtitia & iur.

*Sotus.* ¶Hic de acceptis, & donatis ob turpem cauſam,an ſint reſtituenda nobis ediſſerendum erat,niſi tā copioſe de hac materia diſſertum à nobis fuiſſet ſigillatim, vbi de dato pro peccato patrando cōtra iuſtitiam; & de dato



dato pro abſtinendo à peccato contra iuſtitiam, vt ab homicidio, vel à peccato non contra iuſtitiam, vt à fornicando, abunde diximus.

*Ioſephus aduerſatur Soto & Naua. De datis ob turp. cauſam.* ¶Et quamuis frater Ioſephus in ſuis floribus in materia de donatione teneat acceptū pro abſtinendo ab opere illicito,id eſt,ab homicidio,vt ipſe exēplificat, fore reſtituēdū, ſed iam diximus ex mente Nauarri & Soti, licet pro ſic donato in foro exteriori admittatur repetitio,tamen ante repetitionem factam in iudicio,vel extra ex conſenſu interpretatiuo donantis poſſe licite retineri contra Ioſephum; præſertim quando in ſolam gratiam donantis, ſecundum Cordubam ab homicidio,vel illicito opere id accipiens, abſtinuit.Bene tamen verum eſt, quod cauſa, vel conditione turpi nondum impleta : vt ſi datum ſit; verbi gratia, aliquid mulieri vt præſtet conſenſum copulæ ſecundum Metinam,Cordubam, Nauarrum eſt reſtituēdū, *Metina. Cordub.* quia oportet reſcindere iſtum contractum. Quia ſecundum Iſidorum:in male promiſſis reſcindenda eſt fides.At flagitio iam commiſſo promittens pro illo pecuniam eam ſic promiſſam ante,ſoluere tenetur. Niſi ſecundum Victoriam,& Sotum prodiga facta fuerit promiſsio; *Victor. Sot.* quia tunc ex eo,quod prodiga fuit,contra bonos mores fuit. Quare in eo, quo exceſsit & prodiga fuit,etiam iuramento firmata non obligat, quia iuramentum non obligat contra bonos mores. ¶ Sed an accipiens pecuniam pro flagitio committēdo,quod iam ſic inductus per pecuniam cōmiſit teneatur reſtituere:abunde diſputauimus ſupra:nec oportet hic inculcare : ſed ad proprium fontem lectorem remittere.

*Quæſtio. An liceat acciper. pro remiſ. iniur.* ¶Iam tandē, ne aliquid intentatum relinquamus,quærere libet hic: an pro iniuriæ remiſsione liceat quicquam accipere. Et quidem,ſi loquamur de remiſsione ſpirituali,& ex corde,qua Deus iubet nos remittere offenſas:de quibus in oratione dominica dicimus;Sicut & nos dimittimus debitoribus, ſic ſimonia eſſet pro iſta remiſsione iniuriæ & reconciliatione cum proximo offenſore aliquid accipere. Quia ſicut Deus cum ſit à nobis offenſus,gratis nos ſibi reconciliat;ita nos ſic gratis parcētes exhibere nos debem᷑ fratribus offenſoribus.

*An pro actione.iniur.* ¶Si loquamur autem de actione iniuriarum:pro quibus in foro exteriori ſatisfactionem nobis fieri expoſtulare poſſumus bono, iuſtoque fine, ſecluſis maleuolentia, & odio,ab hac actione bene pro pecunia recedere poſſumus. Conſtat ex canone, ſi quis contractus, diſtinctione quadrageſima, & ex gloſſa ibidem, *Diſt.40. gloſſ.* quia læſus damna ſibi illata in perſona,fama, & fortuna remittere nō tenetur,licet teneatur deponere odij & vindictæ ſatiatis animum. Argumentum autem quod talem animum non depoſuerit eſt : ſi gaudet,quòd aduerſario (vt ſatiet læſus animum) ſimilis iniuria inferatur.

*Quæſtio. De extorto blanditijs.* ¶At muliercula,an blanditijs ſi quid extorſit ab amaſio teneatur reſtituere,diximus ſupra moderationem ex mente & doctrina D. Thomæ ponentes circa ſententiā Caietani, *D.Thom. Caietan.* condemnantis talem mulierculam ad ſic accepti reſtitutionem: etiā ſi nulla interceſſerit fraus,vel mendacium. Cuius ſententiam Nauarrus,& alij, vt ſupra diximus reprobant. *Nauarr.* Sed ego ſolum,& eatenus eam approbaui,quatenus preces, & blanditiæ nimis exorbitantes fuerunt,& importunæ nimis & efficaces ad excantandum amaſium. *Sententia autoris.* Nam ſi preces importunæ ſunt, quibus quaſi per moleſtiam inflectitur infirmus in teſtamento ad donandum alteri,potius quam pupillæ,cui pro dote ſtatuerat legare, & legauerat,& quia auertitur infirmus à ſua libertate,ſcrupulo reſtitutionis non carent tales preces. *Ratio.* Ergo neq; ſcrupulo reſtitutionis carebit,ſi muliercula adeò amaſio pergat eſſe moleſta,vt infirmum amore trāſuertat, quaſi moleſtia impulſum animum ad ſibi exceſſiua donandum,quæ alias ægrefert donaſſe. Propter hanc & alias efficaciores rationes, quas contra Nauarrum ex doctrina Diui Thomæ decerptas adduximus, ſententiam Caietani moderantes non duximus eam eſſe omnino reſpuendam ſupra,cum de hoc meminimus.

## CAP. CLXXX.

*De promiſsionibus:ſtipulationibus,& pactis & an ſimplex promiſsio obliget ad mortale.*

PORRO poſtquam de donationibus pro captu noſtro peregimus de promiſsionibus aliquid attingere hic merito à nobis expoſcitur.¶ Atq; vt diſtinctius procedamus præmittenda eſt diſtinctio inter promiſsionem,ſtipulationem, & pactū. *Diſtinctio inter pactū.ſtipulat. & promiſſ.*

¶Dicitur ergo,quod pactum eſt ex vtraque parte obligatio.¶At ſtipulatio eſt promiſsio ad inſtantiam,ſeu ad petitionem alterius partis.At pollicitatio eſt ſimplex promiſsio.Sic Syluest.verbo,Pactum. *Syluest.*

*Quæſtio. An pmiſ. obligat.*

A ¶His ſuppoſitis, quæritur de obligatione promiſsionis, an obliget in conſcientia. Reſpondetur, igitur per concluſiones. Quarum prima ſit; *Concl. 1.* Promiſsio ſimplex obligat in conſcientia ad ſui impletionem. Hæc eſt cõmunis, innititurq́; rationi naturali, & communi; quia alias talis promiſsionis violator mendax, & infidelis, & fœdifragus etiam inter gentes barbaras reputatur.

*Concl. 2.*

¶Secunda concluſio: Si eſt magna mutatio facta in ſtatu perſonæ, negotijsque contingentibus à tempore promiſsionis; non tenetur quis implere quod ſic promiſit, eſt. *D.Thom.* Diui Thomæ. 2.2.q. 110. art. 3. ad. 5. Et patet: *Ratio.* quia obligatio promiſsionis ex intentio B ne promittentis penſanda eſt. At vero creditur promittens in caſu tantæ mutationis nõ ſe voluiſſe obligare. Igitur quando facta ali quali mutatione negotiorum promiſsio adhuc obliget, vel deſinat obligare, arbitrio boni viri librandũ relinquitur. Et in primis penſanda eſt intentio (quæ obligationis eſt radix) an ſi promittẽs promitteret ſtãte illa mutatione, ſi eam aduertiſſet.

*Quæſtio. Promiſsio iurata an hic oblig.*

¶Sed curioſitas, ac neceſsitas ſciſcitari adhuc cõtendunt. Quid ſi talis promiſsio fuit iurata, iuramentoque firmata, an ſuperueniente prædicta mutatione notabili ſit ratione iuramenti neceſſario obſeruanda. C Et quidem *Victoria. Caietan.* Victoria, & Caietanus ratione iuramenti etiam in hoc caſu, vim obligandi non omnino admittere putãt. Quare licet forte poſſet oppoſitum defendi, caute puto hic eſſe ambulandum. *Sententia autoris.* Puto proinde, pro maiori ſecuritate conſcientiæ, reuerentiaque debita iuramento in hoc caſu mutationis petendã eſſe talis iuramenti promiſſorij relaxationẽ ab ordinario. Sic arbitror, & in dubio hoc neceſſarium eſſe exiſtimo.

*Quæſtio. An promiſ. oblig. ad mortale.*

¶Porro & hic inquiri ſolet, an ſimplex promiſsio ex genere ſuo obliget ad mortale. Pro cuius deciſione ſit tertia concluſio: Probabilius eſt, D quod promiſsio ſimplex genere ſuo obliget ſub reatu mortali, niſi ex leuitate materiæ eius violatio reddatur venialis. *Concl. 3. Sotus. Caiet.* Hæc concluſio eſt Soti de iuſtitia & iure libro ſeptimo, quæſtione ſecunda, articulo primo. quam dicit eſſe contra Caietanũ. 2.2. quæſtion. 88. & euidentius, quæſtio. 113. non agnoſcentem in promiſsione aliam vim obligandi: quam illa, quæ pertinet ad moralem veritatem, quam non adimplere genere ſuo nihil aliud eſt, inquit, quam mẽdacium. *Gloſſatur Caietan.* Sed aliqui putant hanc cõcluſionem non eſſe contra Caietanum, vt imponit illi Sotus quia non dicit violationem promiſsionis A eſſe mendacium quodcunque, ſed mendaciũ pernicioſum, q ex genere ſuo obligat ad mortale, Licet iocoſum & officioſum mendacium ad mortale ex genere ſuo non obligent: dum aſſeruntur. Concluſio ſupradicta eſt Magiſtri Cani, Victoriæ, Syluestri, verbo, Pactum. *Canus. Victor. Syluest.* Quia alias cederet in maximũ detrimentum reipublicæ, periretque conuictus humanus: *Ratio. 1.* & fides, ſi ſibi perſuaderent homines, in promiſsis frangere fidem, & verba dare, non eſſe genere ſuo pluſquam veniale. 2 ¶Et quia cum promiſsio ſit ad alterum, non pertinet ſimpliciter ad virtutem veritatis, ſed reducitur ad commutatiuam iuſtitiã. B Non enim eſt vtcunque verum aſſerere, ſed obſtringendo alteri fidem. Quare ait Cicer. *Cicero.* 1. de officijs. Fides hæc non ſolum ad iuſtitiam attinet; verum eſt ipſiſsimum iuſtitiæ fundamentum.

*Gloſſatur D.Thom.*

¶At quando Diuus Thomas ait, promiſſionem tantum obligare ſecundum honeſtatem, non accepit honeſtatem, vt excludit iuſtitiam, ſed vt excludit ciuile forum. Quare, vt promiſsio in ciuili tribunali firmitatem habeat actionemq́; pariat: ſolet iuramento, vel ſcripto vel teſtibus circumuallari. 3 Vltimo comprobatur; quia nationes graui vitio tribuũt fractionem promiſſionis; ergo ſentiunt C ex ſuo genere eſſe culpam grauem; & quia mẽtiri in re graui in iniuriam proximi, eſt culpa mortalis, vt patet in ſponſalibus.

*Limitatio triplex cõcluſ.*

¶Cæterum huius concluſionis aſſertio licet ſit verior, quia tamen dura eſſe videtur, indiget ſuo grano ſalis, & contemperantiæ. 1 Quia vt ſit vera requiritur primo, quòd adſit animus in promittẽte, dũ promittit obligandi ſe ad mortale. Et ſic inter promittendum, niſi adhibuerit iuramẽtum promiſsionis cõfirmatoriũ, vel ſcripturam, vt pro more hominum cõtingit, ſit vt non ſe cenſeant obligare ad culpam mortalẽ. Hinc tollitur ſcrupulorum multitudo. ¶Igitur ex animo D promittentis perpendat confeſſor, qualem habuerit animum ſe obligandi. 2 Secundò limitatur in caſu, quo promittens promiſerit notabiliter nociuum, multumque difficile. Nam tũc non tenebitur ad eius impletionẽ ſub reatu mortali.

3 ¶Tertio requiritur, vt promiſsio ſimplex ad ſui impletionem obliget, vt diximus, res non eſſe mutatas. Et tandem crediderim materiã furti mortalis omnẽ ſufficiẽtem non eſſe materiam, promiſsionis obligantis ad culpam lethalẽ. *Materia grauis in promiſsione quæ.* Nam nemini dubium, quin decem argentei ſint ſufficiens materia furti mortalis: ſed promiſsio decem argen-



A argenteorum non inducit obligationem culpæ mortalis: bene tamen centum argenteorum promiſsio. Hoc autem habetur ex natura promiſsionis: conſenſuque recepto. *Caietan. declaratur.* Qui vero autumant ſententiam contrariam Caietanum tenere, dicere habent neceſſario in violatione promiſsionis ineſſe non iniuſtitiã ſed mendacium, quòd in re graui eſt mortalis culpa, & non ex genere.

*Concl. 4.*

¶Quarta concluſio: qui dum aliquid promittit verbotenus, animo, & intentione ſe obligandi caret, non fit reus in conſcientia obligationis promiſsi. Hæc concluſio patet *Ratio.* quia potiſsima vis obligandi innaſcitur ex intentione: B & quia dum volunt ſe obligatiores reddere aliqui iuramenta ſimul cum promiſsione ſoliti ſunt adhibere. Alias non ſe ſentiunt aliqua obligatione ex ſimplici promiſsione deuinctos. Ideo ij, quibus aliqua pollicitatio fit: ſtatim exigunt iuramentum promiſsionis confirmatorium. Alias parum ſe putant conſequutos, quia alias pollicitis quilibet diues eſſe poterit. Nam, niſi fulta fuerit iuramẽto citò variatur fides humana.

*Concl. 5.*

¶Quinta concluſio; Si quia pomiſſor nõ præſtat in effectu promiſſum, cum nulla ab eius impletione ſit excuſatus rationabili cauſa: ſed poſsit præſtare, ſi defectus impletionis promiſsi in magnum nocumentum C alteri cedit: non ſolum ex eo, quod caret re promiſſa, ſed quia deluditur in defectu promiſsionis, grauiterque offenditur in propria *Exempla.* fama, vel bonis; quia neceſſe eſt decoquere ſubſtantiam, fidemque creditoribus frangere, quia ſibi fides data, eſt violata: tunc non vacat culpa mortali, talem non impleſſe promiſsionem. Vt, ſi, verbi gratia, aduocatus pollicitus eſt patrocinari Petro in iudicio, atque ideo Petrus non ſibi parauit alium patronum. Idem de medico pollicenti medicari, cuius defectu intermoritur infirmus. Similiter, ſi quis fidem fecit puellæ de largiendo ei pro dote, D qua ratione cognatus id agnoſcens deſtitit dotare illam, harum promiſſionum violatores peccant mortaliter: quia *Regula iuris.* regula iuris eſt. Si tua culpa damnum datum eſt, iure te ſuper hoc ſatisfacere oportet.

*Concl. 6.*

¶Sexta concluſio; Quando materia promiſsionis ea præponderat grauitate, vt quotieſcunque in foro exteriori, iureque ciuili contra pollicitatorem huiuſmodi intentaretur actio, reus promiſsi pronũciaretur; tenetur ſub culpa mortali, etiã ſi ad iudiciũ exterius non vocetur fidẽ ſuæ promiſsionis implere. *Caietan. Ratio.* Ita Caiet. verbo, Perfidia, quia oritur tũc obligatio ex iuſtitia & in materia graui.



*Quæſtio. Quãdo promiſſor cogi poteſt à iudice.*

A ¶Sed ſcire cupiet lector quando iudex ciuilis ad impletionem promiſſionis in iudicio impetitum promiſſorem per ſuam ſentẽtiam cogere poterit. Iam lex. 3. ordinationũ regalium libro. 3. titulo octauo. hanc propoſitam quæſtionem ibi diffinit, vbi in vltimis verbis concludit, præcipimus obligationem promiſsionis, vel contractus, etiam ſine ſtipulatione, & ſine pacto, vel cum illis, etiam ſi contingat fieri inter abſentes, ex quibus aliquatenus ſe quempiam alteri voluiſſe obligare innoteſcat, vigere ſuumque vigorem, valoremque ſortiri, cuius legis extenſius ſupra meminimus. Per hancque legem B aſſeuerant iuriſtæ correctum eſſe ius ciuile commune vbi cauebatur, quòd promiſsio non præcedẽte ſtipulatione, inualida eſſet.

*Coroll.*

¶Sequitur corollarie ex præmiſsis, cum alter alteri pollicetur pro illo ſe preces ad Deum fuſurum ſcrupulo culpæ mortalis talem pollicitationis violationem carere, cum abſit pollicenti intẽtio ſe ad mortale aſtringendi. Vnde conſonum eſt prudentiæ, cum efflagitamur ab alijs de perſoluendis orationibus pro illis, ſine animo nos obligandi de huiuſmodi fidem eis facere.

*Quæſtio. Quænã ſit forma promiſsionis.*

¶Præterea vſu alicui euenire poterit, vt hæſitet, an ſufficiens forma promittendi ſit, C cum quis à me aliquid petit ſi reſpondeo, faciam: an requiratur his verbis vtatur, promitto me facturum. *Sotus.* Quæſtio eſt cuius meminit Sotus de iuſt. & iur. lib. 7. q. 2. arti. 1. à qua breuiter ſe expedit, quia nec multum difficilis eſt, dicens, ſimplicem aſſertionem futuri non eſſe ſemper promiſsionem. Ideo, ſi quis dicat, faciam, id tantum exprimens quod in propoſito habet non ſubinde obligatur, niſi in illo ſenſu proferat, quod eſt, promitto facere. Vt ſi quis quidpiam petit à te, & reſpõdes faciam. Alias ſi nihil aliud ſit dicere, faciã: quã exprimere faciendi propoſitũ iſtud propoſitum poſteà facilius mutari poterit.

*Quæſtio. Promiſsio mentalis an obliget.*

D ¶Vrgentius autem dubium hic exoritur, an promiſsio, quam apud te ſola mente, homini facis ſit obligatoria. Et quod ſit obligatoria, ſunt aliqua argumenta non deſpicabilia probãtia. *Argu. 1.* Primum; quia voces ſunt ſigna conceptuum; ſi ergo vox obligat, id non eſt niſi ex vi cõceptus; ergo promiſsio mentalis magis obligat.

*Argu. 2.*

¶Secundo; Quia promiſsio mentalis cum ſit locutio vera, non poteſt (ſi non impleatur carere mendacio.) At mendacium de ſua intrinſeca ratione peccatum eſt. Ergo promiſſio mentalis obligat ad ſui impletionẽ: quia alioquin erit mendacium.

*Argu. 3.* ¶Item: Quia quando quis proponit intra ſe largiri amico centum aureos adhuc nondum manet ligatus. Ergo ſi mente adhibeat, promitto tali amico indigenti centum aureos, aliquid obligationis ad præcedentia adijcit.

*Argu. 4.* ¶Item: Quia ſi quis poſtquam promiſit in mente dare centum, poſtea in mente talem promiſsionem mentalem iuramento mentali firmaſſet, iam illa promiſsio deuinctum facit ad ſoluendum promittentem; & non ratione iuramenti: quia iuramentum promiſſorium non obligat, niſi virtute præcedentis promiſsionis: ergo promiſsio præcedẽs mẽtalis obligabat.

*Argu. 5.* ¶Quinto; Si promittẽs heri intra ſe centũ Petro, ei notam faceret promiſsionem dicẽs ego tibi nunc nihil promitto: ſed tamen heri apud me hoc pollicitus ſum; vide an promiſſum acceptum habeas: tunc iſte obligatus maneret: & non niſi virtute prioris promiſsionis; ergo prior promiſsio mentalis obligabat.

*Argu. 6.* ¶Vltimo, Si ſurdo nihil audienti aliquis verbo aliquid promittat: ſimiliter ſi in præſentia vnius dicat: ego tali abſenti amico hoc promitto, promiſſio in conſcientia videtur tenere, quidquid ſit de foro ciuili: ergo etiam ſi promiſsio fiat in mente, quæ eſt veluti promiſsio in abſentia, obligatoria erit.

*Sotus.* ¶Igitur pro reſolutione quæſtionis, dicit primo Sotus loco citato, hoc dubium fortè problema eſſe, ſtando in mero iure naturæ, & in conſcientia. Nam in foro exteriori manifeſtum eſt promiſsionem mentalem, imo neque omnẽ, quæ fit abſenti ligare, niſi quando qui promiſit in abſentia per teſtes, vel ſcripturã, vel aliter viſus eſt voluiſſe ſe obligare, idque ſibi probatur.

*Concl.* ¶Sed tandem ſtatuitur reſponſiua concluſio: Probabilius eſt promiſsionem, quæ ſola mente fit, non obligare. Nã antequam alius reſciuerit: poteſt reſcindi, & mutari. *Sotus.* Hæc eſt Soti de iuſtitia & iure, libro. 7. q. 2. articulo 1. *D.Thom.* Huic D. Tho. art. 1. quæſt. de voto videtur accedere. Vbi ait, quod p̃miſsio, quæ ab homine fit homini, non poſsit fieri, niſi per verba. *Ratio.* Et patet: nã obligatio eſt inter duos: Homo autem non loquitur homini, niſi verbis, aut exteris ſignis: ergo non valet alteri alter per promiſsionem mentalem ſe aſtringere, vi obligatiua. Igitur cum ſit inſitum naturæ hominum, non aliter, quam per verba, vel ſigna ſuos ſignificare conceptus, ante ſignificatam promiſsionẽ, nulla videtur obligatio reſultare. Huic cõcluſioni ſuffragatur **A** frater Ioſephus in ſuis floribus in materia de voto in principio: *Ioſephus.* Vbi ait, quod licet probabilis opinio ſit, quæ tenet per ſolum actum interiorem, promittentem aliquid homini, ad ſuam inſinuandum mentem illi in conſcientia conſtringi: vt ſi libuerit acceptare, acceptet: tamen oppoſitam opinione, quã aſſerit eſſe Diui Thomæ veriorem eſſe autumat. Quia tanquam ſola aſſertio eſt, & veluti merum propoſitum illa promiſsio mentalis: quare mutari poteſt. Et tandem hinc concludit, promiſsionem factam ſurdo, aut abſenti non obligare; quia antequam alter acceptet poteſt reuocari. ¶Super addit Ioſe- **B** phus, quod quia promiſsio facta homini eſt actus iuſtitiæ, vt promiſſor teneatur dare, requiritur is, cui fit promiſsio acceptet: velitque acceptare. Nam beneficium nunquam inuito impenditur.

*Corollar. Ioſephi falſum.* ¶Hinc Ioſephus infert vnum, quòd non puto verũ, vt ſupra dixi, ſcilicet, quod quando fit promiſsio præſenti, ſi taceat, donec acceptet, non videtur, illi placere. Quod cõtra ius videtur: *In fauoribus taciturnitas eſt conſenſus.* quia ſecundum ius in fauorabilibus taciturnitas de præſenti pro conſenſu reputatur ſecundum regulam iuris, qui tacet cõſentire videtur. Sed bene verum eſt, quod adijcere Ioſephus debuiſſet, ſcilicet, quod ſi **C** poſtea nõ acceptet, ſignum eſt talem promiſsionem contemnere, & à principio in eã non conſenſiſſe, aut poſtea per deliberationem mutaſſe ſententiam acceptandi promiſſum.

*Sotus.* ¶Tandem aduertito cum Soto, contractus, ſeu promiſsiones mutuas, do, vt des promitto, vt promittas, non poſſe perfici, aut validari, niſi per vtriuſque partis verba, aut exteriora ſigna.

*Coacta promiſsiones irritandæ.* ¶Denique de promiſsionibus coactis loquendo; an ſint ipſo iure irritæ, aut an veniãt caſſandæ, iam diximus ex mente Soti in 4. diſt. 29. quæſt. 1. art. 3. etiam ex metu graui **D** factas, nõ eſſe ipſo iure irritas: ſed caſſandas cap. abbas. de his, quæ vi metu. *De his quæ metu.* Sed hoc procedit in foro exteriori, ſed in foro interiori, & in conſcientia teneo, vt ſupra tenui cum *Nauar.* Nauarro Sum. lati. cap. 17. nu. 29. promiſsiões in foro conſcientiæ eatenus eſſe inualidas, etiam per metum leuem factas, quatenus ille metus leuis fuit cauſa, ſine qua non, alicuius promiſsionis, argumen. cap fœlicis. §. illud de pœnitentijs lib. 6. gloſſa in verbo ſimplici fauore.

*Donatio ſecunda cũ traditi. præualet primæ.* ¶Inſuper res vni donata iam primo eam acceptanti; ſi cum effectu à donante, vel promittente ſit ſecundo donata, vel promiſſa, &





cum effectu, ſecundo iam tradita in eumque **A** tranſlata: valet iſta traditio ſecundo facta, licet ad intereſſe maneat obnoxius donãs primo donatario, quod amiſerit ille; eo quòd re ſibi donata & acceptata ſine cauſa iuſta fuerit priuatus. l. quotiens de rei vendicatione. *De rei vẽdic.*

*Regula vtilis pro legatis in diem.* ¶Demum, quia de promiſsionibus legatis, donationibus, ſatis abunde dictum eſt, in reliquis ad Sylueſtrinam ſummam remitto lectorem. Solum hanc regulam generalem ad multos decidendos caſus proficuam in teſtamentis commendatam memoriæ eſſe volo, ſcilicet, quod legatũ in diem omnino incertum conditionale eſt; ſicut etiam ſi fiat in euentum incertum; vt cum dicitur, dato hoc **B** Petro quandò morieris. At verò legatum factum in diem omnino certum in ſe, licet ſit incertus ratione ſubiecti, non eſt conditionale; ſed mortuo legante cedit legatario, aut eius hæredi, ſi poſt obitum legantis legatarius obierit mortem. Idem ſi relinquatur Titio, quando morietur, quia certa eſt mors, poſt mortem legantis cedet legatum Titio.

*Quid comprehendãt alimenta legata.* ¶Legatarius præterea, cui legantur alimẽta, legantur ei neceſſaria ad vitam, ſed nõ neceſſaria ad diſciplinam, ſi ſit extraneus præſertim. ¶Ad hæc, vxor inter filios hæredes relicta domina omnium bonorũ, & vſufructuaria habebit gubernationem domus, & vi- **C** ctum, & veſtitum.

*De re alie. legata ignor. vel ſcienter.* ¶Inſuper res aliena, ſi ſit legata, legatarius in dubio probabit teſtatorem ſciſſe rem illam fuiſſe alienam, vt pro ſe ab hærede ematur, vel æſtimatio ſibi detur, inſtit. de legatis. §. non ſolum. At ſi teſtator rem alienã relinquat extraneo ignorans eſſe alienam non valebit legatum. Secus eſt, ſi rem alienã ignoranter reliquit perſonæ coniunctæ, cui tantundem reliquiſſet, ſi hoc teſtator ſciuiſſet: quia tunc hæres coniunctæ huic perſonæ dabit æſtimationem. *C. de legat.* C. de legatis. l. cũ alienam. Et hæc prædicta ſunt (vt etiam ſupra memini me dixiſſe) ſecũdum ius canoni- **D** cum: & in conſcientia tenenda ſecundum cõmuniter doctores, contra *Panor.* Panormit. in capi. filius de teſtam. quia iſta ſupradicta diffinitio fundatur in hoc, quod voluntas teſtatoria ſeruanda eſt: quando ſcitur, aut probabiliter per cõiecturas deprehenditur.

¶Et poſtremo, ſi res legata vendita eſt, vel impignorata à legante, nec poſt mutante voluntatem, quia noluit aliter diſponere, tenetur hæres tunc rem illam emere, vel expignorare, & dare legatario, vel ſaltem æſtimationem in conſcientia, *Inſt. de le.* inſtitu. de legatis. §. ſi rẽ ſuã, ſicut dictũ eſt. ¶Legata autẽ debẽ- **A** tur cũ fructibus à tẽpore aditæ hæreditatis id eſt, ex quo hæres hereditatẽ ingreſſus eſt, ita Hugo de Celſo. verb. Legatarij in ſuo Reportorio. verſi. 80.

# CAP. CLXXXI.

*De ludo, & an ludere ad quæſtum ſit peccatũ mortale.*

CVm omnes venas radiceſque reſtitutionis rimemur, iã prodit ſe materia ludi; in qua quibus caſibus luſor reſtitutionis nexibus innodetur venit **B** explicandum. Et materiam ſatis ſcitu neceſſariam, quia ſatis eſt in vſu recepta, extricaturi, primo quærimus, an ludere ad quæſtũ ſit peccatum mortale; & an cauſa principaliter quæſtus luſui vacantes ſint abſolubiles in foro conſcientiæ. *Quæſtio. An ludentes ad quæſtum ſint abſolu.* Reſpondetur ergo ad quæſtionẽ per ſubſequẽtes propoſitiones. Quarum prima ſit.

*Propoſ. 1.* ¶Prima propoſitio; Ludus ex natura ſua licitus eſt. Imo ſi ſit ratione moderatus virtus eſt, quæ à philoſopho dicta eſt eutrapelia. *D.Thom. Ratio.* Patet hæc propoſitio ex diuo Thom. 2. 2. quæſtione. 168. afferente pro eius ratione ſcilicet, quòd cum homo ſit corruptibilis, **C** fragiliſque, atque diu in laborum tolerantia perſiſtere non valens: aliqua vegetatione & recreatione ludi honeſti indigere videtur, quatenus à labore aliquantum poſsit feriari laborem interpauſando. Ergo ludus ratione regulatus illicitus non eſt. *Sotus.* Hæc eſt Soti de iuſtitia & iure. lib. 4. quæſtio. 5. artic. 2. *Nauar.* Aduertit tamen hic Nauarrus in ſumma latina. cap. 19. num. 3. aptiorem ludum ad voluptatem honeſtam captandam eſſe, qui magis innititur in fortuna: quam in induſtria, Atq; adeò ſecũdũ ipſum ludus ſcacorũ, ideſt axedrez eſt ineptus ad recreationem animique repauſationem ſumendam, quia magis **D** ex vehementi aduertentia ibi requiſita vexat, quam relaxat animũ. Vnde ex propoſitione hac prima corollarie infertur in parua quantitate luſiſſe ad cõuiuiũ, vitio carere, vt patet ex. l. ꝙ in conuiuio. C. de aleatoribus. *C. de aleat.*

*Propoſ. 2.* ¶Secũda propoſitio; Si in ludo ampla pecunia exponitur ludẽda, vix exercetur ſine peccato mortali talis ludus. *Sotus.* Hæc concluſio eſt Soti de iuſtit. & iure lib. 4. q. 5. ar. 2. Et probat Sotus; quia huiuſmodi ludus vix exercetur abſq; litibus: & periurijs, vel blaſphemijs, vel fraudibus, præſertim inter viros nulla ingenuitate præſtantes: ergo vix vacat culpa lethali.

*Propoſ.3.* ¶Tertia propoſitio: Mortaliter peccat ludendo, qui ludit cum notabili irreuerentia Dei, ſcilicet, blaſphemãdo, periurãdo, notabiliter in ludo fraudando, vel cum mortalibus circunſtantijs. Vel taliter, quod propter ludũ tranſgreditur aliquod præceptum; quia propter ludũ prætermiſſam facit miſſam diei feſti, vel creditoribus ſit non ſoluẽdo debita. Vel quia cũ detrimẽto graui filiorũ, & vxoris ludit, ſubtrahẽdo eis alimẽta debita, omnia in luſus inſumẽdo. Vel, quia ludit bona ad ius vxoris attinẽtia dotalia, paraphernalia. Vel quia vacat ludo cum ſcãdalo mortali. Vel quando propter ludũ exponit ſe, vel vxorem periculo probabili peccãdi mortaliter, vel filias exponit diſcrimini ſe proſtituẽdi. Vel ſe exponit periculo rapiẽdi vel furãdi, vt ſuppetat ſibi pecunia pro ludo. Hæc propoſitio eſt Nau. c. 19. nu. 4. *Nauarr.* Et pateſcit ex hoc; quia hęc ingruẽtia mala, atque diſpendia, & pericula, vel ſcandala, tenetur luſor ſub culpa mortali vitare; quia qui amat periculũ, vt teſtatur ſcriptura, peribit in illo. Ergo nõ caret culpa lethali in omnibus his caſibus ludo vacare. *Nota. De voto non ludendi.* Super votum nõ ludẽdi ludũ illicitũ, vt refert Nauarrus, noluit Pius quintus diſpẽſare. Tamẽ fatetur Nauarrus poſſe per epiſcopum cõmutari in aliud iſtud votũ, quãtũ ad diſtinctã obligationem, quam induxit.

*Quæſtio.* ¶Sed, vtrum iſti ad quæſtum ludum exercẽtes, ludoque magnã quantitatẽ exponẽtes ſint abſoluendi nondum abſoluimus.

*Propoſ.4.* ¶Quare ꝓ hoc ſit quarta propoſitio: Luſor qui propter ludũ ſubtrahit ſuæ familiæ videlicet, vxori, & filijs neceſſaria ad victũ & veſtitũ, vel eius luſus eſt in cauſa, vt vxor, vel filiæ ſe exponãt periculo amittẽdi pudorẽ, vel in vſu habet admiſcere fraudes in ludo vel peierare, vel blaſphemare dũ male cędit alea ſibi, vel odiũ ſolitꝰ eſt cõcipere aduerſus à ſe lucrãtes: & tãdẽ omnis quicunq; ludit cũ prædictis circũſtãtijs mortalibus tertia iam propoſitione relatis: dũ iſta omnia mala nõ cauet, non eſt abſoluendus à confeſſoribus, quia ſi noluerit ab his deſiſtere, nõ eſt abſolutione dignus. *Metin.* Hæc cõcluſio eſt Metinæ Salmãticẽſis in ſua inſtructione cõfeſſoris folio. 96. ca. 13. Et patet; quia iſti ſunt in ſtatu dãnationis: quandiu non dolent de his præteritis, & cauent ab his mortalibus circũſtantijs infuturum. Ergo dũ iſto propoſito carẽt incapaces ſunt abſolutionis ſacramentalis.

*Propoſ.5.* ¶Quinta propoſitio, quæ eſt Nauarri loco citato: Laici magnã pecuniarũ ſummam etiã ludo ſi exponãt principaliter propter lucrũ, aut propter quæſtũ, dũ abſint prædictæ circũſtãtiæ mortales à cõfeſſarijs abſolui poſſunt. *Prob.* Probatur: Quia his mortalibus ſecluſis circũſtãtijs tãtũ eſt veniale etiam ad quæſtũ ludere: ergo cũ obicẽ nõ ponant abſolutioni, & gratiæ, quæ cõfertur in ſacramẽto: etiã ſi in hoc caſu concluſionis animo abſtinẽdi à tali ludo careãt abſoluendi ſunt: quia abſolutionis ſunt capaces. *Nauar.* Sed admonitos hic eſſe cupit Nauar. magnates, etiã his ſecluſis circunſtãtijs mortalibus, ludẽtes, vt caueãt ab his luſibus ſaltẽ ne frequẽter inſiſtãt ludo, quia aliàs citra magnũ pudorẽ ſuæ nobilitatis non poterũt accedere ad corpus Chriſti tã digne ſumendũ, tum propter ſpeciem mali exempli: tum etiam, quia hoc frequens ludi exercitiũ ſuum ſanguinẽ clarum offuſcare videtur.

*De ludo clericorũ. Propoſ.6.* ¶At iã quale peccatũ ſit, clericos & monachos ludis vetitis ſe addicere, venit per ſextam propoſitionẽ aperiendũ. ¶Sit ergo ſexta propoſitio. Mortale eſt in clericis, vel monachis peccatum, huiuſmodi vacare luſibus prohibitis alearum, & taxillorum in notabili quantitate, & gratia quæſtus ludendo. Secus eſt, ſi ſecluſo ſcandalo modicum quid, gratia ſolatij, & recreationis luſerint. *Nauar. 35. diſtin.* Hæc concluſio, quæ eſt Nauarri elicitur ex. 35. diſtin. cap. 1. & cap. inter dilectos de exceſſibus prælatorum. Vbi ius canonicum iubet clericum aleatorem ab officio deponi, vel beneficio; ſed iſta diſpoſitio mortalem culpam præſupponit. Ergo cũ mortali culpa eſt coniunctũ, clericos prædicto modo ludere. *Main. Adria. Caietan.* Hæc concluſio eſt Maioris, Adriani, & Caie. vbi ſignificant, clericos etiam patrimonialia bona ludentes non effugere culpã mortalem. *Qui clerici prohibentur ludere.* Concluſio autẽ hæc intelligitur de ſolis clericis beneficiatis, vel in ſacris ordinibus conſtitutis, & non procedit in clericis primæ tonſuræ, aut minoribus ordinibus tantum, initiatis, carentibus beneficijs.

*Quæſtio. An clerici licitè aſſiſtant ludo.* ¶Iam adijcimus percunctari an clericos, vel monachos hos ſpectare ludos, eiſque aſſiſtere culpæ ſit attribuendum mortali. *Propoſ.7.* Pro hoc ſit ſeptima cõcluſio. Clericus, vel monachus ludos mortales ſpectãs, eiſque aſſiſtẽs mortaliter delinquit. *Nauar. De vit. & honeſt.* Hæc concluſio eſt Nauarri loco citato. Et patet ex cap. cle. 2. de vita & honeſtate clericorum: vbi interdicitur clericis etiam his ſpectaculis ludorũ intereſſe. Concluſio autẽ hæc verũ habet, quãdo diu his aſſiſtũt mortalibus luſibus. Secus eſt ſi per modicũ temporis hos ludos ſpectauerint, eiſq; quaſi per modũ trãſitus aſtiterint. *Ratio.* Hæc cõcluſio inde patet: quia ſi diu his mortalibus



talibus aſtiterint, tum & ſcandalum præbẽt tũ etiã contra ſibi prohibitũ faciunt: & quia per ſuã præſentiã vidẽtur hos lethales ludos authorizare, & approbare: ergo eis diu aſſiſtentes non euadunt culpam mortalem. At multo magis tali culpa mortali implicarentur per conſenſum; quia ſecundum Diuum Paulum non ſolum digni ſunt morte, qui talia agunt: ſed, qui his conſentiunt.

*Pro extrauag. Pij 5. Nauar. cõtra Meti.* ¶Præterea de ludo agitationis taurorum, iam in materia de homicidio ex parte, & mẽte Nauarri interpretãtis extrauagantem Pij quinti, vbi prohibet agitationem taurorum, diximus talem taurorum agitationem non eſſe licitam, vbi ſolent accidere ſtrages vulnerum, & percuſſionum, & trucidationum hominum. Vbi autem hæc mala cauerentur, poſſet tolerari, vbi cuſpidibus præciſis, & ligatis pedibus funibus, & præſidijs paratis pro cõfugientibus agitarẽtur. *Satis ſit Metinæ circa non agit. taur.* Aliàs contra noſtrũ Metinã diximus cũ Nauar. ꝙ neceſsitas ſe exercẽdi in militaribus, cũ alia ſint aptiora, & minus periculoſa, bellorum præludia, ab his periculoſis animaliũ ferociũ agitationibus, alioquin mortalibus; contra extrauagantẽ tanti põtificis, dũ prædicta nõ cauẽtur pericula nõ excuſat. De quibus plura ſupra cũ Nauarro diſputauimus, ſalua ſemper Apoſtolicæ Sedis cẽſura. At autore Nauarro, quidã ſtrenuiſsimus belli dux fertur dixiſſe, in his certaminibꝰ cũ beſtijs feris, magis edoceri homines ad hoſtẽ fugiendũ, quã ad eum inuadendum: quare noluiſſe vſquam his agitationibus intereſſe taurorũ.

*Quæſtio. Spectatores agitat. taur.* ¶Iam vlterius inquirere pergimus, ãn ſpectatores horũ ludorum agitationis ferarum ferocium culpam mortalẽ incidant. *Conclu. 1.* Pro hoc ſit prima cõcluſio. Dummodo ſint laici, qui interſunt his ſpectaculis agitationis taurorum, etiã vbi accidunt frequenter vulnera, percuſsiones & trucidationes hominum, ex inuaſione, qua inuaduntur à tauris, ſi nõ ſint autores, neq; conſultores horum ludorũ, neque conſenſum præbentes nec ſibi placent de illo exercitio deformi, vt ſic: ſed ſolum ſuppoſito, quod iã per alios, hæc exercitia inſtaurantur ex nouitate, & curioſitate tantũ adducti volunt intereſſe & ſpeculari quomodo taurus irruat opprimatque hominem non ſunt cenſendi peccare mortaliter. *D. Anto. Armill.* Hæc concluſio eſt D. Antonini. 2. par. tit. 3. c. 7. §. 2. Cui ſubſcribit Armilla verbo curioſitas. Et probat: quia iſtis nõ placet talis deformitas ludi, nec addunt animũ malefactoribus ad illũ exercẽdum, neq; approbãt illũ: ergo nullo modo conſentiunt peccato mortali: & per conſequens cum nullo iure obligãte ad mortale interdicantur hæc ſpectacula videre: non eſt ſibi culpæ mortali vertendum, ſi priuati homines laici his ſpectaculis taurorum interfuerint.

*Quæſtio. De cleric. ſpectantibus taur.* ¶Sed quid de clericis, ſi his ſpectaculis taurorũ interſint, quali culpa ob id ſint notãdi? *Concl. 2. Sylueſt. Pius. V.* Pro his ſit ſecunda concluſio: Clerici beneficiati, aut ſacris initiati, religioſi & epiſcopi, intereſſentes his ſpectaculis taurorũ, mortalis culpæ rei ſunt. Hæc concluſio colligitur ex Sylueſt. & extrauaganti prædicta Pij. V. Vbi clericis tã regularibus, quã ſæcularibus beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, vel in ſacris ordinibus conſtitutis ſub excõmunicationis pœna prohibetur: ne his ſpectaculis taurorum interſint: ſed pœna excõmunicationis nõ infertur, niſi pro mortali; ergo non abeſt à mortali culpa huiuſmodi clericos, & religioſos talibus ſpectaculis intereſſe, quando frequenter prædicta accidunt mala. *Ratio.* Tũ, quia videntur ij ex ſua inſpectione authorizare, & approbare: tum etiam malefactoribus animum addere. Et licet prædicti clerici, & regulares huius extrauagãtis trãſgreſſores nõ excuſentur à culpa lethali: ſed quia extrauagãs id ſub pœna excõmunicationis prohibens, nõ adiecit ipſofacto, vel latæ ſententiæ, ideo nõ eos illã ipſofacto incurriſſe cenſemus, ſed veniunt excommunicandi.

*Quæſtio. De ludis in eccleſia.* ¶Porro iam etiã inſtat agere de ludis theatralibus, qualis culpa ſit eos in eccleſia exercere, vt cũ ibi repræſentantur ludi, qui nuncupantur entremeſes. *Concl. 1. Syluest. Ratio.* Pro expeditione quæſtionis ſit prima concluſio: Quando in eccleſia repræſentãtur multũ turpia acta non vacat culpa mortali talis repræſentatio. Hæc cõcluſio eſt Sylueſt. verbo. ludus. q. 8. & apparet eſſe vera. Tũ quia hoc vergit in opprobiũ Dei, & domꝰ eius; quia domũ eius decet ſanctitudo. Tũ etiã, quia ſcandalũ præbetur puſillis vidẽtibus hæc turpia: & in eccleſia, cuius zelus inquit Chriſtꝰ dñs, comedit me, quia alliciũtur ad venereorũ voluptates, & in talia acta oculis obiecta & repræſentata cõſentiẽdi periculũ pertrahũtur ſpectãtes. Quòd ſi colũbas in tẽplo vẽdẽtes inde deturbauit dñs: etiã iſtas certe ſpurcas repræſentationes in tẽplo exercẽtes profugaret. *Coroll.* ¶Hinc ſequit. corollariè: Qñ repræſentãtes amaſiũ & amaſia ſe ibi in eccleſia in cõſpectu plebis, & corã Dei præſentia exiſtẽtis ibi ſub hoſtia cõſecrata in ſolẽnitate corporis Chři ſe oſculãtur, & amplexãtur, intermiſcẽtes verba laſciua, & turpia peccãt mortaliter: quia ſcãdalũ præbetur puſillis populi: & grauis Chro

præſenti in ſacramento iniuria irrogatur.

*Concl. 2.* ¶Secunda concluſio: Si aliqua vana & ſolatioſa, non tamen multum turpia, aut laſciua repræſentantur in eccleſia, non in opprobrium eccleſiæ, neque clericorum, aut religioſorum vituperium, nõ erit mortale exercere talia, aut videre. v.g. laruas geſtare, choraizare in ſolennibus feſtis eccleſiæ, non eſt damnandum. Hæc concluſio intelligit, ſi deſit mala intentio mortalis finis: ſi ceſſet quoque ſcandalum mortale. Sicut credo ceſſare: dum turpia non miſcentur. Patet, quia his ceſſantibus, licet ſit aliqualis exceſſus non irrogatur magna irreuerẽtia Deo, & eccleſiæ. Igitur tunc non interuenit culpa lethalis.

*Quæſtio. De mulieribus choraizant. in eccleſ.* ¶Quæritur de mulieribus choraizãtibus in eccleſijs eremiticis, & cum viris ibi ſaltantibus, qualem irreuerentiam cõmittant. Cui ſatisfacimus per tertiam concluſionem.

*Concl. 3.* ¶Tertia concluſio: Si talis choraizatio fiat inter perſonas alioquin honeſtas, dum abſit mala intentio, nec ſcãdalum puſillorũ ſic oriatur: dum vitetur, caueaturque, ne ibi aliqua turpia, & laſciua incitantia ad malum interſerantur: tunc nõ auſim huiuſmodi perſonas honeſtas choraizantes in eremiticis eccleſijs damnare ad mortale.

*Quæſtio. De cantilen. in eccleſ.* ¶Sed ab hac prædicta materia nõ eſt aliena & hæc quæſtio: An cantilenas ſæculares cultui diuino admiſcere, aliqualis ſit culpa, & quanta. Pro ſatisfactione ad quæſtionem ſit quarta cõcluſio: *Concl. 4.* Qui cantilenas ſæculares laſciuas cultui diuino immiſcent, ſiue organo, ſiue voce proferãt, nõ excuſantur à mortali. *Caietan.* Hæc eſt Caiet. 2.2.q.91. & in ſum. verb. organorũ vſus. *Ratio.* Et patet: quia hoc eſt prohibitũ per Concil. Baſilienſe, & etiam *Conc. Tri.* Tridentinũ Seſsio. 22. in decreto de obſeruandis & vitandis in celebratione miſſæ. Tũ etiã; quia in hoc caſu irreuerentia notabilis irrogatur maieſtati diuinæ: etiã ſi iſta laſciua cãtentur in organo. Eſt enim cãtus organi veluti pars cultus diuini. Ergo ſiue in cãticis organi, ſiue aliter in diuino officio immiſcere impura & laſciua, culpa lethali non caret: quia eſt velle coniungere Chriſtum cum Belial.

*Concl. 5.* ¶Quinta concluſio, quæ eſt Caietani, & Nauarri: Si aliqui ex ſimplicitate, quadã ruſtica; quia vident iam conſuetudinem cõmuniter inualuiſſe canendi inter diuina officia cantus profanos, ideò ibi eos pſallerent, quia non ſunt admoniti, exiſtimantes non tãtum in hoc ineſſe culpæ, qui ſic parati ſunt animo, id nequaquam facere ſi noſſent culpa non carere mortali, nõ ſunt incuſandi de culpa mortali. *Caiet. Nauar.* Quã tã Caietani, quam Nauarri ſententiam moderandã eſſe cenſeo, vt ſit vera tantum in ſimplicibus, ruſticiſque hominibus ex ſimplicitate inter diuina officia profanos cantus pſallentibus. *Limitatio concluſ.* Secũdo dũmodo tales cantus non ſint adeo patẽter turpes & nimis laſciui; quia ſi tales ſint, etiam ſubagreſtes, & rudes homines ipſa ratio naturalis de culpa graui arguit: quando aperte turpia, & laſciua inter diuina officia canunt. Itaque concluſio intelligitur de his ſimplicibus & plebeijs. At ſuperiores, quibus incũbit hos cantus impuros prohibere, à culpa mortali vix excuſare poſſum. Imo non excuſo, huiuſmodi cantus ſæculares, etiam ſi tantopere turpes & impuri non ſint, ſi à diuino officio non propulſentur ab eis, cum ſui officij munus adhæc exorbitantia & diuinũ officium profanantia notabiliter extirpãda eos aſtringere videatur. *Soti ſent. circa laſciua.* Quare multũ vereor illam ſententiam Soti veram eſſe, qua in de Iuſtitia & iure aſſeuerat culpa nõ carere mortali ſacerdotes curatos rithmos turpes, ideſt, pullas inter diuinum officium occinere, ac culpam incidere mortalem in tã turpia prorumpentes. Sed de his ſatis. ¶Sed ad ludos alearum reuertamur.

# CAP. CLXXXII.

*Quali peccato peccent ſuſceptores luſorum in domo, & an alicuius reſtitutionis ob id obnoxij fiant.*

*De ſuſceptoribus luſorum.* IAm de ludi alearum materia ſermonem repetentibus, & vltra progredientibus primò de iſtis ſuſceptoribus in ſua domo ſuſcipientibus luſores inquirendum nobis eſt, quali peccato peccẽt: & an alicuius reſtitutionis ob id rei fiãt. Pro cuius quæſtionis illucidatione ſtatuitur *Concl. 1.* prima cõcluſio; Abſq; dubio huiuſmodi ſuſceptores: qui in domo ſua recipiunt aleatores vacantes luſibus mortalibus, eiſque menſam ſternunt, aleáſque, ac lumina ad ludendum diu, noctuq; ſubminiſtrant: delinquunt mortaliter. *Nauarr.* Hæc eſt Nauar. in ſum. lat. c. 19. nu. 16. *Ratio.* Et patet ex hoc; quia huiuſmodi ſuſceptores luſorũ non ſolũ videntur cõſentire culpæ mortali, ibi mortaliter ludẽtiũ: ſed ad mortale exercitiũ præſtant iuuamen. Ergo nõ excuſantur à culpa lethali. Preterquã, q vt ex recopilatione noua patet huiuſmodi ſuſceptores luſorũ ad teſſeras, & ad aleas *Pœna ſuſceptorũ. Recopil.* mulctantur pœna quinque millium dipondiorum pro qualibet vice. Quod ſi non ſint ſoluen-



ſoluendo, pœna carceris centum dierum veniunt puniendi.

¶At frater Vincentius Iuſtinianus Dominicanus contra hanc concluſionem, quæ eſt Nauarri duobus inſurgit argumẽtis, quibus eam nititur labefactare. *Argu. 1. cont. cõcl.* Nam primo arguit ſic ad hominem, ſecundum Nauar. Vendere ornamenta meretrici ad ſe excolendum, & venuſtandum non eſt mortale: ergo nec etiã ſiquis huiuſmodi aleatores receptet domi aleaſque ſubminiſtret ad ludendũ mortaliter, nõ eſt ſibi tribuendum culpæ mortali.

*Argu. 2.* ¶Secundo ſuperaddit inſtare ſic; Licet locare domum in loco permiſſo meretrici ad meretricandum: ergo multò magis aberit à culpa mortali ſuſcipere domi luſores ad ludendum. Et licet argumenta hæc videantur apparentia, ſed in procinctu eſt eorum ſolutio. *Satis fit argu. frat. Vincẽtij.* Quia ad ea reſpondemus, primo, non parum ineſſe diſcriminis inter caſum concluſionis, interque exempla in argumentis allata. *Diſtĩ. 1. Differentia.* Nam vendere ornamenta meretrici, quorũ poteſt eſſe bonus, & malus vſus: nulla lege humana eſt prohibitum. Sicut neque locare eis domos in loco ſequeſtrato, & permiſſo: at verò aleatores hos receptare domi eiſque ſubminiſtrare aleas, & ſternere menſam, lege humana interdictum eſt, adiuncta pœna.

2 ¶Secundò dicimus, & in caſibus his diſparitatem aliam inueniri rationis. *Differentia.* Nam ſuſceptores luſorum in domum, qui inſtrumenta eis ad ludũ ſubminiſtrant: puta, aleas, & menſam, ad peccatũ mortale ludi directè opẽ ferunt: ſed qui vendit ornamenta meretrici nõ ita directè ei adiumentũ præſtat ad concubinatus crimen. Atque qui loco publico ſequeſtrato à lege permiſſo, locat domum meretrici, non ita directè adiumento eſt illi ad peccatã pro mercede proſtitutionis exercẽdum; quia vſus domus non ita proxime ordinatur ad malũ finẽ, neq; ità directè, ſicut miniſtrare aleas, & menſam. Quia hoc perinde eſt, ac ſi quis ſubminiſtraret meretrici lectulũ, vbi cubaret cũ amatoribus, quod nullum habet excuſationis ſubterfugiũ. Et quia locare domũ meretrici in loco permiſſo, & ſeparato eſt veluti cõſulere minus malũ parato: quia perinde eſt, ac ſi locator talis domus diceret: Poſtquã parata es fornicari, ne tuo malo exẽplo honeſtas fœminas ad malũ prouoces, en tibi ſeparatam domũ, & locum permiſſum.

*Quæſtio. An ſuſcep. hi ten. reſtit.* ¶Iam ſcitu quoque eſt opus an huiuſmodi ſuſceptores luſorũ aliquã exinde ſuperinducant in ſe reſtituẽdi obligationẽ. Huius gratia ſtatuitur ſecunda cõcluſio. *Concl. 2.* In duobus caſibus ſuſceptores luſorum perdita ibi in ludo reſtituere tenentur principalibus nõ reſtituentibus. Primò, quando aliquis minor ætate ſub paterna cura, vel tutore, vel curatore conſtitutus ibi domi receptus eſt ad ludendũ, ſi quid vltra id, quod ex licentia interpretatiua modicum ludere poterat, in ludo perdidit, lucrante id non reſtituente ſuſceptor, quia miniſtrauit aleas, & menſam; reſtituendi id obligationem ſubit. Sicut etiã in ſecundo caſu; in quo ibi receptus fraudulentus luſor per fraudẽ aliquid lucrifecit ipſo non reſtituente ſuſceptor, ſi ſit conſcius fraudis reſtituendi obligationem ſubit ſecũdum fratrem Ioſephum. *Ioſeph. Nauarr.* Hæc eſt Nauarri loco citato. In cuius confirmationem ſuffragatur regula iuris, ſcilicet; Qui cauſam damni dat (ſicut re vera dedit iſte ſuſceptor) iure ſuper hoc eum ſatiſfacere oportet.

*Quæſtio.* ¶Præterea illa quæſtio, quę potius eſt curioſa, quàm ſcitu neceſſaria multùm, occurrit, ſcilicet, an licitũ ſit ludere preces ſacras, id eſt, Aue Marias. Nam aliqui viri alioquin deuoti iſtum modum ludendi introduxerũt inter domicellas deuotas. Huius quæſtionis meminit Nauarrus, & videtur hunc modum ludendi approbare. Sed profectò negari nõ poteſt, quin ſic ludere ſit miſcere ſacra profanis, & quòd nonnulla in hoc interſit effigies irreuerentiæ, imò & ſimoniæ: ſi vellent ſe ciuiliter obligare Aue Marias ludentes ad eas dicendas. Sed credo ciuiliter ſe obligare non intendunt, quare nulla admiſcetur vera ſimonia ibi.

# CAP. CLXXXIII.

*An in ludo alearum lucrifacta reſtituenda ſint.*

*Quæſtio. De reſtit. in ludo.* INſuper vlterius in hac materia procedentibus obijcitur nobis illa potiſsima difficultas, an in ludo alearum lucrifacta reſtituenda ſint. *Palude cõtra Sylu.* Nam Palude tenet affirmatiuam: Syluest. autem negatiuam amplectitur. Igitur reſolutiua quæſtionis ſtatuitur concluſio: *Cõcl. 1.* Lucrans pecuniam, vel æſtimabile pecunia in ludo alearum iure diuino, aut naturali ad aliquam horũ reſtitutionẽ nõ aſtringitur. *Prob.* Patet: quia talis pecunia acquiſita ludo, inuito domino nõ retinetur: quia poſtquàm eam amittens voluit lucrari, etiã vt ęqua eſſet fors, ſe voluit exponere periculo perdẽdi, & ſoluẽdi ſũmã in vtrãq; fortunæ aleã ſe expoſuit, ergo lucrans iuſtè retinet. *Prob.* ¶Itẽ, quia leges prohibentes alearũ, & teſſerarum ludos cum ſint pœna-

pœnales,neque expreſſe tranſlationem dominij lucri interdicant,lucrans cum acquiſierit dominium,ad lucri reſtitutionem nō manebit obnoxius.

*Concl.2.* ¶Secunda cōcluſio; Qui in ludo alearum pecuniam amiſerit, intra octo dies iudicio exteriori eam repetere poteſt : & lucrans poſtquàm in iudicio iuſſus fuerit eam reſtituere per ſententiam iudicis iam ex tunc in conſcientia tenebitur eam reſtituere. Hæc concluſio eſt Nauarri, & Metinæ, Soti & omnium,cōtineturque in recopilatione noua legum.l.3.de ludis. Vbi ſancitur, quòd ſi perdens intra.8.dies eam pecuniam in foro exteriori nō repetiuerit poſsit quilibet alius B illam pecuniā ſibi repetere in iudicio.Quòd ſi nullus accuſator circa hoc inſtet, tunc iudex ex officio legis executioni inſiſtendo eam pecuniā applicet fiſco:ſed poſt lapſum duorum menſium inquiſitio non procedit ſuper ludum.

*Nauarr. Metin. Sotus. Recopil.*

*Quæſtio.* ¶Præterea grauius iam ſe offert dubium vrgentius premens, an qui amiſſam in ludo à ſe pecuniam ſuo colluſori iam ſoluit, quia eum pudet,& quia dedecori putat ſibi tribuendum ſi eam in iudicio repetat, poſsit ſecretò pro ea ſibi récompenſare. Quæſtio eſt de qua non tantopere conſtat. Igitur pro illius apertione ſtatuitur concluſio:Non licet C ei,qui perdidit pecuniam amplam, quia veretur eam in iudicio repetere, latenter à lucrante eam ſurripere. Hæc concluſio eſt Soti de iuſt.& iur.lib.4.quæſt.5.art.2. eſt Nauarr. & Metinæ in ſua inſtructione confeſſ. §.29.de reſtit. Eſt tamen hæc concluſio contra Adrianum. Clareſcit tamen ex hac ratione potiſsimum. Quia licet prohibeat lex ludum, tranſlationem tamen dominij lucriq; acquiſitionem non impedit:ergo iam lucrās eſt dominus pecuniæ à ſe lucrifactæ,ſibique traditæ,ac per conſequens licet eam amittens,intra.8.dies in iudicio,ius habeat repe- D tendi;ſed non habet ius eam clanculum à lucrante ſuffurandi, quia iam tunc non ſuum acciperet,ſed alienum. Et hanc tenens Sotus ait,ſe non eſſe vſque adeo certum, nec opinionem Adriani oppoſitam eſſe adeo certā; vt ipſe exiſtimat. Sed frater Ioſephus putat Adriani probabilem eſſe opinionem. Sed tamen verius eſt ſecundum Sotum, Nauarrum & Metinam & Ybañez,quòd qui amiſerit ludo pecuniam eam iam à lucrante non poſsit clàm ſurripere.

*Concl. Sotus. Nauar. Meti. contra Adria. Ratio. Ioſephus. Ybañez.*

*Quæſtio. De reſtit. in lud.* ¶Adhæc quæritur maioris explicationis cauſa,quibus caſibus lucrans ludo teneatur ad reſtitutionem rei acquiſitæ per ludum?

A Reſpondetur breuiter,& ſuccinctè cōmuniter cum doctoribus:Regula generalis hic obſeruanda hæc venit,ꝙ,quando non eſt dominus pecuniæ,qui in ludo perdidit illam, alter qui huiuſmodi pecuniam lucratus eſt,tenetur eam in conſcientia reſtituere domino illius pecuniȩ proprio,vel eius ex lege adminiſtratori,ſi ſit pecunia pupilli,vel minoris. *Regula.*

*Coroll. De lucrā tib.à religioſ. ab vxore.* ¶Hinc ſequitur,ſiquis à minore conſtituto ſub tutore,vel ſub curatore,vel à filio patrisfamilias exiſtente ſub poteſtate patris lucratus ſit aliquid non in modica quantitate, ſed notàbili,tenetur id lucri reſtituere. Idem dicendum eſt de viro religioſo,& de muliere B coniugata. Niſi forſitan ij omnes in parua quantitate luſiſſent pro qualitate ſtatus, & diuitiarū patris, & mariti arbitrio boni viri.

*Quæſtio. De lucrāte ſeruo.* ¶Deinde de ſeruo ſpecialis ratio dubitandi emergit, an ſi aliquid ludo acquiſiuit, teneatur illud reſtituere. Reſpōdetur ex mēte Soti in de iuſtit.& iure.lib.4.quæſt.2.art.2. quòd,quia ſecundum Sotum ſerui bello capti maiori fauore ſunt tractandi; ij ſiquid dono ſuſceperint, vel hæreditario iure, vel licito ludo lucrati fuerint,non tenentur in conſcientia dominis ſuis exhibere. Ideo ij tantū bello capti,ſi peculium hæreditario iure,vel dono acceptum exponentes ludo,à potente C perdere aliquid lucrati ſunt,ſicut id lucri domino ſecundum Sotum reſtituere non tenētur. Ita neq; perdēti. Secus de alijs ſeruis,vel dominatis, vel aliter: quā iure belli habitis.

*Quæſtio. De lucrāte filiofamilias.* ¶Subinde de filijsfamilias non emancipatis,neque Caſtrenſe, aut quaſi Caſtrēſe peculium habentibus diſquirendum eſt,an iſti acquiſita à ſe in ludo poſsint ſibi retinere; aut ſuo patri acquirere. Et videtur certe, quod à tali filiofamilias in ludo lucrifactum nec ſibi licite,acquiratur,nec patri,quia ſi talis filiusfamiliàs non poteſt in ludo perdere:ergo neque in ludo lucrari, quia ſi poſſet D lucrari & non perdere nō eſſet æqua in vtroque ludi conditio, quæ alias ex natura ludi æqua in vtroque ludente debet eſſe.

*Sotus & Metin.* ¶Propter hoc argumētū Sotus de iuſt.& iur.loco citato,& Metina Salmā.tenēt,quidquid lucrifactū fuerit in ludo à filio patrisfamilias,niſi donationis via, & nō titulo ludi datum fuerit,fore reſtituēdū perdēti. Sed tamen Nauar.in ſumm.lati.ca.19.nu.12.Soto aduerſatur,dicens,non placere ſibi aſſertum Soti,dicentis huiuſmodi filium non poſſe à colluſore plura lucrari,quā colluſor ab ipſo. *Nauar. ècontra.*

¶Igitur pro enodatione queſtionis,quæ perplexa eſt,ſtatuamus more nr̄o concluſiones. Quarū prima cōcluſio ſit. Qn̄ minor,aut filiusfami- *Concl. 1*



familiàs ludit cum alio colluſore ignorante A eſſe minorem,aut filium eſſe familias, tunc talis minor,aut filiusfamilias, ſi quid ab hoc ignorante lucratus fuerit in ludo tenetur id tali colluſori perdenti reſtituere ; & multo magis ſi decepit illum,dicens ſe eſſe ſui iuris. Hæc concluſio eſt Gabrielis,& Sylueſtri cōtra Caſtrum; cui accedit frater Ioſephus in materia de reſtit.in ſuis floribus. Et in hoc ſenſu puto eſſe veram ſententiam Soti, & Metinæ contra Nauarrum. Patet quia non eſt æqua conditio ludi, & quia eſt interueniens error,ex quo talis ludit ſic, quòd ſecūdum Nauarrum ſi perdit mille, ſoluet mille minori lucranti. Et tamen ſi lucretur ab illo B mille non poterit ex tali lucro, niſi quinque reportare, quæ tantum minor poterat ludere.

*Gabriel. Syluest. Ioſephus. Caſtrus. Ratio.*

*Conclu.2.* ¶Secunda concluſio. Minor,ſeu filiusfamiliàs;qui.v.g. ex conſenſu interpretatiuo patris non poteſt quotannis, niſi quatuor, vel quinq; aureos ex.100.ſibi in ſtudio verſanti miſsis à patre pro alimentis annualibus,ſi illos quinque aureos,quos licitè ludo exponere potuit,ſimul & ſemel ſic aleæ expoſuit,dicendo ſe exponere totum ſuum capitale,cum illis quinque aureis ſic expoſitis aleæ;poteſt à conſocijs colluſoribus ſingulis ſimul ludentibus lucrari,& alios quinque C aureos ſine obligatione reſtituendi. Hæc cōcluſio eſt Metinæ loco citato. Quam ego libēter accepto,quia vera eſt. Quæ & liquet, quia hic iam interuenit æqualis conditio ludentium;quia tantundem iſte filiusfamilias lucratus eſt, ſicut licitè & in ludo amittere potuit.

*Metina.*

*Concl.3.* ¶Tertia concluſio probabilis eſt concluſio,& opinio, & quæ poteſt ſecure in conſcientia teneri, quod minor ſeu filiusfamilias ludens poteſt à colluſore lucrari pluſ- D quam colluſor ab ipſo,maxime quando nō decepit ipſum. Hæc eſt Metinæ Salmanticenſis. Hæc eſt Nauarri loco citato : eſt tamen contra Metinam Complutenſem & Sotum. Vbi ait Nauarrus,omnes communiter contrariam præſupponere contra Metinam,& Sotum. Quam probat tum ex communi ſententia aliorum. Tum, quia non eſt textus,neque ratio:quæ concludat pauperem aliquem honeſto loco natum & etiam plebeium,& mendicum non poſſe amplius lucrari à diuite,quam diues poſsit lucrari ab ipſo. Tum,quia cap.ſi qua.de rebus.12.q.2. &.§.pupi.inſtit.de inuti.ſtipulat,probāt cōtractum cum pupillo,aut eccleſia, factū valere in alterius præiudicium, quanuis in eo- A rum non valeat. Tūm, quia iniuriā pati poteſt quia eam facere nequit.l.illud.ff.de iniurijs tranſlata in cap.illud.15.q.1. Tūm,quia amiſſa facultate faciendi,& perdendi,facultas lucrandi non amittitur per.d.l.illud,quāuis ōpinio Soti,inquit Nauarrus, vera ſit in eo,qui falſo dicēdo ſe facultatem habere donandi, & perdendi, allicit alium ad luſum, arg.l.2.C.ſi minor mai.ſe eſſe dixit.

*Metin. Nauar. contr. Sot. & Meti. Complutenſem. Prob.*

¶Sed licet cum iſta limitatione vltimo poſita quòd non deceperit affirmando ſe eſſe ſui iuris probabilis ſit iſta ſententia & ſecura:ſed ſecurior longe erit,ſi colluſor non ignorauerit eſſe minorem. Quia ſecundum B fratrem Ioſephum, quando non ignorauit colluſor eſſe talem, videtur, quod volenti, ſcienti & conſentienti nulla facta fuerit iniuria. Ac demum probatur;Quia cum duobus aureis,quos.v.g.minor licite poteſt perdere,poteſt vna manu,vel prima vice lucrari duos aureos alios:igitur cum iam quatuor ſibi ſuppetant aurei,quos videtur poſſe perdere,poterit cum eis,& alios quatuor lucrifaeere & ſic de ſingulis. Ergo poterit iſte minor plus lucrari, quam à principio potuit perdere,ſecundum Nauarrum. Sed de hoc limatius & limitatius in noſtro inſtructorio negotiantium diſſerimus. *Limitatio concluſ.3. Prob.*

*De coniugata ludēte.* ¶Vlterius, quoniam de ſingulis ſub aliena poteſtate conſti C tutis, an ludere poſsint indagare cœpimus; nunc de fœmina coniugata quæritur, an ſi quis cum ea ludens, ab ea aliquid fuerit lucratus,teneatur id reſtituere marito. Iam ex præmiſsis hæc eluceſcit quæſtio. *Dictū. 1.* Peccat eñ mortaliter vxor inuito viro ludens in notabili quantitate de bonis etiam proprijs: ſi tamen ius adminiſtrationis eorum pertinet ad virum, vt in Hiſpania pertinere videtur. Quia ſi ſine licentia viri, in no- D tabili ſumma non valet eleemoſynam erogare, ergo multo minus licebit ei in ludo ſummam notabilem prodigere. Imo etiam ſi modicum quid luſerit, poterit talis luſus coniungi cum culpa mortali aliunde, ſcilicet, ratione ſcandali, ſi luſerit cum perſonis ſuſpectis ingenerantibus ſcandalum, incitantibuſque ad malum.

¶Secūdò dicimus,Secluſo ſcandalo,alijſque malis circunſtantijs coniugatis fœminis permittitur ludere in modica quantitate,iuxta ſtatum,diuitiaſque viri arbitrio boni viri taxanda. Imo ſi aliquorum bonorum ſuorū libera ſit adminiſtratrix, ampliorem ſummam poterit ludere. 2

¶Tertio dicimus, 3 caſu, quo fœmina coniugata licitè poteſt ludere

ludere, poterit colluſor bona conſcientia re- A
tinere eam ſummam ludo partam, quam cō-
iugata fœmina licite potuit exponere ludē-
dam, alias non. At ſi ab ea aliquid vltra lucri
fecerit, marito illius tenebitur reſtituere.

*Quæſtio. De lucrāte à religioſo.* ¶Sed iam de religioſis incidit ſermo: an
aliquid poſsint ludere, & an lucrifaciens ab
eis ſic acquiſitum ludo teneatur reſtituere.
Cui quæſtioni facientes ſatis dicimus pri-
*Dictū.* 1. mo: Religioſus dum verſatur in ſtudio de ſi-
bi ſuppeditata pecunia pro victu, & veſtitu
à prælato, nō poteſt exponere ludo aliquid.
Quia cum prohibitum ſit clericis, & religio
ſis aleis ludere, neque talis luſus ſcandalo ca
rere ſoleat: non videtur prælatus in talem lu B
ſum conſentire. Neque enim exinde religio
ſus animi relaxationem debet quæritare ex
aleis, præſertim pecuniam ludendo, ſed aliū
*Metin.* de: niſi, vt ait Metina in ſua inſtruct. confeſſ.
folio. 153. pagina. 2. §. 29. cauſa recreationis
modicum quid ludat, puta, duos argenteos.
Nam tunc hoc religioſo abſenti à monaſte-
rio, ſecluſo ſcandalo, non erit illicitum: niſi
ſit ex fratribus minoribus. Vbi addit quod
epiſcopus, & religioſus; quia ratione perſo-
narum poteſt ludus fieri illicitus in eis pec-
carēt mortaliter ratione ſcandali: ſi in vſu ha
berent ludere: ſecus ſi ſemel ſolatij gratia.

2 ¶Secundo dicimus, loquendo de religio- C
ſo ludente, quòd religioſus extra conuētum
vacans ludo: ſi habuit facultatem à prælato
donandi certam pecuniæ, aut rerum quanti-
tatem, aut expendēdi pecuniam in vſus ſibi
placentes, tunc quidquid ſit de peccato, per
ludum in alium illam pecuniam transferre
*Alcocer⁹. Metin.* potuit. Hęc ſentētia eſt Alcoceri in ſua ſum-
ma de ludo, vbi ſolum ab ea excipit fratres
Minores. Eſt Metinę in ſua inſtruct. confeſ.
fol. 153. Etiam inquit Alcocerus: Si inten-
tio prælati tacita fuerit, vt per ludum talis
*Coroll. Metinæ.* pecuniæ ſumma non alienaretur. Ex quo in-
fert Metina: quod in hoc caſu colluſor, qui
ab huiuſmodi religioſo ludo eā pecuniā ac- D
quiſiuit, licitè ſibi retinet, eamque reſtitue-
re non tenetur. Hæc ſententia eſt probabi-
lis: quia innititur illi regulæ iuris, Qui nihil
excepit, cum potuiſſet excipere, totum con
ceſsiſſe videtur: ſicut contingit in hac gene-
rali licentia expendendi illam pecuniam in
quoſcunque vſus placentes conceſſa à præ-
latis. Et quia quidquid ſit de peccato, iſta pe
cunia conceſſa religioſo, vt alienet per iſtam
conceſsionem, & alienationem, ſiue malam,
ſiue bonam ſubſecutam, iam videtur auoca-
ta à dominio monaſterij.

¶Tertio dicimus, quod oppoſita opinio
A eſt etiam probabilis, ſcilicet, quod illius pe-
cuniæ in caſu prædicto translatio per lu-
dum non fuerit valida. Nam, & hæc opinio
fundatur in regula iuris illa, quòd in genera
li conceſsione non veniunt illa, quæ in par-
ticulari explicita, non concederetur. Ex qui *Dictū.* 3.
bus eſt iſta tranſlatio pecuniæ per ludum, re
ligioſi ludentis, & quia etiam contra volun-
tatem tacitam prælati religioſus dominium
transferre in alium non poteſt. Neque enim
voluntas prælati fuit, vt per ludum aliena-
ret. At prima opinio Alcoceri, & Metinæ, *Sententia*
quam etiam non reſpuit frater Ioſephus, in *autoris.*
conſcientia teneri poteſt. Nam poſtquàm
B iam ex licentia prælati alienanda erat: & po
terat alienari in alios placentes vſus: iam cō
uentus inde nihil detrimenti videtur cape-
re: & propter rationem, quam addit frater
Antonius Cordubenſis ad primam opinio- *Cordub.*
nem dicens, quod non expedit pecuniam, *aduertentia.*
quam religioſus in ludo amiſit repetere, præ
ſertim, ſi in occulto luſit, & non adeo immo
dicam ſummam amiſit; quando ex tali repe-
titione, & ſcandalum graue exundat, & re-
ligioſo alioquin bonæ ęſtimationis, nota in-
famiæ venit inde inurenda.

¶Sed quid, ſi prælatus faciens copiam ſub *Quæſtio.*
dito alienandi pecuniam, ſubdito reſtringit
C licentiam ad vſus tantum licitos? Ad hoc di-
cimus quarto cum Metina in ſuā inſtructio-
ne loco citato, quod tunc cum eo colludens,
& eam pecuniam lucrifaciens, ab ea reſtituē
da non excuſatur: quia ſi prælatus ſciret in
vſus illicitos talem pecuniam fore profun-
dendam talem licentiā non impartiret; imò
ideo eam ad vſus licitos reſtringit expreſſe.

## CAP. CLXXXIIII.

D *An inuoluntariè tractus ad ludum, vi aut importunitate, poſsit lucrari, & an lex Matritia impedit dominium in pecuniam creditam.*

IAM de vi, & fraude commiſſa
in ludo: quatenus principia
poſſunt eſſe reſtitutionis, venit
à nobis agendū. ¶Quare quæ- *An inuitus ludens*
ritur, an qui vi, vel timore, vel *poſsit per-*
importunis precibus adactus eſt ad luden- *dere.*
dum, aliquid poſsit perdere, quod alius lu-
crans licite poſsit ſibi retinere. Et quidem *Alcocer⁹.*
quæſtio hæc perplexa eſt ſatis. Nam Victo *Victoria.*
ria, & Alcocerus tenent talem ſic etiam im-
portu-



portunitate attractum, nihil poſſe lucrari. A
Quia cum æqua debeat eſſe conditio ludi, ſi
attractus ex importunitate precum, vel ex
pudore ſibi iniecto, ſi nō ludat, quia inuitus
acceſsit ad ludum, alius qui eum ſic attraxit,
nihil ab eo poteſt lucri facere: ergo neque
ipſe ſic attract⁹ ab eo poterit aliquid lucrari.

*Concl.* 1. ¶Igitur pro reſolutione quæſtionis ſta-
tuitur prima concluſio. Qui alium vi, vel
fraude, vel importunis precibus alias non lu
ſurum, neque paratū ludere attraxit, ſi quid
lucratus ſit ab hoc ſic inuite ad ludendum
*D. Thom.* tracto, ei reſtituere tenetur. Hæc eſt Diui
*Adria.* Thomæ contra Adrianum: vt ait Sotus loco
*Sotus.* citato. Quia, vt ait Metina, in ſua inſtructio- B
*Metin.* ne non ſolum dicitur vi pertractus ad ludū;
*Quis dicatur vi tractus.* qui pugione ſibi ad pectus applicito cogi-
tur ludere; ſed etiam qui per verba ſibi dicta
taliter inſtigatur ad ludum, quod ſuffundi-
tur pudore, niſi ludat: quia eum prouocan-
tes vili eius conditioni & agreſti, eiusque
miſeriæ tribuunt, quod nolit ludere, hoc ei
improperantes. Hæc concluſio patet: quia
tunc iſte ſic attractus quidquid perdit, inui-
tus amittit.

*Concl.* 2. ¶Secunda concluſio: Securior opinio eſt
*Alcocer.* opinio Alcoceri, & Victoriæ, & Magiſtri
*Victoria.* Bañes quòd timore vel rubore tractus ad lu
*Bañes.* dum, quia miſeriæ & vilitati ſibi tribuitur, C
quòd nolit ludere, non poteſt quidquam in
ludo ab aduerſario lucrari. Quam concluſio
nem ſufficienter probat ratio præadducta,
ſcilicet, quia æqua debet eſſe conditio ludi:
ſi non poteſt ſic pertractus perdere, quod
neque etiam poſsit acquirere lucrum. Nam
*Regul. iu.* iuxta regulam iuris: qui ſentire debet com-
modum, debet ſentire & onus.

*Concl.* 3. ¶Tertia concluſio: Sufficienter quoque
probabilis eſt, & ſecura opinio oppoſita, ſci
licet, quod talis ſic timore, vel rubore ad lu-
dum tractus, licet non poſsit perdere, poſsit
tamen quæ ipſe lucri fecerit, bona conſcien-
tia retinere. Hæc eſt Metinæ Complutenſis D
& Magiſtri mei doctiſsimi fratris Dominici
de Cueuas, & doctiſsimi fratris Gaſparis de
Vzeda prælectoris Salmāticenſis apud ſan-
ctum Franciſcum, eſt, vel videtur eſſe fratris
Ioſephi in ſuis floribus. Qui licet primam vi
ctoriæ non refutet, iſtam vltimo loco po-
nit. Huic credo magis accedit Nauarrus; nā
nonnulla eius fundamenta, quæ adduxit
probaturus, quod minor poteſt in maiori
ſumma lucrari, quam poſsit in ludo perde-
re, huic concluſioni poſſunt adaptari. Vide
ſupra; Et probatur primo, ratione Metinæ
Complutenſis: Quia ſcienti & volenti non
A fit iniuria: ſed qui pertrahit vi, timore, frau-
de, importunitate alium ad ludum, ſciens, &
volens vult ſoluere à ſe perdita: ergo ei alter
ea recipiendo, atque retinendo non facit in-
iuriam.

¶Secundo patet: Quia contractus mino-
ris ſecundum iura ſine authoritate curatoris,
aut tutoris initus valet, inquantum redun-
dat in minoris, ſeu pupilli commodum: &
non valet in quantum in eius cedit incōmo-
dum: ergo pari ratione contractus ludi pote
rit valere, quantum ad lucrum, quod inde vi
attractus ad illum reportat; & non quātum
ad iacturam, ſi in illo aliquid perdiderit.

B ¶Tertio; Quia talis tranſlatio lucri in ſic
vi pertractum nulla lege præpeditur. ¶Item
quarto; quia vi pertrahens alium ad ludum
ipſe liber ad ludum acceſsit: ergo tranſlatio
in ludo per illum facta valebit. ¶Item quin-
to; quia vtens chartis falſis in ludo non po-
teſt lucrari à colluſore: tamen colluſor bene
poteſt lucrari ab eo: ſic in propoſito contin-
git idem vel ſimile. Igitur ſi ſic pertractus vi,
aliquid lucrifecerit in ludo, quod reſtituere
renuerit: nō eſt ab abſolutione repellendus.
Præſertim ſi ſit pauper, & pertrahens diues,
quia cenſendus eſt voluntarie dediſſe dum
non eſt magna quantitas: & potiſsime, quia
C habet pro ſe opinionem probabilem.

¶Præterea, hic iam nos præoccupat illa *Quæſtio.*
ardua quæſtio, in qua mallem eſſe me diſci- *An lucrās*
pulum, quam docere, ſcilicet, an lex Matri- *dominus;*
tij edita taliter prohibeat in pecuniam credi *fiat abſen*
tam ludere, quòd non ſolum executio obli- *tis pecu-*
gationis, & promiſsionis promittentis eam *niæ.*
ſoluere prohibeatur in iudicio, ſed etiā in cō
ſcientia impediatur tranſlatio dominij illius
pecuniæ, ſicuti in actione pupilli. Etenim *Sotus.*
Sotus loco citato ſic ait: Vti reor, inquit, ta-
lis lex impedit trāſlationē dominij, ſicut in
actione pupilli. Quare qui promiſerit nō te-
netur ſoluere: quod ſi ſoluerit, iam alter in
D cōſcientia ante repetitionē tenetur reſtitue-
re. Idē aſſeuerat Metina in ſua inſtruct. fol. *Metina.*
154. dicēs, quod in ludo, vbi luditur ſub pigno-
re, vel in creditā pecuniā, ſi quid ſolutum eſt
reſtituendū eſt. Rationes, quæ hāc ſententiā
probabilē reddūt, licet ipſi doctores prædi-
cti aliā rationem nō reddāt, quā verba legis
annullantis huiuſmodi obligationes, & pro
miſsiones, poſſunt excogitari hæ. Primò, cū *Ratio.* 1.
expreſſe per legē talis obligatio, & promiſ- *pro affirmatiua.*
ſio annulletur, & virtute contractus irriti
nullū transferatur dominiū, quia nullo titu
lo trāsfertur: tunc deficit iuſtus titulus: ergo
ratione iſtius obligationis, vel promiſsionis
irritæ

irritæ acceptum non poteſt retineri, & reſti A
tuendum eſt ſecundum Cordu. in ſuo quæ-
ſtionario.quæſt.32.

2 ¶Secundò:quia iam per aliam legem con
ceſſa erat facultas intra octo dies repetendi
amiſſam pecuniam in ludo:ergo lex hæc Ca
roli V. Matritij edita annullans promiſsio-
nes ludentium in pignora, vel pecuniā cre-
ditam, aliquid maioris vigoris ſuperaddit,
nempe, quod non ſolùm poſsit repetere, ac
per conſequens poſsit eam non ſoluere:ſed
& quod accipiens in cōſcientia virtute nulli
tatis promiſsionis, & obligationis teneatur
illam reſtituere ante repetitionem.

*Argumenta in contra.* ¶At in contrarium ſunt non aſpernendæ B
rationes:ſed apparentes, hę ſcilicet, quia lex
impediens tranſlationem dominij in contra
1 ctibus eſt odioſa:ergo nulla lex, quæ iſtam
tranſlationem verbis expreſsis, aut conſue-
tudine ſic interpretante non impedit, non
ſic eſt interpretanda late:vt impediat tranſ-
ferri dominium:quia odia ſunt reſtringēda.

2 ¶Secundò: Quia iſta lex Matritia anno
domini.1528.edita vbi pronuntiantur pro
nullis huiuſmodi promiſsiones, & obliga-
tiones, & exequutioni mandari prohiben-
tur, ſolùm videtur eas irritare in foro exte-
riori:neque expreſſe in conſcientia impedit
dominij tranſlationem pecuniæ creditæ in C
ludo:ergo ſemel ſi fuerit ſoluta, non eſt reſti
tuenda ante repetitionem.

3 ¶Item tertio arguitur: Quia ſi in cōſcien-
tia, irritatio harum promiſsionum, & obli-
gationum in creditam pecuniam ludētium,
dominij tranſlationem impediret pro bono
communi(vt fertur)ſequitur, quòd etiā, qui
ſe iuramento aſtrinxiſſet eam ſoluere, ab ea
ſoluenda liber maneret: quod vt ſtatim dice
*Nauarr.* mus eſt contra ſententiam Nauarri, & con-
*De iur.iu.* tra caput.1.de iureiurando. Sequela patet; D
quia ſi iurat rem irritatam pro bono commu
ni, non poteſt illam iuramento firmare:ſicut
neque poſſet legi pro bono communi editæ
ſecundum Sotum renunciare.

4 ¶Item eſt argumentum ad hominem con
*Argu.ad hominem contr.Sotum.* tra Sotum:Quia non eſt regula generalis, ꝙ
omnis lex irritans contractum, & tollēs obli
gationem ſoluendi, in conſcientia præpe-
diat tranſlationem dominij. Patet, nam lex
teſtamentorum circa eorum ſolennitatem
ſtabiliens, teſtamenta minus ſolennia irri-
tat:& tamen ipſo Soto teſtante non impe-
dit tranſlationem dominij. Quia ipſe Sotus
fatetur, quod hæres, vel legatarius inſtitutus
minus ſolenniter per teſtamentum minus
ſolenne:ſi apud ſe hæreditatem habeat: po- A
teſt bona conſcientia retinere, nec tenetur
eam alteri tradere, nec hæredi legitimo anto
quàm à ſe repetatur. Ergo à ſimili pecuniam
creditam à ludente, & eam perdente vltro, ſo
lutam eam lucrans, & recipiens non tenebi-
tur ante repetitionem ſoluenti reddere.

¶Deinde: Quia legi naturali derogare nō
debemus, vbi lex poſitiua eam limitans in
parte expreſſe non derogat, ſed de iure natu
rali eſt, & iure naturali conceditur: quia id
naturale eſt, per ſuam voluntatem trāsferre
dominium rei, in alium eius dominum, &
expreſſe in hoc caſu non impedit prædicta
lex tranſlationem dominij:ergo cum domi-
B nium ſit tranſlatum iſtius pecuniæ, ante re-
petitionem non eſt reſtituenda.

¶Ecce hæc argumēta prædictam opinio-
nem Soti, & Metinæ videntur reddere du-
biā. Quare pro reſolutione quæſtionis ſubij
ciamus has ſubſequentes propoſitiones.

¶Quarum prima ſit: Nulla alia lege etiā *Propoſ.1.*
prohibente, ſola ſtante lege de repetendo in
ludo amiſſum, intra octo dies, perdens in lu
do ad ſolutionem perditi non tenetur. Hæc
eſt fratris Ioſephi in ſuis floribus. Videtur *Ioſephus.*
eſſe Nauarri loco citato, vbi ſolum obligat *Nauar.*
ſoluere promiſſum in ludo perditum, quan
do ad id iuramēto ſe aſtrinxit. Eſt Soti loco *Sotus.*
C citato. Et patet, tum, quia poſtquam in iudi- *Probatio.*
cio poteſt repetere, non obſtante quòd de iu
re naturali promiſſum eſt implendum, ſi tan
tum ſimpliciter hoc eſt, ſine iuramento pol-
licitus eſt ſe ſoluturum, poterit via mutuæ
compenſationis retinere. Tum, quia ſecun-
dum Sotum, dum non niſi ſimpliciter polli *Sotus.*
citus eſt ſoluere, non eſt viſus renuntiare iu-
ri ſuo, quod habet ex beneficio ciuilis legis
repetendi:atque ideo poteſt in conſcientia
in iudicio ſe defendere, vt non ſoluat: neque
D facit contra ius naturæ, licet inter nobiles da
retur ei opprobrio.

¶Secunda concluſio, Quidquid alij dixe *Conclu.2.*
rint conformius eſt iuri, & rationi, quod lex
prima.titulo ſecundo. libro octauo ordina-
tionum regalium ſolum obligat milites lu-
dentes ad aleas, & tabulas, & in regno Ca-
ſtellæ degentes ad reſtitutionem acquiſiti
per ludum. Hæc concluſio eſt fratris Ioſe- *Ioſeph.*
phi. Circa hoc tamen nihil cōcludit Nauar- *Nauarr.*
rus cum citet Adrianum in. 4. de reſtitutio.
quæſt.12.aſſerentem id ipſum eſſe ſeruan-
dum de iure communi in alijs regnis, & ad-
dit Didacū Couarruuiam id efficaciter pro- *Couarru.*
bare. Sed nihilominus quidquid ſic de iure
communi, nos de iure ſpeciali Caſtellæ lo-
quimur. Ideo probatur, quia leges curiæ Ca
ſtellæ



ſtellæ aliqua alia regna inuictiſsimo regi no A
ſtro Philippo ſubiecta peculiaria ſtatuta,
vel leges, ex priuilegio habentia, quale eſt
forte Neapolitanum regnum, & Flandren
ſis principatus non obligant: niſi aliter per
regem, & per ipſa in aliquibus caſibus ſit
diſpoſitum.

*Concl.3.* ¶Tertia concluſio; Non obſtante tali le-
ge Matritij annullāte promiſsiones, & obli
gationes ludētis pecuniam ad creditū; & eā
in ludo perdentis:ſi qui eam pecuniam ludo
amiſerit dixerit colluſori lucranti, en tibi
centum argenteos, quos à me es lucratus, li-
cet non eſſem tibi obnoxius ad eos ſoluen-
dos, ſed gratia meum complendi verbum; ti B
bi eos dono, tunc ſi colluſor eos recipiat nō
titulo ludi, ſed quia ſibi donantur:tutus ma-
*Metin.* net in conſcientia ab eorū reſtitutione. Hæc
*Sotus.* concluſio eſt Metinæ in ſua inſtructione,
eſt etiam Soti loco allegato. Vbi ait, quòd
poſſet fieri libera donatio:quamuis ſemper
*Victor.* ſuboleret fraudem. Imo Victoria aſſeruit,
quòd qui in ludo licito aliquid perdidit tene
tur ſoluere, quia alias eſſet inæqualitas velle
lucrari, & velle à ſe perditū nō ſoluere, ſi cre
*Satis fit obiectioni Victor.* debat alium bona ſide ſibi ſoluturum. Sed
dico, ſi animo ſoluēdi luſit, hoc non obſtat:
quia ſi velit vti beneficio legis, quando luſit
in pecuniam creditam, poſt poterit licite ſic C
perditam non ſoluere, quia lex Matritij con
dita huiuſmodi promiſsiones in ludo factas
irritat, dum luditur non præſenti pecunia.

*Cōcl.4.* ¶Quarta concluſio; Si quis ſub pignore,
vel in creditam pecuniam ludens à colluſo-
re aliquid lucratus eſt, vbi perdens iurauit,
ſe ſoluturū, quia ſic iurauit, tenetur ſoluere
pecuniam amiſſam non obſtante lege annul
lante promiſsiones huiuſmodi. Hæc conclu
*Nauar.* ſio eſt Nauarri loco citato. Sed tamen ſecun
dum ipſum poteſt perdens iſte iurans ſolue
*Probatio à ſimili.* re, poſtea ſolutam repetere. Probat eam à ſi
mili; ſicut promittēns ſoluere vſuras non te
netur eas ſoluere, niſi iurauerit, & tunc ſolu D
*De iur. iuran.* tas repetere poteſt.cap.debitores. de iureiu
rando:ita iurans ſoluere in ludo perdita, po-
teſt petere abſolutionem ab iuramēto, qua
obtenta non tenebitur ſoluere. Imo ſicut iu
rans ſoluere vſuras, poteſt petere abſolutio-
nem, antequam ſoluat:qua obtenta non te-
nebitur ſoluere, cap.1.de iureiurando:ſic pa
ri ratione ſecundum Nauarrum iurans ſol-
uere perdita in ludo, ante ſolutionem po-
teſt petere iuramenti relaxationem, qua ob-
*Nauarr. Sotus.* tenta non tenebitur ſoluere. Hæc concluſio
Nauarri videtur contra Sotum, licet non
tam clare. Qui ait legi annullanti has obliga A
tiones, vel promiſsiones non poſſe promit-
tentem renuntiare, quia hæc lex data eſt nō
ſolū in fauorē illius, ſed in bonū commune.
Sed hæc ratio Soti non videtur multū pro- *Satis fit obiect. Soti.*
mouere; quia lex de non ſoluēdis vſuris, &
lex Velleiana de muliere vetita, dū eſt con-
iugata præſertim, fideiubere in cōtractibus,
ſunt in bonū cōmune, & tamen per iuramē-
tum poſſunt eis renuntiare, contrahentes:er
go ſimiliter legi iſti.

¶Sed poſſet quis inſtantius hic vrgere ar *Arg. cōtr. concl.4.*
guendo, quòd iuramentū cōtra bonos mo-
res non obligat:ergo nec iſtud iuramentum
de ſoluenda pecunia credita amiſſa in ludo
B obligat cum videatur contra bonos mores.
Cui argumento reſpondemus primo, quòd *Solutio.*
licet ludere cum circunſtantijs mortalibus
ſit contra bonos mores, ſed ludere ſine illis
poteſt eſſe licitum:& nōn contra bonos mo
res: pertinereque ad virtutem eutrapeliæ.
Secundò dicimus, licet ludere ludo illicito 2
ſit contra bonos mores: ſed non eſt contra
bonos mores de ſe, ibi in ludo perdita ſolue-
re. Sicut coire cum meretrice eſt contra bo-
nos mores: ſed poſtea poſt copulam, ſi iurā
mēto promiſſum pro copula ſoluatur, vt fe
cit Iudas cum Thamar nuru ſua, cōtra bo-
nos mores non eſt; ſed opus fidelitatis ſer-
C uandæ.

¶Sed quid, quando inter promittendum *Quæſtio.*
non interfuit iuramentum ſoluendi in ludo *Quid ſi promiſsio fiat*
perditum, an ſic ſolutum ſibi, teneatur lu- *ſolutionis*
crans reſtituere:quando luſum eſt impigno *ſine iurā.*
rata fide ſoluēdi, hic totus neruus difficulta-
tis reſeratur.

¶Pro hoc ſit.5.concluſio; Licet opinio *Concl.5.*
Soti & Metinæ Salmanticenſis præmemo-
rata tutior ſit, ſcilicet, quòd non interueniem
te iuramento, ſed obligatione, vel pollicita-
tione ſimplici de ſoluenda pecunia credita,
vel abſenti:ſi amittatur in ludo, ſi fuerit iam
ſoluta, ſit in conſcientia reſtituēda. Sed tamē
D qui noluerit eā reſtituere ante repetitionem
non eſt damnādus, ſed neq; ab abſolutione
repellendus, præſertim ſi luſit cum nobili
perdente, & ſibi poſtea ſoluente. Hæc con-
cluſio patet quoad primam partē, quia pro-
pter authoritatem grauiſsimorum doctorū,
quales ſunt Metina, & Sotus puto eſſe tu- *Metina.*
tius, & quia de ſe eſt tutum opinionē illorū *Sotus.*
ſequi, ſcilicet, quòd ante repetitionem ſic ſo
lutum ſit reſtituendum.

¶Sed quia contraria ſententia argumenta
pro ſe habet non deſpicabilia, iam ſupra ad- *Nauarr.*
ducta, & quia videtur eſſe opinio Nauar. *Bañes.*
ſumm.lati.cap.19.num.18. & Bañes cathe-

draaici Salmanticenſis meritiſsimi, qui ait ſu A
per 2.2. hanc legem non eſſe vſu receptam;
ſcilicet, de non ludendo in pecuniam credi-
tam. Imò inſinuat, ꝙ poſtquam ſic eam lu-
crans acquiſiuit, neque perdenti petenti eã
priuatim tenetur reddere: ideò nõ auſus ſum
ad ſibi ſolutum lucrantem ante repetitionẽ
reſtituendum condemnare: neque ſi non re-
ſtituat, ideò indignũ abſolutione reputare.
Quod autem pro hac ſecunda opinione con
tra Sotum, & Metinam ibi Nauarrus ſenti-
re videatur, patet ex eius verbis fideliter hic
expreſsis. Vbi ſic ait, ſecũdùm veriorẽ opi-
*Panor.* nionem, quidquid dicat Panormita. in dicto
cap. clerici, & in cap. quia plerique, de immu B
*Gabriel.* nitate eccleſiæ, & Gabriel, nemo lucrifacta
in ludo etiam illicito ab eo, qui donare po-
teſt ea, quæ perdidit abſque metu, dolo, &
fraude, tenetur reſtituere de præcepto etiã
*D. Thom.* pauperibus: vt ſatis ſentit vterque Thomas.
*Maior.* 2.2.q.32.art.7.ad.2.& explicant Maior, &
*Adria.* Adrianus, & Caiet. in ſumma, verbo, Ludus.
*Caietan.* Tum quia nihil accipit contra iuſtitiam,
*Ratio.* cum non accipiat inuito domino, quia cum
ludo, & ſine ludo donare ea poterat. Tum
quia neque quòd ſponſionibus ſine fraude
lucrifit, neque quod emptionibus; & ven-
ditionibus in diebus feſtis, aut locis ſacris
quamuis in eo mortaliter delinquatur, eſt C
*Gloſſ.* neceſſario reſtituendum, non obſtante illo
peccato, iuxta gloſſam ſingul. in capit. de
cet. §. ceſſent. de immunit. eccle. in. 6.
¶Ecce ex illis duabus ſententijs Nauarri
hic contentis conijcitur eſſe huius ſententię.
Tum, quia loquitur poſt mẽtionem factam
de lege Matritia iam dicta annullãte huiuſ-
*Fauet Nauarr.* modi promiſsiones ſoluendi in ludo factas.
Tum quia primo ait, quod eſt lucrifactum
in ludo etiã illicito; qualis eſt ad pecuniam
creditam à potente donare id, quod perdi-
dit abſque metu, dolo, & fraude non eſſe re-
ſtituendum. Tum, quia, ne quis obijceret,
quod Nauar. loquitur hic quando luditur D
præſenti pecunia, & non ex ſponſionibus
poſtea ſoluendi, ideò adiecit Nauarrus. Quia
neque quod ſponſionibus id eſt promiſsio-
nibus ſoluendi lucrifit, eſt neceſſario reſti-
tuendum: quidquid ſit de peccato. Quid cla
rius; Quia, inquit, non ſit contra iuſtitiam:
cum inuito domino non ſit acceptum. Tum
etiam quia prædicta lex à fide digno, & do-
cto memini me audiſſe ꝙ in obſeruatione
non ſit apud nobiles: eo quod dedecori ſibi
ducant, ſi promiſſa non ſoluant. Neque ſatis
conſtat, ſi in foro exteriori ſit vſu recepta.
Et eſto ibi ſit vſu recepta, quantum ad non

A mandandum exequutioni has promiſsio-
nes, nihil contra nos. ¶Reſpondetur iam tan
dem ad argumenta Soti in contra, ad. 1. ex *Ad 1. arg. Soti.*
mente eius in de iuſt. & iur. lib. 4. quęſt. 5. ar.
3. quod ſicut ipſe ait de contractibus minus
ſolennibus, qui iure ſunt irriti: quod iura hu
mana nihil aliud volunt, quam quòd in iudi
cio tales contractus habeantur nulli: non au
tem quod ipſo facto translatio ſit nulla: ita
dico prædictam legem Matritij nihil aliud
voluiſſe; quã quòd tales promiſsiones in lu
do factæ ſoluẽdi perdita in iudicio habeãtur
nullæ, & executioni non mandentur, non
autem quod ſic promiſſum ſi lucri factũ fue
B rit & ſolutum ipſo facto tranſlatio ſit nulla. *Ioſeph.*
Eius ſententię eſt frater Ioſephus circa inter
pretationem harum legum annullantiũ con
tractus, quãdo expreſſe, vel ex vſu interpre
tante non impediunt tranſlationẽ dominij.
¶Ad ſecundum argumentũ dicitur, quòd *Ad 2. arg.*
lex hæc Caroli Quinti annullãs has pomiſ- *Gloſſatur*
ſiones in ludo non fuit edita fruſtra. Tum, *lex Carol.*
quia per legem aliam ſolutum non poterat
repeti, niſi infra octo dies. At vero lucrũ pe-
cuniæ abſentis iam lucranti ſolutum, forſitã
ratione nullitatis promiſsionis, poteſt repe-
ti poſt octo etiam transſactos dies. Tum de
mũ, quia lex regis Illefonſi, quæ refertur in
C recopilatione noua l. 2. lib. 5. tit. 16. cauerat, *Recopil.*
vt omnis promiſsio, vel obligatio etiam fa-
cta inter abſentes; qua alterũ alteri ſe voluiſ-
ſe obligare cõſtaret, valida eſſet. Igitur exce-
ptio iſtius legis fuit lex Carol. qua cauit pro
miſsiones ſoluẽdi abſentem pecuniã in ludo
perditam nullius eſſe roboris, vel momenti,
neque executioni eſſe mandandas; quare
iſta lex non eſt lata fruſtra. Sed de his ſatis.

# CAP. CLXXXV.

*De imparitate, & deceptione interueniente in ludo, & de ſponſionibus: & de lucrifactis in ludo à filijs familias.*

D IAm finem impoſituri mate- *Quæſtio.*
riæ ludi: ne quid intactum re *Excedens*
maneat: reliquas hic proſe *in peritia*
quemur quæſtiones, de illa *an poſsit*
primo inquirẽtes; Si alter lu *lucrari.*
dentium ſit pertiſsimus, per ſuamq; periti
am aliquid lucratus fuerit, an illud reſtituere
teneatur? Pro deciſione quæſtionis ſubijci-
mus hæc dicta. Quorũ primũ ſit; Quãdo am *Dictũ. 1.*
bo colluſores ſunt ignoti ſibi inuicẽ, quòd
peritiſsimus tũc lucratur, dũ imperitiam ad
uerſarij





uerſarij ignorat reſtituere non tenetur; quia A
tunc ambo æquali ſe expoſuerunt aleæ.
2 ¶Sit ſecundum dictum; Qui comperta
iam aduerſarij modica peritia, longe peritio
rem in ludo ſe eſſe cognoſcit: tenetur vel
à ludo recedere, vel tantã palmam aduer-
ſario concedere: quanta, vt par ſit vtriuſque
conditio deſideratur. Huius ſentẽtiæ eſt fra
*Ioſeph.* ter Ioſephus. Huic ſubſcribit Nauarrus, vbi
*Nauar.* ait: quòd qui diſsimulat ſe ludi imperitum,
& cum ſit valde peritus, attrahit imperitum;
longeve imperitiorem ad ludum: reſtituere
lucrum tenetur. Patet hoc ſecundum dictũ;
quia alioquin fraudulenter lucraretur, quia
æquipollent fraudem committere, & aduer B
ſarium multo inferiorem in ſcientia ludi, pe
cunia ſpoliare.
*Quæſtio.* ¶Sed quid, ſi ambo colluſores ante noue-
3 rant ſe. Pro hoc ſit tertium dictum: Si impe
ritus perito dixerit; Age quidquid à me lu-
cratus fueris, tibi dono: tunc non tenebitur
peritior ad reſtitutionem. Patet, quia ſciẽti
& volenti non fit iniuria.
4 Quartũ dictũ ſit; An peritior reſtituere te
neatur lucratũ etiam ſi imperitior ſciens, &
volens accedat ad ludum, problema eſſe vi-
*Alcocer.* detur. Nam Alcocerus tenet, quòd niſi impe
ritior tunc dixerit, age ludamus: quia tibi do
no quidquid lucratus fueris à me: tenetur pe C
*Ratio.* ritior ab illo lucrifacta reſtituere. Tũ, quia
imperitior in ludo, non tam liber acceſsit ad
ludum Quia cupiditas lucrandi ſolet excæ
care imperitos, ne aduertant exceſſum peri
tiæ aduerſarij. Tum, quia ille imperitus ludẽ
di non vult transferre dominium, niſi ſecun
dum leges ludi: vbi expoſcitur æqualitas pe
*Quæſtio.* ritiæ. Et licet iſta prædicta opinio videatur
probabilis; ſed oppoſita opinio, ſcilicet,
quòd in hoc caſu (cum vterque eſt ſibi inui-
cem notus de maiori peritia vnius, ac de ma
iori imperitia alterius non obſtante hac no-
titia peritior lucrifacta in tali quantitate, vt
non præſumatur inuitus dare) nõ tenetur re D
ſtituere eſt probabilior, niſi fallor, quæ eſt
Metinæ Complutenſis: præſertim vbi non
multum agnoſcitur exceſſus, & etiã ſi agno
*Ratio. 1.* ſcatur. Patet primo ex regula generali iuris;
quia ſcienti & volenti non fit iniuria. Igitur
cum imperitior ludendi exploratum habue
rit alterius exceſſum: & nihilominus volue
rit ludere, amiſſaque ſoluere, ei nõ facta fuit
2 iniuria. Secundo: quia per hoc, quod ſciens
& volens acceſsit ad ludum, videtur renun-
3 ciare legi æqualitatis peritiæ in ludo. Ter-
*Alcocer.* tio, quia ratio, qua probat Alcocerus ſuã opi
nionem, potius eſt contra ipſam: quia cupi-



A ditas lucrandi non ſic excæcat colluſorem,
vt ludere velit cum eo, cuius exceſſum pe-
ritiæ perſpectum iam habet, quia cupiditas
lucrãdi illum deterret, & admonet ne ludat
cum iſto, quocum eſt certo perditurus: ſed
cum alio ęquali ſibi in peritia ludendi. Dein
de, quia hæc vltima opinio Metinæ, quam
magis amplectimur, videtur eſſe Nauarri lo *Nauarr.*
co citato. cap. 19. nu. 18. Vbi ait: quòd ſecũ-
dum veriorem opinionẽ lucrifacta ſine do-
lo, metu, & fraude, etiam ludo illicito, ab eo;
qui donare poteſt: non ſunt reſtituenda. Sed
hic nullus interceſsit metus, fraus, aut do-
lus, ergo prædictum lucrum de mente Na-
B uarri non eſt reſtituendum; quia in hoc caſu
non accipit aliquid ab inuito domino, ſed ab
eo, qui cum ludo, & ſine ludo, ea donarę po-
terat. Et deinde quia Nauarrus ibidem. nu.
17. ſolum ait, quòd qui ſuam occultans &
diſsimulans peritiam ludi, attrahit aliũ lon-
ge imperitiorem ad ludendum tenetur reſti
tuere lucrifactum. Quod non contingit in
hoc caſu, vbi vterq; quo ad peritiã vel impe-
ritiã ludi ſibi inuicem eſt notus. Vide copio
ſius in noſtro inſtructorio negotiantium.
¶Tenetur inſuper reſtituere acquiſitum
ludo, qui falſis talis, vel chartis vtitur, le-
geſve ludi cum notabili damno colluſeris
C tranſgreditur: quia vtitur dolo, & fraude.
¶Deinde aduertito tria, quæ ait Nauar- *De fraudi*
rus fuiſſe à ſe quæſita. Ad quæ ſuo ordine *bus in lu-*
reſpondendo, ad primum dicitur; quòd pec *do.*
cat mortaliter, qui ſcienter ait ſe habere plu 1
ra puncta, quam habeat, quibus lucratur. Se *Nauar.*
cundo, quod perinde peccat, qui aduertit 2
ſuum colluſorem errore calculi, dicere ſe
pauciora habere puncta, quibus perdit &
non monet alium. Tertio peccat perinde 3
qui accipit priorem locum: quem manum
appellant, & quia primus decipitur; ideò ſe-
cundus accipit, quod iam alter lucratus eſt.
Quarto eiuſdem culpæ fit reus, qui ſurripit 4
D ius aptius lucrãdi colluſori, quanuis non te-
neretur reſtituere, quantum ob id lucrare-
tur, ſed quantum illud ius prioris loci valet.
Sicut qui lædit meſſem non tenetur reſtitue
re quantum illa in area redderet: ſed quanti
æſtimaretur in herba, ſecundum D. Thom. *D. Thom.*
2.2. quæſt. 62. artic. 4. Quæ quidem prædi-
cta tunc & tantum procedunt; cum dam-
num notabile infertur. Inſpector tamen lu-
di ſolum contra charitatem peccat, & non
contra iuſtitiam, ſi non admonet ludentem
errare computando, vel non capiendo prio
rem locum: ſi id non promiſit, vnde reſtitu-
tioni non fit obnoxius ob id.

*Metin.* ¶Deinde his adiungimus quintum dictũ A 5 quod Metina in ſua inſtructione docet, ſcilicet, quando inter ludendum quis exponit reſiduam ſortem aleæ, q̀ echando el reſto fit, vt Hiſpanice dicitur; etiam ſi euidenter reſciat totum reſiduum ſe lucrari, nihil tunc tenebitur reſtituere. Quia circa hoc æquali periculo, & aleæ (cum hoc eis contingit) ſe exponunt colluſores, quia ſimiliter alia vice huic, vel illi ſic ſuccedit alea.

*Quæſtio. An recompenſatio poſsit fieri in ludo.* ¶Sed iam pro complemento materiæ, licet tranſactio in ludo circa lucrum proprie fieri non poſsit ſecundum doctores, quia trãſactio proprie eſt in litis pendentia, vel in litibus, quæritur tamen an in ludo recompen- B ſatio pro perdito ibi fieri poſsit, ſcilicet, an quia perdidit quis ludens cum minore centum, ſi rurſus lucretur ab eodem minore centum, quos, ſcilicet, aureos, 100. non poterat à minori lucrari: poſsit pro recõpenſatione aliorum. 100. quos à ſe minor lucratus fuerat, eos 100. ſibi bona conſcientia retinere. Profecto non eſt reſponſio tam in aperto.

*Dictũ.* 1. Igitur pro deciſione decimus primo; Qui tenetur reſtituere lucrifacta in ludo ab vno, non poteſt cõpenſare cum perditis cũ alio, neque econtrario.

2 ¶Secundo dicimus cum perditis cum vno poteſt luſor compenſare lucrifacta ab eodẽ C non ſolum durante eodem ludo, ad cuius vſque finem nihil cenſetur lucrifactum, ſed etiam in diuerſis ludis; etiam ſi alij ſint liciti, & alij illiciti; ſiue vterque ſit habilis ad donandum, ſiue inhabilis. Quamuis de rigore iuris in hoc vltimo, vbi eſt inhabilis, contrarium dici poſſet. *Sylueſt.* Ita Sylueſter verbo ludus. queſt. 17. qui hoc tenet ex æquitate ſaltem *Nauar.* quoad forum conſcientiæ. Cui accedit Nauarrus in ſum. Latina cap. 17. num. 18. *Armilla.* Eſt tamen contra Armillam verbo. ludus. §. 8. Vbi inquit, quod ſi Sempronius filiusfamilias luſit cum Petro potenti perdere, & lucratus eſt. 10. ad ſcachos: ſi poſtmodum lu- D dit cũ eo ad chartas & perdit. 10. nõ poteſt Petrus facere pro à ſe perditis recompenſationem: ſed tenetur reſtituere. 10. quia filius familias ludendo poteſt patri acquirere, ſed non poteſt acquiſita diſtrahere ſine licentia patris. Additque ibi Armilla, quòd hæc opinio ſibi videtur verior & tenenda. Sed tamen opinio oppoſita Sylueſtri, quam ſecutus eſt Nauar. poteſt tute teneri. Et pro ea eſt argu. *Panor.* eius, quod notat Panormitanus in cap. filius *De cenſibus.* de teſtamentis, & in cap. ex parte. de cenſibus. Et patet, quia æquitati rationis innititur; *Ratio.* quòd ſi patri filiusfamilias acquirit in A ludo, quòd etiam, ſi filiusfamilias totidem perdiderit, atque lucratus erat, eius colluſor, cum iſto lucro vltimo poſsit ſibi recompenſare ex æquitate totidem, quæ perdiderat, & iam filiusfamilias patri ſuo acquiſierat, & tradiderat. Nam ex æquitate naturali, pater, qui ſenſit lucri commodum, debet ſentire & hoc onus. Secus eſt (vt reor) quando patri de lucro primo nihil obuenerat: quia filius lucrans id diſsipauerat, & prodige inſumpſerat. Tunc verior eſt Armillæ opinio. *Admittitur hic Armilla.*

*Quæſtio. Doloſe lucrans an poſsit recompẽſar.* ¶Quæritur inſuper, an qui falſis chartis, aut talis, aut dolo, lucratur ab alio, compen- B ſare poſsit cum iuſte perditis à ſe cum eodẽ colluſore? Reſpondet Nauarrus, quòd in hoc caſu opinio contraria, ſcilicet, Armillæ eſt vera, quia non videtur iuſtum, vt compẽſentur cum iuſte perditis, iniuſte & per fraudẽ lucrata. *Nauar. Hic Armilla habet verũ.* Neque enim fas eſt dicere. Quia à me Petrus iuſte lucratus eſt decem, quæ iam ei ſolui, pro recompenſatione illorum volo nunc mihi retinere & hæc decem, quæ per fraudem, & dolũ his chartis falſis ab eo lucri feci. *Metina.* At vero Metina Salmanticenſis in ſua inſtructione ait, quòd qui lucratus eſt à pupillo. 100. argenteos, quos lucrari nõ poterat, ſi in eodem ludo colludendo cum eo- C dem pupillo, eos amittit, non tenetur, ſi eos tunc ſoluit, eos iterum reſtituere, eo quòd ab impotente perdere eos lucratus fuerit. Et in hoc omnes conueniunt: ſi fiat in eodem numero ludo. Et credo idem diceret cum Syluestro, & Nauarro; ſi cum eodem pupillo luderet, & in alio ludo amitteret, quod priori ludo ab eodem lucri fecerat; quia iam per ſolutionẽ perditi in ſecundo ludo, quod lucratus eſt à pupillo in primo, ei ſatis facit, & recompenſat. Secus eſt, inquit Metina, ſi decem, quæ lucratus eſt à pupillo lucrãs rurſus cum alijs ludens perderet, quia maneret adhuc obnoxius ad reſtituendum pupillo; D etiam ſi pupillus ille illa renuat accipere, allegans ſibi dedecori eſſe illa recipere; quia reſtituenda ſunt eius tutori, & ſi fuerit filius familias eius patri.

*Quæſtio. De ſponſionibus.* ¶Sed iam tandem peruenimus ad dubiũ de ſponſionibus in aliquem euentum incertum. Nam hic accidit quædam effigies ludi, licet non ſit proprie ludus. ¶Iſta mutua ſpõſio in talem euentũ Hiſpanice dicitur, apueſta. *Dictũ.* 1. Igitur ad dubium dicimus primo; In his ſponſionibus ſi quis ſciens à ſe aſſertum eſſe verum, id diſsimulat, vt alium ad ſponſionẽ inducat, tenetur reſtituere ſic lucri factum ex iſta ſponſione; quia non ſine dolo eam facit.



2 Secundo dicimus; Qui talem ſponſio- A nem ſine dolo facit nihil certi ſciens ſed committens ſe fortunæ an eueniat, vel non eueniat, an ſit, vel non ſit: ſi lucratus fuerit aliquid ex tali ſponſione, non tenetur reſtituere; quia talis ſponſio nulli iuſtitiæ eſt contraria, imo eſt cõſona legi ad præſens. ff. de rebus creditis. & l. à Titio. ff. de ver. *ff. de reb. cred.* neque peccant id lucri ferentes mortaliter, licet ſecundum Maiorem, & Adrianum videatur veluti lucrum ſordidum; quia fere ſemper eſt liberalitati contrarium. Ita Nauarrus capite. 17. num. 18.

3 ¶Tertio dicimus cum Metina in ſua inſtructione loco citato, quòd cum quis de B euentu aliquo certificat alium, qui vt incredulus id non credit, ſed facit ſponſionem dicendo, non ita eſſe, recte de euentu certus fert lucrum poſtea ex ſponſione. Vt verbi gratia accommodat exemplum: Ait vnus, ego vidi Petrum, quem vere vidit veniſſe à foris, replicat alter proculdubio, non vidiſti, quia nondum venit. Adijcit primus credito mihi, quia hiſce oculis cum aduentãtem intuitus, ſum, & ſimul cum hoc alter proteruit, ſponſionemq; facit ſuper eo, quòd non venerit; optimo iure, quia eum certiorauit, ab incredulo & ſpondente poteſt reportare lucrum ſponſionis. Ita Metina; quia illud ve- C luti ex ſtultitia voluit dare, quia ibi neque interceſsit fraus, nec inuitus ſpopondit, ſed de hoc limatius alibi dicimus in noſtro inſtructorio negotiantium dum de ſponſionibus ibi agimus.

¶Demun hoc genus ludi ſponſionum, id eſt, de las apueſtas; etiam ſi ſuper re illicita fiat, vt. v. g. ſi de dicendo patri verbum ignominioſum paciſcantur, ſcilicet, ſi quis dixerit alteri ſpondeamus, quòd non ſis auſurus patri verbum hoc iniurioſum dicere, ſi alter acceptans hanc ſponſionem verbum contumelioſum dixerit patri: lucrabitur ſponſionẽ, nec eius reſtitutioni manebit obnoxius. D *Ioſeph.* Ita frater Ioſephus. Quæ quidem aſſertio licet non careat ſcrupulo, quatenus ſponſio ſit ſuper re tertio iniurioſa: tamen ſecundum ſententiam Nauarri, Angeli, Syluestri D. Antoni. poterit ſuſtineri, licet videatur contra communem. Quia licet res ſit prohibita: ſed non videtur impedita tranſlatio dominij, quia voluntaria fuit. Hæc eſt Alcoceri. Vnde *Alcocer.* infert Alcocerus, quòd etiam ſi ſponſio, & contentio ſit ſuper rem alioquin licitam de ſe, licet ſub pœna excommunicationis ſit prohibita, quòd tali conuentione acquiritur & retinetur iure quidem acquiri, & retineri A dicitur. ¶At nec illa quæſtio omittenda *Quæſtio. De ſocietate in ludo.* videtur, cuius meminit Corduba in tractatu de caſibus conſcientiæ. q. 76. vtrum Petrus, & Ioannes poſsint conuenire ſic in contractu ſocietatis in ludo, quatenus Ioannes ludat, & Petrus exponat certam ſummam pecuniæ ludendam, periculo amiſsionis. ¶Re- *Cordub.* ſpondet Corduba ibi, dum ludus ſit licitus abſitque vis, & fraus: iſta conuentio non eſt damnanda abſolute, licet non appareat tam honeſta: dum pretij iuſtitia, & partitionis ſeruetur, iuxta conſuetudinem, & arbitrium bonorum virum. Et demum ſi talis ſit ludus vbi lutrifactum non ſit neceſſario reſtituen- B dum niſi aliæ circunſtantiæ adhibeantur caſui, quibus merito veniat reprobandus.

*Quæſtio. De diſpenſatio. voti ludendi.* ¶Sed, vtrum diſpenſari poſsit hic ſuper voto de non ludendo ludo illicito, vel ſuper tali iuramento. Dicitur primo ad quæſtionem authore Nauarro quod Pius quintus noluit ſuper tali caſu diſpenſare, quia videtur nulla cauſa ſit diſpenſandi. Sed tamen fatetur Nauarrus poſſe talem obligationẽ voti, & iuramenti in aliam rem magis acceptã Deo per ordinarium, ſiue per alium ex priuilegio habentem autoritatem, commutandi commutari, licet malitia illiciti ludi per hoc nõ tollatur. De his ſatis. C

## CAP. CLXXXVI.

*De authoritate, & titulis imponẽdi tributa, & quomodo ſint ſoluenda præſertim vectigalia, portoria, tributa, pecho Hiſpanicè nuncupata*

*Quæſtio.* CVm omnis reſtitutionis, & furti materię diffiniẽdã ſuſcepimus, & hæc quæſtio, quæ in hac materia celeberrima habetur nobis ſub ſilentio prætereunda non eſt, an tributa, vel vectigalia defraudans, & non ſoluens teneatur reſtituere. ¶Cui quæſtioni, vt ſolutionem paremus *Diſtinctio tributorum.* præmittenda eſt diſtinctio tributorum. Nã vt Sotus tradit lib. 3. de iuſtitia & iure, *Sotus.* quæſtione. 6. artic. 7. licet tributorum nomina iuris prudentes multiplicent, quæ inter *Syluest.* alios Syluester ſub verbo gabella propemodum enumerauit quatuor tamen ad rem ſpectantia illic connumerat Sotus. Primum eſt. *Cenſus quid.* cenſus, quòd à cenſendo deriuatur, vt habetur lege, forma, de cenſibus. Dicitur autem cenſus, quod cenſeri facultates debent, quo inde pro earum ratione tributa ſoluantur, vt ha-

vt habetur dicta. l. At vero quatenus peculiare nomen eſt ab alijs diſtinctum, illam pẽſionẽ ſingulariter ſignificat, quam ciues viritim pro capite principi pendunt. Hoc eſt quod à Chriſto Iudæi ſciſcitabantur, an liceret cenſum dare Cæſari, an nõ, id eſt, pro ſubiectione. Et quia ad ſuperbiæ tumorem hoc genus cenſus ſpectat inter Chriſtianos principes non eſt tã in vſu frequens. Ratione huius cẽſus pendendi tempore Natiuitatis Domini deſcriptus eſt per Cæſarem Auguſtum orbis: & quia ad hunc finẽ Dauid numerari iuſsit populũ: ideò tã acerbas dedit pœnas.

*Quid ſit tributum.*

¶Tributum differt à cenſu, tum ratione materiæ, tum ratione finis. Tributum enim de terræ naſcentibus in ſubſidium regis, vel reipublicæ contribuitur. Cenſus vero de capite ad ſubijciendam perſonam, in eiuſque ſubiectionis profeſsionem, & tributum, ꝙ ſecundum fratrem Ioſephum in idẽ recidit, eſt proprie pẽſio, quæ pro alendis militibus ſoluitur, & ſtipendium appellatur. *Ioſeph.*

*Quid vectigal.*

¶Tertium genus penſionis eſt vectigal ab vtroque differens fine pariter, & materia. Soluitur enim de mercimonijs, quæ vehuntur negotiationis gratia ad murorum, pontiũ, aliorũq; id genus publicorũ operũ refectionem. Et ſecundum fratrem Ioſephum idem omnino eſt gabella, & hic ſoluitur decima pars mercium. Vectigal dicitur à vehẽdo merces, diciturq; Hiſpanice, alcauala.

*Quid pedagium.*

¶Quartum tributum eſt, pedagiũ quod materia eſt idem cum vectigali, quia ex mercimonijs ſoluitur, fine tamẽ diſtans, quia ad cuſtodiã viarũ dicatum eſt. Atque ſecundũ fratrem Ioſephũ Hiſpanice portazgo cognominatur portoriũ, quod videtur coniungere Sotus cum vectigali, quia à porta dicitur, eo quod portitori ſoluitur: licet non inſinuet eſſe idem, quod vectigal. *Sotus.*

*Duana quid.*

¶Duana idem eſt quod vectigal, in hoc tantum differens à vectigali, quia duana ſoluitur pro rebus venalibus, quæ ab vno regno ad aliud vendendæ tranſportantur.

*Quid talia.*

¶At vero Talia eſt collecta ſeu penſio, quæ principi ſecundum quantitatem bonorum cuiuſcumque ciuis ſoluitur. Sed aduertito quod cẽſus, qui eſt penſio, vt diximus, pro recognitione ſubiectionis, in aliquibus locis martiniega vocatur.

*Quid ſit guidagiũ.*

¶Guidagium proprie eſt ſtipendiũ, quod ſoluitur ducatum præſtanti in via.

*Quæſtio.*

¶His ſuppoſitis, quia præmiſſa quæſtio præexigit cognitionem alterius, an vectigalia licite impoſita ſint per regem, & qua autoritate imponenda veniunt: ideò pro expe-
A ditione huius quæſtionis ſtatuuntur hæ concluſiones.

¶Quarũ prima ſit; Princeps quilibet ſuperiore carens vectigalia imponere poteſt. Hæc concluſio continetur in Concilio Lateranenſi, & habetur cap. innouamus. de cenſibus, vbi cenſura excommunicationis fertur contra ſine authoritate principum, & regum imponentes vectigalia. Et latius de hoc agitur ab Innocentio. 3. cap. ſuper quibuſdam. de verb. ſignific. Hinc reſpublica nulli ſubiecta, vt Venetorum, & Genuenſis noua vectigalia imponere poteſt. Nam principatus autoritate pollent. Nam princeps proprie dicitur qui in temporalibus ſuperiorẽ
B non recognoſcit. *De cenſ. Innoc.*

*Quæſtio. De cauſis imponẽdi tributa. D. Anto. Gabriel.*

¶Iam quæſtio veluti affinis obuiat, ſcilicet, quot ſint cauſæ, quibus noua vectigalia imponi poſsint, etſi aliæ poſſint forte excogitari? Reſpondetur tamen authore Diuo Antonino. 2. parte capit. 3. §. 2. & Gabriele aſſentiente ei diſt. 15. quæſt. 5. arti. 2. ſunt cauſæ octo, ex quibus tributa indici poſ-
ſunt. Primo pro bello ineundo ad defenſio- 1
nem ciuitatis, & regni. Secundo pro expen- 2
ſis belli iuſti alijs inferendi. ¶Tertio pro re- 3
dimendo domino in bello iuſto pro ciuibus illato capto ab hoſtibus. Secus eſt, ſi in bello
C iniuſto, quod alijs inferebat talis dominus captus eſt: quia tunc proprio patrimonio redimendus eſt.

¶Quarto pro vtilitate publica, ſcilicet, 4
pro conſtruendo aliquo ædificio publico, vel huiuſmodi, vt habetur ca. cum Apoſto-
lus, de cenſibus. ¶ Quinto ad redimendam 5
rempublicam ab aliquo onere, vt ſi ciues inter ſe pecuniam ad redimẽdum tributũ colligerent.

¶Sextò, quando princeps careret patri- 6
monio ad regiam maieſtatem conſeruandã authore D. Thoma ad Duciſſam Brabantiæ.
¶Septimo propter locandam matrimonio 7
D regis filiam, ſiue prolem regiam commode alendã, qñ aliũde nõ ſuppeterent ſumptus, vt credo, ſicut etiam quãdo aliunde nõ ſuppeterent ſumptus pro bello defenſiuo rei-
publicæ. ¶ Octauo ad redimẽdã prolẽ regiã 8
ab hoſtibꝰ captã, vel ad liberãdũ regnũ ab aliquo obſequio, ꝙ hoſtibꝰ pẽditur. ¶Additur
his vltimo ad ſatisfaciẽdũ læſis in bello iniu- 9
ſto; vt ſi aliqua reſpublica aliquos iniuſte dãnificaſſet. Quæ, quidem penſio ſiſa vocatur: quia conſentaneũ eſt reſpublica his, quibus
nocuit, dãnũ reparet. ¶Preterea rationabile 10
videtur quod ſoluitur pro defenſione regnorũ in terris maritimis, & pro ſuſtentãdis triremi-



remibus, quibus via maris, & loca maritima A ab inſultibus hoſtium graſſantium defenſan-
11 tur. ¶Pro maieſtate quoque regia, eiuſque prole ſuſtinenda princeps licite tributa valet exigere, etiam ſi bella non ſuppeterent ſuſtinenda.

*Quæſtio. De immoder. tributis.*

¶Sed iam in dubiũ vertitur, an princeps immoderata vectigalia, ſeu tributa exigere poſsit, quia peruia eſt quæſtionis ſolutio, dicitur primo, quod rex ſeu princeps immo-
1 derata vectigalia exigere non poteſt. Huius palam eſt ratio; quia rex, vel princeps bonorum ſubditorum non eſt proprietarius dominus; quia bona ciuium ſunt propria non dominorum. Vnde iniuſte, & immodice exi- B gendo ad reſtitutionem teneretur rex. ¶Dicuntur autem tributa eſſe iniuſta, quando nulla ſubeſt neceſſaria, & iuſta cauſa prædi-
2 ctarum. Secũdo dicimus, quòd omnes magnates noua obſequia à ſubditis, vel à priuatis exigentes præterquam quod delinquũt mortaliter, ea reſtituendi obligationem ſibi ſuperinducũt. Eſt res diffinita in cap. ſuper quibuſdam. de verborũ ſignificatione. ¶Ter-
3 tio dicimus, quod omnes ſubditi tenentur ſoluere tributa iuſte impoſita iuxta leges regni, vbi vnuſquiſq; verſatur: vel negotiatur, etiam ſi qui non exoluerit euaſerit pœnam legis, eo ꝙ occultè trãſierit, vel ſe occul- C tauerit, vt elaberetur ab exactoribus ſecundum communem doctrinam doctorum. Sic Metina de reſtit. quæſt. 13. & Sotus de iuſtitia & iure lib. 3. quæſt. 6. art. vltimo & lib. 4. q. 6. art. 4. & lib. 5. quæſt. 6. artic. 5. & Couarru. in regula peccatum. parte. 2. §. 5. Ita Cordub. in tractatu de caſibus conſcientiæ. quæſt. 95. licet Nauarrus in ſumma cap. 23. nu. 54. vſque ad 65. cum aliquibus doctoribus teneat contrarium.

*Rex nõ eſt proprietarius bonorum omnium. Quãdo tributa ſunt iniuſta. De verb. ſignificat. Metin. Sotus. Couarru. Cordub. Nauar.*

¶At verò quia ſermones in vniuerſali minus proſunt, ſigillatim de vnoquoque genere tributorum, quomodo obliget nobis venit indagandum. Et primo de vectigalibus, D ideſt, alcaualas ſtat lex. 120. & lex. 129. quaterni, vbi ſancitur, vt, venditor, vel commutator cuiuſcumque rei, ſub præſignatis ibi pœnis vectigalium exactorem, & tabellionem intra tot dies admonitos eſſe curet, de vectigali; ꝙ ſi ſic admonitus exigere non curauit, præſignato tempore elapſo in iudicio repetere nequeat. Cæterum hoc non obſtante venditor aſtrictus maneat ad ſoluendum vectigal in cõſcientia, etiam ſi exactor non illud exigat, iuxta conſuetudines legeſque Caſtellæ.

*De vectigalibꝰ lex quaterni.*

¶Igitur, quia leges nõ obligãt niſi prout ſunt in vſu receptæ, & quia conſuetudo præſcripta ſolita eſt derogare legi, ideo ſecundũ Couarruuiam loco citato, & Cordubam, & Metinam Salmanticenſem, prima ſecundæ in materia de lege pœnali, circa tributa ſeruandus eſt modus ſoluendi patriæ vſu receptus, cõſentientibus iudicibus, & videntibus.

*Circa tributa ſolu. vſus probandus. Cordub. Metin. Couarr.*

¶Sed qualis ſit iſte vſus ſoluendi introductus non declarant; an ex cõſuetudine teneatur ſoluturus vectigalia, tributorum exactores quærere ad ſoluendum? Reſpondet Victoria, poſſe aliquod tributum eſſe iuſtũ, ſi ſoluatur ſecundum conſuetudinem, quod tamen iniuſtum eſſet ſi ſolueretur ſecundũ rigorem, vt in vectigalibus conſuetudo eſt, vt ſoluantur ſi exigantur, alias non, ſi non celentur merces. Sed de portarijs ait non eſſe condemnandos occulte tranſeuntes, vt portaria non ſoluant, quia de eorum iuſtitia non ſatis ſæpe cõſtat. Reſpondet frater Ioſephus ad quæſtionẽ etiam in ſuis floribus in materia de reſtitutione, ſecundum conſuetudinẽ Hiſpanicam nullum teneri vectigalia ſoluere, donec à quæſtoribus exigantur: tenetur tamen vnuſquiſq; non conſummare venditiones occulte, aut ſi occulte vendat quæſtori ſignificare. Tenetur etiã non diuertere à via, vt pedagium à quæſtoribus, vel portitoribus non exigatur. Ratio, qua ſuam hãc ſententiam fulcit frater Ioſephus eſt, quia dum exactor non petit, venditor non retinet vectigal inuito domino. Atque ideo citra peccatum retinet. Sed an hic in cõſuetudine modus ſoluendi, vt dum occulte non vendatur, vectigal non ſoluatur, niſi petatur, ſit vniuerſaliter receptus in tota Hiſpania, vt ſignificat frater Ioſephus, mihi nõ conſtat. Et ideò bene admonet Metina Salmanticenſis, quòd ſeruandus eſt modus in vnaquaque patria Hiſpaniæ, vſu receptus.

*Quæſtio. Qualis ſit vſus in ſolu. tribut. Victoria. Circa ſolutionem vectigaliũ. Ioſeph. Metinæ documentum.*

¶ Sed deſcendendo ſigillatim ad ſingula ſpecie tributa: dico cum Metina Salmanticẽſi in ſua prima ſecundæ, Primo, quod decimæ eccleſiæ ſunt debitæ ante iudicis declarationem. Et an ſint deferendæ ad exactoris domum proprijs ſumptibus eas debentium in hoc ſtandum eſſe cenſeo conſuetudini. Secundo dico cum eodem Metina, & Corduba, tributa ratione tranſitus per pontem, vel portaria non tenentur viatores ſoluere: niſi petantur, quia duriſsimum eſt obligare aduenas adſciendũ huiuſmodi ſtatuta. ¶Idẽ de tributis per ſaltũ, id eſt, puertos ſecos dicendum eſt.

*De decim. Metin. Dictũ. 1. 2 De portarijs.*

¶Sed circa hoc ſecundum dictum perpẽde pie lector, quòd ſecundum Nauarrũ ſum. *Nauar.*

Latina cap. 17. num. 202. portaria, & alia tributa regia publica non ſunt ſoluenda de his, quæ quis ad ſuam, & ſuæ familiæ neceſsitatem, ſecum portat iuxta ius commune, nec conſuetudo contraria valet ſecundum Angel. verbo pedagium. §. 3. Sed contra tenet ſanctus Antoninus in 2. parte cap. 14. quod verius eſt, & quotidianus vſus comprobat. Et bene, quia conſuetudo poteſt inducere id omne quod lex cap. fin. de conſuetudine, & l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo. Et certum eſt hoc lege ſtatui poſſe vt etiam idem Antoninus ait. ¶Licet, inquam, hoc dicat Nauarrus; tamen attendenda eſt pia limitatio Driedonis de libertate Chriſtiana lib. 3. cap. 5. fol. 62. cui auſcultat Cordub. in tractatu de caſibus conſcientię quęſtio. 95. vbi Driedo. ſic ait: Quia his temporibus tributa & impoſitiones portoriorum, ideſt, de portazgos plerumque cõtingit carere iuſtitia: eo quod deſint cauſæ ad ſuam iuſtificationem requiſitæ, vt refert Syluest. gabella. 3. q. 2. q. 3. idcirco non tam facile ſunt in conſcientia damnandi huiuſmodi portaria defraudantes, maxime ſi cum pauperes ſint per dominos, vel populos adiguntur ad ſoluendum tãtundẽ ac diuites; quia ius ciuile & canonicum reprobant exactiones pro exportatione rerũ ad vſus domi neceſſarios. Quare ex mente horum doctorum, & Victoriæ non puto culpandos hos, ſi cauſa redimendi ſuam vexationem ſe occultauerint, diuertendo ab itinere. Non ob id auſim eos damnare, licet hoc facere, id eſt, ſe occultare, aut diuertere à via reliquis non ſit ita tutum, aut permiſſum contra Victoriam. Vide Syluest. gabella. 3. quæſt. 5.

*Angel. D. Anto. De conſu. Driedo. Cordub. Syluest. Victoria. Nota de portar. Syluest.*

A B C

3 ¶Tertio dico ex mente eiuſdem Metinæ collectam, id eſt, tributum verbo, pecho nũcupatum nullus tenetur ſoluere antequam petatur, quia nullus tenetur prodere ſuam ignobilitatem, & credo ita eſt in vſu. Et de ſiſa idem prorſus eſt dicendum, quod non eſt ſoluenda antequam petatur. Sed de vectigali alcauala nuncupato; ait Sotus loco citato,

4 quod ſit quartum dictum, quòd nemini licet exactorem eludere, niſi vbi patẽtiſsima eſ-

5 ſet vectigalis iniuſtitia. Sed adijcit Sotus ibi de iuſt. & iure lib. 3. quæſt. 6. ar. 7. quod dum hæc magno rigore exiguntur, ſatis eſt quod quiſque dum tributum petitur, ſoluat obedienter, maxime vbi debitum non eſt magni momenti. In declarationem huius ſententiæ Soti (quia non adeò clara manet) adiecit Metina explicans mẽtẽ Soti & dicens, quòd ſecundum Sotum non eſt petenda decima, ſed vigeſima, aut trigeſima. Si autem petatur decima non reddatur niſi petatur. Ita Metina contra Cordubam dicentem circa vectigalia, id eſt, alcaualas exactorem quærendũ eſſe à ſoluturo.

*De collecta. De ſiſa. De vectigali. Sotus. Metina declarat Sotum. Cordub.*

D

## CAP. CLXXXVII.

*De quibuſdam ſpecialibus impoſitionibus, de quibus meminit Corduba, & de tributo generali Valentiæ.*

PORRO quia pro viribus exacte à me hanc tributorum materiã abſoluendam ſuſcepi, ideò de quibuſdam ſpecialibus tributis, & impoſitionibus, de quibus meminit Corduba in ſuo tractatu de caſibus cõſcientiæ nunc agere eſt operæpretiũ. Et primo de tributo recepto Valentiæ in vſu, quod rececho general nũcupatur loquẽdo, cum Corduba dicendum puto: quia eſt veluti genus vectigalis, ſicut vectigal Caſtellæ eſt introductum, ideo ſub culpa mortali & ſub obligatione reſtitutionis fore ſoluendum à negotiatore Caſtellano negotiante Valentiæ, iuxta vſum Valentiæ receptum; quia ibi ſuæ ſunt obſeruandæ leges, & conſuetudines. Porrò de ſecundo genere tributorum, quod dicitur, quema, quod introductũ fuit pro reficiendis domibus combuſtis tempore ſimultatum inter Caſtellam, & Aragoniæ regnum, quæ iam ſunt reædificatæ ab immemoriali tempore loquendo, & etiã de tributo nuncupato ſiſa, quod impoſitum eſſe dicitur ad ædificandam domum publicam valde ſumptuoſam lonja nuncupatã, quæ in vrbe Valentiæ fuit conſtructa, & ad alia opera publica, quæ iam à pluribus annis fuere conſummata, dicendum eſt cum Corduba ſuper his diuerſas verſari opiniones doctorum. Inter quas prima & verior eſt opinio, quam tuentur Angelus titulo pedagium. §. ſexto & Gabriel in quarto diſtinctione. 15. quæſtione quinta, & Syluester titulo gabella. tertia quæſtione. 8. & quæſtione. 9. & Caieta. titu. vectigal in ſummula, qui vnanimiter omnes aſſerunt in conſcientia ſubditos nõ aſtringi ad pendẽda tributa hæc, quando communiter cõſtat eorum ceſſaſſe cauſam. Quia regula generalis ſtabilitur, quod ceſſante cauſa iuſta, quæ fuit ad imponenda tributa, collectas, impoſitiones, hæc tributa deſinunt eſſe iuſta; ac per conſequens deſiſtunt ab obligando in conſcientia. Neque talium tributorum defraudatores peccant in conſcientia, neq; propter hoc obnoxij fiunt reſtitutioni eorum, neque iuſtè iubentur exigi. Idemque dicendum eſt pari ratione de cõtinuatione huiuſmodi tributorum, ſicut de eorum noua impoſitione; etiam ſi ab immemoriali tempore deducta ſit. Neq; hic legitima præſcriptio admittitur, quia neque, vt ſupponitur bona fides interfuit, poſtquam certò liquet ſine iuſta cauſa fuiſſe exacta à tẽpore etiã immemoriali ceſſationis cauſæ.

*Cordub. De tributis Valentiæ. De iure generali. De tributo quema nũcupato. Et de ſiſa. Cordub. Prima opinio verior. Angel. Gabriel. Syluest. Caietan. Regula generalis de trib. non ſolu. ceſſ. cauſa.*





*Præſcriptio non currit in iniuſtis tributis.*

A

¶Secunda opinio verſatur aliorum doctorũ, cui ſubſcribit Metina, de reſtit. q. 13. aſſeuerans talia tributa ex obligatione, etiã ſi ceſſauerit eorum cauſa, eſſe ſoluenda ratione, & titulo præſcriptionis, & conſuetudinis à tempore immemoriali currentis. Hanc ſecundã opinionem ſtuduit Corduba loco citato cum prima opinione communi componere, ſeu conciliare, ambas habere locum veritatis aſſerens. Nam prima & communis opinio verum habet, ſcilicet, quòd non ſit ſoluendum tale tributum, quando conſtat certò omnino ceſſaſſe eiuſdem tributi imponendi cauſam; & quando conſtat ſimul cum hoc aliam iuſtam cauſam eius loco non ſucceſsiſſe: Vel ſi conſtat quod pro nullo tempore (ceſſante iam pro tempore cauſa) dominus manet obnoxius ad proprijs expenſis ſuſtentandam cauſam, ſi ſe obtulerit, vt ad excubias, & munitionem, & milites ſuſtentandum in arce, ſi contigerit in aliquo tempore irruere, inſultuſque facere hoſtes. ¶At opinio aliorum, & Metinæ ſecunda verum habet, ſcilicet, quod etiam ceſſante cauſa, ex obligatione pendenda ſint talia tributa quãdo non conſtat cauſam impoſitionis tributi omnino ceſſaſſe. Vel ſi conſtat ceſſaſſe pro aliquo tempore, tamen dominus mãſit aſtrictus (dum ſe obtulerit cauſa) ſuis ſumptibus ſuſtentãdi eam onus ſubire; ſicut eſt vigiles, ſpeculatoreſque præſtituere in arce ciuitatis; vel qñ creditur vel præſumitur alia eſſe cauſa iuſta, quæ loco primæ ſucceſſerit ad cõtinuandã talẽ tributorũ exactionẽ, vel ꝙ in alios neceſſarios reipublicæ vſus talia tributa expẽdãtur. Quæ cauſę & occurrunt, & occurrere poſſunt; quia non paucis quotidie reſpublica opprimitur neceſsitatibus, quæ nouas impoſitiones iſtas poſſent iuſtificare, ſi de nouo fierent pro eis ſupplendis. Et quia de his omnibus reddere rationẽ non expedit continuantur exactiones tributorum, quorum cauſæ ceſſauere; quia loco earum aliæ denuo cauſæ emerſere. Et ſic in his caſibus iuſtificata erunt tributa hæc, & ſecundum omnes debita erunt.

*Opinio. 2. Metina. Complut. Corduba concordat has opiniones. Opinio. 1. Opinio. 2.*

B C D



A

¶Igitur in caſibus præmiſsis tributorum, quema, & ſiſa nuncupatorum, quia neſcitur certò, an noua emerſerit neceſſaria cauſa, vel ſi in alias inſumuntur reipublicæ neceſsitates, vel non, & licet talem nouã cauſam ſuppetere præſumi poſsit de ea, qualis ſit, compertum non habemus; concludit Corduba loco citato, quod in his prædictis caſibus ab eis ſoluendis non deobligaret, neque impoſitores, vel exactores eorum damnaret; neque etiam defraudatores eorum renuẽtes ea ſoluere obnoxios culpæ, aut reſtitutionis reos pronuntiaret. Quia potius apparet nullam ſuppetere cauſam, vel an talis cauſa ſubſit in dubio res verſatur, & ſic dubium hoc in

B

præiudicium vtriuſque partis militat. Hæc Corduba; vbi in nullam viſus eſt propendiſſe partem.

*Corduba hic perplexus eſt.*

¶At ne in æquilibrio, ſuſpenſumve relinquamus lectoris animum, videtur mihi, ſaluo meliori aliorum iudicio, hanc litem ſic poſſe dirimi, dubiumque diffiniri. Vt ſcilicet, quia in dubio melior eſt cõditio poſsidẽtis, & quia hic dubium eſt propter prædictas rationes, an hæc tributa ſint debita, vel non: & quia authore Corduba prima opinio communis, verior apparet: ideò hæc tributa in conſcientia à confeſſarijs antequã ab exa-

C

ctoribus, vel quæſtoribus exigantur non cogantur ſoluere ſubditi: nec ideo, quod non ea ſoluerint pœnitẽtes, vel nolint ante repetitionem ſoluere, indignos eos reputet abſolutione. Nam, licet lex in dubio obliget, intelligitur quando tale dubium non vergit in præiudicium tertij, quia nullus bonæ fidei poſſeſſor in dubio in conſcientia eſt ſpoliandus. Cum igitur poſsint per opinionem communem, & veriorem ſuam bonam fidem, & poſſeſsionem bonorum protegere, in conſcientia ante repetitionem quæſtorũ non ſunt obligandi ea perſoluere.

*Sententia autoris.*

D

¶Sed iam de pedagio inquirendum venit. De pedagio ergo dicendum exiſtimo, quod quia tributum eſt antiquitate pollens, neq; ſatis liquet eius impoſitionis ceſſaſſe cauſam quia dicitur iſtius tributi Valentiæ impoſiti peage nuncupati ſuper ſolas merces ad Caſtellas aſportãdas impoſiti, cauſam fuiſſe (vt communiter fertur) reparationem itineris de Requena ad Valentiam (licet de hac cauſa nihil ſatis exploratum certumve habeatur) quia iter illud reparatione eget, cum iter hoc frequentetur à curruum aurigis: ideò de contrario aut iure, aut facto dum non conſtiterit, obligatione illud ſoluendi ij, à quibus ſolet exigi, tenentur. Secus

*Quæſtio. De pedagio.*

eſſet ſi de nouo impoſitum fuiſſet, eiusque A impoſitionis iuſta cauſa lateret: quia tunc tale tributum præſumendum eſſet iniuſtum iuxta caput. quanquam. de cenſibus libro. 6. Tuncque non ſubeunt ſubditi obligationẽ illud ſoluendi, poſſuntque ſubterfugium quærere non ſoluẽdi, illud defraudando, nõ mentiendo: ſed occultando illud, vel ſubter fugiendo, vt tradit Metina, ſumma Angelica, Syluester, Gabriel, & Caiet. vbi ſupra.

*De cenſ.*

*Metina. Angel. Syluest. Gabriel. Caietan.*

¶Præterea ſub ſilentio prætereundũ non eſt, & aliud genus tributi nouum impoſitũ nuncupatum, hinc ab octo annis à tempore ſuæ editionis inductum, vt ait Corduba pro triremibus in mari ſuſtinendis. B De quo Corduba aſſeueranter ait ex obligatione eſſe ſoluendum, quia iuſtum eſt, vel præſumendum eſt iuſtum, ſicut & cauſa eius iuſta præſumitur: quia ad ſumptus triremium. Neque præſumendum eſt id genus tributi impoſitum fuiſſe ſuper ſerico, vt carius redditum ad Caſtellam non tranſueheretur. Sed ideò ſuper talibus ſerici mercibus tale tributum indictum eſt quia merces pingues ſunt, quarum negotiatio eſt frequens. Atque per conſequens id tributi inde commodius educi potuit, quia pro ſuſtentandis triremibus neceſſarij ſunt ſumptus: quam cauſam ſumme reipublicæ eſſe neceſſariam notum eſt. C Neque obſtat obiectio, qua obijcitur, tributa hæc iam per contractum venditionis eſſe tranſlata in optimates regni, neque regem, aut rem publicam eis potiri. Quia ſi iuſta tributa fuere, exoluenda ſunt, vel huic vel alteri, qui ea exigendi ius obtinet. Quia rex, qui ea venundedit, pretijque ſibi collati emolumentum ad alios vſus neceſſarios applicuit, vel in tales vſus inſumpſit, de redditibus ſuis, quod de tali tributo ſupplendum erat, ſuppleuit. Quòd ſi talia tributa iniqua ſunt: neq; magnati exigenti debentur, licet illi vẽdita ſint, ſicut neque regi ſunt debita, neque reipublicæ, quia nec rex, neque reſpublica potuit vẽ D dere, aut transferre ius ſibi non competens. Ecce extricauimus dubia præmiſſa: dũ eorum etiam omnes rimati ſumus cauſas.

*De nouo impoſito. Cordub.*

*Satis fit obiectioni.*

¶Sed quia iam diffiniuimus culpam eſſe non excuſantem à reſtitutione occultare ſe, vel diuertere à vijs vel locis publicis, cauſa defraudandi iuſtum tributum, aut portarium etiam ſi luat pœnam fraudator ſecundum communem opinionem contra Nauarrum. capitulo vigeſimotertio. nume. 54. vſque 65. & contra nonnullos alios; prædicta noſtra prædiffinitio intelligitur, vera: niſi dominus, cui debetur tributum ſola pœ-A na magna, vel modica velit ſe eſſe contentum, ſicut habetur in quinta partita, titulo. 7. l. 96. & 97. & 107. & libro ſexto ordinatio. regali. tit. 10. l. 9. & 10. Adijcimus inſuper à culpa abeſſe mortali obijcere ſe periculo merces amittendi, vel luendi pœnam in prædicto caſu, quo dominus ſola pœna contentatur, etiam ſi ad euadendam ſolutionem iuſti tributi tale diſcrimen vellet ſubire: tamen imprudentiæ tribuendum venit, ſi ita cautè non fecerit, vt benè ſibi cedat.

*An pænæ exactio. excuſ. à reſtit. tribu.*

*Nauar.*

*Partit. ordinationes.*

¶Præterea illa quæſtio huc aduocatur, in qua parum conuenire Nauarrus & Corduba videntur, an ille gabellæ debitor, vbi pu- B blicanus, ſiue conductor remittit conſcientiæ eius, vel volũtati, vel verbo ſolutionem mercium, quas defert, reus fiat culpæ, vel reſtitutionis: ſi non prodiderit quantitatem mercium, ſolutionemque integram exhibuerit? Circa quam quæſtionem primo ea aſſerta proferemus, in quibus tam Nauarrus, quã Corduba, quam omnes conueniunt. Quorum primum eſt, quod nullatenus in aliquo caſu licet vti mendacio, aut periurio ad celãdum, vel ſubterfugiendum ſolutionem tributi iuſti. Secundò ex mente vtriuſque, & 2 omnium aſſerimus, quòd dum publicanus, aut conductor gabellarum defert iuramen- C tum, aut remittit conſcientiæ debitoris gabellæ, vt veritatem pretij, aut quãtitatis mercium, quas defert dicat & acceptat: ſi nõ plenè manifeſtauerit eam: vltra peccati noxam obligationem reſtituendi non effugit. Ita Nauarrus ſumma latina. capit. decimoſeptimo. numero. 203. & Metina. C. de reſtitutione. de rebus reſtituendis. quæſtione decima tertia ſub finem. Addit verò Nauarrus, hoc eſſe verum etiam retenta opinione, de qua ipſe meminit infra cap. 23. à num. 36. Quæ habet, quod regulariter, qui fraudat legem temporali pœna munitam, non incidit in ſpiritualem æternam. Fatetur tamen Nauarrus D debitorem gabellæ non teneri id iurare, & in onus ſuæ conſcientiæ recipere, quia ſatiſfacit, dicendo ſe paratum ſoluere, quæcunque ſe debere publicanus monſtrabit. Hæc Nauarrus. Sed credo hoc vltimum aſſerit ſecundum ſuam opinionem contra communem, vbi tenet, quod lex pœnalis obligat ad ſolam pœnam, & non ad culpam. Ideo ait, quod debitor gabellæ poſsit recuſare ſibi delatum à publicano iuramentum: per quod ſi iuraſſet iam teneretur reſtituere ſub culpa & in conſcientia. Sed certè fallitur in hoc, ſaltem quòd exiſtimat legem tributorum exoluendorum eſſe merè pœnalem

*Quæſtio. Nauar. Cordub.*

*Aſſert. 1.*

*Naua. Metin.*

*Debitor gabellæ ñ cogitur iurare.*

*Fallitur Nauar.*

quia



quia fundatur ſi iuſta imponat tributa pen- A denda in lege naturali, quæ dictat principi deberi ſubſidia à ſe imperata iuſtè pro regni ſupplendis neceſsitatibus. Ideo leges hæ de perſoluendis iuſtis tributis, ſecundum communiorem opinionem contra Nauarrum, & in conſcientia, & ſub culpa obligantur ea ſoluere ſubditi, iuxta tamen vſu receptum modum ſoluẽdi. Hoc inſinuauit Dominus dum dixit: reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & 3 quæ ſunt Dei Deo. Tertio aſſerimus cũ Corduba loco citato, quod dum debitor pedagij, aut portarij caueat periuria & mendacia, citra culpam mortalem, & abſque reſtitutionis obligatione poterit non pandere & B non ſoluere integraliter, & in totum pedagium, ſiue portarium iuſtum quando ſuæ voluntati, aut verbo remittitur à gabellæ conductore, quia talis gabellæ debitor, id eſt pedagij eſt conductori & exactori amicus. Sicut contingit eum initam habere amicitiam cum negotiatoribus ordinarijs, & viatoribus frequentibus, ne per alia diuertant oppida, & loca illis licita. Et quia ſic more receptum eſt, ſcilicet, non ſcrutari neque in rigore cogere omnes merces propalare illos, neque in totum ab eis extorquere integrum tributum, vel pedagium alias debitum: niſi iuxta ſimplicem depoſitionem, qua deponunt, C vel ſoluunt dicentes, accipe, hæc tibi debeo: licet conductor, & publicanus vel nouerit, vel ſuſpicetur viatores plura portare, pluraque debere: Quia iam cum tali ſolutione videntur contentari. In cuius confirmationem Corduba citat Sotum, & communiter doctores vbi ſupra. A qua ſententia non auſim diuertere, præſertim ſi cauſæ, quibus iſta ſententia nititur, quæ ſupra allegatæ ſunt veræ ſint. Secus alias, ſi tales cauſæ non ſubſiſtant: & pedagia certo iuſta ſint.

*Cordub.*

*Cordu. Sotus.*

¶Inſuper & adijcimus ſciſcitari, vbi tributa aliqua iuſta, alia verò iniuſta exigũtur, D vtrum per ſolutionem, qua cogitur ſoluere tributa iniuſta poſsit iuſtè recompenſare ſic pro tributis iuſtis, quæ tenebatur iſte ſoluere? Huic quæſtioni ex mente Cordubæ duximus ſic reſpondendum; Quòd ſi iam debitor iuſti tributi tantum ad euadenda iurgia, & lites, quia aliter nequiuit facere exoluit tributa iniuſta, tunc via recompenſationis bene poteſt in ea quantitate, qua tributa iniuſta coactus eſt ſoluere, ſibi retinere tributum iuſtum, id occultando, neque ſoluendo. Hoc autem verum habet, ſi vtraque tributa tam iuſta, quam iniuſta eidem domino & cõductori ſoluenda erant, quia aliter recom- A penſatio fieri nequit: quia eſſet ſoluere iuſtos pro peccatoribus.

*Quæſtio.*

*Cordub. An recõpenſatio hic liceat.*

¶Quia in hac materia ſicut in aliquibus alijs, aliqui caſus ſolent inter opiniones varias verſari: hæſitari hic quiſpiam poterit, vtrum in his, & ſimilibus, inter varias opiniones verſantibus caſibus, poſsit quis tuta conſcientia, duorum vel trium theologorũ bonorum tali opinione præſtantium ſententiam ſectari, dum ſibi conſulti reſpondent; nec ipſum peccare neque ad reſtitutionem teneri. Cui dubio ex mente Cordubæ loco citato reſpondemus affirmatiuè, talem tunc tuta cõſcientia huiuſmodi duorum, vel triũ B theologorum, & authoritate, & opinione pollentium ſententiam poſſe amplexari. Nam in hoc caſu, etiam ſi erraſſet, putans ſe attingere veritatem, ignorantia inuincibilis eum immunem redderet à culpa. Quæ quidem aſſertio verum habet, niſi in caſu, quo talis compertum haberet, communiter ſapientes tenere contrarium, & iſtud contrarium communiter inter homines timoratæ conſcientiæ in practica fuiſſe receptum. Quia tunc talis opinio ordinarie ſolita eſt eſſe vera; & quæ intercedente periculo, vel dubio peccati mortalis eſt ſequenda: ſi in amplectẽdo contrariam tale periculum imminet. Ex- C cepto tamen, niſi conſtaſſet aliam opinionẽ contra, ſcilicet, prædictam communem tùm probabiliorem eſſe, tum etiam magis fundatam, quia tunc omiſſa opinione communi hæc amplecti tute poteſt, ſed hoc raro & nõ ſæpe contingit. Et ita in caſibus huius materiæ opinio communis, quæ & melior eſt, & maiori authoritate pollet, amplexanda eſt. Vide Cordubam in quæſtionar. lib. 2. de ignorantia. quæſtione. 3. latius de hoc diſſerentem. Vide Metinam prima ſecundæ dicentem ſatis eſſe ſequi opinionem probabilem, quæ eſt, quæ fortibus argumentis & autho- D ritate doctorum fulcitur ſecundùm Metinã eundem quàm ſupra limitauimus ex mente Bañes.

*Quæſtio.*

*Inter varias opiniones quid agendum.*

*Cordub.*

*Limitatio bona.*

*Exceptio.*

*Cordub.*

## CAP. CLXXXVIII.

*De tributis gallinarum, & alijs egregijs caſibus circa materiam.*

**P**Orro etiam de tributis gallinarum, quę etiam ab immemoriali magnatibus, & dominis minori pretio, quã valẽt, ſolitæ ſunt repẽdi, ſcitu neceſſarius hic incidit ſermo. Cuius quęſtionis meminit Corduba in

*Cordub. De gallinis dominis impẽſ. min. pretio.*

ba in tractatu de caſibus conſcientiæ, quæ- A ſtione. 114. Vbi ſic proponit quæſtionem; Vtrum dominus à populis ſibi ſubditis licitè penſionem mille gallinarum pro menſa ſua ab antiquo recipit, quas minoris ſoluit citra medietatem, quàm valeant nunc temporis: quia ab hinc octoginta annis decem dipondia in pretium earum iſti domini impendebant, & ab hinc quinquaginta annis pro ſingulis duodecim dipondia ſoluebant: nũc autem vſque ad viginti dipondia pretiũ auxere; ſicq; quo carius gallinarum pretiũ ſit, per dominos augetur & pretium: ſed ſemper citra medietatem valoris, quem valent.

*Diſtinctio.*

¶Igitur per diſtinctionem venit diſſol- B uenda hæc quæſtio, quia ſi à principio titulo emptionis venditionisq́ue fuit initus iſte contractus pendẽdi tot gallinas quotannis: tunc palam eſt contractum eſſe contra iuſtitiam, obligationemq́ue reſtitutionis inducere. Sed quia penſio hæc annua tot gallinarum potuit ortũ habuiſſe ab antiquo ex contractu emptionis, & venditionis, & debiti ſeruitij, ideo diſtinguendum eſſe, videtur. Et iuxta diſtinctionem dicitur, quòd ſi vaſſalli aliàs ſufficienter implent tributa ſecundùm leges debita, integreq́ue ea perſoluunt dominis, tunc ſiue contractus hic ſit ſimplex

*Quid ſi cõtractus mixtus hic ſit.*

emptionis, vel venditionis, ſiue mixtus fue- C rit, iniuſtitia non caret: quare domini obnoxij ſunt ad reſarciendum, id, quod de iuſto valore gallinarum deſit, iuxta tempora, quibus quilibet eas recepit, & modo recipit.

*Ratio.*

Quia ſolum contractum emptionis, & venditionis ab initio conflatũ eſſe ſi dixerimus, notabiliter diſtat ab iuſto gallinarum pretio, & ab æquali pretio deficit. Quòd ſi mixtus contractus à principio interceſſerit, etiã pars, quæ ſubtrahitur à iuſto pretio gallinarum titulo debiti ſeruitij iniuſtè retinetur, aut recipitur: quia à tali ſeruitio ſubditos cõuincitur eſſe immunes, poſtquam aliàs ſuffi cienter exoluunt tributa, exhibentq́ue obſe- D quia per leges debita. Et ſic id, quod ſubtrahitur à gallinarum iuſto pretio exigitur à ſubditis vltra ab eis debitum.

*Coniectura.*

Neque ad id credendum leui ducimur coniectura: Quia probabiliter coniectare poſſumus antiquitus valorem gallinarum conſtitiſſe, ſcilicet, decem, conueniſſeq́ue dominum cum vaſſallis de ſubminiſtrandis ſibi gallinis pro mẽſa ad taxam decem dipondiorum, prout tũc venales erant. Cumq́ue pro tempore ſucceſsiuo creuerit pretium, auxiſſe dominos & pretium vſque ad viginti dipondia, quo pretio nunc eas ſoluunt. Cum ergo nunc lõ- A ge earum creuerit pretium, ſequitur ſubditis auctum pro illis rependendum eſſe pretium, pretioq́ue, quo nunc valent eſſe ſoluendas. Sicutècontra, ſi huiuſmodi gallinæ viluiſſent nunc in pretio minoriſq́ue venirent, quam viginti dipondia, minoris hoc pretio tenerentur vaſſalli eas domino exhibere venales.

*Ratio.*

¶Vltimo patet: quia communis increbruit fama, redditus, ſeruitiaq́ue, quæ exiguntur à ſubditis notabiliter ſuccreuiſſe, plus quam antea conſtiterant, & vltra expediens, potiſsime cum domini potius teneantur egeſtatibus ſubditorum per eleemoſynarum ſubſidia ſubuenire, quam exa- B cte, & ad ſummum redditus exigere, neque hic titulo præſcriptionis ſe poſſunt domini protegere, quia præſcriptio eſt nulla cum ſit iniuſta.

¶Prætereà dicimus, quòd ſi redditus, tributaq́ue non adæquauerint eam quantitatẽ, quam iuſte ſecundum leges pro ſeruitio ſibi debito poſſent exigere domini; tunc ſi talis quantitas remiſſa computatur & continetur in ea parte, quæ ſubtrahitur à iuſto pretio gallinarum, abſque delicto erit dominus, ſi gallinas exegerit illo viginti dipondiorum pretio; Neq́ue vlli reſtitutioni ob id erit obnoxius, quia contractus, tunc interue- C nit mixtus exemptione, & venditione ex vna parte, & ex condonatione partis ſeruitij debiti pro parte pretij iuſti gallinarum à domino non ſoluta, vel de pretio iuſto ſubducta, quatenus vna pars alteri æquiualet. Conſonant doctores vt refert Gabriel in. 4. diſtinctione. 15. quæſtio. 5. concluſione. 2. &. 3. & 4.

*Quæſtio. An emptori vectigalis liceat in rigore illud exigere.*

¶Inſuper dubitari à quibuſdam circa hãc materiam ſolet, an caſu, quo domini optimates, vel emerint à rege vectigalia, alcaualas nuncupata, vel de manu regis ſuſceperint, poſsint ad ſummum, & ad perpendiculum, hoc ſupremo rigore, ſcilicet, ex decem vnũ D exigere: cum rex, nec modo neque tempore, quo vectigalia contulit, vel vendidit, ita in ſummo rigore exigat, neque exegerit. Et quidem circa hanc quæſtionem aliter ſentit Corduba in tractatu de caſibus conſcientiæ, quæſtione. 115. & aliter Sotus de iuſtitia & iure, libro tertio, quæſtione ſexta, articulo vltimo.

*Cordub. cõtr. Sotũ.*

Nam Corduba tuetur licere optimatibus, iſta vectigalia ſummo rigore exigere, id eſt, ex decem vnum, quia cum hæc iura, vel titulo emptionis, vel donationis, ſine vlla limitatione perceperint à rege, vel priuilegio, vel præſcriptione ea acquiſierint à rege, eodẽ pleno iure ea retinent: ſicut





ſua iura vectigalium obtinet rex. Et per A conſequens poſſunt vectigalium penſionẽ, ſicut extenuare, ſic etiam, & auctiorem reddere: ſicut & rex, dum vltra ex decem vnum non exigant. Ac perinde licet rex ſuorum vectigalium penſionem remiſsiorem eſſe cõceſſerit, ipſi tamen in eorum exactione poſſunt aſcendere, dum vltra ex decem vnũ exigant;

*Ratio Cordubæ.*

quia in re ſua vnuſquiſq́ue eſt moderator, & arbiter intra limites iuſtitiæ, & dum ſpeciali lege non prohibetur. Neq́ue obſtat, inquit, contra hoc indulgentia, qua rex indulſit regno per aliqua curricula annorũ ne vectigalia ad ſummum aſcendant, vel in ſummo exigantur; quia hæc indulgentia nõ ver- B git in præiudicium vectigalium debitorum alijs dominis. Sic in facti contingentia latam fuiſſe ſententiam in regali conſilio aſſeuerat Corduba.

*Sententia autoris.*

¶At verò licet ego non ſim tantus, vt hãc ſententiam authoritate conſilij regij fultam auſim, vel velim damnare: ſed res eſt, quæ in conſcientia non tranſit ſine aliquo ſcrupulo tum propter authoritatem Soti, tũ propter rationes æquitati innitentes: quæ pro eius ſententia poſſunt allegari. Primo, quia lex eatenus obligat, quatenus eſt vſu recepta:

*Ratio. 1. contra Cordub.*

At iſta lex vectigalium ſic eſt vſu recepta, vt quota hæc non ad ſummum exigatur: C ſed infra ſummum ſeſe ſolet rex cum regno cõponere, vt remiſsior fiat penſio, ac tolerabilior.

*Sotus.*

Quia, vt bene ait Sotus, licet decima ſit conſignata, tamẽ niſi vrgens regni neceſſitas illud poſtularet nimis graue eſſet, tributum hoc ad rigorem exigere. Quare rex, & vſus admiſſus per regẽ rigorem legis de quota decem vectigalium ſic temperauit. Vnde hæc remiſsio non videtur eſſe tam indulgẽtia regia, quam vſus admiſſus à rege vt temperans & interpretans legẽ.

*Victoria.*

Et quia Victoria, vt prædixi aſſeruit, quod aliquod tributum contingit eſſe iuſtum: ſi ſoluatur ſecundum conſuetudinem, quod tamen eſſet in- D iuſtum ſi ſolueretur ſecundum rigorem, & exemplificat in vectigalibus, id eſt, alcaualas. Cum ergo talis vſus & conſuetudo, dum non reuocatur per regem, habeat vim legis, poſtquam etiam optimates in exigendis vectigalibus, vſui habenti vim legis, & temperanti rigorem legis obtemperare tenentur, ſequitur, quod dum rex admittens vſum, in rigore vectigalia non expoſcit? nec etiam ipſi magnates ad ſummum rigorem poſsint ea exigere, niſi malint ſibi aliam ſpecialem præſtituere legem.

*Ratio. 2.*

¶Et ſecundo confirmatur, quia nullus A videtur plus iuris voluiſſe transferre in aliũ quam ipſe de facto putat ſe habere: at rex vſui conniuens de facto non ſe putat habere ius ad exigendum in ſummo, dum non reuocat vſum exigendi minus, temperantem rigorem legis, & pollentem vi legis: ergo non tranſtulit in optimates ius exigendi in ſummo rigore vectigalia, dum ea dono contulit, aut vendidit.

*Ratio. 3.*

¶Adde tertio: quia ſi rex titulo venditionis in optimates hæc iura contulit: ideo minori pretio forte ea eis vendidit, quia neq́ue ea ipſe exigebat in rigore, neq́ue ad ſummum exigenda eſſe cenſebat. Quia ſi in rigo- B re rex ea tempore venditionis ſolitus eſſet exigere, aut in rigore ea ab emptoribus exigenda eſſe duxiſſet, non tam vili pretio, ſed auctiori pretio, quo certe in rigore exacta valerent, vendidiſſet. Ergo non poſſunt magnates vectigalium emptores augere pretium vltra exigi à rege conſuetum.

*Ratio. 4.*

¶ Inſuper eodem vtendo fundamento Cordubæ, tanquam gladio contrarij ex re mea vtens dico, quòd quia ſubrogatus debet ſapere naturam illius, in cuius locum ſubrogatur, vt habetur in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. 1. & caput. cum tu. de vſuris. &. l. 1. vxor. marito. ff. de donationibus inter vi- C rum & vxorem. & l. fideicommiſſa. §. 1. ff. de. legat. 3. quia non alia via hæc iura optimates obtinent, quam ex collatione regis, ſequitur, quod ſi in eis ſubrogantur in locum regis; & ſecũdum ius commune ſubrogatus debet ſapere naturam illius, in cuius locum ſubrogatur, quòd magnates non poſſunt exigere vectigalia hæc ad ſummum, dum ſtante vſu, qui obtinet vim legis, rex ea iura non exigebat ad ſummum, ſcilicet, ex decem vnum. Hæc in gratiam Soti ſub aliorum cenſura dixerim. Poſtremo addens, quod, ſicut rex ſtante lege non poteſt adaugere vectigalium quotam, ita neque D eorum vectigaliũ emptores, quia regi ſubrogantur in eis. Item adde quòd ſi non pleno iure obtinent ea iura, ſed cum limitatione iuxta limitationem ſunt exigenda, & nõ vltra.

*De vſur. ff. de don.* (margin note beside the citation lines above)

*Quæſtio. De ficta immunitate à trib. Cordub.*

¶Nec ille caſus ſingularis hic prætereundus eſſe videtur, qui in Hiſpania videtur contigiſſe. Cuius meminit Corduba in prædicto tractatu, quæſtione. 97. An in caſu, quo quidam vir contendens obtinere à rege Hiſpaniæ priuilegium immunitatis à tributis; cum id à rege obtinere non poſſet, conuenit cũ familiari regis, vt ſibi obtineret tale priuilegiũ, qui pactus eſt ei illud impe

traturum ab Imperatore Carolo V. ſub titu
lo Imperatoris, ſed non ſub titulo regis Hi-
ſpaniæ, cum vtroque titulo Carolus tūc po
tiretur. Curialisque iſte, ac regis familiaris
admonitum illum, cui ſic pactus eſt, eſſe cu-
rauit de inualiditate priuilegij huius in con-
ſcientia, & in foro exteriori: declarans futu-
rum eſſe inualidum, prout re vera erat. Quia
Carolus Imperator concedens tale priuile-
gium vt ſic, id eſt, vt Imperator, poteſtate ca
rebat immunitatem hanc concedendi in Hi-
ſpania. Significauit tamen id priuilegij ad id
tantum poſſe illi eſſe vſui, vt ſi ſenatores po-
puli haberet propicios conniuerent priuile-
gio eius rigidam examinationē prætereūdo,
& ſub prætextu illius, etiam ſcientes illud in
ualidum. Ad tributa pendenda eum non co-
gerent. Cui quæſtioni per duo dicta putat
*Cordub.* Corduba ſe facere ſatis. Primo aſſerens, quod
*Dictū.* 1. talis priuilegij impetrator, cum compertum
habuerit alium illud expetentem, ad vſum
malum, nociuumque reipublicæ illud expe
tere, tunc cum ſocium ſe videatur exhibe-
re criminis, culpa non caret ſolicitudo à ſe
2 adhibita ad illud impetrandum. Secūdo adij
cit Corduba affirmare onus reſtitutionis de
fraudationis tributorum in hoc caſu ſuper
non ſoluentem tributa tali prætextu, & ſu-
per ſenatores, & officiales diſsimulantes,
quibus incumbebat huiuſmodi priuilegium
examinare fore reijciendum, & non ſuper ſu
pradictum priuilegij impetratorē, quia nec
ratione ſuæ ſolicitudinis, neque ratione ſuæ
intentionis damnum intulit reipublicæ. Cō
*Gabriel.* ſonat Gabriel in quarto, diſtinctione deci-
maquinta, quæſtione ſecunda, dubio primo,
concluſione tertia, de cooperante in crimi-
ne furti, ſed non re furtiua, & quæſtione ſex
*Metin.* ta, concluſio. ſeptima, & Metina de reſtitut.
q. 7. q. 9. ita Corduba.
¶At profecto licet doctor hic merito ſit
*Refutatur Cord.* omnibus commendabilis, & mihi pro ſua
egregia eruditione maxime gratus, in hoc
1 poſtremo dicto mihi non ſatis placet. Ne-
que Metina locis allegatis ſibi fauet, ſed re-
fragatur quæſtione illa nona notabiliter di-
cens in reſponſione ad maximam, quòd quā
do damnum illatum procedit ex verbo, aut
ex opere alicuius, maxime quādo alioquin
minime cauſaretur, cauſat obligationem ſa-
tisfaciendi, & non permiſſum tantum. Sed
ſic eſt quod huiuſmodi damnū illatum per
defraudationem tributorum proceſsit ex
opere, id eſt, ex impetratione talis inualidi
priuilegij, & ex eius exhibitione qua illud
exhibuit defraudanti, & alioquin, niſi impe
A traſſet & exhibuiſſet illud volenti per il-
lud defraudare, talis defraudatio minime
cauſaretur. Ergo ſecundum Metinam, magi
ſtrum Cordubæ, impetrator & exhibitor
priuilegij, alijs non reſtituentibus non excu
ſatur à reſtitutione tributorum defraudato-
rum. Item, Qui inſtrumentum falſum con- 2
fert alicui parato ad vtendum eo in nocu-
mentum alterius, licet cōſulat ei eſſe falſum
inſtrumentum, & licet in culpa fuerit iudex
illud admittendo, videtur non excuſari à re
ſtitutione, tali inſtrumento falſo vtente, &
iudice admittente non reſtituentibus: quia ſi
ille inſtrumentum falſum non exhibuiſſet,
B neque ille qui recepit eo malè vſus fuiſſet,
nec iudex illud admiſiſſet, ac per conſequēs
damnum illatum non fuiſſet: ergo pari ratio
ne non excuſabitur à reſtitutione impetra-
tor, & exhibitor inſtrumenti falſi priuilegij:
quia ſi illud non impetraſſet, & exhibuiſſet,
per ſenatores non admiſſum fuiſſet, neq; eo
alter male, & in defraudationem tributorū
reipublicæ vſus fuiſſet. Non igitur contra
dictum Cordubæ eſt à reſtitutione excuſan
dus, niſi in caſu, quo alij, qui potiore iure te-
nentur reparare damnum, illud iam repara-
uerint. Alioquin illis non reſtituentibus te-
nebitur iſte impetrator ad reſtitutionem,
C quia cauſam damni poſitiuè, licet magis re-
motè dedit, ſicut qui dat gladium furioſo ad
occidendum contra Cordubam.

## CAP. CLXXXIX.

*De tributis, ſi cauſa non omnino ſubſiſtat de aſſeſſorijs, de defraudatione infidelium principum in tributis illis debitis.*

PRæterea, vt reliqua attinentia
ad materiam proſequamur per
D pendendum eſt authore Soto
de iuſtitia & iure, libro tertio,
quæſtione ſexta, articulo vlti-
mo, nullam eſſe perſonarum acceptionem, *Meritò nobiles eximuntur à tribut.*
ſi nobiles à tributorum ſolutione ximan-
tur, tum ob maiorum clara geſtorum ſtem-
mata, tum, quia reipublicæ tuendæ deſi-
gnati ſunt. Imo ſubijcit Sotus dicens, vr- *Sotus.*
gente neceſsitate regni, poſſe principem *Not.*
huiuſmodi honores ingenuitatis, & exem-
ptionis à tributis vendere dum duo cauean-
tur mala: ſcilicet, dummodo iuſtitiæ fun-
ctionem, aliamve iuſtitiæ adminiſtratio-
nem, aut gubernationem non habeant anne
xam, & ſecundo dum non id fiat in aliorum
iniu-



iniuriam. Poteſt, inquam, tali ingruente ne-
ceſsitate ruſticos, & humiliter natos pretio
tributorum libertate donare. Nihil enim in-
de iniuſtitiæ contrahitur. Fauet. l. hoc iure.
*ff. de don.* ff. de donatio. & l. ſi pollicitus. ff. de pollici-
*ff. de polli.* tationibus. Sed tamen hoc cauendum eſt, ne
tributum, quo vnus leuatur, onerentur reli-
qui oppidani, ſed excipiatur à ſumma quam
*An aliquis poßit eximi à tribut.* oppidum ſoluit. Imo ait Nauarrus, quod ſi
aliquis beneficus fuit in rempublicā, poteſt
à principe ei fieri gratia exemptionis à tri-
butis: etiam ſi in reipublicæ onus talis exem
ptio videatur redundare; quia re vera non re
dundat, poſtquam tàm benemeritus eſt de
republica iſte, & ad rempublicam, vel vices
eius gerentē ſpectat hæc merita gratificare.
*Quæſtio.* ¶Accedit, & quæſtio huic materiæ atti-
*An pro cuſto. arc. poſſ. tribu. exigi.* nens, ſcilicet, an dum vigiles non præſtituū-
tur ſuper arces cuſtodiendas, poſsint domi-
ni exigere tributa, & iura, quæ pro excubijs
ad excubandum pro cuſtodia arcis exigun-
*Cordub.* tur. Huius quæſtionis meminit Corduba in
*Dictū.* 1. tractatu de caſibus conſcien. q. 113. pro cu-
ius illucidatione dicitur primo, teneri popu
los ad reficiēdū pontes, & arces: niſi pro hac
reparatione impendāt tributa dominis, etiā
quando tales pontes, & arces extant ſolidi-
2 tatæque vigent. Secundo adijcimus, quòd ſi
arces huiuſmodi, pro quibus cuſtodiendis
petuntur hæc iura, iā in ruinam deſtructio-
nemq; omnimodā deuenere à tēpore imme
morabili, neq; ibi iam inhabitant, ſed neque
inhabitare poſſunt ibi cuſtodiæ præfecti, nō
poſſunt exigi huiuſmodi iura, quia tunc
non apparet præceſsiſſe titulum exigendi,
nec cauſam veram, ſed fictitiam præceſsiſſe.
3 Tertio aſſerimus, ſi huiuſmodi fortalitia ad-
huc perſtant nec diruta manent, ibique cō-
morantur cuſtodiæ eorum præfecti, vel eo-
rum loca tenentes, tunc tolerari poteſt con-
ſuetudo hæc exigendi iura pro excubijs, li-
cet non expendantur pro excubando. Quia
licet pro nunc floreat pax, ſed euenire poſsi
bile eſt talem contingentiam caſus, vbi hæc
iura pro excubijs recepta, neceſſe eſſet inſu-
mere; imo plus vltra ad ea fortalitia cuſto-
dienda. Ideo id tributi, quod huius rei gratia
ſolui vſu receptum eſt, ſecundum Cordu-
bam hac quæſtione citata exigi poteſt: hac
tamen conditione, & lege, vt vbi ſe obtule-
rit neceſsitas, vaſſalli, vel populi ad aliquid
amplius pro talibus excubijs ſoluendū, non
4 cogantur. Vltimo aſſerimus ex mente Cor-
*Cordub.* dubæ. Si nulla inſit probabilitas, quod ali-
quo tempore pro tuitione populorum ſit
neceſſarium ibi in fortalitijs vigiles præfice
A re, tunc hæc tributa ab inuitis populis exigi
non poſſunt: quia iam tunc huiuſmodi im-
poſitionis cauſa ceſſaſſe videtur: reſtituen-
dumq; tunc neceſſario eſſet, quod tali com
mentitia occaſione exigeretur à populo. Vi
de Syluest. titul. dominium. quæſt. 4. *Syluest.*
¶Deinde & ab hoc loco illa queſtio om- *Quæſtio.*
nino aliena non eſt, an liceat fidelibus elude *An licet*
re infideles principes inter quos verſantur, *defraud.*
& negotiantur in vectigalibus, & pedagijs, *infidel. in*
quæ illis à negotiantibus ſolita ſunt ſolui, *tribut.*
vel vtrum liceat decipere infidelem in pon-
dere, numero, & menſura in cōtractibus bo-
næ fidei, quos fidelis cum ipſo init? Circa
B quam quæſtionem tria veniunt dicenda au-
thore Corduba in tractatu de caſibus con- *Cordub.*
ſcien. quæſt. 96. Primum eſt, non licitū eſſe 1
decipere infidelem in pondere, vel menſu-
ra: neque in manifeſtatione mercium, neque
minus ei ſoluere, quam ei debetur; dum non
interuenit authoritas publica concedens li-
centiam eis alias debitum non ſoluēdi. Quia
quamuis infideles Turcæ, & Saraceni terras
fidelium occupatas poſsideant, tamen domi
nium ab his infidelibus occupatarum regio-
num ad Chriſtianum negotiatorem negotiā
tem inter eos non attinet: niſi tantū ad Chri-
ſtianorum principum diſpoſitionē, ad quos
C pertinet ius eos debellandi, & ſubiugandi:
vel ad Papam. Et ſic priuatis defraudare infi
deles in manifeſtatione mercium, vel in iu-
ſtis vectigalibus illicitū eſſe videtur. Et hoc
verum habet, potiſsimè in infidelium regio
nibus, vbi aliquid cenſus in recognitionem
Chriſtianis rependitur. Vnde defraudato-
res horum præter incurſam mendacij culpā
rei fiunt reſtitutionis.
¶Secundò dicitur: Etiam ſi ſint infideles nul 2
lam ſoluentes penſionem, id eſt, parias, in
ſignum recognitionis: ſi aliquis fidelis dece-
perit eos in occultatione mercium, & vecti-
galibus eis iure debitis: tum & culpam non
D euadit: tum etiam reſtitutioni manet obno-
xius: quia ſine authoritate expreſſa, vel taci
ta eccleſiæ, vel Papæ, vel principis Chriſtia
ni, cui attinet ius per bellū recuperandi ter-
ras Chriſtianorum, vel eccleſiæ à talibus in-
fidelibus præoccupatas, id fecit. At authori- *Infideles*
tate principum, infideles noſtras terras non *quia tales*
vſurpatas habentes, neque nobis offenſos, *non ſunt*
& noxios nequimus ſuis bonis, aut ſibi de- *ſpoliand.*
bitis denudare, neque princeps vllus vel
Papa hac via, quia infideles ſunt, eos do-
minio ſuarum rerum ſpoliare iuſte poteſt.
Ita Victoria in ſua relectione, & Corduba *Victoria.*
in ſuo quæſtionario libro primo. quæſt. 57. *Cordub.*
Vltimo

A Vltimò concludimus, priuatum infidelem, nemo poteſt in numero, pondere, & menſura circumuenire abſque peccato, obligatione que reſtituendi. Quia hoc eſt contra ius vſurpare, quod alteri eſt debitum pro ſuo ſpeciali labore; Etiam ſi talis ſic defraudatus infidelis non ſit de numero eorum, qui penſionem ſoluunt Chriſtianis. Vel eſto ſit de numero eorum, qui terras Chriſtianorũ iam ab antiquo habent inuaſas. Sic Doctor Metina fertur reſpondiſſe. Præterea, quia iã dum de materia venationis ageremus, latius de hoc peregimus, ſupereſt tantum ad memoriam reuocaſſe, quod non poteſt dominus libertatem à tributis conferre eis, quos elegerit ex ſuis oppidis in venationis officiales, B quia ſui ſolatij cauſa: non licet ei tributum, quo iſtos liberat, ſuper humeris vicinorum ſui populi, eos magis grauando imponere, quia non populus propter dominum, ſed ècontra.

*Metin.*
*Domini non licite liber. à tribut. ſuos venatores.*

*Quæſtio.*

¶Inſuper, quia quæſtio hæc licet ſuum proprium habeat locum cum de iudicibus veniat nobis agendum: tamen, quia cum materia de penſionibus & cenſibus aliquomodo videtur cõuenire, ideo quæritur, an gubernatores correctoresve, id eſt, corregidores, nuncupati vltra ſalarium aſſeſſorias, id eſt, C certam penſionem pro viſendis proceſsibus ſententiandis à ſe poſsint exigere? Reſpondetur breuiter, vt tradit Cordub. in tractatu de caſibus conſcientiæ. quæſtio. 110. Leges aſſeſſorias iudices prohibentes exigere intelligendæ veniunt de iudice decenter, ſufficienterque ſtipendiato à republica, vel à domino illius reipublicæ, vel ab vtroque iunctim. Hic enim non poteſt recipere aſſeſſorias. Qui verò ſufficienter ſtipendiatus non eſt, poteſt eas recipere, iuxta cõſuetudinem introductam in populo: quæ conteſtatur, vel non fuiſſe receptam legem contrariam, vel iam ei per contrarium vſum ab immemoriali, qui habet vim priuilegij, legi fuiſſe derogatum. D Quia de iure naturali ſufficiens ſtipendium officiali, & miniſtro iuſtitiæ debetur. Conſuetudoque interpretatur ſic fuiſſe ſignatum iuſte cum conſenſu legitimo domini, & populi, cùm ſic in conſuetudine eſt receptum, & toleratum ad complendũ ſufficiens ſtipendium, vt aſſeſſoriæ etiam exigãtur. Licet cap. ſtatutum de reſcrip. in. 6. §. in ſuper. in verbo. moderatas, decernatur, ꝙ iudex ordinarius, neq; ſuus delegatus poſſunt accipere expenſas à partibus. Et ſecundum gloſſ. in. d. c. cũ ab omni. de vit. & honeſt. in verbo. propter expenſas, ſanciatur, quod iudex delegatus ab ordinario, debet habere expenſas à delegante. Et licet ſpecialiter leges regni inhibeant recipere aſſeſſorias, vt habetur, l. 3. ti. 16. lib. 2. ordinamenti regal. vbi cauetur, quòd adminiſtratores iuſtitiæ corregidores nuncupati, ſi ſunt ſtipẽdiati aſſeſſorias non exigant, nec prætores literis præditi ordinarij, etiã ſi ſalario careant. Licet, inquam, hæc ſtatuant iura, non obſtat, quia iura quædam, prohibitiua de iudicibus eccleſiaſticis beneficiatis, & alia iura de iudicibus ſecularibus ſufficienter ſtipendiatis, per rempublicam, vel per dominũ eius intelliguntur, vide Floren. 3. parte ſummæ. titul. 9. cap. 2. §. 8. & 9. & Syluest. titul. iudex quæſt. 10. & Adrianum. in 10. quol. art. 1.

*Vtrum iudices aſſeſſorias exiger. poſſint.*

*Cordub.*

*Satis ſit obſtantia.*

*Floren.*
*Syluest.*
*Adria.*

¶At ſecundo nos loquimur, poſſe recipi aſſeſſorias, vbi leges regni vſu non ſunt receptæ, vel iam ſunt per immemorabilem conſuetudinem derogatæ. Vltimo adijcimus tales leges non habere vim vltra proprios terminos. Vnde non habent locum in gubernatoribus. De quibus nõ meminere leges: quia gubernatores ſunt iudices delegati ſecũdum gloſſam in clementina, et ſi principalis. de reſcript. Igitur leges regni intelligentiam capiunt, quam ſupra tradidimus.

*Gubernatores ſunt delegati.*

*Quæſtio.*

¶Forſitan quoq; & aliquis hæſitabit: domini tẽporales negligentes in tutandis vijs, an ſpolia accepta à latronibus teneantur viatoribus reſtituere? Cui reſpondetur, quod ſicut, qui venditionem titulo donationis palliatã facit ad decipiendum quæſtorem tenetur ad vectigalium reſtitutionẽ, & ſicut qui extra terminũ ciuitatis, aut coram ſcriba occulte venditionẽ celebrant, etiã nõ effugiũt obligationem reſtituendi: ſic ècontra domini temporales, qui debita defenſa viatores defraudant debitam ſolicitudinem in relegãdis latronibus non adhibentes: ſpolia à latronibus capta, & prædas reparare viatoribus tenentur: quia pro aſſecurandis vijs ſuppeditantur pedagia vt patet toto tit. ff. de officio præſidis. Secus eſt, ſi ſufficientẽ in hoc præſtiterit curam. Curam autem diligentem, & ſufficientem in hoc adhibuiſſe cenſetur dominus temporalis, quando pro capiendis latronibus ſatellites ſolitus eſt mittere, & deſtinare. Ita D. Thom. 2. 2. q. 61. ar. 7. Vbi in ſententia ait, quod ſi ex negligentia principis latrones, aut raptores increſcant, tenetur ad reſtitutionem eis, qui dãna incurrunt. Nã redditus ſui ſunt, quaſi ſtipendia ſibi depoſita, quatenus iuſtitiam ſeruet & protegat.

*An domini teneantur proſint. hic.*

*D. Tho.*

*Quæſtio.*
*An ſolui ſunt pedagia hic.*

¶An verò dominis negligentibus, circa cuſtodiam viarum, viatores teneantur pedagia





A ſoluere non eſt adeo res perſpicua. Nam Gabriel negat teneri. Metina autem de reſtit. q. 14. affirmat adhuc obligari viatores in hoc caſu ad pedagia exoluenda. Sed dicendum eſt plane, in hoc caſu viatores defraudantes pedagia, nec peccare, neque ad reſtitutionem obligari; quia ceſſante cauſa finali in lege expreſſa, ceſſat obligatio. In lege autem pedagiorum cauſa exprimitur pro tutandis vijs. Si ergo graſſantibus latronibus viæ abundant, obligatio ſoluendi pedagia tunc videtur extincta.

# CAPVT. CXC.

*Quod exẽpti ſunt eccleſiaſtici à tributis, & qui ſint tales, & an in omni caſu eximantur.*

*An exigẽtes à cleri. ſint excõ.*

SEd iam de perſonis, quæ immunitatem non ſoluendi pedagia gaudẽt differendum nobis ſupereſt. Circa hunc caſum dicimus primo, quod qui gabellas, & vectigalia licitè laicis impoſita, quæ neq; eccleſiaſticæ perſonæ debent, exigit ab eccleſiaſticis, eſt excommunicatus ipſo factò cap. quanquam de cenſibus. lib. 6. non obſtante contraria conſuetudine. Niſi quando inueherent merces aut emerent ad negotiãdum, aut mercaturam exercendum, aut haberent facultatem à Papa, ad illa ab eis exigendum. Ita Gabriel. in 4. diſ. 15. & Nauarrus ſumma latina capit. 17. numer. 21.

*De cenſib.*

*Gabriel.*
*Nauarr.*

¶Sed inſtat dubium, quæ nam ſint hæ perſonæ eccleſiaſticæ, quæ hac immunitate potiũtur. Dicitur ergo, clericos in ſacris, ſubdiaconos, & diaconos, & ſacerdotes monachoſque & moniales à cuiuſcunque tributi ſolutione eſſe exemptos, exactoreſque ab eis hæc exigentes excommunicatos eſſe, & ad reſtitutionem teneri. Prout diffinitur capit. quanquam. de cenſibus libr. 6. Ita frater Ioſephus.

*Quæſtio.*
*Qui clerici ſint immunes.*

*De cenſ.*

¶ Sed nunquid pedagia, aut gabellas exigens à prædictis eccleſiaſticis ſit excommunicatus excommunicatione reſeruata in cœna domini. Dicimus ergo ad id dubium primò, eſſe excommunicatos excommunicatione reſeruata in cœna domini in bulla nunc edita per Grego. 13. omnes, qui in terris ſuis noua pedagia, ſeu gabellas ad id poteſtatem non habentes imponunt, vel prohibita exigunt. ¶Per pedagia, & gabellas ait Nauarr. cap. 27. nu. 61. ſum. lat. poſſe intelligi portoria, de quibus in bulla Pius. 5. & alia vectigalia propter identitatem rationis legis, & mẽtis legiſlatoris, & latitudinem vulgarẽ ſignificationis eorum, vt Nauar. latius in cap. fraternitas. 12. q. 2. tractauit. ¶Huiuſmodi autẽ poteſtatem non habentes ad prædicta tributa imponenda ſub hac cenſura cænę cõprehẽſi ſunt ſoli, & omnes, qui recognoſcunt ſuperiorem in temporalibus, ad quẽ ab eis appellari poteſt. Quia omnes tales ad hoc carent poteſtate; & quilibet alius, ſic per cap. 1. quę ſunt regulæ in vſibus feud. & notatur in cap. ſuper quibuſdã, de verborũ ſignificat. ¶ Per pedagia noua in bulla intelliguntur etiam incrementa veterum contra Armil. arg. le. ſi ex toto. in princ. de leg. 1. & in l. peculium, ff. de B leg. 2. Vide Sylu. verbo. excõmunic. 7. q. 19.

*Quæſtio.*
*Quali excom. excõmunic. prędicti.*

*Nauar.*
*Quid per pedagia & gabellas.*
*Pius. V.*

*De verbo. ſigni. quid per pedagia noua.*



¶Exigentes in hac cẽſura cœnæ incluſi ſunt, ſcilicet, hæres illa noua pedagia imponentis publicanus, conductor, ſiue arrẽdator illorũ iurium, & recipiens etiam famulus à non ſpõte ſoluentibus. Quia exigere eſt extorquere à nolente ſoluere, gloſſa iũcto textu in. l. ſoluendo. ff. de negotijs geſtis, gloſſa & Card. clementina fin. de cenſibus. Dicitur autẽ inuitus, & nolens ſoluere etiam qui ſoluit rogatus ſoluere tanquam debitum. Ita Caiet. Excuſareque poteſt ab hac cenſura probabilis ignorantia iuris aut facti argu. ca. 2. de conſtitutionibus. Per prohibita pedagia intelliguntur C ſimpliciter prohibita, ſcilicet, quæ neq; à laicis, nec à clericis iuſte exigi poſſunt.

*ff. de nego. geſtis.*

*Caiet.*

*De conſt.*

*Quæſtio.*

¶Sed difficultas peculiaris hic imminet, an ſiquis exigat à clericis gabellas, & pedagia iuſta, ideſt, quæ non ſunt prohibita exigi à laicis, incurrat hanc cenſuram cœnæ Domini? Reſpondet Nauarrus loco citato, eam nõ incurrere. Sed tamen certum eſt, talem exactorem incurrere ipſo facto excõmunicationem cap. quanquam de cenſibus lib. 6. quæ non eſt reſeruata. Secus eſt, ſi talis exactor exigeret pedagia illicita, etiã prohibita exigi à laicis, exigeret, inquam, ea à clericis: quia tunc cenſuram cœnę incurreret, quæ ſecundum D Nauarrum non eſt alia ab illa cap. quanquam de cenſibus in. 6. lata: niſi quod in bulla cœnæ ſtatuitur eademmet numero, vt iã reſeruata Papæ in tali cœnæ bulla.

*Quis incurrat cenſur. cœnę exig.*

*Nauar.*

¶ Præterea grauis quæſtio hic vrget, an gubernatores laicorum, qui frequentiſsime imponunt ſuper indicta extraordinaria ſuper pane, vino, & carne, panno, & alijs id genus ad victum, & veſtitum ſpectantibus, quę Itali vocant gabellas, Hiſpani ſiſas, Galli talias & gabellas, ac perinde petunt, aut peti iubent, aut permittunt ab eccleſiaſticis perſonis, quæ ad ea ſoluenda non obligantur, ac à laicis, an incurrant cenſuram cœnæ domini?

*Quæſtio.*
*Gubernatores exigentes ſiſã à cleric. an ſint excõmun.*

*Nauar.* De qua quæſtione cum eſſet rogatus dicere Nauarrus, vt ipſe refert ſumma latina capit. 17. numer. 21. Reſpondet grauiſsime hos gubernatores in prædictis peccare, Deum, immunitatemque eccleſiaſticam offendere, cenſuraſque horrendas etiam bullæ cœnæ Domini inccurrere, multos canones ſan. ſiſsimos infringendo. In quibus ſunt caput, bene quidem. 96. diſtin. capit. eccleſi. de conſtitutionibus. capit. aduerſus. de immunitate eccleſiæ. cap. nouerint de ſententia excommunicati. cap. quanquam de cenſibus. lib. 6

*De cõſtit.* *De cenſ.*

¶ Idem dicendum eſt prorſus ſecundum Nauarrum de ijs, qui vectigalia, & gabellas imponunt pro facultate vehendi, exportãdi & importãdi currus, mulos & alia iumẽta vacua, vel onuſta: & perinde petũt, iubent, aut permittũt peti ab eccleſiaſticis, atq; à laicis: quãuis id quod vehũt, importãt, vel exportãt ſit de eorũ patrimonijs, aut prouẽtibus eccleſiaſticis & in ſuos vſus cõuertendũ. Demiraturq; Nauar. quod cũ tot has cẽſuras incurrant, tã pauci tamen confeſſarij locorũ, vbi hæc aguntur, eas pro dignitate æſtiment, & eas incurrẽtibus abſolutionem denegent. Et inuehitur cõtra epiſcopos hæc permittentes neq; dictas cẽſuras denũtiantes, cũ clementina pręſenti, pręcipiatur ſub mortali id faciãt poſtquam de eo ipſis conſtiterit: quamuis parte vocata, & audita id fieri debeat per gloſſam memorabilem eiuſdem clementinę. Vltimo adijcit, quod iura, quæ Hiſpani vocant cochlearia & ſedilia, quæ ſoluuntur ex granis in forum deportatis vel in aliqua eius parte ad vendendum depoſitis, & aliæ id genus gabellę, quæ in multis regni Caſtellæ locis tam à clericis, quam à laicis perſoluuntur remittit Nauar. ea examinanda, ad eos, qui melius eorum conditiones norunt.

*Gloſſa.*

¶ Sed quia propoſuimus ſententiam Nauarri, & quia multa, quæ dicenda, & explicãda erãt ſuppreſsit: ideo ad maiorem omnium ſupplementum intelligentiamq;, operæ pretium duxi ea hic accerſere, quæ Syluester verbo. immunitas. primo latè diſputat. Vbi q. 18. docuit clericos ad ciuitatum, & municipiorum cuſtodiam non aſtringi, niſi neceſsitas maxima aliud ſuadeat, ſecundum gloſſam. 16. quæſt. 1. §. placet. quæ quidem cauſa per laicum diſcerni non debet: ſed per epiſcopũ ſecundum Hoſtienſem. & per eum compellentur, vt capit. eccleſiæ ſanctæ Mariæ de cõſtit. ſcilicet, quando aliter ſine eis defendi nõ poſſet, quo caſu tenerentur arg. l. nullus penitus. C. de curſu. pu. & facit textus capit. penultimo, de homicidio. Vbi tempore inuaſionis clerici poſſunt vna cum laicis ſumere arma, & pugnare, neque ſunt irregulares ſi multi ſunt occiſi: modo nullum proprijs manibus occiderint, etſi vulnerauerint.

*16. q. 1.* *Hoſtien.* *C. de curſ.*

¶ Quæritur quæſtio. 20. vtrum eccleſia ad pontium, ac viarum inſtructionem, murorũ, fontium, ac puteorum ædificationem, & refectionem teneatur. Igitur ad hanc quæſtionẽ reſpondetur primò, quòd eccleſia aſtringitur ad reficiendam viam, ante domum eccleſiæ, & ad purgandum puteum neceſſarium toti viciniæ, vbi eſt eccleſia, neceſſariumque eccleſiæ, & tenetur eccleſia pro rata contribuere ad hoc. ¶ Item tenetur ſoluere ad portam, vel pontem pro plauſtris, ad ipſius portæ, vel pontis conſeruationem, quando plauſtra eccleſiæ illac tranſeuntia etiam deſtruũt viam. Hoc primum aſſertum Syluestri patet primo ex Bartoli mente in l. ad inſtructiones. C. de ſacr. ſan. ecc.

*Quæſtio. An eccleſia teneat. ad põt. vias reſici.* 1 2 *Bartol.*

¶ Sed adhuc dubitare merito quis poterit. Vtrum eccleſiaſtici in concernentibus pietatem, vel neceſsitatem publicã, ſcilicet, ad inſtructionem pontium, viarum communiũ, ædificationem murorum ciuitatis, aut villæ & ad purgationem fontis, vel putei communis teneantur. Cui quæſtioni ſatisfacit Syluester verbo, immunitas. 1. quæſt. 2. per diſtinctionem dicens, quod ſi neceſsitas, aut pietas imminens concernit vtilitatem eccleſiæ à remotis, & per quandam conſequentiam: tunc eccleſia ad eam contribuere non tenetur: niſi ſpontè velit approbante epiſcopo cum clero, & prius conſulto Romano pontifice, vt habetur capit. aduerſus. & cap. non minus de immunitate eccleſiæ. Si tamen in hoc caſu tãta eſſet neceſsitas, vel pietas, quod non poſſet ſine ſcandalo, & periculo recurſus haberi ad Papam, ſufficeret deliberatio cleri cũ epiſcopo. Facit caput. fina. de eccle. ædifi. ſi autem neceſsitas, vel pietas concernit de directo, & principaliter vtilitatem eccleſiarum, & laicorum, vt puta, quia praua ſocietas territorium ciuitatis incendit, prædia deuaſtãs, in quo eccleſia multas habet poſſeſsiones, tunc debet eccleſia contribuere, non tamen ad deliberationem ſolius populi: ſed oportet quod clerus, & populus principaliter cõueniant, & deliberent; quia quod omnes tangit debet ab omnibus approbari in Clementina & 1. & 2. de cenſibus. & cap. adhoc de offici. Fatetur tamen Panor. cap. non minus, quod ſi clerus ſine legitima cauſa nollet conſentire, poſſent laici implorare auxilium ſuperioris eccleſiaſtici, vt compellat clericos vt habetur in cap. nullus de iure patronatus,

*Quæſtio. Vtrum clerici adcõmuniant. neantur.* *Syluest.* *De imm.* *De eccleſ.* *De cenſ.*

&in hoc



& in hoc caſu non habet locum diſpoſitio dicti capitis aduerſus. de conſulatione Romani Pontificis; quia hęc impenſa non fit propter publicam vtilitatem: ſed etiam propter priuatam eccleſiarum, & ſic in hoc caſu ſumus extra caſum præfati cap. aduerſus, facit clementina. 1. & 2. de cenſibus. ¶ Per hãc (vt exiſtimo) deciſionem Syluest. illa manet explanata difficultas, vtrum eccleſiaſtici tempore peſtis graſſantis Hiſpali tenerentur contribuere pro impenſis factis in educendo peſte tactos extra ciuitatem: ne inficerent ſanos in vicis ciuitatis remanẽtes, quia apparet, quod ſic, quia propter priuatam etiam eccleſiarũ, & eccleſiaſticorum vtilitatem incolumitatemque & ſalutem id negotij geſtũ eſt. ¶ At illucidandum quoque & id dubij venit, an clerici teneantur ad gabellas, id eſt, ſiſas quæ hodie ponuntur in vino, & in carnibus, & ſimilibus? Quæſtio eſt quotidiana, ſcituque digna. Reſpondetur ergo ex mente Syluest. verbo, immunitas. 1. quæſt. 22. per dicta hęc. Sit igitur dictum primum: Gabellas, quæ hodie ponuntur in vino, & ſimilibus, non tenẽtur ſoluere clerici. Huic ſententiæ accedit Panorm. capit. non minus. per authenticam, nulla communitas. C. de epiſcopis, & clericis. Ita tenet Bald. in. l. placet. C. de ſac. ſanct. eccleſijs. Intelligitur autem hoc primum dictum verum eſſe, niſi talis gabella impoſita in vino, & carnibus, impoſita eſſet pro oneribus, ad quæ tenerentur etiam eccleſia, & eccleſiaſtici, ſcilicet, quando, vt ſupradictum eſt, cauſa, pro qua gabella, id eſt, ſiſa imponitur in vino & carnibus, & ſimilibus concernit quoque eorum priuatam vtilitatem.

*Quæſtio. Reſponſio ad dub Hiſpali contingens.* *Quæſtio. An clerici tenẽtur ad ſiſam.* *Syluest.* *1. dictũ.* *Panorm.* *C. de epiſ.*

2 ¶ Secundum dictum ſit: Si clericus res eccleſiæ ad alium locum transferat cauſa negociationis, exigi non poteſt pedagium, aut gabella authore Panorm. capit. fina. de vita, & honeſt. clericorum. Quia delictum clerici eccleſiæ nocere nõ poteſt. Secus ſi tales res ſint ſuæ & non eccleſiæ.

3 ¶ Tertium dictum ſit: Clerici ſoluere non debẽt gabellam pro vino, aut frumẽto, quod de ſua præbenda habitum vendunt, nec etiã habitum ſi ſit de patrimonio, debent ſoluere pedagia, aut gabellas, vt tradit Panormita. in capit. fin. & facit clementina præſenti. de cenſibus, &. c. quanquam eodem tit. libr. 6.

*Panorm.*

¶ Sed vlterius perget quis hic inquirere, quid, ſi conſules propter debita ſoluenda, aut aliud ſimile gabellam imponant ſuper carnem, aut vinum, aut huiuſmodi, an id indiſtincte ſine exceptione eccleſiaſticorum poſsint facere. Et videtur talis poſitio, ſeu impoſitio generalis gabellæ ſuper vino, vel carne licita non ſit. Nam ex tali impoſitione emergit, quod indirecte eccleſiaſtici iſtas merces vini, & carnium emunt carius. Huic quæſtioni ſecundum Syluest. loco citato, & ſecũdum Richar. in quoli. & Aſten. lib. 6. titulo. 30. ab eo citatos, per diſtinctionem reſpõdendum cenſeo. Quia ſi conſules eam gabellam ſuper carnibus, & vino imponunt propter abuſum, & exceſſum eorum ſoluendum, quem fecerunt: ſic licite non ponunt eam, ſed ſoluant de ſuo. Si vero ponunt propter communem vtilitatem, tam clericorum quam laicorum, ſic licet talibus conſulibus eam gabellam imponere. ¶ Si vero propter vtilitatem laicorum principaliter, clericorũ vero indirecte, & à remotis puta, quia ciuiũ proſperitas in eccleſiæ & eccleſiaſticarum perſonarum vtilitatem redundat: tunc in iſto vltimo caſu, iterum diſtinguendum eſſe videtur. Vnde dico quod conſules in caſu, quo à remotis cauſa propterquam imponunt prædictam gabellam in vtilitatẽ eccleſiaſticorum tantum indirecte redundat, ſi faciunt animo extorquendi pecunias ab eccleſiaſticis, quas extorquere alio modo nõ poſſunt, ſic non licite eam gabellam ſuper vino, aut carnibus imponunt. Si autem non faciunt eo animo, quia etiam ſi non eſſent eccleſiaſticæ perſonæ adhuc eam imponerẽt: & ſic licet conſulibus eam imponere habita authoritate domini temporalis, & habita moderatione, vt non ponatur magis ſuper his, quæ ſæpius emuntur à clericis, aut ab extraneis, aut à pauperibus, quam ab alijs ciuibus. Et ſic clerici conqueri non poſſunt, maxime cum alibi poſsint emere, licet non ita commode. Probantur hæc. ff de noui operis nunc. Hæc omnia Syluester. Vbi per ſupradictam diſtinctionem temperantius loquitur, de impoſitione taliarum, ſeu ſiſarum Hiſpanice nuncupatarum ſuper carnibus, & comeſtibilibus ſeu vino, in quas Nauarrus ſum. latin. capit. 17. numer. 1. ſic indiſtincte inuehitur eas damnans; quando perinde eas petunt, aut peti iubent, vel permittunt ab eccleſiaſticis perſonis: quæ ad ſoluenda non obligantur, ac à laicis.

*Quæſtio. An ſiſa ſuper victualia poſſ. imponi nõ excipiendo clericos* *Syluest. Richard.* *Aſtrenſ.* *Sententia authoris.* *Syluest.* *Nauar.*

¶ Sed iam de collectis diſquirere, an licitæ ſint, operæpretium duxi. Circa quam quæſtionem primo dicẽdum occurrit, quod gabellæ ſunt etiam iniuſtæ: quando ſub nomine collectarum domini temporales eas exigunt, vt excuſationem habeant, quia iniuſtum eſt pro his rebus, quæ ad vſum vehuntur collectam accipere. Si tamen communitas

*Quæſtio. De collectis.*

munitas aliqua pro pace, & quiete ſuorum ciuium collectam ſuis ciuibus, vel hominibus, non autem forenſibus imponit ſeruata iuſtitia diſtributiua poteſt tolerari. Quia quo ipſi ſic volũt, nulli fit iniuria. ¶ Secundo dicim⁹, hoc diſcriminis intercedere inter collectas ex vna parte, & inter gabellas, & vectigalia ex alia; quia collectę à ſolis ſubiectis exigi debent: Gabellæ autem, & vectigalia ab omnibus tranſeuntibus per portam, vel paſſum. Vnde aliquando licet accipere gabellam, & non collectam. ¶ Tertio aduertito, quod in impoſitione collectarum adhoc, ꝙ iuſtę ſint, & durẽt debet adeſſe cauſę iuſtę ex parte finis, & vſus: & ſine illis non ſunt iuſtæ, nec obligãt in foro cõſciẽtiæ authore Caiet. ¶ Nota quarto, quod cauſa iuſta pręter ſupradictas imponẽdi huiuſmodi grauamina, ſunt neceſsitates publicæ, quas Bar. in. l. vniuerſis C. de vectigalib⁹ nominat ſtipẽdia, põtes, publicas domos, defenſiones ſtratarũ publicarũ contra prædones, vel piratas in mari, vel contra fidei vel patriæ hoſtes, ſcilicet, cõtra infideles, & hæreticos, & ſimilia, facit caput ſiquis romipetas. 24. quæſt. 3. quæ tamẽ onera debent eſſe moderata.

*Differẽtia in collect. & gabell.*

*Caietan.*

*Cauſæ petendi collectas.*

*24. q. 3.*

¶ De guidagijs quoque nobis dicendum venit, an licita ſint. Quia guidagia dicuntur ea ſtipendia, vel penſiones, quæ ſoluũtur pro ducatu, quo quis ducitur per viam. Igitur illi, qui parati ſunt ad conducendos viatores per vias locantes ad id miniſterij operas ſuas de ſuo guidagio poſſunt mercedem accipere, & exigere: vt tradit Panormit. in. c. ſuper quibuſdam. Non autem id mercedis poſſunt exigere domini terrarum, qui tenentur territorium ſecurum tenere. Quia iſti cum id non faciunt, iniuſte impoſitiones recipiunt. Sed iam ſupra quoque meminimus, quod huiuſmodi gabellas exigentes, vel exigi facientes tenentur de furtis, quæ ex eorum incuria fiunt in territorijs ſuis: dum non faciunt quæ facere tenentur canone. dominus. 23. quæſtio. 2. aut tenentur malefactorem exhibere. l. nequid. ff. de incen. rui. nauf. ¶ Pręterea hæſitarę hic merito quis poterit de talijs, an domini temporales poſſint taliare Iudæos, vel reliquos vſurarios nihil habentes præter vſuras? Cuius dubij ſolutionẽ planam tradit Palude. dicens, teneri dominos temporales tales talias in caſu quæſtionis exigentes eas reſtituere eis, à quibus Iudæi extorſerunt; quia his bona vſurariorum nihil præter bona vſuraria habentium ſunt debita. Ita quoque Diuus Thom. in reſponſione ad duciſſam Brabantiæ.

*Quæſtio. De guida.*

*Panor.*

*23. q. 2.*

*Quæſtio. An vſurarij poſſ. taliari.*

*Palud.*

*D. Thom.*

¶ De angarijs, & perangarijs, ne prætereat nos mentio, dicimus eſſe quaſdam iniuſtas compulſiones, ſiuè coactiones ſecundum omnes, ſiue ſint obſequia perſonalia, & realia, vt quis proprijs expenſis laboret, de immunitate eccleſiæ, cap. non minus.

*De angar.*

¶ Sed de muneribus, quænam ſint, vel quę nam talia dicantur dicendum nobis ſupereſt. ¶ Igitur munera dicuntur quæ neceſſario ſubimus lege, vel imperio. l. munus. ff. de verborum ſignificationibus. Quæ quidem munera aliquando labore tantum corporali exhibentur, aliquando ſumptibus proprijs, aliquando vtroque modo ſimul. ff. de muneribus, & honor. l. fin. ff. patrimoniorum. ¶ Aduertere tandem debent qui collectas, & huiuſmodi onera imponunt, vt pro neceſsitate faciant, & iuſtitiæ diſtributiuæ ſeruetur proportio. ¶ Denique (vt antea ſupra meminimus) vt cum hoc tandem concludamus, dicimus quòd quando gabellæ ſunt dubiæ an ſint iuſtæ, confeſſores non debent cogere confitentem ad reſtitutionem: quia exponerent ſe periculo ſurripiendi à pœnitente quod ſuum eſt. Sed de his ſatis.

*De immu. eccleſ.*

*Quæ ſint munera. ff. de verbo. ſignific.*

*ff. de mun.*

*Aduertentia.*

*Aduertẽtia confeſſ.*

## CAPVT. CXCI:

*Qui clerici, vel in quo caſu non eximantur à tributis: Et an imponentes collectam derrama nuncupatam, inuoluantur cenſura cœnæ Domini.*

QVia huiuſmodi ſum moris, vt nihil intactum, velim manere: quod ad materiam, de qua cœpi agere cognouerim pertinere ideo finẽ impoſiturus huic tributorum materiæ, nonnulla, quę ſuperſunt notanda neceſſe eſt percurram. Quorum nempe primum eſt, ſcilicet, quod princeps eccleſiaſticos, aut religioſos compellere non poſsit ad hoſpites recipiendos, vel ad ſiſam ſoluendam, quæ in cibis emendis imponi ſolet. Nam eccleſiaſtici ab huiuſmodi oneribus immunes ſunt. Per eccleſiaſticos autẽ in hoc caſu intelligimus clericos initiatos ſacris. Nam vt ait frater Ioſephus in ſuis floribus ſecundum vſum Hiſpanię contra Metinam Complutenſem clerici primę tonſuræ tantum hac immunitate à tributis non gaudent. Nam in capitibus citatis, & capite, quanquam. de cenſibus, in 6. ſolum habetur mentio eccleſiaſticorum. At vero tantum habentes primam tonſuram cum de facto per matrimonium renuntiare poſsint

*Clerici immunes à ſiſa & ab hoſpit.*

*Clerici immunes ab oneri. qui. Ioſeph. contra Met.*



ſtatui clericali non ſunt propriè eccleſiaſtici. Igitur in hoc ſtandum eſt vſui.

*Clerici negociantes nõ ſunt immunes à tribut.*

¶ Inſuper, vt ſupra meminimus, clerici ementes merces, non vt illis vtantur, ſed negotiandi cauſa illarum vectigal, & pedagiũ, cæteraque tributa, quæ à laicis ſolita ſunt ſolui, ſoluere quoque ipſi tenentur. Quia ſic expreſſe ſtabilitum eſt in capit. quanquam allegato de cenſ. Tamen quia de hoc particulari caſu ſum rogatus, an tales eccleſiaſtici negotiantes ſtatim in conſcientia antequam ab eis hæc vectigalia exigantur, ea exoluere teneantur: dico, vt credo, tales in conſcientia etiam ſi negotiandi cauſa deferant merces, non teneri ad hæc vectigalia ſoluenda ante tertiam monitionem, qua ſint moniti abſtinere à talibus negotiationibus ſecularibus. Quia de hoc eſt textus multum notabilis, & qui quotidie allegatur capit. ex literis, de vita, & honeſt. clericorum. Vbi gloſſa ex hac decretali notat, quod vſque ad tertiam monitionem gaudent clerici hoc priuilegio immunitatis à vectigalibus.

*Quæſtio. Cleric. ante. 3. monit. nõ tenẽtur negoc. ad vectig.*

*Gloſſ.*

¶ Inſuper ſolitum eſt & hic dubitari, quo iure eccleſiaſtici immunes ſint à tali ſolutione tributorum. & vectigalium, an iure diuino, vel humano. Et ab hac quæſtione citius nos expedimus reiecta opinione Metinæ Complutenſis, quam de reſti. quæſt. 15. ſequitur, vbi defendit iure regio, & non canonico eccleſiaſticos eſſe à tributis, & vectigalibus exemptos. Quia merito exploditur à F. Ioſepho in ſuis floribus. Quia, ſi vt tradit Metina, iure tantum regio exempti eſſent eccleſiaſtici à tributis; Papa non poſſet excommunicare reges, ſi hæc immunitatis priuilegia reuocaſſet, ſicut de facto excommunicat Papa quoſcunque principes hæc immunitatis à tributis priuilegia infringentes. Inſuper: quia in c. quanquam, de cenſibus, clerici iure diuino immunes à ſolutione gabellarum eſſe dicuntur. ¶ Igitur pro explicatiori deciſione quæſtionis dicimus primo cum Soto in 4. ſenten. quòd Papa potuit clericos ab exactionibus, & foro ſecularium principum liberare, ſicut de facto eos liberauit. Quare negare clericos eſſe exemptos error eſt in concilio Conſtantienſi damnatus. Vnde conſtat eccleſiaſticos eſſe exemptos à iudicio ſeculari quoad perſonas reſque ſuas & tributa.

*Quæſtio. Quo iure eccleſ. eximantur.*

*Metin.*

*Ioſephus.*

*Dictũ. 1. Sotus.*

¶ Sed adhuc inſtat quæſtio, an iure diuino tales eccleſiaſtici quoad prędicta ſint exẽpti. Sit igitur ſecundum dictum iuxta mentem Soti in negotijs eccleſiaſticis, ſcilicet, in creatione prælatorum, in electionibus eccleſiaſticis, & in his, quæ ſpectant ad gubernationem eccleſiæ per ſuos miniſtros, & negotijs eccleſiaſticis ſpiritualibus iure diuino eccleſiaſtici eximuntur à ſeculari principum temporalium poteſtate. Vltimo ad vltimã quæſtionem directè reſpondentes cum eodem adijcimus, perſonas eccleſiaſticas, reſque ſuas, & bona eſſe exempta à iudicio ſeculari, & exactionibus tributorum, licet non conſtet tam expreſſè eſſe de iure diuino: tamen talis exemptio valde conformis eſt iuri diuino. Quare conſentaneum eſt iure naturali, & diuino aſſerere eos etiam quoad prædicta eſſe exemptos. Facit ad hoc textus. c. quanquam de cenſibus. Ita Sotus, & Victoria in relectione de poteſtate eccleſiaſtica. ¶ Nõ tamen clerici ſunt exempti, vt bene ait Sotus, omnino quoad venditionum pretia. Nam ſi vendant frumenta ſua, vel vina pluſquàm pragmatica regia taxat, ſi talis pragmatica extat planum eſt neque à delicto, neque à reſtitutione ſuperaccepti pretij excuſari.

*Quæſtio. Dictũ. 2. Sotus.*

*De cenſ. Sot. Vict.*

¶ Sed iam poſt prolixam diſputationem, quid veritatis habeat, quòd aſſerit Metina Salmanticẽſis explicemus oportet. Ait enim in ſua inſtructione confeſſorum capit. 16. folio. 219: quòd domini temporales in ſuis ſubditis populis, ſi imponunt grauamina particularia Hiſpanicè, derramas, nuncupata de nouo, hoc nõ carere graui delicto: tum etiam eſſe caſum cœnæ Domini, propter quod eos excommunionem reſeruatam Papæ nõ euadere ait: quod videtur durum dictu, neque ſatis certum. Nam ex capite. vnio. 10. quæſt. 3. & capit. cum apoſtolis, de cenſibus. videtur colligi, quod ſi dominus temporalis vult adire principem pro ſua, & ſuorum ſubditorum vtilitate, & commodè expenſas facere non poteſt, & pro alia ſimili cauſa poteſt moderatum grauamen imponere. Secus, ſi abſque cauſa iuſta extorqueret: vt pro ludo, & pompis & huiuſmodi, vt bene ait Armilla, verbo, dominium. §. 9.

*Quæſtio. Metin. de collectis. i. derramas.*

¶ Igitur pro expeditione quæſtionis dico primum, quod dominus temporalis, etiam recognoſcens ſuperiorem, ſi pro ſua, & ſubditorum vtilitate communi neceſſe habeat aliquid efficere, quod commode ſine expenſis ſibi præſtitis à ſubditis conficere, neque id negotij ſubire poteſt; citra culpam erit, ſi moderatum grauamen imponat, dum non eſt taxatum per legẽ. Hoc patet; quia ſi hoc non liceret ſæpe retardaretur bonum commune, vel totaliter impediretur, cum ſine expenſis non poſsit promoueri. ¶ Secundo dico: Quando per legem prætaxatum eſt grauamen de la derrama: quod pro ſimilibus rei publi-

*Dictũ. 1.*

*2*

publicæ neceſsitatibus poteſt imponi prout legibus Hiſpaniæ eſt taxatum, ne excedat tria millia (ſi ſatis memini) dipõdiorum: huiuſmodi taxam ſine vrgenti cauſa tranſgredi non caret culpa; niſi forſitan neceſsitas boni communis reipublicæ ſic vrgeret, quòd periculum eſſet in mora, ſi ad regem pro impetrãda maiori taxa recurreretur. *Cœnæ dñi caſus non eſt ſemel collectã imponere.* ¶ Tertio dico, quod quando pro caſu vrgenti particulari boni communis reipublicæ ſemel hoc grauamen derrama nuncupatum imponeretur à curam gerente reipublicæ, etiam recognoſcente ſuperiorem: non ideo taliter ſic imponens excommunione cœnæ Domini, inuolueretur. *Syluest.* Ita Syluester verbo, Gabellam. §.16. Tum quia hic abeſſet culpa. Tũ, quia bulla cœnæ Domini non videtur eos comprehendere: qui in caſu particulari cauſa ſubuenien di reipublicæ neceſsitati imminenti imponunt talem grauamen collectæ ſpecialis, vel derramæ. Sed ij, qui ſine cauſa, vel in omne tempus, vel caſum imponunt tale grauamen vel ſub nomine collectæ generalis, vel derramæ, volentes fraudare legem cum gabellam, vel tributum imponant, tales caſu excommunicationis cœnæ Domini irretiuntur. Et in his videtur habere locum prædicta ſententia Metinæ, *Metin.* aſſerentis imponentes nouas collectas derramas ab ipſo inibi nuncupatas, caſu excommunicationis cœnæ Domini implicari.

*Quæſtio. An retrocedentes à vẽditione tenẽtur ad vectigal.* ¶ Demum quæſtio, quæ in Indiarum regionibus ventilata eſt, & ſcitu digna eſt hęc, ſcilicet, an poſtquam aliqui negotiatores iniere venditionis, & emptionis contractum, ſi ab ipſo contractu retrocedant, poſsit exactor exigere ex tali inito contractu ſibi prouenïens victigal. Et ſimiliter ſi facta fuit venditio ad creditum poſsit ſtatim recuperare vectigalis pretium. Et quidem: licet nullum repererim doctorem de hoc expreſſe docentem: tamen exiſtimo dicẽdum primo: *Dictũ. 1.* Quòd ſi inter negotiantes taliter fuit initus contractus, quòd nec merces vendita, fuit emptori tradita, neque pretium ab emptore ſolutum fuit: tunc ſi ambo à contractu incepto reſiliant, exactor non poteſt inde vectigal exigere; quia lex de vectigalibus exigendis ad conſummatam venditionem tantum, cum ſit odioſa videtur reſtringenda.
2 ¶ Secundo dico, quod in caſu quo res vendita eſt, ad creditũ, & res tradita ſemel eſt, quia iam ex parte vendentis videtur conſummata venditio, quia iam periculum mercis, niſi aliter conſtet inter contrahentes, manet apud emptorem: poterit exactor ſuum inde exigere vectigal ſtatim, niſi aliud ſit alicubi in vſu.

3 ¶ Tertiò dico, quòd vbi contractus venditionis inter contrahentes taliter eſt initus, quòd emptor iam tradidit arrham in partem pretij, ſi poſtea emptor velit à contractu recedere, quia iam à tali contractu recedere nõ licet, quia cum pars precij ſit ſoluta: res iam non eſt integra. C. quando li. ab emp. l. vnica, innitendo iuri ſtandoque huic iuridicæ rationi, exactor poterit inde ſibi obueniens vectigal exigere: niſi aliud ſit in vſu receptũ. ¶ Quando vero in inito venditionis contractu arrha data eſt nomine arrhæ, & non nomine pagamenti: quia ille, qui dedit, perdit arrham: ſi per eum ſtat, quòd contractus non ſequatur, & quia, ſi per eum qui recepit ſtat, quo minus compleatur contractus, tenetur talis receptor arrhæ in duplum eam reſtituere. Inſtituta de emptione, & venditione. §. in his. Ideo non claret ſecundum ius, quòd ſi in hoc caſu recedatur à contractu exactor vectigalium poſsit inde ſuum vectigal exigere niſi conſuetudo, quæ interpretatrix eſt iuris induxerit ius exigẽdi, vel ſic ius interpretata fuerit, quod in hoc caſu poſsit vectigal; exigi licet à cõtractu tali fiat receſſus. l. perfectam. C. eodem titulo.

*Quæſtio.* ¶ Vltimo ſciſcitari ſi aliquis velit, an conducens gabellas, & huiuſmodi propter bellà ſuperuenientia remiſsionem mereatur accipere penſionis à ſe ſoluendæ pro conductione, *An cõductor gabel. remiſ. meret.* videat circa hanc quæſtionem reſolutionem Syluestri gabella. 3. §. 13. Vbi ſic concludit. quod ſi conductor fuit in culpa talis belli, vel incurſus hoſtium: vnde fuit impeditus ab exactione gabellarum, ſibi imputetur, non fiet ei remiſsio: ſicut neque etiã propter bellum fiet ei penſionis remiſsio, quando tẽpore rei conductæ ſuberat belli metus, & timor iuſtus erat in loco, in quo res ſita erat. Quia ſibi imputet quia ſciens qualitatem rei, aut temporis ſic conduxit. *Limitati. Syluest.* ¶ Sed licet ſecundum Syluestrum ſic ſit diffiniendum, ſecundum rigorem iuris: tamen loquendo ex ęquitate, quia ſi forſitan ſtante tali diſpoſitione qualitatis rei, aut temporis calamitoſi, nõ tam iuſtum fuiſſe videtur tantum pretium locationis; videtur debeat fieri aliqua remiſſio mercedis. ¶ Si autem tempore conductionis gabellarum non ſuberat guerra, tunc ſuperueniente guerra, & iuſto timore hoſtilitatis, debet fieri remiſsio mercedis, vt id exprimit textus clarus in. l. ex conducto. §. ſi vis. ibi, incurſus hoſtium, & in l. ſi fundus ſi nali. ff. locati, ita Baldus. *ff. locati. Bald.* Et quia in omni locatione propter ſterilitatem etiam fit remiſ-



ſio aliqua mercedis. Imo in emphyteuſi vbi non fit remiſsio propter ſterilitatem: ſed propter rei totius, aut maioris partis eius deperditionem, dicitur communiter, quòd emphyteuta, ſi eſt impeditus bello, meretur penſionis remiſsionem: niſi quando ſoluit aliquid minimum in recognitionem dominij; ergo multo magis conductor gabellarum impeditus bello, ab earum exactione, meretur aliquam remiſsionem penſionis à ſe ſoluendæ. *Syluest.* Sed de his ſatis. Vide Syluest. circa hoc gabella. 3. quæſtione vigeſima octaua.

# CAPVT. CXCII.

*De falſarijs & in quibus caſibus teneãtur ad reſtitutionem. Et an miſcentes ligaturas, ſcilicet, argentarij & glebulas tritico miſcentes, aut curtantes menſuras teneantur reſtituere.*

INſtituti noſtri non immemores, quoniam omnes radices reſtitutionis, & furti rimamur, ideo de peccatis falſariorum ſecum inducentibus noxam reſtitutionis, dicere paramus.

¶ Et primò quæritur, an omnis falſator nummorum reſtituere teneatur. *Quæſtio. An falſator num. ten. reſtit. Nauarr.* Cui quæſtioni facit ſatis Nauar. ſumma latina, capit. decimo ſeptimo, nume. 167. per diſtinctionem dicens, ſcilicet, quod qui nummos in ſubſtantia & pondere falſificat: aut qui taliter falſificatis ſciens tales eſſe, vtitur, reus ſit reſtitutionis. Quia damnum contingit inferri quando falſitas ſit circa ſubſtantiam, ſcilicet, ſubſtituendo, aut permiſcendo vnum metallum pro altero. l. Paulus. ff. de ſolut. *ff. de ſolut.* Aut quando falſitas contingit circa pondus, minorem nummum pro maiori cudendo. l. 1. ff de contrahen. empt. *ff de cõtra. empt.* ¶ Si autem ſolum falſificat formã nummorum, cudendo eos ſine poteſtate id faciendi, aut imprimendo characterem, aut formam alienam abſque conſenſu eius, cuius erat. l. ſine nomine. & l qui nomine ff. ad. l. Corneliam. de falſar. non tenetur reſtituere. Quia licet primis duobus modis defraudando in ſubſtantia, & pondere damnum intulerit proximo: ſed falſificator formæ iſto vltimo modo proximo damnum non infert, inquit Nauarrus. Et ita eſt, ſi, vt ipſe fatetur, *Nauar.* nulla ſequitur ex mutatione formæ illatio damni. Sed credo poſſe contingere caſum, *Cõtra Nauarr.* vbi mutatio ſolius formæ tale damnum ac per conſequens reatum reſtitutionis poſsit inducere. Quia nummus cum falſa forma deprehenſus, aut iacturæ periculo ſubiacet, aut eius poſſeſſorem, niſi authorem falſitatis exhibeat in diſcrimine ponit. Aut certè, ſi ſic forma falſa cuſſus, ad aliud territorium tranſportandus ſit ibi forte, ſi aliquid valoris habebit, non tanti æſtimabitur ac ſi foret forma vera excuſſus. Quare videtur contra Nauarrum, quod non raro ex falſitate quoque formę nummorum inferatur damnum, vnde emergit reſtitutionis obligatio.

*Quæſtio. De reſtit. ob nũ. falſific.* ¶ Præterea ſubſequenter quæritur in caſu primæ iam reſolutæ quæſtionis, vbi faciẽda eſt reſtitutio, cui facienda eſt? Reſponſio in procinctu eſt, quia facienda eſt damnum paſſo, ſi ſcitur. Si autem poſt adhibitam diligentiam inquiſitionis adhuc ignotus ſit: reſtitutio facienda venit pauperibus arg. c. cum tu. de vſuris.

*De ignorãter vtente. nũ. falſis.* ¶ Sed quid, ſi quis ignorans tales nummos falſos accepit, ſimilique ignorantia, in alium tranſtulit eos in pretium rei, quam ab illo emit. Ad hanc quæſtionem reſpondetur primo, *Dictũ. 1.* quòd in hoc caſu, ſi ignorabat prædictos nummos eſſe falſos, ea durante ignorantia inculpabili, excuſatur à reſtitutione.
2 ¶ Sed quid, ſi talis ignorantia poſtea auferatur. Circa id dubij ſit ſecundum dictum: Si poſtea talis ea ignorantia extirpatus reſciuerit nummos, quos in pretium rei emptæ dedit fuiſſe falſos, tunc tenetur damnificato ſatisfacere. Patet; quia eius error alteri nocere non debet. Hoc autem dictum cordate videtur Nauarrus loco citato moderari, dicens, tenetur damnificato compenſare, qui ignoranter ei contulit nummos pro veris falſos, ſaltem quando eos dans fuit in culpa accipiendo numos falſos pro veris. Quia videtur in caſu, vbi abſuit culpa, non ſit ad reſtituendum damnum obligandus in conſcientia. Niſi forte ratione rei acceptæ: quia rem acceptam & emptam pro illis falſis numis apud ſe adhuc retinet, ſecundum Sotum. *Sotus.* Quia tunc etiam in foro exteriori eam cogetur reſtituere damnum paſſo, id eſt eius venditori.

*Quæſtio. Cui reſtitu. fiet in hoc caſu. Reſpon.* ¶ Sed adhuc dubitatur, quid ſi iam ij numi falſ. de manu ad manum in manus plurium tranſlati ſunt, cui facienda eſt reſtitutio? Reſpondetur plane; Qui eam pecuniam falſificauit, vel in ejus defectu qui ſciens eam eſſe falſam eam iam per contractum in alium trãſtulit, & in defectu horum, ſi non reſtituant, qui etiam ignorans eſſe falſam pecuniam in alium tranſtulit, tenetur eam reſtituere, ſi ſua ignorantia ſaltem fuit culpabilis. Quia in culpa fuit accipiendo pecuniam falſam pro-

pro vera id non aduertendo: cum poſſet, & deberet aduertere. Tenetur, inquam, reſtituere non cui ipſe dedit, ſi talis pro vera, eam pecuniam alteri rurſus dedit bona fide: ſicque iam non eſt damnum paſſus: ſed ei, qui re vera damnum paſſus eſt, facienda eſt reſtitutio, etiam ſi ſit vltimus.

*De curtãte moneta.* ¶ Similiter qui authoritate priuata forcipibus, aut alijs inſtrumentis circuncidit, aut acribus aquis attenuat numos, obnoxius ſit reſtitutioni damni iuxta gloſſam receptam in capit. quanto. de iureiurando. Quia priuata, & non publica authoritate id faciens teneretur reſtituere id, quod corraderet ei, qui cudi iuſsit, aut monetario, qui eos cudit, ſi illud plus perit ipſi monetario, & nõ iubenti cudere.

*Quæſtio. An aurifices de mixtura teneantur.* ¶ At iam illa quæſtio ſe offert, vtrum argentarij, vel aurifices licitè eodem auri pondere vendunt glutinum; vel ligamen alterius metalli, vel materiæ, quod auro immiſcent ad compactiones, vel iuncturas operis ſui conficiendas? Nam videtur id eis nequaquam licere; quia integre mercedem ſui operis accipientes mixturam illam non ſubtrahunt à pondere vaſis aurei, vel argentei à ſe confecti. *Cordub.* Quæſtio eſt, cuius meminit Corduba in ſuo tractatu de caſibus conſcientiæ quæſtio. 8o. vbi reſpondet, dicendum eſſe ad *Dictũ. 1.* hoc, quòd ſi ſine fraude huiuſmodi argentarij ſolum immiſcent alterius materiæ ligamen pro iuncturis vaſis conglutinandis, iuxta ſuam artem neceſſarium: poſſunt ſui laboris integram recipere mercedem, non computando pondus ligæ, vel mixtæ materiæ alterius in ſui laboris ſtipendio, propter apparentes rationes. *Ratio.* Primo, quia dum ad hunc vſum parum miſcetur alterius metalli inferioris, iuxta artem, dum eſt neceſſarium: id in partem pretij iuſti ipſis argentarijs videtur impendi ſecundum communem æſtimationem. 2 Tum, quia in cæteris artificialibus mixturis, aut confectionibus id accidit eſſe licitum. *Exempla.* Nam faber ferrarius in ferruminatione, & cõpactione ferri cum ferro ſolitus eſt immiſcere puluerem arenæ, & pharmacopola in confectionibus medicinalibus interdum neceſſario immiſcet aquam naturalem, aliaſve materias fere nullius pretij, vt melius fiat earum contemperamentum. Has tamen poſtea merces venales exponunt, nihil adimẽdo de pretio, pro tali extranei mixtura. Nam & etiam in concoctione vini, in muſtum in aliquibus regionibus, aliquæ lagenæ aquæ infundi ſolent; quia id ad bonificandum condiendumque vinum neceſſarium eſſe taliter agentes experti ſunt. Similiter caldariarum artifices Hiſpanice caldereros, nuncupati immiſcent ferrum cum ære ad iuncturas conficiendas, vel ad contemperamentum operis, tamen pro ære caldarias ſuas vẽdunt, nihil dementes pro mixtura ferri. Sic in caſu quæſtionis licite fit, ſicut in his caſibus prætactis. ¶ Secundo dicitur, quòd tales *Dictũ. 2.* argentarij plus extraneæ materiæ, aut metalli ſi immiſcent in ſuis operibus argenteis, vel aureis, quàm ſecũdum regulã artis ſuę ſit neceſſarium miſcere, tunc id non caret culpa mortali: niſi modica admixta materia à culpa excuſet lethali: & ſicut nõ excuſantur in hoc caſu à culpa, ita neque à reſtitutione.

*Coroll.* ¶ Ex quo infert corollarie ibi Corduba; quod ſi verum eſt, quod refertur, quòd ſunt aliqui argentarij, qui cum pondere ſeptem regalium argẽti immiſcent in iuncturis operis conficiendi, pondus trium argenteorum, vel eo plus in ære, vel in alterius extraneæ materiæ mixtura ad ligaturam, ſi huiuſmodi artifices nihil demunt hac de cauſa de pretio ſui laboris, neque huius rei gratia aliquid remittunt de alias ſibi ſoluendo pretio, genus hoc eſt fallaciæ, & veluti vitium occultum eſt à paucis intellectum. Atque ideò contrahentes ſic cum his argentarijs non præſumuntur tacitè, vel expreſſe in huiuſmodi fraudem conſentire. Et quia potiſsimè vbi interuenit opus aureum: non modicum ſolitum eſt interuenire ex hoc detrimentum: ideò cum notabilis quantitas venditioni exponitur, tenentur argentarij, vel pateſacere pondus extraneæ mixturæ, vel id ſubducere à pretio facturæ. Alioquin culpa mortali non carent, neque liberi manebunt à reſtitutione valoris.

*Quæſtio. An vitia ſint deteg. in vend.* ¶ Præterea, quia de reſtitutione, quæ ex deceptione, vel falſitate conſurgit hic incidit ſermo: non diſſona eſt ab hoc loco diſputatio, vtrum venditor vitium vel falſitatem rei, quã exponit venalem teneatur pateſacere emptori. ¶ Nũc igitur breuiter alias in materia venditionis latius dicturi dicimus cum *Victoria.* Victoria, quòd vendens dum rogatus de vitio occulto non mentiatur, valide vendit, tacendo defectum rei defectuoſæ, & minuendo de eius pretio contra iuriſtas. *Limitatio Regulæ iuriſtarũ in ſcientia.* Quia deceptio dans cauſam cõtractui non ſemper eum inualidat, niſi quando res ſic empta non conducit ad vſum. Sicut valet matrimonium ducentis vxorem pauperem quam diuitem eſſe putabat, alias paratus cum ea non contrahere, ſi veritatem ſciſſet. Idem aſſerimus in conſciẽtia cum Soto in de iuſtitia & iure & cum ſancto



*S. Thom. reſolutio.* ſancto Thoma probabiliter, quòd venditor ſi cauet damnum dare, ſcilicet, puta, quia rem non pluris vendit, quam valet cum ſuo vitio, ſi ſimul cum hoc nulli emptorem obijciat periculo, & res ſit emptori pro ptetij ratione proficua & vſui nulla ratione, aut lege compellitur talis rei venalis vitium pateſacere. Quia detectio vitij facit rem viliorem apparere, quam ſit. *De equo vmbrat. Pedraça.* Quare in ſua ſumma inquit Pedraça, vendens equum vmbraticum, qui pauet ad vmbras, non tenetur hunc eius defectum detegere: ſi diminuat pretium ratione huius defectus: iuxta valoremque, quem ſic cum ſuo vitio valet tantum vendens inique non agit. Quia poſtea emptorem monere poteſt de hoc vitio, vt admonitus poſsit cauere periculum. *Regula Victoriæ. Caietan. S.Tho. cõtra Meti. & Syluef.* Et huius ratio eſt, quia, vt exiſtimauit Victoria cõtra alios inuoluntarium non vitiat contractum, niſi fiat iniuſtitia. Ita Caiet. & Diuus Thomas, quodlibet. 10. artic. 10. contra Metin. in ſua inſtruct. & contra Syluestrum verbo, emptio. §. ſecundo.

*Quæſtio. An liceat menſuram curtare.* 1. ¶ Deinde quæritur, quia genus falſitatis eſt menſuram curtare, vtrum abſque vitio iniuſtitię liceat alicui priuato minuere menſuram mercium, puta, vini, aut olei? *Sotus.* Reſpondit Sotus de iuſtitia & iure. quòd aliquando 1 citra iniuſtitiam menſura à priuato, puta, à venditore minuitur, ſcilicet, quando emptores nolunt emere vinum, quantum valet re uera, vel propter monopolium ementium, vel ꝑpter grauamen ſenatoris populi. Quia re vera non vult vinum, vel merces iuſto, & æquiualenti pretio taxare: ſed euidenter minus iuſto pretio taxat merces. Quia tũc venditor cum ſua euidenti iactura, & lucro ciuitatis non tenetur inſeruire ciuitatis neceſsitatibus: quia ſecundum ius nemo cum alterius iactura locupletari debet. *Sotus.* ¶ Addit tamen ſecundo Sotus, quòd etiam in caſu quo 2 venditor menſuram fraudando, vel ſubſtantiam rei vitiando, iniuſtitiã ſic faciendo non cõmittat, puta, quia ex pretio demit, quod in menſura tollit, vel in ſubſtantia vitiat: iſte tamen à magiſtratu punitur, ſi ſic feciſſe deprehendatur. Licet aliquando propriè ſit prædictas rationes & cauſas ſine crimine id faciat. Quia oportet occurrere ſcandalo populi, & ſuccidere calumniandi & fraudandi cauſas.

*Quæſtio. An cũ vẽdit. vnum palio &c.* ¶ Sed in ſpeciali quæritur de illo genere falſitatis, quando venditor rem vnam pro alia vendit. Vt verbi gratia, ſi confectiones, & cupædias cõfectas ex melle venderet pro confectionibus & cupædijs confectis ex ſacharo: vel ſi venderet vinum Salmantinum pro vino Alaexino, de *Alaejos*? *Reſpond. Metina.* Reſpondetur ſecundum Metinam in ſua inſtruct. conſeſſ. fol. 141. §. 25. de venditionibus. regu. 2. quod planè in tali venditione interuenit iniuſtitia, quãdo res, vel merces, quæ pro alijs vendũtur minus valent: & tamen, quali pretio venduntur, ſicut merces, quas venditores mentiuntur eſſe. Vt ſi vinum Salmantinũ, quod minus valet pro Alaexino plus valenti venderet quis fingens eſſe Alaexinũ. ¶ Secundo dicitur, in caſu, quo contingeret quòd aliquod vinum Salmantinũ tantã præſtaret bonitate, tantumq; commoditatis afferret emptori, ac ſi eſſet Alaexinum vinũ: tunc ſecundum authores graues, vt ſtatuit Metina (licet ſibi magis probabile appareat oppoſitũ) ſi pretio æquali cum pretio Alaexini vini venderetur, neq; iniuſtitia tunc videtur interuenire, neq; iniuſta eſſet talis venditio, neque vlla reſtitutionis obligatio inde emergeret. *Tuta opinio.* Et hoc poteſt tutè teneri: licet *Metina.* Metina probabilius ibi cenſeat eſſe contrarium hac inductus ratione, ſcilicet, quia interuenit fraus in contractu: & quia emptor noluit talem rem emere, neq; pro ea ſuæ pecuniæ transferre dominium, vnde cõtractus videtur fuiſſe nullus. Sed pro contraria opinione facit regula ſupradicta generalis *Regula Victoriæ.* Victoriæ, quod ſaltem in conſcientia inuoluntarium in contractu non vitiat contractum: niſi ibi interueniat inæqualitas iniuſtitiæ. Et *Regula iuriſtarũ nõ ſemper vera in conſcien.* regula illa generalis Iuriſtarum, quòd dolus dans cauſam contractui; id eſt, quando alias non fieret contractus venditionis, niſi talis interueniret ignorãtia & dolus, vitiat, & annullat cõtractum: regulariter, & ſemper eſt vera in foro exteriori. Sed ſecundum Victoriam, imo & alios doctores, quibus videtur fauere Diuus Thomas, non ſemper eſt vera in foro conſcientiæ. *S.Thom.* Quia Diuus Thomas Secunda ſecundæ, quæſtione. 77. articul. tertio, inſinuat, quod vbi ceſſat periculum & damnum, quia ratione defectus demit venditor de pretio, præſertim vbi vitium deſectus mercis eſt maniſeſtũ, non tenetur illud venditor detegere, vbi ſignificat tunc non inualidam fore venditionem.

*Quæſtio. An aurũ alchimic. vendi. poteſt. S.Thom.* ¶ Ad hæc in dubiũ verti hic poteſt, vtrũ aurum alchimicum pro vero vendi poſsit? Huius quæſtionis meminit Diuus Thomas 2.2. quæſtione 77. articulo ſecundo in ſolutione ad. 1. Vbi ſic iſtud dubium diſſoluit, quod ſi aurum vel argentũ per artem alchimicam factum veram ſpeciem auri, & argenti non habeat fraudulẽta; & iniuſta eſt talis

**A** venditio: ſi pro auro vero, aut pro vero argēto vendatur. Quia verum aurum, & argentū ex ſua naturali virtute plures commoditates ſolet afferre, quam ſi ſit ſophiſticatum. Si autem per alchimiam fieret aurum verū, non eſſet illicitum ipſum pro vero vendere. Quia, vt ibi per hęc verba tradit Diuus Thomas, nihil prohibet artem vti aliquibus naturalibus cauſis, ad producendos naturales, & veros effectus, ſicut Diuus Auguſtinus dicit in tertio de Trinitate, de ijs quæ arte dæmonum fiunt. Vbi Diuus Thomas inſinuat, verum aurum poſſe fieri per alchimiā. **B** Sed cū in ſecundo ſentent. diſt. 7. quæſt. 3. videatur dicere contrarium, & de poten. quæſt. 6. articulo. 1. ad 18. dicat non poſſe fieri, gloſſandus eſt Diuus Thomas in his locis ne ſibi in 2.2. aduerſetur. Quòd dum dixit non poſſe fieri, ideo id dixit, quia nunquam, aut rarò per artem alchimicam verum aurum fit, neque argentum propter eius perfectionem. Poteſt tamen fieri ab habente veram artem, ſi talis eſſet, vt 2.2. loco citato innuit. Quare alchimiæ ars ſecundum ſe non eſt illicita, ſi fiat ſine fraude. Neque eſt peccatum vendere per alchimiam factum pro re quæ eſt, **C** ſicut de alijs rebus artificialibus. Non tamē licet illud vendere pro re, quæ apparet, quæ in rei veritate talis non eſt. Quia hoc eſt decipere proximum ſecundum Caieta. in ſumma, verbo, Alchimia. ¶ Tandem aduertito, quòd quando rem vitioſam, puta, equū claudum quis vendit, tamen ſi neque iſte venditor, neque emptor norunt hunc defectum, huicque ſe voluerunt exponere periculo, iniuſta non eſſet talis venditio ſecundū Metinam in ſua inſtruct. fol. 14 . regula. 3. Secus ſi ſciente defectum venditore, & ignorante illum emptore contrahatur venditio.

*Conciliantur dicta S. Thom.*

*Nota, de vend. equi claudi.*

¶ Præterea caſus hic obuiat contingibilis, cuius meminit Metina in ſua inſtruct. folio 142. circa regulam 4. **D** Si quis priuatus homo dum penuria ſubeſt tritici, tot modia habet tritici, & quo pluris ea vendat cum purgatum, purumque ſibi ſit triticum, ei glebulas terræ immiſcet, ſine quibus regulariter triticum aliorum non ſolet vendi: ſicq; per hanc mixturam terræ ex tribus mēſuris, ſeu fanecis, & dimidia tritici conficit quatuor, vertitur in quæſtionē an hic bona conſcientia pretium illius dimidiæ fanecæ ſibi reportare poſsit. Profectò res eſt non ſatis patens. Nam videtur licite id pretij potuiſſe reportare. Quia ſi huiuſmodi triticum innatum eſſet, & collectum cum terræ glebulis, ſicut ab alijs agricolis ex area reportari ſolet, non

*Quæſtio. An hic caſus mixturæ ſit tolerandus.*

*Pro affirmatina.*

**A** teneretur iſte illud repurgare: ſed poſſet illud ſic vendere impurgatum, & incribratū: ergo videtur culpa carere, ſi id modicum terræ immiſcuerit, cum quo reliquum aliorum triticū ſolitum eſt cōmuniter inueniri. Metina proponens hunc caſum, ſic ſibi ſufficiēter eſt viſus illum diſſoluiſſe: dicens, nonnihil eſſe diſcriminis inter vtrunque caſum. Quia in primo caſu vendens triticum cum glebulis terrę, cum quibus ordinariè ex area & meſſe ſolitum eſt colligi, nihil machinatur fraudis: quia ſuum triticum bonum, vel **B** malum, prout actor naturæ illud produxit, venale exponit. Cæterum in ſecundo caſu, vbi tritico iam repurgato immiſcetur aliquid terræ, fraude vſus eſt venditor: quare contractum inualidum eſſe ait, tenerique talis tritici venditorem reſarcire damnum obueniens emptori. ¶ At profectò licet apud me Metinæ non parum valeat authoritas, tamen eius ad hunc caſum reſponſio non ſatis mihi arridet. Quia fateor in primo caſu abeſſe fraudem, & in ſecūdo interfuiſſe fraudem in terræ mixtura: ſed cū fraus hæc non imminuat, vel adaugeat pretium iuſtum tri**C**tici, non video quomodo inducat reatū alicuius reſtitutionis. Et vt patentius appareat mea mens, arguitur ſic contra Metinam: Si alius agricola quale triticum ſolet recondi ex area communiter cum aliquibus glebulis terræ non immixtis ex induſtria, ſed ex ſolo areæ contractis vendit iuſto pretio alicui emptori, puta, fanecā pro decem argenteis, quod eſt pretium tunc communiter currens non iniuſtè facit: ſed pretium iſtius tritici par eſt, eò quòd, quia puriſsimum erat, facta ei terræ mixtura non fecit illud deterius (vt ſupponimus) quam aliud triticum, quod cum ſimili aut æquali quantitate glebularum ex area colligi ſolet: ergo nulla in**D**æqualitas eſt, tanto pretio, & non maiori fanecam illius vendere, ſicut valet aliud triticum tantundem & cōiter impurum à terra.

*Metina. Reſpon.*

*Impugnatur Metina.*

*Argu. 1.*

¶ Et adhuc magis & preſsius inſto: Si aliquis emptor vellet ſibi emere triticū in ſummo repurgatum, & per cribrum ſæpius cribratum, quale ſolet molendino molendum committi, neque contentus eſſet emere triticum, quale communiter non tam repurgatum vendi ſolet: tunc profectò iuſtè ab eo aliquid plus pretij pro faneca, ita ſumme repurgete exigeretur, quia ſic magis valet: ergo ſi triticum puriſsimū iſtius, quia ſine ordinaria mixtura glebarum erat, magis valebat, nulla commiſſa fuit inæqualitas per fraudem venditoris immiſcentis terram per quam

*Argu. 2.*



**A** quam mixturam pretiū ſui tritici antea puriſsimi ad id valoris deſcendit, qui pro ſimili tritico ſolet exigi. Nec videtur ex tali fraude, vel mixtura non excedenti alias ordinarias mixturas aliquod damnum emptori parari. Quia ſi ſimilis mixturę ordinariæ, & nō appoſitæ manu triticum ab alio emiſſet iuſto pretio, non diceretur damnū reportaſſe: ergo neque ab hoc venditore in noſtro caſu poſtquam ſimile, & eiuſdē bonitatis, & qualitatis, & valoris triticum, & eodem pretio, & non maiori, & in eadem menſura, & mixtura emit. Neq; enim mixtura ordinaria tritici cæteris paribus aliud cōſtituit diſtinctū **B** pretium. ¶ Vnde niſi aliud in tali mixtura interceſſerit damnum dum talis mixtura etiam de induſtria facta, ordinarias non fuit excedens, ſalua authoritate tanti viri, talem venditorem ad nullam reſtitutionem obligarem. Secus eſt, ſi venditurus triticum de induſtria humido loco reponeret, quatenus ex humiditate contracta turgeſcens, inde menſuras plures impleret. Quia hic procul dubio interuenit fraus damnum inferens: ac per cōſequens reſtitutionem inducēs. Tum quia triticum humectatum corruptionis nō nihil ſolet contrahere. Tum quia poſtea, dū exiccatur in quātitate, & mēſura extenuat. **C** Imo ſi quis non ex induſtria feciſſet: ſed poſtea ſic deterioratum ſuum triticum reperiſſet: tenetur illud vendēdo ratione huius pretium vilius exigere: quia iā tunc viliori pretio valet.

## CAP. CXCIII.

*De reſtitutione ex deceptione in contractibus, & de vendentibus, malè mercibus vſuris: De falſitatibus ſcripturas publicas vel papales; De aperientibus occluſas literas: Et de vtentibus falſis reliquijs.*

CVM de reſtitutione, quæ ortum habet à falſarijs circa materiam monetarum, & mercium hic exorſi ſimus ediſſerere: nequid intactum relinquatur, reliquas quæſtiones huc attinentes expediamus oportet. ¶ Controuertitur ergo hic primò, vtrum venditor, qui merces ſemicorruptas vendit, quia vendit pelles ſemiputridas cerdonibus ad calciamenta vetera reficienda, poſsit eas vendere: quando nonnulla ſubeſt ei credulitas, ꝙ cerdones eas emētes inde conficient fraudulēter calceos nouos, quos

*Quæſtio.*

*An merces ſemicorruptæ poſſ. vēdi.*

**A** vt cōfectos ex corio incorrupto & ſano vendent? Quæſtio eſt, cuius meminit Corduba in ſuo tractatu de caſibus cōſcientiæ, quæſt. 90. Igitur vera reſpōſio ad quæſtionem eſt, ꝙ talis venditor nō peccat. Nec enim alicui nocet, ſi iuſto pretio eas pelles etiam deterioratas officiali vendiderit: quia ad aliquem licitum vſum poſſunt ei aliqualiter conducere. Quòd ſi pelles parum deterioratas has officialis, qui eas emit huius rei gratia viliori pretio, iuſto tamen, ampliori pretio pro ſanis & incorruptis vēdit: ſibi culpæ & fraudi eſt tribuendum, & non primo venditori ſine fraude eas pelles vendenti ei. Sicut neq; **B** culpæ eius aſcribitur, qui vendens vinū, aut oleum, proxenetis ea tradit vendenda: licet nonnihil ſuſpicionis, aut pręſumptionis ſubrepat, ꝙ proxenetæ in talibus vēditionibus nōnullas ſoliti ſunt innectere fraudes. Et ſic de venditione earum rerum, quarum poteſt eſſe bonus, & malus vſus: inter quas computat Corduba locare domum meretrici: etiā ſi reſciuerit locās ei domum, eam tali domo ad ſuum meretricium opus exercendū vſuram. Quod limitandum cenſeo, id licere, dū tamen locet ei domum in loco ſequeſtrato, & à republica permiſſo. ¶ Superaddit vero Corduba nō eſſe licitum eas res vendere ei, **C** de quo fides perſuadet, quod ſolum ad malum vſum eas merces emit, ſecundum doctores communiter, & ſecundum Metinam de reſtit. quæſt. 3. fol. 94. & 95. & Sylueſtrum titu. art. 5. quæſt. 3. vſque quæſtionem. 6. & Nauarrum ſumma Hiſpanica capi. 23. nu. 6. & 91. Sed tamen Caiet. contra hos tenet dicens, poſſe venditores merces, quæ non prohibētur vendi, puta, aleas, fucos, & taxillos, eis vendere, etiam quos ſciunt, his mercibus male vſuros.

*Corduba.*

*Reſpon.*

*Exemplū.*

*An liceat vendere male vſuro.*

*Metina.*

*Syluest.*

*Nauar.*

*Caietan.*

¶ Sed forte redigi poſſunt ij doctores ad concordiam, vt alibi memini me dixiſſe: ita, vt ſententia Caietani intelligatur eſſe vera, **D** quando venditor, licet ſciat emptorem ea re mala vſurum, qua poteſt etiam bene vti, ſcit tamen ea re non malè vſurum in detrimentum tertij. Vt cum vendit fucos meretrici, per quos non ineſcat, niſi paratos & volētes ad illam accedere. Sententia verò contraria horum doctorum eſt intelligēda vera, cum ſcit emptorem ea re vſurum ad detrimentū tertij: puta, armis emptis vſurum ad interficiendum inimicum. Quia tunc cum hac ſciētia non licet ei gladium vendere.

*Doctores reducuntur ad concordiam.*

¶ Secundo, in dubium hic reuocamus caſum illum, cuius meminit Corduba in tractatu de caſibus conſcientiæ, quæſt. 91. Macellarius,

*Quæſtio. An liceat vendere in*

*caſtrat. p caſtratis.*

cellarius, qui conuenit cum populo de ſub A
miniſtrandis ei in macello carnibus caſtra-
torum arietum pro prætaxato pretio tan-
to, an ſi inter caſtratos, quos in macello oc-
cidit arietes, introgeſſerit fraudulenter inca
ſtratos arietes, eorum carnes quoque ibi eo-
dem pretio vendendo, teneatur ad aliquam
reſtitutionem. ¶ Reſpondetur ergo ſecun-

*Reſpond.*

dùm ipſum, nemini dubium, quin ad reſtitu
tionem populo pro hoc faciendam tenea-
tur: quia neque tanti pretij eſſe æſtimantur
carnes arietum incaſtratorum, ſicut caſtrato
rum. Vltra hoc autem, ſi aliquid nocumenti
obuenit aliquibus ex populo, quia forte in
macello vendidit carnem morbidam, ſi ali- B
cui eius eſus offecit, tenetur, & id damni re-
parare dãnificatis notis. Quod ſi ignoti ſint,
id pauperibus reſtituendum venit, & poſt
hoc ad maiorem cautelam in caſu incertitu-
dinis vtrum defraudauerit, & nocuerit vel
non, ſumat bullam compoſitionis. Vide Syl

*Syluest. Metina. Sotus. Nauar.*

ueſt. tit. emptio. quæſt. 19. & 20. Metina de
reſtit. tit. quæſt. 34. Soto de iuſti. & iure. lib.
6. quæſt, 3. arti. 2. Nauar. in ſum. cap. 23. nu.
87. & 88. Poſt hæc Nauarrus ſum. lat. ca. 17.
nu. 168. & 169. adijcit dicens, falſatorẽ, qui
aliquam ſcripturam in damnum alterius fal
ſat, vel eum, qui ſciens eam eſſe falſam ea vti
tur, aut malitioſe abſcondit, aut pecuniã de- C
dit, aut rogauit ſcribam, vt ſibi teſtamentũ,
aut aliam quamlibet ſcripturam falſam con
ficeret vltra delictum commiſſum falſitatis,
in hoc caſu iuxta totum titulum. ff. & C. ad
l. Corneliam de falſis. manifeſtum eſſe incur
rere obligationem reſtituendi damnum: ſi
quod inde ſequatur.

*Quæſtio. De notarijs conficiẽti. ſcriptur. vſur. A Peña.*

¶ Sed quid de notarijs conficientibus in-
ſtrumenta vſurarum, taliter, ꝙ nõ videãtur
vſuræ? Dicendum eſt planè tales notarios
eſſe periuros, & infames, & teneri etiam ad
reſtitutionem. Niſi prout dixit Frater Ioan
nes de la Peña ad inſtantiam & preces peten
tis mutuum ſub vſuris, eius gratia, & nõ gra D
tia vſurarij tale inſtrumentum confecerint.
¶ Si vero tales notarij fecerunt inſtrumentũ
clarum vſurarium, licet ſint periuri ſecun-

*Armilla.*

dum Armillam, verb. vſura. §. 41. Non tamẽ
tenentur reſtituere, quia qui ſunt grauati
poſſunt per tale inſtrumentum ſe iuuare.

*Limitatio*

Quam ſentẽtiam ego limito eſſe veram, niſi
tale inſtrumentum clarè vſurarium confice
retur à notario in illis regionibus, vbi iudi-
ces iniquitatis, virtute talium inſtrumento-
rum, cogerent ad vſuras ibi ſtipulatas ſoluẽ-
das. Eodem modo dic de teſtibus, & de alijs
concurrentibus, qui reſtituere non tenẽtur,

A quando non dederunt cauſam ſufficientem
damni. Secus, ſi dederunt. ¶ Subſequenter

*Quæſtio. An inſtrumen. falſarij notarij valent.*

quæritur, an inſtrumenta confecta per nota
rium falſarium ſint valida? ¶ Dicitur igitur
ad quæſtionem breuiter, quod ſi inſtrumen
ta in ſe falſa non ſint, ſed ſint aliàs vera, non
redduntur inualida ex eo ſolum, quod con-
fecta ſint per notarium falſarium, ſi ea con-
fecit ante ſententiam cõdemnationis de cri-
mine falſarij in ſe latam, quia ante condem
nationem etiam ꝙ eſſet falſus, ſed ſi non eſt
condemnatus, vel ſi condẽnatus eſt: ſed non

*Panormi. Bartol.*

in tali officio, ſecundum Panor. in c. fraterni
tatis. de hæreti. & ſecundũ Bart. in. l. 1. ff. ad
B l. Iuliam repet. talia inſtrumenta per ipſum
confecta ſunt valida. Secus eſt, ſi talia inſtru
menta etiam in ſe non falſa, confecta fuerint
per notarium falſarium poſt eius cõdemna
tionem cõmiſſam in officio tabellionatus:
quia tunc hæc inſtrumenta non valent.

*Quæſtio. De falſante liter. papæ. Dictũ. Dubiũ quãtit. falſita.*

¶ De falſantibus literas Papæ iam non va
lentes, an ſint tales excõmunicati, inquirat
ſi aliquis, tale ſibi habeat reſponſum. Primò,
ꝙ falſans literas Papæ excommunicatus eſt
excõmunicatione papæ reſeruata, iuxta ca
put, ad falſariorum. de crimine falſi. Adhuc
etiam de quantitate falſitatis ſolet dubitari,
an ad incurrendam huiuſmodi excommuni
C cationẽ vnam literam, aut vnum apicem mu
taſſe ſatis ſit. Ad hoc ſecundo dicimus, ſecun 2
dùm communem opinionẽ ſufficere vnam
literam, aut vnũ apicem demere, etiam ſi nõ
mutaret illarum papalium literarum ſenten
tiam, vt cap. dura. de crimine falſi. Quòd di-

*Nauar. limita.*

ctum limitat Nauarrus ſum. lat. cap. 17. nu.
169. dicens: Hoc non credimus eſſe verũ, niſi
quoad forum exterius, & non quoad forum

*Gerſon contra Hoſt. Caietan.*

cõſcientiæ, authore Gerſone cõtra Hoſtien
ſem in ſumma, de crimine falſi. § porro. verſ.
ſed hodie. & contra Caiet. in ſum. verb. ex-
communicatio. cap. 26. Nam ſecundum Na
uarrum ca. 27. ſummæ latinæ, nu. 62. quoad
D forum conſcientiæ cum id faceret aliquis bo
na mente ſine dolo, & ſine vllo alterius dam
no, non videtur mortale, corrigere aliquam
literam, aut punctum, quod non mutat ſub-

*Not. fraus in diſpen.*

ſtantiam aliquam: nec conſequentet excom
municationem incurri. Inſuper ſecundũ Na
uarrum ſumma latina genus deceptiõis eſt,
quando quis copulam habet, vt obtineat di
ſpenſationem, & hoc tacet coram Papa: &
quia tunc mentitur virtualiter diſpenſatio

*Cordub.*

ei non valet. ¶ Sicut etiam ſecundum Cor
dubam in tractatu de caſibus conſcientiæ, q.
46. non valet eis, qui papæ proponunt falſè
interceſsiſſe copulam, vt facilitẽt diſpenſa-
tionem.



tionem. Secus eſt, ſi aliquid tacuerunt ſine A
fraude coram papa: quod ſi expreſſum fuiſ-
ſet diſpenſationem facilitaret, aut certè diffi
ciliorem non redderet: quia impertinenter
3 ſe ad hoc haberet. ¶ Tertio dicimus, directè
reſpondentes ad primam quæſtionem pro-
poſitam: quod etiam non incurrit prædictã
excommunicationem, qui falſauit literas pa
pæ ſic, tempore, quo iam erant inualidæ, cũ

*Nauar. Richard.*

iam euanuerunt ſecundum Nauarrum cap.
27. numer. 169. authore Richardo in. 4. di-
ſtinctione 18. art. 12. quæſtione. 3. Sicut nec

*Armilla.*

etiam ſecundum Armillam verbo, falſarius. B
§. ſexto. aperiens literas papæ non eſt excõ
municatus, cum id non reperiatur: quia talis
neque vitiat radendo, neque apponendo ſi-
gillum adulterinum, de quibus iura allegata
loquuntur. Ideo, quia ſumus in pœnis, non
debet extenſio fieri.

*Quæſtio. De falſificãte ſupplicatiões papales.*

¶ Ad hæc in dubium reuocari ſolet an fal
ſificantes, vel mutantes ſupplicationes per
papam, ſeu de eius mandato ſignatas, & da-
tas ſine papæ, aut eius datarij licentia, quæ
ſignaturæ vocantur, incidat excommunica-
tionem cœnæ Domini. Sed reſpondet Na-

*Nauar.*

uarrus ſumma latin, cap. 27. num. 62. procul C
dubio tales eam excommunicationẽ incur-
rere. Nam licet in materia odioſa per literas
apoſtolicas non includantur ſupplicationes
à papa ſignatæ, quæ ſignaturæ vocãtur, niſi
exprimantur, tamen, quia in Bulla cœnæ à
Gregorio Decimotertio papa noſtro expri
muntur, ideo has ſignaturas falſificans excõ
municatione cœnæ Domini excommunica
tus eſt. Non tamen incidunt hanc excommu
nicationem falſarij literarum nuntij, aut pœ
nitentiariæ: quia literæ nuntij non ſunt pro
priæ literæ papales, id eſt, apoſtolicæ: ſicut
literæ quoque pœnitentiariæ non ſunt lite-
ræ papæ, ſed eius commiſſarij conſtituti vi-
uæ vocis oraculo. Secus tamen de falſario D

*Gomez.*

breuium papæ iuxta Gomez. lib. de breui-
bus pag. 3. ¶ Et tandem excommunicatio
bullæ cœnæ Domini hæc contra falſarios li
terarum apoſtolicarum, non comprehendit

*Literæ ſubreptitiæ nõ ſunt falſæ.*

eos, qui ſurreptitiè, vel obreptitiè impetrãt
literas apoſtolicas, vel vtuntur illis, quia nõ
ſunt literæ falſæ ſecundum Nauarrum, in ca
pit. ad audientiam. 1. de reſcriptis. Neq; com
prehendit eos, qui vtũtur falſis, quia ſolum
loquitur bulla de falſantibus. Et aliud eſt fal
ſare, & aliud vti falſis, vt colligitur ex dicto
capit. ad falſariorum: quo excommunican-
tur omnes falſarij, & non omnes falſis vten-

*Laici vtẽtes falſis liter. papæ excõmun. Caietan.*

tes, niſi ſolum laici. ¶ Poſtremò aduerten-
dum, quod ille dicitur habere literas falſas,
A vel vti eis, qui ſciens, vel debens ſcire eſſe ta
les, vtitur eis iuxta Caieta. vbi ſupra: argu. l.
in delictis. §. ſi detracta. de nox. Aduerte hic,
quòd non eſt fraus annullans abſolutionẽ, ſi
quis ſub cõfidentia bullæ peccet, niſi expri-
matur in bulla, ſcilicet, quod qui peccauit
ſub tali confidentia bullæ non poſsit abſol-

*An ſub cõfiden. bul. peccãs poſ. abſolui.*

ui, quia ſecundum rationem minus malum
eſt peccare ſub confidentia procurandi ab-
ſolutionem poſtea per bullam, quàm ſine in
tentione ſic pœnitendi, quæ regula deſeruit
& ad alios ſimiles caſus, vbi aliquis videtur
B interuenire abuſus priuilegij vel gratię. Hoc
eſt probabile, præſertim quando alias etiam
ſine intuitu abſolutionis percipiendæ per
bullã peccaturus erat, vel paratus erat pec-
care. Secus eſt ſi diceret quis, ſumamus Bul-
lam ad peccandum, aliàs non peccaturus.
¶ De falſantibus quoque pondera, ſtateras,
menſuras, aut de illis falſis ſcienter vtenti-
bus, non eſt dubium obligationem incurre-
re reſtituendi. capit. 1. de emptione, & ven-
ditione: ſi ſequatur aliquod damnũ. ¶ Idem
de illis dicendũ eſt, qui falſant ſubſcriptio-
nem, vel inſcriptionem, aut ſigillum præla-
C ti, aut aliorum quorumlibet cum ſimili obli
gatione reſtituendi, ſi damnum ſequatur.

*Literas alienas aperiẽs eſt falſarius. Gloſſa.*

¶ Falſarius quoque dicendus eſt ſecundum
Innocent. alterius literas aperiens, vt legat:
& licet talis minus peccet, quàm ſi falſifi-
caſſet ſigillum apponendo adulterinum, ta-
men falſarius eſt. Ideoque ſecundum gloſ-
ſam in cap. cum olim. el. 2. de offic. puniri de
bet tanquam falſarius. Vide Panor. in dicto
capit. cum olim.

*Quæſtio. De peccato aperi. liter.*

¶ At forte, quale peccatum ſit literas alte
rius aperire, quæret aliquis, an ſemper ſit
peccatum mortale? ¶ Igitur quæſtionem ſic
breuiter concludimus, quòd talis aperiens
alterius literas non ſibi miſſas, vt legat mor
D taliter agit, niſi quando eſt ſuperior, vel ſub
ratihabitione facit, vel inaduertẽter, ſine ma
litia, vel quando non ſunt alicuius importã
tiæ. Quia cum talis ſit puniendus tanquam
falſarius, vel, vt de crimine ſtellionatus, ap-
paret in hoc peccare mortaliter.

*Quæſtio. An licet aper. liter. aduerſarij. Florent.*

¶ Sed quid, ſi eſſent literæ alicuius mani-
feſti aduerſarij, nunquid liceret tunc aperi-
re eas? Reſpondet Archiepiſcopus Florenti-
nus, quòd ſi eſſent literæ alicuius manifeſti
aduerſarij, & dubitaret de aliquo graui ma-
lo contra ſe contento in literis: non pecca-
re mortaliter eas tunc aperiendo. Hoc enim
non eſt contra charitatẽ, ſed in ſui defenſiõ-
nẽ: quia plus ſibi tenetur quis, quàm alteri.
¶ Et tandem aperiens literas & oſtendens
aduer-

*Nota.*

aduerſario mittentis poteſt puniri, vt falſarius, arg. in, l. 1. §. is qui. ff ad l. Corneliam de falſis. ¶ Sicut etiam, qui depoſita inſtrumẽta oſtendit aduerſario, vt ſoliti ſunt facere mali notarij & procuratores incidit in crimen falſi, vt ibi in. d. l. 1. Sed hic caſus ſolet in ſynodalibus reſeruari. Sicut tacere verum aut teſtificari falſum in manu iudicis in præiudicium tertij ſolet per ſynodales eſſe caſus reſeruatus, aut per reſeruationes epiſcoporum. ¶ Deinde ad peccata falſariorũ pertinet vti falſis reliquijs, aut veris, cauſa turpis quæſtus & ebrietatum, & comeſſationũ mortalium, aut miraculis, aut reliquijs nouis ab epiſcopo non approbatis cap. 2. de reliquijs. l. nemo. C. de ſacroſan. eccl. & clarius Cõcil. Triden. Seſſ. 25. de inuocat. 2. & quãdo prædicta fiunt cauſa turpis quæſtus, talis turpis quæſtus venit reſtituendus.

*Caſus reſeruatus.* *De falſis reliquijs.* *Falſitatũ genera.* *Conci. Triden.*

¶ Turpis autem queſtus hic quis dicatur, forſitan quis ambiget. Intelligat ergo authore Nauarro ſum. lati. ca. 17. nu. 169. turpem quæſtum dici, qui quæritur ex venditione, locatione, traditione, vel oſteſione reliquiarum, & aliorum ſacrorum, cum pacto ob id aliquid recipiendi: & hinc apertè innaſcitur obligationis reſtitutio. Vel cum prædicta fiunt ſine principali ob id aliquid recipiendi. Et hic vbi abeſt pactum, ſimonia eſt tantum mentalis. Sed variant doctores circa remoſtitutionem neceſſariam ſic accepti. Nam Sotus iure diuino pecuniam ſic acceptam fore reſtituendam ait in cõſcientia: quia dicitur, Gratis accepiſtis gratis date. Alij autem doctores, dum abeſt pactum, oppoſitum autumant. Sed de hoc in materia de ſimonia latius. Si autem minus principaliter in oſtenſione verarum reliquiarum temporale gratis ſibi exhibendum intendatur, & fiat principaliter in honorem, & reuerentiam ſanctorum, ſicut, vt in plurimum fieri ſolet, aberit turpis quæſtus, & peccatum. Vide hæc in ſententia Nauar. loco citato ait.

*Quæſtio. Quis turpis quæſtus hic.* *Quando ſimonia hic interuen. Sotus.* *Quando reſtitut. hic currat.*

## CAP. CXCIIII.

*An in caſibus hic commemoratis committatur fraus, & falſitas inducens reſtitutionem: Et de falſitate teſtium: Et de literis commendatitijs dantibus occaſionẽ fallẽdi.*

NE prolixi eſſe videamur, & ne aliquid deficiat, quod meritò deſiderari poſſit, reliqua minutiora ad hanc materiam attinentia proſequamur oportet, in hoc capitulo ſeorſum.

A Quare & meminiſſe libet hic illius caſus, cuius meminit Corduba in ſuis additiõibus ad tractatum de caſibus cõſcientiæ quæſt. 184. Vbi dicit, non eſſe condemnandum quendam ſcribam, vt falſarium, qui ad petitionẽ minorum, in mandato dato procuratori ad intentandam litem contra quandam mulierem tutricem ſuorum filiorum ſuper tributum, addidit & contra eius minores, quia ſic expediebat minoribus. Quia ſi ſenatores in ſuo capitulo, ex cuius nomine tale mandatum dabatur, aduertiſſent, ſic tale mandatũ cum illa additione, & etiam contra minores darent: & quia ſine præiudicio fuit talis additio. B Ideo in foro conſcientiæ, non venit damnandus. Secus in iudiciali foro: quia ibi immineret ei periculum, & interuenientibus in facto, quia pro tali facto punirentur. Ita Syluester titul. falſarius, & titu. tabellio. ¶ At verò ſecundùm Hoſtienſem ad hoc, quod quis poſſit puniri de crimine falſi, oportet quod adſint hæc tria, videlicet, mutatio veritatis, dolus & iactura. Vnde nec in ſcriptura, quæ fidem non facit, committitur crimen falſi. Vide Panormit. in capit. quando. de iureiurando. ¶ Inſuper ſecundum Cordub. quæſt. 191. non eſt tanquàm falſarius de mortali incuſandus creditor ille, C cui debebantur ducenti aurei, ſi ſibi iam ſint ſoluti centum ex vna cauſa ſi remanſit apud ſe chirographi, ſchedula. Quia debitor illa centum dum ſoluit, illam non repetiuit, & poſtea obijt, non eſt, inquam, culpandus tantum talis creditor, ſi per eandem ſchedulam repetat, & recuperet ab hærede debitoris alia centum ſibi debita: ſi aliter nõ poteſt illa recuperare: quia nõ expedit explicare cauſam. Et quia ſi in ſic recuperando centum ſibi debita interueniret ſimplex mendaciũ dicentis, ſibi deberi ex cauſa ſcripta in illa ſchedula: cum re vera non ex illa cauſa: ſed ex alia illa centum ſibi deberẽtur, D ſolum eſſet deceptio venialis. Quia non infert iniuriam hæredi. Concordat Nauarrus in capit. interuenien. ſecunda quæſtione tertia. concluſione quinta in vigeſimo quarto corollario, numero. 87.

*Cordub. An tabellio aliquid addens ſit falſarius.* *Syluest. Hoſtien. Pœna falſi ſi tria requirit.* *Panormi.* *Cordub.* *Fraus interueniẽs nõ nocet.* *Nauar.*

¶ Porrò etiam Victoriæ in ſuis ſcriptis viſum eſt non eſſe damnandum de mortali falſitate innocentem probatum nocentem, qui vt ſuam tueatur innocentiam, & euadat mortem vtitur teſtibus ſe vltro offerentibus ad teſtificandum falſum pro eius innocentia, ſcilicet, quòd tempore delicti ſibi imputati viderint eum in alio loco à loco illo diſtati, vbi ſibi probatũ eſt falſo illud delictũ perfeciſſe:

*Victoria. Vtrũ peſſit quis vti teſtibus peieraturis in falſum.*



ciſſe: cum nõ viderint re veras tales teſtes ſe offerunt ad iurandũ hoc pro eruendo cum innocentem à morte, ſed falſum parati ſunt iurare. Et quanuis dictũ hoc Victoriæ poſſit ſuſtineri aliquo modo: ſed non tranſit ſine aliqua difficultate. ¶ Vltra hoc de crimine falſi in teſtibus aduertito, quòd ſi teſtis reuocet primum dictum in ſecundo dicto, in alio actu iudiciali licet ſecundùm opinionem magis placẽtem Iulio Claro in ſua practica criminali ſtandum ſit primo teſtis talis dicto: quia ex primo dicto iudiciali, & iurato iam quæſitum fuit ius parti: ideò tale ius non debet ſine eius facto, vel culpa ab ea auferri: tamen per talem reuocationem debilitatur primum dictum quo ad fidem probationis: ita vt ad torturam ſufficiens nõ ſit indicium. Sed in caſu, vbi liber homo non admittitur ad teſtificandum ſine tormentis, tunc ſtandum eſſet illi dicto, in quo perſeueraret in tormentis. Si autem teſtis velit ſuum primum dictum corrigere, ſi quidem id vult facere in continenti, eſt admittendus. capit. præterea. de teſtibus cogendis. Et dicitur in hoc caſu in continenti, antequam teſtis ipſe alloquatur partem. Si autem vult illud corrigere ex interuallo, non auditur, ſed tanquam periturus, & falſarius puniri debet, ita omnes. ¶ Et in criminalibus in hoc caſu, ſi reuocet primam depoſitionẽ teſtis, dicens, ſe erraſſe, punitur in tormentis. Et illa depoſitio quam in tormentis confirmat ſolet attendi: & punitur de falſo, vt periurus: ac præterea eius dicto primo non adhibetur plena fides. Tamen authore Iulio Claro in huiuſmodi reuocationibus multum tribuendum eſt arbitrio iudicis, qui ex his depoſitionibus contrarijs conſiderabit, quæ videatur magis veriſimilis, & cum qua concurrunt plura adminicula, & illi adhærebit. Caueat tamen propter ſuſpicionem ſubornationis, ad petitionem partis, contra quam depoſuit teſtis iterum illum examinare. Si autem ad petitionem partis, in cuius fauorem ſemel dixit, iterum examinetur teſtis, ſi in ſecundo dicto varietur, ſtandum eſt ſecundo eius dicto, vt dicit Albertus in. l. fina. numero ſecundo. C. de teſtibus, & ſibi imputet pars, quæ petit, illum iterum examinari. Caueant ergo iudices ab huiuſmodi repetitionibus teſtium, præſertim in cauſis criminalibus ad inſtantiam partium: quia ſæpè numero proceſſus inuoluũt ac deſtruũt, magnamque præbent occaſionem ſubornationibus, falſitatibuſque teſtium. Sed quid, ſi teſtis dixit primo, ſe nihil ſcire, in ſecundo

*De teſtibus reuocãtibus dicta prima.* *De teſtib.* *Si teſtis varíet.* *Nota.*

A vero depoſuit de veritate facti? Reſpondetur, quòd nihil probat. Ita tenent omnes nemine diſcrepante. Satis ſit hoc. Nam in hoc modico voluimus morem gerere cauſidicis. ¶ Tandem quæritur, vtrùm ſit genus quoddam falſitatis ſi Ioannes habens pecuniam, quam credit, vel ſcit banniendam eſſe, vel diminuendam in pretio mutuat illam Antonio. Huius quæſtionis meminerunt ſumma Angelica, verbo, vſurarum. §. 76. & Syluester ibi, vſura primo, quæſtione decima quinta. Quam expediunt dicentes, quòd ſi Ioannes talem pecuniam, quàm ſcit banniendam, vel minuendam in pretio mutuet Antonio: qui antequam banniatur, eſt B illam expenſurus: licet poſtmodum Ioannes plus recipiat pro ea, quam poſt bannitionem valeat, nõn committit vſuram, quia non mutuauit, vt plus haberet, ſed vt damnum ſuum vitaret. Secus ſi mutuat illam cum ſpe plus recipiendi, vel quando Antonius non eſſet eam tunc expenſurus, ante bannitionem, quia damnum proximo inferret. Ita tenet Alexander Lombardus in quolibet. Intellige quando non ſperat plus recipere, ſed ſeruare ſe indemnem: & is cui mutuat, ante bannitionem, eſt eam expenſurus: licet eam ſic mutuare in caſu prædi- C cto. Sed de hac materia ſatis, vide Syluest. verbo literæ.

*An pecunia banniẽda poſſ. mutuari.* *Angelic. Syluest.* *Syluest.*

¶ Vtrùm per literas generales poſſit earum lator intentare aliquid in præiudicium eas ſcribentis, vt ſi in eis dicatur præſentium latori adhibeatis fidem, dico, quòd ſecundum Panormitanum capit. fraternitati. de clerici. non reſident. non præiudicare debent ſcribenti: quia potius ſunt literæ commendatitiæ. Si vero aliquid adderetur in eis, ſcilicet, Detis quod petit earum lator, ſub periculo meo, vel ſub fide mea, & huiuſmodi, tunc ſecus eſſet: vel ſi doloſe dede- D rit ſcribẽns literas, quia tunc tenetur de data pecunia latori, quando ſufficientem cauſam deceptionis per ſuam commendationem doloſam dedit, argumento legis, quod venditio. ff. de dolo. Quando vero literæ ſunt magis ſpeciales, vt cum in eis dicitur tali, qui de mente mea eſt informatus fidem adhibeatis plenam: tunc tenetur ſcribens de damno inde ſecuto, & ille, cui ſcribitur aget contra eum. Non tamen debet credere ei, in aliquo quod ei approprietur. l. facit, ſi vero remunerandi. ff. mandatum. Vide de hoc Panormitanum capit. fraternitatis, & Bartolum in l. Lucius. ff. de fideiuſſoribus. Sed de hac materia hæc ſint ſatis.

*Quæſtio. Per literas gener. deceptio. Panormi.* *ff. de dolo.* *ff. mand.*

CAP.

# CAP. CXCV.

*De peccatis, & caſibus reſtitutionum interuenientibus in contractibus locationis, depoſiti: Et de leuiſsima, & leui, & lata culpa: Et de ignorantia probabili, vel improbabili: Et quænam excuſet à peccato vel à cenſuris, & pœnis, ſiue à iure, vel ab homine latis, diſputatio eſt vtilis valde.*

POſtquam circa materiam falſariorum caſus occurrentes, vnde reſtitutionis obligatio emergere poterat, percurrimus: ſupereſt nunc omnes radices reſtitutionis: quæ ex contractibus innaſci poſſunt perquirere, & primo circa depoſitum. Et quia circa hunc contractum, ſicut etiam circa plures alios dolus, aut culpa, aut caſus fortuitus ſolent interuenire. Et quia ad cognoſcendum peccata inducentia reſtitutionem, quæ circa depoſita, commodata, mutuata pignorata, & locata committuntur, vt bene adnotauit Nauarrus in ſua ſumma latina cap. 17. nu. 177. plurimum intereſt, an quid dolo, aut culpa, vel caſu pereat, vel deterius fiat: & an id cõtingat ex culpa lata, leui, vel leuiſsima: ideò ſcitu opus eſt, quid ſit vnumquodq; horum, de quibus

*Parnorm.* Panor. in cap. 1. de commodato, & cap. fina. *Barto. D. Thom.* de depoſito. & Bartol. in. l. quod Nerua. ff. de depo. & D. Tho. prima parte. quæſt. 48. arti. 5. & 6. & 12. quæſt. 21. arti. 2. & ſecũda *Quid ſit culpa.* ſecundæ quæſt. 118. art. 8. Igitur ſecũdum omnes, culpa eſt generaliter ſumpta voluntaria inordinatio actus. At ſecũdum Diuum *S. Thom.* Thom. eſt deuiatio à bono, ſed ſecundũ Bar*Bartol.*tolum inordinatio actus ſtudioſe, & de induſtria facta ad dolum accedit: alias dicitur *Quid dolus.* culpa ſimplex. ¶Dolus autem machinatio, ſeu circunuentio quædam eſt ad decipiendum, ſeu fallendum alium adhibita. l. 1. ff. de *ff. de dolo.* dolo. & glo in regulam ſcienti lib. 6. Dolus autem, cum ſit duplex, alius dicitur fallacia, qui fit verbis, & alius dicitur fraus, cum fit *S. Thom. Panormi.* factis, authore Diuo Thoma in ſupradicto artic. 8. Dolus inſuper ſecundum Panor. & Barto. diuiditur in verum, & præſumptum. *Dolus duplex. Gloſſa.* Nam licet dolus non poſsit probari, niſi per confeſsionem partis, aut coniecturas, quoad forum exterius iuxta gloſſam cap. 2. de renunt. lib. 6. & in. l. dolum. C. de dolo. tamen quãdo ſigna ſunt manifeſta dicitur dolus verus: quãdo ſecus dicitur dolus præſumptus. Verbi gratia, vero dolo feciſſe diceris, vt per

A deretur, ſi librum accõmodatum reliquiſti noctu in platea frequentata à latronibus, ſi eſt perditus. *Exempla doli.* Si autem eundem librũ reliquiſti in platea interdiu diceris præſumpto dolo reliquiſſe apud homines: licet neutro caſu fieri poſsit, coram Deo dolo feceris.

*Queſtio. Differentia inter dolum & latam culpam.* ¶Sed quæritur in quo differant dolus verus, & latiſsima culpa. Hoc primo hic occurrit dubitandum. Quia ſecũdum Nauarrum, *Naua. Bartol.* Bartolus verum dolum appellauit latiſsimam culpam: dolum vero præſumptum latiorem culpam. Dicendum tamẽ puto poſt B diffinitiones vtriuſque datas, quod licet lata culpa dolo interdum ſoleat comparari: tamẽ pœna corporalis, vel pœna infamiæ, vel ſtatus ſine dolo inferri non debet, ſecũdum Bartolum in. l. in actionibus. ff. de in litem iurando. Et in his lata culpa dolo non æquiparatur. Neque poteſt quis facere pactum, vt non teneatur de dolo, ff. depo. l. 1. §. con*ff. depo.*ueniat. quia tale pactum eſſet cõtra bonam fidem, & bonos mores. Nota deinde: ꝙ, quia *Nota.* omnis dolus eſt culpa, ſi quis promiſerit alicui indemnitatem de culpa commiſſa per famulum, tenetur de furto ab eo doloſe cõ- C miſſo, tradentibus hoc Bartolo, & Panormitano communiter receptis. Differt vero culpa ſimplex à dolo ex eo, quod dolus ſcienter, & ſtudioſe fit: culpa vero ſimplex ignoranter fit vel negligenter.

*Queſtio. An ignorantia excuſ. à dol. & lata culpa. Dictum.* ¶Quare ſubſequenter hic quærẽdum occurrit, vtrum ignorantia excuſet à dolo, & à lata culpa. Cui quæſtioni reſpõdeo primo, dicendum, quod ignorantia iuris non excuſat à lata culpa in foro exteriori: excuſat tamen à dolo, & conſequenter à pœna, quæ dolum requirit ſecundum Cynum in regula ignorantia. lib. 6. ¶Secũdo dico, quod ex 2 prædictis infertur, quod vbi ius vel ſtatutũ, requirit dolum verum, ignorans quantumcunque ſit culpabilis non incurrit pœnam D ipſius. Secus eſt, vbi non requiritur dolus verus, ſed præſumptus: quia tunc ignorans *Ignorantia craſſ. non excuſ. à iur. Quid ignor. craſſ.* craſsè & ſupinè, id eſt, quando communiter ignorat, quæ ſui ſtatus, & conditionis perſonas communiter non contingit ignorare, nõ excuſatur. Vt patet in cenſuris eccleſiaſticis, quæ cum requirant dolum præſumptũ taliter ignorans, id eſt, ex ignorantia craſſa, & ſupina, tales cenſuras non euitat capit. vt animarum. de conſtitutionibus. lib. 6. ¶Ter 3 tio dico ſecundum Sotum in quarto, ꝙ, quã *Sotus.* uis ignorantia culpabilis non excuſet à cenſuris iuris cõmunis, & pontificij, excuſat tamen ſecundum nobiles authores, à cenſuris particularium prælatorum, etiam ſynodalium:



4 dalium: niſi fuerit ignorantia craſſa, & ſupina, vt dictum eſt. Sed de hoc explicatius dicemus. *Sotus. Nauar.* ¶Quarto dico ſecundum Sotum & Nauarrum, ignorãtia inuincibilis qua quis ignorat inuincibiliter eſſe actum de ſe illicitum acceptionem, verbi gratia, naufragantis bonorum vel ſi ſciuit, ſi tamen probabiliter ignorauit cenſuram, pro tali actu illicito eſſe latam probabilibus eſt, quod excuſat ab incurſione cenſuræ, etiam papalis. Tum; quia ſecundum Sotum taliter ignorans non cenſetur inobediens cenſuræ eccleſiæ, cum eam ignoret. Tum, quia non obſtat ſecundum Nauarrum illa regula generalis, ſcilicet, qui non excuſatur à culpa, non excuſatur à pœna appoſita propter talem culpam, licet pro tali culpa talem pœnam impoſitã eſſe ignoret. Quia hæc regula patitur exceptionem non in pœnis corporalibus, aut ſpiritualibus eccleſiaſticis ordinarijs, & communibus. Quales etiam ſunt pœna interdicti, vel irregularitatis, vel ſuſpenſionis. Quia eas incurret cõmittens delictum ex ſe illicitum, licet ignoret eas eſſe impoſitas pænas pro tali delicto. Sed aliud eſt in pæna excommunicationis: quæ exorbitans eſt, & extraordinaria. Quia in pænis extraordinarijs, & exorbitantibus *Exceptio regulæ in pænis exorbitãtibus.* talis regula non habet locum. Quia tunc committens delictum, licet ſciat malitiam delicti, ſi ignorat pro eo impoſitam eſſe extraordinariam, & exorbitatem pænam, qualis eſt excommunicatio, eam non incurret. Imo ſecundum Syluestrum verbo, ignorantia, conſtitutio Papæ quoad excommunicationem, non ligat ignorantes excommunicationem; etiam ſi ſciant factum pro quo eſt lata, eſſe de ſe illicitum. Quia eſt, verbi gratia, furtum, niſi talis ignorantia ſit coniuncta cũ lata culpa, puta, quia eſt craſſa, & ſupina. Et hoc, quia hic ſumus in pœnis exorbitãtibus, qualis eſt excommunicatio, atque ideo ſine lata culpa non incurritur. Ita Syluest. verbo, ignorantia. quæſt. 7. §. 15.

¶At vero, quia principia ad multas materias facimus diſputantes hic de dolo, & lata culpa, & de ignorantia: quia de ignorantia hic incidit ſermo, cordi eſt breuiter compendioſeque quaſdam concluſiones, & regulas, quas circa materiam de ignorantia in ſuo quæſtionario, tradidit Corduba hic præiacere.

¶Prima igitur concluſio ſit. Ignorantia vincibilis, id eſt culpabilis, vel eorum, quæ per ſe ſunt mala, eſt eiuſdem ſpeciei cum actu: qui ex tali ignorantia fit, ideſt, eiuſdem ſpeciei: cuius eſt iſte actus: etiam ſi ſine igno



A rantia fieret. Vt verbi gratia qui ex ignorantia culpabili cõmittit furtum, talis ignorantia eſt in ſpecie furti.

¶Secunda concluſio: Ignorantia inuincibilis ſecundum Theologos: quæ ſecundum iuriſtas dicitur ignorantia probabilis, eſt cum quis ignorat ea, quæ communiter ſui ſtatus perſonæ ſolent ignorare, quia non tenentur ea ſcire. Et óppoſita ignorantia dicitur improbabilis, qua quis ea ignorat, quæ ſecundum ſuum ſtatum tenetur ſcire. Vnde quantum attinet ad conſcientiam, in foro conſcientiæ ignorantia probabilis, & inuincibilis idem ſunt inter ſe: ſicut etiam vincibi- *Idem ſunt ignor. inuinci. & probabil.* B lis, & improbabilis pro eodem computantur. Aduerte tamen, quod ſecundum Diuum Thomam non ſatis eſt, vt ignorantia ſit culpabilis, & vincibilis: quod quis ignorat aliquid, quod poſsit ſcire, ſed requiritur quod poſsit ſcire, & teneatur ſcire, & omiſerit ſcire. *D. Thom.* ¶Tertia concluſio: Ignorantia craſſa, & ſupina eſt cum ex malitia, vel nimia negligentia, quæ communiter ſciuntur à ſui ſtatus perſonis, ignorat quis. *Conclu. 3. Quid ignor. craſſa.*

¶Quarta concluſio: Ignorantia affectata eſt cum ex induſtria, & ex intentione vult ignorare quis. Quæ non excuſat à culpa ſecundum Diuum Thomam, ſed potius auget *Conclu. 4. Ignor. affectat. quid. D. Thom.* C culpam. Niſi ſecundùm quod ait Metina in ſua prima ſecundę, quando in ſua intentione habet illud non perficere opus malum, ſi ſciret certò illud eſſe malum, licet, velit illud ignorare: ne ſcrupulo agitetur inter illud patrandum. Nam ex hac parte hæc intentio videtur cum illa ignorantia ex aliqua parte excuſare. Sec⁹ eſt ſi vult ignorare, vt liberius peccet, paratus, etiam ſi ſciret, tale peccatum patrare: nam tunc auget omnino.

¶Quinta concluſio: Ignorantia priuatiua *Conclu. 5.* quando quis ſine contrario poſitiuo errore ignorat ea, quæ ſcire tenetur non eſt peccatum intrinſecè, niſi ratione negligentiæ oppoſitæ ſtudioſitati. Sed dico, licet hæc Cor- D dubæ concluſio aliquibus videatur probabilis: ſed probabilius eſſe iudico dicere, quod talis ignorantia, quæ eſt eorum, quæ quis propter ſe ſcire tenetur, vt ſunt articuli fidei eſt peccatum ex ſua ratione, licet de facto nõ imputetur ad culpam, niſi ratione negligentiæ. *Metin.* Ita Metina prima ſecundæ, etiam reſpectu mandatorum operabilium. Sicut, verbi gratia, Petrus ex ſua intrinſeca ratione habet quod ſit homo: ſed à parte rei nõ accipit eſſe hominis, niſi per generationem.

¶Sexta concluſio: Ignorantia poſitiua, id eſt, verbi gratia, hæreſis, vel error quilibet *Conclu. 6.*

alius intrinſece, & ex ſua ratione eſt pecca-
tum, ſcilicet, quia pertinet ad ſpecialē ſpeciē
*Conclu. 7.* peccati ex ſe. ¶ Septima concluſio: Ignorātia
vincibilis facti ſiue antecedens, ſiue conco-
mitans non videtur eſſe peccatum inducens
excommunicationem, vt patet in occidente
clericum ignoratum talem ex tali ignoran-
tia. Ita inſinuatur capit. vero, de ſententia ex
communicationis. Vbi talis occiſor clerici
ex ignorantia ignorans eſſe clericum non cē-
ſetur excommunicatus. Accedit ibi gloſſa.

*Quid ſit ignor. antec. & concō-mit.* ¶ At vero, quoniam hic de ignorantia an-
tecedenti meminit Corduba, & etiam de con
comitante, perpendat lector, quod ignoran-
tia antecedens dicitur, quæ præcedit tanquā
causa ſubſecuti actus. Quia ſi operans illum
actum, illicitum eſſe non ignoraſſet illum
non feciſſet. At verò ignorantia concomi-
tans eſt, quæ non eſt cauſa actus; quia conco-
mitatur actum, id eſt, quando ignorans eſſe
peccatum, etiam ſi ſciſſet eſſe peccatum, nihi
lominus illud feciſſet: Quia ad id diſpoſitus
*Conclu. 8. De ignor. inuincib.* erat. ¶ Octaua concluſio, ignorantia inuinci
bilis ſiue iuris, ſiue facti excuſat à culpa il-
lum actum, à cuius obiecto tollit omnem co
gnitionem, ac per conſequens omnem ratio-
nem formalem, à qua alias poſſet prouenire
ratio culpæ in tali. Secus eſt, ſi omnem talem
cognitionem non tollit. Vt ſi ignorat inuinci
biliter talem actum vna via, id eſt, ex ſe care
re culpa, tamen ſcit, aut debet ſcire ex alia ra-
tione non carere culpa, ſcilicet, quia præbet
ſpeciem mali: Vel quando aliunde ab aliqua
circūſtantia culpabiliter inanimaduerſa, vel
*Metin.* à præparatione aliqua culpabili præexiſten-
ti prouenit malitia, ſicut ait Metina prima ſe
cundæ, quod de facto non aduertens, & agēs
illicitum, licet inaduertentia ſoleat excuſare
totaliter aliquando à culpa illiciti commiſsi;
ſed non ſemper: quia non excuſat illum, qui
ſæpe iam expertus eſt ſuam inaduertentiam;
*An inaduertentia excuſ.* ex qua inaduertenter ſolet irruere in illici-
tum, & tamen præſtat cauſam tali inaduer-
*Exemp.* tentiæ: Vt clericus qui ſępius expertus eſt ſe
obliuiſci officium diuinum, dum nimium
moratur in confabulationibus: & tamen ad-
huc non ſuccidit iſtas cauſas, vanas præſer-
*Conclu. 9.* tim. ¶ Nona concluſio. Ignorantia inuincibi-
lis & probabilis tollens voluntarium reſpe-
ctu obiecti, & circūſtātiarum excuſat à mali
tia morali, & non aliter. Inſuper facit actum
bonum ſi relinquat obiectum, & circunſtan
tias conuenientes ex parte ſua vt, patet ex
*Probatur exemplo.* ignorantia, qua coiuit Iacob cum Lia; quia
abſtulit voluntarium coitum cum aliena, &
quia reliquit obiectum conueniens ex parte

A ipſius ignorantiæ: qua putauit ſe coire cum
Rachele, id eſt, cum propria coniuge. Pro-
pterea coitus Iacob cum Lia fuit actus iuſti-
tiæ, & caſtitatis coniugalis ex parte ſua.

¶ Decima concluſio: Ignorantia inuincibi *Conclu. 10.*
lis per diſſolutionem quando diſſolui non
poteſt tolli poteſt per euaſionem. Verbi gra
tia, vt ſi dæmon appareret in crucis figura,
ab ignorante quis eſſet, conditionaliter tunc
eſſet exhibēda adoratio ſic: Si tu eſt Chriſtus
te adoro. Secus ſi es tu dæmon, qui ſolitus
eſt ſe transfigurare in angelum lucis. Sicut
etiam puerum inuentum nuper natum inuē
ta eius matre recenter mortua, cum de eius
B baptiſmo facta adhuc diligentia, an fuerit ba
ptizatus nec ne, dubitamus, ſub conditione
baptizamus.

¶ Vndecima concluſio: Ignorantia craſſa, *Concl. 11.*
vel ſupina iuris, vel facti alleuiat culpam:
ſed non à toto excuſat, ſed à parte, quia ex
parte tollit liberum & voluntarium.

¶ Duodecima concluſio. Addita ad con- *Conclu. 12.*
cluſiones Cordubæ, quæ rationabilis etiam
apparet, ſcilicet: Ignorantia culpabilis eo-
rum, quæ tenemur ſcire propter eorum fidē
habendam, ſicut ſunt articuli fidei; eſt diſtin-
ctum peccatum ignorantiæ, & diſtinctum
in ſpecie in ſe. Sed ignorantia culpabilis earū
C rerū quas tenemur ſcire propter earū imple-
tionē, & operationem, ſicut ignorantia man
datorum Decalogi, quæ ob eorum obſeruan
tiam tenemur ſcire: non eſt peccatum diſtin-
ctum à tranſgreſsione illorum præceptorū:
quando propter eorum ignorantiam ea tran
ſgredimur, contra Metinam, prima ſecundę. *Metin.*
Quia iſta obligatio tota videtur ſumi ex obli
gatione finis, ſcilicet, propter obſeruantiam
mandatorum Dei. Sicut ſecundum Nauar- *Nauar.*
rum in ſumma latina capitulo vigeſimo ter-
tio de auaritia, numero ſeptuageſimo ſexto,
paſsiones & inquietudines mentis ferè nun-
quam ſunt peccata mortalia diſtincta per ſe,
D ſed quatenus coniungūtur alijs actibus mor
talibus, quorum ſunt cauſa, qui propter di-
ctas paſsiones admittuntur: vt recte adnota-
uit Caietanus. ¶ Decimatertia concluſio: Ig- *Caiet. Concl. 13.*
norantia probabilis, hoc eſt, inuincibilis iu-
ris humani, & etiam facti cuiuſcunque, excu
ſat à tota culpa inde proueniente, quia tollit
rationem voluntariæ culpæ.

¶ Concluſio decima quarta: Circunſtan- *Concl. 14.*
tia ſi non tollit ſpeciem peccati inde ſequen-
tis ex obiecto mortalis, non excuſat à mali-
tia mortali. Secus, ſi tollit ſpeciem peccati in
de ſequentis. Patet hoc, quia ſi in ebrietate
ſolum fuit culpa venialis, tunc homicidium
inde



inde ſequens erit tantum peccatum veniale;
quia tunc illa ebrietas venialis tollit ſpeciem
peccati inde ſequentis.
*Concl. 15.* ¶ Concluſio decima quinta: Ignorātia in-
uincibilis facti, quacunque lege reprobati
excuſat in conſcientia à quacunque pœna
iuris & cenſura, etiam ſi det operam rei illici-
tæ, & culpabiliter illam ignorantiam inuin-
cibilem incurrerit, excepta irregularitate,
quia incurrit illam qui dat operam rei licitæ,
aut illicitę, incaute tamen. Quia tunc dato,
inuincibiliter ignoraret ſe occidere homi-
nem, ſi incaute iecit ſagittam in nemore irre-
gularitatem incurreret. Sed dico contra hanc
concluſionem Cordubæ, cum incaute fecit,
quia non adhibuit diligentiam, quam teneba
tur, iam eius inaduertentia ſeu ignorantia
non erit inuincibilis, & inculpabilis. Si au-
tem licita venatione venans circunſpectam
adhibuit diligentiam, ne illac aliquis tranſi-
ret: tunc ſi ignoranter occiderit hominem: il
la ignorantia eſt inuincibilis, nec incurrit
tunc irregularitatem. Quare non occurrit
exemplum, in quo hoc dictum Cordubæ tā
facile & clare poſsit verificari.
*Concl. 16.* ¶ Concluſio decima ſexta, quæ eſt Meti-
næ in ſua. 1. 2. Ignorantia concomitans nul-
lo modo eſt cauſa peccati. Primo: quia non
tollit ſcientiam prohibentem, quia ſi adeſſet
etiam committeret peccatum. Secundo, quia
non facit peccatum inuoluntarium ſimplici
ter, vel ſecundum quid, cum quælibet igno-
rantia faciat aliquo modo inuoluntarium,
præter concomitantem.
¶ Concluſio decima ſeptima. Ignorantia
*Concl. 17.* cōſequēs, quæ non eſt cauſa volendi, ſed dici
tur talis, quia conſequitur negligentiam vo-
luntatis, cauſat inuoluntarium ſecundum
quid: ſed tamen bene eſt cauſa voliti ſimpli-
citer indirecte, id eſt, in ſua cauſa voliti.
*Ignor. alia volūt. alia non.* ¶ Perpende igitur optime lector, quod
inter ignorantias alia eſt inuoluntaria: qualis
eſt ignorantia inuincibilis, ſeu probabilis,
aut inculpabilis, quam non poſſumus, aut
tenemur vincere. Alia vero ignorantia eſt
voluntaria. Sed hæc eſt duplex. Alia volun-
taria eſt directe: qualis eſt affectata, id eſt,
eorum, qui dixerunt Deo: Recede à no-
bis, ſcientiam viarum tuarum nolumus. Alia
vero eſt indirecte volita: quando quis igno-
rat ea, quæ quis ſcire poteſt, & debet. Ita Me
tina.
*Concl. 18. Quomodo ignor. ſit inuincib.* ¶ Concluſio decimaoctaua, quæ eſt Me-
tinæ. Ignorantia, quæ de ſua propria ratio-
ne eſt peccatū, quia virtuti ſtudioſitatis op-
ponitur, vt ſit inuincibilis tria tenetur homo

A facere, ſcilicet, pœnitere de culpa, aut de ig-
norantia ſola, vt patet in Lutherano pœni-
tente de ſuo errore, volente tamen manere
in ſuo concubinatu, per illam ſolam pœni-
tentiam de ignorantia, & propoſitum quæ-
rendi doctorem, ignorantia eius fit inuinci-
bilis, quia, vt fiat inuincibilis non requiritur
vt conteratur. Quia ſecundum Victoriam *Victoria cōt. Adria.*
contra Adrianum, vt ignorantia fiat inuinci-
bilis, non requiritur adhibeatur omnis dili-
gentia in omni materia, vel quòd conteratur:
ſed ſatis eſt ſufficiēs diligentia adhibeatur in
illa materia, in qua patitur ignorantiam quis
ad eam tollendam ignorantiam. Neque cir-
B ca hoc tenetur homo ſummam diligentiam
adhibere: ſed ſolitam communiter ab homi-
nibus adhiberi. Vt patet in Iacob cum Lia, *Exemplū Iacob.*
quia non tenebatur ſcrutari, an eſſet ſua, vel
non. Si autem poſtquam per pœnitentiam
de ignorantia, & per propoſitum adhibendi
deinceps diligentiam ad ſciendum, facta eſt
inuincibilis: ſi poſt habita opportunitate,
non adhibeat diligentiam ſciendi, redibit
tunc peccatum ignorantiæ in ſpecie, & hoc
maxime notandum eſſe aduertit Metina.
Nam, inquit, proderit ad multa intelligenda
in hac materia.
¶ Concluſio decimanona, quæ eſt Meti- *Concl. 19. Nota valde.*
C næ, quæ conducit ad tollendos multos ſcru-
pulos: Ignorantia concomitans, quando no
luit Ioannes occidere Petrum actu, quia non
aduertit eſſe Petrum: ſi tamen aduertiſſet, &
ſciuiſſet eſſe Petrum, nihilominus eum occi-
diſſet, hæc non accuſat, quia conditionalis
eſt de rebus agendis. Vt ſi inuenta occaſio-
ne aliquis feciſſet peccatum, ſed tamen no-
luit facere, & quia non eſt oblata occaſio, ſer-
uatus eſt à peccato: non ſibi imputabitur
peccatum. Vt patet in coniugato acceden-
te bona voluntate ad propriam, qui ſi reperi
ret in lecto alienam accederet ad illam, ſed
non acceſsit nec cogitauit tunc de acceden-
D do ad alienam, non ideo iſta conditionalis
imputatur ſibi ad peccatum propter illam
diſpoſitionem conditionalem. Sicut nec pec *Exemplū idolatræ.*
cat in actibus de ſe bonis, quos facit idolola-
tra, dum nihil cogitat de idolo ſuo: qui ta-
men ſi recordaretur de idolo tales actus de ſe
bonos referret in ſuum idolum: ſed tamen
actu non refert, quia non recordatur.
¶ Concluſio vigeſima: Ignorantia inuin-
cibilis circa articulos fidei inter infideles,
quibus non eſt promulgatum euangelium,
eſſe poteſt. Patet ex euangelio, vbi Domi-
nus ait: Si non veniſſem, & loquutus eis fuiſ-
ſem, peccatum non haberent. Quod Diuus

Auguſtinus,& ſanctus Thomas interpretan A
tur de peccato infidelitatis. Damnabuntur
igitur infideles prædicti ſecundum ſenten-
tiam Diui Thomæ propter alia peccata
contra ius naturæ commiſſa. Item circa ali-
*An detur ignorãt.ex cuſ.circa præcept.* qua præcepta Decalogi,quæ ſunt de iure na
turæ, ignorantia inuincibilis ad breue tem-
pus poterit eſſe,vt in pueris primum ingreſ-
ſis rationis vſum. Sed non poteſt diu dura-
re: ſicut nec ignorantia inuincibilis vnius
Dei, aut malitiæ fornicij diu durare poteſt,
*Victor.* ſecundum Victoriam. Quia Deus eſt lux ve
ra illuminans omnem hominem venientem
in mundum. De his memini aliqua ſupra te-
tigiſſe. Sed pro maiori ordine, & comple- B
mento doctrinæ ea hic repetere non ſum
grauatus.

*Documentũ aureũ.* ¶ Accipito tandem lector documentum
aureum,ſcilicet, quod faciens aliquid ex ig-
norantia, quod non eſt contra legem Dei,
vel naturæ, credens illud nulla lege prohibi
tum eſſe, licet ſit prohibitum: ſi talis igno-
rantia non ſit affectata,nec craſſa;quia labo-
rat pro viribus ſcire neceſſaria ſibi: ideo li-
benter audit prædicationes, & diſputatio-
nes, vbi hæc ſolent declarari, & facit quod
communiter faciunt ſibi ſimiles:& ſi eſt reli-
gioſus libenter ſtudet,& interrogat;excuſa-
tur in foro animæ ab omni culpa,& excom- C
munícatione in conſcientia capit.cognoſcen
*De conſt.* tes.de conſtitutionibus.Non enim plus exi-
gitur, quam poſsit homo. Secundum autem
forum exterius aliter iudicabitur, niſi igno-
rantiam probauerit. Quia in dicto capitulo.
cognoſcentes, determinatur,quod volens ig
norantiam probare ad euitandam pœnam,
*Syluest.* audiendus eſt. Concordat Syluest. verbo,
Ignorantia.§.7.

*Quando in for. exte. ignor. excuſ.* ¶ Secundum iuriſtas circa ea, quæ com-
muniter ſolent ignorari admittitur excuſa
tio ignorantiæ in foro exteriori.Et ignoran-
tia etiam iuris non præiudicat interdum in
foro exteriore ſimplicitati, & ruſticitati, id
eſt,ſimplibus mulieribus & ruſticis,& igno- D
rantia in facto alieno potius admittitur, vt
excuſans in foro exteriori, quam ignorantia
in actu,vel facto proprio. Quia potius præ-
ſumitur quis ignorare factum alienum, quã
proprium, & geſtum in loco, cuius notitia
iam peruenit ad remotiora loca non præſu-
mitur ignorari in tali loco. Neque protegere
ſe poteſt quis ignorantia cenſuræ contra ſe
latæ,cuius fama, ſcilicet, quod contra ſe lata
eſſet ad ipſum peruenit licet dubitauit ne-
*Nauar.* que certo ſciuit. Et licet ſecundum Nauar-
rum poſsit quis ſe protegere & excuſare ig-
norantia in conſcientia, quando rem non no A
uit, niſi per vnum teſtem, quia vni ſoli non *Vniteſti. tantum ñ tenetur credere.*
tenetur credere: non tamen quando certio
ratus eſt per duos teſtes fide dignos, quia te-
netur eis credere. Sed de ignorantia ſatis. Im-
putatur autem ignorantia actu,quando tem
pus eſt acquirendi ſcientiã;ſicut in alijs omiſ-
ſionibus contingit.

## CAP. CXCVI.

*De dolo, leui, & lata culpa, & de caſu fortui*
*to, & in quibus contractibus, de his quis*
*teneatur: Et de contractibus commodati,*
*depoſiti & locationis.*

POſtquàm de ignorantia, quæ di-
cenda occurrere ſub breuitate
poſsibili perſtrinximus: ſuper-
eſt ad materiam de dolo, & lata
culpa, & leui, & leuiſsima, reuer
tamur. ¶ Et primo quæritur, vtrum dolus an
*Quæſtio. An dolus annullet contract.* nullet contractum, quã queſtionem breuiter
per hæc dicta expeditam relinquimus. Dici
mus igitur primo, quod dolus contractum
ſpiritualem non annullat. Vt verbi gratia,
*Dictũ. 1.* cum quis dolo inductus eſt ad religionem &
profeſsionem ſolennem, talis profeſsio va- C
let. Ita Panormitanus in capit. cum dilecti.
*Panor.* de emptione, & vendit. Ideoque tenet talis
contractus, quia per talem dolum non ad de
teriorem conditionem ſtatus, ſed ad melio-
rem inductus eſt.

¶ Secundo dicimus: Dolus dans cauſam
contractui annullat contractum tempora- 2
lem: qui eſt bonæ fidei. Vt, verbi gratia, quã
doquis dolo fuit inductus ad vendendum,
quod tamen alias non erat venditurus. Ita
Panormitanus in dict. capitulo. cum dilecti.
*Panor.* quia fuit inuoluntarius circa ſubſtantiam
contractus.

¶ Tertio dicimus: Quando dolus interue-
niens in contractu, tantum eſt incidens, ſed 3
non dat cauſam contractui in foro exterio- D
ri: ſic contractus talis non eſt ipſo facto nul-
lus: nec venit in foro exteriori reſcindendus:
niſi in caſu, quo contractus vẽditionis factus
fuit vltra dimidium iuſti pretij: vel vbi con-
tractus emptionis factus fuit infra medieta-
tem iuſti valoris. Et ratio eſt, quare non eſt
in hoc caſu ipſo facto cõtractus nullus, quia
alias non fuit emptor, vel venditor inuolun
tarius circa emptionem, vel vẽditionem, ſed
tantum circa pretium. ¶ Quarto dicimus,
quod in contractibus ſtricti iuris, id eſt, qui
ſtrictiſsime interpretantur ſecundum Syl-
ueſtrum,



ueſtrum, verbo, Contractus. §.3. cuiuſmodi A
ſunt ſtipulatio, mutuum, & ſimilia vbi non
veniunt vſuræ ex mora, in his, inquam, do-
lus non annullat contractum talem. Ideo ta-
lis contractus ſtricti iuris tenet; ſed tamen
agens ex eo eliditur ope exceptionis. Patet.
*ff. de verb.* ff. de verborum obligationibus. l. ſi quis cum
*Tabiena.* aliter. Vide Tabienam ibi, dolus. §.7.

*Quid culpa lata.* ¶ Nunc vero de lata culpa, & leui, & le-
uiſsima peragendum venit, quarum deſcri-
ptiones prius noſſe oportet. Igitur, lata cul-
*Nauar.* pa eſt ſecundum Nauarrum ſumma latina.
capitulo. decimoſeptimo. numer. 178. quam
regulariter omnes communiter vitant. Vel
*Metin.* ſecundum Metinam in ſua inſtructione, fo- B
lio. 156. lata culpa eſt negligentia: quam ne-
gligentiſsimi ſolent committere, qualis eſt
eius, qui in porta domus, vel extra domum,
vel in ſcamno librum ſibi commodatum re
*Quid culpa leuis.* linquit. ¶ Culpa vero leuis eſt, quam regula-
riter homines diligentes ſuæ profeſsionis
*Nauar.* euitant, ſecundum Nauarrum. Vel ſecun-
*Metin.* dum Metinam eſt illa, quæ ſolita eſt cadere
in hominem mediocriter diligentem: qualis
eſt eius, qui librum aliquem in ſuo cubiculo,
oſtio tamen aperto relinquit.

*Quid leuiſſima.* ¶ Leuiſsima vero culpa dicitur illa, quam
homines diligentiſsimi vitare ſolent. Vel ſe-
*Metin.* cundum Metinam eſt negligentia illa, quæ C
ſolet cadere in homines diligẽtiſsimos. Qua
lis eſt ille, qui librum commodatum intra cu
biculum reliquit quod claue obſerauit: non
tamen manu an bene obſeratum eſſet tenta-
uit iuxta communem opinionem.

*Quid ſit caſus fortuitus.* ¶ Sed & de caſu fortuito dicendum no-
bis eſt, quod caſus fortuitus eſt inopinatæ
rei euentus, qui præuideri non poteſt, etiam
per diligentiſsimum. Igitur caſu fortuito fit
quod ſine vllo dolo, & culpa eius, à quo agi-
tur contingit. Qualia ſunt quæ contingunt
per bellum inopinatum, furtum latronum,
terræmotum, gelu, grandines, fulmina & alia
ſimilia. l. quæ fortuitis. C. de pignor. actio. D
Itaque aliquis euentus poteſt eſſe fortuitus
reſpectu vnius, id eſt, incendium paſsi & non
reſpectu alterius, id eſt, incenſoris.

*Quæſtio. An teneatur quis de caſu fort.* ¶ Sed iam quæritur hic primo, an quis te-
neatur de damno, quod ex caſu fortuito con
tingit. Communis igitur reſponſio ad quæ-
ſtionem eſt, quod regulariter etiam in con-
tractu, qui fit gratia alterius tantum, vt in
commodatione equi, caſus fortuitus non im
*Exceptio.* putatur ad reſtitutionem, ſed res tunc perit
1 domino: niſi in tribus caſibus. Primo, quan-
do culpa præcedit. Vt ſi commodaui tibi
equum, vt ires Salmanticam, & iuiſti Valen-
tiam, & per Valentiæ iter incidiſti in latro- A
nes, à quibus vi ſpoliatus es, id tibi imputa-
tur, & non domino capit. vnico. de cõmod. *De cõmo.*
¶ Secundus eſt, cum ſit pactum, vt ſi pacto 2
conueniſti, vt tenereris pro caſu fortuito, vt
ſi caſu fortuito amitteretur, tibi recipienti
periret dicto capitulo. primo. &. l. in rebus.
ff. eo. & l. 1. C. eod. & l. 1. §. is. ff. de actioni-
bus & obligationibus. Et ratio huius ſecun-
di caſus eſt, quia pactum contra accidenta-
lia contractus, vincit legem. ff. depoſi. l. 1. §.
ſi conueniat. Secus quando eſſet contra ſub-
ſtantialia.

¶ Tertius caſus eſt, quando præceſsit mo- 3
ra, & res commodata facta fuit deterior, aut B
perijt aliter, quam perijſſet apud commodã-
tem. Vt ſi, quia tempore debito non reſtitui
ſti rem commodatam perijt, tibi imputabi-
tur ad reſtitutionem. Sed in hoc caſu loquen
do in cõſcientia, quando equus commodatus
debito tempore, ſi fuiſſet reſtitutus, eum do-
minus non vendidiſſet, neque ex eo aliquid
lucratus fuiſſet: ſed eodem modo apud eum
erat periturus, vt apud commodatarium mo
roſum perijt ſecundum nobiles authores ex
æquitate tunc commodatarius non eſt obli-
gandus ad aliquid domino equi reſtituen-
dum, poſtquam re vera in hoc caſu non ap-
paret recepiſſe damnum ex mora. Facit lex C
plures. §. ſiue. ff. depoſit. cum gloſſ.

*Quæſtio. An ex generali pacto teneatur quis ad fortuita.* ¶ Porro quæſtio corollaria, & ad cauſidi-
cos etiam pertinens ſequitur, an ex generali
pacto commodatarius teneatur de omni ca-
ſu fortuito nullo expreſſo. Vt ſi pacto con-
uenit mutuatarius, vt teneretur pro omni ca
ſu fortuito, nullo expreſſo. Igitur pro illuci
*Aſſertũ. 1.* datione quæſtionis ſit aſſertum primum, ex
generali pacto, ſcilicet, vt commodatarius te
neatur de omni caſu fortuito, nullo expreſ-
ſo, etiam ſi fecerit firmaueritque hoc iuramẽ
to, non manet obligatus ad ea, quæ in ſpecie
non fuiſſet ſe obligaturus, ſi aduertiſſet. Et
hoc etiam in conſcientia maxime tenet. Ita D
*Ioã. And.* tradit Ioannes Andreas in dicto capitulo vni
co, de commod. Et huius ratio eſt, ne contin-
gat exinde, quod ſub inuolutione verborum
& generalitate quis renuntiet ei iuri, cui non
eſſet in ſpecie renuntiaturus.

¶ Secundum aſſertum ſit: Si in tali pacto 2
generali de obligando ſe pro quocunque ca-
ſu fortuito, fuerunt aliqui caſus fortuiti no-
minati, vel expreſsi, tunc ſi ſequuta eſt clau-
ſula generalis, videlicet, dicendo. De iſtis, &
ſic de omnibus alijs me obligo, tunc cenſe-
tur tantum obligatus ad caſus fortuitos ve-
nientes conſimiles expreſsis, & non ad maio
res.

*Bartol. Cle. de procuratorib.*

res. Ita Bartolus in. §. quæſitũ. l. ſed & ſi quis. ff ſi quis cau. Hoc autem aſſertum patet ex textu aureo, & notabili conducenti ad multa in clementina, non poteſt, de procuratoribus. Vbi inſinuatur clarè, quòd generalis clauſula in odioſis non comprehendit maiora expreſsis: ſecus in non odioſis, vt notat Innocentius in capit. ſedes. de reſcriptis. Et intellige ſupra dicta, etiam ſi tale pactum generale firmetur iuramento; quia iuramentum non obligat vltra conſenſum iurantis capit. Quintauallis. de iureiurando.

*De iureiurand.*

¶ Sed ambigere quis cauſidicus poterit, an caſu, quo res commodata ęſtimata datur, iam commodatarius teneatur de omni caſu fortuito, maxime ſi generali pacto ad id ſe obligauit. Videtur quod ſic: quia ſic contingit in dote, quando æſtimata traditur. Nihilominus reſpondetur, quod ſupradicta aſſerta etiam verum habent, quando res commodata æſtimata datur, quia æſtimatio talis nõ facit, quod commodatarius ad plus teneatur, quam ſi non æſtimaretur res commodata, authore Panorm. in dicto cap. vnico.

*Quæſtio. An extimatio rei oblig. ad caſ. fortu.*

¶ Sed ſi quæras, ad quid igitur deſeruit talis æſtimatio in hoc caſu: Reſpondetur ſanè quod talis æſtimatio adhoc facit, vt ſi ex culpa recipientis pereat res commodata, dominus rei liberetur à probatione valoris rei commodatæ. ¶ Vltimo tandem dicimus, quòd ſi res æſtimata datur cum pacto, quòd res, vel æſtimatio reddatur, tunc periculum peremptionis tranſit in recipientem: ſed non tranſit periculum deteriorationis in hoc caſu commodati iuxta. l. plerunque. ff. de iure dotium. Sicut etiam pecunia data in burſa clauſa cenſetur data ad cuſtodiam, vnde cuſtos non poterit eã expendere. Si tamen datur cum facultate, vt ea pecunia cuſtos, vel depoſitarius vtatur, iam depoſitum, vel cuſtodia illius pecuniæ ſecundum Nauarrum per conceſsionem vſus tranſit in mutuum. Vnde tunc etiam ſi caſu fortuito, abſque vlla culpa perierit, cuſtodi, vel depoſitario in hoc caſu peribit, ac perinde ſoluet eam.

*Reſpon.*

*Quid operatur extimatio.*

*ff. de iur. dotium.*

*Nota differentiam.*

¶ Vltra prædicta iam neceſſarium eſt ſcitu dubium iſtud, quando aliquis in cõtractibus teneatur de dolo, quando vero de lata culpa, aut leui, aut de leuiſsima. ¶ Sit igitur primum pro apertione quæſtionis dictum: Quando aliquis contractus in fauorem, & vtilitatem ſolum alterius contrahẽtium fit, ille regulariter tenetur de dolo, & culpa lata, leui, & leuiſsima, alter autem in cuius gratiam non eſt, non niſi de dolo & lata culpa, vt in commodati contractu, qui regulariter eſt in gratiam commodatarij tantum, tenetur de leuiſsima etiam. In contractu vero depoſiti, qui fit regulariter in vtilitatem deponentis depoſitarius non tenetur, niſi de dolo, & de lata culpa.

*Quæſtio. De quali culp. quis teneatur. Dictũ. 1.*

¶ Secundum dictum ſit: Quando contractus in fauorẽ, & vtilitatem vtriuſq; fit, vterque tenetur de dolo & lata culpa & leui, ſed non de leuiſsima: vt in locatione quæ contractus eſt qui gratia vtriuſque cõtrahentis fit. Vnde neque de caſu fortuito tenetur. l. contractus. ff. de regulis iuris cum notatis ibi per Decium. ¶ Hinc infert Metina in contractu depoſiti: Si quis receperit torquem auri ad cuſtodiendum, niſi per culpam latam cuſtodiẽtis perierit, non tenetur reſtituere huiuſmodi torquem aureum, quia non ſufficit perijſſe ex leui, vel leuiſsima culpa cuſtodis, vel depoſitarij. Cuius ratio profertur, quia depoſitum torquis, vel cuſtodia eius ſolum eſt in vtilitatem illius torquis domini. Et ſic ſufficit vt reſtituere non teneatur, quod in illa catena aurea illam mediocrem adhibuerit diligentiam, illam cuſtodiendo, quæ in rebus proprijs domus adhiberi ſolet à cuſtode.

*2*

*ff. de reg. Coroll. Metin.*

*Ratio.*

¶ Hinc etiam infertur, in cõtractu locationis, qui gratia vtriuſq; partis fit, ſi verbi gratia, mula mihi locata periret, niſi periret, culpa mea lata, aut leui non tenebor ad illam reſtituendam domino, quia in hoc contractu non tenetur conducens mulam, niſi de lata culpa, & leui, & non de culpa leuiſsima, aut de fortuito caſu.

*Coroll.*

¶ Sed iam Metina in illa ſua inſtructione. fol. 157. interſerit hoc dubium: an ſi ego decepi locantem mihi mulam pro quatuor diebus ex Salmãtica ad Valliſoletum: ſi duobus diebus illud iter peragendo mula mihi locata in ipſo itinere mortua eſt an reus fiam ad reſtituendam illam. Quã quæſtionem ſic faciliter ibi expedit Metina dicens, quod niſi alia interceſſerit culpa: ſola deceptio, qua ſic locatorem decepi, in obligationem reſtituendi illam non me inducit, quia ex Salmantica ad Valliſoletum, non plus itineris eſt quam quod ſolita eſt mula peragere duobus diebus. Si igitur ſubminiſtraui ei ſufficienter cibum, ſi itinere obijt, domino ſuo videtur perijſſe: quia talis deceptio non videtur fuiſſe cauſa obitus mulæ, neque ad eius mortem ordinata. Sed ſi in foro exteriori coram iudice hęc deceptio probaretur, forte cogeret illam ſoluere, ſed in conſcientia non teneor. Niſi, vt alibi dixi limitando Metinam, quia talis mula fatigata erat aut macilẽta, aut morbida dominus eius ne deficeret in itinere ea condi-

*Queſtio. De mula iter ſto tum ex dente. Metina.*



tione eam locauit, vt id iter diebus. 4. conficeret, & non paucioribus.

¶ Cęterum, quoniam pro intelligentia naturæ contractuum, & ad in ſingulis proferendam ſententiam in vtroque foro, multum refert ſciſſe, in quibus contractibus trãsferatur dominium, in quibus vero tantum vſus fructus. Ideo primo id dubij illucidemus eſt opus. Igitur inter contractus non transferentes dominium primus eſt contractus depoſiti, per quem ſola cuſtodia rei alteri committitur. l. 1. & l. licet. ff. depoſ. Et regulariter fit in fauorem deponentis, & commendantis, licet quando exponit ſe depoſitarius ſe offerens ad cuſtodiendam rem: ſecundum doctores aliquos videtur teneri de leui culpa, quia gratia ſui etiam videtur depoſitarius ſe obtuliſſe. Sed hoc ita præſumetur in foro exteriori: ſed in conſcientia non ſtabitur tali præſumptioni, ſed potius rei veritati, & confeſsioni talis depoſitarij. ¶ Secundo contractus commodati non transfert dominium, ſed ſolum per illum conceditur vſus alicuius rei, quæ vſu non conſumitur. Vt verbi gratia, equi capit. 1. de commod. & toto titulo. ff de commo. vt cõmodatio gratuita, mulę, libri, veſtis, & id genus aliorum. Et regulariter commodatio fit in fauorem recipientis tantum. Vnde in hoc caſu, ſi commodatarius recipiat rem commodatam ſi illa res deterioretur, vel pereat, tenetur de dolo, & culpa lata, & leui, & leuiſsima in capit. vnico de commodat. quia in talibus debuit adhibere curam talẽ, qualem in rebus ſuis. Nec hoc ſufficit, ſi res potuit diligentius cuſtodiri, quia tenetur eam negligentiam cauere in cuſtodienda re ſibi commodata, quam diligentiſsimi ſolent vitare. ff. de act. & obligat. l. 1. De caſu autem fortuito, qui & à diligentiſsimo nequit caueri, commodatarius non tenetur.

*Depoſitũ non tranſfert dominium.*

*Cõmodatũ non tranſfert dominium. De cõmo.*

*Cõmodatarius tenetur etiam de leuiſsima.*

*ff. de acti.*

¶ Sed quid, ſi commodatarius recipit rem commodatam gratia commodantis tantum: vt, verbi gratia, ſi commodaui tibi veſtes pulchras, vt ornatior ad me venires ad me honorandum, & comitandum in feſto. ¶ Dico tũc in hoc caſu commodatarius recipiens huiuſmodi veſtes, ſi pereant, vel deteriorẽtur ſolum tenetur de dolo tantum. l. ſi vt certo. ff. eod. tit. Sed quia etiam lata culpa æquiparatur dolo, vt habetur. l. quod Nerua. ff. depoſit. vbi dicitur quod lata culpa eſt ſi minor cura alienis rebus adhibeatur, quam proprijs ideo cum Hoſtienſi tenendum eſt quod etiã in iſto caſu, vbi commodatarius tenetur ſolum de dolo, quia tantum gratia commodantis recepit, tenetur etiam de lata culpa, & nõ vltra. ¶ Sed quid, ſi commodatarius recipit rem commodatam gratia vtriuſque? Reſpondetur, tunc tenetur recipiens de dolo & lata culpa & leui: ſed non de leuiſsima ſecundum glo. l. ſi vt certo. §. interdum: & ſecundum Hoſtienſem.

*Quæſtio. Cõmodatarius qui tãtũ gratia cõmodãtis recepit te. de dolo.*

*ff. depoſit.*

*Quid cum gratia vtriuſq.*

¶ Sed dubitari à quibuſdam poterit hic & merito, vtrum regula generalis ſit obſeruãda, non ſolum in commodati contractu: ſed etiam in omnibus contractibus, vbi recipitur aliquid tantum gratia recipientis, ſcilicet, quod teneatur etiam de leuiſsima culpa. ¶ Igitur ad hoc reſpondet Panormitanus dicto capite vnico, hoc non eſſe ſpeciale in cõmodato: ſed eſſe generale in omnibus contractibus, vbi recipiens gratia ſui tantum recipit aliquid, quod tenetur etiam talis de culpa leuiſsima. ff. de regulis iuris. l. cõtractus. Fallit tamen in contractu precarij, vbi quis non tenetur, niſi de dolo, quia precarium poteſt ſemper reuocari: non autem commodatum. ¶ Præterea ex prędicto præiacto fundamento, quia in contractu commodati non transfertur dominium, patet ſolutio ad illam quæſtionem, ſi commodatarius rem commodatam per nũtium remiſit idoneum, & caſu fortuito res commodata perijt, an tenetur commodatarius ad eam amplius reſtituendam.

*Quæſtio. An regula iſta vbiq; valeat.*

*Reſpon. Panor.*

*Exceptio in precario.*

*Coroll.*

¶ Quia reſpondemus, quod non tenetur, quia res domino ſuo perit, ſic res commodata, ſecluſa culpa, commodatarij, qualis non fuit in hoc caſu. lege, argentum. ff. commod. & ibi gloſſa & Bartol. in lege eum qui. ff. eod. titul. & idem de depoſito in capit. ſignificare de pignoribus.

*Cõmodatum cui perit. ff. cõmod.*

¶ Secundo dicimus, quod quando nũtius non fuit idoneus, ſecus eſt, quia tunc tenebitur commodatarius reſtituere rem miſſam, ſi perijt ex culpa nuntij, quia ſibi imputet, ſi per inidoneum nuntium miſit. ¶ Tertio dicimus, quod in hoc caſu, ſi nuntius fuit infidelis: & tamen communiter reputabatur fidelis: tunc ſi culpa iſtius nuntij res commodata per ipſum miſſa perijt. non tenebitur mittẽs; quia non fuit in culpa in d. l. argentum.

*ff. cõmod.*

¶ Inſuper & ex eodem contrario principio patet ſolutio ad illam quæſtionem: Mutuatarius pecuniã ſibi mutuatam, aut triticũ, aut vinum, aut oleum, aut res vſu conſumptibiles ſibi mutuatas, quæ conſiſtunt in pondere, numero, & menſura, ſi per nuntium etiam fidelem, & idoneum, miſit & caſu fortuito pereant, an teneatur eas reſtituere iterum, quia ſatis ſolutio patet ad eam. Nam ex eo, quòd in mutuatione rerum vſu conſumptibilium, in mutuatarium transfertur dominium,

*Quæſtio. Cui perit mutuum.*

nium, & quia res ſecundum ius domino ſuo
ſolet perire, apparet planum eſſe, quòd talis
mutuatarius ab reſtituendo pecuniã quocun
que caſu amiſſam, antequam recipiat eam,
qui mutuauit ſibi nõ liberatur, niſi caſu quo
mutuans vinum, aut rem à ſe mutuatam exi-
gens nuntium delegauit mandans mutuata-
rio, vt ſuo nomine tali nuntio ſolueret. Quia
tunc poſt ſolutam pecuniam, ſi aliquo caſu
fortuito, vel infidelitate talis nũtij perijſſet,
quia iam mutuanti perit, & non mutuatario,
ideo mutuatarius eam ſoluere iam non tene-

*Coroll.*
tur. ¶Hinc corollariè elicitur, quòd depoſi-
tum prædictarum rerum in numero, ponde-
re, & menſura conſiſtentium, ſi fiat facultas
depoſitario, vt eis vtatur, tunc incipit eſſe
mutuũ, ſimulac depoſitarius incipit eis vti,

*ff. depoſ.*
vt patet lege quintus. ff. depoſ. & clarius, in
lege, certi conditio. §. final. cum lege ſequen.

*Cum depoſitũ trãſit in mutuũ.*
ff. de rebus credi. Et quia in mutuo transfer-
tur dominium in mutuatarium, ideo talis de
poſitarius in hoc caſu quocunque caſu for-
tuito prædictæ res depoſitatæ pereant etiã
ſine culpa ſua, tenetur eas reſtituere. Quia
iam per conceſsionem vſus earũ, & per vſum
earum ſimul ex contractu depoſiti ſecundũ
Nauarrum capite decimo ſeptimo, numer.
180. tranſierunt in contractum mutui.

*Quæſtio. An cõmodatario liceat poti⁹ ſaluar. res ſuas.*
¶ Ad hæc & illa quæſtio, quæ non curioſa
ſolum eſt, ſed etiam vtilis accedit. Vtrũ com
modatarius, qui non poteſt ſaluare res pro-
prias, & accommodatas poſsit præferre res
ſuas. Hæc quæſtio expedita ſatis manet per
hæc ſequentia dicta Primo, quòd commoda
1 tarius, qui non poteſt ſimul ſaluare res pro-
prias, & accõmodatas, poteſt præferre ſuas
etiam viliores accommodatis precioſioribus
quando accõmodatum fuit factum gratia ac
commodantis in dicto capit. l. ſi vt certo. ff.
2 eodem tit. ¶ Secundo dicimus, ſi res erant
eiuſdem pretioſitatis, & commodatum fuit
gratia recipientis, tunc non poteſt præferre

*ff. cõmodt*
res ſuas. lege in rebus. ff. eodem. ¶Tertio di-
3 cimus, quod ſi commodatum eſt factum gra
tia vtriuſq;, tunc poteſt commodatarius cæ
teris paribus ſuas res præponere, quia plus
4 ſua, quam aliena diligere debet. ¶Quarto
adijcimus, quod quando commodatum fit
tantum gratia commodatarij, poteſt præpo
nere res ſuas digniores alijs minus dignis ac-
commodatas, quia quilibet diligens, & dili-
gentiſsimus hoc faceret, & ipſe recipiens ad
plus non tenetur, vt ſupradictum eſt.

*Quæſtio. Res periſſe quis probat.*
¶ At & pro cauſidicis hæc quæſtio non
venit diſsimulanda, an commodatarius alle-
gans res perditas teneatur probare. Tenetur
A inquam, probare vt tradit Panor. capit. bona
fides. de depoſ. & Bartol. l. ſi quis ex argenta-
rijs. ff. de eden. ¶Sed ſi quæratur, quomodo
commodatarius id probabit: dicitur ad hoc
quod ſi ſunt caſus aperti, vt incendium, bel-
lum, tempeſtas aperte probabitur. Si vero ca
ſus ſunt occulti, probabitur per coniecturas
habito reſpectu ad qualitatem perſonæ, & ſi
milium. ¶Si vero ex aduerſo dolus, vel cul-
pa allegetur probabitur ex caſu non facile ſi
ne culpa contingenti. Vide Sylueſtrum ver-
bo, commodatum, in fine. *Syluest.*

¶ Porro, quoniam de contractibus, non
transferentibus dominium cœpimus agere,
B vt omnes proſequamur, dicimus, quod etiã
contractus locati & conducti non transferũt
dominium, ſed per eos vſus alicuius rei, quæ
vſu non conſumitur pretio conceditur, toto
titul. ff. & C. locat. & in decre. eo titul. qualis
eſt conceſsio non gratuita vſus domus, præ-
dij, mulæ, equi & id genus aliorum. ¶Cõtra-
ctus quoque pignoris dominium pignoris
non transfert in pignoratarium: ſed per eum
debitor creditori aliquid in cautionẽ pigno-
rat. l. 1. ff. & C. de pignoribus, & eodem titu
lo in decretalibus. ¶Iam vero meminiſſe re-
ſtat de contractibus transferentibus domi-
nium, de quorum numero ſunt emptio, & vẽ
C ditio. ff. & C. de contrahendis emptio. per-
mutatio, donatio, mutuum, per quod gratis
creduntur res, quæ in numero, pondere, &
menſura conſiſtunt, & vſu conſumũtur leg.
2. §. appellata. ff. de rebus credi. qualia ſunt
pecunia numerata, panis, vinum & oleum.

*In locat. non tranſfertur dominium.*
*ff. C. locat.*
*Nec in pignor. tranſfertur.*
*Hic trãſfertur.*

# CAP. CXCVII.

D *Vbi ſuperadduntur multa de materia depoſiti, & commodati: Et an ante tempus commodatum repeti poſſit, & de vtente eo in alium vſum: Et an poſſit retineri in debiti recompenſationem.*

IAm ſupradictis fundamentis
iactis, & quæſtionibus inde
emergentibus expeditis, ſu-
pereſt de hac materia depoſi-
ti, & commodati reliqua per
currere. ¶Addimus autem, & hoc ex Nauar
ro, animaduerſione dignũ documentũ, quod
quia regulariter depoſitum gratia ſolius de-
ponentis ſit, & quia vt dictum eſt per contra
ctum gratia alterius partis tantum factum,
altera pars de leui culpa non tenetur, ideo
ſi depo-



*Cuſtos tenetur de leui ſi accip. merced.*
*Armilla.*
ſi depoſitarius, vel cuſtos ob cuſtodiam ali-
quam mercedem accipit: tenebitur ſi ſua cul
pa, quamuis leui amittat: non autem leuiſsi-
ma contra Armillam depoſitum 92. vel ca-
ſu fortuito, niſi præceſſerit mora in reſtituẽ
do, vel pactum quod ad id eum obligaret,
vt ſupra diximus. Licet vt ſupra memini-
mus, nõ valeret pactum, ne depoſitarius de
dolo teneatur: quia eſt contra bonos mores,
& occaſionem peccandi præberet, quod lici
tum non eſt, cap. ex parte. de conſuetudine.

*De conſuetudi.*
*Quando de leui ten. depoſitarius.*
l. conuenire. ff. de pactis dotalibus. ¶ Adde
insuper, quod etiam, quando gratia depoſi-
tarij depoſitum factum eſt, tenetur de culpa
leui, & etiam quando ipſe ſe obtulit cuſto-
dem: ob quod qui depoſuit, alteri diligentio
ri committere omiſit, iuxta communẽ, quã
ſententiam cap. 4. ſuæ ſummæ latinæ nu. 3.

*Nauar.*
Nauarrus ſequutus Decium in dict. reg. con
tractus limitauit dicens, non eſſe veram: niſi
quando cuſtos, aut depoſitarius ſe ob ſuam
vtilitatem obtulit, & non quo gratificare-
tur deponenti, aut operam ſuam ei nauaret.

*Corollar.*
¶Hinc ex prædicta doctrina Nauarri autu
mo veram eſſe ſententiam Nurueñæ dicen-
tis, religioſos ſe offerentes ad doctrinam In-
dorum teneri ex iuſtitia ad id officij: ſiquidẽ
clerici per religioſos inde amoti, vel impedi
ti, ex iuſtitia id muneris erant exhibituri.
¶Tandem palàm eſt depoſitarium non ca-
rere peccato, ſi depoſito contra volũtatem
deponentis vtatur: ſicut etiam de vtente ſic
pignore dicendum venit.

*Quæſtio. An res cõ cõmodata repeti poſ. ante tempus.*
¶Vltra hoc dubiola quædam circa mate
riam cõmodati elucidãda veniunt. Vtrum,
ſcilicet, commodata res mobilis ſiue immo-
bilis ante tempus repeti poſsit. Dicitur igi-
tur ad hanc quæſtionem primo, quod inter
doctores non ſatis conſtat, ad hanc quæſtio
nem quid ſit dicendum. Nam licet omnes
in hoc conueniant, quod commodans com-
modatum ante tempus conſtitutum, à com
modatario contra eius voluntatem, & cum
commodatarij damno notabili non poteſt
repetere, ſine obligatione etiam reſtituendi
damnum ex repetitione tali ſequutũ, vt pa

*ff. cõmod.*
tet. l. in commodato. §. ſicut. ff. commoda. &
cap. 1. de commodato: tamen de hoc contro

*Angelus.*
*Syluest.*
uertitur inter Angelum verb. commodatũ.
4. & inter Sylueſtrum, ſcilicet, an quãdo cõ
modans tantũ damni pateretur, ſi ante tem-
pus nõ repeteret, poſsit tunc repetere. Nam
Angelus ait, ꝙ in hoc caſu poſſet repetere
in vtroq; foro. Sylueſter vero ait poſſe repe
tere tunc non in foro exteriori: ſed tantũ in
foro conſcientiæ. Et hæc ſententia Sylueſtri
A in æquitate videtur fundari, quia cæteris pa
ribus ſibi quiſq; magis quam alteri obliga-
tur cap. 2. non licet. 23. quæſt. 5. & l. præſes. *23. q. 5.*
C. de ſeruitu. ¶Nauarrus tamen ſumma lati *Nauar.*
na cap. 17. num. 182. indiſtinctè tenet diſce
dens ab Angelo, & Sylueſtro, ſcilicet, quod
in vtroque foro, etiam ſi commodans tantũ-
dem damni patiatur, ſi non repetat, ante tẽ-
pus non poteſt repetere, quod apparẽtibus
probat rationibus. Primò, quia textus indi- 1
ſtinctè loquitur in d. 1. cap. de commodato. *Ratio Nauar.*
& in dict. l. in rebus, quod ante tempus nul-
B lo modo poteſt repetere. Secundò, quia nul 2
la ratio tam in foro conſcientiæ, quam in fo
ro exteriori concludit commodatum ante
tempus poſſe peti. ¶Tertiò, quia licet quis 3
cæteris paribus ſibi magis, quam alteri obli
getur iuxta caput, ſi non licet citatũ: tamen
in propoſito non ſunt cætera paria: quia cõ-
modans ſua voluntate propriæ rei vſum al-
teri concedit: & ſuam fidem ſeruare tenetur
l. 1. ff. de pactis. cap. qualiter. eodem titulo. *ff. de pact.*
¶At licet iſta ſententia Nauarri bonis ra-
tionibus nitatur, ſed quicquid ſit de foro ex-
teriori, quia in eo iuxta eam iudicabitur: ta- *Sententia*
C men in foro conſcientiæ ſic cenſeo, tenendũ, *autoris.*
quod commodans tantũdem damnum paſ-
ſurus ſi non reuocet, poteſt non obſtante
damno tanto etiam commodatario obue-
nienti ex reuocatione, commodatum reuo-
care, non ſemper: ſed quando tali commoda
tario, & tali tempore commodabit, quod
commodatarius nõ poterat aliunde ſibi pro *Satis fit*
uidere, neq; aliũde ſuo ſubuenire dãno, quia *Nauar.*
iam non ſunt hic cætera paria, quia aliàs tũc
commodatarius erat illud damni neceſſariò
paſſurus: ſic iſte cõmodans ex ſuo beneficio
non debet damnũ reportare, ſi non repetat.
Sicut locans domũ poteſt expellere inquili *Exemplũ.*
num, ſi ea ſummè poſtea indigeat, vel repa-
D ratione opus habeat. Et ſicut donatio cauſa
mortis reuocatur, quando poſthumus naſci
tur in eo, quod ei officit, quia præſumitur
de eo non fuiſſe cogitatum: ſic quia in iſto
caſu cõmodans non cogitauit de ſibi obuen
turo damno, illo obuenienti in conſcientia
poteſt commodatum reuocare, quando cõ-
modatarius aliundè ſibi prouidere à princi-
pio non potuiſſet. ¶Sed ſententia Nauarri *Pro ſentẽ.*
videtur ſolum vera in caſu, quo commodata *Nauar.*
rius, ſi iſte commodans ei nõ commodaſſet,
à principio poterat ſibi aliter prouidere, &
veriſimiliter ſibi aliter prouidiſſet: quia tũc *Ratio.*
commodans ante tempus repetens, etiam
ſi tantum damni patiatur, tenetur reſti-
tuere damnum ex repetitione obueniens

commodatario: quia quod in alterius fauorem inſtitutum eſt, cuiuſmodi eſt commodatum, non debet in eius diſpendium retorqueri, id eſt, in diſpendium commodatarij.

*De precario.*

¶Denique inter omnes conuenit, quod ſi res ad certum tempus commodata non fuit, ſed quouſque commodanti placeret (quod precarium vocatur) cum libuerit repetere poteſt, niſi quando abſque cauſa, & cũ damno alterius repeteret. Quia tunc dolo id facere videtur, iuxta Syluestrum, verbo, Precarium quæſtione. 1.

*Quãdo cõmodatari⁹ ten. reſtit.*

1 ¶Adhæc de reſtitutione, ſiqua tenetur commodatarius, quia rem commodatam ad præfinitum tempus non reddit, facere hic nos mentionem oportet percurrendo cuncta.

*Dictũ. 1.*

¶Dicimus primo, præterquàm ꝙ peccat commodatarius rem commodatam ad præfinitũ tempus non reddendo, aut ſi reddit rem commodatam ſua culpa leuiſsima etiam, deterioratam, de qua deterioratione commodans non fuit contentus, tenetur reſtituere inde ſequutum damnum, vt eſt argument. capit. 1. de commod. cum ei annot.

2 ¶Secundo dicimus, ꝙ non tenetur commodatarius de damno, in caſu, quo ſine eius culpa res commodata perijt, aut deterior eſt effecta ſolo vſu, ad quem commodata fuit. l. ſi commodauero. ff. commod.

*ff. cõmoda.*

*Quid ſi cõmoda. alio vſu peat.*

¶Sed maius dubium emergit, præſertim in conſcientia, circa caſum, vbi res commodata perijt, aut deterior effecta eſt alio vſu, ad quem accõmodata non fuit. Et iam quidem ſupra exemplificauimus de commodatum accipiente equum, vt iret Salmanticam, qui eo equitans pergens Valentiam, eo expoliatus eſt à latronibus, quòd in vtroque foro tenetur reſtituere eum. Sed non apparet diſſona rationi, ſed æqua limitatio Nauarri cap. 17. ſumma latina. nu. 183. vbi ait, quod in hoc caſu vbi ad alium vſum ſiue ad aliud iter commodatarius vſus eſt equo commodato ſaltem in foro conſcientiæ, equum, ſeu commodatum reſtituere non tenetur, quando ſic perit, vel deteriorari contingit alio vſu, ſi certũ eſt eodem modo periturum, aut deterioratum iri: ſi tempore competenti commodanti reſtitutus ſit. Quia non tenetur tunc reſtituere, niſi id quod cõmodantis interfuit ob moram ſibi reſtituendi commodatum à ſe equum. Huius ſententiæ antea author fuerat Angelus, verbo, commodatum. §. 14.

*Limitatio Nauar.*

*Angelus.*

¶Secundo pro explicatiori intelligẽtia huius dubij, dicitur, quod licet ita ſit quod vtẽs cõmodato ad alium vſum, aut vltra tempus ſignatum à cõmodante, cum notabili damno commodantis tenetur id damni reſtituere, & rem ſimul, quamuis deterior fieret caſu fortuito, quia furtum committit iuxta legem, qui inuenta. ff. de furtis. &. §. placuit. Inſtit. de obligationibus, quæ ex delictis. l. ſi vt certo. ff. de commod & quia omnis fur, eſt in mora. l. in re furtiua. ff. de condit. furt. & caſus fortuitus ei, qui eſt in mora nocet, nihilominus hoc non obſtante commodatarius non eſt dicendus peccare: neq; eſſe fur, ſi alio vſu vſus ſit re commodata, vel vltra tempus illam detinuit: ſi probabiliter credidit eum, qui commodauit contentum fore, eò, quòd ipſe feciſſet, & ideò illud fecit, l. qui rem. ff. de furtis Peccat tamen commodatarius, qui rem ſibi commodatam, cum domini damno notabili alteri commodat. l. qui vas. §. ego. ff de furtis.

*ff. de furt.*

*Caſus fortuitus moroſo nocet.*

¶Sicut etiam, qui cõmodat alicui rem vitioſam ſcienter, & non dicens ei vitium tenetur de damno ſecuto propter hoc commendatario ſecundũ gloſſam in dicto capit. vnico. non autem ſi dixit vitium vel ignoranter fecit in dicta. l. in rebus. ff. commod.

*Queſtio.*

¶Inſuper, quoniam dictum eſt in commodato, cum in gratiam tantùm commodãtis ſit ſolùm, commodatarium teneri de dolo, & lata culpa, vt ſi vxor, vel amica veſtes, vel ornamenta viri, vel amici commodato recipit, quo ornatior ad eum accedat, nõ de leui tenetur. Et quia dictum eſt etiam quando commodatum ſit gratia vtriuſque teneri de leui, ſed non de leuiſsima recipientem, vt ſi recipiat aliquis vaſa argentea, & alia ſimilia ad honorifice recipiendum aliquem amicum, vel dominum communem, non mediocre dubium circa hoc & circa prædicta nobis faceſsit Sotus, qui libro 5. de iuſti. & iur. quæſt. 7. arti. 3. de nouo cõtra omnes aſſerit ſe credere cõmodatarium non teneri de damno dato culpa ſua leui: quãdo talis culpa in foro conſcientiæ ad mortalem non peruenit. Quia, inquit, culpas leues, & veniales, quaſi vix, & difficulter poſſumus cauere. Cui fauit olim Victoria dicens, quod, quia depoſitarius ſecundum iura, non tenetur de leui quando non peccauit mortaliter non tenetur reſtituere. Sed tamen cùm Nauarro capit. decimo ſeptimo. numer. 184. & cum communi ducimus tenẽdum, ſcilicet, quòd in contractu gratia vtriuſque inito tenetur quis de culpa leui etiam veniali, etſi non pertingat ad mortalem. Quia fundamentum Soti hic non currit: quia obligatio hæc de culpa leui in omnibus contractibus, vbi inuenitur, non tam deſcendit ex peccato, quam

*An cõmodatari⁹ in culpa veniali teneatur.*

*Ratio Soti Victoriæ.*

*Naua. ſen. tenenda.*

*Ratio.*



*Metina.*

quam ex natura contractus: accedit Metina in ſua inſtruct.

*Quæſtio. An in cõmodato cadat recompenſa.*

¶Offert ſe quoque hic & germana quæſtio, an poſsit quis retinere rem ſibi commodatam, puta, equum pro recompenſatione debiti. Nam lege vltima. ff. eodem. ſignificatur commodatum ratione recompenſationis prætextu alicuius debiti etiam liquidi non poſſe retineri. Sed nihilominus Panormitanus capit. bona fides. de depoſitis. & gloſſ. in dicta. l. finali. vbi, ſcilicet, debitum eſt liquidum contrarium tenent. Quibus vt diximus accedit Nauarrus cap. 17. nu. 186. vbi ait eſſe communem, ſcilicet, commodatum pro compenſatione alterius debiti liquidi à commodatario retineri poſſe, vt eſt argumen. à contrario l. final. C. de compenſationibus, & capit. 2. de depoſitis. & hoc in conſcientia.

*Panormi.*

*Gloſſa.*

*Nauar.*

*C. de compenſ.*

*Quæſtio. De expẽſ. cõmodati.*

¶At adhuc etiam dubitari ſolet, an res cõmodata puta equus retineri poſsit in pignus expenſarum in ipſo factarum. ¶Igitur communis reſponſio eſt, quod ſi commodatarius facit aliquam expenſam notabilem neceſſariam, puta, in medicinis equi commodati poteſt repetere à domino, niſi hoc fuit ex eius culpa. Ideo etiam in pignus magnarum impenſarum in eius curationem ab aliquo morbo, aut inueſtigationem eius, aut in alia ſimilia factarum, equus commodatus à commodatario retineri poteſt. l. in rebus. §. poſſunt. ff. de commodat. Ita Bartolus. l. diuo. §. impendia. ff. ſoluto matrimonio. Non autem commodatarius poteſt retinere non ſibi commodatam pro impenſis in ea factis victus, & curationis exigui pretij, quia has expenſas modicas ipſe iure facere tenetur. vt patet. l. in rebus. §. poſſunt. ff. commoda. & Bartol. vbi ſupra. l. diuortia.

*ff. de commod.*

*Bartol.*

*ff. cõmod.*

*Quid vſus cõmodati impeditus eſt.*

¶Mandabis memoriæ tandem, quod, ſi commodatarius non potuit vti re commodata infra præfixum tempus, etiam ſine culpa ſua, non poterit vltra illud tempus vti ea, ſine licentia cõmodantis, authore Panormitano in dict. capit. vnico. Quamuis crediderim, ſi id faciat ſub ratihabitione rationabili, carebit culpa in conſcientia id faciendo, quando æſtimauit dominum fore contentum, & habebat veram cauſam hoc æſtimandi: quia tunc nõ tenebitur, l. qui res. ff. de furt. ſupra de caſu fortuito.

*Panormi.*

*ff. de furt.*

*Regula res ſuo domino perit. regulariter.*

¶Tandem memento regulæ generalis ad omnes contractus, quod ea quæ pereunt regulariter domino ſuo pereunt. Cuiuſmodi ſunt, quæ commodantur, pignorantur, deponuntur, locantur, vt ſunt domus, beſtiæ, & ſimilia: quorum dominium non tranſit in accipientem. Quare niſi præcedat dolus, pactum, culpa, aut mora, ſi pereant in damnum dominorum, & non recipientium pereunt. Oppoſitum vero eſt vt diximus in mutuo, pecuniæ numeratæ, panis, vini olei. Quia etiam ſi ſine culpa pereunt mutuatario, quia dominus fit eorum, pereunt. Sed de materia commodati ſatis ſit hæc dixiſſe.

## CAP. CXCVIII.

*Adhuc de cuſtodia, ac de depoſito, & de quali culpa teneantur & de alijs huc attinentibus caſibus.*

INter prædicta de materia cõtractus commodati, aliqua principia cõmunia etiam ad materiam depoſiti & cuſtodiæ, & locationis præiacta ſunt. Tamen, quia ſermones in vniuerſali nõ tantum proſunt, ideò ſigillatim, quæ reliqua ſunt diſcutienda veniunt. Et primo rurſus de depoſito dico, quòd poteſt reuocari ad placitum deponentis, vt tradit Panormi. in dict. cap. bona fides, neque eccleſia tenetur de depoſito facto apud prælatum, vel alium officialium, niſi fiat per capitulum cum ſolennitate capit. 1. de depoſitis. niſi ſit verſum in vtilitatem eccleſiæ. vide Syluest. ibi. §. 2.

*Depoſitũ pro libito reuocatur.*

*Panormi.*

*An eccle. ten. de depoſi.*

¶Præterea, quia depoſitarius ſolum de dolo, & lata culpa: vt diximus, & non de leui tenetur. Ideo ſi non valet res ſuas, & depoſitatas ſeruare ſimul, ſi ſaluet res ſuas tantum in cõſcientia non tenetur de dãno iuxta dicta ſupra de commodato. Si vero tenebatur æquè ſeruare vtraſq;, ſi ſaluis ſuis vilioribus pretioſiores alterius perire permiſit, ad iudicium boni viri tenebitur, ſecundum Panor. in dict. cap. bona fides.

*Depoſitarius potiꝰ ſaluãs ſua an tenetur.*

¶Sed quid, ſi aliquis rebus ſuis maiorem curam, quam communis vſus hominum requirit, adhibuit, depoſito vero non tantam, ſed quantam naturæ vſus requirit, an teneatur de damno in depoſito ſubſecuto? Ad id dubij reſpõdet Bart. in. l. quod Nerua. ff. depo. quod in iſto caſu de tali dãno iſte tenebitur: ſi tenebatur depoſito tãtã diligẽtiã exhibere, ſicut ſuis. Quòd credo tũc cõtingit, qñ res tales ſuę, & res depoſitæ erãt eiuſdẽ pretioſitatis, & depoſitum fuit factũ gratia recipiẽtis. Quia tũc nõ potuit præferre res ſuas, vt allegatum eſt ex. l. in rebus. ff. commod. quia tunc præſumitur dolus, & non bona fides. Idem tenet gloſſ. in. l. Nerua. quia ib interuenit lata culpa, iuxta iſtam legem, vbi minori

*Quæſtio. An teneatur diligentior circa ſua quã circa depoſitum.*

*Bartol.*

*ff. cõmoda.*

minor cura adhibetur rebus alienis, quàm
proprijs.

*Quæſtio. A de re depoſita ſtabul.ten.*

¶Adhæc licet ſupra meminiſſe memine-
rim huius quæſtionis an tabernarius, vel ma
giſter nauis teneatur de re depoſita in taber
na, vel naui ſi perdatur: nunc rurſus dicimus
more Diui Thomæ, qui cauſa ſeruandi ordi
nis, & aduertentiæ iuuandæ, iam ante dicta
ex conſulto repetit, prædicta repetentes cõ
pendioſe, quod tales de tali re non tenen-
tur, niſi res depoſita in taberna, vel naui fue-
rit eis conſignata. Ita Cardi. poſt Specul. in
Clementi. ne in agro. ¶Sed quid, ſi talis res
conſignetur eis in burſa, vel taliter, quod nõ
videatur. Reſpondetur plane, tunc non cre-
ditur deponenti aliqua perijſſe, niſi probet
authore Matth. in eadem Clementi. §. ſanè.
¶Sed nunquid ſtabitur tunc iuramento de-
ponentis, & conſignantis. Dicitur proculdu
bio, quod non ſtabitur, vt elicitur de iure iu

*De iureiuran.*

rando. capit, finali: quia iuramentum datur,
niſi quando ſemiplena probatio præcedit,
vt in capit. fin. quod metus cauſa. Secus eſ-
ſet, quando ad oculum rem oſtendiſſet, vt
pecuniam. Idem dicas de alijs,

*Quæſtio. An depoſito poſ. vti.*

¶Vltra hæc, quia inſinuatum eſt depoſi-
tarium re depoſita vtentem ſine licentia Do
mini habita, vel credita dari ſi petiuiſſet, fur
tum committere iuxta legem, qui furtum.
ff. de conditione furti an hoc in aliquo caſu
fallat dubitari ab aliquo poſſet. Quare ad
hoc reſpondentes, etiam dicimus, quod fal-
lit hoc in his, quæ in pondere, & menſura de
ponuntur, quia his vti poteſt depoſitarius,
dum non ſe exponat periculo non ſoluendi
ex tali vſu, niſi pecunia daretur in ſacculo ſi
gnata, vel deponens diceret: nolo hoc frumẽ
tum, vel huiuſmodi diſtrahi, quia tunc furti
genus eſſet eis vti. Vt aperte probatur in. l.
ſi ſacculum ff. depoſi. Ideo in hoc caſu non
debet diſtrahere.

*Quæſtio. Depoſitũ reddẽdum niſi in. 4. caſ.*

¶Deinde etiã inquirendum venit, an ſem
per depoſitarius teneatur reddere depoſitũ
petenti, deponenti: quia hoc quoque ſcitu
dignum eſt. Dicimus teneri quidem, niſi in
quatuor his caſibus, in quibus reddere depo
1 ſitum non tenetur. Primus eſt, quando de-
ponens effectus furioſus gladium depoſitũ
repetit, etiam ſi iuraſſet ad eius repetitionẽ
ſemper reddere, capit. ne quis. 22. quæſt. 2.
2 ¶Secundus caſus eſt, ſi poſt depoſitionem
bona deponẽtis publicata fuerunt: quia pu-
blico depoſito, tunc dãda ſunt. l. bona fides.
3 ff. depoſi. ¶Tertius caſus eſt, quando fur de-
poſuit aliquid, & fur, & dominus rei ſimul
concurrunt: quia in repetitione præponitur
A dominus rei in dicta. l. bona fides. ¶Quartus 4
caſus eſt, quando fur deponit rem apud do-
minum, cui ſurripuit, vel apud proprieta-
rium rei in. d. l. bona fides.

*Quæſtio. Depoſitũ an veniat in compenſationem.*

¶Iam ſicut quæſitum eſt de commodato
ſupra, hic quoque de depoſito, quia peculia
ris ratio dubitandi eſt, indagare oportet,
vtrum depoſitum cauſa compenſationis à
depoſitario retineri poſsit: quia videtur id
lege prohibitum eſſe in capit. bona fides. de

*De depoſ.*

depoſi. Vbi decernitur depoſitum via com-
penſationis retineri non poſſe, neque in to-
B to nec in parte: quamuis in alijs admittatur
ſi debitum eſt liquidum. Ita etiam Frater Io

*Ioſeph.*

ſephus in ſuis floribus. ¶Sed tandem reſolu

*Panormi.*

toriè dicendum eſt cum Panormitano in ca-
pit. bona fides. quod ſi debitum ſit liquidũ:
licet in foro exteriori, talis compenſatio nõ
admittatur: tamen in foro animæ compenſa
tio indirecta in his depoſitis bene admitti-

*Quid compẽſatio indirecta. Syluest.*

tur. Compenſatio vero indirecta ſecundum
Syluestrum eſt, vbi pro debito, donec ſibi
ſoluatur retinet quis ſibi rem debitoris quæ
ad ipſum peruenit. ¶Deponens autem rem

*Depoſitũ clã nõ redhibendũ. D. Thom.*

eam iam depoſitam furtiue accipere nõ po-
C teſt, authore D. Thom. 2. 2. quæſt. 66. art. 5.
Quia talis ſic accipiẽs grauat depoſitarium
ad reſtituendum, vel ad oſtendendum ſe li-

*Exceptio prima.*

berum. ¶Duobus tamen caſibus ab eo clam
poteſt accipi cum cautione, ne iterum reſti-
tuat, ſcilicet, quãdo depoſitarius noſcit rem
depoſitã iniuſtè poſſeſſam eſſe à deponẽte,
dñs, ſi aliter via iuſtitiæ non poteſt, poteſt
ſic eam à depoſitario recuperare: vel quan- 2
do dominus rei ſimul cum vſurpante, qui eã
depoſuit eam petijt, & vtriq; eam depoſita-
rius denegauit, poteſt ab domino clam recu
perari, ſi aliter fieri non poteſt. Quia tunc
depoſitarius rem iniuſtè detinet: ideo clam
ab eo auferri poteſt, eo modo, quo alia iniu-
D ſtè detenta, & ea adhibita diligentia, ne ite-
rum cogatur in cõſcientia, vel aliter ex igno
rantia facti reſtituere, argument. in. l. ancil-
læ. C. de furtis.

*C. de furt.*

*Quæſtio. Æſtimatio an aliquid operetur in depoſito.*

¶An vero æſtimatio in depoſito aliquid
operetur, dicimus, quòd hoc ſolum opera-
tur, vt diximus, de cõmodato: vt ſi res depo
ſita, dolo, vel culpa lata depoſitarij pereat,
vel deterioretur deponens à probatione e-
ius æſtimationis releuetur: non vero vt fiat
venditio, atque ſi caſu fortuito pereat, non
ideo depoſitario peribit, quod ſit ſibi data

*De cuſtodib.*

æſtimata. ¶Porro, quoniam rei depoſitio
cauſa cuſtodiæ eſſe videtur, ideò non erit
ab re & de cuſtodibus nonnihil ſermonis in-

*Nauar.*

ſerere. Et licet Nauarrus in additionibus
videatur



videatur aſſerere, quod non ad omnes famu
los domini attinet ſeruare res domus: niſi
ſint ſpecialiter ad id ex officio ſuo præfe-
cti, ſicut maiores domus maiordomos, vel
alij, quibus ſpecialiter ea cura eſt commiſſa:
tamen acceptanda videtur illa triplex ſupra
dicta diſtinctio cuſtodum: quia quidã ſunt
qui ſine mercede, ſed gratis cuſtodiunt.
¶Secundo, alij cuſtodes ſunt, qui accipiunt
mercedem: ſed non ſpecialiter pro cuſtodia.
¶Tertio vero alij ſunt, qui accipiunt ſpecia
liter mercedem pro cuſtodia rei. ¶Primi te-
nentur de dolo, & lata culpa tantum, quia
gratia alterius cuſtodiunt. ¶Secundi vero
tenentur de dolo, & lata culpa, & leui. ¶Ter
tij tenentur etiam de leuiſsima, ſecundum
gloſſ. in. l. qui mercedem. ff. locat. ſed credi-
derim hos poſtremos etiam ſpecialiter mer
cedem pro cuſtodia accipientes non teneri
de leuiſsima, ſed tantum de leui, niſi pro-
pter acceptam mercedem ipſi ſe obtuliſſent
in caſu, quo res pretioſa alias diligẽtiſsimo,
pro cuſtodia erat tradenda.

*Quæſtio. Merces accepta quãto magis oblig. Dictũ. 1.*

¶At merito quis hic hæſitabit, acceptio
mercedis in his cõtractibus commodati, de-
poſiti, locati, quanto maiorem obligationẽ
operatur. Nec enim quæſtio hæc videtur ſu
peruacanea. Quare ad eam dicitur primo,
quod quando ſumus in contractu, in quo
quis tenetur ſolum de dolo, & lata culpa: ac
ceptio tunc mercedis pro cuſtodia facit, vt
teneatur de leui: quia tunc cuſtodia eſt loca
tio, non autem de leuiſsima, vel de caſu for-
tuito: niſi præceſſerit mora in reſtituendo,
vel pactum, quo ad id obligaretur. Ita ſupra
ex Nauar. ſumma latina, cap. 17. num. 181.
& ſic intelligitur cap. bona fides. de depoſi-
tis. ¶Secundo dicitur, quod ſi ſimus in con-
tractu, in quo quis tenetur de leui culpa, ſi-
cut in locato, quando res non requirit dili-
gentiſsimam curam: ſic acceptio mercedis
pro cuſtodia facit, vt teneatur pro leuiſsi-
ma: & ſic venit intelligenda dicta lex qui

*Nota.*

mercedem. ¶Et tenetur etiam de culpa co-
rum, quorum opera vtitur: ſi ipſe diligen-
tiam non adhibuit. l. ſi merces. ff. locat. §. qui

*Officiarius tenetur de leuiſsima in opere p̃tioſo.*

columnam. ¶At vero, quoniam locans ope-
ras ſuas officiarius, quod de leui culpa tan-
tum teneretur dictum eſt: hoc exceptionẽ
habet in caſu, quo quis officialis operas ſuas
locat in re: quæ curam diligentiſsimã requi-
rit, vt in gemma polienda, vel veſte pretioſa
conficienda, & huiuſmodi: quia hic tenetur
etiam de leuiſsima in dict. §. qui columnam,
alias de leui extra iſtum caſum tantum tene
tur. ¶Porro, quoniam ſuperius, quomodo

*De proba. culpæ in cuſtod.*

A commodatarius allegans res perditas tenea
tur probare, diximus: iam nunc dicendum
reſtat, quis probabit, ſi cuſtos negauerit ſuo
dolo, vel negligentia amiſiſſe rem? Hic com
muniter per diſtinctionem reſponderi ſoli-
tum eſt. Nam ſi in conſcientia loquamur: cõ
feſsioni cuſtodis in hoc fidem adhibebit con
feſſarius. At vero in foro iudiciali, & conten
tioſo ipſe cuſtos probabit ſecundum gloſſ.
in dict. l. qui mercedem. Et idem iudicium
ferendum eſt de cuſtode carceris, & de de-
poſitario. ff. de cuſto. & exhib. re. l. vltima.
Exceptis his caſibus, in alijs regulariter ob-
ſeruatur, vt qui dolum allegat, probare illũ

*ff. de probationibus.*

B debeat, iuxta. l. quotiens. ff. de probationib.

*Quæſtio. Quis tene. pro cuſtod. equi cũ dat ſuũ famul.*

¶Poſtremo & hic caſus non infrequens,
accerſiri poteſt in dubium, an dominus lo-
cans equum, qui pro illius cuſtodia mittit
famulũ, teneatur pro cuſtodia equi, an ipſe
conductor, qui conduxit equum, potius te-
neatur pro cuſtodia illius, & videtur, quod
ipſe conductor equi teneatur: quia ſecundũ

*Bartol.*

Bartolum in. l. ſi vt certo. §. ſi de me. ff. com-
mod. ſicut per appoſitionem cuſtodis non
videtur remiſſa cuſtodia carcerario circa car
cerem. Ita in equo locato per miſsionem fa
muli pro eius cuſtodia non videtur propter
hoc conductor eius eum teneatur minus cu

*Reſolutio. Syluest.*

C ſtodire. Nihilominus reſolutoriè cum Syl-
ueſt. verb. Cuſtos. §. quarto. dicimus primo,
quod ſi cõſtat, quod locator famulum miſit
pro cuſtodia, & hoc fecit ab initio cõductor
non tenetur pro cuſtodia. ¶Si autem loca-
uit equum, & famulum: negligentia famuli,
non excuſat dolum conductoris, antequam
reſtituat equum famulo, ſecundum gloſſ. §.
ſi de me. l. ſi vt certo. ff. commod. Si autem
poſt reſtitutionem equi famulo facta equus
pereat, non tenebitur conductor in. l. ſi mei

*Syluest.*

cauſa. ff. commod. ¶Sed addit Syluest. quòd
ſi nihil apparet, an miſerit famulum pro cu-
ſtodia ſi ſimpliciter vtrumque locauit famu
D lum & equum, tunc in dubio non videtur re
miſſa cuſtodia equi. vt. l. penult. cum ſua gl.

*ff. vſufru. De cuſto. caſtri.*

ff. vſufruct. quemadmodum. ¶De cuſtode
caſtri, quod cuſtodiendum illud ſuſceperat
per annum, ſi in fine anni obtulerit illud do
mino non amplius tenetur de illius cuſto-
dia: ſi captum fuit ab hoſtibus, etiam ſi no-
luerit illud recipere eius dominus, ſecũdum
Syluestrum verbo, Cuſtos. quæſtione quin

*Bartol.*

ta. Imo Bartol. l. ſi mora. ff. ſoluto matrimo
nio. tenet indiſtinctè, quòd etiam ſi non fe-
cit oblationem caſtri domino non intelligi-
tur iterum ſe ad cuſtodiam illius obligaſſe,

*Imola.*

& idem ibi tenet Imola.

CAP.

# CAP. CXCIX.

*De locatione, & de contractu quodam locationis vſitato: Et de locatione rerum eccleſiæ vltra triennium, an ratione ſterilitatis in locatione remittenda ſit penſio.*

*Quæſtio. Vſus locati impeditus reſtit. penſio.*

IAM de depoſito, & cõmodato, & cuſtodia expedita diſputatione, de contractu locationis, nunc nobis inſtat agendum. Et primo quæritur de eo locatore, qui cum locaſſet fundũ conductori poſtea ob crimen ab ipſo commiſſum bona perdidit, an ad aliquid reſti- B tuendum conductori teneatur pro eo, quod non potuit eo fundo, vt conuenit vti. Reſpõdet Nauarrus cap. 17. nu. 187. ex communi ſententia, locatorem teneri ad reddendã conductori totam penſionem, vel pro rata temporis, quo nõ eſt vſus fundo: ſiue fundus publice banniatur ob maleficium, ſiue detur militibus: patet ex. l. ſi fundus. ff. locat. vna cum gloſſa. ¶Sed an in hoc caſu teneatur locator conductori ſoluere intereſſe damni emergentis, aut lucri ceſſantis: eo quod non fuit vſus eo toto tẽpore, ad quod conduxit, quia præter intentionem locatoris videtur id euëniſſe, dicitur, quod non tenetur.

*Nauar.*

*An hic intereſſe ſit reſtitu.*

¶Idem quoque dicendum videtur de locatore, qui compellit ad ſoluendam integram penſionem domus locatæ, conductorẽ eam relinquere coactum ob peſtem, vel ob aliã iuſtam cauſam ſuperuenientem ante diſfinitum tempus. Quia ſolum ſecundum Nauarrum pro tempore, quo ea vti potuit, ſoluere tenetur capit. propter ſterilitatem. cum annot. de locat.

*Nauar.*

*De locat.*

¶Sed ne ex ignorãtia ſignificationis propriæ terminorum contingat aliquem forte nouitium lectorem confundi: ideo prænotãdum eſſe cenſeo primum, quod locatio importat conceſsionem factam perſonæ rei ad vſum, conuenta mercede in pecunia numerata, & ſi aliud daretur non eſſet locatio, ſed contractus innominatus. Cõductio vero eſt perſonæ, vel rei ad vſum acceptio interuentu pecuniariæ mercedis. Ita quod cõductor eſt, qui ſoluit penſionem: locator autem qui dat ad vſum rem modo dicto. §. ſi quis. ff. depoſi. l. 1. Si vero conductio ſit reſpectu operis, qui ponit operas eſt locator, & qui ſoluit eſt conductor. ff. eod. titu. l. item quæritur. §. Sed & conductor rei vrbanæ dicitur inquilinus, ruſticæ vero colonus nuncupatur. ¶Inſuper notandum venit, quod omnia A quæ vendi poſſunt, poſſunt etiã locari exceptis ſeruitutibus prędialibus, vt iter, via quę locari non poſſunt, gloſſ. & text. in. l. locare. ff. locat. ¶Item etiam ſeruitutes perſonales, quæ ſunt vſusfructus, bene poſſunt locari: ſed non ſeruitus vſus ſolius: quia ſolus vſuarius ea vti poteſt, Inſtit. de vſu, & habitat. §. minus. ¶Porro inter quæſtiones pertractandas hic primò occurrit illa, cuius meminit Cordub. in tracta. de caſibus conſcientiæ. q. 93. Vtrum poſsit dominus fundi fundũ locare, boues & pecuniam ſuppeditando agricolæ, vt vſq; ad tot annos quotannis tantũ tritici impendat. Qui quidẽ contractus B Hiſpanicè dicitur, *aboyar las tierras*. At quatenus explicatius fiat ſatis quæſtioni, oportet referre hic modum, formamq; cõmunẽ, qua contractus hic ſolet iniri. Nam ſic receptum in vſu eſt, quod quidam dominus fundum poſsidet quindecim modios ſeminis capientem, quem alicui agricolæ locat hac cõuentione, vt triginta modios per medietatẽ tritici, per medietatem hordei quotãnis ſibi impendat: ſubminiſtratq; ei boues ad culturam agri, vel octo millia dipondiorum, quibus par boum emat. Et pro huiuſmodi vltra prædictos triginta modios agricola penſurus eſt viginti modios quotannis per o- C cto annos pro medietate in tritico, pro medietate in hordeo. Agricola vero retenturus eſt ſibi boues hos, vel pecuniam octo milliũ dipondiorum perpetuo. ¶De quo contractu aduertit Corduba, eum duobus conſtare contractibus. Quorum primus eſt locatio agri quindecim modios ſeminis continẽtis pro triginta modijs, pro medietate tritici, pro medietate hordei. Qui quidem contractus ad ſui iuſtificationem requirit, vt dominus fundi ſic locati perpendat, ſi ipſe ſuis ſumptibus, & labore eas terras coleret, an ex eis puros triginta prædictos modios exciperet, vel eorum æquiualentiam, deductis D primo ſumptibus, laboribus, & periculis, interuenturis vſque ad demeſsionem fructus. Habita quoque conſideratione quod quotannis agri non æqualiter vberes afferunt fructus. Accidit enim interdum in anno vix ex ipſis demeti, aut colligi ſemen, & ſumptus: præſertim cum coluntur quotannis.

*Quenam poſſunt locari.*

*Quæſtio. De locatione agri tum datis bobus.*

*Forma contractus exponitur.*

*Cordub. Duplex hic contractus interuenit.*

*Locatio.*

¶Sed de ſecundo contractu inibi contento, dicimus præ ſe ferre naturam permutationis, vel venditionis, & emptionis. Quia ſubminiſtrare agricolæ par boum, aut loco illorum octo millia dipõdiorũ non eſt liberalis donatio, neq; mutuum: quia dominium boum, & periculum illorũ tranſit in agricolam,

*2 Cõtractus reducitur ad permutationem.*



lam: neque reddere eos tenetur, neque ea- A dem ratione apparet eſſe locatio. Nec propriè dicendus eſt talis contractus emptio: cum non interueniat pecunia: licet aliquomodo ad permutationẽ reduci poſsit: quia boues, vel eorum valor pro redditu tritici pro octo annis videntur permutari.

¶Sed tandem reſolutoriè ad hunc ſecundum permutationis caſum dicimus, quòd quanuis contractus permutationis ſicut etiam emptionis licitè fieri ſoleant debitis obſeruatis circunſtantijs, & præſertim circunſtantia de iuſto pretio: ſed in præſenti caſu B circunſtantia iuſti pretij non videtur ſeruari. Quare cõtractus non eſt licitus, quia permutantur boues valentes octo millia dipondiorum, vel ipſamet octo millia dipondiorum in pecunia pro centum & ſexaginta fanecis tempore octo annorũ ſoluendis, quas ſupra nominamus modios, quæ earum pretio arbitrio boni viri computato, pro medietate tritici, medietateque hordei quindecim millia dipondiorum valent. Vnde pretium boum, vel eorum valor, ſi ſit octo millia dipondiorum, non eſt iuſtum pretium prædictarum centum & ſexaginta fanecarum fru- C mẽti, quia eſt inæqualis permutatio: & quia vt ſupra diximus in permutatione transfertur dominium, & quia res domino ſuo perit: ideo ſi permutatio hæc fuiſſet inſta, quæ certè non eſt, teneretur agricola etiam ſi primò anno boues interiſſent nihilominus redditus illorum octo annorum quotannis annuam penſionem ſoluendo integre ſoluere. Sicut emptus equus iuſto pretio, ſi ſine culpa venditoris obijt, etiam ſi ad creditum fuit venditus, & eſto ſtatim primo menſe obijt: tenetur emptor, quia ſibi perit & in poteſtate dominioque eius erat: integre eius pretiũ ſoluere. Licet in foro exteriori, ſi ſtatim obijt nonnihil præſumptionis eſt ante em- D ptionem morbidum fuiſſe: ſed in conſcientia ſtamus ſoli veritati, & non præſumptioni. ¶Et quoniam ad vſuræ materiam pertinet quæſtio illa, an liceat dominis agrorum, locationis augere pretium obligando ſe ad mutuandum pecuniam, pro ſumptibus agriculturæ, & bobus emendis, ideo ibi expedietur. ¶Inſuper & ſingularem illam quæſtionem, quam Corduba agitat loco citato quæſtione 103. Quoniam ad materiam locationis attinet hic intertexendam duxi, an capellanus locare potuit bona ſuæ capellaniæ alteri pro tempore vitæ capellani: ¶Breuiter igitur cum Corduba reſpõdemus primo, dicentes ad caſum; quod locatio facta de reddi- A tibus Eccleſiæ vltra trienniũ irrita eſt, & nulla. Huius ſententiæ eſt Syluester verbo, alienatio, quæſt. 15. & locatio. quæſt. 2. & Couarruuias in reſolutionibus lib. 2. capit. 16. nume. 7. Corollario. 3. Et patet ex extrauaganti ambitioſe de rebus eccleſiæ non alienandis. Eſt etiam talis locatio vltra triennium contra intentionem Concilij Tridentini. Quia irritat locationes tales ad longum tempus, quanuis longum tempus ſecũdum ius dicatur decennium. Ita Concilium Tridentinum, Seſsio. 25. cap. 2.

*Reſolutio.*

*Exemplũ.*

*Quæſtio. An locatio rerum eccleſ. valet vltra tempus ſignatum.*

*Corduba.*

*Syluest.*

*Couar.*

*De rebus eccleſ.*

*Cõci. Trid.*

B ¶Sed, an talis capellanus per totam vitam ſuæ capellaniæ locans alteri redditus excõmunicationis ſententiam incurrerit, controuertitur inter doctores. Dicendum eſt ergo, quod, quia ſecundum Caietanum in ſumma titu. excommunicatio. cap. 75. talis extrauagans, ambitioſe, non valet, neq; obligat: niſi ſecundum quòd recepta eſt in vſu in diuerſis prouincijs, quantum ad pœnas, ſic teſtante Nauarro in ſumma cap. 27. nu. 150. ideo non videtur in omnibus recepta quantum ad incurrendam ſententiam excommunicationis. Cæterum in diœceſi Toletana eſt re- C cepta, & valet quantum ad irritationem talium locationum vltra triennium: hancque practicam ſequuntur viſitatores. ¶At vero ordines mendicantes, vt patet in compendio ſuorum priuilegiorum, hoc potiuntur priuilegio, vt poſsint redditus ſuarum poſſeſsionum cum licentia ſuorum priorũ prouincialium vltra triennium locare.

*An capellanus locans vltra triennium ſit excom.*

*Caietan.*

*Nauar.*

¶Iam pecunia eccleſiaſtica voto, vel iuramento non deputata, vt inſumatur in bona immobilia, in magna quantitate an poſſit alienari ſine ſolennitate: opiniones contrariæ ſunt ſecundum Syluestrum alienatio, quæſtione octaua. Sed Corduba in additionibus ad tractatum de caſibus conſcien- D tiæ, quæſtione 183. ſequitur opinionem Panormitani cap. nulli. de rebus eccleſiæ non alienan. quam dicit eſſe veriorem, vbi Panormitanus habet, quod talis pecunia eccleſiæ etiam in magna quantitate ſine ſolennitate poteſt alienari, contra aliam opinionem aſſerentem, quod talis pecunia ſi ſit in magna quantitate ſine ſolennitate alienari non poteſt, ſecus ſi ſit in parua. Sed tamen ait Corduba ibi contra Syluestrum pecuniam magnam ſine ſolennitate alienatam poſſe repeti per eccleſiam, & ſic interim videtur tenendum.

*Quæſtio. Pecunia eccleſiæ an poſſ. aliena.*

*Syluest.*

*Corduba.*

*Panormi.*

¶Nũc verò celebris illa quæſtio agitãda venit, vtrum locator agrorũ propter ſterilitatis euentũ teneatur agricolæ, cui locauit remit-

*Quæſtio. An propter ſterilitate*

*mittatur penſio.*

*Dictū. 1.*

remittere penſionē. Et,vt à clarioribus,procedamus,primò dicimus, quòd quando ſterilitas fortuita,de hac enim loquimur , talis accidit: quam neque fertilitas anni præcedētis,neque ſequentis compenſare poteſt , tenētur tunc locator agricolæ aliquam facere remiſsionem,vt patet ex cap.propter.de locat.l.ex conducto.§.ſi vis.ff,locat. quamuis ſecundum Nauarrum.cap.17.nume.187.ad id non teneatur locator,eo ſolùm , quòd fructus iam percepti damnificentur,ſurripiantur,aut pereant:quia id ſterilitas dici nō poteſt,iuxta.l.damnum.C.de locat.& l.ex cōducto.§.ſi vis.ff. locat. Sed addit Sylueſter, verb.locatio.queſt:13.quòd ſecus eſt etiam in his caſibus : quando hæc damna accidêré ante collectionem : ſi erant colligendi fructus.Quia tunc , vt patet ex.l.ex conducto. §.ſi vis.ff.locati,remittetur penſio. ¶Secundo dicimus,quod de iure cōmuni eſt , quod non teneatur locator remittere aliquid penſionis:quando poteſt fieri compenſatio anni fertilis cum ſterili.

*ff.locati.* *Nauar.* *Sylueſt.*

*Quæſtio. Quænā ſit ſterilitas inducens remißio.*

¶Sed quænam ſit hæc ſterilitas fortuita, propter quam penſio in locatione agrorum venit remittenda,vel minuenda,opus eſt ſcitu, cuius intelligentia elicitur ex.l.ex conducto.§.ſi vis.ff.locat.ſcilicet , quod ſterilitas fortuita talis eſt, quæ contingit ex inſolito calore,frigore, tempeſtate , terræmotu, magna alluuione,locuſtis,bruchis, & id genus alijs,quæ abſque aliqua culpa , agricolæ eueniunt.Tamen bene hic aduertit Sylueſt. loco citato,quod ſi ſterilitas non contingat caſu fortuito: ſed vitio & debilitate terræ ſecundum directo.nulla fit tunc remiſsio. Vt quia vinum coacuit , aut herbis ſegetes ſunt corruptæ , quia hoc imputari poteſt colono,qui herbas non remouit.Et idem dicitur, ſi ſoluatur certa ſpecies : quia licet non ſit propriè locatio, tamen quoad hoc idem eſt iudicium.

*Quæſtio. Quanta ſterilitas requiratur ad remiſ.*

¶Deinde iam ad quæſtionem plenam opinionibus acceſsimus,quænam ſit,& quanta illa ſterilitas, propter quam venit facienda penſionis remiſsio. Nam Sylueſter loco ſupra citato enumerat hic quinque opiniones.Et ad hanc reſolutionem , quam Nauarrus ſumma latina,cap.17.numer.188.viſus eſt amplecti,tandem accedimus , ſcilicet , ꝙ ea ſterilitas verius,& proprius dicitur talis, quæ penſionem remittit , quam conuentio partium,aut conſuetudo, vel communis opinio regionis probat. His autem ceſſantibus,illa opinio Bartoli in dicto. §. ſi vis. venit eligenda cui ſubſcripſit Ioannes Andreas in capit.propter ſterilitatem. ſcilicet , quod iſta ſterilitas eſt illa,quæ eſt tanta, vt ex tribus partibus , quæ communiter colligi ſolent vix duæ tantum colligantur : vt ſi ſolent colligi quindecim modij frumenti, & non colliguntur niſi decem,quo caſu, ſi prædium erat locatum tribus aureis duo ſoluantur. ¶ At vero in Luſitaniæ regno teſtificante Nauarro,ſic lege ſancitum eſt,quod in huiuſmodi conductionibus agrorum , quando nulli fructus extiterint, nullam penſionem ſoluat agricola . Et quando aliqui fuerint, quamuis pauci ſint integram ſoluat, aut omnes fructus domino relinquat,de illis ſemente deducta, ſi eſt prædium ab eodem ſatum, alias nihil.

*Nauar.* *Bartol.* *Ioā. And.* *Lex Luſitania.*

*Quæſtio. Quādo ſit recōpēſ. ſteril.*

¶Cæterum iam de iure compenſandam eſſe ſterilitatem vnius anni cum fertilitate alterius eſſe diximus,ſed quando id fieri debeat non ſatis inter doctores cōuenit. Nam aliqui dicunt,quod tunc ſterilitas vnius anni compenſanda eſt cum fertilitate alterius. cum in præcedenti anno , aut ſequenti plus ſolito colligitur. At Nauarrus loco citato, verius eſſe cenſet,quod ſufficiat, vt colligatur tantum quantum pacto, aut conſuetudine ad id conſtitutum eſt , aut ſi plus ſolito tertia pars colligatur:quia tunc non fiet remiſsio: ſed fiet recompenſatio cum fertilitate anni præcedentis immediatè,vel ſequentis,ſi in aliquo eorum ſic collectum eſt durante locatione eadem. Quia ſi ad ſterilitatem ſufficit , vt in tertia parte minus ſolito colligatur,ſic vt non fiat remiſsio, ſed compenſatio ſatis eſt ſi in anno præcedenti , aut ſequenti annum ſterilem , tertia pars vltra ſolitum colligatur , neque Nauarrus ponit in hoc differentiam vllam , quod penſio ſit ſoluenda in pecunia numerata, aut in alia quauis re,arg.in.l.illud. ff.ad legem Aquiliam.& capit.2.de tranſlatio.prælatorum.

*Nauar.* *ff. ad legē Aquil.*

*Quæſtio. Sterilitas non currit in partiarijs.*

¶ An vero prædicta lex de remittenda, vel diminuenda penſione propter ſterilitatem , exceptionem habeat,in locatore & cōductore , quando ſunt ſocij partiarij? Dicitur vtique hic ſit exceptio: quando ſunt ſocij partiarij tam lucri , quàm damni. Itaque conductor tunc diuidit cum domino rei locatæ lucrum,aut damnum: id eſt , tunc non fiet remiſsio,vt bene notat gloſſa in dicto capit.propter ſterilitatem, & ſecundum Ioannem Andream , & Panormitanum in dicto capitulo.propter. ¶Sed neque in penſionibus rerum,quæ in longum tempus in decem,vel plures annos,aut in vnam, vel plures vitas conducuntur , & locantur habet locum lex ſterilitatis,quia tūc remiſsio locū nō habet,neq; locator penſionem ſolitā ſibi dari remittere tenetur , etiam ſi maior pars rei ſic ad longum tempus locatæ pereat,etiā caſu fortuito modo non tota pereat iuxt.l. 1.C.de iure emphy. Hoc autem verum eſt in caſu duntaxat,vbi modica penſio exolueretur potius ad recognitionem dominij directi,quam ad ſolutionem fructuum. Quando vero tanta eſſet penſio exoluenda,quæ fructibus reſponderet,id eſt,quando tantundē ſoluitur,quam ſi ad modicum tempus conduceretur;tunc in hoc caſu ſecus eſſet , quia hic prædicta remiſsio penſionis facienda veniret.Et huius ratio eſt:quia hic emphyteuta ſiue conductor non tam ſoluit pēſionem ad recognitionem dominij directi, quam ad fructuum compenſationem,iuxta communem opinionem,quam vt citat Nauarrus ſequitur Iaſon in.l.1.C.de iure emphyt.num. 2.Tertio,vt diximus,non habet locum remiſsio propter ſterilitatem quando ſecundum Sylu.verbo,Locatio,quæſt. decimatertia,ſterilitas ex vitio, aut tenuitate agri venit,in quo multa copia graminis ſementem ſuffocans pullulat:quia hoc vitio & incuriæ agricolæ non repurgantis agrum ab herbis, & zizanijs,aſcribendum venit.

*Ioā. And.* *Panorm.*



*C.de iur. emphyt.* *Limitatio.* *Hic non fit remiſſ. penſ.*

## CAP. CC.

*Adhuc de locatione,ſcilicet,an ratione fertilitatis augenda ſit eius penſio,Et quid quādo caſu fortuito,vel culpa ſua,vel conductoris locator operum omiſit operari : Et de quæſtione celebri,an liceat locare gregem ouium cum conditione,vt ex fructibus reddatur integer.*

HAnc locationis proſequēdo materiam , quærendum econtrario nobis ſupereſt, an ſi fertilitas augeatur,penſio prouētus, aut locationis ſit augenda.Et videtur quòd ſic à contrario ſenſu.Nam ſi propter ſterilitatem penſio venit remittenda, quare propter fertilitatem contingentem non erit augenda.¶Igitur pro illucidatione quæſtionis ſit aſſertum primum ; ſcilicet , ꝙ penſiones prouentus,aut locationis nō ſunt augendæ , ex eo quod fructus ad maiorem valorē peruenerint,aut propter hoc, quod per induſtriam coloni conductoris in maiorem copiam excreuerint; quia id ſuæ induſtriæ debetur: quia ſua induſtria non debet ei damno eſſe.Sicut neque etiam non eſt augenda penſio , quando fertilitas ex fœcunditate agri euenit : ſicut etiam econtra non fieret remiſsio propter negligentiam coloni vel ſi parum valerēt fructus.l.ex cōducto.ff. eod.titulo. Secundum aſſertum, ſit : Si fertilitas augeatur caſu fortuito; vt,ſi quia alia molendina ſunt deſtructa,ideo molēdinum meum tibi locatum,plus tibi fructificat, teneris augere mihi penſionem locationis pro rata aucti fructus. Vnde ſi in hoc caſu ex molendino conductor, quinquaginta percipere ſolebat:& quia reliqua molendina vicina deſtructa ſunt, hoc anno centum percepit pro rata penſio augeri debet : ſicut etiam penſio ob ſterilitatem caſu fortuito euenientem diminui ſolet : quia contrariorum eadem eſt diſciplina capitulo hoſpitiolum. 32.dicta.l.1.de his qui ſunt ſui,vel alieni iuris.Hoc tenet gloſſ.in.l.ſi merces.ff. eod.titul.& Panormitanus in capit. propter , & Sylueſt.verb.Locatio.quæſtione.14.

*Aſſert. 1.*

*Aſſert. 2. Fertilitas ex caſu fortuito auget penſionem.*

*Panor.* *Sylueſt.*

*Quæſtio. Quid ſi ſtat per conductorem ne præſtētur operæ.*

¶Inſuper hic conſequenter,& illa explicanda eſt quæſtio,quando quis locauit operas ſuas alteri:neque ſtat per ipſum quin ſoluat , ſed per conductorem eius ſtat , an non obſtante hoc , conductor teneatur ſoluere mercedem. Quæſtio eſt,in qua non ſatis cōueniunt Sylueſter,verbo,Locatio, quæſtione duodecima, & Nauarrus ſumma latina, capitulo decimo ſeptimo,numero.198. Nā Nauarrus ſine limitatione & abſolute ait, diarium perſoluendum eſſe operario conducto,etiam ſi caſu fortuito contingēti ex parte perſonæ conductoris operari omiſit. At Sylueſter loco citato,quia iſte caſus eſt expreſſe.ff.locat.l. ſed addes. §. cum quidam, &.l.ſi vno.§.cum quidam.ff.locati. Ait hoc eſſe verum abſolute in foro exteriori.Sed in conſcientia non eſſe verum, quod cōductor caſu fortuito impeditus , operario ob id omittenti operari,ſtipendium ſoluere teneatur:niſi quando talis operarius conductus, quando conductus fuit,ſi ille eum non conduxiſſet,diarium,id eſt, ſtipendium diurnū alibi reperiſſet. At quidquid dicat Nauarrus de hac limitatione,quod non videtur ſibi iure probari;& quidquid ſit de foro exteriori, tamen in foro conſcientię æqua talis limitatio Sylueſtri videtur propter rationes ſuperius à me allatas in quæſtione de commodāte patiente tantundem damni, ante tempus repetente commodatum à patiente etiam damnum. At ratio potiſsima,quæ mihi opinionem Sylueſtri perſuadet eſt , quia reſtitutio in conſcientia , & ſolutio ordinantur ad compenſandum damnum,ſcilicet,ad cōpen-

*Sylueſt.* *Nauarr. variant.*

*Limitatio Sylu. placet.*

*Ratio.*

A pẽſandum ſecũdum D. Thomam id minus, quod quis habet de eo, quod debebat habere. Sed ſic eſt, quod talis locator tempore, quo conductus eſt, ſi iſte non conduxiſſet eum, nihil erat lucraturus. Quia, vt ſupponimus cum Syluestro, ſtipendium in alio loco non reperiſſet. Ergo in hoc caſu nihil minus habet, ex eo quod debebat habere. Ergo nihil à conductore caſu fortuito impedito in conſcientia eſt ſibi reſtituendum. Secus ſecundum Syluestrum, ſi in alio loco ſtipendium reperiſſet: quia tunc ſibi ſuum ſoluetur in hoc caſu ſtipendium. Sicut etiam ſtipendium ſoluendum venit ei, ſi ipſe paratus eſt ad præſtãdas operas, quas locauit, ſi culpa, vel dolo B conductoris eas non præſtat.

*Quæſtio. Ad quid ten operas non præſtans conductus.*

¶Sed quid, ſi per locatorẽ, ideſt, per operarium ſtetit, quominus operas conductori præſtaret. ¶Ad id dubij reſpondetur primo cum Nauarro cap. 17. nu. 197. quod ſi operarius promiſit pro diario, pro altero laboratu rum, & dolo, aut culpa ſua id non præſtitit, tenetur damnum conductori, ob id acceptũ reſtituere arg l. fin. ff. ad l. Rhodiã, de iactu. & dicta. l. ſed addes. §. cum quidam. Secundo dicimus cum Syluestro, quod ſi talis locator operum caſu fortuito, & non culpa ſua fuit impeditus: remittetur tunc penſio pretij, ſeu ſtipendij, pro rata temporis, quo fuit ſic im- C peditus. leg ſi vno. ff. locat. §. Item cum quidam, neque tenetur ad intereſſe.

*ff. locati.*

*De expẽſ. fortuito impediti. Syluest.*

Sed quid, ſi iſte locator caſu fortuito, ſine culpa ſua impeditus iam inchoato opere, feciſſet aliquas expenſas ad ſe præparandum, & caſu fortuito impediatur. ¶Reſpondet Sylueſter verbo, locatio. §. 12. quod repetet illas expenſas, quas fecit propter hoc, à conductore, vt habetur in lege. pecuniam, in principio. ff. de condi. ob cauſam. de eo, qui parauerat ire ad locum, & fuit impeditus tempeſtate.

*ff. de cond. ob cauſ.*

Et licet dictum ſit quod remittitur penſio, quã do ſtat per locatorem impeditum caſu fortuito, quominus operas locatas præſtet; ta- D men hoc non habere locum in aduocato ait Sylueſter, quia non repetitur ſalarium acceptum ab hæredibus aduocati, eo moriente. l. 1. ff de va. & extraord. cogn. ¶Idẽ quoque de habentibus officium publicum dicẽdum eſt quod de aduocato l. laboribus. §. de illo. ff. de vſu fructu, & l. diem functo ff. loc. & l. diem functo. ff de offi. aſſe. item fauore libertatis. l. cum hæres. §. Stichus. ff. de ſtat. lib. & ſic tene, niſi conſuetudo aliter haberet Vide Syluestrum verb. familia. §. 2.

*Exceptio in aduocato. Syluest.*

*Quæſtio. An locãs*

¶Sed quoniã ſingula notatu digna, quæ inter doctores ſparſa reperiuntur, hic congerere decreuimus: iã de illa quæſtione ad hãc materiam pertinente, cuius meminit Metina in ſua inſtructione fol. 149. de contractibus ſocietatis. §. 27. meminiſſe quoque nos oportet, an qui locat boues, mulas oues, poſsit obligare conductores ad reddendum boues, vel animalia ſic locata ſana

*animalia poſſit eum petere ſana.*

*Metin.*

Metinã igitur cenſet circa hanc quæſtionem. quia de natura locationis eſt, quod res locatori (quia dominus eius eſt) pereat, & non conductori, quando in culpa leui eius deteriorationis, aut interitus non fuit. Ideo ſi locator conductorem agricolam velit obligare ad animalia illi locata libera & ſana reddenda, vſurã B committit. quia in hoc caſu conductor agricola nihil pro interitu ſine culpa tenetur reſtituere. Et ſic puto tenendum eſſe.

*Soto limitatur.*

Licet Sotus in de iuſtitia, & iure videatur inſinuare oppoſitum, dicens eum, qui locat equum, & timet maxime vexandum à conductore poſſe paciſci cũ illo: vt ſibi reddat eum ſanum: quod ego ſatis ſecurum eſſe non puto. Niſi in caſu forte, quo æquiualenter ad aſſecurationem equi locati, quam conductorem cogit ſubire, diminueret, de pretio locationis equi, caſu, quo veriſimiliter timeret equum valde vexandum in itinere, vel occidendum.

*Quæſtio. An locãs boue aliũ simil. poſſ. repetere.*

C ¶Hinc iam patet quid ſit dicendum ad illam quæſtionem, quam frater Ioſephus in ſuis floribus Theologiæ proponit, vbi agit de vſura ratione locationis. Vbi quærit, an liceat alteri locare iumẽta, aut boues ſub iſta forma. Accipe bouem conductum à te ad colendum agrum quatuor ducatis: hac lege, & conditione, vt alium bouem eiuſdem ætatis, cuius eſt modo hic, reddas: audacter ait, & bene eſſe hunc contractum abſq; dubio vſurarium. Quia tales negotiatores Hiſpanice renoueros vocantur: quia vltra ſortẽ petunt boum renouationem. Vnde iſte contractus æquiualet mutui contractui, quia perinde D eſt ac ſi diceres. Accipe bouem mutuatum, vt alium maioris pretij, ac valoris reddas. Quia cum bos laborãdo moderate, locatori deberet deteriorari, & perire, ſi perijſſet, id periculi appretiabile pretio conductorem facit ſubire.

*Quæſtio. An liceat locare oues renouãdas ex fætib.*

¶Præterea hic iam de illa quæſtione, de qua rogatus ſum ab amico in noua Hiſpania, reſpondere cogor, quia frequens eſt contractus in noua Hiſpania, vtrum liceat locare oues, vel capras eo pacto, ac lege, vt conductor earum ſoluat tantam penſionem, & vltra hoc ſe obliget ad illum numerũ ouium ſibi locatarum ſuſtentãdum, ſupplendũque, & reſi-



A &reficiendum ex fructibus & fætibus ouiũ ſi forte aliquæ de illo numero interierint: taliter quod tot oues renouatæ locatori reddantur, etiam ſi perierint quot tradidit in locatione, vltra annuam pẽſionem locationis.

*Metin.*

Et quidem Metina in illa ſua inſtructione loco citato, hunc contractum videtur damnare; quia expreſſe meminit ibi de locatione ouium fructificantium: quas in locatione periculo locatoris & domini locandas eſſe ait: alias eſſe vſuram. At in contractu hoc in noua Hiſpania valde recepto oues locatæ non pereunt dño, & locatori: ſed potius conductori: qui ex fructibus & fætibus naſcẽtibus, qui ratione locationis ſibi debentur obligatur eas reficere eumque numerum integrũ, & ſanum reddere. Sed prædictus mihi familiaris, licet damnaret hunc contractum in locatione boum, quia non fructificant; ſed aiebat poſſe ſuſtineri in locatione ouium, quia fructificant, ac per conſequens numerus ouiũ in parte deficiens inde poterat ſuppleri.

*Obiectio.*

Sed in contrarium eſt, quòd cum iſti fructus conductori ouium ratione pretij, quod pendit pro conductione ſint debiti, ſi ex debitis ſibi fructibus cogitur reficere numerum ouium pereuntium: iam oues locatæ non domino locanti eas, ſed conductori earum perirent, quod eſt contra naturam cõ C tractus locationis, vbi res locatæ, niſi intercedat leuis culpa conductoris, locanti domino pereunt.

*Obiectio in contra.*

Sed ex alia parte durum eſſe videtur damnare contractum hunc tam toleratum ac vſu receptum in noua Hiſpania inter religioſos etiam. Igitur licet non adeo liqueat quid ſit dicendum, & quomodo contractus hic poſsit ſaluari: tentabo tamen circa hoc meam ſententiam, ſaluo eorum, qui me docere poſſunt, meliori iudicio, dicere.

*Dictũ. 1.*

¶Dico igitur primo, quòd ſi re vera, ita in D hoc contractu eueniret, quod tam magna pẽſio exigeretur à conductore pro locatis ouibus, quòd talis penſio æquiualeret fructibus, & fætibus ex ouibus à conductore percipiendis, tunc patenter eſſet iniuſtus contractus: vbi vltra penſionẽ conductor aſtringeretur ſanum & incolumem reddere ſic locatum numerum, illum ſupplendo, & reficiendo, ex fætibus ſibi pro locatione iuſti pretij debitis. Et hoc probant ſufficienter rationes pro hoc factæ. Et hoc eſt quod voluit inſinuare Metina, dum damnat hũc cõ-
2 tractum. Secundo dico directe ad contractum, qui dicitur vſu receptus in noua Hiſpania, quod non poteſt ſuſtineri in conſciẽ-



A tia: niſi forte locans oues tantum remittat de pretio penſionis pro locatione ſoluendæ ſibi à conductore, quantum iuſte alias poſſet plus exigere. Ita quod talis pars ſic remiſſa æquiualeat oneri, & grauamini, quod cõductor ſponte, & voluntarie ſe offert ſubire, ſcilicet, aſſecurandi numerum ouium ſibi locatarum, earum pereuntium numerum ex fætibus ſibi naſcentibus ſupplẽdo. Quia hic non videtur intercedere inæqualitas, nec volenti ſic contrahere fit iniuria.

*Ratio.*

Nam, ſi iniuria aliqua hic interueniret, eſſet ratione obligationis ſibi impoſitæ ſupplendi numerum pereuntium ouium. Sed hæc obligatio cum B ſit æſtimabilis pretio, recte ſibi recompenſatur, vt ſupponimus per extenuationem pretij iuſti maioris, quod pro locatione tali poterat alias exigi iuſte à locante, ſi id obligationis, & grauaminis conductori non imponeret.

*Exemplũ bonum.*

Sicut dicunt aliqui doctores, licere alicui mutuare, vt iuſto pretio mutuatarius molat ſuum triticum in ſuo molẽdino. ſ. mutuantis, ſi aliquid de pretio molituræ, demat pro illa obligatione, qua ſe obligat mutuatarius vltro ſe offerens ad molendum in molẽdino mutuantis: ſic in prædicto caſu dicunt aliqui euenire, ſcilicet, quod ſi ad id nõ obligarent domini conductorem longe plus C pretij iuſti pro locatione ouium poſſent iuſte exigere; quod an ita ſit ipſi viderint. Nã arbitrio bonorum virorum, & prudentum, expertorumque hoc eſt librandum.

*Quæſtio. An locare quis poßit bouẽ dando pretiũ ipſius.*

¶Adhæc & alium caſum ibi ſupradicto loco folio. 149. Adducit Metina. vbi. Dubitatur, inquit, an ſi veniat quiſpiam agricola egeſtate oppreſſus ad me, vt locem ſibi bouem, quo quidem boue ego careo; An poſſim ei erogare. 20. aureos dicens, en tibi do bouem, quia do tibi. 20. aureos, quibus poſſis eum emere. Verumtamẽ, daturus es mihi tantum duos aureos pro locatione bouis, D reddeſque mihi poſt locationis tempus, horum. 20. aureorum capitale ſaluum. An iſte contractus liceat. Solutio eſt in procinctu, quod nullatenus licet: quia non vacat magna vſura. Quia hic neque talis bos ſuppetit locanti eum, neque agricola eum emit. Vel ſi agricola ex. 20. aureis prędictis eum emerit obligat agricolam taliter contrahens, vt agricola eum reddat ſanum. Ac perinde accidit in hoc contractu, ac ſi contrahens mutuaret, vel diceret, en tibi mutuo, 20. aureos & pro eorum mutuatione, daturus es tantum, quod vſura eſt patens.

*Quæſtio. An res lo-*

¶Vltra hæc contingit circa hanc materiã dubitari, an conductor poſsit alteri rem ſibi con-

*cata poßit alteri locari.* *Panor.*

conductam locare. Adhoc reſpondet Panormitanus in capite, inter dilectos, de fide inſtrumentorum, & habetur etiam. l. nemo. C. locat. quod poteſt quidem conductor rem à ſe conductam alteri locare, niſi in duobus caſibus. Primo, niſi aliud ſit conuentum inter locatorem, & conductorem, iuxta prædictam legem, nemo. Secundo, niſi propter hoc alteri fiat præiudicium; vt ſi perſonæ inhoneſtæ, vel inſolenti locaretur, vel inuitis ſocijs ſecundum communem opinionem.

*Quæſtio. De inquilinis proximis ſe impedi.*

¶Interſeri hic ſolet & quæſtio hæc, quæ vſu accidere poteſt, an domus propinqua alicui magiſtro, vel lectori poſſit locari alteri, huiuſmodi lectorem in ſuo officio impedienti. Et videtur, quod ſic: quia quiſque poteſt vti iure ſuæ domus eam locando, cui vult. Breuiter igitur ad quæſtionem reſponſum accipito, quod in tali caſu domus propinqua nõ poteſt locari alteri impediẽti, puta fabro ferrario, vel alteri lectori, ita vt inuicẽ voces cõfundãtur. Et ſi ſic fieret prior inquilinus poſſet alium expellere. Ita lege vnica. C. de ſta. lib. vr. Ro. & cap. pridem. decima quinta quæſtione ſecunda. & ſecundum Bart. lege. prima. ff. ſolut. mat. *C. de ſtat. lib.* Sed dico in arbitrio iudicis eſt iudicare, quis talium inquilinorum ſit expellendus conſideratis circunſtantijs, & his, quæ ad æquitatem pertinẽt. Et hoc eſt æquius.

# CAP. C C I.

*De caſibus, in quibus inquilinus poteſt amoueri à ſibi locata domu: Et an licet locare domos meretricibus, Vel Vſurarijs: Et an clericis liceat locare operas ſuas pro diuinis officijs exercendis. Et quo tempore anni penſio locationis ſit ſoluenda.*

VT ad abſolutionem huius materiæ de locatione properemus reliqua, quæ nos manẽt dubia, nunc diſſoluere contendamus. Primo ex iure eliciendo caſus, in quibus colonus, ſeu inquilinus, cui in certum tempus domus locata eſt, ante præfinitum tempus poſsit ab ea amoueri. *Caſus in quib. inquilinus poteſt amoueri.* Sunt enim quatuor caſus, in quibus hoc fieri licet

1 vt continetur in capi. propter. §. 1. cũ gloſſa de locat. Primus, quando in longum tẽpus, ſcilicet, in decem aut ad minimum in quinque annos locata fuit domus, & conductor in duobus primis annis penſionem non ſoluit. Aut quando in minus tempus locata eſt,

A & die præſtituto non ſoluit, neque celeriter ſatisfacit. l. ædẽ. C. de locat & dict. cap. propter. §. 1. *C. de loca.* Tamen qui non ſoluit per dictum biennium in primo caſu audiendus eſt, ſi paratus eſt ſoluere. lege. quæro. ff locati, ſi tamen alius caſus de ſequentibus, non eſt.

2 Secundus caſus eſt, cum dominus locans domum, ad ſuam habitationem propter aliquã neceſsitatem ſuperuenientem poſt ea opus habet dicta. l. ædem, dicto cap. propter. §. 1. Si tamen commode ſibi aliter prouidere poteſt, non dicetur neceſsitatem habere. Quæ tamen ſuperuenire poteſt locanti, qui aliam domum non habet: quando locat ſecundum

B Nauarrum cap. 17. num. 193. contra Sylueſtrũ verbo, locatio. quæſtione. 9. *Nauar. cont. Syl.* Vbi Syluester ait, quod ſi locans domum tempore locationis aliam domum non habebat, etiam, ſi ſuperueniat neceſsitas, non poterit expellere inquilinum, quia tunc imputabitur ſibi, in cuius gratiam allegat. ff. locat. leg. ſi quis domum. §. huic ſubiungi. At vero Nauarrus ait, quod ſi tunc tempore locationis locans ſuam domum degebat cum alio, & poſtea vxorem duxit, cum qua ſeparatim viuendũ eſt ſibi, poterit expellere inquilinũ. Et hoc videtur magis æquitati accedere, quidquid ſit de rigore iuris.

3 Tertius caſus eſt, quando

C domus indiget reparatione, qua tempore locationis non indigebat, vt in dict. cap. propter. Sed in hoc caſu ſicut in præcedẽti ſecũdo ſiet recompẽſatio ad ratam temporis, vt in. d. ca. propter. §. 1. & ea reparata inquilinus poteſt petere ſe reponi in ea per gloſ. & textum. ſi duo. ff. vti poſsi. §. cum inquilinus. *ff. vti poſ.* Igitur in hoc caſu, vt diximus, remittenda eſt penſio: vel locator prouidebit de alia domo æque idonea. l. cum plures. ff. eo. tit.

4 Quartus caſus eſt, ſi conductor peruerſe cõuerſatur in domo ſibi locata etiam ſine læſione domus. Vt quia ibi meretrices, deſides quoſque & lenones, & id genus homines vitioſos recipit;

D tuncque locans nihil conductori de penſione remittere tenetur ſecundũ Hoſtienſem, & Nauarrũ. *Nauar. Hoſtien.* Aut ſi malè vtitur domo cum damno illius, intra cubicula ſues inducendo, arbores inſcindendo, agrum debito tempore non colendo: & tunc dominus remittere de penſione pro rata debet. Poteſt tamen damnum in iudicio, & intereſſe petere. Ita Panormitan. Ioan. Imola & Hoſtien. in dicto cap. propter. *Panor.* & ſic concordantur. l. eadem, & caput propter. quæ vidẽtur contrariari.

5 At Alexander Imo. conſil. 126. addit. 5. caſum quando, ſcilicet, conductor iurauit omni anno ſoluere, & ceſſat vno anno ſol- *Imol.*



*C. de traſ.* no ſoluere. l. ſiquis maior. C. de tranſact. Et hoc communiter ſecundum doctores in. d. l. tenet in omnibus contractibus iuratis.

*Quæſtio. Emphyte. eccleſ. non ſoluen.*

¶Deinde illi quæſtioni in hoc loco faciendum eſt ſatis, an qui aliquam rem propriam eccleſiæ in emphyteuſim temporariam, aut perpetuam habet, & penſionem non ſoluit, ipſofacto eã perdat. Reſpondetur, quòd diffinitio eſt iuridica contenta cap. potuit. de locat. quod conductor in caſu quæſtionis ipſofacto eam perdit, ſi per biennium pẽſionem ſoluere ceſſauerit, niſi celeritate ſolutionis mora purgetur. *Quomodo purgatur mora.* Sed quando purgetur iſta mora non ſatis conuenit inter doctores. Nam Innocentius & Ioan. And. in. d. cap. potuit de locat. & Bald. Spec. tit. de locat. tradunt iſtam moram purgari: ſi ante citationẽ vel ſtatim poſt eam ſine alia dilatione ſoluit debitor eccleſiæ dictam penſionem. At vero gloſſa, & Cardinalis. in d. cap. potuit potius cenſent in hoc caſu, ſcilicet, quando, mora celeritate ſolutionis purgetur, vel non relinquendum eſſe arbitrio iudicis: qui penſatis circũſtantijs hoc iudicabit. Et hoc verius eſſe videtur ſecundum ſententiam Nauarri cap. 17. num. 192. *Nauarr.*

*Queſtio.*

¶At quid ſi prædium, quòd quis ſic in emphyteuſim habet, ſit alterius perſonæ priuatæ, & non eccleſiæ, an amittatur tale prædiũ ob non ſolutionem? Reſpondetur, quòd non perditur ob non ſolutionem penſionis ante trium annorum lapſum. Verumtamen mora ſolutionis purgari nõ poteſt propter maius temporis ſpacium, quod ad talem ſolutionem faciendam præſtatur. l. fin. C. de iur. emphy. *C. de iure emphyt.* Sed ſi dominus prędij debet tantum emphyteutę, quantum ſibi debetur, non perdit rem emphyteuticam. Et hoc propter compenſationem, quæ ſolutionis vim habẽt argumen. capit. fin. de depoſ. ibi Panormi. & alij.

*Quæſtio. An liceat locare domum meretricibus. Nauar.*

¶Præterea, licet hic mihi placeat illã inſerere quæſtionem, an liceat locare domos meretricibus paratis ibi ad meretricandum, quam longe lateque proſequitur Nauar. in ſua ſumma lat. cap. 17. num. 194. Sed tamen nõ eſt animus eam prolatare: ſed potius ſub his punctis ſtrictim coarctare.

*Dictũ.* 1. Vnde dico primo, quod licet poteſtati publicæ permittere, vt in aliqua ciuitatis parte ſint meretrices ſecundum D. Auguſt. in libr. de ordine. *S. Aug.* prout refert D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 2. *S. Thom.* dicens, quod vt Deus permittit aliqua mala: quo maiora vitentur, vel maiora bona ſequatur, ita poteſtas humana imitans eum id facere poteſt.

2 Secundo dico cum Nauarro, *Nauarr.* quod

A licet permittere lupanaria ratione iã dicta. Sed non eo modo quo alicubi permittuntur videlicet, conſtituendo eis patronos, & locando domus carius, quam locarentur honeſtis, eo quòd magis lucrantur, quam illæ; & recipiendo aliquam turpis lucri partẽ. Quia hic modus eſt participandi lucrum ex peccato proueniens, & quia authore Caiet. ſupra d. art. 2. non licet permittere peccatum hac ratione, vt participet quis inde lucrum procedẽs. Sed dico forte, ſicut meretrix poſt patratum peccatum licite pretium accipit: *Sententia autoris.* ita licite pro domo illi locata in loco permiſſo citra conſenſum illius peccati licebit

B locanti id pretij recipere contra Nauarrum, qui hic adhuc in ſua opinione videtur perſiſtere, quam ſupra ſufficienter refutauimus. Vbi nitebatur defendere, quod meretrici in conſcientia poſt perpetratum peccatum nõ liceat pretium ſuæ turpitudinis, tanquam ex debito legali ſibi debitum accipere; aut exigere.

3 Tertio cum Nauarro aſſerimus, q non licet locare meretricibus domos in ea parte ciuitatis, in qua ciuitas non permittit eas habitare; quia talis ſic locãs legem, & cõſuetudinem iuſtam tranſgreditur contra caput, quæ contra mores. 8. diſt. *8. diſtin.*

4 Quarto dico, quòd licet Nauarrus ibi aſſerat difficile defendi poſſe,

C quod non peccat mortaliter, qui facit vel locat domum meretrici ad meretricandum, etiam in ea parte ciuitatis, in qua permittitur habitare, propter multa argumenta apparentia, quæ ibi accumulat: ſed quia contrarium ſeruat conſuetudo totius fere orbis Chriſtiani, & quia prædictum dictum Diui Auguſtini ab omnibus receptum *S. Auguſ.* vix poteſt permitti ſine domuũ locatione; & quia in vrbe Romana ſciente & patiente Papa conſueuerunt locari domus meretricibus, & confeſſarij abſoluunt, & ſemper abſoluerunt locatores earum ſine propoſito abſtinendi à tali locatione, & quia ad contraria

D argumenta, quæ iudicio Nauarri vrgentiſſima ſunt reſponderi poteſt, talia, argumenta militare: & cõuincere cõtra illũ, qui locat tales domus eo fine principali, vel minus principali vt meretricetur: non autẽ contra illos locatores, qui illis locãt domus ad viuendũ cum diſplicentia coram Deo vera meretricij, & artis meretricandi: ideo contrarium, ſcilicet, quòd liceat locare illis domus, quod ſine ſcrupulo affirmat Maior in 4. diſt. 15. q. 35. *Maior.* non audet Nauarrus damnare, propter prędicta. Et quia hoc ſignificari videtur de vſuris quatenus vetat locari domos vſurarijs ad fœnus exercendum, & quatenus non

vetat locari indigenis, ſed tantum alienige- A
nis. Quamuis replicari poſsit, inquit, proba-
ri quidem ibi quod permittitur locatio vſu-
rarijs indigenis ad fœnus exercendum in fo-
ro exteriori, non tamen quod liceat locare
in interiori conſcientiæ, de quo agimus. Vn
de hæc intelligentia replicæ Nauarri eſt ve-
*Differentia inter vtrunque caſum.* ra. Nam in foro conſcientiæ, ſi confiteamur
modo prædicto licitum eſſe locare domos
meretricibus: non ſubinde ſic concedere co-
gimur licere in conſciētia locare domus vſu-
rarijs quia hoc genus artis vſurariæ ſemper
vergit in detrimentum temporale tertij. At
meretricium, non tam vergit in detrimētum
temporale tertij alicuius inuiti: & quia per- B
mittitur eis ad euitanda grauiora carnis pec-
cata, propter quæ Deus illas vaſtauit ci-
uitates.

¶ Tandem Nauarrus contendit probare,
quod magis expediret non permittere lupa
*Nauarr. exploditur.* naria. Sed credo ſimplicibus adoleſcentibus,
expediret hæc ſpectacula lupanarium, quia
ignorantes ſunt, non videre. At quod non
expediat permittere ea pro iam effrænatis,
& ad abominabiliora eorum vitia, in quibus
iam propenſi ſunt vitanda, non ſatis probat.
Sicut neque ſatis probat, quod nō liceat per
mittere patronos: non quidem pro patroci-
nando meretricum peccatis: ſed ad defendē- C
das eas ab iniurijs & ad explorandum, an ali
qua earū ſit infecta morbo gallico, aut alijs
contagioſis morbis: ne permittatur meretri-
cari cum periculo inficiendi ad eam acceden
tes, & vt expellatur. Tandem concludit Na-
uarrus, peſsimā eſſe permiſsionem, qua cau-
pones intra domus ſuas vel in tuguriolis cō
tiguis permittunt meretrices, quo plures eo
diuertant, quia non ſit authoritate publica,
& eſt mixta participatio. Condēnatque Na
uarrus factum quærendi lucrum, vel tribu-
tum ex meretricio, & fœdis meretricum
operibus.

*An res poſſit locari æſtimata.* ¶ Præterea iuxta ſupradicta dicendū etiā D
apparet, ſcilicet, quod res venalis locari non
poteſt æſtimata periculo conducentis, quo
ad perditionem, & deteriorationem. Sed id
videtur fieri in fraudem vſurarum, quia res
æſtimata intercedit loco pecuniæ, lege ſoluta
ro ff. ſolut. matr. nec eſt vera locatio, quia in
locatione periculum rei manet apud locan-
tem, non apud conducentem. Verum tamen
locari poſſunt fructus decimarum intra trie
nium tamen ad annuū cenſum laicis ſecun-
dum Panor. in cap. etiam de locatione, & cō
ductio.

*Quæſtio.* ¶ Sed dubium hic non ſub ſiletio præte-
reundū hoc eſt, an liceat clerico locare ope-
*An clericis lic. locare operas.* ras ſuas pro diuinis officijs dicendis. Solutio
igitur quæſtionis tribus punctis abſoluitur.
Primo dico; pro rebus temporalibus eccle
ſiaſticis, vt pro officio, œconomi eccleſiæ in *Dictū. 1.*
tēporalibus tantum licet recipere ſtipendiū
Secundo dico; Pro diuinis officijs dicēdis ex 2
officio non licet ſacerdoti ſuas locare ope-
ras. Quia cum ſpirituales ſint huiuſmodi
operæ, ſimonia eſſet pro labore earū intrin-
ſeco aliquid accipere, vt patet cap. cum in
eccleſijs. de ſimonia. Imo neque cæci ad eccle
ſiarum valuas recitātes orationes, pro eis lo
co pretij poſſunt accipere temporale, ſed
bene gratis loco eleemoſynæ ſibi porrectū. B
Tertio dico: Clericus poteſt paciſci cum ali 3
quo, vt moretur ipſe in aliqua eccleſia ad ce-
lebrādū ibi diuina, pro illo. Ita tamen quod
intentio nō dirigatur ad diuina, ſed ad māſio
nem, quam ibi facit, vel ad obligationē tēpo
rariam, quam ſubit obligādo ſe per aliquod
tempus: vel ad damnum quod ob moram pa
titur in cap. ad quæſtiones, de rerum permu
tatione. ¶ Neque rectores eccleſiarum poſ- *De rerum permut.*
ſunt ſub annuo cenſu ſibi reddendo, locare
alicui ſacerdoti iuriſdictionem, vel poteſta-
tem diſpenſandi ſacramenta, quia aperta eſt
ſimonia. Licet pro obligatione, qua ſe ſacer
dos obligat pro anno hæc ſubire munia poſ- C
ſit ei conſignari ſtipendium.

*Quæſtio. Quādo penſio ſit ſol.* ¶ Adhæc quæſtio eſt ſcitu digna, an mer-
ces locationis, & quælibet alia penſio ſit ſol-
uenda in principio, vel in fine anni. Circa
quā quæſtionē gloſſæ in. §. penultimo inſti *Gloſſa.*
tuta de inutil. ſtipulationib. & in. l. 1. C. quā
do dies leg. ced. continent ſentētiā hāc, quæ
in his verſibus explicatur; Annua ſi debes,
tunc inſpicies caput anni. Anno ſi debes in fi *Verſus.*
ne teneberis anni. Circa quā quæſtionē varie
loqui doctores ait Nauarrus ca. 17. nu. 198. *Nauar.*
Sed ipſe ſequitur ſententiā Syluēſtri verbo. *Sylueſt.*
locatio. q. 5. quæ eſt Panormita. c. propter *Panor.*
ſterilitatem, ſcilicet, q in primis cōuētio par D
tium circa hoc eſt obſeruanda; & ea deficien
te, conſuetudo regionis venit attendenda, &
eis deficiētibus, regulariter ſoluenda eſt in fi
ne anni, quando vnica ſolutio eſt faciēda. Et *Exceptio.*
tēpus ponitur cauſa differendæ ſolutionis,
vt reſoluit Iaſon poſt alios in lege. qui hoc
anno. ff. de verbo. Et hoc regulariter dictum
eſt ſoluēdam, ſcilicet eſſe in fine anni: niſi ex
cauſa propter quā datur, & ex perſona, cui
datur, & ex alijs circunſtantijs aliud eſſe fa- *Panor.*
ciendum conijciatur, ſecūdū Panormitanū
tenētē cū cōmuni, in. d. cap. propter. de lo-
cat. & ſatis in cap. peruenit. de arbit. Vbi no
tat



tat differentiam inter ſoluere annuatim: & A
in omni anno. Quia qui tenetur ſoluere an-
nuatim. in principio anni tenetur: Qui vero
in omni anno. in fine anni debet. Sed tu tene
to reſolutionem hanc Sylueſtri & Nauarri.

*Quæſtio. An inquilinus ex neceſſ. poſ. dimitter. domum.* ¶ Sed hic dubiū inciditquoq;, an inquili-
nus, vel conductor propter ſuperuenientē
probabilem neceſsitatem dimittere poſsit
domum conductam etiam contra voluntatē
domini. Panormi. cap. propter ſterilitatem
cum huius meminerit quæſtionis ait, poſſe
quidem in hoc caſu dimittere domum ſic cō
ductam. Et ſic in conſcientia videtur eſſe ſer
uandū: licet in foro cōtentioſo aliter fieret
quia hoc innititur æquitati, maxime quādo B
locator parum aut nullum, inde reportat dā
num, vt mihi videtur.

## CAP. CCII.

*De locatione operarum, vbi augetur labor: Et de locatione rei vitioſæ: De locante cameram in naui, vel domo ad cuſtodiam rerū ſi inde aliquid pereat.*

*Quando in locatione augetur labor.* ADhuc licet abunde circa hanc
materiam dixerimus: nō tamē
officio noſtro faciemus ſatis: ſi
multa, quæ perſtāt dubia ſcitu
neceſſaria hic tacuerimus. Ideo
adhuc quæritur, an ſi locator operum cōue
nit cum conductore, quod certo pretio inſer
uiet familiæ, vel monaſterio, putà, in officio
Barbitonſoris, aut medici ſi augeatur nume-
ro familia, aut conuentus, an pro eodem pre
*Dictū. 1.* tio teneatur eis inſeruire. Ad hanc quæſtio
nem hæc communiter veniunt dicēda vltra
ſupradicta. Primum, quòd ſiquis, verbi gra-
tia, locauit operas ſuas patri familias ad co-
quendum panes, vel lauandum pannos pro
tota familia determinata, vt puta, pro. 40.
perſonis: aucta familia, vel diminuta augen- D
dum, vel diminuendum eſt pretium. Si vero
2 numerus erat indeterminatus, vt ſunt conuē
tus religioſorum, vbi aliquando ſunt plures
aliquando pauciores: non augebitur, neque
diminuetur ſalarium, licet plures, vel pau-
*De cenſu. Panor.* ciores ſint. Facit cap. quanto. de cenſibus, &
Panormitanus ibi. Si tamen ſic locans ope-
ras nimis grauetur per iudicis officium ſibi
prouidetur: ſed in conſcientia non tenebitur
prouidere tantæ multitudini. Et èconuerſo
nec conuentus tantum ſoluere: ſi notabiliter
numerus religioſorum diminuatur; quia cō
*Coroll.* trariorū eadem eſt diſciplina. Sic etiam hinc
colligitur, quòd ſi Petrus cōuenit cū Paulo,
vt certo pretio molat pro ſe, & ſuis hære di-
bus in perpetuū, ſi proceſſu temporis hære
des Pauli multiplicantur, quaſi in infinitū,
ſecūdum Hugonem non tenetur Petrus pro
eodem pretio admittere ad molendum, quia
nō videtur Petrus de hoc cogitaſſe, quādo ſe
obligauit. Et hæc opinio in conſcientia eſt
æquior. Licet Albericus in authentica hoc.
19. C. de ſacroſanct. eccleſijs. dicat, locato-
rem teneri ad hoc de ſtricto iure. Pro prima
tamē noſtra opinione facit. le. ſiquis in vna.
ff. de peri. & co. rei venditæ. *ff. de per.*

*Quæſtio. An arbor cenſeatur locata.* ¶ Præterea accedit & ad hanc materiam
quæſtio hæc, ſcilicet, colonus conducens B
fundum ad medium nulla facta mentione de
arboribus, an de arboribus aliquid fructus
habebit. Dicitur ad hoc, quòd vt cauetur. l.
fruct. ff. de vſur. colonus in hoc caſu nihil fru
ctus de arboribus habebit, ſed locator om-
nes habebit. Et ſi colonus arbores deſtruat,
tenebitur pro eis. Similiter ſi alius propter
odium aduerſus colonū, cuius odij colonus
dedit cauſam hoc faciat. l. ſi merces. §. culpa.
ff. locat. ſecūdum gloſſam ibi tenebitut etiā.
*De agro ſeminato.* Sed quid, poſt qua ſeminatus eſt ager per co
lonū ſi vendat eum dominus? Dicitur ad hoc
quod tunc colonus partem ſuam habebit,
ſecundum quod inter eos eſt conuentum. Si C
tamen venditor, omnes fructus accepiſſet,
agere poterit colonus contra vēditorem. ff.
*De expenſis locati.* de lega. 1. l. nihil ſpeciale. Præterea de expē
ſis in re ſibi locata, ſi quas expendit condu-
ctor, an locator conductori teneatur, dum
quæritur ſic reſponderi ſolet, quod expen-
ſas pro paſcendis animalibus, vel colendis
agris locatis factas à conductore, locator nul
latenus reſtituere habet. At ſi conductor ali
quid expendit neceſſario expediens, vel vti
le in re locata: locator tunc ei reſtituet expē
ſas. ff. loca. & cond. l. dn̄s. Sed tamē ſi poteſt
tollere expenſas, ſine læſione rei locatæ, tūc
tollet ſi vult, quia tūc locator nō tenetur. §. D *ff. locat.*
*Conductor tene. de leui.* ſi inquilinus. d. l. ſed addes. Ad hæc quamuis
iam fundamētis ſupra prætactis dictum ſit,
de qua culpa conductor tenetur: ſed hic dici
mus aliquid ſuper addentes, quòd cum etiā
de leui culpa conductor teneatur domino
locanti, quia gratia vtriuſque contractus lo
cationis initus eſt, iuxta inſtit. qui mor. con
trahi obl. §. Vltimo iuxta communiorem
opinionem, aſſerentē non teneri de leuiſsi-
ma, perinde de locante operas dicendū eſt.
Si tamen tale opus requireret diligentiſsimā
curam, vt in poliendo pretioſo lapide, &
huiuſmodi ſupra, vt meminimus teneretur

etiam de leuiſsima.§.qui columnam.l.ſi merces.ff.locati.

*Quæſtio. De locãte vitioſa.*

¶Deinde de locante rem vitioſam dubitari ſolet; an teneatur conductori de damno. Pro qua quæſtione cautum eſt; quòd ſi ſciẽ- 1 ter quis rem vitioſam pro bona locauit, ſicut ſi vaſa vitioſa pro integris, vnde contigit vinum effundi ad damnum vini, & intereſſe, locator iſte ſciens tenebitur.l.ſed addes. §. ſi 2 quis.ff.locati.¶Secundo dico ſaltim quoad forum conſcientiæ, quòd ſi ignorans vitium ſimpliciter locauit dicens conductori, neſcire illa eſſe vitioſa, & ſibi diſpliceret, quòd eſſent alia, tunc non teneretur de intereſſe, & damno authore Angelo, verbo Locatio.§. 24.& Syluestro eodem verbo, quæſtione. 18. Et multo minus ſi diceret ignorans, loco tibi ſicut eſt, credo eſſe bonum, tu videris; quia fecit quod potuit, & dolus ceſſat. Sed aliquibus placet, quod ſi ignoranter locator locauit vitioſa pro bonis, etiam tunc teneatur de damno. Non enim debebat dare pro bono quod neſciebat bonum eſſe, licet crederet, quoniam expoſuit proximum periculo. Ideo ſecundum iſtos de damno ſecuto tenebitur.

*Sylueſt.*

*Sententia authoris.*

Sed ego credo hoc poſtremum dictum, vel ſolum habet verum in foro exteriori, vbi in hoc caſu præſumetur interceſſiſſe dolum, aut culpam latam, & nõ in foro conſcientiæ: niſi in tali foro deprehendatur re vera illam ignorantiam fuiſſe culpabilẽ: qua locator ignorauit vitium rei dum eam locauit. Idem iudicium ferendum eſt de equo locato ſolito procidere in aquam cum veſtium iactura; & de operario fideliter non laborante, ob quod conductor notabiliter damnificatur, quia tenetur ad ſatisfactionẽ damni.l.1.ff.locati.& de promittente ſe diario pro alio laboraturum, & dolo aut ſua culpa nõ præſtitit, vnde cõductori ſubſequutũ eſt damnum: quia tenetur ſatisfacere arg.l. finali.ff.ad.l. Rhodiam. de iact. & dicta.l. ſed addes.§.cum quidam. Secus tamen eſt de caſu fortuito impedito, de quo ſupra & idẽ dicendum eſt de alijs vitioſis locatis, ex quibus damnum ſequitur.

*Quæſtio. An locans cameram ten. de re ibi poſita vel alibi.*

¶Vltra prædicta, quia caſus eſt, qui vſu euenire ſolet: rogabit forte aliquis, an locãs, verbi gratia, nauta nauim, & dominus locãs domum, vel cameram pro cuſtodia rerum, an ſi poſuerint in alia naui, domo, vel camera: & perierint igne vel aliter, teneãtur ad reſtitutionem.

*Reſpon.*

Huic quæſtioni ſatisfacientes 1 dicimus primò, quòd ſi interitus talium rerũ non ſucceſsiſſet, ſi in locis pro talibus rebus reponendis locatis, & conductis remanſiſſent, tenentur ad reſtitutionem, quando citra conſenſum domini ſic alibi repoſuerunt res.l.item quæritur.ff.eod tit. *ff. locati.* 2 Secũdo adijcimus, quod quando locator cameræ, aut nauis fecit hoc ſine culpa ſua bona fide, non tenetur reſtituere: imo neque etiam teneretur de damno: etiam ſi mala fide feciſſet: quando mala fide eas res deponente alibi, ità perijſſent in loco conducto, ſicut & perierunt illic.ff.ad.l.Rhodiam, de iact.l.finali.& dicenti fuiſſe dolum, vel culpam incumbit probare, vbi quis tenetur de dolo, & lata culpa, ſed vbi tenetur de leui, & leuiſsima incumbit conductori probare, quod fuit à caſu ſicut intelligit illa dicta lex finalis.

*Cui incumbit probatio.*

*Quæſtio. Vbi ſoluẽda ſit res.*

¶Sed vltimo reſtat docendum, vbi conductor, qui tenetur ſoluere aliquam rem ſoluere teneatur. Dicitur ad hoc, quòd hæc iuridica reſolutio eſt, quòd talis pro re, quæ eſt eiuſdem fori cum domino, tenebitur quærere dominum. Si vero non eſt eiuſdem fori, ſatis eſt, quod ſit paratus ſoluere in domo ſua, teſtificante Panormitano cap. ſignificante, de pignoribus. Sicq; interpretandũ venit caput propter ſterilitatẽ.

*Quibus locari non poſſit.*

Tandem, vt iam materiæ huic ſummam manum imponamus, aduertito lector, quod locari poteſt res omnibus, qui poſſunt emere: excepto milite, & curiali, quibus prædia ad colendum locari non poſſunt. C.loca.l.milites, &.l. Curialis. At vero clerico, & monacho, niſi neceſsitatis cauſa locari prædia non poſſunt cap.ne clerici, vel mona.&.cap.2.vbi hæc notantur à Bartolo, & Hoſtiẽſi. Sed de hac materia prolixa ſatis ſit dictum.

# CAP. CCIII.

*De obligatione reſtituendi, quæ ex contractu pignoris exurgit: & de pactis licitis, vel prohibitis in impignoratione: Et quid de expẽſis ibi factis; Et an pignoratarius fructus, quos nõ collegit teneatur reſtituere.*

CVM de radicibus reſtitutionis, quæ ex contractibus ſolent procedere, cœpimus ediſſerere, reliquũ eſt dicamus de obligatione reſtitutionis, quæ ex contractu pignorationis exurgit. Pro cuius materiæ præambula cognitione, differentia ſtatuenda eſt.

*Quid pignor. quid hypot.*

Primo, quæ inter pignus, & hypothecam ſolet aſsignari. Quia pignus eſt rei mobilis tranſeuntis in creditorem.



torem. Hypotheca vero eſt rei immobilis non tranſeuntis in creditorem Inſti.de actio. obligatio.§.inter pignus: ſed quantũ ad actionem non differunt.

*Res quæ impignor. non poſſ.*

¶Præterea res, quæ impignorari nõ poſſunt non erit ab re hic numeraſſe. Nam quædam impignorari non poſſunt: vt res eccleſiæ, videlicet, res ſacræ, vaſa, & ornamenta eccleſiæ. C.de ſacroſan.eccleſijs.l. ſancimus, niſi eccleſia ſuperflua habeat, & neceſsitas vrgeat: & aliunde prouideri non poſsit ex rebus mobilibus. 10.quæſt.2.cap.hoc ius.& 12.quæſt.2.capit.aurum. *10.q.2.* Item liberi homines in pignus obligari non poſſunt ſecũdum doctores: & qui hominem liberũ in pignus accipit, creditum perdit, & aliam tantũdem quantitatem tenetur ſoluere in authentica, vt nulli iud.§. quia vero. Verumtamen redemptus ab hoſtibus impignorari poteſt C.de capti.& poſtli.re.l.fina. ¶Item propter neceſsitatem famis pater poteſt obligare filium, & non econtra. C.de patri. qui filium diſtr.per totum. Magis enim filius obligatur patri: quàm pater filio.

*Quæſtio. De vſu pignoris. S. Thom.*

¶Sed iam primò forte quis hæſitabit, an creditor vti pignore poſsit, ſaltem ex voluntate tacita domini pignoris. Reſpondet D. Thom.2.2.quæſtione.78.articulo.1.ad.6. quòd creditor, etiam ſi cum voluntate Domini expreſſa, aut tacita vtatur pignore, vſurã admittit: niſi ſit vſus qui gratis inter amicos concedi ſolet: vt vſus libri ad legendum. Quanto igitur magis creditor tenebitur ſatisfacere, quando vtitur pignore abſque voluntate tacita vel expreſſa domini cũ damno notabili debitoris, nullam habendo cauſam veriſimilem credendi dominũ, id æquo animo laturum & eſt furtum. l. ſi pignore. ff.de fur.Panor.in cap.1.de poſſ.

*ff. de fur.*

*Quæſtio. Pignoratari⁹ ten. de leui.*

¶Præterea inueſtigandum reſtat de qua culpa pignoratarius teneatur. Sed plana eſt ſolutio. Cũ enim pignoratio gratia vtriuſq; partis fieri videatur: planum eſt creditorem recipientem pignus non ſolum de dolo, aut lata culpa: ſed etiam de leui teneri, ſi pignus perire, aut notabiliter deteriorari conſentit, iuxta gloſſ.in.l.ſi creditor.C.de pign. actio. Secus autem eſt, ſi culpa leuiſsima id contigit, & ſecus ſi caſu fortuito: modo mora non præcedat, neque pactum, ſcilicet, quod pignus quocunque modo periret, debitori periret.§.final.inſtitu.quibus mod.re. contrahit. oblig.&.l.quæ fortuitis.C.de pigno. action.

*An ſemper lic. accip. pignus.*

¶Inſuper noſſe neceſſe eſt, an accipere pignus in aliquibus caſibus illicitum ſit? ¶Dicitur ergo tribus modis illicitum eſſe cenſetur accipere pignus. Primo ſi accipitur 1 ad lucrum: quod non computetur in ſortem alias debiti, quia hoc eſt contra naturalem iuſtitiam. Secundo, ſi accipiatur in pignus 2 quod impignorari non poteſt, vt res eccleſiæ ſupradictæ. Tertio, ſi apponantur pacta 3 prohibita à iure; vt ſi fiat pactum, quod ſi debitor certo die non ſoluat, pignus, tranſeat in feudum.ff.de ſol.l.Calopodius, & non valet hoc pactum quia fit fraus legi.

*Quæſtio. Pacta licit. vel nõ circa pignus.*

¶Sed dubitatio neceſſaria iſtinc emergit, quænam ſint iſta pacta prohibita per ius circa impignorationem, aut quænam ſint pacta, quæ circa hoc conceduntur. Reſpondetur ergo de prohibitis; quia primo in pignoribus per ius eſt prohibitum, quòd debitor obligetur ad non redimendum pignus abſolutè, vel vſque ad certum tempus ſibi præfixum: argum.in cap.precarium, de precar. Item per ius prohibetur hoc pactum, ſcilicet, quod creditor obligetur ad non vendendum pignus poſt legitimam interpellationem debitoris.

*Regula general.*

Sit igitur regula generalis, quòd prædicta in quantum vergunt in dãnum debitoris vel creditoris ſunt pacta contra iuſtitiam, & ſecundum quantitatem læſionis penſanda ſunt grauia, quia propter læſionem peccata eſſe contingit.

*Quæſtio. An liceat hæc pacta in pignor.*

¶Ad hæc quæſtio inter hic diſputabiles potiſsima hæc eſt. An creditor paciſci poſſit cum debitore, quòd debitore non ſoluente ad certum tempus pignus creditori cedat aut ne poſt certum diem redimi poſsit. Dicitur ergo ad quæſtionẽ, quod pacta hæc prohibita ſunt per ius: quia ad lucrum creditoris præſumũtur fieri, vt patet.l.fina.C.de pact. pign.& cap. ſignificãte.de pigno.

*Quid ſi pacta prædicta pon. ad pœnã. Panor. S. Anton. Sylueſt. Nauarr.*

Sed quid, ſi creditor talia pacta cum debitore paciſcatur non ad ſuum lucrum, ſed ad pœnam debitoris, ſi non ſoluat, an erunt licita. Reſpondent ad hoc Panormitanus capit.ſignificante.& ſanctus Antoninus ſecunda parte, titulo primo, capitulo ſeptimo, & Sylueſter in roſa aurea, caſu vigeſimooctauo, & Nauarrus ſumma Latina, capitulo decimoſeptimo, numero.203. quod licet in lucrum creditoris non liceat ſic paciſci: tamen in pœnam debitoris licitè fit pactum, vt pignus tali tempore non redemptum pro vendito iuſto pretio habeatur. Sed quia hic ſæpe ſolet latere anguis in herba: ideo cautiſsimum hic occurrit in conſcientia documentum Victoriæ, ſcilicet, quòd quando creditor certò nouit debitorem impotentem fore ad redimendum pignus,

*Victoriæ documentum.*

nus, vel quando maluit creditor ſibi pignus pro vendito relinqui, & debitorem incurrere hanc pœnam, quam pignus ſtatuto tempore redimi; vſuraria videntur eſſe pacta, & machinata in vſurarum fraudem.

*Quæſtio. An venditio pigno. ſit notificand. debitori.*

¶Deinde annexa ſuperioribus hæc quæſtio eſt, an in caſu, quo creditor expreſſe cũ debitore pactus eſt, vt pignus venderetur, non ſoluto intra tempus debito, quod quidem pactum licet, an prius quàm vendat, teneatur id debitori notificare. *Reſpon.* Reſpondeo dicendum circa hoc, quòd tenetur prius ipſam faciendam venditionem pignoris domino pignoris prænotificare iuxta. l. ſi conuenerit. ff. de pignor. actio. teſtante hoc Angelo, *Angel.* verbo, Pignus. §. 7. Intelligitur autem verũ eſſe hoc, niſi aliàs conuentũ fuit inter ipſos ne notificatio eſſet neceſſaria. Nam tunc ſine præuia notificatione poſſet vendi iuxta gloſſ. in eadem. l. ſi conuenerit. *Gloſſ.* Sed aduertito: quod licet de pignore non vendendo pactum ſit, quia tale pactum eſt contra ius, nihilominus trina monitione facta, vt redimat illud, ſi non fecerit, vendi poteſt, modo inter monitiones ſeu denunciationes ipſas, interſtitium tridui interponatur. *An trina monitio acquir. bic.* Si autem in ipſo contractu impignorationis nulla facta fuit mentio de vendendo, vel nõ vendendo pignus, vnica denunciatio ſufficit: vt tranſactis duobus annis propria authoritate vendere pignus creditor poſsit. l. fin. C. de iure dom. impetran. Huic ſententię accedunt Angelus vbi ſupra, Sylueſt. verbo, Pignus, quæſt. 10. Nauarrus cap. 17. nume. 204. ſed ante iſtud tempus non poterit creditor vendere pignus in hoc caſu, niſi ex præcedenti authoritate iudicis.

*Circa pignora hæc leg. diſpo.*

¶Addit Nauarrus, quòd ſi creditor bona fide pignus minoris, quam ſibi debetur vendit, reliquum à debitore repetere poteſt. Sicutècontra, ſi pluris vendit, reſtituere tenetur debitori illud plus. l. fina. C. de iure dot. Sic enim iuſtitiæ videtur ſeruari æquitas. Et quandiu debitor aliquid, etiam ſolum quadrantem debet, creditor totum pignus retinere poteſt: quoad ille ſolutus fuerit. l. quandiu. C. de diſtraction. pignor.

¶Poteſt etiam creditor pignus habitum à debitore ad tempus præfinitum non ſoluẽte alteri pignorare. l. 1. & 2. C. ſi pig. pign. det. etiam vltra tres vices ſecundum Angelũ in dicta l. 1. contra Specu. & dum alteri impignoratur, nõ debet impignorare quis pro maiori quantitate, quam pro qua receperit: aliter enim contra iuſtitiam vadit.

*Quæſtio.*

¶Demum etiam illi quæſtioni à nobis ſatisfaciẽdum eſt, an impenſas in pignus factas poſsit creditor repetere. *Expenſæ pignor.* Reſpõdetur, abſque dubio eas expenſas, quas bona fide fecit in pignus, repetere poteſt. Vt ſi erat ager ſi expendit in eius cultũ. Si pignus erat animal: quas fecit in eius paſtum. l. ſeruos. ff. de pig. actio. Tenetur tamen talis pignoratarius ad cõputãdum in ſortem ſibi debiti fructus ex pignore perceptos, deductis tamen expẽſis, quas in eorũ collectionem & conſeruationẽ fecit authore D. Antonino. 2. par. tit. 1. c. 15. §. 3. *S. Anton.* Pro redẽptione quoq; captiuorũ, & ſubuentione pauperũ, & aliorũ operum eccleſiæ multum neceſſariorũ. Eccleſia etiã vaſa ſacra, & veſtimenta impignorare poteſt, cap. 1. de pignor. & cap. aurum. 12. q. 2.

*Quæſtio. An fructus perceptibil. ſint comput.*

¶Cæterum, quia dictũ eſt in pignoribus fructus computandos eſſe in ſortem: forſitã hæſitabit hic aliquis, an teneatur pignoratarius computare in ſortem fructus non ſolũ, quos recepit, de quibus eſt clarum, ſed etiam teneatur in ſortem computare fructus pignoris, quos potuit percipere, ſi ex negligentia ſua non percepit eos. ¶Iam circa hanc quæſtionem var[illegible] doctores. Nam gloſſa in cap. cum contra. eod. tit. & Panormitan. *Gloſſ. Panor.* ibi & Ioannes Andreas in cap. 1. & 2. de vſuris tenent indiſtinctè tales fructus computãdos eſſe in ſortem. At vero Hoſtienſis cõtrarium ſenſit de fructibus percipiendis ex negligentia non perceptis, ſcilicet, quod non ſint computandi in ſortem. *Hoſtien.* Veruntamen inter tam contrarias opiniones illa videtur verior, & tenenda, quam tradit quidã per hanc diſtinctionem: *Sententia autoris.* Quod aut ſatis factum eſt ſorti, aut non. Si, inquam, iam per debitorem, aut per perceptionem fructuũ iam receptorum ſatisfactum eſt ſorti debitæ, tenetur etiã pignoratarius de fructibus percipiẽdis, quos potuit percipere, & ſua negligentia nõ percepit; quia ex tunc, ex quo ſibi ſatis factũ eſt ſemel de ſua ſorte: iam eſt poſſeſſor malæ fidei in non reſtituendo pignus. Poſſeſſor autem malæ fidei etiam de fructibus poſsibilibus, quos ſua negligentia non percepit, tenetur. ¶Si vero non eſt ſatisfactum ſorti pignoratario debitæ, nõ tenetur pignoratarius de fructibus percipiendis, ſua tamen negligentia nõ perceptis: niſi ſit in dolo, vel lata culpa. Et ſic limitando concordantur. l. 1. & 2. C. de pignor. actio. & doctores. Sed quãuis hæc æqua ſententia, vt puta, media inter extremas videatur: ſed non tranſit ſine difficultate; quia non multum ad ius videtur accedere. Quia ſecundum gloſſam in l. ſi creditor. C. de pignora. actio. creditor pigno-



ratarius de dolo, & lata culpa, & etiã leui tenetur, ſi pignus perit, aut damnificatur: licet non teneatur de caſu fortuito, aut culpa leuiſsima. Cum igitur acceſſorij ſint fructus ad rẽ, & per conſequens ad pignus; & acceſſorium ſecundum ius imitetur, vel ſequatur naturam & conditionem principalis; ſequitur hinc, quod ſi pignoratarius teneatur de leui circa pignus; ita de leui culpa teneatur circa fructus pignoris percipiendos, & ſua negligentia non perceptos ante ſolutionem etiam ſortis. Quare poſſet vtrinque defendi. Et licet illa opinio videatur Cal. æquior, ſcilicet, quod de fructibus non perceptis, ſed percipiendis ſolum teneatur de dolo, & lata culpa: *Reſolutio.* ſed iſta videtur magis iuridica, quod pro illis etiam teneatur de leui; licet non de caſu fortuito, vel leuiſsima ante ſibi factam ſolutionem ſortis. Præſertim cũ pignus datum eſt non pro mutuo ſoluendo, quia mutuum datur gratia mutuatarij tantum. Vnde mutuatario mutuãs in hoc caſu pro fructibus percipiendis nõ perceptis ex pignore non videtur teneri, niſi de dolo, & lata culpa. *Concordãtur doctores.* Et in hoc eſt vera opinio Hoſtienſis dicentis, quòd fructus percipiendi ſi percepti non ſunt, non ſunt debiti. Cæterum in pignoribus, quæ dantur in contractibus, qui fiunt gratia vtriuſque, vt in venditione. v. g. ad creditum, vera eſt opinio Panormitani, Ioannis Andrææ, & gloſſæ, quod tales fructus poſsibiles percipi ex pignore, ſi etiã ex leui culpa non ſunt percepti, ſunt debiti vltra ſortem. Et hæc videtur verior reſolutio.

# CAP. CCIIII.

*De Vſura, & eius diffinitione, & an ſit prohibita iure naturali, & diuino; Et an aſſerere eſſe licitam ſit hæreſis; Et an Vſura mẽtalis obliget ad reſtitutionem: Et an ex mutuo intentione ſaltem minus principali liceat Vltra ſortem aliquid recipere.*

IAM, quoniam ex peccato vſuræ potiſsima oritur obligatio reſtituendi: maxime refert hanc vſurę materiam ſic illuſtrandi munus ſuſcipere; quatenus anfractus omneis, ſcopulos, voraginesque vſurariorum contractuum, ſic patefaciamus iuxta nobis à domino poſſe donatum, vt alijs minus in hac materia verſatis nonnihil lucis afferre poſsimus, vt ab his periculis caueant. Igitur primo de pacto vſuræ circa mutua, nobis primo diſputaturis occurit etymologia nominis vſuræ. *Quid vſura ſignificet.* Quia licet prima ſui ſignificatione ſignificet vſum cuiuſlibet rei authore Cicerone pro Rabirio, *Cicero.* vbi vſuram huius lucis dixit pro vſu lucis; tamen, prout in hac materia vſuræ communiter vſurpatur, vſura ſignificat lucrum proueniens ex contractu mutui. Vſura autẽ à Græcis dicitur partus, quaſi ſit partus proueniens monſtruoſe à re non parienti, & ſterili & non fructifera de ſe, qualis pecunia, vel quæcunque alia res conſumptibilis mutuata eſt. Ab Hebræis verò dicitur morſus, eo quod mutuans per vſuram exactam mutuatarium mordet.

¶Poſtquam etymologiam nominis vſuræ aliquatenus explicuimus differentiã quoque, qua differt à commodato mutuum, ex quo ſolet prouenire vſura oportet prænotare. *In quo differt mutuum à cõmodato.* Contractus igitur mutui in hoc differt à contractu commodati: quia per hunc non transfertur dominium, id eſt per commodatum: per mutuum autem transfertur dominium rei ſic per mutuum traditæ. Conueniũt tamẽ in hoc, quod vterq; contractus tã commodati quam mutui debet eſſe gratuitus, iuxta gloſſam in cap. 1. de commodato.

*Alia differentia.*

¶Inuenitur quoque & alia differentia: Quia mutuum verum ſolum conſiſtit in rebus, quæ vſu conſumuntur, & in pondere, numero, & menſura conſiſtunt, puta in pecunia numerata, puta, vino oleo, pane, tritico, & id genus alijs: quæ vſu conſumuntur. Inſtit. quibus modis re contr. oblig. in principio, vt notat Nauarrus, *Nauarr.* adijciens quod mutuum palliatum etiam in alijs rebus nõ ipſo vſu conſumptibilibus, & in alijs cõtractibus inuenitur aliquando latens. Vbi licet ſecundum formam apertam, & verba contrahentium ſit alius contractus, quam mutui: ſecundum vero formam latentem, & mentem cõtrahentium veram, vel præſumptam eſt mutuum: *Vſura latens.* vt in venditionibus ad creditum expectata ſolutione propter maius pretium, vel in emptione anticipata ſolutione pro minori pretio, quam res empta tempore traditionis valeat cap. in ciuit. de vſuris. & cap. ad audictiam de emptione, & cap. illo vos. de pignoribus. *De vſur.* Quia reuera qui emendo anticipata ſolutione minus pretij pro re dat: illud pretium, quod dat, videtur mutuare, & illud minus de iuſto pretio quod ſibi retinet, videtur accipere pro vſura. At vero econtra, qui propter expectatã ſolutionẽ merces plus iuſto pretio vẽdit, videt mutuare illud pretiũ iuſtũ qđ accepturus erat, & illud plus iuſti pretij qđ exigit accipere pro vſura. Cõcluditur

tur ergo, quòd ſicut ex his principijs præiactis, colligitur eſſe duplex mutuum verum, & palliatum: ita hinc liquet duplicem eſſe vſuram. Alia enim eſt vera vſura, quæ in vero mutuo conſiſtit, & alia eſt vſura palliata, quæ in palliato mutuo verſatur. Hæc ex Nauarro cap. 17. num. 206.

*Diffinitio vſuræ.*

¶Igitur ex prædictis iam tandem elicitur diffinitio vſuræ; Quia vſura eſt exigere, aut expectare aliquid pecunia æſtimabile propter mutuum. Quæ ideo diffinitio bona eſt, quia hic omnes proprietates vſuræ exprimuntur. At Nauarrus capitulo decimoſeptimo, numero vigeſimoſeptimo, diſtinguit inter peccatum vſuræ, & inter vſuram. Quia peccatum vſuræ ait eſſe accipere, vel velle lucrum vſurarium. Vſuram verò dicit eſſe lucrũ pecunia æſtimabile ſuapte natura: quod principaliter vi mutui veri, vel palliati quæritur. Sed profectò, niſi fallor, nõ debuit tam ſuperſtitioſe hæc diſtinguere: quia fere in idem coincidunt. Quia ſicut idem eſt peccatum furti, & furtum; quia ſicut peccatũ furti eſt accipere alienum inuito domino; ita etiã furtum eſt alienum quatenus eſt inuito domino ablatum. Ita ſicut peccatum vſuræ eſt accipere lucrum ratione mutui principaliter: ita vſura eſt lucrum, quatenus acceptum eſt ratione mutui principaliter. Vnde licet lucrum ratione mutui, videatur obiectum peccati vſuræ: tamen tale lucrũ ratione mutui, quatenus ſub tali ratione quæſitum voluntariè eſt, peccatum vſuræ dicitur. Proinde quæſtio iſta multum accedit ad quæſtionem nominis, vnde tranſeat.

*Nauarr.*

*Particulæ diffinitionis explicantur.*

Dicitur igitur in diffinitione, pecunia æſtimabile, ad differentiam boni non æſtimabilis pecunia: quale eſt meriti, & gratiæ, ſeu quodlibet quod in eccleſia habetur, vt ſpirituale. Quare, ſi quis mutuet, vt præſentetur, vel eligatur ad beneficium, vel vt illud ſibi conferatur non eſt proprie peccatum vſuræ: ſed potius eſt peccatum ſimoniæ, quæ grauitate malitiæ, vſuram ſuperat. Dictum eſt autem, quod ſit vſura accipere aliquid æſtimabile ſuapte natura ratione mutui ad differentiam amicitiæ, & beneuolentiæ: quæ ſuapte natura nõ ſunt pecunia æſtimabilia. Quare licet aliqui plures magis æſtiment amicitiam, quam mutuando aliquibus ab eis quærunt, quam pecuniam, quam vſurarius, ex eo quærit; non ideo cenſentur eſſe vſurarij, quia ex mutuo non quærunt aliquid ſuapte natura pecunia æſtimabile. Dicitur in diffinitione vſuræ ratione mutui principaliter: quia quærere tale aliquid ratione mutui non principaliter, ſed minus principaliter peccato vſuræ carere poteſt, vt infra dicetur. ¶Dicitur etiam ratione mutui. Quia ſi ratione damni emergentis, vel lucri ceſſantis mutuans accipiat, & non ratione mutui, vſuræ labe expers erit. Ita teſtatur gloſſa ſingularis, & recepta cap. conqueſtus. de vſuris. facit ad hoc caput. 2. & caput ſalubriter eod. titul. ¶Dicitur, ratione mutui, veri, vel palliati ad includendum vſuram, quæ quæritur ex mutuo palliato. Sed licet omnia hæc rectè canoniſtæ, & præſertim Nauarr. conſiderent, ſed extra artem diffiniendi eſt ſecũdum Ariſtotelem, quem in diffiniendo naturas rerum ſequuntur celeberrimi Theologi: omnes has explicatas particulas, per quas diffinitio vſuræ, quæ cõpendioſa debet eſſe, & breuis ſicut cæteræ; explicanda venit, in eadem diffinitione includere, atque inculcare: ſed in hoc conniuendum eſſe videtur canoniſtis hunc prolixũ modũ diffiniendi ſuo more ſeruãtibus.

*Gloſſ.*

*Diffinitio debet eſſe breuiloqua.*

¶Sed iam nunc obuiat in frontiſpicio materiæ prima quæſtio, ſcilicet, cuius qualitatis ſit iſte error affirmate vſuram ex ſuo genere non eſſe peccatum mortale. ¶Igitur abſque dubio reſpondetur, quòd vſura eſt illicitum lucrum, & quod velle, vel accipere illam peccatum eſt mortale ex ſuo genere. Quod adeò verum eſt, vt contrarium ſit hæreſis. Patet in Clementina prima de vſuris. Vbi ſic legitur: Si quis in illum errorem inciderit, vt pertinaciter affirmare præſumat exercere vſuras non eſſe peccatum, decernimus eum veluti hæreticum puniendum. Vnde vſura non ſolum iure humano: ſed etiam naturali, & diuino eſt prohibita. Proinde vſuram non eſſe naturali iure prohibitam periculoſum eſſe aſſeruit Sotus in de iuſt. & iure. Vnde in vſura nunquam diſpenſauit, inquit, Deus, neque factibile eſt, vt diſpenſetur in ea. Vnde licet vſura fuerit Iudæis certo quodammodo permiſſa, ſcilicet, reſpectu extraneorum: nunquam tamen eis fuit licita, neque in vſurarium lucrum authore Soto, dominium vnquam fuit eis conceſſum à Deo. Vnde ſi ciuile ius vſuras permiſit aliquando, id permiſit ſicut & meretrices ſolẽt permitti. Neque in hoc aduerſatum eſt iuri canonico eas omninò prohibenti. At quoniã vſurã etiam de iure naturæ prohibitã eſſe docuimus, non erit ab re, & eius prohibitionis, & malitiæ naturalis ratione naturalẽ afferre, quã D. Tho. 2. 2. q. 77. ar. 1. & 2. tradit. Vbi ait, quod cum vſura ſit recompenſatio pro mutuo vltra ſorte, ideo eſt illicita. Quia iſtã recõpenſatione pro mutuo accipere perinde eſt, ac ſi quis

*Quæſtio.*

*Hæreſis eſt vſurã nõ eſſe ex ſe mortal. aſſerer.*

*Sotus.*

*Vſura licet permiſſ. ſed nunquã licita.*

*D. Thom.*

*Vnde vſura mala.*



quis venderet, bis, vel duplici pretio eandẽ rem. Quia qui ratione mutuatæ ſortis expetit lucrum vſurarium videtur vendere pro pretio ſibi ſoluẽdo ſortem, quam mutuat ſemel, & iterum pro alio pretio, eam vẽdit, id eſt, pro lucro vſurario ſibi reddendo. Vnde bis, vel duplici pretio eam vendit, quod eſt iniquum. Vel certe ſecundum Diuum Thomam loco citato, ideo vſura iure naturæ eſt iniqua, quia in cõtractu vſurario venditur pretio id, quod nihil eſt. Nam in vſura præter mutuum ſoluendum exigitur pretium pro vſu rei conſumptibilis, id eſt, pecuniæ, vel frumenti, vel vini: quæ mutuantur. Qui quidem vſus in his, nihil eſt, & nihil valet præter harum rerũ dominium, quia ad quid volo dominium pecuniæ, aut vini, aut frumenti, niſi ad harum rerũ vſum: & quia iſtæ res vſu conſumptibiles, non habent ex ſe vſum fructum. Secus eſt de rebus non vſu conſumptibilibus. Nam pro his, ſicut pro pecunia accomodata ad oſtentationem, dũ ſubſtet periculo accommodantis, licet aliquid accipere, quia ſic authore Diuo Thoma vſum pecuniæ ad oſtentationem vendere licet alteri.

*Ratio. 1.*

*Ratio. 2.*

*Res vſu conſumptibiles non habẽt ex ſe fructũ.*

*De pecunia ad oſtẽtationẽ accommodata.*

¶Sed quo enucleatius naturam vſuræ referemus id comminiſcimur argumentum ſic arguendo. Pro eo beneficio temporali, quod quis ex iuſtitia alteri exhibere non tenetur, poteſt aliquid accipere: ſed aliquando mutuans, non tenetur ex iuſtitia, imo neque ex præcepto charitatis obligante ad mortale, mutuare alteri: ergo poterit tunc pro iſto beneficio temporali mutuandi aliquid accipere. ¶Cui argumento ſic facimus ſatis dupliciter. Primo, quòd non valet conſequentia.

*Arg. contradicta.*

*Satis ſit argum.*

1 Non tenetur ex iuſtitia huic mutuare, & poſſet abſque peccato non mutuare: ergo ſi de facto mutuat, poteſt pro hoc beneficio aliquid pretij exigere, id eſt, pro mutuo. Et inſtatur conſequentia in caſu quo quis non tenetur ex præcepto eleemoſynam facere, ſi de facto illam eleemoſynam faceret ex conſilio: licet poſſet etiam eam tunc non facere, non poteſt aliquid pretij ſoluendi pro tali eleemoſyna exigere ſibi, quia alias non eſſet eleemoſyna; quia eleemoſyna ſuapte natura eſt datio gratuita. Sic etiam, quia mutuatio ſuapte natura eſt datio gratuita reſpectu excedentis ſortẽ, ideo licet nõ teneatur ex iuſtitia, vel aliter mutuare: & licet poſſet licitè nõ mutuare: ſi tamẽ quis mutuet tenetur gratis mutuare, nihil præter ſortẽ expectendo. Et hoc eſt quod inſinuauit dñs dicẽs; Mutuũ date, nihil inde ſperantes. Lucæ. 6.

*Inſtantia.*

*Luc. 6.*

*Solutio. 2.*

Secũdo, & melius ſoluit D. Tho. loco citato argumẽtũ dicẽs, & cõcedẽs: quod pro tali beneficio mutuandi poteſt aliquid recipi: ſed non vltra pretium ſortis mutuatæ. Quia dũ ſoluitur à mutuatario æquiualens ſorti ſibi mutuatæ, ſufficienter ex iuſtitia recompenſat obſequium mutui ſibi dati dum pro mutuo ſibi datis decem reddit poſtea totidem decem. Sicut ſufficienter ſoluo beneficium mihi collatum in vendendo mihi equum, quem venditor non tenebatur mihi vendere, ſi valet decem, ſi reddo pro eo decem.

¶Porro in ambiguo non eſt poſitũ, quòd vtraque pagina ſcripturæ ſacræ prohibet peccatum vſuræ, idque deteſtatur, vt patet cap. quia, & cap. ſuper eo de vſuris, quia prohibetur ſeptimo præcepto Decalogi. Non furtum facies Exod. 2. & cap. pœnale. 14. quæſtione quinta. habetur præceptum prohibens vſuram, præceptum eſſe vtriuſque teſtamenti, & quod ſpecialiter prohibetur in nouo teſtamento per illud Lucæ. 6. Mutuũ dantes nihil inde ſperantes. Et ſic eſt tenendum contra Sotum dicentem præceptum prohibitiuum vſuræ in illo capitulo. 6. Lucæ non inſinuari, quia per Vrbanum capite conſuluit, eodem titulo, & in concilio Lateranenſi ſub Leone decimo, & ex alijs ratio Soti confutatur. Quia ius diuinum prohibet mutuationem, etiam ſine pacto aliquo cũ intentione principali, vltra mutuatum aliquid reddatur, vt patet per cap. 1. 14. q. 6.

*Vſuram vtraq; pagina prohibet.*

*De vſur. 14. q. 5.*

*Sotus cõfutatur.*

¶Præterea, cum hic ſolitum ſit diſputari, an vſura mentalis tantum obliget ad reſtitutionem: Nauarrus hic ait, iſtam quæſtionem non mentionẽ facere de peccato vſuræ mẽtali tantũ. Sed in hac quæſtione accipitur ſecũdum ipſum vſura mentalis pro lucro quæſito ex mutuo intentione principali ob illud dato. De hoc inquã lucro, quod dicitur vſura mẽtalis, quæritur an obliget ad reſtitutionem, dum quæritur, an vſura mentalis obliget ad illam. Additque hoc lucrum dici vſuram mentalem, non quia lucrum non ſit ſubſequutum, ſed quia ſola intentio mentalis fuit cauſa principalis quærendi illud; quæ hactenus, quod ſciam, inquit Nauarrus nullibi ſunt, ita declarata. Sed antequã iſtam quæſtionem diſſoluamus, vt quod ſentio, fatear ingenue ſalua reuerentia tanti viri, puto nullibi, quæ dicit hic eſſe ita declarata: ideo ita non fuiſſe declarata, quia præterquam quod ea, quæ hic ait ſunt confuſa, ſunt etiam improprie dicta. Nam dicere, vt ipſe hic ait, vſurã mentalẽ nõ eſſe voluntatẽ quærendi lucrũ, ſed eſſe ipſum lucrũ ex mutuo principali-

*Quæſtio. An vſura mentalis oblig. ad reſtitu. Nauar.*

*Nauarr. refutatur.*

cipaliter intentum non eſt tam proprie loqui, quia ipſum lucrum ex mutuo principaliter intentum, non tam eſt vſura, quàm obiectum vſuræ, proprius loquendo. A Nam ſecundum Diuum Thomam prima ſecundæ, vitium, qualis vſura eſt, non tam proprie accipitur pro obiecto, licet pro ipſo etiam ſumatur, quia pro habitu proprijſsimè, & pro actu etiam proprius accipitur, quàm pro obiecto. Quare iuriſconſultus diffiniens iniuſtitiam in propria ſignificatione (ſicut oportet) cuius iniuſtitiæ ſpecies eſt vſura, nō diceret, quod iniuſtitia eſt acceptum iniuſte: ſed diceret, iniuſtitia eſt conſtans, & perpetua voluntas ius ſuum, vnicuique non tribuens, B ſed negans. Sicut in propria ſignificatione diffiniens iuſtitiam dixit; Iuſtitia eſt conſtans, & perpetua voluntas ius ſuum vnicuique tribuens: quia contrariorum diuerſa eſt diffinitio, ſicut cōtraria eſt ratio. Sicut etiam ſimonia propriè accepta diffinitur, quod ſit ſtudioſa voluntas emendi, vel vendendi aliquid ſpirituale, vel ſpirituali annexum. Et non ita proprie dicitur, quod ſimonia ſit aliquid temporale, vt pretium pro ſpirituali datum; quia proprius eſt, & dicitur obiectū ſimoniæ, ſcilicet, ſpirituale, vt pretium datum pro temporali: & ſic in caſu. Sed quid quid ſit de modo loquendi, poſtquam intel- C ligimus mentem Nauarri, in ſuo ſenſu improprio, accipientes, vt ipſe accipit vſuram mētalem reſpondemus ad quæſtionem ſtatuētes. Primo cum Soto in de iuſtitia & iure, q exterior vſura eſt interioris fideliſsima regula. Vnde, ſi accipere ratióne mutui vſura eſt in re, vſura quoque erit in mente. Et ſicut ſimonia mentalis propriē eſt, quæ pro obiecto habet realem ſimoniā, ſic vſura proprie mentalis eſt: quæ pro obiecto habet vſuram realem, & exteriorem. Vnde, vt docet Sotus, vſura mentalis in hoc differt ab exteriori, quia mentalis abſque vllo pacto committitur. Exterior vero dicit tacitum pactum, D vel expreſſum.

*S. Thom.*

*Regula Soti.*

*Differentia inter vſur. mental. & exter.*

*Concl. 1.*

¶His ſuppoſitis, vt à clarioribus incipiamus, ſit prima concluſio: intentione tā principali, quam ſecundaria poſſumus intendere, & ſperare lucrum amicitiæ, & gratitudinis ex mutuo. Hæc concluſio eſt Nauarri ſumma latina. capite. 17. nume. 209. eſt Soti de iuſtitia & iure. Et probatur ratione generali: Quia licet nullum, neque principale, neque minus principale lucrum, tanquam iure debitum, ex mutuo expectari poſsit; poteſt tamen tanquàm antidorale, & remuneratorium de gratia, & non de iuſtitia debitum, ex mutuo ſic expectari. Sed adhuc inſtabit aliquis, quærens, an aliquis poſs it intendere principaliter lucrum pecuniarium ex illa gratitudine & amicitia.

*Nauar. Sotus.*

*Ratio.*

¶Pro hoc ſit ſecunda concluſio, quæ eſt Nauarri loco citato: Tàm principaliter, quā ſecundario lucrum pecuniarium ex illa amicitia, & gratitudine poteſt intendi. Hæc concluſio patet. Quia, licet intendere obtinere à beneficio affecto id, quòd ex naturali obligatione gratitudinis ipſe tenetur: ſed mutuatarius tenetur mutuanti ex vi gratitudinis, licet non iuſtitiæ legalis aliquid rependere: ergo licet ex tali amicitia & gratitudine conflata ratione mutui, lucrum iſtud etiam gratis principaliter ſperare.

*Concluſ. Nauarr.*

*Ratio.*

¶Sed maius dubium vrget, an ex mutuo, & ratione mutui aliquod lucrum pecuniarium ſaltem minus principaliter, & ſecundario liceat ſperare. Nam in hac quæſtione digladiantur hic Nauarrus, & Sotus lib. 6. de iuſtitia & iure. quæſt. 1. art. 2. Vbi Sotus ait; quod obligatio reſtitutionis in vſura mentali, neque ex primaria, aut ſecundaria intentione perpendenda eſt: ſed ex eo quòd mutuanti datur gratis, vel non gratis datur. Vbi ſignificat etiam ſecundariā intentionē accipiendi aliquid ratione mutui cōſtituere vſuram, ſi ratione mutui, & non gratis mutuans intendat accipere. At Nauarrus inſurgit acriter contra Sotum dicens, quod licet intentio principalis lucrandi ex mutuo ſufficiat ad conſtituendam vſuram, etiam ſine pacto expreſſo, vel tacito, tamen minus principalis intentio lucrandi ex mutuo non conſtituit vſuram. Quam ſuam ſententiam contra Sotum, corroborat Nauar. pluribus autoritatibus, & rationibus. Primo authoritate gloſſæ & Innocen. in ca. cōſuluit de vſuris. quæ ab omnibus Theologis, & Canoniſtis in hoc eſt recepta. Secūdo ex ca. ſi officia. 59. diſt. & ca. quid pro. 61. diſtinctio. cum ſuis gloſſis. Ex quibus probatur licitū eſſe eccleſiæ, & prælato eius ſeruire cū ſpe ſecūdaria, licet nō principali, aliquod beneficiū obtinendi.

*Quæſtio. An liceat ſecūdario ſperar. ex mutuo lucrum.*

*Variātio Sotus & Nauar.*

*De vſur. Argu. 1. Nauar.*

¶Item ratione probat Nauarrus, quia pleræque rerum ſunt, quas quāuis non liceat intendere principaliter: licet tamē minus principaliter eas intēdere. Sicut licet dicere miſſas, & diuina officia audire nō principaliter propter diſtributiones quotidianas: ſed minus principaliter propter eas, iuxta D. Tho. in quodlib. & iuxta gloſſ. ſingul. & receptā in cap. 1. de cleric. non reſidentibus. lib. 6. 3

*D. Thom.*

¶Imo, licet non liceat etiam ſeruire Deo principalius intuitu remunerationis terrenę ſed



bene minus principaliter propter hoc, A iuxta illud Pſalmi. 118. Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas propter retributionem; quod adeo verum eſt, vt Con. Tridenti. Seſsione. 6. Can. 31. diffinierit contrarium eſſe hæreticum.

*Cōc. Trid.*

¶At omnia iſta argumenta Nauarri concludunt, quod non ſit illicitum, nec vſurariū minus principaliter intendere ex mutuo aliquid gratis dandum. Sed quod abſolute ratione mutui liceat minus principaliter aliquid ſperare id non ſatis probant. Ideo clarius cenſeo per iſtam diſtinctionem, hanc quæſtionem fore dirimēdam, ſcilicet, quod non licet immediate, ideſt, pro ipſo præciſe mutuo, neque minus principaliter aliquid ſperare lucri pecuniarij: ſed bene mediate, id eſt, ratione beneuolentiæ mutuatarij, inde ex mutuo ortæ; quæ quidem beneuolentia mediat ad dandum illud gratis. Et ratio, quę hoc perſuadet, hæc eſt, quia quod ratione mutui præciſe, & immediate pro ipſo mutuo (licet minus principaliter intendatur: Sed principaliter intendatur ſubuenire proximo mutuando) recipitur, non dicitur dari gratis: quia ad id dandum nō mouetur à gratitudine ſed à mutuato ſibi. Item; quia ſtat, quod minus principaliter mutuās ſperet ex mutuo lucrum: quia magis æſtimat mutuare, & benefacere, quam lucrari, & quòd mutuatarius ratione mutui id lucri inuitus ſoluat tunc in hoc caſu minus principalis intentio non tollit iniuſtitiam, quia id quod accipit, vel vult accipere minus principaliter, inuito domino, pertinet ad iniuſtitiam: ſed iſta iniuſtitia non eſt, niſi in ſpecie vſuræ: ergo ſtat, quod quis minus principaliter intēdens lucrum ex mutuo, committat vſuram. Ergo non eſt dicendum abſolute, quod ſola intentio minus principalis excuſet ab vſura: niſi per intentionem minus principalem intelligatur intentio accipiendi aliquid tanquam debitum ex gratitudine gratis dandum. Vnde, licet quæſtio videatur de nomine, non oportebat Nauarrum tam prolixe inuehi in Sotum: ſed potius tantum eum in bono ſenſu explicare. Si tamen ſecundum Nauarrum, & alios dicendum eſt ratione mutui licere aliquid expectare minus principaliter; intelligendum eſt ſecundum Victoriam, & Diuum Thomam, de malo, quæſtione decimatertia, articulo vltimo ad tertium, dum principaliter ratione beneuolentiæ expectetur.

*Reſpō. ad argu. Nauarr.*

*Sententia autoris.*

*Ratio. 1.*

*Ratio. 2.*

*Gloſſatur Nauarr. iuxta mentem S. Th. & Victo.*

## CAP. CCV.

*Quis dicatur finis principalis: Et an datum à mutuatario licite mutuans poſsit retinere, vel aliquid pro actu numerādi pecuniam mutuandam accipere.*

Voniam circa diffinitionē vſuræ eiusque explicandas particulas, & circa quæſtionem, an vſura mentalis obliget ad reſtitutionem, ſatis dimorati, neque hanc quæſtionem potuimus abſoluere: niſi longiorem ſermonem contexeremus; ideo, B ne tædio enecaremus lectorem, reliqua pro eadem quæſtione ſcitu digna, & neceſſaria adijcimus hic diffinire. Et primo, quoniam de fine, & intentione principali, vel minus principali circa lucrum ex mutuo, an conſtituant vſuram mentalem dictum eſt, ſupereſt & id dubij expedire, ſcilicet, quis nam ſit finis principalis, vel intentio principalis alicuius actus, ſcilicet, mutuationis. Reſpōdet igitur Nauarrus loco citato, quod ad hoc, quod aliquis ſit finis principalis alicuius actus, nō ſufficit, quod ſit cauſa, ſine qua non: aliàs ille actus non fieret. Sed oportet, quòd pluris, vel tanti æſtimetur, ac alius finis, propter C quem ille actus etiam fit. Igitur ad quæſtionem ante propoſitam, vtrum vſura mentalis obliget ad reſtitutionem dico, quod qui mentaliter, id eſt, ſine pacto tacito, vel expreſſo mutuans alteri, intendit ex mutuo lucrum, ſicque recepit illud lucri: tenetur reſtituere illud: niſi poſtea reſcierit mutuatarium ſibi id gratis contuliſſe, id eſt, non ratione mutui tam principaliter, ſed principalius ratione beneuolentiæ, & gratitudinis inde ortæ. Sicut etiam qui intendit accipere aliquid pretij ſimoniacè, etiam ſi ſibi gratis & non loco pretij ſit erogatum, durante hoc errore, quo putat ſibi non gratis datum, te- D netur reſtituere: non tamen poſtquam comperit ſibi gratis datum. Quia tunc mutando malam intentionem in bonam, bona conſcientia poterit id ſibi retinere. Sic etiam in caſu hoc vſuræ mentalis. Hæc ſententia eſt Soti, Richardi, & Caietani, contra aliquos Canoniſtas citatos à Caietano. Et patet: quia in hoc caſu mutuararius gratis, & non inuitus dedit: ergo poſtea mutans iniquam, quam habuerat à principio mutuans intentionem, poterit, ſibi gratis collatam retinere.

*Quæſtio. Quis ſit finis principalis. Nauar.*

*An vſura mentalis obliget ad reſt.*

*Exempl. Simon.*

*Sotus. Richard. Caietan.*

¶Præterea iam affine ad prædictā quæſtionem procedit dubium, vtrum in caſu, quo

*Quæſtio. An datū ſine pacto vltra ſort. ſit reſtit.*

quo mutuans liberè mutuauit, ſine vllo pa- A ēto expreſſo, vel tacito alicuius lucri ex mutuo: ſi poſtea mutuatarius illi largiatur aliquid vltra ſortem: poſsit illud tuta conſcientia recipere, nihil interrogando propter conſcientiam. *Ratio apparens.* Et quidem non defuit doctor, qui apparenti ratione aſſeuerauit poſſe ſibi id dati vltra ſortem licite retinere, nihil interrogando à mutuatario, an gratis dederit, vel non. Quia præſumendum eſt, inquit, gratis dediſſe; quia nemo in dubio præſumendus eſt malus. Ergo neque iſte mutuatarius præſumendus eſt malus, hoc eſt, ita ſuſpicioſus, vt velit ſuſpicari male de mutuante, ſcilicet, quod velit vſurariè, & non gratis illud reci- B pere. Ergo cenſendus eſt talis mutuatarius *Sententia autoris.* dediſſe id lucri gratis. At quidquid ſit de hac ratione apparenti, tutius eſſe puto, etiã vbi dandi id non præceſsit pactum, ſi datum ſit alicuius momẽti, interrogare à mutuatario, an det gratis. Vel certe ſi mutuantem aliqua ex cauſa pudet id interrogare tutius eſt, re- *Nauar.* gulam Nauarri loco citato, & etiam cõmentario de vſuris num. 24. traditam obſeruare, nam eſt iuridica. Scilicet, quod attendantur circunſtantiæ collationis, ſeu illius largitionis lucri, ex ratione qualitatis perſonæ dantis, ẽx quantitateque dati. Nam, ſi mutuatarius, qui id largitur, eſt pauper, miſer, parum C ve lucratus eſt ex pecunia ſibi mutuata, vel ſi eam perdidit, vel ſi vltra id, quod gratis cõſueuit alijs dare, mutuanti largitus eſt, vel ſi eſt tam magna quantitas, quæ non præſumitur dari gratis; mutuans non ſecurè tunc videtur recipere id lucri; niſi reponat mutuatarium in ſua libertate, & roget illum, an det gratis. Secus eſt, ſi non ſit mutuatarius dans pauper, ſed eſt diues: qui ſolitus eſt eſſe liberalis erga alios: neque adeo ſit magna quantitas dati, quæ à talis conditionis perſonis non ſoleat dari gratis; quia tunc poteſt illud plus accipere non interrogando, neque ſcrupulizando, quia hic non præſumitur mutuata- D rius id dare inuitus: ſicut in primo caſu ex coniecturis præſumebatur. Facit pro hoc caput quæſtiones, de ſimon. Hinc patet, quid ſit dicendum ad id dubium, quod in ſuis ſcriptis mouit Victoria, *Dubium. De mutuatario rogato dare petiã panni.* an poſtquam mutuatarius veniens ad ſoluendum mutuum, illudq́; iam ſoluit, illi ſic dicere poſsit mutuator: Poſtquã bene tibi ceſsit negociationis alea, quòd pecunia à me tibi mutuata lucratus eſt, quare aliquid panni mihi nõ largiris pro pallio cõficiendo? Ad hoc, inquit Victoria, quod ſi ſic rogatus mutuatarius petiã panni dederit, poterit mutuãs iam recipere ex gra- A titudine. Verum ſi ſic rogatus pecunias tribuit ſecundum Victoriam nõ videtur aqua munda, quia non videtur eſſe munus gratuitum. *Sententia autoris.* Sed ego dico tutius eſſe etiam in hoc caſu ſupradictam regulam, & iuridicam Nauarri obſeruare, licet ſententiam Victor. nõ auſim damnare.

¶Inſuper & illa quæſtio ſolutione eget, *Quæſtio. Qui ſi mutuans accep aliq. putans ſi. dar. gratis.* quæ hic eſt contigua, an mutuans, qui bona fide aliquid vltra ſortem recepit exiſtimans gratis ſibi dari: ſi poſtea innotuerit ſibi mutuatarium id ſibi dediſſe non tam ob gratitudinem, quam ob timorem ne pecunia à ſe repetatur, vel ſibi alia vice mutuũ denegetur, B teneatur ad reſtitutionem illius. Cui quæſtioni reſpondetur ex mente D. Antonini. *D. Anto. Caietan. Nauarr.* 2. par. tit. 1. c. 7. §. 6. & Caiet. 2. 2. q. 78. art. 1. & Nauarri ſum. lati. cap. 17. num. 209. quod tenetur quidem in hoc caſu dubij id ſic acceptum reſtituere. Sicut èontra diximus ſupra, ſi mala intentione acceperit, ſi poſtea bona intentione, ideſt, gratia beneuolentiæ ſibi datũ eſſe cõpererit, poſſe ſibi retinere.

¶Vltra hæc hic quæri ſolet, an liceat mu- *Quæſtio. An liceat mutuar. gratia recuper. debitum.* tuare pecuniam, gratia hac via mutuum recuperandi ſibi alias debitum à mutuatario, cui mutuat. *Nauarr. Maior.* Nauarrus loco citato ait cum Maiore in. 4. diſt. 15. q. 29. in principio abſolutè, C & ſine diſtinctione talem mutuantem hac ratione, non peccare: quia in hoc caſu nihil accipit ab eo vi mutui. *Sententia autoris.* Sed ego ſatius duco in hac parte fore per diſtinctionem reſpondendum, ſcilicet, quia tale debitũ poteſt eſſe liquidum, & poteſt eſſe non liquidum: ſed litigioſum. Si ergo quis mutuat mutuatario gratia recuperandi ab eo alias debitum ſibi, & liquido debitum, vſuram non committit, quia nihil alias ſibi indebitum recipit. Si autem mutuans mutuat gratia recuperãdi ſibi debitum, ſed non tam liquidò debitum, vſuram committere videtur. Quia mutuans recuperando debitum, ratione mutui commo- D dum reportat appretiabile pretio: quia ſine expenſis, & lite, & certo reportat debitum, quod alias ſine his forte, aut certe non erat recuperaturus, quia neque certò ſibi debebatur. Similiter diſtinguendum eſt de debito. Nam licet mutuãs mutuare poſsit gratia recuperandi debitum liquidum, ſi ſit debitum legale, id eſt, debitum ex iuſtitia: ſed tamen vſura eſt mutuare gratia recuperandi debitũ morale ſeu naturale, quod tantũ eſt debitum ex gratitudine: quia tunc mutuans ratione mutui obligationem vult inducere legalem ſuper mutuatariũ, quæ appretiabilis eſt pretio, & longe eſt maior, quã obligatio ex ſola gra-



*Nauarr.* gratitudine. Sed caute adijcit Nauarrus in caſu debiti liquidi, & legatis, vbi ratione illius recuperandi licet mutuare, cauendum eſſe mutuatario debitori, vel reddẽdo illi chirographum debiti, vel tradendo illi ſchedulam ſolutionis debiti: ne poſtea mutuans ipſe, vel hæres eius iterũ id debiti petat, vel accipiat iam ſponte ſolutum.

*Quæſtio. An pro numerando pecu. lic. aliquid accip.* ¶ Annectitur deinde & prædictis quæſtio hæc, an qui magnam ſummam pecuniæ mutuandam numerat iuſtam mercedẽ pro labore numerandi poſsit accipere. Et quidẽ cum Nauarrus commento de vſuris nu. 36. *Nauarr.* loquens de cambiatoribus dixerit, quòd pro obligatione numerandi pecuniam non licet eis ab alijs, qui non ſunt mercatores, quia recipiant aliquid pecuniæ in cambio, aliquid accipere: hic ſumma latina. c. 17. nu. 209. videtur concedere quòd non peccat, qui accipit aliquid ob iuſtam mercedem laboris ſui, vel famulatus in numerando magnam pecuniæ ſummam, quia non, vi mutui, ſed pro labore numerandi accipit. *Limitatur Nauarr.* Sed profecto, niſi hoc limitemus, magna anſa iſtinc mutuantibus, aliquid vltra ſortem accipiẽdi, daretur. Quia etiam ſi pro labore numerandi pecuniam mutuandam id poſſet ipſe mutuans, vel ſuus famulus accipere, pari ratione cauſari poſſet, quod pro labore, & ſumptibus conſeruandi pecuniam ad mutuandum poſſet à ſingulis accipientibus mutuum aliquid accipere, quod eſt contra omnes, igitur ſententia hæc Nauarr. explicatione indiget, & moderatione. Dicendum eſt ergo primo, *Dictũ.* 1. quod ſi ſumma pecuniæ mutuanda modica ſit: pro ea numeranda ipſe non poteſt aliquid accipere. Quia ſicut mutuare debet gratis, ita & numerationem tenetur exhibere gratis; quæ veluti annexa eſt mutua- 2 tioni. Secundo dico, quod ſi mutuatarius velit alium à mutuante accerſere, qui fidelius, certius, & expeditius eã pecuniæ ſummam magnã ſibi mutuãdam numeret, licite ille accerſitus ad id muneris, pro ſuo labore nume- 3 randi poterit aliquid accipere ab eo. Tertio dico, quod in mutuationibus ordinarijs, vbi in numerando non multum expenditur tẽporis, aut laboris, pro numeratione tali aliquid accipere mutuantem, aut famulũ eius non licet, quia ſicut tenetur ſuppoſito quod mutuat mutuare gratis: ita tenetur & hunc modicum laborem numerandi mutuationi 4 annexũ gratis exhibere. Quarto dico, quod ſententia Nauarri poteſt habere verũ, ſcilicet, quòd mutuans, & eius famulus pro labore numerandi magnam ſummã pecuniæ mu- A tuandam poſſunt aliquid accipere, quando in numerando tantum inſumunt temporis, quòd re vera pro eodem tempore deſinunt vacare negotijs alijs, quibus re vera erant tantundem, aut plus lucraturi. Quia tũnc ratione lucri ceſſantis poterunt id licite ab admonitis mutuatarijs accepiſſe; quia ratione mutui non tenentur, aut quicquam damni pati, aut lucrum amittere. *Nauarr.* Sed hoc bene addit Nauar. quod non eſt vſurarius, qui capit aliquid præſumptu, & labore mittendi pecuniam mutuatam longe abſenti, ſecũdũ Maiorem vbi ſupra: *Maior.* quia hos ſumptus, & labores extrinſece annexos mutuationi, non tene- B tur mutuans gratis ſubire. Item etiam, quando mutuans numerando magnam ſummam pecuniæ mutuãdam alicui ſoli mutuatario, plures dies eſſet expenſurus forte. Et in hoc eſt vera ſententia ſupradicta Nauarri, quod poſsit aliquid accipere, ſicut ſacerdos; licet pro miſsis dicẽdis non poſsit aliquid vt pretium accipere: bene tamen pro obligatione, qua per menſem, & annum ſe occupat pro eis dicendis, ſic pro diebus, quibus ſe obligat ad occupationem numerandi talem pecuniam poterit aliquid accipere.

C

## CAP. CCVI.

*De corollarijs, quæ ſequuntur ex diffinitione vſuræ; Et an ſit vſura ratione mutui petere remiſsionẽ iniuriæ, vel turpes amplexus mulierum, an remutuationem, an obligationem & alia huiuſmodi.*

*Mutuans videtur ſibi offic.* IAm quoniam vſuram eſſe diximus, ratione mutui aliquid æſtimabile pretio vltra ſortẽ accipere: quæ corollariæ concluſiones ex hac diffinitione vſuræ deducantur oportet explicare. Dico er- D go primo, ꝙ qui regi, vel magnati mutuat cũ pacto, vel intẽtione principali, vt ſibi cõferatur aliquod officiũ pecunia æſtimabile vſura eſt inducens obligationẽ reſtituendi tale officium. *An tali officio acquiſitũ ſit reſtit.* Sed an in hoc caſu id, quod tali officio lucratus eſt, reſtituere teneatur in dubiũ venire poterit. Sed puto cum Nauarro ſumma latina cap. 17. num. 222. dicẽdũ, non teneri talẽ vſurarium reſtituere id, ꝙ tali officio lucratus eſt; quia id lucri ſuo labori, & induſtriæ in officio appoſitæ videtur deberi. At nõ tranſit ſine difficultate in parte hoc dictũ. Secus eſt, ſi principaliter quis mutuat regi, vt eius beneuolentiam, inde ſibi conciliet, ex qua mihi principaliter ſperat ſibi cõferen-

ferendũ officiũ,dummodo nõ deducat in pa
ctũ illud officiũ ſibi dari:quia iam nõ ex be-
neuolẽtia,ſed ex obligatione ciuili illud ſi-
*Sotus contra Ioſeph.* bi dari expeteret.Ita etiã Sotus contra Fra-
trem Ioſephum Minoritam,qui in ſuis flori
bus ait;non licere ratione mutui expetere
amicitiam,ex qua mutuans ſperat commo-
dum temporale,ſcilicet,officiũ, aut benefi-
cium,aut ſuffragium. Quia,inquit,in hoc ca
ſu ratione mutui non tam amicitiam , quam
temporale commodum exigit. Quia pro-
pter quod vnumquodque tale, & illud ma-
gis.Quia ſi intendit,inquit, amicitiam pro-
pter officium:ergo magis principaliter intẽ
*Satis fit obiectioni.* dit officium. Reſpondetur nihilominus cũ
Soto,quod adhuc non probat eſſe vſuram,
quia in hoc caſu,ſiue principaliter , ſiue mi-
nus principaliter magis intendat officium,
quam amicitiam,tamen non intendit habe-
re illud præciſe ratione mutui,ſed ex bene-
uolentia & gratitudine inde parta , intendit
illud gratis accipere: nec intendit obligare
alium,ſcilicet, regem obligatione ciuili ad
*Coroll.* dãdum officium. Hinc etiam ſequitur corol
larie,quod licet mutuare ad captandam be-
neuolentiam , vt ex ea inductus mutuata-
rius ex mea officina emat,vel mihi patroci-
*Coroll.* netur. Hinc ſequitur;non eſt vſura mutuare
cum hac conditione,vt nunquã mutuatarius
ab amicitia mutuãtis recedat. Quia amicitia
non eſt æſtimabilis pretio;niſi aliquã obli-
gationem ciuilem in aliquo actu amicitiæ,
ratione mutui mutuãs velit ſuperinducere.
*Quæſtio.* ¶ At maiorem dubitationem præſefert
*An ratione mutui lic. expeter. amplexus.* hæc quæſtio,cuius meminit Sotus,an ratio-
ne mutui à muliere,cui mutuator mutuat,
turpes amplexus expetere vſura ſit. Nam
videtur hoc,licet non careat peccato: carere
tamẽ labe vſuræ,quia iſti turpes amplexus
*Sotus.* ex beneuolentia ſolent procedere. Reſpon-
1 detur ergo ex mente Soti. Primo quod non
licet immediate ratione mutui à muliere am
plexus turpes,aut copulam expetere ; quia
non tantum peccatum eſt luxuriæ : ſed etiã
eſt peccatum vſuræ,quia copula , & tactus
nõ vt peccata,ſed vt delectabiles actus ſunt,
contra Metinam Complutenſem,& Nauar
2 rum ſunt appretiabiles pretio.Secundo cum
Soto dicimus, quod licet ſit peccatum non
tamẽ eſt vſura ratione mutui procurare ami
citiam fœminæ:vt inde illecta , & ex amo-
re ex mutuo ſibi facto orto turpi rei acquie-
ſcat.Sicut nec eſſet ſimonia , ſi quis famula-
tum exhiberet epiſcopo vt ex beneuolẽtia
inde parta conferret ſibi beneficium.
*Quæſtio.* ¶Inſuper confinis quæſtio ſuperuenit,
A an vſura ſit offenſorem mutuare offenſo,vt *An liceat mutuare pro remiſ. iniur.*
ratione mutui ſibi remittatur iniuria. Et qui
dem Nauarrus in ſumma Latina capit. 17.
num. 237. abſolute ait, hac ratione mutuare
citra vſuræ labẽ eſſe. Sed volo clarius diſtin-
guendo quæſtionem reſolutam relinquere.
Et ſic incipiendo à clarioribus dico primum *Dictũ. 1.*
quod mutuare cum pacto , vt offenſus non
ſolum iniuriã remittat : ſed etiam damnum,
quod affectus iniuria paſſus eſt , peccatum
plane vſuræ eſt. Quia ratione mutui petit re
miſſionem illius debiti, quod in conſcientia
ante condemnationem eſt debitum,vnde pe
tit commodum æſtimabile pretio. Secundo
B dico:Si offenſor ſit iam per ſententiam in pe
cunia cõdemnatus,vt pro offenſa ſoluat ali
quid offenſo,vſura eſt,ſi offenſor ratione mu
tui expectat huius debiti remiſſionem pro-
pter rationẽ dictã. Quia iã poſt ſentẽtiã cõ-
dẽnationis eſt debitũ offenſo id in cõſciẽtia.
¶Sed ante condemnationem, an vſura ſit *Quæſtio.*
mutuare,vt offenſus remittat iniuriam quæ
ritur. Et quidem ſuper hanc quæſtionẽ Fra-
ter Ioſephus in ſuis floribus in materia de *Ioſeph.*
vſura aperte tenet,quòd vſura eſt mutuare
inimico,vt actioni iniuriarum cedat ; quia
deſiſtere ab hac actione iniuriarum pecunia
æſtimabile eſt. At Nauarrus loco citato cum *Nauar.*
C Sancto Antonino,& Syluestro verbo,vſura *D. Anto.*
primo,quæſtione ſecunda. oppoſitũ tenet, *Sylueſt.*
ſcilicet,quod non eſt vſura mutuare , vt of-
fenſus remittat iniuriam . Sed refutat hic
Nauarrus rationem in qua D. Antoninus,& *Ratio Sylueſt. non firma.*
Sylueſter fundãt hanc ſuam ſententiam , li-
cet in ſententia aſſentiat eis. Quia , inquit,
non ideo excuſatur ab vſura in hoc caſu mu-
tuans ratione obtinendi remiſſionem iniu-
riæ,quia ſic redimit ſuam vexationẽ,vt aiũt
D. Anton.& Sylueſt. Quia quãdo cap. dile
ctus. 2. de ſimonia dicitur, ꝙ vnicuique licet
ſuã vexationẽ redimere iſtud dictũ de vexa-
tione iniuſta intelligitur, & vexatio qua in- *Gloſſ.*
D iuria affectus iniuriãtẽ in iudicio vexat non
eſt iniuſta vexatio. iuxta glo. ſingu. receptã.
cap. ſi quis contriſtatus. 90. d. q. 2. & quod
ſpeciale eſt,vt pacto nudo tollatur ipſo iure
actio iniuriarum. leg. ſi vnus. §. pactus ne pe- *ff. de pact.*
teret. ff. de pactis,& quòd talis paciſcens de
remiſſione iniuriarum non videtur tantum
quærere,quod requirit, id eſt , remiſſionem
iniuriarum capit. quoniam 14. quæſt. 4. quã
à damno pœnæ liberari. Hæc Nauarrus
aduerſus D. Anto.& Sylueſtri rationẽ. Sed *Sententia autoris.*
ego exiſtimo. D. Anton.& Sylueſtr. locu-
tos fuiſſe de vexatione iniuſta , qua offen
ſus pro iniuria,pro qua in conſcientia non
eſt de-



eſt debita pecunia:ſed ſolũ in foro exteriori
irrogatur ſola pœna , intentat actionẽ , non
tam expetens pœnam,quam quòd ſibi of-
fenſor pro iniuria aliquid in pecunia ſoluat,
quod genus eſt vexationis non tam iuſtæ?
Sed quidquid ſit de hoc,licet non ſit omni-
nò refutanda ratio. D. Antoni. & Sylueſtri,
optima eſt noua ratio,quam dicit ſe ibi exco
*Ratio Nauar. bona.* gitaſſe Nauarrus , ſcilicet, quod ideo licet
mutuare pro remiſſione iniuriarũ, quia pœ-
na iniuriæ non debetur in foro conſcientiæ
iuxta gloſ. ſing. capi. fraternitas. 12. quæſtio
ne. 2. Et quia,vt ſupra dictum eſt, ſpeciale
eſt,vt actio iniuriarum nudo pacto tollatur
*Ratio Soti.* ipſo iure. Optima quoque eſt & ratio Soti,
qui D. Antonino,& Sylueſtro , & Nauarro
conſentiens , ait, licitum eſſe mutuare pro
remiſſione iniuriarum;quia hæc remiſſio nõ
niſi gratis fieri ſolet. Vltimo dico quod licet
vſura non ſit mutuare me,vt remittatur iniu
ria per me illata:tamen vſura eſſet ſi, obliga
tione, & pacto ciuili vellem à me offenſum
obligare ratione mutui, vt ab actione iniu-
riarum deſiſteret,quia ius habet intentandi
talem actionem,& ratione mutui exigo ab
illo obligationem ciuilem æſtimabilem pre
tio, qua obligo illum deſiſtere ab actione in-
iuriarum. At etiam licet mutuare hac ratio-
ne,vt mutuatarius remittat gratis mutuanti
ſibi debitum non tamen licet obligatione ci
uili ad remiſſionem talis debiti mutuatariũ
obligare.
*Differentia inter appeter. benef. vel amic. ratione mutui.* ¶Adde,quod,licet ex diffinitione vſuræ
colligatur,quod ratione mutui,non eſt vſu-
ra expetere inappretiabile pretio, qualis eſt
amor,& amicitia,non tamen inde ſequitur,
quod ratione mutui liceat expetere benefi-
cium,quia beneficiũ eſt inappretiabile pre-
tio ratione iuris ſpiritualis. Quia aliunde eſt,
quod non poſſit ratione mutui expeti bene
ficium. Ideo enim non licet ; quia iubetur à
domino dari gratis,& accipi,& quia fit iniu
ria rei ſacræ,& eſt intrinſece malum, & quia
hic eſt annexum temporale.
*Quæſtio. An licet mutuare vt remutu.* ¶Super hæc in quæſtionem verti ſolet,
vtrum vſura ſit mutuare alteri , cum pa-
cto,vt ille ſibi mutuet tantundem alia vice.
In qua quidem quæſtione gloſſa ſingularis,
quæ eſt ſecũda capite primo, decimaquarta,
*Gloſſ.* quæſtione tertia,& Adrianus in. 4. de reſtitu
*Adria.* tione videntur diſſentire. Nam gloſſa vſurã
*Dictũ. 1.* eſſe concedit. Adrianus autem id pernegat.
Igitur reſpondentes ad quæſtionẽ dicimus
primo, quod aliquid apparentiæ præſefert
id, quod circa hoc fertur dixiſſe Victoria,
*Victor.* ſcilicet,quod licet ratione mutui in præſenti
A petere aliud mutuum ſtatim. Cuius rationẽ
attulit Victoria, quia iſta obligatio , qua te
obligo ad mihi re mutuandum in præſenti
ſtatim cum tibi mutuo,non eſt oneroſa. Nã
ſicut rogatus vendere mulam poteſt non vẽ
dere,niſi emens accõmodet ſibi equum ; ſic
in præſenti videtur,poſſim ego dicere. Mu
tuare nolo frumentum:niſi mihi mutuetur
vinum. Et huc forte alludit ſententia Adria-
ni contra gloſſ. Quare ſi obligatio remutuã
di mutuanti ſit per hebdomadam ſecundum
Victoriam moraliter eſt de præſenti. Ideo ſe
cundum ipſum non videtur illicita. Secun-
dò cõtra Victoriam dicimus,quòd talis obli 2
B gatio etiam de præſenti,qua quis obligatur *Opinio Victor.*
à mutuante,vt ſibi remutuet de præſenti nõ
eſt tuta,ſi ſit obligatio , ciuilis debito legali
obligans. Niſi etiam ipſe mutuans ciuiliter
ſe obliget ad remutuãdum de præſenti. Quia
alias mutuans obligans alium ad remutuan-
dum,dum ipſe quoque ad id non ſe obligat,
manet liber,& intercedit inæqualitas: quia
virtute talis obligationis poſſet alium coge
re in iudicio;& ipſe non poſſet cogi. Tertio
dico:In futurum obligare mutuatarium , vt 3
ratione mutui recepti mutuanti remutuet in
tendendo obligare eum ciuiliter,& legaliter
nuſquam licet:niſi talis obligatio fiat reci-
C proce,quod vterque ad remutuandum ſibi
inuicem in æquali quantitate, & non vltra
maneant obligati. Vt ſi mutuo conueniunt,
vt eo quod mutuabit triticum in futurum
mutuetur vinum ſibi. Et huic, ſententiæ Na
uarrus cum prædicta gloſſa, capitulo deci- *Nauarr.*
moſeptimo ſummæ Latinæ , numero. 823. *Gloſſ.*
videtur accedere. Quarto dico cum Nauar-
ro,& cum gloſſ. quæ eſt prima capitis ſupra
dicti. 14. quæſtio. 3. Non eſt illicitum mutuã
tem velle obligare mutuatariũ ratione mu-
tui ad remutuandum per pactum ſolum ad
obligationem iure naturali gratitudinis de-
bitam obligans,& non ciuiliter , aut legali-
D ter intendendo obligare, neque cogere po-
ſtea nolentem.
¶Porro ex prædicta diffinitione vſuræ,
quod vſura ſit ratione mutui accipere vltra *Corollaria collecta ex diffin. vſur.*
ſortem aliquid æſtimabile pretio ſequun-
tur infinita corollaria , ſcilicet , quòd vſura
eſt mutuare cõmunitati, vt quis liberetur à
tributis, Vel mutuare mille aureos cũ obliga 1
tione,vt illos mutuatarius recuperet ſuo la- 2
bore,& expenſis à peſſimis debitoribus. Et
mutuare principi,vt concedat officium, vel 3
eximat à ſeruitijs perſonalibus; aut cum pa
cto,vt pro ſe deprecetur. Vt doceat,vel ſcri
bat,vel in ſuo molendino iuſto pretio mo-

lat. Et tenetur mutuans, qui ſic obligauit mutuatarium, à tali obligatione liberare; & pro illa iudicio boni viri ſatisfacere ſecundum *Metin.* Metinam in ſua inſtructione, & *Caietan.* Caiet. in ſumma, verbo, Vſura exterior, caſu octauo, *Nauar.* & Nauar. ſumma latina. capitulo decimo ſe-*Syluest.* ptimo. numer. 220. quanuis Sylueſter, verbo, vſura. 1. quæſtione ſeptima, dicat, quòd ſatis eſt, vt pauperibus tribuat aliquid pro ſatisfactione talis obligationis impoſitæ. Sed hoc credo procedit ex ratihabitione mutuatarij. Nam ſi mallet ſibi ſatisfieri, ſibi potius eſt ſatisfactio applicanda. At, ſatisfactio pro hac obligatione impoſita molendi in ſuo molendino, emendi à ſua officina, & pro ſimilibus obligationibus facienda; procedit etiã ſi mutuatarius nihil aliud ob hoc perdat; nec mutuatori aliud commodum acquiratur: quam quod ille mutuatarius ſit obligatus in ſuo molendino molere, aut in ſua taberna emere. Et hoc eſt verum; licet in *Angel.* hoc habeamus nobis repugnantes Angelũ, *Roſel.* Roſellam, Adrianum in quarto de reſtitu-*Adria.* tione. col. 3. *Gabri.* Gabri. in. 4. diſtin. 15. quæſtione vndecima, articul. 3. *Maior.* Maior. in quarto, diſtin 25; quæſtio. 25. arg. 3. Sed in hoc decepti ſunt, quod exiſtimarunt ſatis eſſe hanc tollere obligationem. Quia cum iuſto prætio mutuatarius, moluit ſic mutuans, & ſic obligans non videtur obligandus ad reſtitutionem, inquiunt, cum nihil præter iuſtum pretiũ molendini ſibi debitum receperit, neque mutuatarius aliquid minus de ſuo habeat. Sed di-*Controuertitur quæſtio.* co, tenetur. Tum quia aliquid de ſuo, id eſt, de ſua libertate minus habuit mutuatarius, dum ratione mutui ad molendum ibi, licet iuſto pretio eſt obligatus. Tum, quia obligatio molendi, aut laborandi in tali loco, eſt lucrum pecunia æſtimabile. At quamuis ita ſit tenendum cũ Nauarro, & Sylueſtro contra iſtos: ſcilicet, quòd pro tali obligatione impoſita vltra hoc quòd eſt tollẽda, eſt aliqua ſatisfactio arbitrio boni viri faciẽda. Sed ſtat pro parte contraria argumentum apparens, ſcilicet, q; ſi quis alteri ad peccatũ aliquod perpetrãdũ per aliquod tempus vim intulit, vnde præter violẽtiã nullũ ſecutũ eſt dãnũ tẽporale: ſatis eſt in hoc caſu ſecũdum Sotũ illam abſtuliſſe violentiam. Ergo à ſimili in noſtro caſu ſatis erit ſine alia ſatisfactione illã tollere obligationem, & nihil amplius. Et hoc videtur inſinuaſſe Sylueſter, dum dixit, talem ſatisfactionem tribuendam eſſe pauperibus. Quare quòd id ſit de cõſilio; & *Reſolutio.* non de præcepto videtur. Ideo, ſi aliquis pro hac obligatione à ſe impoſita, nollet ſa-A tisfacere, dum eam tolleret propter authoritatem tot virorum, non auderem illum dãnare. Poſtremo circa hoc dixerim, quod ſi alias mutuans obligansque ad molendum in ſuo molendino, vel ad emẽdum in ſua taberna pro hac impoſita obligatione, aliquid de iuſto ſibi debito pretio æquiualẽter pro hac obligatione remitteret mutuatario ſic volẽti, non eſſet vſura: quia iam non ratione mutui, ſed ratione pretij, quod remittit, illam obligationem imponit.

# CAP. CCVII.

B *An liceat paciſci cum mutuatario petente mutuum, vt mutuũ accipiat in mercibus; Et an licitus ſit contractus mohatra Hiſpanicè nuncupatus; Et an debitor ad annum, quia de præſenti ſoluit, licitè minus ſoluat; pulchra diſceptatio cum Nauarro.*

IAm iſtam materiam, quæ latiſſima eſt proſequendo, quæritur, vtrum ſit vſura paciſci cũ mutuatario petenti mutuum, vt totum mutuum, vel partem in mercibus accipiat. *Quæſtio. Vtrum liceat mutuare in mercibus.* *Obiectio.* Et videtur, quod li-C ceat. Quia licet vendere merces iuſto pretio ad creditum; quare ergo non licebit pretium mercium in mutuum dare, ſicut in mutuum virtuale datur, dum pretium mercium in earum venditione expectatur. ¶ Pro reſolutio-*Conclu.* ne igitur quæſtionis ſit concluſio: Mercator, qui ratione mutui, id eſt, quia mutuat alicui egenti pecunijs, obligat illum ad accipiẽdas merces, quas nequibit vendere mutuatarius, aut ſi vendat, minori pretio vendet, aut non, niſi cum labore, & occupatione ſuæ perſonæ, vſuram committit. ¶ Idem eſt dicendũ, quando mercator merces illas, quas ratione D mutui dat mutuatario: dat cum obligatione, vt poſtea mutuatarius pro pecunia præſenti minori, quam ſit pretium, quo eas computauerat, ſibi reuendat. Hæc concluſio eſt pa-*Ratio.* tens, quia ratione mutui mercator mutuans ſuperinducit in mutuatarium hanc obligationem æſtimabilem pretio, ſcilicet, accipiẽdi mutuum in mercibus. Quia regulariter eſt hoc in detrimentum mutatarij. Et quia inde mutuans ſic reportat ex mutuo commodum temporale: quia exoneratur mercator ab onere vendendi tales merces alijs, in quo labor & tempus expenditur. Secunda *Concl. 2.* concluſio, illi mercatores, ſeu cambiatores diuites, qui obligatione ciuili ſe obligauerũt regi,



regi, & reipublicæ ad mutuandum, quotieſcunq; peterent, & indigerẽt pro iſta obligatione poſſunt abſque vſura exigere aliquid *Ratio.* vltra ſortem. Patet, quia hæc obligatio eſt ciuilis & æſtimabilis pretio, ſicut obligatio, qua fideiuſſor ſe obligat pro alio in fideiuſſione, & aſſecurator in aſſecuratione. Ergo ſicut ſecundum doctores pro iſtis obligationibus fideiubendi, aſſecurandi, licet aliquid accipere, ita etiam pro obligatione mutuandi, nõ ſemel, ſed ſæpe, & quoties rex, vel reſpublica petierit, & indiguerit: quia iſta obligatio non per ſe, ſed per accidens adiũgitur mutuo: ſicut obligatio quotidie celebrandi per annum, per accidens adiungitur ſacrificio. Quare ſicut iſta obligatio poteſt vendi: ita *Concl. 3.* & illa mutuandi. Tertia concluſio; Quando iſta obligatione ciuili aliquis regi, vel reipublicæ mutuare non eſt obligatur, etiam ſi millies mutuet non poteſt accipere aliquid vltra ſortem, niſi ſibi gratis detur, & ratione gratitudinis principaliter, & nõ ratione mu-*Concl. 4.* tui, patet ex diffinitione vſuræ. Quarta concluſio corollaria Soti, non excuſantur à peccato vſuræ mercatores, qui paciſcuntur cum rege indigente pecunia pro ſoluendo militibus, vt accipiat mutuum in mercibus, vt ex mercibus poſtea diuenditis à miniſtris regis ſatisfiat militibus. Patet quia hic multæ ini-*Ratio. 1.* quitates intuitu mutui innectuntur. Primo, quia illi mercatores exonerantur ſic ratione 2 mutui ab onere vendendi illas. ¶ Secundo, quia grauant regem, onere vendẽdi illas mer-3 ces. ¶ Tertio, quia illæ merces in magna copia regi traditæ, ſi ſic in magna copia venderentur minus valerent ſic iunctim venditæ, & minoris eſſent vendendæ, quam ſi minutim eas venderent. At ipſi nihil minuunt de valore, quo minutatim eas eſſent vendituri, ſi eas non tradidiſſent regi, illi mutuando.

4 ¶ Quarto, quia eodẽ pretio, quo illæ merces acceptæ ſunt intuitu mutui à rege ſtatim traduntur millibus pro ſuis ſtipendijs ſoluẽdis quas cum milites neceſſe habeant diſtrahere, coguntur eas vendere pretio longe minori, quo illis ſunt in ſolutionem traditæ: quia vix inueniunt emptores, qui non mi-*Concl. 5.* nuant, vel tertiam pretij iuſti partem. Quinta concluſio; Qui emunt vel locant redditus epiſcopatuum, vel beneficiorum, magiſtratuum, prouinciarum, dominiorum, tributorum, oppidorum, tributorum vendibilium, exactiones, & alios cenſus regum, epiſcoporum, beneficiariorum, & aliorum priuatorum neceſsitate oppreſſorum multo minori iuſto pretio infimo ob ſolutionem an-A ticipatam vnius anni, & minori ob duorum, & minori ob trium, vſurarij ſunt. *Nauarr.* Ita Nauarrus ſumma Latina, capitulo deci-*Ratio.* mo ſeptimo, numero 210. Et patet, quia hi ratione mutui palliati, id eſt, pretij anticipati, quod dant, recipiunt maioris pretij redditus, quam ſit pretium anticipate ſolutum, quòd virtuale eſt mutuum. Sicut è contra, qui vendunt, vel locant, quæcunque locabilia, vel vẽdibilia, vt pãnũ, ſericũ, lanas, aulęa, boues, vaccas, & alia pecora his, qui eis indigent ad ſe ſuſtentandũ, vendũt, inquã, vel locant maioris iuſto pretio rigido, & ſummo quod communiter de præſenti tempore venB ditionis, vel locationis inuenitur propter dilationem conceſſam ſolutionis, vſurarij quoque eadem ratione ſunt: & tanto maiori ſupplicio digni, quanto plus addunt de pretio, quanto ſolutionis dies diſtantior fuerit, & magis expectanda. At adhuc libet prædictã *Dubiũ an petẽti mutuum lic. dare merces.* quæſtionem magis premere. Quare quæro, quid faciet mercator, ſi aliquis indigens pecunię, inſtet apud ipſum petẽdo ſibi mutuũ, an poterit petenti reſpondere, nolo, nõ poſſum mutuare. Suppetunt mihi merces emito illas iuſto pretio, præſtolaborque ſolutionem. Interim vendes eas, indeque tuæ neceſſitati proſpicies. Reſpondetur per ſextam C *Concl. 6.* concluſionem. Sexta concluſio; Si mercator bona fide indigenti, petentique ab eo mutuũ dixerit, nolo mutuare; non poſſum: ſed potius emito, ſi vis, quas habeo merces iuſto pretio, vnde eas vendens tibi ſubuenias, interim expectabo ſolutionem, non videtur eſſe contractus vſurarius. Dicitur hæc concluſio fuiſſe fratris Ioannis de la Peña. *A Peña.* Patet: quia hic non interuenit mutuatio: ſed venditio iuſto pretio facta. Quare nulla interuenit vſuræ palliatio, neque ex facto, neque ex intentione: vnde ſic poſſet facere cum indi-*Quæſtio.* genti amico. Sed quid, ſi talis rogatus mutuare, cum poſsit mutuare, quia ſuppetit ſibi D vnde, malit prædictum contractum venditionis inire, an ſit vſurarius. *Reſpon.* ¶ Reſpondetur; Si re vera nullo modo velit mutuare: ſed vẽdere; licet ſit forte contra charitatem nolle mutuare, cum poſsit; non ideo vſurarius re vera erit, ſi iuſto pretio expectata ſolutione merces eas vendiderit; etiam ſi eas emens ſtatim, vt ſuæ indigentiæ conſulat minoris venditerit eas offerendo, quia id eſt, quia merces vltroneæ oblatæ, vel ſubhaſtatione poſitæ vileſcunt.

*Quæſtio. De contractu mohatræ dicto.* ¶ Deinde quæritur de contractu, qui mohatra dicitur Hiſpanicè: an liceat mercatori merces, quas iuſto pretio cõmuniter currẽti de præ-

de præſenti inter mercatores vendidit iam ad creditum, ſtatim minoris redimere. Et videtur liceat, quia alius tertius licite minoris emer et quia rogatur: ergo etiam mercator, qui vendidit, cum non ſit peioris conditionis poterit emere minoris Igitur quia quidã hunc contractum omnino deteſtantur, alij vero illum non omnino improbant, pro patefactione veritatis.

*Concl. 1.* ¶Statuitur prima concluſio: Talis contractus redẽptionis minori pretio factæ à mercatore, qui eas merces maiori pretio, ſed iu- *Limitatio.* ſto ad creditum vendidit, præſertim poſt fa- 1 ctum, poteſt tolerari cũ his limitationibus. Scilicet, primo, quod mercator eas redimens bona intentione vendiderit, ſine inten- 2 tione redimendi eas minori pretio. Secundo quod fiat ſecundum omnes ſecluſo ſcanda- *Mercatus.* lo: ne cenſeatur fœnerator. Quare ſecundum Mercatum requiritur cauſa vitandi ſcandalum, vt non redimat eas, niſi poſtquam emptor iam eas expoſuerit venales, & nõ ante: *Ratio.* quia ſic magis vitatur ſcandalum. Patet: quia cum iſte, qui primò vendidit iuſte vendiderit eas merces (vt ſupponimus) quia merces non vltro oblatæ, ſed expectantes emptores maiori pollent pretio: cum non ſit peioris conditionis, quam alius: poterit prædictis conditionibus ſeruatis eas minoris emere. Sicut & alius tertius poſſet vltro oblatas ſic minoris emere. Prædicta concluſio eſt *Sylueſt. Mercat. cont. Metin.* Sylueſt. verbo. vſura. 2. §. 4. & Mercati in de contractibus contra Metinam in ſua inſtructione confeſſ. fol. 139.

*Concl. 2.* ¶Secunda concluſio; Quando mercatores mala fide, & cum intentione redimendi minoris, merces vendũt ad creditum, iuſto etiam pretio, iniuſtitiæ labe non videntur carere. *Sylueſt. à Peña.* Ita Sylueſter & frater Ioannes à Peña, ſic dicitur habuiſſe. Vnde cauti eſſe debent confeſſores ad deterrendum mercatores ab his contractibus, quia frequenter faciunt cũ mala fide, & cum ſcandalo. Quare ante factũ tales contractus conſulendi ſunt, ne fiant. Imo, quia ſequitur ſcandalum compellendi ſunt, ne eos faciant. Ita Metin. Attamẽ poſt factum obſeruatis conditionibus primæ concluſionis: quando bona fide, & ſine obligatione redimendi minoris fecerunt, tolerari poſſunt: neque ſunt cogẽdi ad reſtitutionẽ.

*Quæſtio. An anticipate ſoluẽ. minoris red. mer. poſſ. debitum.* ¶Porro & illa quæſtio non omnibus vſquequaque peruia occurrit, an qui debet cẽtum aureos in fine anni, poſſit eo quod in principio anni eos ſoluit, demere aliquid de centum illis aliàs in fine anni ſoluendis. Et videtur quod liceat; quia ſtatim ſoluit, de cẽtum ſoluendis in fine anni, ſoluere tantum nonaginta. *Variant doctores. Caietan. D. Anto. Nauarr. Armill.* Gabriel in quarto, diſtinctione decima quinta, quæſtione. 11. articulo. 3. dubio. 4. & Caiet. in ſumma, verbo vſura, notabili. 2. & latius D. Anton. ſecunda parte. tit. 1. ca. 8. §. 3. & 4. contra Nauarrum & alios, & Armillam. verbo, vſura. §. 33. tenent talẽ contractum illicitum eſſe, & vſurarium, ſed Armilla eodẽ verbo, Vſura. §. 13. negatiue tenuerat cũ prædictis Gabri. Caiet. & D. Antoni. Neq; ſatis conſtat, quid ſit dicendum.

¶Nam pro parte affirmatiua hæc militant argumẽta. *Pro affirmatiua. Argu. 1.* Primum; Quia qui ſtatim ſoluit debitum ſoluendum in fine anni videtur ſuam commoditatem, & intereſſe vendere; quia hoc ſibi conceſſum tempus ad ſolutionẽ eſt ſibi commodum. Ergo poteſt pro hac commoditate, & iure ſoluendi in fine anni, cui ſtatim ſoluendo renũtiat: alicuius partis debiti remiſſionem expetere.

2 ¶Item arguitur ſecundo; Quia minus eſt habere actionem, quam rẽ. l. minus. ff. de regulis iuris: *ff. de reg. iur.* ſed creditor cui ſoluendum eſt debitum in fine anni, ſi eſt debitum, verbi gratia, centum aureorum, non habet centum aureos: ſed actionem ad illos, quæ minus valet: ergo iuſtè quia remittit creditor iſtã actionẽ, debitor qui ſtatim ſoluit pōt ſoluere aliquid minus, quam ſit debitũ centũ aureorũ.

3 ¶Item tertio; Quia creditor pro iſta ſolutione ſibi facta anticipata non vendit centũ aureos ſibi in fine anni debitos: ſed ius quod habet ad illos, quod minus valet ſecũdũ Nauar. quam centum aurei. Quia hoc ius, quod in vno anno eſt inutile minoris valet, quam ſi eſſet ſtatim vtile: ergo ſi minoris valet, & creditor iſtud ius renuntiat, & vendit pro ſolutione anticipate ſibi facienda in principio anni, poteſt debitor in hoc caſu hoc ius minori redimere.

*Argu. in contra.* ¶In oppoſitum eſt; quia cùm ratione anticipatæ ſolutionis debitor minus ſoluit: vſuram videtur committere, quia ratione mutui impliciti, accipit vltra ſortem remiſſionem illius partis, ſicut hic videtur contingere. ¶Igitur, quia quæſtio eſt ardua, vt eam diuina ope enodare incipiamus, à clarioribus ſtatuẽtes concluſiones incipiamus.

*Concl. 1.* ¶Sit igitur prima concluſio: In duobus his caſibus, ſcilicet: quando debitor ſoluturus debitum in fine anni ex ſtatim in principio anni facienda ſolutione patitur damnũ emergens, aut ceſſat ſibi veriſimile lucrum, poteſt admonito de hoc creditore, ſi velit ſibi ſtatim ſolui, ſoluere ei aliquid minus. Et ſecundo idem poteſt facere, quando debitũ

in fine



in fine anni, ſoluendum non erat adeo liquidum. *Sylueſt. Probatio.* Hæc concluſio quo ad primum caſum eſt Sylueſt. Et probatur: quia iam tunc non ratione mutui impliciti, id eſt, anticipatæ ſolutionis: ſed ratione lucri ceſſantis, aut damni emergentis, illius particulæ debiti remiſſionem accipit ſtatim ſoluendo. *Gabriel. D. Anto. Caietan. Sotus. Nauar.* Sed concluſio quoad ſecũdum caſum eſt Gabrielis, Diui Antonini, Caietani, Soti, & Nauarri ſumma latina, capitulo decimo ſeptimo, numero. 229. Quia debitum non tam liquidum cẽtum aureorum, vbi labor & expenſæ & incertitudo erat in eo recuperando, ſi lis ſuper eo moueretur, quando non conſtat, quod tãto iure ſit debitum, non tantum valet.

*Quæſtio. Quid ſi debitum eſt liquidum.* ¶Sed quid, ſi debitum tale centum aureorum eſt liquidum ceſſatque ratio dãni emergentis, aut lucri ceſſantis debitori etiã, quia multa ſibi ſuppetit pecunia in arca vnde ſoluat: hoc opus hic labor eſt. *Concl. 2.* ¶Igitur pro reſolutione quæſtionis ſit ſecunda concluſio in ordine ad primam iam poſitam, vbi debitũ centum aureorum ſoluendum in fine anni eſt omnino certum, & liquidum: & in debitore ceſſat ratio damni emergentis, quia nullum damnũ tale patitur; eo quòd ſtatim ſoluat dictum debitum; neque ex hoc ceſſat ei lucrũ veriſimiliter æquiualens parti remiſſæ, non licitè poteſt petere remiſſionẽ partis pro eo, quod anticipate tale debitum ſoluit. *Gabriel. S. Anto. Caietan. Sotus. Metin. à Peña.* Hæc eſt Gabrielis, ſancti Antonini, Caietani, Soti, Metinæ Complutenſis in Codice de reſtitutione, quæſtione trigeſima octaua, in fine. Videtur eſſe fratris Ioannis à Peña. Quia in quibuſdam ſcriptis, quæ nomine eius circumferuntur dicitur, quòd in hoc cõueniunt omnes, quod debitor nõ poteſt minoris redimere debitum centum aureorum in fine anni ſoluendũ; quia anticipatè illud ſoluit, & ſoluit argumentum, quando ar- *Soluitur argum.* guitur. Tertius, poteſt minoris illud debitũ emere; ergo & iſte debitor. Nam concedit antecedens non abſolutè: ſed ſi ſit periculũ in recuperando: Et negat conſequentiã. Quia in caſu antecedentis, tertius ille non tenebatur ſubire illud, ſi quod erat periculum: debitor autẽ tenetur illud ſubire, & ſecure debitum ſuo tempore ſoluere. *Nauarr. & Armil. Ioann. de Ripa.* Sed hæc concluſio eſt contra Nauarrum, & Armillam loco citato, & contra Ioannem de Ripa citatum ab Armilla, verbo, Vſura. §. trigeſimo tertio. *Probatur* Et probatur hæc concluſio, quæ eſt tutior, 1 & tenenda. Primo; quia fundamentum potiſſimum, in quo fundat Nauarrus ſuam contrariã ſentẽtiã, ſcilicet, ꝙ ius, & actio ad centum, etſi ſint liquida, ſecura, & certa, minus valent, quam ipſa centum, non eſt validum fundamentum. Neque illa lex. minus. ff. de regulis iuris abſolute ſuum fundamentum confirmat: quia prædicta lex primo intelli- *Intelligentia legis.* gitur, quòd ius ad rem quando eſt periculũ recuperandi illam, nec aſſecuratur, minus va- 1 let ſi vendatur, quam res ipſa. Secundo intel- 2 ligitur, quòd actio ad rem minus valet, quã res ipſa, quia actio regulariter ſolet afferre ſecum laborem, & expenſas cum coram iudice intentatur actio illa. Tertio, lex illa in- 3 telligitur ſecundum præſumptionem hominum; quia præſumunt magis valere centum præſentia, quam ius liquidum ad centum: Quia præſumunt fore periculum in recuperando illa centum, & laborem interceſſurũ: vel quia exiſtimant vnũquenque ad negotiandum, vel ad ſua commoda paranda, præſenti pecunia indigere, ſed ex ſe centum præſentia non valent pluſquam centum futura.

*Negatur, quòd tres præſent. mag. val. quã tres futuri ex ſe.* ¶Nec eſt verum, ex ſua natura loquendo; pecunia cum ex ſe, & ſecundum ſe non ſit fructifera, teſtante hoc Ariſtotele, & omnibus, quod centum aurei præſentes ex ſe ſint magis vtiles, quam centum futuri certi. *Ratio.* Patet hoc primo; quia vtile dicitur, quod per vſum, vtilitatem affert: ſed pecunia præſens ex ſua natura non habet magis vſum, quam futura pecunia, quia ſi vſumfructum habet non eſt de ſe, ſed ratione laboris, & induſtriæ humanæ cum ea negotiantis. Ergo ex ſe pecunia non eſt magis vtilis, vel vtilitatẽ afferens præſens, quam futura. Vt patet, ſi centum aurei ſint reconſi in arca diuitis, & abundantis vſque ad annum; in fine cuius ſunt ſibi certo abſque lite ſoluendi alij centum: non ſunt ſibi ex ſe magis vtilia, neque magis valentia illa numiſmata centum præſentia in arca, quam illa centum ſibi ſoluẽda certo in futurum.

*D. Tho.* ¶Vnde ſicut Diuus Thomas ad Duciſſam Brabantiæ, quia vẽdere officia tabellionatus ex ſe nullam præſefert iniuſtitiam: ex ſe & obiecto vendere talia officia eſſe licitũ affirmat, ſecluſis malis circunſtantijs; ſic in præſentiarum contra Nauarrum dicendum nobis eſt econtra, ſcilicet, quod, quia centũ aurei præſentes ex ſua natura quia ex ſua natura non fructificant, non magis vtiles ſunt, ſic neque magis valent, quam centum aurei certi, futuri tamen. Quod ſi dicendũ eſt eos magis valere id erit non ex ſe, ſed ab extrinſeca ratione damni: quod præſentibus nummis adhibita diligentia vitatur, vel ratione lucri, quod per induſtriã cũ eis negotiãdo inde paratur, & veriſimiliter eſt acquirendũ:

*Probatur contr. Nauarr.* ¶Igitur eneruato iam præcipuo fundamento Nauarri, probata nunc primo noſtra concluſione contra ipſum, ad argumenta poſtea reſpondebimus. Patet igitur concluſio; & probatur ex ſupradictis. Et ſecundo patet etiam, quia ratione mutui expliciti, vel implicit aliquod lucrum temporale velle reportare eſt vſura, ſed qui quia ſoluit debitũ anticipate, minus ſoluit, ratione mutui implicit, & palliati reportat lucrum temporale, id eſt, remiſſionem partis debiti: ergo eſt vſura. *Satis fit obiectio. Nauarr.* Sed dicet Nauarrus, quod hic nullatenus intercedit mutuum; ſed emptio, qua debitor emit ius, quod habet creditor ad recuperandum ab ipſo centum in fine anni. Sed dico, quod eſt venditio voce tenus: ſed in re eſt mutuũ palliatum. *Exempl.* Quia ſicut in emptione; vbi emptor anticipata ſolutione minoris emit, vt bene exemplificat Metina in ſua inſtructione cenſetur mutuum interuenire implicitum; quia perinde eſt, ac ſi talis emptor diceret, en tibi mutuo iſtam pecuniam anticipate à me ſolutam, ſcilicet, cẽtum aureos, vt reddas mihi centũ & viginti pro eis, quos centum valebunt merces pro eis mihi tradendæ: ita iſte minoris ſoluens debitum anticipate perinde facit in re, ac ſi diceret, accipe: en tibi mutuo nonaginta pro retentione centum aureorum, quos in fine anni integre tibi ſoluturus eram. Quia veluti lucrũ denuo acquiſitum cẽſetur eſſe id, quod quis exburſaturus erat, & ſoluturus, & ex remiſsione retinuit.

*Ratio Nauarr. dat occaſ. vſu.* ¶Sed dicet Nauarrus; quod non propter anticipatam ſolutionẽ, partis accipit remiſſionem; ſed quia pecunia anticipate ſoluta, quia eſt præſens magis valet. Sed contra eſt profecto, quia ſi ſua hęc ſolutio eſſet vera, iuſtificaret omnes vſuras, ad eaſque vel ſaltem latum campũ aperiret, quòd non ſatis aduertit Nauarrus. Quia pecunia præſens ſecluſo damno emergenti, quod per ipſam venit vitandum, aut ſecluſo lucro ceſſanti, quia cum ea erat negotiandum, ſi his (inquam) ſecluſis magis valet, quia eſt præſens, quam futura, ſequitur, quod omnes emptiones mercium minori pretio factæ, vbi anticipata fit ſolutio non ſint vſurariæ à parte rei, ſed iſta ratione Nauarri poſsint iuſtificari: quod horret auditus audire. *Refutatur Nauarr.* Et tamen quod ex eius ratione ſic ſequatur patet. Quia in omnibus his emptionibus minoris pretij, ſoluitur pecunia anticipata præſens, quæ præſentialiter datur, & numeratur. Poteſt ergo dicere ſic emptor: Quia ſecundum Nauarrum pecunia præſens magis valet, quam futura, en tibi do

A pecuniam præſentem, id eſt, centum aureos. Igitur, quia plus hi centum aurei valet, quã centum aurei futuri dabis mihi in futurum pro eis merces valituras centum, & aliquid plus; vel dabis (quod idem eſt) cẽtum in mercibus, & quia illi centum in mercibus ſunt futuri: & ideo non tantum valent ſicut centum aurei præſentes: quos tibi nunc trado: dabis mihi amplius aliquid ſiue in pecunia, ſiue in mercibus. Nec enim facio tibi iniuriã, ſi pro re plus valenti, id eſt, pro pecunia præſenti plus valenti, quam futura, peto à te aliquid plus, quam pecunia futura, aut merces ei æquiualentes valeant. B Vides in quos anfractus transuerſos agere poſsit cupidos ſententia Nauarri. *Refutatur Nauarr. demonſtratiue.* Imo eius ratio etiam in formali mutuo fucaret vſuram, ne tam deformis appareret. Quia poſſet dicere mutuans etiam extra caſum damni emergentis, & lucri ceſſantis; En accipe tibi mutuo centum aureos, & quia ij aurei ſunt præſentes, valẽt magis quam centum futuri à te mihi ad annum in futurum ſoluendi: ideo ſolues mihi centum, & aliquid amplius. Puto pugnauimus contra Nauarrum, & expugnabimus, quia rationes à nobis contra ipſum adductæ ſunt veluti demonſtrationes morales. C Quare cum Diuus Thomas contrarium ſenſerit: male nititur eum in ſuam ſententiam pertrahere dicens, quod quando Diuus Thomas inſinuat, nõ licere, eſt ratione anticipatæ ſolutionis. Sed, inquit Nauarrus aliunde, id eſt alia via, ſcilicet, quia pecunia præſens magis valet. Sed iam ſubuertimus hoc eius fundamentum.

*Ad arg. 1.* ¶Quare ad argumentum primum iam diximus, quod ſecluſo damno emergenti, & lucro ceſſante, ſicut mutuanti, eo quòd mutuando renunciat libertati & iuri, quod habebat ad non mutuandum, non ideo licet aliquid vltra ſortem accipere. D Ita, quia in ſolutione debiti anticipata, eſt implicitum mutuum, vt probauimus, ſecluſo damno emergenti, aut lucro ceſſanti; ſi ex tali ſolutione anticipata tale non ſequatur, non licet anticipate ſoluenti minus ſoluere, quia ratione mutui remiſsionem partis reportaret.

*Ad arg. 2.* ¶Ad ſecundum argumentum dicimus negando, quod ius ad rem, ſi ſit liquidum, ſecurum, & certum ex ſe minus valeat, quam ipſa res: vt chirographum ad mille ſoluẽda, ſi ſit ſecurum, pro mille & iuſte quidem poteſt dare & velle dare creditor. Vnde iam mẽtem legis, minus adductæ à Nauarro interpretati ſumus, quia non militat eius ſenſus contra nos.

¶Ad



*Ad vlti. argum.* A ¶Ad vltimum argumentũ dicitur, quòd quando non venditur debitum, ſed ius ad debitum, taliter quod periculum recuperandi debitum emptori relinquitur: quia venditor de hoc ſecuritatem præſtare renuit; tunc merito, pro tali iure, vt pote periculoſo minus ſoluitur, quia minus valet. Sed nos loquimur, vbi debitum, & ius ad illud eſt omnino liquidum, certum, ſecurum, facillimumque recuperatu: tunc non magis valet debitum, quam ius ad illud. *Secundò ſoluitur.* Sed dato oppoſitũ eſſet verum, ſecundò dicimus, quòd in caſu, de quo agimus nihil concluderet quia debitor debiti ad annum tenetur ius huius debiti facere certum: quia tenetur certo ſoluere: B ergo non poteſt hoc ius ſoluendi, quod ipſe tenetur facere certum, minoris redimere anticipate ſoluendo. *Armill.* Hinc ſequitur, quod malè Armilla, verbo, Vſura. §. decimotertio, cum noſtram verã tenuerit ſentẽtiã, ſtatim. §. trigeſimo quinto, oppoſitum tenendo, eam mutauit, rationes has noſtras parum ponderãs. Sed exiſtimo, qui exactè eas ponderauerit, niſi proteruire velit, noſtræ ſententiæ promptus ſubſcribet.

## CAP. CCVIII.

C *An pagæ acerbæ ſint licitæ; vbi late diſſeritur hæc materia; Et vbi non ſolum impugnari ſed & expugnari videtur ſententia affirmatiua; Et vbi agitur de quodam contractu inito ab Imperatore Carolo V. an liceat talis contractus.*

*Quæſtio. An pagæ acerbæ liceant.* QVoniam in præcedenti diſputatione valde ſumus immorati, & non immeritò: ſed vt detegeremus anfractus, in quos aliquis minus cautus poſſet impingere, iam nunc ad reliquas materias diſceptandas D progrediamur; primo ab illa quæſtione quaſi præcedenti annexa inchoando, de pagis acerbis, an ſint licitæ. ¶Igitur de pagis, & ſcriptis reſpectu locorum Genuæ vel aliorum banchorum, an licite & ſine vſura poſſint emi, hic quæritur. *Exempl.* Exempli gratia, Petrus habet ſcriptum, vel chirographum, quo hinc ad annum recipere poteſt centum aureos ſuper tali bancho: & quia nunc indiget pecunia pro ſuis negotijs vendit Antonio tale ius, ſcilicet, poſſe recipere dictos centum aureos pro nonaginta præſentibus. *Exempl.* Similiter de pagis Genuenſibus eadem eſt quæſtio: Ioannes, qui hinc ad annos quatuor debet recipere in locis Genuæ mille ducatos, qui nunc ſunt acerbi, id eſt, non maturi, vendit Petro pro 900. ſoluendis nunc. An ij contractus ſint liciti. *Armill.* Et quidem Armilla, verbo, Vſura. §. quinquageſimo. eos proponens eos iuſtificat, dicens, quod quanuis multas quæſtiones circa hoc faciant doctores, tamẽ hæc eſt vltima determinatio, quòd tales contractus ſunt liciti, & licitos eſſe probare nititur. *Argumenta Armil. pro affirmat.* Primo authoritate pontificum. Quia, inquit, Calixtus Papa, & Sixtus quartus huiuſmodi contractus conceſſerunt; quod non feciſſent ſi fuiſſet vſura ſic contrahere. 1

¶Secundo probat ex conſuetudine ſcita ab eccleſia, & tolerata. 2

¶Tertio probatur, tum ratione periculorum, quia poteſt interuenire aliquod periculũ in huiuſmodi debita acerba recuperãdo. 3 4

¶Quarto ratione acerbitatis, quia pecunia acerba non tantum valet, quantum matura; & quia non tantum valet pecunia futura, quantum præſens, quoniam præſens poteſt expendi, non autem futura.

¶Quinto, quia in huiuſmodi cõtractibus non venditur pecunia, ſeu paga, vt clarũ eſt, quia venditor in his contractibus non tenetur aſsignare emptori pecuniam, vel pagam: ſed tantum ius, vel chirographum, quæ minus valent, ergo minoris poſſunt emi: quàm ſit quantitas iſtorũ debitorum acerborum. 5

¶Sexto, quia in his contractibus non interuenit mutuum: ergo non interuenit in eis vſura. Illatio eſt nota, & antecedens patet; quia in mutuo aliquid manet reſtituendum, ſcilicet, mutuata ſors, & hic nihil manet reſtituendum; ergo non eſt mutuum. 6

¶Septimo; quia eſt vera emptio, quia periculum iuris chirographi empti apud emptorem manet: ergo non eſt mutuatio vbi poſsit interuenire vſura. 7 Hæc ſunt argumenta neque vilipendẽda: quibus Armilla ſuam fulcit ſententiam. Eandem tuetur Nauarr. ſumm. Latin. cap. 17. num. 231.

¶Dico ergo, quæſtio hæc non modicum nobis faceſſeret negotium, niſi aliqua fundamenta, & principia, quibus iſta fulcitur ſententia affirmatiua debilitaſſemus. Primo ergo antequàm pro captu noſtro, quid nobis in hac quæſtione videatur verius reſoluamus, dicimus, ꝙ eſto propter argumẽta hic propoſita ſententia hæc probaretur, tamen nõ ideo probandã eſſe cenſemus ſententiam Nauarri, quam quæſtione ſuperiori refutauimus, ſcilicet, quod ipſimet debitori liceat à ſe debitum minoris anticipata ſolutione redi-

*Caietan. Nauar. Armill. ſunt pro affirmat.* redimere, quia hoc negat Caietanus, cum in quæſtione hac de pagis acerbis cum Nauarr. & cum Armilla tenuerit: quia adhuc diuerſa eſt, vt prædiximus ratio, quia iſte debitor tale ius, & chirographum certum facere tenetur.

*Concl. 1.* ¶Igitur pro deciſione quæſtionis ſit prima concluſio: Si debitum pecuniarium dicatur acerbum, quia eſt periculoſum recuperatu, vel litigioſum, vel parum certū, & liquidū, in hoc omnes conuenimus, ſcilicet, quod poſſit minori pretio, iuſto tamen emi anticipata ſolutione. *Sot. à Peña.* Hæc cōcluſio eſt Soti, & fratris Ioannis de la Peña; *Ratio.* quia iura, & debita in futurum recuperanda cum iſtis periculis, & malis conditionibus affecta minus valent.

*Concl. 2.* ¶Secunda concluſio; Iſta iura vel debita in futurum ſoluenda etiam liquida & ſecura minoris poſſunt emi à mercatoribus: qui rogantur ea emere, quando parati erant ſuam pecuniam, quam anticipate pro eis ſoluunt, occupare licitis negociationibus, vbi plus, aut tantundem lucrarentur, quam minus quod ſoluunt pro chirographo. Hæc concluſio patet: quia tunc ſeruatis conditionibus omnibus lucri ceſſantis, probabile eſt, quod ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis poſſit ea iura minoris emptor ad inſtantiam partis indigentis tali pecunia emere anticipata pecunia. Hæc concluſio videtur *Metin.* Metinæ in codice de reſtitutione. q. 38. in fine.

*Concl. 3.* ¶Tertia concluſio; Vbi debita ſunt liquida, ſecura, certa, quæ in futurum ſunt recuperanda abſque ratione damni emergentis, aut lucri ceſſantis in mercatore, rogatus ea emere ab indigente pecunia non poteſt anticipata ſolutione minoris ea emere. *Sotus. Metina.* Hæc eſt Soti in de iuſtitia & iure. Hac ratione Metina Salmanticenſis in ſua inſtruct. fol. 146. pagi. 2. *Exemplū cenſus.* ait, quòd non licet cenſus & iura ab antiquo impoſita, quorum iuſtum pretium fuit ad quatuordecim pro mille iuxta pragmaticā emere minoris: niſi ſint iura difficilia recuperatu, quo ad penſiones annales.

*Concl. 4.* ¶Quarta concluſio: Inter mercatores Genuenſes, in quorū manibus ſua pecunia ſemper eſt in potentia ad negotiandum, forſitan ſi abſit mens corrupta, malaque intentio, & attendantur omnes conditiones iuſtificātes lucrū ceſſans, ratione lucri ceſſantis poſſunt hæc iura etiam liquida, & certa & ſecura minoris emere, arbitrio boni viri penſato ex vna parte debita, ſi ſunt periculoſa, aut ſi ſunt ſecura faciliaq; recuperatu, penſato ſaltem lucro, quod ex pecunia, quā habeāt deſtinatam negotiationi proueniret, ex qua veriſimiliter illud minus, quod pro chirographis ſoluunt lucrarentur. *Gloſſantur, Sixtus, & Calixtus.* Et forte ſalua cenſura Romanæ Eccleſiæ, hac ratione Calixtus, & Sixtus quartus illos contractus conceſſerunt; & non abſolute.

*Concl. 5.* ¶Quinta concluſio; Regulariter illæ emptiones pagarū acerbarū factæ iuſto pretio arbitrio boni viri taxando, ſed minori, quam ſit quantitas in poſterū recuperanda ſunt licitæ; ſi hac cōditione fiāt, vt emptor ſubeat periculū recuperādi, ſi debitor talis chirographi, vel iuris excoxerit, vel fidei fractor extiterit, vel lite ſe defenderit. Quia ſolum ſibi actionē ad recuperādū illa vēdit creditor, & nihil amplius. Dixi, quod regulariter in hoc caſu ſunt licitæ, quia regulariter inſtant, vel circūuallāt hæc pericula chirographa hæc, & iura. Et in hoc caſu, & in priori quartæ cōcluſionis prædicti pontifices hos caſus conceſſere. Et in his caſibus, quia regulares ſunt & conſuetudo eos tolerat, tolerari hæc emptio poteſt.

*Sententia autoris.* ¶At his non obſtantibus ſalua cenſura eccleſiæ, & me potentium docere noſtra ſententia eſt vera, quæ eſt, vt prædiximus, Soti, & F. Ioannis de la Peña, ꝙ in caſu particulari, vel particularibus caſibus, vbi omnia excuſantia ceſſarent, quia debita ſunt certa liquida, ſecura, ſine expenſis, & labore recuperabilia faciliaq; recuperatu, & citra omne periculū & veluti iam in manu: non licet ea anticipata pecunia emere minoris, quam in ſe ſint ſecluſo lucro ceſſante aut dāno emergente: *Ratio palmaria.* quia nulla ſubeſt ratio excuſandi talē emptionē. Et præter rationes ante adductas probatur clare. Quia non licet minoris emere merces certo tradendas, quā ipſæ tempore traditionis valent; ſed per Armillā, qui emit debita illa iura & chirographa ad illa recuperāda, emit ea veluti merces: at iſta iura ſi ſint certa & ſecura, pro tempore recuperationis valent. v. g. mille: ergo nō licet anticipata ſolutione minus, quā mille pro eis dare. Sicut merces, quia tempore traditionis pro eis inueniuntur mille non licet pro eis anticipate ſoluendo dare minus, quā mille. *Ius ad mille certum mille valet.* At negare, quod ius ad mille recuperanda tempore recuperationis, ſi ſit certum, & ſecurum recuperatu, nō valeat mille, eſt præter omnium opinionem loqui. Quia ſicut merces valent mille quando tempore traditionis earū pro eis inueniuntur mille; ità illud ius recuperādi mille poſtquam tempore ſolutionis, quia eſt ſecurum, eſt veluti merces, pro qua ſoluūtur mille, ſequitur ꝙ valet mille. *Reſp. obiection.* Neque valet dici, quod qui emit illud ius eſt veluti qui emit



emit granum in ſemine, & in potentia, quod minus valet: quia nō eſt ità. Quia granum in ſemine & in potentia multis ſubiacet periculis, & laboribus, & multipliciter pōt impediri. At debitum, & ius ad illud, vt ſupponimus, eſt certum; ſecurum, moraliter non impedibile: quia debitor illius eſt valde diues, & timoratæ conſcientiæ, qui ſtatim accedente termino ſolutionis ſe offeret ad ſoluendū illud cum benedictione domini. Concludamus ergo, quod in hoc caſu ſecurior & longe verior eſt noſtra ſententia, quam Armillæ & Nauar.

*Ad argu.* ¶Igitur ad argumenta dicimus, quod iam ad priora ex authoritate pontificum & conſuetudinis toleratæ reſpondimus quomodo & in quibus caſibus authoritas pontificum, & conſuetudo eos cōtractus tolleret, & poſſit tolerare præter quam in iſto caſu.

*Ad alia argumen.* ¶Ad reliqua argumenta iam reſponſum eſt, quod ratione periculi, aut lucri ceſſantis, poſſint tales contractus tolerari: ſed non ratione fundamēti allati, ſcilicet, quia pecunia præſens ex ſe vel ſemper valeat magis, quā futura, quia hoc eſt falſum.

*Ad 5.* ¶Ad aliud argumentū reſpondetur, ꝙ licet concedamus, ꝙ venditur tantū ius, & chirographū, negatur quod iſtud ius ex ſe minus valeat, niſi ſit periculoſum, aut niſi interueniant aliæ circunſtantiæ. *Ad 6.* ¶Ad aliud argumentū penultimū negatur, ꝙ ibi non interueniat mutuū virtuale. Quia pro illo pretio anticipato veluti pro mutuo dato, recuperatur debitum, in quo vltra ſortē recipitur aliquid. Et ſicut emens merces anticipata ſolutione ſtatim acquirit ius ad eas ſuo tempore recuperandas; ſic iſte ſtatim acquirit ius ad debita ſuo tempore recuperanda. Quare ſicut ille non poteſt anticipate minus ſoluere pro mercibus, aut pro iure recuperandi eas: ita iſte non poteſt minus anticipate ſoluere pro debito ſibi in futurum ſoluendo, cū eſt omnino ſecurū, aut pro chirographo, id eſt, iure recuperandi illud.

*Ad vlti. argum.* ¶Ad vltimū argumentum dico, ꝙ vocetenus, & in forma eſt venditio, ſed eſt cum virtuali mutuo, ratione cuius recuperat pluſquā anticipate ſoluit: ideo eſt palliata vſura. Sicut etiam emptio mercium minori pretio anticipata ſolutione, in forma eſt emptio, ſed implicite eſt ibi mutuum ratione cuius exoluitur aliquid vltra ſortem. Et hæc ſint dicta non animo impugnandi Nauar. virum alioquin eruditiſsimū, & mihi gratiſsimum, & de tota Chriſtiana republica tam bene meritū: ſed cauſa eruendi, & patefaciendi veritatem, alioquin de ſe manifeſtā: ſed quibuſdā fucatis argumentis offuſcatam in hac parte.

*Quæſtio. De contractu Caroli Imperatoris.* ¶In dubiū quoq; reuocari hic poteſt contractus ille, quē Imperator Carolus V. oppreſſus egeſtate bellorū ſolitus fuit inire cū ex Indicis regionibus aſportantibus gazas, quas ſibi pro neceſsitatibus bellorum eis inuitis tollebat, conſtituebatque illis annuos redditus ſuper gabellarū ſibi debitarum iuribus in recōpenſationem pecuniæ ablatæ, an ſit contractus licitus. Et idem de communitate indigente pecunijs, an poſsit cogere ciues ad præſtandum communitati conſtituēdo illis in recompenſationem annuum redditum ex veris redditibus communitatis.

¶Dico igitur ad hunc contractum, quòd tanta poteſt eſſe neceſsitas publica, cui aliūde non poſsit opportunè ſubueniri: ꝙ poterit cōmunitas, aut eius vices gerens rex, aut Imperator, vt minus grauentur ciues, & neceſsitati præſenti præſentanea adhibeatur ſubuentio, cogere ciues ad præſtandum cōmunitati, & ſic etiam ciues dantes pecunias poſſunt habere annuum cenſum. Sicut poterunt habere, qui ex gazis bene acquiſitis in Indicis regionibus ſibi ablatis ab Imperatore Carolo in recompenſationem acceperunt ab ipſo, ſuper vectigalibus annuos reditus. Dixi ſi bene fuere partæ tales gazæ. Quia increbruit fama, imò experientia eſt teſtis, quòd multi illorum iniuſte eas acquiſiere. *Nota hic interuenit cōtractus cenſus.* Quod autem tales contractus liciti ſint patet. Quia hic eſt emptio cenſus, & nō mutuum: quia eam præſtantes pecuniam communitati, aut Imperatori, non poſſunt eam reuocare, quando volūt. Neque periculum pecuniæ eſt penes eos, qui dant, ſed penes Imperatorem, vel communitatem recipientes. Periculū vero cenſus eſt penes ciues dantes pecuniā, & dominium poſſeſsionis hypothecæ ſecundum aliquos doctores ſimiliter, igitur vſuræ labe carent tales cōtractus.

¶Sed quid, ſi communitas accipiens pecuniam ſuorum ciuium ad cenſum talia iura vectigalium non haberet, ſed ficte & in aere, an talis contractus eſſet licitus, ſi ſuper his fictis iuribus non ſtantibus cenſum conſignaret. Hic caſus eſt dubius, vt ait Armilla, verbo, vſura. §. 52. Sed ego dico poſt extrauagātem Pij V. damnantis cenſus perſonales, & ſuper nullam veram hypothecam conſtitutos, planè contractus eſſet nullus; virtuteq; illius non poſſent tales ciues percipere cenſuales penſiones, perceptaſque tenerentur reſtituere; Poſſent tamen agere tūc pro ſuo intereſſe. Sed de his ſatis.

CAP.

# CAP. CCIX.

*De celebri quæſtione montis pietatis, tantopere inter doctores ventilata; Et an liceat dominis, quia ſubminiſtrant pecuniam, aut granum ſuis colonis eos obligare ad pretio antiquo conducendos agros.*

*Quæſtio. An mons pietatis liceat.*

Porrò iã illa celeberrima quæſtio, & inter quæſtiones ad materiam vſuræ pertinentes tantopere inter doctores ventilata de mõtibus pietatis nũcupatis, ſe offert, vbi quis pius homo congerit magnam vim, aut copiã frumẽti, aut pecuniam pro pauperibus illius ciuitatis, aut oppidi indigentibus; an poſsit non ratione mutui; ſed quia adhibet diligentiam ad illum ſuſtentandũ montem frumenti, & pecuniæ, qui ſine expenſis nequit ſuſtentari, & quia in eo præficit officiales ad conſeruandũ mõtem, ad mutuandũ indigentibus & petentibus mutuũ, & ad recipienda pignora, & chirographa accipere aliquid vltra ſortem mutuatam. At videtur, quòd nullatenus liceat: quia nullus mutuator ſe offerens ad mutuandũ reipublicæ ratione huius, quia laborat in mutuando, & officiales ad mutuandũ præficit: poteſt aliquid accipere. Quia cum mutuum fieri debeat gratis iuxta præceptũ Domini: Mutuum date nihil inde ſperantes: nõ debent pro tali mutuo indigentes grauari, vt aliquid ſoluant vltra ſortem: ergo pro ſuſtẽtando montem ad mutuandum non debet aliquid vltra ſortem exigi. Et quidem Sotus & Caietan. hos montes inſtitutos in Italia damnant, tanquam vſurarios. Cæterum Nauarrus, Peña, & Metina Cõplutenſis eos approbant: quia inquiunt approbati ſunt per diploma Pontificum Leonis. X. & aliorum quatuor Pontificũ: vt refert Nauar. cõmento de vſuris. Igitur pro reſolutione quæſtionis more noſtro ſtatuitur prima concluſio.

*Exemplificatur.* *Ratio pro negatiua.* *Variant Doctores.*

*Concl. 1.* ¶Prima concluſio: Licet pro mutuo non liceat aliquid accipere, quia eſſet vſura: tamẽ pro obligatione mutuãdi, qua quis ciuiliter ſe obligat ad mutuandum pecuniam, vel frumentum omnibus indigentibus ciuitatis, vel populi cum petierint, aliquid vltra ſortem exigere poteſt. Concluſio eſt Soti, & omnium, cuius meminimus ſupra. *Sotus.* Quia licet (vt diximus) aliquid accipere pro fideiuſſione, vel aſſecuratione: ergo & pro obligatione ciuili omnibus mutuandi, quia eſt æſtimabilis pretio.

*Concl. 2.* ¶Secunda concluſio: Mons pietatis eſt licitus, ſi ſit cum his conditionibus inſtitutus. A *Condi. 1.* Prima, ne mons creſcat expenſionibus, quæ vltra ſortem exigantur ab indigentibus petentibus inde mutuum. *2.* Secũda, vt miniſtri, & officiales illius montis nihil amplius ab indigentibus, & poſcẽtibus mutuũ recipiãt, quam labor eorũ poſtulat. Sed magis pium eſſet, vt erigẽtes huiuſmodi mõtem aliquid etiam redditus relinquerent pro ſtipendiandis eius officialibus, pro eiuſq; ſumptibus: Ita, vt pauperes, & indigentes, in quorũ gratiam mons inſtitutus eſt in nihilo grauarentur; ſed tantũ ſortem mutuo inde receptã ſoluerent. Et ſic ait Caietanus vidiſſe in Italia. B Nã & Leo X. melius eſſe aſſeruit, vt pauperes, non, niſi dimidiũ pro ſuſtentatione montis & miniſtrorũ exoluerent tantũ. Sed nihilominus licet indigentes inde quærentes mutuum pro rata mutui rependant ſtipẽdium, pro miniſtris neceſſarium, etiam & in hoc caſu Leo X. illum montem approbat.

*Ad argu. Caieta. & Soti.* ¶Igitur ad argumentum præcipuũ Caietani, & Soti in oppoſitũ reſpondetur; Quod ſi indigentes accipiẽtes inde mutuũ aliquid ſoluunt vltra ſortem, non id ſoluunt ratione mutui, ſed gratia conſeruandi mõtem, & ſoluendi ſtipendia officialibus, recõpenſandiq; expẽſas; quia in gratiã taliũ indigẽtiũ huiuſ- C modi officiales ſubeũt laborẽ, & expenſas; quę omnia nõ tenẽtur gratis ſubire, poſtquã non in illorum cõmodũ ſed in egenorũ cõmodũ mons ille inſtitutus eſt & cõſeruatur.

*Concl. 3.* ¶Tertia cõcluſio: Tales inſtitutores mõtium pietatis in pecunia, vel in tritico pro mutuando indigentibus populi, ſi non renũtiant dominium pecuniæ, aut tritici in communitatem pauperũ indigentiũ, aut ſi non ſe obligãt ciuiliter, & perpetuò, aut pro multo tempore ad mutuãdũ egenis ciuitatis, aut populi: non poſſunt mutuando exigere aliquid vltra ſortem. Ex ſalua authoritate ſedis Apoſtolicæ, & tãtorũ põtificũ, cui me ſub- D do in hoc, videtur vera ſententia Soti & Caietani reprobantiũ montes, quorũ dominiũ, ſcilicet, manet apud eorũ fundatores. *Hic vera eſt ſententia Caiet. & Soti.* Et patet: Quia in hoc caſu neq; pro obligatione ciuili, quia dominus illius montis, vt ſupponimus non ſe obligat ciuiliter, neq; pro ſuſtentatione illius mõtis, quia, vt ſupponimus in concluſione hac, ille mons non eſt pauperũ: non tenẽtur pauperes aliquid vltra ſortem impendere pro illius conſeruatione: quia quolibet tempore, cum ſit ſuus poteſt fundator illius ſibi eam pecuniam vendicare, vel in alios ſibi vſus proprios vertere.

*Concl. 4.* ¶Quarta concluſio. In rei veritate in caſibus,

Cap. CCIX. An liceat augere locationis pretium, &c. 509

quibus põtifices approbarunt huiuſmodi mõtes pietatis ſunt liciti; quia in huiuſmodi caſibus dominiũ illius mõtis eſt penes cõmunitatem pauperum; quia illud dominiũ renuntiauit fundator montis in communitatem pauperum populi, aut ciuitatis: & talis mons pro mutuando pauperibus ciuitatis manet obligatus. Vnde ſi pauperes aliquid vltra ſortem contribuant pro eius, & miniſtrorũ, & ſumptuum ſuſtentatione, non rem alienam, ſed ſuam met rem agunt. *In hoc caſu vera eſt ſententia Nauarr. Metin. Complut. & Ioan. à Peña.* Et in hoc caſu vera eſt ſententia Nauarri, & Metinæ, & Fratris Ioannis à Peña: Quia in iſto ſenſu creditur pontifices hunc montẽ approbaſſe. B Quia approbamus, inquiunt, hanc montis inſtitutionem cum conditionibus, quatenus non ſunt contra ius naturæ. Verumtamen, ſi fiat iuxta conditiones in hac quarta concluſione prætactas, nihil fit contra ius naturæ; ergo eſt licitus talis mons, ſi iuxta conditiones has huius quartæ concluſionis inſtituatur, ſalua cenſura Romanæ eccleſiæ in cunctis à me aſſertis, vel aſſerendis.

*Quæſtio. An à moroſo debitore poſſit peti intereſſe.* ¶Præterea & hic quis ambigere poterit, an vſurarius, ſit ille creditor qui adueniente tempore ſolutionis ſibi debiti, maiorem dilationem, aut moram ſuo debitori concedere renuit, niſi aliquid ſibi vltra ſortem debitam erogetur. Et videtur quod vſurarius non ſit C in hoc: quia poſtquam debitor eſt in mora, poteſt creditor exigere intereſſe damni emergentis, aut lucri ceſſantis. *Obiectio.*

¶Reſpondetur tamen: quod planũ eſt ob talem moram dilationis ſolutionis etiam inuito creditore à debitore aſſumptã ſecluſa ratione damni emergentis, aut lucri ceſſantis, id eſt, ſi nihil horum ex tali dilatione creditor patiatur: non poteſt à debitore aliquid vltra ſortem exigere: quia eſſet vſura. Secus ſi talis ratio lucri ceſſantis, aut damni emergentis interueniret. Quia tunc ad inſtãtiam debitoris de hoc admoniti, ſi protraheret tẽpus ſolutionis poſſet ratione talis lucri ceſſantis, aut damni emergẽtis aliquid vltra ſortem recipere. ¶Secus eſſet, ſi ipſe cauſa aliquid plus recipiendi ſua ſponte ſe offerret ad præſtandam maiorem dilationem, & nõ ad petitionem alterius: quia tunc caſus hic vſuræ labe non caret.

*Quæſtio. An licet mutuare agricolis vt priſtino pretio cõducat agros.* ¶Inſuper ab hoc loco non abhorret illa quæſtio, qua quæri ſolet, vtrũ domini agrorũ immunes ſint ab vſura, qui hac cõditione colonis & agricolis pecuniam, aut frumentũ mutuant, vt priſtino pretio, quo ſoliti erant coloni conducere tales fundos, eos cõducãt, quando iam tali pretio coloni eos cõducere A renuunt. *Argum.* At videtur, quòd hoc citra vſuram facere poſsint; quia per id mutui non intendunt, niſi quod pretiũ iuſtum penſionis, quod antea coloni ſoluerant: modo ſoluant, & nihil amplius. *Sotus. Nauar. negant.* Et quidem Sotus de iuſt. & iure id non eſſe licitum aſſeuerat. Nauarrus quoq; ſum. lati. c. 17. nu. 210. hunc caſum cũ Soto reprobare videtur, vbi ſic ait, cauere ſibi debere eccleſiaſticos, & ſeculares prædiuites, qui ſuis colonis agros pluris iuſto pretio rigido locant propter dilatatam ſolutionem ſibi debitorum, vel propter mutuationem: quia mutuant colonis triticum, aut victum, aut pecuniam pro ſumptibus agriculturæ. B Vel quia alliciunt colonos donis, & pollicitationibus ad augenda pretia in auctionibus publicis. Vel quia donarijs incrementorum, quæ Hiſpani vocãt pujas, & dilationibus ſolutionũ cogunt eos facere renũciationes ab omni iure alienas, quales ante ſuam ætatem paucisſimas in Hiſpania vidit Nauarrus; *Nota val de vitia, quæ cõmittuntur in locat.* nulla habita ratione, quòd per huiuſmodi ſummiſſiones, & ad caſus fortuitos obligationes minuitur pretium, alioquin iuſtũ cõductionis: Nulla habita ratione, etiam quod locantes tam exceſsiuo pretio ſunt in cauſa, vt redigant cõductores ad magnã miſeriam; ita, vt fiant veluti locatorũ mancipia, vel vt vtan- C tur mendacijs, vel malis artibus in vendẽdis fructibus, vt inde corradãt pretiũ exceſsiuũ, quod ſoluunt: quibus niſi vtantur impoſsibile eſt illud ſoluere. ¶Igitur pro deciſione quæſtionis, quia frater Ioannes de la Peña videtur aliter decidere, more ſolito ſtatuamus cõcluſiones. *Ioann. à Peña.*

*Concl. 1.* ¶Quarũ prima ſit: Si ipſi domini agrorũ ſpõte ſe offerũt ad præſtãdũ iuſto pretio boues, & inſtrumẽta ad inducẽdũ colonos agricolas, vt augeãt cõductionis pretiũ, quod alias nõ augerẽt vſurã eſſe exiſtimo: ſicut ſi huius rei gratia mutuarent frumẽtũ. Hęc cõcluſio eſt Nauar. & Soti. *Nauarr. Sotus.* Et patet: quia ratione iſtius præſtationis mutui accipiunt plus pretij, quam eſſent accepturi. D

*Concl. 2.* ¶Secũda cõcluſio: Si ad inſtantiã & petitionẽ agricolarũ cũ per plures annos ineunt conductionis fundorũ contractum; domini agrorũ obligatione ciuili, & inſtrumẽtali ſe aſtringunt ad præſtãdũ boues, & inſtrumenta agriculturæ ſuo iuſto pretio poſtea ſoluẽda: & ſi ſic ſe obligent ad victualia, vel ſemina neceſſaria mutuanda; ſi ratione huius obligationis ciuilis aliquid modicũ exigant amplius, quã non eſſent ſine illa recepturi, non videtur condemnandũ. Patet hæc cõcluſio, quæ fertur fuiſſe F. Ioannis de la Peña. *Probatur Ioann. à Peña.* Quia obligatio hæc cũ ſit ciuilis & per plures annos

nos.v.g.octo aut decẽ eſt ęſtimabilis pretio: ergo cũ non vltro,ſed ad inſtantiã agricolarũ,ſe dñi agrorũ ad prædicta aſtrinxere, aliquid pro ea accipere,culpa vſuræ vacare videtur.

*Hic pericul. latet.*

¶At in hoc totũ periculum verſatur vſuræ.Et ideo Sotus,& Nauarr. id abſolute reprobant. Quia,vel ipſi domini agrorum ad hæc mutuãda,vt augeant pretiũ,vel recipiãt pretiũ quod alias coloni non darent communiter,vltro ſe offerunt,vel ſi ad inſtantiã colonorũ ea obligatione ciuili ſe obligant, illa parũ valet,ſi ſit pro ſemel, aut bis prædicta mutuando:vel ſi aliquid valet:quia eſt obligatio,qua ſe obligãt adhęc mutuãda neceſſaria agricolis pluries,quotiens indiguerint,& per plures annos: nõ tamen nec in hoc caſu tantum valet,quantum eſt id, quod ad pretium aliàs dandum adaugent. Vnde res eſt plena periculis. Et ideò ab his auctionibus pretij his coloribus meritò Nauarrus aduertit eccleſiaſticos,& ſæculares prædiuites debere cauere.

*Quæſtio. An licet mutuare vt quis operetur aliquid. Sotus.*

¶Vltra hæc accedit & dubiũ ab hoc loco non alienũ,ſcilicet,an contractus hic ſit vſurarius,vbi Petrus ſic conuenit cũ Ioanne dicens,Ioãnes obliga te mihi ad meas in æſtate iuſto pretio demetendas fruges pretio tunc tẽporis currenti,& nunc ego tibi præſoluã partem pretij.Sotus de iuſt.& iure hunc cõtractũ non omnino audet approbare: quia ratione anticipatæ ſolutionis partis pretij, quæ videtur mutuũ virtuale, exigit Petrus à Ioanne obligationem ciuilẽ æſtimabilem pretio,ſcilicet,demetendi ſegetes Petri poſtea in ęſtate.

*Sententia authoris.*

Sed dico licet iſta ſentẽtia Soti propter authoritatem tanti viri,vtpote tutior,non ſit omnino reſpuenda,ſed conſulẽda;ſed quia iſtæ cõuentiones cõmuniter fiũt in Hiſpania,quæ nõ ſunt mutua ſed emptiones,vel conductiones operarũ operarij præſoluta prius parte pretij,quia non intendũt iſti mutuare,ſed conducere operarios præſoluta parte pretij,vel toto pretio,ideo non ſunt vitio vſuræ notandi.Nec obſtat, quod ciuiliter obliget Petrus Ioannem ad præſtãdas in poſterũ,id eſt,in æſtate operas anticipata pecunia Ioannem obligando:quia etiã citra vſuram anticipata ſolutione emẽs merces licitè obligat venditorem ad eas in poſterum tradendas emptori.

*Quæſtio. De ouiũ locatione cũ obliga. eas reficiẽdi.*

¶Deinde hic,niſi in materia de locatione caſum hunc dilucidaſſemus,an vſurarius ſit contractus locare oues cũ obligatione reficiendi numerũ earũ ex fœtibus inde naſcituris,vt paſſim fit in noua Hiſpania, vbi cõtra A naturam contractus locationis cõductor ſubit periculum ſupplendi numerum ouium pereuntiũ ex fœtibus ratione conductionis ſibi prouenire debentibus, hic nobis prolixior ſermo erat futurus. Sed iam diximus cõtra Metinam in ſua inſtructione abſolute dãnantem contractum,quomodo hac via poteſt tolerari;ſi locator ouium ratione huius grauaminis,quod imponit cõductori ouiũ, tanto minori pretio eas locet, quantũ valet refectio pro pereuntibus ouibus: quã facit conductor ex naſcentibus fœtibus. Secundo dici poteſt,quod tolerari poteſt, quia cũ oues illæ locatæ ſint locatoris, & apud B ipſum maneant quoad dominium,ex fructu ſuarum ouium,& ſuo reficit oues pereũtes, & reſiduum fructuum præter requiſitum ad hanc refectionem locat tantum conductori iuſto pretio;alias longe maius pretium iuſtè accepturus,ſi omnes fructus locaret. Sed an ita fiat committendum cenſeo eorum conſcientijs,& arbitrio bonorum virorũ:quãuis non ſit res quæ vacet omni ſcrupulo.

*Nota quã do clades contingit.*

Quando ergo magna ſtrages contingeret ſine culpa conductoris ex caſu fortuito,tunc nõ videtur ex naſcentibus fœtibus teneri ad reficiendũ numerum,quia ſine culpa ſua in notabili copia perierunt matres,& non ſuppetit C ea poſsibilitas ex fœtibus paucis remanentibus,aut naſcituris ſupplendi tam magnum numerum.Niſi forte per plures annos eas cõduxerit:taliterque euenerit caſus, vt ex abũdantia fœtuum ſubſequentium, vel præcedentium annorum poſsit conductor recompenſare refectionem notabilem ouium caſu fortuito pereuntium:quam fecit,& pro quãtitate pretij conductionis, quod ſoluit aliquid lucrari ad inſtar caſus fortuiti ſterilitatis innitendo æquitati.

## CAP. CCX.

D *An gener teneatur fructus pignoris dotalis computare in ſortem; Et an vſura ſit ſi venditor ſibi applicet fructus poſſeſsionis venditæ ante pretij ſolutionem.*

*An in doteſint cõputandi fruct. pignoris in ſortem.*

QVoniam paulatim ad profundũ materiæ vſurarũ immergimur, iam illa quoque quæſtio iuridica cap. ſalubriter.de vſuris,&. l.pater.ff. de dol. mal. prætacta ſe exerit,an gener fructus pignoris fructiferi ſibi dati à ſocero in ſecuritatem ſoluendæ dotis,teneatur in ſortem ſibi dotis debitæ,& ſoluendæ computare; an vero his fructibus iam perceptis, in dotem eos non computando poſsit integre ſuam dotem ſibi conſtitutam pro ſua vxore recuperare. A Et quidem hæc quæſtio iam per authoritatem pontificiam prædicto.capit. ſalubriter.ſatis patenter diffinita eſt,ſcilicet, quod non eſt vſura tales fructus pignoris dotis non computare:& quòd licitè poteſt gener his fructibus,quanuis perceptis iam à ſe, integrã vxoris dotem expetere. Quia tales fructus iam perceptos reſtituere non tenetur, quia eos non capit vi mutui veri,vel palliati: ſed alia ratione.

*De vſur.*

*Quæſtio. Quæ nam ſit ratio fructus pign. dotis nõ computandi in ſortem. Didacus Leyua. Nauarri ratio.*

¶Sed quænam ſit iſta ratio iuſtificans acceptionem fructuum pignoris dotalis vltra dotem, ſi petitur, varias huius rei rationes, B quæ à varijs doctoribus variæ redduntur,ſiquis videre velit legat Didacum à Leyua in cap. 1.lib. variarum reſolutionum. Sed Nauarro prout ipſe ait, nulla earum rationum placet,non communis,neque alia Metinæ, neque alia Soti:nec alia Fortunij à Nauarro olim approbata:ſed ſolum alia genuina fundata in donatione tacita dotantis, & tradentis pignus:quæ ſecundum ipſum colligitur ex multis in dotatione concurrentibus,quæ ibi inſinuantur.

*Sententia autoris. Didac. Roma.*

Sed mihi nulla ratio magis applaudit aut ſatisfacit,quam illa,quam illuſtriſsimus dominus Didacus Roman epiſcopus Thaxchalenſis vir ſua facultate eruditiſsimus C cum intereſſet quibuſdã noſtris concluſionibus inſinuauit fundans eam in ratione damni emergentis.

*Ratio Soti.*

Nam etſi illa ratio Soti lib. 6. de iuſt.& iure.q. 1.art. 2.bona ſit,ſcilicet,quòd ideò poteſt gener recipere illos fructus pignoris dotis vltra dotem ſaluam & integram,quia dote ſalua,atque integrã obligatur ex fructibus dotalibus percipiendis ad onera matrimonij ſuſtinenda: ſed quia hæc ratio generalis videtur, reducenda eſt ad aliam magis notam, & ſpecialem. Et quidem nulla hic apparet ratio certior, quã ratio dãni emergentis,

*Ratio Metin. Cõplu.*

licet alij doctores, vt D Metina Cõplutẽſis de vſuris ſuggerãt hanc cauſam eſſe,rationem lucri ceſſantis,ſcilicet, quia cũ pecunia dotali lucraturus erat gener ſi ſtatim ſibi fuiſſet ſoluta. Sed hęc ratio non eſt vniuerſalis.Sed quid ſi cũ dotali pecunia nõ negociaturus eſſet gener,ſicut multi non negotiatur.Igitur potiſsima ratio iuſtificãs prædictũ caſum eſt ipſamet ratio dãni emergentis.Quia damnum emergens dicitur non ſolum quando ex eo quod non ſoluiſti mutuum,aut debitũ in tempore cecidit domus, aut triticum eſt à creditore carius emptum; ſed etiam quando ex hoc aliquod ſimile dãnum accepit creditor. At ex eo, quod ſocer, vel qui promiſit dotem quã ſtatim ſe obligauit ſoluere dilatat, gener patitur damnum; quia ex ſuis expenſis, vel facultatibus proprijs,vel alienis cogitur ſubire onera matrimonij,quæ ex fructibus dotis ſoluendæ, & non ex proprijs tenebatur ſuſtinere:ergo ad reſtaurationem,vel ſuppletionem iſtius dãni,ꝙ alias pateretur ex dilatione dotis fructus pignoris dotalis recipere (plana eſt ratio)ꝙ poſsit.

*Coroll.*

Ex qua concluſione iuridica infertur quemlibet maritum,quanuis nõ ſit gener eius,qui tale pignus dedit,poſſe fructus eius percipere non computando eos in dotẽ promiſſam, niſi contrarium exprimatur: B quamuis ſolutioni dotis longum tẽpus præfigatur.Modo obligatio dotem ſoluendi eſſet ad præſens tempus,licet ſolutio differetur accepto pignore.

*Quæſtio. Quid ſi cõceſſa eſt dilatio dotis. Nauar. cõtra Armil.*

¶Ex quo patet ſolutio ad illam quæſtionem, vtrum caſu, quo vir accipiens pignus conceſſerit dilationem,poſsit accipere fructus.Quia reſpõdemus cũ Nauar.ſum.latin. cap. 17.num. 213. quod poteſt contra Armillam,verbo. Vſura.§. 23. Cuius ratio nihil valet.Quia inquit ſi à principio fuit appoſitus terminus dilationis ſolutionis dotis, nõ poteſt facere fructus pignoris ſuos:quia ſicut potuit eam accipere ſine dote:ita expectare,& dare dilationem per annum & plus. C Secus ſecũdum Armillam ſi non eſt poſitus dilationis terminus.

*Sotus.*

¶Sed dico cum Soto etiam, cui accedit Nauarrus, quod etiam conceſſa dilatione, & termino ſolutionis dotis certo in futurũ: licite poteſt ſponſus illos fructus pignoris ſibi percipere. Quia ſi conceſsit dilationem, viſus eſt eam iuxta ius cõceſsiſſe,& per hoc nõ renuntiaſſe ius percipiẽdi fructus: quos ratione damni emergentis,vt prædiximus licite percipit.

*Quæſtio. Quid ſi nõ ſit acceptum pignus.*

¶Sed quid,ſi ſponſus nõ præaccepit pignus,& conceſsit dilationem dotis, an poſsit D petere fructus.Reſpondetur propter eandẽ rationem Soti,quoniam ſi ſponſus cõceſsit dilationem:iuxta ius eam videtur conceſsiſſe,non renunciando iuri ſuo, & damno ſuo. Ideo ſi licet nõ præacceperit pignus:poteſt ſpõſus petere & redditus & fructus dotis:niſi expreſſe renũtiauerit iuri ſuo recipiẽdi fructus vltra dotẽ.

*Ioſeph.*

Hæc ſententia eſt etiã fratris Ioſephi Minoritæ in ſuis floribus Theologiæ.Et probat eã ex vſu reipublicæ Chriſtianæ.Quia ius canonicum & ciuile cõcedit marito poſſe petere redditus dotis, dum ſibi nõ ſoluitur:quia ſalua dote ex eius fructibus tenetur onera matrimonij portare.

¶Ex

*Coroll.*
¶Ex quo infertur ſecundum dictũ, quod A
eſt Nauarri, ſcilicet, poſſe maritum paciſci
cum eo, qui dotem promiſit, & non ſoluit;
vt quoadusque ſoluatur pro ſubſidio onerũ
matrimonij pendat in ſingulos annos tantũ,
quantum aliquis mediocriter induſtrius ex
ipſa dote, ipſa ſalua; ſibi comparare poſſet.
Ita Panormitanus capit. ſalubri. & multi re-
lati per Didacum Leiua loco ſupra citato,
& Sotus libro ſexto de iuſtitia & iur. quæ-
ſtio. 1. articulo. 2. quidquid Ioannes Lup. in
repetit. cap. per veſtras not. 6. de dona. inter
vir. & vxor. dicat.

*Dida. Leyua. Sotus. Lup.*

*Quæſtio. Quid ſi fructus excedat onera matrim. ſuſtinẽda.*
¶Præterea quærere hic aliquis forte non
ceſſabit, an vir poſsit percipere omnes illos B
fructus pignoris vltra dotem etiam ſi ſuper-
fluant, & excedant ad onera matrimonij ſu-
ſtinenda. Dicitur ergo, quòd licet doctores,
qui ratione lucri ceſſantis tales fructus pig-
noris poſſe ſibi vendicare maritum affir-
mant, concedant etiam fructus excedentes
onera matrimonij poſſe inde percipere: ta-
men re vera ſecundum Sotum loco cita-
to, & etiam Syluestr. verbo, Vſura, non
poteſt maritus inde ſibi reportare fructus
excedentes onera matrimonij, quatenus ex-
cedunt: ſed tantum ad onera hæc ſuſtinenda:
quia neceſsitas, & obligatio mediorum deſu
mitur ex fine. C

*Sotus. Syluestr.*

*Quæſtio.*
¶Adhuc & hanc neceſſariam quæſtionẽ,
& hic adijcimus enodare; Vtrum vidua poſt
mortem viri poſsit illos fructus vltra dotem
repetere: dum ſibi ſua dos non ſoluitur. Et
quidem quæſtio hæc non tam pateſcit in-
ter doctores. Nam Panormitanus capit. ſalu
briter. de vſuris. partem tenet affirmatiuam.
Veruntamen Innocentius, Hoſtienſis, Ioan-
nes Andreas ſuſtinent partem negatiuam.
Quia ipſa vidua non tenetur alere familiam
integram ſeruando dotem, quemadmodum
eius tenebatur maritus; & ideo ipſa caret il-
lo iure mariti.

*Panor. Innocent. Hoſtien. Ioã. And.*

*Concluſ.*
¶His igitur ſic ſtantibus ſtatuitur hæc re D
ſponſiua concluſio; Probabilis eſt opinio
quod maritus, qui dotem recepit; & hære-
des eius in cauſa diuortij tenentur vxori vi-
duæ, aut ſeparatæ ad alimenta præbẽda; quæ
ſalua ſibi manente dote dari debent; quoad
vſque illi ſua dos perſoluatur. Hæc conclu-
ſio eſt Nauarri loco citato, Syluestri, Ange-
li, idem docet gloſſa de rei vxoriæ act. l. vni.
§. exactio. Hæc concluſio patet primò, quia
cæteris paribus ſemper eſt magis fauendum
dotī, & viduis; quarũ cauſa eſt fauorabilior
2 in ſuis dotibus. Secũdo probatur ex ratione
Soti; quia maritus cũ illo onere ſuſcepit do-

*Nauarr. Syluest. Angel. Gloſſ. Ratio. 1.*

tem, aut pignus dotis, vt quandiu non ſolui-
tur dos & non reſtituitur vxori alat vxorẽ,
& etiam familiam ſi remaneat familia filiorũ
ſalua dote. Ergo poteſt vidua, ſeu ſeparata
percipere illa alimenta pro ſe, & familia re-
manente neceſſaria, quamdiu ſibi ſua dos nõ
redditur. ¶Et cõfirmatur: quia quamdiu ſua 3
dos non reſtituitur iſti, non deſinit eſſe dos,
neq; deſinit gaudere iure ſpeciali dotis; quia
cum illo onere tranſiuit ad maritum, & hæ-
redes mariti, vt quamdiu ſibi nõ ſolueretur,
ſalua dote aleretur, non ſolum familia, ſed
etiam ipſa ſi remaneret ſola: & non ſolũ per
annum, ſed quamdiu inuita patitur dilatio-
nem dotis. Quia non vſque ad mortem tan-
tùm, ſed vſque ad redditam dotem perſeue-
rat in marito onus ſuſtinendi onera matri-
monij, ſalua dote. Et per hoc ſoluitur argu-
mentum contrariorum. Quia licet vidua nõ
teneatur alere familiam, ſalua dote; ſed dico
maritus tenebatur; quia illo cum onere ſuſce
pit vſque ad reſtitutionem dotis.

*Concl. 2.*
¶Secunda concluſio, quæ non reſpuitur
à contrarijs; Quando hæredes ſunt in mora
ſoluendi dotem ex culpa ſua, & non ex ne-
gligentia viduæ, tenentur ei omne damnum
ex dilatione ſubſecutum reſarcire. Vt ſi pro
pter dilationẽ dotis vidua coacta eſt ad vſu-
ram mutuum accipere, aut deſtitit lucrari;
quia cũ ſua pecunia dotali negociatura erat,
quia alia pecunia ad negotiandum carebat.
Hæc concluſio patet, quia nõ tenetur vidua
cum ſuo hoc detrimento expectare dilatio-
nem dotis. Secus ſi hæredes nequiuerunt ci-
tra culpam ſuam antea ſoluere, quia tunc pie
magis cum illis eſt agendum.

*Quæſtio. Quãdo veniat reſti. dos.*
¶Sed concluſiones præcedentes ſimul cũ
ſua quæſtione cognitionem etiam huius du
bij exigunt, ſcilicet, quando veniat reſtituen
da dos poſt mortem mariti. Ad quod duo di
cimus. Primò quòd ſecundùm ius ciuile bo- 1
na dotalia immobilia, vt fundus, ſiue domus
ſunt ſtatim à morte viri viduæ reſtituenda,
quia horum bonorum nullũ apud hæredes
tranſiuit dominium. Secundo adijcimus, q̃ 2
quando bona ſunt mobilia, quò ad hæc hæ-
redes non tenentur viduæ, niſi poſt annum
à morte viri reſtituere: eſt diffinitum ſic
in. §. exactio ſupracitato. At per ſupradicta
patet, quod non ſit vſquequaque vera con-
cluſio fratris Ioſephi in ſuis floribus. Vbi cõ
cludit, quod ſi non maneant liberi, non po-
teſt vxor aliquid pro ſuis alimẽtis exigere;
dum differtur ſolutio dotis.

*Ioſephus.*

*Quæſtio. An mortua vxore non reſtit. dot. ſint à lend. filij.*
¶Sed profecto ad huc difficilior apparet
quæſtio illa, cuius meminit ibi frater Ioſe-
phus,



phus, an mortua etiam vxore poſt mortem A
viri: neque recuperata ſua dote liberi rema-
nẽtes poſsint ratione dilationis dotis aliquid
exigere pro alimentis vltra ſortem. Profe-
cto res eſt dubia. Frater Ioſephus negat, quia
mortua vxore non manet idem matrimonij
onus. Sed ſalua aliorum cenſura, licet nõ ſim
certus, exiſtimo poſſe dici, quod mortuo pa
tre, & poſtea ante recuperationẽ dotis mor-
tua matre, quia ſuccedunt in ius matris, poſ-
ſunt filij à quocunque detinente dotem ma-
tris exigere; aut quod reſtituat eis dotem ma
ternam, aut ſalua ea præbeat eis alimenta. Et
ratio eſt; quia quandiu nõ eſt reſtituta, quia
cum illo onere tranſiuit in patrem cum illo B
onere tranſiuit in auum, vel in fratrem maio
rem, vel alium, ſi conceſsione patris illam do
tem vſurparunt, renuuntque ſtatim reſtitue
re. ¶Ex prædictis infertur etiã dictum iſtud;
ſecundum Nauarrum, quòd iuſtè poſſunt
obſeruari ſtatuta terratum, vt qui dotem
promittit quoad ſoluat, & maritus & ipſius
hæredes quouſque dotem viduæ, aut ſepara
te reddant, certum quid ex centum in ſingu-
los annos pendant.

*Ioſephus negat. Sententia autoris.*

*Quæſtio. An mari- t⁹ dotis fructus faciat ſuos.*
¶Sed hic quærendum reſtat, an maritus
dotis ſibi datæ faciat obſolutè fructus ſuos.
Reſpondetur breuiter, quia quæſtio hæc
alium expoſcit locum. Interim dicitur, quod C
quando res frugiferæ dantur in dotem, vt mã
cipia, & greges ouium: ſi dentur hæc appre-
tiata, niſi aliud exprimatur; cẽſentur tranſire
tanquam per venditionem quandam tacitã,
vt prædiximus alibi tranſire in dominium
mariti ſubſtareque eius periculo. Sed ſecus
eſt, ſi hæc non dentur appretiata. Quia ſi nõ
dentur appretiata, periculum, & dominium
horum bonorum dotalium manet apud vxo
rem: & maritus eſt veluti eorum vſufructua
rius, in ordine ad onera matrimonij ſubleuan
da. Quare ſicut vſufructuarius, tenetur ex
fœtibus ancillarum, & ouium, ſi exiſtant, re-
ficere, & ſupplere numerum ancillarum, aut D
ouium dotalium ſibi traditum inappretia-
tum. ¶Adde etiam, quod ſiue dos detur ap-
pretiata, vel inappretiata ſecundum legem
Hiſpaniæ, fructus dotales multiplicati extan
tes, ſicut cætera durante matrimonio bona
lucrificata in fine matrimonij diuidi debent
inter ſuperſtitem coniugem, & heredes obeũ
tis. Vide de hoc partita. 4. l. vigeſima prima.
titulo. 11.

*Part.*

*Quæſtio. An ſit vſura ſi vẽditor vẽdic. ſibi fruct. ante pretij recep.*
¶Vltra prædicta agitanda hic venit & illa
quæſtio, an vſura ſit ſibi vendicare vendito-
rem fructus rei venditæ ante pretij ſolutio-
nem. Huius quæſtionis meminere canoniſtę



capit. conqueſtus. de vſuris, & Syluester, ver-
bo, Vſura. Pro reſolutione igitur quæſtionis
ſit prima concluſio: Quando abſolutè quis
vendidit rem actuali venditione etiam ante
pretij ſolutionem vſura eſt, ſi fructus rei ven-
ditæ, quia non eſt ſibi ſoluta, venditor velit
facere ſuos. Hæc eſt Syluestri, verbo, vſura.
2. quæſtione vndecima, & Franciſci de May-
ron in quarto, diſtinctione decima quinta, &
ſancti Bernardi, & Roſellæ, vſur. 1. §. 47.
Et Archidiaconus ait theologos non appro-
bare hunc contractum, ſcilicet, quod ſit facta
iam actualis venditio, & quod ratione pre-
tij non ſoluti venditor fructus faciat ſuos; Et
probatur primò; quia de re aliena, cuiuſmo-
di eſt poſſeſsio actualiter vendita non licet
accipere fructum. ¶Secundo probatur; quia 2
poſtquam res eſt vendita, etiam ſi non ſit tra
dita: iam ex tunc, niſi in caſibus quibuſdam
exceptis, dominium, & periculum manet
apud emptorẽ. Ergo emptori, & non vendi-
tori ex tempore actualis venditionis debet
fructificare. Tertio probatur; quia illi fru- 3
ctus videntur haberi ratione dilationis tem-
poris, quæ concedit dilationem ſolutionis
pretij, quod videtur ſapere vſuram per ca-
put in ciuitate, de vſuris. Quare vſurarius eſt
contractus, ſi vendens actualiter poſſeſsionẽ
paciſcatur, ſic; Accipiam interim fructus dũ
non ſoluis pretium, non computando eos in
ſortem: niſi forte principaliter feciſſet ad ſer
uiendum amico, & ad inſtãtiam amici, alias
nolens vendere, quia eam poſſeſsionem non
eſſet venditurus. Quia tunc ratione intereſ-
ſe, poſſet illos fructus accipere: maximè dũ
apud ſe ſuſciperet periculum. Vel ſi maneret
domus, aut poſſeſsionis periculum apud ami
cum ementem aliquid æquiualenter de fru-
ctibus ei refunderet in hoc caſu pro periculo
donec pretium ſolueret. Atque in hoc caſu
ſoluta parte pretij pro rata emptori remit-
tenda eſſet pars fructus.

*Conclu. 1. Syluest. Mayro. S. Bernar. Roſellæ. Archid.*

*Quæſtio. An poſt moram ſolutionis poſſ. vẽditor fruct. facere ſuos.*
¶Præterea, quia vrgere quæſtionem ma-
gis volumus: quæritur adhuc, vtrum ven-
ditor ſaltem ratione pœnæ conuentionalis
poſsit ſic paciſci cum emptore, vt ſi intra ter
minum non ſoluerit, tranſacto termino poſ-
ſit venditor poſſeſsionis venditæ fructus fa-
cere ſuos. Et videtur, quod ſic, quia non eſt
æquum, vt emptor habeat fructus poſt mo-
ram ſolutionis, & quod venditor poſt talem
moram pecunia ſibi debita pro pretio vti nõ
poſsit. ¶Reſpondetur, quod ſecluſa fraude
vſurarum, ſi bona fide malit in termino ſibi
reddi ſuum pretium, quam illos fructus per-
cipere. Et ſi impotentiam ad ſoluendũ in ter

*Reſpon.*

mino non nouerit, ſed putet poſſe ſoluere, ſi ad coarctandum illum ad ſoluendum, venditor de illa pœna paciſcatur: vt tranſacto termino emptor amittat fructus, in hoc caſu poſt terminum præfixum, aut ſi fuit ſic pactum, & non fuit certus terminus ſolutionis præfixus, poſt monitionem factam à venditore, ſi debitor, id eſt, emptor non ſoluat pretium, poterit venditor tales fructus exigere: donec emptor ſoluat. Et idem poſſet exigere ratione dãni emergentis, ſi quod ſibi emergit ex non facta ſibi ſolutione: ſed ratione lucri ceſſantis à principio ſic paciſci non eſt tutũ. Sed bene licet ſic paciſci ratione pœnæ conuentionalis. Ita frater Ioſephus in ſuis floribus. Ita gloſſa, capit. cõqueſtus. de vſuris. Ita intelligitur textus in l. curauit. C. de pactis, & C. de vend.

*Ioſephus. Gloſſ.*

*Quæſtio. An venditor iam accept. preti. poſſ. fruct. facer. ſuos. Argumẽ.*

¶ Adhuc incompleta manet quæſtio, ſi è contrario hic non inueſtigemus: ſi venditor recepit pretium poſſeſſionis, & non tradidit poſſeſſionem, an fructus eius faciat ſuos. Et videtur, quod adhuc illos fructus poſſit ſibi vendicare. Quia cum poſſeſſio eius nõ ſit tradita emptori, periculo eius videtur ſtare: ergo adhuc pro eo, & non pro emptore videtur fructificare.

*Conclu. 1.*

¶ Statuimus ergo pro reſponſione concluſiones. ¶ Sit igitur prima, concluſio. Venditor, cum iam ſemel receperit pretium tenetur reſtituere poſſeſſionem, & fructus perceptos poſt venditionem. Neque de hoc vllatenus ambigitur, cum etiam probatum reliquimus, quod poſt actualem venditionem etiã ante ſolutionem pretij, fructus rei venditæ venditor non poſſit facere ſuos.

*Conclu. 2.*

¶ Secunda concluſio. Si venditio, fuit conditionalis cũ conditione, quod venditor non teneretur tradere rem, donec integrum ſibi pretium ſolueretur, tunc vẽditor iuſtè retinet fructus. Hæc concluſio eſt fratris Ioſephi in ſuis floribus. Et patet: quia ex voluntate emptoris tunc retinet, ex pactione iuſta, dummodo, ſicut tũc ex pacto fructus cedunt venditori, ſic etiam ei cedat & periculum domus, vel poſſeſſionis, quod non ſatis explicuit frater Ioſephus.

*Ioſeph.*

*Conclu. 3.*

¶ Tertia concluſio: Si venditio fuit abſoluta ſine conditione vlla, etiam ante ſolutionem pretij, non poteſt venditor vſurpare ſibi fructus. Fructus autem retinere poteſt poſt moram ſolutionis, ſi poſſeſſionem non tradidit: ſed penes ſe illam habet, in recompenſationem pretij. Quos certe fructus tenebitur cõputare in ſortem pretij: cum reliquum pretij ſibi ſoluatur.

*Quæſtio. An vendens decen. to incertũ ſibi faciat fruct.*

¶ At de illa quæſtione hic ſermo reincidit, quę ſupra latius diſputata fuit, an qui vendit oues centum incertas, id eſt non ſignatas de grege mille ouium ſignato, & certo, ante traditionẽ poſſit ſibi fructus earum facere ſuos? ¶ Dicitur breuiter, quia cum ſecundum ius ciuile ad eum pertineat fructus rei, ad quem pertinet rei fructificantis dominium, & periculum. & quia ſecundum Syluest. verbo, Emptio. §. tertio per illam abſolutam venditionem iam tranſlatũ fuit dominium in emptorem illarum centũ ouium indeterminate, ſiue per indiuiſum de illo grege ſignato mille ouium, & quia res perit domino ſuo: & quia emptor in hoc caſu illarũ centum ouium eſt dominus, ſicut ſibi pereunt, ſi pereunt, ſic ſibi debent fructificare, & non venditori. Quod ſi perierint nihilominus pretiũ repetere non poterit, etiam ſi apud venditorem perierint. Et etiam in hoc caſu interitus ouiũ, ſi pretiũ non fuit ſolutum non poterit excipere in foro exteriori, vt illud non ſoluat, niſi vẽditor fuiſſet in mora tales oues tradendi, quia illud pretium contra alios non erat ſolutum, vel ſoluẽdum venditori ſine cauſa: ſed cauſa emptionis. Vnde ſi ſolutum eſt, non eſt in hoc caſu repetendum, & ſi non erat ſolutum nihilominus in cõſcientia etiam mortuis ouibus eſt ſoluendum. Ita Syluest. ibi. ¶ Secus eſt quando venduntur incertæ oues de incertis gregibus, quia tunc quouſq; eas tradat venditor apud ſe ſtat earum periculum: ideo ſui erunt fructus. Sed de hoc antea plura diximus ex Syluestro.

*Cui ſtat periculũ in venditę.*

¶ Sciendum eſt autem ſecundum Syluestrum. verbo, Emptio, quæſtione tertia, quod de ratione contractus emptionis, & venditionis eſt, quando non eſt aliud conuentum, quod ex quo initus eſt pertineat lucrum, & periculum rei emptæ ad emptorem: licet res tradita non ſit, inſtituta. eo. §. cum autem. ff. de periculis, & cõmod. rei venditę. l. id quod.

*ff. de peri.*

*Regula.*

Circa hoc autem datur regula talis, aut venditio fit purè, id eſt, ſine conditione, & ſine ſcripturis: aut caſu tantum quo conuentum eſt vt non valeat venditio antequam ſcriptura ſit facta. C. de prob. l. cum res. Secus ſi à principio ſimpliciter contrahatur, & poſtea ad probationẽ fiat inde ſcriptura. ff. de pignor. l. cõtrahitur. Cum igitur ſit purè: & ſine ſcriptis iſto prædicto modo, & cum eſt emptio certæ ſpeciei non indigentis deguſtatione ſicut periculũ ſtatim: ſic & fructus tranſeut ad emptorem. Si autem non in ſpecie, id eſt in ſingulari venditum ſit, ſed ad menſuram venditio fiat: periculum eſt vẽditoris donec ſit menſuratum. Et ſi emptor nolit mẽſurare, tunc



tunc venditor, etiam ſi nihil dixit de expeditione vaſorum poteſt coram teſtibus menſurare, & effundere monito prius emptore, ſi vaſa ſunt venditori neceſſaria propter vindemiam, vel nouã, vel iuſtam rationem, ff. vbi ſupra l. 1. & 2. ¶ Similiter rei emptæ in caſu, quo venditur poſtquã publicatur cauſa maleficij venditoris, periculum erit venditoris, l. ſi fundus. ff. locat. ibi gloſſa, & Hoſtienſis. Sed intellige propter maleficium admiſſum antequam emptor proprietatem adipiſceretur: & ſimiliter, ſi fuit in culpa leui perditionis rei venditæ, vel fuit moroſus in eam tradẽdo, quia hic vltima mora nocet.

*ff. locati. Hoſtienſ.*

# CAP. CCXI.

*An mutuanti liceat aliquid vltra accipere ratione lucri ceſſantis; & de cõditionibus neceſſarijs ad lucrum ceſſans ferendum.*

*Quæſtio. An mutuãti ratione lucr. ceſſ. liceat aliquid accipere. Argu. pro negatis. 2. Argu.*

IAm illa celebris quæſtio hic ſuũ ſortita eſt locum, vtrũ ratione lucri ceſſantis, aut damni emergentis liceat mutuanti aliquid accipere. Et videtur quod non liceat. Tum quia in hoc caſu petens mutuũ non impedit mutuantem à lucro, quia ipſe mutuans voluntariè, vt mutuet, abſtrahit ſuã pecuniã à negotiatione. Ergo mutuãs ſic nõ poteſt ratione lucri ceſſantis aliquid accipere. Tum, quia ſi ad preces, & inſtantiam petẽtis mutuum mutuans poteſt ferre lucrũ ceſſans, quia pecunia eius expoſitã, vel deſtinata negotiationi, quam mutuat magis valet: quia accepta vt ſic, eſt fructifera in ſpe propinqua, ſequitur quod mutuans ſe poſſit offerre ad mutuandum ſua ſponte, & non rogatus, pro aliquo intereſſe. Sicut poteſt agricola ſe offerre præueniendo, & rogando emptorem, vt maioris emat triticum, quia iam ſeminatum eſt, & mandatum eſt terræ. Et ſequitur quod poſſet ſic ſe offerre, & ſubueniendum indigenti. Quia ſicum leuiter rogatur mutuare, non eſt vſura per te ferre lucrũ ceſſans: ergo quando ipſe ſe offert ſponte ad lucri gratia mutuandum, non eſſet vſura; quia tam voluntariè ceſſat à lucro in vno caſu ſicut in alio: conſequens videtur periculoſum conceſſu: ergo & antecedens.

*Varia hic Doctores. Sot. aſtat pro negat.*

¶ Igitur pro eruenda veritate quæſtionis perpedendum eſt duas de hac re in ſcholis circunferri opiniones. Quarum prima eſt Soti in iuſtitia & iure, libro ſexto, quæſtione prima, articulo tertio. Vbi licet probabilem eſſe concedat opinionem affirmatiuam: probabiliorem & ſecuriorem eſſe cenſet opinionem negatiuam.

*Rationes Soti.*

1 Tum, quia dum mutuans mutuare non cogitur; ipſe etiam ſi rogatus ſit voluntariè dimouet pecuniam, quam mutuat à negociatione: ergo non videtur impediri à lucro inuitus.

2 Tum, quia ex contraria opinione, ampla via vſuris aperitur. Tũ quia Diuus Thomas ſecunda ſecundæ, quæſtione de vſuris. huic negatiuæ opinioni Soti videtur fauere. Vbi ait, quod quia lucrum ceſſans poteſt multipliciter impediri, non poteſt mutuãs de illo paciſci cũ mutuatario.

*Opinio affir. Caiet. Nauarr. Sylue. & modern.*

*Adri. Metit. Victo.*

¶ Alia opinio affirmatiua circumfertur, quæ eſt Nauarri in commento de vſuris, & in ſumma latina, capitulo decimo ſeptimo, numer. 211. & Caietani ſuper ſecunda ſecundæ. D. Tho. quæſtione ſeptuageſima ſeptima, artic. primo, & in ſumma, verbo, Vſura. & Syluestri, verbo, Vſura. 1. q. decima nona, eſt Adriani, eſt Metinæ. C. de reſtitutione, fol. 135. Fuit Victoriæ; & eſt opinio iuris peritorum, & Theologorum modernorum, quæ valdè probabilis eſt, dum tamen cum conditionibus requiſitis, de quibus infra fiet mentio accipiatur. Quia alias hæc opinio non eſt vera, neque amplectenda, niſi cum conditionibus prædictis.

*Quid intereſſe.*

¶ Veruntamen antequam ad huiuſmodi conditiones examinandas earumque neceſſitatem librandam accedamus prænoſſe oportet, quid lucrum ceſſans, quid vero damnum emergens dicatur. ¶ Igitur, quia damnũ emergens, & lucrum ceſſans ſunt quoddam genus intereſſe generaliter dicitur, intereſſe eſſe dãnum emergens, vel lucrum ceſſans, eo quod aliquid fieri debebat. Vbi fieri comprehendit etiam non fieri ſecundum Nauarrũ. cum non facere interdum perinde ſit ac facere. l. ſi mora ff. ſolut. mat. & gloſ. l. 2. recepta in princip. ff. de verborum.

*ff. ſol. ma.*

*Quid ſit dãnum emer.*

¶ Intereſſe igitur, eſt duplex, ſcilicet, aliud damni emergẽtis, & aliud lucri ceſſantis. Exemplum damni: Habebam pecunias ad reficiendum domum, vel ad emẽdum in æſtate triticum, aut fœnũ, & eas mutuo tibi dedi. Quas quia ad præſtitutũ diem non ſoluiſti domus concidit, triticum duplo carius à me emptum eſt, pecora fame interiere, aut aliquod ſimile damnum accepi, damnum emergens iſtud eſt.

*Quid lucrum ceſſ.*

¶ Exemplum intereſſe lucri ceſſantis: Sũ mercator, habeo pecunias, quibus merces emere volo ad negotiandum. Eas tibi do mutuo, & die præfixo non reſtituis, lucrum quod ob id facere ceſſo, eſt meum intereſſe lucri ceſſantis. Igitur his ſuppoſitis ſtatuamus cõcluſiones, de quibus inter omnes doctores conuenit, poſtea dicturi de ea,

*Conclu. 1.* de ea, de qua magis controuertitur. ¶Prima A concluſio; Tam lucrum ceſſans, quam damnum emergens poteſt ob mutuum peti licite, in tribus caſibus. Primo, quando mora in
1 ſoluendo mutuũ præceſsit. Secundò, quãdo
2 damnum, vel lucrum ceſſans contingere in mutuante ante moram ſolutionis mutui, vel poſt moram, ſcilicet, quãdo mutuans per aliquã vim regis, ciuitatis aut cuiuſuis alterius coactus eſt mutuare pecuniã, caſu, quo re vera cum ea erat negotiaturus, & lucraturus, &
3 nõ aliàs. Tertiò, cũ à principio cõuenit de ſoluendo damno. In hac concluſione, quæ eſt Nauarri ſumma latina capitulo decimo ſeptimo, num. 211. conueniunt omnes. Et de primo caſu patet in cap. conqueſtus de vſuris. & ex celebri gloſſa, ibi. *De vſur.* In quibus tribus caſibus non ſolum licet accipere, & exigere, ſed etiã à principio conuenire de ſumma, quæ vltra ſortem ſibi rependenda eſt ex veriſimili illo intereſſe damni, aut lucri. Ita etiam Sotus loco citato de iuſtitia & iure, licet Sotus ſecundùm Nauarrum magis, quàm alij hanc materiam reſtringere ſit conatus. Sed iam hodie in cambiorum materia per extrauagantem Pij quinti non poteſt à principio aliquis paciſci de lucro ceſſanti veriſimili.

*Pactũ de lucro ceſſa. prohibetur in cãb.*

¶At verò iam ad punctũ, in quo tota difficultas huius materiæ ſita eſt, ſubintramus. Vbi quærimus, an in caſu, quo quis ſponte ſine vi mutuat pecunias expoſitas à ſe negociationi, aut mutuat res fructiferas emptioni expoſitas, ob quarum mutuationem ceſſat à negociatione, & à rebus frugiferis emendis, ſibi pariturus lucrum, poſsit licite capere intereſſe lucri ceſſantis contingentis, antequã mutuatarius ſit, aut in culpa, aut in mora ſoluendi mutuum. Circa hanc igitur quæſtionẽ Innocentius tenet, quod non, in capit. finali. de vſur. quem Sotus vbi ſupra commendat: & ſequitur licet proteſtetur ſe contrariã opinionem, quæ communis eſt, non damnare. Quam communem opinionem laude dignã, & firmiter tenendam aſtruit Nauarrus.

*Quæſtio. An ſponte mutuãs ante morã licite pet. lucri. ceſſan.*

*Innocent. & Sotus. ſunt pro negat.*

*Conclu.* ¶Igitur pro firma veritate ſtatuenda, ſtatuitur concluſio: Etiam ſine vi, ſed ſpõte mutuans pecunias expoſitas negociationi, vel merces frugiferas expoſitas emptioni, poteſt capere lucrum ceſſans contingens, etiam ante culpam, vel moram mutqatarij. Quæ tamẽ licet communis ſit, & firmiter tenenda: intel-
1 ligenda tamen venit dummodo omnis do-
2 lus, & fraus palliandi vſuras abſit, & modo non tanquàm rès acquiſita, ſed tanquam res in ſpe poſita, & quæ multis modis impediri poteſt, æſtimetur iſtud lucrum ceſſans etiam

*Conditiones iuſtif.*

in contractibus, in quibus etiam hodie licet à principio conuenire. Quia in cambijs, vt diximus, non licet à principio ſic conuenire, & 3
modo mutuetur res cum pacto de reſarciendo lucro ceſſante: quoniam intereſſe lucri ceſſantis non debetur magis, quam intereſſe extra rem damni emergentis, ſecundum Bartolum, & communem in dicta, l. 1. at damnũ emergens ſine pacto præcedenti nõ debetur. l. ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de actionibus & empti. *ff. de acti.* Ergo neque in hoc caſu lucrũ ceſſans debetur ſine pacto illius præcedente argum. l. illud. ff. ad l. Aquiliam. *ff. ad. l. Aquiliam.* ¶Hæc con- B cluſio ſic intellecta probatur primo. *Probatur. 1* Quia pecunia mercatoris negociationi expoſita, vel alterius rei frugiferæ emptioni deſtinata pluris valet, quam altera tanta pecunia aliorum, vel etiam ipſius mutuantis negociationi non ita expoſita, valet argum en. l. tertiæ, ſub fin. ff. de eo quod certo loco, & tradit Caietanus ſecunda ſecundæ, quæſti. ſeptuageſima octaua, articulo ſecundo, & Scotus in quarto, diſtinctione decima quinta, ita ſenſerunt. *ff. de eo quod cer. Caietan. Scot.* Quod ſi talis pecunia ſic expoſita magis valet: ergo licet, quando mutuatur, pro ea ratione lucri ceſſantis aliquid vltra ſortem exigere, & ratione mutuationis talis pecuniæ. C ¶Et confirmatur: Triticum ſatum, vel ſationi deſtinatum quia valet pluſquàm alterum tantum abſolutè conſideratum, poteſt pro eo aliquid exigi pluſquam valeat abſolutè conſideratum: ergo à ſimili pro pecunia deſtinata ad negociationem, quia plus valet, quam in ſe valet abſolute conſiderata, licebit aliquid plus recipere. *Probatur. 2.*

¶Et probatur tertio; *Probatur. 3.* Quia licet facultas, quæ ineſt pecuniæ ad lucrandum abſolutè conſiderata eius pretium non plus augeat, quam ſi ſine illa facultate conſideretur: conſiderata tamen talis facultas in eo, qui vult vti ea ad iuſte lucrandum facit, vt pluris valeat. D Sicut in præcedenti ſimili inſiſtendo facultas, quæ eſt in tritico ad generandum abſolutè conſiderata, non efficit, vt tale triticum plus valeat. *Exemplũ à ſimili.* Conſiderata tamen in eo, qui illud iam ſatum habet, aut ſationi præparatũ, plus valet. Si igitur iſta facultas pecuniæ in hoc plus valet, ergo poteſt, quia eam mutuat aliquid plus exigere ratione lucri ceſſantis. Quia ſicut habere triticum deſtinatum ad ſeminandum quando aliud ſimile ad ſeminandum non habetur, facit, vt pluris æſtimetur ad effectum, vt vendere, & mutuare illud carius eius dominus poſsit, & vt qui furto illud ſuſtulerit pluſquam pro altero tritico pro illo reſtituere teneatur: ſic etiam habere



bere pecuniam negotiationi deſtinatam facit, vt pluris æſtimetur ad effectum, vt ſi mutuetur, plus hac ratione poſsit pro ea exigi, quod reducitur ad rationem lucri ceſſantis.

*Probatur. 4* ¶Et vltimo probatur: Quia licet qui habet aliquid quod communiter, nec ſibi nec alijs pluſquàm decem valet, pluris alteri vendere non poteſt, quamuis illi ementi multo plus valeat ſecundum Nauarrum: tamen ſi venditori pluris valet, recte id vendere poteſt eo pretio: quo ſibi valet, accipiendo pro eo tanto plus, quanto ſibi plus valet iuxta ſanctũ *S. Thom.* Thomam ſecunda ſecundæ, quæſt. ſeptuageſima ſeptima, articulo primo. Ergo pari ratione poſtquàm illa pecunia deſtinata negotiationi ipſi domino plus valet: poterit eam mutuando pro ea aliquid vltra ſortem accipere.

*Confirma.* ¶Et confirmatur: Quia operarius poteſt accipere pretium operarum ſuarum, quas omiſit ad preces alterius, qui eas ſoluere promiſit: ergo pari ratione mercator poteſt percipere lucrum ceſſans, quod ad preces mutuatarij omiſit lucrari, propter promiſsionem quam fecit mutuatarius de illi reſarciendo intereſſe.

*Quæſtio. De conditionibus lucri ceſſan. Conrad.* ¶At iam hic inueſtigandum curioſius venit, vtrum ſint neceſſariæ tot conditiones ad iuſte capiendum intereſſe lucri ceſſantis ex mutuo, quot Conradus in quæſtione tertia de contractibus, & quidam alij alibi requirunt. Nam prima conditio eſt, vt hic lucrandi modus non tantum ſibi placeat, quantum negociationis modus, quod tenet etiam Syluest. verbo. Vſura, quæſt. decimanona, id eſt quæſitu, *De. 1. condit.* vtrum iſta conditio ſit neceſſaria quod mercator mutuans pecuniam negociationi expoſitam magis velit ex negociatione quam intendebat, ſibi parare lucrum, quã ex mutuo, ratione lucri ceſſantis. ¶Dicitur ergo ad hoc, quod re vera illa conditio eſt abſolute neceſſaria, vt lucrum ceſſans ratione mutuationis exigi poſsit, ſcilicet, quod mutuans non ficte, ſed vere in animo ſit alias paratus negotiari ad lucrãdum. Quia ſi hic animus verus, & realis deſit ad negotiandum, iam ei non ceſſaret lucrum, nec per mutuum impediretur à lucro: quare hac ratione non poſſet exigere ceſſans lucrum. *Preambulum.* Nec id in noſtra hac quæſtione quærimus, ſed præſupponimus hoc tanquàm præambulum per ſe notum in hac materia. Sed id, quod hic indagare paramus eſt, vtrum requiratur abſoluta voluntas negotiandi, taliter, quod malit, & magis ſibi placeat negotiari, & per negotiationem lucrari, quam mutuãdo lucrum ceſ-

*An mutuans neceſſe eſt malit negotiari.*

ſans exigere. ¶Circa quam quæſtionem, quia non ſatis plana eius reſolutio eſt, tres verſantur opiniones. Quarum prima eſt Nauar. ſumma latina capit. 17. nu. 212. aſſerentis iſtam conditionem non eſſe neceſſariam, ſed ſatis eſſe, quod in rei veritate alias paratus erat negotiari, & re vera fuiſſet negotiatus: ſi pecuniam illam non mutuaſſet. *Opinio. 1. Nauar.* Quod probat primò: *Probat. 1.* Quia ſi ſunt duæ viæ licitæ lucrandi, quales ſunt lucrari ex negociatione, aut lucrari ex mutuatione, propter omiſsionem negociationis ad preces petentis mutuum, cũ hoc onere ſoluendi lucrum ceſſans, poteſt eligere mercator quam maluerit. ¶Secundò probat, 2 quia iam in hoc caſu, quo mauult ſic mutuando lucrari, non exigit lucrum ratione mutui, quia eſſet vſura: ſed petit, quia re vera deſinit lucrari, quod alias paratus erat per negotiationem lucri facere.

¶Secunda opinio eſt Metinæ Complutenſis dicentis, *Opinio. 2. Met. cõpl.* quod ſaltem ad iuſtificandum exactionem lucri ceſſantis requiritur neceſſario ad minus talis mutuator in ſuo animo ſit indifferens ad negotiandum, vel ad mutuãdum, quando, vt mutuet rogatur. Quia ſi ſaltem ſic non ſit ex ſe indifferens ad vtrũque, ſed placeat ſibi magis via mutui lucrari, quã via negociationis vt aiebat Nauarrus ſatis C eſſe; iam tunc licet aliàs vere eſſet paratus negotiari, ſua ſponte, & propter ſuum intereſſe, ſe dimouet pecuniam à negociatione. Quare non ceſſat ei lucrum contra eius volũtatem; ac per conſequens non poteſt lucrũ ceſſans exigere ſecundum Metinam.

¶Tertia opinio eſt noſtrorum magiſtrorum Caiet. Victoriæ Conradi, *Opinio. 3. Caiet. Victor. Conradi.* ſcilicet, quod neceſſaria conditio eſt ad iuſtificandam exactionẽ lucri ceſſantis, vt licet alias paratus eſſet negotiari, malit negotiari, quã ex mutuatione ferre lucrum, niſi charitate fraterna induceretur magis ad mutuandum. Quia iſte, quia erat alias indifferens ad negotiandum, vel mutuandum, ſi in hanc viam magis ſe inflectit, D ſcilicet, quod vt ſubterfugiat laborẽ, malit hac via mutuationis lucrari, quia ſibi eſt leuius onus hoc, & quid vtilius, & ſecurius iam illum ſua vtilitas diſtrahit à negociatione, & non charitas & indigentia proximi. Quare non poteſt ferre lucrum ceſſans. Quia alias magnus campus ſterneretur vſuris: dũ ſi ſatis eſſet ſuam attendere commoditatẽ cũ omnes procliues ſint ad illam, omnes iſtinc anſam arriperent ſeparandi pecuniam à negociatione vltro, vltroque offeredi eam pro hoc lucro, ſi licet eis magis placere de hac via. Quæ res eſt plena horrore.



¶Nec

*Expugnatur ratio. Nauar. in contra. Ariſtotel. S.Thom. Sotus.*

¶ Nec valet ratio Nauarri ibi adducta, quod iuſtum, vel iniuſtum non in bonitate, aut prauitate animorum, & intentionum: ſed in rerum exteriorum æqualitate, vel inęqualitate conſiſtit ſecundum Ariſtotel. 2. &. 5. ethicorum & Diuũ Thomam. 2.2. quæſtio. 38. articulo. 10. & quæſtio. 59. articul. 2. & Sotum libro. 6. quæſt. 1. artic. 3. de iuſtitia & iure. Quia primò arguendo ad hominem, vſura eſt ſpecies iniuſtitiæ; & ſecundum Nauarrum intentio principalis accipiendi aliquid ratione mutui conſtituit vſuram, ac per conſequens iniuſtitiam: ac per conſequens inæqualitatem: Quam vſuram non conſtituit intentio mutuãdi minus principaliter propter lucrum, vt ipſe ait: ergo iuſtum vel iniuſtum aliqualiter conſiſtit, vt in radice in prauitate intentionum. At ipſe Nauarrus paulo ante dicit, quòd debet abeſſe animus palliãdi vſuras in exactione lucri ceſſantis: ergo animus, licet in eo non conſiſtat inæqualitas ſubſtantialiter iniuſtitiæ, tamen poteſt eſſe radix, & origo iniuſtitiæ.

*Argu. ad hominẽ.*

*Exemplũ.*

Vt verbi gratia, ſiquis animo occidendi alium percuſſit, iniuſtus fuit iniuſtitiamque commiſit. Si autem cum animo ſe defendendi cum moderamine inculpatæ tutelæ iniuſtus non fuit, neque iniuſtitiã commiſit.

*Exempl.*

Et eadem paſsio Chriſti ſancta fuit ex parte Dei patris offerẽtis filium pro nobis, & etiam iniuſta fuit ex parte intentionis Iudæorum. Ergo intentio aliquem ordinem habet ad cauſandum iuſtitiam, vel iniuſtitiam originaliter. Ergo etiam intentio, qua quis tantum ſuã attendit vtilitatem, vel magis eam expetit, poteſt cauſare vſuram, dum à ſua cupiditate illectus magis & commoditate attractus mutuat, quam vtilitate proximi adductus. Quia hic cauſa charitatis non videtur mutuare, ſed cauſa mutui vult expetere lucrum: non cauſa ceſſandi à negotiatione, poſtquam quando iam magis eligit mutuare cauſa lucri, negociatio ante intenta, neabſolute, nec conditionaliter illum mouet: ergo lucrum ſperatum ex mutuo, illum præſumitur mouere.

*Satisfit obiectioni Nauar. ex Ariſt. & S.Tho.*

¶ Igitur Ariſto. & D. Tho. ſolum docent ad differentiam aliarum virtutum, quæ verſantur circa paſsiones immediatè, quod iuſtitia habet pro obiecto operationes exteriores, quatenus terminatur ad res exteriores, & quod medium iuſtitiæ eſt medium rei, quia eſt in ordine ad alterum. Sed non negant, quòd intentio non poſsit aliquãdo cauſare iniuſtitiam, ac per cõſequens obligationem reſtitutionis, quando intentio dirigit opus ad nocumentũ: quod alias non fuiſſet ſubſequutum, vt ſupra diximus cõtra Nauar. Vt quando quis occidit Ioannem hac intentione, vt illa mors imputaretur inimico ſuo Petro, alias illam mortem non intentaturus, niſi hoc fine, & intẽtione, iniuſtitię actus fuit illa imputatio mortis inde ſubſequuta Petro. Sed non eſſet actus iniuſtitiæ talis imputatio, ſi per mortem Ioannis, illam non intendiſſet occiſor, quamuis Ioannem ex odio occidiſſet:

*Reſolutio. Dictũ. 1. Opin. Nauar. poſt. factum tolerabilis.*

¶ Igitur in re perplexiſsima reſolutoriè dico, quòd prima opinio Nauar. licet apparẽtibus nitatur rationibus, ſed quia moraliter eſt aliquantulum periculoſa, quã anſam præbere poteſt vſuris ante factum non eſt conſulenda: ſed poſt factum, ſi bona fide ſine fraude vſurarum quis mutuauit paratus aliàs vere negotiari, licet magis ſibi placuerit hac via mutui ratione lucri ceſſantis lucri facere, tolerari poteſt.

*Dictũ. 2. Opin. Metin. magis tolerabil.*

¶ Secundo reſolutoriè dico, quòd opinio Metinæ magis eſt tolerabilis, ſcilicet, quod quando mercator, vel negotiator ſic mutuat: quòd non ſibi magis placet ratione mutuationis ferre lucrum ceſſans, ſed eſt indifferens ad negotiandum, vel mutuandum, dum rogatur. & paratus ante erat negotiari, niſi rogaretur mutuare, licite poteſt paciſci de lucro ceſſante, illudque exigere. Neque in iſta opinione Metinæ eſt tantum ſcrupuli, ſicut in prima Nauarri. Quia quando aliquis erat ante de ſe indifferens in tali puncto, quod alias, niſi mutuaſſet, vere eſſet negotiaturus: iam tunc ſi mutuet non à ſua ſola vtilitate ſed charitate, vel indigentia proximi motus, videtur fuiſſe adductus ad mutuandum.

*Opin. Thomiſta. eſt ſecurior.*

¶ Tertio tandem pro complemento reſolutionis dico; quod opinio noſtrorũ magiſtrorum, ſcilicet, Caiet. Victorię Conradi, & aliorum Thomiſtarum eſt longe ſecurior, moraliter loquẽdo, ſcilicet, quod talis negotiator mutuans vt poſsit recipere licitè lucrum ceſſans debet ſibi magis placere, & magis velle negotiari, quam ſic mutuãdo lucrari: niſi charitas, vel indigentia proximi petentis mutuũ illud induceret ad mutuãdum.

*Arg cõtra Thomiſt.*

¶ Sed contra hoc eſt argumentum. Quia artifici, qui rogatur ab alio dimittere ſuas operas, ob lucrum ei ſoluendum, licet hac via magis lucrari velle, quam operando: ergo etiam licebit negotiatori magis via mutuationis velle lucrari: quàm via negociationis.

*Reſpon.*

Reſpõdetur: Eſt differentia, quia in primo caſu vtraq; via lucrari eſt licitum, quia operari & non operari eſt ei licitum, at ferre lucrum ceſſans ratione mutui non videtur omnino licitum, quãdo à ſua vtilitate, & ſola voluntate magis mouetur, quàm à charitate, vel indigentia proximi. At





*Conclu. 1.*

tunc magis principaliter videtur moueri ad ratione mutui accipiendum lucrum. Quod etiam ſecundum eundem Nauarrum eſt vſura, quãdo ratione mutui principaliter quæritur lucrum. Quia iam tunc nec principaliter mouetur aliunde, ſcilicet, nec à charitate, nec ab indigentia proximi ſupplenda.

# CAP. CCXII.

*De reliquis conditionibus neceſſarijs ad lucrũ ceſſans: Et ſingulariter an mutuans hic ſe poſsit ſponte ad mutuandum offerre.*

*Quæſtio. An requiritur quod mutuãs nõ ſponte ſe offer.*

QVoniam prolixior hæc materia de lucro ceſſante eſt, quã vt ſub vno capitulo præſtringi poſsit, ideò hic ſeorſum de reliquis conditionibus indagandum nobis eſt, an ſint ad iuſtificandam exactionem lucri ceſſantis neceſſariæ. ¶ Ideo cõſequenter quæritur, vtrum iſta ſecunda conditio, ſcilicet, quòd non ſponte negotiator ſe offerat ad mutandum, vt de lucro ceſſante paciſci poſsit, ſed quòd rogatus, & ad petitionem petẽtis mutuum id faciat, ſit neceſſaria.

*Sot. & Nauar. pro negat.*

At quidem Sotus, & Nauarrus locis citatis tenent hanc conditionem impertinentem eſſe, ſcilicet, quod ad petitionem mutuatarij mutuet, an non. Quia in alijs contractibus, vbi interuenit iuſtitia commutatiua, parum refert, quòd contrahens faciat contractus rogatus, vel non. Vt in venditione, quæ fit iuſto pretio parum refert quis rogatus, vel non rogatus vendat: quia vtroq; modo venditio iuſta erit.

*Reſpon.*

Et reuera hęc ratio iuxta eorũ ſententiã perſuadere videtur. ¶ Sed dico cũ illis, quod hæc cõditio nõ eſt ſemper vſquequaq; neceſſaria. Verbi gratia, probabile eſſe videtur, ꝙ qui re vera erat negotiaturus ſi magna neceſſitate ſi pecuniæ vrgeri, nec aliunde poſſe ſibi ſubuenire aliquẽ inueniat proximũ, poſsit ſe illi vtro offerre obuium, & cõmotus miſericordia illi dicere: Scio te valde egere nequeo tibi aliter ſubuenire. En tibi mutuabo pecuniã, qua pro ſuſtentatione familię meę negotiaturus erã, & ſolues aliquid vltra, quo meæ familiæ ſubueniã, & tuis creditoribus: ne tua ſubſtãtia ſubha ſtatione vẽdita deuaſtet inde ſolues. Quia dũ à charitate moueatur, & non principaliter à ſua ſola vtilitate ad id faciẽdũ refert parũ; an ipſe rogatus mutuet, aut ipſe in his ſimilibus caſibus indigentię grauis proximi, vbi videtur nullũ aliud ſuppetere poſſe remediũ ſe offerat.

*Cauendũ hic ſcandalum.*

At licet hoc tolerabile ſit: ſed cauẽdũ eſt maxime ab ſcandalo, & infamia: ne iſte talis quia vltro ſe obtulit, & nõ ad preces indigentis, ideo in foro exteriori delatus ad iudices vſurarius reputetur, & vt talis ſubeat pœnas: & ne apud videntes factũ & ignorantes animum, & alias circunſtantias bonas iuſtificãtes, ſcandalum ingeneret.

*Quæſtio. An requiritur mutuans alia careat pecunia.*

¶ Deinde quæritur de alia cõditione, quæ hic ſit tertia ordine, an ſit neceſſaria, ſcilicet, quod mutuans pecuniam, non habeat aliam pecuniã, qua negotiari poſsit. Dicitur ergo ex mente Nauarri, & Caietani, quòd hæc cõditio neceſſaria eſt. Quia ſi alia pecunia ſubeſſet mutuanti, qua negotiari poſſet præter eam, quam mutuat, iam mutuatio pecuniæ, vel non ſolutio mutui, non eſſet cauſa amiſſionis lucri. Quare ſecundum omnes requiritur quod mutuatio, vel non ſolutio mutui, cauſa amiſsionis lucri ſit. Si tamen aliam pecuniam habet qua poſſet quidem negotiari, ſed mauult illam ad alios fines, veluti ad fortuitas neceſsitatis deſtinare, & reſeruare, quã negociationi committere, quia id opus prudentiæ eſt: hoc non obſtante poteſt de pecunia mutuata, qua negotiaturus erat, recipere lucrum ceſſans.

*Conditio quod nõ ſit aſſue. dar. ad vſur. requi. tantũ in for. exter.*

¶ Quarta quoque conditio, ſcilicet, vt ſic ratione lucri ceſſantis accipiens aliquid vltra ſortem, ad dandum ad vſurã non ſit aſſuetus, eſt conditio requiſita in foro exteriori. Quia alias, ſi ſic eſſet aſſuetus dare in tali foro præſumeretur voluntas exercendi vſuras ex tali conſuetudine. Attamen in foro conſcientiæ non procedit iſta cõditio, in quo veritas præualet præſumptioni ca. tua. de ſponſalibus. Et poteſt fieri, vt vſurarius aliquis in alijs caſibus ſit, & non in hoc caſu lucri ceſſantis.

*Quæſtio. An requiritur lucr. ceſſ. nõ accipiat. à principio.*

*Nauar. Metina. Caietan.*

¶ Præterea quæritur de quinta conditione, ſcilicet, quod talis mutuans non accipiat lucrum ceſſans à principio cũ mutuat, an ſit neceſſaria. Ad id ex mente Nauar. in commẽtario de vſuris, & ex mente Metinę Complutenſis reſpondetur, quod licet à principio authore Caiet. poſsit ſic mutuans taxare quantum ſit ſibi rependẽdum pro lucro ceſſante: tamen non poteſt à principio illum lucrum ceſſans recipere. Quia iam illa pars lucri ceſſantis à principio ſibi ſoluta eximeretur à forte pecuniæ mutuatæ, ac per conſequens, non poſſet tantum exigere pro lucro ceſſante.

*Nota valde.*

¶ Imo ſecundum Nauar. ſumma latina capit. 17. numer. 211. requiritur, quod non recipiat intereſſe prius, quam conſtet; quod in veriſimiliter lucratus fuiſſet, quod in materia cambiorum videtur hodie ſtatutum per extrauagantem Pij. 5. Vnde videtur hic Nauar. ſentẽtiam mutaſſe: quam tenuerat cum Metina.

*Nauar. mut. Sen.*

Vbi dixerat, quòd ad paciſcendum de lucro ceſſante requiritur ſpes probabilis in mutuãte de tali lucro, ſcilicet, quòd veriſimiliter illud lucri adeptus fuiſſet ex negociatione, ſi negotiatus fuiſſet, vt in animo deſtinarat. Quę conditio ſecundum omnes eſt neceſſaria, & quæ hic habetur à nobis pro ſexta concluſione, & neceſſaria. Attamẽ conceſſerant ambo Nauarrus, & Metina, quòd etiam ſi conſtaſſet poſtea, quòd talis paciſcens de lucro ceſſante, nihil eſſet lucraturus, quia ſui ſocij, cũ quibus ſocietatem negociationis erat initurus, per ſe negotiantes iacturam paſsi ſunt, & non lucrũ adepti: nihilominus, quia probabilis fuit ſpes lucrandi, poterat id recuperare lucri: quia ꝓpterea non pactus eſt de integro lucro ceſſante, quia hæc ſpes poterat fruſtrari. At quamuis hoc apparens videatur: tutius eſt tenere cum Nauarro nunc mutante ſententiam, & ſequente diffinitionẽ proprij motus Pij quinti. Vbi ait, quod non recipiat lucrũ ceſſans mutuator prius, quam cõſtet, quod veriſimiliter lucratus fuiſſet. Quia licet Pius quintus hoc in materia cambiorum ſtatuerit: ſed eadem ratio in materia de lucro ceſſante videtur militare.

*Nauar. Metin.*

*Sententia Autoris.*

*Quæſtio. An requiritur vt nõ exig. totũ lucr. ceſſ.*

¶Deinde de illa quoq; conditione ſeptima opus eſt ſcitu, an ſit neceſſaria, ſcilicet, quod non exigatur totum lucrum ceſſans. Et quia de ea non multum ambigitur, ideo dicitur quod ſuffragantibus in hoc omnibus doctoribus, hæc conditio neceſſario eſt requiſita. Quia non eſt integre repetẽdum id, quod eſt in potentia, & poteſt multipliciter impediri: quale eſt hoc lucrum ceſſans. Sed arbitrio boni viri debet in minus de eo paciſci deductis laboribus, ſumptibus, & periculis, quæ aliàs negotiando erant ſubeunda, ſed aliquid demere etiam debet, ſecundum communem contra Sotum; quia negotiandi laboribus releuatur. Et hoc eſt æquius, vt pro hac releuatione à tali labore, aliquid demat. Sed de dãno emergenti planum eſt quod mutuans paciſci poſsit.

*Sotus.*

*Quæſtio. An requiritur petẽs nõ egeat extrem.*

¶De illa conditione octaua, an ad iuſte paciſcẽdum de lucro ceſſante requiratur, quod petens mutuum nõ egeat extreme, prolixa diſputatio nobis nũc ineũda erat contra Nauarr. dicentem hic, quod hæc conditio nõ eſt neceſſaria, quia licet extreme egeat, ſufficit ei mutuare. Sed quia iam de hoc ſatis ſupra concertauimus, iſtam teneto reſolutionem, ſcilicet, quòd ſi extreme indigeat taliter ꝙ in toto mundo non habet neque creditur in futurum habiturus, quia non eſt in potẽtia, vel caret arte, vel requiſita valetudine ad acquirẽdum aliquid, vnde ſoluat mutuũ: tenetur negotiator pecuniã neceſſariam ſuperfluentẽ ad naturã donantis donare, & nõ ſufficit mutuare. Quare in iſto caſu extremę neceſsitatis talis, iſta cõditio eſt neceſſaria, ſcilicet, quòd ſic petens mutuum tali extrema neceſsitate non ſit oppreſſus. Quia alias illa laboranti tenetur donare, nihil de lucro ceſſante paciſcẽdo, vel exigendo. Secus ſi ſit neceſsitas extrema quæ dicitur ab extrinſeco: quando cõtingit in hoc loco extreme laborantem, in alio remotiori loco pluribus abundare diuitijs.

*An requi. toto tẽpore impediatur.*

¶Item. 9. requiritur, quòd toto tempore mutui impediatur lucrũ. Quia ſi quis mutuat per biẽnium, aut triẽnium, & tantũ primo anno erat negotiaturus, tantum pro illo primo anno reportaturus eſt lucrum ceſſans, & nõ pro alijs annis, quibus nõ erat negotiaturus. Hinc ſequitur, quòd qui cogitur ſoluere pœnam, vel intereſſe creditori ſuo, eo quod mutuatarius non ſoluit ſibi mutuũ ſtatuto die, vel ideo merces ſuas viliori pretio adactus eſt vendere, licitè poteſt accipere à mutuatario: id quod ſic ſoluit, aut paſſus eſt damnũ; quia nõ accipit ratione mutui: ſed ratione intereſſe damni emergentis ſecundum omnes, etiam ſi promiſsio de ſoluẽdo huiuſmodi dãno non præceſſerit, arg. leg. nummis. ff. de in lit. iur. & l. Iulian. in princip. ff de actio. emp.

*Coroll. 1.*

*ff. de act.*

*Coroll. 2. Lucr. ceſſ. ficta.*

¶Ex prædictis ſequitur. 2. corollariè, quod capere iuſtè nequeũt intereſſe lucri ceſſantis qui nolunt, vel nõ poſſunt negotiari, nec res frugi feras emere, & mutuant pro intereſſe. Nec etiam illi mercatores, qui certa pecuniæ ſumma negotiãtur, & non maiori, & aliã quã habent, ad intereſſe mutuãt. Neq; qui multas pecunias in nũdinas importãt, & emptis mercibus ſuo propoſito ſufficientibus, reliquas pecunias pro intereſſe mutuãt: quia nullũ intereſſe verum prætendere poſſunt. Ita Nauarrus, qui pollicetur ſe dicturum poſtea, an qui ſuas, vel aliorum grandes pecuniarum ſummas alijs, atque alijs tradunt in vnis nundinis ſoluendas, in alijs cum aliquo lucro aliqua ratione defendi poſsint.

*Ad arg. 1.*

¶Igitur ad argumenta in contra reſpondetur. Ad primũ dicitur, quod quando inductus charitate mutuat quis, licet voluntariè mutuet, poteſt paciſci de lucro ceſſante, quia non propria vtilitas principalius abſtrahit eum à negotiatione: ſed charitas, & indigẽtia proximi, cui non tenetur ſubuenire cum ſua iactura. ¶Ad ſecundũ reſpondetur, quod triticum terræ mandatũ, quia vt ſic eſt frugiferũ, & ſic poteſt dominus illud offerre ſponte pro maiori pretio. Sed pecunia etiã expoſita negotiationi, ex qua adhuc non ſunt emptæ merces frugiferæ, per ſolam voluntariã abſtractionem à negotiatione deſinit eſſe frugifera. At volũtariè videtur abſtrahere eam à negotiatione, qui non rogatus ſponte eam offert ad mutuum: ideo non poteſt pro ea tunc exigere lucrum. Sed cum rogatur, videtur, quòd alias, niſi rogaretur nollet abſtrahere, niſi charitate ad id moueretur, vel ex indigentia proximi.

*Ad arg. 2.*



## CAP. CCXIII.

*An conſuetudo recepta inter aliquos mercatores ratione lucri ceſſantis pluris vendentes ad creditum, quam de præſenti eos poſsit excuſare, Et de pretijs rerum vendibilium etiam ſi ſubhaſtatione vendantur.*

*Quæſtio. Vtrũ vſus excuſet mercatores pluris vendentes ad creditum.*

IAM ex præcedenti quæſtione de lucro ceſſante deciſa, aliæ emergũt quæſtiones. Et primũ illa neceſſaria, & ſcitu dignisſima, vtrũ conſuetudo inter multos mercatores recepta, ſit licita, & tolerabilis: ex qua. v. g. ſoliti ſunt vẽdere merces maiori pretio ad creditum, quam ſi vendant ſtatim de præſenti numerata pecunia. Vt v. g. emptori ſtatim ſoluenti vendunt talem mercem pro 10. quam ementi ad creditum vendunt pro 13. aut 14. Et videtur quod hoc non ſit omnino abominãdum, quia aliàs duriſsimum videtur damnare pleroſq; mercatorum ſic contrahentium: eſſetq; intolerabile reprobare contractum alioquin reipublicæ vtilem, tam frequentem, & celebrẽ vſuq; receptum. Et quia alias, ſi hoc non liceret, ceſſarent pro magna parte, vel in totum negotiationes, & nundinæ. ¶Et ſecundò arguitur: quia videtur, quod talis cõtractus ratione lucri ceſſantis poſsit ſuſtineri, quia iſte mercator vendens ad creditũ, quia expectat ſolutionẽ ad inſtantiã emptoris nõlentis ſtatim ſoluere, deſinit lucrari cũ pecunia, quã alius emptor pro eiſdẽ mercibus ſibi numeraret, ergo. ¶Et tertiò arguitur: quia à moroſo debitore, & petenti à me dilationẽ poſſum exigere lucrum ceſſans, ſi ex dilatione mihi ceſſet: ſed ex dilatiõe: quia emptor ad creditum non ſtatim ſoluit, ſequitur lucrũ ceſſans: ergo põt vẽditor illud exigere. ¶Et cõfirmatur: quia, ſi mercator vendens ad creditũ, ꝓ decẽ vẽderet merces ſicut valẽt de præſenti: & ſi poſtquã emptor ſoluit iſta decẽ, peteret iſta 10. ſibi mutuo dari, poſſet ꝓ illis 10. mutuatis ratione lucri ceſſantis, quia negotiaturus erat cũ eis petere vltra 10. tres: ſed dilatio ſolutiõis eſt veluti mutuatio pretij, quod ſtatim erat ſoluendũ, quia merces ſtatim ſunt traditæ: ergo ſi ex tũc merces incipiũt eſſe vtiles emptori, etiã ex tũc pretiũ debet eſſe vtile vẽditori. Ergo, quia virtualiter mutuat pretiũ, quo ſtatim deberet vti, & negotiari, põt vltra iuſtum pretiũ de præſenti, quod mutuat, & cõcredit, aliquid vẽditor ad creditum accipere. Quia id accipitur, quia cõceditur dilatio ſolutionis pretij, quæ veluti quędã mutuatio eſt, cui adeſt lucrum ceſſãs. ¶Itẽ vltimo arguitur: quia merx quo plures inuenit emptores, eo magis creſcit in ſtẽ in pretio: quia copia emptorum adauget mercis pretiũ, ſicut raritas emptorũ illud minuit. At ex quo mercatores vendũt ad creditum, maior occurrit copia emptorũ: ergo auctiori pretio põt vẽdere ad creditũ, quã de præſenti. Propter hæc argumenta, vt refert Sylue. tit. vſura. 2. §. 1. quidã Raphael Parnaſius hãc cõſuetudinẽ mercatorũ vendentiũ pluris ad creditũ, quã numerata pecunia approbauit. Sed tñ opinio iſtius eſt falſa periculoſa, & cõtra cõem doctrinã doctorũ, vt ibi tradit Sylue. cui ſubſcribit F. Ant. Cordubẽ. in tract. de caſibus cõſcientiæ. q. 84. vbi hanc eandẽ excitat quæſtionẽ.

*Argu. pro aſſirm.*

*Secundum argum.*

*Tertiũ argumen.*

*Quartũ argumen.*

*Quintũ argumen.*

*Syluest. Raphael.*

*C ricuuja.*

*Tria fundamen.*

¶Igitur pro expeditione quæſtionis tria ſunt fundamenta notatu neceſſaria præiacienda, quæ cõducunt ad multos caſus perplexos mercatorũ diſſoluendos. ¶Primũ ergo fundamentum eſt, ꝙ pretia rerũ ſæpè ſæpius nõ poſſumus punctualiter attingere. Patet, quia non cõſiſtunt in indiuiſibili. Atq; ideo triplex differentia pretij forenſis aſsignari ſolet, ſcilicet, rigidum, medium, & infimum, quia in cõi foro cõtingit inueniri triticum æquè bonum venale hic ad 9. illic ad 9. & dimidium, illic ad 10. & omnia hæc pretia inuenta de præſenti cenſentur iuſta: quia 9. eſt pretium infimum, ſed nouem & dimidium eſt pretium medium, at 10. eſt rigoroſum.

*1*

*Triplex pretium.*

*Secundum fundamẽt.*

*Quomodo taxan. pretium.*

¶Secundum vero fundamentum ſit, quando pretiũ mercium communiter venalium per legem, vel pragmaticã nõ eſt prætaxatũ, tunc ex æſtimatione virorum prudentũ expertorũ, & timoratæ cõſcientiæ exiſtimandũ eſt in quibuſvis cõtractibus, qui penſatis merciũ qualitate, & conditione, laboribus, periculis, & ſumptibus, & induſtria quibus mercatores circa eas negotiando inſeruiunt, indigentiæ reipublicæ de eis prouidendo, ſolent pretium rationabile ęſtimare, & arbitrari. Quia variatis illis circunſtantijs ſimul cum copia, vel penuria mercium ſolet iuſtè variari, & debet diuerſificari, & pretium, prædictorũ arbi-

arbitrio, ſed non arbitrio venditorũ: quia nemo eſt ſatis æquus iudex in ꝓpria cauſa. Et ita aliquãdo erit maius, aliquãdo minus pretium iuxta variationem iſtarum circunſtantiarum. *Tertiũ fundamentũ.* ¶ Tertium deniq; fundamentũ eſt, ꝙ quando merces væneunt de præſenti ſtatim pecunia numerata, earum pretiũ æſtimari debet pretio cõmuniter currenti de præſenti in venditionis loco, & traditionis earũ tempore, inter viros timoratæ conſcientiæ. Patet hoc, quia à tempore, quo merces traduntur emptori, vel ei aſcribuntur vt ſuæ, ac per cõſequẽs periculo eius manent, incipiũt emptori eſſe vtiles, ac pro ipſo fructificare. Ergo ſecundũ ꝙ merces valent cõmuniter pro tunc numerata pecunia inter viros timoratæ cõſcientiæ debent vendi, & taxari etiã ad creditum. Taleque pretium erit iuſtum.

*1. Corolla.* ¶Ex prædictis autem tribus fundamẽtis ſequuntur hæc duo ſatis animaduertenda corollaria. Quorũm primũ eſt: pretiũ iuſtum merciũ expectantiũ emptores non debet attẽdi, nec regulari ex pretio, quo merces, vel res egentium, & peregrinorũ ſolent vendi ſubhaſtatione, vel quæritando emptores, vltroq; eas offerendo in plateis, & nundinis: neq; ex pretio, quo proxenetæ, & reuenditores, qui ad creditũ eas emerunt, vt creditoribus ſuis faciant ſatis, ex neceſsitate cõſtringũtur eas expõnere, & offerre venales: quia huiuſmodi modus vendendi, has merces viliores cõmuniter facit. *Axioma.* Quia iuxta axioma cõmune, merces vltroneæ vileſcunt. Sed pretiũ iuſtũ, vt diximus, ſumitur ex abundãtia, vel raritate merciũ, & emptorũ: quia penuria mercium, & copia emptorũ ſolet augere pretiũ. Sicut è cõtra copia earũ, paucitaſque emptorum earum pretium ſolet iuſtè extenuare. *2. Corolla.* ¶Secundũ corollarium ex prædictis innatum eſt: Scilicet, ꝙ vt iuſtum ſit pretiũ mercium, non eſt regulandũ ſemper taliter, vt ſit cum aliquo lucro penſatis mercium ſumptibus, & laboribus. *Fallax regula.* Quia fallax eſt regula ſi mercator ſemper tanti velit ſuas merces vendere, quanti ſibi conſtant ſui labores, & ſumptus ſuarum merciũ cum aliquo lucro. Sed potius tenetur ſe conformare pretio fori cõmuniter currenti, ſiue inde ſibi pariat lucrum, ſiue plus, vel minus perdat. Quia hæc eſt alea ſortis & fortunæ mercatorũ: ꝙ dum negotiantur debent vtriq; ſorti ſicut lucrandi, ita & perdẽdi ſe exponere, iuxta temporum, & circunſtantiarũ prædictarũ varietatem. Vnde fallaciſsima regula eſt, vt ait Sotus: ſi ſemper quãto emit pretio, & quãtum periculi, & laboris ſubiuit, tantũ velit vẽdere.

A ¶Verũtamen animaduerſione dignũ eſt, *Animaduerſio.* ꝙ quãdo cõiter negotiatores nihil, vel parũ ex ſua negotiatione lucrifaciunt: nõnullum argumẽtũ eſt eos minoris iuſto pretio ſuas vendere merces: atq; poſſe tunc aſcẽdere in pretio vſq; ad iuſtum pretium. Quia non tenetur mercator cum iactura ſua inſeruire rei publicæ, niſi per pragmaticã taxatum ſit eis pretium. Quia tunc id pretium cenſetur eſſe iuſtũ, & conueniens reipublicæ. Quare mercatores, aut omittant officium, aut illud ſeruent: aut recurrant ad principem admonentes eũ ex ſua iactura, vt reuocans pragmaticam auctius concedat pretium conueniens.

B ¶Aduertit autẽ Cord. loco allegato, quod & in ſua inſtruct. fol. 14. confeſſorum admonuit Metina, *Corduba. Metina.* ꝙ etiam ſi per pragmaticã pretium prætaxatum ſit mercium, ſi tales merces in cõi foro cõiter minori pretio, quã taxa pragmaticæ conceſsit væneunt, maiori tunc pretio, id eſt pretio pragmaticæ vendi nõ poſſunt. *Nõ poteſt vendi ad taxam cũ cõmuniter minoris vẽditur.* ¶Quod ſi regulariter hoc obſeruatu æquũ ſit, poſtea diſcutiemus. Interim ſic teneamus cum illis, quia id eſt tutum, & verum eſſe apparet. *Regula cõmunis.* ¶Igitur nihilo ſupradictorum obſtante ſtat regula cõis, quod ad taxandum pretium iuſtum per æſtimationem prudentum virorum, non debet haberi reſpectus ad ſemper concedendum mercatori omni aliquid lucri, ſed ad prædictas circũſtantias eſt conijciendus arbitrantiũ oculus.

C *Prima cõcluſio.* ¶His ſuppoſitis ſtatuitur cõcluſio prima reſolutiua quæſtionis: Nullis cuiuſvis ſtatus perſonis, ſiue ſint mercatores ex officio, ſiue nõ, licitum eſt, eo ꝙ vendant ad creditum plus accipere, quàm ſit iuſtum pretiũ, quod valent merces numerata pecunia venditæ tempore traditionis earum, vel aſsignationis de præſenti. Id eſt dictu. Vſura eſt res, quæ valet centum pretio præſenti, ſi quia venditur ad creditum pro centum & 5. amplius venundetur. D Hæc cõcluſio eſt S. Tho. opuſc. 67. & 2.2. quæſt. 77. arti. 1. & quæſt. 78. art. 2. & ibi eam habet Caiet. eſt D. Antoni. Angeli, Syluestri, Cõradi, Metinæ, Nauar. in ſum. latin. ca. 17. nu. 243. & 245. Eſt Soti de iuſt. & iur. lib. 6. quæſt. 4. art. 1. ad 4. Eſt Cordub. loco citato: eſt cõis. *S. Tho. Caiet. S. Anto. Angel. Sylue. Conradi, Metin. Nau. Cord. Sot.* Et ꝓbatur, quia tales non põt recipere maius pretiũ ad creditũ, quã ſi de præſenti venderẽt. *Primo probatur.* Primò, quia merx ſiue numeretur ſtatim eius pretium, ſiue in futurum expectetur, non ideo fit maioris valoris: ergo, quia vẽditur ad creditum non poteſt augeri eius pretiũ: ſed eſt vendẽda pretio, quo valet de præſenti: & nõ pretio, & æſtimatione mercatorũ, qui propter



ꝑter eorũ cupiditatis inſatiabilitatem, aliter merces taxant dum vendunt ad creditum. *Secundo probatur.* ¶Secundò patet, quia nec etiã ad confugiũ lucri ceſſantis hic queunt accurrere, quia re vera, eò ꝙ ad creditũ vendunt non ceſſat eis lucrũ. Tum, quia parati ſunt vendere etiam ad creditum, prout commodius poſſunt, & quia nõ inueniunt tot emptores de præſenti ſoluentes, ideò vendunt ad creditum. Vnde iſte, qui emit ad creditum, non eſt cauſa, quod venditor impediatur à lucro. *Satis ſit obiectis.* ¶Sed neque ratione expenſarũ, aut periculorũ in recuperando pretium poteſt mercator pluris vendere ad creditũ. Quia iſta non ſunt ordinaria. Et eſto iſta pericula eſſent ordinaria, infra dicendũ eſt à nobis, quod ratione periculi recuperandi nõ poteſt plus exigi. Quia ſi eſt periculum, caueat ſibi vẽditor, vel non vendendo ſic ad creditũ, vel expoſcẽdo fideiuſſores ſolutionis fideles. *Tertio probatur.* ¶Item efficaciſsime patet cõcluſio: Quia nulla lex, vel reſpublica benè inſtituta perſcripſit aliud maius pretiũ pro mercibus venditis ad creditum, quã pro vendibilibus de præſenti numerata pecunia: ergo ſignũ eſt euidens id nõ licere.

*Secunda concluſ.* ¶Secunda concluſio: Nec etiam licet vendere aliquid dilata ſolutione in aliud tẽpus, pretio maximo, quo valebit vſq; ad illud tẽpus. *Hoſtien. Nauar. De vſur.* Hæc eſt Hoſti. in ſum. de vſur §. an aliquo. eſt Nauar. ſum. latin. cap. 17. nu. 243. & cap. in ciuitate de vſuris. Et patet, quia ratione dilationis tẽporis aliquid plus percipere, ſi ſic cõueniret, quod eſt vſura. *Admonitio Nau.* ¶Sed admonet ibi Nauar. non eſſe vſurariũ pactum conuenire, vt ſibi ſoluatur pretium medium minimi pretij, & maximi quo ab emptionis tempore, vſq; ad tẽpus in quod illic ſeruaturus erat, valerent merces ſiue earum pretiũ creſceret, ſiue decreſceret: quia ſeruaturus erat, & quia æquali aleæ ſe exponit, & nõ in tuto.

*Tertia cõcluſio. Metina.* ¶Tertia concluſio, quæ eſt Metinę in ſua inſtruct. fol. 33. Regulariter mercatores huius tẽporis volunt excuſare ſuos contractus vſurarios ſub titulo lucri ceſſantis, petentes pro pecunia mutuata ſex, vel octo pro centum, cauſantes, ꝙ ſi talem pecuniam nõ mutuarent, cum ea negotiando ſuã ſubſtantiã augerent. Sed hæc eorũ excuſatio nõ eſt admittẽda à confeſſoribus ſecundũ Metinã. *Probat. 1.* Primò, quia alia pecunia remanere ſolet apud eos, qua poſsint negotiari. 2 ¶Secundò, quia hanc pecuniã, quam mutuant, forte nõ exponerent negotiationi: ſed eã pro ſuſtentanda familia, vel in alios vſus diſtraherent. 3. Et quia non ſemper eſt ſibi in promptu negotiatio, aut lucrum, vt ipſi imaginãtur.

A ¶Quartò, quia huiuſmodi negotiatores nũquã ſuã pecuniã mutuarent, niſi cauſa lucri ex ea reportãdi: & quia alibi tam certa ſpes ex ea non affulget lucri: ideo malunt eã pro intereſſe mutuare. 4 *Nota Metina.* ¶Verũ eſt, inquit Metina, quod ſi in procinctu paratã haberet mercator pecuniã ad eã inſumẽdũ ſtatim in mercibus, ex quibus iudicio expertorũ erat lucrum relaturus, nõ eſſet vſura, ſi ab amico eã mutuò petẽte lucrũ ceſſans exigeret. Cæterum, quod nos in hac tertia cõcluſione docemus eſt, quod huiuſmodi excuſatio lucri ceſſantis regulariter, B & de ordinario non eſt admittenda in mercatoribus mutuantibus.

*Quarta cõcluſio.* ¶Quarta cõcluſio: Non obſtãte ꝙ prima cõcluſio reſpõſiua ad quæſtionẽ eſt veriſsima, ſcilicet, ꝙ ratione lucri ceſſantis, non licet pluris vẽdere ad creditũ, quàm ad numeratum, tñ in hoc caſu particulari, ſcilicet, cũ iã mercator aliquis re vera paratus erat vendere merces in magna copia emẽti eas pecunia numerata: quã ſolutionis pecuniã iã pro certo deſtinarat ad emendũ frugiferas merces, ex quo probabiliter lucrum ſperabat, ſi ad inſtantiam amici, vt ei benefaciat deſiſtit C ab hoc contractu, vt ei tales merces ad creditũ vendat: licitè poteſt cũ tali amico de hoc lucro ceſſante paciſci. *Nauar. Ioſeph.* Hæc eſt Nauarri, & Fratris Ioſephi in ſuis floribus: dũ non ferat totũ lucrum: quia poterat forte impediri, & propter rationes ſuperius prætactas. Et patet, quia hic vere ceſſat lucrũ veriſimile, & probabile: cuius ceſſationis fuit cauſa ſola venditio ad creditum. ¶Alias in alijs caſibus monſtruoſum eſt, inquit, Mercatus in libro de cõtractibus indulgere mercatoribus, vt ratione lucri ceſſantis maiori pretio vendãt ad creditum, quàm ad numeratũ. ¶Nunc ſupereſt diſſoluere argumẽta ſuprapoſita. *Ad primũ argumen.* Ad primum igitur argumentum negatur, conſuetudinẽ, quæ inoleuit inter mercatores excuſare poſſe contractum vſurarium: D qualis eſt vendere pluris ad creditum, quàm ad numeratum: quia vſura eſt intrinſecè mala. Sicut neq; conſuetudo fornicandi inualeſcẽs, fornicationem poteſt facere licitam, cum ſit intrinſecè mala. *Ad ſecundum argu.* ¶Ad ſecundũ iam propter rationes allatas dicimus, ꝙ ratione lucri ceſſantis non poteſt ad creditum vendens plus recipere. Quia re vera non ceſſat ſibi lucrũ: ſicut forte poſſet ceſſare, ſi illud pretiũ acciperet de præſenti, quo alias pararet negotiari: ſi illud ad preces petentis mutuaret.

*Ad confir.* ¶Quare reſpondetur ad confirmationem tertij argumenti, quod non eſt ratio eadem, de pretium iam receptum mutuante, & de diffe-

differente, vel concedente dilationem ſolutionis pretij.

*Ad tertiũ argumen.*

¶Ad tertium argumentum dicitur, quòd neque etiam à moroſo debitore poteſt peti lucrum, quando ratio lucri ceſſantis ceſſaret, ſcilicet, quia cum tali pecunia creditor non erat negotiaturus. Sic quia hic ceſſat ratio lucri ceſſantis propter rationes allegatas: ideo non poteſt illud lucrum ad creditum vendens exigere.

*Ad vltim. argumen.*

¶Ad vltimum dicimus, quòd copia mercatorum volentium emere ad creditũ, quia ſtatim non habent pecuniam ad ſoluendum non auget de per ſe pretium mercium: ſed copia mercatorum ementium pecũnia numerata, hæc eſt, quæ auget pretiũ mercium: quia arguit copiam pecuniæ præſentem.

*Quæſtio. De ſubhaſtatione vẽditis.*

¶Deinde de rebus ſubhaſtatione poſitis, quæ venales exponuntur, ibi, *en almonedas* an quia ibi vendantur ad creditum poſsint pluris vendi, præſertim ſi ſint pupillorum, forſitan dubitabit aliquis. Sed hic nulla eſt dubitandi ratio: quia pupilli, & minores in hoc nequeunt eſſe melioris conditionis, aut priuilegiati, quia eſſet vſura, quam etiã pro pauperibus exercere illicitum eſt.

*Quæſtio. Quãto pretio ſubhaſtat. res vẽdi poteſt.*

¶ Quod ſi rogitet quis, quale erit pretium iuſtũ, quo res numerata pecunia, ſubhaſtatione, vel ſub auctione vendi poterit. ¶Reſpondetur, quod tale ibi pretium dicitur iuſtum, quòd neq; iuſtitia, vel lex ciuilis reprobat, id eſt, ꝙ non excedit dimidium iuſti pretij, neque ab eo deficit. Itaq; ſi poſſeſsio extra ſubhaſtationem vendita valet 100. ſi ibi ſubhaſtatione vendatur, iuſtè poterit ibi vendi pro 50. vſque ad 150. tam ad numeratũ, quam ad creditum. ¶Idem de poſſeſsionibus locatis ſub auctione. Quod ſi excedit medietatẽ iuſti pretij venditor, vel locator ſubhaſtatione vendens, vel locans etiam ad numeratũ, iſte exceſſus reſtituendus eſt. ¶Idem de emptore, ſi citra medietatem iuſti pretij ibi ad numeratũ, vel creditum emerit, ita Corduba quæſt. prædicta 84. & Mercatus in ſumma de cõtractib. lib. 2. cap. 12. fol. 64. Iſteq; exceſſus eſt reſtituendus à tutore minorũ: ſi minores, quorum poſſeſsiones vendebãtur illum exceſſum perceperunt Sed reſtituendus non eſt: niſi tutor ſit certus de tali exceſſu. Et tunc ſi certus ſit cum authoritate iudicis eſt reſtituẽdus: ne ſi aliter faciat, tutor de ſuis proprijs bonis cogatur minoribus reſarcire reſtitutum. Quod ſi aliter nequeat ſine incommodo ſuo emptori læſo ſatisfacere, illum admonitum eſſe curet, vt coram iudice petat id, in quo læſum ſe eſſe nouit ex emptione rerum pupillorum. Quanuis etiã tutor poſsit vbi fuit exceſſus pretij vltra medietatem ex parte pupillorum in aliquibus rebus eorum, ibi venditis ſubhaſtatione, ſi in alijs ibi venditis idem emptor citra medietatem minoris pretij emendo, damnificauit minores, facere recompenſationem aliquam hinc inde æquiualentiam faciendo inter minores, & emptorem.

*Corduba. Mercat.*

# CAP. CCXIIII.

*De quæſtione ardua, ſcilicet, quomodo ſint taxanda pretia mercium, quæ regulariter non inueniunt pretium de præſenti, Et de aliquibus contractibus contingentibus in noua Hiſpania in Indijs de mercimonio cocci, grana, nuncupati.*

*Quæſtio. Quod ſit pretiũ mercium non inuenient. pretiũ de præſenti.*

POrrò & hic quæſtio his ardua, & à multis præſertim in noua Hiſpania controuerſa obuiat, quomodo ſint taxanda pretia earum merciũ, quæ non inueniunt pretiũ de præſenti Cuiuſmodi ſunt merces, quæ venduntur in magna copia, coniunctim tempore aduentus claſsis in noua Hiſpania. Cuius quæſtionis meminit Mercatus in ſuo lib. de contractibus. Quam quia ſub breuitate paramus expedire pro more noſtro, has ſtatuimus concluſiones.

*Conclu. 1.*

¶Quarum prima concluſio ſit. In tota fere Hiſpania benè poteſt regulari pretiũ ad creditum per pretiũ de præſenti. Et ita mercatores etiã vendentes in magna copia ad creditum, merces nõ poſſunt eas venales exponere ad creditũ: niſi pro pretio inuenibili de præſente. Hæc cõcluſio eſt Mercati in de cõtractibus. Cuius rationẽ affert hãc: Quia mercatores in Hiſpania licet exponãt merces in magna copia vendendas ad creditum: vendũt tamen eas merces prætaxãdo quãlibet ſpeciem earũ ſeorſum pretio, quo de præſenti væneunt, quia tale pretium de præſenti reperitur communiter Ergo tales vendentes in Hiſpania etiam in magna copia, non poſſunt prætermiſſo pretio de præſenti æſtimare pretium aliud ad creditum: ſed pretiũ repertum communiter de præſenti debent obſeruare vendentes etiam ad creditum.

*Mercat.*

*Conclu. 2. Mercat.*

¶Secunda concluſio: Quæ eſt etiam Mercati loco vbi ſupra, Mercatores nouæ Hiſpaniæ non poſſunt vendere merces in magna quantitate ad creditum pretio, quo venduntur de præſenti. Patet, quia merces, quæ venduntur in noua Hiſpania de præſenti numerata pecunia, ſunt merces, quæ venduntur minutim à minoribus mercatoribus reuenditoribus, qui eas emerunt ad creditum in magna copia à groſsioribus mercatoribus, vt reuendendo eas minutim aliquid lucrarẽtur. Sed iniuſtum prorſus eſt, vt merces, quę venundantur in magna quantitate coniunctim æquali & tam magno pretio væneant ſicut venduntur pro minutim venales. Quia mercatores vendentes in magna copia coniunctim pretium ſolent, & debent aliquantulum extenuare, quod vendentes minutim merito augent: quia magis laborant, & immorantur in vendendo minutim merces. Ergo iniquum eſſet ſi mercatores groſsiores in noua Hiſpania, eodem pretio, quo merces minutim venditæ væneunt, prorſus merces vendentes coniunctim in magna copia, ad creditum vellent vendere, quia acciperetur plus iuſto pretio.

*Quæſtio. Quomodo taxã. pretia merciũ claſsis.*

*Sententia aliquorũ.*

¶Igitur ad quæſtionẽ propoſitam, quomodo taxandum ſit pretium mercium, quæ in noua Hiſpania tempore aduẽtus claſsis à groſsioribus mercatoribus in magna quantitate coniunctim vendũtur ad creditum: quando earum pretium communiter non inuenitur de præſenti: aliqui ſufficienter ſe ſatisfeciſſe putarunt dicendo tunc, quando in hoc caſu pretium pro his mercibus in magna copia, & coniunctim ad creditum vendendis non reperitur communiter de præſenti, ſic taxari debere, ſcilicet, ꝙ prætaxentur prius expenſæ, ſeu ſumptus talium mercium: & ſuper hunc valorẽ ſumptuum, & expenſarũ ſuperaddatur aliquod intereſſe, & lucrum: & tunc illud erit iuſtũ pretium tam ad numeratum quàm ad creditum.

*Prædicta ſentẽtia refutatur.*

¶Veruntamen hæc regula prætaxandi pretium non eſt vſquequaque vera, neq; attingit omnino punctum veritatis: Quia hanc regulam libenter acceptarẽt mercatores. Sed ſi iſta regula acceptaretur in vſu, lõgè cariori pretio poſſent vendere mercatores groſsi in noua Hiſpania, quam de facto communiter vendunt: Quia iuxta hanc regulã in hac appretiatione, & taxatione pretij facienda, extra ſumptus mercium erant cõputanda pericula, & deteriorationes mercium, earumque diminutiones Hiſpanicè mermas nuncupatæ inſuper labores mercatorum, tempus etiam, quo pecunia detinetur occupata in talibus mercibus, penſari deberent. Quæ omnia ſi ritè, & rectè conſiderentur ſicut in tali appretiatione (vt iſti aiunt) conſideranda eſſent, & libranda, proculdubio longe maiori taxatores hæc attendentes eas taxarent pretio, quam ſit commune currens, quo nunc væneunt.



*Sententia aliorum.*

¶Alij vero doctores in hac quæſtione rogati dixere in taxando prædictum pretium potius recurrendum eſſe ad animos mercatorum conſulendos, ſciſcitandoſque fore aiunt, ſic, ſcilicet, ſi iſta magna copia mercium, id eſt, *eſta cargazon*, vt Hiſpanicè loquamur, quam paratis vẽdere ad creditum, vobis de præſenti numerata pecunia ſolueretur, quo pretio vobis dato de præſenti, & quanto eſſetis contenti. Quod ſi ſic rogati tanti tunc vendere de præſenti eſſemus contenti reſpõderent, iſtud inquiunt, quod per ſuum reſponſum exprimerent pretium etiã eſſet iuſtum pretium ad creditum. Sed ſecus eſt, inquiunt, ſi parati ſunt dare pro tanto merces ad numeratum, & pro maiori ad creditum.

*Prædicta ſententia refellit[illegible]*

¶Sed neque horum regula eſt vſquequaq; certa. Et ratio huius eſt: cuius meminit Diuus Thomas in opuſc. 67. de emptione & venditione, ad terminum: quia mercator Hiſpanicus, ſi in noua Hiſpania, vel Peruſij pro globo mercium inueniret pretium in procinctu è præſenti pro minori pretio, quam de facto valerent, eas merces traderet de præſenti pecunia numerata, non eò quòd illæ merces tunc maioris valoris non eſſent: quia certè maiori pretio præſtarent, maiorique illo pretio de præſenti ſibi numerato iuſtè poſſent vendi. Sed illo minori pretio mercator contentaretur: quia cum ſit induſtrius iſtam iacturã, quam ſic pateretur poſſet recompenſare pecuniam ſic in præſenti ſibi ſolutam in proximo reditu claſsis mittendo in Hiſpaniam pro nouis mercibus frugiferis in claſsi proximè ventura tranſuehẽdis. Quare neque hæc regula omnino attingit ſcopum.

*Conclu. 3.*

¶ Pro deciſione igitur quæſtionis additur tertia concluſio: Illud eſt iuſtũ pretium mercium in globo, & coniunctim in magna copia venditarũ in noua Hiſpania, quod valent tẽpore applicationis claſsis ad portũ, licet tale pretiũ non inueniatur de præſenti. Ita Mercatus fol. 55. 56. & 57. de contractibus.

*Mercatus*

Et patet, quia tunc mercatores attentis his circunſtantijs, vtrum aduentauit magna claſsis aſportãs magnã vim merciũ, vel modica claſsis paruã copiã merciũ tranſuehẽs: conſiderato etiã, vtrum in breui ſperentur aliæ naues, vel claſsis: penſato etiã, vtrum intra vrbes nouæ Hiſpaniæ magna copia illarũ merciũ adhuc inuendita ſuppetat, vel magna ſit talium mercium indigentia, ſolent taxare pretium augentes, vel minuentes illud, iuxta

iuxta has conſiderationes. Quo tunc ſic taxato, & æſtimato pretio eodem ſoliti ſunt vendere merces in globo in magna copia cō iunctim ad creditum intra tres terminos ſolutionis intra annum. Quare iſtud eſt iuſtū pretium: etiam ad creditum.

*Probatur.*

Hæc concluſio patet: Quia ſi inueniretur pecunia de præſenti: qua emeretur ad numeratum de præſenti, iſtudmet etiam pretium ſic taxatū his habitis rationibus, cenſeretur iuſtū pro venditione ſi ſolueretur de præſenti.

*Satis fit obiectioni.*

Neq; militat contra hanc concluſionem, ꝙ ſi ſolueretur ſibi pretio de præſenti, minori pretio merces darent, quàm ſit pretium, quo ad creditum vendunt. Quia vt ſequuti authorem Diuum Thomā diximus, non ideò minoris darent; quia magis non valerent: ſed quia accipiendo pretium de præſenti, exponēdoq; illud ſtatim negotiationi, illam iacturam minoris pretij accepti, reſarcirent.

*Quarta cō cluſio.*

¶Quarta concluſio: In grauiſsimam incidunt vſuræ labem mercatores, qui in noua Hiſpania in magna quantitate coniunctim vendentes ad creditum, vendunt maiori pretio, quàm ſit pretium globorum mercium; id eſt, *de las cargazones*, quod tempore aduentus claſsis iuſtum eſſe eſt prædictis rationibus attentis æſtimatum communiter, inter mercatores & taxatum.

*Exemplū.*

Verbi gratia, quando tempore aduentus claſsis pretiū iuſtum eſſe taxatur ad 6 ;. pro centum, & ad tres ſolutiones, vt communiter fit per annum in noua Hiſpania. Tunc ſi mercator, quia ad maioris dilationis terminos emptores ſibi vendi petunt ad creditum: ideo maioris dilationis gratia pretium ad octuaginta pro centum auget, & tantò magis auget quantò maiorem dilationē emptor petierit: ſine dubio vſuræ culpa non caret, quare reſtitutioni huius auctionis pretij manet obnoxius. Et hoc eſt quod vitio vertunt, & vt vſurariū contractum execrantur doctores, quando vident ratione maioris dilationis temporis iſtud pretium augeri. Ita Mercatus loco ſupra citato.

*Mercat.*

*Quæſtio. De cōmercio cocci in noua Hiſpania.*

¶Præterea, quia præcedenti quæſtioni confinis eſt dubitatio, quæ conſurgit de illo commercio cocci, *de la grana*, vulgariter nuncupati, quod celebre habetur in noua Hiſpania, & præſertim in ciuitate Angelorū eiuſdem nouæ Hiſpaniæ, vbi copia cocci venditur ad creditum pretio, quod non inuenitur de præſenti: quia communiter tale pretium pro cocco vendito in magna copia non inuenitur inter Hiſpanos. Quanuis verum ſit, ꝙ minutim pretio præſenti minori huiuſmodi merces Hiſpani ſoliti ſint mercari ab Indis in Indorū populis: dum illuc cauſa emēdi illum pergunt. ¶Igitur expedituri hanc quæſtionem, antequam accedamus ad concluſionem reſpōſiuam quæſtionis quatuor prænotamenta iaciamus.

*Primum prænotamen.*

Primum igitur ſit, ꝙ vendendo ad creditum (dum abſit monopolium) licitum eſt vendere pretio rigoroſo de præſenti inuento: ſed non licet tale rigoroſum pretiū excedere. Vt verbi gratia, interdum de præſenti in publico foro currunt tria pretia de præſenti. Nam aliqui vendunt idem granum frumēti, aut petiam panni ad nouem, quod eſt pretium infimū, alij ad nouem & dimidium, quod medium pretiū eſt alij ad decem, quod eſt rigoroſum pretium, & ſupremū.

*Victoria. Nauar.*

Igitur ſententia fuit Victoriæ, & Nauarri, & aliorum ꝙ vendens ad creditum, poteſt vēdere merces iſto rigoroſo pretio. Quia ſi inuenitur de præſenti nulla fit iniuria ementi ad creditum, ſi iſtud pretium rigoroſum ab eo exigatur.

2 ¶Secundum prænotamentū ſit, quod eſt probabile, quāuis ab alijs æſtimetur periculoſum, quando venduntur merces in magna copia coniunctim, neq; ſic tales merces inueniunt pretiū cōmuniter de præſenti, ꝙ pretium iuſtum earum erit, quod cōmuniter inuenitur pecunia credita. Itaq; ſi pauciſsimi ſunt, aut nulli, qui emāt numerata pecunia: atq; adeò in magna copia cōiunctim ſic vendi non poſſunt, habebunt valorem, qui communiter currit ad creditum.

*Victoria.*

Hoc documentum fuit Victoriæ: qui fertur cum cōſultus eſſet à Burgenſibus mercatoribus ſic reſpōdiſſe.

*Ratio.*

Cuius rationē ſubiungit hanc, ſcilicet, quia vendi in magna copia merces coniunctim eſt prorſus neceſſariū reipublicæ: quò deinde à groſsioribus mercatoribus in magna quantitate emptis ab nauibus, eaſdē de longè aſportantibus, in minuto emere poſt volētibus prouideatur. Ergo ſi ſic in magna copia non inueniunt pretium de præſenti: pretio, quod communiter inuenitur pro eis ad creditum poſſunt vendi.

*Documentum Victoriæ nō deſeruit in Hiſpa.*

Sed iam hoc documentū, vt diximus: de mente Mercati parum deſeruit in Hiſpania: quia mercatores etiam ibi vendentes in magna copia eas ſolent & poſſunt taxare merces ſeorſum pretio: quo quælibet ſpecies earum de præſenti venire ſolet. Atq; ideò, quia tale pretiū inuenitur de præſenti cōmuniter per illud ſe regulare debent, aliquod minus taxando pretium pro eo, quod in magna copia, & cōiunctim vendunt, & hoc eſt verius.

3 ¶Tertium prænotamentum eſt: quando ſunt plures ementes, qui volūt numerata pecunia emere in magna copia, & ipſi mercatores cauſa augēdi pretium nolunt ſic vendere: ſed malunt contrahere ad creditum: tunc non erit aliud pretiū ad creditum, quam pretium commune, quod veriſimiliter curreret ſi venderetur ad numeratum. Hoc aſſertum eſt etiam Victoriæ.

*Victor. ratio.*

Et patet, quia hæc licentia taxandi pretium etiam ad creditū ſolum habet locum, quando non occurrunt aliqui, qui volentes emere ad numeratum, offerant de præſenti pretium cōmuniter, licet vnus aut alius tantum velint viliſsimè ſic emere, quia vna arundo non facit ver.

¶Quartum prænotamentum eſt: qui minutim maiori pretio vendunt merces pecunia credita, quam numerata de præſenti nulla excuſatione ſuam prætexere poſſunt vſuram palliatam.

*Victoria.*

Eſt Victoriæ, & patet: quia euidentiſsimum eſt argumentum, quod illud plus accipiunt ratione dilationis temporis. His præſtitutis.

*Conclu. reſponſiua.*

¶Statuitur concluſio reſponſiua ad quæſtionem: Si loquamur de mercimonio cocci, id eſt, de la grana vbi in magna copia cōiunctim venditur ab Hiſpanis incolis nouæ Hiſpaniæ: quia ſic in magna copia coaceruat, & ad tranſmittendum eum in claſsi in Hiſpaniam, ſic in magna copia coniunctim neceſſe eſt vendi, ſi ceſſet monopolium, quando ſic in magna copia coccus coniūctim venditur, & dum nihil exigitur à venditoribus ratione lucri ceſſantis, tunc pretium iuſtum huius mercimonij erit, quod communiter tempore, quo traditur cocci merx currit ad creditum inter mercatores timoratæ conſcientiæ: niſi ſint emptores plures, qui numerata pecunia velint emere de præſenti. Quia ſi tunc ipſi venditores, gratia augēdi pretium malunt vendere ad creditū propter neceſsitatem eorum, qui emunt pro onerandis nauibus remeantibus in Hiſpaniam, non eis licebit propter hoc, alio, quam de præſenti oblato vendere pretio. Hæc cōcluſio habet fautores Theologos nouæ Hiſpaniæ. Et licet concluſio hæc hic aſſerta non tranſeat ſine periculo aliquali: tamen non auſim illam damnare, ſi aliæ fraudes non immiſceantur. Quia videtur habere fulcimentum in documento Victoriæ illo ſupradicto, ſcilicet, ꝙ in copia merces, quæ communiter ſic venditæ non inueniunt emptores ad numeratum per pretium commune currens ad creditum iuſtè ad creditum vendi poſſunt: quia tunc per præſens de pretio cūm non inueniatur iudicari non poteſt.



## CAP. CCXV.

*De ardua quæſtione lanarum anticipata ſolutione pro viliori pretio emptarum; Et de contractu inſigni Mexici ventilato.*

CVM de quæſtionibus non de lana caprina: ſed valde neceſſarijs pertinentibuſque ad materiam de vſuris hactenus egerimus, en iam incidit illa quæſtio celebris, ac valde controuerſa inter iuniores de lanarum emptione anticipata ſolutione viliori pretio facta, quæ ſub ſe & alias quæſtiunculas continet ventilandas.

*Quæſtio. An lanas anticipate lic. minoris emere.*

¶Igitur potiſsima & prima quæſtio eſt, an licitum ſit emere lanarū copiam anticipata ſolutione minori pretio, puta, decem pro vno quoque pōdere, cum tempore traditionis quodlibet pōdus lanæ duodecim ſperetur valiturum.

*Opinio. 1.*

¶Circa hanc quæſtionem prima, quæ verſatur in ſcholis, opinio eſt, quòd talis contractus eſt licitus: & mercatores Burgenſes ita aiunt à Victoria, & doctoribus accepiſſe Pariſienſibus.

*Victoria.*

Et huius ſui aſſerti rationem attulit Victoria, quia plus hic non accipit emptor lanarū, quia anticipata ſolutione emit. Sed quia modus ille vendendi in magna copia, & rogando & offerendo hanc mercem vltrò, rei pretium minuere videtur.

*Opinio. 2. Soti.*

¶Secunda opinio eſt Soti, quòd non licet ſic minoris emere: niſi vbi tribus menſibus ante traditionem lanarum paſtores rogant vt emant: & ita volunt, quia ſolutio herbarum, & paſcuorum pendenda inſtat. Probat, quia iſte modus vendēdi eſt neceſſarius, neceſſarioq; vilius reddit pretium: & ita volunt, & rogāt paſtores, quia aliter gregem ſuſtentare non poſſunt.

*Opinio. 3. Nau. Metina.*

¶Alia tertia opinio eſt Nauarri, & vtriuſq; Metinæ aſſerentiū, quod nullo modo ſic emere licet.

*Rationes Metinæ.*

Nam Metina Salmāticenſis in ſua inſtructione ait. §. 23. de vſuris. fol. 134. pag. 2. latere hic vſurā palliatam. Quia perinde eſt, ac ſi quis menſe Ianuarij mutuaret decem argenteos, vt menſe Maij pro eis reciperet quatuordecim. Quæ ratio adeo eſt euidens ait, vt neceſſario condemnē huiuſmodi contractum: licet viri alioqui docti illum defendant. Præterquam (inquit) quòd ſi in emptione anticipata lanarum hic iuſtificatur contractus nullatenus apparet quomodo non ſit iuſtificandus in alijs mercimonijs groſsis, cuiuſmodi eſt lanarū mercimonium: quod eſt abſurdum conceſſu.

*Metin. Cōpluten.*

Metina quoq; Cōplutēſis de rebus reſtituēdis circa cauſam ſextam indicat nullatenus licere

licere hoc. Quia ipſi, qui lanas emunt anticipata ſolutione ſtatim ante traditionem vendunt pro vndecim argenteis: & quia tempore traditionis hoc mercimonium lanarũ magis valet. Quare reſtituendum eſſe cenſet illud plus paſtoribus, niſi voluntariè donent.

¶Igitur ex his tribus opinionibus opinio Victoriæ, quia defenſabilis eſt, poſt factum poteſt teneri. ¶Sententia vero Soti eſt media, & ideò melius poteſt ſuſtineri. Sed opinio vtriuſque Metinæ eſt tutior: ac proinde iuxta illam conſulere debet Theologus ante factum. Ita fertur docuiſſe frater Ioannes de la Peña. ¶Sed tamen, quia lector poſt recitatas aliorum ſententias meritò noſtrã hic expoſtulabit opinionem, ideò hanc ſtatuo concluſionem.

*Concluſio.*

¶Igitur ſit concluſio talis: Licet non ſit vſquequaque certum, tamen probabiliter dicitur, quod licitum eſt, emere lanas in magna copia anticipata ſolutione, aliquantulo minori pretio, quam valent tempore traditionis. Verbi gratia, ſecũdum Cordubam; ſi tempore traditionis & receptionis earum valituræ ſunt duodecim, ſi anticipata ſolutione per ſex menſes emantur ante, vel tempore, quo ſolet in Hiſpania anticipari ſolutio, hoc eſt tempore ſancti Michaelis, vel tempore carniſpriuij, & pro eis ſoluantur decem, licitum, inquam, eſt. Hæc concluſio eſt Soti de iuſtitia & iure, libr. 4. quæſt. 4. articul. 1. Eſt etiam fratris Antonij Cordubenſis quæſt. 85. in tracta. de caſibus conſcientiæ. Et fateor antequam vidiſſem eius apparentes rationes reformidabã hanc concluſionem probabilem eſſe concedere. Sed iam triplici hac ratione apparet eſſe probabilis.

*Corduba.* *Soto.* *Corduba.*

*Ratio. 1.*

¶Primo, quia ſi iſtæ merces lanarum non ſic ab omnibus emptoribus communiter anticipata pecunia in magna copia emerentur ante earum traditionem, profecto cum accederet tempus traditionis tunc non plus valerent, quam pretium anticipate ſolutum, id eſt, non pluſquam decem. Et ratio eſt plana, quia ſi lanæ non eſſent pecunia anticipata emptæ in magna copia, tunc tempore traditionis magna ſuppeteret paſtoribus copia lanarum vendenda: ſed magna copia, & exuberantia mercium præſens facit decreſcere in pretio: ergo iuſtè tũc tempore traditionis minus valerent, quia ratione copiæ, in valore deſcenderent.

*Satis ſit obiectioni.*

¶Quod, ſi quis hanc rationem velit redarguere ſic dicendo in contra, ſcilicet, quod copia lanæ, quæ tempore traditionis non erat antea vendita, magis tempore traditionis inuenitur valere: ergo idem, ſcilicet, eſt cenſendum de omni copia lanæ, quod ſi ante non eſſet vendita, pretio maiori, tunc valeret. Quia reſpõderi poteſt quòd ſi lana reſtans, & non anticipate vendita magis valet: eſt quia iam maior copia eſt anticipate vendita: quia ſi reſtaret vendenda omnis lana, præ tanta copia vileſceret.

2 ¶Secundo probatur ſpeciali ratione conuenienti huic lanarum commercio: Quia ſicut fructus terræ, antequam perueniant ad maturitatem, quia ſubſtant periculis & ſumptibus, ſi vendantur minus valent, quia ſunt etiam in potentia: ita etiam copia lanæ anticipata ſolutione empta, quia ſubiacet laboribus, periculis, & expenſis ad eam recuperandum, repurgandum, lauandum, beneficiandum in ſaccis reponendum, vt lanæ poſsint tranſuehi in nauibus in Italiam, quæ omnia requiruntur, vt præueniant, vt ex eis lanis ab earum emptoribus poſsit aliquid lucri reportari, poteſt minori emi anticipata ſolutione. Quia hic eadem ratio videtur militare, quæ in tritico, vel fructibus terræ immaturis, & acerbis emptis. Quia iſtæ lanæ ante traditionem ſunt veluti granum in ſpica, quod, vt colligatur laboribus, & expenſis eget.

3 ¶Tertiò patet: Quia ſi tempore traditionis iſti mercatores emerent lanas tranſuehendas in nauibus in Italiam: tunc illa copia lanarum ſibi minus valeret: quia, tunc non eſſet recuperata: neque tunc opportune poſſet præparari, lauari, repurgari: & quia ſi nõ in iſtis beneficijs, ſed in ea emẽda copia deberent tunc emptores præoccupari: minus hæc copia lanarum illis valeret, neque eam vellent emere, niſi viliſsimo pretio: quia non poſſent eam beneficiatã in opportuno tempore mittere in nauibus ad lucrandum. ¶Vltimo probatur, quia merces vltroneæ vileſcunt, & paſtores vltro offerunt has lanarum merces tali pretio anticipato venales.

*Ad. 1. argumen.*

¶Quare ex his rationibus peculiaribus elicitur ſolutio ad argumenta Metinæ Salmãticenſis. Quia ad primum negatur, quod perinde ſit iſte contractus, ac ſi quis mutuaret decem pro duodecim: quia hic non ratione mutui, aut anticipatæ ſolutionis: ſed quia minus valerent tempore traditionis ſi ſic anticipate non emerentur: & quia indigent expenſis, & beneficiari opus habent, ideo minoris anticipate emuntur. Vnde ad eius ſecundam obiectionem negatur quòd iſta ratio currat in cæteris groſsioribus mercibus, vt poſsint minoris anticipate emi: quia non ſubſtant his expenſis, & periculis ac præparatorijs beneficijs.





*Quæſtio. An Italiæ liceat lanas pluris vẽd. ad cre.*

¶At iam ad ſecundam quæſtiũculam præcedenti affinem ſatisfaciamus, vbi quæritur, vtrum huiuſmodi mercatores lanarum trãſuehentes eas in Italiam, vel Flandriam poſſint ibi Flandriæ aut Italiæ pluris eas vendere ad creditum, quàm de pręſenti. At videtur certe id nullatenus licere, quia doctores omnes reclamant, quod liceat pluris vendere merces ad creditum, quam de præſenti, quando inuenitur pretium communiter de præſenti. Neque hic vigent rationes, aut cauſæ allatæ in ſuperiori concluſione, vt poſsit iſte contractus iuſtificari.

*Reſp. Cor.*

Reſpondet tamen Corduba ad hanc quæſtionem loco citato, quod licet iſte contractus propoſitus in quęſtione non poſsit aperte iuſtificari: non tamen etiã diffinitiuè tanquam illicitus poteſt condemnari. Quia, inquit, licet non aſſertiue, poſſet aliquo modo iuſtificari. Nam allegat Sotum libro. 5. de iuſt. quæſtione. 4. artic. 1. & quæſtione. 84. videri hunc contractum iuſtificare.

*Sotus.*

*Sententia autoris.*

¶Sed certe opinio hæc, & ſententia vix aut nullatenus poteſt ſuſtineri, niſi cum limitatione Victoriæ, ſcilicet, quando copia lanarum in Italiam, vel Flandriam allata in nauibus ex Hiſpania tanta eſſet, quòd communiter lanæ non inuenirent pretium ibi de præſenti. Niſi forte in raro caſu, cum quis neceſsitate debitorum oppreſſus cum talibus mercibus rogaret pro vili ſibi pretio dato, quia iſta vna hirundo non facit ver. Quia tunc pretio ad creditum iuſtè æſtimato vendi poſſunt, licet non inueniatur de præſenti, quia deſunt emptores, qui numerata pecunia velint emere. Nam cum iſta limitatione Victoriæ forte tolerari poteſt: nec ego illam poſt factum auderem damnare.

*Quæſtio. An liceat emptori reuend. pluris lanas.*

¶At iam quoque ad poſtremam quæſtiũculam reſpondendum nobis eſt, vtrum liceat emere lanas pecunia anticipata per biẽnium, vel triẽnium ante earum traditionem, & eodem loco ante earum traditionem reuendere eas alijs intra prouinciam auctiori pretio, quam emptores emerint anticipata pecunia,

*Reſpon.*

¶Quia res eſt peruia, Reſpondetur, quod in iuſtitia reſtitutioni obnoxia eſt, ſuppoſito, quòd iuſto pretio lanæ anticipata pecunia ſunt primo emptæ, ſi earum emptores, eas alijs ante earum traditionem, maiori, quam emerint pretio reuẽdat eodem loco. Ita Corduba de caſibus conſcientiæ vbi ſupra. Patet; quia tales reuenditores, ſi vltra pretium iuſtum rigoroſum, quo tales lanæ ſolent vendi eas vediderint: planum eſt ratione anticipatæ ſolutionis eas minoris emiſſe, vel ſecundo emptori plus exigendo iniuriam irrogare.

*Cordub.*

*Coroll.*

¶Ex prædictis vltimo concluditur, neque etiam paſtoribus eſſe licitum lanas ſuas ad creditum maiori pretio vendere, quàm valeant tempore traditionis earum; quia hoc eſſet ratione dilationis temporis plus recipere. Ita Corduba.

*Quæſtio. An lic. vẽde. bracte. argen. minoris quã.*

¶At neque hic ſub ſilentio prætereunda eſt quæſtio illa de negociatione celebri multumque vſu recepta in noua Hiſpania, vtrum liceat bracteas argenti ex maſſa argẽti congeſtas minori pretio emere, quàm gradus argenti, id eſt, quilates argenti iuxta taxationem legis valent. Huius quæſtionis meminit Mercatus in ſuo libro de contractibus. Pro cuius, intelligentia animaduerſione opus eſt metallum argenti habere ſuos gradus, quilates, vulgariter nuncupatos: atque quilibet gradus taxatus eſt lege Hiſpaniæ ad valorem. 20. dipondiorum. ¶His ſuppoſitis pro parte negatiua arguitur. Nam videtur quod talis contractus non liceat; quia iuxta regulam generalem doctorum, vbi inuenitur taxatio regis publica, quæ pretium legale præſtituit, non licet eam excedere in vendendo, neque ab ea deficere in emendo: ſed iam in his metallis auri, & argenti prætaxatum eſt lege pretium iuxta gradus auri, vel argenti, non ergo licet bracteam argenteam minoris emere, quàm eius gradus, id eſt, quilates valent.

*Mercat.*

*In contra.*

¶In contrarium eſt; quia iam iſte contractus vſu inualuit in noua Hiſpania. Igitur, vt pateat quid ſit tenendum ſtatuitur reſponſiua concluſio: Si aliquis in regionibus Indiarum, caſu fortuito aut propter adhibitam à ſe diligentiam, bracteam argenti aliquantulum minoris emat, quàm valet ſecundum ſuos gradus, licet ſpeciem præſeferat mali non eſt in culpa mortali ſic minoris emendo. Hæc concluſio eſt Mercati in libro de contractibus, vbi folio. 59. de peculiaribus quibuſdam Indiarum contractibus agit. Et probat; quia inter peritos, & expertos regionũ nouæ Hiſpaniæ; Hõduras & Campechæ in mineralibus, ita eſt vſu receptum. Cuius ratio potiſsima eſt; quia in omnibus his regionibus bractea, vel maſſa aurea, vel argentea reputatur tanquam quædam ſpecies mercium, cuius valor ſolet creſcere, & decreſcere, propter eaſdem rationes, & cauſas, propter quas cæteræ merces ſiue olei, ſiue vini, vel pannorum ſolent creſcere, vel decreſcere in valore. Verum eſt tamen autore Mercato, quod iſtud crementum, aut decrementum pretij, quod ſolet contingere in maſſa rudi argentea, vel aurea parum excedit valorẽ graduum,

*Conclu.* *Mercatus.* *Ratio.*

duum, vel ab eo decreſcit: ergo licitè emi poteſt minoris talis bractea, quàm valeat iuxta ſuos gradus æſtimata. *Confirmatio.* ¶ Et confirmatur; quia nunquam conſules regij, vel iudices, & gubernatores huiuſmodi cõtractum interdixere, nec ſic contrahentes pœna aliqua affecere. Quare argumentum eſt huiuſmodi contractum non contrauenire legi regiæ. *Obiectio.* Neq; obſtat ſic replicare, quod aliquãdo bractea, vel maſſa argentea; quia eſt ex puriori argento conflata, vel quia cum ſit argentea aliquid participat mixtionis auri, ideo plus valet etiam iuxta valorem graduum, ergo non licitè minoris emitur. *Satisfit obiectioni.* Quia reſpondetur, quod etiam cum purius eſt argentum, aut alicuius mixturæ auri eſt particeps, pluris ſolet tam à venditoribus, quàm emptoribus æſtimari, quàm ſi tanta non præſtaret puritate. Sed tamen generale eſt in his contractibus, quod quatenus, vt merx venditur, non tanti æſtimatur, quin poſsit aliquãtulo minori pretio emi, quàm gradus illius bracteæ argenteæ valent.

*Quæſtio. Vtrum lic. mutu. bracteam argẽteam iuxta valorẽ gradus.* ¶ Porrò de contractu nunc in noua Hiſpania Mexici, cuius vſus inoleuit, hic habere ſermonem (quoniam in concertationibus literarijs propoſitus eſt, & vẽtilatus) cogimur; noſtram dicere ſententiam, quoniã illic vtrinque controuertebatur. At caſus hic perplexus eſt, nempe, vbi quæritur, vtrũ liceat mutuare maſſam vel bracteam argenteam hac conuentione, vt peracto tempore mihi, illã mutuanti tibi, tãtum reddas in pecunia, quãtum argenti illius maſſę lex valet. *Notamen.* ¶ Pro eius quæſtionis intelligentia prænoſſe opus eſt, quòd in ordine ad venditiones, & emptiones lege cautum eſt, vt maſſa argentea pretium legale ſit, & iuxta gradus, quibus conſtat, in ordine ad prædictos contractus pretium legale obtineat. *Arg. 1. pro negat.* ¶ Igitur his ſuppoſitis cauſa diſſoluendæ quæſtionis, & indagandi veritatẽ arguitur primo pro parte negatiua; quia, vt ſupradicta quæſtione diximus, bractea, vel maſſa argenti, ideo in noua Hiſpania iuſtè minoris emitur, quam ſecundum gradus legis valeat; quia emitur vt merx, & vt merx vendita, & empta ſolet in pretio à legali pretio decreſcere, ſed quando mutuatur non deſinit eſſe merx, & poteſt mutuari, vt merx: ergo, ſi vt merx poteſt in pretio decreſcere: ergo nõ non poteſt pro pretio legali mutuari, ſcilicet, vt tantum in pecunia reddatur pro illa maſſa, quantum lex graduum, id eſt, los quilates valent. Patet, quia iam ratione mutui mutuans reportaret lucrum certum.

*Argum. 2.* ¶ Item ſecundò arguitur: mutuans triticũ A ratione mutui non poteſt obligare mutuatarium, vt illud poſtea ſoluat in pecunia, vel in alia ſpecie; quia ideo damnamus mutuantes regi, quia tradendo merces obligant regem ad recipiendum illud mutuum in mercibus, obligando ad illud poſtea ſoluendum in pecunia, ergo nec etiam licet mutuare maſſam argenteam: quæ computatur, vt merx, vt reddatur iuxta eius pretium legale, quod valet & in pecunia; quia pecunia eſt alterius rationis quam merces, & quam maſſa, quę emitur & venditur, vt merces ſolent vendi.

*Arg. in cõtra.* ¶ Sed in contrarium eſt: Quod ſecundum B Sotum in de iuſtitia, & iure in materia de cãbijs, licet cambire ducatum Hiſpanum pro Vngaro ducato; quia licet ducatus Vngarus ex natura, ſeu lege auri ſit precioſior, tamen eodem argento apud nos æſtimatur: ideo nihil continet iniuſtitiæ: ſed in ordine ad emptiones: & venditiones in noua Hiſpania tantum æſtimatur illa maſſa argentea, quantum pecunia æquiualens pretioſorum graduum: ergo poteſt pro tali pecunia mutuari vel commutari, licet minus in ratione mercis valeat.

*Conclu. 1.* ¶ Igitur, vt fiat ſatis quæſtioni aliàs implexæ, præiacitur prima concluſio. Non licet C mutuare pecuniam argenteam, vt aurea poſtea pro ea ſoluatur. *Nauar.* Hæc concluſio eſt Nauarri in ſumma Latina capit. 17. numer. 226. *Hoſtien.* eſt Hoſtienſis de vſura. §. an aliquo, ſub finẽ. Et patet, quia ratione mutui, nõ licet aliquid lucri velle reportare, aut aliquam obligationem ciuilem, vel oneroſam alteri iniungere. Ergo neque licet mutuare pecuniam argenteam, vt aurea reddatur.

*Conclu. 2.* ¶ Secunda concluſio. Si Petrus mutuauit Paulo centum aureos reſtituendos in auro tantum, Paulus nõ poteſt reſtituere illos in alia materia, neque in alia forma inuito ipſo Petro. *Sylueſt.* Hæc concluſio eſt Sylueſtri verbo, ſo D lutio, quæſtione ſecunda. Sed ad quem pertinet tunc periculum? *Reſp. obie.* Reſpondet Sylueſt. ibi, quod pertinet ad debitorem. Vnde ait quod tenetur reſtituere in florinis, vel aureis eiuſdem formæ, quando ſic fuit cautum, ſecundũ æſtimationem currentem tempore ſolutionis faciendæ. Et patet; quia contractus ex pacto iuſto, quale eſt iſtud, ſortitur obligationem, & effectum.

*Concl. 3.* ¶ Tertia concluſio: Si quis mutuauit centum libras in florinis, ſatis eſt reſtitui ſibi centum libras etiã in alia moneta. *Bartol.* Hæc eſt Bart. in lege Paulus, aliàs in cipit. creditorem. ff. de ſolutionibus: *Sylueſt.* eſt Sylueſtri loco citato: eſt cõmunis doctorũ. Et probatur; quia videtur





in hoc caſu mutuans dicens, mutuo centum A libras in florinis æſtimando illos, illos vendidiſſe: ſicut dicimus in dote cum tradita eſt *C. de iur. dot.* æſtimata, leg. cum dotem. C. de iure dotium, & idem dicitur in depoſito cum ſub iſta forma deponuntur: ergo poſſunt reſtitui in alia moneta.

*Conclu. 4.* ¶ Quarta concluſio: Quando ſimpliciter ſine addito, vel alio pacto, aliquis dixerit, mutuo tibi centũ florinos, tunc ſi mutuans paſſurus eſt aliquod damnum, recipiẽdo in alia forma, puta, Florentinos florinos pro Senenſibus, recipere eos non tenetur. Hæc concluſio patet ex Sylueſtro loco citato, *Sylueſt.* in cuius gratiam citat Bartol. in d. lege. Paulus. *Obiectio.* ¶ Sed B quid, ſi in iſto caſu mutuans recipiendo in alia forma, quando ſimpliciter ſic mutuauit nullum peteretur damnum, an teneatur mutuans, in alia forma monetæ ſolutionẽ iſtius mutui acceptare. Sylueſter loco citato ait, quod non tenetur in alia materia ſolutionem acceptare, quia mutuum debet reſtitui in eodem genere, & in eadem bonitate. Lege cum quid, ff. ſi cer. pet. *ff. ſi certũ.* & aliud pro alio inuito creditore ſolui non debet. *Satisfit obiectioni.* Sed concludit Syluęſter, quod in hoc caſu dum ſolutio fiat in eadem materia auri, tenetur recipere, licet fiat *Sylueſt.* in alia forma, ſed Armilla verb. pecunia. §. 4. *Armill.* de mente Panormit. capit. quanto. de iure iu- C rando. cum Sylueſt. & Barto. in d. lege. Paulus tenet, quod in caſu, quo ſimpliciter mutuauit quis aurum, vel argentum tenetur acceptare ſolutionem, ſic aurum pro auro, argẽtum pro argento mutuato in eadem materia licet in diſtincta forma ſoluatur, ſi inde non reportat damnum, niſi aliter conſuetudo loci haberet.

*Conclu. 5.* ¶ Quinta concluſio: Bene poteſt quis pecuniam argenteam aurea, & auream argẽtea emere, & vendere, & etiam aliquod lucrum moderatum accipere. *Nauar.* Hæc eſt Nauarri loco citato: *Caietan.* eſt Caietani in ſumma verbo. vſura, notabili ſecundo, caſu tertio. Patet; quia hic ſiquid lucratur, non lucratur ex mutuo, ſed D ex permutatione, & emptione. Sicut etiam poteſt ex commodatione pecuniæ, ſiue, vt pignori detur, aut ad oſtentationem diuitiarum, quo aptius vxorem quis ducat, aut ob alium ſimilẽ finem aliquid accipere quia ad huiuſmodi fines etiam pecunia numerata commodari poteſt, lege tertia. paragrapho. *ff. cõmod.* final. & lege. ſeque. ff. commod. & trad.

¶ Igitur iam tandem reſpõſuri ad quæſtionem præmittimus diſtinctionem, iuxtaq; illam ſubijciemus cõcluſiones reſolutiuas quęſtionis. *Diſtinct.* ¶ Diſtinctio ſit: Aut talis cõtractus, A quando datur bractea argẽtea, vt ſoluatur in pecunia, iuxta valorem legalem eius graduũ fit per modum mutui, & intentione mutuãdi pretium graduum bracteæ pro pretio in pecunia: aut fit intentione cambiãdi, vel permutandi, vel vendendi bracteam argenteã pro pecunia. *Conclu. 6.* ¶ His præiactis ſit ſexta concluſio, Si qui dat maſſam, vel bracteam argenteã hac conuentione, vt reddatur in pecunia tantum, quantum argenti illius maſſę lex valet, cum vt merx regulariter minoris ſoleat vendi. Si ratione mutui talis fiat contractus, ſcilicet, quia mutuat & vult mutuare bracteã argenti vt ad legem gradus argenti mutuati in B maſſa, in pecunia æquiualens ſibi reddatur, vſura palliata non vacat. *Probatur.* Patet hęc concluſio ex prima cõcluſione, quæ fuit Naua. quia ratione mutui non licet aliquid lucri velle reportare, aut ciuilem, aut oneroſam obligationem mutuatario inijcere. Hic autem ratione precij, quod in bractea argenti mutuat, quæ vt merx vilius ſolet vendi, lucrum intẽdit reportare, atque ratione mutui grauat alium obligatione, vt ſibi ſoluat in pecunia pretiũ, quod mutuauit in argentea maſſa. ¶ Quare caſus vt proponitur in quæſtione, vbi de via mutui loquitur, vtrum ſic ſit licitum hoc ſine mutuare dicimus negatiue, quod non ſolũ C nõ eſt tutus, ſed neq; tolerabilis. Quia & hic hæc quoque currit ratio, ſcilicet, quoniam corona aurea, quia maſſa etiam aurea eſt, vt aurea eſt, licet ſoleat maioris vendi, non tamen maioris mutuari, quam vt numiſma valet. Ergo etiam iſta maſſa argẽtea licet pretium eſt legale rerum, quæ ipſa emuntur, ipſa quia vt mercimonium eſt, minus ſolet valere, in ordine ad mutuum, non tãtum valebit, quare pro pecunia æquiualenti eius legi & gradui non poterit ratione mutui dari.

*Quæſtio. Vtrum ratione cambij liceat cãb. bract. pro pecun.* ¶ Sed quid, vtrum ratione cambij, & permutationis poſsit talis contractus licere. Pro reſolutione dubij ſupponimus cãbia ea eſſe licita, in quibus nulla habetur ratio dila D tionis temporis, neque fingitur lucrum ceſſans, nec cambium ſiccum, ſcilicet, vt ibi ſoluatur, vbi accipitur: & vbi abeſt omnis fraus aut inæqualitas magis vnam grauans partẽ, quam aliam. *Deſcribũtur cãbiali cita.* Licita igitur videntur cambia, quando ex vno loco ad alium cambitur, in quibus ratione penuriæ, aut abundantiæ, pecuniæ magis in vno loco, quam in alio à toto genere diuerſa inueniũtur pretia, vel quãdo ratione tranſlationis pecuniæ per loca præſertim periculoſa aliquid iuſte accipitur. At ratione abſentiæ pecuniæ non licet pluris cambire, niſi iſtud cambium reduci poſsit, ad

dubium tranſmiſsionis pecuniæ, vel ad lu-
crum ceſſans: quod tamen in cambijs ſecun-
dum Nauar. in foro exteriori nõ ſuſtinebitur
propter propriũ motum Pij. 5. ibi prohiben
tis lucrum ceſſans prætendi. His ſuppoſitis.
*Conclu. 7.* ¶ Sit ſeptima concluſio. Probabile eſt, ac
defenſabile, quod ſi nulla habeatur ratio dila
tionis temporis per viam permutationis, &
cãbij licitum ſit cãbire, & permutare maſſam
ſeu bracteam argẽteam pro pecunia æquiua
lenti valori graduũ argenti in maſſa conflati,
vt in tali pecunia æquiualenti ſoluatur. Hęc
conclusio, quoniam ad quæſtionẽ eſt reſpon
ſiua, & in ea tota vis quæſtionis pendet plu
ribus rationibus apparẽtibus corroboratur.
*Probat. 1. Maxima Ariſto.* Primò ſic ex illa maxima Ariſtotelica: Quæ
cunq; ſunt ęqualia vni tertio, ſunt æqualia in
ter ſe: ſed maſſa iſta argẽtea ſecundũ ſuos gra-
dus æquiualet, verbi gratia, merci valẽti. 20.
aureos, & 20. aurei æquiualent illi merci, er-
go. 20. aurei, & iſta maſſa æquiualẽt inter ſe;
ergo ſi æquiualent inter ſe, poterit maſſa iſta
cambiri pro iſta pecunia. 20. aureorum æqui
ualenti gradibus maſſæ æquiualentibus mer
2 ci pretij. 20. aureorum. ¶ Secũdo patet: Quia
*Sot.* ſecundũ Sotũ licet cambire numiſma groſ-
ſum pro minuto, quatenus numiſma ſunt: nõ
nullo ſuper accepto pretio: ergo multo ma-
gis licebit permutare maſſam argenteam vt
numiſma eſt, & pretium legale eſt, ſecundũ
ſuos gradus, nullo ſuper accepto pretio, ſed
ſolũ ꝑ pecunia ſuo ęquiualenti legali valori.
3 ¶ Tertio quoq; patet; Quia licet ſecũdũ Sot.
*Sotus.* cãbire pecuniã inferioris gradus auri, & argẽ
ti cũ alia ſuperioris gradus citra cõpenſatio-
nẽ, iniquitas ſit: tamẽ ſecũdũ aliquos Thomi
ſtas, hoc non eſt iniquitas, quãdo pecunia in
ferioris gradus tantũ valet, quantũ pecunia
ſuperioris, quatenus vtraq; numiſma eſt. Sed
iſta maſſa argentea quatenus numiſma eſt, id
eſt, quatenus legale pretiũ rerum eſt ſecun-
dũ ſuos gradus, & pecunia ei æquiualẽs æqui
ualent in ratione numiſmatis, quatenus ſunt
pretia rerũ venalium: ergo nõ eſt iniquitas ſi
citra compẽſationẽ permutetur vna pro alia
ſeruãdo ęquiualentiã pretij legalis vtriuſq;.
4 ¶ Quarto patet: Quia in cãbijs licet ratio-
ne penuriæ, & abundãtiæ monetę inter cãbia
tores ſolita ſint variari pretia cãbiorũ, quate
nus pecunia vt mercimoniũ accipitur, & ſic
cãbitur: tamẽ extra hos caſus etiã permuta
re monetã pro moneta ſeruata æquiualẽtia,
quam habent ſecundũ pretiũ fixum, vt pre-
tium legale rerũ ſunt, nulla eſt per ſe iniqui-
ta: ergo pari ratione iniquum non erit (licet
varietur pretiũ maſſæ argenteæ: quatenus, vt
A mercimonium emitur, & vẽditur) permutare
illam ſecundũ pretiũ fixũ, quod habet legale
iuxta ſuos gradus, pro pecunia argentea ſuis
gradibus æquiualenti. ¶ At licet hæ rationes
hãc concluſionẽ probabilẽ reddant, inſurgũt *Arg. 1. cõtra cõcluſionẽ. 7.*
tamen contra eã valida argumẽta. Quorũ pri
mũ ortũ habet ex doctrina Metinæ in ſua in
ſtruct. confeſſorũ fol. 14. p. 2. Vbi ait, quod ſi
triticũ foro currẽti cõmuniter minus valeat,
quàm pragmaticæ taxa: nõ poteſt pretio cre
dito vendi ad pretiũ taxę: ſed minori pretio,
quod de præſenti venditur in foro, venden-
B dũ eſt tũc ad creditũ. Sic hinc arguitur: Quia
in iſto caſu Metina ait, quod non licet credi-
to ad pretium taxæ vendere, quando triticũ
foro communi de præſenti minoris emitur:
quia, inquit, tunc iuſtum eius pretium nõ eſt
pretiũ taxæ, ſed pretium fori cõmuniter cur
rens, quod eſt minus: ergo etiã nõ licebit per
mutare maſſam argenti (quando in foro cõ-
muni minoris emitur) pro pretio eius legali,
quod eſt maius; quia tũc iuſtũ eius pretiũ nõ
erit pretiũ legale taxatum, iuxta ſuos grad⁹.
Sed pretiũ iuſtum talis permutationis erit
pretium eius, vt cõmuniter venditur, & emi-
C tur in foro, quod eſt minus. ¶ Profecto eſt va *Soluitur argum.*
lidum ſatis argumentũ. Sed in prõptu eſt ap
parens ſolutio; quia reſpõdemus, cõceſſo an
tecedenti cum Met. negando conſequentiã.
Quia nonnihil diſcriminis eſt inter caſum
antecedentis, & inter caſum illatum in cõſe-
quenti. Quia tricicũ cum per pragmaticã ta- *Differẽtia inter taxã alia. merc. & bractea argentea.*
xatum eſt; prætaxatũ eſt, vt merces reliquæ
in ratione merciũ ſolent taxari, hac ſola intẽ
tione, ne aſcendat in pretio venditor tritici,
aut mercium, pluſquam pręſcribit taxa. At
vero taxa legalis, qua bractea, vel maſſa argẽ
tea prætaxatur iuxta gradus ſui argenti, non
eſt taxa, qua taxetur in ratione mercis: ſed ta
xatur, vt moneta, ſiue vt numiſma, vt ſcilicet
D pretiũ legale eſſe poſsit rerum, quæ emũtur.
Taxaturq; ſic non cum ſola intentione, ne ta
lis bractea pro maiori pretio legali accipia-
tur, quã taxata eſt iuxta ſuos gradus: ſed cum
intentione, qua intendit legiſlator, id eſt, rex
in iſta taxatione, vt in tali eius pretio taxa-
to venditor mercium pro mercibus venditis
cogatur eã acceptare, maxime ſi in his argen
teis bracteis in cõtractu acceptauit ſibi ſolui.
Et ſic cogũtur acceptare per iudices ipſi mer
ciũ vẽditores. Sicut, verbi gratia, argẽteus nu
mus etiã prętaxatus eſt ad tot dipõdia, nõ ſo
lũ adhoc vt quatenus pretiũ rerũ eſt non di-
ſtrahatur pro maiori pretio, ſed etiã, vt vẽdi
tor merciũ pro viliori pretio nequeat illũ re-
cipere inuito emptore merciũ ſoluẽte in ar-
gen-



gẽteis: ſic etiã, quia taxatur bractea vt mone
ta, & quia vt ſic habet pretiũ fixũ, ideo nõ de
ſinit eſſe iuſtum, licet minoris in foro venda
tur, vt mercimonium. Secus eſt de tritico,
quod taxatur in ratione mercis. Atque ideo
pretium eius non eſt tam fixum, quin poſsit
mutari, ſi minoris cõmuniter væneat in foro.
*Argu. 2.* ¶ Secundum argumentum apparẽter aduer
ſans concluſioni eſt; Quia in iſta permutatio
ne, vbi permutatur maſſa argentea pro pe-
cunia æquiualenti eius gradibus, pecunia,
quæ redditur eſt pretium ex natura ſua: ſed
iſta maſſa argentea, quæ datur pro illa pe-
cunia, datur, vt mercimonium, quia vt emi-
tur nõ eſt taxatum eius pretium: ſed tantum
eius pretium eſt taxatũ, quatenus pretium
eſt rerũ, quæ per ipſam maſſam argenteam
emuntur: ergo ſi traditur iſta maſſa argen-
ti, vt merx, cum, vt ſic, in ratione mercis mi-
nus valeat, non debet commutari pro pre-
tio, quod vt numiſma valet; niſi forte in ca-
ſu, quo pretiũ inuẽtum de pręſenti, pro quo
venditur in ratione mercis, æquiualeret pre-
tio, quod valet, vt numiſma.
*Solutio argumen. 2.* ¶ Argumentũ hoc licet aliquantulum vr-
geat: ſed ſufficienter ſoluitur, dũ dicitur ad id
*Sotus.* ex mente Soti in materia de cambijs dicen-
tis, quod in venditione cõſideratur pecunia,
vt legale pretium, at in cãbijs & permutatio
ne, vbi vna res pro alia permutatur, vtraq; ſe
habet, vt precium alterius. Sicut quando per
mutatur pecunia groſſa pro minuta, & è con
tra, vtraq; ſe habet vt precium alterius; quia
non eſt maior ratio, quod vna ſit pretiũ alte-
rius, quam altera. Quare negatur minor, ſcili
cet, ꝙ in iſta permutatione, vbi datur maſſa
argẽtea ꝑ pecunia argentea tradatur, vt mer
cimoniũ, ſed traditur vt pretium, quare pro
*Aduertat lector.* ſuo pretio legali poteſt cõmutari. ¶ At tan-
dem cõcluſurus iterũ admonitũ eſſe volo le
ctorẽ, hũc cõtractũ permutationis fore licitũ
ſi nulla habeat ratio dilationis tẽporis in eo.
Quia alias ſi haberetur, cõuinceretur permu
tãs ſic bracteã, ratione mutui virtualis, velle
aliũ grauare, aut lucrum reportare, ꝙ ratione
mutui nõ licet, quia eſſet vſura ſecundũ Sot.

## CAP. CCXVI.

*Vtrum in aliquo caſu vẽdens ad creditũ poßit plus exigere, quã ſit pretium de præſenti cõmune, etiã ſi nõ ſeruaturus erat merces: Et an liceat triticũ tempore traditionis appretiatum pretio tunc currente mutuare eodem pretio ſoluendum poſteà.*

A QVoniam de vſura, quæ com- *Quæſtio.*
mittitur circa mutuum cæpi *Vtrũ vẽd.*
mus ediſſerere. Et quia in ven *ad cred.*
ditione ad creditum contingit *poſſ. plus*
mutuum implicitum, ideo in *exiger.*
præſenti quæritur, vtrum in aliquo caſu ven
dens ad creditum plus poſsit exigere, quam
ſit pretium communiter currens de præſen-
ti. At videtur, quòd poſsit. Primo, quando *Argum. 1.*
merces venditor erat ſeruaturus ad tempus,
quo earum augendus erat valor. Quia tunc
vt habetur capit. nauiganti, & capite. in ciui-
tate. venditori, vt ſe ſeruet indemnem licet
B plus quam de præſenti valent, accipere.
¶ Et ſecundo arguitur, quod etiam in caſu, 2
quo non erat merces ſeruaturus, id liceat.
Quia ſecundum Caietanum poſſunt merca- *Caietan.*
tores accipere pretium pro mercibus, quod
valẽt tempore, quo conſummatur contra-
ctus venditionis: ſed contractus venditio-
nis mercium, quæ venduntur expectata ſo-
lutione non conſummatur: etiam ſi mer-
ces ſtatim tradantur emptori: niſi quãdo pro
eis ſoluitur pretium: ſed tempore quo ſolui-
tur pretium forte magis valent, quam tem-
pore traditionis: ergo poteſt eas ſic vendens
plus pretij accipere, quam valeãt de præſen-
C ti. Propter hoc argumentum Caieta. tenuit
venditoribus etiam non ſeruaturis merces li-
cere pro eis plus quam de præſenti valent ac
cipere. Quæ Caietani ſententia alijs docto- *Conclu. 1.*
ribus viſa eſt vſuris magnam ianuã aperire.
¶ Pro expeditione igitur quæſtionis, ſit
prima concluſio: qui ſeruaturus eſt merces
puta, triticum, & vinum ad tempus puta,
ad menſem, quo magis valiturum erit, quam
alio tempore, quo has merces vendit, & tra-
dit; poteſt aliquid plus accipere, quam hæ
merces valeant tempore traditionis, & ven- *Cõdit. iuſtificantes.*
ditionis, his conditionibus concurrentibus.
Primò ne ſummum, quod illo menſe augen 1
D dum eſt pretium accipiat, ſed medium; ita
quod ſi in vna parte talis menſis valuit. 10. *Alex.*
& in alia quindecim, & in alia. 20. non niſi. 2
15. capiat iuxta Alex. in le. quod te. ff. ſi cer
tum petatur. ¶ Secundo, vt de pretio dedu-
cat tantum, quantum ſi ſeruaretur diminu- 3
tum fuiſſet iuxta expertorum iudicium.
¶ Tertio, vt deducat impenſas, quas in ſer- 4
uando in illud vſque tempus facturus erat.
¶ Quarto, quod iſte contractus debet fieri
emptore admonito, vt voluntarie ſi velit, *Nauar.*
venditorem ſeruaturum indemnem ſeruet.
Hæc concluſio eſt Nauar. ſum. latina cap. *De vſur.*
17. numero. 242. & patet ex cap. in ciuitate.
& potiſsime ex capit. finali. de vſur. quod ca



 pur

put in ciuitate moderatur,& patet:quia vnicuiq; licitum eſt ſeruare ſe indemnē, & ſeruaturus merces ſic aliquid plus accipiendo, quam de præſenti valent merces, ſeruat ſe indemnem.

*Conclu.2. Nauar.*

¶ Secunda concluſio, quæ eſt etiam Nauarri loco citato,de qua etiam ſupra:Qui ſeruaturus merces vſque ad aliquod tempus, vendit eas dilatata ſolutione vſque ad illud tempus pretio maximo, quo valebunt vſq; ad tempus illud, vſuram committit palliatam. Eſt Hoſtienſis de vſur. §. an aliquo. Et patet;quia ratione dilatatæ ſolutionis auget pretium ponens ſe in tuto lucrandi, & non perdendi. Sed tamen, vt ſupra concluſimus, non eſſet vſurariū pactū, ſi paciſcatur in hoc caſu,vt ſibi ſoluatur pretiū medium minimi, & maximi,quod ab emptionis tēpore,vſque ad tēpus,in quo ille ſeruaturus erat valerent, ſiuè eius pretium creſceret, ſiuè decreſceret. Patet,quia in iſto caſu nō ſe poneret in tuto: ſed ſe obijceret æquali ſorti iacturæ,& lucri.

*Hoſtien. Probatur.*

*Quæſtio. An ſeruaturus merces poſſ. de præſ.taxa. pretium.*

¶ Inſuper vrgere preſsius adhuc volumus quæſtionē,quærendo adhuc, vtrū talis venditor ſeruaturus merces poſsit taxare pretiū de pręſenti, dicendo. Daturus es mihi tantū pro eis,quia ad tempus maioris valoris ſeruabā eas.¶Pro faciendo ſatis quæſtioni ſtatuitur tertia concluſio in ordine ad ſuperiores: Securior contractus eſt,ſi venditor qui ſeruaturus erat merces in poſterum,eas expectata ſolutione in præſentiarū vendat, & nō prætaxet pretium certū: ſed dicat. Et tibi nunc trado merces, ſolues pro eis quod valebunt tali die ad quem vendendas reſeruabā eas,ſeruatis prędictis conditionibus de deducendis expenſis,& alijs prima cōcluſione dictis. Patet;quia ſic nemini facit iniuriam:ſed neq; ſe ponit in tuto:ſed ſe tantum ſeruat indemnē. ¶ At ſi pro illo tēpore, ad quod vendendas merces parauerat ſeruare, varia ſint pretia,iā iſto caſu diximus ex mente Nauar.accepturus eſt pretiū minimi & maximi medium, quod pro illo menſe toto, ad quod reſeruabantur valebunt.

*Conclu. 3.*

*Conclu.4.*

¶ Quarta cōcluſio: Si erat ſeruaturus merces,vt antea diximus,& nunc clarius,& limatius,ſi pro illo tempore,pro quo merces vendendæ deſtinabantur,creduntur futura plura pretia,poteſt prætaxari certum pretiū de pręſenti ſoluendū in futurum,dummodo ſic contrahentes ſe exponant æquali periculo, neque venditor ſe ponat in tuto, accipiendo ſummū pretium.Vt ſi merces ſeruandæ modo tempore traditionis earum valēt.4.& creditur in futurum valebūt octo, vel decreſcēt

A ad quatuor:ſatis eſt,ſi prætaxetur alijs prędictis conditionibus quatuor,ſeruandis ſeruatis,pretium certum.v.g.ad ſex quod eſt medium inter octo,& 4.idque poterit poſtea accipere,licet poſtea merces decreſcant ad minus,ſcilicet,ad 4.Niſi ſecundum fratrem Ioānem de la Peña. caſu inopinato fieret magna iactura. Fortaſſe enim tunc deſic accepto cogetur aliquid reſtituere:vt ſi ſic vendidit triticum in ſpica adhuc virens,quod poſtea caſu fortuito vaſtatum eſt.

*Exceptio notabilis Ioān. à Peña.*

*Quæſtio. An nō ſeruaturus merc.poſſ. plus exige.*

¶ Hinc iam fit acceſſus ad difficiliorem illam quæſtionem de caſu,in quo venditor nō erat merces ſeruaturus, an tunc licite poſsit
B pluris vendere quam tempore traditionis valent.At vt à clarioribus exordiamur dicimus primo,quod bene poteſt aliquis mutuare triticum in vno menſe, quod non erat ſeruaturus,mutuare,inquam,vſque ad alium mēſem in quo veriſimiliter plus valebit, vt reddatur æque bonum triticum in illo menſe, vel ante, quādo mutuatarius voluerit.Ita Sotus & Nauar. ſum. Latin.capit. 17.numer. 237.

*Dictū. 1.*

*Sotus.Nauar.*

*Dictū. 2.*

¶Secundo dicimus: Quando res. v. g. equus ſuo domino magis valet, quam in communi foro valeat de pręſenti, licet talem æquum nō ſit ſeruaturus ad tēpus,quo magis valeat, poteſt ad creditum eum vendere ad preces
C emptoris, & emptore de hoc admonito, ad maius pretium, quàm valeat in foro de pręſenti; quia eo quòd magis ſibi valet, maiori pretio,quam ſit forenſe,ad numeratum poterat illum vendere.

*Opinio Caiet.an poſſ. ſuſtineri. Reſpon.*

¶ Sed iam de opinione Caietani dicendū nobis reſtat,quid ſentiant doctores, & an in aliquo caſu ſuſtineri poſsit. Dicimus ergo primum,omnes Theologos, & Canoniſtas ſentire opinionem domini Caietani non eſſe tenendam, neque recipiendam in practica. Quia licet ſit ingenioſa, magnā ianuam aperit vſuris. Quia ſi vendens expectata ſolutione etiam non ſeruaturus merces poteſt eas vendere maiori pretio,quam valent tempo-
D re traditionis,ſi maiori pretio tēpore conſummationis cōtractus valeāt,omnes poſſent fingere tēpus,quo conſummarent emptionem, in quo carius merces valerent,vt carius expectata ſolutione,eas venderent Neq; eius fundamentum ſatis ſolidum eſt,quia conſummatio emptionis,quaſi nihil aliud eſt moraliter loquendo ad modum loquendi Caietani:niſi dilatio completæ ſolutionis; quare ratione dilationis, nō ſeruaturus videtur illud plus recipere. ¶Item;quia pretium rei contra Caietanum debet attendi, quando merx emptori traditur:tunc namq; incipit emptori eſſe

*Refutatur opinio Caiet.vt periculoſ. Ratio.*

*Ratio.*



*Pro tēpore trad. rei attenditur pretium.*

ri eſſe vtilis;quia tunc fit dominus illius.Atque ideo tempore, quo ſoluit pretium mercis poſtea non debet æſtimari eius pretium: ſed tempore traditionis eius.Quare licet metaphyſice loquendo non ſit conſummata emptio, niſi tradita re, & pecunia iam ſoluta, ſed moraliter ad conſummatam emptionem ſufficit traditio mercis, & quod pactum ſoluendi pretium præceſſerit: licet expectetur ſolutio,vt ipſe Caietanus teſtificatur in ſimonia ( quamuis alia ratio poſsit reddi in ſimonia ad euadendas pœnas ) ſcilicet, quod ſic benignitas legiſlatoris in ſimonia interpretatur legem, vt non ſit ſimonia punibilis per eccleſiam quoad incurrendas actu pœnas, niſi conſummata fuerit ſimonia vtrinque ex traditione rei ſpiritualis,& ſolutione actuali pretij. ¶ Et probatur noſtra & doctorum aſſertio contra Caietanum,quia ſi iam maxime facta traditione mercis,eſt venditio tunc: ergo tunc eſt etiam emptio,quia ſunt correlatiua practice intelligendo contra Caiet.

*Quando cō ſum. emp.*

*Ratio.*

*Conclu.*

¶ Sit igitur concluſio reſponſiua ad quæſtionem,opinio Caietani,ſcilicet, quòd, qui non eſt ſeruaturus merces poſsit licite eas pluris vendere,quam valent tempore traditionis.Et quòd iſte contractus ſit licitus, nullatenus eſt amplectenda,niſi cum his conditionibus, & limitationibus: quia alias magnam viā ſternit ad vſuras.

*Condit. iuſtifi.opinionis. Caiet.*

1 ¶ Prima conditio eſt, quod fiat credito pretio.Hanc conditionem inſinuat Sotus inde iuſtitia & iure.

2 ¶Secunda autem conditio eſt, quòd tales merces ſint ita bonæ,ſicut eſſent merces poſtea reddendæ,ſi mutuatæ eſſent,& quòd tales merces commode poſsint ſeruari vſque ad ſolutionis tempus.Hæc conditio eſt Victoriæ & fratris Ioſephi.

*Victor. Ioſeph.*

3 ¶ Tertia conditio,& neceſſaria ſecundum eundem fratrem Ioſephum eſt,quòd ex tali maiori pretio excipiatur aliquid ratione expenſarum,& periculorum,à quibus exoneratur venditor, qui ſic vendit.

4 ¶Quarta vero conditio eſt, quod non taxetur pretium de præſenti,ſed reſeruetur in futurum,taliter,quod merces vendātur ad pretium,quod tempore ſolutionis valebunt: deductis ex tali pretio expenſis,periculis,quibus vēditor ad creditum, eſt exoneratus. Ita frater Ioſephus.

*Ioſeph.*

5 ¶ Quinta demum conditio eſt,quod venditor nō tollat libertatem, imo facultatem indulgeat emptori ſoluendi tales merces,quando voluerit·Itaque licet ſit ſignatum tempus ſolutionis ad annum,facultas tamen ſubſit emptori ſoluendi eas quocunque tempore antè ſibi libuerit.Tunc his ſeruatis conditionibus,& hac poſtrema,quæ ſu

A per omnes obſeruatu eſt maxime neceſſaria ſeruata,ſi tempore ſolutionis merces plus valent,quam tempore venditionis,& traditionis,etiam ſi venditor nō eſſet eas ſeruaturus, poterit id plus accipere.Et ſi emptor tūc eas maiori pretio ſoluit,ſibi imputetur;quia liberum ei fuit eas ante ſoluere tempore,ſcilicet, quo minus valebant. Et ideo iſte venditor non ſe poſuit in tuto ſic contrahendo. ¶Hęc concluſio his conſtricta conditionibus iam probatur. Quia iſte contractus venditionis mercium ad creditum his cum cōditionibus
B initus perinde eſt, ac virtuale quoddam mutuum illarum mercium.Et per conſequens,ſicut in mutuo merces mutuatæ reddēdæ ſunt in eadem ſpecie, vel ſi non reddantur in eadē ſpecie,ſoluendæ ſunt in pecunia,valore,quo valent tempore ſolutionis,etiam ſi plus valeant, ita in iſta venditione ſi plus valent ad optionem emptoris,vel eas,vel plus q tunc valēt poteſt accipere,vēditor.¶Sed finaliter tandem concludo,quòd quia moraliter,& in practica iſtæ conditiones, neque intenduntur ſeruari in contractu Caietani, ille moraliter ſemper, aut quaſi ſemper eſt illicitus, &
C periculoſus,ſi ponatur in practica.

*Probatur.*

*Sententia autoris.*

*An mutuās poſſ. coger. ne ſibi ante ſoluatur.*

¶Inſuper pro maiori complemēto doctrinæ ſcitu opus eſt,àn mutuans vinum, oleum aut huiuſmodi poſsit aſtringere mutuatarium,ne rem mutuatā ſoluat ante aliquod ſignatum tempus etiam ſi velit.Reſpōdetur plane non ſic obligare poteſt. Quia ſic poſſet, ſi ſic obligaret, ponere ſe in tuto;atque ſic ſignando tempus in quo valeret carius,conſtringeret mutuatarium ad ſoluendum carius.

*Quæſtio. de mutuante tritic.cū pacto hoc. Obiectio.*

¶Item,ſciſcitari hic forte alicui libet,vtrū liceat mutuare triticum cum pacto,vt reddatur pretio,quo valet,cum mutuatur.At videtur quod non liceat; quia mutuans triticum non poteſt illud recuperare,ante tempus ſig
D natum,& poteſt accidere,quod tempore ſolutionis ſignato valeat minus,quam tempore traditionis. Vnde petēdo, vt reddatur pretio,quod valet dum mutuatur, videtur ſe ponere in tuto non perdendi, ratione mutui. Sed nihilominus dicendum puto cum Nauarro ſumma latina nu. 225.Non eſt vſura tempore caritatis annonæ triticum æſtimatum pretio,quo tunc venditur, mutuare pro tali pretio cum pacto,vt tempore ſolutionis reddatur triticum pretio,quo tunc valebit,ſcilicet,redditionis tempore.Hæc aſſertio probatur. Quia licet iſte contractus mutuum eſſe dicatur, ſed in effectu eſt vendere triticum, & dilationem ſolutionis cōcedere iuxta omnium ſententiam in ca. in ciuitate. de vſur.&

*Reſpon. Nauar.*



 ſecun-

ſecundum D. Antoninũ. 2. par. capit. 7. §. 1. Niſi per leges iuſtas eſſet prohibita huiuſmodi tritici anticipata emptio. Sed de his poſtea latius ſumus dicturi.

# CAP. CCXVII.

*An triticum mutuatum reddendum eſt eadẽ menſura, caſu, quo poſtea magis, vel minus valet. Et idem quæritur de pecunia aurea, vel argentea mutuata, caſu, quo poſteà magis vel minus valet etiam ſi eam mutuans non erat ſeruaturus.*

*Quæſtio. Res mutuata creſcens in valore an eadẽ menſu. ſit redd.*

QVia queſtiones ſimiles ſimilibus conſentaneum eſt annecti; ideo hic ſubſequenter vẽtilãda hæc attexitur quæſtio, Vtrum, qui mutuauit modios frumenti decem tempore mutationis decem aureos valentes, ſi poſtea tempore ſolutionis magis, vel minus cõtingat eos valere, licite poſsit caſu, quo ſolutionis tempore magis valuerint, eã integrã menſurã tritici, ſcilicet, decem modios, quos mutuauit integros recuperare, idem de vino, & oleo mutuato.

*Diſtinct.*

Igitur ad quæſtionẽ ſatisfacturi dicimus primo, ꝙ huiuſmodi vſu conſumptibilia puta triticũ vinũ, oleũ & huiuſmodi dupliciter poſſunt tradi alteri poſtea ſoluenda. Vno modo per viam mutui, alio modo per viam vẽditionis. Igitur hac diſtinctione præmiſſa ſubijciũtur hæ concluſiones.

*Conclu. 1.*

¶Quarum prima ſit de vẽditione: Tali caſu quo venditor vendidit frumentum credito pretio ſi poſtea creuerit in valore, nihilominus ſolũ poteſt recuperare, & emptor ſolum tenetur ſoluere pretium, quod tempore venditionis, & traditionis tale frumẽtum valebat. Hæc eſt Soti de iuſti. & iur. *Sot.* Et patet; quia in hac venditione frumenti ad creditum non debetur frumentum poſtea ſoluendum; ſed tantum pretiũ eius tempore traditionis. Ergo, ſi vendidiſti decem modios tẽpore traditionis, & venditionis valentes decẽ aureos, licet poſtea in valore creuerint ad. 20. tantũ emptor. 10. aureos tibi debebit. Quare ſi tempore ſolutionis contrahas cum emptore volente, vt tibi ſoluat. 10. illos modios venditos in frumento, iam tunc pro pretio tibi debito, non decem modios, ſed duntaxat. 5. tibi ſoluet; quia tunc modij. 5. tantundem valent in caſu hoc ſicut decem antea venditi.

*Conclu. 2.*

¶Si vero loquamur per viam mutui ſtatuitur ſecunda concluſio quæ eſt Soti, ſicut & A prima. Si mutuaſti mihi decẽ modios tritici tẽpore mutuationis valẽtes. 10. ſi poſtea creuerint ad 20. teneor tibi reddere eoſdem modios tritici eiuſdem bonitatis, qualitatis, quãtitatis, & numeri. Aut ſi tecum tunc conueniam, vt tibi ſoluendos in frumẽto tunc decẽ modios, non in frumento, ſed in pecunia ſoluã, non eſt ſatis ſoluiſſe decẽ aureos, quos tẽpore mutuationis valebãt, ſed viginti aureos qui ſunt tẽpore ſolutionis pretiũ auctum tibi ſoluere tenebor. Ita Sotus de iuſti. & iure. lib. 6. q. 1. ar. 2. contra Sylueſt. in verb. vſu. 1. §. 16. & 17. & cõtra alios multos, quos ait ibi Sotus, ſuo iudicio, re vera ſcopũ punctim nõ B attingere.

*Sot. cõtra Sylueſt.*

*Probatur.*

At probatur hæc concluſio: Quia præterquam, quod eſt rationi conſentanea, fulcitur quoq; ciuili iure, vt patet. ff. de rebus creditis. ſi cert. petat. per totum preſertim. l. vinum. Nec refert, quod annona longe maioris venibat quando tu mihi frumẽtũ mutuo tradidiſti, an multo minoris. Et idem iudiciũ eſt vini, atq; aliarum vſu conſumptibiliũ rerum, dum mutuantur. Quia ratione mutui mutuatarius non debet pretium, ſed corpora in eadem ſpecie, & qualitate. Quare, ſi ecõtra tẽpore ſolutionis deſcẽderint in pretio, quia tempore mutuationis vænibant viginti, & poſtea tempore ſolutionis mutui væneunt C tantum decẽ, & cõuenis tũc mecum, vt ſoluã triticum mutuatum in pecunia, quod tantũ in frumento tenebar ſoluere, non. 20. ſed tantum. 10. pro eo tibi iuſtè ſoluam.

*ff. de reb. credit.*

*Regul. ge.*

Etenim regula generalis eſt, quod in mutuo pretiũ rei mutuatæ non attenditur, plus minuſve tempore ſolutionis valeat, vel quo mutuatur: ſed eadem menſura, quæ datur reddenda eſt authore Soto.

*Quæſtio. An hic ſit iniuſtitia.*

¶Porrò annexa eſt præcedẽti, & hæc quęſtio: an ſit genus iniuſtitiæ, quãdo nõ eſt mutuo ſoluendo ſignata certa dies, mutuatorem non repetere triticũ mutuatũ, quando videt vilius venũdari: ſed expectare tẽpus, quo ſit D maximi pretij, vt frumẽtũ duplet, aut triplet in pretio. Quæſtio eſt cuius meminit Sot. loco citato. Reſpõdetur tamen primo ſecundũ Nauar. ſum. lat. nu. 225. quod peccato iniuſtitiæ, & grauiter peccat, qui ꝙ ſibi debetur non vult recipere vſq; ad tẽpus, quo eius pretiũ creſcat, cũ debitor illud tẽpus expectare nõ teneatur. Patet; quia iſte talis nolens ſibi debitũ triticũ, aut vinũ recipere vult lucrari impẽſam, quã in cuſtodiẽdo faceret inſuper, & periculũ amiſsionis vitare: ergo non caret iniuſtitia.

*Sotus. 1. Nauar.*

¶Idem dicendũ eſt de illo, qui alteri mutuat. vt prędiximus, cũ tali pacto vt tali tẽpore, & nõ antea reſtituat mutuatarius aut





quòd in alio loco extra illum, in quo iure tenetur reddat ſecundum Diuum Antoninũ. Quia illã obligationẽ, quæ pecunia æſtimabilis eſt vltra ſortem lucratur. 2 Secundo reſpondemus ad quæſtionem ex mente vtriuſque Soti, & Nauarri, non eſſe peccatum, neque iniuſtitiæ ſpeciem præſeferre ex natura rei, diſsimulare, & nõ petere triticum, quod ſibi debetur vſque ad annum, & tempus, in quo carius erit: niſi directe, aut indirecte debitoris ſolutionem impediat, quamuis eſſet auaritiæ indicium euidentius, quam charitatis. Patet ex ratione Soti; quia alioquin mutuatario, vel debitori imputatur, ſi ſibi non conſulit ſoluendo, quando ex re ſua fuerit ſoluere. 3 Tertio dicimus ex ſententia Nauarri, quod iudicio ſuo peccatum iniuſtitiæ cõmittit diues, quia verè ſaltem impedit indirectè ſolutionem debiti, quando nolẽs, vt pauper Auguſto anni fertilis ſoluat, prædicit ei, vt illo tritico ad ſuam vtilitatem vtatur, & nullo pudore afficiatur eo quod non ſoluit. Ad quas fraudes vitandas inquit Nauarrus prudenter, & ſancte ſtatutum eſt in Luſitania, vt qui triticum mutuo datum ante diem ſcilicet Mariæ Auguſti nõ petierit, nõ poſſit petere vſque ad ſequentem annum.

*Nauarr. Sotus.*

*Quæſtio. Quid ſi triticum ſubreptũ creuerit in valore. Reſpon. Dictũ. 1.*

¶Præterea, quia hactenus de debitis bona fide acceptis dictum eſt, nunc reliquum eſt; vt de debitis ratione iniuſtæ acceptionis dicamus. Quare quæritur, quid ſi fur decem modios tritici furatus ſit tempore furti valẽtes decem, ſi pretium eorum auctum eſt ad viginti? Reſpondemus ergo breuiter, quia, & de hac quæſtione ſupra plura diximus, dicendo primo, quòd ſi res furata non vſu conſumptibilis ſimiliter apud dominum erat peritura, vt equus ſi in poteſtate furis perit, nõ tenetur in conſcientia reſtituere rem: niſi tãtum fructus, quos fur percepit, vel dominus percepiſſet, ſi illam rem apud ſe habuiſſet, vel niſi quantum interfuit domino illam rẽ ſibi ſubreptam non fuiſſe; quia illam forte vendidiſſet, antequã perijſſet. Secus, ſi apud dominum non erat peritura; quia tunc fur ſimul cum fructibus perceptis à ſe, vel à domino percipiendis teneretur eam reſtituere. Hæc eſt Metinæ. C. de rebus reſtituendis, quæſtione. 6. de rebus furti. Et ratio eſt peruia; quia in hoc caſu nihil minus creditor habet, quam habiturus fuiſſet: quia, vt ſupponimus, eodem modo res apud ipſum perijſſet. 2 Secundo dicimus ad quæſtionẽ reſolutoriè, quod ſi fur decem modios, verbi gratia, tritici ſubfuratus eſt tempore furti valentes decem aureos, ſi poſtea eorum pretium A ſuccreuerit ad viginti, ſi tunc quando creuerunt ad viginti pro viginti aureis eos dominus vendidiſſet, pro illis modijs viginti aureos ſoluere tenetur. Hæc eſt Metinæ loco citato.

*Meti. Cõpluten.*

*Metin.*

*Obiectio.*

Et patet: quia in iſto caſu non obſtat quod dominus læſus, ex culpa furis lucrum per accidẽs reportet, ſcilicet, quia ſibi illi decem modij ſi non ſurrepti fuiſſent tantũ pro decem aureis illos tempore furti vendidiſſet. Sed ratio, quare pro illis decem modijs in hoc caſu fur viginti tenetur reſtituere eſt, quia fur pro illo tempore; quia non debet eſſe melioris conditionis, quam B mutuatarius, tenetur domino decem modios reſtituere in eadem ſpecie; qui cum tunc in illa ſpecie valeant iam viginti aureos, ſi in pecunia reſtituat, viginti aureos reſtituturus eſt.

*Satis fit obiect.*

*Quæſtio. An mutuans aureos auctos per pragmaticã poſſ. recipere.*

¶Emergit quoque iam & alia non omnino diſpar quæſtio, an qui mutuat ducatos cẽtũ, quãdo minori argento, vel ære æſtimãtur, ſi poſtea regis pragmatica valor ducatorum augetur, poſsit idem pondus auri ſuſcipere, id eſt, totidẽ centum ducatos. Et quidẽ Syluester vſura. 1. §. decimo quarto. refert doctores iuris dicentes, quòd ſi veriſimiliter dubitatur tempore ſolutionis poſſe valere C minus, pluſve, tunc eadem aurea moneta eſt reſtituenda.

*Sylueſt.*

*Sotus.*

Sed Sotus, qui loco citato huius quæſtionis meminit, putat, ſi ducatorũ augetur poſtea valor, non eſſe centum aureos reſtituendos. Ratio vero Soti eſt, quoniam aurei ſunt moneta, id eſt, menſura pretij rerum; & ideo quando per pragmaticam augeretur eorum valor iam in ratione monetæ, & menſuræ variarentur. Ergo, ſicut quando menſura tritici mutuata poſtea eſt aucta, non tenetur mutuatarius ſoluere illud augmentum: ita no quando moneta in valore eſt aucta, tenetur mutuatarius ſoluere illam cum illa auctione. Sed, ſicut qui mo D diũ tritici cum accepit mutuo, caſu, quo modius ſit auctus ſat eſt, ꝙ eãdẽ mẽſurã reddat, quã ſuſcepit; ita ſufficit reddere cẽtũ aureos in mẽſura, qua ãte valebãt, ideſt, ſingulos ad valorẽ vndecim argẽteorũ, & non ad valorẽ tredecim argẽteorũ, etiã ſi ad talẽ valorẽ aucti eſſent: vnde nõ cẽtũ tũc integros reſtituturus eſſet.

*Ratio Soti.*

*Concl. 1.*

Igitur pro reſolutione quæſt. ſit prima concluſio: Si quis mutuãs decẽ aureos illos ſeruaturus erat ad id pũctũ tẽporis, quo per pragmaticam, eorum valor auctus eſt; licite exigere poteſt illos decem aureos integros, licet illos recipiendo numero integros, & in valore auctos per pragmaticam, plus in valore recipiat, quã mutuauit. Hæc

*Syluest. Nauar.* eſt Syllueſt.verb.Vſura. 1. §. 14. & Nauarri commento de vſuris ,numero.48. & colligitur ex capit.fina.de vſuris.

*Concl. 2.* ¶Secunda concluſio:Si qui illos decem aureos mutuat, non erat illos ſeruaturus ad id temporis,quo eorum valor auctus eſt per pragmaticam,quia parabat illos ſtatim expendere:tunc non poteſt licite illos integre neque in valore aucto recipere. Et ſecūdum iſtam concluſionem ſaluatur ſententia Soti. *Hic ſaluatur ſententia Soti.* Et patet:quia,ſi mutuans non erat ſeruaturus aureos vſque ad pretium eorum augendum,& mutuat pro totidem reddendis tempore aucti pretij vſura eſt , & iniuſtitia , ſic vſurarius quoque eſſet,qui venderet triticū Auguſti menſe pro pretio cariori Maij , ſi ipſe non erat ſeruaturus illud. *Dubium.* At quoniam preſsius quæſtionē vrgere volumus , adhuc inſtamus quærendo quid ſi vterque tam mutuans,quam mutuatarius tempore mutuationis aureorum nihil cogitauerunt de pretio augendo,vel de ſeruando eos ad id temporis,aut non ſeruando. ¶ In hoc caſu ait Bart.l.cum quid.ff.de rebus creditis, & Baldus,& Alexander,& Iaſo, quod ſi creuit in pretio aureus per pragmaticam tenetur mutuatarius illos aureos ſoluere in aucto pretio,id eſt,totidem integros,Sotus vero tuetur oppoſitum. *Bartol. Bald. Alexan. Iaſo. Sotus.*

*Concl.3.* ¶Igitur pro concordia aliquali horū doctorū ſtatuitur tertia cōcluſio:AEquius eſt, quòd quando nihil mutuans aureos, & mutuatarius cogitauerunt de pretio eorum augendo,neque mutuās nihil determinate ſtatuerat de ſeruando,aut non ſeruando , nihil plus exigatur,& ſoluatur, quam erat valor aureorum,cum mutuati ſunt. *Ratio Soti.* Hæc concluſio patet ex ratione Soti;Quia ſicut cū modius tritici mutuatus poſtea augetur ad maiorē mēſurā,ſat eſt ſoluiſſe receptam menſuram;ita ſi aureus eſt auctus in valore,quia in ratione monetæ,id eſt,menſuræ eſt auctus, ſatis eſt ſoluiſſe mutuatarium in recepta mēſura id eſt,valore,quo tunc aureus tempore mutuationis valebat in hoc caſu concluſionis. *Limitat Nauar. Socum.* Secus eſt ſecūdū Nauarrū;ſi mutuans tēpore mutuationis pactus fuiſſet,vt illi decē aurei ſibi in eadē ſpecie ſoluerētur;vel ſi conſeſtim & ſimulac illos mutuans mutuauit; quia eorum per pragmaticam pretium creuit,mutuatarius pro maiori pretio , id eſt, pro pretio aucto illos cum ſuo lucro expendit;quia in his ſicut in caſu:quo mutuās erat ſeruaturus contraria opinio Bartoli,Alexandri,& Iaſonis ſeruari & tolerari poterit,quia ad argumentum Soti ſufficienter reſpondet *Arg. Soti ſoluitur à Nauarro.* Nauarrus ex parte iſtorum. Primo , quòd ſi pragmatica noua ſtatuit,quod faneca tritici contineat,verbi gratia, tredecim modios, tunc variatur materia, forma , & quantitas. Ideo non obſtante hac variatione , menſura mutuo recepta,& non amplius , neque minus reſtituenda eſt. *Differentia.* At vero cū augetur pretium per pragmaticam non variatur materia,& quantitas:quia eadem quātitas , & materia auri manet in aureis, ſed ſolum mutatur forma,id eſt,valor.Nec mutatio ſola formę,id eſt,valoris ſufficit ad non reddendum aureos in eadem materia,& quantitate & numero:quia valor,qui eſt veluti forma pecuniæ fundatur etiam in eſſe naturali,& materiali pecuniæ ſecundum Bartolū. *Bartol.* Cū autem per taxationē nouā pragmaticæ natura auri,& aureorū nō varietur,nihil obſtat,quod pretiū varietur:quia iſta variatio ad naturā auri eſt accidentaria;quia accidit illi per taxationē reipublicæ ſic variari.Vnde cū de natura mutui ſit,quod reddatur in eadē ſpecie,bonitate,& quantitate:ideo ſaltem in his duobus exceptis caſibus,etiā ſi illi aurei decē mutuati,per pragmaticā poſtea creuerint in valore,totidem integre , quāuis in valore aucti reſtituendi ſunt. *Sententia tenenda.* Itaque extra hos tres exceptos caſus,licet vtraque opinio ſit probabilis,ſed ęquior eſt opinio,Soti;ſcilicet,ꝙ nō totidē aurei reſtituantur, ſed valor receptus tēpore mutui,id eſt,iuxta valorē , quē tunc valebant,dū non erat illos ſeruaturus.

*Exempli* ¶Sicut etiā,licet ſecūdū opinionē , quam in ſuo codice citat Metina res furtiua, creſcens in pretio reſtituenda eſt ſecūdū maiorē valorè eius currentē toto tēpore moræ , quo fuit fur in mora ſoluendi & reſtituēdi eā.Et hoc etiam ſecundum rigorem iuris ; quia mora ſua vnicuique nocet.Tamen vt idem teſtificatur ſecundum æquitatem, & ſecundū approbationem doctorum non cōtēnēdæ authoritatis res vſu conſumptibilis furto ablata,puta,vinū,vel triticū ſi tēpore furti à domino vendēda erat & non ſeruāda; ſi poſtea penes furem creuerit,vel decreuerit in valore,ſi non extat tunc valore tēporis furti,ſoluenda eſt de æquitate,& non in maiori pretio,quo creuit. *Res furtiua creſc. in valo qualiter ſoluetur.* Colligitur hæc cōcluſio ex. ca.nauigāti,& in ciuit.de vſuris. *De vſur.* Vbi dicitur Non ſeruaturus nihil plus poteſt accipere, quam de præſenti res valet,id eſt , tempore traditionis.At hanc concluſionem ſeu ſententiam iſtorum doctorum contra communem admittendam eſſe cenſeo in caſu, quo res furto ablata conſumpta eſt,aut iam perijt.Nam tunc ſufficit, ſi non ſeruāda erat tem



tempore furti;ſed tunc vendenda: illam reſtituere valore,quem tunc valebat : etiam ſi poſtea creuiſſet in pretio.Si tamen res furtiua perſtat,ſecundum communem opinionē ipſamet reſtituenda eſt:aut acceptante domino,ſi in pecunia reſtituenda ſit,valore, quo creuit reſtituenda erit.Et hoc in conſcientia.Nam in foro exteriori opinio communis,vt puta , rigidior ſeruabitur. Sed de his iam memini ſupra tetigiſſe;ſed cauſa integritatis materiæ & refricandæ memoriæ lectoris hic libuit repetiuiſſe breuiter.

## CAP. CCXVIII.

*An pactum legis cōmiſſoriæ locum habeat in pignoribus in cenſu & in emphyteuſi; Et de pœnis appoſitis in mutuo: Et an in poſſeſsione feudi,vel emphyteuſis reddita directo domino in pignus teneatur talis dominus fructus computare in ſortem.*

*Quæſtio. Pœna cōmiſsi an hab. locū in pignor.* PRæterea,licet nōnihil per tranſitū de pænis legis cōmiſſoriæ, recordamur,nos dixiſſe : tamē, quia vnāquāque materiam ad amuſsim ex ſuis principijs eruēdam eſſe cēſemus:ideo hic primo quæritur, Vtrum pactū cōmiſsi,id eſt, legis commiſſoriæ,locum habeat in pignoribus. Id eſt, vtrū ſic liceat cōuenire;Si nō ſolueris debitū intra tale tēpus , pignus quod mihi tradis ſit amiſſum,vel pro ſolutione mihi debita fiat meum.

*Dictū. 1.* ¶ Igitur ad quæſtionem dicitur primo; Iſtud pactum,ꝙ ſi debitum non ſoluatur intra tantum tēporis creditor fiat dominus illius pignoris ſibi pro debito impignorati pro pretio ſibi debito,reprobatum eſt , tanquam illicitū per ius canonicum:niſi debitoris interuenerit iuramentum,non contrauenìendi tali pacto legis commiſſoriæ. Nam tunc, cum iſtud iuramentum ſine periculo æternæ ſalutis ſeruari poſsit,ſeruandum eſt: niſi ex cauſa relaxetur.Ita cap. ſignificante. de pignoribus;quia in iſto caſu iuramentum præiudicat legi commiſſoriæ prohibenti cōmiſſum incurri in pignoribus. *De pign.* Secundo dicimus,quòd licet iſtud pactum legis commiſſoriæ in pignoribus nequeat imponi per modum legis commiſſoriæ,tamen bene poteſt apponi per modum pœnæ in conſcientia,vt ſcilicet,pignus approprietur creditori,ſi debitor, qui illud impignorauit, debitum non perſoluerit.Ita Sylueſter , verbo, Pactum.§. decimo quarto . Et patet : quia *Dictū. 2.* *Syluest.* pactum pœnale,id eſt,legis pœnalis non eſt prohibitum per leges ſi ſic paciſcatur creditor ſine fraude,vt ſe ſeruet indemnem. Quia licet ius ciuile iſtud pactum cōmiſsi de amittendis pignoribus,ſi non ſoluatur debitum tempore deſtinato, reprobet ad tollendam læſionem impignorantium,ne immodice lædantur in amiſsione ſuorum pignorum , vel in venditione eorum facta creditoribus pro modico pretio:tamen in conſcientia, ſi creditor pignoratarius huiuſmodi in contractu adhibeat pœnam ad coercendam contumaciam debitoris,licitum eſt iſtud pactum pœnale.Atque ideò ab eo tempore , quo debitor eſt in mora ſoluendi,quando ſic pactum eſt.pignus remanebit venditum mutuatori pretio iuſto legali;quia hoc fit non ratione mutui,ſed ratione pœnæ. *Dictū.3. Nauar.* Tertio dicimus cū Nauarro ſumma Latina,capitulo decimo ſe primo,numero.215.peccare,qui mutuat appoſita pœna:niſi intra diem ſtatutum ſoluerit ei mutuatarius,quem iam à principio credebat ad eundem diem ſoluere non poſſe:atque ſimul cum culpa incurrit obligationē reſtituendi.Ita Scotus in quarto,diſtinctione decima quinta cum communi. *Scotus.* *Dictū. 4.* Quarto adijcimus peccare etiam cum obligatione reſtituendi,qui pœnam exigit,ab eo,qui ſine ſua culpa per impotentiā debitū non ſoluit. Sicut etiam peccat cum tali obligatione reſtituendi qui exigit pœnam commiſſi in pignore ab eo etiam,qui iurauit non contrauenire,quando,quia iuſte fuit impeditus intra ſignatum tempus pignus redimere non potuit,cap.ſignificante.de pignorib. Et patet.quia regulariter vbi non eſt culpa,pœna eſſe non debet,capitulo ſecundo.de conſtitutionibus. *Ratio. De conſti* At vero ſecūdum Metinā Complutenſem ſecus eſt,quando iſta cōditio fuit appoſita non per modum pœnę,ſed per modum intereſſe ceſſantis:quādo appoſita fuit à mutuante veriſimiliter credente mutuatarium in termino ſignato poſſe bene ſoluere adhibita diligentia. *Metin.* Quia tunc non obſtante quòd mutuatarius ſine culpa ſua impotens factus fuerit ad non ſoluendum in termino, ſi ceſſabit mutuatori intereſſe, vere illud ſoluere manet obnoxius ; quia mutuans etiam abſque culpa ſua nō tenetur huius intereſſe iacturam pati : ſed poteſt indēnē ſe ſeruare. *Dictū. 5.* Quinto dicimus , ꝙ eādem culpā & reſtitutionis obligationem ſubit , qui ſoluta ſibi parte debiti totam pœnam exigit. Saltem quādo obligatio ſic eſt diuiſibilis,ꝙ prodeſt pars obligationis ſoluta ipſi creditori cap. ſuam.cum gloſſ. & communi de pœnitentia.

tia. Secus eſt,vt diximus,ſi bona fide mutua
tor pœnam appoſuit, vt timore eam incur-
rendi mutuatarius ſoluat præſertim optan-
do potius ſolutionem, quam pœnæ incur-
ſionem: quia tunc non peccat illam pœnam
exigendo, ab potente reſtituere & negligen
te cap. ſuam. l. ſi pacto, quo pœnam. C.de
pact.quando nihil eſt ſibi ſolutum.

*Quæſtio. An pœna commiſsi poſſ. apponi.in cẽſu.*

¶Verum, vt omnia rimemur, non ab re
erit hic indagare, vtrum pœnam commiſsi
poſsit apponi in contractibus cenſualibus,
id eſt, vtrum emens cenſum hanc poſsit an-
nectere conditionem: vt ſi venditor cenſus
non penderit penſionem cenſualem per biẽ-
nium,poſſeſsionis,id eſt, hypothecæ, ſupra
B quam conſtituitur cenſus,amiſsionem patia
tur. *Obiectio.* At videtur,quòd liceat,quia in recopila
tione noua legum titulo,de cenſibus, tribu-
tis,& hypothec.l.prima,titulo decimo quin
to,ſic cauetur,quòd executioni mandentur
pœnæ appoſitæ in contractibus cenſus:etiã
ſi graues fuerint. Pœnam quoque commiſsi
ibi adiectam effectui mandari lex ſancit. *In contr. argum. Pius V.* In
contrariũ eſt,quòd Pius quintus in ſuo pro-
prio motu de creandis cenſibus ait, quòd in
creatione cenſus pacta non apponantur hu-
iuſmodi,quod debitor cenſus moroſus ali-
quid ſoluat ratione lucri ceſſantis.Ergo mul
C to minus poterit attexi ibi pactũ cõmiſsi, id
eſt, amiſsionis hypothecæ; quod eſt longe
grauius, quam pactum de lucro ceſſante.

¶Igitur pro reſeranda veritate quæſtio-
nis,vt moris eſt noſtri, ſtatuamus has con-
*Concl.1.* cluſiones.¶Quarum prima ſit; Licet pœnas
cõmiſsi iuſtè poſitas licite poſsit creditor à
ſuo debitore accipere: tamen, ſi talis pœna
commiſsi in cenſibus temporalibus, & redi
mibilibus apponatur; vt ſi debitor cenſus
præſtituto tempore non ſoluerit penſionẽ
cenſualem, amiſsionem patiatur poſſeſsio-
nis,& hypothecæ, ſupra quam conſtitutus
eſt cenſus,iniuſta, & illicita eſt talis pœna
D *Nauar. contr.Sot.* commiſsi.Hæc concluſio eſt Nauarri in ad-
ditionibus.Eſt tamẽ contra Sotum de iuſti.
lib.6.q.5.ar.2.Et ait Naua.in regno Nauar-
ræ temperatũ & correctum eſſe ius ciuile;
ſic ſcilicet, vt ſi pœna cõmiſsi appoſita fue
rit in cenſu,qui moroſus fuit in ſoluendo nõ
perdat hæreditatem: ſed vendatur hæredi-
tas ad recuperandas nondum ſolutas penſio
nes,& principale:& reliquum pretij reddi-
tur domino hæreditatis. Prædicta quoque
*Metin. Complut.* concluſio eſt etiã Metinæ.C. de reſtitutio-
ne, vltima quæſtione. de cenſ. Et probat:
quia pœnæ non debent eſſe ita rigidæ præ-
ſertim pro culpis interdũ minimis:ſed amiſ-
A ſio totius poſſeſsionis,& hypothecæ pro re
tã minima,vt pro mora ſolutionis penſionis
exiguæ eſt nimis exorbitans pœna.Ergo ſal
tem in cõſcientia nõ eſt omnino iuſta.Sed in
foro exteriori neſcio an lex prædicta com-
miſsi in cenſibus ſit generaliter vſu recepta.

*Concl.2.* ¶Secunda concluſio,quæ eſt fratris Ioſe-
phi in ſuis floribus,quæ videtur rationabi-
lis,& æquitati innitẽs: Pœna commiſsi in cẽ
ſibus erit licita,ſi cenſus talem conditionem
pœnæ habens annexam maiori pretio ema-
tur,quia iam ex maiori pretio tale grauamẽ
impoſitum venditori cẽſus recõpẽſatur.Sed
iuriſtæ reſpondebunt:ſatis per pretiũ legis,
B ſcilicet per quatuordecim pro mille iſtud
grauamẽ recõpẽſari.Sed tu lector dictũ pu-
ta,quod dũ nihil amplius pretij impenditur
pro iſto grauamine amiſsionis hypothecæ,
quidquid ſit de foro exteriori,& de lege ci-
uili,quæ in præſumptione grauiſsimæ negli
gẽtiæ,& dãni inde incurrẽdi à creditore fun
dari videtur,ſi ſic non puniatur moroſus cẽ-
ſualiſta;in conſcientia tamẽ talis lex non vi
detur in toto rigore ſit ſeruãda. Imo nullo
modo videtur ſeruanda:quãdo ex impoten
tia omiſit ſoluere penſionem, quia ſine cul-
pa ſua non ita pœna eſt mulctandus. Nam
*Pœna legis vbi hab. locũ.* & cum ex negligentia fecerit,videtur pœna
C temperanda,niſi forte ex magna malitia, &
proteruia,& cum magno detrimẽto empto
ris cẽſus.per multos annos omiſiſſet plures
penſiones ſoluere;quia in hoc caſu lex ciui-
lis,& ſententia Soti poſſent habere locum.
*An pœn. commiſsi ten. in emphyteoſ.* Sed de contractu emphytheuſis, per quem
transfertur dominiũ vtile in emphyteutã re
tẽto dominio directo apud dominum. Qui
quidem contractus proinde medius inter lo
cationem,& venditionem computatur: con
trouerti quoque poſſet, an pœna commſsi
appoſita in eo locũ habeat.Sed quia res eſt
non tam in ambiguo poſita dicendum eſt,
quod vere pœna iſta commiſsi in contractu
D emphytheuſis locũ habet:quia in iſto cõtra-
ctu iſta pœna nõ tãtã præſefert grauitatem.
Quia per talẽ amiſsionem trãſit poſſeſsio ad
dominũ ſuũ directũ,purgariq; poteſt,ſi per
biẽnij lapſum incurratur per celerẽ ſolutio
*Quæſtio.* nẽ factam eccleſię.¶Inſuper aliquis forte ro
gabit, an poſtquã de pacto legis cõmiſſoriæ
circa pignora, quòd ſi in pœnam ſine frau-
de vſurarum appoſitum ſit, ſit validum di-
ctum eſt,iuxta.l.ſi fundus.§.final.ff.de pig-
no.etiam ſic ſit, appoſitum ſi ſit pactum in
pœnam,vt lapſo die redimẽdi pignus, eſſet
venditum iuſto pretio.

¶Adhuc valet ſecundum Panormit. cap.
ſignifi-



*D. Anto. Syluest.* ſignificante,de pignor.& ſecundum Diuum
Antoninum,titulo primo, capitulo ſepti-
mo,& Syluestrum in roſa aurea,caſu.28.

*Quæſtio. Pœna de amiſsione fruct. an valeat.* ¶An idem pactum poſsit apponi circa
fructus pignoris,addendo,quod,niſi ad præ
fixum diem redimatur,omnes fructus, aut
pars eorum,qui vſque ad eum diẽ ex pigno-
*Reſpon. Nauarr.* re ſint capti ſint mutuantis. Reſpondetur
primò ex mente Nauarri ſumma latina cap.
*Dictũ. 1.* 17.num.217.id nullatenus eſſe licitum, vt
patet,cap.ſignificante de pignoribus cum ei
annot.quia prædicti fructus debent manere
debitori,vel in ſortem,vel in intereſſe, com
*Dictũ. 2.* putari;alioquin non caret vſura. Secundo di
B *In pignore fœudali fructus nõ comput.in ſortem.* cimus,quod hæc regula iuridica,quòd ſem-
per fructus pignoris debent in ſortem ſolu-
tionis debiti computari, habet exceptionẽ
in feudo. Vbi ſingulari ratione, vt habetur.
ca.conqueſtus ca. 1. de vſur. adiuncta gloſ.
fin. ſi dominus directus in pignus mutui,
quod tradit,à ſuo mutuatario,& ſimul feu-
datario accipiat prædium fæudale, fructus
talis pignoris,id eſt,prædij,eos non cõputã
do ſolutionem mutui,accipere poteſt; dum
modo interim, dum percipit tales fructus,
feudatarius ratione fæudi ad nulla munera,
vel obſequia maneat aſtrictus.Quia iam tũc
per iſtam impignorationem prædij fæudalis
C cenſetur dominium prædij vtile, quod erat
penes fæudatarium ad dominum directum
prorſus reuerſum fuiſſe.Quare tanquam ex
re omnino ſua cenſetur dominus fæudi cape
*Dubium an in emphyteoſ. fruct. comput. in ſort.* re illos fructus.At vero an ex re emphyteo-
tica,ſcilicet, prædio poſsit dominus dire-
ctus capere fructus,non computandò eos in
ſortem mutui,quãdo emphyteuta illud præ
dium in pignus mutui accepti,domino dire
cto dedit:maius dubium premit. Nam Io.
Anan.in ca. 1. de vſuris,dubitat. At Imola
cap.1.de fæudis idem dicit de domino dire-
cto accipiente in pignus prædiũ emphyteu
ticum,ſcilicet,quod poſsit accipere fructus
D ex illo non computando eos in ſortem mu-
tui ſibi ab emphyteuta debiti.

*Reſpon.* ¶Dicendum eſt ergo ad hanc quæſtionẽ
ex mente.Imol.& Barbat.ca.1.de fæudis,&
Nauarri,qui eos ſequitur in ſum.lat.c.ſupra
citato, quòd etiam dominus directus acci-
piens in pignus mutui prædium emphyteu-
ticum,poteſt accipere fructus pignoris,non
computando eos in mutuati ſortem,& vltra
*Condit. 3. iuſtificãt.* hoc poſtea recuperare integrum mutuum;
modo iſta tria concurrant ſecundum Nauar
rum:quæ etiam ſecundum ipſum in fæudo
concurrere debent.Primo,quod nihil aliud
1 debitũ ex contractu emphyteotico domi-
A nus directus præter fructus accipiat.Secun- 2
do,vt illud prædium non ſit effectum me-
lius,ſeu melioratum ab emphyteuta iuxta
Sylueſt.verbo.fæudum quæſt.30. Quod ve
rum eſt quoad partem fructuum: qui ex me
lioratione capiuntur,& quòad alios,quæ ſi-
ne illa perciperentur;quia tunc dominus di-
rectus non poterit capere fructus ex præ-
dio ſic meliorato. Tertiò quod emphyteuta 3
dominium vtile emphyteuſis gratis, aut fe-
re gratis obtinuerit à domino directo; vt cõ
muniter fæudatarius ſolet obtinere. Nam
ſi ille emphyteuta,ſeu fæudatarius ad obti-
nenda ſua vtilia illa dominia magnam ſum-
B mam pœcuniæ ſoluit,non poteſt tunc dire
ctus dominus capere fructus ſibi ſaltẽ quã-
do penſio,ſiue reſponſio pro eis ſoluenda lõ
ge minor eſt fructuum valore: Quia ita te-
net communis opinio,& Ange. verbo. fæu *Angel.*
datarius.§.33.Sylueſt.eodem.§.10.Maior. *Sylueſt.*
in.4.diſt.15.quæſt.31.Sed tanto plus tunc *Maior.*
ex fructibus retinere poterit,quanto minus
pretium iuſto dominus vtilis domino dire-
cto dedit,argu.leg.quæ de tota.ff.de rei ven *ff. de rei vend. de offic. deleg.*
dicat.cap.paſtoralis.§. item cum totum. de
officio delegati.

*Quæſtio. An cenſus ſit licitus.* ¶An etiam ex contractu cenſus poſsit em
ptor reportare fructum dubitatur. Sed reſ-
C pondetur,quòd hoc licitum eſt,& caret labe
vſuræ, ſi cenſus ſit emptus iuxta cõditiones
*Marti.V. Pij.V.* Martini.5.& præſertim. Pij. 5. in ſuo pro-
prio motu, ſcilicet,quòd fiat numerata pe-
cunia,& iuſto pretio irrecuperabili ex par
te emptoris,quod conſtituatur ſupra rẽ im
mobilem, determinatã, & fructiferam; qua
perẽpta, vel inutili facta ceſſet cenſus, & ꝙ
non ferat laudemium,& cætera. Vide ibi,vi
de Martinum.5.& Calixtum.3.in extraua- *Calixtus.*
gant.de emptione & vẽdi.Et quamuis alij ali
ter in his cõditionibus cẽſus variauerint, ſed
tamen tales cenſus iuxta regulas iſtorũ põ-
tificum,& ab eis conditiones poſitas ſunt re
D gulandi,vt ceſſet ſcandalum & careant labe
vſuræ,& iniuſtitiæ,vel ne in foro exteriori
vſurarij reputentur,aut iniuſti.

## CAP. CCXIX.

*An in venditione poſſeſsionis emphyteuticæ,aut cenſui hypothecatæ dominus directus poſſit exigere laudemium.*

*Quæſtio. An venditione cenſ. poſſ. peti laudemiũ.*

QVoniam de pœnis:quę in contracti
bus ſolent apponi, & de conditioni
bus,quæ in illis,& in mutuo poſ-
ſunt annecti,quia quædam earum vſuræ ef-
figiem poſſunt inducere, cœpimus edicere:
iam

A iam pergimus vltra hic inſuper inquirendo, an ſicut in emphyteuſi,excepto vbi alienatio eſt neceſſaria emphyteuſis,vt in dotatione filiæ,& donatione propter nuptias,ſoluẽdum eſt laudemium in alienatione poſſeſsionis emphyteuticæ, ſic cõtractus cenſus poſſit iniri cum pacto,quod emptor cenſus; id eſt,cenſuarius recepturus annuales penſiones,poſsit exigere à cenſualiſta pendente cẽſum laudemium,id eſt,aliquotam partẽ pretij poſſeſsionis hypothecatæ cenſui pro eo, quod præſtat conſenſum ad vendendũ, vel alienandum talem hypothecam.Et quidem quæſtio eſt,quæ patitur controuerſiã.

*Pius V. & Sotus ſunt pro negat.*

¶ Nã B Pius quintus ſuo proprio motu ſuper creandis cenſibus interdicit in cenſibus apponi pactum ſoluendi tale laudemium,id eſt. 50. partem pretij,neque aliquid aliud pro alienatione hypothecæ cenſus. Sed tantum ibi cauet,quod cum vendenda ſit à cenſualiſta requiratur cenſuarius per menſem ante: & denuncientur ei conditiones venditionis. Pro hac parte negatiua aſtat Sotus de iuſtitia & iure.lib.6.quæſt. 5.articu.2. Vbi ait, quod licet non ſit iniquum apponere conditionem in cenſu,quòd venditor bona illa,ſupra quæ ſtatutus eſt cenſus,abſque facultate cenſuarij alienare non poſsit. Quia alias C in poſſeſſorem alium minus tutum talis hypotheca alienari poſſet cum diſpendio non modico cenſuarij.At vero,quod cenſuarius, quia concedit facultatem talem hypothecã vendendi,accipiat partem pretij , iniquum eſt,inquit.

*Ratio Soti.*

Et probatur:quia,ſi id licet in emphytheuſi,eſt propterea,quod recipiens pẽſionem emphyteuticam dominus eſt directus hypothecæ emphyteuticæ. Vnde ſicut ex propria re accipit partem pretij alienationis.¶At vero ſecundum Sotum cenſuarius non eſt dominus hypothecæ cenſualis. Vnde pro eius alienatione non poteſt laudemium,id eſt,aliquam partem pretij exige D re.Sed addit Sotus,quod ſi iure particulari regni permittitur, nihil obloqui audet.

*In contra obiectio. Nauarr.*

¶Sed in contrarium eſſe videtur lex regni laudemiũ in cenſibus poſſe exigi indulgens.Et in contrarium eſt Nauar.in additionibus.Vbi ait, quod licet laudemium emphytheuta pro donatione rei emphyteuticæ non teneatur ſoluere in conſcientia ſecũdum Iaſonem. Vt patet in lege final.C.de iure emphyteutico;tamen.20.vel. 40, quota quæ debetur pro venditione rei emphyteuticæ,vel cenſualis,tam in foro conſcientiæ, quam in foro exteriori iuſte debetur ; quia ſunt pars pretij,pro quo illæ res ſunt datæ A in emphyteuſim vel hypothecatæ cẽſui.

*Concl.1.*

Igitur pro reſolutione quæſtionis ſtatuitur prima concluſio; Etiam ſi non eſſet receptus proprius motus Pij quinti de creandis cenſibus in foro exteriori,in conſcientia,iam non licet accipere laudemium pro concedenda alienatione hypothecæ,ſeu poſſeſsionis cenſualis.

*Sotus. Nauar.*

Hæc concluſio eſt Soti loco citato;eſt etiam Nauarri ſumma latina capit.17.numero.235.Vbi referens proprium motum Pij quinti,qui incipit,cum onus,aduertens illa verba Papæ vbi ait;Quia volumus rẽ ipſam ſemper,& liberè, ac ſine ſolutione laudemij, ſeu quinquageſimæ,aut alterius quantitatis, B vel rei,tam inter viuos,quam in vltima volũtate alienari , recantat palinodiam dicens,

*Nauar. mutau. ſententiã.*

quod loco illius conditionis,quam de laudemio,& vigeſima,& quadrageſima parte pretij,quam in Hiſpania licitam eſſe dixerat, in commentario,capite decimo quarto, quæſtione tertia,ſubijcit extrauãgantem, quam ille nunquam ſatis laudatus Pius quintus promulgauit.Et iam multipliciter probat.

*Prob. 1.*

Primo;quia Papa ſupra contractus non tutos in conſcientia rite pronuntiat. At hic cõtractus cum iſta conditione exigendi laudemium in cenſibus redimibilibus non videbatur ſatis tutus in conſcientia:ergo potuit Pa C pa per ſuam extrauagantem talem conditionem reprobare.

2 Secundo patet; quia hic de hypotheca,quæ eſt res cẽſualiſtæ,aut ei fructificans(vt Sotus ait)illud laudemium tanquam de re aliena ſuſciperetur:cum ſolũ fuerit hypothecata ad penſionem annualem cẽſus.

3 Tertio patet,quia iſta conditio de exigẽdo laudemium videtur præſeferre effigiem vſuræ,quia toties poſſet iſta hypothecalis poſſeſsio alienari,& vendi,totieſque pro inde ex his venditionibus laudemium peti; vt tandem tota quantitas laudemiorum toties exactorum in tantum excreſceret , vt iam D præter penſiones annuales , & cenſuales perceptas ſuum capitale pretium , quod dedit emens cenſum , recuperaſſe videatur: videaturque proinde ſtante iſta conditione, quod fuiſſet non emptio cenſus, ſed mutuũ virtuale.Quia in aliquo caſu per hanc viam manſit apud emptorem cẽſus facultas vltra penſiones annuas perceptas recuperandi capitale datum pro cenſu.Et quia hæc perſtat ratio,non videtur bene dictum à Ioſepho in ſuis floribus,quod ſi augeatur pretium poterit peti laudemiũ.Quia,inquit , iã per iſtud maius pretiũ impenſum recõpẽſatur grauamẽ exigẽdi laudemiũ impoſitũ.Sed dico pręter quã ꝙ hoc in foro exteriori vbi dicitur, talis



A talis proprius motus receptus , cenſeretur in fraudem proprij motus fuiſſe intentatũ, ſcandalum ingereret. Licet forte in cẽſu perpetuo & irredimibili ſententia Ioſephi locum habere poſsit:vbi minor eſt ſpecies vſuræ.

*Ioſephus.*

Quia prædictus proprius motus attente inſpectus de ſolo cenſu redimibili,ni fallor, videtur loqui. Quamuis neq; hoc pro certo auſim aſſerere:quia Nauar.loco citato.num, 232.in vtroq; cenſu,ſiue perpetuo, vel temporario oſtendit iſtam conditionem de non exigendo laudemium eſſe ſeruandam.

*Nauar.*

Quare per hanc extrauagantem Pij Quinti , ius ciuile concedens facultatem exigendi laude B mium,videtur eſſe correctum. ¶Proinde, ſi cenſus inſtitutus eſt cum conditione laudemium exigendi, ſi ſic inſtitutus eſt ante extrauagantem Pij Quinti,ſi referatur ad cenſuram Theologorũ,vt decernit Pius Quintus ibi , ad hanc normam in poſterum corrigendum puto. Quia ſtante iam hac determinatione Pontificis,iniquum eſt in conſcientia ei non obtemperare.

## CAP. CCXX.

*An mutuans ratione expenſarum , vel periculi probabilis in recuperando debitum mutuum poßit exigere aliquid vltra ſortem , latè , & exquiſitè contra Metinam Complutenſem diſputatur.*

*Quæſtio. An ob expẽſas poſſ. aliquid recipi vltra ſortem.*

IAM de expenſis , an ratione expenſarum liceat mutuãti conuenire cũ mutuatario, quando veriſimiliter timentur expenſæ,vt aliquid perſoluat vltra ſortem,quæritur & probatur id licere quia licet ſic per hanc viam ſe ſeruare indemnem.

*Sotus. Reſpon.*

Huic quæſtioni facit ſatis Sotus de iuſti.& iur.lib.6.q.4.art.1. Reſpõdet ergo,ꝙ quatenus ad expenſas res attinet,nõ D eſt dubium quin , quidquid debiti recuperãdi cauſa creditor diſpendit poſsit à debitore exigere.At multò eſt (inquit) tutius dũ creditor hominis vafriciem,& infidelitatem timet,nihil ei mutuare, neq; credito vendere, vel dum mutuat expectare ſolutionis terminum:an forte ſine vllis expenſis ſolutio fiat: nam expenſarum anticipatæ conuentiones vix vſuræ ſuſpicione carẽt. Nihilominus tamen,dum omnis fraus abſit, ſi probabilibus coniecturis timentur futuræ in recuperãdo debitum expenſæ , nempe,quia debitor ab vrbe creditoris loco diſtat, ab iniuſtitia procul abeſt de expenſis & laboribus,creditorẽ A cum debitore tale pactũ inire : conſtitutũq; pretium pro ſumptibus & laboribus recipere:etiam ſi nullos poſtea contingat facere. Nam etiam ſi eſſet plura expenſurus non poſſet amplius,quàm fuit conuentione firmatum recipere.

*Opinio Soti ſpecie ſcãdali nõ caret.*

Sed profecto licet Sotus hic æquitati niti videatur, res eſt, quæ nõ careret ſcandalo corã iudicibus,& vulgo: ſi caſu,quo ſine expenſis eſt ſibi debitum ſatisfactũ eas expenſas conaretur recuperare : etiã ſi conuentione fuiſſent firmatæ. Quare ab omni ſpecie mali,& ſcandali abſtinendũ eſt, vt fiat ſine illo:

*Quæſtio. An ratione periculi lic. vltra ſortem exige.*

¶Accedit præterea & quæſtio illa,quã excitauit Metina Cõplutenſis, B vtrum ratione periculi , quod merito timetur futurum in recuperando poſtea mutuũ, aliquid poſsit exigi vltra ſortem:& an venditor vendens ad creditum ratione iſtius imminentis in futurũ periculi id ipſum poſsit facere.Occurrit hic Metina prædictus quæſtio.38. qui ſuis argumẽtis , etſi rem nõ euincat:tamen magnum in contra obſtrependo videtur faceſſere negotiũ:quia ſic arguendo apparenter inſtat.

*Argumenta Metin.*

¶ Nam primo ſic arguit: Licet aliquid accipere aſſecuratori, & fideiuſſori pro periculis, quibus ſe obijciunt ſol 1 uendi ex proprijs,merces aſſecuratas , ſi pereant,vel debitum pro quo à fideiuſſore fi C deiuſſum eſt.Ergo etiam nullatenus erit illicitum venditoribus ad creditum,ſiue mutuatoribus aliquid vltra ſortem debiti, aut mutui exigere pro periculo probabili , quod ſubeunt in recuperando iſta in futurum,

¶Item ſecundò arguit:Licitũ eſt exponenti 2 pecuniam in ſocietate inde lucrum referre, quia ſuam pecuniam obijcit negotiandi periculo:ergo pari ratione licebit mutuatori, & venditori ad creditũ,quia ſuas ſortes pretij, aut mutui periculo recuperandi obijciũt aliquid amplius velle exigere pro hoc periculo.

¶Deinde tertio ſic inſtat: Pro eo quod 3 aliquis non tenetur exhibere gratis , poteſt D aliquid recipere : ſed venditor, & mutuator non tenentur cũ ſuo diſcrimine aliquid mutuare,aut vendere ad creditum:ergo ratione huius imminentis in futurum periculi poterunt aliquid amplius vltra ſortem exigere.

¶Subinde quarto arguitur: Locans equum, 4 ſi timet talem equum nimia fatigatione in itinere fore diuexandum,vel occidendũ, poteſt expetere aliquid amplius : quàm ſit pretium locationis pro periculo equi locati ſi pereat:ergo cur non licebit mutuatori , & venditori ad creditum aliquid plus exigere pro periculo recuperandi ſibi debita , quod merito verentur?

¶Con-

*Confirma.* ¶Confirmat inde: Quia ſubire iſta pericula
eſt pretio æſtimabile: ergo quia ſubeũt iſta
pericula, licebit illis quid amplius pretij re-
5 cipere. ¶Demum quintò arguit: licet debita
periculoſa, difficiliaq; recuperatu, minoris
emere ratione periculi, & difficultatis ea re-
cuperandi: quia pro iſto periculo emptor
poteſt minus ſoluere: ergo è contrario ven-
ditori, & mutuatori, quia ſubeunt iſta peri-
cula licebit pro illis aliquid accipere: quia
contrariorum contraria eſt ratio. His argu-
mentis perſuaſus Metina hanc abſurdam, &
prorſus periculoſam opinionem auſus eſt
aſtruere, ſcilicet, quod vterque tam mutua-
tor, quam venditor ad creditum vt ſe ſeruẽt
indemnes, quãdo iſta pericula merito in fu-
turum timentur, de aliquo ſibi ſoluẽdo pro
illis vltra ſortem paciſci poſſunt.

*Conclu.* ¶ Igitur pro veritate conſtanti quæſtio-
nis ſtabilienda eſt reſponſiua cõcluſio: Nul-
latenus licet mutuatori, vel venditori ad cre
ditum, pro periculo, aut metu etiam proba-
bili recuperandi debitum quicquã vltra ſor
tem debiti, aut mutui percipere. Hæc cõclu
*Sot. Conra* ſio eſt Soti lib. 6. de iuſti. quæſt. 4. arti. 1. eſt
*di. Naua.* Conrad. in de contractibus: eſt Nauarri in
ſumma latina cap. 17. nu. 243. Vbi ait, quod
nec periculum perdendi pecuniam, aut pre-
tium merciũ, eo quod mercator fugere, aut
decoquere poteſt peti poteſt. Et idem ait de
deponenti, aut commendante pecuniã apud
aliquem mercatorem, aut numulariũ. Quia
ratione iſtiuſmodi periculi, nequeunt iſti
vltra ſortem depoſitam exigere, & tenentur
ſic acceptum reſtituere: quãuis non interue-
nerit pactum: & quanuis appelletur nõ mu
tuum, ſed depoſitum cap. conſilium. cum ei
*De vſur.* annot. de vſuris. Neque ignorantia, inquit
*Gloſſa.* Nauarrus; eos excuſat gloſſ. in cap. plerіq;.
14. quæſt. 3. Quia primò non ob periculũ,
ſed ob mutuum, depoſito palliatum accipi-
tur ſecundo: quia illud periculum, non eſt
conſiderabile per notata in cap. nauigãti. de
*14. q. 3.* vſuris. & cap. ſi fœneraueris. 14. q. 3. ¶Hæc
concluſio pluribus fundatur à Soto rationi
*Ratio. 1.* bus. Primò, quia ſecundum Ariſtotelem res
vſuraria eſt odioſa: & non eſt præbẽda anſa
vſurarijs in aliquo caſu, niſi ratio conuincat.
Sed in hoc caſu nulla ſubeſt ratio probabi-
lis, vel apparens: quæ oſtendat ratione talis
periculi, aut metus aliquid poſſe accipi, quia
neque mutuator mutuat: neq; venditor ven
dit inuitus: ergo ſi eſt periculum nõ vendat:
aut accipiat cautionẽ aut fidelem fideiuſſo-
rem. Quare ergo ratione metus eſt aliquid
*Ratio. 2.* accepturus? ¶Item ſecundo patet: Quia hic

A nulla ſubeſt ratio lucri ceſſantis, aut damni
emergentis expenſarum, quæ ſolent excuſa
re ab exigendo aliquid vltra ſortem: qua er-
go noua fictione ſolus metus recuperandi
excuſare poterit à plus exigendo. Sed dicet *Obiectio*
Metina, quod ratione metus excuſatur, quia *Metinæ.*
ille metus eſt pretio æſtimabilis. Sed cõtra, *Satis fit*
quia ille metus nõ eſt vendibilis. Tum, quia *obiectioni.*
ſponte mutuando, aut vendendo ad creditũ
mutuator, vel venditor acceptat illũ. Tum,
quia mutuatarius, vel debitor non tenetur
aliter leuare, vel recõpenſare illum metum,
quam ſoluendo ſortem debitam, ſic enim fa
cit ſatis. Item, quia ſi ſine præuia pactione
B de ſoluendo ſibi aliquid pro iſto metu, poſtea
illo metu mutuator multum anxiaretur nõ
ideò pro tali metu teneretur ei ſoluere mu-
tuatarius aliquid vltra ſortem, quia metus
non eſt pretio æſtimabilis: ergo neq; etiam
tenebitur vltra ſortem ſoluere, etiam ſi præ-
ceſſerit pactum de ſoluẽdo aliquid vltra ſor
tem pro illo. ¶Concluſio ſecunda ſit, quæ
eſt Nauar. loco citato. Licet ratione pericu- *Secunda*
li & metus in recuperando, deponens pecu- *concluſio*
niam à depoſitario ſuo, nihil vltra ſortem *Nauar.*
poſsit exigere: tamen poteſt recipere à de-
poſitario gratis donatum ob gratitudinem:
cò ꝙ ex pecunia depoſita fuerit lucrat⁹: etiã
C ſi libentius ſuam pecuniam penes hunc gra-
tum, quam penes alium depoſitam habeat:
& etiã ſi depoſitarius illud det, ſperãs, quod
ob huiuſmodi largitionem ab ipſo pecuniã
ſuam non auferet. Hæc eſt etiam Caiet. 2. 2. *Caietan.*
q. 78. artic. 2. Et patet, quia omnia hæc ſunt
gratuita. Vſura tamen eſſet ſecundũ Nauar.
ſi mercator illud daret, tanquã ad id ob pre-
tium, & vſum illius pecuniæ obligatus: &
dominus ob hanc eandem rationem accipe-
ret, aut ſperaret, & etiam ſi principaliter ob
hæc deponeret. ¶Nunc ſupereſt ad argumẽ *Ad primum*
ta in oppoſitum reſpondere. Ad primũ igi- *arg. M...*
tur negamus conſequentiam. Quia contra-
D ctus fideiuſsionis, aut aſſecuratiõis ſunt pre
tio æſtimabiles: quia hic interueniũt obliga
tiones ciuiles pretio æſtimabiles: quia in il-
lis non interuenit mutuum virtuale, aut for
male. Vnde in illis nulla admiſcetur ratio
vſuræ, ſi pro obligationibus fideiuſsionis, *Differ...*
aut aſſecurationis aliquid accipiatur. Ne- *quia f...*
que enim fideiubens, aut aſſecurans reci- *iuſſio ...*
pit aliquid, quod oporteat eum reddere: vt *mabil...*
vſu venit in mutuatione, aut venditione ad *pretio*
creditum. At vero mutuatio, atque etiam *non pe...*
venditio ad creditum, quia implicitè con- *lum.*
tinent mutuum, gratis fieri debent, nihil
vltra ſortem ſperando ex illis, & ſic ea quæ
conſe-



conſequuntur ad mutuum, quod hic reperi- A
*Periculũ* tur, qualia ſunt periculum, & metus, debita
*eſt acceſſ.* recuperandi, debent concedi gratis: quia iſte
*ad mutuũ.* metus eſt conſequens, & acceſſorium ad mu
tuum virtuale, quod inuenitur in vẽditione
ad creditum. Vnde acceſſorium ſecundũ ius
debet ſequi naturam principalis. Si autẽ mu
tuum, quod implicite etiã continetur in ven
ditione ad creditum debet dari gratis, etiam
periculum recuperandi debitum, quod con
ſequitur acceſſoriè ad mutuum debet quoq;
concedi gratis; quare nõ licet pro eo aliquid
accipere.

*Ad 2.* ¶Ad ſecundum argumentum reſponde-
tur negando antecedẽs, quòd pro periculo, B
quando pono pecuniam in ſocietate aliquid
lucri accipiam. Sed ideò licite inde reporto
lucrum: quia expono eam negotiationi quia
ſic expoſita negotiationi eſt fructifera, & pe
riculum, cum quo eam expono negotiatio-
ni ſolum habet ſe vt cauſa, ſine qua non, illa
*Solut. 2.* pecunia non mihi fructificaret. Præterea ne
gatur etiam conſequentia; Quia ſi ex pecu-
nia poſita in ſocietate poſſum reportare lu-
crum eſt, quia manet veluti mea. Vnde ſi in
ſocietate caſu fortuito pereat, non poſſum
eam repetere. At mutuum, quod mutuaui, ſi
caſu fortuito pereat, & merces vẽditę ad cre
ditum ſimiliter, poſſum mihi debitum mu- C
tuum, aut pretium repetere. Vnde ex differẽ
tia hac ſequitur, quòd poſsim ex pecunia po
ſita in ſocietate lucrum reportare, vltra ſor-
tem, non tamen ex mutuo, aut mercibus vẽ-
ditis ad creditum.

*Ad 3.* ¶Ad tertium argumentũ negatur minor;
quia non eſt vera regulariter. Imo nuſquam
eſt verum in caſu mutui, & vẽditionis ad cre
ditum, ꝙ non teneatur mutuare gratis, etiam
*Exempl.* ſi faciat cum metu, & cũ ſuo periculo. At pa-
tet in ſimili: Quia licet extra caſum, quo
obligat præceptum eleemoſynæ, non tenea
tur quis erogare eleemoſynam; tamen ſi de
facto vult largiri alicui indigenti eleemoſy- D
nam ſub nomine eleemoſynæ, abſurdum eſt
dicere: quod pro tali eleemoſyna poſsit ali-
quid exigere: quia iam non eſſet eleemoſy-
na, niſi gratis erogaretur. Sic quia mutuum,
& venditio ad creditum, vtpote implicitum
continens mutuum, gratis fieri debent (quã-
do fiunt) nihil vltra ſortem exigẽdo fieri de
bent. Licet adhæc mutuans, vel venditor nõ
ſit aſtrictus; quia poterat nõ mutuare, & nõ
vendere ad creditum: tamen ſi de facto iſta
facit non ideo pro his poteſt vltra ſortẽ ali-
quid exigere.

*Ad 4.* ¶Ad quartum argumentũ de equo accõ-

A modato reſpondet Sotus, concedendo ante- *Sotus.*
cedens, & negando conſequentiam. Quia li- *Differen-*
cet poſsit locator pro periculo veriſimili *tia de equo*
equi locati, quia timetur vſque ad mortẽ de- *locat. &*
fatigandus aliquid plus accipere: tamen id *de mutuo.*
eſt, quia equus ille eſt domini eum locantis.
Vnde dominium illius manet apud dominũ
locantem. Quare poteſt, inquit, paciſci, vt
ſibi detur aliquid pro periculo rei ſuæ, vt ſe
ſeruet indemnem circa rem ſuã. At vero per
mutuum, vel venditionem ad creditum, do-
minium trãsfertur in emptorem, vel mutua-
tarium. Vnde tanquam dominis res iſtæ ſuo
ſtant periculo, cum obligatione certa ſoluẽ-
B di eas; ideo mutuans, vel venditor nihil po-
teſt exigere pro periculo. ¶At verò licet So *Limitatur*
tus conceſſerit antecedens, ſed ego non tam *Sotus.*
libenter illud concederem: quia de ratione
locationis eſt, vt res locata domino ſuo locã
ti pereat: niſi leui culpa conductoris perie-
rit. Quare ſolum videtur locatorẽ equi pro
periculo equi probabili aliquid amplius
poſſe exigere, caſu, quo ſuo iuri renũtiaret,
vt ſcilicet, de leui culpa, aut forte lata condu
ctor ei non teneretur. Quia, vt quis nõ tenea
tur de dolo, quia eſt contra bonos mores, nõ
poteſt renuntiari. ¶Ad confirmationem ne- *Ad cõfir.*
gatur, quòd ſubire iſta pericula in mutuo, &
C venditione ad creditum ſit pretio æſtimabi-
le. Quia ſicut mutuum, & venditio ad credi-
tum ex ſe non ſunt magis æſtimabilia quam
ſors mutui aut pretij ſoluẽdi pro mercibus:
ita neque iſtud periculum, quod cõſequitur
acceſſoriè ad iſta; quia acceſſorium ſequitur
naturam principalis. ¶Ad quintum argumẽ *Ad 5. arg.*
tum conceſſo antecedenti negatur conſequẽ
tia. Primo; quia debita periculoſa in ſe mi-
nus valent; quia qui ea vendit non aſſecurat
illa, ſed tantum vendit ius, & actionem, qua
lemcunque habet ad illa. At vero mutuata *Differen-*
pecunia & pretium ſperatum nõ in ſe minus *tia inter*
valent, tum quia mutuatarius, aut debitor ta *debita pe-*
D liter eſt aſtrictus ad iſta ſoluenda, vt etiã nõ *riculoſa &*
ſolum per chirographum dederit actionem *debitũ mu*
recuperandi iſta debita à tertio, quod tãtum *tui.*
fecit, qui vendidit debita periculoſa, ſed ipſa
met perſona ſua cum ſuis bonis habitis, & ha
bendis manſit obnoxia. Item; quia perſona *Solutio. 2.*
mutuatarij ſatisfacit, tollitque metum iſtũ,
& periculum dum ſoluit. At venditor debiti
periculoſi, ſi emptor illud recuperare po-
ſtea nequit à tertio debitore, iſtud periculũ
non ſoluit, aut tollit, quia neque ad id mãſit
obnoxius. Quia vt ab hoc grauamine immu
nis maneret, idcirco illud debitum periculo
ſum minoris vendidit.

*Argumēt. duo accedunt.*

¶Præter argumenta hæc,quo lucidius veritas clareſcat,& alia duo libet ſuperaddere. A

*Argu. 1.*

Primo ſic arguitur; Licet pro obligatione mutuādi, vt ſupra diximus aliquid exigere, ergo etiam pro obligatione ſubeundi iſtud periculum;quia quare magis pro illa obligatione quam pro iſta nō licebit? Et quare illa potius,quam iſta,erit magis æſtimabilis pretio,poſtquam vtraque obligatio annectitur mutuo. ¶Argumētū eſt ſecretiorē expoſtulans doctrinam,& differentiam.

*Soluitur argum. Obligatio ciuilis per man. ad mutu. extimab. pretio eſt.*

Igitur ſolutio conſiſtit in differentia vtriuſque. Quia obligatio ciuilis & permanens mutuandi, ideo eſt æſtimabilis pretio, ſicut obligatio ad offerendas miſſas in capellania : quia de B per accidens iſta obligatio mutuandi adiungitur mutuo,& eſt veluti præambula antecedens mutuationem,& ideo eſt æſtimabilis pretio,quia per eam renūtiat mutuator ſuæ libertati non mutuandi, quia poterat ante iſtam obligationem non mutuare.

*Pericul. nihil valet.*

¶At vero periculum recuperandi debitum nihil valer. Tum quia ſi aliquid eſt iam tollitur, quādo capitale poſtea ſoluitur,ad quod perdendum mutuans non ſe aſtrinxit. Tum quia iſtud periculū poteſt cautione fidelis fideiuſſoris tolli.

*Potiſſima ratio.*

Et tandem potiſſima ratio & differentia eſt;quia iſtud periculum de per C ſe ſequitur ad mutuationem,& ad venditionem ad creditum tanquam quid acceſſorium, induens naturam principalis. Quare nec iſtud periculum neque obligatio ſubeūdi illud, poſtquam intenditur nihil omittere de recuperatione mutui eſt æſtimabile pretio;ſicut neque ipſa mutuatio, quæ eſt quidprincipale ad quod acceſſoriè ſequitur.

*Argu. 2.*

¶Secundo arguitur: Lucrum ceſſans conſequitur ad mutuum, vt patet: quia ex eo, quod mutuator mutuat, conſequitur, vt effectus ad cauſam,quod ceſſat lucrari; & tamen nihilominus mutuans pro lucro ceſſante poteſt aliquid vltra ſortem exigere; ergo D etiam pro iſto periculo licet cōſequatur ad mutuum, nihilominus poterit mutuans aliquid exigere.

*Solut. 2.*

¶Licet argumentum iſtud videatur tantillum premere;ſed in promptu eſt eius plana ſolutio;quia non eſt eadem ratio; quia illud periculum omnino acceſſorium, & conſequens eſt ad mutuum,quia per mutuationem cauſatum eſt. At vero illud lucrum ceſſans, licet non erat actu ante mutuationem, erat tamen in potentia;quia ante mutuationem mutuator paratus erat, & in potentia ad lucrādum ſi non mutuaſſet : imo pecunia ex poſita tanti valebat.

# CAP. CCXXI.

*Vtrum ratione pœnæ mutuanti, vel vendenti ad creditum pro dilatione, liceat aliquid exigere; Et quid ſi caſu fortuito nō potuit ſoluere, an teneatur mutuatarius ad pœnam, vel intereſſe; Et de quibuſdam caſibus poſitis à Corduba.*

*An mutuans pro mora poſ. pen. accipere.*

SVbſequenter expoſtulat ſeries materiæ quærere, vtrū ratione pœnæ mutuāti vel vēdēti ad creditū aliquid exigere lege diuina,vel humana ſit licitū ac per B miſſum. Eſt dictu,an ſic liceat mutuatori cōuenire;En tibi.100.mutuo ad diem natalis Domini,ſub pœna ſoluendi.10.vltra.100. ſi ad diem præfixum non ſolueris.

*Scot. Syluest. Reſpon.*

Scotus Syluester,ac Canoniſtæ aiunt, hoc pactum pœnale licitum eſſe. Tamen pro patentiori examinatione veritatis,præter ea , quæ ex mēte Nauarri ex ca.17.nu.215.dicta ſunt; nam diximus licere quidē ſub hac pœna cōuenire,& mutuare,huius hic rationes nouas adijcimus.

*Ratio. 1.*

Primo;quia nullus obligādus eſt cū ſuo diſpendio alteri bene facere. Ideo vt ſuo damno conſulat,ſeſeque indemnem ſeruet.poteſt hanc pœnā cōuētionalē mutuando,ſeu vendendo ad creditum adijcere: dum C modo eam non exigat ab ſine culpa ſua impotente ſoluere.

*Corol. Dictū. 1.*

¶Dicimus ergo vltra,primo,quòd corollarie ex prædictis ſequitur quod mutuans pecunias vſque ad nundinas Maij, quæ ſi tunc ſibi ſoluerentur expoſiturus erat eas mercibus , ex quibus lucrum relaturus ſibi erat, poterit pœnam conuentionalē apponere : vt ſi debitor fuerit in mora lucrū ceſſans ſoluatur ſibi. Et ſic de ſimilibus patet; quia licet ſic ſe ſeruare indemnem.

¶Secundo ſuperaddimus,ꝙ quāuis, quia ſic intereſt reipublicæ,vt pacta ſeruētur, & D delicta quamuis leuia caſtigētur, licitum ſit ad coercendā debitoris negligentiā,has cōuētionales apponere pœnas:tū pœna cōuētionalis in fraudē vſurarū poſita iniuſte exigitur. 2

*Quando pœna in fraud. vſur. ponatur.*

¶Sed,quia ſciſcitabitur forte quiſpiam, qñ vero in fraudē vſurarū huiuſmodi cōuētionales pœnæ præſumētur poſitæ. Adhoc dicimus primo quòd tūc talis erit præſumptio in foro exteriori, quādo creditor ante fænerari conſueuit, quamuis in foro interiori, in hoc caſu ſtabitur eius confeſsioni & veritati: quia ibi ceſſat præſumptio ſecūdum Nauarr. 1

¶Secundo,tunc talis pæna apponitur in fraudē vſurarū,quādo maluit mutuator,vel venditor ad creditū,debitorē pœnā ſtatutā incurrere , quàm debitū termino ſignato ſoluiſſe. 2



A

3 ¶Tertio etiā,quando pœna eſt grauis,vt ſi interſeratur in cōtractu ſic;Si præfixo tēpore nō ſolueris principale,quod tibi ſub iſta pœna mutuo,ſingulis diebus ex tunc ad ſoluendā tantam pecuniā manebis obnoxius. Patet,quia in his caſibus,& ſimilibus vſura immiſcetur palliata. Quia licet teſtificetur ſe accipere ratione pœnæ:ſed reuera accipit,& exigit ratione mutui.

*Victoria.*

¶Similiter ſecundū Victoriā: quando mutuans ſub tali pœna mutuat ſciens certo lites futuras culpā nō euadit;quia videtur nō ſincere ambulare,ſed lites amare.

*Ioſephus.*

¶Itē adijcimus licet B F.Ioſephus in ſuis floribus verè doceat,ꝙ ſi talis pœna eſt appoſita in conſcientia nō eſt debita ab eo,qui ſine culpa ſua nō eſt in mora

*Nauar. Redarguitur Ioſep.*

Quia vt diximus cū Nauarro nemo debet ſine culpa proprie pœnā ſubire. Tamen nō eſt tam certū,quod adijcit,ſcilicet, ꝙ nō tenetur reſarcire damnū lucri ceſſantis,aut dāni emergentis:qui ſine culpa ſua fuit in mora;quia fortuito caſu perijt eius ſubſtantia, vel ſine culpa ſua ſibi ſurrepta eſt : & ideo præfixo tēpore nō ſoluit: vnde tale damnū emergens ſubortū eſt. Quia ſecūdū Metinā Cōplutenſem,vt prædiximus ſupra , iſte licet nō teneatur ſoluere pœnā in hoc caſu,cū caruerit culpa:tamen ſi venerit ad pinguiorē fortunā,vbi poſsit,tenebitur hoc intereſſe lucri ceſſantis,aut dāni emergētis exoluere:quando de eo fuit cōuentū, & admonitus de eo à principio,id eſt.tēpore mutuationis fuit mutuatarius. Quia etiā ſine culpa ſua mutuator ex beneficio mutui præſtiti nō debet ſic grauari:vt ſuū intereſſe,de quo cōuenit, & præmonuit mutuatarium perdat,ſine ſpe recuperationis,ſi mutuatarius ad pinguiorē fortunā peruenerit.arg.de cōmod. c. vnico.

*De cōmo. Satis fit obiectioni Ioſeph.*

Neq; valet ratio F.Ioſephi in cōtra , ſcilicet, quòd mutuatarius in iſto caſu fortuito non D fuit cauſa dāni,licet fuerit occaſio. Quia pari ratione probaret,quod neq; in iſto caſu fortuito emptor ad creditū nō teneretur exoluere pretiū principale,quia per ipſum non fuit data cauſa damni:ſed occaſio per caſum fortuitū ſic cōtigit;quia ſatis eſt dederit ante cauſam dāno per petitionē mutui auertendo mutuātē ab euitatione dāni,& à ſuo habēdo lucro, ſub hoc pacto acceptando mutuum.

*Opinio Ioſephi quādo vera.*

¶Vnde ſi dictū hoc F.Ioſephi aliquid veritatis habet eſt,quando à principio mutuationis de tali lucro,aut dāno emergente nō eſt conuentū. Nā tūc,etiā ſi nō perijſſet caſu fortuito ſubſtantia mutuatarij,dū ſic ſine culpa eſſet in mora, quod nō eſt ſic conuentum lucrū ceſſans,aut dānū emergens , ſoluere non teneretur etiam ſi in hoc caſu ſubſecuta fuiſſent. A

¶Deinde ſuperaddimus,quod licet nulla fuerit appoſita pœna,in conſciētia,tamen qui in mora eſt ex culpa ſua,tenetur mutuatori,vel venditori ad creditū,ad dānū vel lucrū ceſſans reſarciendū. Quia licet formaliter non intenderit dare damnū , bene tamen interpretatiuè. Fuit ergo cauſa dāni: iure ergo eū ſatisfacere oportet. ¶Tandē quoq; audacter aſſerimus,ꝙ nobiles & magnates abutētes redditibus ſuis prodige , mercatoribus ideò ex culpa ſua,vel negligentia prolatantes ſolutionē,nec ſoluentes in tempore debito,quia in culpa ſunt damni, tenentur recōpenſare lucrū ceſſans,aut dānum emergens, quod ex tali dilatione mercatores paſsi ſunt. B

*Nota Ioann. à Peña.*

Veruntamen,quāuis hoc verū ſit, tamen frater Ioannes à Peña in quibuſdā ſcriptis, quæ nomine eius circunferūtur dixiſſe fertur,credere ſe interdū huiuſmodi magnates , & nobiles excuſari ab iſto lucro ceſſante mercatoribus creditoribus ſuis ſoluēdo.

*Ratio.*

Cuius rationem affert:quia,inquit,mercatores qñ magnatibus vēdūt ad creditū ſatis exploratū habent eos tpe ſtatuto nō ſoluturos eſſe. Qua de cauſa cōmuniter carius eis ſunt ſoliti ven C dere ad creditū.

*An nobiles moroſi ten. ad lucr. ceſſ.*

Si tamē per multū temporis differrēt,tenerentur huiuſmodi optimates, huiuſmodi dāna ex dilatione diuturna mercatoribus rependere. Liquet autem hoc: nā & cōtra voluntatem mercatorū tunc debitū detinent diutine,& cum iactura eorum.

*Quæſtio. Cordub. An cōtractus quo groſsi mercatores minutiorib. vēdūt lic.*

¶Interſerendā eſſe hic illam quæſtionem operæpretiū duxi,cuius meminit Corduba in tractatu de caſibus conſciētiæ.q.86. Vbi proponit caſum , ꝙ mercatores groſsi talis populi cū opulenti ſint ſua impenſa,atq; periculo ex nundinis cōportant magnā copiā pannorū diſpertiendā inter minutiores mer D catores,quibus minutim pluris reuendituris vendunt, ad reſpectū lucri vnū pro decem, & hoc ſiue credita, ſiue numerata pecunia vēdant,hoc eodem pretio eis vendūt. Et ſæpe ſæpiuſq; etiā contingit vt tenuiores mercatores nomine,& ſumptibus, & periculo horū opulentiorū mercatorū adeant nundinas, talem magnā copiā pannorum empturi, qui bus ſic emptis ineunt ſimilē cōtractū priori. Quæritur ergo an contractus hic ſic licitus ſit,an vero ſit vſurarius ex parte opulentiorū mercatorum.

*Reſpon.*

Reſpondetur ergo, quod cōtractus ex ſe illicitus nō videtur,dū æquiori pretio fiat,cōſideratis conſiderandis in arbitratione

A tratione pretij: ſed de facto plane iniquus cõtractus eſſe videtur. Videtur nanq; exceſsiuũ pretiũ eſſe vnũ lucri pro decem, vbi tam parũ intercedit periculi, & laboris. Vnde reſpublica grauari videtur, cũ illi minuti mercatores minutim eos pannos reuendendo, vt ſibi ſatis parent lucri, vnde debitũ pannorũ prioribus ſoluant, & ſibi etiam pro ſuo labore, de aliquo lucro conſulant, ſolent cariori pretio, quo minutim vendunt rempublicam grauare, quo inde duplex lucrum, & pro ſe, & pro primis mercatoribus corradant.

*Quæſtio. An quãdo quis emit pro alio poßit lucr.*

¶Minutius quoq; dubium, & idem Corduba loco citato, quæſt. 87. excitans ſic propoſuit: Petrus cũ Ioanne ſic conuenit, vt tot pondera caſeorũ à paſtoribus vndiq; coaceruans emeret hac lege, vt quingenta pondera caſeorũ, & non minora numero emeret pro duodecim argenteis quodlibet, adijciens, ꝙ pro ponderibus ſingulis iſtius mercis pro duodecim argenteis emptis, quatuordecim argenteos perſolueret Ioãni. Pro minori vero pretio duodecim argenteorũ pretio emptis ſingulis ponderibus, duos argenteos ſupra iſtud minus pretium erogaret, atque ſic geſtũ eſt negotiũ. Quæritur ergo an res ſit prorſus licita? Nam videtur, ꝙ nõ poſsit ſubterfugere caſus hic effigiem iniuſtitiæ. Quia ſi Ioannes iuſto pretio pro duodecim argenteis emit illa ſingula pondera, quare immutatis rebus, & tempore & modo vẽdẽdi immutatis, quod Ioannes emit pro duodecim vendit Petro pro quatuordecim? Si autẽ iuſto pretio vendit Petro Ioannes ſingula põdera pro quatuordecim, argumentũ eſt illa emiſſe Ioannem minoris iuſto pretio, quando emit illa pro duodecem tantum.

*Obiectio.*

*Reſpon.*

¶Igitur reſolutorie dicitur ad caſum reſpondendo per diſtinctionem, ſcilicet, ꝙ dupliciter potuit iniri iſte contractus. Primo, vt Ioannes tanquàm ſolicitator Petri, & in nomine Petri, emeret prædicta caſeorũ pondera. Et ſic dum iuſto pretio ea emerit pro duodecim argenteis, quia non propter anticipatã ſolutionem minoris ea emit, niſi excedens ſit ſui laboris merces, pro cõgerenda tãta copia caſeorũ, iſti duo dicti, argẽtei ſuper erogati ſibi à Petro pro ſingulis põderibus: iuſte poteſt accipere, illos accipiendo pro ſingulis. 14. Si autem in hoc caſu Ioãnes propter anticipatã ſolutionem ſingula pondera caſeorum à paſtoribus minoris iuſto emit paſtoribus reſarcire habet, quia minoris emit, & non Petrus, quando id nõ debuit ſuſpicari de Ioanne, nec id ei ſuaſit, ſalariumq́; duorũ argenteorũ pro ſingulis ponderibus, ſi iuſtũ ſit arbitrio bonorũ virorũ, & in hoc caſu iuſtè reportare poterit Ioãnes, quia pro ſuo labore ſibi debetur. ¶Si autem Ioannes non in nomine Petri, neq; vt ſolicitator Petri, ſed nomine proprio emit prædicta põdera caſeorũ ſingula pro. 12. argẽteis, ſtatimq́; pro. 14. vendit ea Petro, vel alteri nullo adhibito labore cuſtodiendi, cũ etiã nõ ſuppetat. Illa mutatio tẽporis, vel loci, neque formæ mercis, vel aliter, nõ eſſet iuſta vẽditio, cũ lucro ſtatim parto. 2. argenteorũ pro ſingulis. Ita Syluest. verb. Emptio. q. 10. & ſecundũ doctores qui in hoc caſu loquuntur, quando Ioannes non vt ſolicitator, vel adminiſtrator Petri negociatur; B quod Corduba notatu neceſſarium cenſet pro alijs pluribus ſimilibus caſibus.

*Syluest.*

*Nota pro alijs caſibus.*

## CAP. CCXXII.

*An ratione aſſecurationis mutui liceat aliquid exigere; Et an tradens pecuniam ſocio ad negociandum poßit paciſci, vt ſaluo capitali aliquid lucri ſibi reddatur.*

*Quæſtio. An pro aſſecur. mutui. lic. aliquid acciper.*

QVoniã omnes modos, quos negotiatores comminiſci poſſunt, quibus ſibi in mutuationibus, C vel venditionibus ad creditum aliquid lucri expiſcari poſſe autumant, indagare nobis eſt cordi: ideò & de hac quæſtione hic meminiſſe oportet, vtrũ ratione aſſecurationis mutui, vel pretij ſperati, liceat aliquid mutuatoribus, vel venditoribus ad creditũ exigere. Et tandẽ quo magis innoteſcat id, de quo quæritur ſic in particulari proponitur caſus, vtrũ ſit vſurarius contractus qui fertur frequenter contingere Hiſpali, vbi, ſi aliquis mutuat pecuniam volenti eã trãsferre per loca periculoſa paciſcitur cũ mutuatario, vt aſſecuret ſecũ illã mutuatam pecuniam, pro taliq; aſſecuratione D aliquid vltra ſortem reddat. At ratio dubitãdi eſt, quia iſta aſſecuratio eſt appretiabilis pretio: quare ergo pro ea in hoc caſu aliquid vltra ſortem accipere non licebit? Igitur per has duas ſequentes concluſiones facimus ſatis quæſtioni.

*Obiectio.*

*Concl. 1.*

¶Prima igitur cõcluſio ſit; Siquis hac conuentione pecuniã mutuat: volenti eã tranſferre per loca periculoſa, vt ſecũ illius pecuniæ contractũ aſſecurationis cõtrahat, & pro tali à ſe præſtita aſſecuratione, aliquid vltra ſortem exigit, vſuræ labe non caret. Hæc cõcluſio eſt Soti, Caietan. Metinæ, Syluest. Et patet, quia in hoc ſenſu interpretantur cap. illud

*Sotus. Caietan. Metin. Syluest.*



*De vſur.*

A celebre nauiganti. de vſur. Vbi diffinitur, quod qui nauiganti cum iſto prædicto pacto mutuat pecuniam, vſurarius eſt. Nauarrus licet fateatur in commento de vſuris hunc ſenſum Soti. Caieta. Syluest. modernorũ eſſe ſenſum, in quo hunc textũ interpretãtur, & hunc ſenſum licet concedat eſſe verũ; tamen eũ refutat, quatenus illius capitis ſenſus eſſe germanus aſſeritur. Cõcedit inſuper hanc noſtrã concluſionẽ eſſe verã. Et patet; quia iſtæ pecuniæ mutuator ratione mutui, mutuatarium aſtringit ad ineundum ſecum aſſecurationis contractum, quæ oneroſa eſt obligatio: ex qua lucrum vltra ſortem cõtendit reportare: ergo non vacat iſte contractus vſura. B ¶Secunda cõcluſio: Vſurarius eſt etiã qui recipit aliquid pluſquã mutuauit, etiã ſi recipiat in ſe rei mutuatæ periculum. Hæc concluſio eſt Nauarri in commentario reſolutorio de cambijs nu. 1. Vbi ſic ait, quod in hoc ſane ſenſu, & ſub iſto tenore Panormitanus ſummat iſtud caput finale: de vſuris. Et hic eſt proprius antiquus, & verus (inquit Nauarrus) illius capitis nauiganti. ſenſus. Eſtque ſenſus cõformis gloſſæ illius capituli dicentis, quod per ſuſceptionem periculi rei mutuatæ, vſura non tollitur. Sed ſatis perſpectè hic nos admonitos eſſe vult Nauar. ꝙ C Gregorius IX huius textus conditor conſideratè ſatis, non ait, ꝙ iſte contractus ſit vſurarius: ſed tantum dicit ꝙ cenſendus eſt vſurarius, id eſt, talis præſumendus eſt in foro exteriori; & vt vſurarius puniẽdus eſt ſic cõtrahens: licet aliquando forte in conſcientia vſurarius non ſit. Vt. v. g. in caſu, quo poſtquam abſolutè, & ſine conditione, abſq; ſiniſtra intẽtione mutuauit pecũiã mutuator, non vltroneus, ſed ad inſtantiã, & petitionẽ mutuatarij ſubierit periculum pecuniæ ſic mutuatæ; tunc ratione aſſecurationis iſtius periculi æſtimabilis pretio poterit licite citra vſuram accipere aliquid vltra ſortem. D Secus autem eſt, ſi ipſe mutuator ratione mutui mutuatariũ nolẽtem aſſecurare pecuniã, neque ad id paratum velit obligare ad ſecũ aſſecurandum: vt inde aliquid vltra ſortem velit recuperare, vt probauimus in prima cõcluſione.

*Ratio.*

*Concl. 2.*

*Nauar.*

*Gloſſ.*

*Gloſſat Nauarr. cap. final. de vſur.*

*Quæſtio. An ſaluo capital. poſſ. ſper. lucrum.*

*Variãt doctores Nauar. Maior contra*

¶Accedit & de aſſecuratione alia queſtio ſatis implexa, vtrum aliquis tribuens alteri ſocio mille aureos, vt cũ eis negotietur poſſit conuenire cum illo: vt ſaluo capitali aliquid ſibi lucri contribuat. Et quidẽ Nauarr. & Maior aiunt id ſecluſa fraude, illicitũ non eſſe, fuitq; communis opinio, vt fertur inter Pariſienſes olim celebrata. Eſt tamen opinio A hæc affirmatiua contra Victoriam, & Sotũ, & contra pleroſque alios. ¶Igitur pro parte negatiua probatur, ꝙ nõ liceat. Quia in hoc contractu ratione mutui virtualis illã pecuniam offerens ad negotiationem expetit aliquid ſaluo capitali extra ſortem capitalis; ergo eſt vſura.

*Victor. & Sotum.*

*Argum. Victoriæ. 1*

¶Et confirmatur argumento Victoriæ; Quia ibi mercator recipiens illam pecuniam ad negotiandũ poteſt non negotiari cũ illa, ſed illã prodigere, & alijs vſibus mancipare, dum ſoluat capitale: ergo argumentum eſt, quod illam acceperit mutuò ad vſus voluntarios dũ reddat capitale, & aliquid amplius. B Quia ſi recepiſſet illam non ratione mutui, ſed negotiationis non poſſet eam expẽdere in alios vſus, ſed teneretur cum ea negotiari: ergo ſi ratione mutui conuincitur illam pecuniam accepiſſe: ſequitur, quod ſit vſura velle ſaluo capitali illius, ex ea lucrũ reportare. Propter hæc argumenta Victoria ait, quod iſte contractus, vbi ſocius contribuit aliquid pro aſſecuratione pecuniæ, quã tradit ſocio ad negotiandũ, vt ſecura & ſalua ſibi reddita, aliquid vltra reddatur, eſt periculoſus, & dans occaſionem vſuris. Et parum differt iſte contractus à mutuatione cum lucro. Et ſolum videtur differentia metaphyſi C ca, & non realis, neque moralis, dicere, quod talis non dat pecuniam mutuo, ſed ad negotiandum, poſtquam nullam patitur iniuriã, nec ſua cenſet referre eam dans, ſi ſocius eam diuertat à negotiatione, vel non, dum ſoluat aliquid lucri ſaluo capitali.

*Argu. 2.*

*Victoria.*

*Argu. in contra.*

¶Sed in contrarium eſt, quod in iſto contractu implicitè continentur tres cõtractus liciti, ergo ſic contractus eſt licitus, vtpote conſtans ex tribus contractibus licitis. Illatio videtur nota, quia licitum eſſe videtur, quod ex licitis conſtat. Et antecedens probatur; quia. v. g. ſi contraham cum Petro dicẽs; D En tibi trado mille ad iacturã, & ad lucrũ ꝓ negotiando, veruntamen, en tibi dabo quinquaginta pro aſſecuratione horum milliũ, aſſecurato illos mihi, rurſus, quia ex mille his aſſecuratis à te ſpero me obtenturũ cẽtũ pro lucro, deductis expenſis, & deducendis, en tibi pro aſſecuratione facta illorũ milliũ, ex his centum lucrifaciendis repẽdo. 50. Dabis ergo mihi poſtea ſaluo capitali, quia aſſecuraſti illud pro. 50. reliqua. 50. pro lucro. Omnes iſti cõtractus ſunt liciti, quia primus eſt contractus ſocietatis ad negotiandum. Secundus contractus eſt aſſecurationis capitalis pro pretio iuſto, id eſt, pro. 50. qui cõtractus eſt etiam licitus. Tertius eſt venditio lu-cri

tratione pretij: ſed de facto plane iniquus cõtractus eſſe videtur. Videtur namq; exceſſiuũ pretiũ eſſe vnũ lucri pro decem, vbi tam parũ intercedit periculi, & laboris. Vnde reſpublica grauari videtur, cũ illi minuti mercatores minutim eos pannos reuendendo, vt ſibi ſatis parent lucri, vnde debitũ pannorũ prioribus ſoluant, & ſibi etiam pro ſuo labore, de aliquo lucro conſulant, ſolent cariori pretio, quo minutim vendunt rempublicam grauare, quo inde duplex lucrum, & pro ſe, & pro primis mercatoribus corradant.

*Quæſtio. An quãdo quis emit pro alio poßit lucr.*

¶Minutius quoq; dubium, & idem Corduba loco citato, quæſt. 87. excitans ſic propoſuit: Petrus cũ Ioanne ſic conuenit, vt tot pondera caſeorũ à paſtoribus vndiq; coaceruans emeret hac lege, vt quingenta pondera caſeorũ, & non minora numero emeret pro duodecim argenteis quodlibet, adijciens, ꝙ pro ponderibus ſingulis iſtius mercis pro duodecim argenteis emptis, quatuordecim argenteos perſolueret Ioãni. Pro minori vero pretio duodecim argenteorũ pretio emptis ſingulis ponderibus, duos argenteos ſupra iſtud minus pretium erogaret, atque ſic geſtũ eſt negotiũ.

*Obiectio.*

Quæritur ergo an res ſit prorſus licita? Nam videtur, ꝙ nõ poſsit ſubterfugere caſus hic effigiem iniuſtitiæ. Quia ſi Ioannes iuſto pretio pro duodecim argenteis emit illa ſingula pondera, quare immutatis rebus, & tempore & modo vẽdẽdi immutatis, quod Ioannes emit pro duodecim vendit Petro pro quatuordecim? Si autẽ iuſto pretio vendit Petro Ioannes ſingula põdera pro quatuordecim, argumentũ eſt illa emiſſe Ioannem minoris iuſto pretio, quando emit illa pro duodecem tantum.

*Reſpon.*

¶Igitur reſolutorie dicitur ad caſum reſpondendo per diſtinctionem, ſcilicet, ꝙ dupliciter potuit iniri iſte contractus. Primo, vt Ioannes tanquàm ſolicitator Petri, & in nomine Petri, emeret prædicta caſeorũ pondera. Et ſic dum iuſto pretio ea emerit pro duodecim argenteis, quia non propter anticipatã ſolutionem minoris ea emit, niſi excedens ſit ſui laboris merces, pro cõgerenda tãta copia caſeorũ, iſti duo dicti, argẽtei ſuper erogati ſibi à Petro pro ſingulis põderibus: iuſte poteſt accipere, illos accipiendo pro ſingulis. 14. Si autem in hoc caſu Ioãnes propter anticipatã ſolutionem ſingula pondera caſeorum à paſtoribus minoris iuſto emit paſtoribus reſarcire habet, quia minoris emit, & non Petrus, quando id nõ debuit ſuſpicari de Ioanne, nec id ei ſuaſit, ſalariumq; duorũ argenteorũ pro ſingulis ponderibus, ſi iuſtũ ſit arbitrio bonorũ virorũ, & in hoc caſu iuſtè reportare poterit Ioãnes, quia pro ſuo labore ſibi debetur. ¶Si autem Ioannes non in nomine Petri, neq; vt ſolicitator Petri, ſed nomine proprio emit prædicta põdera caſeorũ ſingula pro. 12. argẽteis, ſtatimq; pro. 14. vendit ea Petro, vel alteri nullo adhibito labore cuſtodiendi, cũ etiã nõ ſuppetat. Illa mutatio tẽporis, vel loci, neque formæ mercis, vel aliter, nõ eſſet iuſta vẽditio, cũ lucro ſtatim parto. 2. argenteorũ pro ſingulis. Ita Sylueſt. verb. Emptio. q. 10. & ſecundũ doctores qui in hoc caſu loquuntur, quando Ioannes non vt ſolicitator, vel adminiſtrator Petri negociatur; quod Corduba notatu neceſſarium cenſet pro alijs pluribus ſimilibus caſibus.

*Sylueſt.* *Nota pro alijs caſibus.*

## CAP. CCXXII.

*An ratione aſſecurationis mutui liceat aliquid exigere; Et an tradens pecuniam ſocio ad negociandum poßit paciſci, vt ſaluo capitali aliquid lucri ſibi reddatur.*

*Quæſtio. An pro aſſecur. mutui. lic. aliquid accipere.*

QVoniã omnes modos, quos negotiatores comminiſci poſſunt, quibus ſibi in mutuationibus, vel venditionibus ad creditum aliquid lucri expiſcari poſſe autumant, indagare nobis eſt cordi: ideò & de hac quæſtione hic meminiſſe oportet, vtrũ ratione aſſecurationis mutui, vel pretij ſperati, liceat aliquid mutuatoribus, vel venditoribus ad creditũ exigere. Et tandẽ quo magis innoteſcat id, de quo quæritur ſic in particulari proponitur caſus, vtrũ ſit vſurarius contractus qui fertur frequenter contingere Hiſpali, vbi, ſi aliquis mutuat pecuniam volenti eã trãſferre per loca periculoſa paciſcitur cũ mutuatario, vt aſſecuret ſecũ illã mutuatam pecuniam, pro taliq; aſſecuratione aliquid vltra ſortem reddat.

*Obiectio.*

At ratio dubitãdi eſt, quia iſta aſſecuratio eſt appretiabilis pretio: quare ergo pro ea in hoc caſu aliquid vltra ſortem accipere non licebit? Igitur per has duas ſequentes concluſiones facimus ſatis quæſtioni.

*Concl. 1.*

¶Prima igitur cõcluſio ſit; Siquis hac conuentione pecuniã mutuat: volenti eã tranſferre per loca periculoſa, vt ſecũ illius pecuniæ contractũ aſſecurationis cõtrahat, & pro tali à ſe præſtita aſſecuratione, aliquid vltra ſortem exigit, vſuræ labe non caret. Hæc cõcluſio eſt Soti, Caietan. Metinæ, Sylueſt. Et patet, quia in hoc ſenſu interpretantur cap. illud

*Sotus. Caietan. Metin. Sylueſt.*



*De vſur.*

illud celebre nauiganti. de vſur. Vbi diffinitur, quod qui nauiganti cum iſto prædicto pacto mutuat pecuniam, vſurarius eſt. Nauarrus licet fateatur in commento de vſuris hunc ſenſum Soti. Caieta. Sylueſt. modernorũ eſſe ſenſum, in quo hunc textũ interpretãtur, & hunc ſenſum licet concedat eſſe verũ; tamen eũ refutat, quatenus illius capitis ſenſus eſſe germanus aſſeritur. Cõcedit inſuper hanc noſtrã concluſionẽ eſſe verã.

*Ratio.*

Et patet; quia iſtæ pecuniæ mutuator ratione mutui, mutuatarium aſtringit ad ineundum ſecum aſſecurationis contractum, quæ oneroſa eſt obligatio: ex qua lucrum vltra ſortem cõtendit reportare: ergo non vacat iſte contractus vſura.

*Concl. 2.*

¶Secunda cõcluſio: Vſurarius eſt etiã qui recipit aliquid pluſquã mutuauit, etiã ſi recipiat in ſe rei mutuatæ periculum. Hæc concluſio eſt Nauarri in commentario reſolutorio de cambijs nu. 1. Vbi ſic ait, quod in hoc ſane ſenſu, & ſub iſto tenore Panormitanus ſummat iſtud caput finale: de vſuris. Et hic eſt proprius antiquus, & verus (inquit Nauarrus) illius capitis nauiganti. ſenſus. Eſtque ſenſus cõformis gloſſæ illius capituli dicentis, quod per ſuſceptionem periculi rei mutuatæ, vſura non tollitur. Sed ſatis perſpectè hic nos admonitos eſſe vult Nauar. ꝙ Gregorius IX. huius textus conditor conſideratè ſatis, non ait, ꝙ iſte contractus ſit vſurarius: ſed tantùm dicit ꝙ cenſendus eſt vſurarius, id eſt, talis præſumendus eſt in foro exteriori; & vt vſurarius puniẽdus eſt ſic cõtrahens: licet aliquando forte in conſcientia vſurarius non ſit. Vt. v. g. in caſu, quo poſtquam abſolutè, & ſine conditione, abſq; ſiniſtra intẽtione mutuauit pecuniã mutuator, non vltroneus, ſed ad inſtantiã, & petitionẽ mutuatarij ſubierit periculum pecuniæ ſic mutuatæ; tunc ratione aſſecurationis iſtius periculi æſtimabilis pretio poterit licite citra vſuram accipere aliquid vltra ſortem. Secus autem eſt, ſi ipſe mutuator ratione mutui mutuatariũ nolẽtem aſſecurare pecuniã, neque ad id paratum velit obligare ad ſecũ aſſecurandum: vt inde aliquid vltra ſortem velit recuperare, vt probauimus in prima cõcluſione.

*Nauar.* *Gloſſ.* *Gloſſat Nauarr. cap. final. de vſur.*

*Quæſtio. An ſaluo capital. poſſ. ſper. lucrum. Variãt doctores Nauar. Maior contra*

¶Accedit & de aſſecuratione alia queſtio ſatis implexa, vtrum aliquis tribuens alteri ſocio mille aureos, vt cũ eis negotietur poſſit conuenire cum illo: vt ſaluo capitali aliquid ſibi lucri contribuat. Et quidẽ Nauarr. & Maior aiunt id ſecluſa fraude, illicitũ non eſſe, fuitq; communis opinio, vt fertur inter Pariſienſes olim celebrata. Eſt tamen opinio hæc affirmatiua contra Victoriam, & Sotũ, & contra pleroſque alios.

*Victor. & Sotum.* *Argum. Victoriæ. 1*

¶Igitur pro parte negatiua probatur, ꝙ nõ liceat. Quia in hoc contractu ratione mutui virtualis illã pecuniam offerens ad negotiationem expetit aliquid ſaluo capitali extra ſortem capitalis; ergo eſt vſura.

*Argu. 2.*

¶Et confirmatur argumento Victoriæ; Quia ibi mercator recipiens illam pecuniam ad negotiandũ poteſt non negotiari cũ illa, ſed illã prodigere, & alijs vſibus mancipare, dum ſoluat capitale: ergo argumentum eſt, quod illam acceperit mutuò ad vſus voluntarios dũ reddat capitale, & aliquid ampli⁹. Quia ſi recepiſſet illam non ratione mutui, ſed negotiationis non poſſet eam expẽdere in alios vſus, ſed teneretur cum ea negotiari: ergo ſi ratione mutui conuincitur illam pecuniam accepiſſe: ſequitur, quod ſit vſura velle ſaluo capitali illius, ex ea lucrũ reportare. Propter hæc argumenta Victoria ait, quod iſte contractus, vbi ſocius contribuit aliquid pro aſſecuratione pecuniæ, quã tradit ſocio ad negotiandũ, vt ſecura & ſalua ſibi reddita, aliquid vltra reddatur, eſt periculoſus, & dans occaſionem vſuris. Et parum differt iſte contractus à mutuatione cum lucro. Et ſolum videtur differentia metaphyſica, & non realis, neque moralis, dicere, quod talis non dat pecuniam mutuo, ſed ad negotiandum, poſtquam nullam patitur iniuriã, nec ſua cenſet referre eam dans, ſi ſocius eam diuertat à negotiatione, vel non, dum ſoluat aliquid lucri ſaluo capitali.

*Victoria.*

*Argu. in contra.*

¶Sed in contrarium eſt, quod in iſto contractu implicitè continentur tres cõtractus liciti, ergo ſic contractus eſt licitus, vtpote conſtans ex tribus contractibus licitis. Illatio videtur nota, quia licitum eſſe videtur, quod ex licitis conſtat. Et antecedens probatur; quia. v. g. ſi contraham cum Petro dicẽs; En tibi trado mille ad iacturã, & ad lucrũ ꝑ negotiando, veruntamen, en tibi dabo quinquaginta pro aſſecuratione horum milliũ, aſſecurato illos mihi, rurſus, quia ex mille his aſſecuratis à te ſpero me obtenturũ cẽtũ pro lucro, deductis expenſis, & deducendis, en tibi pro aſſecuratione facta illorũ milliũ, ex his centum lucrifaciendis repẽdo. 50. Dabis ergo mihi poſtea ſaluo capitali, quia aſſecuraſti illud pro. 50. reliqua. 50. pro lucro. Omnes iſti cõtractus ſunt liciti, quia primus eſt contractus ſocietatis ad negotiandum. Secundus contractus eſt aſſecurationis capitalis pro pretio iuſto, id eſt, pro. 50. qui cõtractus eſt etiam licitus. Tertius eſt venditio lucri

cri pro. 100. ex quibus ꝑ aſſecuratione perſoluo. 50. qui eſt etiam licitus. Ergo omnes iſti contractus ſunt liciti. Quod autẽ implicitè iſti tres contractus contineantur in contractu Quæſtionis, patet; quia perinde eſt, omnes hos feciſſe contractus, ſicut dixiſſe. Accipe mille ad negotiandum, ex quibus dabis mihi quinquaginta ſaluo capitali; quia idem effectus reſultat, ſcilicet, acceptio. 50. pro mille traditis ad negotiãdum ſaluo capitali.

*Concl. 1.* ¶Igitur pro reſolutione quæſtionis ſit prima concluſio; Si omnes tres prædicti cõtractus fiant cũ diſtinctis perſonis contrahẽtibus nulla committitur vſura. *Caietan.* Hæc concluſio eſt Caiet. in opuſ. 19. Reſponſionum reſpon. 11. Eſt omnium: & patet, quia omnes illi tres contractus ſocietatis, & aſſecurationis capitalis pro pretio, & venditionis lucri per ſe ſumpti ſunt liciti: ergo initi cũ diſtinctis perſonis erunt liciti; quia facti cũ diſtinctis perſonis non ſe deſtruunt inuicem, aut interimunt.

*Concl. 2.* ¶Secunda concluſio: Omnes iſti tres contractus ſi bona fide fiant cum eodem, diſtinctis temporibus, non eſt vſura. Hæc eſt Caietan. *Caietan.* Vt v.g. Si Petrus contulerit mille Ioãni ad negotiandum, deinde Petrus quærens aſſecuratorem offerat ſe Ioannes dicens, ſi tradideris mihi aliquid pro aſſecuratione, ego horum millium periculum ſubibo, ſaluos tutoſque tibi reddam; tum ſi etiã Petrus quærens emptorem veriſimilis lucri ex mille ſic aſſecuratis negotiationique expoſitis, idem Socius Ioannes, qui mille hæc receperat dicat: ego tibi pro veriſimili ſperato lucro tantum tradam. *Caietan. Nauarr. Metin.* Et probatur hæc cõcluſio, quæ eſt Caiet. lib. 17. Reſponſionũ reſponſ. 11. quæ eſt Nauar. ſum. latin. c. 17. num. 256. eſt Metin. in ſua inſtruct. confeſſ. §. 27. de contract. ſocietatis, fol. 148. Vbi Metina videtur approbare iſtũ contractum etiam ſi fiat cũ eodem ſocio, & in eodem tempore, & ſimul contra Caiet. quem ibi citat, qui ſimul in eodẽ tẽpore ſic tres hos contractus inire poſſe non concedit. *Prob. 1.* Probatur hæc concluſio. Primo ratione Metinæ; quia id lucri ſaluo capitali, quod in hoc caſu percipitur, non percipitur ratione tantum contractus ſocietatis, ſed aliorum duorum contractuum ibi interuenientium cauſa, ſcilicet, ratione aſſecurationis capitalis, & venditionis veriſimilis futuri lucri.

2 Et ſecundo patet; quia non debet eſſe peioris conditionis, ſocius recipiens illa mille ad negotiandũ, vt non poſsit, ſi velit hos inire contractus cum ſibi tradente illa mille, quam alij diſtincti, cum quibus iſtos cõtractus aſſecurationis, venditionis lucri licet inire. Ergo ſi poterant iſti cõtractus iniri cum tertio, ergo cum eodem. *Sent. Ioã. à Peña.* At Peña in ſcriptis, quæ nomine eius circumferuntur, hanc concluſionem Caieta. ſpeculatiuè dicit eſſe veram, & poſt factum tolerandam: ſed oppoſitam Soti moraliter, & practice eſſe ſequendam; & præcipuè ante factum conſulẽdum eſſe ne fiat. Quia illi tres contractus cum eodem ſocio initi videntur ſe inuicem interimere, & manere lucrum cum vſura, ſeu mutuum, cum lucro, palliarique vſuram.

*Quæſtio. An iſti tres contractus ſimul & ſemel lic. cũ eodem.* ¶Sed quid, ſi illi tres contractus fiant cum eodem ſocio, & ſemel pro eodem tempore. Reſpondetur, quod quæſtio hæc maiori cõiuncta eſt cum ſcrupulo, cuius affirmatiuam nec ipſe Caieta. auſus eſt concedere. *Nauarrus affirmat contra Caietan.* Tamen Nauarrus loco ſupra citato cum ſuo Maiori in. 4. diſt. 15. quæſt. 49. concedit hos tres contractus poſſe fieri cum eodem ſocio, & in eodem tempore. Et addit ex mente Maioris, & ſua non ſolum illos tres contractus cum eodem ſocio poſſe iniri formaliter, & explicite eos, ſcilicet, expreſſe per verba contrahendo, ſed etiam æquiualenter, & implicitè. Vt ſi quis negotiator publice proteſtaretur ſe paratum ad accipiendum pecuniam, à quocunque volente illam cõferre in ſocietatem cum pacto de aſſecuratione ſortis ad rationem. 4. pro. 100. & lucri certi, ſcilicet. 4. pro 12. incerti lucri. Ita quod ex lucro incerto veriſimili, ſcilicet. 12. venturo ex cẽtum expoſitis, accipiat. v. g. pro aſſecuratione ſortis. 4. & quatuor pro certificando lucro, & conſequenter nõ teneatur reddere niſi. 4. Et poſtea alius ſciens hanc proteſtationem confert ei centum dicens, ego confero tibi centũ in ſocietatem negotiationis cum ſecuritate ſortis, & redemptione lucri incerti iuxta proteſtationem tuam. *Probat Nauarr.* Probat hoc Nauar. ex capit. per veſtras de donatio. inter vir. & vxor. ſic noue inducto. Vbi Papa iubet vt viro vergente ad inopiã, dos deponatur apud aliquẽ mercatorẽ, quo ex parte lucri honeſti onera matrimonij ſuſtentet. Et ita intentio Papæ fuit, vt dos ſalua ſeruaretur: ſiquidem ob hoc iubebat à marito auferri. Et ita videtur Papa noluiſſe, vt ad lucrum & periculum mercatori traderetur; quia hoc erat eam periculo obijcere. Voluit item inde certum aliquod lucrum prouenire ad matrimonij onera ſuſtinenda. At vero hæc duo fieri nõ poſſunt ſine aſſecuratione, & lucri incerti pro certo redẽptione. *Probat. 2.* Probat etiam ſecundo hoc Nauarr. ex eo, ꝙ ſibi relatum eſt in multis locis Galliæ, & in aliquibus Italiæ partibus, & monti



bus idem ſeruari, quòd eccleſiæ, viduæ, & pupilli more antiquo conferebãt ſuas pecunias mercatoribus, quo quatuor ſecura pro centum in ſuam ſuſtentationem lucrarentur, Quæ cõſuetudo defendi nullo modo poteſt *Ioã. Andre.* per intellectum Ioannis Andreæ, & aliorum cap. per veſtras. Dicentium, ſcilicet, quòd in fauorem eccleſiarum, & pupillorum, & viduarum cum illo lucro mutuari poterat. Quia eſſet vſura: quæ etiam neque ad redimẽdos captiuos admitti poteſt cap. ſuper eo de vſuris. *De vſur.* Nec alio modo defendi poteſt, quam dicendo, quod exordiũ cepit ab hoc ſocietatis modo, quod ſit cum ſecuritate, & redemptione lucri prædictis, & continuata fuit vſque ad illud tempus. *Explic. Nauar. ſuam ſent.* Cuius coniectura eſt, quòd vix tertiam partem lucri veriſimilis, quòd ſibi pro ſua rata regulariter obuenire poſſet accipiebant. Nam ſecundum Nauarrum veriſimile lucrum ex centum erat ad minus duodecim, vel quindecim, & non recipiebãt, niſi quatuor pro centum, quod ſignificat illos reliquas duas partes pro ſecuritate huiuſmodi, & redemptione dubij lucri pro certo relinquere. ¶Intelligit autem Nauarrus, vt ipſe ait, hoc non fore condemnandum, ſi ceſſet omnis fraus, & ſimulatio, vt coram Deo formaliter, vel æquiualenter illi tres contractus veri fiant. Et optat vt epiſcopi, & ſaltem pontifex maximus prædictam conſuetudinem eſſe iuſtam declararent, eò quòd præſumendum ſit, quod in terris, in quibus à tempore immemoriali inoleuit, habuit huiuſmodi originem licitam, & ita bona conſcientia ſeruari poſſe videtur. Monitis præſertim pecuniam deponẽtibus, & depoſitarijs, vt tres prædictos cõtractus faciãt, vel habeant pro factis. Pro quo etiam facit, quòd conſuetudo immemorialis facit præſumi titulum requiſitum ad eius valorẽ cap. *De verb. ſignifi.* ſuper quibus. de verb. ſignific. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æſtiuali.

¶At iam ne defatigatũ detinuerim lectorem ſententias aliorum recenſendo tantum, meam quoq; (quãuis ſim perexigui ingenij) ſtatuere oportet. Si quomodo forte poſsim, ꝙ opto, ſcilicet, magis accedẽdo ad mediũ veritatis, inter hos doctores per aliqualẽ cõcordiã mediare. ¶Igitur deprehẽſis principijs, quibus ij doctores ſuas fulciũt opiniones, videor mihi per hoc à me aſſerta poſſe aliqualẽ reſolutionẽ mediam inſinuare. *Sententia autoris. Dictũ. 1.* Dico ergo primo, ꝙ qui ex ſocietate ſuã pecuniã nõ exponẽdo periculo lucrũ contẽdit ſibi parare contractũ illicitũ cõtrahit. Ita Sotus de iuſtitia & iur. quia talis nõ eſt ſocietas, ſed vere mutuum, quandoquidem tranſlatio periculi pecuniæ in ſocium, præſertim ſine pretio aſſecurationis, mutuum arguit, quia per periculi ſuſceptionẽ videtur ſocius eam recipiens eius fieri dominus: quare ſibi debet fructificare: quia qui ſubit incommodum periculi, debet & ſubire & lucri commodũ. Secundo dico: Licet ſecurior ſit cõtractus (ſeu vt rectius dicam minus periculoſus) quando prædicti tres contractus diuerſis temporibus, & ſucceſsiue fiunt cum eodem ſocio, quã cũ fiunt cũ eodẽ ſimul, & ſemel: & minus periculoſus adhuc ſit quando cum eodẽ fiunt formaliter, & expreſſe eodem tempore, quam quando fiunt implicite, & æquiualenter; & in his modis contrahendi magis, vel minus ſit aliquid ſcrupuli & periculi: tamẽ ſi talis cõtractus etiã cum eodẽ ſimul, & ſemel fiat formaliter, & expreſſe cõtinens illos tres cõtractus, qui ſunt expoſitio ad negotiationẽ pecuniæ. Secundo, eius aſſecurationis contractus pro pretio iuſto, & tertio venditio lucri veriſimilis pro certo non eſt damnandus, ſi vltra hoc fiat cũ his cõditionibus. *Conditiones iuſtificat.*

1 Prima, ꝙ per expoſitionẽ pecuniæ, quã exponit negotiationi velit obligare ſocium illam recipientem ad cum illa negotiandum; quia alias nõ ex negotiatione, ſed ex mutuo ſuæ pecuniæ cẽſeretur velle lucrũ, quia tunc non eſſet contractus ſocietatis ad negotiandum: ſed cõtractus mutui. Et hæc potiſsima eſt, & maxime obſeruãda conditio.

2 Secũda conditio eſt, ꝙ non multum, ſed perexiguũ lucrũ velit reportare, vt quatuor pro cẽtũ, quod videtur fuiſſe receptum, vt ait Nauarrus vſu antiquo.

3 Tertia cõditio eſt. Vt tales contractus aſſecurationis, & redẽptionis lucri fiãt ad inſtantiã ſocij recipiẽtis pecuniã, taliterq; volũtarius ſocius hos cõtractus cõtrahat: vt vltroneus accedat, & non ratione pecuniæ ſibi datæ ad negotiandum. Quia alias ſi ſic ſibi non daretur, videtur ad iſtum ſecundum & tertium contractum accedere quaſi coactus: quia tunc quaſi ratione virtualis mutui videretur illas obligationes ſubire coactus. *Limitat. opinio Nauarr. Metin. Caietan. Sotus.* ¶Iſta igitur cõcluſio Nauarri ſic per me limitata puto, ꝙ ſecurior & tolerabilior fieri poſsit: Cui accedit Metina loco citato; cui accedit quoque Caietanus. Porro cum his conditionibus ei (vt credo) ſubſcriberet quoque Sotus. Nam iam per primam conditionem eius effringitur potiſsima obiectio, & ratio, qua nitebatur in contrarium. *Satis fit obiectioni Soti.* Quia iam cum obligatione negotiandi, & non alias illa pecunia recipitur à ſocio; ideo non

non licet arguere, quòd eſt mutuum. Quia de ratione mutui eſt, (quia ex meo fit tuum, quod tibi mutuo) quod tanquam de re per mutuum facta tua poſsis pro libito non negotiari, ſed eam ludere, vel in alios vſus diſtrahere. Neque licet arguere, quod ratione contractus ſocietatis ſaluo capitali (quod non licet) velit expetere lucrum. Quia bene ait Metina non ratione contractus ſocietatis tantum expetit illud modicum lucrum; ſed ratione contractus aſſecurationis, pro quo ſoluit; & ratione vẽditionis lucri veriſimilis pro minori certo.

*Satis fit aliæ obiectioni.*
*Metin.*

¶Neque licet iã arguere, vt arguebat Sotus, & Victoria in contra, quod ratione ſuſcepti periculi à ſocio, ſocius fit dominus abſolutus illius pecuniæ, ac per cõſequens, quod nõ contractus ſocietatis eſt, ſed mutui. Quia bene & iuridice ad hoc reſpondet Nauarrus quòd ſuſceptio periculi pecuniæ poſitæ in negotiatione non transfert dominium abſolutum, quaſi per mutuum in ſocium eam recipientem, & pro pretio aſſecurantem eam. Quia poteſt tradens illam, illum compellere, vt negotietur cum ea: & cum hoc onere trãsferre poteſt: quod quidem onus nuſquã imponitur in mutuo. Sed quia conditiones hæ parum curantur, res eſt intolerabilis, & plena periculis talis contractus.

*Solutio ad argum. Soti & Victor.*
*Nauar.*
*Reſolutio vltima.*

¶Porro talis eſt etiam contractus Italiæ, vt fertur vſitatus. Vbi pro certa quantitate pecuniæ, quæ ſalua poſtea reddenda eſt, quã quis tradit hoſpiti ſuo, ab eo recipit ſuſtentationis alimenta ſalua ſibi ſua ſorte. Illicitus eſt contractus, quandoquidem prædictæ cõditiones non obſeruantur, neque attenduntur. Et inſuper pecunia ſic tributa eſt perexigua ſumma, & alimonia, quæ inde ea ſalua ſumitur, reputatur vt magnum lucrum. Et per has cõditiones hic commemoratas argumentorum, quæ Victoria & Sotus aduerſus excogitarunt, quæ in principio fuere poſita, manet vis eneruata, ita, vt alia ſolutione non egeant.

*Coroll. de contractu vbi datur ſuſtẽtatio ſalua ſorte in Italia.*
*Hinc patet ad argum. Sot. & Victor.*

## CAP. CCXIII.

*An mutuãs mutuatarium licite poſsit obligare ad ſecum mutuum aſſecurandum; Et de cõtractibus aſſecurationis nauium, & vitæ hominum.*

*An mutuans poſsit aſſecur. mutu.*
*Dictũ. 1.*

Complenda quia nobis eſt materia hæc de aſſecuratione, quæ ſemel diſputari cæpta eſt, diſſoluenda nobis hic ſunt nonnulla occurrentia dubiola. Et primum omnium dicimus, quòd mutuantem obligare mutuatarium obligatione ciuili, vt ſecum aſſecurationis contractum conficiat ſuper pecuniam ſibi mutuatam, res eſt, quæ vſura non vacat: quia ratione mutui, expetit illam obligationem pretio æſtimabilem. Secundo; quia ſecundum Sotum de iuſtitia & iure, libro ſexto quæſtione ſeptima, articulo vnico non ſunt hic miſcendæ vafricies, & impoſturæ, quæ in alijs contractibus vſu euenire ſolent, quia primo iniuſtiſsimus contractus eſt, ſi is, qui in bonis nihil habet, periculum nauis velit in ſe ſuſcipere, hac ductus ſpe, quod ſi ſalua fuerit, inde habebit mercedem; ſin autem perierit abdet ſe fugiens, aut bonis cedet; iniuſtiſsimus eſt; poſt quã reuera nulli ſe exponit periculo; atque adeo contra iuſtitiam mercedem poſtulat. Ita Sotus. Deinde tenuit hoc Victoria, adijciens, quod de facto iſte nullã præſtat ſecuritatem. Vnde ſicut vacans ludo, qui nihil poteſt perdere, nihil ſubinde poteſt ex ludo lucrari: ſic prorſus aſſecurans nauim pro mercede, cum nihil habet in bonis, quod poſsit perdere, neque illã mercedẽ poteſt lucrari, contra alios dicẽtes ꝙ, quia poteſt pro tali aſſecuratione carceri tradi, & quia veniens ad pinguiorem fortunam, tenetur nauim naufragio pereuntem ſoluere; ideo poteſt mercedem non reſtituere. Sed reſpondit frater Ioãnes à Peña, quod ratione delicti, & fraudis in ſic aſſecurando commiſsi mancipari poteſt carceri; & ratione damni tenetur veniens ad pinguiorẽ fortunam damnũ reſarcire. Sed ego dico, quod quia naufragium paſſo parum reſtaurationis affert ſuum fraudulentum aſſecuratorem carcere detineri; & talem fraudulentum aſſecuratorem peruenire ad tam piguiorem fortunam poſtea, vt tantum damnum naufragij nauis poſsit reſarcire integre: valde accidẽtariũ eſt; ideo iniuſtiſsimus eſt aſſecurator, eſt, teneturq; mercedẽ ante ſolutã reſtituere.

*Sotus.*
*De aſſecu. Nauarr.*
*Impotens non pot. aſſecur. Victoria.*
*Sententia autoris.*

¶Sed quid, ſi aliquis aſſecurator ſolum habet in bonis. 500. aſſecuratq; 1000. in ſalua naui pro mercede. 100. ſibi oblata, an poſſit illa. 100. pro mercede aſſecurationis ſibi expoſcere. Et videtur quod non, quia non ſuppetit ſibi in bonis, niſi vnde ſolam dimidiam iacturam rei aſſecuratæ ſoluendo eſſe poſsit. Igitur ad caſum probabilius dicitur, quod tunc, ſiue merces aſſecuratæ ſint collocatæ in pluribus nauibus ſiue in vna, non poteſt recipere pro mercede aſſecurationis, niſi partẽ mercedis pro rata bonorũ, quæ ſibi ad aſſecurandum, hæc bona aliena ſuppetebãt: quia dãtur iſta pretia pro aſſecuratione mercium: ac ſi eſſent in vna naui; ita quod idem repu-

*Sed quid ſi quis vltra facult. aſſecur.*



reputatur. ¶Sed certe licet ſic videatur diffiniri in quibuſdam ſcriptis quæ circunferuntur nomine fratris Ioannis de la Peña; ſed probabile etiam (vt ipſe fatetur) apparet ꝙ ſi merces ſint cõſtitutæ in pluribus nauibus, & in vna naui pereat medietas mercium, alia medietate in alia naui, non pereunte, & manente ſalua, licet ſecuritatem præſtans, ſolũ haberet in bonis ad perſoluendam medietatem poſsit mercedem pro rata ſaluatæ medietatis percipere; neque de hoc multum dubitatur. Imo aliqui dicunt, quod, quia nõ eſt probabile, quod ſimul, & ſemel plures naues pereant, poſsit tunc integram recipere mercedem ſi ſaluæ fuerint. Sed hoc nõ reputo verum. Quia non obſtante hoc, de facto non habes in bonis niſi. 500. niſi quoad medietatem, erga merces valentes mille, ſecuritatem de facto præſtat: licet probabile fuerit quod ſimul, & ſemel plures naues nõ pereant; & quia tunc tãto minus mercedis pro hoc meretur, quanto minus eſt periculi.

*Ioann. à Peña.*
*Refutatur iſta opinio aliquorũ.*

¶Sed etiam hic inquiri conſueuit, vtrum qui in ſe recepit pro mercede periculum nauis nauigantis ad vnum portum, ſi poſtea dirigit curſum ad alium, vbi ſubijt naufragiũ, vel ſi onuſtæ mercibus nauis periculũ in ſe ſuſcepit, poſteaque miſſa cum ſit vacua, in ſcopulos cum impegerit perijt, teneatur iacturam illius ſoluere. ¶Sunt qui in primo caſu concedunt, cum Soto loco citato, quòd ſi dominus nauis nauim ad alium portũ minus fidum dirigit, quam ad illum, qui fuerat in contractu aſſecurationis expreſſus, ſuſceptor periculi ei de iactura nauis, nõ tenetur, quæ omnia in contractu debent liquere.

*Quæſtio. Quid ſi nauis aſſecura. ad vnũ portũ dirigatur ad alium.*
*Sotus.*

¶Tandem in ſecundo caſu, ſine diſtinctione ſolent aſſerere, quod talis nauis vacuæ miſſæ pereuntis, iacturã non tenetur ſuſceptor periculi, ſeu aſſecurator illius reſarcire. Tum, quia ſi iſte præſtator ſecuritatis illud ſciret, nuſquam illum contractum iniret, timẽs nõ fore tantæ curæ, nauigatori ſeruare nauim vacuam præſertim putridam, quia maior cura ſolet adhiberi, quando nauis eſt onuſta mercibus. Quin vero timenda eſſet fraus, ne conſultò eam ſubmergi fineret, vt lucraretur. 20. millia iam aſſecurata. Verumtamen nos cum Soto hoc dicimus eſſe verum, quando dominus nauis deciperet aſſecuratorem abſentem à portu, dicens eſſe onuſtam mercibus, cũ vacua eſſet tranſmittenda. Cæterũ in caſu, quo non eſt deceptus ſic aſſecurator, ſed ſciens, prudenſq; id fecit, tenetur iacturã nauis, quã ſciuit vacuam reſarcire, ſi pereat. Quia cõtractus hic eſt veluti genus quoddã vadiationis, ſeu depoſitionis. Quia eodẽ modo depoſitũ poſſent facere, ſeu vadiationẽ alij, ad quos ſalus, vel ſubmerſio nauis nihil attinet, dicẽdo, ſi ſalua ad portũ applicuerit dabo tibi cẽtum, ſin minus dabis mihi mille.

*Quid ſi nauis aſſecurat. miſſa eſt vacua.*
*Sotus limitat ſententiã.*

¶Ex prædicto dubio, & aliud quoq; pullulat, an contractus iſte aſſecurationis ſit licitus in alijs quoque rebus, quam in mercibus. Nã ſunt quidã, vt refert Syluest. verbo. negotiatio. §. 4. qui negant poſſe quẽquam aſſecurare alterius vitam. Nã poſſet ſubeſſe periculũ, vt alter, cuius intereſt, optaret eius mortem. Reſpondet Sotus loco citato; quia hic non agimus de contractibus, quatenus ex mala intentione admixta, vel circunſtantia ſunt contra charitatem, ſed quatenus iſti contractus ſunt vſurarij, & contra iuſtitiam: dicimus, quod talis contractus aſſecurationis vitæ ex ſua natura, & ex obiecto ſemper iuſtus eſt: & talis manet, licet mala admiſceatur circunſtantia. Imo interdum in republica proficuus eſſe poterit, vt ibi exemplificat Sotus in caſu, quo filiusfamiliàs ex me mutuum petit. Qui ſi præmature prius parente ſuo mortem obierit, mihi non ſoluet: ſi autem fuerit ſuperſtes, in tuto ſunt mei nummi, vererer mutuare illi: niſi mercator aliquis accederet, qui vitam illius filijfamiliàs ſecuram faceret. Eodem modo licet aſſecurare quid incertum, quod eſt euenturum, ſcilicet, quod erunt terræ prouẽtus vberes, quod naſcetur prægnãti filius maſculus, & ſimilia. Sed tandem aduertito, quòd quia fideiuſsio quodammodo quidam modus eſt aſſecurationis, licitum eſt fideiuſſori, pro obligatione, fideiubendi, aliquid moderatum accipere à debitore vltra ſortem, ſi eam pro eo ſoluerit, ratione obligationis, qua ad ſoluendum ſe pro illo obijcit ſine nota vſuræ. Quia hic non eſt mutuum, quia fideiuſſor nihil recipit à debitore, quod ſit ei redditurus. Sed nõ licet pro ipſa virtute fidelitatis, ſeu veritatis, qua promittit ſe defectu debitoris ſoluturũ, aliquid recipere. Neque etiam licet, ſi adſit fraus, vt quando talis fideiuſſor conuenit cũ creditore, ne credat ſine fideiuſſore, vt ex hoc fideiubendo lucretur aliquid; quod pro culdubio dolum innuit.

*An vita aſſecurari poſsit.*
*Reſpon. Sotus.*
*Contract. aſſecur. vitæ proficuus aliquando.*
*Exempl.*
*Pro fideiuſsione poteſt aliquid recipi.*

## CAP. CCXXIIII.

*De vſura ratione anticipatæ ſolutionis; Et de reuenditoribus cõgerentibus merces maxime triticum: & annonam; Et de quibuſdam caſibus prætactis à Corduba in tractatu de caſibus conſcientiæ.*

*Quæſtio. An emi minoris poſſ. trit. anticip.*

QVoniam omnes peſsimos modos vſuræ, ad eos ſuggillãdum venari contendimus: iam nunc de eo modo vſuræ, quæ in emptione anticipata ſolutione cõtingit ediſſerere paramus. Nec enim (& ſi de anticipata ſolutione lanarum dixerimus ſupra) illic omnia attinentia ad hanc materiam diſcuſſa reliquimus. Quare hic ſpecialiter quæritur, vtrũ qui anticipata ſolutione emit triticum, quamlibet menſuram pro. 7. argenteis, ſi poſtea triticum tempore meſsis tradẽdum tunc valorem. 14. argenteorum obtinuerit, citra culpæ vſuram, illas menſuras tali anticipato pretio minori ſolutas poſsit recipere. At videtur ꝙ certe licitè poſsit: quia talis emptor pro. 7. æquali ſe videtur expoſuiſſe lucrandi, & perdendi periculo. Propter hoc argumentum religioſi profeſſores alterius ordinis approbarunt quendam contractum, qui cum de eo fuiſſem rogatus, circunſtantiaſque omnes illius contractus introſpexiſſem contrariam prorſus tuli ſentẽtiam. Cumque delatus eſſet per viam litis ad regalem audientiam caſus, ibi iuxta meam ſentẽtiam fuit reprobatus. ¶Igitur antequã quæſtionem abſoluamus, quædam præambula prænotamenta ſunt à nobis præiacienda. Primum eſt, quod per leges Caſtellæ, tritici anticipata emptio ad reuendendum eſt prohibita: & etiam pro ſua domo: niſi pretio, quo viginti dies ante, aut viginti poſt ſacrum diem ſanctæ Mariæ Septembris valebit in Metropoli loci, vbi emitur. leg. 13. & leg. 14. legum Matritij anno. 1528. Ita Nauarrus ſumma latin. capit. 17. numero. 223.

*Argum.* — *1. Notamen. Pro emptio tritici prohibita.*

2 Secundum eſt, quod leg. 19. lib. 5. Recopilationis nouæ legum titul. 2. cautum eſt, ne aliqui mercatores, nec etiam conductores frumenti, ſcilicet, tritici, præter agaſones ementes triticum cauſa vehendi illud in alia oppida poſsint ſibi emere triticum ad reuendendum illud. Quod ſi aliqui triticum emerint, cauſa ne deſit alimonia in populis teneantur ſtatim illud exponere venale in illis populis: nec liberum ſit eis gratia reuenditionis, illud recondere in horreis. Sic edicit lex ibi ſub pœna ibi poſita. Et ratio, qua innititur lex eſt, quia ſoliti ſunt huiuſmodi reuenditores per coaceruationem, & reconſionẽ magnæ copiæ tritici, quam præemunt cariorem reddere annonam in populis.

*Recopil.* — *Nota contra reuendit. tritic.*

3 Tertium documentũ eſt, ꝙ magna animaduerſione, & pœna digni ſunt reuenditores Hiſpanice regatones, nuncupati, qui ad publicas ſoliti ſunt egredi vias, cauſa præueniendi aſportantes annonã, & victualia in populos: qui ea omnia emendo, corradere ſolent ad reuendendũ, vt pote qui ex tali præuẽta emptione perniciosi fiunt reipublicæ, quia caritatẽ annonæ ſolent inducere in populis. Ita Victoria: additque eſſe contra leges Hiſpanicas. Atq; ita eſt præſertim ſi contingat in curia. *Victoria.*

A ¶Sed de iſtis reuenditoribus, id eſt, regatones in dubiũ reuocari poterit, an ſemper ſuã hanc exercendo artem peccent, & an tolerandi ſint in republica, & an obnoxij fiant reſtitutioni. Et videtur quod nõ ſint tantopere execrandi: quia præemẽdo magnã vim copiáq; annonæ, & merciũ poſſunt inde cõſulere neceſsitati reipublicæ tẽpore egeſtatis. Nã innocens ille, & ſanctus Ioſephus in Ægypto exemplũ ſimile charitatis & prouidentiæ edidit. Qui omne triticũ in horreis regijs recondidit in Ægypto, quatenus poſtea neceſsitatibus populorum, eorumq; indigẽtijs poſſet ſubuenire. Et quidem in hac quæſtione D. Antoninus ait, non apparere clare, quid ſit dicendum. Syluester vero verbo emptio. teſtatur eſſe valde clarum hoc eſſe iniuſtum. Ac proinde verbo. emptio. §. 10. multa iura coaceruat: quibus docet tales reuenditores à republica eſſe exterminandos. Cui aſſentiunt Alexan. & Nider. de præceptis in 7. præcepto. At Nauar. & Merca. & alij non tantopere eos ſuggillãt; quia in aliquibus caſibus, adiumento poſſunt eſſe reipublicæ. Igitur deciſuri queſtionẽ ſtatuamus pro more Theologico cõcluſiones. ¶Quarũ prima ſit; Si huiuſmodi reuẽditores taliter præemerint merces in quãtitate, puta triticũ tẽpore collectionis meſsiũ, vinũ tẽpore vindemiæ, ꝙ, quia in magna copia eas cõgerunt, annonam, vel merces in republica cariores faciunt, certè & delinquunt mortaliter, & reipublicæ arbitrio boni viri damnum paſſæ damnum reparare tenẽtur in ea, ſcilicet, quãtitate, qua merces in republica carius vt venderẽtur, ob id in cauſa fuere. Hæc eſt Victo. & Nauar. & patet ex regula iuris, quia reſpublica habet ius ad annonam ſibi aſportatam emendum, quo iure eam priuant iſti reuenditores anticipando totius annonæ emptionem. Quare quia cauſam damni dant reipublicæ, iure ei eos ſatisfacere oportet.

*Quæſtio. An reuenditores excuſentur.* — *S. Anton. Syluest. Alexan. Nider reuenditores damnant.* — *Nauar. Mercat.* — *Concl. 1.* — *Victor. Nauar.*

¶Secunda conclusio: Vbi id non eſſet prohibitum per legem, tales reuenditores, ſi ſic in magna copia congerendo merces, emerent eo bono animo, ne dum triticum (vt ſolet) extrahitur à regno, vel à republica, ſuæ domui, & ſuæ reipublicæ alimonia, & prouiſio annonæ deſit, aut ne alimonia, vel annona *Concl. 2.*



nona pereat, cauendo etiam, ne annonam in republica cariorẽ ſic reddant, tum in hoc caſu liberi ſunt à reſtitutione, tum etiam à peccato. Hæc cõcluſio eſt Victoriæ, Nauarri, Innocentij, D. Antonini, Mercati in libr. de cõtractibus: quæ vera eſt, ſi ceſſet ſcãdalũ. Sed tamen egregie Mercatus eos animaduerſos eſſe curat, vt ſtatim dũ perſenſerint defectũ, atque frumenti penuriam in populo, aperiant horrea ſua, vt ille ſanctus Ioſeph fecit ad vendendum pretio iuſto, & moderato tali, ſcilicet, quale communiter curreret in populo, ſi illã copiam tritici non præmiſiſſent. Et hoc ne anxietatem inducant in pauperes, vtque illã euadant ſententiã maledictionis, ſcilicet, Qui abſcondit frumenta, maledicetur à populis. Patet igitur concluſio; quia his obſeruatis, opus eſt prouidentiæ, & charitatis. Nã & egeni, & pauperes ad iſtos tanquã ad aſilum recurrunt ad emẽdum, vel ad eleemoſynam petendum, dũ inopia victus laborant. At admonet Victoria iſtam negotiationem eſſe periculoſam, licet his veſtita circunſtantijs ſit licita: Quia pauci ſunt, qui Ioſephi Patriarchæ antiqui gerant animum & qui non habeant primum in votis, vt tempus ſterilitatis tale contingat quod cariſtiã inducat, augeatque valorem frumenti in dũplo ne dicam triplum. Quia, teſte Syluestro deſiderare aduentum ſterilitatis coniũctum eſt, vt pote contra charitatem, cum peccato mortali. Sed ſi aduenerit iam præter optatũ, gaudere de aucto pretio, ſine alio malo reſpectu, non eſt ſaltem mortale. Cõcludimus ergo, quod licet cum prædictis circunſtãtijs res non ſit per ſe illicita: tamen quia pragmatica ſtat in contrarium; & quia ſubeſt id periculi; & quia ſcandalũ ſolitũ eſt iſtud factũ ingenerare in rebsu publicis, deterrẽdi ſunt iſti negotiatore à prædicta negociatione, quia nõ licet.

*Animaduertit Mercatus.* — *Ratio.* — *Admonitio Victoriæ.* — *Syluest.* — *Reſolutio autoris.*

3 Tertiũ quia perſtat pragmatica interdicens emptionem tritici ad reuẽdendũ Cord. quæſt. 83. tractatu de caſibus conſciẽtiæ proponit hos duos caſus, an ſiquis, vel ex proprijs redditibus, vel prouentibus, vel ex fructibus ex proprijs poſſeſsionibus collectis, pluſquam ſibi neceſſarium frumentũ congeſsit, ſi eam omnem copiam vendat, ſibi, domuique ſuæ tritici neceſſariã alimoniã ab alijs emat, vel ſi ſibi numiſmata debeãtur & in tritico pretio tunc valenti ſoluantur: ſi poſtea illud triticum pretio iuſto currenti maiori vendat, an faciat contra pragmaticã de tritico non emendo ad reuendendũ. Reſpondet ſuccincte; quod in vtroque caſu abeſt peccatum; quia nihil intentatum eſt contra pragmaticam. Quia tales non proprie emerunt ad reuendendũ, ſed ad ſuæ domui prouidendum, neque vẽdere proprium frumentum, vel in pretium alterius debiti ſibi oblatum, & perſolutum frumentum accipere non eſt contra legem, neque contra intentionem legiſlatoris. Quia integrum eſt mihi emere mihi ad meos vſus proprios pro meo victu frumẽtum viliori pretio currenti, vendereque poſt meum frumentum, quod quia præſtantius eſt, maiori pretio dignum eſt.

*Cordub. Quæſtio. An iſti faciant contra prag. de non reuend.* — *Reſpon.*

¶Veruntamẽ hic licet prædicta vera ſint, rogitabit aliquis vtrum contra pragmaticã, exercere hoc genus negotiationis peccatũ mortale ſit? Reſponſum ſibi tale habet is à Corduba loco allegato ſic, quod talis negotiatio non caret peccato: tum, quia eſt cõtra pragmaticam iuſtam editam pro bono reipublicæ, tum, quia eius tranſgreſsio vergit in reipublicæ notabile damnum: ſi ab omnibus non cuſtodiretur. Vbi inſinuat per hæc verba licet non clare talem negotiationem eſſe mortale peccatum, & regulariter, ita credo, maxime, vbi negligitur ſcandalum puſillorum & ſupradictę circunſtantiæ bonæ excuſantes, & tollentes periculum huius negotiationis, non obſeruantur, neque curantur. Quare ibi Cordub. circũſpecte auertit ab huiuſmodi negotiatione puellam nobilem, & pauperem, quæ non habens aliunde vnde ſibi ſubueniret tercẽtos aureos, quos habebat tantũ, huic negotiationi emendi ad reuendẽdum triticum exponere parabat. Tertia concluſio: Licet qui exeunt ad vias ad præueniẽdas merces, eaſque emendas, quando ideo cariores eas faciunt in republica, peccẽt, teneãturque reſtituere, (vt prædictum eſt,) tamen qui ſic merces præueniũt, ſcilicet, piſcatum, carnes, vt eas poſtea præparantes, & cõdientes, ſicut faciũt caupones & piſtores nõ prohibiti emẽtes triticũ, vt inde coquãt panes, quo peregrinis, & hoſpitibus, & reipublicæ egenis, victus non deſit, vt inde ſibi emant præparatos cibos, non peccant. Negotiatio enim eſt, quæ culpa caret. Patet; quia hoc in bonum prouiſionis reipublicæ, & indigentium cedit. ¶Præterea huc non præpoſtere illa aduocatur quæſtio, cuius meminit Corduba. quæſt. 106. de caſibus conſcietiæ, vtrũ fraudulẽtus & vſurarius cõtractus, & cõtra pragmaticam de nõ emẽdo triticũ ad reuendendũ fuit ille contractus. Vbi verbi gratia, Petrus 500. aureos mutuo dedit populo ſuo, hac conuentione, vt inſumerentur in triticũ in pane cocto vendẽdũ, ad ſubueniẽdũ indigentiæ reipublicæ, adhibẽs ipſe expenſas,

*Quæſtio. An peccatũ mortal. ſit reuẽd.* — *Cordub.* — *Sententia autoris.* — *Cordub. rectè monuit.* — *Concl. 3.* — *Quæſtio. An liceat dare triticum inſumendũ in panem coctũ.*

ſas, dummodo ſibi cederet lucrum; videtur A namque pius fuiſſe contractus, quo ſe beneficum exhibuit erga indigentem populum. Nihilominus dicimus, non multum latens in hoc contractu continetur fraudulentia, & vſura. Et primo patet de ibi contenta vſura: quia re vera fuit mutuum. Nam re vera periculum illorum. 500. aureorum tranſiuit in rempublicam populi, vnde ſaluo capitali, expetiuit lucrum. Neque hic lucrum ceſſans habet locum, cum neque cauſa illius perſtiterit, neque etiam, ſi perſtitiſſet, in contractu, illius fuit facta mentio. Sed neque ibi locum habuit ſocietatis contractus mixtus cum locatione & conductione operarum. B Quia cum ſenatoribus populi tradidit pecuniam: neque de hoc fuit actum, neque conditiones ad eum contractum requiſitæ concurrere quia neque periculum illorum. 500. aureorum ipſe voluit ſubire, & lucrum totum ex pane cocto voluit reportare

*Fraus contra pragmatic.*

Conuincitur ergo, quod, quia Petrus prohibitus per pragmaticam non poterat cũ. 500. aureis emere triticum ad reuendendũ, vſus eſt hac vafricie aduerſus legem; ſcilicet, tradere reipublicæ eos, vt inſumerentur in triticum, quod quia nequibat reuendere, conuenit cum rectoribus reipublicæ: vt in pane C cocto venderetur, inde comparaturus ſibi lucrum, quod citra vſuram inde repetere nõ poteſt; quia conuincitur petere illud ex mutuo.

*Quæſtio. An ſenatoribus licet prius concedere popul. vt vend. carius quàm aduenæ. Cordub.*

¶Adhunc quoque locum ſpectat non inepte, & illa altera quæſtio, quã Corduba prædicto tractatu quæſt. 82. diſcutit, an factum ſit indignum illicitumque, atque reſtitutioni obnoxium ſtatutum, quòd obſeruant, ob ſeruarique faciunt rectores populorum, qui eo fine, vt triticum, vinumque populi prius vendatur, & expendatur, interdicunt per interſtitium temporis, quòd aliquod triticum, aut vinum venale aliunde ab extra ad populum tranſuehatur, interim autem pretio à ſe D præfixo, ſuum frumentum, & vinum atque vicinorum populi exponunt venale, cariori tamen pretio, quàm venderetur à ab extra aſportaturis, ſi permitterentur aſportare.

*Reſpon.*

Ad hanc quæſtionem ſuccinctè reſpondet, ſed cordare Corduba dicens, id genus facti, & ſtatuti licitum eſſe, nec fore prorſus damnandum: ſi tamen commodum populi inde reſultans commune maius ſit, quam dãnum, quod inde ſubeunt pauperes. Quod ſi ſecus ſit, illicitum eſſe cenſendum eſt. Igitur

*Gabriel.*

conſulendi ſunt circa hanc quæſtionem Gabriel in. 4. diſt. 15. quæſt. 10. not. 7. & dubio. A 2. & Syluest. tit. emptio. q. 5. q. 6. q. 9. & 10. & 11. & 12. & iuramentum. 4. q. 2. in fine, & Nau. in ſum. c. 23. nu. 92.

*Syluest. Nauar.*

Vbi doctrinam ſubminiſtrant ad hanc quæſtionem diſcernendam; quia quæſtio eſt depẽdẽs ex facto. Quare examinatione diligenti, circa factũ opus eſt; poſt quam ſi adhuc in dubio pendet res, tunc conſuetudo eſt, quæ præualere debet. Tale reſponſum fertur dediſſe. Complutenſis Metina Doctor egregius.

*Metina.*

*Quæſtio. An licet minoris anticip. emere.*

¶Porrò poſt tot incidẽtes quæſtiũculas, quia non ſumus immemores principalis à principio motæ quæſtionis, vtrũ anticipata ſolutione, liceret triticũ, aut merces, aut fru- B ctus minoris emere, iam tandem per hanc reſponſiuam concluſionẽ ad eam reſpondemus.

*Concl.*

Sit igitur reſponſiua concluſio; Licitũ eſt anticipata ſolutione triticum, vel fructus terræ colligendos; ſicut & alias merces emere; ſi tamẽ emptor huiuſmodi, arbitrio boni viri, æquali ſe exponat aleæ perdendi, ſicut lucrãdi. Vt ſi verbi gratia, qui anticipatiue ſoluit. 7. argenteos pro menſura tritici, probabiliter credens tempore traditionis æque poſſe aſcendere, & deſcendere in valore: ſi anticipate ſoluit. 7. pro modio, & poſtea tẽpore meſſis, quo traditur, valet modius. 10. ſine ſcrupulo illum recipit: quando à princi- C pio pro eo ſoluendo. 7. veriſimiliter credebatur, quòd ſicut in valore tempore traditionis poterat creſcere ad. 10. quæ ſunt tria ſupra. 7. ita poterat decreſcere ad. 4. quæ in tribus deficiunt à. 7. Patet; quia iſte à principio in tuto non ſe poſuit.

*Cõtractus ille noua Hiſpan. quare malus.*

Vnde ille alius contractus per profeſſores alterius ordinis aliquos approbatus, merito per conſules regios fuit reprobatus. Quia præterquam quod cõtra pragmaticã nitebatur cõtrahens, quia emebat, vt reuẽderet triticũ, obſeruatis de facto circũſtãtijs temporis, quia graſſabatur inter Indos agrorũ beneficiatores peſtis, & quia ſterilitas tẽporum ingruerat, in tuto ſe collo D cauit lucrandi, & extra aleam perdendi: licet contractus ex forma verborum, & ex tenore ſcripturæ appareret iuſtificatus.

## CAP. CCXXV.

*Vtrum mutuare vetus frumentum, vt poſtea nouum reddatur, vſura ſit; Et vt periculum vſuræ quis in hoc caſu euadat, quid eũ facere oporteat.*

PORrò cum de tritico anticipata ſolutione empto dixerimus, de venditionibus ad creditũ, deq; frumenti mutuationibus, neceſsitas materiæ nos hic quoque habere



*Documẽ. Nauar.*

bere verba compellit. Adijcimuſque cum A Nauarro ſumma Latina hoc notatu dignum documentum cap. 17. nu. 227. ſcilicet, quod licet emptio tritici, aut vini, aut olei, alicuius prædij ante meſſem, vel vindemiam minoris ob anticipatam ſolutionem, quam collecta ſint valitura, ſecundum Panorm. capite. nauiganti, de vſuris numero. 6. vſuraria ſit, & vſuraria non ſit talis emptio ſicut dictum eſt, ſi æquo pretio licet minori, ob periculũ, ſi cui ſubijciuntur emeret leg. fiſtulas. §. frumenta. ff. de contrahenda emptione: tamen in hoc caſu, quo ob periculum minoris emere licet, non intereſt an ematur determinate triticum talis agri, aut vinum talis vineæ, aut B cum facultate deligendi triticum talis agri, aut eligendi vinum talis vineæ, vt libuerit: modo quod æquũ fuerit plus ob illã optionẽ ſoluat. Et ſic quod Gabri. in 4. diſt. 15. q. 2. art. 2. & quod alij ſcribũt intelligẽdũ eſt.

*Panor.*

*ff. de cõtr. emptio.*

*Gabriel.*

*Quæſtio. An licet mutuar. tritic. vetus pro nou.*

¶Iam vero, vtrum in mutuatione frumenti veteris, vt nouum frumentum reddatur, vſura ſit, vſuraque interueniat dicere nos hic locus expoſcit; quia videtur mutuum hoc cum vſura coniunctum eſſe. Nam hac de cauſa mutuantes in Hiſpania male audiunt cum nota nominis infamis, ſcilicet renoueros appellentur.

*In oppoſitum Nauarr.*

¶In oppoſitum eſt, quia Nauarrus ſum. latina cap. 17. nu. 224. in aliquibus C caſibus eos videtur excuſare. Igitur quæſtio vt reſolutione debita non careat, per hæc ſuccincta notabilia reſpondendum duxi.

*Dictũ. 1.*

Primo dicimus: mutuare frumentum tempore collectionis, & meſsis, ſcilicet Auguſti tempore, vt poſtea in Maij menſe, vbi magis valebit, ſoluatur in grano, & non ante eſt vſura: ſi non erat vſque ad tempus Maij, tale frumentum ſeruaturus: & ſic ſeruatum tantundem erat ibi valiturum. Secus ſi erat ſeruaturus.

*Probatur.*

Patet, quia hoc ſtabilitur cap. nauiganti. de vſuris. Vbi dicitur, quòd licet accipere pretium, quod valebit res pro tempore, ad quod erat ſeruanda. Sed in hoc caſu D ſic contrahere non licet non ſeruaturo, nec etiam ſeruaturo, ſi tantum ſuũ triticum, ſicut nouum non ſit valiturum.

2 Secundo dicimus, quod vſura non caret mutuare alicui triticum vetus cum pacto, vt alterum tantũ ſibi recens reſtituat, ſciendo recens melius, & maioris pretij fore, quam ſuum tempore mutui, & ſolutionis. Ita Syluester verbo vſura. 1. quæſt. 17. Ita Nauarrus loco citato. Et maxime dicit hoc habere verum, quando mutuãs mutuatario libertatẽ ſoluendi quãdo libuerit, adimit, & obligationẽ ſoluendi recens frumentũ, pro mutuato vetere impo- A nit; quia tunc ratione mutui recipit lucrum.

*Syluest. Nauar.*

*Quæſtio. An cauſ. vitãdi dãnum licet mutuar. triticũ vetus. Nauar.*

¶Sed quæritur, vtrum ſi mutuans mutuet ſuum triticum vetus pro recenti, non cauſa lucri, ſeu vitandi damnum, ne ſibi corrumpatur, an tunc erit vſura, vel non ſic mutuaſſe. Pro hoc dicimus cum Nauarro, vbi ſupra, nõ eſſe vſuram: ſi principaliter quis mutuet ſuum triticũ, ne corrũpatur, ſi valet vel valebit tanti, vel pluris tempore mutuationis vel ſolutionis, quam triticum recens ſibi ſoluendum.

*Caſus in quibus licet mutuar. tritic. vetus pro recenti.*

¶Quod contingere põt fieri licite in tribus caſibus ſibi à Nauarro memoratis. 1 Primo, quando eſt maior penuria eiuſmodi tritici, quando mutuo datur, ideo tempore B mutuationis magis valet, quam recens tempore meſsis reddendũ; vbi quia eius magna ſuppetit abundantia, minus valet.

2 ¶Secundo, quando quia vetus triticum, ſiccius eſt recẽti, ideo ex veteri ſic mutuato, pluſquam ex recenti pro eo ſoluendo, capit menſura. Tunc mutuaſſe vetus pro recenti, non erit vſura.

3 ¶Tertio etiam vſura carebit ſic mutuaſſe: quando vetus triticum pro recenti mutuatum plus valet, quia ſubſtãtia eius eſt melior, quam ſubſtantia recentis. Imo, vt bene ſubnotauit ibi Nauarrus, non peccaret mutuator tritici veteris, qui faceret pactum, vt plus tritici recentis, quam mutuatum eſt, C reddatur: dum veriſimiliter non valeat pluris illud plus recens reſtituendum, quam vetus cum mutuatur, vel cum mutuans illud eſt venditurus.

*Ratio.*

Patet hoc, quia in hoc nihil lucratur ex mutuo, qui mutuat, neque qui accipit perdit quicquam iuxta communem in dicto capite nauiganti, & capite in ciui. de vſuris, quamuis mutuator vitet damnum, quod ex corruptione tritici euenire poſſet, quod iuſte velle poteſt abſque damno mutuatarij vt recte ait Syluest. verbo vſura. 1. q. 15.

*Syluest.*

¶At licet iſta eleganter ſubnotata ſint à Nauarro: ſed videtur non carere ſcrupulo, quod ipſe hic ait, ſcilicet, quod poteſt mutuans D plus accipere pro tritico mutuato, quam valebit tempore ſolutionis, ſi tempore mutuationis plus valebat.

*Obiectio cõtra Nauarr.*

Quia hoc intereſt inter venditionem tritici expectata ſolutione, & inter eiuſdem mutuationẽ (vt prædiximus.) Quia cum quis mutuat triticum dicẽdo mutuo, eſt reddẽdũ, ſi ſoluatur in pecunia, pretio, quod valet tẽpore ſolutionis. At dũ vẽditur expectata ſolutione, ſi illud triticũ ad tẽpus maioris pretij nõ erat aſſeruãdũ, reddẽdũ eſt eius pretiũ ad valorẽ, quo valebat tẽpore traditionis & vẽditionis. Quomodo ergo Nau. ait, quod mutuãs vetus triticum, poteſt pro eo accipere recens, ſi recens tantundem valeat,

valeat,ſicut vetus mutuationis tempore cũ cauſa accidentis corruptionis futuræ, tempore ſolutionis mutui minoris eſſet valiturum,quam recens quod pro eo expoſcit ſibi reddi. *Pro ſatisfactione.* Igitur pro diſcuſſione quoque huius dubij dicimus tertio,quòd ſi quis mutuat tri- *Dictũ. 3.* ticum integrum,& vtile,& non præfixit tẽpus,quo ſibi ſoluẽdum eſſet,vel ſi præfixit, liberam mutuatario fecit facultatem ſoluendi antea,cum ſibi libuiſſet; ſi tempore, quo illud ſoluit mutuatarius,magis valeat: citra vſuram licite poteſt illud triticum auctum *Sotus.* in valore recipere,quod ex mente Soti diximus ſupra. *Ratio.* Et patet;quia ſicut contingit tũc triticum magis valuiſſe,potuit accidere, vt B minus valeret;ergo ſicut tenebatur mutuator recipere triticum illud etiam diminutum in valore;ita etiam poterit illud recuperare, licet in valore ſit auctũ:quia æquali ſe obie- *Dictũ. 4.* cit periculo,neque ſe poſuit in tuto. Quarto dicimus,quod qui mutuat frumentum vetus,timens eius corruptionem maiorẽ, quia iam in corruptionem tendit,vt nouum ſibi reddatur,etiam ſi non arctet mutuatarium ad ante tempus tale triticum nouum ſoluendum,vſura eſt;quia ratione mutui tritici veteris,imponit obligationem ſoluendi in tritico incorrupto, & nouo. Quinto dicimus, quòd ſiquis timens corruptionem frumenti C veteris,mutuat illud æſtimatum ſuo pretio, quod valet etiam tempore caritatis annonæ tunc venditum,& quod valet tempore mutuationis;ſi ratione caritatis annonæ contingat tunc carius valere non erit vſurarius, ſi paciſcatur, vt tempore ſolutionis reddatur triticum pro pretio, quod tempore mutuationis valebat,vbi ratione penuriæ annonæ carius venibat in foro. Vt ſi tempore mutuationis triticum mutuatum valebat.12.atque tempore ſolutionis modius tritici ex abundantia valet.6.tantum,quod tũc duo modij ſinguli valentes.6.pro vno modio tempore mutuationis valente.12.reddantur, illicitũ D non eſt. Hoc aſſertum eſt Nauarri loco citato & ex eius probatione manet diluta ob- *Ratio tollens obiectionem.* iectio, quã cõtra illũ obiecimus. Quia in rei veritate,in caſu,quo frumẽtũ mutuatur pretio quod valet tẽpore mutuationis,iam æſtimatũ, licet iſte cõtractus in forma effigiem mutuationis repræſentet, ſed in effectu eſt nõ mutuatio,ſed venditio tritici,cũ dilata ſolutione pretij,ꝓ quo pretio,ſcilicet.12.vult emere triticũ ſibiq; ſolui menſurã tritici ad pretiũ,quo valet tẽpore ſolutionis. Vt ſi modius valet tunc ad.6.duo modij,pro vno vendito pro.12.ad creditum reddantur. Vnde, A quia quando triticum iam æſtimatum pretio,quo venditur tempore mutuationis mutuatur,in effectu venditio eſt, naturamque venditionis ſecundũ ius videtur ſortiri; ideo probe conceſsit Nauarrus,quod ſic æſtimatum mutuans triticum,poteſt pro eo recipere triticum tempore ſolutionis tantundem valens,ſcilicet,menſuras etiam plures æquiualentes vni tantum mutuatæ.

¶Adhunc quoque locum pertinet illa quæſtio,an ſit vſurarius,qui anticipata pecunia emit piſcatum viliori pretio,quam in publica auctione ſolet vendi. *Quæſtio. An liceat anticip. emer. piſcat. vilioris.* Contractus eſt paſsim contingens in partibus maritimis, B maxime in regno Galiciæ, vt ait frater Ioſephus in ſuis floribus. *Ioſeph.* Nam Galiciæ, mẽſe Ianuarij voce pręconis venduntur piſces mẽſe Nouembris capiendi: dummodo ſtatim fiat ſolutio,qua ratione piſces multo vilius venduntur,quia ſolutio anticipatur,quidam fieri poſſe affirmant, quia res ſub auctione venditæ vilioris ſolent emi.

¶Igitur reſpondendum cenſeo ad caſum. *Reſpon.* Primo,quòd eſt res vſuraria, ſi quia anticipate ſoluitur,res vilius ematur, (ſiue priuatim ſiue in auctione publica ſit vendita) quã valebit tempore traditionis, ſic etiã dico de emptione piſcati anticipata ſolutione, dum C venditur in auctione,id eſt, almoneda vſura eſt,ſi ideò vilioris ematur, quam tempore traditionis valiturum ſit;ſi emptor ſpem ſuã in tuto ponat, dicens, dabo pro piſcato minus, quã in publica auctione,tempore traditionis valebit. Ita frater Ioſephus. At patet; *Ratio. 1.* quia ſicut venditio carior in publica auctione,facta,pecunia credita,habet rationẽ mutui,vnde proſilit vſura; ita & vilior emptio facta in auctione publica, ratione anticipatæ ſolutionis,habet rationem mutui. Quia perinde eſt,ac ſi illud vile pretium anticipate ſolutum mutuaſſet,pro valore piſcati reddendi magis tempore traditionis valentis. D Patet;quia auctio publica naturã cõtractus *2* nõ mutat cũ cõtractus extra talẽ auctionẽ, etiã eſſet vſurarius. *Exempl.* Sicut etiã emens fructus vinearũ,ſiue ſegetes ſequentis anni,aut præſentis vili⁹, quã ęſtimãtur hęc valitura,quia anticipatur ſolutio:niſi taxetur pretiũ veriſimiliter tempore traditionis futurum, vſurarius eſt, vt prædiximus. Niſi forte emptor (quod modo addimus) rogatus ratione lucri ceſſãtis,ſi ex tali emptione ſibi lucrũ ceſſet, quia in alijs mercimonijs lõge maioris lucri deſtinarat ſuam præoccupare pecuniã vilius emat. Si tamen in hoc caſu cæteræ conditiones ad iuſtificandum lucrum ceſſans con-



*Conſilium bonum ne renouero quis appelletur.* concurrant. Tandẽ dicimus admonitos eſſe A volentes lectores circa hanc materiam mutuationis tritici,quòd ſaluberrimum conſilium fuerit,vt ſi aliquis timens corruptionẽ ſui frumenti,velit ſuæ indemnitati conſulere:non mutuet illud triticũ pro recenti ſibi reddendo,ſed reducat ſe ad formam contractus venditionis. Itaque ineat contractũ venditionis, vbi vendat ſuum triticum pretio, quo valet de præſenti,expectata tamen ſolutione pretij,ex quo poſtea ſibi ſoluẽdo pretio,triticum recens,& nouum poſsit ſibi cõparare. Ne ſi mutuet pro nouo, notam infamiæ incurrat, & renouero cenſeatur eſſe, quod nomen male audit apud Hiſpanos. B

## CAP. CCXXVI.

*An liceat ad creditum vendere triticum ad pretium pragmaticæ, quando iam ex ſuperuenienti abundãtia de præſenti in foro communi minus valet; addũturque multa vtilia de taxatione tritici.*

*Quæſtio. Triticũ in foro min⁹ valens an ad taxam creditò vẽdi poſsit.* LIcet multa dixerimus de vſura, adeò lata vndique eſt hæc materia,vt plura ſuperſint ad eius notitiam attinentia diſputãda. C Ideo in hoc loco nobis occurrit quæſtio illa,quam incidenter tetigit Metina in ſua inſtruct.confeſſ. de venditionibus. §.25.fol.140.pag.2. Vtrum ſit vſuraria venditio,quando quis credita pecunia ad pretiũ taxæ legalis pragmaticæ vendit triticũ, quãdo quia abundantia ſuperuenit tritici, foro communi iam minoris venditur. At videtur, *Argumẽ.* quòd non. Tum quia æqua debet eſſe ſors emptorem, & venditorum:ſed quando erat ſumma penuria tritici,venditor tritici nequibat ſuum vendere triticum vltra valorem taxæ,ſcilicet,vltra.14,argenteos, quod in lu- D crum cedit emptorum; quia niſi eſſet edita taxa in duplo carius emiſſent;ergo etiã ecõtra dum foro communi ex abundantia frumentum vilius venit ſtante taxa, poterit tã numerata,quam credita pecunia vendere ad taxam. Quia alias peioris conditionis eſſent agricolæ cum tempore maioris penuriæ nõ poſſent aſcendere ſupra pretium taxæ; & tamen tempore abundantiæ tenerentur in pretio taxæ infra deſcendere. *Argumẽ.* Tum,quia, quod authoritate legis fit,licite fit; cum autẽ per pragmaticam, quæ nondũ abrogata eſt (vt ſupponimus) ſibi concedatur,pecunia numerata vendere triticum ad. 14. quare eodem A pretio non poterunt illud vendere pecunia credita,licet minoris iam veneat in foro. Hic primo nota ſecundum Cordubã, quæſt.16. ꝙ Petrus dãs populo ſuo.1000. aureos pro tritico emẽdo cum pacto,vt vendatur in pane cocto,etiam ſi faciat expenſas nõ poteſt ferre lucrum:quia fuit mutuum in fraudem pragmaticæ,neque fuit ſocietas. Sed de hoc iam ſupra diximus.

¶Hic operæpretiũ eſſet aliquid de taxatione tritici dixiſſe;ſed quia quæſtio de taxatione pretij merciũ magis ſpectat ad materiam de emptione & venditione inferius diſputandã, vbi hac de re latius,vt in proprio *De taxa tritici. Dictũ. 1.* B loco agetur:ideò ſatis ſit pro reſponſione ad quæſtionẽ,breuiter prælibaſſe. Primo,quod Nauar.c.23.nu.88.arbitratur rariſsimè po- *Nauar.* nendam hanc tritici taxam,atq; annonæ taxationem. Tũ,quia dat occaſionẽ corrupta, & inutilia vẽdendi eodem pretio taxæ, quo ſincera,& vtiliſsima venduntur. Tum,quia ſuperueniente penuria tollitur omnino taxa,& illa nõ occurrente parũ eſt neceſſaria. Secundo dicimus,ꝙ pretium iuſtũ æſtima- *2* tum per rempublicã,etiam eccleſiaſtici vendendo tranſgredientes obnoxij fiunt reſtitutioni. Pretiumque iuſtũ æſtimandum eſt ſecundum Cordubam,quæſtio.78. de caſibus *Cordub. Pretiũ taxę extimãdũ iuſtum.* C conſcientiæ,quod pragmatica ſanxit. Neq; talis taxa eſt iniuſta contra agricolas in ſterilibus annis,vt quidam aiunt; quia conditor pragmaticæ cũ ſuis cõſiliarijs,omnia cenſetur proſpexiſſe,taxamq; ſic præfiniſſe:vt tã annis abundantibus, quã ſterilibus deſeruiret,ita vt vtrinq; fieret proportionabilis recõpenſatio. *Ratio.* Imo magis pragmatica edita eſt pro annis egeſtatis. Imo in egeſtatis annis, plus lucri ſibi cõparãt agricolæ vẽdentes ad taxam. Quia tunc vilius locantur operarij à ſeipſis ad agriculturã,quam tempore abũdãtiæ,vbi vilius frumenta veneunt, & operarij D ad agrorũ culturã carius conducũtur ab agricolis. Et quamdiu de iniuſtitia pragmaticæ, taxæque nõ cõſtat,cenſenda eſt iuſta, obſeruandaq; eſt,donec per authoritatem publicam,vel legitimam conſuetudinem derogetur. Item etiam; quia qui caritatẽ pretij ſoliti ſunt inducere ſuper frumenta non ſunt agricolæ,ſed frumenti conductores,vtpote, qui potentes ſunt ad recondendum frumentum in magna vi,atque copia. ¶Tertio di- *3* co, quod cum permiſsio violandi taxam *Triplex permiſsio vend. vltra taxa.* gragmaticæ,tripliciter fieri poſsit, vno modo fit,quando rex,vel eius regale conſilium ait, quòd cuiuſcunque generis perſonis aſportantibus triticum,annonamve non in- *1* hibea-

hibeatur vendere hæc pretio tali,vel pretio **A** illis poſsibili:tunc permiſsio eſt,quæ in curia ſolet fieri,quæ potius conceſsio eſt: quare eos videtur eximere à taxa,& à reſtitutione,
2 etiam ſi maioris vendiderint. Secūdo fit permiſsio tranſgrediendi taxam ſic, ſcilicet, quia rex,conſiliumque eius regale cum punire poſſint,diſsimulatione quadam prætereunt,maiori pretio communiter vendentes neminem puniendo: cum poſſent eos ſine ſcandalo punire,& coercere, cogereque ad exportandum panem ad frumentumque venalitati exponendum. Tunc in hoc caſu licet opiniones vndique verſentur ſecundum

*Cordub.*

Cordubam,tamen ſecundum ipſum rationa **B** bilior,probabiliorque opinio eſt, quòd licite citra obligationem reſtituendi poſſunt maiori pretio vendere,quam præſtituit taxa.

*Ratio.* *De regul. iur.*

Patet,quia cum rex, eiuſque conſilium regale taceat,omnino iuxta regulam iuris,libro ſexto,& iuxta doctores ibi, Qui tacet, conſentire videtur;talis tolerantia communiter valet pro conſenſu tacito, vel pro diſpenſatione legis,vel pragmaticæ,vel in toto vel in parte,vel pro nunc,vel tunc tantū.

*Metin.* *Syluest.* *Gloſſ.* *Panor.*

Ita omnes doctores,& Metina de reſtitutione, quæſtione trigeſima ſexta. Ita Antonius de Butrio vt refert Syluester tit. lex. quæſtione ſexta,& tit.conſuetudo.quæſtio **C** ne ſexta & ſeptima, & regula iuris in.6.cū gloſſa ſuper qui tacet, Panormitanus capit. quia circa.de cōſanguinit.& affini.qui principia ad hoc aſſertum ſuppeditant.

*Qui poſſunt diſpenſ.in taxa tritici.*

¶At quod valde notatu dignum eſt,& ad alia dicitur, ꝙ non ſolum regale conſilium, ſed & gubernatores generales prouinciarū, & regnorum,obtinentes à rege, vel ab eius conſilio regali poteſtatem ſi diſsimulauerint,vel cōceſſerint publice generaliterque, vt merces vltra taxam vendantur: perinde eſt ac ſi id indultum eſſet per regem, niſi manifeſte conſtiterit de contrario, authore Bar

*Bartol.* *Cardin.* *Panor.* *Imola.*

tolo in.l.ſi publicanus.§.fina.ff.de publica. **D** & Cardinalis,& Imola,& Panormitanus in capit.cum contingat,de foro competen.columna.4.& in cap.quæ in eccleſiarum de cōſtitu.colum.1.& latius refert Frāciſcus Balbus de præſcrip.parte.5.principa.parte.2. quæſtione tertia,dubio.2.folio.114. Quòd quando requiritur ſcientia,& patientia principis,ſufficit ſciētia,& patiētia rectoris, vel præſidis prouinciȩ;neque ad hoc ſat eſt permiſsio, licentiave particularium rectorum, iudicumve ciuitatum, & populorum: niſi ſpecialem ad hoc facultatem à rege, vel ab eius regali conſilio obtinuerint,quam obti- **A** nent iam ad prædiffiniendam taxam panis cocti. Si autem permiſsio vendendi triticum vltra taxam, taliter contingat, quòd aliqui eam prætereuntes pœna plectuntur, alij verò immunes euadunt à pæna:quia omnes animaduerſione digna punire res eſſet incōuenientibus plena;ideo cū aliquibus conniuetur,apparet tūc planè,quod mera ſit permiſsio conſenſu legitimo carens. Quare trāſgreſſores taxæ, neque excuſat à culpa cōtra legem,neque à reſtitutione pretij ſupra taxam accepti contra ius diuinum,& naturale,præcauens,ne vltra pretium iuſtum, accipiatur, liberos facit. Suffragatur expreſſe

*Panor.* *De regul. iur.*

**B** Panormitanus in cap.cum iam dudum,&ca. dilecto.de præbend.& facit regula iuris libro.6.Is qui tacet non fatetur,neque negare videtur,& ibi gloſſa,& doctores.

*Nota quid exprimit pragm.*

Hocque expreſſe ſignificauit pragmatica Matritij anno.1571.edita & nunc demū ſuper hoc lata ſpecialiter,quare aſſertum hoc citra dubitationem tenendum eſt, vt ait Corduba.

*Taxa Matritij edita.*

Quibus ſuperaddimus vltimate anno.1571. Matritij ſuper hoc pagmaticam fuiſſe conditam,vbi ſub pœnis grauiſsimis,& obligatione reſtitutionis indicitur,ne faneca tritici in grano numerata pecunia,neque credita maiori pretio,quam vndecim regalibus ven **C** di poſsit:quamuis antea prætaxata, tantum fuiſſet ad nouem. Taxaturque ibi hordeum ad dimidium ducati,cum antea minoris conſtaret,& blata,id eſt centeno Hiſpanice dicta ad ducenta,& quadraginta duoque dipōdia:cum antea ducenta duntaxat conſtaret. Granum quoque Hiſpanice dictum auena ad centum dipondia taxatur;ſicut etiā granum panitij ad ducēta quadragintaque duo dipondia prȩtaxatum eſt.

*Nota taxam farinæ.*

Farina vero prætaxatur ad vnum argenteum pluſquam valet triticum in grano.

*Taxa pro agaſonibus.*

Agaſones vero ab extra de foris gratia vendendi,reportantes triticum,ſex dipondia pro leuca,& faneca ſu **D** pra taxam,percipere poſſunt:dum teſtimonium ſecum ferant à tabellione populi,vnde aſportarint confectum ante iudicem populi,vbi granum eſt vendendum, exhibendū.

*De taxa panis cocti.*

¶ Sanciturque eadem pragmatica circa panem coctum,vt rectores populi,vbi venalitati exponitur,præſtituant pretium, quo venundandum eſt;& ratione habita ad pretium grani empti,aliquid lucri iuſti, moderatique, pro labore, & ſumptibus ſuperimpertiant.

¶Inhibet præterea ibi ſub grauiſsimis pænis:vt nullus in vendendo panem coctum ſe occupet,niſi ex numero piſtorū ſit, qui ex officio



officio habent eſſe piſtores.Et hoc ad euitā- **A** da damna,fraudes,cariſtiam,quæ in republica ex contrario ſuboriri ſolent.Ex qua quidem pragmatica liquet panem coctum, triticumque populi neque tam care fore taxanda,aut vendenda,ſicut panis, & triticum cū veniunt à foris,ratione ſumptuum, & itineris. Quare ſuperacceptum eſt reſtituendū, ſi conſtat de defraudato in pretio. Quòd ſi talis adhibita diligentia, adhuc ignotus eſt, pro ipſo erogabitur pauperibus,vel in bonū commune populi erit conferendum, iuxta.

*Syluest.* *Nauarr.* *Coroll. 1.*

Syluef.verb.reſtitutio.8.per totū,& Nau.in ſumma cap.17.numer.93.& capit. 29.numero.24. **B** Sequitur etiam ex prædictis,quòd qui fraudulēter ſatagunt,ne in populo ſuppetat,vel ad eū aſportetur panis coctus, vel triticum in grano:vt ſic in pretio aſcendant, inducaturque caritas cōmunis pretij obnoxij fiunt ad reſarciendum hoc commune dānum,cuius cauſa fuere;

*Metin.* *Nauar.* *Sotus.*

teſtantibus id Metina de reſtit.quæſtione trigeſima, & Nauar. in ſum.cap.23.numero.92.& Soto de iuſtitia & iure.libro ſexto, quæſtione ſecunda, articu.3.& Sylueſter.verb.Emptio.q.5.vſque quæſt.14.

*Coroll. 2.*

Ex prædictis etiam liquet, ꝙ officiales iuſtitiæ,rectoreſque populi, quibus incumbit hanc promulgare pragmaticam,& iuxta eam prætaxare cum modera- **C** to lucro pretium panis cocti:ſi ſcienter, notabilique cum negligentia hoc facere omittunt,quo ſui cognati,amicique ſub prætextu,quod ibi pragmatica diuulgata nō eſt,vel quod ibi taxa panis cocti præſtituta nō eſt, carius vendant,inducaturque caritas pretij, conſuetudoque contra pragmaticam; tenentur ad damnum. Quia præterquam quòd tenentur ad reſtitutionē illius,quod ipſi pluris vendidere,quam præfinierat pragmatica tenentur rectores ij, miniſtrique iuſtitiæ ad damnum ex hac omiſsione, diſsimulationeque inuectum in rempublicam,quia ſpecialius ad eorum munus,hoc damnum euitare **D** ſpectabat,

*Metin.* *Sotus.* *Nauar.*

ſic tradentibus Metina de reſtitu. Soto vbi ſupra, & Sylueſtro. Reſtitutio.3. quæſt.ſexta:& Nauarro cap.17.numero vigeſimo.& cap.25.nume.34. Idque ipſamet pragmatica dictat expreſſe ſuperadijciens graues pænas contra prædictos.

*Nauarr.* *Nota pro intelligentia taxæ.*

Neque ſufficit teſte etiam Nauarro, vt aſſerunt etiam doctiores ei ſubſcribentes communiter, ſubijſſe pœnam pragmaticæ, ſi deprehendantur eam violaſſe; quia tenentur violatores etiam ad ſupradictam reſtitutionem in conſcientia:quādoquidem iuſtum pretium trāſgrediuntur.

*Reſpō. ad quæſt. ſuprapoſitā.*

**A** ¶Iam his(quæ ſumme proficua ſunt) notamentis præiactis,ad quæſtionem in principio propoſitam ad materiam vſuræ attinentem,dicimus ex mente Metinæ in ſua inſtructione,loco ſupra citato,& ex mente Nauarri ſumma latina, capitulo vigeſimo tertio, numero.88.ꝙ vſura eſt vēdere pecunia credita,tritici granum pretio pragmaticæ,& taxæ:quando ex abundantia, iam minoris in foro communi inuenitur venale. Quia tunc nec pretio ad valorē taxæ poteſt vendere, quia tunc pretium taxæ non eſt pretium, ſed pretium minus,quod communiter currit in foro.

*Metin.*

Et ratio eſt ſecundum Metinam, **B** quia taxa non ideo præfixa eſt, ne triticum minoris vendi poſsit,ſed ne taxationē excedat eius venditor.

*Nauarr.*

¶Idem prorſus loco ſupra allegato,confirmat Nauarrus dicens, quòd ex taxa tritici ſumitur, iſta iniqua occaſio, quod nemo diuitum vult mutuare,nec vendere credito res taxatas,niſi pretio taxȩ,etiā tempore abundantiæ.

*Ex his ſolu.argum.*

Et patet ſolutio ex dictis ad argumentum in contra. Vide Cordubā de caſibus conſcientiæ quæſt.78.

## CAP. CCXXVII.

*De vſuris,quæ poſſunt committi ex pacto de* **C** *retrouendēdo:vbi ſpeciales caſus exponūtur collecti ex doctoribus.Et an ſint aliquæ conditiones requiſitæ ad iuſtificandū contractum de retrouendendo.*

AT vero, quoniam inter materias quæ ſolitæ ſunt hic expediri,eſt materia de vſura, quæ in pactis de retrouendendo ſolet immiſceri;huius materiæ notitia præexigit,

*Quid ſit pactū de retro vēd.*

vt quid ſit pactum de retrouēdēdo prius innoteſcat.Eſt enim pactum de retrouendēdo pactio quædam, qua emptor promittit reuendere rem emptam venditori, quando- **D** cunque voluerit emere,vel intra certum tēpus,quod licitum eſt,& diminuit de pretio. Quia res empta cū grauamine impoſito emptori reuendendi eam,minus valet,capit. cū Ioannes,de fide inſtrument.&.l.fundi partem.ff.de contra.empt.&.l.ſi fundum. l. ſi à te.C.de pactis inter empt.& vend.& Leuitici vigeſimo quinto, ſecundum Hoſtienſem. Panormitanū,Ioannem Andream, & communem canoniſtarum in capit.ad noſtram. de empt.& legiſtarum in dict.l.ſi fundum,& Cœpol.de ſimul.cont.caſu ſecundo,& ſecūdum omnes Theologos in 4.diſt.15.

*ff.de cont. emptio.*

*Quid ſit emere cū pacto de retro emēdo.*

¶Hinc quoque hæſitabit quis,quid ſit emere cū pa-

ſto de retroemendo; An etiam emere cum A
pacto de retroemendo ſit licitum. Reſpon-
*Metin.* det Metina in ſua inſtructione confeſſorū,
de emptionibus. §. 25. fol. 144. pag. 2. quod
pactum de retro emendo, eſt quando quis
emit (verbi gratia) vineam, aut poſſeſsionē
iuſto, vel iniuſto pretio aſtringendo ipſum
venditorem: vt intra tot annos redimat illa,
& interim ipſi venditori pro pretio locatio
nis locat illam, vel ipſe emptor percipit fru
ctus. Et huiuſmodi pactum ſemper coniun-
ctum eſt cum iniuſtitia, & cum vſura, quia
mediante tali pacto, reſultat mutuum, ex
quo percipit fructus interim vltra ſibi red-
*Quæſtio.* dendam ſortem. Ita Metina. His ita conſtitu B
*Pactū de* tis primo queritur, an emptio cum pacto de
*retrouen-* retrouendendo, fructibus in ſortem non cō-
*dendo an* putatis, ſit vſuraria; ſcilicet, an licitus ſit con
*liceat.* tractus hic; ſi vendo tibi fundum fructiferū
cum obligatione, quam tibi impono, vt mi-
hi reuendas, reddaſque illum, cum pretium
exoluero: poſt decem annos tu emptor ex
fundo tali recepiſti fructus valentes centum
an tenearis cum fundum redimo, pretiūque
eius tibi reddo, fructus, quos percepiſti com
putare in ſortē pretij, quā tibi illum redimē
do reddo? Reſponſuri ad quæſtionem iniu-
*Dictū.* 1. ſtos à iuſtis cōtractus ſecernamus. Dico pri-
mum, quod emere aliquid cum pacto de re- C
trouendendo ſimulatè, animo magis mutuā
di, quàm emendi, peccatum eſt cum vſura cō
iunctum; quia cum animo ſit ratione mutui
2 recipiendi aliquid vltra ſortem. Secundo di
cimus, quòd licet, eſto ita ſit, quòd res vendi
ta cum pacto de retrouendendo, quia cum
hoc pacto vēdita minus emptori valet; ideò
minoris ab ipſo aliquantulum emi poſsit: ta
men ſi minoris iuſto pretio, quod cum iſto
pacto de retrouendendo valet, ematur, pec-
catum eſt iniuſtitiæ, quia minus iuſto pretio
ſoluitur pro ea, ſed macula vſuræ vacat, licet
præſumi poteſt.

*Quæſtio.* ¶Sed iam hic inſtat caſus; Si quis, ne ab ec D
*An licet* cleſia vt fœnerator condemnetur, emit oues
*emere* fictas cum conditione; vt teneatur reddere
*oues fictas.* oues, aut pretium datum: An ſit vſurarius.
Dicitur ſanè quòd ſi nihil amplius ad hu-
iuſmodi contractum addatur, non eſt vſura,
niſi petat vltra ſortem locationis pretiū pro
his ouibus: quia tunc eſſet locatio ficta. Sed
ſi cōtractus eſſet verus, ſola eſſet iniuſtitia in
hoc, ꝙ oues eſſent ſeruādæ integræ, cū debe
rēt potius domino perire. Hoc autē dictum
verū puta, dummodo nō obliget vēditorem
ad eas redimēdū, vel ad reddendū pretiū ven
ditarū ouiū, ſed hoc ſibi liberū maneat, quia
ſi ad redimendum obligaretur reſultaret in-
de mutuum, quòd vſura eſſet, ſi inde intende
retur lucrum; iamque hic intercederet pactū
de retro emendo.

¶Tertiò, adijcimus, quod ſiquis emiſſet 3
oues cum pacto de retrouendendo, ſtatim *An cōtra-*
pretio ſoluto, hactenus ſecundum fratrem *ctus cū pa-*
Ioſephum non eſt vſura. Sed ſi iſte emptor *cto retro-*
ſuper addat ad contractum paciſcendo cum *uend. &*
vēditore, vt pro ſignato ſibi ſtipendio, tenea *emend. li-*
tur per quatuor menſes illas ſeruare illaſque *ceat.*
paſcere: nulla hic quoque admiſcetur vſura. *Ioſeph.*
Si hic vero ſuper apponatur conditio, quòd
fructus, caſeus, lana, & fœtus ſint emptoris,
cum pacto de retrouēdendo ad petitionem B
vendentis, nec hic vſura interuenit. Sed ſi ſu
peraddatur contractui pactum ab emptore
vt poſt quatuor menſes, quia eas vendidit
oues, eaſdem eodem pretio, quo iam eas em-
ptor emerit redimat, iam hic certa admiſce-
tur vſura. Quia pacto de retrouendendo pa-
ctum quoque de retro emendo, id eſt, poſt
quatuor menſes verſute inſeritur. Ex quo
reſultat mutuum cum vſura; quia poſt qua-
tuor menſes, virtute iſtius pacti, cogitur ven
dens reddere pretium acceptum pro ouibus
ſuis, & adauget ſupra pretium, fructus lana-
rum, & agnorum, quos emptor quoque per
C cepit. Vnde Sotus in de iuſtitia & iur. cōtra- *Cōtractus*
ctum peſsimum, & vſurarium, & vſitatum *reproba-*
eſſe ait, obligare ruſticum conſignando illi *tus à Soto.*
viginti aureos, ceu pretium boum, quos ille
non habet, obligando illum, vt ſaluos, ac tu-
tos locatoſque cuſtodiat: ſoluatq; menſtruū
locationis tempus: quia in fine anni recipit
viginti aureos, quaſi cuſtoditos boues, & vl
tra hoc pretium locationis. Huius quoque
fraudulenti contractus meminit Nauarrus *Nauar.*
ſumma latina, cap. 17. num. 229. dicēs, quod
qui pecora, vel prædia emit ab eo, quem cre
dit ea non habere, & ſtatim certa penſione,
ea eidem locat, peccat quidem cum obliga-
D tione reſtituendi penſionem, quam ex re,
quæ nō erat, cœperit argumen. l. 1. & totius
tit. ff. de cōdict. Secus eſt autem, hic inquit *ff. de con-*
Nauarrus, ſi probabiliter credēbat illa eum *dict.*
habere, & bona fide emit: nec tenetur reſti- *Quid ſi*
tuere etiam poſt cognitam veritatē, id quod *emit quis*
ex ea penſione inſumpſit bona fide. Imo ne *boues puta-*
que id, quòd nō inſumpſit, & quo factus eſt *tiuos.*
ditior: ſi quando ea emit volebat emere talia *Nota.*
& emit ab illo, eo quod illa obtulit venden
do; & ideo non emit alia ab alio; quia tunc *Angel.*
pro ſuo intereſſe retinere poteſt. Ita Ange- *Syluest.*
lus, verbo, vſura. 1. §. ſeptuageſimo primo.
Sylueſter, vſura. 2. quæſtione ſexta, Maior
in quar-



in quarto, diſtinctione decima quinta, quæ- A
ſtio. 46. col. 4. Præterea contractus vſurari-
us eſt mixtus cum pacto de retro emēdo, &
*Sotus.* vſu receptus, autore Soto inter aliquos eme
re in autumno mille oues obligatis vendito
*Cōtractus* ribus vſque ad Maium, vt eas ſaluas cuſto-
*vſurarius* diant, & eorum periculo pereant. Et poſt-
*vſitatus* quàm emptor totam fœturam percipit, reuē
*circa oues* dit eaſdem venditoribus, qui eas ſibi vendi-
*empt.* derant. Plures inquit iniquitates hic com-
mittuntur. Nam ſi iſte emptor obligat il-
las mille oues, vendentes, vt eaſdem eodem
pretio redimant, mutuum conuincitur eſſe
talis emptio ouium mutuum, inquam, pre-
*Detegitur* tij, quod pro illis perſoluit, poſtquā ſic red- B
*malitia.* dendum eſt illi in redemptione ouium, &
obligare earum venditores, vt earum pericu
lum ſubeant, ſignum eſt, quod non eas em-
ptor emit; quia ſi emiſſet, emptori, & non vē
ditoribus perire debuiſſent. Neque pro pe-
riculo, earumque cuſtodia, emptor ſoluit vē
ditoribus, niſi quid tenue, & modicum. Igi-
tur vſura eſt; quia ratione mutui reſultantis
ex pacto de retro emendo aliquid percipit
extra ſortem.

*Frans vē-* ¶Similiter, quo omnes tecnas, quæ in his
*di. ſata cū* contractibus latere poſſunt, detegamus, dici
*pact. retro* mus, quod licet vendere cum pacto retrouē
*vend.* dendi, vt ſcilicet, teneatur emptor poſſeſsio C
nis poſtea reuendere eam venditori, cum vo
luerit eam redimere, licitum ſit; Tamen ſe-
*Nauarr.* cundum Nauarrum, fraude non caret, ſi quis
vendat prędia non ſata cum pacto, vt ab em
ptore ſibi reuendantur intra annum, & ſoli-
tus eſt ea redimere (vt plurimi faciunt) pau-
lo ante meſſem, ſolutis impenſis. Quare ad
propulſandas has fraudes lege Nauarræ cau
tum eſt, vt qui non redemerit ante paſcha,
non poſsit redimere, niſi poſt meſſem. Inſu
*Ioſeph.* per notato cum fratre Ioſepho in ſuis flori-
bus, quod quando in contractu venditionis
inito cum pacto de retrouendendo, deduci-
tur in pactum, vt res pereat periculo vendi-
toris, & non emptoris: tunc vſura interuenit D
*Quādo hic* palliata. Vt ſi dicat emptor; En res, quam mi
*pallia. v-* hi vendis cum pacto, vt tibi eam reuendam,
*ſura.* ſiquidem ſum tibi eam reuenditurus, quia tu
ita poſcis, tuo periculo interim maneat: ita,
vt ſi ante tuam redemptionē perierit, tenea-
ris mihi pretium pro ea datum ſoluere. Eſt
enim hoc mutuum palliatum; vnde emergit
vſura. Nam ſecundū ius naturæ, res empta,
periculo emptoris, cum per emptionem ſit
ſua, perire debet. Vnde ſaluo ſuo capitali, id
eſt, pretio pro ea dato ſaluo, interim perci-
pit fructus eius.

A ¶Præterea quæritur, an ſemper emptor *Quæſtio.*
cum pacto de retrouendendo, interim, dum *An em-*
non reuendit, fructus perceptos poſſeſsionis *ptor cum*
ſic emptæ faciat ſuos. Reſpondetur primò, *pacto de*
quòd quia contractus emendi aliquam rem, *retrouend.*
cum pacto retrouendendi eam rem tempo- *fructus*
re finito, aut indiffinito, licitus eſt: ideo em- *fac. ſuos.*
ptor facit fructus ſuos. Res eſt expreſſe diffi
nita. l. ſi fundum. C. de pactis, inter empto- *C. de pact.*
rem, & vendit. quia cum per emptionem
res facta fuerit ſua, licitè capit fructus ex re
ſua. Nauarrus tamen capitulo decimo ſepti- *Nauarr.*
mo, numero vigeſimo quarto. conſtituit ex *Exceptio*
ceptionem in caſu moræ, quod emptor obli *caſu mo-*
B gatus poſſeſsionem emptam reuendere, à tē *ræ.*
pore moræ quam committit, ſimulac vendi
tor primus volens eam redimere, pretiū il-
lius poſſeſsionis pro eius redemptione, lo-
co, & tempore congruis, obtulit, ſicque obla
tum nō accepit, nō facit iam fructus poſſeſ-
ſionis ſuos. l. 2. C. de pactis. inter empt. & vē *C. de pact.*
dit. & gloſſa recept. & capi. illo vos. verbo,
percepti, de pignoribus. Secundo ex prædi *Coroll.*
ctis inferimus cum Nauarro, quod ſi facit
fructus ſuos, niſi in caſu iſtius moræ, quod
poterit emptor ſtatim eādem poſſeſsionem
locare venditori pro honeſta penſione.

¶Præterea, quia præcipua difficultas, *Quæſtio.*
C quæ occurrit in hac materia eſt examinare,
an aliqua ſint, quæ ad iuſtitiam huius cōtra-
ctus emptionis cum pacto de retrouenden-
do concurrere debeant, ideò quæritur, an ad
hoc aliqua requirantur, & quænam, & quot
ſint illa. ¶Aliqui enim ſunt, qui hæc omnia *De condi-*
ad iuſtificationem iſtius contractus requiri *tionibus*
autumant. Primum, vt ſimulatio ſaltem ex *iuſtific.*
parte emptoris abſit, ita vt emptor vere, & *emptionē*
principaliter intendat emere. Secundum, ne *cum pact.*
fiat pactum: vt redemptio fiat maiori pre- 1
tio, quàm emptio facta eſt capit. illo vos. de 2
pignoribus. Tertium, quòd emptor emens *De pign.*
cum pacto de retrouendendo, faciat illam 3
emptionem eo ſolo, vt placeat venditori, &
D quod malit, ne res à ſe empta redimatur à vē
ditore, & quòd non ideo emere velit, quia
putat eſſe redimendam rem à ſe emptam.
Quartum, ne emptor vſuræ ſit dare ſolitus, 4
eo quòd præſumeretur ſolitum facere. ar- *ff. de ædil.*
gum. l. quod ſi nolit. §. qui aſsidua. ff. de ædi-
lit. edict.

¶Igitur examinando hæc ſingula dici- *Examina-*
mus. Primò, quòd ſi emptor habeat animū *tio condi-*
mutuandi duntaxat, & principaliter non *tio.*
emendi, atque ideo vocat illam emptionem *Dictū.* 1.
cum pacto de retrouendendo, vt fructus vl-
tra ſortem recipiat, vſura eſt, & in fraudem

vſurarum, eſt machinatio. Ex quo ſequitur, quòd requiritur ad iuſtificationem contractus, quod emptor cum tali pacto de retrouendendo, principaliter velit emere, & non mutuare.

*Dictū. 2.*

Secundo dicimus, quod illa ſecunda conditio non eſt requiſita, ſcilicet, ne emptor faciat pactum, vt ſi venditor poſtea voluerit poſſeſsionem redimere, eam redimat maiori pretio, quam emptio facta eſt.

*Exempl.*

Quia bene poteſt ſic conuenire emptor cum venditore; En quia poſſeſsionem vendis, cū grauamine mihi impoſito, tibi vbi voles, reuendendi, & quia iſtud grauamen, & pactum retrouendendi minuit pretium, quod non minuitur; quando venditur ſine tali pacto, & grauamine, ideo minoris ego eam emo propter grauamen huius pacti abs te impoſitū. Sed quia abſolute, & ſine iſto grauamine de retrouendendo mihi, tibi eam reuendo, maioris eam à me redimere debes, nempe, ſuo iuſto pretio, quod abſolute vendita valet; quod eſt maius. Ergo falſum eſt, quod ſit requiſita conditio, quòd redemptio fiat non maiori pretio, quam emptio facta eſt: Tum etiam, quia videtur exigere talem conditionem hic in contractu, eamque requiſitā eſſe dicere, ſcilicet, vt non maiori pretio fiat redemptio, quam facta fuit poſſeſsionis emptio, quod ſit contra ius. Nam ſecundum ius poſſeſsio vendita cum pacto retrouendēdi, minus valet, & ſine illo plus valet, vt. l. fundi partem. ff. de contrahen. empt. & cap. cū Ioannes de fide inſtrumen. cum eis adnotatis.

*ff. de cōtrahend.*

Ergo contra ius eſt dicere, illam ſecundā conditionem eſſe requiſitam maxime, quia poſtea tempore redemptionis, legitimis ex cauſis variationis temporum & rerum, potuit poſſeſsio redimenda aſcendiſſe in pretio Quare ergo tunc non pluris redimetur, & reuendetur, quam prius empta eſt,,

*Quæſtio. An tertia conditiō ſit requiſ. Nauar.*

Sed & de tertia conditione, ſcilicet, quod malit emptor; ne redimatur à ſe poſſeſsio empta; an ſit conditio neceſſaria ad iuſtificādum huiuſmodi contractum, exactè inquirendo, dicimus tandem cum Nauarro loco ſupra allegato, non eſſe conditionem omnino neceſſariam in omni caſu vt probat Nauar. exemplo.

*Exempl.*

Nam multi nolent res aliquas emere, quia eis inutiles ſunt, quas tamen rogatu amicorum, quos oportet eas vendere ad ſubueniendum ſuis neceſsitatibus, emunt quidem vere, & licite, cum prædicto pacto de retrouendendo; quia amicus cupit eas rehabere, liciteque ſperant in hoc caſu eas redimendas eſſe ab amico, quas alioqui non emerent. Ergo ſaltem in hoc caſu licet rem A talem emere cum pacto de retrouendendo, etiam quod malit, quod redimatur, quando ſolo fecit rogatu, & intuitu amici, alias non empturus.

*Quæſtio. An licet pactum quod vltra tale tēpus non poßit redimi.*

¶Sed de illa quæſtione cōtrouertitur, an illa conditio, quam alij adijciunt ſit prorſus neceſſaria, ſcilicet, quòd neque pactum fiat, quod vltra certum tempus, poſſeſsio empta cum pacto de retro vendendo, redimi non poſsit à venditore. Et videtur conditio hæc ſit neceſſaria.

*Obiectio ex Pio V.*

Quia Pius. 5. per ſuā extrauagantē ſup creādis cēſibus decernit in emptione cenſus non licere ponere cōditionē, quòd vltra certum tempus, cenſus redimi nō poſ- B ſit. Ergo cum eadem videatur eſſe ratio de contractu cum pacto de retrouendendo, videtur inſinuaſſe, nec etiam in tali contractu fore licitum, quòd poſſeſsio cum tali pacto empta vltra certum tempus poſt. 2. vel. 3. annos, verbi gratia, prohibeatur redimi.

*Reſpon. Nauarr.*

Sed quia hoc eſt ſingulare, & nouum ſtatutum Pij quinti in cenſibus, ideò dicimus cum Nauarro, quod perſpicuum eſt talem conditionem non eſſe neceſſariam, ſcilicet: quòd non apponatur pactum, ne poſsit redimi poſt certum tempus, id eſt, poſt. 5. aut. 6. annos, aut 10. Quia nemini dubium eſt, quin poſſit fieri pactum de retrouendendo, intra ſo- C lum vnum annum, duos vel tres, aut plures, quod in effectu nihil aliud eſt, quam pactū, ne vltra illa præfinita tempora poſſeſsio redimatur.

*De 4. cōd.*

Præterea de illa quarta conditione, ſcilicet, quòd requiritur, vt emens cū pacto de retrouendendo non ſit ad vſuram dare ſolitus, dicimus cum Nauarro, nō eſſe neceſſariam, quantum attinet ad forum conſcientiæ.

*Nauar.*

Quia licet ad præſumendum de vſura in tali caſu, in foro exteriori iuuare poſſet: non tamen in foro conſcientiæ, in quo ceſſat omnis præſumptio cap. tua. de ſpōſalibus.

*De ſpōſal.*

Deinde, quia hic non agimus de foro contentioſo, non agimus de coniecturis ad præſumen- D dum in foro contentioſo huiuſmodi emptores habuiſſe intentionem magis mutuandi, quam emendi, & eiuſmodi venditorem magis pignorandi, quam vendendi: ſiquidē de ſolo foro conſcientiæ tractamus, in quo pœnitenti tam pro ſe, quam contra ſe creditur.

*Notabilis diminutio partis facit præſumi vſur.*

At vero in foro exteriori, & etiam interiori, licet res empta cum pacto de retrouendendo, minoris valeat: tamem ſi quis eā multo minoris, quam cū tali pacto valet, emat: vt ſi fundus ſic emptus ſine tali pacto valebat mille & ducenta & cum tali pacto de retrouendendo, verbi gratia, valet iuſte mille tantum: ſi emptor eum emens cum pacto de retro-



retrouendendo pro. 500. tantum eum emit, contractus eſt illicitus, & in foro exteriori impignorationis contractus potius; quam venditionis, aut emptionis eſſe præſumitur, vt expreſſe diffinitur cap. ad noſtram de emptione, & venditione.

*De empt. & vend.*

Et huius ratio eſt: Nā etſi res empta cum pacto de retro vendendo, vt probatum eſt, minus valeat, quam ſi abſolute venderetur propter onus emptori impoſitum, & ratione iſtius grauaminis, vilius emi poſsit, quam ſi abſolute vēderetur, non tamen hac de cauſa tantopere pretium extenuare licebit, vt poſſeſsio, quæ cum tali pacto valet mille, & ſine illo valebat mille, & ducenta, quia emitur cum tali pacto tam minoris poſsit emi, vt pro quingentis ematur. Et multo minus licet, etiam, in vtroque foro, ſi intra dimidium iſtius iuſti pretij ſic extenuetur pretiū, vt quæ cū tali pacto mille valet poſſeſsio, pro quadringentis ematur; quia tunc & in foro exteriori, iſte cōtractus veniret reſcindendus.

*Quæſtio.*

¶Præterea, ne intactum aliquid relinquamus, vltra quæritur, vtrum prædictus cōtractus emptionis cum pacto de retrouendendo, ex parte venditoris volentis rem à ſe venditam rehabere, poſito, quod licitus eſt, fiat illicitus ex parte emptoris per iſtud pactū, quod apponit, ſcilicet, quod poſſeſsio ſic empta non poſsit redimi, vſque ad quinquēniū, aut certum aliquod tēpus.

*An pactū quôd non poſſ. redi. ante 5. annos licet. Obiectio.*

At videtur, quod ex hoc ſecundo pacto contractus reddatur illicitus, quia per id pacti emptor ponit ſe in tuto, ſignificans ſaltem velle fructus illius quinquennij loco vſurarum. Pro intelligentia quæſtionis, prænotandum eſt cum Nauarro, quod quanuis poſſeſsio abſolutè ſine pacto huiuſmodi vendita, pluris valeat, quā vendita cum pacto de retrouendendo, & ſimul cum pacto, ne poſsit redimi, ante quinquennium, vel ante. 2. vel. 3. annos tamen vēdita cum pacto, ne ante quinquēnium redimatur, minus valet, quam ſi venderetur cum pacto, quòd quando libuerit venditori redimatur. Quia in primo caſu, nullum grauamē imponitur emptori; in ſecundo tamen caſu imponitur grauamen reuendendi eam, non tamen ante quinquennium. Per quam conditionem, ſcilicet, non ante quinquenniū, fit emptori grauamen leuius, quam eſt grauamen in tertio caſu, vbi obligatur ad ſtatim, vt venditor voluerit, poſſeſsionem ei reuendere, quod eſt grauius onus emptori impoſitum. Ideo in primo caſu nō diminuitur de pretio, in ſecūdo diminuitur: ſed nō tātū. At in tertio caſu magis diminuitur, quia maius A ibi grauamen eſt emptori impoſitum; ideo iuſte minoris emit.

*Reſpon. Nauar. Ioſeph.*

¶His igitur præmiſsis, reſpondetur cum Nauar. & cū F. Ioſepho in ſuis floribus. Nā ſum. Lat. 2. c. 17. nu. 248. ſic ait; Nec etiā eſt neceſſe, ne fiat pactū, vt ante duos, vel tres annos, venditor redimere non poſsit, & poſtea ſic quia hoc pactum, inquit, eſt licitū, ſi pretiū iuſtū ſoluatur. Nā pro hac obligatione, & pacto pluris emere debet emptor, & plus pro tali poſſeſsione debet ſoluere, quā ſi cū pacto redimendi eam, vbi libuiſſet, & quando voluiſſet, venditor eam vendidiſſet, quā- B uis non valeat tunc tantū, ac ſi nullo pacto venderetur.

*Prob.*

Et probat F. Ioſephus; quia hic nō fit iniuria venditori, quādo emptor iuſte emit valore, quod valet cū tali onere pacti, & iuſto, res ſit ſua. Atque ideo deducere poteſt in pactum, vt poſſeſsionem illā poſt. 4. vel. 5. annos reuendere teneatur, & non ante. Ex hac ratione F. Ioſephi apparet Nauarro non eſſe verū illud, quòd dixit Maior in 4. d. 15. q. 43. quod veditor grauat emptorē pacto, quando libuerit redimendi, niſi conſentiat, vt emptor aliquid capiat ratione intereſſe ſui; quia ſatis eſt ſi ob hoc minoris rē vendat.

*Maior.*

Quia aliàs vēditor vēdēdo rē ſuā cū C pacto rehabēdi per redēptionen, vtitur iure ſuo in re ſua; & qui vtitur iure ſuo nemini facit iniuriam cap. cū eccleſia de electio: & . l. iniuriarū §. 1. ff. de iniurijs.

*ff. de iniurijs.*

Et per cōſequens non poteſt tanquā paſſus iniuriā emptor ferre aliquid ratione ſui intereſſe. Ita etiā Nauar. cōtra Maiorē loco ſupra allegato ait, ꝙ mercatori iuſto pretio, etſi vendat ad creditum, vendere nō licet cū pacto ſtatim minoris redimendi rem, quæ de præſenti oblata minoris eſſet vendēda. Iam diximus de hoc, quia eſt contractus vſurarius, eſſetque peſſima, quæ Hiſpaniæ dicitur mohatra.

*Quæſtio. An reſtit. ſunt fructus emptionis reſcindēdæ.*

¶Sed & etiam caſu, quo contractus cū pa- D cto de reuendendo, eſſet reſcindendus, quia fuit deceptio interueniēs in eo, infra dimidiū iuſti pretij, quod cū tali pacto valebat poſſeſſio eā emendo; vt ſi quia ſic valebat mille, empta fuit pro quadringentis, an teneatur etiā emptor ſimul reſtituere fructus cū poſſeſsione, reſtituto ſibi illo pretio infra dimidium iuſti, ideſt, 400. quæritur.

*Reſpon. Metin.*

Reſpondetur æquius dicitur cum Metina in ſuo codice de reſtitutione, quòd tunc ſatis erit, ſi emptor defectū pretij dati ſuppleuerit, ſoluens vſq; ad mille, & vltra hoc intereſſe, ſi quod ex ſolutione diminuta venditori ceſſauerit, & tunc poterit integre fructus perceptos retinere, contra alios apparenter dicentes;

**A** tes,& probabiliter,quod pro rata pretij dati poterit emptor tunc aliquam partē fructuū retinere , & reliquam tenebitur venditori in pretio ſic decepto , reſtituere. Et loquimur de fructibus perceptis iā ante reſciſsionem contractus. Sic Metina in ſuo codice, de reſtitutione,de rebus per vſuram acquiſitis. Vbi contra Conradum de contractibus, & contra Ioſephum Franciſcanum, & contra Gloſ.ſuper caput conqueſtus primā tenet opinionē,& viam, quam ait magis eſſe conſonam iuri.

*Metin. contra Cōrad. & gl.*

*Ratio.*

Quia ſi contractus non eſt ipſo iure nullus,ſed tantum venit reſcindendus,poterit tanquam de re ſua,retinere integrè perceptos fructus,dū ſoluat, **B** quod defuit ad iuſtum pretium,& intereſſe inde ceſſans,nec tenebitur partem fructus pro rata defectus pretij,ſi hoc faciat reſtituere.Secus de contractibus,& cēſibus nullis ipſo facto.

# CAP. CCXXVIII

*De multis caſibus ſpecialibus hic diſputatur, an ſint vſurarij;Et an liceat mutuare cum pacto;Si mutuatarius intra determinatū tempus moriatur,vel pecuniam in pretio minuendam,aut bāniendam,vel pecuniā ſub vſuris acceptam, cum eodem onere;* **C** *Vel an liceat magiſtris nauium recipere mutuum ſub vſuris,vt anticipate ſoluant nautis;Vel an teneatur mutuator reſtituere fructus,quos ex poſſeßione mutuatarius non collegiſſet.*

*Quæſtio.*

ANte quam ad finem huius materiæ vſurarum accedamus, quædā dubia minutiora veniūt à nobis hic digerenda,& declaranda.

*Quæſtio. An dum non ſoluitur poſſeſſio poſſ. expeti. 5. pro. 100.*

Atque primo de illo caſu inueſtigandum venit,vtrum,ſiquis vendens poſſeſsionem non habenti pecuniam vnde eam ſoluat,ſic paciſci poſſit cum illo; En accipe poſſeſsionē quā tibi vendo. **D** Verūtamē,quia cares pecunia,qua poſsis eſſe ſoluēdo, dabis mihi quinque pro centū,interim , dū pretiū eius mihi non ſolueris.

*Armill.*

Armill. verbo vſura. §. 15.hunc cōtractū approbat,maxime ſi ſit in vſu,quia hoc,inquit , non eſt vſura; ſed id quod accipit vltra ſortē , nō recepit ratione mutui:ſed ratione intereſſe,quòd patitur ex mora ſoluendi.

*Sententia autoris.*

¶ At dico, hoc vix poteſt iuſtificari,quando ipſe ſe vēditor vltro obtulit ad hāc conditionē: quia tūc ratione dilationis pretij,quod mutuū virtuale eſſe cēſetur quinque pro centum petere. Sicut vſu**A**rarius eſſet creditor,qui vltro,& volēs ſe offerret ad differendā poſt terminū ſolutionē pro aliquo intereſſe lucri ceſſantis, etiā ſi de facto ei ceſſaret:niſi ſimul cum hoc,ꝙ de facto ceſſaret lucrū,concurrerēt cōditiones ſupra poſitæ iuſtificātes in hoc caſu acceptionē alicuius dati ꝓ lucro ceſſante.Inter quas, vna cōditio fuit,ꝙ motus magis principaliter ex charitate,&rogatu proximi indigētis faciat,quā ex ꝓpria vtilitate.

*Cenſus hic non interuenit.*

¶Sed forte talis cōtractus poſſet iuſtificari aliquomodo in caſu,quo in poteſtate vēditoris iā non remaneret tale pretiū vſquā repetere quia tūc cū iſta cōditione,talis cōtractus videtur re**B**ductus aliqualiter ad cōtractum cēſus, quē pontifices nō dānarūt.Sed quia in eo nō obſeruātur cæteræ cōditiones,quas Pius. 5. in extrauaganti, de creandis cenſibus indixit; ideo via cēſus non videtur iſte cōtractus per talem extrauagantem tolerandus.

*Quæſtio.*

¶Adhæc,quia omnes caſus particulares, quia prope infiniti ſunt, diſcutere non poſſumus,præter principia cōmunia præiacta, oportet aliquos hic in particulari propoſuiſſe caſus,vt ex eis taquā à ſimili argumentādo,reliquos poſsit lector diſcernere.

*Quæſtio. An licet paciſci ſi moriatur mutuatarius &c.*

Ideo quæritur, an licite poſsit aliquis mutuare aliquid cū pacto,vt ſi mutuatarius intra cer**C**tū tempus moriatur,liber euadat: ſin autem viuat reddat duplū?Et videtur,quod liceat; nā videtur quoddā genus vadiationis, & depoſitionis:vbi ſe cōmittūt fortunæ.

*Dictū. 1.*

Nihilominus tamē reſpondēdū ducimus, primo,ꝙ certè cōtractus eſt vſurarius,quia ex mutuo lucratur illā obligationē ſoluēdi duplū, quāuis dubiam.

*Syluest. Nauarr.*

Ita Syluest.verbo vſura. 1.q.36. & Nauarrus ſumma Latina c.17.nu.222.Secus eſt,ſi donet gratis abſque fraude,quo donatarius,ſi vſque ad tale tēpus vixerit , duplū gratis reddat,quia tunc nullum ibi mutuum interuenit;ſed eſt contractus innominatus,ſcilicet,do vt mihi des lege. naturalis. ff. de preſ.verb.

*ff. de preſ. verb.*

¶Sed dico licet ſic ſine fraude **D** factus contractus tolerari poſſet per modū contractus innominati,ſed ſuboleret faudē, ideſt,quod faceret ratione mutui : ideò non videtur licere.

*2 Sylueſt. contra Tabienam.*

Secundo dicimus cū Syluestro vſura. 2.quæſt.37.contra Tabienam vſura. 15.§. vltimo. quod ille contractus cum communitate,in aliquibus regionibus ſolitus iniri,vt qui habet filiam matrimonio locandam,communitati 70 aureos impendat, ea lege,vt ſi filia nuptui tradenda vſque ad 25.annos ſuperuixerit,quingenti aurei ſibi à communitate pro dote ſoluantur ; ſi autem ante.25.annos talis puella obierit, aurei.70. dati



dati vendicētur cōmunitati, illicitus eſt con**A**tractus.

*Solutio ad argument.*

Et ad argumentum, quod in contra confingitur,ſcilicet.quod ex mēte Ricardi, quando capitale , & lucrum ſtant periculo mutuantis,licitè aliquid recipit extra ſortē: ergo etiam in hoc contractu;vbi pater puellæ ſortis ſubit periculum,ſi puella ante. 25. annos moriatur,poterit ferre lucrum illud,ſi ſuperuixerit,in promptu eſt ſolutio. Quia iſta maxima Ricardi intelligitur,quado periculum ex natura rei conſurgit,non autem ſi ex lapſu temporis,vt eſt in propoſito, vbi periculū ſtat in hoc,quòd.25.annos egreſſa fuerit,vel antea obierit. Patetque,quod talis contractus vſurarius ſit;quia in mutuis inter**B**pretatiuis,vel veris ſpe lucri principaliter factis,à fænore non excuſat periculum , vel dubium mutuum recuperandi, vt antea contra Metinam concluſimus.

*Mutuare cum lucro etiam dubio non licet.*

Idem dicendum eſſe videtur,& de illo contractu, vbi Petrus conuenit cum Ioanne,quatenus Ioannes tribuat illi: 100.ea lege,quod ad. 10,annos Ioāni reſtituantur centum ; & quinquaginta, & ſi infra id temporis, aliquis eorum e vita migrabit,extinctus maneat contractus , taliter quod Petrus liber manet à reſtitutione; & ſi ſuperuixerint, Ioannes aliquid accipiat ſupra ſortem, pro centum impenſis Petro. **C** Nā vſurarius eſt contractus ſecundum Alexandrum Lombardum,& Syluestrum verbo.vſura.2.quæſt.36. contra Tabien. verbo.vſura.quæſt.15.§.10. declinantem magis in oppoſitum.

*Lombard. Sylu. contra Tabiē.*

Et patet, eadem ratione; quia periculum non excuſat , quando cauſa temporis aliquid plus vltra ſortē accipitur.

*An contractus hic Romæ celebr. lic.*

¶Sed forte Sotus non tam abſolute iſtos contractus reprobaret,quin ratione periculi æſtimabilis pretio , aliquid ſuperaccipi poſſe concederet. Nam in de iuſtit. & iure lib.6. quæſt.6.art.2.ait quod(vt ſæpiſsime Romæ fieri ſolet)habens officium,indigens numis,

*Narratur Caſus.*

conuenit cum mercatore,vt ſibi centum aureos tribuat,pro quibus officialis ille in ſuo **D** officio decem,aut. 12.annos conſignat, ea tamen lege,vt ſi intra ſemeſtre tempus, mercator ille,qui ſibi centum numerauit,ex hac luce migrarit,capitalis iacturam faciat , neque officialis ille teneatur hæredibus mercatoris reſtituere. Sin autem poſt.6.menſes,mercator ille fuerit vita ſuperſtes, proteſtatur officiali nolle amplius cum illo in ſocietate manere.Ideoque eum admonet,vt niſi extēplo ſoluerit illa centum,inde ratione moræ ſoluturum illum officialem ſtatutas vſuras. Et ait Sotus iuſtitiam huius cōtractus nō eſſe adeo aliquidam,quia non poteſt reduci ad **A** contractum cenſus,cum hic re vera repetere poſſit ſuum capitale,quod in cenſu fieri nequit.Neque ad contractum ſocietatis,prout mercator vult,poteſt reduci;quia hic mercator nō ſubit capitalis periculum,quod in ſocietate requiritur:ſed tātum ſe exponit mercator illi periculo, quod perdat capitale ſuū ſi ante.6.menſes mortē obierit.

*Reſolutio Soti.*

Sed tandem Sotus ad caſum ait,quod quantum ad illud ſemeſtre tempus licitus apparet contractus. Nam periculū illud,quod ſi intra ſemeſtre tempus mercator moriatur, illa centum tributa officiali amittat,quia æſtimabile eſt pecunia:ſicut in ludo,atque itidem in alijs for**B**tuitis fieri conſueuit,iuſtē videntur pro illo periculo. 100.aureorum recipi.61.Attamē, quòd poſt lapſum ſex menſium, ratione moræ recipiat mercator ille ſingulis annis.12. fraudem videtur ſapere.Tum quòd ab initio mora illa præuiſa eſt atque adeo videtur in fraudem mutui conceſſa. Tum præcipuè, quia ratione moræ , non poteſt ſupra capitale recipi,niſi damnum emergens , lucrum vero ceſſans minime, niſi huiuſmodi pecunia negociationi eſſet expoſita. Quapropter,ſi ita res erat,contractus forſan eſt licitus,alias minime.

*Sententia Soti.*

Quin vero inquit Sotus, huiuſmodi contractus vix approbare aude**C**rem,niſi in forma empti cenſus,aut planæ ſocietatis,vbi,videlicet, pecunia periculo negociationis exponeretur. Hæc Sotus. Quare nec ipſe prædictos contractus , videlicet, de pecunia tradita communitati pro puella, ſi ſuperuixerit.25.annos,cum duplicatione ſortis ſibi reſtituenda maritanda , nec alium ſequentem approbaret , neque approbare, videtur hic cum formā empti cenſus,aut planæ ſocietatis,vbi pecunia periculo negociationis exponatur,non contineat.

*Quæſtio. An pecunia bāniēda poſsit mutuari.*

¶ Cæterum de ea quæſtione , vtrum qui ſcit pecuniam banniendam, vel in pretio minuendam, poſsit illam mutuare , verbi gra**D**tia,Ioanni, non oportet prolixe replicare: cum iam ſupra nos dixiſſe meminerimus, quòd poteſt quidem tunc illam mutuare : ſi Ioannes,cui mutuat ante bannitionem , vel eius diminutionem erat eam expenſurus , ſi non faciat cauſa lucri , ſed vitandi damni.

*Alexāder. Sylueſter, Angelus.*

Ita Alexāder Lōbardus in quol. & Sylueſter.verbo.vſur.1,q.15.& ſumma Angelica verbo.vſura.§.76.Patet;quia ſolū intēdit in hoc caſu,ſine iactura mutuatarij ſe indemnē ſeruare.

*Quæſtio. An licet mutuare ſub vſuris*

¶ At vero an hac eadem ratione , vt quis indemnem ſe ſeruet,poſsit cētū aureos, quos mutuo ſub vſuris ab aliquo accepit.ſ. vt pro illis centum,ſoluat pro lucro. 10 eos rurſus

rurſus alteri petenti mutuum pro lucro aliorum. 10.ratione mutui ſoluendorum mutuare,aliquis meritò ambigere poterit. *Maior.* Nã Maior in.4.diſt.15.quæſt.9.art.7.id facti damnat, *Nauar.* cui ſubſcribit Nauar. in ſum.Lat.ca. 17. *Ioſeph.* nu.231. Eandem ſententiam videtur refutare F. Ioſeph. in ſuis floribus, ſic abſolute acceptam. *Dictũ.* 1. Igitur quo veritas illuceſcat dicimus primo,quòd abſolute non licet mutuare pecuniam ſub vſuris acceptam cum cõditione, vt iſte ſecundus mutuatarius vſurario,à quo primo mutuatario ſub vſuris mutuata eſt,ſoluat vſuras;quia perinde facit abſolutè,ac fecit vſurarius ſecum,quod fuit factum damnabile.Et in hoc ſenſu vera eſt ſententia Maioris & ei ſubſcribentis Nauarri.

2 Secundo dicimus, quod qui mutuat pecuniam ſub vſuris acceptam,non dum à ſe conſumptam,quia non habet aliam ad mutuandum, ad petitionẽ petentis mutuũ, illã mutuando hac conditione, vt iſte eam mutuo petens vſurario ſoluat vſuras,non peccat.Ita F.Ioſephus. *Ioſeph.* *Nauarr.* Hocque etiam ibi innuere videtur Naua.licet non tam clare.Et patet, quia hic ſolum ſe indemnem ſeruare intendit, dũ ad petitionem alterius,in talem petentẽ, & ſic acceptantem, mutuo à ſe acceptam ſub vſuris pecuniam,cum eodem onere ſoluendi vſurario vſuras,tranfert,ſed tutius eſt nõ facere,niſi ſit aliud damnum inde emergens quia non tã clare licet.

3 Tertio dicimus,quod; ſi hic,qui centum ſub fænore recipit, iã iſta cẽtũ cõſumpſit,vel caſu,quo non cõſumpſerit,aliã quoq;pecuniã,quã poſſit ſine incõmodo ſuo,mutuare,habet,tũc non poteſt cũ petente à ſe mutuũ talẽ contractũ inire,quia iam in hoc caſu,non cenſeretur cauſa vitandi damni, in petentem mutuum, contractum mutui ſub vſuris cum vſurario prius factum transferre,ſed ſub fænore velle mutuare.Ita Ioſephus. *Ioſeph.*

4 Quarto dicimus cũ Nauarro, *Nauarr.* quod ſiquis,qui centũ mutuo ab vſurario pro lucro decem ſibi præſtando, accepit,alteri precanti illa centum mutuat, pro lucro aliorum decem,ratione intereſſe damni,quia mutuo illa centum ſub vſuris acceperat,ad reficiendam ſibi alias caſurã domũ, & quia illam reficere omittit, vt mutuet, inde emergit damnum,non male facit; quia hic ſolum ſeruat ſe indemnem.

*Quæſtio. An pecunia ſub vſur.accept. poſſ. computar. nautis.* ¶Contingit quoque,& hic dubitari, vtrũ magiſtri,aut præfecti nauium,qui ad expeditionem nauis,& nauigationis,quam aliter non poſſunt facere,mutuo pecunias ſub vſuris,vel ſub lucro ceſſante,ſoluendo recipiũt, poſsint ea quoq;inſumere in expenſas, quas A facturi ſunt nautæ nauis,pro rata in eos, partem quotæ vſurariæ transferendo, & in ſtipendium ipſis poſtea ſoluendum computando. *Dictũ.* 1. Dico primo,quod ſi aliam pecuniam tales magiſtri nauium habent,vel habere poſſunt,vnde nautis conducturis nauim ſubuenire poſſint,vel aliunde,quã ex mutuo ſub vſura accepto iniquum eſt ſic ſubuenire eis, anticipate ſoluendo eis aliquid ſui ſtipẽdij.

2 Secundo dico;Si per modũ contractus ſocietatis omnes nautæ cõueniant cum magiſtro nauis,vt videtur fieri,tunc,ſi aliter non poſſint expedire nauigationem, niſi ex tali mu- B tuo accepto ſub vſuris, ſibi ſubueniendo ad ſumptus;non eis iniuriam facit magiſter nauis,ſi nautis ſcientibus, & volentibus ad impenſas viatici, ſic ſub vſuris mutuũ accipit pro rata,computando in partibus lucri poſteà obtingentibus nautis. Nam ſi cõtractus eſt ſocietatis, vbi magiſter nauis ponit nauim,& nautæ ponunt operas,cum negotium commune ſit,hic geſtum pro rata quiſque eorum tenetur ſubire onus, poſtquam participant & commodum.

*Quæſtio. An fruct⁹ non collecti ſint cõputand.in ſort.* ¶Accedit hic quoque & alia quæſtio, an creditor, vel mutuator teneatur computare in ſortem ſibi debiti,ſcilicet, in eius ſolutio- C nem,fructus à ſe collectos ex agro pro debito impignorato,quos debitor non colligebat,nec colligere cogitabat.Et videtur quod non;quia eos tunc creditor retinendo, nullam videtur ei facere iniuriam;quia nihil minus habet debitor,quam deberet habere, cũ illos fructus ex ſuo agro nõ deberet habere.

*Dictũ.* 1. ¶Igitur ſatisfacturi quæſtioni, dicimus primo,quod vti fructu pignoris non licet talem fructum non computando in ſortem, in quam conputanda eſt omnis commoditas:quam ex eo percipit, deductis expenſis legitimis.

*Excuſatur hic pignoratarius.* ¶Tandem quando pignoratarius tantum D impendit in pignore,quantum vtilitatis ex eo percepit,vſuram non committit, etiam ſi eam vtilitatem non computet in ſolutionem ſortis à ſe mutuatæ, nec conſequenter, qui equum paruæ vtilitatis accepit cum onere alendi eum, neque qui domũ egentem tanta, vel maiori impenſa refectionis, quam penſio eius valeat. Nam & pro labore,quem ſubijt pignoratarius in ſeruando,vel excutiendo,vel curando pignus ne deterioraretur, vel à tineis corroderetur,poteſt aliquid iuſti ſtipẽdij expetere.Nam neq; tenetur gratis iſtũ laborẽ ſubire.Sed neq; peccat pignoratarius,ſi ſine detrimẽto pignoris,eius vſu aliquãdo potiatur,ſi talis vſus



ſolitus ſit cõcedi gratis,vt ſi ſibi impignoratus eſt liber,& aliquando ſine eius deterioratione in eo legit. A

*Dictũ.* 2. *Sotus.* ¶ Secundo dicimus, licet meminimus antea dixiſſe ex mente Soti de iuſti. & iur. libro.6.quæſtione, prima.articul.2. pignoratarius non tenetur in partem ſolutionis accipere fructus collectos ex pignore, quos debitor non colligebat, neque colligere cogitabat,quia ager in pignus datus non vireſcebat;quia ſterilis reputabatur: tamen hoc dictum Soti tanquam minus tutum refutat Nauar.ſum. Latina capit.17.num.216. *Nauar. refut.Sot.* Quod ſufficienter videtur probare dupliciter. Primo; quia illi fructus ſunt percepti ex re pro- B pria,& fructifera debitoris: ergo ſunt debitoris;quia eius ſunt fructus,cuius,eſt poſſeſsio & dominium eius directum, & vtile, ergo nullo iuſto titulo illi fructus poſſunt à creditore retineri. Secundo; quia alioquin dicendum eſſet, creditorem, qui ſua ſolerti induſtria ter tantos fructus colligeret, quam debitor colligebat, eum ad reſtituendum quod amplius collegiſſet,non teneri, quod palam ſequitur ex aſſertione iſta Soti, quod tamen videtur omnino non eſſe verum.

*Sentẽ.Naua. tutior.* ¶ Subinde iſta ſententia Nauarr,eſt veriſimilior ſtando in rigore,& tutior. *Couaru.limitat Sot.* Licet credo Couarru. acceptaret contrariam ſententiam Soti cum C hac limitatione:ſi bona fide collegit illos fructus, credens de illis tanquam de poſſeſsione debitori inutili perceptis; debitorem nihil curaturum. Ideo agrum pignoratitium creditor tentabit excolere, ſi iam illi fructus non extant, ſed iam ſunt conſumpti à creditore non tenetur illos debitori reſtituere. Nam & ipſemet Couarruu. defendit & id, quod maius eſt continens dubium, ſcilicet, quod malæ fidei poſſeſſor, ſi fecit fructus in re aliena communi cura hominum perceptibiles,etiam ſi dominus eiuſdem rei non eſſet in effectu illos percepturus, reddendi D ſunt ei, ſi extent, ſecus ſi iam ſint conſumpti. Hæc Couarruuias, & facit pro eo, & Soti ratio ante allata, ſcilicet, quod tunc nihil eſt domino recompenſandum de fructibus cum nihil minus habeat;quia eos,vt ſupponimus non erat habiturus. Sed hoc tantum tenet de ęquitate, & cum his duabus limitationibus, ſcilicet, quando iam non extant fructus, quia ſunt conſumpti, & illi fructus fuere exigui parum excedentes labores & ſumptus.

# CAP. CCXXIX.

*De illa tam celebri quæſtione, vtrum vſurarius adquirat dominium rei per vſuram adquiſitæ. Vbi inter latam exactamque diſputationẽ ſtabilitur argumẽtis fortibus ſententia negatiua,& ſoluũtur argumenta Naua. & aliorũ allata pro parte affirmatiua.*

*Quæſtio. Vtrũ vſurarius acquirat dominiũ rei vſurariæ.* PEruenimus iam tandem ad illam potiſsimam quæſtionem, quæ viam ſternit ad notitiã alterius ſibi annexæ quæſtionis,an vſurarius teneatur reſtituere fru- B ctus poſſeſsionis per vſurã partæ, & an illos faciat ſuos. Igitur celebris hæc quæſtio eſt, quæ valde controuertitur in ſcholis, vtrum vſurarius acquirat dominium rei per vſuram acquiſitæ. *Variant doctores 1. opin. gloſſæ.* Circa hanc quæſtionem duæ, aut tres opiniones verſantur in ſcholis.Prima eſt gloſſ.illius textus Ambroſij,ſiquis vſurã.14. quæſt.4.quæ aſſeruit per dationem vſurariã transferri dominium in vſurarium, cui ſubſcribunt Palud.in.4. diſt.15.atque Adria. in quæſtione de vſura; *Palud.* *Adria.* qui ait eſſe opinionem communem Canoniſtarum. Et citat in eandem ſententiam Enricum Gandẽſem in quolib.4.quæſt.27. Imo in eandem ſententiam, C citat D.Thom.in 4.diſtin.15.quæſt.2. arti.4. Attamen ſecundum Sylueſt.verbo,vſu.6. §.1.tantum dicit D.Thom. quod ſecundum opinionem aliorum transfertur dominium, vt ibi patet. *Sotus.* Sotus quoque de iuſt. & iur. lib. 6.quæſt.1.artic.4. vbi de hoc agit, ait quod D.Thom.ibi tantum ait quoſdam hoc dicere.In eandem ſententiam Sotus hic citat Scotum in 4.diſt.15.quæſt.2.arti.3. *Scotus.* At vero. F. Ioſeph.in ſuis floribus in materia de vſu.vbi *Ioſeph.* de hoc pertractat ait,priuſquã ad quæſtionẽ reſpõdeat,velle ſe Scot.ab hac calũnia illi impoſita tutari.Quia potius,inquit,Scot.tenet vſurariũ pecunię fænebris non ſibi cõparare D dominiũ;quia ſolum vt impertinens oppoſitũ admiſit: quoniam ſolum iſtam conſequentiã, eſto antecedẽs eſſet verũ ſecundũ alios, non valere voluit cõmõſtrare,ſcilicet,vſurarius acquirit dominiũ rei per vſurã acquiſitę: ergo nõ tenetur illã reſtituere. Sicut nec valet,mutuatarius acquirit dñium mutui: ergo nõ tenetur illud reſtituere. *Nauar.* Nauarr.quoq; in ſum.La.ca.17.nu.265. ſequitur Gloſ. dicẽs, ꝙ dñiũ rei per vſuras lucrifactæ trãſit in vſurariũ.Quã Gloſ. ait cõmuniter eſſe receptã, quę reſpõdet ca.ſiquis.vſurã.14.q.4.cõtrariũ *14.q.4.* ſignificãti. *Arg.1. pro affirmat.* ¶Argumẽta autẽ,quę hęc opinio habet pro ſui fulcimẽto hęc ſunt ſuo ordine.

 Pri-

Primum; quia mutuatarius libere donat, cum ergo per liberam donationem transferatur dominium; ſequitur quòd & per vſurariam donationem dominium transferatur. *Confirm.* ¶ Et confirmatur: quia, ſi non eſſet libera donatio, eſſet, quia neceſsitate compellitur mutuatarius accipere mutuum ſub vſuris: ſed aliquando abſque neceſsitate petit mutuum ſub vſuris; ergo tunc non compellitur.

*Argum. 2.* ¶ Secundò arguitur: Metus multo efficacius tollit voluntarium, quam neceſsitas accipiendi mutuum: ſed tamen non obſtante metu, transfertur dominium, vt patet capite Abbas, de his, quæ vi metuſue cauſa fiunt, & l. metum ff. eod. licet detur repetitio, & tales contractus ſint in irritum reuocandi: ergo à fortiori per dationem rei vſurariæ, quæ non eſt tam inuoluntaria ſicut ſi metu eſſet facta, transfertur dominium. *De his quę vi. met.* *Confirm.* ¶ Et confirmatur; quia etiam contractus matrimonij metu contractus, ſi metus non ſit cadens in cõſtantem virum, tenet, & poteſtatem ſupra corpora coniugum inuicem transfert, ergo multò magis contractus vſurarius, vbi maior ſubeſt libertas in donante vſuras, illarum, transferet dominium.

*Argum. 3. Ariſtote. exempl.* ¶ Tertiò arguitur ex ſententia Ariſto. 3. ethicorum de maritimo mercatore exemplificantis, qui metu tempeſtatis, abijcit merces in mare, vbi ſecundum Ariſtote. licet inuolũtarij quidpiam admixtum inſit, nihilominus eſt illa abiectio mercium ſimpliciter ſpõtanea: ergo pariter illa datio vſuræ pro mutuo, licet aliàs nollet dare, erit ſimpliciter ſpõtanea, ac per conſequens ſufficiens ad transferendum dominium. *Argu. 4.* ¶ Item quarto arguitur; quia mutuatarius nõ dat vſurario pecuniam vſurariam, tanquam in depoſito, neque in pignus, neque per locationem, quibus contractibus non transfertur dominium, ſed vere dat pro mutuo: ergo transfert dominiũ. *Argu. 5.* ¶ Itẽ vltimo arguitur; quia ſi non transferretur dominium, ſequitur quod omnes contractus, quos vſurarius cum illa pecunia vſuraria conficeret, eſſent inualidi. Patet ſequela; quia perinde eſſet, ac ſi latro pecunia furtiua, cuius non eſt dominus illos contractus faceret. At conſequens videtur durum; quia ſi tales contractus eſſent inualidi, quicunque vſurario panem, aut vinum venderet, aut rem, teneretur reſtituere pretium vero domino.

*Adria.* ¶ Igitur his tamen non obſtantibus, & non obſtante, quod Adrianus in ſuam contrariã ſententiam affirmatiuam omnes iuris doctores citet, quia Syluest, quoque qui iuris eſt doctor, verbo, Vſura, 6. dicit opinionem *Syluest.* negatiuam Diui Thom. 2. 2. quæſt. 78. artic. 3. teneri communiter à doctoribus, opinionem negatiuam indubie veram ſuſtinemus. Nam non nos deterret illud verbum Adriani omnes tenere opinionem affirmatiuam. Quia, vt tanquam teſtis expertus ait Sotus, mos eſt doctorum de hoc etiam raro cõuenire, ſcilicet, quænam ſit opinio communis. *Raro conuenitur in aſſerendo opin. com. munẽ.* Præterquam quod Diui Thomæ authoritas, qui opinionem negatiuam hic expreſſe tenet, tanta eſt, vt merito contra authoritatem aliquorum doctorum eius authoritati magis ſit cedendum, quia potioribus rationibus regulariter ſuam ſententiam ſolet communire. *D. Thom. autoritas magna.*

*Conclu.* ¶ Sit igitur concluſio reſponſiua ad quæſtionem, quæ indubitate eſt vera; Rei vſurariæ, per dationem mutuatarij, in vſurarium non transfertur dominium: neque eius dominus fit vſurarius. Hæc concluſio eſt D. Tho. *D. Thom.* quam expreſſe tenet. 2. 2. loco citato in vltimis verbis arti. Vbi ait, quòd fructus rei per vſuram extortæ, ideo ſunt reſtituendi, quod qui eam dedit eſt eiuſdem rei dominus. Hanc autem opinionem D. Thom. ſectati ſunt antiqui doctores Alexander. 3. par. quæſtione ſexageſima ſexta, membro quarto, & Altiſiodorenſis. 3. par. tractatu. 21. quæſtione. 1. Richardus in quarto, diſtinctione decima quinta, quæſtione quarta, articul. quinto, & Caietanus qui quodlib. 1. fecit de hoc quæſtionem tertiam, imo & frater Ioſeph. qui in ſuis floribus eam ſequitur, ait Scot. potius fuiſſet eiuſdem ſententiæ. Eſt Syluest. loco citato, verbo. Vſura. 6. quæſtione prima. *Alexand. Altiſiod. Richard. Caietan. Ioſeph. Scotus. Syluest.* Quam antequam ſuis rationibus corroborare aggrediamur ſupponenda eſt illa vera ſententia, ſcilicet, quod nuda traditio rei non eſt certum ſignum tranſlationis dominij, vt probe docent Syluest. & Sotus locis citatis, & probant ex. ff. de aequirendo rerum dominio. l. nunquam. *Fundam.* *ff. de acqui.* Vbi ſic habetur: Nunquam enim nuda traditio transfert dominium, niſi venditio, aut iuſta cauſa præceſſerit propter quã traditio ſequeretur. Hoc præiacto fundamẽto, primũ inſtat probationis argumentũ, tale, quia hic neq; lex, neq; arbitrium voluntatis ſoluentis vſuram, vſuræ transferunt dominium: ergo per ſolutionem vſuræ non transfertur dominium. *Proba. 1.* Patet hoc, quia non eſt alia via transferendi dominium: niſi per legẽ, aut per voluntatem dantis, ſed probatur antecedẽs, quo ad primam partem, ſcilicet, quod non per legem, quia lex omnem talem contractũ vſurarium vetat: ergo tranſlationem dominij rei vſurariæ non concedit. Quo ad ſe-



cundam partem patet; quia, vt ex maxima præſuppoſita conſtat, per hoc quod mutuatarius voluntarie pecuniam tradit vſurario, non conſtat eius traduxiſſe dominium ſupponimus enim, non eam dediſſe ratione amicitiæ mere gratis. *Confirm.* ¶ Et confirmatur; quia non datur illa pecunia vſuraria gratis, ſed ratione contractus mutui, at contractus mutui quando in eo vſus pecuniæ emitur: quia talis vſus, nullo eſt ſeorſum pretio æſtimabilis, non arguit tranſlationem dominij: ergo nullum eſt argumentũ conuincens, quòd voluntas ſoluentis vſuras ſit dominium earum transferre. *Confirm.* ¶ Et confirmatur ſecundò, quia ſecundum regulam iuriſtarum, dum non conſtat de oppoſito, nullus præſumitur, quod ſuum velit abijcere dominiũ, quia auara eſſe videtur natura hominis poſt peccatum. Cum ergo mutuatarius non præſũmatur donare quod dat vltra ſortem, fit, vt illic nulla fiat dominij tranſmiſsio. *Satisfit obiectio.* Nec valet obiectio, quòd ſi non dat id, quod plus dat in pignus, vel in depoſitum, quòd conuincitur illud dono dare: quia illud dono nõ datur, ſed quia aliter non poteſt extorquere mutuum, hac ſola cauſa dat. Neque valet replica, quod, ſi non vult transferre dominiũ: ergo decipit hominem. Quia bene ad hoc reſpondet Sotus, *Sotus.* negando conſequentiã. Imo fœnerator ſeipſum decipit. Nam poſtquam accipit quòd ſibi non debetur, ipſe viderit, quomodo recipit. Si quæras ergo, qualis eſt iſta traditio, alio nomine dico, quod caret; quia ſolum dicitur traditio vſuraria. *Proba. 2.* ¶ Secundo probatur; quia omnes partis aduerſæ fautores fatentur fœneratorem fructus fundo vſurariè accepto, teneri reſtituere. Et huius nullam aliam rationem afferre poſſunt præter eam, ſcilicet, quam reddit D. Thom. quia dominium eiuſmodi fundi vſurariè recepti vſurarius non acquirit. Nam ſi acquireret, quia res ſuo domino ſolita eſt fructificare: illos fructus faceret ſuos, neque eos teneretur reſtituere. *Satisfit obiectio.* Quòd ſi quis reſponderit, iſtos fructus deberi ratione moræ, ſequitur ſi mutuatarius illum non eſſet culturus fundum, ſibi illi non deberentur fructus, quod non eſt verum. *Confirm.* ¶ Confirmatur; quia cum leges omnes aduerſentur, exoſumque habeant vitium vſurarum, vſurarijſque odioſiſsimæ ſint, ſi iam dominij tranſlatio eis concedatur, hoc in tantum eſſe fauorem ſuum gloſſabũt, vt ſe dominos agnoſcentes talis rei, eam nulla obligatione reſtituendi teneri ſibi perſuadebunt, ſaltem, dum mutuatarius eam non repetit. *Prob. 3.* ¶ Item tertio arguitur: Quia mirum eſt, quòd leges impedire tranſlationẽ dominiorum ſoleant in dationibus, quæ fiunt pro re turpi, & iniurioſa, vt ſi detur aſſaſino aliquid, vt hominem occidat, aut pro corrumpendo iudice, aut ſimoniace, quia res ſpiritualis non eſt vendibilis, & quòd datio vſuraria pro vſu mutuatæ pecuniæ, quæ ſeorſum nullius eſt pretij transferat dominium. Argumentum eſt ergo leges iſtius cõtractus prohibitrices tranſlationem dominij impedire. *Satisfit obiectio.* ¶ Sed dicet aliquis nobis aduerſus: Quid prohibet, vt ratione mutui ſaltem, ſi non gratis, poſsit mutuatarius id plus vſurario donare. Reſpondetur cum Altiſiodorenſi doctore graui, quod mutuatarius non intendit id dare aliter, quàm iura permittunt, quæ dominij traductionem prohibent illa ratione. Imo ſi ratione talis mutui contractus, & conuentionis, vellet donare, dominiumq; transferre id facere non poſſet prohibente id lege diuina, naturalique, quæ hac via vſurariũ ad acquirendum dominium incapacem, inhabilemque reddit.

*Prob. 4. Arg. ad hominem.* ¶ Item arguitur, præſertim contra Nauarrum ex eius aſſertione capitulo decimo ſeptimo, numero vigeſimo nono. Leuis metus, inquit Nauarrus ibi, eatenus in foro conſciẽtiæ inualidat factum, quatenus fuit cauſa ſaltem ſine qua non, illius actus argum. capit. final. de iniurijs: *De iniur.* Et hoc eſt, quia metus leuis in conſcientia, ſecundum quid inuoluntarium facit actum: ſed etiam hic mutuatarius ſecundum quid inuoluntariè dat; quia metuit quod vſurarius aliter ſibi non mutuauit; & quia cum teneatur gratis mutuare, cum petit vſuras ingerit ſibi metum vſurarius, quod aliter mutuum nõ dabit: ergo metus hic, vel inuoluntarium hoc, etiam ſecundum quid inde cauſatum in conſcientia, contractum, & dationem hanc inualidabit, ex ore ſuo Nauar. hic iudicamus. *Prob. 5.* ¶ Arguitur etiam argumẽto Soti: Quia ſi vſurarius eſſet dominus vſurariæ pecuniæ, ſequeretur quòd ſi non haberet vnde integre ſuis debitoribus ſolueret, habendo creditores antiquiores, quibus debet ex contractu licito, ex pecunia vſurariè poſtea contracta non mutuatarijs, à quibus illam extorſit, ſed creditoribus antiquioribus, reſtituere deberet, quod nemo cõcedit; Quod autem hoc ſequatur patet, quia debitor ex pecunia, cuius eſt dominus, cęteris paribus antiquioribus creditoribus prius reſtituturus eſt. *Confir.* ¶ Vltimo quoque confirmatur: Quia proijciens merces in mare, licet inuoluntarie faciat ſecundum quid, & voluntarie ſimpliciter, non amittit earum dominium

nium; ergo neque etiã mutuatarius licet ſimpliciter voluntarie det vſuras; quia tamen ſecundum quid inuoluntariè eas dat, non amittet earum dominium.

Conclu. 2. ¶ Secunda concluſio: Non ſolum in rebus acquiſitis per vſuram non vſu conſumptibilibus, vt in poſſeſſionibus, ſed etiam in rebus vſu conſumptibilibus, quales ſunt, quæ conſiſtunt in numero, pondere, & menſura, vt pecunia, vinum, oleum, triticum dum manẽt impermixta iſta, non transfertur dominium in vſurarium. Hæc Soti eſt, & Sylueſt. Quia adijcit iſtam limitationem, ſcilicet, quandiu iſta manent impermixta. Hanc concluſionẽ ſtatuimus contra alios exiſtimantes Diuum Thomam in iſtis rebus vſu conſumptibilibus ſenſiſſe contrarium. Nam ait Sotus Diuũ Thomam in ſolutione ad tertium, idẽ aſtruere de pecunia vſuraria, ſcilicet, quòd eius quoque ab vſurario non acquiratur dominium. Vbi ait, quod vſurarius plus iuris habet in re acquiſita de pecunia vſuraria, quàm in ipſa pecunia vſuraria, quia in re tali pecunia vſuraria acquiſita habet dominiũ, & poſſeſſionem: ſed in pecunia tali non habet dominium. Et patet; quia eadem eſt vtrobique ratio, tam in conſumptibilibus, quam in vſu non conſumptibilibus. Hæc concluſio eſt etiam fratris Ioſephi vbi ſupra. Et tandem ibi addit Sylueſter, quod ſiquis velit contendere quod fictione iuris ciuilis vſurarius fit dominus, tamẽ iure diuino, & canonico oportet dicere, quod dominium maneat penes ſoluentem, niſi extra rationem mutui donet, ac perinde idem eſt in conſciẽtia, quoad omnem effectum, ac ſi dominium in vſurarium non eſſet tranſlatum.

Sotus. Sylueſt. S. Thom. Ioſeph. Sylueſt. ſententia.

Ad. 1. arg. ¶ Igitur ad argumenta in contra ad primũ dicitur, quod ita eſt, illa enim eſt cauſa, quod non fit tranſlatio dominij; quia eſt non libera donatio: ſed vſuraria datio ratione mutui, quæ nihil valet.

Ad confir. ¶ Ad confirmationem dicitur, quod parum refert mutuatarius neceſſitate compulſus, vel ſi vt ſuo tantum obſequatur animo mutuum petat; ſi poſtquam conſtituit petere mutuum, compellitur vſuras dare; quia non poteſt aliter mutuum obtinere.

Ad. 2. Sotus. ¶ Ad ſecundum argumentum multipliciter reſpondetur. Primo ex mente Soti, quòd etiam datio per metum, cum non ſit ſpontanea, non eſt cur transferat dominium, neque iura contrarium volunt. Imo plane docent huiuſmodi dationes, ſcilicet, non irritandas, ſed vt irritas declarandas fore. Et fatetur Sotus cum quis iurat latroni ſe daturum pecuniam, ratione iuramenti tenetur dare: ſed cum tradiderit minime dominium traducit.

Gloſſ. at Sotus cap. ab.

Satisfit obiectioni. ¶ Et ſi obijciatur contra, quid ſi iuret ſe velle transferre dominium in vſurarium cum mentiri non intendat, nec ficte iuret, ſequitur quod tunc transferat dominium.

Fr. Ioan. à Peña. ¶ Reſpondetur ex mente fratris Ioannis de la Peña doctiſsimi, quod ſi iurauit ratione mutui dominium transferre, tunc prohibente hoc iure naturali, & poſitiuo, non acquirit vſurarius dominium; quia fit incapax iure naturali talis dominij ratione mutui principaliter. Sed dato ſibi ſic paraſſet dominium, obnoxius maneret reſtitutioni etiam fructuum; quia à principio fuit in culpa, & tenebatur reſcindere contractum ex iuſtitia.

Soluit. 2. Gloſſ. at à Peña cap. abbas. ¶ Secundò ſoluitur argumentum ex mente eiuſdem magiſtri Ioannis de la Peña dicendo, quod in illo capite. Abbas. de his quæ vi, metus, non dicitur quod contractus irritetur quaſi ipſe, qui per metum obtinuerat poſſeſſionem, illius haberet dominium: ſed quia habebat poſſeſſionem quaſi æquiualentem dominio, & erat apparentia, quod contractus eſſet validus: ideo dixit fore irritandum in foro exteriori, cum vere in conſcientia eſſet irritus.

Soluit. 3. ¶ Tertio ſoluitur; quia in alijs contractus metu initi iubentur irritari, quamuis non tantopere ſint ſuapte natura gratuiti; quia fiunt cum pacto interdum do, vt des.

Mutuatio ex ſe eſt gratuita. At mutuatio iure naturæ eſt contractus gratuitus, & datio gratuita nihil vltra ſortem ſperans: ſicut donatio eſt actio gratuita: ergo ſicut non ſolum metus leuis: ſed quodcunque inuoluntarium ſecundum quid in conſcientia irritat donationem: ſic & mutuationem non gratuitam, quo ad illas vſuras, quas nollet dare.

Ad obiect. de matrimonio. ¶ Ad illud de matrimonio coacto valenti ex metu leui contracto conceſſo antecedenti negatur, quod pari ratione datio vſuraria non obſtante inuoluntario ſecundũ quid ſit valida; quia eſt differẽtia patens.

Solutio. 1. ex differentia. 1. Primò; quia cum matrimonium ſit ſacramẽtum, & continens perpetuam inſeparabilitatẽ noluit eccleſia propter reuerẽtiam ſacramenti, ex leui metu, vel ex inuoluntario leui inualidari: ſecus de contractu accipiendi aliquid ratione mutuationis, quæ gratuita debet eſſe, & gratis fieri.

Soluit. 2. ex diff. 2. à Peña. ¶ Secũdo ſoluetur ex mẽte fratris Ioannis de la Peña; quia eſt differentia ſecunda. Etenim contrahens matrimonium volũtariè intendit tradere dominium corporis in vxorem, ſi verba profert neceſſaria, ſcilicet. Accipio te in vxorem; quia aliàs mentiretur. At qui dat pecunias vſurarias vſurario, dominium non intendit transferre, quia nihil tale affirmat; ſed tãtũ illud tradit, quod eſt neceſſarium ad redimendam ſuam vexationem.



Ad. 3. arg. ¶ Ad tertium argumentum ex philoſopho reſpõdetur, quod licet ita ſit, quod illa datio vſuraria ſit voluntaria ſimpliciter authore Ariſtotele; tamen inuoluntarium ſecundum quid in ea mixtum ſufficit ad irritandam illã ipſo facto ratione iam dicta.

Ad. 4. ¶ Ad quartum concedo, quod non dat ratione pignoris, aut depoſiti, ſed dat ratione mutui, quæ ratio, niſi alia adſit impedit trãſlationem dominij.

Ad. 5. ¶ Ad vltimum reſponſio patebit, cum de validitate, vel nullitate contractuum mitorũ cum vſurarijs ſtatim nobis eſt diſputandum.

Neceſsitas reſolu. hac quæſt. Circa hanc quæſtionem moroſius, quam nobis erat animus, ſumus immorati, conſulto tamẽ, & non ab re, nempe, vt pateat, quã ſint falſæ in foro conſcientiæ aſſertiones aliquæ, quas Nauarrus cum alijs canoniſtis, ex principijs contrarijs ad noſtras concluſiones, quæ quidem proculdubio oſtendimus eſſe principia falſa, infert.

# CAP. CCXXX.

*De concluſionibus ſpecialibus, quæ inferuntur ex ſententia negatiua hac, quod in vſura non transfertur dominium; quæ vera eſt contra Nauarrum: Et an hæredes vſurarij debita vſuraria teneantur ſinguli reſtituere in ſolidum, alijs non ſoluentibus, an ſolum pro portione partis, quam adiuit quiſque.*

POſtquam fundamentalem ad plures concluſiones præiecimus baſim, ſupereſt nunc concluſiones, quæ inde eliciuntur ſtatuere, & alias ei annexas, atque cõnnes,

Conclu. ¶ Sit igit concluſio: Si aliqua domus, vel poſſeſſio, ſit empta ex pecunia vſuraria, non eſt reſtituenda mutuatario ſoluẽti pecuniam vſurariã, vnde empta eſt ab vſurario. Hæc concluſio eſt iuridica, & probatur capit. cum tu. & capit. tua. de vſuris.

De vſu. S. Thom. patet ex Diuo Thom. ſecunda ſecundæ, quæſtione ſeptuageſima octaua, articulo tertio, ad ſecundum argumen. Vbi ſic ait: Poſſeſſiones quæ de vſuris ſunt comparatæ, non ſunt eorum, quorum ſunt vſuræ: ſed illorum qui eas emerunt. Sunt tamen obligatæ illis, à quibus fuerunt vſuræ acceptæ, ſicut & alia bona vſurarij. Et ideo non præcipitur, quod aſſignentur iſtæ poſſeſſiones his, à quibus acceptæ fuere vſuræ; quia forte plus valent, quàm vſuræ, quas dederunt. Sed præcipitur quod vendantur poſſeſſiones; vt ſi aliunde vſurarij vſuras non ſint ſoluendo, earum pretia reſtituantur ſecundum quantitatem vſuræ acceptæ. Hæc D. Thomas.

Quæſtio. An poſſeſſio ex vſura empta ſit oblig. ¶ Sed quia hic idem Diuus Thomas docet, quod poſſeſſiones fœnebri pecunia emptæ ſunt obligatæ ſoluentibus vſuras, ſicut & alia bona vſurarij, quæritur an hoc ſit verum.

Nauar. S. Thom. Nam Nauarr. ſumma latina. capit. 17. numero. 295. ait contra Sanctum Thomam verius eſſe, quod bona vſurarij non ſunt obligata pro vſuris extortis; quia, inquit, nullo iure probatur talis obligatio.

Ioã. And. Panor. Et ita tenet Ioannes Andre. Panormitan. & communis in capit. cum tu, & in capit. tua. per illum textum inductum ibi à Panormitan. de vſuris contra gloſſam in vtroque capit. & in capit. 2. eod. ti. li. 6. quam etiam ibi Domi. & Franc. reprobant.

¶ At quia hic Nauarrus confuſe, & citra diſtinctionem loquitur; & quia referente Soto in de iuſti. & iur. libr. 6. quæſtione, 1. art. 4. iſti dicunt, quod illa bona, quæ per vſuram extorta ſunt obligata manent, reliqua verò legitime acquiſita minime, quia nullum ius id præcipit inquiunt, & quoniam Sanctus Thomas in eadem ſolutione ſecundi non modo illa, quæ vſuraria pecunia empta ſunt, verũ omnia affirmat eſſe obligata, ideo per diſtinctionem ad quæſtionem reſpondẽdum mihi eſſe videtur.

Diſtinctio bono. vſu. ¶ Nam triplicia ſunt vſurarij bona.
1 Prima illa, quę veluti vſurariũ pretium acquiſita ſunt.
2 ¶ Secunda bona eius ſunt, quę pecunia vſuraria ſunt empta.
3 ¶ Tertia bona eius eſſe dicuntur, quæ alias via licita, ſcilicet, hereditate, vel ſucceſſione, vel licito lucro ſibi comparauit, & licitè poſsidet.

Obligatio duplex. ¶ Præterea, & de obligatione quoque diſtinguendum eſt.
1 Nam alia eſt obligatio perſonalis, ſcilicet, quæ ex perſona deſcendit in poſſeſſiones.
2 ¶ Alia vero eſt obligatio realis, quæ ratione rei ligat perſonam.

Sotus. Res ergo primi ordinis ſecundum Sotum, puta, quæ vſu non conſumuntur, quæ ſunt vſura, vel furto ſublatæ, obligatione reali manent reſtitutioni obnoxiæ, quippe quæ eodem numero reddendæ ſunt, eo quod dominium fixum permanet penes primum poſſeſſorẽ. Quo circa obligatio hæc quocunque cum reipſa transmeat, nempe ſiue vendantur, ſiue donentur, ſiue iure hæreditario hæc bona poſsideantur, obligatur poſsidens eaſdem res ratione rei

rei acceptæ reſtituere vero domino. ¶ Sed
ſunt aliæ res, ſiue vſuraria pecunia emptæ, ſi
ue legitime ab vſurario acquiſitæ, vt verbi
gratia ſunt patrimonialia bona eius, & hę res
non ſunt obligatione reali reſtitutioni ſubie
ctæ: ſed perſonali. Nam fœnerator vſurariũ
numiſma per vſuram ſibi parans, reſtitutio-
ni ſit ſubditus, & ratione ipſius cuncta, quæ
poſsidet.

*Quæſtio. Differentia inter obligationem realẽ & perſonalem. Exemp.*

¶ Quod ſi quis ſciſcitetur, quænam inter
hanc vtramque obligationem ſubſit diffe-
rentia reſpondetur ſane latiſsimum ineſſe di
ſcrimen. Nam hæc obligatio perſonalis nõ
tranſit perinde ac realis cum rebus: ſed tan-
tum in illos, qui loco perſonę ſuccedunt, ver
bi gratia, ſi vſurarius vendat ſuum patrimo-
nium, quando alia ſibi ſuppetunt bona, qui-
bus ſoluendo ſit vſuras, ſi poſtea redactus
fuerit in egeſtatem taliter, quod iam non eſt
compos ad reſtituendum, emptores illius pa
trimonij liberi ſunt à reſtitutione. Nam bo-
na ab ipſis empta bona erant fœneratoris.
Veruntamen, ſi vſurarius cum iam obierit ali
qua reliquit legitima bona, etiam ſi vſurariã
ſubſtantiam totam diſtraxerit, vel abliguri-
uerit, hæredes vſurarij tenentur paternas vſu
ras ſoluere ratione obligationis; non quidem
realis, ſed perſonalis; quia ſuccedunt loco
perſonæ defunctæ.

*Quæſtio. Vtrũ hæredes vſurarij teneantur inſolidum. De vſur. Dictũ. 1.*

¶ Hinc protinus facilis eſt deſcenſus ad
fœneratorum hæredes, vtrum teneantur re-
ſtituere, & an in ſolidum. Et quidem non
tam dubitatur, quod teneantur reſtituere,
quia teſtamenta vſuraria, vbi vſuræ legan-
tur, ſunt ipſo iure nulla, vt conſtat titul. de
vſuris in. 6. Sed quo modo teneantur, id eſt,
quod magis hic inquiritur. ¶ Igitur pro deci
ſione dicimus: Primo, quod res eædem vſu-
rariæ in hæreditate permanentes primo re-
ſtituendæ ſunt: quia obligatione reali pro-
prijs dominis ſunt debita. Quæ quidem obli
gatio realis cum ipſis rebus in ſe alienis, quo
2 cumque migrat. ¶ Secundo dicimus, quod ſi
nihil iſtorum bonorum, quæ in ſe fuere vſu-
raria iam ſuperſit, tunc hæredes ex alijs legi-
timis bonis, ſi vſurarius ea reliquerit, tenean-
tur reſtituere vſuras, & quidquid ille debe-
bat propter perſonalem obligationem, eo
quod hæredes loco perſonæ defuncti ſubro
gantur, tenentur (inquam) in conſcientia, ſi
bona debitorum ſummam adæquent: alio-
quin ſatis eſt, ſi totam hæreditatem reſtituat,
nec vltra facultates hæreditatis tenetur. ¶ Si
autem in foro exteriori hæreditatem acce-
ptarent in tali foro cogerentur in totum, niſi
forſitan beneficio inuentarij acceptaret pro

A nuntiando ſe tantum bonorum in inuentarij
charta ſcriptorum eſſe hæredes.

*Quæſtio. An hæredes vſurarij tenẽtur pro rata. Syluest.*

¶ At hinc iam oritur dubitandi ratio, vtrũ
hæredum ſinguli in ſolidum teneantur, an
duntaxat pro rata, & quota ſingulis obue-
nienti ex hæreditate. Nam, & de hoc inter
doctores variatur: quia Syluester, verbo,
Vſura. 6. §. 1. ir reſolutam videtur relinquere
quæſtionem tantum contentus dixiſſe, ſe-
cundum opinionem tenentium omnia bona
vſurarij manere obligata vſuris, teneri ſingu
los hæredum inſolidum: ſecundum vero opi
nionem tenentium non omnia eſſe obligata,
quemlibet teneri tantum pro rata. Sed hanc
B diſtinctionem autumat Sotus parum ad rem
facere. Cum iuxta placitum Diui Thomæ
omnia bona, vſurarij ſemper maneant obli-
gata ſiue obligatione reali, ſi ſint in ſe vſura-
ria, ſiue perſonali etiam, ſi ſint licitè acquiſi-
ta. ¶ Igitur reſoluendo quæſtionem primo
ex mente Soti dicimus, quod res illæ, quæ
pretium fuere vſurarium, à quouis hęredum
poſsideantur, reddendæ ſunt domino, & tũc
cæteri cohęredes tenentur illi refundere pro
ratione ſuæ portionis.

*Reſolutio quæſtionis.*

*Quæſtio. An ex bonis alijs te. in ſolid. Ioſeph. contra Sotum.*

¶ Sed quid, ſi ſunt alia bona, ſcilicet, licitè
acquiſita, an tunc tenebuntur in ſolidum? Et
videtur quod ſic, propter rationem fratris
C Ioſephi ita tenentis. Quia bona defuncti ſe-
cundum Diuum Thomam, etiam licitè ac-
quiſita, ſunt vſurarum debitis obligata. Ergo
alijs hæredibus ſuas partes non reſtituenti-
bus, quia nolunt, vel iam non ſunt ſoluendo,
quia conſumpſere, alius hęres de omni parte
ad ſe peruenіente tenebitur inſolidum, ideſt,
integre eam reſtituere; quia cum illa obliga-
tione perſonali defuncti, cuius loco in illa
parte eſt ſubrogatus tranſibit. Sed Sotus lo-
co citato tenet contrarium, ſcilicet, quod hæ
redes etiam de bonis pecunia vſuraria em-
ptis, quando omnia non requiruntur ad ſolu
D tionem vſurarum, ſolum ſinguli tenentur
pro rata partis ſibi obuenientis, etiam ſi alij
nolint ſoluere, vel non ſint ſoluendo, & non
tenebuntur ad totam partem, vt ſignificat So
tus hac ductus ratione, ſcilicet, quod obliga-
tio perſonalis non tranſit ad hæredes, niſi ra-
tione hæreditatis, ob idque obligatio iſta di-
ſpertitur ſecũdum proportionem hæredita
tis cuiuſque.

*Sotus. Ratio Sot. Dictũ. 1.*

¶ Igitur ne propoſitis vndique opinioni-
bus, & rationibus, lector maneat in ancipiti,
dico primo: Veriſimilius eſt, & magis ratio-
ni, & iuri conſonum, quod ſi quis hæredum
nõ habet vnde reſtituat, alius p̃ ſuę hęredita
tis parte eſt obligatus reſtituere, eã integre
(ſi opus



(ſi opus fuerit) reſtituẽdo, quatenus ſatisfiat
pro poſſe creditori debiti vſurarij. Hoc pa-
tet primo ex ratione fratris Ioſephi deſum-
pta ex doctrina D. Thomæ. Quia omnia bo
na illa ſunt obligata pro vſuris; & ſucceſsio
non potuit tollere iſtam præcedentem obli
gationem, quam agnouit D. Tho. ¶ Secũdò
patet; quia in foro exteriori citra præſum-
ptionem ſic iudicabitur, & ius fori, & ius po
li, id eſt, conſcientiæ idem eſt, vbi ſententia
non fundatur in falſa præſumptione. ¶ Ter-
tiò patet, quia hæc ſententia eſt Nauarri in
ſum. lati. vt apparet cap. 17. nu. 278. vbi ſuf-
ficienter eam videtur probare dicens, quod
ſi quis eorum hæredum non habet vnde re-
ſtituat, alius ad id pro ſuæ hæreditatis parte,
quantum feret (inquit Nauarrus) obligabi-
tur, id eſt non ſolùm pro rata: ſed quantũ fe-
ret, id eſt, quantum pars à ſe lata adæquaue-
rit ad debitum, vel partem debiti probat ex
cap. tua nos. de vſuris. Ex quo infert etiam le
gatarios, & donatarios, qui gratuito aliqua
acceperunt ab vſurario teneri reſtituere, ſi
quæ obuenerunt ad hæredes, non ſufficiant,
quatenus facti ſunt locupletiores. ¶ Igitur, ſi
quis oppoſitam ſententiam Soti voluerit te
nere, quæ etiã eſt Caietani in opuſculo, qui
contra Bernar. ait quod ius exigendi in inte-
grum, ſecundum etiam rigorem iuris parti-
tur in hæredes: non damnabo propter autho
ritatem tantorum virorum. Sed tamen me
conſule non faciet, quia eorum ratio, ſcili-
cet, quod illa obligatio perſonalis partitur
inter hæredes magis eſt pia, quam iuridica.
Quod ſi ſecundum ius eſt vera eſt caſu, quo
omnes hæredes pro rata ſuæ partis ſunt ſol-
uendo. Si autem alij iam impotentes ſint ad
ſoluendum, iuri magis conſonum eſt, q̃ tũc
iſte, qui ſolum poteſt ſoluere, ſoluat, vel re-
ſtituat integre partem totam, ſi neceſſaria ſit
pro ſatisfaciendo debito vſurario tota. Alij
tamen manebunt obligati ad recompenſan-
dum ſibi eam partem, quam vltra ratam ſol-
uit, quia alij non fuere pro tunc ſoluendo.
Sed opinio Soti, & Caietani in cõſcientia for
te eſt vera, quando alij cohæredes poſſunt
pro rata reſtituere, ſed nolunt. Quia tũc cum
via iuſtitiæ creditor poſsit ab omnibus cohę
redibus potentibus ſoluere debitum vſura-
rium pro rata illud recuperare, æquitati con
ſonum eſt, quòd vnus ſolus, etiam ſi alij no-
lint, ſuas partes ſoluere, vltra ratam non co-
gatur reſtituere; quiá tunc in foro exteriori
ſic iudicaretur, quia malitia nolentium
ſoluere alteri nocere non
deberet.

*Ratio. 1. ex S. Tho.* — *2* — *Nauarr.* — *De vſur.* — *Sotus. Caietan.* — *Opinio Soti & Caietan. vbi vera.*

# CAP. CCXXXI.

*In hac quæſtione, vtrùm per vſuram transferatur dominium, an magis ſtãdum ſit opinioni Canoniſtarum, quàm Theologorum cæteris paribus; Et de proficua quæſtione, qui contractus initi cum vſurario ſint validi, aut non: De genero, famulis, liberis, vxore, ab vſurario ſtipendium, & ſuſtentationem accipientibus.*

A Dhuc & alia ſcitu neceſſaria
dubia ex ſupradictis fundamẽ-
B tis, ſcilicet, quòd in vſurarium
non transferatur dominiũ per-
ſequi neceſſe eſt. Nam ſecun-
dum Diuum Thomam ex prædicto princi-
pio nõ ſequitur, quòd vſurarius teneatur re-
ſtituere, quod de pecunia vſuraria iuſto lu-
cro lucrifecit. Nam re vera id non tenetur re
ſtituere, quia ratio Diui Thomæ id conuin-
cit. Quia ſi pecunia, & quæcunque alia res
ipſo vſu conſumptibilis re vera ex ſe vſum-
fructum non habet, ſicut domus, vel ager,
vel res non vſu conſumptibilis ſolet habere:
quare ergo tenebitur reſtituere id lucri,
quod ſuæ induſtriæ adhibitæ in negotiando
C debetur. Igitur non hoc lucrum, ſed damnũ
emergens, vel lucrum ceſſans, ſi quod domi-
no ex tali retentione, vel acceptione pecu-
niæ iniuſta obuenit reſtituere debitor, vel
vſurarius tenebitur. ¶ Hinc iã ex prædicto
principio liquet, falſum eſſe prorſus aſſer-
tum Nauarri in ſumma latina, capit. 17. nu.
265. Vbi ait dominium rei per vſuras lu-
crifactæ, id eſt, acquiſitæ trãſire in vſurariũ.
Quia falſa eſt gloſſa illa capi. ſi quis vſuram.
14. quæſtione. 4. quam ſequitur, quia eſt
deuaſtatiua illius textus. Quòd ſi verum in
aliquo caſu habet, eſt, vt diximus in caſu,
quo bona vſu conſumptibilia vſurariè acce-
D pta, ſunt iam confuſa, & permixta cum alijs
proprijs bonis vſurarij vſu cõſumptibilibus
eiuſdem ſpeciei. Secus, ſi ſunt, aut permanẽt
impermixta, prout prædiximus ex ſenten-
tia Syluestri, verb. vſura. 6. §. 1.

¶ Sequitur etiam eſſe corollarium falſum,
quod Nauarrus ibi infert ex prædicto prin
cipio, vbi ait, quod dominium rei vendi-
tæ per vſurarium tranſit in emptorem: ita
quòd non poteſt auferri ab eo, qui ſoluit
vſuras pro earum reſtitutione. Quia ſi lo-
quitur de ipſamet re in ſe vſuraria, & vſu-
rariè accepta, qualis eſt domus, poſſeſsio,
vel equus, vt ſignificare videtur, ſuũ iſtud
dictum

*D. Thom. — Coroll. 1. — Refutatur Nauarr. — Gloſſa exploditur vel gloſſatur. — Syluest. — Coroll. 2.*

A dictum procul abeſt à vero. Quia,quidquid dixerit Panormit.cum communi canoniſtarum in cap.cum tu.ſufficientiſsime patet in conſcientia,& in iure naturali ſecundum D. Thomam ſuum fundamentum eſſe falſum, ſcilicet,quod per traditionem vſurariã trãſfertur dominium. At in his, quæ pertinent ad ius naturale,& diuinum,quando apertus in contra non extat textus,potius auſcultandum eſt Theologis,quam canoniſtis, & potius Theologis antiquioribus, & grauioribus cæteris paribus. At quæſtio hæc, vtrum per traditionem vſuræ transferatur dominium magis iure diuino,& naturali,& ratione naturali venit decidenda:igitur eius diffinitio magis ad Theologos pertinet, quàm ad iuriſtas. ¶Cùm igitur grauiores, & antiquiores Theologi ſimul cum D.Tho. Caieta.Soto,& Syluestro,& alijs Thomiſtis teneant in hoc caſu dominium non transferri, idque ſuis rationibus moraliter euincant, ſequitur,quòd ſi vſurarius rei vſurariæ non ſit dominus,ſed ſemper manet aliena,ſi eã vendiderit,perinde eſt,ac ſi fur rem vẽderet alienam. Ideo qui eam ſoluit pro vſuris, poterit in cõſcientia recuperare ab emptore pro vſurarum reſtitutione.

*Panor.* — *Quæſtio. An per vſur. trãs feratur dominiũ magis pertin. ad Theolog.* — *S.Thom. Caietan. Sotus. Sylueſt.*

¶Sed verum eſt, quod ibi addit Nauarr. quod mutuatarius poteſt recuperare rem, quam pro vſuris ſoluit vſurario, ſi penes eũ eſt. Imò etiam ſi penes alium fuerit titulo gratuito tranſlata,ſi loquatur de re vſu conſumptibili,vt pecunia,caſu quo deſunt vſurario bona ad reſtituendum per. l. ſi & me, & Titium.ff.de rebus creditis,tunc in iſto vltimo puncto verum dicit. Si autem de re nõ vſu conſumptibili,vt de equo,domo vſurarie acceptis,verum etiam dicit in hoc, quod dicit,quod eam ſoluens poteſt eam recuperare,etiam ſi penes alium fuerit titulo gratuito. Sed falſum innuit in hoc,quòd ſignificat,quod ſi titulo oneroſo,tales res non vſu conſumptibiles,vt domus,fundus,equus eſſent tranſlatæ in alium per vſurarium, cum eſſent ab ipſo vſurariè acceptæ, ſolutor, qui eas ſoluit non poſsit illas ab iſto tertio recuperare. Quia cum res ſint,quæ manẽt,quoad dominium penes talem ſolutorem vſuræ, quare res ſuas in ſpecie manentes non poterit recuperare? ¶Addimus tandem cum eodem Nauarro , quòd ab omnibus eſt receptum,quod vſurarius non videtur acquirere dominium pignoris ſibi pro ſorte mutui & debitò ſortis talis , & vſurarum dati. Quia nec dominus per hoc,quòd illud impignorat dominium perdit, etiam ſi amiſerit illud ob nõ ſolutionem vſurarum , ſecundũ mentem Scoti in.4.diſt.15.communiter recepti.

*Nauarr.* — *Donatarius vſuræ non ſit dominus.* — *Refutatur Nauarr.* — *Nauar.* — *Scotus.*

¶Sed iam quæſtio illa prolixa plura inuoluens dubia hic obuiat de contractibus initis cum vſurario,an ſint validi , vtrum ſi vſurarius vendat,emat,largiatur munera,dotet filiam,ſtipendia famulis perſoluat, ſi victui neceſſaria emat,valide hæc omnia contrahat. ¶Ad hanc quæſtionem reſponſuris nobis,ſunt hæc rurſus commemoranda fundamenta certiſsima,ſcilicet, quod vſurarius non ſit dominus rei vſurariè acceptæ , ſiue res ſit non vſu conſumptibilis,ſiue conſumptibilis vſu,vt vinum,pecunia. Et quia, eſto B fieret dominus eum teneri ad vſuras reſtituẽdas,nemo eſt qui ambigat. ¶Suppoſito etiã, quod vſurarius tenetur reſtituere nõ ſolum poſſeſsionem vſurariè acceptam, ſed & fructus eius,quæritur clarioris ordinis gratia de ſingulis contractibus. Et primo de mutuatione , an qui mutuat vſurario poſsit ab eo mutuum recuperare. ¶Atque,vt in omnibus expediendis quæſtionibus ex aliquo principio vniuerſali,& certo procedamus , ꝓ principio certo ſtabiliendum eſt,quòd ad irritandum contractus cum vſurario initos ſecundum Sotum eò conijciendus eſt oculus,vtrũ per ipſum contractum ſubſtantia vſurarij C fiat minor,quàm quæ ad ſoluendum debita ſufficiat,vel non. Nam iuxta hoc ſtatuitur regula generalis,ſcilicet , quòd ab vſurario pecuniam vſurariam , vel quidquam aliud non in ſpecie reſtituendum emptione , vel quocunque alio contractu recipiens tutus manet in conſcientia: ſi vſurarius illa ratione impotens non fiat ad ſoluendum debita,vel vſuras;quia vſurarij omnes contractus ſunt validi iure naturæ,per quos non ſit impotẽs ad ſoluendum vſuras. ¶Et idem dicendum eſt prorſus de contractibus initis cum debitoribus ſolum poſsidentibus aliena , aut licite acquiſita,omnia tamen obnoxia reſtitu- D tioni priorum debitorum. ¶Igitur ad quæſtionem propoſitam de mutuante vſurario, his præmiſsis, dico primum cum Gabriele in.4.diſt.15.quæſt.2.col.31.& cũ Sylueſt. verbo.vſura.8.queſt.7.quòd qui mutuat ei, quem ſcit eſſe vſurarium in fines malos, aut vanos,nõ poteſt licite ab eo recuperare mutui ſolutionem , ſi ex ea ſolutione facta impotens fieret ad reſtituendas vſuras. Patet; quia qui mutuat ad malos fines non habenti vnde ſua debita ſoluat, dignus eſt,cui nõ ſoluatur ſi tali facta ſolutione alijs debitoribus prioribus non poteſt ſolui. Hanc ſentẽtiam reſponſiuam cautè Nauarr. ſumma latina cap.17.

*Quæſtio. An cũ vſurario vali de contrahatur.* — *An poſſ. quis mutuare vſurario.* — *Principiũ certum. Sot.* — *Regula generalis.* — *Gabriel. Sylueſt.*



capit.17.numer.264. limitat eſſe veram in conſciẽtia in caſu ; quod debita omnia eſſent æque priuilegiata. Sed certe debitum vſurarium reſpectu creditoris mutuantis ſcienter vſurario ad vanos fines, & ſcientis impotentem inde fieri ad reſtituendum ex ſolutione ſibi facienda, magis priuilegiatum eſt, quam debitum illius mutui;quare videtur prius ſoluendum ; quia iſtud ſecundum debitum fuit etiam contractum illicitè cum tali ſcientia.

¶Inſuper & ſigillatim de contractibus emptionis,vel venditionis, vbi quis contrahit cum vſurario ei vendens, vel ab eo emẽs, an ſint validi dicendum quoque nobis eſt. ¶Igitur de his dicimus primò , quòd qui emit ab vſurario eandem rem numero,& ſpecie vſurario vſurariè traditam , tenetur eandem etiam ſi ſit frugifera, cum ſuis fructibus reſtituere,ſecluſis tamen expenſis,deductiſque laboribus, ſi quos ſubijt talis emptor in fructibus colligendis. Patet, quia cũ eius rei vſurarius non acquiſierit dominium,nec etiã in emptorem ius dominium traducere potuit:ideo tanquam res aliena ab emptore reſtituenda eſt domino ſimul cum fructibus.

*Quæſtio. An valet quis emer. ab vſura. vel ei vender.* — *Dictũ. 1.*

2 ¶Secundo dicimus: Si vſurarius habeat alias poſſeſsiones,ſiuè licitè adquiſitas,ſiue pecunia vſuraria emptas , tunc poteſt quicunque emptor pretio iuſto illas ſibi comparare. Patet, nam cum res iſtæ non ſint in ſe alienæ licet obnoxiæ ſint reſtitutioni vſurarum : iniuria non infertur creditoribus, Quia eas emẽdo emptor vſurarium impotentem ad reſtituendum vſuras nõ efficit , cũ ſoluendo pro eis pretium ſuppeditet , vnde ſoluendo vſuras eſſe poſsit.

*Ratio.*

¶At vero , quamuis hæc recte dicta ſint: ſed de contractu venditionis peculiare ſe offert dubiũ, an vſurarijs , vel alijs debitoribus non habentibus, niſi aliena bona, aut obnoxia reſtitutioni,noſtras venales poſsimus offerre domus , vel poſſeſsiones in earũ pretiũ D accipiendo pecuniam,quam vſurariè exegere? ¶Dicimus ergo hic nonnihil difficultatis magis in eſſe. Nam Sotus de iuſtitia & iure, talem venditionem concedit eſſet licitã , ſua perſuaſus regula,ſcilicet, quod hinc ex tali emptione poſſeſsionis,vel domus,quam vſura vſurarius pecunia vſuraria emit,non ſit impotens ad vſuras ſoluendas,cum inde ſibi pararet diuitias: vnde cum reſipuerit ſoluẽdo eſſe poſsit. ¶Sed hæc aſſertio non eſt tam certa. Nam Canus in relectione , quam dictauit de Indis id licere inficiatur : quia licet meam poſſeſsionem dum emit vſurarius , rem accipit, vnde rurſus eam vendendo, recupera- A re inde pretium,vnde ſoluat,poſsit:ſed negari non poteſt,quin aliquomodo minus aptus fiat ad reſtituendum ; quia in procinctu habens pecuniam ad manum , pro reſtitutione facienda , ſi velit,eam pecuniam vſurariam dum ſoluit pro empta domo,ſit ſane vt iam non habeat ad manum: neque tam in promptu, vnde reſtituat. Vnde ex complacentia domus emptæ ſit tardior , ne eam vendat ad reſtituendum. Quamuis Sotus quoque pro ſe allegare poſsit, quod forſitan vſurarius illam pecuniam inſumpturus erat in vſus vanos, vnde impotens fieret ad reſtituendum, ſecuriorque proinde videtur ex hac vẽditio B ne poſſeſsionis facta vſurario fieri poſtea ad faciendam reſtitutionem. ¶Igitur exiſtimo opinionem Cani ſecuriorem eſſe ante factum , maxime cum vſurarius non habebat animum omnino auerſum à reſtituendo, ſed neque illam pecuniam prodigere,ſed ſeruare parabat. Sed opinio Soti toleranda eſt, poſt factum, maxime, ſi in maiorem ſecuritatem ſubſtantiæ vſurarij ceſsiſſe iſtud factum videatur ; quia alias illam pecuniam prodige erat diſtracturus.

*Quæſtio. An poſsit vendi aliquid vſur.* — *Sotus.* — *Canus contra Sot.* — *Sententia autoris.*

¶Vltra hoc etiam nobis dubium faceſsit quæſtio hæc,ſcilicet , de vendentibus vſurarijs vſu conſumptibilia,puta victui, veſtitui C que neceſſaria,iſti an teneantur pretium pro his ſic acceptũ creditoribus vſurarij reſtituere. ¶Sotus adhoc de iuſtitia & iure,libr.ſexto quæſtione prima,articulo quarto,videtur affirmatiuam tenere dicens caſſum eſſe contractum cum vſurario initum , vbi ſtipendia famulis perſoluat,vbi filiã dotet , vel victualia emat , quæ certum eſt ab ipſo conſumenda fore : quando inde ſit impotens ad vſuras ſoluendum. Vide ergo,inquit,quantum periculi ſit cum vſurarijs,atque alijs,qui credũtur non alia bona poſsidere, quam illicite acquiſita huiuſmodi contractus inire. ¶Vt igi- D tur diſtinctius , & limatius illuceſcat veritas dicimus primo,quod venditores illi,qui, vſurarijs,vel debitoribus,qui omnia, quæ habẽt in bonis ſunt reſtitutioni obnoxia, vſu conſumptibilia ſtatim conſumenda,maxime ad luxum,& pompam vendunt ſcientes,vel debentes ſcire,eos inde impotentes, ad perſoluendas vſuras,vel debita efficere:ſic acceptũ pretium ab his vſurarijs, vel ab his debitoribus,creditoribus eorum reſtituere tenentur. Patet ex iure,de his quæ in frau . fiunt cred. Quia id ſcienter in fraudem,damnumque creditorum vergit,dum reſtitutionem eis debitam ex inde impoſsibilem reddunt. ¶At etiã de famulis vſurariorum quoniam nõ ſatis di-

*Quæſtio. An licet vend. vſu. conſumptibilia.* — *Sot. ſentẽt.* — *Dictũ. 1.* — *De famul. vſurarij.*

*Dictũ. 2. Diſtinct.* ſtincte eſt Sotus ibi locutus, dicimus ſecun- A do per diſtinctionem abſoluentes quæſtio- nem, ſcilicet, quòd duplices ſunt famuli vſu- rariorum, vel debitorum nihil aliud quam obnoxia reſtitutioni habentium. Alij, qui ſo lum eis famulãtur ad faſtum, & pompam, & nihil eis per ſuum famulatum afferunt vti litatis, aut commodi temporalis, quo ſubſtã tiam vſurariorum augeant, vel conſeruent. Et ij ſi reſcierint aut reſcire debuerint, quòd ſic ab illis accipiendo ſtipendia, impotentes eos efficiunt ad reſtituendum vſuras, vel alia debita, tenentur tunc creditoribus talium vſurariorũ, vel debitorum pretium ſui ſtipẽ dij in ea quantitate reſtituere, in qua fecerunt B eos impotentes ad reſtituendum. ¶ Si vero famuli eiuſmodi ſunt, qui ſuorum domino- rum vſurariorum vel alieni debitorum per ſuam induſtriam, & laborem, facultates adau gent in tanta quantitate, vel maiori; quã eſt quantitas mercedis, quàm pro famulatu acci piunt, nihil tenentur reſtituere de ea merce- de, quam accipiunt. Patet ex Conrado in de contractibus: non enim impoſsibilitant iſti dominos ſuos ad reſtituendum. ¶ Et idem *Conrad.* putat Conradus dicendum. Et eodem modo diſtinguendum de artificibus conficiẽtibus, hiſque vendentibus vtenſilia, ſi ea ſint pro C conſeruatione ſubſtantiæ vſurariorum, vt ſi conſtruant eis domus, ſeras ferreas, oſtij por tas, arcas pro cuſtodia rerum, licitè ab his pe tunt horum pretium. Quia hęc vtenſilia por tæ, arcæ, ſeræ, tum nec vſu ipſo conſumptibi lia ſunt ſtatim, vel conſumenda, tum etiam pro cuſtodia rerum ſunt vſurarij, non pro ea rum diſsipatione. ¶ Secus eſſet, ſi artifices ta- les ſcienter venderent res inutiles, & futiles nihil deſeruientes, niſi ad luxum; quia tunc ſcientes, vel ſcire debentes eos ad reſtituen- dum impotentes facere vſurarios, pretij pro his accepti ab eis fiunt debitores, quia tenen tur reſtituere, id creditoribus.

*An dos poſſ accipi ab vſurar.* D ¶ Præterea, licet per ea, quæ dicta ſunt cõ ijcere lector poſsit, quid ſit dicendũ de du- cente in vxorem filiam vſurarij & accipien- te in dotẽ talia bona vſuraria, vel reſtitutio- ni obnoxia, ſed tamen clarioris reſolutionis gratia reſpõdemus in ſpeciali ſic: Quod ſi ge ner ducens filiam vſurarij, aut debitoris om- nia bona habentis reſtitutioni obnoxia acce pit in dotem bona vſuraria, vel licitè acquiſi ta, obnoxia tamen reſtitutioni, ſciens, vel ſci re debens per talem acceptionem dotis, ſe fa cere impotentem ad reſtituendum ſuum ſo- cerum, tenetur ad reſtitutionem ſic accepti in dotem. Si autẽ neſciebat, neq; ſcire debe- bat ſe cauſare huiuſmodi reſtitutionis impo- tentiam, ſecundum Nauar. in tractatu de red ditibus eccleſiæ, nõ tenetur huiuſmodi bona vſurarij in dotem accepta reſtituere. Ita Na- uar. *Nauar.* ¶ Quam ego ſententiam Nauar. limitan- dam duco iuxta principia præiacta, quòd ſit vera: quando illa bona non erant in ſe vſura- ria, ſed alias licite acquiſita, licet obnoxia eſ- ſent reſtitutioni. *Limitatur Nauar.* Quia ſi illa bona in ſe ſint vſuraria, id eſt, vſurariè accepta, cum ſint alie na, neq; eorum in vſurarium trãſmiſſum fue- rit dominium, neq; eorum dominium quan- tum attinet ad forum conſcientiæ in generũ traducere potuit. Vnde ſi hanc impotentiam ad reſtituendum poſtea nouerit gener, tene- bitur ratione rei acceptæ, etiam ſi bona fide, & ignoranter acceperit reſtituere dotẽ. Imo tutius dicit Sotus ſine limitatione quod bo- na etiam licitè acquiſita, quæ gener etiam ig noranter accepit in dotem: ab vſurario tene- tur reſtituere.

*Quæſtio. An filius vſur. poſ. ſit ſuſtẽtari ex bonis paternis.* ¶ At ne nihil hic deſit, quod merito deſide rari poſsit, an filij vſurariorum, vel debitorũ nihil præter bona reſtitutioni obnoxia ha- bentium paſsint ex huiuſmodi bonis ſibi vi- ctum capere, quæritur. At Nauar. ſine dubio aſſerit in ſum. Lat. ca. 17. nu. 269. & nu. 270. quòd filij, qui aliter viuere non poſſunt, de bonis eiſdẽ vſura acquiſitis, quorũ dominiũ in vſurariũ non tranſit, qualia ſunt pignora frugifera, ſine obligatione reſtitutionis viue re non poſſunt, tamen de alijs bonis etiã vſu rariè acquiſitis à patre, ſi alia non ſuppetant bona, viuere poſſunt, tantũ decenter, iuxta ſtatum patris: ſed non ſumptuoſius. Et hoc ſi ne obligatione reſtituendi tẽpore opportu no, neq; inducendi patrem ad reſtitutionem, neq; cuſtodiendi, aut augendi per ſuum labo rem bona paterna, vt poſsit reſtituere. ¶ At *Nauar. cõtra Syluẽ. Cardin. & Imol. & Caietan.* idem prorſus cenſet dicendum idem Nauar. de vxore contra Sylueſt. verb. vſur. 8. q. 2. & contra Cardinalem in Clemẽti. 1. q. 8. de vſu. & contra Imolam in eadem Cle. nu. 55. Quo rum ſententiam ſolum ad ſuſtentationem ex pignoribus frugiferis vſurariè acceptis re- ſtringit, vel ad faſtuoſam ſuſtentationem ex bonis alijs vſurarijs. *Caietan. Ratio. 1. Nauar.* Ita tenet cõtra Caiet. in ſum. verb. reſtit. his innixus rationibus. Pri mo quod vſurarius, licet pignoris ꝑ mutuo dati non fiat dominus, fit tamen dominus rei ſibi in vſuram datæ. Poterit ergo ex re, cuius fit dominus vxorem, & filios aliunde ſuſten tationem non valentes obtinere, alere. Et ma xime, ſi talis vxor, quę eſt mater eius filiorũ dotẽ attulit: tunc inde poterunt, tã ipſa quã filij alimentum capere. Nam dos eſt ad ſuſti nenda



nenda onera matrimonij, inter quæ alimenta A vxoris, & liberorum computantur.
2 ¶ Ite ſe- cundo: Quia tantum obligatur maritus ad vxorem, liberoſq; ratione naturali ſuſtentan dos, quantum ad vſuras reſtituendas argu- ment. l. aſsid. 15. qui pot. in pign. hab.

*Pro reſol. dictum. 1.* ¶ Igitur, quo veritas huius dubij pateat re ſpondetur per ſequentia dicta. Primo, quòd filij vſurarij, qui alijs inſeruiendo victũ quæ- rere poſſunt, nõ poſſunt de bonis vſurariè ac quiſitis victum quærere, niſi ſeruitia patri fa cta id mereantur. *Nauar.* Hoc dictũ patet ex Nauar. loco citato, quia ad hos ſuſtentãdos pater nõ tenetur. *ff. de liber.* l. ſiquis à liberis §. ſed ſi filius. ff. de li beris agnoſcendis. Et in hoc cõuenimus cum B Nauar. Diximus, niſi ſeruitia patri impẽſa id mereantur, quia ſi famuli, vt prædictũ eſt, ſer uitia conferentia ad augendam, cuſtodiendã que rem vſurarij impendentes, merentur vi- ctum, & mercedẽ: ergo filij, & vxor ſimilia ſeruitia vtilia exhibentes alimẽta ſaltem me rebuntur. Secus eſt, ſi huiuſmodi filij aliunde ſibi victum quæritare potentes, ſolũ ſeruiũt ad menſam, vel ad alias res futiles nihil vtilita tis rei familiari afferentes.
2 ¶ Secũdo dicimus. Vxor filij, & ſerui ſub poteſtate vſurarij, vel patris familias non habẽtis, niſi bona aliena, vel bona vſuraria conſtituti in extrema ne- ceſsitate, licitè poſſunt comedere, & veſtiri C pro neceſsitate ſua, de huiuſmodi bonis alie- nis, vel vſurarijs. Hæc eſt ſententia Caiet. in ſum. verbo reſtitutio; quia extrema neceſsi- tas caret lege.
3 ¶ Tertio dicimus: Vxor, quæ ſufficientem aſportauit dotem, ex bonis lici tè acquiſitis ab vſurario obnoxijs reſtitutio- ni licitè poteſt pro ſe, & ſuis filijs, etiam ex- tra extremam neceſsitatem, congruã ſuſcipe re ſuſtentationem, ſine vlla obligatione reſti tuendi, aut amplificãdi rem mariti. *Nauar.* Et in hoc verum habet opinio Nauarri. Quia ratione dotis acceptæ vſurarius, aut debitor alieni tantum, vel magis obligatur ad alendam vxo rem, & filios ſub ſua poteſtate conſtitutos, quantum ad perſoluendas vſuras, vel debita. D

*Quæſtio. An vxor & filij inutiles etc.* ¶ Sed quid, ſi vxor non attulit dotem ne- que filij, qui ſunt ſub poteſtate patris vſura- rij nec ipſi incumbunt ad conſeruationem rei familiaris, eiuſue augmentum, an ſine obli gatione reſtituendi poſsint ex bonis vſura- rijs, aut licite acquiſitis obnoxijs tamen reſti tutioni vſurarum victum ſibi capere. *Nauar. cõtra Caiet. & Sylu.* In hoc puncto tot alis pendet inter Nauarr. ſolum ex vna parte, & Caietanum, Sylueſtrum, & alios ex alia. ¶ Igitur, vt omnia ſufficienter diſcernamus, & diſcordes, ſi quomodo pote-
4 rimus componamus: Dico quarto: quod vxor, & filij etiam ſub patria poteſtate con- ſtituti, quando mater eorum nõ attulit ſuffi cientem dotem, & neque ipſa, neque ipſi vti- liter gerunt negotium creditorum, ſua indu ſtria, fauore, vel labore conſeruantes, vel au- gentes rem familiarem patris, nequeunt ex ipſis metipſis pecunijs vſurariè acceptis à patre, etiam ſi non habeant vnde ſuſtentari poſsint ſibi victum capere, quin maneant in obliga- tione reſtituendi, cum ſui fuerint facti iu- ris. *Sylueſt. Caietan.* Ita dicimus cum Sylueſtro, & Caietano, quia non eſt æquum, ſed contra ius natura- le eſt, de re aliena cum iactura domini, ſine intentione reſtituendi, etiam in graui neceſsi tate vel alimentari.

*Quæſtio. An de bonis licit. acquiſitis dicti. filij poſſ. ali.* ¶ Sed adhuc preſsius dubium vrgemus, poſtquam ſine obligatione reſtituendi in prædicto caſu de bonis in ſe ipſis vſurarijs, vxorem, & filios ſuſtentari non poſſe, dixi- mus, an ſaltem de alijs bonis paternis, obno- xijs tamen reſtitutioni vſurarum licitè ac- quiſitis vxor non afferens dotem, liberique, ſub poteſtate vſurarij patris familias con- ſtituti non habentes aliunde alimentum, ſi- ne obligatione reſtituendi poſsint inde ali- moniam capere, poſtquam rem familiarem in nihilo bonificant, ſed potius edentes, & viuentes inde, extenuant rem familiarem. *Obiectio.* At quidem videtur, quod poſsint ſine tali obligatione. Quia hic vrgere videtur ratio Nauarri, tantum etenim, vel magis ex iure naturali tenetur pater familias vſurarius, vel alieni debitor, ex bonis licitè acquiſitis alere liberos, atque vxorem, quantum & vſu ras, vel debita ſoluiſſe. Certè res eſt anceps. *Sententia autoris.* Igitur ne inſoluta quæſtio vbi perplexior apparet, relinquatur. Dico quinto, quòd ad- huc loquendo de vxore, vbi non attulit do- tem, nec rem mariti ſua induſtria auget, ſine obligatione reſtituendi non poteſt ex bo- nis licitè acquiſitis à marito durante matri- monio, obnoxijs tamen reſtitutioni debito- rum vſurarum ali. Et patet; quia ſi ſine ipſius vxoris induſtria, per induſtriam mariti res fa miliaris durante matrimonio, multum fuiſ- ſet adaucta, & multiplicata, inde ſecundum leges Hiſpaniæ, licet poſt mortem mariti poſsit ſuam ex bonis lucrifactis excipere medietatem, id tamen ei non permittitur, ni- ſi ſolutis prius debitis durante matrimonio contractis, & à ſe etiam ſolutis pro rata ſuæ medietatis, ergo tenetur etiam ipſa ſoluere vſuras durante matrimonio contractas pro rata ſuæ medietatis. ¶ Sed quid, ſi nihil lucri- factum eſt durante matrimonio: ſed ipſa pro ſuo victu, & veſtitu neceſſario, expedit bona mariti

mariti licite acquiſita, & obnoxia reſtitutioni vſurarum. Certe licet in hoc caſu ratio Nauar. videatur perſuadere, ꝙ ad reſtitutionẽ nec ipſa, nec filij maneant poſtea obligati tamen ratio in contrarium vrget; quia iubetur dotem regulariter afferre pro ſui ſuſtentatione, vt non teneatur iure naturali eam cum iactura creditorum ſuorum maritus alere. Tũ, quia non debet eſſe melioris conditionis vxor, quam vir. At ipſe vir licet aliquando in caſu grauis neceſsitatis, quando creditor ex dilatione neceſsitatem non patitur: poſsit ſuæ ſubuenire neceſsitati, & ex bonis obnoxijs reſtitutioni alienis non tamen ſine obligatione reſtituendi cum conſtitutus extra neceſsitatem poſsit reſtituere: ergo etiam tenebuntur ſimiliter reſtituere liberi, & vxor id, quod inſumpſere etiam de licite acquiſito à patre, obnoxio tamen reſtitutioni pro ſuo victu, neceſſarioque veſtitu. Et hæc ſententia Caietani eſt veriſimilior, & tutior, quam Nauarri, licet ſententiam Nauarri omnino damnare non auſim. Ex prædictis autem patet argumenta, quæ pro ſua contraria attulit non eſſe adeo firma. Quare qui voluerit eam ſequi, me conſule, non faciet. Et quia forte de adducente dotem intelligit Nauarrus. ¶ Vltimo dico cum Caiet. loco citato, quia poterãt tales vxores, & liberi anxiari de peccato vſurpationis alieni, ad eorum ſcrupuloſas conſcientias quietandas, dico (inquam) quod, etiã ſi extra caſum extremæ neceſsitatis id faciãt, iſtæ perſonæ, quæ conſtitutæ ſub aliena poteſtate, rebus vtuntur alienis, vel obnoxijs reſtitutioni, quia quaſi coactæ ſic faciunt, non peccant mortaliter. Quia poſſunt excuſari à mortali præſertim vxor, & filij cõſtituti ſub iure paterno cum timore Domini & ſolum pro neceſſarijs, ſumentes cum animo reſtituẽdi quando poterunt. Et de hoc creditor debet eſſe rationabiliter contentus. Quoniam ſi ipſe in tali reperiretur caſu, vellet ſibi ſic fieri, ſicque ſecum geri. Ideo tales non videntur vti re aliena inuito domino ſecundum ordinem rationis. Si autem perſona eſt ſui iuris, tenetur potius mendicare, quam alienum cõtrectare: niſi ex hoc maius malum imminere t extremæ neceſsitatis animarum, & corporum proximorum. Sed vxor, & filij in tali graui neceſsitate poſſent vti remedio, quo etiam gener ſecundum Nauarrum loco citato numer. 271. ſcilicet, quòd ſi pater ſatis habet ad reſtituendas res certas, & multas incertas debet: in hoc caſu poſſunt petere ab epiſcopo, vt à iudice, de his incertis, quæ reſtituenda eſſent pauperibus, vt ſibi non habentibus, vnde alias ſuſtententur, aliquid egẽtibus ſuppeditet pro neceſſario victu, & veſtitu. Nam ſic gener vſurarij in hoc caſu, quo dos ſibi data erat vſurariè parta, ſi debita erãt incerta, quæ pauperibus eſſent reſtituenda, inde ab epiſcopo, vt à iudice petere poteſt, (ſi aliunde non habent, vnde alantur) illa bona dotalia pro ſua ſuſtentatione & vxoris, quæ pauperibus forent reſtituenda. Ita Angelus reſtit. 1. §. 20. & Sylueſt. verbo. vſura. octauo, quæſtione quinta, nam alias dos data de alienis reſtituenda eſt. Et quia illa dos de conſenſu vtriuſque reſtituẽda eſt, ſi illa vult reſtituere, illeque non vult, ipſe tantum peccabit, ſi non reſtituatur; quia ſatis eſt tunc vxori habere animum eam reſtituendi, defuncto marito, quod ſi ipſo volente reſtituere ipſa retractet, in ipſam tunc tota retorquebitur culpa. Quod ſi ambo reſtituere renuãt, ambo in eodem damnationis ſtatu verſantur, capit. peccatum, de regulis iuris. in ſexto. At quando dicimus, inquit Nauar. capit. 17. nu. 272. vxorem abſque conſenſu & licẽtia mariti ſui, dotem vſurariam, vel vſuras reſtituere non poſſe, intelligitur, quando ex tali reſtitutione ſcandalũ ſequitur, & non quãdo abſq; huiuſmodi ſcandalo id faceret.

*Satisfit obiectioni Nauar.* — *Sententia Caiet. verior quam Nauar.* — *Dictũ vltim. Caietan.* — *Ad pacãdas conſciẽtias filior. vſurarij.* — *Remediũ in hoc caſu.* — *Ange. Sylueſt.* — *Not. quando excuſ. vxor à reſt.* — *De re. iur. Nauar.*

## CAP. CCXXXII.

*De miniſtris vſurariorum, curatoribus, negotiorum geſtoribus, debiti vſurarij petitoribus, pignorũ ſeruatoribus, amanuenſibus, id eſt, ſcriptoribus, & de notarijs publicis, & mediatoribus interuenientibus.*

PORRO de miniſtris vſurariorum prolixius hic nobis dicendum erat, niſi ſupra in materia reſtitutionis de participanti in damno abunde dixiſſemus. ¶ Quare nihil supereſt, niſi quod gratia ſeruandi ordinis ea hic quãuis iam dicta breuiter, perſtringamus. Et primum quod dicimus eſt, quod inſtitor, negotiorum geſtor, tutor, aut curator habens poteſtatem ad negotiandum, & dandum ſub vſuris, & recuperãdum eas, etiã ſi nomine ſuorum principalium recuperauit eas, vel dedit ad vſuras, tenetur reſtituere principalibus non reſtituentibus, argumẽto capit. ſicut non ſuo, quadrageſima ſexta diſtinctione. & cap. fin. de iniur. Ita Sylueſter qui alios refert verbo, vſura. ſeptimo quæſt. quarta. ¶ Secundo dicimus de recuperante, & petente ſolutionem vſurarum ex parte heri vſurarij, quod dum is id non habuit ex officio, ſed ſemel, aut bis miſſus eſt ſimpliciter ab hero ad petendam ſolutionem vſurarum, qui non inſtituit petendo, nec minatus eſt, nec eas vi, aut executione iuſtitię exegit: ſed tantum petitionem ſimplicem propoſuit ex parte domini, non tenetur reſtituere ratione ſuperius dicta. Quia non fuit tam efficax cauſa, cum ſolum ſemel aut bis petitionem ex parte domini propoſuerit tantum, neque perrexerit eſſe moleſtus in petendo.
3 ¶ Tertio dicimus de executore mero, qui ſolùm pecuniam dedit, & pignora, aut ſolutionem vſurarum accepit, eſt dubium inter Caietanum in ſumma & 2. 2. quæſtione 62. artic. ſeptimo, & Nauarrum ſumma Latina capit. decimo ſeptimo, numero. 267. & fratrem Ioſephum ex vna parte, & ex alia parte negatiua Sylueſtrum, & Sotum de iuſtitia & iure, lib. 6. quæſt. 1. articulo quarto & alios. Nam Caietanus, Nauarrus, frater Ioſephus obligant eum ad reſtitutionem. Ad Sylueſter, & Sotus eum ab hac obligatione abſolunt. Atque ideo ne lectorem in ancipiti relinquamus, eãdem hic repetentes ſententiam, quam cum Soto, & Sylueſtro tenuimus, dicimus, quod miniſtri tantum materialiter concurrentes, vt qui pecunias portant, & ſeruãt vſurarias, imo qui eas numerant tantum, qui nomine domini vſurarij contractus non contraxere, non tenentur reſtituere. Ita Sylueſter, Sotus. frater Ioannes à Peña in ſcriptis, quæ nomine eius circũferuntur. Sed limitat Sylueſter, non teneri hos ad reſtitutionem, niſi ad eos aliquid de rebus vſurarijs peruenerit. Patet: quia ſecundum Sotum iſti non ſunt propriè cauſę efficaces, aut morales accipiẽdi vſuras, neq; aliquid actiuitatis influũt ad exactionẽ vſurarum: ſed ſolum materialiter ſe habẽt in iſtis actibus reſpectu exactionis vſurariæ.

¶ At de famulis vſurariorũ amanuenſibus qui in cõmentarios, & libros memoriales, rationes dati, & accepti ab vſurario referunt, debitaque vſuraria ſcriptis mandant, perplexior emergit dubitatio, an teneantur reſtituere iſti. Nam Sotus loco citato, & hos quoq; à reſtitutione liberat. Frater autem Ioannes de la Peña loco citato, hoc ſub dubio relinquit dicens, neſcio an liberentur. ¶ Sed dico, ſi ſententia mea quicquam valet, licet in hoc puncto, loco ſupra allegato tranſierim cum ſententia Soti: ſed nũc re exactius inſpecta, magis inclinor in ſententiam contrariam Caietani, & Fratris Ioſephi in caſu iſto, de iſtis ſcriptoribus ratiocinia hæc vſuraria commẽdantibus ſcripto, in commentarijs, & libris vſurariorum, ſcilicet, quod tenentur reſtituere, præſertim quando alia chirographa ſuper his debitis vſurarijs palliata ſub alijs contractibus, non ſunt confecta authoritate publica tabellionis, aut cautiones palliatæ ſuper his non ſunt datæ ab vſuras ſoluturis. Quia tunc re vera cum hæc ſcripta cõfecta per hos amanuẽſes ſcribentes hæc vſuraria debita in libris vſurariorum eis deſeruiant ad memoriam, memoria autem præſertim aliqualiter authentica, qualem ſubminiſtrant libri ratiociniorum, aliqualiter tãquam moralis cauſa concurrit ad exigendum debitum vſurarium poſtea, ad cogẽdumque mutuatarium, vt iuramento confiteatur, an ita ſe obligauit, vt continetur in libro, neque audietur, ſi ſic confeſſus exceperit in foro exteriori, quod ſub illa obligatione fuit vſura palliata, niſi hãc exceptionẽ legitime probauerit.
4 ¶ Quarto dicimus de cooperantibus ad vſuras exigendas, quòd principes, & rectores cogentes ſoluere vſuras, ipſi quoque per id facti reſtitutionis earum obligationẽ induũt. Sunt etenim damni cauſa efficaciſsima, argũ. ca. poſt miſerabilem, & capit. Michael de vſuris. Idẽ de procuratore, & aduocato, qui iuuant in hoc vſurarium, aut obuiant earum reſtitutionem petenti. Neque excuſantur, quod ſcripturæ in ſuperficie iuſtæ viderentur, ſi conſcientia dictabat eſſe factas pro vſuris iuxta Hoſtienſem in d. capit. Michael, ita Nauarrus numer. 275. ¶ Sed & de notario publico.
5 Quinto dicimus, quod ſi conficiat inſtrumẽtum ſimulatum, licet formaliter licitum contractum contineat; ſi vere tamen cõtinet vſurarium, vt cum res vere pignoretur ſcribit, quod venditur, vel pro centum & decem datis, ſcripſit cẽtum, vel è contrario: ita, vt pro contractu iniuſto, iuſtum deſcribat, tenetur reſtituerę, niſi principalis reſtituit, cum efficaciter ſocius inferendi damni fuerit.

¶ Sed quid, ſi hoc in fauorem & ad preces eius, qui mutuum accepit fecit, quia indigebat, & vſurarius gratis mutuare nolebat, neque ſub vſura cum ſcriptura continente illã. Reſpondetur, quod in hoc caſu ſecundum Nauarrum loco ſupra allegato, licet mortaliter peccaret, quia iret contra iuramentum præſtitum de fidelitate ſeruanda in ſuo officio, & eſſet excommunicatus, vbi excommunicantur tales contractus ſimulatos faciẽtes: non tamen teneretur reſtituere. Sicut neque etiam teneretur reſtituere ob ſcripturã apertam vſuram continentem à ſe confectam; quia tunc per eam, neque damnum intulit, neque eius cauſa ſufficiens fuit; quia ratione eius

*De miniſtris vſur.* — *Dictũ 1.* — *46. diſtin. de iniur. Sylueſt.* — *2 De petẽte.* — *De executore mero.* — *Variãt hic doctores.* — *Sententia autoris. Sylu. Sot.* — *Fr. Ioan. à Peña.* — *Ratio.* — *Quæſtio. De amanuenſibus.* — *Variãt Sotus & à Peña.* — *Sententia autoris. Sotus.* — *Caiet. Ioſephus.* — *4. De cooperãtibus ad exactio.* — *De vſur.* — *Nauar.* — *De notarijs.* — *Quæſtio. An liceat ad pre. mutuatarij ſcribe. palliatas vſuras.* — *Reſpon. Nauar.*

eius non cogetur mutuatarius ſoluere vſu-
ras. Niſi eam faciat in locis, vbi ex ſtatuto,
vel iniqua conſuetudine accipientes mutuū
ſub vſuris ad eas ſoluendas compelluntur;
*Syluest.* quia tunc reſtituere tenetur. Ita Sylueſter
vſur. 7. Sed adijcit Nauarrus ibi notarium,
vt certum eſt, poſſe pro labore ſcripturæ cō
tractuum vſurariorum mercedem acceptam
retinere, nec eam teneri ad reſtituendum, cō
tra ſupra dicta, quamuis in eo peccet, quia
ſuam mercedem accipiendo non peccat con
tra iuſtitiam, quæ ſolum imponit neceſsita-
*Nauar.* tem reſtituendi. Idem ait Nauarrus dicendū
*De teſtib. contractus vſurarij.* eſſe de teſtibus huiuſmodi inſtrumentorum
vſurariorum; quia huiuſmodi cōtractus abſ- B
que teſtibus non valent ſecundum Sylueſtrū
vbi ſupra. §. 9. Tenentur, inquam, tam nota-
rius, quam teſtes reſtituere, ſi competum ha
*Quid ſi notarius dubit. de iuſti. contractus.* buere contractum eſſe vſurariū. ¶Sed quid,
ſi de eo dubitarunt, vel de eo controuerteba
tur inter doctores. ¶Dicimus ad primum de
dubio, quod, qui dubitat de contractu, an ſit
vſurarius necne, ſi antequam dubietatem ra
tionabiliter exuerit, depoſueritque, teſtifi-
catur; vel facit inſtrumentum vſurarium re-
ſtituere tenetur, argumen. capite. tertio, ec-
*De hæret. de pæn. diſ 7.* cleſi. & capit. dubius de hæreti. & capite. ſi-
quis autem, de pœnitentia diſtin. 7. Quam-
uis tunc aliquanto minus peccaret. ¶Sed quo C
*Quomodo depon. dubium.* modo dubietatem hanc deponere poſſunt?
Reſpondet Nauar. numero. 277. quod licite
eandem deponere poſſunt per opinionem
alicuius doctoris ſolennis fultam ratione;
quia talem opinionem bona conſcientia ſe-
qui poſſunt. Sed hoc dictum Nauar. eget mo
deratione, ſcilicet, dum neſciunt alios docto
res graues communiter tenere contrarium,
melioribuſq; inniti rationibus, ac proinde il
lam communem contrariam illi ſolenni do-
ctori eſſe vſu receptam communiter.

*Regula.* ¶ Tandem ſexto ſtatuimus duas regulas
generales. Quarum prima ſit: in vniuerſum
miniſtri omnes poſſunt ignorantia excuſari, D
vt ſi inculpabiliter ignorant contractus illos
eſſe vſurarios, & bona fide exequuntur impe
ria dominorum, non tenentur tunc reſtitue-
re; quia neque ratione rei acceptæ, neque ra
*Nauar.* tione iniuſtæ acceptionis. Ita quoque Nauar
rus cap. decimo ſeptimo. numer. 267.

*De famu. ignor. vſuras heri.* ¶ Sed quid, licet ignorent tales contra-
ctus eſſe vſurarios, ſi tamen ſciant ſuos prin-
cipales dominos aliquando vſuræ dare eſſe
ſolitos. Reſpondet Nauarrus ibi, neque etiā
in hoc caſu teneri famulos reſtituere arg. ca.
quid culpat. 23. quæſtione. quinta, & capit.
2. de conſtitutionibus.

¶ Sed hæc reſponſio Nauarri limitatione *Limitatur Nauar.*
indiget, vt ſecundum Caietanum habeat ſo-
lum verū in miniſtro vſurarij, qui neſciens ta
lem ad vſuras aliquando dare ſolitum bona
fide apud illum pro annali tempore locauit
operas, & ſuum famulatum. Nam tunc in du
bio tenetur obedire; ſicut & miniſter iā aſcri
ptus iuſtitiæ. ¶ At miniſter, qui antequam
ſuum locaſſet famulatum, ſciuit talem domi
num ad vſuras dare ſolitum; quia liber erat,
ipſeque ſcienter ſe introgeſsit periculo dam
ni dandi, comperto poſt, quod illi contra-
ctus fuerint vſurarij ex ignorantia præteri-
ta, qua confecit eos nomine domini non ex-
B cuſatur ab reſtitutione. Quia quem ſemel ſci
uit malum, is ſemper præſumendus erat à ſe
malus præſertim in negotio vergenti in iniu
riam tertij, quare non deberet talem ſuſce-
piſſe herum.

¶ Præterea de illa quæſtione, de qua etiā *Quæſtio.*
dicit ſe fuiſſe rogatum Nauarrus inquiren- *A miniſt.*
dum eſt, an prædicti miniſtri caſu, quo tenen *vſurarij te*
tur vſuras reſtituere, quia cauſæ fuerunt, & *netur reſti*
executores, teneātur reſtituere ante excuſ- *tuere ante*
ſionem principalium, id eſt, dominorum *quam herus.*
ſuorum, ita iubentium. Circa quam quæſtio
nem Nauarrus capitulo decimo ſeptimo, nu *Nauar. cō*
mero. 267. aſſeuerat, quòd ſic, quia non cen- *tra Sotū.*
C ſentur acceſſorij, ſed vt principales delinquē
tes, & ita magis obligati, quam iubentes.
Quòd licet apparens videatur: tamen contra
Sotum eſſe videtur. Vbi libro ſexto de iuſti
tia & iure, quæſtione prima, articulo quar-
to, ait, quod iſti miniſtri intelliguntur obno
xij ad reſtitutionem: ſi vſurarij nō reſtituūt,
& iſti miniſtri ſoluendo ſunt. Vnde aut ope-
ram tenentur dare, vt vſurarius ſoluat. Quod
ſi nō profecerint arbitratur Sotus eſſe caſum
conueniendi creditores, & obnixe deprecan
di eos, vt debitum totum, vel partem ſibi re-
laxent. Eſt enim tunc miſericordiæ locus,
maxime ſi illi ex aliqua ignorātia peccarūt.
D ¶Porro iſtud reſponſum Nauar. in eo, quod
ait, quod iſti miniſtri executores contractus
vſurarij magis ſunt obligati ad reſtitutionē
vſurarum, quam domini iubentis, & contra
Sotum videtur eſſe, qui his concedit maio-
rem miſericordiæ locum deprecandi, vt ſibi
relaxetur pars, aut totum. Eſt etiam contra *Redarguitur Nauarrus.*
rationem; quia principales domini, & ratio-
ne iniuſtæ acceptionis, quia iniuſte accepe
runt vſuras, & ratione rei acceptæ, quia eas
apud ſe retinent, eas reſtituere tenentur. Vn *Ratio. 1.*
de cum iſto duplici nomine teneantur eas re
ſtituere, magis ſunt obligati ad eas reſtituen
das, quam miniſtri, qui quando nihil inde ſi-
bi per-



bi perceperunt, ſolum ratione iniuſtæ acce- A
ptionis, tenentur.

¶ Item commune eſt iuriſtarum axioma
quod mandatum, ſi ſit ſuperioris domini ma
xime, ſi ſit vir potens, & ſeuerus erga eos,
quibus mandare poteſt, excuſantur, qui de
eius mandato aliquod delictum committūt,
non quidem à tota pœna: ſed, vt minus pu-
niantur. Ita Iulius Clarus quęſtione ſexta de
proceſſu in cauſa criminali. Vbi inquirit,
quæ in delictis prorſus excuſent, aut dimi-
nuant pœnam. Si ergo mandatum domini
aliqualiter excuſat eos à culpa, licet non à to
ta reſtitutione facienda, ſequitur contra Na-
uar. quòd non ſunt magis obligati, quam ſui B
domini. Et ratio Nauarri in contra ſoluitur,
negando quod iſti miniſtri reſpectu ſuorum
dominorum iubentium dare ad vſuras ſint
principales cauſæ; quia non vt cauſæ per ſe
motæ, ſed vt inſtrumentales cauſę applicatę
per mandatum dominorum concurrunt ad
vſurarios contractus ineundos: quare nō ma
gis ſunt obligati, quam ſui domini.

*Reg. gene.* ¶ Iam quoque ſtatuitur regula ſecunda
generalis à principio pręmiſſa, ſcilicet, media
tores cōtractuum vſurariorum, qui ſe tenēt
& mediant ex parte petentis mutuum ſub
vſuris, reſtitutionis non fiunt rei; quia non
aſtant pro vſurario, ſed pro mutuatario ab C
eo vt intercedant rogati. Qui vero ſe tenent
ex parte vſurariorum tenētur reſtituere: aut
dare operam, vt vſurarius reſtituat, aut caſu,
quo renuat reſtituere, ſtudeant voluntariam
remiſsionem obtinere à creditoribus. Quare
internuntij vſuræ ex parte vſurarij principa
liter, vt lucri vtilitatem ſibi, & ſuis compa-
ret quales ſunt cōmuniter proxenetæ, quos
Itali cenſales, Hiſpani corredores vocant, re-
ſtitutionis vſurarum obligationem ſubeunt,
quando rogarunt, vt daretur ad vſuram. Si
autem ſimpliciter tantum rogarunt, vt dare-
tur mutuum, ſecus eſſet ſecundum Diuum D
*D. Anto.* Antonin. 2. parte. titulo. primo capi. 9. §. 13.
¶Si autem iſti non principaliter ex parte vſu
rarij, ſed potius principaliter interceſſerunt
ex parte indigentis, rogantes vſurarium para
tum ex ſe ad mutuandum ſub vſura, vt illi
mutuaret, non peccarunt, ac per conſequens
à reſtitutione liberi ſunt. Imo ſi ex parte in
digentis mutuo ab eo rogati intercedere, vt
poſtquam non vult dare vſurarius mutuum,
ſaltem ſub vſuris det pro eo rogauerint indu
centes mutuatorem, vt ſub vſuris det, quid-
quid ſit de peccato, nullam ſubeunt obliga-
tionem reſtituendi; quia ad preces mutuata-
rij eius in hoc negotium geſſere.



A
# CAP. CCXXXIII.

*An peccet mortaliter inducens aliquem ad mutuandum ſub vſuris: Et an propter hāc inductionem obnoxius reſtitutioni fiat: Et an liceat conſulere minus malum.*

ACcedit inter vltimas, & illa quæ- *Quæſtio.*
ſtio, an peccet mortaliter, qui in- *An petens*
ducit aliquem vt ſibi, aut alteri *ſub vſuris*
tertio det ad vſuram. Et videtur, *peccet.*
quod non: ſaltem in caſu, quo petens graui-
ter eget, teneturque ei ſubuenire vſurarius;
B & renuit ſcitque non aliter obtenturum ſe rē *Argum.*
medium mutui, niſi offerat ei vſuras; ergo vt
faciat id, ad quod ille vſurarius tenetur lice-
bit illi offerre vſuras, quod eſt illum non pa
ratum inducere.

¶ Et confirmatur. Quia Loth ſanctus, vt *Confirm.*
euitaret maius malum ſodomiæ, filias cōſtu-
prandas obtulit Sodomitis: ergo ſaltem in
extrema neceſsitate nolenti aliter ſubuenire
licebit offerre vſuras perſuadendo, vt ſub il-
lis mutuet ad vitandum maius vitæ pereun-
tis indigentis malum.

¶ Pro reſolutione quæſtionis, quam ni-
mis ad longum protrahere non eſt animus re
C ſpondeo, per hæc ſequentia dicta. Primo in *Dictū. 1.*
nullo caſu licet ab alio poſtulare quod alius
nulla via poteſt ſine peccato præſtare, vt pe-
tere ab aliena coitum adulterinum, neque à
non ſua coitum fornicarium; quia hoc eſt in
trinſecè malum, & ſine peccato nequit præ-
ſtari. Sicut quia etiā intrinſece malū eſt indu
cere aliquem veneficum ad tollendas ligatu
ras dæmonis alio ligamine, non licet hoc à ve
nefico vllo modo petere: licet poſsit quis bo
na fide modo abſit tacita, vel expreſſa inuo-
catio dæmonis illas ſuperſtitioſas res tollere
& demoliri, in quibus illa machinatio ligatu
D ræ dæmonis putabatur fabricata. ¶Secundū *Dictū. 2.*
dictum ſit ex primo corollariè illatum: Non
licet alicui petere, vt ſibi ad vſuram detur. Ita
Nauar. ſum. Latin. capit. decimo ſeptimo nu.
263. quia eſt petere aliquid, quod alius nun-
quàm ſine peccato facere potuit, & quod nū
quam fuit licitum iuxta Sanctum Antoninū *S. Anton.*
2. parte. tit. 1. ca. 9. §. 14. & Caiet. ſecunda ſecū *Caietan.*
dæ, quæſt. 78. art. 4. & libr. decimo ſeptimo,
reſpon. decimo quarto. reſponſ. Sed bene po
teſt mutuum petere. ¶Sed quid tunc faciet, *Quæſtio.*
qui mutuo indiget, & pro comperto habet,
quod ille, à quo petit mutuum, non mutua-
bit, niſi forte illi vſuras offerat; nunquid tunc
nō poterit dicere, en promitto tibi vſuras,

*Reſp. Nauar.*

A mutua ſaltem ſub vſuris. Reſpondet in hoc caſu Nauarr. capit. decimo ſeptimo, num. ſecundo. §. 3. quod ſi tunc rogatus mutuare ille mutuator petat ſibi vſuras promitti, nec velit ſine illis mutuare, poteſt tunc ſub illis vſuris mutuum accipere; quia hic non inducit non paratum; ſed vtitur iniquitate parati. Sicut qui infidelem paratum iurare per deos falſos requirit, vt ſibi pactum confirmet iuramento, pro firmitate contractus non peccat;

*S. Aug.*

quia ſecundum Diuum Auguſtinum non inducit, non paratum iurare per falſos deos: imo vtitur iniquitate parati in re, quã iuſtè petit, ſcilicet, confirmationem pacti, & contractus petendo. B ¶Sed quia nondum eſt reſponſum ad quæſtionem proximè poſitam reſpondendo directè adijcimus, quòd ſecundum Diuum Antoninum, ſecunda parte. titul. primo capit. 9. §. 14. non peccat qui mutuum ad vſuram ob ignorantiam, aut inconſiderationem peteret, aut ſi ideo ſub vſuris petit; quia ſcit fruſtra ſe rogaturum eum, vt gratis mutuet. Sed hoc vltimũ, ſcilicet, quod non peccet petendo ſub vſuris mutuum, qui ſcit alias fruſtra ſe rogaturum, non placet Nauarro;

*Nauar. cõtra S. Anton.*

C quia ei propter rationes prædictas nõ eſſe ſecurum videtur, cum exigat rem, quam alius ſine peccato præſtare non poteſt, id eſt, mutuare ſub vſuris.

*Sententia autoris.*

¶Igitur in hac parte reſpondendo directè ad quæſtionem puto, media via incedendum eſſe nobis inter Diuum Antoninum, & Nauarrum, ſalua reuerentia debita tantis doctoribus; quia eos aliquo modo concordare conor.

*Caſus vbi vera eſt opinio S. Antonini.*

Quia opinio Diui Antonini videtur vera duobus ſaltem caſibus. Primo, quãdo ſcit alium paratiſsimum ad mutuandum ſub vſuris, quia alijs iam vltro ſe obtulit, licet præ metu, & pudore cum iſto ſuam voluntatem præueniendo explicare non audeat; quia tũc ſi petens egeat ſaltem non peccabit mortaliter ab iſto mutuum ſub vſuris petendo. D

*Ratio. 1.*

Probatur; quia hoc plane in effectu (licet aliud in verbis ſonet) non eſt inducere non paratũ; ſed vti iniquitate parati. Quia in re moraliter pertractando res morales, perinde eſt ac ſi diceret: Ego non te induco: ſed poſtquam ſcio certo experientia teſte, te ad dandum ſub vſuris paratum, en ego patiar vſuras ſoluere, ſi velis mihi mutuare.

*Exempl.*

Sicut occiſio tyrannorum, qua occidebat martyres ex parte ipſorum, licet mala eſſet: tamen quia martyribus erat glorioſa, videbantur incitare tyrannos. Sicut de beata Euſemia virgine legitur ad iudicem properaſſe, clamaſſeque ſe pati iniuriam ab eo, quòd cum eſſet nobilis ei ignotos, & aduenas anteferret. Et de beato Vincentio martyre dicitur his verbis aggreſſum fuiſſe iudicem tyrannum: Nolo gloriam meã minuas, nolo damna inferas laudi. Inſurge ergo, & toto malignitatis ſpiritu debacchare. Videbis me virtute Dei plus poſſe, dum torqueor, quam poſsis ipſe torquendo. Quæ licet quædam inductiones, imo irritationes videbantur, quibus irritate videbantur tyrannos; ſed non erat proprie, niſi vti iniquitate parati ad gloriam Dei ſuęque coronam victoriæ parandam. Sic ergo in prædicto caſu licet videatur inductio ad mutuandum ſub vſuris: ſed non eſt moraliter loquendo, niſi ad ſuam indigentiam ſupplẽdam vti iniquitate parati.

*Ratio. 2. Sotus. Metina.*

¶Item patet hoc etiam: Quia licet ſecundum Sotum, & Metinam in ſua inſtruction. confeſſ. petere coitum à muliere ſoluta fornicaria non ſit, ſi aſſequatur illum, niſi ſola ſpecies fornicationis, quando iam illa erat parata, tamen noua eſt ſcandali circunſtantia, & neceſſario confitenda inducere, & rogare alioquin honeſtam, & non paratam. Sic etiam à ſimili licet peccatum ſit petere ſub vſuris à non parato, non videtur ſaltem lethale peccatum, ſi indigens mutuo ab eo ſub vſuris petat mutuum, quem certo nouit paratum: & alias eum fruſtra rogaturum, ſicut paratam inducens nouo diſtincto peccato ſcandali non peccat ſecundum Sotum, Metinam, & omnes.

*Caſus. 2.*

¶Secundo opinio S. Antonin. habet verum, vt etiam ibi concedit Nauarrus, quando petens mutuum ſub vſuris, conſtitutus eſt in extrema neceſsitate, & alias certo ſcit ſe fruſtra rogaturum, poteſt licite petere ſub vſuris, quia tunc non peccat inducendo ad mutuandum ſibi ſub vſuris, eũ qui ſine illis mutuare non vult, iuxta Innocentium receptum in dicto capi. ſuper eo. de vſuris.

*Innocent.*

Quia hoc non eſt proximum ad peccandum inducere: ſed cõſulere, vt minus peccet, hoc eſt, conſulere, vt potius peccatũ vſuræ, quod eſt minus, quam homicidij peccatum, quod eſt maius cõmittat, non ſubueniẽdo extremę neceſsitati proximi. At conſulere minus malum parato ad maius, licitũ eſt, vt dicemus, & patet ca. ſi quod verius. 33. q. 1. Angelus, vſur. 2. §. 2. Syluest. vſur. 2. q prima. Caiet. 2. 2. q. 95. ar. 8. & in lib. 17. reſpõſ. 13. reſp.

*Ange. Syluest. Caiet. Vbi vera opinio Nauar.*

¶At vero opinio Nauar. videtur vera extra caſum extremæ neceſsitatis, & quando alter non eſt paratus mutuare ſub vſuris, etiam ſi ſciam alias fruſtra rogaturum, niſi eum inducam ad mutuandum ſub vſuris, nõ licet tunc ab eo petere ſub vſuris. Et bene ait Nauar-



rus in hoc caſu hoc non eſſe tutum. A

¶Tandem concludimus, peccare mortaliter, qui inducit aliquem, vt ſibi, aut alteri tertio det ad vſuram, quia peccato mortali conſentire, peccatum mortale eſt cap. ad Romanos. cap. notum. 2. quæſtione. 1. ſic erit peccatum mortale ad illud inducere. Secundo concludimus, quod qui accipit ad vſurã ab eo, qui ad id eſt paratus, aut petit ab aliquo mutuum ſimpliciter, & quia alius non vult gratis mutuare accipit ſub vſuris, non peccat mortaliter, niſi ob finem mortalem accipiat. Imo neque etiam venialiter, ſi ob cauſam iuſtam accipiat. Peccabit autem venialiter, ſi abſque iuſta cauſa accipit, aut ob finẽ venialem, ſcilicet, ob vanitatem, & ludos veniales; aut vt ex negotiatione diuitias accumulet, cum alias habeat vnde honeſte viuat; iuxta mentem ſancti Thomæ. 2. 2. quæſtione 78. articulo quarto, & iuxta mentem canoniſtarum, quos Caiet. in ſumma, verbo, Vſura, & 2. 2. quæſtione. 78. articulo. 4. explicat. B

*S. Thom. Caiet.*

Igitur quamuis recipere ad vſuram licitum ſit: non tamẽ petere mutuum ſub vſuris, niſi in illis caſibus duobus, vbi ſententiã Diui Antonini teneri poſſe cõprobauimus. Imo ſecundum Diuum Thomam ad lectorem Florentinum, recipere ad vſuram à parato dare licet, non ſolum ſi recipiatur propter indigentiam petentis mutuum: ſed etiã ſi id recipiat mutuatarius propter ſuam vtilitatem. C

*Quæſtio. An vti iniquitate parati liceat ſemper.*

¶Dubium hoc diſsimulare nõ potuimus propter Nauarrum, an ſemper iniquitate parati poſsit quis vti ſine peccato in re, quam poteſt præſtare ſine peccato.

*Obiectio Vincentij.*

Nã frater Vincentius, cuius ſæpe ſæpius in ſua ſumma meminit Nauarrus ait, quod videntur peccare ſoluentes vſuras conſentiendo peccato vſurarij intrinſece malo. Sicut quia intrinſece mala eſt fornicatio, non licet conſentire illi; imo neque paſsiue mulierem ſe habere tantum circa illam recipiendo ſeminationem viri. Ergo neque etiam licet paſsiue ſe habere recipiendo ſub vſuris; & multo minus actiue ſe habere præſtando vſurarum ſolutionem, quam vſurarium recipere eſt intrinſece malum. D

*Nauar. limitat regulam.*

Igitur Nauarrus in ſumma Hiſpanica penes finem in commentario ibi adiecto, hãc regulam, ſcilicet, quod poteſt quis vti iniqui-
1 tate parati in re quæ præſtari poteſt ſine peccato viſus eſt ſic limitare. Primo, vt teneat
2 verum, quando vtitur iniquitate parati in aliquam ſui vtilitatem. Secundo, ſi non conſentiat in peccatum peccare parati, neque de
3 eius peccato complaceat. Tertio, vt ille nõ ſit paratus ex infirmitate, vel ex ignorantia, ſed ex ſola malitia. Et quidem hæc limitatio Nauarri, licet noſtri Thomiſtæ de ea nõ meminerint, ſemper mihi placuit.

*D. Thom. Concordat cum Nauarro.*

Nam video eam multum ad mentem D. Thom. ad eiuſque verba alludere. Vbi. 2. 2. q. 78. artic. 4. in ſolutione ad ſecundum ſic ait, quod propter ſcandalum paſsiuum, quod in vſurario recipiente vſuras ex parte ſua eſt, nõ debet alius à mutuo petendo deſiſtere, ſi indigeat. Ecce limitationem, vt ſcilicet, id debeat recipere mutuum ſub vſuris in ſui indigentiam ſupplendam, aut ſaltem vtilitatem. Secundo addit ibi D. Thom. ſic dicens; Quia huiuſmodi paſsiuum ſcandalum non prouenit ex infirmitate, vel ex ignorãtia, ſed ex malitia. Vbi innuere videtur, quod ſi talis mutuator ex ignorantia, vel ex infirmitate eſſet paratus mutuare ſub vſuris, non liceret vti iniquitate ſic parati recipiendo ab eo ſub vſuris. Ecce iuxta limitationes Nauarri hoc aſſeritur. quod autem ex ignorantia ſaltem culpabili poſsit ad id eſſe paratus, licet rarò, aut nuſquam deſinet eſſe ſupina & craſſa, nemini dubium.

*Exempl. parati ex infirmitate.*

Quòd autem ex infirmitate poſsit eſſe paratus, & non ex ſola malitia patet in caſu, quo non prætendit inde augere diuitias. Sed quia infirmus eſt, inhabilis ad negotiandum ſua pecunia, adductus indigentia vxoris, liberorum, & familiæ, vt eis ſubueniat, pietate paterna potiuſquam ex malitia paratus eſt ſub vſuris mutuare, alias dolens, quod non poſsit aliter ſuæ familiæ ſubuenire. Tunc videtur, quòd iſtud ſcandalum potius ex infirmitate, quam ex malitia ortum ſit vitandum ab illo, ſub vſuris mutuum non recipiendo; quia non licet vti iniquitate parati ad peccandum ex ignorantia, aut ex infirmitate. At hoc contingit raro, & propterea D. Tho. moraliter loquendo, prout decebat loqui in materia huiuſmodi morali dixit, quia huiuſmodi ſcandalum paſsiuũ non prouenit ex infirmitate & ignorantia, ſed ex malitia. Quod dictum. D. Tho. intelligendum eſt regulariter loquendo, & vt in plurimum. Et ita illa regula regulariter eſt vera, ſcilicet, quod licet vti iniquitate parati, quãdo petit rẽ, quam alius ſine peccato præſtare poterat, & nõn vult, niſi miſcere peccatum.

*Ad Arg. Vincentij. Nauar.*

¶Igitur ad argumentum in contra patris Vincentij ordinis noſtri prædicatorũ reſpõdetur cũ Nauar. in ſum. lati. cap. 17. nu. 246. negando ſolutorem vſurarũ, eo quod ſoluat vſuras conſentire peccato vſurarij, etiã ſi iurauit & promiſit illas ſoluere, quia nõn iurat,

rat,nec promittit ſoluere illas,quatenus ea-
rum acceptio eſt peccatum,ſed quatenus eſt
actus de ſe indifferens:qui bono fine poteſt
*S.Thom.* fieri virtuoſus iuxta doctrinam D.Tho. 1.2.
quæſt. 18.art.7.& 8.& 9.& hac eadem ratio
ne ſolutio vſurarum eſt licita. Nã idẽ actus,
*Exempl.* quatenus actio,poteſt eſſe malus, & quate-
nus eſt paſsio,bonus, & econtrario diuerſo
reſpectu,iuxta illud gloſſæ capit. de conſe-
cratio.eccleſiæ,vel altar.lib.6.verbo ſangui
nis Chriſti paſsio.vt Iudæorum actio, fuit,
*Differentia inter fornicationem & dationẽ vſuræ.* diſplicuit,paſsio grata fuit. Nec eſt eadem
ratio de muliere non conſentiente: ſed paſsi
ne ſe habente in fornicatione non repugnan
do multum,quia in fornicatione nihil con-
tingit expeti,niſi intrinſece malum. At in re
cipiendo mutuum ſub vſuris expetitur ali-
quod bonum,ſcilicet,mutuum, & toleratur
aliquod malum illatum ab vſurario,ſcilicet,
ſubitio obligationis iuratæ ſoluendi vſuras.
Sicut etiam iuratio per falſos deos intrinſe-
*Exẽplum in petent. ab idolatra iuram.* cè eſt mala ex parte idololatræ ſic parati iu-
rare. Sed tamen quia à poſcente iuramẽtum
à parato ſic iurare,non illa mala circunſtan-
tia expetitur,ſed ille idololatra illam immi-
ſcet,quia ab illo non exigitur, niſi bonum,
ſcilicet,confirmatio pacti, ideo licet ſecun-
dum D.Thom.& D.Auguſt. ille idololatra
ſic iurando peccet,non tamen qui ab eo pa-
rato ſolum expoſcit ſimplex iuramentum.
Sic etiam in præſenti caſu.

# CAP. CCXXXIIII.

*Demum illa quæſtio exagitanda venit, vtrùm liceat conſulere minus malum ad vitandum maius.*

*Quæſtio. An licet conſulere minus malũ parato ad maius. Caiet.*

QVæſtio verò hæc licet princi
palius alibi ſoleat diſputari;ta
men quia ad deciſionem caſus
præſentis attinet circa eam di
cimus,quòd Caietanus in quo
dam opuſculo ait, quòd etſi non liceat con
ſulere minus malum ad euitandum maius,
licet tamen gratia maioris mali vitandi, of-
*Exempl. Loth.* ferre materiam minoris mali: exẽplo Loth,
qui offerens virgines filias ſuas,gratia vitan-
di maioris peccati,id eſt, Sodomitici, dixit
Sodomitis;En ſunt mihi filiæ virgines abuti
mini eis. Secundo ait non licere prouocare
ad totum hoc,ſcilicet,minus malum,ſed ſo-
lum ad minus,vt volenti occidere licet ex-
hibere conſilium ne occidat, ſed potius mu-
tilet. Hoc autem inde probat primo Caieta.

A Quia ſi licet conſulere minus malum cauſa
vitandi maius, liceret & facere hoc eodem
fine;quia quare non licebit facere ſi licet cõ
ſulere. *Argu. 1. Caieta.pro neg.*

¶Itẽ ſecundo:quia non licet petere quod 2
alius ſine peccato præſtare non valet:ſed mu
tilare alius ſine peccato non valet: ergo non
poſſum ab eo,ſi ſit in procinctu iã ad occidẽ
dum petere,vel conſulere,vt tãtum mutilet.

¶Tertio;quia non ſunt facienda mala, vt 3
eueniant bona:ſed mutilare eſt malum:ergo
non licet conſulere mutilationẽ, vt eueniat
iſtud bonum,id eſt,vt euitetur homicidiũ.

¶Item quarto: quia moraliter loquendo 4
B idem videtur eſſe conſulere minus malum,
& illud facere:nam conſulens, quia dat for-
mam inter cauſas agentes computatur: ergo
ſi hac ratione vitandi maius malum non li-
cet aggredi minus malum,neque illud face-
re:ergo neque cõſulere licebit. Propter hæc
argumenta credunt aliqui opinionem Caie- *In contra eſt Sot. & Adri.*
tani fieri probabilem. Adrianus verò quodli
beto primo, quæſt. 2. & Sotus de iuſtitia &
iure libro. 6.quæſt. 1.articulo. 5.oppoſitum
ſentiunt. Aduertit autem Sotus in quæſtio- *Sotus explicat. quæſt.*
nem ſolum reuocari,an liceat iam paratiſsi-
mo,& cui eſt iam conſtitutiſsimum in præ-
ſenti occidere,ſi aliter nequeam illũ ab hoc
C grauiori malo diuertere,perſuadere, vt tan-
tum mutilet. Etenim pro cõperto habetur,
quòd ſi quis crederet certis coniecturis ami-
cum ſuum cras commiſſurum adulterium,
quod nondum conſtituit committere,nefas
eſſet modo illi perſuadere fornicationem,
qua calorem extingueret. Sicut neque ſi ami
cus iſte haberet deprauatam procliuemque
naturam in alterum ſexum, liceret ad auer-
tendum illum ab hoc grauiſsimo nefandiſsi-
moque malo,illi perſuadere conſuetudinem
malam inire cum fæminis. Nam ad præue-
niendum malum propoſitum,& ad ſedandũ
deprauatum,corruptumque habitum non li
D cet animum hominis vitioſi in alia etiam mi
nora inflectere vitia. Eſt enim regula Ariſto *Regul. Ariſtot.*
telis ſecundo. Ethicorum,capitulo nono,eũ,
qui delinquit in vnum extremum, in alium
eſſe inflectendum; ſed tamen intra virtutis
lineam. Igitur conſulere minus malum non
licet,niſi ad conuellendum animũ,qui actu,
firmoque propoſito obfirmauit ſe in malũ
maius,vt ſi conſtitutiſsimus eſſet aliquis al-
terum trucidare,iamiamque ad opus præcin
ctus;quia nulla ratione ab hoc animo diuelli
poteſt,huic aliquis conſilium præbere poſ-
ſet,quatenus in minus erumperet proximi
nocumentum.





*Concl.* ¶Iam igitur his præmiſsis ſtatuitur affir-
matiua concluſio. Licet paratiſsimo, & in
procinctu conſtitutiſsimo ad perpetrãdum
maius malum præbere conſilium, quatenus
ad minus malum perficiendum inflectatur.
*Explicatur concluſio.* At antequam concluſio hæc ſuis rationibus
comprobetur,oportet,vt eius ſenſum ſigni-
ficemus. Non enim licentia hæc conſulendi
minus malum ad cauendum peius datur,niſi
reſpectu eiuſdem tertij. Etenim,vt euites ho
micidium Ioannis,non licet conſulere muti
lationem Petri. Nec etiam rationi cõſonum
eſſe videtur ad præcauendum,ne quis para-
tus deprædetur mille à Petro, conſulere, vt
quingenta tantum ſuffuretur à Paulo. Neq;
ad euitandum grauiſsimum adulterium in
iuuene,liceret mihi ſecundam aliam viro ſo
lutam mulierem inducere:quia peccatũ ma-
ius alterius non eſt præcauendum cum ſcan
dalo ſpirituali aliorum: nec damnum maius
vnius tertij in temporalibus non videtur vi-
tandum fore cum graui damno alterius pro
*Ioſephus impugnatur.* ximi. At quoniam frater Ioſephus in ſuis flo
ribus tantum hanc concluſionem duxit ad-
mittendam in his malis maiori,ſcilicet,& mi
nori,quę de ſe nõ ſunt intrinſece mala. Quia
in his(inquit)licet paratum ad maius inſtiga
re ad minus malum:non autem in his; quæ
ſunt intrinſece mala: Nos contrariæ ſentẽtiæ
in ſenſu huius concluſionis ſumus. Quia nõ
ſolum in his,quæ non ſunt intrinſecè mala,
ſed etiam in his,quæ intrinſecè mala ſunt,eã
verum habere intelligimus. Nam,vt probe
ait Sotus, licuiſſet Loth ad diſſuadendum
execrandum Sodomiæ ſcelus conſulendo di
cere;Sunt in vrbe virgines fœminæ, quibus
cum poteritis veſtram libidinem explere;
dum nullam in particulari imparatam Sodo
mitis per eos ſolicitandam deſignaret: Vbi
tamen tam nefandum vitium,quale virginũ
ſtuprum eſt intrinſeca malitia non caret.

*Prob. 1.* ¶Igitur prima,qua probatur cõcluſio ra-
tio occurrit,ſcilicet quia iſtud conſilium ha
bet bonum obiectũ,bonumque finem abſq;
vlla ſiniſtra circunſtantia,ergo eſt bonũ con
ſilium,ſcilicet quo conſulitur minus malũ,
ad vitandum atrocius malum. Quod autem
finis bonus ſit nemini dubium; intenditur
enim homicidij euitatio, ſed & de obiecto
pateſcit,quod bonum ſit. Nam obiectum,vt
contrarij autumant,non eſt ſimplex illud re
miſsius detrimentum,ſcilicet, fuſte cædere,
aut alapa percutere: ſed illud conditionale,
ſi alterum certus eſt facere interficere, aut le
uius percutere,citius hoc fac. Hoc autem ob
iectum,quia rationi conſentaneum eſt bonũ

A eſt:nam Theologorum,& canoniſtarũ axio
ma celebre eſt,quòd ex duobus malis minus
eſt eligendum. Quod authore D. Greg. 13.
diſtin.cano.nerui.etiam in malis culpæ verũ
obtinet. Secundo patet;quia ſi conſulere mi *Prob. 2.*
nus malum malum eſſet,id eſſet; quia indu-
ctio eſſet ad peccandum. At vero inducere
alium ad peccandum,nemo dicitur, cũ alius
iam conſtitutiſsimũ habet peccare;ergo con
ſultor non inducit vt malum faciat, ſed vt fa
ciat minus malum. Sed contra poſſet quis *Satis fit obiectio.*
aduerſus replicare ſic inferendo: Retraho il-
lum à deteriori malo ad minus malum incli-
B nando,ſeu traducẽdo: ergo illum induco ad
malum. Sed reſpondetur, quod in tali caſu
inducere eum ad minus malum eſt inducere
ad bonum. Tertio patet ex argumento Soti *Prob. 3.*
aduerſus Crietanum. Nam ſi ſecundum Ca-
ietanum licet proponere iam parato ad ma
ius malum,minoris mali materiam, licebit
quoque declarare,rationesque afferre, qui-
bus oſtendat, id conſultius fore illi parato,
magisque abfuturum à ſuæ perſonæ pericu
lo,ac per hoc ſuo honori feciſſe ſatis, ſi quẽ
parabat neci dare,in facie ferire,vel mutila-
re tantum contentus ſit,exẽplo ſancti Loth
proponẽtis Sodomitis filias,quo nefandum
C caueret abuſum. Hæc autem materiæ pro-
poſitio,vt à terminis Caietani non diſceda-
mus,quid aliud,quam quoddam conſilium,
& perſuaſio eſt. Nam dicito quæſo, ſi alicui
aliquid velis eſſe cõſultum, quo aptiori mo
do id effectum eſſe curabis,quàm eas ratio-
nes afferendo,quibuſcum ad id efficiendum
moueatur,atque hoc plane velis,nolis,nihil
aliud,quam quædam inductio eſt. Et cõfir- *Confirm.*
matur;quia commentum parum conducens
ad materiam moralem eſt aſſerere,prout Ca
ietan.aſſerit,licere proponere materiam mi-
noris mali, atque rurſus licentiam minoris
mali conſulendi inficiari. Nã & ſanctus Loth
D non ſolum propoſuit materiam minoris ma
li Sodomitis dum ait illis; Sunt mihi filiæ
virgines,ſed adiecit, abutimini illis, quod
plus eſt quam propoſitio materiæ minoris
mali. Nam dicere,quod fuit tãtum quædam
permiſsio (quoniam verborum ſchema eſt
quod apparet pluſquam conſilij) rationi nõ
eſt ſatis conſonum.

¶Inſuper & noſtra concluſio authoritate
Diui Auguſtini fulcitur,qui in libro quæſt. *S. Auguſ.*
ſuper Exodũ,& refertur.33.quæſt. 2. cano.
ſi quod verius.de coniuge adulteræ loquens
ſic ait: Si facturus es quod non licet, puta,
vxorem occidere, vel dimittere iam facias
adulterium,& non facias homicidium.

*D. Chryſ.* ¶Accedit & Diuus Chryſoſtomus, qui A Homilia.22.ad populum expreſſe noſtræ cõcluſioni ſuffragatur;vbi admonet conſulẽdum eſſe illi,qui aſſuetus eſt iurare, vt iuret per caput ſuum,ne iuret per Deum. Idemq́; *D. Greg.* ex Gregorio cap.nerui.loco citato eſt colligere. *Caictan in ſum.mutau.ſentẽtiam.* Igitur neque ipſemet Caietanus noſtræ concluſioni omnino eſt aduerſus.Nam ſumma,verbo,Tyrannis, plane concedit licere conſulere minus malum ad euitandum maius.Neque.22.articulo præſenti inficiatus eſt licere conſulere minus malum, ſed pernegauit licere inducere ad minus malũ. B Vnde aliquid diſcriminis ineſſe inter conſulere,& inducere viſus eſt inſinuare, quod aliquibus viſum eſt non ſatis intelligibile, vel forſitan Caieta. ſuam videtur correxiſſe ſententiã.¶Igitur ad argumenta in oppoſitum. reliquum eſt ſatiſfacere.

*Ad arg. 1.* ¶Ad primũ ergo negamus cõſequentiã: nõ enim ſequitur;Alteri non licet facere minus malũ:ergo neque mihi licet conſulere. Etenim ille,qui maius malũ paratus eſt facere,cum ſibi liberũ ſit ab vtroque tam maiori, quam minori malo abſtinere, ſi alterutrum C faciat, non effugit culpæ reatum. At mihi quia facultas abeſt illum aliter auertendi à maiori malo conſulere minus malum licet, quatenus reuocem eum à maiori. Ex quo aperte liquet mihi conſulenti non licere id ſumere conſilij,quod alteri licite trado,quia in poteſtate mea eſt,cauere vtrumque malũ tam minus,quam maius. At meæ facultatis non eſt maius malũ machinantis in procinctu aliter compeſcere animũ,quàm cõſulendo minus malum,quo à maiori auertatur.

*Ad arg. 2.* ¶Ad ſecundum prætereà argumentum reſpondetur,quòd,quia cõſulere minus malũ non eſt inducere ad malũ,ſed potius ad bonum,ideo negatur quod talis conſiliarius id petat,quòd alter præſtare iuſte nequeat. Et D enim abſolute non petit, niſi vt à grauiori malo abſtineat.Quod ſi id præſtare nõ vult, niſi in alterum erumpẽdo malum, id eius furori,malignoq́; animo eſt tribuendũ. Sicut *Satis fit obiectio.* ſimile contigit in petente mutuum ſub vſuris in extrema neceſsitate. Sed arguet quiſpiam ſic,quòd ſaltem illicitum ſit illud minus malum abſolute conſulere;quia abſolute malum obiectum eſt,niſi reſpectu maio*Sotus.*ris mali ſumatur. Diluitur ergo hæc obiectio ex mente Soti dicendo,quod verum eſt extra caſum,de quo in præſentiarum loquimur;ſcilicet,vbi quis nõ accinctus eſt ad grauius patrandum malũ,non licet abſolute cõſulere minus malum. Veruntamen caſu,quo A quis certiſsimus iam eſt ad grauius peragendũ malum, ſi aliter eum à tali malo grauiori reuocare nequiueris, quãuis cõparationem ei non explices conditionaliter, dicendo: Si facturus es maius malum,facito minus, ſatis eſt ſi alterum minus malum ei conſulas.Sub intelligitur enim ſemper comparatio,etiam ſi non explicetur, ſi alterum facturus es.

*Ad argumen.3.* ¶Ad tertium deinde argumẽtũ ſolutio legitima eſt,conceſſo antecedenti,ſcilicet, nõ licere fieri mala vt inde eueniant bona,negare conſequentiã: ſicut negamus inde ſequi, B quod non liceat cõſulere minus malum.Etenim talis cõſultor licet cauſa minoris mali dicatur eſſe,nõ tamen eſt cauſa mali.Imo eſt cauſa electionis bonæ,ſiquidem præcipitatũ iam animũ ad maius flagitiũ ad leuius inflectere vere bonũ eſt.Quare ſophiſtica erat illa conſequentia,quæ propterea negata eſt.

*Ad arg.4.* ¶Ad aliud argumentum negatur, quod moraliter loquendo perinde ſit cõſulere minus malum,& illud agere. Inſtatur etenim in petente ſub vſuris in extrema neceſsitate à nolente aliter mutuare, quia ſic petendo conſulit minus malum,id eſt, iniquam exa- C ctionem vſurarum potius, quam mortem, cuius eſt cauſa negando ſubuentionem mutui in extrema neceſsitate: ideo conſulere hic hoc minus malum non eſt moraliter illud facere.

*Coroll. Veniale ſemper [uitan]dum.* ¶Iam ex ſupradictis corollarie elici videtur,veniale peccatum nullatenus fore committendum atrociſsimi ſceleris in alio vitandi gratia.Manifeſtam enim præſefert implicationem contradictionis malum eſſe,quale etiam eſt veniale peccatum,& illud fieri licere. Quapropter neque etiam peccatum veniale licebit alicui tertio conſulere.Ideo tyranno mihi minanti mortẽ, vt ad interrogata eius reſpondeam,potius mihi oppetenda D eſt mors,quam quod mendacium ſim reſpõſurus.Neq; ad euitandum peccatum nefandũ in iuuene,licet cõſulere fœminæ, vt quò ſecum rem habeat, illum iuuenem alliciat.

*Quæ[ſtio.] An [Loth] in ob[latio]ne fi[liarũ] veni[at ex]cuſan[dus.]* ¶At de facto Loth curioſus quiſque ſcire cupiet,an à culpa id facti veniat excuſandũ. Etenim Ambroſius.32.quæſt.7.canõ offerebat,videtur eius zelum,quadam excuſatione protegere. Cui videtur ſuffragari Diuus Petrus in ſua canonica Loth ſanctum appellans ; licet conuincens argumentum hinc non ſumatur, quod in illo particulari actu non peccauit. Igitur ; quò curioſis morem geramus de hac quæſtione dicimus primò factum ipſius Loth,ſi naturam ipſius ſolũ perpendamus nullatenus fuiſſe licitũ,niſi igno-



aſſerẽdũ deſunt rationes,& nõ infirmæ. Pri- A *Rationes. 1* mo;quia cũ prudentia cõiũctũ non videtur fuiſſe tale eius conſiliũ.Erat enim res parum decens,filias ſic periculo obijcere.Quia cum ſuarũ filiarũ cura ſibi incũberet,paterno iure earũ pudorẽ protegere tenebatur.Nõ ergo debuit hac ratione peiori malo obuiare. Secus eſſet ſic cõſulẽdo,ſi dixiſſet:Sunt in ciuitate virgines, quibus cũ veſtrã libidinẽ explere poteſtis. Vnde liquet,eã rationẽ, qua D.Caietanus.Loth à culpa cõtẽdit liberare duplici nomine parum ſolidã,eſſe; vbi ait,ꝙ tãtũ Loth expoſuit materiã minoris mali. Tũ;quia re vera fuit inductio,nã verba id videtur inſonare,vbi,abutimini eis,inquit. Tũ B quia illa propriarũ filiarũ expoſitio illi non cõgruebat,ſed indecẽserat. Secũdo dicimus ad caſum,ꝙ licet probabiliter ſuſtineri poſſit eũ in hoc facto peccaſſe; tamen excuſari *D.Ambr.* poteſt à tãto,tũ;quia D.Ambro.huiuſmodi factũ loco ſupra allegato,pro excuſato videtur velle habere,cũ zelus vitãdi maioris mali videatur eũ excuſare. Tũ, quia D. Auguſt. *D.Auguſ.* in gloſ.illius loci Geneſis.19.& refertur.14. diſt.Cano.quod ait,non conſilio tribuit, ꝙ fecit Loth,ſed animi perturbationi,quæ partem eius culpæ adempit.

*An Loth fuit ignorantia excuſatus. Sotus.* ¶Vltimo vero,ſi quis rogitet,an omnino ignorãtia in hoc facto fuerit excuſatus,dicimus cũ Soto dicente,ſic,loco citato. An vero ignorantia prorſus excuſauerit Loth,expendendum venit ſecundũ ſcientiã,quã homines illius temporis tenebantur habere. At quia ſit generaliter locutus in æquilibrio videtur quæſtionẽ reliquiſſe, ſaluo meliori aliorum iudicio dico tãdẽ poſſe dici pie iuxta mentẽ D.Ambroſi. & D. Auguſtini locis citatis, magis ad eorũ ſenſum accedendo, à mortali culpa in hoc caſu Loth fuiſſe excuſatũ.Nam perturbatio animi, quam pro illo allegat Diuus Auguſtinus videtur mentẽ eius præueniſſe,atq; locum ad deliberandũ ſufficienter non reliquiſſe.

¶Item; quia hoc videtur ſignificaſſe D. D Auguſtinus dũ ait non conſilio tribuendum eſſe,quod fecit Loth,ſed animi perturbationi,id eſt,non tribuendum eſſe perfectæ deliberationi,ſed perturbationi animi,quæ eam perfectam deliberationem,quæ requiritur ad mortale interdum præueniẽdo ſolet tollere. Sed an excuſatus fuerit in hoc facto etiam à culpa veniali,non oportet multum contendere,cum de iuſto etiam dicat ſcriptura,qualem D.Petrus Loth fuiſſe ait: Septies in die cadit iuſtus; quod de venialibus ſecundum communem ſentẽtiam ſanctorũ venit gloſ- A ſandum.Nam ſecundum.D.Ioannẽ.Si dixerimus,quia peccatum non habemus, mendaces ſumus,& veritas in nobis non eſt. Sed de his ſatis ſuperque dictum ſit.

## CAP. CCXXXV.

*De confeſſarijs vſurariorum manifeſtorũ, & quis dicatur talis; Et de ſatisfactione, vel cautione; Et qualiter & coram quibus cauebit. Et de pœna clerici vſurarij. Et an incurrat irregularitatẽ celebrando; Et quis poſsit cum ipſo diſpenſare.*

B *Qualiter in confeſſ[ione] audiendus eſt vſurarius.* SEd quoniam de participãtibus cũ vſurarijs nonnihil tetigimus, de cõfeſſarijs quoq; eorũ, ratio exigit,vt dicamus. Igitur cap. quãquã de vſuris lib.6. cõtinetur ne ſacerdos vſurarij manifeſti cõfeſsionẽ audiat,vel eũ abſoluat, vel aliquod aliud ſacramẽtũ ei miniſtret, antequã vſuras quoad poterit reſtituat,aut præſtet cautionẽ reſtituẽdo cũ pignoribus,vel fideiuſſoribus ijs, à quib⁹ eas extorſit,ſi preſentes ſunt,alioquin ijs,qui eis acquirere poſſunt,& ſi nõ ſint tales epiſcopo aut eius vicario,aut ipſius proprio parocho corã perſonis fide dignis ; aut C aliquo notario ex ordinarij mãdato ita vt in cautione exprimat verã quãtitatẽ debiti, ſi ſcitur. Sin autẽ arbitrio recipiẽtis moderando,qui ſi ſcienter obligationẽ debito minorem receperit,ad reſtituendum reſiduum tenebitur. Et vſurario nolenti hoc facere nemo debet eſſe teſtis in teſtamento,nec confeſsionem eius audire, neq; ipſe debet in ſacro loco ſepeliri,& eius teſtamentum ipſo iure eſt nullũ. Si vero pignora,vel fideiuſſores dare non poteſt iuret ſe dare non poſſe. Hæc omnia vbi ſupra. ¶Adhæc etiam is,qui eũ in loco ſacro ſepeliret,niſi prædictis prius præſtitis excõmunicatur per Clem. 1. de ſepultur.

*Quæſtio.* ¶Sed quid, ſi talis vſurarius in periculo D mortis conſtitutus cum ſit, prædicta vult præſtare: ſed non poteſt. ¶ Reſpondetur tunc ſane authore Nauar. in ſum. Latin. ca. 17.nu.281.à quolibet.ſacerdote eius cõfeſſio audiri poteſt,dũ alius idoneus non adeſt; qui obtẽta à tali vſurario facultate, epiſcopo eius promiſsionẽ declarabit:vt ſi cõualuerit ipſũ & ſi moriatur eius hæredes ad reſtitutionem compellat.arg.cap. ſiquis ſuadente. *17.q.4.* 17.q.4.ita aſſerit Sylu.ver.reſti.6.q.1.

*Quæſtio. Quis ſit vſurarius manifeſt⁹.* ¶At vero,quoniam quis ſit vſurarius manifeſtus,circa quẽ prædicta obſeruãda eſſe prædiximus,non vnicuiq; innoteſcit, id explice-

plicemus opus erit.¶Vſurarius igitur mani
feſtus dicitur,qui palã, & notorie ad vſurã
mutuat,aut ſuas res ob dilatã ſolutionẽ , ca-
rius iuſto pretio rigido manifeſtè vẽdit, ne-
que eſt neceſſe quod quibuſuis petentibus
tribuat contra contrarium aſſerẽtes. Sed id
eſt neceſſe quòd eius mutuatio quãdo fit,ſit
manifeſta ſecũdum Panor.& Anto. Burg.in
ca.ad noſtrã de emptio.& venditio. Sed nec
hoc ſemper requiritur; quia ſatis eſt.vt po-
ſtea per ſentẽtiam,aut alias illud palã, & no
toriũ fiat ſecundũ prædictũ Anto.& citatos
ab eo.Et hoc ęquius,ſeu iuſtius eſſe videtur

*Quæſtio. Corãquali ſacerdote ſit cautio. præſtãda.*

¶Inſuper & de quali ſacerdote hic mẽn-
tio fiat,dubitabit forte aliquis.Reſpondetur
authore Nauar. ſum. lat.c.17.nu.28. per ſa-
cerdotẽ in hoc caſu intelligimus non ſolum
parochũ,ſed etiam quemlibet confeſſarium
poteſtatem audiendi ſacrã confeſsionẽ eius
legitimã habentẽ arg.Clem. dudũ de ſepul-
turis.¶At quoniã hic de his,qui alijs acqui-
rere poſſunt ſupra meminimus;& de his qui
ſint & quales,rationẽ reddere, non erit incõ
ſonum.¶Igitur qui alijs acquirunt ſunt libe
ri in patris poteſtate conſtituti,& ſerui pro
prij,aut bona fide poſſeſ.ſi.§.1.& 2.inſtitu-
ta per quas perſonas nobis acquiritur.Sed &
de notario in hoc caſuę hſitabit aliquis an ac
quirat extraneo.¶Igitur plana ſolutio eſt,
quod in hoc caſu non acquirit extraneo,niſi
illud mandato ordinarij faciat iuxta gloſ. in
dicto ca.quanquam. verbo mandatũ. Quòd
intelligendũ venit quoad effectũ ſatisfacien
di eccleſiæ præcepto in hoc caſu. Nã quoad
alios notarius benè acquireret his quibus ſti
pularetur vt Peruſ.in dicto ca.quanquã tra-
dit.¶Porrò de clerico vſurario notorio iure
efflagitamur dicere quali pœnã plectatur,
an ipſo facto quod manifeſtus ſit,ita ſimpli
citer ſit ſuſpenſus,vt ſi celebret fiat irregula
ris.¶Reſolutorie ergo dicamus , ꝙ clericus
vſurarius quauis notorietate notorius,nõ eſt
ipſofacto ſimpliciter ſuſpenſus,ſcilicet, quo
ad ſe,& quoad alios,ita vt ab alijs ſit in offi-
cijs diuinis vitãdꝰ.Sed ſolũ eſt ſuſpẽſus quo-
ad ſe:quare celebrando nullam nouam inci-
dit irregularitatem. Sed quia ſuſpẽſione iſta
quoad ſe tantum inuolutus manet , diſpen-
ſatione epiſcopi ſui dicitur indigere , qui
poſt eius pœnitentiam cum ipſo poterit di-
ſpenſare.Colligitur hæc reſpõſio ex primo
cap.de vſuris cap.plures.vbi ſolum dicitur,
quòd talis clericus vſurarius manifeſtus ec-
cleſiaſtici officij periculum patiatur. Quæ
verba inſinuãt ſuſpenſionem ab officio per
ſentẽtiã inferendã;ſed non ſententiã ſuſpen-

*Quæſtio. An clericus vſurarius ſit ſuſpenſus.*

*Vſurarius clericus manifeſtus ſolum ſuſpenſus quoad ſe.*

*De vſur.*

A ſionis ſimpliciter ipſofacto illata meſſe. Et
colligitur etiã ex cap.quia 2.de vſur.vbi ſta
tuitur, vt manifeſti vſurarij neq; ad cõmu-
nionẽ admittantur altaris. Circa quæ verba
ſubnotat gloſſa dicẽs.Nota ꝙ hęc eſt pœna,
quæ primo imponi debet:Ergo etiã clericis
vſurarijs manifeſtis pœna ſuſpẽſionis ſimpli
citer,id eſt,quoad ſe & quoad alios non ipſo
iure eſt impoſita,ſed venit imponẽda. Sicut
etiã clericis furibus notorijs, periuris mani-
feſtis , falſis criminatoribus non eſt ipſo fa-
cto impoſita ſuſpẽſio ſimpliciter,ſed veniũt
ſic ſuſpẽdẽdi,niſi notorij concubinarij ſint,
B qui ſunt ſuſpenſi.Nam de iudicijs cap. at ſi
clerici, decernitur,quod dummodo ſint talia
crimina propter quæ ſuſpẽdi debeãt,aut de
poni nõ immerito ſuſpẽdẽdi ſunt à ſuis ordi
nibus,vel,ab altaris miniſterio perpetuo re-
mouendi.

*Gloſſa.*

¶At ꝙ cũ huiuſmodi quoad ſuſpẽſionem
quoad ſe,imò cũ adulteris ſuſpenſis quoad
ſe,& quoad alios,quãdo ſunt notorij poſsit
epiſcopus proprius diſpenſare,patet de iu-
dicijs.cap.At ſi clerici.§. de adulterijs. Vbi
poſt peractã pœnitentiã epiſcopis ſit facul
tas diſpenſandi cũ ipſis in adulterio, crimini
buſque inferioribus:non tamẽ cũ homicida
C voluntario,etiã occulto.Imo diſpẽſationem
homicidij caſualis poſſe cõmitti epiſcopis
Concilium Tridentinum indulget.

*Diſpenſat epiſcopus cum adulteris ſed non cum homicidis clericis.*

## CAP. CCXXXVI.

*De fructibus; An poſſeſſor bonæ fidei in vtro que foro faciat fructus ſuos; eſt quæſtio pro ficua Theologis, & multo magis iuriſtis vtriuſque facultatis.*

QVia in primo cap. de vſuris
fructus pignoris cõputandos
eſſe in ſortẽ diffinitur,occaſio
D ne hincſumpta nõnulla dubia
haud ſpernẽda , quippe quę
ſcitu ſint neceſſaria huc aggregare curauimꝰ.
¶Igitur aliquali præmiſſa deſcriptione fru-
ctuum ſimul cũ diſtinctione materiam hãc
aggrediemur. In primis dicimus , fructus
dici , qui ſuperſunt deductis expenſis fa-
ctis gratia fructuum quærendorum,colligẽ-
dorum,& conſeruandorum , tam in bonæ
quã in malæ fidei poſſeſſoribus,etiã in præ-
donibus.ff.de petit.hæredit.l.ſi à te. §,fru-
ctus.& l.placet in fine.C.de fructibus & lit.
expenſ.

*Quid ſit fructus.*

¶Inſuper de diſtinctione fructuũ ſubij-
cientes,dicimus, quod fructus incorporali-
libus



bus,de quibus loquuntur Canoniſtæ autho
re Bartolo in.l.ex diuerſo.C.de rei vendica.
quidam ſunt naturales,vt nuces,pyra,& po
ma:& huiuſmodi ſunt ea quæ natura produ
cit;& ſicut producit vtimur.¶Alij ſunt par-
tim naturales,& partim induſtriales , cuiuſ-
modi ſunt lac,lana,ſegetes,vinum,& huiuſ-
modi ; quæ ſunt naturales fructus inquantũ
producuntur à natura; & induſtriales inquã
tum in alia ſpecie eis vtimur ex induſtria, vt
patet dicta.l.ex diuerſo,&.l. certum. C. de
rei vẽdi.Et de his communiter dicitur,quòd
relinquitur arbitrio boni viri,an ſint natura
les,an induſtriales. Vt ſi plus verſatur circa
illos de induſtria hominis dicantur induſtria
les,vt de vino,lana,caſeo,& huiuſmodi arg.
l.quæritur.ff.de ſtatu homin.&.4.q.3 . her-
maphroditus, ſi vero de natura. dicantur na
naturales.

*Diſtinctio fructuum.*

*C.de rei vend.*

*ff.de ſtat.*

¶Alij vero ſunt induſtriales ſolum , ſicut
qui ex artificio,& negotiatione,& huiuſmo
di acquiruntur,qui alio modo dicuntur ciui
les,eo quod non proueniunt ex re. Sed ho-
minis prouiſione percipiuntur propter rẽ,
vt eſt penſio domus,& huiuſmodi,vt l.ſi na
uis.ff.de rei vend & l.domum.C.eodem. Et
iſtorum quidem quidam ſunt honeſte perce
pti,quidam inhoneſte. Vt ſi locaui Domũ
ad exercendum quæſtum inhoneſtum.l.an-
cillarum.ff.petitione hæreditatis.

¶Sed iam his præmiſsis,prima , quæ hic
oritur,quæſtio,eſt,vtrum bonæ fidei poſſe-
ſor fructus rei bona fide poſſeſſæ faciat
ſuos.Ad quam quæſtionem verbo fructus.
Sylueſter quæſt.1.omiſſam faciens iſtã quæ
ſtionem quatenus attinet ad forum conten-
tioſum,citans caput.grauis. de reſtitutione
ſpoliatorum,& d.l.ex diuerſo , tranſit ad ex
pediendam eam,quatenus attinet ad forum
conſcientiæ,ſed nos quo iuriſtis etiam nos
gratos exhibeamus.eam etiam quatenus ad
forum exterius attinet , compendioſe præ-
ſtringere voluimus. Igitur præmittimus,
quod fructus intelliguntur deductis neceſ-
ſarijs impenſis.ff.de oper.ſer. fructus , &.ff.
de vſur.quod in fructus.&.ff.man. qui mu-
tuã.fin.art.12.quæſt.2.vobis. Secũdo quod
nullus caſus interuenire poteſt,qui hoc ge-
nus deductionis expenſarũ impediat arg.ff.
familiæ herc.fundus quæſt.1.reſponſione in
fine &.ff.ſol.matri.fructus,niſi in vno caſu
infra de dec.tua. Addimus cum gloſſa in ca.
grauis.de reſtitutione ſpoliatorum, ꝙ in fo-
ro contentioſo poſſeſſor bonæ fidei tenetur
reſtituere tantum fructus perſtantes ante li-
tis conteſtationẽ , & non conſumptos. Poſt

*Quæſtio. An poſſeſſor bonę fidei fructus fac.ſuos. Syluest.*

A litis vero conteſtationem vniuerſos fructus
tenetur reſtituere ſiue extantes,ſiue conſum
ptos;quia iam ex tunc præſumitur malam fi
dem incepiſſe habere C.de rei vendicatione.
l.certum Circa quam gloſſæ diſtinctionem
addendũ duximus,quod & gloſſa quæſt.2.
cauſa.12.canone.non liceat.tradit, ſcilicet;
quod cum agitur ex interdicto,vnde vi , ve-
niunt fructus ſoluendi à tempore deiectio-
nis violentiæ,qua quis fuit à poſſeſsione ex
pulſus. In cuius ampliorem intelligentiam
gloſſa illo.c.grauis de reſti.ſpol tradit,quod
B poſſeſſor malæ fidei violentus tenetur reſti
tuere fructus perceptos,& non ſolum hos,
ſed & eos,qui percipi potuerunt per veteres
poſſeſſores,vt habetur prædicto capit. gra-
uis & ſupra.eod.tit.ca.conquerente. & ſu-
pra de officio delegati.cũ cauſa.&.12.q.2.
non liceat in gloſſa fin.

*Quid in foro contentioſ.*

*C. de rei vend.*

¶Si autem agatur interdicto ad petendũ,
fructus veniunt poſt litis conteſtationẽ etiã
conſumpti,quia ex tunc videtur mala fide
conſumpſiſſe.¶Si vero agatur interdicto de
rei vendicatione,non veniunt fructus perci-
piẽdi,ſi à malę fidei poſſeſſore acquiſita fuit
C cũ titulo,ſecus ſi ſine titulo,aut cõtra legẽ.

¶ Porrò , quo diſtinctius procedamus
quoniam de poſſeſſore bonæ fidei cepimus
ediſſerere,an fructus rei bona fide poſſeſſæ
faciat ſuos,quæritur, an iſte poſſeſſor bonæ
fidei in foro exteriori cogendus eſt reſtitue
re fructus, quos poſt litis conteſtationẽ per
cepit,eoſque iam conſumpſit.Et quidem iã
ex parte ſupra ex dictis hæc quæſtio expe
dita manet.Sed ſummantes quæ ſupra nõ tã
diximus clare,& adijciẽtes quę reliqua ſunt
digna notatu dicimus.Primo,quod loquẽdo 1
in foro tãtũ exteriori poſſeſſor bonæ fidei
tenetur, ad fructus extãtes ante litis cõteſta
tionẽ.¶Secũdo,quod fructus ante litis cõte 2
D ſtationem conſumptos reſtituere non tene-
tur.¶Tertio,ꝙ poſt litis,cõteſtationẽ , talis 3
bonę fidei poſſeſſor vniuerſos fructus, reſti
tuere tenetur,ſiue quos poſt litis conteſta-
tionẽ perſtantes inuenerit,ſiue quos poſt li-
tis cõteſtationẽ cõſumpſerit,quia iã ex tunc
mala fide cẽſetur expẽdiſſe. Hæc omnia di-
ſtinctius ex illa gloſſ.ſuper cap.grauis.de re
ſtit.ſpoliatorum elicimus.

*Quæſtio. An poſſeſ. bon. fidei fac. fruct. ſuos.*

¶Sed ne quid deſit ſcitu dignũ,adhuc quę
rẽdo inſtamus,an poſſeſſor bonę fidei poſt
quam conteſtata eſt lis,aut poſtquã nuncia
tum eſt ſibi,rem eſſe alienam , ex tunc iam
teneatur de fructibus, quos ſua negligentia
ex poſſeſſione non percepit. Et videtur,
quod non,ſaltem in caſu,quo tãtum nuncia
tum

*Quæſtio. An poſſeſ. bon. fid. tene. de fruct. nõ percept.*

A

tum eſt ei rem eſſe alienam. Nam ſecundum gloſſam ſuper cap. grauis de reſtitutione ſpoliatorum, ſola denunciatio non facit aliquẽ malæ fidei poſſeſſorem, de ſponſatione impuberum. ad diſſoluendum, &. ff. quod fal. tu. per totum licet cõcedat, quod in ſola petitione hæreditatis efficitur per denunciationem malæ fidei poſſeſſor, ita quod poſtea nihil alienare poteſt. ff. de petitione hæreditatis. Item veniunt. §. quod autem. ¶ Lex autem. ſi fundum. infra ibi allegata loquitur in eo, qui habebat conſcientiam rei alienæ ſecũdum Ioannem Andr. Si igitur verũ eſt, quod ait, & ſic probat gloſſa, ſcilicet, quod ſola denunciatio non facit malæ fidei poſſeſſorem, ſequitur, quòd non ex eo quod poſſeſſori bonæ fidei nunciatũ ſit rem eſſe alienã, ideo deinceps fiat malæ fidei poſſeſſor. Quod ſi malę fidei poſſeſſor ex tali ſola denunciatione non conſtituitur, ſequitur quòd de percipiendis fructibus & ſua negligentia non perceptis non teneatur. Igitur pro faciẽdo ſatis quæſtioni dicimus primò, quòd poſtquam cõteſtata eſt lis, poſſeſſor, qui antea erat bonæ fidei, quia ex tunc non omnino præſumitur talis, ſi deinde negligens fuerit in percipiendis ex poſſeſsione fructibus, ad eoſdẽ etiam ſua negligentia non perceptos damnabitur, quia ex tunc præſumitur malam habuiſſe fidem. Patet ex gloſ. prædicta, & C. de rei vendic. l. ſi fundum, vbi vniuerſos fructus poſt litis conteſtationem fore reſtituendos decernitur. Quod ſi vniuerſi ſunt reſtituendi, ergo etiam qui percipi potuiſſent, & ex deſidia, ſeu incuria talis poſſeſſoris non ſunt percepti, vel collecti. Dico ſecundo, loquẽdo de denũciatione, quòd poſtquam ei, qui antea bonæ fidei poſſeſſor erat, nunciatum eſt rem eſſe alienam, quidquid ſit de iure ciuili communi, per leges peculiares Hiſpaniæ tenetur reſtituere fructus ex tũc perceptos, & etiam ſua negligentia non perceptos, niſi renuntiauerit vero domino penes ſe habere rem illam emptam, vel aliter illuc vſque bona fide poſſeſſam, vt ſi ius ſibi competit ad illam veniat petiturus illam. Hoc aſſertum continetur partit. 3. titulo. 29. leg. 5. & partita. 3, leg. 22. tit. 2, & part. 6. titu. 14. leg. 4. per quas leges ius commune, vel dictum gloſ. videtur moderatum in eo, quod aiebat ſolam denunciationem non conſtituere aliquem malæ fidei poſſeſſorẽ. Quod verum habet ſecũdum has partitæ leges, ſi iſte bonæ fidei poſſeſſor ſimulac nuntiatum eſt ſibi ſe retinere alienum, debitam adhibuit diligentiam in nuntiando domino, vt ſiquid

*De ſponſ. impub.*

*Obiectio.*

*Dictũ. 1.*

*Gloſſ.*

*Dictũ. 2.*
*Vtrumper denuntiatione tollitur bonâ fides.*

*Parti. 3.*

B C D

iuris obtineret in eo, veniret indicaturus, aut poſtulaturus. Quia tunc hac adhibita diligẽcia ſi dominus pigritetur venire ad petendum, vel taliter diſtet, quod admonitio hæc ſibi fieri non poſsit, nõ propter ſolam ſibi factam denuntiationem deſinet eſſe bonæ fidei poſſeſſor. Secus ſi ipſe admonitus hanc admonitionem prætermiſerit facere, quia ab hoc tempore cenſebitur malam fidẽ habuiſſe. Quare ab eodem tempore fructus perceptibiles, & ſua incuria non perceptos, per ſententiam ſi conuincatur, reſtituere cogetur. Tertio dicimus, quòd bonæ fidei poſſeſſor, vt qui, quia emit rem, bona fide poſſedit rem, ſi non ſeruauerit emptionis pactum & ratione pacti violati in foro exteriori venditio reſcinditur, ſimul cum re empta, tenebitur reſtituere fructus. Habetur partit. 5. ti. 5. l. 38. ſibique venit imputandum, eo quod violauerit pactum. ¶ Idemque eſt dicendũ de fidei commiſſario hærede, quando non eſt de deſcendentibus, quia fructus cum hæreditate reſtituere tenetur. Quarto dicimus, quod emptor rei, qui fuit poſseſsor bonæ fidei etiam ſi emptio facta bona fide, poſtea reſcindatur poterit ſibi retinere fructus: niſi in caſu ſupradicto, vbi contractus dicitur reſciſſus, eo quod emptor conditionem poſitam in contractu ſeruare noluerit. l. 46. tit. 13. partit. 5. Vt ſi poſtea ab eodem emptore venditor ſuam poſseſsionẽ redimeret, poſſet emptor reuendens eam, retinere fructus.

*Partit.*

*Partit.*

¶ Præterea, quoniam iam in foro contentioſo, quod de poſseſsore bonæ fidei dicendum erat quoad fructuum retentionem, vel reſtitutionem explicuimus, nunc quid in cõſcientia dicendũ ſit explicandũ reſtat. ¶ Igitur quoad conſcientiam dicimus cum Sylueſtro. verbo, fructus. §. 2. hoc eſse tenendum. Primo, quod poſseſsor bonæ fidei quantum attinet ad conſcientiã, omnes fructus tã naturales, quã induſtriales, ſiue cum titulo, ſiue ſine titulo poſsideat, reſtituere tenetur, ſi perſtent, quia res ſuo fructificat domino: deductis tamen expẽſis, & laboribus, & quãtũ ſua induſtria meruit. Sed iã perget quis inquirere, quid ſi talis bonæ fidei poſseſsor tales fructus iã cõſumpſerit. ¶ Adhoc ſecundò dicimus, quòd ex fructibus bona fide durante conſumptis ſolum tenetur reſtituere in quantum eſt inde factus locupletior, puta quia eos fructus in eam rem impẽdit, in quã oportuiſſet expendere tantum de ſuo, vel aliqua ex fructibus huiuſmodi emit, ex quibus ampliauit patrimonium ſuum. Facit dicta lex. certũ, & l. ſi me, &. Titium. ff. ſi cert.

*Quæſtio. Ad quid in conſc. poſſeſſor bonæ fidei ten.*
*Sylueſt.*
*Dictũ. 1.*

*Qui de fruct. conſump.*
2





A

petatur. Veruntamen ſecundùm omnes talis poſſeſſor bonæ fidei reſtituendo fructus induſtriales rei lucroſæ, ſeu fructiferæ, inde diminuet, & ſibi accipiet, & vendicabit quãtum induſtria ſua in dicto negotio impenſa in vtilitatem, ſeu augmentum dictorum fructuum accipiendorum æſtimanda eſt: quia nemo militat ſuis ſtipendijs.

*ff. ſi certũ petatur.*

¶ Sed quid, an poſſeſſor bonæ fidei, ſcilicet, cuſtos, aut depoſitarius teneatur reſtituere lucrum, quod ſibi comparauit ex re, quæ de ſe non eſt lucroſa, vt puta de pecunia apud ſe depoſita. Reſpondetur ex mente D. Thom. 2. 2. quæſt. 77. artic. 3. quod nõ tenetur reſtituere, quod ex tali pecunia eſt lucratus, quia talis pecunia non eſt de ſe fructifera: ſed tale lucrum ſuæ induſtriæ debetur. Tenebitur tamen reſarcire, vel damnũ, vel lucrum ceſſans, ſi ex mora ſoluendi pecuniam depoſitam aliquod damnum emergens fuit, aut ceſſans lucrum. Vide de hoc Sylueſt. reſtitutio. 1. §. primo. ¶ Sed quid, ſi ex tali conſumptione fructuum bonæ fidei poſſeſſor non euaſit locupletior. Reſpondetur, plana eſt ſolutio, quod tunc non factus locupletior de conſumptis fructibus bona fide durante, non tenetur. Patet. ff. de petit. hæredit. l. vtrum. quia ex quo dolo non deſijt poſsidere, iam non tenetur, neque ratione rei acceptæ, neque ratione iniuſtæ acceptionis. ¶ Deinde, ſi quærat aliquis, an iſte bonæ fidei poſſeſſor, quo perſtantes fructus reſtituere non cogatur in foro exteriori, aut in conſcientia poſsit ſe protegere titulo vſucapionis triennalis, reſpondetur ex ſententia Sylueſtri verbo, fructus. §. tertio. Primo, quod ſecundum Panormit. fructus naturales indubitanter vſucapit per triennium, id eſt, ſpatio triennij, vt notatur. l. ſequitur. §. 1. ff. de vſucap. & facit. l. in bello. §. ſi quis ſeruũ. ff. de captiu. Sed loquẽdo de bonæ fidei poſſeſſore, & de fructibus, quos iã fecit ſuos nõ poteſt eos vſucapere, quia quod meũ eſt vſucapere non poſſum. l. in bello. & videtur text. in d. l. ſequitur. §. lana. ¶ Deinde dicimus, quod bonę fidei poſſeſſor fructus, quos iam fecit ſuos, bene vſucapit ſpatio triennij aduerſus iudicis officiũ, per quod eos reſtituere tenebatur. Patet hoc, quia poſſum præſcribere rem meam aduerſus actionem, qua poteram cogi ad eius reſtitutionem, vt eſt textus in dicto. §. ſi quis ſeruum. & hoc voluerunt ſentire gloſſa, & Bartolus in dicta. l. ſequitur. §. fructus. ¶ Sed quid in cõſcientia? Reſpondetur, quod in cõſcientia, poſt triennium bona fide trãnſactum, poſſeſſoris bo-

*An lucrũ depoſiti ſit reſtit.*

*D. Thom*

*Sylueſt. Quæſtio.*

*An præſcriptio triennal. hic val.*

*Sylueſt. Panormi.*

*ff. de vſuc.*

*Gloſſa. Bartol.*

B C D

næ fidei erunt fructus omnes, qualitercũq;, neque eos perinde reſtituere tenebitur.

## CAP. CCXXXVII.

*An malæ fidei poſſeſſor teneatur ad reſtitutionem fructuum: Et in quot & in quibus grauatur emptor malæ fidei: Et quid cauſet malam fidem: Et an venditor bonæ fidei emptorem ſuum teneatur ſeruare indemnem reſtituendo, ſi res ſit aliena.*

DIſcuſſa iam materia de bonæ fidei poſſeſſore, quoad ius reſtituendi fructus, de iure reſtitutionis, quoad malæ fidei poſſeſſorem ſupereſt vt agamus. Sed antequam quæſtionẽ aggrediamur, per neceſſarium erit, quis malæ fidei poſſeſſor, quis vero è contrario bonę fidei dicat, noſſe. Quam prædiffinitionem à Panor. in cap. grauis. de reſt. ſpol. ſumendam eſſe duximus. Is nanq; ibi ait, malæ fidei poſſeſſorem eũ eſſe, qui poſsidet rem, & ſcit ad aliũ pertinere. Et è contrario verò bonæ fidei poſſeſſorẽ eſſe, qui cum ignoret ſe poſsidere alienum, poſsidet cogitatione domini. Ita textus in cap. ſi virgo. 23 q. 2. ¶ Igitur iam ad quæſtionẽ primo dicimus, planum eſſe malę fidei poſſeſſorem, teneri ad reſtituendam rem, ſi extet. Patet hoc 14. q. 6. ſi res, & etiã capit. cum tu. de vſur. ¶ Sed quid, ſi talis res iam perijt, vel eſt deteriorata. Tunc ſecũdum Sylueſt. reſtit. 3. §. 7. quocunq; caſu fortuito pereat, vel quomodolibet alienata ſit talis res furtiua, pretium reſtituendum eſt ſecundum optimum ſtatum rei, id eſt, ſecundum ſummum, quod valuit poſtquam ab illo fuit empta, de reſtitutione ſpoliatorũ. cap. grauis. & l. in re furtiua. ff. de furt. & l. ſi nauis. §. ſi generaliter. ff. de rei vẽdi. Et ratio eſt, quia talis emptor malæ fidei furtum commiſit, rem alienam inuito domino contrectando. l. 1. ff. de furt. fur autem ſemper eſt in mora. ff. de condi. fur. l. ſi pro fure. Secus eſt, quando talem rem loco & tempore domino obtulit, illeque recipere recuſauit. Nam iam ex tunc videtur morã purgaſſe dicta. l. in re furtiua. Et ſecus etiã eſt ſecundum Metin. Cõplutenſem ex mente aliquorum doctorum in hoc probabiliter loquentiũ, ſi dñs rei furtiuæ ſcienter emptæ ſtatim, vt ſibi ſurrepta eſt, erat eam venditurus, neq; eam erat ſeruaturus. Quia tũc iuxta cap. nauig. & cap. in ciuit. de vſuris, ſi perijt res ſatis eſt, ſi reſtituatur domino in eo pre-

*Quis ſit bon. fid. poſſeſſor & è cõtra.*
*Panormi.*

*23. qõ. 2.*

*Quæſtio.*
*Sylueſt.*

*De reſtit. ſpol. ff. de rei vendi.*

*Meti. Cõpluten.*

tio,quo tunc ab ipſo erat vendenda, & non A
in ſummo, quod poſtea valuit. Quia ſic in
ſummo in iſto caſu, quo non erat ſeruatu-
rus reſtituere de rigore iuris eſt: ſed quod
tunc tantum in eo pretio, quo à domino e-
rat vendenda reſtituatur, de æquitate eſſe
dicitur, vt ſupra dixiſſe nos cum Metina me
minimus.

*Quæſtio. In quibus grauatur poſſ. malæ fidei. Syluest.*

¶Præterea, quia ab hoc loco nõ eſt aliena
diſputatio hæc, quæritur in quibus grauetur
emptor, qui rem emit quam nouerat, vel cre
debat probabiliter eſſe furtiuam. Ad quam
cum Syluestro reſtitut. 3. §. 7. reſpondemus,
dicendum, talem emptorẽ in quinque graua B
ri, ſiue ſit primus emptor, ſiue ſecundus, vel
alius in infinitum. Primo, ꝙ tenetur reſtitue
1 re rem etiam cõtra quodcunq; ſtatutum ali-
ter diſponẽs: nec liberatur à reſtitutione per
quamcunq; alienationẽ eiuſdem rei, ſeu per
eius quoq; caſu fortuito amiſsionem: niſi il-
lam (prout diximus) loco, & tempore obla-
tam à ſe dominus recipere renuit: quia tunc
dicitur ex tunc purgata fuiſſe mora. Vnde ſi
poſt hoc periret, vel deterioraretur ſine cul
pa ſua, iam ad eam reſtituendam non tenere
tur. ¶Secundo tenetur omnes fructus perce
2 ptos, & qui tempore intermedio percipi po C
terunt reſtituere cap. grauis. de reſt. ſecundũ

*De reſtit. ſpol. Raimund.*

Raimundum, intellige teneri reſtituere, ſcili
cet, fructus, qui ſupereſſe ſolent deductis ex
penſis gratia quærendorum, congregando-
rum, & conſeruandorum fructuũ factis, quę
deducuntur tam à malæ quàm à bonæ fidei
poſſeſſore. ff. de petit. hæredi. l. ſi à domino.
¶Tertio grauatur in hoc, quod non poteſt
talis emptor male fidei petere à domino pre
tium à ſe pro tali re impenſum. l. in ciuilem.
C. de furtis: etiam ſi ſtatutum præſtaret con
cedens ſibi poſſe petere. Quia cum eſſet con
tra bonos mores, non valeret diſtinct. 8. quæ D
contra. ¶Quarto grauatur in hoc talis em-
ptor malæ fidei: quia de dicto pretio agere
non poteſt contra venditorem in foro con-
tentioſo, cum ſibi obſtet ſua turpitudo: niſi
expreſsè cauerit cum venditore de redden-
do ſibi ſuo pretio. 10. quæſt. 2. hoc ius. l. ſi
mancipium. C. de rei vend. Sed tamen ſecun
dum Nauar. ſupra, autorem in huius gratiã
citantem Alexand. Alenſem in quarto, em-
ptor bonæ fidei reſtituere poteſt rem alienã
eidem venditori, vt ab eo ſuũ recuperet pre
tium, quo ſe ſeruet indemnem, cum ſibi po-
tius, quam alteri poſsit conſulere. Debet ta-
men inducere venditorem, inquit Alexan-
der, ad reſtituendam rem domino. ¶Quinto
grauatur malæ fidei emptor, ſeu poſſeſſor in

hoc, quod perdit expenſas voluntarias, vt ſi A
meliorauit equum ſic mala fide poſſeſſum.
Sed hoc grauamen ſubire compellitur in fo
ro exteriori. Si autem loquamur in foro con
ſcientiæ quibuſdam æquum videtur, vt in
conſcientia rationabiles expenſas ad melio-
randum dominus reſtituat malæ fidei poſ-
ſeſſori: niſi per ciuile iudicium fur, vel malæ
fidei poſſeſſor eas amiſiſſet. Concordat Ray
mũ. vel niſi res ſic meliorata peruenerit legi
timè ad manus domini, vt refert Syluester,
verbo, Furtum. §. penulti. Quia cum domi-
nus poſsit repetere ſuam rem melioratam,
B bona fides non patitur, vt quis exigat id,
quod ſtatim tenetur reſtituere eidem. ¶Ad

*Quæ ſunt quæ cõſtituũt in mala fide.*

hæc res expoſtulat, vt poſtquam de malæ ſi
dei poſſeſſore cœpimus inire diſputationẽ,
qualia ſint, quæ poſſeſſorem in mala fide cõ
ſtituunt, enarremus. Ea, nempe, ſunt primo
ignorantia craſſa, aut ſupina, qua emptor rei 1
furtiuæ ignorabat eam eſſe furtiuã. Vt quia
epiſcopus excommunicabat tales raptores,
vel tempore belli emit ab ſtipendiarijs cali-
cem, aut miſſale, vel communiter tenebatur
quòd erat res furtiua, aut quod ex iniuſto
bello ſublata erat. Quia teſte Hoſtienſi talis
C ignorantia malam fidem non tollit: ſed po-
tius inducit. Quare à reſtitutione & culpa nõ
liberat: quia ſi de hoc non cogitauit, debuit
tamen cogitare. Vnde ſimiliter tenetur, ſi-
cut qui ſcienter emit alienum, argumen. l. la
tæ culpæ. ff. de verborum ſignificatio. & ca-
pit. apoſtolicæ. de clerici. excommuni. min.
& 12. quæſtione 2. capit. inhumanis. & 16.
quæſtione cap. ſi cupis. ¶Secundò, malam ſi 2
dem inducit in poſſeſſorem dubietas: quan-
do authore Hoſtien. ſi talis poſſeſſor inci-
pit dubitare, an res ſit ſua, vel aliena: cumq;
probabiliter ſit dubius, de inquirendo veri-
D tatem, parum, vel nihil eſt ſolicitus, quia
non inquirit pro poſſe. ¶Tertio, malam ſi- 3
dem inuehit negligentia magna, vel ſimpli-
citas fatua ad cogitandum, an res ad ſe per-
tineat, an non, an aliena ſit, an propria. Qua-
re negligentia hæc non liberat à reſtitutio-
ne, quia cum lata culpa coniuncta eſt, quæ
à reſtitutione non excuſat. Quia lata culpa,
cum qua eſt iuncta, æquiparatur dolo de cõ
ſtitut. vt animarum. lib. 6. ¶Quarto malam 4
fidem ingerit ignorantia iuris, ſcilicet, dum
quis tali ignorantia laborans eſt, quod cre-
dens rem eſſe furtiuam, emptionem tamen
talis rei non credebat eſſe iniuſtam. Cuius
in promptu eſt ratio: quia prohibitio non
emendi alienum cum à iure naturali trahat
originem, eius ignorantia non excuſat.

¶Cæte-



*In quibus grauatur poſſ. malæ fidei.*

¶Cæterum eſt, vt quia de his, in quibus A
poſſeſſor malæ fidei ſolitus eſt grauari diſ-
ſertum eſt, & de his commodis, quæ bona ſi
des bonæ fidei poſſeſſori ſolet afferre, men-
tionem faciamus. Dicimus ergo, quòd quan
uis qui bona fide non credens rem furtiuam
eſſe, eam emit ſibi retinendam, teneatur eam
reſtituere, cum primum notam habuerit ve
ritatem, nec poſsit à domino pretium pro ea
impenſum petere iuxta. C. de furtis. l. in ciui
lem. ſed non tenetur ſimiliter vt prior, quia
ſua bona fides, qua rem emit ad quinque ſibi
1 conducit. Primo, quia ea durante, nunquam
tenetur eam rem reſtituere. l. 2. C. de furtis.
2 ¶Secundo, quia fructus conſumptos bona B
fide durante, nunquam reſtituere tenetur. l.
bonæ fidei. ff. de acqui. rer. dom. & l. fructus.
& l. ſi ex diuerſo §. fin. ff. de rei vendi. ſed ſo-
lum ad reſtituendum tenetur fructus perſtã
tes, vel inquantum factus eſt locupletior.
3 ¶Tertio, quia ſi durante bona fide res perie
rit, ad eam reſtituendam non tenetur: quia
neque in mora fuit. Quòd ſi rem alienauit
venditione, vel aliter, quia dolo tunc deſijt
poſsidere, pretium reddere non tenetur. Pre
tium etenim ex re furtiua furtiuum non eſt.

*ff. de furt.*

ff. de furtis. l. qui vas. de alien. iud. mut. cau.
Neque aliud quicquam niſi ſolùm lucrum,
ſi extat aliquod, ex quo factus eſt locuple- C
tior, tenetur reſtituere. l. nam & hoc natura.
ff. de condit. indebiti. Tenetur etiam pretiũ
pro re illa furtiua bona fide à ſe vendita, ac-
ceptum in eo tantum, vel quatenus ex eo fa
ctus eſt locupletior reſtituere domino, ſi do
minus rem conſequi non poteſt, quia pretiũ
ſuccedit loco rei. ff. de petitione hæredit.

*Quæſtio. An dubiũ tollat bonam fidẽ.*

¶Sed quid, ſi vendidit eam rem poſt bo-
nam fidem, ante ſcientiam, & credulitatem
de furto, dubitans tamen, an eſſet furtiua, an
tunc adhuc nõ in mala fide, ſed potius in bo
na eam vendidiſſe ſit cenſendus: vt quinque
prædictis commoditatibus bonæ fidei poſ-
ſeſſoribus ſuffragãtibus frui poſsit talis alie-
næ rei, & bonæ fidei venditor. Cui quæſtio- D

*Syluest.*

ni ſatisfacit Syluester verb. reſtitutio 3. q. 7.
dicens, ꝙ talis poſtea dubitans adhuc non
amittit bonã fidem. Secus eſt, ſi à principio
dum rem furtiuam emit dubitatione tentus,
an eſſet furtiua, vel non eam emit. Et in hu-
ius ſententiæ optimam probationem opti-
mum haberi in iure canonico textum ait Syl

*34. q. 2.*

ueſt. ca. ſi virgo. 34. q. 2. ¶Dico ergo primo
1 ad quæſtionem, quod poſſeſſor bonæ fidei
in tale incidens poſtea dubium, tenetur dili-
genter inquirere, & ſi rem alienã eſſe inuene
rit, reſtituere debet ſecundum Director. &

A gloſſ. cap. fin. de præſ. ¶Secundò dicimus cõ 2
tra Panormita. ibi dicentem oppoſitam eſſe
communem, & veram, quod dubium firmũ,
& probabile bene tollit bonam fidem, ma-
lamq; inducit ſecundum Syluest. verb. præ *Syluest.*
ſcriptio. 1. q. 3. parte. 3. ita domini. Anton in
d. cap. fin. Sed opinio Panormit. habet verũ *Panormi.*
in dubitatione momẽtanea vacillãti, & ſcru-
puloſa. Hæc enim non tollit bonam fidem.
Quia eo caſu, ſi tali dubitationi non conſen-
tiat, talis dubitatio non obſiſtit bonæ fidei;
de ſententia excommu. cap. inquiſitioni, &
de hæreticis. c. 1. & patet ca. ſi virgo. 34. q. 2. *34. q. 2.*
Sed re vera, & ſecundũ Sotum (vt diximus) *Sotus.*
B in materia de præſcriptione intelligitur, ꝙ
dubitatio cum eſt, vt ſcrupulus tenuis non
cenſetur intercidere bonam fidem. Si autem
talis dubitatio huiuſmodi ſit, quæ rem po-
nat probabiliter in æquilibrio, ita, quod non
abſq; ratione ſuſpẽſus manet iam poſſeſſor,
non inclinans magis in vnam partem ad cre-
dendum, quam in aliam re vera interrumpit
bonam fidem requiſitam ad præſcriptionẽ:
Tum, quia iam læſa ſauciaq; manet conſcien
tia. Tum quia fides humana, & opinio ſecun
dum philoſophos idem ſunt. Sed talis dubi
tatio tollit opinionem, quæ magis inclinat
ad vnam partem, licet cum formidine alte-
C rius: ergo etiam eripit bonam fidem ad præ-
ſcribendum. ¶Tertio dicimus: Talis antea 3
cũ bonæ fidei eſſet poſſeſſor, ſi poſtea in hu
iuſmodi inciderit dubium, & poſt debitam
applicitam à ſe diligentiam ad indagandum,
an res ſit ſua, vel aliena, non inuenerit quic-
quam certi: quia tunc ſecũdum Sotum bona *Sotus.*
fide poteſt tali re poſt hoc vti, & inter vſus
rei computatur eius alienatio, ſi eam per vẽ
ditionem à ſe alienauerit, bona fide feciſſe iu
dicabitur. Quare in hoc caſu bene ait Sylue- *Syluest.*
ſter, dicens, ꝙ ſi poſt bonam fidem ante ſciẽ-
tiam, vel credulitatem de furto vẽdidit rem
eius poſſeſſor dubitans, an eſſet furtiua, nec
ne, cenſebitur eſſe in bona fide, non quidem
D in ordine ad præſcriptionem, vt cordate ma
teria de præſcriptione docet Sotus, ſed in or *Sotus.*
dine ad eius vſum, & venditionem, poſtquã
debita adhibita diligentia cõtrarium, id eſt,
quod ſit aliena certum, aut probabile nõ ap
paret. ¶Igitur etiam talis, ſicut & quilibet
alius bonæ fidei poſſeſſor, ſi reſtituerit rem
iudice ſententiante, agere poteſt ex pretio,
etiam in foro contentioſo contra venditorẽ
talis rei. 12. q. 2. Vulteranæ, & ſi per plures
emptores tranſierit, vnus poteſt agere cõtra
aliũ. ff. de mini. l. ſed vbi. ¶At in cõſcientia ſit *An bonæ*
præſt dubitatũ, an bonæ fidei venditor rei *fidei vend.*

*dens alienum ten. empt. ſeruare indẽnem.*

furtiuæ, quam bona fide emerat, ſit inducen- A
dus, & cogendus, vt emptorem ſuum, à quo
poſtea res euicta eſt, ſeruet indemnem. Sic
ſupra dubitatũ eſt. Et quidem Syluest. verb.
reſtitutio. 3. q. 7. dicto 5. docet ad id cogen-
4 dum eſſe in conſcientia, arg. ca. ſi. de emptio.
& vendi. Sed tandem Nauarro videtur acce-
dere Syluest. verb. reſtitutio. 3. q. 7. §. 5. Sed
quia iam inter oppoſitas circa hunc caſum

*Remiſsio ad mater. de reſtit.*

ſententias Soti affirmantis ad hanc indemni
tatem ſeruandam, reſtituendumq; emptori
ſuo pretiũ, ſi euicta fuerit res ei vendita eſſe
obligatum, & Nauarri aſſerentis ſatis eſſe, ſi
cedat actionem ſuo emptori aduerſus pri- B
mum venditorem, quia in hac tantum factus
eſt locupletior: & quia alias nihil retinet,
quod non ſit ſuum, noſtram illic ſententiam
veluti mediã, & conciliatiuam protulimus,
nihil eſt hic amplius immorandũ nobis: ſed
ad eum locum ſupra lectorem remittimus.
Sed bene ait ibi Syluester, quod iſte bonæ fi
dei emptor, qui bona fide rurſus ſic emptam
rem vendidit, conſulendus, vt ſe faciat iudi-
cialiter citari, vt denuntiet primo venditori,
vt eum defendat, & ſeruet. Seu alias ſecundũ
Nauarrũ tenebitur ſecundus bonæ fidei ven
ditor emptori euicto concedere, ſeu cedere C
actionem contra primum vẽditorem. Vide

*Quæſtio. An reſtituens poſſit ager. cõtra venditorem.*

ſupra omnia hæc bene diffinita. ¶ Sed quid
ſi bonæ fidei emptor rem alienam, poſtea
eſſe intelligens, ad imperium ſacerdotis eam
reſtituit, an tunc poſſit agere contra alium
emptorem ſibi eam vendentem? Reſpondet
Syluest. loco citato, quod non, allegans l. ſi
rem. ff. de euictionibus. Sed in hoc caſu indu
cendus eſt, & cogendus eſt in cõſcientia pri
mus venditor, vt hunc ſeruet indemnem re-
ſtituendo pretium ſi malæ fidei fuit vendi-
tor. At ſi bonæ fidei ſecundus venditor fuit
actionem cedat euicto contra primum, iuxta D
Nauarri ſententiam, niſi ad plus ſe obligaue
rit per conuentionem, vel per cõditiones in
contractu appoſitas. ¶ Quinto, poſſeſſor bo
5 næ fidei poteſt expẽſas bona fide circa rem
melioratam, vel conſeruatam factas retine-
6 re, vt verbo, expenſæ. §. 4. ait Sylu. ¶ Sexto,
qui bona fide emit rem, vt reſtitueret eã do-
mino, qui eam alias non erat habiturus, aut
non niſi tali pretio ſecundum Hoſtien. repe
tere poteſt pretium, quod dedit, & intereſſe
ſuum, quia vtiliter geſsit negotium domini,
& expenſas moderatas: niſi ex re vtilitatem
habuiſſet; quia tenetur compenſare fructus
cum expenſis, & pretio: arg. l. ſed an vltra. §.

*ff. de nego. geſtis.*

2. ff. de negot. geſt. & cap. cum dilecti. §. fin.
de accuſat. Et ſi in hoc caſu periret, aut eam
amitteret ſine culpa ſua non teneretur. Hæc
tamen intellige, ſi emendo eam vtiliter egit
pro domino. Quod tunc contingit, quando
emit eam pretio paruo non aliter, quia ceſſa
ret cauſa, ac conſequenter effectus. de appel
lat. cum ceſſante. ¶ Perpendendum eſt autẽ,
quod tali emptori in foro contentioſo non
crederetur, niſi fuerit publice proteſtatus,
quod ea intentione emebat, vt redderet do-
mino, arg. l. Neſenius. ff. de negot. geſt. & l. 2.
C. de furt. & cap. vnico vt eccle. benefi. licet
aliter eſſet in conſcientia. ¶ Septimo, qui bo
na fide emit rem, quam ſcit nunc furtiuã, po 7
teſt reddere rem venditori, vt ex mente Na- B
uar. in ſum. c. 17. nu. 9. & Alex. Alenſ. & Syl
ueſtri diximus, gratia ſuum recuperãdi pre-
tium, ſi poteſt: etiam ſi fur in ca reſtitutus eã
dño creditur non reſtiturus contra Meti-
nam. Alioquin omnes fructus non conſum-
ptos bona fide, & quicquid valet vltra id,
quod ipſe dedit, domino rei, aut eo ignoto,
pauperibus reſtituet, & publice id faciet ſe-
cundum conſilium Raym. vt vitetur omnis

*Raymun. Syluest.*

ſuſpicio: & liberatus erit, inquit Syluester.
Vbi videtur ſubſcribere ſententiæ Nauarri,
ſcilicet, quod etiam in cõſcientia emptor rei
alienæ, qui bona fide eam emit, & vendidit C
poteſt retinere pretium, & niſi in eo, in quo
inde factus eſt locupletior, nõ tenetur quic-
quam reſtituere domino rei. Imo etiam poſ-
ſeſſor malæ fidei, qui facta diligenti inquiſi

*De mala fid poſ. reſtit. ex conſil. confeſ.*

tione, neq; inuento domino, de conſilio præ
lati eam pauperibus erogauit præmiſsis de-
bitis proclamationibus, licet poſtea appa-
reat dominus, liber tamen erit, quia fecit de
conſilio boni viri, fecitq; quod in ſe eſt, ſecũ

*Syluest.*

dum Syluest. vide eum, reſtitutio. 8. §. 4.

# CAP. CCXXXVIII.

*An malæ fidei poſſeſſor teneatur de fructibus à ſe non perceptis, nec à domino percipiendis: Et an teneatur damnum tam intrinſecum, quam extrinſecum in vtroque foro reſtituere: Et de vẽdẽte tignũ violatũ.*

*Quæſtio. An mala fid. poſsid. ten. de non percepti fruct.*

AT latius materiam prędictã pro
ſequendo quæritur de poſſeſſo-
re malæ fidei, an teneatur de fru
ctibus ſua negligentia non per-
ceptis, quos tamen dominus etiam omnino
non erat percepturus, quia rem nõ locaſſet,

*Reſpon.*

etiam ſi apud ſe illam habuiſſet. Reſponde-
tur, quod licet talis poſſeſſor malæ fidei in
foro exteriori teneatur tã de fructibus per-
ceptis, quam etiam de his, qui honeſtè pote
rant



rant percipi, etiam ſi dominus eos non per- A
cepiſſet: tamen quatenus attinet ad conſciẽ-
tiam licet teneatur reſtituere fructus perce-
ptos etiam conſumptos, non tamen tenetur
ad fructus non perceptos reſtituendos in cõ
ſciẽtia: vbi ſequimur æquitatẽ, in caſu, quo
dominus in veritate illos fructus probabili-
ter non erat percepturus: quia eam rem vel
poſſeſsionem non locaſſet, aut coluiſſet.

*Quæſtio. An cũ titulo poſsidẽs ten. reſti. fructus.*

¶ Præterea de poſſeſſore malæ fidei quę-
ritur inter iuriſtas, an caſu, quo rem mala fi-
de acquiſiuit, ſed tamen cum titulo puta per
venditionem, vel donationem, & huiuſmo-
di teneatur de percipiendis fructibus: quia
quod teneatur, & in hoc caſu de perceptis, B
nemini eſt dubium. ¶ At quid reſpondendũ
ſit ad hanc quæſtionem iam videtur iure ſta
bilitum, ſcilicet, ꝙ talis malæ fidei poſſeſſor
etiam acquirens rem cum titulo, licet de per
ceptis fructibus reſtitutionem facere tenea-
tur, non tamen fructus percipiendos reſti-
tuendi obligatione tenetur, vt patet in. l. ſi

*C. de rei vẽdica.*

fundum. C. de rei vendic. ¶ Ab hac tamen re
gula generali iuriſtæ quatuor excipiunt ca-
ſus: vt patet in. l. ſed & partus. ff. quod metus

*Caſus exceptus. 1.*

cauſa, iuncta gloſſ. Primò, ſi talis titulus fuit
habitus per metum à malæ fidei poſſeſſore,
quia tunc nõ obſtante tali titulo. tenebitur,
quoque & de percipiendis. ¶ Secundò, quan C
2 do talis titulus eſt habitus contra interdictũ
legum. Vt ſi talis malæ fidei poſſeſſor rẽ mi-
noris, aut pupilli emerit, ſine ſolennitatibus
requiſitis, non obſtante titulo emptionis, te
nebitur etiam de percipiendis. l. quemadmo
dum. C. de agric. & cenſit. & colo. ¶ Tertio,
3 quando titulus eſt habitus in fraudem credi
torum: vt quia res eſt vendita, vel donata ſibi
vt creditores à ſibi debitis defraudarentur. l.
4 1. ff. de his. quæ in fraudem credi. ¶ Quartò,
quando titulus habetur ex emptione rei fi-
ſcalis ſine debita ſolẽnitate. ¶ At licet diſtin
guat ſupplem. contra Angelum de poſſeſſo
re malæ fidei, quãdo res eſt aliena, nec domi
nium tranſiuit in ipſum, vel quando trãſiuit: D
ſed cũ obligatione reſtituendi: quia ſiue hoc
vel illo modo res in malæ fidei poſſeſſorem
tranſierit cum titulo, ſecundum Syluest. te-
nebitur de fructibus perceptis, ſed de perci-
piendis non tenebitur: credo in foro exterio

*Sententia autoris.*

ri tantum hoc tenendum. Si autem ſine titu
lo ad reſtituendos, tam perceptos, quã perci
piendos obnoxius erit, vt patet. l. cum fun-
dus. ff. ſi cert. pet. & in. l. in debiti. in prin. ff.
de cõdict. indeb. & clarius in. l. videamus. §.
in Fabiana quoq;. ff. de vſur. & de hoc vide
Panor. in dict. cap. grauis. & gloſſ. in cap. nõ



*Quæſtio. An mala fide poſsidens ad dãna teneatur.*

liceat. 12. quæſt. 2. ¶ Præterea poſtquam de A
malæ fidei poſſeſſore quoad reſtitutionem
fructus abundè diſcuſsimus, ratio non pati-
tur vt de obligatione, qua tenetur ad damnũ
ſubticeamus. ¶ Quæritur ergo, quo modo
poſſeſſor malæ fidei ad damna reſtaurãda te
neatur? Et quoniam abſolutio quæſtionis di
ſtinctione hac præuia opus habet, diſtingui

*Diſtinctio*

tur prius duplex eſſe damnũ, ſeu intereſſe:
aliud lucri ceſſantis, & aliud eſt intereſſe dã
ni emergentis. ¶ Intereſſe igitur hoc eſt, quã
do homo impeditur à lucro, quod feciſſet: ſi
talis pecunia ſibi reſtituta fuiſſet, vel non
fuiſſet talis læſio ei illata; & huiuſmodi. Ita

*Syluest.*

Syluest. verb. intereſſe. ¶ Sed & intereſſe dã B
ni emergẽtis rurſus ſubdiuiditur. Nam aliud
eſt intereſſe damni emergẽtis in re: aliud ex-

*Diſtinctio damni. Bartol.*

tra rem. ¶ Intereſſe autem damni emergẽtis
in re, vel circa rem eſt ſecundum Bartol. in-
tereſſe intrinſecum, vt dicitur in. l. vni. C. de
ſen. quod pro eo, quod inter. profe. Et tale in
tereſſe eſt ipſa res, vel eius æſtimatio, vel id,
quod prouenit immediatè ex re, vt fructus,
partus, & huiuſmodi. Verbi gratia vẽdidiſti
mihi vinum, quod valebat viginti, & pretiũ
tibi tradidi, nec dediſti, nũc autem valet qua
draginta. Quod ſi traditum fuiſſet tantum,
id eſt, quadraginta habiturus eram, intereſſe
intrinſecum dicitur, facit. ff. de actione em- C
ptor. & vend. l. ſi ſterilis. §. cum per vendito
rẽ. ¶ Intereſſe vero dãni emergentis extra rẽ
ꝙ alio nomine intereſſe extrinſecum dicitur
eſt, ꝙ prouenit nõ ex ipſa re, ſed propter ip
ſam rẽ. Exẽpli gratia vẽdidiſti mihi vinũ, ne
que tradidiſti mihi, quòd ſi tradidiſſes ex eo
negotiari potuiſſem, & lucrari: intereſſe ex-
trinſecũ eſt. Similiter vẽdidiſti granũ, & quia
nõ tradidiſti, ſerui mei perierũt fame, inte
reſſe extra rem eſt, id eſt, extrinſecũ. Quãdo
iſtud intereſſe in cõtractibus petatur habes
in. l. Iulianus. §. 1. ff. de acti. empti. & vendit.

*Dictũ. 1. ad quæſt.*

vide Syluest. verb. intereſſe. ¶ Hac igitur di-
ſtinctione premiſſa dicimus primò ad quæ-
ſtionem, ꝙ poſſeſſores malæ fidei quãdo te- D
nẽtur de intereſſe lucri ceſſantis vbi res prin
cipalis æſtimatur, vt ſoluatur, tunc intereſſe
lucri ceſſantis non debet excedere duplum

*Exemplũ.*

rei principalis. Itaque, verbi gratia, ſi ex pe-
cunia à malæ fidei poſſeſſore retenta, cum va-
leret centum aureos, dominus eius omiſit lu
crari, iſtud intereſſe lucri ſoluendum domi-
no non debet excedere duplum principalis,
id eſt, centum aureorum. Sed hoc eſt verum
in foro contentioſo: ſed in conſcientia quali-
ter iſtud lucrum ceſſans æſtimãdum veniat,
dximus ſupra, dum in materia de vſura, an

A aliquid ratione lucri ceſſantis accipere mutuanti liceret diſceptabamus. 2 ¶Secundo dicimus, quod vbi res eſt incerta, vt, verbi gratia, captura piſcium, de qua in.l.ſi iactum. ff. de actione emptio. & venditio. & ſimiliter vbi res non habet communem æſtimationē, quia alia non eſt, quæ communiter vendatur: tunc intereſſe lucri ceſſantis reſtituendum æſtimabitur ad arbitrium boni viri, licet excedat duplum rei principalis mala fide retentæ, vnde illud intereſſe ſperabatur Dum tamen æſtimatio talis intereſſe in immenſum nō procedat iuxta.l.vna. C. de ſen. quæ pro eo, quod inter.profer.

*C. de ſent.*

B 3 ¶Tertio, iam directè ad quæſtionem reſpōdendo loquendo de intereſſe damni emergentis, dicimus, quòd ſi poſſeſſor malæ fidei omiſit ſoluere, indeq́ue ex tali omiſsione ſubſequutum eſt intereſſe damni emergentis intrinſecum: vt ſi venditor non tradidit triticum à ſe emptū emptori, quod valebat viginti: & poſtea valet quadraginta: quod ſi tradidiſſet emptor ex illo poſtea quadraginta habiturus erat, quia conſideratur illud plus, quod valuit, quia eſt intereſſe intrinſecum quadraginta, & non viginti tantum, tenebitur poſtea ſoluere: C quia ex mora, emptor viginti omiſit acquirere alia. ff. de actio. empt. l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem.

*Quæſtio. An moroſus debitor tenetur ad damnū extrinſecū.*

¶Sed nunquid malæ fidei poſſeſſor, aut moroſus in ſoluendo tenebitur ad iſtud ſolū intereſſe intrinſecum, an etiam ad intereſſe extrinſecum: vt ſcilicet, quia non ſoluit granum in tempore animalia creditoris mortua ſunt, quod intereſſe eſt extrinſecum.

*Reſpon.*

Reſpōdetur, quod talis ad tale intereſſe extrinſecum, ſcilicet, animalium mortuorum non tenetur in foro contentioſo, ſi ex ſimplici omiſsione tantum tale intereſſe damni extrinſecum ſubſequutum eſt, id eſt, ſi quia tantū D omiſit ſoluere granum in termino, animalia mortua ſunt, non tenebitur ad hoc intereſſe in exteriori foro. Secus eſt ſi cum omiſsione venit commiſsio. Vt quia non ſolum in termino omiſit ſoluere granum, ſed cum promiſiſſet ſimul ſoluere in tali termino, poſtea non implens commiſit deceptionem, promiſſionē non adimplendo: quia ad intereſſe extrinſecum, id eſt, ad animalia fame exinde mortua reparandum tunc tenetur. Quia ſi non promiſiſſet id debitor, creditor aliter ſibi prouidiſſet, niſi fuiſſet promiſsione debitoris deceptus: & quia tenetur per omiſsionem debitor, & etiam per commiſsionē, ſcilicet, per falſam promiſsionē, propterea venit ibi ſoluendum etiam intereſſe extrinſecum.

*In foro cō tentioſo.*

A ff. de acti. empti. l. Iulianus. præſertim in foro conſcientiæ vbi quis tenetur proximo de omni damno ex dolo dato, vel lata culpa de iniur. l. ſi culpa. ¶Porro, vtrum etiā in foro conſcientiæ malæ fidei poſſeſſor, ſeu moroſus debitor ad intereſſe extrinſecum damni, ex ſola omiſsione, quia omiſit ſoluere in termino: teneatur etiam ſi tali termino ſoluere non promiſit, maiorem ingerit difficultatem. Nam de hoc Sylueſter, verb. reſtitutio. 3. q. 9. nihil clarè videtur aſſerere. Imo potius in hoc, ſcilicet, quod non teneatur videtur declinare. B Sed nihilominus ad queſtionem cum Nauarro in ſumma latina, cap. 17. numero. 212. dicendum puto, quòd in conſcientia tenetur talis malæ fidei poſſeſſor, ſeu moroſus debitor, ſoluere extrinſecum intereſſe dāni ex ſola omiſsione ſoluendi ſubſequutum, id eſt, animalia mortua ex ſola omiſsione ſoluendi granum, vel hordeum: etiam ſi promiſsio de ſoluendo huiuſmodi damnum, non præceſſerit. Nam conſequenter ait. Qui cogitur ſoluere pœnam, vel intereſſe creditori ſuo, eo quod mutuatarius ſuus non ſoluit ei mutuum ſtatuto die, licitè poteſt ab eo recipere illud quod ſic ſoluit, C & etiam compēſationem damni accepti ob venditionem rerum ſuarum minoris, quā valerent, aut ob emptionem vini & tritici cariori pretio, eo ꝙ ſtatuto die debitū ei non ſoluit. Quæ quidem exempla Nauarri pertinent ad intereſſe extrinſecū. Quia, inquit, non accipit ratione mutui, ſed ratione intereſſe damni emergentis ſecundum omnes: etiam ſi promiſsio de ſoluendo huiuſmodi damno non præceſſerit. arg. l. nummis. ff. de in lit. iur. & l. Iulianus. in princi. ff. de actio. empt. Ergo à ſimili in caſu quæſtionis, ſaltē in cōſcientia, quicquid ſit in foro exteriori.

*Quæſtio. Quid in cō ſcientia.*

*Syluest.*

*Nauar.*

*ff. de actio. empti.*

D ¶Sed aduertito, quod quando dies appoſita eſt obligationi, non requiritur monitio, vt debitor conſtituatur in mora, & in mala fide, vt patet capit. vis. de locat. quia dies pro homine interpellat. Sed ſi dies non ſit appoſita, requiritur monitio ſecundum Panormi. in capit, licet Heli. de ſimo. & de accuſa. cap. 2. quanuis gloſſ. in dict. cap. licet Heli. dicat, quod in pecuniarijs admonitio eſt de honeſtate, & non de neceſsitate. Sed certè dum dies non eſt appoſita requiritur monitio etiam in pecuniarijs. l, ſi ex legati cauſa. ff. de verborum obligationib. vide Syluest. verb. obligatio. & verbo, mora. ¶Secundo perpendito lector, quòd licet moroſus teneatur ad reſtitutionem damni emergentis ex tali mora, & lucri ceſſantis etiam, non tamen dicitur eſſe

*Nota. 1.*

*ff. de verb. obliga. Syluest.*



A tur eſſe in mora, qui poteſt ſe tueri legitima exceptione per regulam. nō eſt in mora. de reg. iur. lib. 6. ¶Ignorantia autē quando ſcire quis tenetur, dum non ſit craſſa; quæ latæ culpæ comparatur, & impoſſibilitas excuſant à moroſitate per. l. quod te. ff. de reb. cred. & quando etiam non fuit monitus excuſatur etiam à moroſitate. quod intelligē quando dies obligationi non eſt appoſita, ne contradicamus ſupradictis.

*De reg. iu.*

Ex ſupra dictis corollarie ſequitur, quòd malæ fidei vēditor, qui ſcienter vendit tignum violatum, nihil dicens tenetur de ruina domus, ad cuius fabricationem fuit emptum, & etiam teneſur de penſione ſoluta locatori domus à conductore, quam reſtituet conductori locator ipſe; quod eſt intereſſe extrinſecum, ſicut eſt iactura pēſionis pro locatione domus accipiendæ dicta. l. Iulianus. non tamen in infinitum, vnde non veniet penſio longo tempore, ſed vt videtur prima tantum arg. l. Neratius, ff. de ſeru. corrupto. vbi corruptor tenetur de ſeruo, & de his quæ aſportauit fugiēs: non autem de alijs, quæ poſtea ſucceſsiue furatus eſt. Ita Sylue. loco ſupra citato.

*Coroll. de damno domus ex tigno viol.*

## CAP. CCXXXIX.

*An ex inualido contractu fructus percepti reſtituantur; Et an bona fide vendens alienū teneatur de eo, in quo factus eſt locupletior; Et an manumiſſus in poſſeſſionem faciat fructus ſuos.*

*An ob inualidum contractū fructus ſint reſtituendi.*

AT certe quoniam hic materiam de acquiſitione fructuum, vel de eorum reſtitutione ſuſcepimus pertractandam iure veluti quodam ad hunc locum & id dubij reuocamus, vtrum emens, & in emptione decipiens venditorem vltra dimidium iuſti pretij, faciat fructus rei ſeu poſſeſsionis ſic emptæ ſuos. Et videtur quod non, quia in foro exteriori venit reſcindendus contractus iſte. ¶ Igitur quia nonnihil de hac materia ſupra nos tetigiſſe meminimus, breuiter hic quæſtioni huic finem imponemus dicēres primo, quòd quando dolus, vel deceptio dedit cauſam cōtractui, vt ſi falſis perſuaſionibus venditor perſuaſit emptori emere rem quam alias, niſi ſic falſo perſuaſus, & deceptus non emiſſet; tunc contractus non valet. Sicut neque etiā valeret, ſi emptor ſic decepit venditorem, quod induxit eum ad vendendum poſſeſsionem, quam alias, niſi ſic deceptus fuiſſet, non

*Dictū. 1.*



A erat venditurus: quia axioma commune iuriſtarum eſt, contractum tunc non valere, quando dolus dat cauſam contractui. Dicimus, ſecundo, quòd in caſu, quo emptor decepit venditorem, qui alias non venditurus erat poſſeſsionem, niſi ſic dolo circumuentus eſſet ab emptore: tenetur emptor tunc fructus rei ſic emptæ ſimul cum re empta reſtituere venditori, recuperato tamen pretio pro illa dato. Patet, quia huiuſmodi contractus inualidus fuit: dedit etenim dolus cauſam contractui. Quia niſi verba data fuiſ- B ſent venditori, non vendidiſset; & quia per dolum ſublata eſt quodammodo libertas voluntaſque vendendi. Quare tranſlatio rei emptæ quoad dominium per talem dolum præpedita eſt. Manſit ergo res ſic vendita penes dominium venditoris: quare illi debuit fructificare, & non doloſo emptori. Tertio dicimus, caſu, quo dolus non dedit cauſam cōtractui venditionis, quia alias venditor parabat poſſeſſionem vendere, eamq́ue erat venditurus: ſi ſolum interuenit deceptio in contractu emptionis: quia emptor prædiū emit infra dimidium iuſti pretij, quia cum valeret C centum, emit illud pro quadraginta tantum, ex mente Metinæ innitendo maiori æquitati, non tenetur in hoc caſu emptor reſtituere fructus pro rata pretij iuſti, partis non ſolutæ contra Ioſephum, & contra Conradum, vt ſupra meminimus nos tenuiſse. Sed ſatis eſt tātum ſuppleſse pretium, & intereſse ex diminutione iuſti pretij non ſoluti amiſſum 4 reſarcire. Sequitur quarto ſicut ſupradictū eſt, quod ſi emptio cenſus fuit nulla, vel venditio fuit nulla, quia cum venderentur bona pupilli, vel eccleſię expoſita ſunt venalitati, ſine debita ſolennitate, non poterit emptor illius cenſus, vel emptor horum bonorum, cenſus empti penſiones, vel fructus ſic em- D ptæ poſſeſſionis eccleſiæ, aut pupilli percipere, neque ſibi retinere: ſed ſolum recuperabit ſuum pretium. Habebit tamen actionem contra venditorem ad intereſse, tam damni emergētis, quam lucri ceſſantis, ſi ex tali emptione ſibi euenerit. Ita Metina de reſtitutio. de rebus per vſuram acquiſitis, quæſtione vltima. Procedit hoc quòd poterit agere ad hoc intereſse, quando ipſum latuit nullitas contractus, quia defectum illius ignorauit. Si autem valuit contractus, ſed deceptio fuit intra dimidium iuſti pretij, regula te per ſupradicta; & attende maxime quid Pius quintus per ſuam extrauagantem ſanxerit circa validitatem, vel nullitatem contractus cenſus. Et aduertito, quod in his, vbi bona

*Metina cōtra Ioſeph. et Conradum.*

*Metina.*

*Pius. 5.*

fides locum habuit, fructus ea durante con-
ſumpti reſtituendi non ſunt, niſi in eo tantū,
quòd talem conſumptorem eorum ex tali
conſumptione effecerint locupletiorē. Sed
de his ſatis; nam dicta antea erant, neque re-
petenda forent hic, niſi ſeries materiæ id ex-
poſceret.

¶Præterea nequid intactum permaneat,
quod ad hanc materiam pertinere videtur,
quamuis iam, vtrum emptor bonæ fidei, qui
rem alienam bona quoque fide vendidit, te-
neatur pretiū pro ea acceptum reſtituere do
mino, abſolutum reliquimus, magis inclinā
do in negatiuam Nauarri, (licet cum aliqui-
bus limitationibus) quam in affirmatiuam
*Quæſtio. An illud plus quo res aliena vend. ſit reſt.* Soti: nunc ſuperaddimus in dubium reuoca
re, vtrum, qui bona fide emit alienam rem, &
bona fide eandem pluris vendidit alteri, il-
lud plus quo vendita eſt, domino ſit redditu
rus. Et videtur quidem, quod ſic facere tenea
tur; quia in eo, quòd pluris vendidit, quam
*Arg.* emit factus eſt ex aliena re locupletior. In
oppoſitum eſt, quia illud, in quo pluris ven
didit videtur eſſe tribuendum ſuæ induſtriæ
ergo non eſt reſtituendum. Circa hanc quæ-
ſtionem duplex verſatur opinio. Prima af-
*Sot. cōtra Nauar. et Pedra.* firmatiua Soti de iuſtitia & iure, libro quar-
to, quæſtione octaua; Et altera negatiua Na
uarri in additionibus, folio vigeſimo quarto
& Pedracæ in ſua ſumma. Igitur pro quæ-
ſtionis abſolutione, videtur primo dicendū,
*Dictū. 1.* quod opinio Nauarri, & Pedracæ, ſcilicet, ꝙ
*Ratio. 1.* illud plus à bonæ fidei venditore non ſit re-
ſtituēdū, videtur apparens. Tū ſecundū Pe-
draçam, quia malæ fidei poſſeſſor, & vendi
tor, qui fuit in culpa, ſolum videtur ad id plu
ris reſtituendum obligandus, non vero qui
2 bona fide vendidit, quia caruit culpa. Tum,
quia illud plus, quod bona fide accepit, vide
tur, vt diximus, ſuæ induſtriæ tribuendum.
3 Adde etiā quod iſtud plus pro tali re acce-
ptū reſtituere eſt pœnale, ſecundum Nauar
rum; ergo ante condemnationem in conſcien
tia non eſt reſtituendum. Secundo dicimus,
4 quod opinio affirmatiua Soti eſt probabi-
*Sotus.* lior, & tenēda, vbi ait Sotus illud plus, quo à
*Sylueſt.* bonæ fidei poſſeſſore pluris eſt vendita res,
quā ab ipſo fuerit empta, fore domino reſti-
tuendum, nec in hoc eſſe dubium Sotus ait.
Cui etiam ſuffragatur Sylueſter verbo reſti
tutio. 3. quæſt. 7. Vbi inquit talis bonæ fidei
venditor, qui bona fide rem à ſe emptam
vendidit, pretiū reddere non tenetur, neque
aliud quidquā, niſi ſolū lucrū aliquod ſi ſtat,
ex quo factus eſt locupletior. Sed in caſu
quæſtionis illud, quo pluris rē vēdidit, quā

A emit eſt lucrū, in quo factus eſt locupletior,
ergo ſecūdū Sylueſtrū eſt domino reſtituē- *Ratio.*
dum. Itē quia illud plus, quod pro re recepit
eſt veluti pars rei alienæ; & illud penes ſe, ta
lis bonæ fidei venditor habet: ergo eſt à ſe re
ſtituendum domino vero, quia intereſſe ſuæ
rei fuit intrinſecū. At quia maximi duco cō- *Sententia*
ponere ſententias doctorum, cum eos ad ali- *autoris cō*
qualem concordiam reducere poſſum, pro *cordantis*
concordia harum opinionum, poſtremo di- *ſotum*
cimus, ꝙ ſi emptor iſte bonæ fidei, qui rur- *Nauar.*
ſus bona fide rem alienā pluris vēdidit, quā *et Pedra.*
emerit, alias cum pretio, quo emit illam rem
erat negotiaturus, & lucraturus erat dedu-
B ctis deducendis, tantundem, aut plus. quam
illud plus, quo vendendo rem lucratus eſt,
forte in conſcientia vt in ſua bona fide indē
nis ſeruetur: in hoc caſu verum habet ſenten
tia Pedracæ, & Nauarri, ꝙ non teneatur il- *In hoc ca-*
lud plus reſtituere. Sicut nec forte etiam in *ſu vera*
caſu quo dominus ſi rem penes ſe habuiſſet: *eſt ſent.*
nō tanti, ſed minoris eam vendidiſſet: Quia *tentia*
tunc non videtur pati damnum (ſi cū pretia *Nauar.*
iuſta non conſiſtant in indiuiſibili, præter- *et Pedra.*
tim ꝑ diuerſis tēporibus) ſi illud plus quod
non erat percepturus quia minoris erat ven
diturus dominus ſi penes ſe haberet, ſi domi
no à tali emptore, & venditore bonæ fidei
C non ſoluatur. Si autem qui bona fide emit rē *Hic vera*
alienā, bona fide eā pluris vendidit, & ex ta- *eſt ſentia.*
li emptione prius à ſe facta, nō ceſſauit ſibi *Soti.*
lucrū, quia cum pretio impenſo pro re à ſe
empta, nec negotiaturus, neq; alias lucrum
inde reportaturus erat, aut ſi creditur domi-
nus ſi illā penes ſe habuiſſes, quod tanti illā
vendidiſſet, quanti iſte qui lucrando, pluris
eam vendidit, quam emit, dum totū hoc con
tineatur intra latitudinem iuſti pretij: tūc in
his caſibus vera eſt concluſio Soti, & magis
eſt iuridica, ſcilicet, quod illud plus, quo fuit
ſecundo vendita, quam fuerit prius empta
ſit domino reſtituendum in caſu bonæ fidei.

D ¶Adhæc, vt aliquid in gratiā iuriſtarum *Quæſtio.*
etiā demus, & in hac materia de fructibus, vi *An manu*
ſum eſt nobis, hic in cōtrouerſiam vertere, is *miſſus in*
qui manumiſſus eſt in poſſeſſionē rei, quā pe *poſſeſſ.*
tijt, propter cōtumaciā rei, qui citatus perſo *faciat fru*
naliter noluit cōparere corā iudice, aut ſi cō *ctus ſuos.*
paruit, iudici noluit parere, aut ſe abſentē fe
cit, an faciat fructus ſuos. quā quæſtionē bre
uiter abſoluētes, quia ad alia properamus, di *Dictū. 1.*
cimus primo, ꝙ ſecūdū ius ciuile ad manu-
miſſionē, via de aſſentamiēto, Hiſpanice di
ctā requiritur præcedat citatio rei perſona-
lis. Secūdo dicimus, ꝙ purgatur cōtumacia *Dictū. 2.*
in caſu manumiſſiōis apparēdo, dādoq; fide
iuſſo-



iuſſorem infra legitimum tempus; ſoluen
doque expenſas, tuncque reus reſtituitur.
3 ¶Tertio dicimus, iuxta leges Hiſpanicas lo
*Lex ordinationes reuocat leges partitæ & fori.* quendo, per ordinationes leg. vnica lib. 3. ti.
9. reuocatæ ſunt leges fori, & partitæ. 3. leg.
6, titul. 8. concedentes annum in immobili
bus ad petendam reſtitutionem cōtra manu
miſſionē, & dimidium anni pro mobilibus.
Quia prædicta lex ordinationum reſtringit
annum prædictū ad duos menſes pro immo
bilibus, & ad vnum tantum menſem pro mo
4 bilibus ¶Quarto dicimus, iuxta hanc prædi
ctam ſanctionem, quòd qui petit in iudicio
rem ad ſe pertinentem, rationeque contuma
ciæ, vel abſentiæ debitoris ſui manumiſſus
eſt in bona rei contumacis, ſi talia bona ſunt
immobilia, ſcilicet, domus, vel prędiū, ſi reus
intra duos menſes non purgauerit contuma
ciam parendo iudici, & ſoluendo expenſas,
poſt illos duos menſes ſtando in iure ciuili
Hiſpanię, ille manumiſſus facit fructus illius
poſſeſſionis ſuos. ¶Et idem, ſi manumiſſus
fuit ex prædictis cauſis in bona mobilia, cu-
iuſmodi ſunt equi, boues, oues, neq; reus ap-
paruerit intra mēſem prędicto modo ad pur
gandam moram, poſt menſem facit fructus
ouium ſuos. Sic habetur. lege vltima. tertiæ
*Partit. 3.* part. titul octauo. ¶Sed iam hic rurſum re-
*Quæſtio. An requiratur decretū iudic.* ſtat inueſtigandū, an requiratur decretum iu
dicis, vt manumiſſus in immobilia poſt duos
menſes, aut manumiſſus in mobilia poſt vnū
menſem fructus poſſit facere ſuos. Reſpōde
tur planè requiritur ſecundum decretum iu
dicis, vt talis manumiſſus poſt prædictos mē
ſes duos in immobilibus, & poſt vnū in mo-
bilibus poſſit facere fructus ſuos vſq; ad con
*ff. quib. ex cauſ.* teſtationem litis. Patet. ff. quibus ex cauſis
in poſſeſ. eat. leg. Fulcinius. §. vltimo. ¶Exci
*Caſus except. 1.* piuntur tamen ab hac regula generali ij ca-
ſus, in quibus ex primo decreto iudicis in
actione reali manumiſſus facit fructus ſuos.
Primo, in petitione hæreditatis; quia tunc
propter nimiam contumaciam alterius par-
tis refugientis iudicium, cōſequitur fructus
2 altera pars eam conueniens. Similiter cum
vēter mittitur in poſſeſſionē ratione poſthu
3 mi, ſtatim vtitur fructibus. ¶Similiter cum
impubes ex Carbonario edicto mittitur in
poſſeſſionem fruitur fructibus, ſeu potius il
*Gloſſ.* lis vtitur. Vide gloſ. extra de dolo, & contu-
macia ca. contingit, vbi gloſ. ait, quod in rea-
libus actionibus non habet locum ſecūdum
decretum, neq; eſt neceſſe: ſed tranſcurſus le
gitimi temporis facit aliquem poſſeſſorem
*De off. or.* ca. paſtoralis de officio ordi. niſi quis ad cau
telam impetret illud. Sed in actionibus per-

A ſonalib⁹ neceſſe habet, vt manumiſſus verus
poſſeſſor fiat, impetrare ſecundū decretum,
quia alias intelligitur non poſſidere, de pro
bation. ca. ex literis, & ſic non præſcriberet.
Itaq; verus poſſeſſor effectus ſeruatis prædi
ctis ſeruandis, vtitur fructibus in actione rea
li ex primo decreto, in perſonali ex ſecundo.
Hugo de Celſo tandem in ſuo reportorio le- *Not. val.*
gum ait, quod miſſus in poſſeſſionē ratione
cōtumacię non acquirit poſſeſſionē, ſed ma-
nutenentiā. Secus ſi ratione executionis, aut
ſolutionis, aut ſententiæ ſit manumiſſus.

B

## CAP. CCXL.

*Vbi de fructibus reſtituendis explicantur multa, & egregia dubia ſcitu digna, etiā vtriuſque facultatis iuriſtis conducentia.*

QVoniā lata eſt materia hęc de *Quæſtio.*
fructibus reſtituēdis, & adhuc *An legatum ſoluē*
multa inuoluta reſtant extricā *dū ſit cum*
da dubia, adhuc hic explanan- *fructibus.*
dū id dubij venit, vtrum hæres
non ſoluens ſtatim legatum in teſtamēto, te
neatur illud poſtea ſoluere cū fructibus lega
tario. Igitur, ne in rebus nō adeo obſcuris im
C moremur, dicimus primo, quòd hæres à die, *Dictū. 1.*
quo adiuit hereditatem tenetur reſtituere le
gatū legatario etiā cum fructibus, quos lega-
ta poſſeſſio fecit ab illo die aditæ hæredita-
tis, quādo ingreſſus eſt, in eā verbo, vel facto
ſuo, vel hæredis exercēdo aliquos actus, hæc
aſſertio eſt iuridica, & ex l. ſi ita relictū. §. Pe
gaſeus. ff. de legatis 2. habetur etiā in part. 6. *ff. de leg.*
leg. 37. Et patet; quia fructus, ſunt debiti ab *Partit.*
eo tēpore, quo legatū eſt debitum: ergo ſi à
tempore aditæ hæreditatis, legatū eſt debitū *Coroll. 1.*
ergo ex tunc etiā debentur fructus. ¶Idem
prorſus dicendū eſt, quādo legatum non eſt
ſolutū per plurimos annos ex ignorātia cul-
D pabili, vel quia legatarius id nō petijt. ¶Hinc *Coroll. 2.*
ſequitur etiā, quòd legatum relictū eccleſiæ
conſtruendæ, vel monaſterio debetur cum
fructibus intermedij temporis, quo non fuit
ſolutum. Ita Panormitan. capit. nos quidem
de teſtamentis; quia textus ait ſoluēdos eſſe
ſine diminutione. ¶Hinc ſequitur etiā, quod *Coroll. 3.*
res teſtamento legata à teſtatore, quam alie-
nam eſſe nouerat, ſoluēda eſt legatario cum
ſuis fructibus ab eo tempore, quo hæres mo
nitus à legatario, vt emeret, eam ſibique tra-
deret, emere & tradere diſtulit, ita partit. 6. *Partit.*
lege. 37. titulo eod. Et patet; quia à tempore
illius monitionis res legata eſt debita: ergo
ex tunc cum ſuis fructibus, ſi fructifera ſit,
eſt ſol-

*Satisfit obiectio. Armill.*

eſt ſoluenda. Neque contra hoc eſt quod Armilla verbo legatum. § 10. allegat ex leg. quidam prædia. ff. de vſu fructu legato. Vbi decernitur, quod filia ſi non petijt. 10. aureos ſibi legatos à Patre quotannis pro ornatu, & veſtitu, & per quatuor annos deſtitit à ſe induendo illoſque ab hæredibus legantis exigere omiſit, ſi poſtea petierit illos annorum præteritorum aureos omiſſos, non recuperabit eos; cauſa namq; iam ceſſauit, quare fuere ſibi legati, nempe, vt ſe indueret: & quia ipſa in culpa fuit, cũ eos pro ſe induendo, non petierit; quia viſa eſt illos aureos renũtiaſſe.

*Quæſtio. An fideicommiſſa. tenetur fructus cõputar. in Trebellianica.*

¶ Preterea quęſtiones de fructibus omnes ſuſcitandas hic ſuſcitando, quærimus, an is, qui inſtituitur hæres fideicommiſſarius, id eſt, cum commiſſaria ſubſtitutione, in qua ſibi mandatur à teſtatore, vt alteri, quem ſibi hæredem ſubſtituit, intra certum tempus hæreditatem reſtituat, teneatur computare fructus hæreditatis à ſe perceptos in Trebellianica, id eſt, in quarta parte hæreditatis, quam ſibi iure poteſt retinere deductis expenſis.

*Dictũ. 1.*

¶ Igitur breuiter expedituri quæſtionem primo dicimus, quòd ſi talis fideicommiſſarius ex deſcendentibus hæredibus ſit tempore reſtituendæ hæreditatis hæredi ſibi ſubſtituto, poteſt ſuam legitimam, quæ ſibi inde debetur excipere, ſibique vendicare, & vltra hoc fructus hæreditatis reſtituendæ à ſe perceptos eos in ſuę legitimæ ſortẽ, non computando, ſibi appropriare. Habetur hoc aſſertum leg. 8. titulo ſecũdo partitæ ſextæ. Hæc autem indulgentia huic conceditur; quia cum ſit hæres ex deſcendentibus legitimus, prçſumitur teſtatorem vltra legitimam illos fructus illi voluiſſe applicare.

*Partit.*

*Dictũ. 2.*

¶ Secundo dicimus, quod ſi talis fidei commiſſarius ſit alius ab hæredibus deſcendẽtibus, neque ſit vnus ex illis, tũc hic tempore, quo iuſſus eſt à teſtatore, hæredi ſibi ſubſtituto hæreditatem reſtituere, licet poſsit ſibi aſſerere Trebellianicam, id eſt, quartam reſtituendæ hæreditatis partem, tamen in tali parte Trebellianica ſibi iure vendicanda tenetur fructus hæreditatis à ſe illucuſque perceptos computare. Nec enim poteſt quartam hæreditatis partem, ſimul cum fructibus iam à ſe perceptis ſibi arrogare. Sed ſi fructus iam à ſe percepti Trebellianicam iure fidei commiſſionis ſibi debitam adæquarint, loco Trebellianicæ, id eſt, quartæ partis hæreditatis ſibi debitæ, poterit illos fructus ſibi vendicare. Quod ſi fructus à ſe percepti exceſſerint ſibi debitam quartam, exceſſum illum hæredi ſibi ſubſtituto; tenebitur reſtituere. Si autem velit integram ſibi debitam quartam ex hæreditate reportare fructus omnes à ſe perceptos prius reſtitueret: vel ſi velit retinere, in quarta ſibi debita eos computabit. Diffinitio autem hæc. l. continetur citata, cuius meminit Hugo de Celſo in reportorio legum Hispaniæ, verbo, fructus verſ. 14.

*Quæſtio. An nõ ſignato tẽpore reſt. hæredes fructus in Trebellia. ſint comput. Reſol. quęſtionis.*

¶ Iam quoque & alia huic appendix ſequitur quæſtio: Huiuſmodi hæres inſtitutus fidei commiſſarius cum obligatione ſibi indicta à teſtatore reſtituendi hæreditatem ſubſtituto, an caſu, quo terminus non fuit adiectus à teſtatore, quo ſubſtituto hæredi hæreditas reſtitui deberet, poſsit fructus eos in ſua Trebellianica non computando interim percipere. Igitur legitima abſolutio quæſtionis huius hæc eſt, quòd in caſu tali, vbi fidei commiſſario ſibi ſubſtituto reſtituendæ hæreditatis à teſtatore nullus præſignatus eſt terminus, ſi hæres ſubſtitutus, cum ſe ſubſtitutum nouerit, hæreditatem, in qua reſciuit ſe ſubſtitutum petere noluit, fidei commiſſarius hæreditariam poſſeſsionem tenẽs, ita facit fructus inde perceptos ſuos, quod in Trebellianica ſibi debita computare eos nõ tenetur: ſed Trebellianicã ſimul cum fructibus illis poterit ſibi vendicare. Secus eſt, ſi cum efflagitatus ſit ab hærede ſibi ſubſtituto, vt ſibi reſtituat hæreditatem, illi reſtituere renuit; quia tunc non faciet illos fructus ſuos; ſed ſolum poterit ſibi aſſumere Trebellianicam ſibi debitã, aut fructus illi adæquantes, & nihil amplius. Etenim non conſtituto tẽpore, à tẽpore, quo hęres ſubſtitutus poſtulauit hæreditatẽ ſibi reddi, fideicõmiſſarius reddere renuẽs in mala fide eſſe cẽſetur: quare omnes fructus à tẽpore aditæ hæreditatis in ſortẽ ſuę Trebellianicę cõputare tenetur.

*Quæſtio. An emptũ nomin. alter. ſit reſt. cum fruct. Dictũ. 1.*

¶ Deinde illa quæſtio venit abſoluẽda, an qui ſuis ꝓprijs pecunijs emit poſſeſsionẽ nomine alterius, teneatur illã poſſeſsionẽ cũ fructibus reſtituere alteri, cuius nomine emit. Dicimus ergo caſu quo quis ꝓpria pecunia nomine alterius, id eſt Petri, rẽ aliquã Petro emit, ſimulac Petrus ſciens emptionẽ ſuo nomine factã acceptã, ratamq; habuit tanquam ſuo nomine factã, quia ex tũc valida eſt talis emptio, ab emptore reſtituẽda eſt talis poſſeſsio ſic empta Petro cũ fructibus. Veruntamẽ Petrus emptori pretiũ pro tali poſſeſsione ſuo nomine empta impẽſum reddet, ſimul & expẽſas, ſi quas emptor talis in ea fecit, ſic habet par. 5. ti. 5. l. 47. & 49.

*Partit. 2*

¶ Secũdo dicim⁹ ꝙ ſi quis ex peculio pupilli ſui penes ſe habito, vel ex peculio ęquitis exiſtẽtis in curia, vel in ſeruitio regis vel ſi marit⁹ ex peculio dotis vxo-



*Priuileg. minorum militum vxoris eccleſiæ. Partit.*

tis vxoris poſſeſsionem emerit, vel ex peculio eccleſiæ prælatus, vel adminiſtrator bonorum eccleſię rem emerit, etiam ſi proprio nomine emerit, tenetur eam reſtituere ei, cuius peculio in dictis caſibus emit, etiam cum fructibus inde perceptis. Hæc ſanctio eſt in partita 5. tit. 5. l. 47. & 49. cõtenta, quia omnes perſonæ hic recenſitæ peculiari priuilegio in iure contento potiuntur, ne qui ſuas pecunias adminiſtrant illis fraudes machinẽtur, vt omnes emptiões ſuis pecunijs factas. Si eas ratas habere velint, ſibi poſsint facere proprias: ac per cõſequens, ſi eas acceptent, fructus poſſeſsionis ſic emptæ faciũt quoq; ſuos.

*Quæſtio. An fruct⁹ beneficij in confid. dati ſint reſt.*

¶ Inſuper, & de fructibus aliud emergit dubium, an ſi Petrus ſuum renuntiauerit beneficium in Ioannem ſub ſpe, & confidentia tali, vt Ioannes ſibi reddat illius beneficij fructus, an Ioannes teneatur illi ad illos fructus reddendos. Quæſtio eſt cuius meminit Cordu. in tract. de caſib. cõſcient. quæſt. 32. Et videtur, quod teneatur: quia clericus in conſcientia, tenetur reſtituere bona ſibi conſignata ab amico in patrimonium pro ordinibus ſuſcipiendis, cum conditione ſecreta, vt poſt obtentos ordines illa bona tali amico reddantur: ergo etiam Ioannes tenebitur reſtituere fructus beneficij ſub confidentia renuntiati in ſe à Petro.

*Corduba.*

*Dictũ. 1.*

¶ Igitur abſoluendi quæſtionem gratia dicimus primo cum Corduba, ꝙ talis confidentia, vbi, vel quando in reſignatione, vel in contractu abſolute inito non fuit expreſſa, neq; Papa impoſuit penſionẽ, nullam vim inducit reſtituẽdi fructus Petro reſignanti: quia cauſa nõ expreſſa, ſed mente tantum concepta non vitiat contractum. C. de condit. ob cauſam. l. ſi repetere. & è conuerſo multa expreſſa nocent, quæ tacita non nocent, quæ tacita nõ nocent. Si autem Ioãnes Petro in ſe reſignanti pactus eſt, vel pollicitus ſe daturum illi fructus, ſicque abſq; licentia Papæ initus eſt contractus, reſignatio huiuſmodi beneficij ſimoniaca quidem fuit, vel certè æquiualuit penſioni, vel in fraudem penſionis facta videtur. Penſio autem citra licentiam Papæ impoſita in nullo foro, neq; exteriori, neq; cõſcientiæ obligationem inducit: reprobataq; eſt talis penſio iure canonico prout docet Sotus de iuſt. & iure, lib. 3. q. 6. arti. 2. & lib. 4. q. 7. artic. 2.

*C. de cõdi.*

*Sotus.*

2 ¶ Secundo dicimus cum Corduba, ꝙ antea ſola via gratitudinis, Petrus ſic reſignans in Ioannem, à Ioanne libere dante aliquid fructuum poſſet accipere, ſecundum Nauarrũ in ſum. cap. 23. num. 104. & 105. & in commento de ſimonia num. 12. 13. 14. vſque ad num. 29. iuxta cuius ſententiam non teneretur Petrus reſtituere fructus via confidẽtiæ, vel pacti perceptos, licet interceſsit ſimonia: dum non fuerit ſimonia realis conſummata ex vtraq; parte, id eſt, tam ex ſolutione pretij, quam ex traditione beneficij, licet Petrus illos fructus ſimoniace tulerit.

*Pius. V. Corduba.*

¶ Tertio dicimus, quod iam nunc iuxta proprium motum Pij Quinti, vt loco citato docet Corduba, neq; Ioannes, in quẽ ſub tali confidentia reſignauit beneficium Petrus, poteſt Petro ſic reſignanti impendere fructus, neque Petrus ſub pœna excommunicationis papalis, ſtatim qua innodatur, à qua niſi in mortis articulo conſtitutus ab alio quàm à Romano Pontifice beneficium abſolutionis valet obtinere, poteſt eos fructus ferre, quod ſi eos iam receperit obnoxius manet ad eos reſtituendos. Patet hoc ex proprio illo motu Pij Quinti, qui incipit, intolerabilis pontificatus illius anno 4. trãſſumpto à Nauarro, in ſum. latina, cap. 23. nu. 110. Vbi ingenioſe aduertit Nauarrus extrauagãtes Pij. 4. & Pij. 5. non eſſe editas cõtra omnem confidentiam beneficialem, ſed tantum contra illicitas. Imò neq; contra omnes illicitas, quia non ſunt editæ contra confidentias illicitas, in quibus ſine pacto, & modo expreſſo, vel tacito, aliqui reſignant cõfidentes, ꝙ reſignatarij aliquid fructus cõtribuent indignis cõſanguineis reſignantium, quia licet iſtæ confidentiæ ſint illicitæ, Non tamen editæ ſunt iſtæ extrauagantes contra illas, ſed tantum contra illicitas, ſimoniacaſq;, quæ cũ pacto, vel modo expreſſo, vel virtuali fiunt, quod fructus dentur tali aut tali.

*Nauarrus gloſſat ꝓpriũ mot. Pij V. de cõfidẽtijs.*

*Sent. Nauar.*

¶ Igitur ſententia Nauarri inibi hæc eſt, quod Pius quartus non induxit nouam prohibitionem confidẽtiæ beneficialis. Sed neq; Pius Quintus, ſed ſolum Pius Quintus illam iuuat inducendo modos probandi eam. Itaque non intendit aſſerere eſſe veram in foro interiori confidẽtiam illicitam ſimoniacam in omnibus caſibus, in quibus in foro exteriori ſtatuit pro tali eſſe habendam, licet in exteriori velit haberi pro tali.

*Ad argument.*

¶ Vltimo reſponſuri ad argumentum in principio quæſtionis dicimus, quod caſu, quo frater, vel amicus aliquid donauit Petro, titulo patrimonij, quo ad ordines ſacros promoueretur, in conſcientia talis donatio per Petrum eſt annullanda: taliaque ſic donata bona ſunt tali amico, vel fratri reſtituẽda ſecundum Cordubam loco citato. Tum, quia talia bona ſunt mere ſecularia, & talis donatio expreſsè fuit conditionalis, & quan-

uis

uis fuit fraudulenta, quia verbo tenus facta: tamen iure nõn eſt reprobata. Tum, quia amicus, vel frater donans ſic potuit, & voluit tantũ cõditionaliter donare, & non abſolute ſicque clericus iſtam conditionem admiſſam habuit, licet in ſcripturã non fuerit redacta in foro exteriori. Sequitur ergo, q̃ in foro conſcientiæ non maiorem valorem ſortiatur talis donatio, quam fuerit donantis intẽtio, neque contra eius intentionẽ valet. Ideo in foro conſcientiæ, iuxta fidem datam eam clericus annullare tenetur: licet donans ratione fraudulentæ donationis in præiudiciũ eccleſiæ ſic factæ, ſua intentione fraudari mereatur, & in foro exteriori ad annullandum talem donationem, eamque reſtituendã non ſit cogendus clericus. ¶Cæterum in caſu reſignationis beneficij ſub confidentia, diuerſa militat ratio: quia talis contractus reprobatus eſt iure: & talis promiſsio ſine licentia Papæ, in fraudem penſionis fuit inducta: neque ſola ſpes de reddendis ſibi fructibus (vt prædiximus) inducit obligationem fructus reſignanti reddendi.

## CAP. CCXLI.

*Vtrùm ſeruitium cuiuſdam ſeruæ ſit in ſolutione 40. aureorum, quos accepit pro ſua redimenda libertate computandũ: Et quid de fructibus incertis emptis: Et fructus hæreditarij, ſeu lucratiui inter coniuges quomodo ſint partiendi.*

*Quæſtio. An vltra capitale ſeruitiũ, hic potuit accipi.*

DE fructibus adhuc quoniã materia lata eſt, quæritur, vtrum verbi gratia, Petrus qui tribuit cuidam ſeruæ Æthiopiſſæ quadraginta aureos, quos ipſa petijt ab eo, quibus ipſa ſe redimeret à ſuo hero, cum pacto quod dum illos 40. aureos Petro non redderet, ſe illa illi ad inſeruiendum traderet, in hoc caſu poſsit Petrus vltra capitale, id eſt, vltra 40. aureos ancillæ Æthiopiſſæ tributos fructus ſeruitiorum eius ſibi accipere. Huius dubij meminit Corduba, quæſt. 122. in tractatu de caſibus conſcientiæ. Igitur vt ſatis fiat quæſtioni, quæ ſatis perplexa eſt, præmittẽda eſt hæc diſtinctio: Petrus multifariè potuit illos 40. aureos illi ſeruę Æthiopiſſæ tradidiſſe. Aut per viã mutui, quia eos ei mutuauit: aut per viam cẽſus, quem impoſuiſſet ſuper perſonam illius ancillæ, vel per viam emptionis illius ancillæ cum pacto de retrouendendo ei ſuam libertatem, quando ſibi ſoluiſſet illos 40. aureos.

*Corduba.*

*Diſtinct.*

¶Igitur his præmiſsis primo ad quæſtionẽ dicitur, quod per viã mutui illos 40. aureos ſi ancillæ, quo ſe redimeret tradidit, vſura fuit vltra illos ſibi reddendos, expetiuiſſe illa ſibi impendenda obſequia, aut ſeruitia: quia ratione mutui ſe videtur tradidiſſe in hypothecam illa ſerua. At fructus hypothecæ in mutuo, non computare in ſortem vſura eſt. *Diſtũ.* 1

¶Secundo dicitur, q̃ ſi tradidiſſet illos 40. aureos illi ſeruæ per modum cenſus impoſiti ſuper perſonam illius, adhuc hac via non potuit illa ſeruitia exegiſſe ſaltem integre ante motum Pij Quinti. Quia huiuſmodi exhibita ſeruitia maioris valoris erãt, quã penſio iuſta cenſus ſoluenda pro illis 40. aureis. At nunc poſt motum Pij Quinti, cenſus perſonales inualidantem, nulla hac ratione ſeruitia ab Æthiopiſſa potuit exegiſſe, 2

¶Tertiò dicitur: ſi Petrus prædictos 40. aureos tradidiſſet ancillæ per modum emptionis cũ pacto de retrouendendo liceret tunc, ſicut conſulitur mutuaturo, cui pro mutuo tradenda eſt hypotheca fructifera, vt non ratione mutui velit illam accipere: nã iſto modo via mutui accipiẽdo, nõ poterit illos fructus licitè ſuos facere. Secus autem ſi illã hypothecam, non via hypothecæ, ſed via mercis, & emptionis eiuſdem cum pacto de retrouendendo accepiſſet: nam iſto modo licitè tanquã de re ſua à ſe empta fructus faciet ſuos. Si igitur prædicto, inquàm, modo per modum emptionis cum pacto de retrouendendo, cum ancilla illa, tribuendo illi 40. aureos contraxit, bene potuit Petrus, cum illa illos 40. aureos ſoluendo illi, voluit ſe in libertatem aſſerere, vltra illos 40. aureos datos in pretium, illa ſibi impenſa retinere ſeruitia, quia ſi iſto pacto illa ancilla 40. aureis his à Petro fuit empta, tanquã ex re ſua potuit illa percepiſſe ſeruitia. Licet certè videretur in fraudem vſurarum talis emptio cũ pacto de retrouendendo fuiſſe facta, vbi iuſtum pretium iuxta iſtum modum emendi, non ſolueretur ſicut hic à Petro non videtur fuiſſe ſolutum ſoluendo 40. tantum aureos pro ſerua ſtrenua, & ſeruiendi perita. 3

¶Sed quid, ſi nulla via conſtiterit, quo titulo talis cõtractus fuerit initus. Dicitur melius tunc eſſe, vt inter Petrum ipſamq́; fiat amicabilis cõpoſitio: quia cõtractus cõfuſione non caret. Ita vt Petrus contẽtũ ſe eſſe velit vno tãtum annuali illius ſeruæ famulatu, illaque ſit contenta id ſeruitij Petro præſtitiſſe cauſa tanti remunerandi beneficij, quo affecta eſt à Petro dante ſibi 40. aureos pro ſua redemptione, quibus ipſa ſe potuit redimere. Si autem mutui via quadraginta hos aureos dedit, cũ non eſſet negotiator, qui eos actualiter expoſitos negotiationi haberet, nõ potuit ratione lucri ceſſantis, ab illa ſerua quicquam vltra ſortem exigere. ¶Præſupponitur in caſu poſito pro maiori eius intelligentia, per duos annos ſeruitia impendiſſe Petro, quia pepigit ei inſeruire, dum 40. aureos Petro non ſoluiſſet. Ita Corduba libuitque hunc caſum hic non præpoſtere annectere, vt per huiuſmodi caſum probe lector diſcas, & aliorum ſimilium caſuum ſolutionẽ coniectare. 4



*Quæſtio. Pro fructibus non natis poſtea an ſit pretium promiſſ. dãd.*

¶De fructibus inſuper dubitatur, vtrùm emptor, quando emit fructus incertos nondum natos, vt, verbi gratia, fœtus, vel partus naſcituros ex ancillis, vel ex gregibus, vel piſcatum ex primo iactu retis expiſcandum ex flumine, vel mari, ſi tales partus nõ naſcantur poſtea, teneatur pro illis aliquid dare. Et videtur, quod ſic. Nam ſententia Iuriſtarum eſt pro iactu retis ad piſcandũ empto, pretium eſſe ſoluendum, etiam ſi inde piſces nullos contingat capi. ¶Per diſtinctionem nihilominus reſpõderi ſolitũ eſt. Nam ſi loquamur de partubus, & fœtibus incertis, ſcilicet, gregum, & ancillarum; ſi eos poſtea non contingat naſci, qui eos præemerat ad ſoluendum aliquid nõ manet aſtrictus autore Hugone de Celſo in ſuo repertorio legum, verbo, vendere. Quia cum iſti fœtus regulariter ſint certi, & ſoliti ſint naſci, ſi nati non fuerint, cum emptor nullas merces accipiat, nihil videtur ab illo fore ſoluendum. Quia cum regulariter iſti fœtus, & partus ſoleant naſci, non videtur eos cum ſuo periculo emere voluiſſe, niſi in cõtractu emptionis tale voluit expreſsè in ſe ſuſcipere periculum. ¶Si autem de iactu retis in mare, vel in flumen ad piſcandũ loquamur, ſi ſine conditione ſit venundatus, ſed abſolutè, ſi nihil piſcium exinde poſtea fuerit extractum, nihilominus pretium conuentum pro illo eſt ab emptore ſoluendum. Cuius legitima ratio redditur, quia ille iactus quoad capturã piſcium ſuapte natura eſt incertus, cum iſta incertitudine, & periculo cenſetur emere voluiſſe, niſi aliter in hoc caſu inter partes conuentionaliter actum ſit.

*Argumen.*

*Diſtinctio*

*Ratio.*

*De iactu retis vendito.*

*Ratio.*

*De fructibus hæreditarijs.*

¶Deinde quoniam de fructibus hæreditarijs ſupra diximus, nunc tantum dicimus repetentes, quod defuncto aliquo coniugum, fructus apparentes in poſſeſsionibus pro illo tunc inter coniugem ſuperſtitem, & inter defuncti hæredes ſic diuidentur, vt coniugi viuo pro media parte, & pro alia media parte mortui hæredibus obueniant. Partitio autem hæc in fructibus vineæ, hortorum, & arborum tempore mortis apparẽtibus locum habet. Cæterum loquendo de fructibus agri ſeminati, etiam ſi tempore mortis alterius coniugis non apparuerint in agro pro medietate ſolutis expenſis, pro medietate partiendi erunt inter coniugem viuum, & hæredes defuncti. ¶Si autem in vinea, horto, arboribuſque, tempore alterius coniugis obitus non apparuerint, tunc non diuidentur: ſed eius erunt omnes fructus, cuius erit poſſeſsionis radix. Ita l. 9. titu. 4. lib. 3. fori. *Liber fori.*

## CAP. CCXLII.

*Vbi ad hanc materiam de fructibus beneficiorum eccleſiaſticorum reſtituendis reducuntur quædam dubia, quorum meminit Corduba: vbi vtilis quotidianis vſibus traditur doctrina.*

*Quæſtio. An iuuenis dãs 40. pro benefi. ten. ad aliquid.*

DE fructib⁹ eccleſiaſticis, quoniam non pauca ſuppetunt dubia ſcitu digna, nunc ſeorſum agere aggrediamur. Et primo quæritur, quid dicendum in caſu, quo Petrus dum adhuc iuuenis eſſet, & iam clericus p. quadraginta aureis, quos ſoluit pro beneficio, obtinuit beneficium, nõ cogitans ſe in hoc delinquere; quoniam ſi cognouiſſet, nũquàm id pecuniæ dediſſet. Quia ſolum exiſtimauit illos 40. aureos à ſe exigi cauſa bullarum de reſeruatione fructuum impetrandarum, pro eo, qui ſibi id cõferebat beneficium: vtrum cum iam poſt annos ſcrupulo, remorſuque conſcientiæ agitatus, quærat remedium, ſit obligandus ad reſtituendum interim perceptos talis beneficij fructus. Quæſtio eſt cuius meminit Cordub. in tractatu de caſibus conſcientiæ, quæſt. 28. Cui quæſtioni duo hæc duxit reſpondenda puncta. Primum huiuſmodi beneficium iuxta narrationem caſus, ſimoniace fuiſſe obtentum. Nec enim ignorantia excuſari poteſt talis clericus. Tenebatur enim ſcire, aut ſaltem dubitare ſciſcitarique à peritis, an fieri id poſſet, & quomodo, & in promptu erat ſciſſe, ſi debitam diligentiam adhibuiſſet. Quare maiorem incurrit excommunicationem, ſimul & ſuſpenſionem ſecundum Cordubam. Quãuis, quantum attinet ad ſuſpenſionem Nauarrus ſumma latina, vt poſtea dicemus, materia de ſimonia, neget ſuſp[illegible]ionem incurri in ſimonia com-

*Corduba.*

*Reſpon. primo.*

*Ignorãtia ſupin.*

nia commiſſa circa beneficia: ſed tantum cõcedit eam incurri in ſimonia circa ordines. Factus eſt inſuper inhabilis ad obtinendum illud beneficium incapaxq; effectus eſt fructuũ. ¶Ex quo corollariè ſequitur reſignandi, ſeu relinquendi beneficij, obligatione teneri, vt Papa, vel ordinarius, ſi ordinatio cõpetit prouiſio illius, de illo prouiſionem faciat. Ad reſtituendos quoque fructus manet obnoxius, iuxta capit. ſimoniace. De ſimonia, vt latius probat Couarruuias in Regula peccatũ. part. 2. §. 8. ſecũdum Diuum Thomam 2. 2. quæſt. 110. artic. 6. & ibi Caietanus & Nauarrus in ſumma, cap. 23. nu. 106. & in commentario de ſimonia num. 28. 29. 30. & 31. & doctores communiter. ¶Aduertit tamen Corduba circa hoc primum punctum (quia interrogare quis poſſet de remedio in hoc caſu) quod huiuſmodi Petrus à peccato ſimoniæ, & à cenſuris pro ea incurſis, licet virtute cruciatæ poſsit abſolutionẽ obtinere: tamen ad retinendum tale beneficium, fruendumque fructibus illius, neceſſarius eſt ſibi recurſus ad Papam, vel ad eius nuncium, ſi ad hoc obtinet facultatem pro impetranda diſpenſatione, & pro ineunda cum illis cõpoſitione pro fructibus illucuſq; male perceptis, pro certa quota, vel quantitate, niſi ſibi omnes gratioſe remittatur, penſata eius paupertate. ¶Secundo notandum venit, quod longè deterius fuit cum illo remorſu conſcientiæ toties celebraſſe ſacrificium miſſæ offerẽdo: cum tum ſuſpenſus ſecundum Cordubam, licet non ſecundũ Nauarrum, eſſet tum excõmunicatus, & in ſtatu peccati mortalis, vt apparet conſtitutus, poſtquam erat in culpa, & mora non reſignando beneficiũ, neq; reſtituendo fructus; neque apparet reſtituendi, reſignandive animum habuiſſe, nec à celebrando deſtitiſſe, pro vt tenebatur, quouſque conſulendo peritiores de remedio, ſuæ conſcientiæ eius remorſus ſedando conſuluiſſet. Quare vna generali confeſsione eas omnes retroactas confeſsiones iterandas, & earum culpas delendas eſſe Corduba cenſet, vt ex tot laqueis extricetur. ¶At, vt ab irregularitate eripiatur, quam ſibi ſuperinduxit, cum eſſet excommunicatione maiori innodatus celebrando, ſecundum opinionem aliquorũ virtute cruciatæ, à tali irregularitate abſolui poteſt. At certè iam tutius eſt ſecundum Cordubam pro talis irregularitatis abſolutione, dum eſt occulta, recurrere ad ſuum ordinarium. Nam ordinarijs Concilium Tridentinum facultatem induſſit, diſpenſandi ſuper omnibus ſuſpenſionibus, & irregularitatibus ex culpa prouenientibus occultis, excepta ea, quæ prouenit ex homicidio voluntario. Et hoc eſt tutius: quia ſecundum Nauarrum, & canoniſtas irregularitates nullæ poſſunt virtute cruciatæ diſpenſari, etiam ſi propter culpam, & non ob ſignificationem ſint contractæ. Et tandem ſi adeo pauper is ſit, vt ſic reſignando beneficium, reſtituendoque fructus, non ſuperſit illi facultas ad ſe ſuſtentandum, reſtituat pro poſſe, relinquatque omnia ingreſſuſque religionem, ibi ſanctam ſatagat transigere vitam. Quod ſi nequiuerit præſtare hoc de ingreſſu religionis, qui ſibi non præcipitur, ſed conſulitur, à Papa curet obtinere remiſsionem.

*Corollar. — Couar. — S. Thom. — Caietan. — Nauar. — Not. Corduba. — Quale hic erit remedium. — Not. 2. — Corduba. — Nauar. — Corduba. — Conci. Triden. — Nauar.*

¶Præterea ad materiam de fructibus eccleſiaſticis reſtituendis pertinere videtur, & quæſtio illa, cuius quoque meminit Corduba in tractatu de caſibus conſcientiæ, quæſtione vigeſima nona, vbi proponitur caſus, ſcilicet, Ioannes eiuſque conſobrinus Martinus conuenerunt cum clerico: vt confiteretur mendaciter ſe ſimoniace beneficium obtinuiſſe: vt Papa Ioanni, eiuſve conſobrino Martino illud conferret. Cumque Ioanni per Papam collatum fuiſſet, illud rurſus in eundem clericum renunciauit retinens ſibi medietatem fructuum pro penſione. Cum idem clericus, ei, à quo prius obtinuerat idẽ beneficium, reliquam dimidiam partem fructuum in penſionem tribuiſſet: Quæritur ad quid teneantur Ioannes hic, eiuſque conſobrinus Martinus, qui poſt hæc gratia pacis conuenere, vt clericus maneret cum ſolo titulo beneficij, & reliquam, quæ ſibi remanebat, partem dimidiam fructuum impenderet quotannis Martino conſobrino Ioannis pro penſione, vtrum obligatione teneantur reſtituendi huiuſmodi fructus. ¶Abſolutio igitur quæſtionis cõſiſtit in punctis tribus. Primò, quod cõuentio fuit illicita, quia poſt primam reſeruationem medietatis fructuũ Ioannes eiuſque conſobrinus Martinus conuenere cum clerico, vt conſentiret in rem prorſus iniuſtam, ſcilicet, in confeſsionem prædictam mendacem, & contra mentem Cõcilij Tridentini.
2 ¶Secundo dicitur, Martinum bona conſcientia non vti potuiſſe literis ſibi conceſsis à Papa, quibus collatum eſt ſibi beneficiũ prædictũ, iuſte antè à præfato clerico poſſeſſum. Nã partim fuit falſa relatione obtentũ, & partim ſurreptitie fuit impetratum, cum in ſupplicatione tacuerit, neque expreſſerit tale beneficium alia penſione medietatis fructuum, quam clericus perſoluebat prius fuiſſe grauatum. Quod ſi in ſupplicatione expreſsiſſet, non ſolum à Papa dictam conceſsionem difficiliter obtinuiſſet: ſed prorſus tali petitioni obſtitiſſet, neque eam conceſsionem conceſsiſſet. Ex quibus ſatis clareſcit huiuſmodi literas omnino ſurreptitias fuiſſe: & nullius roboris, aut momenti (ſi omne ius conſulatur) neque effectum obtinuiſſe.
3 ¶Tertio dicitur, huiuſmodi clericum non ſolum eſſe immunem ab obligatione conſentiendi ſecundæ penſioni vel reſeruationi medietatis fructuum, quæ in gratiam Martini intenta eſt fieri: ſed non gratitudinis, ſed magni erroris effigiem præ ſe ferre ſibi tale ſuperinducere onus, quod nec portare poteſt, neque cum eo explere cætera cõcernentia obligationem, ſtatumq; curati animarum.

*Quæſtio. An per has fraudes obtinentes beneficia, ad quid teneantur. Corduba. — Reſpon. — Dictũ. 1.*



¶Accedit & ad hanc materiam de fructibus eccleſiaſticis reſtituendis, & dubitatio illa, quam Corduba adiecit in tractatu de caſibus conſcientiæ, quæſtione trigeſima quinta: vbi quæritur, vtrum clericus ad ſoluendã certam penſionem fructuum maneat aſtrictus, in quam cõſenſit in gratiam cuiuſdam exteri Romani, ſi is Romanus ſibi conferret beneficium, Romanus autem applicuit ſibi penſionem, non tamen cõtulit beneficium. Quæritur etiam an Romanus hic ad reſtituẽdum fructus penſionis huius maneat obligatione deuinctus. ¶Igitur vera ſolutio quæſtionis conſiſtit in hoc. Primò, quòd ſi prædicti cõtraxere cum animo celandi Papæ penſionem, in quam conſenſit clericus pro à Romano prædicto conferendo ſibi alio beneficio, talis contractus ſimoniaca labe fuit infectus, licet cenſuras contra ſimoniacos latas euaſerint: eo quod contractus ex vtraq; parte non ſortitus fuit effectum, cum Romanus ille licet acceperit penſionẽ, non tamen contulerit pro ea promiſſum beneficium. Haſq; cenſuras vitare ſtuduiſſe videtur ille Romanus, dum renuit conferre beneficium. Sic de hoc latius Nauarrus in ſumma, capitul. vigeſimo tertio, numer. 103. 104. 116. 118. & in commento de ſimonia, pagin. 120. vſq; 128. & alibi doctores. Cæterũ Romanus inique egit literis mandati ſibi datis à clerico vtens ad onus penſionis ſupra præbendam clerici imponendum, abſque vero conſenſu clerici mandantis. Nam ille mandati literæ ſcripto tenus viſæ ſunt abſolute datæ: ſed in veritate ſub ea conditione, & ſpe ſunt à clerico datæ, quatenus beneficium ſibi dandum à Romano ſperabat. ¶Conſiſtit ergo reſolutio in hoc ſecundo, quod in foro exteriori condẽnabitur præfatus clericus, compelleturque ad penſionem prædictam ſoluendam. Veruntamen ille Romanus quotam penſionis clerico illam ſibi ſoluenti recompenſare tenetur: ſimulque ad damna inde illata clerico reſarcienda manet obnoxius. ¶Atque clericus iſte ſic deceptus (ſic ibi tradente Corduba) ſi prouiſionis regalis literis à ſe impetratis munitus, quia literis apoſtolicis, ad præfatam penſionem ſoluendam citatus erat, literis monitorijs Papæ, vel executorialibus ſententiam declaratoriam excommunicationis iam incurſæ non continentibus ſe oppoſuit, non animo impediendi, vel fruſtrandi prædictas literas: ſed ad interim intercipiendam, ſeu remorandã executionem, quouſq; nouam ſupplicationem exhibendo ante Papam eum de rei veritate certiorem faceret. Dummodo in rei veritate prædictam ſupplicationem, informationemque proſequatur ante papam, vel ante iudices curiæ Romanæ: non ideo cenſuram duodecimi caſus cœnæ Domini cẽſendus eſt incurriſſe: quia quatenus ad hoc attinet culpa caruit. Nam illo duodecimo caſu excipitur, ſic, niſi huiuſmodi ſupplicationes coram nobis, & ſede apoſtolica legitimè proſequatur. Nam ſi aliter talibus literis obſtitiſſet, neque ſubterfugere claram culpam poſſet, incurriſſetque tunc excommunicationem cœnæ Domini reſeruatam Papæ omnibus eſſet planum. ¶Ad abſolutionem autem excommunicationis Bullæ cœnæ, niſi exprimat, non ſat eſt diploma cruciatæ. Quod ſi in ſententia declaratoria continetur ſententia excommunicationis fulminata & reſeruata, nouo alio vigore vigebit, iuxta tenorem ſuum, qui exactè veniret conſiderandus. ¶Sed ad caſum, quo refertur, clericum iſtum, & bullam papalem è manu clerici alterius prædicto animo extorſiſſe, illumque percuſsiſſe, dicitur, quod ſi talis percuſsio loco publico non accidit, vbi concurſus erat perſonarum, vnde reſultare notabile ſcandalum potuiſſet, grauis non videtur interceſsiſſe percuſsio, aut iniuria, ac ſubinde excommunicatio: ideo incurſa reſeruata non videtur fuiſſe papæ, ſed ab ea ab ordinario, ſcilicet, ab epiſcopo ſuo abſolui poterit, vel à Vicario generali eius vice fungente ad abſoluendũ iuxta caput peruenit. de ſenten. excommunica. Vide Syluestrum, abſolutio 4. in primo notabili, & notabili 3. & in primo dubio. ¶Tandem aduertat talis clericus, cũ alterius clerici percuſſor fuerit manifeſtus, ſi adminiſtrauit ſacramenta, cum in excommunicatione ea ad-

*Quæſtio. An ſoluenda eſt penſio non conferenti beneficium. Corduba. — Nauar. — Reſolutio. — Nota, circa concurrẽtes ad regem cõtra literas ſubrept. — Nota, pro caſu continenti. — Syluest.*

ea adminiſtrauerit,ſuſpenſionem,vel irregularitatem incurriſſe, & ſacramentum confeſsionis,ſi in tali excommunicatione notoria percuſsionis diſpenſauerit,talem abſolutionem ſacramentalem irritam fuiſſe,

## CAP. CCXLIII.

*An capellanus non recitans fructus capellaniæ teneatur reſtituere. Et an beneficiatus homicida, aut publice criminoſus teneatur fructus reſtituere. Et an talis homicida ſecretus cum iactura graui teneatur abſtinere à celebrando.*

*Quæſtio.*

DEinde, quia materia de redditibus, ſeu fructibus eccleſiaſticis lata eſt, adhuc illa quæſtio ſupereſt hic ventilanda, vtrum capellanus in aliqua capellania inſtitutus,ſi diuinum officiū non recitauerit ad aliquam teneatur reſtitutionē fructuum. Quæſtio eſt,cuius meminit Corduba in tractatu de caſibus conſcientiæ, quęſtione 33. Ad quam reſpondeo, dicendum primo,quod ſi huiuſmodi capellania collatiua eſt,quippe quę autoritate apoſtolica,vel ordinaria inſtituta fuit, vt ſpirituale quoddam ius perpetuum deinceps eſſet in ſe, & quantum ad eam recepturum,ſiue iure collationis ſolo vel electionis,& confirmationis, ſiue per præſentationem, & inſtitutionem capellanus promouendus veniat: tunc beneficium eccleſiaſticum eſſe cenſetur. Atque hac ſubinde ratione huiuſmodi capellanus, vtpote beneficiatus,ad perſoluendum diuinum officium, ſicut & quilibet alius ſacris ordinibus initiatus tenetur.

*An capellanus non recitans tenetur reſti tu. fruct.*

¶Et quid,ſi diuinum officium omiſſum fecerit, nec recitauerit? Reſpondet Corduba pro rata temporis, quo diuinum officium omiſit, ipſum reſtituendi fructus obligatione teneri. Sed an integre ſint reſtituendi, poſtea venit dicendū, Quod autem propter omiſſum officium à beneficiato fructus reſtituendi veniant,ſancitum eſt in Concilio Lateranenſi ſub Leone Decimo.

*Quæſtio. Dictū. 1. Corduba.*

*Conci. Latera.*

2 ¶Secundo dicendum reſtat, ꝙ ſi capellania creata eſt, vel inſtituta per ſolū teſtatorem, donatoremve abſque diœceſani,vel Papæ autoritate:quia capellania collatiua non eſt,neque eccleſiaſticū beneficiū ad perſoluendū diuinum officiū eius capellanū non aſtringit,ſed ſolum ad explendū,vel expleri curandū miſſarū onus, quod ſubijt vbi capellania erecta fuit. Quod ſi aliquid

A huius muneris prætererit ad reſarciendum tenebitur, & ad nihil vltra. Ita Nauarrus in repetitione cap. quando de conſecratione, diſtinct. 1. capit. 20. num. 22. & in ſumma, capit. 25. num. 121. & 122. Ac proinde iuxta prædicta, tum interpretandum, tum etiam limitandum venit quod tradit Metina Cōplutenſ. de oratione,quæſt. 8. vbi agit de neceſsitate vocaliter orandi oratione publica, fol. 186. colum. 4.

*Nauar.*

*Metin.*

¶Ad hanc materiam de fructibus eccleſiaſticis accedit,& alia quæſtio talis, vtrum beneficiarius eccleſiaſticum obtinens beneficium,qui in voluntarium irruit homicidiū, B ſi quia irregularitatem inde ipſo facto contraxit,ipſo facto ipſius beneficij iacturam, amiſsionemque patiatur, vt etiam ſi homicidium occultum ſit, nec prodierit in publicum,adminiſtrando beneficium, eiuſq; percipiendo fructus eo potiri non poſsit tuta conſcientia.

*Quæſtio. Homicida an priuetur beneficio.*

¶Igitur abſolutio quæſtionis conſtat ex his pūctis. Primū enim ſit dictū,ſi huiuſmodi homicidij delictū tale ſit, quod vltra irregularitatē, quā inducit, excōicationē maiorē ſecum inuehit:ſicut ſi quis clericū neci dederit:tunc palàm eſt talem homicidā clericum inhabilem eſſe redditum: tum ad adminiſtrandum ordines iam à ſe ſuſceptos, C ac ad vlteriores ſuſcipiendos, & diſpenſanda,ſuſcipiendaque ſacramenta. Tum etiam incapax eſt ad beneficia eccleſiaſtica obtinenda,& impotens quoque ad ea conferenda ratione incurſæ excommunicationis, neque de hoc quiſquam ambigit.

*Reſpon. Dictū. 1.*

¶Secundo hoc adijcimus, quod ſi homicidium voluntarium eius generis non fuit, vt præ ſe ferret alicuius excōmunicationis incurſum: ſicut re vera occidiſſe ſecularem non eſt crimen cum excommunicatione coniunctum, huiuſmodi inquam homicidium, etiam publicum,vltra mortale, ſola labe irregularitatis D homicidam inficit:propter quam impos efficitur, tum ad adminiſtrandum in ſuſceptis ordinibus:tum ad vlteriorum promotionē. Verum non ipſo facto beneficio ante poſſeſſo priuatus manet homicida clericus ante ſententiam,etiam ſi curam habeat annexam animarum, licet ex tali culpa homicidij incapax effectus ſit, & inhabilis ad beneficia eccleſiaſtica denuo obtinenda, vſquequo ſuper hoc diſpenſationē obtineat:vt expreſsè inquit Corduba de caſibus conſcientiæ,quæſtione quadrageſima prima, decretum hoc habetur,capit. Henricus,de clericis pugnantibus in duello,& in capit. ex literis. de exceſsibus prælatorum. Et quia ſecundum Nauarrum 2

*Corduba.*

*De exceſ. prælat.*



capitulo vigeſimo ſeptimo, numero 249. nulla irregularitas inducit priuationē beneficij iam quæſiti ipſo facto, quæ videtur eſſe ſententia Innocentij in cap. cum noſtris de conceſsione præbendarum communiter recepti,& vbique,& probatur per caput. clericis,ne clerici,vel monachi, verbo. Priuetur, quod probat irregularitatem ex homicidio natam non inducere illam priuationem cum illa ſit potiſsima,argu.cap. miror. 50. diſtinctio. ergo à fortiori eam non inducent aliæ,licet omnis irregularitas præcedens collationem, ipſam ſubſequutam annullet ipſo iure. At licet alias collatio facta B criminoſo irretito crimine non inducente irregularitatem valida ſit,ſed facta criminoſo implicato crimine eam inducente,non valet argumen.cap.fina.de tempor.ordin. Et hæc eſt verior reſolutio illius arduæ quæſtionis controuerſæ à multis, an collatio facta criminoſo valeat.

*De exceſ. Præl. Nau. Innoc.*

*50. Diſt.*

Sed quis poſsit diſpenſare cū homicida voluntario circa hoc memini me legiſſe in ſumma lati. Nauarri,capitulo vigeſimo ſeptimo,numero 246. quòd poſt Concilium Tridentinum,ſeſsione decima quarta,capitulo ſeptimo de reformatione,nō poteſt epiſcopus diſpenſare cum homicida voluntario ad vllos ordines, neque ad vllum beneficium etiam ſimplex,vt diſponitur capitulo ſeptimo,quamuis cū alio poſſet diſpenſare quoad ordines minores iuxta notata in cap.ad audientiam, & etiam ad beneficium per cap. 2. de clericis pugnantibus in duello.ſecundum Anan. ibidem. Modo ſit ſimplex iuxta Panormitan ibidem, & Feli. in dicto capitulo ad audientiam,& etiam ad retinendum curatum iam obtētum, licet nō ad obtinendum,iuxta Decium in capitulo. At ſi. §. primo de iudicijs numero. 16. cōcordantem ſic opiniones contrarias.

*Quis diſpenſ. cum homicida volūtario.*

*Panor. Felin.*

*Decius.*

¶Sed ſi quærat aliquis,quale ſit huiuſmodi homicidium voluntarium,ſuper cuius irregularitate, diſpenſandi poteſtas excipitur in omnibus facultatibus diſpenſandi ſuper irregularitate factis tam ſummo pœnitētiario,quam legatis cruciatarum commiſſarijs,& quibuſuis alijs, Reſpondetur, eſt homicidium authore Nauarro illicitum intentum ſeu volitum in ſe ſaltem ęquipollenter. Tunc autem æquipollenter eſt volitum in ſe,quando licet non ſit volitum in ſe, neque in ſe intentum, eſt tamen volitum in cauſa adeò propinqua morti, vt moraliter vix ſint compatibilia velle illam cauſam,& nolle occidere. Cuiuſmodi ſunt nolle occidere,& velle venenum mortiferū propinare,

*Quæſtio. Quale ſit homicidiū volūtariū quod reſeruatur papæ quo ad irregular. Reſp. Nauarrus contra. Caiet.*



A & ſimiliter ferire pūctim circa præcordia, vel circa caput etiam cęſim lædēdo, vel perforando piam matrem cerebri, nolleque interimere,contra Caietanum ſecunda ſecundæ,quæſtione ſexageſima quarta, articulo finali, dicentem homicidam voluntarium etiam eſſe,qui ſine animo occidendi id facit, ex quo,vt in plurimum ſequitur, mors illa ſubſequuta. Sed de his ſatis. Quia Nauarri ſententia vera eſt quoad reſeruationem, vel negationem diſpenſandi cum homicida voluntario. Quæ diſpenſatio videtur excepta in conceſsionibus diſpenſandi ſuper irregularitate conceſsis à papa. Sed de his poſtea ſuo B loco latius ſumus dicturi. Nam hæc per parenthesim dicta ſunt, quò intelligentiam ad caſum in quo clericus homicida tenetur, aut non tenetur reſtituere fructus beneficij habiti,captaremus.

Præterea ſupradictæ connectenda videtur tanquam illi affinis & illa dubitatio, vtrū ſi clericus homicida occultus ſine diſpenſatione de nouo, poſt tale homicidium occultum,obtineat beneficium,fructus eius faciat ſuos. Igitur quia quæſtio hæc cuius meminit Corduba loco proxime citato,ex altera hac dependet,iam prima hæc expedita eſt quæſtio,ſcilicet,quòd collatio beneficij facta C criminoſo implicato crimine inducente irregularitatem non valet. Cum ergo ſecundum Cordubam,verior opinio ſit contra Caſtrū de lege pœnali,& communiter contra illum teneatur,vt idem Cordub. longe lateque in primo libro ſui quæſtionarij tradit,quæſtione trigeſima quinta, quòd talis homicida etiam occultus ipſo facto irregularis ſit, ſequitur,quod beneficium ſaltem curatum obtinere non poſsit,vt patet cap. finali. de temporibus ordinat. quia nemo ad id officij aſſumi poteſt,quod exercere nō valet, & quia beneficium datur propter officium, ſequi- D tur collatio facta homicidæ nulla ſit. Huic enim ſententiæ ſuffragatur concilium Tridentinum,capitulo ſeptimo, diſtinctione decima quarta,diffiniens de homicida occulto quòd nullo tempore poſsit ad ordines promoueri,nec illi aliqua beneficia eccleſiaſtica etiam curam non habentia animarum conferri liceat,ſed omni ordine,& beneficio, & officio perpetuo careat. Quæ quidem ratio etiam militat in irregularitate quocunque delicto contracta, ad quod facit capitulum ſi celebrat. de clerico excommunicato, vel depoſito cum eius gloſſa, licet quoad diſpēſationem non parum interſit, quia irregularitas homicidij reſeruata eſt papæ, cum ii qui-

*Quæſtio.*

*Quæſtio. An homicida poſt obtinens beneficiū fructus ſibi appropriet. Cordub. Caſtrus.*

*De temp. Ordi.*

*Conc. Trid.*

quibuſdam alijs diſpenſare poſsit ordinarius maxime,ſcilicet,in occultis.

*Reſolut.*

Reſolutorie iã ergo duo concludamus.Primum, quòd homicida occultus,dummodo excommunicatus non ſit,cum beneficio ante homicidium poſſeſſo priuatus nõ maneat,fructibus eius poterit potiri:cum ante ſententiam condemnationis in ſe à iudice latam titulo nõ careat, vt in ſuo quæſtionario, libro primo, quæſtione trigeſima ſexta,Corduba docet.¶Cęterum,vt huiuſmodi fructus citra ſcrupulũ in ſuo miniſtrando miniſterio poſsit lucrari, in diſpenſationem petendi mora nõ ſit, neceſſe eſt.Quæ quidem diſpenſatio,vti dictum eſt,reſeruata eſt papæ; interimque dũ eam obtinet fructibus frui poterit. Secundum à nobis hic reſolutorie concluſum eſt, quòd ſi poſt homicidij delictum Romæ facta eſt collatio beneficij,ſtylus curiæ Romanæ inualuit,vt ſimul in cẽſuris diſpẽſetur,vt collatio teneat,ideo cum diſpẽſatione manebit tutus,poſtquã per diſpenſationẽ obtẽtã à papa irregularitas ſublata eſt,atq; habilitatus mãſit.

*Quæſtio.*

¶Porro, quoniã hic adijciet quis dubitare, vtrum cũ ſentẽtia excõmunicationis aliquis ſit innodatus reſignat in manus papæ vel diœceſani in ſuum fauorem beneficium,ſi antequam ſibi fiat collatio,abſolutionem ab excommunicatione obtinuerit, an collatio ſit valida,quatenus eius fructus ſibi poſsit facere proprios.

*Nota vſus et cautela Rom.*

Dicitur cum Corduba eadem ſupracitata quæſtione, collationem plane fuiſſe validam, ſi tempore collationis iam ab excommunicatione abſolutionem obtinuerat.Nam huius rei gratia in curia Romana prius præmitti ſolita eſt cenſurarum abſolutio, diſpenſatioque ſuper eis, vt collatio ſuum ſortiatur effectum.

*Quæſtio. An excõmunicatus occult. poteſt celebrare.*

¶At talis homicida occultus,vel irregularis occultus, vel excommunicatus ſecretus cauſa vitandi grauem iacturam rerum ſuarum,vel honoris,vel perſonæ, dum non ſit in mora petendæ abſolutionis, vel diſpenſationis,poteſt præuia contritione, & confeſsione peccatorum quamuis non abſoluatur à confeſſore,quia obſtat cenſura excommunicationis reſeruata ſuperiori abſenti, celebrare,tum ſine culpa mortali,tum etiam ſine incurſione aliqua irregularitatis. Reſpondeo quòd ſic.Quia ſicut iugum Domini ſuaue eſt:ita & mandata eccleſiæ nolentis cum tam graui iactura obligare,piè ſunt interpretanda,vt nimis grauia non ſint.Ita Corduba quæſtione. [illegible] limitans opinionem aliorum ait ei expreſſe ſubſcribere Nauarrũ in

*Cord.*

ſumma,capitulo vigeſimo ſeptimo, numero.239. & ſupplementum. Quibus accedit Sylueſter,verb.Euchariſtia.2. quæſtione ſeptima. Caſtro quoque de lege pœnali, libro ſecundo.capitulo vltimo, concluſione ſecũda,& alij doctores plures hanc ſententiam ſequuntur.Et licet Sotus huic fauere videatur, tamen magis videtur inclinare in illam opinionem, quam expreſſe ſuſtinet Couarruuias in capite Alma mater.de ſententia excommunicat.par.1.§.2.numero vndecimo, folio,23.&.24.Vbi ait,talis occultus homicida,vel excommunicatus cauſa vitãdi prædictam grauem iacturam non poſſet celebrare miſſam, neque ſacramenta adminiſtrare, etiam præuia contritione;quia ante abſolutionem & diſpenſationem indignus eſt,quia cenſuris ligatus eſt,ac proinde iure naturali celebrare & adminiſtrare ſacramenta prohibetur.Cum hac licet non expreſſe videtur concordare Sot. in quarto,diſt.12.ar.4.&.d.decima octaua,quæſtione ſecunda, articulo quinto & Meti.Sed tute poteſt teneri oppoſita,prout ſupra eſt limitata,dum abſit fraus & fictio contra Met. in ſua inſtructione. Hæc ſuperaddidimus aliqualiter extra lineam;ſed non multum diſſona ſunt à fundamentis,& principijs eius materiæ,quam tractabamus,ſcilicet,vtrum,quia collatio facta irregulari eſt nulla,quia ſua munia nequit obire,ideo fructus non faciat ſuos.

*Nauar. Supplem. Syluest. Caſtrus Sotus. Couarr.*

## CAP. CCXLVIII.

*An reſignantes in caſibus hic contentis,poſſint aliquid fructuum percipere;Et an accipiens ſolum titulum, abdicatis à ſe fructibus,teneatur recitare diuinas horas; Et an non percipiens fructus, ſiue percipiens teneatur recitare;ſi non poteſt per ſe, per alium,vt pueri.*

*Quæſtio. An reſignans poſſit aliquid fructus percipere.*

QVia nollem aliquam difficultatem præteriri,quæ ad hanc materiam de fructibus attineat;huc etiam illam quæſtionem aduocare libet, quam etiam Corduba in additionibus ad caſuum conſcientiæ tractatum, pertractat. quæſt. 166. An canonicus, qui iuxta ſanctionem Pij quinti reſignauit beneficium curatum in fauorem Petri,quia in eo reſidere non poterat,accepitque in penſionem fructus beneficij.15.aureorum valorem attingentes, ex





beneficij ſeruitio, atque primitijs.40.aureis tantum reſignatario remanentibus,poſsit tales fructus cum ſub iſta conditione reſignauerit,percipere.¶Et ne in re alioquin prætacta immoremur,dicimus ad quæſtionẽ ſuccincte,Quod ſi literis non expeditis,canonicus reſignans impoſuit, accepitque penſionem,cum literæ adhuc expeditæ non eſſent quia eas papa concedere renuit,quia talis canonicus reſignans,ante huiuſmodi expeditionem literarum percipere penſionem non valuit,nec reſignatarius in quem reſignauit, eam potuit impendere;ambo ſimul, & excõmunicationis ſententia,alijſque cenſuris, & pænis,in proprio motu Pij quinti, qui incipit,Intolerabilis,fol.45.propriorum eiuſdẽ motuum contentis, ſe implicarunt.

*Reſp. Pius.5.*

Subſequenter vero tanquam corollarium adiungimus primo,quod in practica, & in regulis cancellariæ habetur primo,quod papa prouidente denouo beneficium aliquod, niſi valor annualis fructuum exprimatur,talis prouiſio neuti quam valet.Secus eſt in renunciationibus cum penſionibus dandis in fauorẽ renunciantium.Nam tunc,quia in præiudicium conſentientium eſt tantum,etiam ſine expreſsione valoris talis conceſsio,ſeu prouiſio papæ valet.

*Coroll. Practica ex regul cancell.*

2 Secundo aduertimus, & aliam regulam inter regulas cancellariæ cõtineri,ſcilicet,quod etiam non expeditis literis ex eo tempore,quo papa conceſsit petitam penſionem,vel reſpondit, fiat, penſio ſic conceſſa,& percipi à penſionario poteſt intra menſes tot.At poſt tranſactos tres mẽſes penſio percipi non poteſt,niſi expeditis, extractiſque literis,& bullis ad eam penſionem percipiendam.

*Regula cancell.*

*Quæſtio. An reſignãti liceat acciper. penſ.*

¶Hinc patet,quid etiam dicendum ſit, & ad illud dubium,& caſum,vbi proponitur. Petrum beneficium curatum reſignaſſe in Ioannem cum conditione de ſibi penſione ſoluenda.Quia reſpondemus,quod ſi nullus interceſsit bullarum papæ conſenſus ad dictam penſionem conſtituendam,& ferri nequit;& ambo præterquam, quòd ſententia excommunicationis manent innodati, ipſo facto priuati beneficio,& inhabiles ad illud, & ad alia beneficia efficiuntur vt patet ex prædicto motu Pij quinti,intolerabilis, anno Domini. 1569.Si autem authoritas interceſſerit papæ,nemini dubium, quin & talis penſio,& ferri,& conſtitui poſsit. Sed qui pollicitus eſt ſe impetraturũ bullas,neq; impetrauit, ſi aliqua inde alteri reſignanti ſic ſubſequuta ſunt damna,vel penſio ſine licẽtia papæ recuperata ſit,& talia damna dam-

*Pius.5.*



num paſſo,ex eo,quod alter in mora impetrandi bullas fuit,reſarcienda ſunt, taliſque penſio iam ſoluta eſt reſtituenda beneficio, vnde extracta fuit. Vide circa hæc Syluestrum,verbo,Pactum.quæſtione quarta, & quæſtione quadrageſima quinta,& reſtit.2,§.decimo tertio,vſque ad decimum ſeptimũ & reſtit.3.quæſtio ſecunda,vide Cordubam de hac materia,quæſtione.165.

*Syluest.*

*Quæſtio. An ſolũ titul. obtinens teneatur ad horas.*

¶Non inepte hic à nobis aſcita eſt,& hæc quæſtio,de qua variatur inter graues doctores,an beneficiatus,qui ſolum recepit in ſe beneficij titulum,abdicatis à ſe fructibus, ratione tituli beneficij tantum teneatur ad perſoluẽdas horas.An vero qui omnes fructus ſibi percipiẽdos reſeruauit ad id munus perſoluendi horas ſubeundum teneatur. Circa quam quæſtionem duæ verſantur opiniones oppoſitæ,Altera Caiet,in ſumma,verbo.Horæ canonicæ,& Soti de iuſtitia & iure, libro decimo,quæſtione quinta, articulo tertio, & aliorum,ex vna parte aſſerentium receptionem ſolius tituli ſine fructibus,nõ obligare intitulatum ſic ad perſoluendas horas canonicas.Et altera,quæ eſt Syluest. verbo, Horæ,quæſtione ſecunda,& Metinæ de oratione,quæſtione nona; ex oppoſito tenẽtiũ, talem beneficij ſolo titulo potientem, ad onus perſoluendi horas canonicas eſſe aſtrictum.

*Caiet. et Sot. tenent Cont. Sylu. et Meti.*

Inter has opiniones Nauarrus in ſumma cap.35.nu.103 & 104.non ſine exacta conſideratione, & bene concordare nititur prædictos inter ſe diſsidentes doctores: cui in hac concordatione ſubſcribit Corduba in quæſtione.186.in additionibus ad tractatũ de caſibus conſcientiæ.Concordia,reſolutioque quæſtionis ſtat in hoc, ſcilicet, quòd opinio Soti Caietanique eſt vera,quando intitulatus taliter in ſolum titulum beneficij conſenſit,vt per authoritatem papæ reſignator beneficij reſeruauerit ſibi omnes fructus pro penſione ſimul cum ſeruitio,& cum tota adminiſtratione beneficij: tunc quia ſola videtur hic interuenire via regreſſus poſt renunciantis mortem,ſolus renuntiator ſic beneficij tenetur ad onus recitandi canonicas horas,& non intitulatus iſte,qui ſolum obtinet titulum.Quia qui ſubit onus,debet percipere & commodum;& è contra,qui commodum reportat,portare quoque debet & onus.At vero ſecunda opinio oppoſita Metinę,& Syluestri verum habet in caſu,quo intitulatus iſte in ſolam reſeruationẽ fructuũ in reſignantem conſenſit,ſi ſimul cum titulo poſſeſsionem obtinuit,& adminiſtrationẽ, vel ſi nõ obtinuit,ſi per ipſum ſtetit, quomi

*Concordant doctores. Nau. Cordubá.*

ſius obtineret talē & poſſeſsionē,& adminiſtrationem. Quia ad perſoluendas horas, in hoc caſu aſtringitur intitulatus hic;quia Papa in bullis ſolitus eſt id oneris imponere; ꝙ qui recipit fructus pro penſione, onera eccleſiæ, vel beneficij ſubeat. Cum autem in hoc caſu intitulatus hic aliquos fructus percipiendi ius habeat;quia adminiſtrare tenetur,inſeruireque beneficio,licet illos fructus non percipiat,quia tamen in culpa eſt, & in cauſa quòd illos non percipiat : quia illos, vel remittit,vel non exigit,ideo à perſoluendi diuinum officium,& horas onere,obligationeque non excuſatur.

*Opinio media Nauarri.*

Et hæc opinio media Nauarri concordans ſic alias extremas, potior eſſe videtur. Et quia certe ratione tantum ſolius tituli beneficij , vt bene aiebant Sotus, & Caietan. non tenetur intitulatus ad horas,in caſu,quo concurrant hæ limitationes. Quas adijcit Nauarrus , ſcilicet , ꝙ non poſsit intitulatus per ſe,neque per aliū percipere fructus,neque ſit in culpa , quod pro tunc non percipiat,neque in poſterum ſit eoſdem beneficij fructus recepturus,tanquam debitos pro eo tempore,quo eos non tulit. Quas limitationes animaduerſas vult eſſe Corduba ; quia deſeruiunt , inquit , ad multos caſus.

*Cord. Corolla.1. Pueri beneficiati an teneantur ad hoc.*

Hinc ſequuntur notabilia hæc veluti corollaria. Primum,quod pueri beneficio intitulati , & ſimiliter familiares , vel amici,pro quibus cum ſint beneficiati eorū patres,heri , vel amici fructus beneficij capiunt,tenētur ad canonicas horas recitandas tenentur,inquam,non minus, quam ſi ipſimet fructus caperent,regula qui, per alium. lib.6.

*De regul. Iur. Sotus. Meti.*

Accedunt huic ſententiæ Sotus & Metina aſſerentes , quòd huiuſmodi pueri non initiati ſacris obtinentes beneficia requirentia miniſteriū,ex quo parentes pro ipſis fructus capiunt tenentur ſi per ſe præ ætate ad recitandas horas inhabiles ſint , ſaltem per ſubſtitutum,ſicut inſeruire beneficio,ita etiā perſoluere diuinum officium .

*Corollar.*

Secundum, quod ex prædictis ſequitur,quod habēs beneficium,vel aſſequutus beneficij titulum, quamuis non niſi diſtributiones quotidianas capiat,ad officium diuinum exoluendū tenetur iuxta Nauarrum & Cordu. locis citatis,etiam ſi tam tenues ſint beneficij fructus,quod ad beneficiati ſuſtentationem inſufficientes ſint.

*Nau. Cord. Corol.3.*

Sequitur ex prædictis tertiū,quod impediti cenſuris,alias ante cenſuras intitulati,qui ſi vellent procurare cenſurarum poſtea incurſarum abſolutionē, poſſent & inſeruire beneficio, & eius accipere poſſeſsionem , quam illucuſq; nō obtinuerant;etiam ſi propter cenſurarum obſtacula, fructus beneficij nec in toto, vel in parte ferant,ad perſoluendum diuinum officium manent obnoxij.

*An litigans pro beneficio tenet. recitare. Nau. Et.Cord. Sotus. Palu.*

Sequitur quartum corollariū quòd ſi beneficiarius litigaret,& habita ſententia fructus ſequeſtratos, aut ab aduerſario perceptos obtinere deberet,quamuis poſſeſsionem non accepiſſet,neque accipere poſſet ſecundum Nauarrum,& Cordub. vbi ſupra & ſecundum communem ſententiam doctorum,contra Sotum,& Paludem,& Cardin. ſancti Siſti. Quibꝰ,quia magis ſunt Theologi,& hæc materia canonica eſt, non tantū in hac parte eſt aſſentiendum , quantum canoniſtis cæteris paribus ; quia fructus percepti ſaltem poſt litem conteſtatam debentur vero beneficiario,ſi vicerit. Quamuis cōtra poſſeſsionem de proprietate litiget:tenetur interim ad perſoluendas canonicas horas. Quia quòd litiganti etiam contra poſſeſſionem de proprietate debeantur fructus,tā in rebus ſpiritualibus, quam profanis deciſio eſt Rot.24.in nouis , per notata in cap. grauis,& per Innocentium in cap. in literis de reſtitutione ſpoliat.& lege.certum. C.de rei vendicatione. & lege. & ex diuerſo. ff. eod.

*Deciſio Rotæ. Innoc. Cord. coroll.5. An ſi oēs fructus confer. in penſ. ten. recit.*

Hinc infertur corollarium quintum ſecundum Nauarrum, ſcilicet , non excuſari ab officio diuino perſoluendo eum, qui in penſionem omnium fructuum conſenſit ei, qui in ſuum fauorem beneficium renuntiauit,prout quotidie fit , quia vere beneficiarius eſt,& poſſeſſionem beneficij habet , aut per eum ſtat quominus eā habeat, & ſi vult aliquotam partem fructuum poteſt ſibi capere,quia poteſt inſeruire beneficio , & ad mercedem ſui ſeruitij cogere eum,cui omnes fructus ſunt reſeruati. Fructus autem ſolū intelliguntur,qui deductis oneribus,reſidui inueniuntur,l.fructus.ff. ſoluto matrimonio, cum notatis ibi.& Felin.in capi.ad noſtram. de iureiurando,ſed non teneretur ratione ſolius tituli,vt diximus,ſi conſenſit authoritate Papæ,vt renuntianti omnes fructus , & omne ſeruitium , & adminiſtratio beneficij reſeruarentur. Quia is cum nihil poſsit percipere,neque poſsit ſeruire,nolente penſionario,nulla ratio expoſcit,vt eum ad perſoluēdas horas obligemus, quæ ſecundum Nauarrum,concluſio eſt quotidiana, & ſingularis.

*Regula gener.*

Adde vniuerſaliter , quod omnis beneficiarius, per quē ſtat , quominus capiat fructus ſiue,quia non vult capere poſſeſsionem,aut reſidere,non obſtante,quod fructus nō percipiat ſua culpa,nihilominus,tenetur ad perſoluendas horas.

*Corol.6.*

Sequitur ſextum,quod ante diximus,ſed gratia ſeruandi ordinis , hic iterum repetimus , quod capellaniæ collatiuæ,cuiuſmodi ſunt authoritate apoſtolica,vel ordinarij inſtitutæ eo fine,vt iure ſpirituali,immunitateque eccleſiæ ſint gaudentes,ſiue ſint per præſentationem,ſiue per collationem,ſeu electionem prouidendæ, bene capellanos aſtringunt ad diuinum officium perſonaliter recitandum,licet huiuſmodi capellis inſeruiant per alios. Secus eſt, ſi loquamur de capellanijs authoritate apoſtolica, vel ordinarij nō inſtitutis: ſed ſolum à donatoribus,vel fundatoribus , ſeu teſtatoribus priuata authoritate erectis. Quia hæc capellaniæ nec collatiuæ ſunt,nec eccleſiaſtica beneficia,vt pote quæ titulo eccleſiaſtico carent; quare nullam obligationem recitandi diuinum officium ſuper ſuos capellanos inducunt.



## CAP. CCXLV.

*Vtrum præſtimoniarij,& penſionarij non recitantes diuinas horas teneantur reſtituere fructus;& quotam partem pro qualibet omiſſa hora,& cui eſt reſtituendum tūc;Et an curati & alij beneficiarij in alijs etiam miniſtrantes non recitantes teneātur integros fructus reſtituere.*

*Queſtio. An penſionarij et præſtimoniales ten. ad horas.*

PRocedentes vlterius ad ea omnia dubia,quæ de redditibus eccleſiæ,veniunt enodanda:in medium illud antiquum dubium adducimus , an præſtimoniarij præſtimoniales portiones habentes,& penſionarij,ſub pœna amiſſionis fructus,ſeu potius ſub conditione eos amittendi teneantur perſoluere diuinum officium.

*Cord.*

At Corduba quidem in quæſtione. 187. in additionibus ad tract.de caſibus conſcientiæ, memor huius dubij,ad illud ait opinionem ſui magiſtri Metinæ negatiuam eſſe magis communem, approbatamque eſſe per practicam,& conſuetudinem,ſcilicet,quod penſionarij non teneantur ad horas ſecundum omnes, ſed neq; præſtamiſtæ habentes titulum præſtimoniorum. Sed circa præſtimonia contrariam ſententiam,quæ vera eſt,tuetur Sotus, quia in cap.quoniam de conceſſione præbendæ in ſexto cō numerantur inter beneficia eccleſiaſtica,beneficia habentia titulos eccleſiaſticos.

*Sotus. Extrau. Pij.5.*

Cuiuſmodi ſunt,inquit Sotus,præſtimonia:& quia licet inſtituta ſint pro ſtudio, ſed non ſine onere horas recitandi. At iam per extrauagantem Pij quinti, quæ incipit. Ex primo. Lateran. Concil. cuius tenorem excepit Nauarrus ſuma Latina.cap. 25. num. 122.concertationi doctorum ſuper hac quæſtione ſilentium impoſitum eſt,vbi hæc per ordinē diffinita continentur.

*1 Conc. Later.*

Primum,quod quia ex Lateranenſi concilio primo pia , & ſalubris ſanctio emanauit, vt quicunque habens beneficium eccleſiaſticum cum cura,& ſine cura,ſi poſt ſex menſes,quam illud obtinuerit diuinum officium legitimo ceſſante impedimento non dixerit,beneficiorū ſuorum fructus pro rata omiſſionis officij, & tēporis ſuos non faciat:ſed eos tanquam iniuſtè perceptos in fabricas ipſorum beneficiorum,vel pauperum eleemoſynas,erogare teneatur. Et quia multorum animi ſuſpenſione tenebantur,cuiuſmodi ratæ prædictæ ratio ſit habenda.

*Rata amittenda.*

Ideo in ſequentibus huiuſmodi ratæ amittendæ euidentem rationem reddit dicens:Statuimus,vt qui horas omnes canonicas vno,vel pluribus diebus intermiſerit, omnes beneficij , ſeu beneficiorum ſuorum fructus,qui illi,vel illis diebus reſponderent ſi quotidie diuiderentur;qui vero matutinū tantum dimidiā ; qui cæteras omnes horas aliam dimidiam;qui harum ſingulas,ſextam partem fructuum eiuſdem diei amittat.

*Præſtimoniarij oblig. ad horas.*

Secundo in prædicta extrauaganti continetur præſtimoniarios teneri ad recitandum diuinum officium,contra Cordubam , & contra alios deobligantes præſtimoniarios præſtimonia obtinentes à recitandis horis. Quare cum tenor illius extrauagantis eos obliget ſic diffiniendo. ſcilicet; Declarantes præſtimonia,præſtimoniales portiones,& qualiacunque alia beneficia etiam nullum omnino ſeruitium habentia obtinentes cum prædictis pariter contineri,id eſt,declarat extrauagās tales pro rata omiſsionis officij& temporis ſuos non facere fructus,ſed eos tanquā iniuſte perceptos in fabricas ipſorum beneficiorum,vel in pauperum eleemoſynas erogare teneri.

*Exploſa eſt iam cōtrouerſia.*

Ideo iam exploſa eſt in hac parte omnis ante habita inter doctores controuerſia. Vnde iſti pro matutinis intermiſsis dimidiam partem,pro cæteris omnibus alijs ſimul omiſsis horis aliam dimidiam , & pro ſingulis ſextam partem fructuum amittunt,

*Quæſtio. An penſionarius te. recitare.*

¶ Præterea de penſionarijs,quia communis circunferebatur inter doctores opinio, quod ad nullas horas dicendas tenebantur, iam & opinio hæc in parte exploſa quoque eſt per ſanctionem Pij, 5. qui in fine prædictæ extrauagantis ſic diffinit. At quicunque penſionem,fructus,aut alias res eccleſiaſticas,

*Reſp. Vtique horas de domina minor.*

cas, vt clericus percipit, eo modo prædicto A
ad dicendum officium paruum Beatæ Ma-
riæ Virginis decernimus obligatum, & pen
ſionum fructuum, rerumque ipſarum amiſ-
ſioni obnoxium. At exiſtimo, ideo ſignan-
ter dictum fuiſſe de quocumque, qui vt cle-
ricus penſionem percipit; quia ſi quis titulo
ſæculari, vt quia coniugatus pauper eſt, obti
nuit à Papa penſionem, hunc ad recitandũ
officium virginis, virtute huius extrauagan

*Quæſtio. An fructus ob omiſſ. horas ſint reſtit. et cui.*

tis non cenſeo obligatum. Sed iam ex prædi
ctis innumera pullulant dubia. Primo, an il-
lud caput. ſtatuimus, Concilij Lateranenſis B
ſub Leone. 10, habiti. Seſſio. 9. §, ſtatuimus.
vbi ſtatuitur, vt nemo beneficium curatum,
aut ſimplex habens, qui elapſis. 6. menſibus
ab eius conſequutione, ſine legitimo impedi
mento officium diuinum recitare omiſerit,
pro tempore, quo recitare omiſerit, fructus
ſuos faciat, obligationem eos reſtituendi in-
duxerit in fabrican beneficij, vel in eleemo-

*Reſp. Nauar.*

ſynas pauperum. ad quam quæſtionẽ reſpon
dendo Nauarrus ſum. Latina. c. 25. nũ. 122.
1 ait ex extrauaganti iſta Pij. 5. conſtare præ-

*Ex trauag Pijs. 5. cõtra Sot.*

dictum, §. ſtatuimus Concilij Lateranenſis
habuiſſe, & habere vim obligãdi. Vnde hinc C
notat reprobari opinionem Soti, & non nul
lorum dicentium, non obligare prædictum.
§. ſtatuimus, approbarique opinionem, quã
antea ſolitus erat Nauar. habere contrariam.
Quare ex dicta extrauagãti Pij, 5. ad perpe-
tuã rei memoriã infert Nauarrus. ibi, verum
eſſe, quod dixerit declarando prædictũ. §.
in dicto ca. quãdo. notabili. 7. num. 32. ſcili
cet, quod prædicta reſtitutio fructuum non
eſt neceſſario facienda fabricis eccleſiarum,
vbi ſunt beneficia, ſed ſatis eſt eos fructus
2 largiri pauperibus. Deinde ſecundo infert

*Conſolatio paup. ſtudent.*

id, quod ibi intulerat: & quo nõ ſemel ſe cõ-
ſolatũ fuiſſe dicit aliquos ſcholaſticos pau-
peres, qui ob omiſsionẽ horarũ recitandarũ D
fructus ſuorũ beneficiorũ amiſerant, ſcilicet,
quod ſatisfacit huiuſmodi obligatus, ſi ſaltẽ
de cõſilio cõfeſſarij; ſic capiat eos fructus ſi-
bi tanquã ſi vni de pauperibus daret, qui ad-
dãdum aliquid pauperibus teneretur. Tum
quia poteſt illud ſibi accipere, tãquam vnus
ex eis, ſi vere talis eſt, ſaltem vt dictũ eſt de
conſilio confeſſarij, & quoad forũ cõſcietiæ,
prout tradit Bald. in l. id quod pauperibus,
quæſt. 22. C. de epiſcop. & clericis. Cald. cõ

*Bal.*

ſilio. 39. de teſtamẽto. Anch. in conſilio 84.
3 domina Apollonia. Tertio addit. ꝙ non ſuf-

*Ex diſtribut. accep.*

ficit reſtitutionem prædictam facere fabri-
cæ; vel pauperibus, quando reſtituenda ſunt
lucrifacta per diſtributiones quotidianas,
A quæ debentur ijs, qui horis illis diebus, in
quibus illi non recitarunt interfuerunt qui-
bus accreſcunt per caput primum, de cleric. *De cler. nonreſi.*
non reſidentibus. lib. 6, cum ei adnot. & non
ſufficit dari pauperibus, quod debetur alteri,
arg. capit. ea te de iure iur. niſi quando igno-
ratur quis ſit, capit. cum tu. de vſur. vbi gloſ- 4
ſa ſic ait cum communi. Cui quarto corolla-
rie accedit, quod idem eadem ratione dicen-
dum eſſe videtur de fructibus eccleſiarum;
vbi eſt ſtatutum, vt fructus male percepti re
ſtituantur certis operibus pijs; quia iſtis ope
B ribus pijs, & non alijs fieri debet prædicta re *Sotus.*
ſtitutio. Adde etiam quinto, quod idipſum
ferendum eſt iudicium de quota, quam cor-
pus ſeu groſſam ca nonicatuũ vocant; quam
canonici ita lucrantur ratione ſuorũ canoni-
catuum, vt pars non lucrifacta ab vno, accre
ſcat alijs, & obueniens tẽpore vacationis nõ
reſeruatur ſucceſſori. Qualẽ regulariter nõ *Gloſſ.*
habet canonicus ſecundum gloſſam ſingul.
in cap. quod ſicut, de electione, verbo, cõſen
tire, ſed diuiditur inter ſuperſtites iuxta no-
tata in cap. relatum in. 2. de teſtamentis. Sex-
to eadem ratione idem dicendum videtur eo
C quod canonicus perdit ob excomunicatio-
nem, ſuſpenſionem, aut aliam quamcunque
cauſam; ſicut per hanc non recitandi; quia de
ſimilibus idem eſt iudicium cap. dudũ. 2. de
electionibus. Non tamen tenetur ad reſtituẽ
dum fructus beneficij, eo quod in peccato
mortali occulto, aut notorio fuerit. Tũ, quia
id nullo iure cauetur. Tum, quia licet An-
gel. teneat, quod ſic. verbo, quinto cleri-
cus. 8. §. Roſela tamen, & Syluester verbo.
clericus. 4. quæſtione. 24. tenẽt quod ob hoc
non tenetur. Quibus accedit Nauarrus, tum
per prædictum. §. ſtatuimus, quod id confir
mãt ſatis aperte, dum decernit beneficiariũ
qui omiſſam fecit recitationem horarum nõ
D teneri ad reſtituendum, quod primis. 6. men
ſibus à cõſequutione beneficij percepit. Per
ſpicuũ eſt autẽ illũ in peccato mortali noto
rio fuiſſe, ſi notorie omiſit, & ſi occulte in
occulto. ¶ Cæterũ, quia inter referendũ ex- *Quæſtio. An non recitans ad omnes fructus tenet.*
trauagantis Pij. 5. tenorẽ plura emergũt du
bia neceſſaria ſcitu, primo forte quis hæſita
bit, vtrum vniuerſaliter omnis beneficiarius
prætermittẽs recitationẽ horarũ, omnes fru
ctus integre pro rata tẽporis, quo horas omi
ſerit, vel iuxta numerum horarũ omiſſarũ re
ſtituere teneatur. Et quidẽ pro parte affir-
matiuã facere videtur extrauagãs Pij quinti
quæ non recitantibus beneficiarijs probibet
fructus facere ſuos abſolute ſine exceptio-
ne tãti, vel tãti, eoſq; reſtituẽdos ſtatuit fabri





cæ, vel pauperibus. Igitur ad quæſtionem A

*Metina.*

mihi reſpondenti libet hic Metinæ Salman
ticenſis in ſua inſtructione confeſſ. fol. 15. pa
gina, 2. ſententiam ſequi, quam etiam me do
cuit magiſter meus frater Dominicus de

*Fa. Dñic⁹ de cueuas.*

Cueuas, quæ in his conſiſtit punctis. Primò,
quòd ſi beneficiarius huiuſmodi ſit, qui be-
neficium obtineat eccleſiaſticum ſolam in-
ducens obligationem recitandi, neque aliud
officium ſubeundum imponens, cuiuſmodi
eſt præſtimoniale beneficium; talis ad inte-
gram reſtitutionem fructuum omniũ, quos
ex beneficio, vel beneficijs huiuſmodi retu-
lit obligandus eſt, ſi diuinas horas ſoluere
prætermiſit: quia inique tunc huiuſmodi B
fructus præoccupauit, cum ſine titulo illos
fructus ſibi vendicauit. Obligandus eſt (in-
quit Metina) talis ad reſtitutionem omniũ
fructuum, vel quaſi omnium; quia ſecundũ
ipſum non adeo rigide ſe gerere debet cum
tali confeſſor, ac cum latrone, qui ad perpen
diculum omnia male ablata cogitur reſtitue
re. Sed perinde cum illo confeſſor ſe habeat

*Conſideratio. Metinę.*

oportet, ſicut cum alicuius optimatis famu-
lo, qui etſi per puſillum temporis, vel aliquã
tiſper defuerit officio ſuo, non tamen omni-
no omni priuandus venit ſtipendio; ſicnec
talis omnibus euacuandus eſt fructibus. Se-

*Beneficiarius aliter inſeruiens non recitans non integre te. reſtituere*

cundo iuxta eius ſententiã adijcimus, quod C
ſi beneficiarius, qui omiſſas fecit canonicas
horas, is ſit, qui beneficium obtineat officia
alia principalia annexa habens, propter quę
adimplẽda potiſsime fructus reportat; cu-
iuſmodi eſt curatus, qui curam animarum
gerit, qui & munus celebrãdi, & adminiſtrã-
di ſacramẽta obit, & regimine eccleſiæ fungi
tur, vel ſi capellanus ſit, qui onus celebrandi
miſſas ſubit: cum huiuſmodi beneficiarijs ta
liter ſe gerat cõfeſſor oportet, taliſq; reſtituẽ
di adhibendus eſt modus, vt ſi, verbi gratia,
capellania ipſi capellano tercentis aureis
æquiualentes redditus reddat, diuinum que
officiũ per annum perſoluere omiſerit, pro D
prætermiſſis horis centum aureos, id eſt, ter
tiam partem redditũum reſtituens, ducentos
aureos pro celebratis à ſe miſſis (quia eas ce-
lebrare potiſsimum miniſteriũ erat, ad quod
erat addictus) ſibi reſeruet, atque retineat.
Quod ſi per totum alias annum ſuum recitã

*Conſideratio Meti.*

di munus recte expleuerit, non ob id, quòd
per dies paucos, ſcilicet, per octo aut 10,
dies à recitando diuinum officium defece-
rit, ad aliquid fructuũ; vel reddituũ capella-
niæ reſtituẽdum eſt cogendus, quia famulus
eſt tã magnifici domini, id eſt Dei. Quare &
ſi per parum temporis ſuo officio deſit, non
A ideo talis ſeruus ſua mercede, aut ſtipendio
mulctandus venit. Si autem talis beneficia- *Idem de curato*
rius curatus ſit curam animarum gerens, qui
diuerſa officia in eccleſia adminiſtrat, ſi eas
ſuas vices recte geſſerit, ſolumque recitandi
officio defuerit, tunc beneficij redditus in
tres, vel quatuor diuidens partes, tertias tres,
poterit ſibi applicare pro potiſsimis mini-
ſterijs, in quibus miniſtrauit; dum modo pro
officio recitandi horas prætermiſſo quartã
partem reſtituat; ſi per integrum annum re-
citare omiſerit; quòd ſi per dimidium anni in
recitando horas, etiam priuatim defuerit, ſat
erit ei dimidium illius quartæ partis reſti-
B tuiſſe, & ſic proportionabiliter. Quod ſi per
paucos dies recitare prætermiſerit obligan-
dus eſt ad reſtituendum nihil.
¶ Ad extrauagantem Pij. 5. quæ videtur *Ad extrauag. pij. 5. reſpond. multipliciter.*
in contra aſtare, dicitur, tripliciter apparet
prædictis non obſtare, primo, quia Metina
loco citato cenſet à beneficiarijs alia officia
potiſsima etiam annexa ſuis beneficijs habẽ
tibus præter recitationem horarum, ſi extra 1
uagans prædicta velit omnes fructus integre
fore reſtituendos, in his quoad integram re-
ſtitutionem fructuum, eam eſſe pœnalem
per pœnam obligantem, cum iudex per ſen
tentiam mandauerit, ad eos omnes reſtituen
C dos, & non ante; quia ante condemnationem
iudicis, non integre omnes fructus reſtitue-
re manet obnoxius: ſed ſatis eſt ſi in conſciẽ-
tia, prædicto modo & quotam prædictam
ex redditibus talis beneficiarius reſtituat.
Secundo reſponderi poteſt extrauagantem 2
poſſe intelligi, vt de his beneficiarijs tantum
loquatur alia, vel alijs obligationibus non
deuinctis præter obligationem canonicas
horas recitandi. Quia qui in alijs præoccu
pantur officijs ſuis beneficijs annexis, planũ
eſt ad omnes fructus integre reſtituendos,
non eos teneri: ſed ad quotam prædicto mo
D do moderatam. Vel tertio: Motus proprius 3
iſte Pij quinti, & hanc æquam explicationẽ
admittit, vt ſcilicet, cũ diffinit ob omiſſionẽ
horarum fore reſtituendos fructus intelliga
tur de quota tantum obligationi perſoluen
di diuinum officium correſpondente, & non
de omnibus fructibus, quod in ſecundam re-
ſponſionem coincidit.

## CAP. CCXLVI.

*An canonici aſsiſtentes tantum perſonaliter choro, & ibi non recitantes, ſed domi, & data opera ſine attetione beneficiarij recitantes teneantur fructus reſtituere.*

*Quæſtio. An canonici non recitãtes in choro ten. reſtit.*

ADhuc circa intelligentiam extrauagantis Pij. 5. perſiſtentes grauiter dubitari contingit circa eam, vtrum canonici, quibus videntur redditus miniſtrari, vt aſsiſtant, ac ſuarum perſonarum præſentia officio diuino authoritatem concilient, ſi horas canonicas in eccleſijs cathedralibus, ſeu collegialibus non recitauerint in choro: ſed tantum priuatim in ſuis domibus, teneantur reſtituere eam omnem æquiualentiam, quæ æquiualet à ſe perceptis diſtributionibus.

*Metinæ Sententia.*

¶ Cuius quæſtionis meminit Metina in ſua inſtructione loco citato. Aſſeritque hoc eſſe dubium graue, & quod ſoleat pluries interrogari. Et quamuis fateatur aliquos non defuiſſe doctores, qui tenuerint eas diſtributiones in caſu quæſtionis integre fore reſtituendas, fateaturque motum proprium id viſum fuiſſe ſignificare: ipſe tamen negatiuam tuetur partem, ſcilicet, quod in hoc caſu diſtributiones illæ ſic receptæ à canonicis non veniunt reſtituendæ.

¶ At verò ad hoc affirmandum, his eſt inductus rationibus, ſcilicet, quia potiſſimum munus, gratia cuius, huiuſmodi diſtributiones illis conferuntur, id eſt, vt ſua præſentia, aſsiſtentiaque chorum, aliaque diuina officia authorizantes eccleſiæ repræſentent decorem, hocque munus videntur explere, etiam dum vt praui eccleſiaſtici tales canonici confabulantur in choro inter ſe, etiam ſi officium diuinum non ibi perſoluant.

¶ Secundo id Metina confirmat exẽplo: Quia res haud incerta eſſe videtur, quod clerici, vel canonici, dum proceſsiones, vel exequias defunctorum funerales comitãtes garriendo confabulationibus inter ſe habitis præoccupantur, non ideò eas diſtibutiones amittunt, quas fideles pro ſimili aſſiſtentia, & comitatu funeralium ſoliti ſunt erogare; nec aliquid diſcriminis intereſſe videtur. Sed eadem prorſus ratio eſt de clericis, ſeu canonicis comitantibus ſic proceſsiones, aut funeralia, & de canonicis ſic confabulando aſsiſtentibus diuinis officijs, & choro. Et propterea concludit Metina extrauagantem Pij. 5. ſuæ huic ſententiæ non aduerſari.

*In contra eſt extrau. Pij. 5.*

¶ Sed in cõtrarium eſt, quod prædicta extrauagans Pij quinti tam clare contra hanc ſententiam Metinæ diffinit, vt expreſsioribus verbis Papa non potuerit contra ſententiam Metinæ edicere, dũ Pius. 5. ibi ſic in ſua propria forma, & tenore verborum ait, tamet ſi aliquis choro addictus, non recitans omnibus horis canonicis cum alijs præſens adſit, fructusque, & diſtributiones ſorte aliter aſsignatas ſola præſentia iuxta ſtatuta, conſuetudinem, fundationem, vel alias ſibi lucrifeciſſe prætendat; is etiam præter fructuum, & diſtributionum amiſsionem, graue peccatum intelligat admiſiſſe. Hæc Papa.

*Dictum.*

¶ Igitur, vt quid in hoc graui dubio, ſentiamus, aperiatur, dico primo, quod bene ait Metina contra alios, qui forte oppoſitum ſentiunt, ex extrauagantis Pij. 5. verbis, non clare conuinci, quòd canonici priuatim domibus. v. g. ſuis, horas recitantes, dummodo aſsiſtant horis in choro, licet eas ibi cum alijs non recitent, aut canant, teneantur ad integre diſtributiones perceptas reſtituendas. Nec enim id clare ex Papæ verbis eſt colligere. Quia ibi dum Papa ait; Tamet ſi aliquis choro addictus non recitans omnibus horis canonicis, cum alijs præſens adſit, fructus & diſtributiones amittat, gloſſari recte poteſt, vt loquatur de his canonicis, vel choro addictis, qui cum omnino horas recitare intermittant, nullibique, neque etiam priuatim eas recitent, ſibi perſuadent ad eas diſtributiones non reſtituendas ſat eſſe, etiam ſi in choro inter horas canendas confabulati fuerint, ibi ſua perſonali præſentia aſtitiſſe.

¶ Secundo addo, quòd neque iſta Metinæ ſententia eſt omnino certa. Nam & rationes Metinæ pro ea, ſuas non inapparentes ſolutiones habent. Nam ad primam reſponderi poteſt, quòd canonici garrientes, vel confabulantes in choro inter diuina peragenda officia tantum abeſt, vt ſua perſonali præſentia choro, & diuinis officijs decorem, & authoritatem adiungant, vt more puerorum garrulantium, ſeu homuncionem leuium, quantum eſt ex ſe, conturbent perſtrepentes chorum, & diuinum officium deturpent. Quare hac ratione tantum abeſt, vt cõtributionũ mercedẽ mereãtur; vt etiã à tali faſtigio eminẽtiæ mereant deturbari. Sed ad cõfirmationẽ ex exẽplo canonicorũ comitãtiũ cõfabulãdo ad eccleſiam funus, nõ deeſt in prõptu ratio diſparitatis. Quia reſpõderi poteſt, ꝙ cũ eos ad talia ꝓceſsionalia funera inuitãtes, ad põpã tẽporalẽ quãdã funeraliũ videãtur reſpicere; ſicut in delatione veſtiũ lugubriũ, ſicut etiã in ambiẽdo ſepulturam honoratiorẽ in loco eccleſię digniori, ſolo illo comitatu canonicorũ etiã inter exequias funerales garriẽtium; cũ potius pro defuncto preces ad Deũ debuiſſent fundere, vide-

*Satisfit rationi Metinæ.*

*Ad confirma.*



tur contentari, ſcientes iam vſum. At ſancta mater eccleſia non contentatur, neque iure debet contentari, quia genus quòddam corruptionis, atque peruerſionis eſt, vt qui ſunt ſic ſtipendiati pro cultu diuino propagando, & decore quodam illud illuſtrando, ſuis ibi garrulis locutionibus illud interturbent, & quantum eſt ex ſe dehoneſtent. Maxime cum eccleſia (prout decet,) magis eo dirigat mentem, vt ſui miniſtri, quos alit quotidianis diſtributionibus, magis ibi cultum exhibeant Deo ore, & mente quam ſola quadam garrula, & obturbanti diuinũ officium aſsiſtentia corporali.

*Sententia autoris.*

¶ Quare tertio concludo, quòd licet ſententiam Metinæ non omnino auſim damnare: ſed nec omnino acceptare, niſi cum iſto grano ſalis, ſcilicet, quòd canonici, qui in conſuetudinem, vel quaſi in conſuetudinem duxere, in choro quaſi per totas horas non recitare, ſed potius ibi confabulari, etiam ſi priuatim domi, vel alibi extra chorum diuinum officium recitauerint, ad totas, vel quaſi totas diſtributiones reſtituendas ſunt obligati. Quia iſtæ diſtributiones inſtitutæ ſunt pro intereſſentibus canonicis horis non aſsiſtentia tantum corporali cultui diuino repugnanti, ſed illi accommoda. Quia ſi iſti canonici alia officia circa altare miniſtrantes peregerunt, propterea & fructus alios vltra diſtributiones perceperunt. Et tandem vltimo addiderim cum reliquis, qui priuatim extra chorum recitant, in choro tamen ibi non recitantes, ſi aſsiſtant diuino officio, ſuis garrulationibus frequentibus non obſtrependo, & cum alijs qui non ita grauiter delinquũt, aut notabiliter in recitando in choro (cum ibi præſentialiter aſsiſtant,) non deficiunt, mitius eſſe agendum, vt non ad totas diſtributiones ex mente Metinæ: ſed ad aliquotã partem earum maiorem, vel minorem reſtituendam pro proportione defectuum, quibus in hoc deficiunt, in conſcientia ſint compellendi. Si autem notabiliter non exceſſerint, ſed parum (quia teſte philoſopho, quod parum eſt pro nihilo reputatur) non eſt tantopere curandum, vt propterea ſint ad aliquid reſtituendum cogendi, ſicut dicit magiſter Sotus inde iuſtitia. quod non quicunque defectus moralis circa ſolutionem diuini officij obligat ad reſtitutionem fructuum. Vt ſiquis pro libito mutaret diuinum officium ſine diſpenſatione, & ſine cauſa; vt recitaturus de feria recitaret de ſanctis: aut è contra: imo ſi duobus, vel tribus diebus omitteret horas, non propterea ad reſtituendum maneret obnoxius; quia non ita ad vnguem, & ſtricte voluit Concilium Lateranenſe ligare. ¶ Sed iam poſt declarationem Pij. 5. in ſua extrauaganti, non auderem hoc tantopere extendere, vt extendit Sotus, ſi ex prętermiſsione horarũ per duos, vel tres dies iuxta ſupputationem Pij quinti notabilis reſultaret arbitrio boni viri reſtituenda quantitas, quia tutius eſt illam reſtituere, aut certe cum cõmiſſario ad hoc, ſi deputatus eſt à Papa, ſe componere.

*Sotus.*

*Quæſtio. Qui de induſt. inattẽ. tercit. te. reſtitu.*

¶ De eo, quod ibi ſuperaddit Sot. ſcilicet, quod horas canonicas ſoluens, etſi ob attentionis omiſsionem; quia. v. g. dedita opera omittit attendere, mortaliter peccet: nõ ideo neceſsitatem incurrit reſtituendi fructus, dubitatur, an hoc verum ſit. Nam certe Metina in ſua inſtructione fol. 15. non aſſentiretur in hoc Soto, aut certe videtur à Soto diſſentire, vbi tradit de ſubſtantia præcepti perſoluendi horas canonicas eſſe, taliter. 7. horas canonicas recitare, vt cum debita attentione recitentur, reliquaque pertinentia ad modum recitandi, & tempus eſſe acceſſoria, & minus principalia. ¶ Et adhuc augetur dubium. Tũ quia eccleſia hæc ſtipendia ſuſtentationis miniſtris tribuit quatenus horas canonicas ſoluant quę ſunt laudes & orationes, quę nomine eccleſiæ ad Deũ funduntur. At orationes data opera intentione vacuæ orationes non ſunt: cum oratio ſit aſcenſio mẽtis in Deum ſaltem ex intentione. At vero qui ex conſulto prætermittit attendere, is certe hac intentione caret. ¶ At ſi quis obiecerit, quòd eccleſia non iudicat de interioribus, ac propterea beneficiarios debita opera recitãtes ſine interiori attentione, fructibus beneficialibus nõ priuat; reſponderi poterit primò, quòd licet ita ſit quòd eccleſia in foro exteriori de interioribus puris non ſe intromittit ad iudicandũ. Veruntamen iam veluti cõmunis opinio recipitur, quòd eccleſia poteſt præcipere, & obligare ad actus interiores nõ quidẽ puros, vt conſiderantur in ſe, ſed quatenus ordinantur ad actus exteriores, vt principia, vel cauſæ, vel circũſtantiæ neceſſariæ actuum exteriorum, quatenus decẽter fiant, vt ſint actus virtutis, de quibus eccleſia poteſt pręcipere, At verò oratio dedita opera, attentione vacua nõ videtur eſſe opus virtutis, ſed irriſio, ſeu fictio: quare merito cap. dolentes. potuit præcipere, vt deuote in quantum Deus dederit, perſoluerentur horæ ab initiatis ſacris, & à beneficiatis. At rogo qualiter deuote orat, qui dedita opera inattente, ac per conſequens

*Metin. cõtra Sot.*

*Argum.*

*Obiectionis fit ſatis.*

*Cõmunis opinio.*

ſequens indeuote orat? Igitur cum de ſubſtantia orationis ſit attentio ſaltem virtualis, vel in principio eius, quomodo meretur mercedem ſeu ſtipendium ſuſtẽtationis, qui quia debita opera non vult attendere, ſubſtantialiter non implet præceptum eccleſię, quia nec ſubſtantialiter orat. *Argu. in contrar.* ¶ Sed in contrarium eſt, quia deuote, ſeu attente recitare, eſt modus tantum. At omiſsio modi non inducit neceſsitatem reſtitutionis, ſicut illam inducit omiſsio cauſæ principalis, vel conditionis. Sicut eſt videri in exemplo capellani, cui quis ſtipendium ſubminiſtrat, vt miſſas certas celebret, tanquam ob cauſam principalem, & ſub iſta conditione, ſcilicet, ſi illas dixerit, ſiue deuotè, vel indeuotè illas celebrauerit, quis dixerit eum teneri ad reſtituendum ſtipendium, eo quod indeuote eas celebrauit? Nemo ſanæ mentis id dixerit, quia deuote celebrare tantum eſt modus obligationem reſtituendi non inducens.

*Sententia autor.* ¶ Igitur pro deciſione quæſtionis dico primo, opinionem Soti propter authoritatem tanti viri, licet eius rationes eam non ſatis perſuadeant, quia vt diximus, ſatiſq; probauimus, attentio, vt probe docuit Metina non tam eſt modus orationis, & præcepti eccleſiæ, quã de eius ſubſtantia; non audeo condemnare omnino: ſed neque eius opinionem, audeo approbare. *Satisfit. argumento.* Quia, ſi quis exacte hanc quæſtionem expenderit, rationes noſtras contra Sotum efficaciores (ni fallor) eſſe reperiet.

*Reſpondet ad exemp.* ¶ Quare reſolutorie concludo, quod ſi quis opinionem hanc Soti velit ſequi, me conſule, non tam libere faciet: ſed conſultius erit in hoc caſu compoſitionem cum Papa vel eius commiſſario ſuper reſtitutione, ſi quæ in hoc caſu eſt facienda, facere. Nam & illud exemplum de miſſa indeuote celebrata à capellano, quæ nihilominus obligationem reſtituendi non infert, parum ad rem facit; quia talis deuotio non videtur tam eſſe de ſubſtantia miſſæ, quia miſſa ſiue deuote ſiue indeuote dicatur, vera miſſa eſt. At attẽtio de ſubſtantia videtur eſſe orationis: quare reſpectu orãtis nõ eſt oratio ſubſtãtialiter, quãdo ex induſtria ſine animo attendẽdi fit. *Sent. Soti. vbi vera.* Secus eſſet, ſi ſecluſo animo non attendendi horis oraret; quia re vera attendere intendit, tamen in re negligenter ſe gerit, etiam notabiliter in non attendendo: Quia in hoc caſu venit magis ſententia Soti amplectẽda, ſed quando ex induſtria non attendit, neque vult applicare mentem, in hoc caſu opinio **A** ſupra dicta Soti parum apparentiæ habet, vel videtur habere.

## CAP. CCXLVII.

*An excommunicatus, vel ſuſpenſus beneficiarius, vel non reſidens in beneficio fructus faciat ſuos, & plura de reſidentia. Et an non reſidentes teneantur ad integros fructus reſtituendos, vel partem.*

*Quæſtio. An ſuſpẽſus & excõmunicatus fructus fac. ſuos.* **B** ET ſi multa dixerimus hactenus de fructibus eccleſiaſticis reſtituendis, adhuc inexhauſta eſt materia: quia multa perſtant dicenda. Quare accedit & hic aliud pertinens dubium, vtrum beneficiarius ſuſpenſus, aut excommunicatus ſui beneficij fructus faciat ſuos. At nobis quidẽ placet in hac parte ſequi ſentẽtiam Nauar. *Nauar.* qui ſumma latina, capitulo vigeſimo quinto; numer. 124. eandem diffinit quæſtionẽ, quæ his abſoluitur punctis. *Dictũ. 1.* Primo dicimus, quòd ſuſpenſus à beneficio non poteſt de fructibus beneficij diſpẽdere, niſi ad ſe, & ſuos modeſte ſuſtentandos, & hoc ſi bona non habet **C** vnde viuat ſecundum gloſſas cap. cum Vintonienſis. verbo, admiſerant de electio. *Gloſſ. De appel.* Clemen. vt ij qui, de ætate & qualitate. ca. Paſtoralis. §. fin. de appellationibus, receptas per Panormit. & communem in locis ordinarijs, & in cap. Apoſtolicæ de exceptio. *Panor.* ¶ At de ſuſpenſo à beneficio in pœnam, qui non poteſt facere, vt abſoluatur, venit hic ſupra à nobis dictum intelligendum. Secus ſi ſuſpẽſus eſt à beneficio ob contumaciã, & per ipſum ſtat, quod nõ abſoluatur; quia eſt in mora obtemperandi iudici, & petendi abſolutionem à ſuſpenſione: quia ſuſpenſio ob contumaciã tam facile tollitur, ac excommunicatio, vt recte ſenſit Decius in dicto. §. fina. **D** *Decius.* Quare nihil videtur differre in hoc inter excommunicationem, & inter ſuſpenſionem ob contumaciam, ſecundum Nauarrum. 1 ¶ Secundo dicimus ſpecialiter de excommunicato, quod excommunicatus maiori nihil de fructibus poteſt ſibi accipere iuxta gloſſam receptam in dicto capitulo Paſtoralis in fine. At hoc intelligẽdum eſt de excõmunicato, per quem ſtat, quo minus abſoluatur, ſicut diximus de ſuſpenſo ob contumaciam.

*Quæſtio.* ¶ Sed quia hic Nauarrus ſolum de ſuſpenſo à beneficio meminit, adhuc plena abſolutio quæſtionis expoſcit, vt de ſuſpenſo etiam ab officio tantum, quæramus, vtrũ durante



*An ſuſpenſus ab officio fac. fructus ſuos.* **A** rante hac ſuſpenſione ab officio tantum, fructus beneficij poſsit facere ſuos. Pro intelligentia igitur caſus prænotato, quod per hoc quod quis eſt ſuſpenſus à iuriſdictione, non cenſetur eſſe ſuſpenſus ab ordine, neque è contra. Neq; ſuſpenſus à beneficio, eſt ideo, ſuſpenſus ab ordine, vel iuriſdictione alia ratione, quam ex beneficio ſibi conuenienti. *Nauar.* Ita Nauarrus ſumma latina, capitulo vigeſimo ſeptimo, vbi agit de ſuſpenſione, nu. 160.

*Dictũ. 1.* ¶ Igitur his præmiſsis directè ad quæſtionem cum Nauar. primo dicimus, quòd quia ſuſpenſus ſimpliciter ab officio, non ideò cẽſetur eſſe ſuſpenſus à beneficio quoad ea, quæ dãtur intereſſenti diuinis officijs. **B** Ideò beneficiatus, ſeu canonicus, qui ſimpliciter eſſet ſuſpenſus ab officio, ſi intereſſet diuinis officijs, poſſet non obſtante hac ſuſpenſione eos capere fructus, quos intereſſentes diuinis officijs alij beneficiarij ſimiles ob id muneris capere ſolent. Modo talis ſuſpenſio non ſit tam diuturna, vt tacite, vel expreſſe habeat vim priuationis, iuxta Bonifacium in Clementina cupientes à numero. 31. vbi hoc latiſsime probat, licet ei aduerſentur Cardina. Imol. & Gaſpar. *Bonifaci⁹. Card. Imo. Gaſpar. Ratio.* Nam hæc ratio militat contra eos; quia multa ad beneficium pertinentia poteſt facere ſuſpenſus ab officio clericali; qualia ſunt regere & gubernare illa, **C** quæ ad ſe attinent, & alia quæ non ſunt diuina officia, quæ non ſunt clericali officio annexa, id eſt, ordini. *Coroll.* ¶ Hinc ſequitur, inquit ibi Nauarrus, ſe bene reſpondiſſe ad caſum, de quo eſt conſultus, beneficiarium ſuſpenſum, eo quod presbyter factus eſt ante annũ vigeſimum quintum cœptum, nõ perdidiſſe fructus beneficij, quia per illam tranſgreſſionem ſuſpenditur tantum ob officio. Ex qua illatione Nauarri aperte colligitur reſponſio ad quæſtionem, quòd non eo ipſo, quò quis beneficiarius ſuſpenſus eſt ab officio, amittit fructus beneficij: niſi hæc ſuſpenſio ab officio ſit, vt dictum eſt, tam diuturna, **D** quòd expreſſe, vel tacite æquiualeat priuationi. Et ita interim teneamus cum Nauarro ſic limitante, licet Innocentius dicat ſimpliciter, quòd ſuſpenſus ab officio ſolum, non debet percipere fructus beneficij per capur. Paſtoralis. de appellatio. Sed dicimus, quod verum dicit: ſed tamen iuxta prædictam limitationem Nauarri venit interpretandus, ſcilicet, quando prędicto modo diuturna eſt talis ſuſpenſio.

2 *Gaſpar.* ¶ Vltimo pro maiori prædictorum intelligentia adijcimus, quod ſecundum Gaſparem de Cald. capit. cupientes, in Clementina. ſuſpenſus ab officio abſolute, **A** & non per dictionem tantum ab homine, vel à iure propter crimen graue, intelligitur etiam ſuſpenſus à beneficio. Quare tunc ſecundum Gaſparem non faciet fructus ſuos, iuxta capit. eos, & capit. qui ſacerdotium, octuageſima prima diſtinctione. Sed iã Nauarrus huius Gaſparis ſententiam eum nominatim citans refutauit. Quare ſi admittenda eſt, cum limitatione Nauarri moderanda eſt, vt ſit vera duntaxat, dum ſuſpenſio ob crimen graue ab officio ſimpliciter, adeo diuturna eſt, quod tacite, vel expreſſe priuationi æquiualens eſt. Secus, ſi diuturna non ita ſit. Et ſecus eſt ſi ſit impoſita ob crimen **B** leue ſecundum Gaſparem, cui in hoc non aduerſaretur Nauarrus. Sicut etiam ſi eſſet ob contumaciam, vel ob infamiam lata ſuſpenſio, non ideo haberet annexam ſuſpenſionem beneficij: Quare eos fructus poſſet talis beneficiarius percipere, quæ intereſſentibus diuinis ſolent dari, & etiam ratione regiminis, & gubernationis. *Suſpenſus ſimplicit. ab officio quibus offic. ſuſpen.* Quare videtur ſentire Nauarrus, quod ſuſpenſus ſimpliciter ab officio non ab his officijs, ſed à diuinis officijs ordini clericali, id eſt ſacro ordini annexis, ſit ſuſpenſus, non autem ab his quæ merus ſecularis ſolet exercere ſicut horas canonicas canere in choro, ad quod munus etiam ſacriſta **C** laicus ſolitus eſt ferre opem, & ſe exhibere adiutorem, dummodo ibi non exerceat ex officio, quæ ibi in choro à laicis exerceri non poſſunt, quia certo deputata ſunt ordini. *Sẽtẽtia incerta non tenet. Gloſſ.* Sed ſi ſuſpenſus ſit aliquis diſiunctiue ab officio, vel beneficio ſecundum Nauarrum vbi ſupra, ſententia propter incertitudinem non tenet ſecundum gloſſam: quare talis ſic ſuſpenſus non deſinit facere fructus ſuos.

*Quæſtio. An nõ reſidentes vel plu. benef. obtin. fac. fruct. ſuos.* ¶ Præterea dubium graue exoritur, vtrũ ſine cauſa non reſidentes, vel ſine cauſa plura obtinentes beneficia ad reſtitutionẽ fructuum teneantur. Igitur circa hanc quæſtionem variæ circunferuntur ſententiæ. *1. Senten. Adria. & Maior.* Prima **D** eſt Adriani in. 4. materia de reſtit. quęſtione de clericorum bonis, & Maioris in. 4. diſtin. 24. & aliorum canoniſtarum, & aliquorum modernorum noſtri temporis aſſerentium, quod beneficiarij, ſiue inſeruiant per alium, ſiue per nullum, ſi perſonaliter non reſident ad reſtituendos omnes fructus, exceptis his, quæ impenderunt miniſtris, ſiunt obnoxij. *Rationes pro hac ſent.* Nec huic opinioni ſuæ apparentes rationes deſunt. *Argu. 1.* Primo; quia ſtipendia dantur propter laborem perſonalem; quã ergo ratione aut titulo exigit ſtipendium, qui refugit laborẽ. Et quia in confirmationem huius apparet D. Paulum dixiſſe loquẽdo de miniſtris.

*1. Ad Corin. 9.* niſtris, primæ Corin. 9. Qui altario deſeruit, de altario viuat. Ex quo negatiue arguendo licet inferre, quod ſi quis altario non deſeruit, nulla ratio edicit, vt inde poſsit parare victum. Nam iuxta eiuſdem Apoſtoli dictum, ratio exigit, vt qui non laborat, non manducet.

*Argum. 2.* ¶ Secundo vrget argumentum. Quia beneficium ſecundum axioma iuriſtarum datur propter officium; qui igitur vices ſuas non præſtat in officio, quo titulo vel colore exigit fructus beneficij. Quare propter hæc argumenta concludunt ij doctores, beneficiarios, nec per ſe, nec per alios miniſtrantes teneri ad faciendam reſtitutionem fructuum ecclesiæ. Si autem ſubſtituerunt vicarium dignum, huic vicario, vt pote digno, qui omnes illos fructus benemeretur omnium illorum fructuum faciendam eſſe reſtitutionē; quia eccleſia omnes illos ſuppeditat redditus propter laborem & induſtriam, quam ipſe vicarius adhibet, ſicut & cætera omnia.

*Cōfutatur hæc ſentētia. 1.* ¶ Sed hæc ſententia confutatur ex exemplari caſu in reb⁹ publicis tēporalibus contingenti, vbi etiam miniſtri tēporales propter laborem, induſtriamque temporalem eliguntur. Et tamen ſi non reſideant per ſe, vel per alios non tantum improperatur illis hic defectus reſidentiæ, vt ad omne ſtipendium reſtituendum cogantur, maxime cum per ſubſtitutos ſupplent reſidentiam. *Confirm.* ¶ Et confirmatur: Quia cum ſubſtituto à ſe vicario ad ſuas vices peragendas, tantum præſtat ſtipendij, quantum ille ſubſtitutus ſe obligat ſubire miniſterij, vnuſquiſque bonus vir arbitrabitur ſatis abunde per illam ſatis competētem partem fructuum ſubſtituto vicario pro miniſterio, beneficiarium recompenſaſſe: quare ergo reſiduam (quæ remanet) partem fructuum non poterit ſibi reſeruare, poſtquam cum ſubſtituto nulla vſus eſt iniuſtitiæ inæqualitate? *Satisfit obiection.* ¶ Sed rogitabis forte, qua ratione cum eximat ſe à labore, reliquam partem fructuum, ſibi beneficiarius non reſidens vendicabit. Dico, quod in promptu eſt ratio, quia titulo beneficij poterit ſibi illam partem reſeruare, quia titulo beneficij curam ſubit dicendi horas, & reſidendi, vel ſubſtituendi vicarium, cum contigerit ex cauſa legitima abeſſe. Quod ſi inuenerit vicarium, qui minori ſtipendio inſeruiat, poterit tunc titulo beneficij reliquam partem redditũ ſibi adiudicare. Sicut agriculturæ operarius, qui ſe obligatione deuinxit ad excolendum agrũ, poterit minori erogato pretio agrum illum colere per alium. Hæc argumenta licet non

**A** conuincant, reddunt tamen iſtā ſententiam Adriani, & Maioris, & aliorum infirmam. Veruntamē hoc pro cōperto habetur, quod talis beneficiarius dũtaxat manet aſtrictus ad perſoluendum vicario ſuſtituto à ſe id ſtipendij, quod illi dare pactus eſt, dum arbitrio boni viri fuerit æquum, & ad nihil amplius.

*Opinio. 2. Sylu. Pan.* ¶ Secunda vero opinio, quæ in ſcholis citatur eſt huic primæ prorſus aduerſa affirmans, beneficiarios non reſidentes, etiam ſi nullum vicariũ ſubſtituerint, nulla ob id teneri obligatione reſtituendi, niſi per ſententiam iudicis eccleſiaſtici ad id condemnen- **B** tur. Huius opinionis Sylueſter eſt fautor, verbo, Reſidentia, §. 9. & latius, verbo, Clericus. 4. quæſt. vigeſima tertia, & vigeſima quarta. *Panor.* eandem tuetur Panormitan. capit. 10. de celebratione miſſarum; ſaltem quoad beneficiarios horas canonicas non recitantes; quos ait ob horas omiſſas ad reſtitutionem non teneri. ¶ Rationes autem, quibus hanc opinionem imbiberunt, ſunt hæ. *Argu. 1.* Primo; quia decimę debentur clericis etiam malis, & diſcolis, *De decim.* vt patet cap. tua nobis de decimis. Ergo cum reſidentiam non exhibere, horaſque non perſoluere, quædam malitia, & prauitas diſcolorum clericorum ſit, ſequitur non ob prædi- **C** cta ſpoliandos fore fructibus decimalibus. *Adrian.* Ita quoque videtur tenuiſſe Adrianus quolibeto quinto, articulo ſecundo.

*Argu. 2.* ¶ Secundũ, quod pro ſua hac opinione cō miniſcuntur argumentum, deſumitur ex eo, quod iſta iura reſtituendi fructus ſunt odioſa, ac propterea non ſunt amplianda, nec extendenda vltra quam reperitur expreſſum, & mandatum in iure. At vero in iure nihil tale reperitur, ſcilicet, quod non reſidentes ſint obligati ad fructuum reſtitutionem. *De cleric.* Quia ſolum extra de clericis non reſidentibus, cauetur, quod priuentur benefi- **D** cijs, & capit. ex parte. de canonicis non reſidentibus ſolum decernitur, quod pro tempore quod non reſident, priuentur fructibus in poſterum, & nihil meminit de reſtituendis iam perceptis, quod eſt argumentũ eos ad talem reſtitutionem non teneri.

*Argu. 3.* ¶ Tertio arguunt argumento, quo putant totum negotium faceſſere. Quia miniſterium, propter quod datur principaliter beneficium, non eſt conditio, vel cauſa, ob quam principaliter confertur beneficiarijs ſuſtentationis ſtipendium: ſed eſt quidam modus quo beneficium confertur. At vero omiſsio modi adimplendi ſecũdum iuriſtas non inducit reſtituendi obligatio-



gationem: ſicut patet in exemplo capellani, cui ſubminiſtrantur redditus, vt celebret etiam ſi celebret indeuote, non ideo fit obnoxius reſtitutioni, quia deuote celebrare ſolum eſt modus. ¶ Sed quia in promptu erat illis negaſſe quod miniſterium, ob quod ſtipendium tribuitur, ſit tantum modus, id ipſi probant quia inquiunt, non dantur ſtipendia clericis ſub hac conditione, vt reſideant, & miniſtrent; ſed eo quod clerici ſunt, debetur eis ſtipendium ſuſtentationis, quia vocati ſunt in ſortem domini. *Replicæ* ¶ At ſi re- *Reſpon. Sylueſt.* plicueris, quo ergo titulo iſte beneficiarius non reſidens percipiet fructus? Reſpondet Sylueſt. ſcilicet, quod titulo beneficij, quia ſuum eſt beneficium, quia famulatum exhibet eccleſiæ dicendo horas publice, vel priuatim celebrando, vbicunque ſit, & alia miniſteria exercendo, quæ clericorum propria ſunt munia. *Panor.* Quod & Panormitanus allegauit & ſignificauit, dum ait, quod licet talis clericus beneficiarius non reſidens non inſeruiat huic eccleſiæ, inſeruit tamen eccleſiæ in communi, & vniuerſali eccleſiæ in miniſterio clericali, citatque Sylueſt. & alios pro ſe doctores.

*Refutatur. 2. opinio.* ¶ Sed, & hæc ſententia magis veriſimilitudine caret. Nam eſt fundamentum, quo nititur valde debile, nec ſatis à ſe manet proba- *Conc. Lat. cōtr. Sylu.* tum. Imo concilium Lateranenſe ſolet allegari in contrarium, quod contrarium fundamentum aſſumpſit, ſcilicet, quod beneficiũ datur propter officium: ergo ſenſus & intelligentia Concilij eſt quod officium conditio, & cauſa quædam ſit ob quam & ſtipendium *S. Thom.* confertur. Et D. Thomas fundamento Sylueſtri refragari videtur, qui 2. 2. quæſt. 87. articul. 1. & 3. expreſſe docet decimas propter curam animarum dari clericis, ſed & ſacra cōcilia ab hac ſententia Sylueſtri diſſonant. Sicut etiam ſanctorum; & ſacri eloquij authoritates, quæ inſonant ſtipendium dari pro- *Ad Corin.* pter miniſteriũ. Maxime 1. ad Corinthios. 9. hoc inſinuat Diuus Paulus, & oppoſitum *D. Hiero.* improbat D. Hieronymus, Iſaiæ. 3. dicens, Raptores ſunt, qui metunt carnalia, & non ſe- *Ratio contra Sylu.* minant ſpiritualia. Et hac ratione expugnari videtur hæc Sylueſtri opinio, ſcilicet, quia v. g. populus hic de iuſtitia perſoluit ſtipendium ſuſtentationis miniſtro huic: ergo & è conuerſo miniſter hic ex eadem commutatiua iuſtitia, debitor eſt: vt ſuum miniſterium peragat in populo; alias inæqualitas intercederet in contractu. Tandem in confirmationem huius adijcimus, ſcilicet, capellanus, & quicunque miniſter temporalis, cum ſuo offi-

**A** cio, ad quod tenentur defuerint, ad reſtitutionē obligātur, quare ergo ſoli beneficiarij eccleſiaſtici cum in ſua reſidentia, & miniſterio defuerint, ab hac reſtitutione immunes erũt? *Opinio. 3. Turrecremat. Gabr.* ¶ Tertia igitur poſt has occurrit opinio, quæ duobus ſe explicat punctis. Primo aſſerens beneficiariũ exhibentē miniſteriũ per alium, ad nihil teneri reſtituendũ. Et hoc videntur ſufficienter confirmaſſe argumenta facta contra primam ſententiam. ¶ Secundo affirmat beneficiarium, qui neq; per ſe, neq; per alium exhibet miniſterium obligatione reſtituendi omnes fructus teneri: niſi adeo in- **B** opia laboret, quod cōtēplatione ſuæ paupertatis poſsit ſibi aliquid applicare, ſicut applicandum veniret alijs pauperibus. Hāc ſententiam tuentur Turrecremata ſeptuageſima diſtinct. cap. ſanctorũ, art. primo, & Gabriel in quarto, diſtin. decima quinta, quæſt. octaua, concluſi. 3. & alij canoniſtę ei ſuffragantur. *De cler. nō reſ.* In cuius probationem adducit Gabriel multa capita de clericis non reſidentibus. Sed certe exinde nihil vltra concludit, quā quod beneficijs iſti nō reſidentes veniũt *Ratio. Gabriel.* priuandi. Additur ab Gabriele in ſuæ ſententiæ confirmationem, & illa iuridica ratio, ſcilicet, quod quando aliquid datur ob cauſam, **C** illa non adimpleta datur repetitio: ergo qui per ſe, vel per alium, miniſterium quod cauſa fuit, ob quam ſtipendium ſibi tributum eſt, non adimpleuit, tenetur reſtituere omnes fructus.

*Refutatur iſta opinio tertia.* ¶ Sed profecto fautores huius ſententiæ, ex duplici capite peccare videntur extrema in vtroque dicto ſequentes. Tum quia in primo dicto anſam prębent non reſidēdi per ſe, ſed per alium: cum tamen ſufficienter de per ſe loquendo non impleat quis per aliũ, quod tenetur facere per ſe. Tum, quia duriſsimum prorſus eſſet quod beneficiarij non reſidentes omnes fructus teneantur reſtituere. Et in- **D** de ſequitur, quod paruo tēpore non reſidentes pro rata temporis, tenerentur reſtituere; quia eadem ratio militat & pro toto, & pro parte. Hoc autem ſummo rigore non caret.

*Notab.* ¶ Igitur, vt arduæ quæſtioni fundamenta iaciamus hæc ſequentia notabilia memoriæ lectoris commendamus. Primum, quod duo veniunt penſanda in hac materia, & officiũ, & beneficium etiam quod datur propter miniſterium & officium. ¶ Secundum, quod ad officium, ſcilicet, curatus, vel epiſcopatus conſequuntur tanquam intrinſece annexa, & ex natura rei, & iure diuino, quædam miniſteria, vt paſcere gregem, diſpenſare ſacramenta, conſeruare bona eccleſiæ,

ſiue

ſiue mobilia, ſiue immobilia. Miniſterium A
vero annexum iure poſitiuo curatui, aut epi
ſcopatui eſt ſeptem recitare horas canonicas
miſſam decantare: Sed Euangelium, vel Epi-
ſtolam, hunc vel alium miniſtrum cantere ex
iure poſitiuo eccleſiæ annexum eſt benefi-
3 cio. ¶ Tertium conſiderandum eſt, duplex
genus bonorum annexum eſſe ſolitum bene
*Duo bona annex. beneficiar.* ficijs. Nam quædam ſunt bona debita benefi
ciarijs de iure diuino, quoad ſubſtantiam, &
iure poſitiuo quoad quotam. Et hæc ſunt,
quæ lege eccleſiaſtica in ſuſtentationem mi
niſtrorum à fidelibus impenduntur, & quæ
fideles ex neceſsitate ſoluere coguntur, vt
2 decimæ & primitiæ. Alia vero bona ſunt, B
quæ ex munificentia regum, vel principum
collata ſunt, ſiue ex dono fidelium obuene
re, ſicut Conſtantinus fertur multis oppidis
*Differentia.* dotaſſe eccleſiam. Inter quæ genera bonorũ
talis deprehẽditur eſſe differentia: Quia illa,
quæ ſunt primi generis, vt decimæ & primi
tiæ, ob miniſterium eccleſiaſticum debitum
iure diuino, & per conſequens ex natura rei,
miniſtris impartiuntur. Secunda vero bona
huius rei gratia eccleſijs collata ſunt: quate-
nus miniſtri earum in pretio, maiorique ho-
nore haberentur, & quo liberius, promptiuſ-
que diuinis dum vacarent, populus Chriſtia
nus inde, ex eorum orationibus, ſtudijs, mi- C
niſterijſque plus commodi, & profectus ſpi
ritualis in dies ſibi pararet. ¶ Nam & hac ra-
*S. Thom.* tione tradit Diuus Thomas multa bona à fi
4 delibus, monachis eſſe collata. ¶ Quartum
notamentum, quod memoriæ venit commẽ
dandum eſt, quod bona, quæ debentur cleri-
cis lege eccleſiaſtica impartita ſunt illis prin
cipaliter, & ſub conditione propter curam
animarum gerendam, & propter miniſteriũ
diuinum præſtandum, & hoc iure diuino, &
*Contra Syluest.* hoc ſententiæ Syluestri refragatur. ¶ Secun
da vero bona non hoc fine principaliter, nec
ſub ea conditione prædicta, data eſſe cenſen
tur: ſed ſub modo & tanquam ob motiuum: D
vt honorificentius viuant, & libentius Deo,
& populo ſua exhibeant obſequia. Et in hoc
*Syluest.* caſu fundamentum Syluestri locum vide-
*Decimæ ſunt ob curam.* tur habere. ¶ Quod autem prima bona iure
diuino eccleſiaſticis ob curam animarum de
beantur, patet ex ſentẽtia Domini dicentis:
Dignus eſt operarius mercede ſua. Quod au
tem iure eccleſiaſtico propter animarũ curã
eccleſia eadem bona contribuat, patet: quia
eccleſia nihil aliud in hoc geſsit, quam præta
xare quotam illius debiti, quod ob miniſte-
rium iure diuino debebatur, præ diffiniẽdo,
quod merces operarij eccleſiaſtici ſint deci-

A mæ, & primitiæ. In cuius rei gratiam exem-
plum adijci poteſt de prædicatore, qui ſi ſe- *Exemp.*
cluſa lege eccleſiaſtica ſe exerceret in præ-
dicando populo, deberetur ei quidem ſuſtẽ-
tationis ſtipendium, non ob aliam cauſam,
quam propter miniſterium, quod de ſe præ-
ſtat. Hoc autem fundamentum authorem ha
bet Diuum Thomam, ſupra de decimis. Et
argumentum huius fundamenti corroborati *S. Thom.*
uum eſt, quod in alijs tributis cõtingit, quod
ceſſante cauſa, ceſſet & tributi pẽſio. ¶ Quan
tum vero ad bona ſecundi generis, quod ſub
iſta conditione gerendi curam animarum, &
diſpenſandi ſacramenti, non ſint data, inde
B clareſcit, quia huius ſecundi generis bona,
eodem modo ſunt donata clericis, ſicut &
monachis. Monachis autem ob curam ani-
marum, vel ob miniſterium principaliter eſ-
ſe donata, nemo eſt qui dixerit, quia ſolum
per modum eleemoſynæ eis ſunt collata: er-
go ſimiliter & clericis cenſendum eſt eſſe tri
buta. ¶ Quintum exacte perpendendum do
cumentum eſt, quod clerici beneficiarij titu-
lum beneficij obtinentes, ſiue reſideant, ſiue
non, fructus ſuos facere non deſinunt. Habẽt
etenim ius ad recipiendos illos, licet ex alio *Non reſidẽtes fru. fac. ſuos ſedcũ obli. reſtit.*
capite, vel radice ad eoſdem, vel in parte re-
ſtituendum ex defectu reſidentiæ teneãtur.
C Quod exinde pateſcit, quia iſti ſiue reſideãt,
ſiue non reſideant, dum non priuantur bene
ficijs, habent ſuorum beneficiorum titulos, *Ratio. 1.*
& per conſequens ius ad beneficia: ergo
etiam habent ius ad percipiendum eorum
fructus, quia qui habet ius ad arborem, habet
quoq; ius, & ad eius fructus. Et hoc dictum 2
ex hac ratione robur cõfirmationis accipit.
Quia ſi tales beneficiarij eo quod non reſi-
dent, vel ſuum miniſterium non exhibent,
titulo beneficij, vel iure percipiendi decimas
carerent fideles eis decimas ſoluere non de-
berent: quod tamen contra ius eſſe ambigit
nemo. ¶ Sextum documentum, menti quo- *Differentia magna.*
D que figendum eſt, ſcilicet, ex prædictis tan-
quam corollarium ſequi non parum ineſſe
differentiæ inter ius ſtipendium accipiendi
pro labore diurno vnius diei; quod quidem
ſtipendium diarium dicitur, & inter ius acci-
piendi tale ſtipendium alicuius officij titu-
lo, ſiue pro miniſterio annuali, ſiue per-
petuo. Nam in caſu primo, qui labo-
rem, & operam pro illo die non impenderit,
ſtipendium diurnum, ſeu diarium non fa-
cit ſuum; eo quod faciendi ſuum non ſit
alius titulus; niſi illius diei impenſus la-
bor. At vero in caſu ſecundo, fructus facit
ſuos; quia ad id alium titulum obtinet, ſcili-
cet,



cet, officij, vel beneficij, quidquid ſit poſtea A
de reſtitutione, de qua poſtea venit à nobis
*Idẽ de capellan.* dicendum. ¶ Idemque prorſus ferendum eſt
iudicium de capellanis, qui per ſingulos dies
vel duos vel tres conducuntur ſtipendio ſu-
ſtentationis ad ſacra peragenda; quia iſti eo
die, vel diebus, quo, vel quibus intermittunt
peragere ſacra, non faciunt ſtipendium, vel
denarium diurnum ſuum. At qui per annũ,
vel perpetuo ad celebrandas miſſas condu-
citur, licet miſſas dicendas omiſerit; quia titu
lo nõ caret, facit fructus ſuos, quidquid ſit de
reſtitutione de qua nihil modo, ſed poſtea di
cturi ſumus. ¶ Vltimo vero venit conſideran
dum, quid in hac parte dictet ius naturale, & B
quid diuinum, quidve humanum, & an ius tã
le humanum ſit pœnale non obligans ante
condenationem: an vero ſit conditionale im-
pediens tranſlationem dominij, ſcilicet, ante
condemnationem obligans in conſcientia.

## CAP. CCXLIII.

*De concluſionibus, quæ ſequuntur ex princi-
pijs cap. 917. probatis circa reſtitutionem
fructuum; ſtando in iure naturali tan-
tum.*

Porro, quoniam vltra quam vo-
luimus, produximus diſputatio
nem præiacientes principia, at-
que fundamenta, & ne grauare-
mus lectorem diſputationis ſuc
cidimus telam; hic ſeorſum ſtatuimus con-
cluſiones, quę ex prædictis documentis elici
*Conclu. 1.* videntur. ¶ Quarum prima ſit: Beneficiarij
*Probatur.* non reſidentes ea omnia damna reſarcire te-
nentur, quæ ex eorum abſentiæ defectu ſunt
*Regula.* orta. Patet hæc concluſio. Primo ex regula
illa celebri reſtitutionis, ſcilicet, qui cum te-
netur ex officio obſtare damnis; eis non ob-
ſtat, obligationem ea reſtituendi contrahit:
ſed talis eſt huiuſmodi beneficiarius; quip-
pe qui ex officio veſtes, ornamentaque eccle
ſiæ, ne deteriorentur; & poſſeſsiones eccleſię
conſeruare in ſtatu tenetur, ne pereant, aut in
peius abeant: ergo ſi ex ſua incuria detrimen
ta contingant tenebitur ad ea reſtauranda:
*Confirm.* Quod etiam ſecundo exemplo paſtoris mã-
terialis confirmatur. Is enim ſi ſe deſidem, ne
gligentemque exhibuerit in cuſtodiendo
gregem, ad omnia damna ſua incuria con-
tingentia domino gregis reparanda tene-
tur: ſicut etiam ſi curam paſcendi non adhi-
buerit. Nam & etiam cuſtos montium, niſi rẽ

A cte cuſtodierit, damnaque inferenda vitarit,
ipſum quoque ad ea damna reſarcienda, plã-
ne obligabimus: ergo beneficiarius, ſi cum
ſit paſtor, non paſcit ſpiritualiter, ex paſtus
defectu, vel aliunde damna prouenientia te-
nebitur reſtaurare. Hæc concluſio, tantum
abeſt; vt ab ea diſſentiat aliquis, vt ſit com-
muniter recepta.
¶ Secunda vero ſtatuitur concluſio: Be- *Conclu. 2*
neficiarius, qui adeptus eſt præbendam, cui
ex dono regis, vel fidelium aliqua bona ſunt
annexa, ſi neque per ſe, ſiue neque per alium
reſidentiam præſtiterit, ad reſtituendum
non tenetur, niſi forſitan in donatione ali-
B qua expreſſe adiecta fuerit conditio, quæ
per talem beneficiarium non ſit impleta.
Hæc concluſio patet ex exemplo de religio *Probatur*
ſis, quibus multa bona à fidelibus conceſſa
ſunt, vt Diuus Thomas ſecunda ſecundæ, *S. Thom.*
quæſtione. 187. articulo quarto tradit, quæ
illis citra conditionem vllam expreſſam do
nata ſunt. Quare eos obligatione reſtituen-
di, non oneramus: ergo neque in caſu conclu
ſionis vlla emergit obligatio reſtitutionis.
Cuius potiſsima ratio redditur, ſcilicet, quia
in tali donatione bonorum facta à fidelibus,
annexaq; beneficijs modus quidam, vt mo-
re iuriſtarum dicamus interceſsit tantum, &
C non conditio, ob quam collata fuiſſe dican-
tur. ¶ Vnde infertur Epiſcopum Toletanũ, *Coroll.*
ſiue reſidentiam exhibuerit, ſiue non, ex bo-
nis tali donatione poſſeſsis, ad vllam reſti-
tutionem non teneri. Sicut etiam in hoc
caſu non reſidentiæ, beneficiarij, & epi-
ſcopi ex tali dono fidelium poſsidentes poſ-
ſeſsiones, & prædia ad amplianda beneficia,
ſeu ad ſtatum temporalem epiſcopatus ad-
augendum, liberi à tali reſtitutione eſſe, di-
cuntur. Fatemur autem, quod ſi in tali do-
natione aliqua interfuiſſet conditio, ſcilicet,
quod certæ miſſæ dicerentur, vel anniuerſa-
D rium celebraretur, omiſsio horum quando
neque per ſe, neque per alios id muneris be-
neficiarij explerent, induceret obligatio-
nem reſtituendi. Sicut etiam ſi titulo ſti-
pendij hæc bona conſignata eſſent œcono-
mo, aut theſaurario eccleſiæ, vt his officijs
fungerẽtur, ſi his ſuis officijs defuiſſent, pari
ratione reſtituere tenerẽtur, ſicut beneficia-
rij decimas percipientes, neq; ſua miniſteria
gerentes ad reſtituendum manent aſtricti.
¶ Tertia concluſio, Beneficiarij, qui per *Conclu. 3.*
ſe, ſiue per alium non exhibent miniſterium
debitum iure diuino, eodem quoque iure, bo
nam maximamque partem fructuũ reſtituen
di obligatione tenentur: non tamẽ ad omnes
fructus

fructus tenentur, & hoc ſiue beneficium fuerit curatum, ſiue non. Cum autem concluſio hæc duabus conſtet partibus, vtraque pars

*Proba. 1.* venit probanda, & probatur. Primo prima, nam ſtipenda hæc ob miniſterium impendũtur, tanquam ob cauſam principalem & conditionem; ergo non impleta conditione, obligatio exurgit reſtituendi. Quam etiam corroborant argumẽta ſupra cõtra Syluest. excogitata.

2 ¶ Secũdo patet, nam & capellanus ſuũ officiũ offerendi ſacra nõ adimplens ex iuſtitia fit obnoxius ad reſtituendum bonam partem: ergo & etiam cæteri beneficiarij, ſua officia prætereuntes, neque ea adimplentes.

3 ¶ Tertio; quia abſurdiſsimum prorſus videtur, & ab omni abhorrens ratione, quod is beneficiarius particeps fiat omnium fructuum, qui nullum exhibet miniſterium.

*Prob. partis. 2.* ¶ Secunda vero concluſionis pars, tum ex documentis præiactis illuceſcit, & ex exemplo ſupra allato capellaniæ: tum, quia licet talis beneficiarius non miniſtret. Tamen titulo, & cura & obligatione miniſtrandi non caret, pro quibus poterit ſibi aliquid ex fructibus vendicare. Quod quantum ſit iſtud aliquid, arbitrio prudentum relinquitur librandum.

*Nota.* Hoc autem conſtitutiſsimum eſt, illud ad minimum à tali beneficiario fore reſtituẽdum, quod ſufficiens ſtipendium foret ad loco ſuo vicarium ſubſtituendũ idoneũ. Quod ſi populus defectu ſui beneficiarij coactus eſt conducere ſibi miniſtrum, quidquid ſtipendij huic miniſtro impẽſum eſt à populo, populo reſtituendum eſt à beneficiario. Sed in curatis ſemper contingit, relinqui vicariũ, in ſimplicibus verò non ſic. Quare in his ſimplicibus certam, ad vnguem non poſſumus præſtituere regulam.

*Conclu.4.* ¶ Quarta concluſio, Stando in iure naturali, de quo nunc agimus, nam poſtea reſolutorie dicemus, quod eſt tenendũ, ſtando præ diffinitioni iuris eccleſiaſtici poſitiui, concluſio, inquam, eſt. Beneficiarius, qui miniſtrat per alium, ſiue in curatis beneficijs, ſiue ſimplicibus, ad omnes fructus reſtituendos obligatione non eſt aſtrictus. Imo in ſimplicibus ad nihil videtur teneri, dum tamen per idoneum vicarium ſubminiſtret, ſed in curatis ab aliquo reſtituendo non omnino manet liber. ¶ Quia vero concluſio hæc non vna ſola conſtat parte, quo ad eius partem primã iam pateſcit ex tertia concluſione præcedenti. Secunda vero eius pars patet, quia nulla apparet interuenire inæqualitas iniuſtitiæ commutatiuæ, ſi in ſimplicibus beneficiarius nõ reſidens, ſed ſuum beneficium explens per alium, nihil reſtituat. ¶ Sed tertia pars quę reſtat probanda patet; quia regulariter beneficiarius curam gerens animarum, cum teneatur ex iuſtitia ſuo adeſſe miniſterio, vix per alium ſatis implet miniſterium, quod à ſe ex iuſtitia erat ſubeundum. Quod & docuit dominus in Euangelio, dum ait, mercenariũ fugere eo quòd mercenarius eſt: cuius enim nõ ſunt oues propriæ, parum curat de paſtu ouiũ, aut de inſultu luporum. Et quia regulariter, moraliterq; loquẽdo, diſpendia, damnaque rerum temporalium & ſpiritualium cõtingit oriri ex eius abſentia, licet non ita ad oculum interdum apparere videantur. Cum ergo iſte ſuum miniſterium per ſe implere ſubterfugiendo, operam det rei illitæ, ac per conſequens teneatur de culpa, nihil mirum, ſi ad aliquid arbitrio boni viri reſtituendum obligatum eſſe hic decernamus; etiam cũ nõ ita euidenter damna hæc apparent. Nam ſi omnino manifeſta forent, non eſſet locus dubitãdi, ſed iuxta prędicta eſſent integrè reparanda. ¶ Et tãdem vltimo corroboratur etiã, quia in hoc prima opinio habet verum; quia illa obligatio eſt perſonalis & ſtipendiũ eſt perſonale, maxime in curatis: ergo etiam ſi inſeruiant per alios ſubſtitutos, nõ ob id ab aliqua reſtitutione facienda, liberantur beneficiati curati.

*Conclu.5.* ¶ Quinta concluſio: Dum aliquis beneficiarius regulariter reſidet, ſi paruo tempore abſit, etiam ſi aliquam paruam negligentiam incurrerit, pro rata temporis ſtando in ſolo iure naturali non eſſet obligandus reſtituere, niſi inde euidenter pateret ſubſequutũ fuiſſe aliquod damnum, de quo ſecundum regulas prudentiæ veniret iudicandum.

*Exempl.* Hæc concluſio exemplariter comprobatur, ſicut in alijs officijs, ſi quis per. 8. vel quatuor dies abfuerit dũ regulariter reſideat, nulla pœna mulctãd[us] venit.

*Ratio.* ¶ Deinde hoc apparet; quia inſtitutores præbendarũ probe nouerant aliquas ſimiles negligentias fore committendas, & tamen conniuentes pertranſierunt, nihil pro his imponentes pœnæ.

*De beneficio ſimpli. tenui.* ¶ At idem dicendum eſſe videtur, dum beneficia ſunt ſimplicia & tenues habentia redditus. Nam tunc viſum eſt quibuſdam, quòd talis beneficiarius, etiã ſi neq; per ſe, neq; per alium, ſuum miniſterium impleat, ſi tamen alia miniſteria clericorum peragat, vt recitare horas, non videtur ad aliquid reſtituendum obligandus. Tum, quia titulo potitur; tum; quia inſeruit eccleſiæ vniuerſali, & quia communiter talis laborat paupertate. Cũ ergo ſint pro vtraq; parte opiniones, nõ videtur ad talem reſtitutionem in conſcientia, ante condemnationem iudicis obligandus. Quale ſit autem beneficium paruũ, aut magnum, ſecundum regulas iuris, & prudẽtiæ venit penſandum.

*Quæſtio. Quid circa. reſid. ſtatuit Conc. Tridẽ.* ¶ Sed quia prædictæ concluſiones, eorũq; rationes ſolum vigorem obtinent perſiſtendo in iure naturali: ideo quid ſtando in iure nouo Cõcilij Tridentini de facto, & in cõſcientia tenendũ ſit, expediamus oportet. Ante vero ſtatuendas concluſiones, prænotaſſe breuiter oportet, non ſolũ epiſcopos, ſed etiã parochos iure diuino, ad reſidendum in ſuis parochijs, ad prædicandumq; populo teneri obligatione.

*Notamen. 1 Conc. Tridẽ.* Hoc autem prænotamentum ex Concilio Tridentino Seſsione vigeſima tertia, capite primo. de reformatione videtur eſſe collectũ; quia alibi hoc non ita aperte apparet, inquit Nauarrus, ſumma Latina cap. 25. num. 121. expreſſum. Nam capite illo primo de reformatione ſic edicitur; Cũ præcepto diuino mãdatum ſit omnibus quibus animarum cura cõmiſſa eſt, oues ſuas agnoſcere, pro his ſacrificiũ offerre, verbiq; diuini prædicatione, ſacramẽtorum adminiſtratione, ac bonorum omnium operum exemplo paſcere, pauperum aliarumq; miſerabilium perſonarum curam paternã gerere; & in cætera omnia paſtoralia incumbere, quæ omnia ab ijs nequaquam præſtari & impleri poſſunt, qui gregi ſuo non inuigilant, neq; aſsiſtunt.

*Notamen. 2* ¶ Secundum prænotamentũ iacitur quod quamuis reſidentia, vt elicitur ex iſto loco

*Excuſantia à reſidentia.* Concilij Tridentini, ſit de iure diuino; tamẽ inter eas cauſas rationabiles, quæ excuſant à reſidendo pro tempore ſunt Chriſtiana charitas, vrgens neceſsitas, debita obedientia, ac euidẽs Eccleſiæ, vel reipublicæ vtilitas id poſtulans.

*Conc. Tridẽ.* Ita Concilium Tridentinum. cap. 1. Seſsio. 6. decernit. Et quod cauſa huiuſmodi approbanda eſt in ſcriptis à Romano Pontifice, aut à Metropolitano, vel eo abſente à ſuffraganeo epiſcopo antiquiori reſidente; qui idem Metropolitani abſentiam probare debebit; niſi cum abſentia acciderit propter aliquod munus, & reipublicæ officiũ epiſcopatibus adiunctum; cuius quoniam cauſæ ſunt notoriæ, & interdum repentinæ, neque eas ſignificari Metropolitano neceſſe erit. Poterit autem abeſſe duos, vel tres menſes in anno epiſcopus ex cauſa, cuius iuſtitia ſoli ipſius epiſcopi conſcientiæ relinquitur. ¶ Addit tamen contra facienti nouam pœnam, vltra peccatum mortale, & pœnas ſtatutas per canones antiquos.

*Conc. 1.* ¶ His præmiſsis eſt prima propoſitio, ſcilicet, nunc iuxta nouas ſanctiones Concilij Tridentini: Epiſcopus non reſidens, niſi ſit excuſatus aliqua legitima cauſa iuxta declationem concilij intelligenda, pro rata tẽporis abſentiæ nõ facit fructus ſuos, & eos perceptos nõ poteſt tuta conſciẽtia tenere; imo tenetur Eccleſiæ fabricæ, vel pauperibus erogare, non obſtante vlla compoſitione. Probatur hæc propoſitio ex dicta ſeſsione. 6. Ex

*Nauarr.* quo obiter ait Nauarrus notandum iſtũ caſum eſſe, in quo non prodeſt compoſitio.

*Sanctio iſta non eſt pœnal.* Et hæc ſtatutio concilij, ſicut ſimilis, quam fert de curatis, non eſt cenſenda, ita eſſe pœnalis; vt non obliget ante condemnationis ſententiam; quia expreſsioribus verbis nequiuit concilium declarare illos ſtatim fructus in conſcientia ante condemnationem fore reſtituendos, quam dicendo, quod etiã perceptos fructus non poſsit epiſcopus non reſidens tuta conſcientia retinere; imo quod teneatur Eccleſiæ fabricæ, aut pauperibus erogare.

*Conci. 2.* ¶ Secunda concluſio: Curati inferiores, & alij quicumq;, qui beneficiũ aliquod Eccleſiaſticũ curam animarũ habens obtinent, legitima cauſa non excuſati, ſi non reſideant, vltra culpã mortalẽ, amiſsionem fructuũ pro rata temporis abſentiæ, cæteraſq; pænas ſtatutas per canones antiquos incurrunt; nec faciunt fructus, ſuos pro tempore, quo ſic fuerint abſentes; neq; tuta conſcientia illos retinent, nulla etiam declaratione ſuperueniente. Neq; ſibi in hoc prodeſt refugium compoſitionis. Quare dominio fructuũ videtur in hoc caſu priuari. Imò vt rectius dixerim,

*Conci. Trid.* tranſlationem dominij in eos, Conciliũ Tridentinũ ita impedit, vt illud ſibi non acquirant. Quare hæ concluſiones duæ, itâ in practica obſeruandæ veniunt. Patet ex eodem Concil. Triden. Seſsio. 6. Decernit tamen, & declarat eadem ſancta Synodus, quod quando huiuſmodi parochos, vel curam animarũ gerentes cauſa prius per epiſcopum cognita, & approbata abeſſe cõtigerit, vicarium idoneum ab ipſo ordinario approbandum cũ debita mercedis aſsignatione ipſi relinquãt. ¶ Addit verô & de his curatis concilium dicens; Diſcedendi autem licentiam in ſcriptis, gratiſque concedendam vltra bimeſtre tempus, niſi ex graui cauſa non obtineant.

*Nauarr. Quæſtiò. De intellig. Conci. ſuper abſent.* ¶ Super quam literam dubitare viſus eſt Nauarrus de ſenſu, quo ſit intelligenda, an modo ad abeſſe per duos menſes, curati vel curam animarum gerentes indigeant licentia ordinarij data in ſcriptis. Et licet fatea-

fateatur hanc literam in vtramque partem A
flecti poſſe, tãdem arbitratur parochũ poſſe
abeſſe duos menſes abſque licentia ſcripta,
dum modo id faciat cum cauſa, quæ videa
tur ei iuſta. Tum, quia ante concilium lice-
*Regula cognitu neceſſaria.* bat, & à iure antiquo non eſt diſcedendũ ſi-
ne iure nouo expreſſo, quæ ſumme neceſſa-
ria eſt cognitu regula, & patet. l. præcipi-
*C. de apell.* mus. C. de appellationibus, etiã per argumẽ
tum à contrario ſenſu, capitulo à nobis ſe-
cundo de ſententia excommunicationis.
Tum, quia epiſcopo, qui magis tenetur re-
ſidere, ſic permittitur. Tum, quia verba con
cilij habent, eadem omnino ſeruanda eſſe
B quoad hoc in curatis inferioribus, quæ in
epiſcopis. Tum denique quia hæc pars eſt
benignior.

*Quæſtio. In quibus Papa diſpẽ. poſſ.* ¶ Si verò quis quærat, an Papa poſſit diſ-
penſare, & remittere hæc omnia, is hoc ha-
beat reſponſum, quod in pœna, ſeu pœnis,
& in omni eo, quod eſt de iure poſitiuo hu-
mano diſpẽſare papa poteſt: ſed in illo quod
eſt de iure naturali non ita libere poteſt, vt
in materia de ſimonia quæſtione.100.22.art.
*De capellanis regijs.* 6. diſputari ſolet. ¶ An autem capellani regũ
perinde ac faciunt capellani Papæ fructus
poſsint capere in abſentia, quæſtio eſt, de
C qua dicere Nauarrus ſumma litina capite.25.
num.12. dicit ſe fuiſſe rogatum. Nos autem
hic iuxta mentem eius, & verba, reſponde-
mus affirmatiue, poſſe quidem illos eos fru-
ctus etiã in abſentia percipere licite, ſi vtriſ-
que tam capellanis regum, quam Papę eiuſ-
dem generis priuilegia ſunt conceſſa. Imo &
magis, ſi forte plus ſit eis fauore regum con-
ceſſum, argumento capi. indultum. de reg.
iur. libro ſexto. Nec Caietanus diſſentit ab
his, quæ ante concilium, quod poſt eum ha-
bitum eſt, ſeruanda eſſe Nauarrus, & nos prę
diximus.

# CAP. CCXLIX.

D *Quid circa reſidentiam ſtatutũ ſit iure poſitiuo; Et de multiplicibus cauſis excuſantibus pro tempore à reſidentia beneficiarios, vel epiſcopum.*

*Beneficiarij ſimplic. non reſi. ad quid ten.* POrrò quoniã, & de canonicis,
& alijs beneficiarijs ſimplici-
bus non reſidentibus, quid ſtã
do in iure naturali ſit, dixi-
mus: nunc ſi quid iure humano
poſitiuo, de eis cautum ſit expediendum
*Dictum. 1.* venit. ¶ De ijs ergo canonicis dicitur primo,

A & de alijs, quorum ſecundum ius humanũ
præcipuum munus eſt aſsiſtere choro, ibiq;
horas canere ſeu perſoluere, etiam ſi præſen
tes ſint reſideantq; in ciuitate; ſi tamẽ choro
præſentes non ſint, non faciũt fructus diſtri
butionum quotidianarum ſuos: ſed eos pro
rata abſentiæ reſtituere tenentur. Ita in.6. ca
pit. vnico. de clericis non reſidentibus adiun
cta gloſſa. Gabriel autẽ, & alij aſſerunt alios
canonicos horis canonicis in choro intereſ-
ſentes canonicis non intereſſentibus diſtri-
butiones amiſſas poſſe remittere, ſi velint; dũ
id non fiat in fraudem legis, vt ipſi ſimiliter
à choro poſsint impune abeſſe. Et hoc veriſi
B militer dicitur. Nam ſecundum Nauarrum
ſumma latina cap.25. nu. 123. diſtributiones
quotidianæ, quas amittunt, qui horis canoni
cis in choro non interfuerũt, illis accreſcũt,
qui in illis diebus choro interfuerunt per.1.
cap. de clericis non reſidentibus. ¶ De his ve *De cleric.*
ro beneficiarijs, qui non ſunt addicti choro,
ſi reſideant, & tamen ſua miniſteria non exe
quantur, nihil reperitur in iure expreſſe. Di-
cimus ergo de his, quod ſi huiuſmodi ſint
qui ad aliud potiſsime miniſterium magis,
quã ad horas canonicas ſint deſtinati, hac ſo
la ratione, quia horas canonicas prætermit-
C tunt, ſecundum ius naturale, non tenerentur
ad omnes fructus reſtituendos; imo nec ad
vllos, ſecundum aliquos reſtituendum tene-
rentur. Hac ratione enim nonnulli doctores
excuſabant præſtimoniarios non recitantes
à fructuum reſtitutione, ſed iam ex extraua-
ganti Pij.5. decretum relinquimus, quid de
præſtimoniarijs, & alijs beneficiarijs, qualia
cumq; alia beneficia etiam nullum omnino
ſeruitium habentia obtinentibus, & tamen
diuinum officium omittentibus, quo ad re-
ſtitutionem fructuum dicendum eſt; quia di
ximus teneri; ſicut etiã de quibuſcunq; alijs
pẽſiones, fructus, aut res alias Eccleſiaſticas,
D vt clericis percipientibus diximus. Si tamen
prædicti potius ad alia miniſteria ſint addi
cti, quam ad horas dicendas, ſi munia ſua, &
officia non adimpleuerint, tenentur reſtitue
re etiam; quia illa omittunt ſecundum Magi *à Peña.*
ſtrum fratrem Ioannem de la Peña. ¶ Tertio 3.
animaduertendum eſt, quod etiam de his
non reſidentibus nuper concilium Tridenti
nũ Seſsi.24. ca.12. ſic ait. Canonici, & alij, qui
portiones, vel dignitates obtinẽt ſi vltra tres
menſes non reſederint, prima vice ipſius prę
bẽdę fructuũ medietate priuẽtur; & ſecũda,
omnibus fructibꝰ illius anni. Quod ſi adhuc
perſeuerauerint, poſsit procedi contra illos
iuxta ſacros canones, vt beneficijs priuẽtur.
¶ Porrò



*Quæſtio.* ¶ Porrò adhuc præuidendum supereſt, A
an aliæ ſint cauſæ legitimæ excuſantes à re-
ſidentia. ¶ Igitur & hanc quæſtionem ab-
ſoluturi dicimus, primo, quia omne benefi-
*Dictum. 1. de cauſ. excuſ. à reſid.* cium quamlibet tenue iure communi requi
rit reſidentiam, vt habetur cap. conquerẽte
de clericis non reſident. & eſt communis ſen
tentia. Ideo planum eſt eum peccare, qui in
ſuo beneficio non reſidet, nulla ipſum ab eo
cauſa excuſante. ¶ Sed quotuplex ſit cauſa
legitima à tali reſidentia excuſans reliquum
*Cauſa. 1.* eſt, vt dicamus. ¶ Prima igitur cauſa excu-
ſans eſt, auditio Theologiæ ad quinquen-
nium, & lectio illius donec durauerit, etiam
ſine licentia prælati, quia eam ius concedit B
*De Magiſt.* capite. fina. de magiſtris. Et idem eſt dicen-
dum de auditione, & prælectione iuris pon
*Archid. Panor.* tificij iuxta Archidiacono. in cap.2. de priuile-
gijs. lib.6. & Panormitanum. in dicto capit.
*Nauarr.* fina. Quod per nouas rationes ait Nauar-
rus ſe defendiſſe in capit. licet de præbendis.
Ad alias vero ſcientias licentia epiſcopi re-
quiritur; niſi vbi contraria conſuetudo vi-
get per notata in cap. tuæ. de clericis non
2. reſidenti. ¶ Secunda cauſa eſt, obſequium
epiſcopi quoad duos canonicos, ac etiam
alios, ſi occupentur ab eo in vtilitatem Ec-
cleſiæ ſuæ, vel cathedralis. Non autem, ſi oc-
cupentur in ſeruitio ſuo perſonali, niſi ex C
vrgente cauſa, & Eccleſia non indigente
ſeruitio. cap. ad audientiam de clericis non re
*Panor.* ſiden. adiunctis, quæ ibi ſcribit Panormita.
*Nauarr.* nume. 8. Ad quod ſecundum Nauarrum re-
ducenda ſunt capit. de cætero. & cap. cum di
3. lectus. eodem titu. dicta. ¶ Tertia cauſa ea-
dem, vel maiori ratione excuſans à reſiden
tia eſt, obſequium Papæ per eadem iura; mo
do id fiat principaliter ad ſeruiendum, &
non ad procurandum beneficia, autore An-
gelo verbo. clericus.7.§.2. Sed non nocet, ſi
minus principaliter inſeruiat Papæ ad pro-
curandum, vt ex beneuolentia ex obſequijs
4. parta, beneficium ſibi conferatur. ¶ Quar- D
ta eſt cauſa excuſans. Scilicet licentia legi-
*Gloſſ.* tima ſecundum gloſſam receptam capite. in
ter quatuor. de cleric. non reſident. Sed ſi ro-
ges quænam eſt, aut qualis hæc licentia legi
*Nauar.* tima, reſpondet Nauarrus ſumma Latina ca
pit.25. nume.121. quod legitimam licentiam
vocamus eam, quam dat is, ad quem ea res
pertinet, & ex cauſa, boni viri arbitrio pro-
babili & in ſcriptis, quando id ius requirit.
¶ Quinta cauſa excuſans à reſidentia, eſt
5. conſuetudo honeſta, iuxta Innocent. capit.
ex tuæ. de clericis non reſidentibus, recepta

à Panormi. in. d. cap. inter quatuor. cui acce- *Panor.*
dunt alij communiter. Licet conſuetudo
abſentandi ſe ſine cauſa, nihil valere poſ-
ſit, iuxta eundem ibidem, & omnes. Nec
etiam iuſta cauſa abſentandi ſe excuſat, quã
do ſit, Eccleſiam debito obſequio defrau-
dando; quia in omni caſu obſeruandum eſt,
vt beneficium debito non defraudetur obſe-
quio, & ſubditi debita bona gubernatione
non careant.
¶ At forte quis hæſitabit, an qui abeſt *Quæſtio.*
ſine cauſa probabili cum licentia, aut ſine il- *Vtrum non*
la, vltra peccatum ad reſtituendos fructus *reſidens ſine*
teneatur antequam condemnetur. Igitur *cauſ. ten. ante condemnat.*
B Panorm. capit. 1. de celebratione miſſarum,
negat, ante condemnationem teneri, niſi
quando iure exprimitur. ¶ Angelus verbo. *Panor.*
clericus.7.§.5. tenet cõtrarium. Sed iam hæc *Angel.*
quæſtio parum negotium nobis faceſsit,
cum per Concilium Tridentinum, dicta *Conc. Tridẽ.*
Seſsio.6. de epiſcopis, & curatis, & alijs be-
neficium cum cura animarum obtinenti-
bus, quod pro rata temporis abſentiæ, non
faciant fructus ſuos, nec perceptos poſsint
tuta conſcientia tenere; ſit declaratum, nul-
la obſtante compoſitione. ¶ Sexta cauſa ex 6.
cuſans à reſidendo eſt, quando Eccleſia eſt
annexa alicui dignitati. Nam tunc talis be-
C neficiarius habens annexam Eccleſiam dig-
nitati cum adeſſe debeat Eccleſiæ maiori,
præcipitur, vt ibi inſtituatur canonice vica-
rius idoneus, & perpetuus. Ita Concilium
Tridentinum. Ita omnes canoniſtæ. ¶ Septi 7.
ma cauſa eſt ratione ſtudij, præter caſus po-
ſitos de ſcholaſticis ſtudentibus per quin-
quennium in Theologia, & de eam legenti-
bus. Quos caſus contra alios reſtringentes
eos ad ſolam ſcientiam Theologiæ, exten-
dit Nauarrus ad auditionem, & prælectio- *Nauarr.*
nem iuris pontificij. Additur & caſus capit. *Caſus.*
relatum. de clericis non reſidentibus. Vbi
cauetur, quod electus in curatum illo anno
D ſaltem in ſubdiaconum ordinetur, & per.7.
annos, vt ſtudio vacet, & in ſcholis verſetur
à curatu poſsit abeſſe, poſt hoc ſacerdotali
ordine teneatur initiari; & interim, ne cura
animarum negligatur, prouideatur miniſter
idoneus. Vnde iſta ſeptẽnis vacatio, ſeu oc-
cupatio in ſtudio excuſat per ſeptennium à
reſidẽtia perſonali. ¶ Octaua cauſa eſt, caſus
ille, in quo quis duo beneficia licite poſsi-
dere poteſt per licitam diſpenſationem,
etiam requirentia reſidentiam; cum tamen
certum eſt, quod ſimul, & ſemel in vtro-
que reſidere non poteſt. Quod in quibus

caſibus poſsit contingere, poſtea venit di- A cendum.

¶ Nona cauſa excuſans eſt, caſus peregrinationis, vt impleat Hieroſolymitanum votum, vt habetur, cap. fin. de voto. Quod tamen cum duabus limitationibus conceditur. Primo, quod id liceat in caſu, quo ex tali peregrinatione enormiter, vel notabiliter ſua non lædatur Eccleſia. Secundo, ſi prædicti beneficiarij tales ſint, vt in Hieruſalem poſsit verbo, & exemplo docere. Sed quia forte iſta conceſsio facta eſt, quando expeditio militum fiebat pro expugnanda terra ſancta à fidelibus, quæ ab infidelibus erat B inuaſa, credo modo ſi conſuleretur Papa non permitteret curatum alias idoneum, omiſsis ouibus Hieroſolymam peregrinari ſolo intuitu peregrinationis. Nam inuigilare ouibus eorumque ſolicitam curam gerere magnum obſequium & acceptiſsimum Deo eſt. Vnde certe videtur dicēdum, quod ſi parochus dignus, emiſiſſet, votum peregrinandi in Hieruſalem: ad votum iſtud forte non teneretur; nam exinde iacturam patitur ſua Eccleſia, & incumbere curę ouium, res acceptiſsima Deo eſt: aut hic diſpenſandum eſſet.

¶ Sed iam, vt etiam de cauſis excuſanti- C bus ad tempus paruum epiſcopos agamus. Decima cauſa excuſans eos eſt, impedimentum intrinſecum. Nam licet tres cauſæ epiſ- *De cauſis ad tempus paruum excuſ.* copos excuſantes aſsignentur, neceſsitas impedimenti, & qualitas negotij, & perſonæ diſpoſitio; omnes tamen hę cauſæ in bonum Eccleſiæ referendæ ſunt, vt egregie adnotauit Sotus. Inter quas cauſas prima eſt, quę reſpectu prædictarum obtinet hic decimum *Sotus.* locum, impedimentum, ſcilicet, intrinſe- 10. cum, vt infirmitas, ratione cuius epiſcopus ea laborans iubetur à medicis remeare ad patriam, mutareque aerem & ſolum. Tunc D abeſſe poterit; dum talis abſentia ſine detrimento Eccleſiæ fiat. Nam ſi pro neceſsitate ſpirituali ſuæ Eccleſiæ ratio expoſceret ibi eum manere, potius ſibi obeūda eſſet mors, quam oues in tali neceſsitate deſtituere.

¶ Adhanc cauſam reducitur: ſi cauſa recreationis, verbi gratia, vt inuiſat cognatos, & parentes paruo tempore abſit. Ita tamen, vt per annū eius abſentia non excedat duos, ſiue tres menſes, ſiue ſimul, ſiue interpollatim; vt recte Concilium Tridētinum Seſsione vigeſima quinta capite primo explicuit. *Conc. Tridē.* Dum modo tempore aduentus, & quadrageſimæ, Pentecoſtes, & corporis Chriſti non A contingat à ſua Eccleſia eum abeſſe. ¶ Vndecima cauſa à reſidentia reſpectu epiſcopi 11. excuſans eſt, extrinſecum in Eccleſia reſidendi impedimentum, nempe, perſecutio ſolum prælatum inuadens. Nam tempore, quo ipſe ſolus perſecutionem patitur, pro bono Eccleſiæ poteſt prudenter fugere; exēplo Diui Pauli, qui tempore perſecutionis, *Exempl.* miſſus per ſportā euaſit; & exemplo Sancti Thomæ Cantuarienſis epiſcopi, qui ad tempus receſsit gratia perſecutionis, & poſtea rediens mortem pro ſua Eccleſia, eiuſque iuribus tuendis ſubijt. Sed & de Diuo B Athanaſio refertur hac de cauſa caute fugiſſe, vt ſe poſtea defenſioni Eccleſiæ Dei incolumem reſeruaret. Si tamen perſecutio non in ſe ſolum, ſed in totum ſæuiret populum; vnde continget ſæpe ſalutem populi ſpiritualiter periclitari; potius ſibi oppetenda eſſet mors, quam in tempore tam deplorato, oues inuaſas à lupis dimittere. Quod optime confirmat Diuus Thomas. 2.2. quæ *S. Thom.* ſtione. 185. articulo quinto. Tum etiam tam ex authoritate Diui Auguſtini, quam Diui Gregorij patet. ¶ Duodecima cauſa excu- 12. ſans eſt, qualitas negotij tripliciter occurrētis. Nam aliquando occurrit negotium ip- C ſius Eccleſiæ particularis, cui præeſt; vt ſi pro commodo ipſius Eccleſiæ, Cæſaream adeat curiam. ¶ Aliquando verò occurrit negotium vniuerſalis Eccleſiæ; vt ſi ad concilium Generale, vel prouinciale neceſsitas immineat proficiſcendi; poteſt tunc hac ratione ab Eccleſia ſua abeſſe. Nam & pars interdum patitur detrimentum pro conſeruatione totius. Huiuſmodi autem neceſsitas taliter debet vrgere: vt per aliū non valeat ſuppleri. Nam ſalua cenſura tanti paſtoris, id eſt, Papæ aliquem epiſcopum fungi apud ipſum officio ſecretarij apoſtolicì, vel audito D ris rotæ, & hac de cauſa à ſua abeſſe Eccleſia, & in curia Romana perpetuo commorari, non videtur ſatis idonea cauſa ad excuſandum à reſidentia. Quia licet hæc talia ſint negotia, quæ commodius per epiſcopos peragi poſsint, tamen in rei veritate per alios geri poſſunt. ¶ Ad hanc cauſam reducenda videtur cauſa legationis, quando pro bono pacis totius regni ad componendam pacem epiſcopus mitteretur, vt legatus. Si vero in ſecularibus hoc munus legationis ſubeat, reſidentiam deſerens, tutus non videretur manere in conſcientia; quia pro commodis tēporalibus alienis, proprias ſpirituales non debet deſtituere oues.

¶Ad



A ¶ Ad hanc cauſam excuſantem pertinet, ſi ad tempus pro aliquo bono Eccleſiæ epiſcopus vocaretur à Papa. ¶ 13. cau- 13. ſa excuſans eſt, ſi epiſcopus pro bono ſpirituali, & maiori alterius Eccleſiæ ad tempus breue abſit à ſua. Nam ſicut in corpore naturali pars corporis interdum aliqualem iacturam patitur pro alia: ſic & in corpore Eccleſiæ myſtico.

¶ Decima quarta cauſa excuſans eſt, conditio perſonæ talis, vt melius ab ipſa abſente, quam ab alia præſente, cura ageretur Eccleſiæ. Et hæc ratio militare videtur in cardinalibus, qui cum ſint flores totius orbis, *De cardina.* & perſonæ eminentiſsimæ, ſi ſint epiſcopi B epiſcopatus obtinentes propinquos Romę, de quibus ſperatur, quod melius bono communi Eccleſiarum prouidebunt; quia tum prouidere poſſunt; tum etiam viſitare ſuas Eccleſias propinquas. Si tamen de facto viſitent illas, ſicut faciebat Caietanus, conce- *Caie. Sotus.* dit ipſe, eique ſubſcribit Sotus; quod cardinales tales reſidendo in ſua Eccleſia Romana, poſſunt tales propinquos epiſcopatus obtinere.

¶ Decima quinta cauſa excuſans additur a Caietano, quæ eſt caſus, in quo propter magnam penuriam perſonarum alicui vni, duæ Eccleſię committerentur. Sed quia C hæc cauſa eſt per accidens, & de raro contingentibus; quia penuria perſonarum vix contingit; ideo rariſsime fieri deberet; quod ſi fieret, tunc quoque de per accidens, liceret titularem epiſcopum ibi habere. ¶ Tandem *Pro confeſſarijs beneficiar.* iam pro confeſſoribus concludamus primo, quod beneficiarius curam animarum gerens; ſi ſine cauſa iuſta reſidentiam ſubter- 1. fugiat, non eſt abſoluendus, etiam ſi ſit vir illuſtris, vel mille dicat ſe habere diſpenſationes. ¶ Secundò ſi ſit beneficiarius benefi- 2. cium obtinens ſimplex: ſi tamen alicuius ſit penſi, vel momenti, ſi nec per ſe, nec per alium ſufficienter ei prouidet, non eſt ei im- D pendenda abſolutio, dum non reſipuerit.

¶ Si vero ſit beneficium ſimplex, ſubſtituitque vicarium dignum, licet non ſit omnino ità affirmatiue & certo, quod maneat tutus in conſcientia dicendum, ſed neque neganda eſt illi abſolutio, quia hic non videtur intercedere culpa mortalis intrinſeca, & eſt caſus vbi non reclamante Eccleſia diſpenſatio epiſcopi, vel Papæ locum habere poteſt.

Inſtruct. conſcien. pars. 1.

## CAP. CCL.

*Quoniam de reſidentia Eccleſiaſticorum dictum eſt, de miniſtris reipublicæ temporalibus, an iure naturali teneantur reſidēre forſitan quis dubitabit.*

Sed quia breuitati ſtudemus, dicimus, ſuccincte tamen, quôd domini tēporales licet non teneantur ad tantam pręſtandam aſsiduam reſidentiam ſicut Eccleſiaſtici, ad aliquam nihilo- B minus tenētur. Nā quia ideô ſtipendia tributorum accipiunt, tenentur tum ſubditos viſitare, cum neceſſe fuerit, ratioq; poſtulauerit, tum gubernare bonos iudices præficiendo, malos amouendo. Nam experientia docente didicimus ex præſentia dominorum rempublicam plurimum, & adiumenti, & augmenti capere. Prouerbiorū etenim. 20. *Prouer.* inquit Salomon, Rex, qui ſedet in ſolio regni ſui, intuitu ſuo diſsipat omne malū. Quæ authoritas in rege potiſsimum locum habet. ¶ Et quia cū reſpublica perfecta ſit, ſibi ipſi ſufficiens, non debet quærere ſuum regem multo interuallo diſtantem, niſi ad ſic diſtan- C dū accederet cauſa rationabilis. Quia iam ſi præſtitit conſenſum in hoc, quòd rex ſuus, multa poſt obtineat dominia, & regna; ita etiā neceſſario cōſentire habet, vt alijs quoq; regnis præſit. Deniq; ſicut epiſcopi pro ſuæ Eccleſiæ bono, ac etiam pro maiori ſpirituali bono alterius particularis, vel vniuerſalis Eccleſiæ, ex iuſta cauſa ad tēpus licite poſſunt abeſſe: ſic multo facilius id licentiæ dominis temporalibus eſt indulgendum. Vide circa hoc dubium librum, quem Torres edi- *Torres.* dit de reſidentia.

¶ Præterea de ſenatoribus, ſeu rectoribus *Quæſtio. An ſenatores ten. reſidere.* populi, regidores Hiſpanice nuncupatis, ſpecialis ſe offert ratio dubitandi, an ad reſiden- D tiam perſonalē & præſentialem in ſuis officijs præſtandā teneantur. Cuius quæſtionis meminit Corduba in tractatu de caſibus cō- *Cord.* ſcientię, quæſtione. 55. Igitur iuxta eius mentem abſoluemus quæſtionē per hæc dicta. Dicimus enim primo, quod tales tenentur in *Dictum. 1.* ſuis officijs præſtare reſidentiam perſonalē. Quia ſi non tenerentur reſidere, rex vel reſpublica, non teneretur eligere meliores ad hæc officia; & quia nomen rectoris nomen eſt operis, ſicut nomen epiſcopi. Et quia aliâs ſi non tenerentur ſuis officijs adeſſe, eadem inconuenientia ſequerentur tem-

poraliter, quæ ſequuntur ex non reſiden-
tia ſpirituali miniſtrorum, vt experientia
2. teſte conſtat. ¶ Secundo dicimus, quod præ
dictis non obſtantibus, rectores, ſeu ſenato-
res huiuſmodi iuſtis de cauſis à ſuis officijs
abeſſe poſſunt ad tempus, ſcilicet, ad ſua pe-
ragenda negotia. Tamen ſemper, vel ordina
riè à ſuis officijs abeſſe ſi velint, id eis non li-
cet: quia ſi ſuis negotijs proprijs ſe abſentan
do, ordinarie volunt vacare: tunc dimittant
tale officium requirens induſtriã, & præſen
3. tiam perſonalem. ¶ Sed cauſas iuſtas à reſidẽ
*Quæſtio.* tia hos excuſantes forſitã quis ſciſcitabitur.
*Cauſæ excuſ. ſenatores à reſid.* ¶ Dicimus in gratiam huius tertio, inter has
cauſas iuſtas reputari, ſi in aliquod obſequiũ
regis, talis rector addictus eſſet, vel ſi nego-
tia regni; vel ſuæ reipublicæ gereret: vel ſi
negotijs ſuis magni penſi, vel momenti ad
tempus operam daret; vel ſi munus guber-
nationis ad tempus abiret; vel ex aliqua ſimi
li rationabili cauſa ad tempus ſe abſentaret,
etiam per paucos annos. ¶ Imò recreationis
captandæ gratia, poteſt talis rector etiam
per maiorem partem anni abſens commora
ri, dum in talis ſenatus conſulationibus, &
regimine perſentit ſuam abſentiam non eſ-
ſe in cauſà alicuius iacturæ, vel defectus no-
tabilis. Quia ad caſus contingentes, & ordi-
narios non deſunt alij eiuſdem officij recto-
res, ſeu ſenatores, qui præſentes ſe exhibeãt,
cum ſufficientes ſint, & idonei dum tamen
ipſe interim ſolicitus ſit ad inueſtigandum,
vtrum ſua abſentia damnum reipublicę affe
rat, aliquando ſenatus conſultationibus inte
4. reſſendo. ¶ Quarto adijcimus, quod in caſu
quo talis ſenator, ſeu rector animaduerteret
ſuam abſentiam notabiliter reipublicæ in-
commodare, vel ſi caſus tanti penſi, vel mo
menti eueniret, quod reipublicæ maxi-
mè intereſſet ad proſpiciendum bono com-
muni eius, quod rector talis adeſſet: tũc non
effugeret culpam mortalem ſi ſuam præſen
tiam perſonalem ſubterfugeret adhibere.
Circa hos contingentes caſus, dum notabi-
lis ex eius abſentia non perſentitur defe-
ctus, nec notabile reipublicæ detrimentum,
culpę mortali tribuendum non venit, vt prę
dictum eſt, ſi perſonaliter non reſederit, etiã
ſi per maiorem partem temporis anni ſola-
tij capiundi gratia alibi verſatus fuerit; dum
modo aliquoties ad ſenatum rediens ani-
maduertat, an ſua ſit neceſſaria perſonalis
*Ariſto.* præſentia. Ratio ſupradictorum ex philo-
ſopho ſecundo phyſicorum, ſumitur; vbi
docet neceſsitatem mediorum conſpicien-
dam eſſe ex ſuo fine, neceſsitatis autem re-

A ſidendi finis, ſcopuſque eſt promotio, con-
ſeruatioque boni communis. Si ergo ex re-
ſidentiæ defectu non oritur reipublicæ no-
tabile diſpendium: ſequitur culpa carere
mortali tunc non reſidere. Facit ad hoc. 12. *12.q.2.*
quæſt.2.ca.terrulas.&.l.2.ff.de integ.rei.

¶ In cuius probationis quoque gratiam
præſtituitur & hoc documentum, quod *Documentum.*
quando aliquid dirigitur, vel mandato indi-
citur tanquam medium tantum in ordine
ad aliquem finem: ſi alia ratione, vel via con
tingit aſſecutio finis, iam ex tunc obliga-
tio ceſſat adhibendi medium, quod ſolum
medium erat ad obtinendum finem illum.
B Secus eſt ſi tale medium ad alios quoq; adi-
piſcendum conferret fines. Cuius documen
ti autor eſt Metina. C. de reſtit. quæſtio. 14. *Metin.*
folio. 52. colu. 3. de eleemoſyna. quæſtio. 3.
fol. 164. &. 167. col. 3. &. 4. Quod & ratio- *Ratio. 1.*
nibus exemplaribus commonſtrari poteſt.
Nam iuxta doctrinam D. Thom. 2.2. quæſt. *S.Thom.*
33. articu. 2. ei ſuffragantibus communiter
doctoribus, licet præceptum corripiendi
fratres fraternaliter, cum eos periculo mor-
tis ſpiritualis, vel corporalis periclitari cer-
nimus, omnes nos obligatione ſua aſtrin-
gat: tamen ſi hoc munus corrigendi fratrem
alium, vel alios ſufficienter ſuppleturos vi-
C deo, iam pro tunc ab hac obligatione corri-
gendi liberos. Si autem ſuo officio corrigen
di fratrem in hoc caſu eos deeſſe, vel defu-
turos conſpicio, cum notabilis deprehen-
datur in corrigendo defectus; obligatione
tunc teneor corripiendi, adhibendique me-
dium præſtitutum à lege diuina, ſolum in or
dine ad illum finem, id eſt, ad emendam
fratris. Sic & in præſentiarum in caſu, quo
videt rector populi ex ſua abſentia rempu-
blicam circa ſuam gubernationem iactu-
ram non pati, nec defectum notabilem; quia
alij ſufficienter ſupplent, cum curet ani-
maduertere, an ſua abſentia noceat, cum ani
D muni gerat aſsiſtendi, ſi ſuam aſsiſtentiam
neceſſariam eſſe noſceret; ſi ad tempus ab-
ſit, non venit de culpa mortali notandus;
quia nec negligentia reſidendi cum culpa
mortali coniuncta eſt; niſi talis negligentia
ſit, quę damnũ in republica notabile infert,
vel diminutionẽ notabilẽ, vel defectũ circa
eius procurandum emolumentũ, vel augmẽ
tum. Quia officiales ij reipublicę non tenen *Ratio.*
tur pro poſſe ad omne damnum reipublicæ
paruum præcauẽdum ſub pœna culpæ mor
talis. Quod patet cũ ex practica cõmuni, tũ
ex ſtipendijs modicis, quæ ex ſuis officijs re
portant. Tũ etiã quia nõ omnis tranſgreſsio
legum



legum naturalium, diuinarum, vel humana- A
rum mortalem inducit culpam, niſi quando
materia eſt grauis, vel exceſſus, vel defectus
eſt notabilis, nempe, contra charitatem Dei,
& proximi, quam tollit. Neq; enim omnis
ſuperbia, auaritia, mendacium, vel gula, vel
furtum, vel proximi damnum, culpa cenſe-
tur eſſe lethalis. Sic nec qualiſcunque reſi-
dendi negligentia mortali culpæ tribuenda
eſt; niſi damnum inde obueniens, vel proba
biliter obuenturum, notabile eſſe credatur.
*5.corola.* ¶ Quinto, ex prædictis hoc corollariũ ſub-
ijcimus; Vaſſallorum dominus, vel huiuſ-
modi claræ notæ homo, qui obtinuerit ſe- B
natoris officium non tenetur ſe abdicare il-
lo, eo quod ſe officio quoque, & cura pro
prios gubernandi vaſſallos implicatum vi
deat, etiam per totum annum. Quia cum
tam egregiæ conditionis, & authoritatis
ſit perſona magis rempublicam ſua autho-
ritate, fauore tutabitur, & iuuabit ſemel in
attinentibus ad ſuum officium ſenatoris
inuigilando, quam ſi cæteri minoris ſortis
conſortes ſenatores, ſæpe ſæpius, atque or-
dinariè ſuum officium intereſſendo ſenatui
præſtent; & quia ad negotia ardua magis
reipublicæ conducentia, maiores hic pote
*6.corola.* rit conferre ſuppetias. ¶ Sexto dicimus ex C
prædictis, & aliud corollarium ſequi, quod
tunc dicendus eſt ſenator ſuo officio totali
ter deeſſe, ac in eo non reſidere, illudq; proin
de mala conſcientia obtinere, quando nun
quam eo fungitur munere, neque audien-
tiam ſenatus ingreditur, ſed ſolum cauſa
conciliandi ſibi honorem ex titulo ſenato-
ris, & propter in de ſibi accreſcentia emolu
menta id officij in republica obtinet, abſq;
cauſa rationabili à reſidentia illum excuſan
te, vt præfati ſumus.

*Obiectio. 1.* ¶ Cæterum, quoniam non ſatis eſt tenẽda
ſtatuere, ſuiſque rationibus obfirmare, niſi D
quoq; cõtrarias obiectiones diluamus: ideo
duas contra ſupradicta has obiectiones hic
diſſoluẽdas proponimus. Prima eſt, quæ in.
*C.de cur.* l. ſi quis decurio. l. 1. C. de decur. obijcitur,
vbi indicitur pœna ſenatori abſq; principis
licẽtia è ciuitate exeunti, &. l. curiales extra
terminos. eodẽ tit. cauetur, ne onus officij re
ctori ſeu ſenatori ciuitatis iniungatur, quo
terminos exire cogatur ciuitatis, vbi recto
ris officio fungitur. Hoc quoq; comprobat
lex. omnes: & lex duũuirum. C. eo. tit. vnde
Bartolus infert à ſenatoribus populi extra
ſuã ciuitatẽ dominia, vel gubernamina ac-
ceptãda nõ fore, propter id dãni, quod ex eo
rũ abſentia in ſua republica ſubſequi poſſet.



A ¶ Secunda quoq; obiectio contra ſupra di- *Obiectio. 2.*
cta ea eſt, vbi obijcitur negligentiã culpãq;
leuẽ fungentis officio adminiſtrationis; vel
reipublicæ mortalẽ eſſe iuxta gloſſam in ca. *Gloſſ.*
ea quę de officio archidiaconi, & in capite de
officio cuſtodis, vbi ob ſolã negligentiã, quę
minor eſt leui culpa ab officio remouetur.
¶ Igitur ad primam obiectionem reſponden *Ad obiect. 1.*
dum duximus primũ, quod authore Baldo
leges præcitatę id cõtendunt edicere. Quod *Bald.*
ad tale officium exactiſsime explendum fa
ciendum eſſe cenſent, quatenus & tale offi-
cium, & ſine defectu geratur, & reipublicæ
B nocumentum, quod ex oppoſito prouenire
poſſet, vitetur. Sic ergo confitemur ex hu-
iuſmodi legibus, adiunctis alijs iuris natura-
lis rationibus recte iſtam regulam generalẽ
cõcludi, ſcilicet, quod ciuitatis rector, ſiue ſe *Regul. gene.*
nator ſuo officio adeſſe obligatione eſt aſtri
ctus, eiq; inſeruire, niſi obſtiterit, vel infirmi
tas, vel regis, aut reipublicæ mandatum, quo
ad alia peragenda negotia mittitur, vel deſti
natur, vel niſi ratione alicuius litis ſibi, aut
ſuis rebus occurrentis, vel ratione aliquorũ
ſimilium caſuũ abeſſe contigerit. ¶ Secundo
ad reſponſionem annectimus id, quod leges
de huiuſmodi Senatoribus ſtabiliunt, videli
C cet, quod in alio officio extra ciuitatẽ admi-
niſtrare non valeant, nec citra licentiã regis
inde foras exire, hoc quantum attinet ad ius
humanũ maiorem obligandi vim non obti- *Vſus communis excuſ. ab obliga. hum.*
net, quam vſus cõmunis comprobat. ¶ Vide-
re eſt autem nunc, regẽ in huiuſmodi officia
præficere optimates dominos vaſſallorum;
quod cũ id faciat, videtur cum eis in hoc diſ-
penſaſſe, quatenus ſi alias præſtent id, quod
de iure naturali tenẽtur, interim per interſti
tiũ temporis vni officio, interim alteri, alter
nam præſentiam exhibendo maneant tuti,
ſi in aliquo deſint, quod ſolũ eis præcipitur
D per ius humanũ. ¶ Ad ſecundã vero obiectio *Ad. 2. obie.*
nem id primũ damus reſponſum, quod quia
non ſolum de lata culpa, ſed etiã de leui tenẽ
tur culpa huiuſmodi officiales iuſtitiæ in re
publica, quia gratia tã ſui, quã etiã reipubli-
cæ hæc munia ſeu officia ſuſcipiunt ſecun-
dum doctores communiter, ideò non ſolum
diligentem curam, ſed & diligentiorẽ pro
poſſe in prouehẽdo, & cõſeruando bonum
commune reipublicæ tenentur apponere.
Sed tamen iſta culpa leuis eſt, quæ tunc com
mitti contingit, quando quis in ſuo officio,
vel circa illud in eo negligens fuit, in quo
ſui ſimiles officiales communiter non debẽt *Qualiter dicitur culpa leuis.*
delinquere, aut deficere. Hæc autem culpa
leuis dicitur reſpectu culpæ latæ, vel leuiſsi-
Rr 4 mæ.

A mæ. Sed nihilominus non ob id deſinit eſſe culpa mortalis in ſenatore populi, quādo hęc culpa etiam leuis in cauſa eſt; quod in gubernationē reipublicę notabilia detrimēta oriātur vel oriunda fore timeātur. Alias hæc cul- *D. Thom.* pa leuis, culpa nō erit mortalis autore D. Th. vbi ſup. ℭ Cęterū adhuc in ambiguo manet difficultas hic ſcitu digna, cuius veritatē non parum refert hīc patefacere, vtrum cum in *Quæſtio. An obnoxij ex culp. leui veniali tene. ad dāna.* ſenatoribus, vel officialibus reipublicæ, & in alijs in quibus ratione cōtractus initi gratia ſui, & partium aliarum hæc culpa leuis contingit, vt ſit ſolum peccatum veniale nō attingens ad mortale inferat obligationem reſarciendi, & reſtituendi ex tali leui & veniali culpa ſubſequuta notabilia dāna, quæ vitarentur, ſi hanc leuē negligentiam vitaſſent. Vt verbi gratia, ſi ſenator populi abſens, venialiter negligens fuit in non aduertēdo, vel reſciendo ea, quæ ex ſua abſentia in *Victoria.* republica acciderunt, damna. ℭ Et quidē circa hanc quæſtionem videtur Victoria ſentētiam ſuam inſinuare, dū loquēs de confeſſore, ait, quod dū mediocriter ſit literatus, etiā ſi in mortali fuit incuria, non propterea tenetur ipſe reſtituere reſtitutionem, quā non mandauit faciendam. Sed de confeſſore in principio libri quid in hoc caſu ſit tenendū, diximus. ¶ At quia *Sotus.* Sotus de iuſtitia, lib. quinto quæſtione ſeptima, articulo tertio, in hac parte, aperte docet, ſicut retulimus antea, quod ex leui culpa nō pertingenti ad culpam mortalē, non obligatur quis ad reſtitutionem ex tali culpa contingentium damnorum: tandem iam hanc quæſtionem abſolutā ſupra reliquimus, vbi cum *Nauar.* Nauarro in ſumma Latina, nume. 184. capitulo decimo ſeptimo, & cum communi contra Sotū concluſimus, quod qui tenetur de culpa leui, tenetur de damno dato ex culpa eius leui; etiā ſi talis culpa ad mortalem in foro conſcien- *Ratio.* tiæ non perueniat. Hæc igitur communis opinio tenēda eſt; quia hæc obligatio nō tā deſcendit ex peccato, quā ex natura contractus. Cui ſententiæ ſubſcribit quoq; frater *Cord.* Antonius Cordubenſis in illa queſtione. 55. iam citata, addens huic aſſentire doctores ſu- *Panor.* pra allegatos. Et quamuis Panormitanus in ca. cum cauſa de teſtibus. aſſeueret iudicem ob hanc cauſam leuem non teneri ad damna: tamen hoc ibi gloſſat Cordub. vt procedat in iudice, qui nō ſponte ſe offert, aut officiū obtinere procurat: quia tantum procedit in eo, qui iuſſus à ſuperiore, illud acceptat. Cæterum ſi ambit hæc officia ſenatoris, iudicis, eaque impetrare ſolicite ſtudet, circa ea ex leui culpa etiam veniali delinquēs ad damna ſubſequuta tenetur, maximè ſi alij non deſint, qui maiori ſolicitudine, & reipublicæ maiori profectu hæc exercere poſsint officia. ℭ Sed & de confeſſore hic affirmat *De confeſſore.* Corduba, quod ſi ipſe ſe ingerat ad confeſ- *Cord.* ſiones audiendas tenetur de leui culpa. At *Nauar.* hoc ſumma lati. ca. 4. nu. 3. refutat Nauarrus aſſerens, cōfeſſorē etiam nō iuſſum, ſed ſe vltro offerentem ad audiendas confeſsiones, ſolum teneri de lata, quando ſolum in gratiam pœnitentium ad eos audiendum ſe offert. Quando vēro æque principaliter onus confeſsionis audiendæ adiuit, tam in gratiā B pœnitentis, quam propter ſe, de leui tantū, & lata culpa tenetur. Quare ob id, quia ſeſe obtulit non tenetur ad amplius, quam ad vitandam culpam latam, aut leuem, & id quod communiter eidem officio operam nauantes euitare ſolent. Et hoc in toto orbe videmus communiter obſeruari. Ac ſubinde idē cēſeo dicendū de officialibus iuſtitiæ; quod etiam ſi ſe offerant, quia gratia ſui & etiam populi ſuſcipiunt miniſterium, de leui culpa tantum tenentur, & non de leuiſsima. Vide *Syluest.* Syluest. tit. culpa. quæſtione. 4. & tit. admi- *Regul.* niſtrator, quæſtione ſecunda, & quarta. tit. confeſſor. 3. in principio. ℭ Qua ratione re- C ſolutorie, & vltimate concludendum eſt iuxta regulam generalem, ſenatorem in ſuo officio reſidentiam non præſtare ſolitum ordinarie non carere peccato (licet non ſemper contingat eſſe mortale) niſi rationabilis cauſa ab omni culpa eximat, quia ex iuſta cauſa abeſt.

# CAP. CCLI.

*De illa quæſtione ardua, an liceat plura beneficia habere, ſiue curata, ſiue ſimplicia ex aliquibus cauſis iuſtis. Et an iſtis concurrentibus opus ſit diſpenſatione; An poſt Conciliū Tridentinum ratione cauſæ Cardinalis quis excuſetur.*

D POrro quoniam vitio nobis daretur, ſi materiam, quam ſuſcepimus examinandam ſuis omnibus numeris non abſoluere- *Quæſtio. An liceat plura habere beneficia.* mus, ideo adhuc & hoc graue dubium hic proponimus diſputandum, an habere plura beneficia Eccleſiaſtica quis poſsit, vt ex iſtius quoque dubij illucidatione innoteſcat, an ex tali pluralitate beneficiorum, aliqua reſtitutionis obligatio emergat.



A emergat. Hæc quæſtio, quoniam ſolennis eſt apud Theologos & canoniſtas ſuper caput de præbendis, & dign. cap. de multa, & cap. extirpandæ, & de clericis non reſident. cap. quia nonnulli. & 7. diſt. cap. ſanctorum. in decretis, ideo agitare eam oportet pro vtraque parte.

*Pro affirmat. arg. 1.* ℭ Arguitur ergo primo pro parte affirmatiua, quia plura obtinere beneficia res eſt quæ conſueuit tolerari ab eccleſia, vt patet. *21. quæſt. 1.* 21. quæſt. 1. cap. relatio. & cap. illud.

¶ Præterea, quia ſi plura beneficia poſsidere iniquum eſt; id erit plane, vel quia incōpatibilia ſunt: aut quia plurium præbendarum eſt exceſsiuum ſtipendium; vel quia cura animarum, vel copia ouium exuberans valde eſt, & excedens. Sed nihil horum obſtat, quominus retentio plurium beneficiorum licita ſit; quod patet de ſingulis. Et primum patet; quia aliquando vna ſola prębenda, maiori numero ouium conſtat, maioriq; præſtat ſtipendio, quam aliæ quatuor etiam pingues præbendæ: vt eſt videre in præſtantia archiepiſcopatus Hiſpalenſis, & Toletani. ℭ Facit quoque & in confirmationem *Confirm.* huius affirmatiuæ partis, quod iure humano factum eſt, vt iſtæ diœceſes per plures præbendas diſtribuerentur; ergo eodem iure humano poterunt adunari. Hæc autem adunatio tunc reipſa vere fit: quando vni Papa plures ſimul præbendas confert: ergo licita eſt talis retentio pluralitatis beneficiorum.

*In contr.* ℭ In oppoſitum eſt, qui ex Bernardo citatur locus, vbi minatur, quod qui non vnus, ſed plures eſt in beneficijs, non vnus, ſed plures erit in ſupplicijs. ℭ Secundo in contrarium militat, quòd reſidentia decreta eſt de iure diuino, eſſe: at qui pluribus beneficijs onuſtus eſt, vt in omnibus reſideat fieri non poteſt: ergo talis pluralitas iuri diuino repugnat. Circa hanc quæſtionem, quæ valde ardua eſt præter canoniſtas ſupra citatos conſule Turrecremat. art. 3. & 21. quæſt. 1. cap. 1. conſule quoque & Theologos in. 4. diſt. 15. Gabrielem. quæſt. 8. Maiō. diſt. 24. quæſt. 4. Adria. quoque ibi, & D. Thom. quodlib. 9. art. 15. Caieta. verb. beneficium, Syluestrum etiā Beneficiū. 4. vbi late, & bene diſſerit iſta.

ℭ Ne autem in hac pergraui quæſtione, *Fundamēt. ex D. Tho.* ſine fundamento contingat nobis concluſiones reſponſiuas ſtruere: primo fundamentū hoc ex illo quodlibeto D. Thom. elicitum præiaciamus, ſcilicet, quod habere plura beneficia non perinde intrinſeçe malum eſt, ſicut odium Dei; quia ſi ſic intrinſece malum eſſet, nuſquam in perpetuum liceret. aut tali malitia careret. ℭ Sed neque obtinere plura beneficia intrinſecè bonū eſt: vt dilectio Dei. Nec verô ſicut leuare feſtucam omnino actus indifferens eſt ad bonum, vel malum contra alios: quia habere plures præbendas, plures in ſe inordinationes cōtinet; quas *D. Thom.* illo quodlib. 9. articul. 15. cōnumerat D. Th.

ℭ De quo ergo numero, vel genere actionum humanarum eſt pluribus præbendis *Maxima moralis.* potiri? Reſpondet ibi Diuus Thomas, & eſt maxima eius moralis, quod ſunt quædam actiones, quæ abſolutè conſideratæ deformitatem, & inordinationem quandam impor- B tant: quæ tamen aliquibus circunſtātijs aduenientibus bonæ efficiuntur. Sicut occidere hominem, vel percutere in ſe deformitatem quandam importat: ſed ſi addatur occidere malefactorem propter iuſtitiam, vel percutere delinquentem cauſa diſciplinæ non erit peccatum, ſed ſtudioſum opus. In numero autem harum actionum videtur eſſe habere plures præbendas, inquit Diuus Thomas. *Inordinationes quas præſefert plural. beneficia.* Nam iſta poſſeſsio plurium prębēdarum has inordinationes præſeferre videtur. Nam primò ſtipendium debitum pluribus vnus ſolus exhaurit. 1 Secundò, quod non recta cura habetur de beneficijs: ſed tantum diligens vi- 2 C gilātia de demetēdis fructibus. Tertio, quod 3 vnus eſurit: dum alter ructās crapula, ebrius 4 eſt. Quarto, quòd intentio inſtituentis beneficia, fraudem patitur præter innumera, quæ poſt hęc ſunt referibilia mala. Mala ergo hęc niſi maiori aliquo recompenſanda veniant bono, pluralitatem beneficiorum damnabilem faciunt.

ℭ Secundum & hoc quoque præſtituitur *Fundamentum. 2.* fundamentum, quod aliud iudicium ferendū eſt circa pluralitatem beneficiorum, ſtando in iure naturæ: & aliud perſtando in iure humano antiquo; & aliud quoque perſiſtendo in iure humano nouo.

D ℭ Sunt autem aſſertores quidam de profeſsione canoniſtarum, qui audacter aſtruūt, quod ſi ſolum reſpiciamus ad ius diuinum, ſeu naturale papa non prohibetur dare plura beneficia pro libito, etiam ſine cauſa; magis quam ſi plura largiretur alicui poma, aut pauciora. Hoc ita dicunt, hoc ſolo perſuaſi fundamento, quod papa ſit dominus beneficiorum. Vnde ſi contingat eſſe prodigum, & peccare in diſpenſando, receptor illarum plurium præbendarū, nihilominus (inquiūt) manebit tutus in conſcientia; quia nemini in hoc infert iniuriam. Sed hæc aſſertio adeo manifeſte falſa eſt, vt impugnatione non indigeat; quia papa non eſt dominus beneficio-

rum.ſed diſpenſator duntaxat, vt materia de A
ſimonia ſolet diſputari.
Conclu. 1. ¶ Igitur his præſtitutis ſtatuitur prima
concluſio:Loquēdo de iure diuino, ex ipſo,
inquam,iure diuino,aut naturali, nemo plu
ra beneficia obtinere poteſt:niſi ex rationa-
bili cauſa, & interueniente quoq; diſpenſa-
Cauſa rationabilisquæ. tione ſuperioris. Sed ſi quæratur cauſa hæc
rationabilis vnde debeat penſari, reſpondet
D.Bern. Diuus Bernardus de cōſideratione, libro ter
tio,capitulo ſexto,ad Eugeniū,cauſam hanc
iuſtam rationabilemq; conferendi vni plu-
ra beneficia non ex vtilitate priuata ipſius
recipiētis,ſed ex neceſsitate, & vtilitate Ec-
cleſiæ ſumendam eſſe. Concluſio autē hæc, B
S.Thom. & Diui Thomæ eſt,& ſanctorum,& fere ca
noniſtarum omnium; & fulcitur etiam au-
thoritate D.Bernardi.Epiſtola.271.ad Theo
baldum Comitem ſic dicentis, non licere ali
cui habere plures præbendas, niſi propter
magnam neceſsitatem,aut eccleſię vtilitatē.
Maior. Et Maioris refert de quodam epiſcopo, cui
conferebatur præbenda alia, ipſum hæc ver
ba reſpondiſſe: Abſit vt præter vxorē, ego
Pius.2. ſuperinducam concubinam. Et exēplo Pij
ſecūdi corroboratur; qui rogatus pro quodā
filio regis,vt impertiret illi duas præbendas,
dixiſſe fertur: etiam ſi eſſet filius Dei, hoc
non facerem. In huius quoque gratiam de C
Innocentio.3.refertur,quod ſimul ac proue
ctus eſt ad Apoſtolicam ſedem, omnes præ
bendatos ad reſidentiam deuinctos compel
lens reſidere, huius rei gratia obtinentes plu
res præbendas vnam tantum iuſsit ſibi reti-
nere.¶Sed præter loca citata, & hęc authēti
ca ſummorū Pontificū dicta,& facta, ipſam
concluſionem ſuis rationibus communire
Ratio.1. oportet. Et primo patet;quia proximo no-
cumentū inferre, defraudareq; Eccleſias de-
bito cultu,contra ius diuinū eſt. At quis eſt
neſcius,qui ignoret ex coaceruatione pluriū
beneficiorum ad vnum, iacturā in Eccleſijs
ſequi,idq; in paucitatem miniſtrorum, debi D
torumq; miniſtrorum carentiā, & in diuini
cultus diminutionē tandem redundare.Præ
terquam,quod cura ouiū negligitur, & ouis
Confirm. tantū pelle,& lana exuitur.¶Et cōfirmatur
ex innumeris incommodis, quę extrauagās
execrabilis de præbendis recenſet,quę ad de
De præb. cem capita ibi reducuntur.¶ Præterea argui
Ratio.2. tur,quia in diſtributione beneficiorum iuſti
tiam diſtributiuam violare, euidens pecca-
tum eſt:at beneficia, & præſertim plura in-
digno conferre contra iuſtitiā diſtributiuā
Ratio.3. eſſe quis non videat. Adde etiam, quod ſi
quis vnum beneficium adeptus eſt, ſi aliud

A petat ſine cauſa, quod indignus ſecundo be
neficio ex hoc fiat; nemo eſt qui ambigat,
quia eo ipſo, quod ſecundum beneficium,
& ſine cauſa petit,conuincitur eſſe auarus,&
boni communis Eccleſię neglector, ſeu con
temptor; maxime ſi aſpiret ad curam anima
rum,quis illum tunc à pręſumptione excu
ſauerit:etiam ſi vnum tantū appetiuerit cu-
ratum,quanto magis ſi plura ambierit bene
ficia curata,cum tunc etiam in vtroque ne-
queat ſuam exhibere perſonalem reſiden-
tiam. ¶ Si igitur talis omnibus his rationi- Confirm.
bus comprobatur indignus, ergo contra iu-
ſtitiam diſtributiuam eſt, ei plura conferrę
B beneficia. Accedit & huic rationi hæc con-
firmatio;quia tunc aliquis dignus, vel dig-
nior ad munus præbendæ habetur, quando
vtilis, vel vtilior Eccleſiæ eſſe cenſetur; ſed
hic plura ambiens beneficia tantum abeſt,
vt ſit vtilitatem Eccleſiæ allaturus: vt etiam
Eccleſię ſit nociuus futurus;ergo nullatenus
pluralitate beneficiorum eſt dignus. ¶ Poſt Ratio.4.
has rationes,ſi aliam deſideres, ecce vltimā:
Quia fingamus adhoc,iſta bona Eccleſię eſ-
ſe repoſita in ærario communi,vt inde prę-
latus exhauriret ſtipendia, pro meritis,& la
bore impendenda miniſtris, ſi inde tantum,
nihil,aut minus laboranti erogaret: quantū
C alijs plus laboris portantibus, & ſuſtinenti-
bus pondus diei,& ęſtus:nonne aperta eſſet
iniquitas?ergo eadem iniquitate non caret,ſi
plura beneficia vni coaceruentur ſine cauſa;
quia quòd redditus ſunt diuiſi, vel in com-
muni depoſiti nihil refert, quantum attinet
ad hoc.¶ Inferimus ergo ex prædictis plura Coroll.
beneficia,tum ſine cauſa, tum ſine diſpenſa-
tione obtinere,peccatū eſſe mortale ex gene
re; eo quod contra honorē Dei,& bonū Ec-
cleſię,& proximorū tendat, & iuſtitia tā di-
ſtributiua, quā cōmutatiua per id violetur.
Signāter ex genere mortale id eſſe diximus:
quia ſi beneficia eſſent tenuiſsima:ea ſic poſ-
D ſidere forſitā omni careret culpa peccati, &
loquimur ſolum ſtando in iure naturali.

¶Secunda concluſio;Si loquamur de iure Conclu.2.
poſitiuo antiquo, nullus licite plures præ-
bendas, ſiue cum animarum cura, ſiue ſine
illa obtinere poteſt: niſi cum diſpenſatione,
& in caſibus à iure conceſsis. Hanc docent
Ioannes Andreas, alijque canoniſtæ; vide- Ioan. And.
turq; haberi canone ſanctorū,ſeptima diſtin
ctione,& vigeſima prima.q.1.ca.clericus,nec 21.q.1.
deſunt alij, qui affirment hoc per contrariā
conſuetudinē abrogatū fuiſſe; vel certe ſolū
habere verū in dignitatibus,& curatis bene-
ficijs;de quibus expreſſa fit mentio cap.quia
non



nonnulli.de clericis non reſidentibus, & ca. A
de multa.de præbendis & dignit. Nā hæc in
iure vocātur beneficia incōpatibilia;ſimulq;
cauetur ne quis in eadē Eccleſia plures aſſe-
quatur prębendas etiā non curatas. Attamē
concludimus contra iſtos, quod iura prædi-
cta quatenus id,quod iuris naturalis eſt cōti-
Caſus excepti in quibus duo benefic. haber. poſſ. nent abrogari nequaquā poſſunt.¶ Sed iam
nunc hic meminiſſe de caſibus à iure excep-
tis,ordo,& ſeries materiæ expoſcit, in qui-
bus duo beneficia ab vno haberi poſsūt. Nu
Sylu. Adri. merantur autē caſus ij à Sylue. & Adriano:
Nauarr. ſed & Nauarrus.meminit in ſum. lati. ca.25.
nu.128. horū caſuum, & circunſtantiarum,
quæ ad iuſtificandā pluralitatē beneficiorū, B
1. ſolēt concurrere.Talis enim circunſtātia eſt
prima,quando tanta prudentia,ſagacitas, &
induſtria eſt alicuius:vt ſperetur plus eis,qui
bus præeſt,profuturus etiā abſens, quā com
muniter alius præſens;& potius accipit pro-
pter vtilitatem beneficiorum,aut ſubditorū,
Innoc. quā ob propriam vtilitatem, iuxta Innocen
tium ca.cum iam dudum,nu.4.de præbend.
2. receptus.¶Secūdo,talis eſt etiam circunſtā-
tia iſta,vel caſus,vbi contingit eſſe penuriā,
vel defectum idoneorū miniſtrorum aliorū
Hoſtienſ. iuxta Hoſtienſem cap.graue,colu.11.eodem
3. titulo. ¶ Tertio, talis inſuper eſt notabilis C
animi virtus,nobilitas,& ſcientia dicto cap.
de multa. Quamuis hæc cauſa iuxta mentē
Nauarri videatur includi in prima; quia ideo
cum nobili & graduato diſpenſari poſſe vide
tur per dictum caput.de multa,quia eius ho-
neſta ſuſtentatio pluribus,quam alterius in-
4. diget.¶Quarto,talis eſt etiam circunſtantia
iuſtificans retentionem pluriū beneficiorū:
ſcilicet, quādo attenta qualitate perſonæ be
neficiarij, non ſufficit ei vnum beneficiū ad
5. honeſte,decenterq; viuendum.¶ Quinto,ta
Cardin. lis etiā circunſtantia iuſtificans viſa fuit Car
dinali in Clementin.gratiæ.de reſcriptis,ſci
licet, intentio tenentis plura beneficia non D
ad ſplēdidiorem victum,veſtitum,& famu-
latum,& alia eius modi:ſed ad largius erogā
dum in pauperes, & opera pia, retento ſibi
tātum ad vitam decentem neceſſario,& vera
exequutione huius intentionis exiſtente.
Quæſtio. ¶ At inquiſitione opus eſt, an beneficia-
An iſti ſupra dicti ipſo iure. ſint diſpenſ. rij, in quibus prædictæ concurrunt circun-
ſtantiæ, ipſo iure ſint diſpenſati ad obtinen-
da plura beneficia, an noua diſpenſatione
Papæ ad ea recipienda indigeant;petereque
eam teneantur, non obſtante, quòd aliqua
prædictarum in eis concurrat iuſtificans cir
Syluest. cunſtantia.¶Et quidem hoc hic in dubium
reuocamus; quia Sylueſter verbo. Benefi-

A cium.3.ex ſumma Piſana,quinque caſus re-
fert, in quibus poteſt quis habere duas, vel
plures Eccleſias, vel præbendas ſine diſpen-
ſatione.Primus eſt,quando Eccleſiæ ita ſunt Caſus.5.
tenues,quod neutra ſufficeret ad ſuſtentatio 1.
nem.10.quæſtione.3.vnio.& de religio.do-
mibus.quod monaſterium. ¶ Secundus eſt, 2.
ſi vna dependet ex altera de ætate, & quali-
tat, eam te. Tertius propter raritatem cleri- 3.
corum.22.quæſtio.1.clericum in fi. ¶ Quar 4.
tus eſt,ſi Eccleſia annexa eſt præbendæ, vel
dignitati, quo caſu ipſe tenebitur perſona-
liter Eccleſiæ maiori deſeruire: in ipſa au-
tem parochiali annexa habere idoneum,per
B petuumque vicarium,qui congruentem ha-
beat de illius Eccleſiæ prouentibus portio- De præb.
nem.de præben. cap. extipandæ. ¶ Quin- 5.
tus caſus eſt, ſi habeat vnam intitulatam, &
aliam commendatam.22. quæſtione prima 22.q.1.
qui plures. Accedit Sylueſtro, & Piſanæ Syluest.
Armilla, verbo. beneficio. §.47. ſubſcribit
etiam Frater Ioſephus in ſuis floribus Theo Ioſeph.
logiæ. Dicunt etenim in his caſibus plura
accipientes beneficia non indigere diſpenſa-
tione.¶ Sed in contrariū videtur eſſe Nauar Nauarr.
rus, qui ſumma Latina capit.25.nume. 129. In contra.
poſtquam caſus,ſeu circunſtantias illas.5.ſu
C pra annumeratas iuſtificantes plurium bene
ficiorum retentionem,ſcilicet,induſtriam,ſa
gacitatem eximiam, nobilitatem, notabilē
animi virtutem,& ſcientiam, defectum ido-
neorum miniſtrorum,tenuitatem vnius be-
neficij ſolius ad ſuſtentandā ſufficienter per
ſonam adduxit;adiecit confeſſarium non de
bere abſoluere habentem plura beneficia, ni
ſi ſaltem concurrat aliqua prædictarum, vel
aliqua ſimilis circunſtantia. Additque non
ſufficere quamlibet illarum ſine diſpenſatio
ne iuris humani.At vero ius humanum non
ſemper ſuper his ipſo iure, vel facto diſpen-
ſat.Quia,vt patet cap.de multa, de præben
D dis,cauetur ibi,quod circa ſublimes tantum,
& literatas perſonas,quæ maioribus benefi-
cijs ſunt honorandæ, cum ratio poſtulaue-
rit, per ſedem Apoſtolicam poterit diſpen-
ſari; ergo ſaltem in hoc caſu, & ſimilibus, in
quibus actu non diſpenſat ius, ſed innuit in
his poſſe diſpenſari, diſpenſatione indigent
beneficiarij ad plura obtinenda beneficia.
¶ Igitur reſoluturi quæſtionem, ſcilicet,
in quibus caſibus requiratur diſpenſatio, in
quibus verò minime: ſed ſufficiat diſpenſa-
tio iuris ſine alia Papæ, vel epiſcopi dici-
mus primò incipientes à clarioribus, quod Dictum.
etiam nunc poſt Concilium Tridentinum,
poteſt quis iuſte tenere duo beneficia ſim-
plicia

plicia non requirentia reſidentiam perſona- A
lem,quando alterum ad decentem ſuſtenta
tionem non ſufficit abſque vlla diſpenſatio-
ne Papæ, vel Epiſcopi. Hæc eſt ſententia
*Nauarr.* Nauarri.ca.25.nu.127. & probat;quia etiam
ante concilium fuit hæc communis opinio
in ca.cum iam dudum & cap.extirpandę.§.
*De præb.* qui vero de præbendis cui ſubſcribit frater
*Ioſeph.* Ioſephus in ſuis floribus allegans cap. gra-
*2.* tia de reſcriptis in. 6. ℭ Secundo dicimus,
quod ad hoc, quod aliquis obtineat benefi-
cia legitime vnita iam,& annexa,nō indiget
noua diſpenſatione Papę,vel ordinarij.Hoc
*Nauarr.* & ſentire videtur Nauarrus capit.25. nume.
125.Patet ex cap.vnio.10.quæſtio.3. & cap. B
cum veniſſent de reſtit.ſpoliat. capi.eam te,
de ætate, & qualitate & cap.extirpandæ.§.
*Ratio.* qui verò de prębēdis,& patet ratione. Quia
*à Peña.* ſecundum fratrem Ioannem de la Peña,iam
poſt vnionem legitimam beneficiorum re-
manent veluti vnum beneficium;quare ſine
alia diſpenſatione poterunt ab vno poſside-
*3.* ri.ℭTertio dicimus cum Nauarro capite ſu-
*Nauarr.* pra allegato num.187.quod Concilium Tri
*Conci.Trid.* dentinum non prohibet retentionem plu-
rium beneficiorum etiam requirentium reſi
dentiam perſonalem per iuſtam diſpenſa-
tionem.ℭ Quarto præterea aſſerimus cum
Nauarro,quod excepto caſu,in quo licet ha C
bere duo beneficia non requirentia reſiden-
tiam perſonalem,ſcilicet,quando alter ad de
centem ſuſtentationem nō ſufficit; & exce-
pto caſu, vbi talia beneficia iam ſunt legiti-
me annexa, vel vnita; non ſufficit habere
cauſam plura beneficia obtinendi,attento ſo
lo iure naturæ,& diuino, ſine diſpenſatione
facta à potente diſpenſare contra ius poſi-
*D.Thomas.* tiuum id prohibens.Ita D. Thomas prædi-
cto quolib.9.arti.15. ſicut patet in caſibus ſu
pra memoratis à Nauarro, ſcilicet, quando
concurrit prudentia, & ſagacitas alicuius
magna,vel notabilis animi virtus, vel nobi-
litas redundans in bonum Eccleſię,vel mag- D
na ſcientia.
*An circun-* ℭSed illa circunſtantia, de qua Cardina-
*ſtantia Car-* lis meminit in Clem.gratiæ de reſcriptis, ſci
*di.ſuffi.poſt* licet,intentio largiendi copioſius in paupe-
*Conc.Tridē.* res, & in bona, piaque opera retento ſolum
ad vitam neceſſario,ſufficiat nunc poſt Cō-
cilium Tridentinum ad ſuſcipiēda iuſtè plu-
ra beneficia:dubitare quis forte poterit. Cui
*Nauarr.* ſatisfacit Nauarrus eo.cap.25.nume. 129. di-
cens, quod licet iſta opinio Cardinalis ante
*Conc.Tridē.* Concilium Tridentinum ſuſtentari pote-
rat: poſt illud tamen ſuſtentari non poteſt.
Quia Concilium Tridentinū abſolute pro
hibet habere plura beneficia, etiam compa
tibilia vltra id, vel ea, quæ ſufficiunt hone- *Gloſſa.*
ſtę,atque decenti ſuſtentationi iuxta gloſſa.
ſingu.dict.in cap.dudum.in.2.de elect.

ℭ Præterea & illud dubium hic dignum *Quæſtio.*
eſt ſcitu,de quo ſe fuiſſe conſultū ait Nauar- *An plura be*
rus,an qui ante concilium plura obtinuit be *nefici. ante*
neficia cum diſpenſatione, poſsit ea nunc re *Conc.Tridē.*
tinere.Reſpondet Nauarrus,quod quoniam *obtenta nūc*
conciliū non prohibet tenere beneficia illa, *poſsint tene*
quæ ante fuerūt collata: ſed ne de cætero cō *ri.*
ferantur plura vni(prout ipſe conſuluit) po *Nauarrus.*
teſt,qui ante Conciliū Tridentinū plura ob-
tinuit:nunc ea retinere limitando ſe iuxta di
B ctā opinionem Cardinalis,ſcilicet, retinēdo
cū animo, & executione expendendi copio
ſius in pauperes, & opera pia retento ſibi ſo
lum ad ſuam decētiam vitæ neceſſario. Quā *Cardina.*
Cardinalis opinionē,licet ſit contra Panor-
mit.& communē ſemper Nauarrus ante cō
cilium dicit ſe reputaſſe veram. Quo fit vt
iure quis miretur inquit Nauar.videns poſt
prædictum Concilium Tridentinū à Ponti
ficibus maximis conferri multa, quorū vnū
ſufficit vni, & multos ſibi collata retinere,
quæ profecto iure retinere nequeunt, etiam
cum diſpenſatione,niſi iuſtificetur per intē-
tionem prædictam à Cardinale requiſitam.

# CAP. CCLII.

*Continens omnia diffinita iam nūc per Conc. Triden.circa pluralitatem beneficiorum; Et an nunc poſt Conc.Tride. diſpenſatus in hoc ſine cauſa iuſta in aliquo caſu ſine reſignatione illorum poſſit abſolui.*

CVm plura de pluralitate be-
neficiorum dixerimus; quia
nos omnia,quæ tam de iure
naturali,quàm de iure huma
no antiquo,circa hanc mate-
riā licebāt, dicturos eſſe pol-
liciti ſumus, & in parte abſoluimus: ſuper-
eſt,quid nunc de iure nouo à Conc.Trid.cir
ca hanc pluralitatem beneficiorum ſit cau-
tum, ediſſerere.ℭIgitur adnotandum eſt in *1.*
gratiam huius primo, quod Conc. Trident. *Conc.Trid.*
Seſsio.7.ca.2.ſanxit, quod nullus quacunq;
eminentia præfulgeat habeat duas Eccleſias
metropolitanas,vel cathedrales;cū valde fœ
lix ſit qui vnam regere poſsit.ℭ Secūdo per
pendendum eſt,quòd eodē concilio ca.4.&.
5.dicitur,quòd nullus habeat plura beneficia
curata vel incōpatibilia. Et ſeſ.24.ca.17.ſan-
citur,



citur, quòd nullus etiam cardinalis habeat A
plus vno beneficio.Quod ſi ad eius vitam ſu
ſtentandam non ſuffecerit, poſsit habere &
aliud ſimplex; dū modo vtrumque perſona
lem reſidentiam non poſtulet; & qui ea ha-
bent intra.6.menſes reſignent.Et hoc in pra
ctica,& in vſu eſt ſeruandum.

*Concl.* ℭ Igitur concluſio receptiſsima etiam
poſt Conc.Trid. ſit, quod in ſtatu peccati
mortalis eſt,qui habet multa beneficia diui-
ſa in titulum,quorum vnum ſuo decenti ſta-
tui ſufficit,vel ſine diſpenſatione,vel cōſue-
tudine iuxta gloſſam ſingularem cap.dudū.
2.de electione recepta à Panormitano,& cō-
muni.Hæc concluſio eſt.D.Thom. quolib.
8.artic. 19. & quolib. 9. art. 19. eſt Nauarri.
ſumma Lat.cap.25.num.125.& 126.Sed iam B
caſum non indigentem diſpenſatione, ſcili-
cet,quando vnum non ſufficit, excepimus;
ſicut etiam caſum de beneficijs vnitis, qui
per illam dictionem, diuiſa, à concluſione
excluſus eſt.

*Quæſt.* ℭAt hic ſtatim obuiat dubitatio,an liceat
*An plures* poſt Concilium Tridentinum habere duas
*præb.lic.ha-* præbendas,aliam in titulum,& aliam in cō-
*ber.* menda ad tempus commendatam ad 6. mē
*De cōmed.* ſes tantum,ſi eſt eccleſia parochialis,vt per-
*eccleſ.* mittitur commendari cap. nemo.de electio
*Reſp.* ne.lib.6.ℭ Ad quam quæſtionem reſponde C
*Nauar.* tur ex ſententia Nauarri loco citato.Et pri-
mo dicimus,quod licet quidem habere vnū
beneficium in titulum, & aliud ad tempus
commendatum ad 6.menſes, licet, inquam,
& ſi ſit eccleſia parochialis cap. nemo. de ele
ctione.lib.6.

*An requira* ℭ Sed etiam hic quærere libet,quod Na-
*tur diſ.* uar.non ſatis explicuit, vtrum ad habendā
vnam in titulum, & aliam præbendam ad
tempus in commendam requiratur aliqua
circunſtantia prædictarum iuſtificans,& an
requiratur diſpēſatio Papæ. Et quamuis Na
*Naua.* uarrus hic videatur inſinuare, quod non re-
quiratur diſpenſatio Papæ;quia ſolū in quit, D
non licet habere plura beneficia in titulum;
atqui habet ſimul cum vno in titulum,alte-
rum in commendam,nō videtur habere plu
ra diuiſa in titulum, ſed alterum tantum in
titulum:vnde videtur,ſecūdum ipſum, vtrū
que poſſe haberi ſine diſpenſatione.

*Sotus.* ℭ Sed ego potius eſſe tenendum cum So
to in de iuſtitia & iure,exiſtimo,vbi lib.3.q.
6.artic.3.ſic primo ait contra iuris prudentes
qui ad forum iudiciale penitus attendunt,
quod ſi loquamur de commendationibus
perpetuis, quæ hoc ætatis tempore habētur
in vſu,non poteſt quis ſimul habere alteram
A præbendā in titulū, & alteram in commen-
dam perpetuam:niſi aliqua de numero cau
ſarum iuſtificantium concurrat. Et ibi cita-
to cap.nu.126.ait Nauar. de beneficio com- *Nauar.*
mendato in perpetuū idem eſſe dicendum,
quod de dato in titulū iuxta Cardinalē Ale- *Cardin.*
xandri.can.cum autem.44. diſt.& Gomez *Gomez.*
in regula de infirmis reſign. q. 13. & citatos
per eum, & Maior in 4.diſt.24. q.13. Vnde
Nauarr.in hoc puncto à Soto non deſsidet:
imo ei concordare tandem videtur.

ℭ Secundo adijcit ibi Sotus, quod quan-
uis non ſit in vſu, vt epiſcopus poſsit ſuper
pluralitate præbendarum diſpenſare, quia
cap.dudum eccleſiaſtica.extra de electioni-
bus videtur ius antiquum abrogatum,nem
B pe vt ſolus Papa iam diſpenſet, vt illic adno
tauit Panorm.quod intelligendum eſt,quā- *Panor.*
do ambæ præbendæ dantur in titulum, ta-
men epiſcopus ob ingruentem neceſsitatē
vni habenti alteram in titulo aliam ad cōmē
dam dare dū nō patet ad curiā aditus,poteſt.

ℭPorro,quia conſuetudo ſecūdū iuriſtas *Quæſt.*
iuriſdictionem cōfert,quæ requiritur ad diſ- *An conſue-*
penſationem quæritur, an etiā in hac mate- *tudo iuſtifi-*
ria de pluralitate beneficiorum, exiſtente le *cet pluralita*
gitima cauſa ſicut diſpenſatio iuſtificat eam; *tem benefi-*
ita etiā conſuetudo hanc iuſtificet retentio- *ciorum.*
nem pluriū beneficiorum. Ad quæſtionem *Reſp.Nau.*
C prędicto,ca.nu.128. reſpondet Nauar. quod
ſic,ſi talis conſuetudo ſit iuſta;quia cōſuetu-
do iuſta tantū, licet non plus valet quantū *D.Thom.*
diſpēſatio ſecūdū.D.Th.in dicto quol.9.ar.
15.quia vtraq; tā conſuetudo, quā etiā diſpē
ſatio poteſt iuri humano derogare,& neutra
naturali,vel diuino.ca. cū ibi late notatis de
conſuetudine. Cauſa autem iuſta diſpenſan-
di in tenendo plura attento iure naturali,eſt
illa, quæ eſt ſufficiens ad tollendā deformita
tem,quā ſecum affert pluralitas beneficio- *Sotus.*
rum.Hanc autem deformitatē ſecundū Sotū
loco citato non aufert nobilitas illuſtris ſan-
D guinis ſola. Neque enim ſolum ad illuſtriū
commodū illis iſta pluralitas beneficiorum
concedenda eſt,ſed ad eccleſiæ ſplendorē,&
tutamen. At nunc eccleſia cū iam adoleue-
rit,nec tātopere his auxilijs illuſtrium egeat
ad ſui tuitionem,cautè in hoc caſu proceden
dum eſt. Præſertim cum non minima cauſa
ruinæ,in qua nunc eccleſia iacet fuerit ma-
gnatum inuaſio,qua in eccleſiaſtica ſacerdo-
tia irruperunt.Quamuis inficiari non poſſu
mus ex præclaris natalibus ortis, cum ſint
bonis moribus præditi,deinde literis ornati,
plurimum ſplendoris,ac roboris reipublicæ
eccleſiaſticæ accreſcere.

ℭ At

*Vnio facta ad inſtātiā nobil. non iuuat.*

A ¶ At etiam vnio illa præbendarum, quæ in fraudem eccleſiæ fit, ad impulſum, inſtigationemque illuſtris perſonæ, quam nititur impetrare ad ſedandum ſcrupulum conſciētiæ; nam quia pluralitate beneficiorum oppreſſum ſe videt, ſatagit hanc annexionem plurium beneficiorum in vnum procurare; non, inquam, excuſat; nec prædicta vnio liberat à reatu culpæ. Quinimo grauius, turpiuſque delinquit, quam ſi plura expreſſe retineret. Debet enim vnio eccleſiarū in emolumentū ipſarum abſque dolo malo fieri, vt ſit legitima.

*Quæſt. Sotus. An vnio facta ſine cauſa teneat.*

¶ At vero, quia Sotus in hoc caſu hanc vnionem, ſeu annexionem beneficiorum fore illegitimam cenſet; forſitan lectoris animum hæc dubitatio ſubibit; talis vnio ſic facta à Papa ſine cauſa, licet malefacta, an tamē facta teneat. Nam iuxta aſſertionem Soti ſi illegitima eſt, videtur quod inualida ſit prorſus. Sed tamen cum fratre Ioan. de la Peña videtur eſſe dicendum, quòd ſi ex proprio motu, & ſcientia illam vnionem ſine cauſa legima faciat Papa non in perſona, ſed in beneficijs, licet perperam fecerit, valida tamen erit; quia iam non remanebit, niſi vt vnum beneficium: quod, vt præfati ſumus ab vno poterit obtineri, & valebit in eo, quod contra ius naturale non eſt. ¶ Si autē Papa falſis perſuaſus rationibus, fraudeque illectus, ad petitionem falſe ſuadentis, hanc confecerit vnionem: puto, quia tunc ſurreptitiè obtenta eſt, adeò eſſe illegitimam, vt tū hac ratione, tum quia ſua fraus nemini patrocinari debet, ipſe eam fraudulentes impetrans teneatur apud Papam inſtare, vt eam vel reuocet, vel nullam eſſe pronuntiet, nulliuſque roboris vel momēti. ¶ Gratia autem tenuitatis non ſolum beneficia, ſed etiā epiſcopatus, quales ſunt, qui iuxta Romam ſiti ſunt, qui adeò ſunt tenues, vt ex vno tantū epiſcopatu, decens ſuſtentatio non ſuppetat: in vnum epiſcopum vſque ad decentem ſuſtentationem loco citato libere Sotus fatetur poſſe adunari. ¶ Quibus ſuperaddimus cum Nauarro cap. eod. num. 129. quòd idem Concilium Tridentinum Seſsione. 24. cap. 17. ſtatuit vt plures parochiales eccleſias obtinentes, ſeu vnam parochialem & aliam cathedralem habentes, cogantur alteram infra 6. menſes dimittere. In quo ponderandum eſſe illud verbum cogantur animaduertit Nauarrus, per quod recte reſpondiſſe ait Nauarrus: dum conſultus reſpondit, neutram ipſo iure vacaſſe.

*A peña. — Sotus. Nauar. — Nauar. Quæſt. Conc. Trid. extend. ad*

¶ Verumtamen, quia meritò hic ambigere quis poterit, an hæc ſacri Concilij Tridentini ſanctio locum habeat in his, qui per iuſtam diſpenſationem plures parochiales tenebant eccleſias, vtrum etiam ij intra. 6. menſes eas dimittere cogendi ſint: ideo & hoc inquirendum hic, & abſoluendum duximus. Sunt etenim aliqui, qui, quod in his antea diſpenſatis diſpoſitio hęc concilij locum nō habeat, affirment adducti illo argumento ex cap. ordinarij. §. cæterum de officio ordinarij lib. 6. quod aiunt eſſe innouatum per idē Concilium Tridentinum Seſsione. 6. cap. 1. de reformatione.

*plura ex diſp. habita benef. curat.*

*Nauar.*

B ¶ Reſpondemus tamen ex mēte Nauarri cap. eod. num. 129. primum dicentes, quod etiam diſpoſitio Concilij in his diſpenſatis circa prædictam pluralitatem ante Concilium, habet locum. Vnde & ij intra. 6. menſes alteram eccleſiam parochialem cogendi ſunt dimittere. Tum, quia authore Nauarro, licet opinio contraria ſupradicta, diſputando fortè defendi poſsit, conſuli tamen nō debet. Tum, quia eſt contra mentem Concilij, vt ex eius contextu patet. Tum etiam, quia ſic interpretatur curia cogens ad dimittendam alterā omnes, qui ante Concil. Trid. etiam cum legitima diſpenſatione tenebant duas. Deinde etiam, quia licet principium prædicti capituli ordinarij innouetur vſque ad §. cæterum, illud tamen tacetur.

*Quæſt. De benefic. non curatis.*

C ¶ Subinde & aliud hinc pullulat dubiū, an nouum hoc ius Concilij Tridentini ad alia beneficia non curata legitime obtenta extendatur. ¶ Reſpōſio eſt in promptu, quę etiam eſt ex mente Nauarri, quod tale ius non extenditur ad alia incompatibilia beneficia legitime obtenta. Quare qui habet alia beneficia incompatibilia, puta, plures perſonatus, vel vnam parochialem, & aliā dignitatem, vel perſonatum, quæ non ſunt eccleſiæ parochiales, non eſt cogendus relinquere vllum.

*Quæſt. An concil. Trid. ſe extend. ad nō curat. habita per diſpenſ.*

D ¶ Adhæc, quoniam omnia, hic exhaurienda ſunt dubia præſertim ardua, magiſque ſcitu neceſſaria, quæritur, an qui obtinuit diſpenſationem abſque tamen legitima cauſa ad plura obtinenda beneficia curata, tutus maneat in conſcientia, vel non, & an tūc virtute talis diſpenſationis, fructus poſsit facere ſuos abſque vlla reſtitutionis obligatione. Et quia in quæſtione hac duo implicantur dubia, primum de ſecuritate cōſcientiæ, ſecundum de obligatione reſtitutionis: Ad primum, licet ſit iam abunde dictū; iterū ſub maiori breuitate cōcludimus; quod quia habere plura beneficia, niſi ſaltē cōcur-

*Sola diſpenſatio ſine cauſ. non iuſtificat plural.*

rat



rat aliqua prædictarum, vel alia ſimilis circūſtantia iuſtificans, iniquum eſt, vt puta, pernicioſum eccleſiæ: Papa eo quod adminiſtrator, & diſpenſator beneficiorum eſt, & non dominus, neque ſine aliqua harum cauſa iuſtificante diſpenſare ſuper pluralitate beneficiorum poteſt; ideo non eſt tutus in conſciētia. Ac perinde ſecundū Nauarrum abſoluēdus non eſt, qui habet plura beneficia, ſine aliqua prædictarum cauſa, vel circunſtantia iuſtificante vel ſimili concurrente. Imo ſi talis circunſtantia concurrat adhuc ſine diſpēſatione iuris humani plura habere prohibentis; ſi plura beneficia habeat non legitime annexa, non eſt abſoluendus. Ita Nauarrus ca. eod. num. 129. Ita quoque Frater Ioannes de la Peña in ſuis ſcriptis. Vbi ait, quod diſpenſatus in pluralitate beneficiorum, ſine iuſta cauſa tutus in conſcientia non manet. Cui ſententiæ, ait, ſuffragari omnes doctores ſcilicet, D. Thomam, Gabrielem, Adrianum, Maiorem, Gregorium, Turrecrematam, Caietanum, Syluestrum, Panormitanū. Cuius ſententiæ communis potiſsimum fundamētum, ac baſis eſt axioma illud Theologorum commune, quod in his, quæ ſunt iuris diuini, vel naturalis Papa diſpenſare non poteſt ſi iuſta cauſa diſpenſandi non interceſſerit. Quod ſi ſine iuſta cauſa diſpēſare auſus fuerit, ſalua cenſura, & reuerentia debita tanto paſtori, quia docente D. Ber. in epiſtola. 1. ad Rupertū nepotē non dominus eſt beneficiorū, ſed diſpenſator, talis diſpēſatio facta quoad pluralitatem beneficiorū in conſcientia non tenet, licet collatio taliū beneficiorum teneat quoad titulos. Quia ſi diſpenſatiue ſine iuſta cauſa, Papa plura beneficia curata alicui cōtulerit, ille in vtraque eccleſia erit verecuratus pollēs iuriſdictione in vtraq;. Quia alias ſi collatio quoad titulum non teneret, in periculum cederet animarum, & in eorū præiudicium, qui decimarum ſtipendium impendunt. Quantum vero ad alia quæ naturale ius, aut diuinum concernunt, diſpenſatio in illis non tenet. ¶ Contra tamen hāc aſſertionem communem, ex Clementina. 1. vt lite pendenti nihil innouetur, argumentū ſibi conficiunt cononiſtæ tale, quod ſuus Achiles eſt, de quo valde gloriantur. Quia ibi adijcitur iſta exceptio, ſalua tamē in prouiſis omnibus, Romani Pontificis poteſtate, ad quem eccleſiarum, & perſonarum plena, & libera diſpenſatio ex ſuæ poteſtatis plenitudine noſcitur pertinere. Ergo hinc videtur patere Papā ad diſponendum de beneficijs, plenam, & liberam poteſtatē habere. ¶ Quia

*Sotus. à Peña. — D. Tho. Gabriel Adria. Mai. Caiet. Syluest. Panor. — Axioma Cōmun. — D. Bernar. — Arg. canoniſtarum. — Gloſſatur clem. 1.*

A igitur ſolutio argumenti in ſenſu, & gloſſa legitima authoritatis citatę conſiſtit, Reſpōdetur, quod libera, & plena diſpenſatio, quæ ibi diffinitur eſſe penes ſummū pontificē, in duobus verū habet locum. Primo in hoc ſenſu, quòd Papa habet poteſtatē liberā, & plenam, diſpenſatiuam quidē, non tamen dominatiuam. Quare ad hoc attinet illud apoſtoli; Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſteriorū Dei. Requiritur ergo iuſta cauſa diſpenſandi, quatenus attinet ad beneficiorū pluralitatē. Secundo talis authoritas procedit quòd libera, & plena ſit penes Papā poteſtas conferendi plura beneficia curata: quatenus efficere poteſt, vt collatio eorum etiā indigno facta interim ſic ſit valida, & teneat, vt ille ſit verus curatus, & iuriſdictionis ſibi collatæ compos, ſed non quoad alia, ſcilicet, vt poſsit ea tuta conſcientia retinere.

*Quæſt. An iniuſtè ſuper pluralit. diſpenſatus poſsit abſolui.*

B ¶ Præterea, vt nihil intactū prætermittamus, hic & id affine dubiū placuit attexere, an poſt Concil. Trid. à concluſione communi, & generali poſita, ſcilicet, quòd diſpenſatus ſine cauſa circa plura beneficia non annexa, quia non eſt tutus in conſcientia, non ſit abſoluēdus, in aliquo particulari caſu aliqua poſsit admitti exceptio, vt cū aliquibus moderationibus, etiā ſi non illa plura ſic iniuſte diſpenſatus reſignet, ſit abſoluendus, vt ſenſit Caiet. verbo beneficiū. ¶ Et quidē res eſt plena perplexitate. Quia affirmatiuā cū multis ibi à ſe adhibitis limitationibus admittit Caietanus poſt factū, ſcilicet, quod illis ſtantibus diſpenſatus ſine cauſa iuſta, nihilominus poſsit abſolui, quando eſt dignus, & ſolicitus, omnē adhibens curam & induſtriā, & talē, vt inde eccleſiarū cultus, & earū bona nullum videatur perpeti iacturæ damnū ſpirituale, aut temporale; quod raro contingit prout ipſe fatetur etiā Caiet. At Fr. Ioannes à Peña hanc Caiet. ſententiam allegans tandem concludit, quod, quidquid dixerit Caietanus, qui loquutus eſt ante Concilium Tridentinum modo iudicio ſuo ſtandū eſſe diffinitioni concilij.

*Reſp. Caiet. — Fr. Ioan. à Peña Contra Caiet.*

C D ¶ Sed quid dicendum tandem erit cum Nauarrus, qui ſcripſit poſt concilium in additionibus dixerit, quod ſi quis non reſidet ſine cauſa legitima, niſi per miniſtros, ſi inde ſequitur parū dānum poterat abſolui. At qui diſpenſatus eſt ſine iuſta cauſa, vt plura retineat beneficia, cū in vtroq; ſimul reſidere nō poſsit. in altero tūc nō reſidet, & ſine cauſa à reſidētia excuſante. Ergo videtur de mente eſſe Nauarri, quod iuxta limitationē Caietani pote-

*Nauarrus. Videtur fauer. Caiet.*

ni poterit & nunc poſt concilium abſolui. A
Nam ſic inquit, intelligitur Caiet. in ſumma
*Sotus alludit ad Caie.* verbo beneficium. ℭ Quid etiã quod Sotus
in. 4. in gratiam huius exceptionis Caieta-
ni ſic videtur loqui in. 4. in materia de cõfeſ-
ſione. Sunt aliqui, inquit qui præſcientes ali
quem pluralitate parochiarum implicitum,
eius confeſsionem audire recuſant. Et tamen
ſi forte audiant, audita parte confeſsionis,
non audent abſolutionem negare ſi plurali-
tas non ſit exceſsiua, & poſſeſſor indignus.
*Ioſeph.* Sed ad id dictum Soti. F. Ioannis de la Peña
occurrit replica, ſcilicet, quod eo quod plura
quis ambiuit beneficia curata eorum cenſen
dus eſt ſecundum ius indignus. Quid inſu-
per quod F. Ioſephus in ſuis floribus ſcribẽs
poſt Conc. Triden. ait Caietani ſententiam
verbo. beneficium. in ſumma eſſe notãdam.
Vbi ait non facile eſſe negandam abſolutio
nem huiuſmodi plurium beneficiorum ob-
tentoribus; quia non facile eſt iudicare, an
ſufficienter per vicarios beneficia regant. Tã
ta enim poteſt eſſe vicariorum ſolicitudo,
atque diligentia vt merito paſtores dici me-
reantur. Hæc Ioſephus.

*Sententia autoris.* ¶ Poſt ſententias hic narratas horum do-
ctorum, puto caute, & via media in hac par
te eſſe incedẽdum. Et quia pluralitas benefi-
ciorum regulariter detrimenta non immodi
ca ſecum affert, regulariter ſine iuſta cauſa cõ
currente diſpenſato obtinenti plura benefi-
cia non vnita, in talique retentione perſeue-
ranti non eſt impendẽda abſolutio. ¶ Quod
ſi in aliquo caſu allegetur ex prouida proui
ſione, quia valde idoneus, atque ſtrenuus
vicarius ab ipſo præfectus eſt, de nullo dam
no Eccleſiæ, vel bonis eius, vel ouibus fore
timendum; adhuc quia decipi poteſt, (nemo
etenim bonus eſt iudex in propria cauſa) ar-
*Conc. Tridẽ.* bitror illam diſpoſitionem Concilij Triden
tini traditam in Seſ. 6. ca. 1. de reformatione,
eſſe ſeruandam. Vbi ait, quod priuilegium
perpetuum de fructibus percipiẽdis in abſen
tia nulli proſit, neq; temporale, niſi ex cauſa
rationabili per ordinarium approbanda fue
rit conceſſum. Quo caſu epiſcopi tanquam
delegati ſedis Apoſtolicæ prouideãt, vel per
deputationem idoneorũ vicariorum, & con
gruæ portionis fructuum aſsignationem, cu
ra animarum nullatenus negligatur; nemini
quo ad hoc priuilegio, ſeu exẽptione quacũ-
que ſuffragante. Igitur hic decernitur, quod
priuilegiũ perpetuũ, ſiue temporale de perci
piẽdis fructibus in abſentia nulli proſit, niſi
ex cauſa rationabili per ordinariũ approbã
da fuerit conceſſum. At vero diſpenſatio ſu-
A per pluralitate beneficiorũ (cum in altero illo
rũ neceſſario reſidere obtẽtor eorũ nõ poſ-
ſit) quoddã priuilegiũ virtuale eſt de perci-
piendis fructibus in abſentia, aut tali priuile
gio æquiualet. Sequitur ergo, ſine cauſa iu-
ſta diſpenſatus circa pluralitatem beneficio-
rum, ſi alleget pro ſe cauſam aliquam ratio-
nabilem illum excuſantem, puta, quod recte
prouidet per vicarium idoneũ; & quod om-
nem cauet cauſam damni; quod pari ratio-
ne antequam abſoluatur, ſit mittendus ad or
dinarium: vt ſi rationabilis cauſa ſic allegata,
per ipſum per ordinarium fuerit probata, &
approbata maiori ſecuritate conſcientiæ po
B ſtea poſsit abſolui. Nã ei caſui conuenit diſ- *Regula.*
poſitio, cui verba diſpoſitionis conueniunt.
Cum autem huic caſui conueniãt verba præ
dicta diſpoſitionis concilij, ſequitur, quod ei
conueniat & ipſa prædicta diſpoſitio. Quod
ſi contenderis prædictam diſpoſitionẽ huic
caſui non omnino conuenire: nihil moror.
Nam certe inficiari non poteris, quin hoc ſit
magis tutum conſcientiæ pœnitentis, tum
conſcientiæ confeſſoris ipſum audientis.

## CAP. CCLIII.

C *An iniuſte diſpenſatus in pluralitate poſsit ferre fructus; An poſsit Papa illos illi remittere: An tolerantia Papæ hic excuſet; Et plura de reſtitutione fructuum iuxta nouam ſanctionem Conc. Trid.*

IN ſuper, quia ſecũdam quæſtio *Quæſtio. An diſpenſatus iniuſte ten. reſtitu. fructus.*
nem, ſcilicet, an ſine cauſa iuſtifi
cante diſpenſatus ſuper plurali-
tate beneficiorum teneatur re-
ſtituere fructus non expediuimus, vt proli-
xitatem in continua ſerie ſermonis vitare-
mus, iam hic abſoluenda venit, ne illius vi-
deamur immemores. Circa quam quæſtio-
D nem Frater Ioſeph. in ſuis floribus ample- *Ioſephus. Gabri.*
ctitur Gabrielis ſententiam, qui ait, quod
qui obtinuit diſpenſationem à Papa ſuper
beneficijs curatis abſque legitima cauſa, li-
cet in conſcientia tutus nequaquam ma-
neat: nihilominus tamen ad reſtituendos
fructus obnoxius non maneat. Hac au-
tem ratione perſuaſus hoc aſſerit, quia po-
tens eſt Papa ſuper his fructibus diſpenſa-
re. Nam poteſt illos regi pro expeditio-
ne contra Turcas erogare, vel alijs confer-
re diſpenſando: igitur poterit & Papa eoſ-
dem fructus huic plura beneficia ex diſpen-
ſatione, ſine cauſa tamen iuſta poſsidenti
adiudi-



adiudicare. Nam inquiunt Gabriel, & iſte A
Frater Ioſephus, quod licet talis diſpenſatio
non valeat, quoad obtinendum titulos: vale
bit tamen quoad fructus. ℭ Sed miror iſtos
alioquin Theologos, quam parum natu-
*Redarguitur Gabriel & Ioſeph.* rã diſpenſationis expenderint. Nã ad diſpen
ſationẽ licitam requiritur cauſa rationabilis;
at quod cauſa rationabilis ſubſit ad recte di-
ſpenſandos fructus aliquos eccleſię in ſubſi
diũ regis euntis cõtra Turcas, quis eſt qui du
bitet, quando ad hanc expeditionẽ in defen-
ſam eccleſiæ pecunia eget. At quod ratio &
cauſa rationabilis ſemper ſuppetat ad largiẽ-
dum fructus alios ei beneficiario, cui ex vno
beneficio tantũ, ad ſuam decentẽ ſuſtentatio B
nem ſufficiunt, imo ſuperfluũt redditus, quis
eſt qui credat. ℭ In hoc quoq; peccare vide-
tur, quod aſtruũt talem diſpenſationẽ Papę
ſine iuſta cauſa ſuper plura beneficia curata
nõ tenere quoad titulos; tenere tamẽ quoad
*à Peña.* fructus, cum potius vt ex mente Fratris Ioã-
nis de la Peña diximus, oppoſitũ ab illis eſſet
dicendum, ſcilicet, talem diſpenſationem ſi-
ne cauſa iuſtificante non tenere quoad fru-
ctus, tenere tamen quoad titulos, & iuriſdi-
ctionem. Nam ſi titulo, & iuriſdictione talis
ſic diſpenſatus ſine cauſa iuſta, careret, & in
periculum magnum Eccleſiæ, & ouiũ Chri-
ſti, & ſacramentorum vergeret. Nam quæ- C
dam ſunt ſacramenta, quæ ſine iuriſdictio-
ne, quæ cum titulo iſtis ſolet dari, nequa-
quam valent, vt ſacramentum matrimonij,
& confeſsionis.

*Sententia autoris.* ℭ Igitur dicẽdum reſolutorie venit, quod
ſi Papa ſine iuſta cauſa iuſtificante diſpen-
ſauerit cum aliquo ſuper pluralitate benefi-
ciorũ, an fructus reſtituendos tunc poſsit illi
remittere, an nõ, penſandũ id eſt ex poteſta
te diſpenſandi, quam habet: quę exigit ratio
nabilẽ cauſam, vt diſpenſatio hæc, vel diſpẽ
ſatiua remiſsio fructuum non ſit contra ius
naturale, ac per conſequens inualida. Ratio-
D nabilis autẽ cauſa relinquendi huic illos fru-
ctus non eſt vtilitas priuata, ſcilicet, ad augẽ
dum eius patrimonium, vel vt lautius viuat,
aut facilius epiſcopatum, aut maiorẽ dignita
tem cõſequatur; quia hoc eſſet diſpenſare in
ſolum fauorẽ illius, quod eſt contra ius natu
rale, in quo Papa non diſpenſat. Sed in vtili
tatem eccleſiæ talis remiſsio fructuum, ſicut
diſpenſatio ſuper pluralitate, facienda eſt. Et
quando quis plura adeptus eſt beneficia in
caſu, quo vnum ſufficit ei, ſine cauſa concur
rente iuſtificante, quia tunc non currit ne-
ceſsitas, vel vtilitas Eccleſiæ; ſicut Papa ſi-
ne cauſa rationabili non poteſt bona Ec-
A cleſiæ alienare authore Archidiacono. 22. *Archid.*
quæſt. 2. non liceat Papæ, multo minus po
teſt in hoc caſu patrimonium Chriſti, quæ
ſunt bona Eccleſiæ iniuſte, id eſt, ſine cauſa
iuſta diſpergere; ac per conſequens neq; diſ-
penſare ſine cauſa; cum iniuſte ſuper plu-
ralitate beneficiorum diſpenſato, vt illos
fructus ſibi ad vtilitatem priuatam, ſuos pro
prios faciat, ſcilicet, ad ampliandum patri-
monium, vnde licentioſius viuat. Quia hic
non ſolum ius poſitiuum, ſed potius diui-
num violatur. Vide Syluestrum ita diſſe- *Syluest.*
rentem verbo. beneficium. 4. quæſtio. 4.
Vbi hanc quæſtionem excitat, an habens
B plura beneficia, quando vnum ei ſufficit, ex
cuſetur per diſpenſationem Papæ, vbi con-
cludit ex mente D. Thom. quod non excu-
ſatur etiam quo ad fructus, ſi diſpenſetur in
fauorem ſuum, & ad vtilitatem ſolum priua
tam, & propriam, quia hoc eſt contra ius
naturale, in quo Papa non diſpenſat. Ita Pa *Panor.*
normi. cui accedit ibi Syluester cõtra Gloſ-
ſam in cap. dudum el. 2. de elect. dicentẽ, ta
lem excuſari, ſed eſt contra communem, &
contra D. Tho. ideo hæc nõ eſt tenẽda gloſ.

ℭ Præterea hic & illa quæſtio attexenda *Quæſtio. An non canonice beneficiatus ius hab. ad fructus.*
venit, vtrum is, qui non canonice habita be
neficia tenet, ex tolerantia, ſeu tacito con-
C ſenſu prælatorum poſsit habere, & de facto
habeat aliquod ius in eis, ſiue quoad titu-
lum ſiue quoad fructus. Cum Syluestr. ver-
bo beneficium. 3. quæſt. 19. Huius quæſtio-
nis meminerit, ſic de ius mente eam abſolui
mus, primò dicentes, quod ſi prælatus igno- *Dictum. 1.*
rat beneficia talia non eſſe canonice habita:
tunc nec tolerantia Papæ, aut ordinarij, imò
neque eorum expreſſus conſenſus etiam ſi
ignoranter, ſed expreſſe in eorũ retentionẽ
conſentirent, ius vllum ad illa beneficia non
canonice habita, illa poſsidenti confert. Nec
tenenti acquiritur aliquod ius, qui non con
ſentit, qui ignorat, aut errat. ff. de iuriſdictio. *ff. De iuriſdict.*
D omn. iudicum. l. ſi per errorem, ſecundum In
nocent. & Hoſtienſ. ibi, & Archidiaco. 63.
diſt. cum Adrian. Ita tradit Henricus Boich
ſuper ca. dilecto. de præben. citatus à Sylue- *Sylue.*
ſtro ibi. ℭ Secundo dicimus, quod ſi præla- *2.*
tus nouerat illa beneficia non fuiſſe cano-
nicè obtenta, taliſque prælatus id noſcens
ſit Papa, tunc diſtinguendum eſt, Quia ſi
tolerantia ſit expreſſa ab eo, vel ab aliquo de
mandato eius: quia hęc eſt tolerantia appro-
bationis, dat quidem ius ad talia beneficia.
Huius aſſerti ratio potiſsima hęc eſt; quia *Ratio.*
Papa non aſtringitur forma conferendi, per
quã acquiritur ius. 9. queſt. 3. cuncta. Vnde *9. q. 3.*

poſtquam de voluntate Papę conſtat ſufficit. Si vero hæc tolerantia Papæ in hoc caſu non fuit expreſſa, hæc approbationis tolerantia non eſt ad conferendum ius ſuper talia beneficia ſufficiens, teſte Hoſtienſi capit. literas de ſup. neg. prælat. ❡ Vltimò dicimus, quod ſi talis prælatus, qui probè nouit illa beneficia non fuiſſe canonice obtenta, non eſt Papa, patientia, ſeu tolerantia eius etiam expreſſa, non dat ius, niſi interueniat canonica electio, vel prouiſio; vt docet gloſſa in dicto cap. dilecto, quam approbat Hoſtienſis. Hæc ex illo.

*Hoſtienſ.* 3.

*Quæſtio. Iniuſte beneficiatus ad quid ten.*

❡ Ad hæc accedit hic & alia conuicinia dubitatio, cuius meminit Syluester, Benefic. 3. quæſt. 20. ſcilicet, ad quid teneantur iniuſtè poſsidentes, nec canonicè beneficia eccleſiaſtica, circa reſignationem, & fructus.

*Dictum.* 1.

❡ Breuiter igitur pro expeditione quæſtionis dicimus, primo, quod ſtatim tales reſignare tenentur in manu eius, qui reſignationem poſsit accipere, vel alicuius nomine eius, ſi eſſet reſignaturus conſtitutus in mortis articulo, ita quod aliter fieri nequiret. Ita Innocentius. ❡ Secundo dicimus, quod huiuſmodi iniuſtus poſſeſſor perceptos tenetur reſtituere fructus. de renunciat. poſt tranſlationem §. rurſus. ❡ Sed nunquid iſte totaliter talibus fructibus eſt expoliandus? Ad hoc tertio dicimus, quod doctore Innocentio is retinere vitæ neceſſaria ſtricte de conſilio confeſſoris poterit, ità quod ſolum non egeat, & alios fructus in vtilitatem Eccleſiæ conuertat. Quia reſtituere tenetur ca. dilecto. de præben. aliter abſolui non poteſt, niſi legitimam obtinuerit diſpenſationem. Neq; in foro animæ tenentur ei ſubditi obedire; incapaxque eſt ſecundũ Archidiaconũ ad præſcribendũ, etiam ſi perpetuo poſſederit: ſin minus canonice obtinuit, quia per fraudẽ, vel aliquam ſurreptionem, vel ſimoniace illud obtinuit. Syluester intelligit dictũ Hoſtienſis ſic, quod ſi poſt reſignationẽ habet aliquos fructus tenetur de his. ❡ Prętereà hic (niſi ſupra de redditibus beneficialibus, an cum ſuperfluunt ſint dandi pauperibus late diſputaſſemus) nobis diſputatio habẽda foret. Quare de hoc nihil amplius dicimus, quã quod hic rurſum repetimus illud concil. Trid. Seſſ. 25. ca. 1. de reformatione. interdictum, quo omnino interdicit nec dum epiſcopis, ſed & cæteris beneficiarijs, etiam Cardinalibus, ne conſanguineos, familiareſue ſuos, redditibus Eccleſiaſticis augeant, aut illos ijs, niſi pauperes ſint diſtribuant; eoſque monet, vt omnem humanum erga conſanguineos, & propinquos affectum ceu malorum ſeminarium penitus exuant.

*Innoc.* 2. 3.

*De præb.*

*Conc. Trid.*

*An epiſcopi non conſecrati fructus amittant. Conc. Trid.*

❡ Quid etiã circa reſtitutionem fructuũ, epiſcopis negligentibus munus conſecrationis ſuſcipere Cõc. Trid. Seſſ. 23. cã. 2. ſub proprio tenore indixerit, hic inſerere viſum eſt. Ait etenim: Eccleſijs cathedralibus, vel ſuperioribus quocunque nomine, vel titulo præfecti, etiam ſi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſint, ſi munus conſecrationis intra tres menſes non ſuſceperint, ad fructuũ perceptorum reſtitutionem teneantur. Si intra totidẽ menſes poſtea id facere neglexerint, Eccleſijs ipſo iure ſint priuati. Conſecratio verò ſi extra curiam Romanã fiat, in Eccleſia, ad quam promoti fuerint, aut in prouincia; ſi cõmode fieri poterit, celebretur. ❡ In ſeſsione quoq; quinta, capitulo ſecundo, conceditur priuilegium de nouo de perceptione fructuum in abſentia vacantibus literarum ſtudio, ſic in hac forma. Docentes verò ipſam ſacram ſcripturã, dum publice in ſcholis docuerint, & ſcholares, qui in ipſis ſcholis ſtudent priuilegijs omnibus de perceptione fructuum præbendarum, & beneficiorum ſuorum in abſentia iure communi conceſsis, plenè gaudeant, & fruantur.

*Conc. Tride. cõcedit etiã priuil. ſtudētibus ſuper fructus.*

*Prouiſio cõcilij ſuper plures paroch.*

❡ Præterea ſeſsione vigeſima quarta, capitulo decimo ſeptimo circa fructuum reſtitutionem in Cõcilio Tridentino ſic cauetur: Illi vero, qui in præſenti plures parochiales Eccleſias, aut vnam cathedralem, & aliam parochialem obtinent, cogantur omnino quibuſcunque diſpenſationibus, aut vnionibus ad vitam non obſtantibus, vna tantum parochiali, vel ſola cathedrali retenta, alias parochiales infra ſpacium ſex menſium dimittere. Alioquin tam parochiales, quam beneficia omnia, quæ obtinent, ipſo iure vacare cenſeantur, ac tanquam vacantia libere alijs idoneis conferantur; neque ipſi illa antea obtinentes tuta conſcientia fructus poſt dictum tempus retineant. Optat autẽ ſancta ſynodus, vt reſignantiũ neceſsitatibus commoda aliqua ratione, prout ſummo Pontifici videbitur, prouideatur.

*Quæſtio. In vacatione cui cedãt fructus.*

*Pœna vſurpantium fructus Eccleſiæ vacant.*

¶ Porro ſi quis ſciſcitetur beneficiorũ fructus vacationis tempore, in cuius vſus cedãt? en ſibi abſolutionem rogatæ quæſtionis damus, dicentes, beneficiorũ fructus vacationis tempore in vtilitatẽ Eccleſiæ expendi debere, vel ſucceſſori fore reſeruandos. Alioquin in cathedralibus eccleſijs, vel regularibus, & collegiatis, ſi fiat cõtra per capitula, conuetus, collegia, vel ſingulares perſonas, ipſi cõtra faciẽtes tandiu ſuſpẽſi ſunt ab officio,



cio, & beneficio, quãdiu non ſatisfecerint, & quouſque ſatisfactionem præſtiterint; non obſtantibus priuilegijs, cõſuetudinibus, vel ſtatutis etiam iuramento, vel ſedis Apoſtolicæ authoritate firmatis ca. quia ſæpe. de electio. libro ſexto. Similis prohibitio generaliter eſt de omnibus Eccleſijs. Vide caput prę ſenti. de officio ordinarij, libro ſexto, & quo modo epiſcopi, & ſuperiores in hoc culpabiles ſunt ſuſpẽſi ab ingreſſu Eccleſiæ. ❡ Ad hæc, quoniam de applicatione fructuum tẽpore vacationis meminimus nota, quod, vt habetur cap. eum qui. de præbendis. libro ſexto, quando aliquis vitioſe, & de facto nãciſcitur poſſeſsionem alicuius beneficij, etiã quod tenuta ſit nulla, quia à non habente poteſtatem conferendi data eſt, alia beneficia, quæ cum illo ſimul teneri non poſſunt, vacare dicuntur. ❡ Aduerte tandem quod beneficiarius fructus ſui beneficij in plures, quam tres annos locare prohibetur, vel in emphyteuſim dare, Clementi. de reb. Eccleſię non alien. & eſt excõmunicatus in terris, vbi quoad has pœnas etiam recepta eſt extrauagans Pauli. De quo agit Nauarrus ſumma latina, capitulo vigeſimo quinto, nume. 126. & capitulo vigeſimo ſeptimo, numero. 147. copioſius.

*De preb.*

*De locatione fructuũ.*

*Nauar.*

# C A P. CCLIIII.

*An ſecundum beneficium, & quale recipiens maneat priuatus primo. Et de. 17. caſibus fallentiæ; & ſoluuntur argumenta in gratiam pluralitatis beneficiorum antea poſita.*

*Quæſtio. An curatũ. 2. accipiens priuetur primo.*

QVoniam omnia rimanda ſunt dubia, vnde reſtitutio fructuũ accidere poteſt, ne quid ſub ſilẽtio maneat, adhuc quæritur, an habens beneficium curatum, ſi ſecũdum cũ cura recipiat, ipſo iure primo beneficio priuatus maneat. Dicimus ergo ſtatim adhibita ſolutione, quod talis ſtatim proculdubio priuatus eſt primo, ſimul ac pacificã poſſeſſionem ſecundi adeptus eſt, vt diffinitur de multa, de præbendis, vel quando per eum ſtetit, quo minus haberet ca. licet. el. 2. de præbẽdis, libro ſexto. Et niſi primũ reſignet in manus eius, cui cõpetit, ipſo iure eſt etiã priuatus ſecundo, inhabiliſq; fit ad ſacros ordines, & ad quodcũq; beneficiũ, cuius diſpenſatio ad Papam pertinet per extrauagantem Ioãnis. 22, quæ incipit, execrabilis. Quia ſecundum Syluestrum, verbo, Beneficium. 4. §. 6. fallentia. 17. omnia talia beneficia vacatura, ipſo iure reſeruantur apoſtolicæ ſedi; et ſi alius diſponat de eis, non valet. Hæc Ioannes. 22. in extrauaganti, quæ incipit, Execrabilis. Concordat Alberic. Habet autem hæc regula locum in prioratibus curatis, vbi præficiuntur religioſi, vt in cap. cum ſingula. de præbend. lib. 6. Imo etiam idem ſeruaretur, etiam ſi prioratus non eſſet curatus, vt dicit textus in Clement. quia regulares. de ſuppl. negl. prælat. in fi. Et ſimiliter habet locũ in præbendis, quãdo tã prima, quã ſecunda eſt in eadẽ eccleſia; quia tunc ipſo iure vacat prima, vt ca. literas de conceſsione præbendarũ, etiã ſi acceptaret ſecundã iure annexionis, vt in Clemen. finali de præbendis. Alias non loquitur in præbendis ſecundum Vincentiũ, & D. Anto. quia non eſt eadem ratio, ſicut de beneficijs curatis. Hæc Syluester. ❡ Armilla vero, verbo, Beneficiũ. §. 44. ait, quod hæc regula tenet in omni beneficio, quod requirit reſidentiã non abſolute, ſed reſidentiã ſub pœna priuationis beneficij, vt ſi ſtatuto, vel conſuetudine hoc caueatur, in gloſſa ca. gratia. de reſcriptis, lib. 6. quia tunc eſt eadẽ ratio, alias ſecus; quia in iure nõ reperitur expreſſum. Sed in hoc dicto poſtremo Armillæ, & gloſſæ ſtandum eſſe cenſeo conſuetudini, quæ vel vim obtinet legis, vel interpretatrix eſt legis. Sed cũ dictis cõcordat Panor. in ea. quia nonnulli, de cler. non reſid. Vnde eius ſententiæ ſtandũ puto, quia cõcordat cũ Armilla & gloſſa, maxime ſi cõſuetudo accedat. Et hoc dicere eſt tutius. ❡ Regula ſupradicta eſt, quod habẽs beneficiũ curatũ, ſi ſecundũ cũ cura recipiat, ipſo iure priuatus eſt primo, & vacat primũ, Et idẽ de habente perſonatũ, vel dignitatẽ, ſi ſecundũ perſonatũ, vel dignitatem accipiat. Et hic, ſecundũ Hoſtienſem, Ioannẽ Andreã, & Innocentiũ beneficium curatum intelligitur large, etiam de Eccleſia cathedrali, ſeu capella curam habente parochianorum de iure, vel de facto, dummodo parochiam habeat, in qua parochiale ius exerceat, ſiue dignitas ſit, ſiue officium, ſiue Eccleſia. Sicut ſunt multi archipresbyteri, archidiaconi, & decani, qui nullã habẽtes eccleſiã, cui præſint, habent tamẽ iuriſdictionem ſupra multa loca, ſed tamen quo ad dignitates ſecundum aliquos intelligitur regula, quando ſunt in eadem Eccleſia, vt videtur colligi ex dicto cap. de multa, & per do. Anto. ibi, dignitates autẽ & perſonatus ſecundum Innocentiũ fere ſemper accipiuntur pro eodem; licet ſecũdum Hoſtien.

*De præb.*

*Syluest.*

*An diſpoſitio de multa hab. locũ in præb.*

*Regula armillæ.*

*Gloſſ.*

*Panor.*

*Regula gen.*

*Hoſti. Ioan. Andr. Innocen.*

ſtien.in aliquibus locis differant.Intelligen- A
dum eſt ergo nomen dignitatis, & perſona-
tus ſecundum inſtitutionem,& conſuetudi-
nem Eccleſiæ ſecundum etiam Ioan. Andr.
❡Hæc, inquam, regula fallentias plurimas
patitur,in quibus ipſo iure nõ vacat primũ.
*Fallentiæ regul.* ❡Primò,hoc fit cum diſpenſatione ſuffi-
cienti,vt in d.cap.de multa,& de elect.dudũ
1. el.2.❡Secundô,ſecundum Hoſtien. quando
2. primum,vel ſecundum beneficium eſt cura
*Hoſtien,* tum habitu,non actu,ſcilicet, quia non actu
habet parochianos, vt quia derelictus eſt lo-
cus.de electio.licet canõ lib.6. Innocentius
tamen, & Abbas videntur tenere contra-
3. rium. Tertio, quando alterum beneficium B
non habet curam de ſe,ſed per vnionem ali-
cuius curati,de præbendis.ſuper eo.
4. ❡Quarto,quãdo ignorabat ſe habere be-
neficium tale; quia tunc ſibi datur optio de
5. reſcriptis.gratia.lib.6.❡Quinto,ſi non ſcie-
bat ſe illud habere de iure, etſi de facto non
habebat; vt quia erat ſpoliatus primo, ſtat
regula ſecundum Vincentium,qui hoc no-
tat in dicto ca.dudum.repetit tamen fructus
primi, quos percipere poterat vſque ad re-
ceptionem ſecundi.❡Sextò,quando ſecun-
6. di beneficij fructus alius ad tempus, ex cau-
ſa, puta, Papæ conceſsione percipit: vt de C
præbendis ca.ſi tibi conceſſo. Quia pro tem
pore quo ad alium pertinent dicti fructus,
non cenſetur vacare primum. Quod tamen
Henricus Boich verum eſſe dicit ſecundum
Ioan.And.& Archidiac.quantum ad perce-
ptionem fructuum primi beneficij.Vacat ta
men quantum ad hoc, vt poſtquam pacifi-
cam poſſeſsionem adminiſtrationis ſecundi
beneficij habuerit,debito tempore confera-
tur. Vel locum habebit Lateranenſe conci-
lium de conceſsione præbendæ. cap.nulla.
❡Septimo fallit, ſi ſecundi beneficij pacifi-
7. cam poſſeſsionem adminiſtrationis non ha- D
buerit,nec per eũ ſtetit,quin haberet. Quia
tunc non vacat primum,ſecundum Hoſtiẽ.
Innoc.Henri.Boi.& eſt textus in Clemen.ſi
plus.de præben,❡Octauo, fallit in epiſco-
patu,ſecundum.Innoc.in ca.cum noſtris de
conceſ.præbendæ, quem ſequitur dominus
Ant.& Ioan.Andr. & Imola,in Clementi-
na.grande.de reſcrip.& facit textus.7.q.1.in
verbo,Carebit,quod eſt verbum futuri tem
poris.Et ſic videtur requiri ſententia. Gloſſa
tamen in ca.relatio.21.q.1.tenet, quod regu-
la in epiſcopatu non fallit. Sed primum eſt
verius;quia non vacat per adeptionem ſecũ
di beneficij, ſiue ſit ſuperius, ſiue inferius,
ſiue æquale,cũ epiſcopatui expreſſe,vel taci

A te renũciare non poſsit, ſine licentia Papæ,
de tranſlatione epiſcopi.inter corporalia.
❡Sed an idẽ ſit dicendũ de quocunq; alio *Quæſtio.*
beneficio,quod quis cũ alio nõ poteſt tene- *An regula*
re,niſi diſpenſetur,ſcilicet,quod in illo regu *tenet in be-*
la fallat queritur. Nã ſumma Angelica ait re *neſic. requi.*
gulã fallere,quia tunc non vacabit primum, *diſp.*
per receptionẽ huiuſmodi ſecundi.Sed certe
authore Syluestro, quẽ ſequimur in hac par
te, hoc patet eſſe falſum ex ratione, quã aſ-
ſignant dicti doctores.Itẽ,quia ſecundũ hoc,
per prędictam regulã non vacarẽt, niſi bene
ficia inſufficiẽtia; quia nullũ ſufficiẽs poteſt
teneri cũ alio ſuperueniente, niſi diſpẽſatiue.
B Vincentius autẽ ponit alios duos caſus ſuper
caput.dudũ. ❡ Nono igitur fallit regula,vt 9.
notat Bernar.in ca.dudũ in beneficijs vnitis,
vel depẽdentibus, vel cõmendatis. Vnde ſi
ſecundũ curatũ quis adipiſcitur per viam an
nexionis,quia eſt annexũ non curato,nõ va
cat primũ curatũ de præbẽdis ſuper eo.lib.6.
❡ Decimo fallit ſecundũ Vincentiũ ſi colo- 10.
re,& non animo beneficij perpetui, recepit
ſecundũ,quia poſſet tunc pœnitere.11.q.6.ſi
quis libellos.de pœniten. diſt.1. diuortium.
idẽ ſi in continẽti ſit dilectus.❡ Vndecimo, 11.
fallit ſi ſecundũ recipit in epiſcopatu alieno
C ſine licentia ſui epiſcopi, à quo repetitur.
Quia quamuis priuatus ſit primo,quantum
ad ſe, non tamen quantum ad prælatũ ſuũ,
ſi ſine licẽtia ipſius tranſit. Quod animaduer
tit Ioan.21.q.11.ſi quis iam tranſlatus. Et cõ
cordat Gofr. & Hoſtien. ❡ Decimoſecun- 12.
do,fallit regula in eo,qui de proprio expen-
ſas fecerat in primo, propter quas competit
ſibi retẽtio primi,ſecundũ Ioan.de Lig.Do.
Ant.& dominum Abb.per tex.12.q.4. qui
cunq;. Et ſufficit tales expenſas eſſe vtiliter
acceptas, licet deinde totum perierit à caſu
ſecundum Ioannem Andream in ca. ex par
D te.de conſ.vt quia domum factam ſtatim ig-
nis cõbuſsit. Et ex his infert dominus Ab-
bas,quod ſi clericus moritur inteſtatus, hæ-
res repetere poteſt expenſas, quas fecerat in
beneficio. Sed hoc intelligit Syluester ſi ex-
pendiſſet de bonis ſui patrimonij, & hoc de
expenſis factis ante receptionem ſecundi.
Secus de factis poſtea.Inſtituta.de rerũ diui-
ſione.§.certe. ❡ Decimo tertio, fallit etiam 13.
in eo qui proteſtatur,quod primum dimitte
re non vult;quia tunc fatue agit prælatus ſi
bi concedens ſecundum. Et poſſet in hoc ca
ſu locum habere Concil. Lateranenſe, ſcili-
cet,quod non tenet collatio ſecundi. de cler.
non reſid. quia nonnulla. ❡ Vnde ſecun-
dum Hoſtienſem, ſiquis recepit ſecundum *Hoſtie.*
minus



minus pingue, non videtur primum va- A
care, cum non videatur habere animũ deſe-
rendi primum propter ſecundũ, & maxime
cum errauit arg.diſt in.74. quorũdam. Qui
*Nota.* licet hanc opinionem veram in cholis dicat,
fatetur tamen eam eſſe falſam in iudicijs, &
in curia non ſeruari.Extra hos caſus qui reti
nere primũ contenderit, etiam ſecũdo priua
bitur,in dicto cap. de multa. Hodie tamen,
vt dicere cœpimus,per extrauagantem Ioan
nis.22.quæ incipit,Execrabilis ſi recipiens ſe
cundum,primum, quo priuatur,abſque mo
rę diſpendio,verbo, vel facto in manibus or
dinarij ſub teſtimonio publico nõ dimittat, B
priuatus eſt ſecundo, & inhabilis fit ad ſa-
cros ordines,& beneficia. Hæc omnia Ioan-
nes Andreas in noue.ſuper ca.de multa. ex-
ceptis his,quæ ponũtur ex Hẽrico de Boich.
14. ❡Decimo quarto addi poteſt caſus, quando
quis acceptaret ſecundum per calorem iracũ
diæ ſecundũ Ioannẽ Andream, & Antoniũ
de But.facit gloſſ.in cap.ex literis.de diuort.
quæ vult,quod confeſsio ex iracundia facta
non præiudicet. ¶ Decimo quinto fallit re-
15. gula, quando acceptat ad tẽpus,puta, donec
aliter fuerit beneficio prouiſum, ſecundum
Petrum de Ancharranum, capitulo primo, C
de conſuet.libro ſexto.Exempli gratia,dicit
ſtatutũ,quod mortuo epiſcopo archipresby
ter adminiſtret iuriſdictionem ſpiritualem
16. eius donec alius fuerit creatus. ❡ Decimo
ſexto fallit regula,vbi habenti beneficia cura
ta,confertur aliud curatum, non oſtenſa fi-
de diſpenſationis;quia nec valet collatio vl-
timi,nec vacant priora.dę officio ordinar. li
bro ſexto. Quod procedere ait Syluester, ſi
ſecundũ beneficiũ acceptauit tantũ poſſeſ-
ſionem eius minime nactus, quia ſi eã fuiſſet
nactus, vacarent priora,vt in Clemen.ſi plu
res,de præbendis. Nec tamen in hoc caſu va D
leret collatio vltimi;& ita hãc materiã intel-
ligit gloſſ.in dicta Clementina. ❡ Decimo
17. ſeptimo fallit in caſibus, in quibus licitũ eſt
habere plura beneficia curata, de quibus in
ca.dudum de electi. el. 2. cum gloſſa.verbo.
intitulatã, & ſupra in principio. Quicunq;
igitur præter hos caſus recipit perſonatum,
aut dignitatem,ſeu officium,vel beneficium
habens curam animarum, ſi ante obtinebat
ſimile, cum ſit priuatus primo, poſtquam
poſſeſsionem obtinuit de ſecundo, vel per
eũ ſtetit quominus obtineret:tenetur abſq;
mora dimittere primum in manibus ordina-
rij,in cuius epiſcopatu hoc fuerit. Alioquin
& ſecundo eſt priuatus ipſo iure;& non ſo-
lum ad ſacros ordines: ſed etiam ad omne

A aliud beneficium eſt inhabilis. Et vt præfa-
ti ſumus,iterumque repetimus, & omnia ta
lia vacatura beneficia ipſo iure reſeruantur
Apoſtolicæ ſedi; & ſi alius diſponat de eis
non valet,vt patet in prędicta extrauaganti,
execrabilis,
❡Ad argumenta igitur in principio alla- *Ad.1. Arg.*
ta pluralitatem beneficiorum contendentia
iuſtificare reſpondentes, primum ſic dilui-
mus,negãdo,quod ſi aliqua conſuetudo ino
leuit in contrariũ ſine iuſta cauſa,& diſpenſa
tione obtinẽdi plura beneficia in titulũ diui-
ſa,eam eſſe licitam cõſuetudinem, quatenus
B eſt contra ius naturale, ſed potius eſſe abu-
ſum.Dicimus,quod, ſi ea poſsidentes aliter
quam iura concedunt,tolerantur, id per pa-
tientiam fit. Sicut etiã aliqui peccatores per
patientiam impunibiles relinquuntur in fo
ro exteriori:ſed non ſunt ſuſtinendi in foro
Dei,id eſt,conſcientiæ.
❡Ad ſecundum, quando arguitur ex pari- *Ad.2. Arg.*
tate officiorum ſecularium, quorũ plura per
reges ſolent eidem officiali licite aggregari.
Ergo eodem modo licebit in beneficijs eccle
ſiaſticis.Dicimus ipſam in promptu oblatã
diſparitatem ſecum afferre argumẽti conſpi
C cuam ſolutionem. Tum,quia non eſt eadem
ratio,quia beneficia Eccleſiaſtica magis exa
ctam,& continuam reſidentiam poſtulant,
quam officia ſecularia. Tum,quia officia tẽ-
poralia habent verũ dominum temporalem
in terra,nempe,rempublicam, aut principẽ
eius vices gerentẽ. Nam princeps officiorũ
ſuæ domus ſalutem eſt dominus, nulluſque
iure prohibetur pro libito ex his vni plura
tribuere,atq; concedere, pluraq; ſuæ domus
munia in vnum adunare officialem. Sicut
etiã contingit in caſu,quo Duciſſa potita du
catu,nubat duci potienti alio ducatu,iam pri
D mogenitus filius eorum in duplicis ducatus
ſuccedet ſtatũ,& dignitatem; & iuſte quidẽ.
Fatemur autẽ quod & pro nobis facit, quod
ſi rex in his officijs,in quorum diſtributione
iuſtitiam diſtributiuam in republica ſerua-
re tenetur,eam non ſeruet, nempe, quia plu
ra eorum in vnũ ſine cauſa,& meritis, coac-
ceruat: quia tunc alijs dignioribus irrogat
iniuriam, non immunis in hoc facto ſit à
peccato.❡ Si vero talia ſint in republica offi
cia,quæ non veniant diſtribuenda à rege ex
vi iuſtitiæ diſtributiuæ, multoties peccabit
cõtra iuſtitiam commutatiuã plura eidẽ,vel
indigno ſi aggreget; quia inde reipublicæ
paratur iniuria;cum certum ſit, non ita re-
gulariter bene gubernari in pluribus offi-
cijs per vnum, ſicut per plures.❡ Igitur pro



 regu-

*Regula.* regula ſit conſtanti ratione naturali firma-
ta,quòd tam in temporalibus, quam in ſpiri
tualibus officijs nemo plus muneris, quam
poſsit implere poteſt ſubire. Quia & domi-
nus hoc ſignificaſſe aliqualiter videtur,dum
aſtruit neminem exacte poſſe duobus do-
minis ſeruire. Vnde,ſicut qui vno beneficio
indignus iudicatur, & eſt, non poteſt illud
ſuſcipere:ſic ſi dignus eſt tãtum, & idoneus
duntaxat ad paruum officium, vel benefi-
cium,non poteſt adire arduum, aut magnũ,
ſuiſq; humeris impar. Ita ſi ſolũ par ſit viri
bus,& induſtria,& dignus ad vnum non po
teſt ſibi præcipere, aut præocupare duo.

*Ad.3.* ¶ Ad tertium verò argumentum ſic eius B
ſoluimus bimembrem obiectionem. Quan-
do arguitur; Iſta pluralitas beneficiorũ pro-
hibita eſt, vel propter exceſſum ſtipẽdij, aut
propter exceſsiuam curam animarum, quæ
ab vno ſolo ſuſcipitur; quia dicimus, non tã
tum exceſsiuum ſtipendium, quod vnus ſo
lus fert huius prohibitionis cauſam eſſe, ſed
curã animarum exceſsiuam, & vnius hume
ris imparem, huius prohibitionis potiſsimã
eſſe rationem. Quia per ſe loquendo ratio-
nis dictamen dictat, quod vnum officiũ, ſeu
beneficium debeatur vni, ſicut vni corpori
vnũ debetur caput, & quod duobus debean
tur duo. Per accidẽs verò accidit, quod licitè C
interdũ ex aliqua iuſtificante circunſtantia
vni tribuantur duo. Vnde contingere caſus
poteſt, quod licite beneficiarius aliquis po-
tiatur præbenda quotannis reddenti mille
aureos; qui tamen illicite obtineret quatuor
præbendas omnes ſimul minores reddentes
redditus, nempe, ſolum octoginta aureos dũ
taxat. Nec huius differentiæ alia redditur ra-
tio, quã quod iſta eſt vna præbenda, & aliæ
ſunt plures. ¶ Si autẽ epiſcopatus, aut prębẽ
dæ pinguiſsimæ ſint, ad prouidentiam papæ
ſpectabit id proſpiſcere, an bono eccleſię ex
pediat taliũ epiſcopatuũ, vel præbendarum
diuiſio. Sicut ècontra, an ex pluribus epiſco
patibus vnũ, vel ex duabus præbendis vnã D
conflare conducat id diſcernere eiuſdẽ ſum-
mi Pontificis eſt munus. Poterit tunc ex iu-
ſta concurrẽte cauſa diuidere vel vnire. Itaq;

*Vnio beneficiorum dup. vel in ſeipſis vel in perſon.* vnio beneficiorũ, vt contingit, fit dupliciter.
Quia, aut talis vnio fit in beneficio, aut fit in
perſona, ſeu ad vitã. Primã quidem vnionẽ
papa facere poteſt, ſi expediat; quòd ſi ſine
cauſa fecerit, facta tamen tenebit. Si tamẽ ſic
vnionem ſecundã in perſona ſine cauſa fece
rit, vt prædiximus, & quoad fructus, & qua
tenus eſt contra ius naturæ, non ſuſtinetur
in foro conſcientiæ. Quare ea plura bene-

A ficia ſine cauſa poſsidens, non manet tutus
in conſcientia. Sicut etiam ſecurus in conſ-
cientia non manet ille curatus, vt antea di-
ximus, qui curam habens animarum non
reſidet ſine cauſa iuſta à reſidentia excuſan-
te, & etiam ſi mille ſe velit diſpenſationi-
bus protelare, non eſt abſoluendus, etiam
ſi conqueratur. ¶ Si autem beneficium ob-
tinet ſimplex exigens reſidentiam, dum ſit
alicuius momenti, ſi ei ſufficienter non in-
ſeruit per ſe, vel per alium, nec etiam abſo-
lutione eſt dignus; quare ſibi merito eſt de-
neganda. Si vero beneficium ſimplex ſit,
iam memini me dixiſſe in hoc caſu, quod ſi
B ſubſtituerit alium dignum, ità vt nullum ec-
cleſiæ detrimentum inde ſequatur; quamuis
non ſit in hoc omnino excuſandus, quia de
hoc non poteſt tam certo conſtare; tamen
in hoc caſu non videtur illi neganda abſo-
lutio. Quia tunc per vicarium idoneum in
ſimplicibus deſeruire non ita videtur eſſe
ex genere mortale. Et tunc habet maxime
locum diſpenſatio epiſcopi, vel papæ, etſi
Eccleſia non reclamauit. Quæ licet fuerint
antea â nobis dicta, hæc rurſus hic conſultò
epilogamus, vt memoriæ altius infigantur.
Rurſus repetentes; quod ſicut ſecundum cõ- *Aduertentia neceſſaria.*
cilium Tridentinum priuilegiatorum ſuper
C percipiendis fructibus in abſentia cauſa eſt
per epiſcopum approbanda; ſic me conſul-
tore, & iſtorum cauſa non reſidendi, & an re
cte prouiderint per vicarium, erit examinan
da & probanda; quia alioquin cæcus eſt
quiſq; iudex in propria cauſa.

¶ Sed & de canonicis, & choro addictis, &
habẽtibus in eccleſijs cathedralibus, vel col-
legiatis canonicatus, dignitates, præbendas,
portiones, quomodo vigore cuiuſlibet ſtatu
ti, aut conſuetudinis vltra tres menſes abeſ-
ſe eis non licet quotannis, iam diximus ex
Concilio Tridẽtino, ſeſsione vigeſima quar
ta, capitulo decimo ſecundo. Et ſub qua pœ
na eis reſidere pręcipiatur, vide ibi. Vbi de-
D nuo notabis, cõciliũ ibi adijcere, quod diſtri
butiones, qui ſtatutis horis interfuerint; reci
piant; reliqui quauis colluſione, aut remiſsio
ne excluſa his careant iuxta Bonifacij, ſed *Nota mutat animum ſent.*
oppoſitum retro ex Nauarro dixeramus.

¶ At vero maxime memoriæ cõmendatio
ne dignum, quod eod. cap. adijcit conciliũ,
ſcilicet, quod omnes per ſe, & nõ per ſubſti-
tutos diuina compellantur obire officia, &
epiſcopo celebrãti, aut alia põtificalia exer-
centi aſsiſtere, & inſeruire, atq; in choro ad
pſallendum inſtituto, hymnis, & canticis
Dei nomen reuerentur, deuote diſtinctèque *Nota.*
lauda-



laudare. Quare nec tam libere cũ his prædi-
ctis beneficiatis ad hæc officia deputatis ſu-
per eorum non reſidẽtia per ſe poteſt epiſco
pus diſpenſare. Niſi forte, quia ibi in fine ad-
iungit cõcilium in hæc verba; Interea epiſ-
copus non minus, quam cum duobus cano-
nicis, quorum vnus ab epiſcopo, & alter à
capitulo eligatur, in his quæ expedire vide-
buntur poterit prouidere, prouideat epiſco
pus cum prædictis duobus canonicis, an ille,
*Nota cõtra beneficiatos per ſe non exercẽt. ſua munia.* qui per alium reſidet ſufficienter ſatisfaciat
ſine læſione diuini cultus, aut eccleſiæ. Alias
non eſſent iſti tam tuti in conſcientia, cum
ſecundum Concilium Tridentinum com-
pellẽdi ſint ſua miniſteria per ſe ipſos obire.

## CAP. CCLV.

*An parochiam nactus ad ſacerdotium promoueri non intendens, aut de hoc dubitans, aut hoc conditionaliter proponens teneatur reſtituere fructus; Et quid de poſtea intendente; Et ſi ſit idem iudicium de alijs beneficijs.*

*Quæſtio. Beneficiarius non intendẽs promou. ad quid tenetur.* IAm cætera ad materiam de fru
ctibus attinentia dubia proſe-
quentes, illud haud intellectu
facile, primo hic agitandum pro
ponimus, ſcilicet, an qui parochialem na-
ctus eſt Eccleſiam ad ſacerdotiũ promoue-
ri non intendens, ex hoc defectu intentio-
nis, reſtitutioni fructuum obnoxius fiat. Pla
cet autem, antequam qualem difficultatem
hæc quæſtio præſeferat, aperiamus, verba
ſummaria textus: commiſſa, de electione in.
6. prout in ſummario iacent ſubijcere. Qua-
1. tuor enim iſte textus edicit, ſeu inſinuat.
Primo, quòd quoad pœnam priuationis re
2. ctoris parochialis eccleſiæ non promoti, re-
quiritur quòd annus integer ſit cõpletus. Se
cũdo, quod annus ille nõ currit iuſtè impedi
3. to. Tertio, quod poſt priuationẽ eccleſia ei-
4. dẽ conferri nõ poteſt. Quarto, quod nõ pro
motus ſi eo animo receperat eccleſiã, vt fru-
ctus anni perciperet, tenetur ad reſtitutionẽ
ipſorum; & qui ea mente contulit Eccleſiã,
tenetur ſeruare indemnẽ. Vbi in textu quo-
que hæc verba habẽtur; Cæterũ ſi promoue
ri ad ſacerdotium nõ intendens parochialẽ
receperis eccleſiam, vt fructus ex ea per an-
num percipias ipſam poſtmodum dimiſſu-
rus, niſi voluntate mutatã promotus fueris,
teneberis ad reſtitutionem fructuum eorun
*Quæſtio.* dem, cum eos receperis fraudulenter. ¶ Ver



A bis igitur textus præmiſsis, difficultatis
neruus hic detegitur in hac quæſtione, an
qui à principio voluntatem habuit ſuſcipiẽ
di presbyterium cum parochialem ſuſcepit
Eccleſiam, ſi poſtea ea voluntate mutata be
neficiũ ſibi retinuit, teneatur fructus ex nũc
mutatæ voluntatis receptos reſtituere, &
an etiam ad perceptos ante mutatam volun
tatem reſtituendos aſtringatur: cum volun-
tatem ſuſcipiendi presbyterium poſtea de
ponens mutauerit.

¶ Et quidẽ in hac quæſtione Panormitan. *Affirmatiua.*
in cap. relatum de cler. non reſidenti. Sylue. *Panor.*
verbo, Beneficium. 3. quęſtione ſecunda. Ga *Syluestr.*
B briel in quarto, diſtinctione decima quinta, *Gabrie.*
quæſtione octaua, articulo tertio. Sotus de *Sotus.*
iuſtitia & iure, libro decimo, quæſtio quin- *Ioſeph.*
ta, articulo ſexto. Frater Ioſephus in ſuis flo
ribus, in materia de reſtitutione in quęſt. de
reſtitutione facienda propter negligentiam
eccleſiaſticorũ, frater Ioannes de la Peña in *à Peña.*
quibuſdam ſcriptis, quę nomine eius circun
feruntur ſuper ſecundam ſecundæ D. Tho.
in materia de ſtatibus, omnes ij tenẽt affirma
tiuam, ſcilicet, illos fructus eſſe reſtituendos
ab illo, qui licet bono animo ſuſcipiendi
presbyteriũ, beneficiũ ſuſcepit parochiale,
C tamẽ poſtea mutato animo talẽ depoſuit vo
luntatẽ, hacq; ſunt adducti ratione, quia par *Argume. 1.*
ratio eſt de acceptione beneficij parochialis
ſine animo ſuſcipiendi presbyterij ordinẽ,
& de eius ſine tali animo retentione, vt illic
ſcite notat gloſſa, ergo ſi qui ſine animo *Gloſſ.*
presbyteriũ ſuſcipiendi, parochialẽ Eccleſiã
ſuſcepit, fructus perceptos niſi volũtate mu
tata promotus fuerit, reſtituere tenetur: er-
go pari ratione, qui ex bona in malam volũ
tatem non ſuſcipiendi talem ordinem mu-
tatus eſt, fructus tenebitur reſtituere. ¶ Et *Confir.*
confirmatur; Quia ratio huius reſtitutionis
D redditur in textu, ſcilicet, cum eos receperit
fraude: fraudulenter autem dicitur eos re-
cepiſſe, quia ſine animo presbyteralem or-
dinem recipiendi eos fructus recepit: at eun
dem animum non recipiendi presbyterium
habet hic poſtquam priſtinam commutauit
bonam voluntatem; agit ergo fraudulenter,
ſicut & alter.

¶ Secũdò in gratiã prædictæ affirmatiuæ *Argum. 2.*
opinionis horum doctorum arguitur; Nam
ratio inducendi obligationẽ reſtituendi fru
ctus in primo caſu, cum à principio presby-
terium ſuſcipiendi non habuit animũ, eſt vt
Eccleſia ſeruetur indemnis, quam ibi à ſcien
ter conferente huic non intendenti ſacer-
dotium aſſumere, indemnem iubet textus



ſerua-

A ſeruari: ſed ita damnũ patitur Eccleſia, quando ab initio ſuſcipitur à nõ intẽdente presbyterij ordine initiari; ſicut ab eo, qui id à principio intendens, in contrariũ mutatus eſt animum: ergo, vt eccleſia ſeruetur indẽnis, perinde iſte ſecundus tenetur reſtituere fructus, ſicut & alter, qui ab initio malum habuit animum.

*Argu. 3.* ¶ Et pateſcit vltimo ex ratione F. Ioſephi; Quia vtrobique eadem interuenit iniuſtitia; ſine debito animo à principio parochiale beneficium recipiendo, ſiue ſine debito animo poſtea retinendo. *In contra. Nauar.* ¶ Poſt tantam authoritatem doctorum, eorumque hic allatas rationes, B ſolus Nauarrus in ſum. Lat. cap. 25. nume. 118. cum alias, vt ibi ipſe fatetur, viſum ſibi fuerit idem eſſe judicium, quoad reſtitutionẽ fructuũ, & de accipiente Eccleſiã parochialem ſine animo recipiẽdi ordinem presbyteralẽ, & de recipiente cũ tali bono animo debito, & poſtea illũ mutante: hic tandem contra horum omniũ ſententiã mutat & ſuã, quã antea tenuerat dicens, quod contrariũ de rigore iuris videtur eſſe dicendum. Scilicet, quod licet ille, qui ſine animo initiandi ſe ordine presbyterali, C ſuſcepit beneficiũ parochiale, ad reſtituendos perceptos fructus in conſciẽtia ſit aſtrictus, tamen ille, qui debito animo ad parochiale beneficiũ eſt promotus, ſi poſtea recipiendi ſacerdotalem ordinẽ reuocauerit volũtatem, non ideo ad reſtitutionem fructuũ fit obnoxius. ¶ Et ne temere hanc de nouo amplexatus eſſe ſententiam videatur, ſuas quoque adducit rationes, quibus eam tuatur. *Rationes Nauar. pro negatiua. 1.* Primò; Quia hæc obligatio papalis, reſtituendi fructus iniuncta eſt propter malitiam, & peccatũ, & fraudẽ; at maior fraus eſt, maiuſque peccatum peccat, qui ab initio huiuſmodi, contrariã intentionẽ habẽs, D parochiã gubernandam accipit, quã qui cũ bona intentione accipiens, poſtea cũ mala eã commutauit, vt patet ex ſe; ergo non ita priuatione fructuũ eſt dignus ſecundus; nec perinde tenetur illos reſtituere, ac primus, qui magis peccauit per fraudẽ. *Confirm.* ¶ Et cõfirmatur; Quia cũ hoc decretum ca. commiſſa. pœnale videtur, non videtur extra ſuũ caſum extendendũ; præſertim ſine rationis paritate, aut maioritate. l. preſes. ff. de pœnis, & ca. *ff. de pœnis.* de pœnis. diſt. 1. Et textus cũ ſolũ agat de accipiente malo animo, ſequitur; quod bono animo accipiens, licet poſtea cõceperit malum ſub obligatione textus de reſtituendis fructibus non comprehendatur.

¶ At iã, quia plura circa hãc quæſtionẽ per A ſtant enodãda dubia, opus eſt, vt primo hoc expeditum relinquamus. Igitur pro deciſione quæſtionis, dicitur; Licet prima facie, affirmatiuę opinionis cõtra Nauar. magis põderare videantur rationes, per has tamẽ propoſitiones eos aliqualiter concordantes duximus reſpondendum. *Sententia autoris.*

*Conclu. 1.* ¶ Sit igitur prima propoſitio; Qui ſine animo ſuſcipiẽdi ſacerdotalẽ ordinem, parochialẽ eccleſiã ſuſcepere, fructus perceptos reſtituere tenẽtur, niſi volũtate mutata ad ſacerdotiũ intra annũ promoti fuerint. *Prob.* Patet hęc concluſio, quia ipſiſsima diffinitio eſt, B quę cõtinetur, in ca. cõmiſſa de electione. li. 6. §. cęterũ. Intelligitur hæc cõcluſio de parochiali eccleſia, quę curã animarũ habet annexam. *De elect.* Secus de collegiata, vt habet illic gloſſ. Et ratio eſt; quia vt cauetur in dicto ca. licet, de electione lib. 6. eodem titulo tenetur eiuſmodi clericus in eccleſia ſua reſidere, perſeq; eccleſiæ ſuæ famulari, quod antequam ſit ſacerdos præſtare non valet. Quo circa ita ſentiente Soto, vbi ſupra, eadem lege comprehenditur epiſcopus. *Nota de emptore.*

*Conclu. 2.* ¶ Secunda propoſitio. Is qui cũ animo debito ſuſcipiendi ordinẽ ſacerdotij ſacrũ pa- C rochialẽ adeptus eſt eccleſiã, etiam ſi poſtea mutet animũ ac mutata volũtate promotus non fuerit, non tenetur ad reſtitutionẽ fructuũ, ante mutatam voluntatẽ perceptorũ. Ita gloſſa ſuper ca. cõmiſſa de elect. in. 6. verbo non intendens; cui hic accedo, quia hæc media via incedit. *Gloſſ.* Et quia textus fundat ſe circa hanc reſtitutionem fructuũ in eo, quod fraudulẽter, (vt textus ait) eos receperit. At hic cũ ante mutatam voluntatem eos receperit, fraudulenter eos non recepit: ſed cum ſana voluntate talem ordinem ſuſcipiendi. Et patet, quia ſi rationes Nauarri quid probãt, *Naua.* D hanc propoſitionem maxime probant.

*Conclu.* ¶ Tertia propoſitio; Si jis, qui cum animo debito ſuſcipiendi ſacerdotij ordinem ſacrũ, parochialem nactus eſt Eccleſiam, poſtea mutata voluntate priori, promotus non fuerit ad ſacerdotiũ; ſi tamẽ interim per illũ annũ vicariũ ſubſtituit idoneũ, & modo in eadẽ Eccleſia, ſuæ ſatisfecerit functioni, ad nihil, vel parũ fructuum perceptorum illo anno tenetur. Huic concluſioni cum his modę rationibus fauent rationes Nauarri. *Naua.* Et hæ moderationes, in parte rationes in gratiã cõtrariã tenentium opinionẽ allatas eneruant; nec credo ab hac ſententia ſic limitata tantopere diſſentirent. *Prob. 1. Gloſſ.* Et patet ex gloſſa ca. commiſſa, vbi ſic ait: Si verò ille, qui habuit Eccleſiam parochialem habebat bonam intentionem,



A tionem, quia intendebat promoueri ad ſacros ordines; ſed ex aliqua cauſa ſuperueniẽte, non vult promoueri, quia forte eius frater antiquior vult promoueri, & ipſe vult remanere in ſæculo, non tenetur ad reſtitutionem fructuum, hæc ait Gloſ.

¶ Et probatur; Quia certum eſt, ſi in iſto caſu dato, fructus reſtituendi eſſent ab hac reſtitutione, quod ex his præſtitit vicario à ſe ſubſtituto deducendum eſſe ſecundum F. *Ioſephus.* Ioſephum; ergo hanc partem reſtituere non tenetur. Sed probatur, quod neque reſiduam apud ſe remanẽtem reſtituere teneatur. Quia tum pro functione ſua, cui ſatisfecit in eadẽ eccleſia, eam retinere meretur. B Tum, quia propterea quod non fuerit functus officio ſacerdotis intra illum annum, quo promoueri acerdotiũ tenebatur, iuxta ca. licet canon. de electione lib. 6. non meretur illos fructus amittere, cum alia obierit eccleſiæ munia interim. Et ſatis illi erat in vltima hebdomada vltimi menſis anni computandi à die pacificæ poſſeſsionis, promoueri ad ſacerdotium. Quia iſte ad ſacerdotium non promotus, non niſi poſt lapſum annum amittit eccleſiam, & poſt annũ perceptos fructus. Quod ſi reliquam partem hac ratione poteſt ſibi vendicare; ergo parum, aut nihil tenetur reſtituere. C Quia ſi aliquid teneretur reſtituere, id eſſet, vt eccleſiam indemnem ſeruaret. Sed vt ſupponimus, in hoc caſu parum, aut nullum eccleſia paſſa eſt damnum. *Satisfit obiect. contrariæ.* ¶ De ſentẽtia vero contraria ſupradictorum doctorum dico: quod verba textus cum odioſa ſint, & de caſu iſto, vbi mutata eſt intentio antea recta, expreſſe non loquantur, ſuæ ſententiæ non ſuffragantur. Ideo ſi ſententia ſua vera eſt, quod tunc ad aliquam reſtitutionem fructuum mutantes voluntatem, teneantur, eſt, quando illa mutatio voluntatis cauſa fuit alicuius ſubſequuti damni. Vt quia iam ex tunc, ex quo cogitauit aliam inſtitutionem vitæ, tepidus incepit eſſe circa ſuum officiũ, D nec ſuũ munus geſsit, neque de interim prouidendo idoneo vicario ſolicitudinem debitam, neque de alijs pertinentibus ad eccleſiã habuit: vnde ſubſequuta ſunt damna.

*Coroll.* ¶ Ex hac, & præmiſsis propoſitionibus, conſequuntur aliqua ſcitu digna corollaria. Primum, quod multo minus tenetur ad reſtitionem fructuum iſte iuxta hanc tertiam cõcluſionem limitatus, qui non mutauit debitam intentionem à principio habitam, ſed de mutanda ea cæpit poſtea dubitare. Ita Nauar. vbi ſupra, qui id probat à fortiori ratione.

A ¶ Secundo corollariè ſequitur, quod & Nauar. ait ſe conſuluiſſe, quòd & expreſsit ſupra citata gloſſa vel certe inſinuauit, ſcilicet, poſſe quem iuſte accipere beneficium animo vt dictum eſt ſatisfaciendi & infra annum presbyterij ordinem ſuſcipiendi. *Coroll. 2. Nauar.* Cum propoſito tamen, quod ſi frater eius primo genitus obierit mortẽ ſine liberis, vel ſi adaugendum decus ſuum, aut ſuæ familiæ, vel patriæ expediret ducere vxorem, id faceret.

*Coroll. 3. Nauar.* ¶ Tertiò ſequitur, & aliud corollarium ſecũdum Nauarrum, quod etiam, qui aliquod beneficium accipit animo illud relinquendi, ſi aliud pinguius ſibi conferatur, modo ſuæ B functioni ſatisfaciat, quandiu primum obtinet, vel obtinuerit, reſtituendi fructus obligatione non tenetur. Et cum ità hic aſſerat Nauarrus, videtur loqui de beneficio parochiali. Nam de alijs iam pro comperto diffinierat, hanc obligationem non inducere. Addit ſe hoc tenere, quidquid dixerint Panormitanus in dicto capit. relatum, & Syluester verbo beneficium. 3. quæſtione ſecunda & Gabriel in quarto diſtinctione decima quinta, articulo tertio, quæſtione octaua. Qui ſine textu, & ratione iuſta obligant homines ad inſolita, & nullo iure præcepta contra ca. conſuluiſti, quarta quæſtione quinta.

C ¶ Idemque cenſet eſſe dicendum de illo; qui accipit beneficium, cui non eſt annexus ſacer ordo, animo firmo ſatisfaciendi quidẽ eius oneribus, ſed nõ aſcendẽdi ad presbyterium, nec ad alium ordinem ſacrum; quia id nullo iure prohibetur. ¶ At quidẽ hęc duo vltima corollaria, ſcilicet, ſecundum, & tertium, ſi ea Nauarrus intelligat de eccleſijs parochialibus, ſicut videtur intelligere, licet nõ ſe ſatis explicet, non tranſeunt ſine difficultate, quia nec facilia ſunt creditu, & perſuaſu. Videntur enim inniti in illo fundamento, quod ſatis dubium eſt, an dubius, vel conditionalis animus aſcendendi ad presbyteriũ, D quo quis ab initio ſuſcipit beneficium parochiale, fructuum reſtituendorum obligationem inducat. Vt ſi, verbi gratia, tunc quis habeat animum initiandi ſe ſacerdotio, niſi poſtea aliquid ſibi occurrerit expedientius.

*Quæſt. An animus dubius aſcẽdẽdi ad præſby tobliget ad reſti.* ¶ Igitur dicturi circa hæc duo corollaria 2. & 3. intellecta de parochialibus etiam eccleſijs (prout Nauar. videtur ea intelligere) quia de alijs non tantum hæſitationis erat, & iam dixerat ſuã ſententiam, id dubij prius extricemus oportet, an talis animus conditionalis, aut incertus ad presbyterium aſcendendi, reſtituendorum fructuum inferat neceſsitatẽ, vel non, nã hinc clareſcet, quid circa

prędicta illa duo vltima corollaria Nauar.2. &.3.ſit dicendum. *Sotus.* ℭ Cū igitur Sotus, quęſt. vbi ſupra huius dubij meminiſſet, pro comperto tenet, quod qui cum tali animo dubio, aut conditionali ſuſcipit parochialem prębendam, à reſtituendis fructibus non excuſatur. Nam ſic Sotus ibi ait; Nota, non intendens; quo verbo comprehenditur etiā ille qui dubio eſt animo. Nā qui hęſitat (inquit Sotus) nō intēdit. Quo circa ſi paręciā ſuſcipiens nondū de vita ſua deliberauit: ſed pendet in animo, vt ſi res alia via felicius ſucceſſerit, habitui clericali ſit renuntiaturus, profecto non tuta conſciētia fructus recipit, Si autē intentionem habuerit ſuſcipiendi ſacerdotium ſub conditione tamen, ſcilicet, niſi per mortem primogeniti fratris hæreditas paterna ſibi obtigerit, aut aliud quidpiam ſæculare proſpere ſucceſſerit; fortaſſe erit; qui dicat eum poſſe eoſdem fructus Eccleſiaſticos percipere, eo quod conditionalis intentio, quodammodo eſt intentio. At neque huiuſcemodi conſcientiam ſanam eſſe arbitror, inquit Sotus. Quia cum textus ait non intendens abſolutam intentionem expoſcit non incertam, aut conditionalem.

ℭ Et ratio quoque ſuffragatur. Nam qui abſolute percipit fructus abſolutā debet habere intentionem, alioquin fraudulenter, vt ait textus eos recipit. Hęc Sotus: qui ex profeſſo contrariari videtur prędictis corollarijs vltimis Nauarri.

*Sententia autoris.*

ℭ Poſt hæc ſupereſt, vt inter tantos heroas, quamuis exiguus meam proferam ſententiam, quæ in duobus punctis perſiſtit.

*Dictum.1.*

Dico ergo primo, quòd ſententia Soti verior videtur ſtando in rigore iuris. Nam ſi in rigore iuris perſtemus, abſolutam intentionem ſacerdotalem ordinem ſumendi, videtur exigere. Qualis non eſt prædicta intentio incerta, aut conditionalis, quæ in prædictis duobus corollarijs vltimis Nauarri continetur. Quare ſtando in rigore iuris illa corollaria non ſunt abſolute concedenda.

*Dictum. 2.*

ℭ Secundo dico, quod innitendo æquitati, quæ magis reſpicit rationem naturalem, ſeu piam intentionem legiſlatoris, quā legis verba, illa corollaria Nauarri cū moderationibus ſupradictis, forſitan poterunt ſuſtineri.

*Moderatio.*

Moderatio ſit, vt talis cū tali incerto, & conditionali animo paræciam ſuſcipiens interim dum per illum annum à die ſuſceptionis paræciæ, in presbyterum nō ordinatur, ſuæ functioni in eadem eccleſia faciat ſatis, idoneumq; ſubſtituēs vicariū talem curam gerat, vt Eccleſia indemnis ſeruetur. Tunc ſi non reſtituat reliquam partem fructuum, præter eam, quam conſignauit ſubſtituto à ſe vicario, non erit tantopere damnandus. Quia intentio potiſsima Papæ illic eſt Eccleſiam indemnem ſeruare: quę in hoc caſu, indemnis cum hac moderatione ſeruatur. Nam poſt hunc primum annum, ſi de facto ordine ſacerdotali, intra eum ordinatus non fuerit, cum per caput licet canō, de ele. lib.6. perdat illam, & fructus eius poſt eiuſmodi annum amittat; ab obligatione reſtituendi fructus poſt annū perceptos, nō exoneramus. Et ſic aliqualiter in hoc ſenſu, & cum hac limitatione illa corollaria Nauarri ſuſtinemus, ſequendo intentionē textus, & legiſlatoris, magis quā verba, & de ſola ęquitate loquendo. ℭ At quando dubio animo parochiale beneficium adiuit, ab obligatione reſtituendi fructus non eſt excuſandus. Nā Sotus ità tenet. Et ratio eius ſufficienter id probat. Atq; Nauarrus in ſuis corollarijs ſolum adhibet exempla, (vt approbaret) de his, qui conditionali animo parochiale beneficiū ſunt amplexari. Et quamuis conditionalis animus dubium, & incertitudinem importet: ſed non tantopere indifferentem reddit talem parochum ad promotionem presbyteratus, ſicut merum dubiū, vbi ipſemet parochus non inclinat magis in vnam partem, quā in aliam, ſed in æquilibrio manet.

*Non intendens ſacerd. fieri à principio an reſtit.*

ℭ Ad hæc & illud dubium huic confine: haud dignum eſt, quod aſpernatur, an qui ab initio cū ſuſciperet parochiæ titulū, & poſſeſsionem, animo ſuſcipiendi presbyteralem ordinē caruit, ſi poſtea mutata volūtate promotus fuerit, poſsit fructus anteacti tēporis recuperare. *Sotus.* Super qua quæſtione Sotus loco citato ait, quod parēthesis illa textus, niſi voluntate mutata promotus fuerit, non ſic aſtute intelligenda eſt, quod cum voluntate mutata ad ſacerdotium promotus fuerit, poſsit fructus illius temporis recuperare, quo propoſitum ſacerdotij non habebat; ſed quod cum propoſuerit promoueri, iam inde illos ſuos faciat.

*Sententia autoris.*

ℭ At exiſtimo non aſtute intelligi illam parentheſim, niſi voluntate mutata fructus ſic retineat, quos tempore, quo caruit debito propoſito, ante mutationem voluntatis percepit. Imo ſuperſtitioſe Sotus textum intelligit, & rigidè & contra gloſſam ibi capit. commiſſa. verbo. mutata, & contra regulam canoniſtarum. *Gloſſa. Contr. Soti. Ratio. 1.* Quia ſecundum Gloſſam, hic per mutationem voluntatis intra annū, fraus purgatur, ſicut & mora interdum purgatur. ff. de locatio. capi. potuit, & infra de regulis iuris. mora. ſi autem poſt mutationem voluntatis, & poſt promotionem intra annum, mora, & fraus, purgatur; ergo iam receptos fructus poteſt ſibi retinere; alias nō purgaretur fraus aut mora. ℭ Et ſecundo patet contra Sotum, *2* quia ſecundum regulam iuriſtarum exitus expectatur, cum vitium conſiſtit in animo, alias expectatur initium ſupra, de reſcriptis, ſi eo tēpore, & ſupra eo. dudum.1. Si igitur cum vitium conſiſtit in animo exitus expectatur, & exitus fuit bonus, quia mutauit indebitā voluntatem in bonam: ergo ad reſtituēdos fructus perceptos iam ante mutationem voluntatis, non eſt damnandus quia alias exitus non expectaretur.



ℭ Igitur ſecundum gloſſam, ſi promotus fuerit intra annum purgatur vitium in vtroque, ſcilicet, in fructibus perceptis, & percipiendis: ita ſub aliorum cenſura præſertim ſi damnum non obuenit eccleſiæ.

## CAP. CCLVI.

*De coniugatis, de ſimoniacis, de non promotis clericis ad ordines, de ducentibus vxores, an teneantur in conſcientia reſtituere fructus præbendarum.*

*Quæſt. An canon. cōmiſſa. ſit pænalis.*

IAm ſubinde acceſſorie ad prædictam quæſtionem, quærendum venit, an diſpoſitio iſtius canonis commiſſa. §. cæterum, vbi cauetur, quòd tenebitur ad reſtitutionē, qui non intendens promoueri ad ſacerdotium, parochialem ſuſcepit eccleſiam, niſi mutata voluntate ad ſacerdotiū promotus fuerit, inducat obligationē in cōſcientia fructus reſtituendi, etiā ante ſententiā cōdemnationis. *An licet canon. ſit pœnali.5.* ℭ Et perinde quæritur de illa diſpoſitione. Licet canon. de electione libr.6. Vbi decernitur, quod qui poſt obtentam eccleſiam parochialē, & habitam illius poſſeſsionem pacificam, non promouetur ad presbyterium intra annum, & eo lapſo illā retinet, & non relinquit illam peccat: quia ipſofacto illam perdit poſt lapſum anni, & fructus illius amittit, an ſic ſit pœnalis, quod in conſcientia ante condemnationem ad vtrumque non obliget. *Obiectio.* Et videtur, quod ante iudicis ſententiam in conſcientia talē obligationem nō inducat. Quia ſecundum iuriſtas, & Nauarrum in commento capit. fraternitas.12. quæſtione ſecunda, & in rubrica. de pœnitentia, & alios, ſæpe pœna temporalis etiam ipſo iure incurſa non debetur in foro conſcientiæ ante ſententiam: ergo neque pœnæ indictæ de reſtituendis fructibus in allegatis capitulis.

*Nauar. Sotus.*

ℭ Nihilominus reſpondetur cum Nauarro, & cum Soto, & cum fratre Ioſepho, & cum communi, quod in vtroque quæſtionis caſu, & in alijs ſimilibus ante condemnationis ſententiā reſtituendi ſunt fructus, ſcilicet, in caſu commiſſa. §. Cæterum, & in ſecundo caſu, licet canon. poſt annum lapſum, ex quo non factus eſt presbyter, & dimittendum beneficiū, eſt & fructus reſtituendi ante expectatam iudicis ſentētiam.

*Reſpōdetur obiectioni. Regula vbi procedit.*

¶ Neq; obſtat illa regula generalis, quod pœna temporalis ipſo iure incurſa, non debetur in foro conſcientiæ. Quia hæc regula non procedit, neque habet verum cum contrarium conſtat de mente legiſlatoris, vel cū nō imponitur proprie, vt pœna, ſed vt quædam conditio, vel modus rei traditæ. Vt cū teſtator relinquit aliquid alicui, vt quippiā faciat, alias perdat legatū, iuxta Panormitanum communiter receptum ſuper gloſ. verbo. adijciens, in cap. Raynaldus, de teſtamentis, *Panor.* & in propoſito conſtat ex ſtylo, mētem pontificum ſtatuentium, vt illo, vel illo caſu vacet beneficium ipſo iure eſſe, vt mala cōſcientia retineat, qui illud ità perditum retinuerit, & fructus non reſtituerit, eo quod beneficia conferantur quodammodo ſub illo modo, vel conditione, tacite vel expreſſe, vt docet Nauar. in ſumma Lat. cap.25.n.117. & ſe huius meminiſſe in cap. non liceat. 12. quæſt.2. & latius in cap. fraternitas.12. quæſtione.2. *Nauar.*

*Diſpenſat epiſcopus per ſeptenni. cauſ. ſtudij.*

ℭ Poteſt autē epiſcopus, vt prædiximus ratione ſtudij diſpenſare, ne intra .7. annos ad presbyterium ſuſcipiendum teneatur, modo intra annum, quo presbyter fieri debebat, ſubdiaconus fiat cap. cum ex eo. lib. 6. de electione. Quæ tamen diſpenſatio nihil prodeſt ei, qui ad ſtudendum non proficiſcitur, iuxta Syluestrum verbo. beneficium 3.q.2. iuxta mentem textus verbo, inſiſtentes, & quæ in eo dicunt Archidiaconus & Ioānes Andr. *Syluest.* Cui ſupra addidimus Conc. Trid. Seſsione.23. ca.2. de reformatione iuſſiſſe, vt promotus in epiſcopum intra tres menſes teneatur conſecrari, ſub pœna perdēdi fructus ipſo iure, & intra alios tres ſub pœna perdendi ipſo iure epiſcopatum. *Conc. Trid.*

*Quæſt. An ſine animo. ordin. benefic. ten.*

Porro alia quæſtio prædictis veluti appendix, & affinis hic intermittenda non eſt, an ille.

an ille,qui ſine animo aſcendendi ad presbyteriũ, quoduis aliud beneficium non curatum accepit,fructus reſtituendi obligatione implicetur.Nam gloſſa in ca. prælatũ. de clericis non reſidentibus,talem ad reſtituendos fructus teneri ſenſit ; & clarius ibi idem tenuit Panormi. Nihilominus Nauarrus ſum. Lat.cap. 25. nume. 117. contrarium tenet, aſſeuerans contrarium ex iure verius eſſe. Quia cum dictum caput commiſſa pœnale ſit extra ſuum caſum non debet extendi, præſertim ſine rationis identitate, vel maioritate,qualis hic non eſt.l.præſes.ff. de pœn.& cap.pænæ.de pænit.diſt.1.Huic ſententiæ Nauarri ſubſcribunt Sotus in de iuſtitia & iure loco ſupra citato, & F. Ioſephus in ſuis floribus contra Gabrielem,quẽ ibi idem ipſe citat. Et ita cum Nauarro, & his tenendum planè eſt.

*Panor.* *Nauarr.* *Sotus.*

*Queſtio. An beneficiati ſimplici.ten. initiari.*

¶ Iam & alia minutiora circa hanc materiam dubia emergunt, quorum primum ſit,an peccent mortaliter beneficiarij etiam ſimplicium beneficiorum, qui abſque animo ſe initiandi ſacris, incedunt ſine habitu clericali.Et quidem Sotus lib.10.de iuſt. & iur.quæſt. 5.art.6.eos peccare mortaliter aſtruit. Nauarrus quoque Sotum in hoc recte dixiſſe ait, quod tales peccent mortaliter,non in eo,quod initiandi ſe ſacris careãt animo ; ſed quia non deferunt clericalem habitum.Sed vereor, quod vtraque ratione peccent mortaliter, præſertim quando tali beneficio annexus eſt ſacer ordo; & quia non initiatur tali ordine, Eccleſia circa cultum diuinum altaris, notabilem iacturam patitur. Nam iniuſtitia notabilis eſt recipere fructus,& cum notabili cultus altaris defectu ſui ordinis functioni deeſſe. Licet verum ſit,quod ſupra Nauarrus aſſeuerat, nõ peccare mortaliter, nec fructuum perceptione priuari illum, qui accipit beneficium, cui non eſt annexus ſacer ordo, animo firmo ſatisfaciendi quidem eius oneribus, ſed non aſcendendi ad presbyterium, nec ad alium ordinem ſacrum, quia id nullo iure prohibetur.

*Naua.* *Sotus.*

*An coniugati poſsint accipere pẽſ.* *Sotus neg.*

¶ Porrò dubitari & hic, in iſta materia de fructibus contingit,an coniugati accipiẽdo authoritate apoſtolica penſiones ſuper beneficijs, peccent mortaliter, earum penſionum fructus recipiendo eoſque reſtituere teneantur. At quidem Sotus loco citato, quia penſiones ex ratione legitima dandas eſſe cenſet, qua ratione legitima coniugatos putat carere, ideo eas accipientes ſic à peccato mortali non excuſat. ¶ At vero Nauarrus ſum.Lat.ca. 25. nume. 119 tanquam magis pius in coniugatos, eos non peccare ait, ſi authoritate apoſtolica eas penſiones accipiant propter rationes, quas affert. Tum, quia id non eſt contra ius diuinum. Tum, quia papa poteſt applicare fructus beneficij de conſenſu beneficiarij illis pijs operibus, quibus poteſt ipſe beneficiarius; & conſtat eum poſſe illos applicare coniugatis egentibus. Igitur tales coniugati poſſunt licite authoritate apoſtolica, eas penſiones ſuper beneficijs accipere, non quocunque modo, neque ad pompam, & luxum:ſed tantum modo in ſuſtentationem ſuo ſtatui neceſſariam. ¶ Secundò Nauarrus quaſi adhibens granum ſalis circa hanc licentiam ait, quòd Papa raro,& nunquã ſine magna cauſa,penſiones has coniugatis concedere debet, ob. ſcandalum quidem, quod inde orietur arg. capit.nihil, de præſcript. Et quia ſæculares cũ ſemel arripuerint anſam exigendi huiuſmodi pẽſiones ex gratia,Eccleſias, & beneficia volunt perpetuo ſibi quodam iniquo iure facere tributaria. ¶ Hinc ex prædictis tertio inferens corollarium infert Nauarrus ſic, conſequens eſſe, poſſe quem iuſtè gaudere penſione à Papa ſibi conſtituta, non ſeruiendo Eccleſiæ; licet contra tenuerit Sotus. Sed in hoc ego puto caute eſſe in his conceſsionibus ambulandum, nedum pie hęc æſtimantur cauſæ,pedetẽtim bona Eccleſiaſtica fiant profana; quod & cenſuræ Papæ vicarij Chriſti,ſicut & cætera mea aſſerta omnia relinquo.

*Nau. aff.* *Moderatio. Nauarri.* *Coroll.* *Nota.*

*Queſtio. An beneſiciarius vxo. duces amitt. beneſi.*

¶ Inſuper, & circa fructus Eccleſiaſticos accedit & aliud dubium. Illud nempe eſt, an beneficiarius minorum ordinum tãtum, ſi duxerit vxorem beneficium amittat, atq; eius fructus. ¶ Reſponſuri igitur ad hanc quæſtionem primo, duximus reſpondendum, quòd beneficiarius minorum ordinũ tantum,ſi contrahat matrimonium per verba de præſenti, ipſo iure amittit beneficium adeo, vt non recuperet illud quamuis vxor ante conſummatũ matrimoniũ religionem ingrediatur, ſecundum omnes, & Nauarrũ ſumma Latin. cap. vigeſima quinta nume. 120.Quod autem ipſo iure in hoc caſu amittat beneficium, patet ex mente gloſſæ & cõmunis in capite. primo,de clericis coniugatis.¶Sed quia ſic cautum eſt iure,manifeſtum eſt poſt tale matrimonium per verba de præſenti contractum,peccare retinendo beneficium.

*Naua.*

¶Inte-



*Quæſt. An beneſiciarius inualide matrimonium cõtrahi. pdat. beneſic.*

Interim inſtinc pullulat,& aliud dubium quid ſi tale matrimonium ob aliquem defectum extrinſecum veluti conſanguinitatis, aut affinitatis non valuit,fuitque nullum,an tunc talis beneficiarius in minoribus conſtitutus ipſo iure beneficiũ amittat. ¶ Ad hoc dubium reſpondemus,quod eſt ſecundo dictum,quod etiam in hoc caſu ipſo iure beneficium amittit, dummodo quamuis non valuerit,conſenſus interuenerit; vt declarat Panor.in.d.cap.3.colum.3.¶ Porro,an amiſsio beneficij incurratur ipſo iure, ſi beneficiarius contrahat ſponſalia,ſi roget aliquis, huic reſpondemus per tertium dictum; quod ſecundum omnes per ſola ſponſalia contracta de futuro beneficium tale à beneficiario in minoribus conſtituto non amittitur ipſo iure.

*Quæſt.*

*Quæſt.*

¶ At ſi de conſtituto in ſacris hæſitauerit aliquis an per matrimonium etiam per verba de præſenti à ſe contractum beneficio ſuo ipſo iure,aut facto maneat priuatus, dicitur ei vltimo,quod eiuſmodi in ſacris conſtitutus per hoc non eſt ipſo facto beneficio priuatus. Quia is non perdit beneficium ipſo facto,quamuis eo priuari poſsit, vt gloſſa contra Panormitanum communiter recepta diffinit. ¶ Inſuper & de ſimoniaco ſimoniace adepto beneficiũ dicẽdum eſt, an is tam beneficium,quã eius fructus ipſo iure reſtituere teneatur.Sed quia ex profeſſo hanc de ſimonia materiam nõ pertractamus,breuiter & ſuccincte,ab hoc dubio, nos explicamus dicentes cum Nauarro ſumma Latina. cap. 25.num.112.Primo,quod licet peccet mortaliter clericus,quoad beneficia, qui per ſimoniam vult quærere illa, ſiue talis ſimonia ſit mentalis,ſiue conuentionalis,ſiue realis: ex communicationem tamen,& obligationem reſtituendi euadit, niſi ſimoniam commiſerit realem,ſcilicet,completã ex vtraque parte,per receptionem beneficij, & dationem, ſeu actualem ſolutionem pretij. ¶ Ex quo corollarie ſequitur,quod familiaris epiſcopi, qui conſtituta ſibi certa mercede annua inſeruit epiſcopo, donec ei epiſcopus beneficium conferat:non tenetur beneficium poſt ſibi collatum reſignare,nec ad eius fructus reſtituendos tenetur:dum modo nullum pactum poſt illud collatum, de gratis ſeruiendo intercedat.Ita Naua.ca.25.n.113.Quia ex natura iſtius contractus non interuenit hic ſimonia ex parte epiſcopi,aut ſua.In cuius cõfirmationem allegat Hoſtieſem in cap. cum eſſet,de ſimonia receptum per Ioan. Andreã & communem. Et ita ſecundum Nauarrum Maioris in 4.diſt.23.q.3.conſentit Hoſtienſis,exiſtimans ſe contradicere illi.

*Gloſſ.* *Quæſt. An ſimonia eus amitt. beneſic. & fruct.* *Nauar.* *Nauar.*

*Quæſt. An beneſic. ſit reſign. ſimoniace per aliũ obten.*

¶ Præpterea, vt omnia de reſignatione beneficij, aut de reſtitutione fructus dubia contingentia referemus,quæritur, an qui per ſimoniam ab alio commiſſam in fauorẽ ſuum adeptus eſt beneficiũ, obligatione teneatur reſignandi beneficium,& reſtituẽdi fructus eius. ¶ Ad quæſtionem ergo diſtinctius procedentes dicimus primo, quòd per ſimoniã ab alio commiſſam,quam commiſit in procurando beneficium, vel gratiam Petro, nõ in fauorem Petri,ſed potius ad nocendũ Petro,vel eſto non fecerit ad nocendum Petro ſed potius in commodum illius:ſi tamen Petro cõtradicente ſimonia cõmiſſa eſt,neque Petrus peccauit mortaliter,neque ad canonice obtinẽdum illud beneficium inhabilis factus eſt.Patet ex cap.ſicut.de ſimonia, vbi cauetur quòd non imputatur electo confirmato,ſi eo prohibente pro ipſius confirmatione pecunia data ſit, niſi poſtea conſenſerit pecuniam ſoluendo promiſſam, aut reddendo ſolutã.Quare in iſto caſu retinere poteſt beneficium & fructus. ¶ Similiter,quia vt habetur cap.nobis. de ſimonia non eſt caſſanda electio ſimoniaca,quãdo electus ſimoniam ignorauit,& facta fuit in fraudem electi,& in eius diſpendium talis ſimoniaca electio,ideo ſic electus & beneficio potietur iuſtè,& fructibus.

*Quæſt. Quid ſi vi non nocer. ſimoniace pcur. alter. beneſic.*

¶ An vero antequam quis ſit electus ad beneficium ſi eo reclamãte daretur pecunia electoribus, an id obeſſet ei poſtea electo, quæritur.Et Gloſſa quidem ſuper caput ſicut.de mẽte Vincentij diffinit quod obeſſet quidem ei,quia per pecuniam eligitur, niſi dantes hoc facerent in odium eius, vt ca.nobis eo.ſupra. Nauar. vero loco citato in hoc caſu videtur tenere cõtrarium, dicens etiam ſi ſimonia commiſſa ſit non ad nocendum, ſed ad commodandum ſic promoto,ſi contradixit,nõ obeſt. Et huic ſententiæ Nauarri non fauet ratio,quæ in textu affertur.Quia cum in fauorem electi ſimonia cõmiſſa fuit, iſtud factum non fuit factum damnoſum inſidias inimico parantis.Sed ex alia parte Nauarri ſententiæ illa ratio textus applaudere videtur,ſcilicet,quod huic nihil debet ad culpam,vel pœnam imputari. Quia licet ſimonia commiſſa à parentibus pro obtinendis beneficijs pro ſuis paruulis filijs ignorãtibus ipſis filijs neſcientibus imputetur ad pœnã, non tamen contradicentibus imputatur ad culpã,vel pœnã: quia aliud eſt & lõgediuerſũ nõ præbere cõſenſum, & aliud eſt expreſſe prohibere,& contradicere,antequam fiat

¶ Quare

*Sentẽtia autoris.*

℄ Quare exiſtimo ſententiam Nauarri eſſe probabilem, ſcilicet, quod huiuſmodi ſimonia ab alijs commiſſa etiam in commodum contradicẽtis ante promotionem poſt promoto ſic non obſit. Ita D. Thom. 2.2. quæſt.100.arti.6.ad.3. *S.Thom.* Si autẽ dum promoueretur ſic per ſimoniã, id ignorauit, licet poſtquam reſciuerit, id contradixerit, exiſtimo quod talis ſimoniaca electio obſit ſibi. Niſi iuxta caput nobis, in ipſius fraudem facta, vel intenta ſit: vel iuxta Vincentium niſi etiam in odiũ eius fabricata fuerit. Hoc ſub aliorũ cenſura. Nam & hoc inſinuare Nauarrus videtur. Imo ita D. Thom.2,2. quæſtio. 100.arti.6.ad.3.

*Quæſtio. An redimer. vexát. licet in benefic.*

℄ Sed, vt omnia dubia circa hunc articulum in medium aduocentur, quæritur, an intelligantur prædicta aſſerta de alias nullum antea habente ius ad beneficium, an vero is, qui antea ius habebat ad beneficium, ſi eo ignorante, vel ſciente, & non contradicente per aliorũ ſimoniam in ſuum fauorem commiſſam, ſeu vt certius, rectiuſque loquar ſi per alios eius redimentes vexationem pecunia data, tale adeptus fuerit beneficium, an poterit beneficio, & fructibus eius gaudere. *Reſp.* Reſpondeo fore dicendum, quod ſi iam integrum, completumq́ue ius habet adquiſitum tam per electionem, quam per confirmationem, vel per præſentationem, & inſtitutionem ſimul; tunc ſi impeditus iniuſte à poſſeſsione adipiſcenda, pro ea aſſequenda per ſe, vel per alium pecuniam dederit, in foro conſcientiæ ſimoniacus non cenſetur. Quia poſt ius acquiſitum ſolum ad redimendam ſuam vexationem circa impeditam poſſeſsionem pecuniam contulit. Et ideo non tenebitur in hoc caſu fructus reſtituere; neque reſignare præbendam (quidquid ſit de foro exteriori) in quo ſecũdum Nauarrum *Nauar.* propter præſumptionem contrariam, forte ad reſignandum, & reſtituẽdos fructus cogetur. ℄ Secundo dicimus, quod ſi nõ erat ſic ius plene acquiſitum, ſed ſolum habebat ius imperfectum, ſcilicet, per electionem tantum ante confirmationem; tunc perſtat determinatio ex illo cap. ſicut, quòd non imputatur electo confirmato, ſi eo prohibente pro ipſius confirmatione pecunia data ſit.

*Quæſtio. Quid quando ſimonia non fuit cauſa electionis*

¶ Poſtremo, & veritas illius dubij venit hic inteſtiganda, an teneatur reſtituere fructus, & reſignare beneficiũ ille, qui licet acquiſiuerit illud aliqua ſe immiſcente ſimonia aliena tamen, talis ſimonia non fuit cauſa quærendi illud, ſiue quia commiſſa fuit talis ſimonia cum vno ex multis electoribus, præſentatoribus, aut collatoribus, quorũ maior pars etiam iſto pecunia ſubornato non eligente eum elegiſſet, præſentaſſet, aut ei beneficium contuliſſet. *Reſp.* ¶ Reſpondetur planè ad quæſtionem, quod in caſu, quo ſimonia aliena non fuit cauſa quærendi beneficium, quia non obſtante iſta ſimonia, alij, quibus cum, non eſt contracta eiuſmodi ſimonia (cum eſſent maior pars, illum nihilominus elegiſſent præſentaſſent) non amittit titulum, nec fructus beneficij ſic acquiſiti. ℄ Idem cenſet etiam Nauarrus *Naua.* in caſu, quo is cum quo admiſſa fuit talis ſimonia, non fuit ob eam principaliter motus, quamuis ob id pecunia data fuiſſet, vt dicit ſe reſoluiſſe Nauarrus *Nauar.* in ca. nobis. ſequutus primam opinionẽ gloſſę, in verbo. interueniente. per. §. fin. 1. quæſtione ſexta. Hac perſuaſus ratione, quia nõ nocet coram Deo ſimonia, quæ verè non fuit cauſa quærendi beneficium, quod ſine illa æque, atq; cum illa quæreretur; ita habet illa prima opinio. gloſſæ, quæ limitatur ab Hoſtienſi, & Panormitano, & recte quidem quoad forum exterius tantum per rationem Ioannis Andreæ. Tamen quoad forũ conſcientiæ, quod ſola veritate nititur ca. tua. de ſponſalibus, talis prima opinio gloſſæ non eſt limitanda, ſed abſolute intelligenda, ſcilicet, quod in foro conſcientiæ, licet pecunia, vel data, vel promiſſa interueniat, ſi propter hoc ad eum eligendum electores non fuerũt moti, quem alias electuri erant, nõ propter hoc in conſcientia eſt electio vitioſa. argum. C. ſi ex fal. inſtru. l.3. & de re iu. cum. *C. ſi ex falſa.* Sed de his ſatis; quia cũ pertineant ad materiam de ſimonia obiter ſunt hic ad propoſitũ aſcita.

# CAP. CCLVII.

*An ante legitimam ætatem ſuſcipientes beneficium teneãtur reſtituere beneficium, & fructus. Et quæ nã ſit legitima ætas. Et an illegitimus beneficiarius teneatur reſtituere, vel in Eccleſijs patrum ſuorum habentes beneficia, vel ſine canonico titulo.*

*Quæſtio. De ante ætatem beneficiato.*

PORrò vlterius procedentes, vſq; ad exhauriendas omnes difficultates materiæ pergimus inquirere, an qui beneficium curatum ſuſcepit ſine diſpenſatione papæ ante vigeſimum quintum annum cœptum, fructus reſtituere teneatur. Dicendum eſt igitur ad quæſtionem, quod cum collatio beneficij in hoc caſu ſit nulla, vt patet capit. cum in cunctis. §. inferiora de elect. & tenetur relinquere illud, inſuper & perceptos reſtituere fructus, niſi remedium diſpenſationis à papa quærat. Ita Nauarrus cap.25. num.116.



*Nauar.*

℄ Idemque cenſet ipſe Nauarrus dicendũ de eo, qui accepit dignitatem, aut perſonatum non curatum, excepto quod hæc cũ diſpenſatione epiſcopi poſt viginti annos completos aliquis obtinere poteſt, cap. 1. de ætat & qualit. lib. 6. quos tamen annos viginti Concilium Tridentinum ad.22. produxit. ſeſsione vigeſima quarta. cap.12. de reformatione.

*Quæſt. An carẽs ætate poſsit eſſe competitor in benef.*

℄ Præterea ſubſequitur difficultas alia, de qua ſe conſultum fuiſſe Nauarrus loco citato ait, an ſtante conſtitutione Synodali iubente, vt obtinens beneficium presbyterale intra annum fiat presbyter in epiſcopatu Palentino in quo per concurſum dantur beneficia, poſsit eſſe cõpetitor ad presbyterale beneficium ibi aliquis etiam poſt Concilium Tridentinum licet nondum compleuerit viginti quinque annos, & an ſi ſic ſe introgeſſerit iſte competitor, adeptuſque fuerit beneficium, teneatur illud reſignare, fructuſque reſtituere.

*Nauar.*

¶ Circa hanc quęſtionem, quia reſolutionem Nauarri reputamus veram, neque in puncto ab eo recedemus. Dicimus ergo in caſu quæſtionis, quod talis eſſe poteſt competitor ad talem etiam parochialem præbẽdam, etiam poſt Concilium Tridentinum. *Cõcil. Trid.* Et patet, quia idem Concilium Tridentinũ ſeſsione.24. cap.12. de reformat. habet poſſe conferri beneficium curatum ei, qui attingit.25. annum. Et intelligitur concilium licet iſtum.25. annum non compleuerit. Si autem ſecundum omnes eadẽ ætas ad preſbyterale beneficium, & ad ordinem ſacerdotalem requiritur, igitur qui attingit.25. annum, licet illud non compleuerit, ſicut poteſt iam presbyterij ordinem aſſumere, ſic etiam ad parochiale beneficium promoueri & ad illud per concurſum eſſe competitor.

*De ætate ordinandorũ.*

℄ Quod autem nunc etiam poſt Concilium Trid. ſufficiat attigiſſe 25. annum, licet non fuerit completus ad obtinendum parochiale beneficium patet. Quia iure antiquo ad obtinendum curatum, & ordinem ſacerdotalem iſta ætas ſufficiebat, vt patet cap. in cũctis. §. inferiora. de elect. & ei nulla parte derogauit concil. Triden. Nam ea parte, qua Concilium Tridentinum habet neminem ante vigeſimum quintum annum ordinandum eſſe presbyterio, intelligendum venit de anno.25. tantum cæpto, licet non ſit completus. Quia licet regulariter tempus poſitum in accuſatiuo intelligatur de perfecto, & completo tempore ſecundum communem, quam Bald. Alex. & Iaſ. ſequũtur in. l. ſi cui. ff de leg. 1. *Bald. Bartol.* tamen contra tenet ibi Bar. cuius opinio ſequenda eſt, ſecũdum eoſdem, quando concurrit aliqua alia coniectura, ad intelligendum, quod de cæpto anno tantum loquatur lex, & talis eſt coniectura fauoris. Et certe huiuſmodi coniectura interuenit in propoſito. Quia in ordinibus, & promotione ad parochialem præbẽdam fauor eſt, quod annus.25. tantum cæptus, & non completus, ſufficiens intelligatur. Et adhuc fortior alia coniectura concurrit, quod ius antiquum ſolum requirebat tempus cæptum. Clemen. generalem. de ætate & qualit. cui iuri conciliandũ eſt ius nouum cum id fieri poſsit c. cum expediat. de elect. lib.6. *De elect. in.6.* ℄ Item, quia mens concilij Tridentini non fuit mutare annum cæptum incompletum, ſed numerum. Ita quod vt antea ſufficiebat, & requirebatur ad ſubdiaconatum 18. annus, & ad diaconatum. 20. & ad preſbyterium.25. *Ætas ordinandorum.* nunc requiratur ad ſubdiaconatum.22. & ad diaconatum.23. & ad preſbyterium ſicut olim.25. Et ita, ſicut poteſt quis fieri hodie ſubdiaconus in.22. cæpto anno. & diaconus in.23. cæpto, ita poteſt fieri presbyter in.25. cæpto, licet non ſit completus. Tum etiam, quia non obſtat dicta conſtitutio Synodalis. Quia etiam hodie poteſt quis intra annum ſuſceptis minoribus fieri presbyter: ſi epiſcopo videatur id conuenire, ſeſsio.13 cap.11. de reforma. *Concil. Tri.* Prouideri autem debet, vt is, qui per cõcurſum obtinuit presbyterale beneficium ordinetur intra annum. Quod ſi epiſcopus ad hoc noluerit ſuum præbere aſſenſum, excuſatur à pœna, qui obtinuit illud, quia iuſto impedimento ſine culpa ſua impeditur. argumento cap. licet canon. & cap. commiſſa de elect. lib. 6. iuncta gloſ. memorabili, verbo iuſto.

*De illegitimis.*

℄ Accedit quoque & quæſtio, in quibus caſibus, qui beneficium reſignare tenentur, & reſtituendi quoque fructus obligatione maneant deuincti. ℄ Ad quam dicimus primo, quòd illegitimus, qui abſque diſpenſation papæ beneficium curatum accepit, aut ſi recepit ſimplex ſine diſpenſatione papæ aut epiſcopi, quia iſta receptio prohibetur cap.1. & .2. de filijs presbyterorum lib. 6. & quia iſta receptio eſt nulla, tenetur illud relinque-

UNIVERSI GRANA

*Conc. Tride. circa illegitimos.*

linquere, niſi diſpenſationē obtineat. ¶ Secundo addimus, quod Conc. Triden. Seſsio. 25. cap. 15. ſtatuit, ne filij illegitimi clericorum habeant penſiones ſuper beneficijs, quæ parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt; nec etiam vlla beneficia in Eccleſijs, vbi patres beneficium aliquod habent, aut habuerunt; quodque reciprocæ reſignationes, quæ poſthac à parentibus clericis in fauorem filiorum, aut alias fraudulenter fient, ipſis nequaquam ſuffragentur. Quin & omnis qui accipit beneficiū aliquod carens qualitatibus, quas illud per fundationis ſuæ ſtatuta, vel alia requirit, & peccat, & reſignare tenetur, ſeſſ. 21. ca. 5. de reformat.

*Regula generalis.*

¶ Tandem, ne per ſingulos diuerſarum materiarum caſus diuagemur, ſtatuamus regulam generalem, multos comprehendentem caſus; quod omnis, qui ſine titulo canonico ſcienter accipit, aut tenet beneficium, & peccat mortaliter, & obligatione non careret tum relinquendi beneficium, tum etiam fructus perceptos reſtituendi. Adijcimus quoque eadem obligatione implicari illum, qui etſi à principio putauit titulum eſſe canonicum, ſed poſtea reſciens non eſſe tale, ſi illud non relinquit, peccat ex tunc mortaliter, quia ex eo tunc quo bona fides ceſſauit, tenetur & illud reſignare, & fructus etiam ſtante bona fide perceptos adhuc per ſtantes, ſed non iam durante bona fide conſumptos; niſi tantum id, in quo eſt ex eis factus locupletior. Ita D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 6. ad. 3. Et patet, hoc etiam ca. 1. de regul. iur. lib. 6. & cap. eum qui, de præben. & cap. 1. de eo, qui mittitur in poſſeſsionem, cauſa rei ſeruandæ, eodem lib. cap. dilectus. 2. cum ei adnot. de præben. Ita Nauarrus capit. 25. num. 114. Et quia hic tādem ſupremam, & vltimam manum huic noſtro Inſtructorio conſcientię imponere duximus; & quia humanum ingenium errandi periculo ſubiectum eſt, & quia in hoc opere meum ingenium non erraſſe maxime opto; ideo ſi in aliquo lapſus fuerim, tandem omnia in hoc meo Inſtructorio conſcientię, à me dicta, & aſſerta ſanctę Eccleſiæ Romanę cenſuræ corrigenda committo, ſicuti & memetipſum. Quia eam regulam infallibilem, & columnam & firmamentum eſſe veritatis cū catholicis omnibus eſſe confiteor.

## CAP. CCLVIII.

*De detractione & de eius diffinitione & de eius explicatione: De peccatis, quæ militant contra præceptum: Non falſum teſtimonium dices: De differentia inter detractionem, & contumeliam, & inter honorem & famā: Et de duplici acceptione honoris: De diffinitione famæ bonæ, & famæ malæ: De modis detrahendi, ſcilicet, directè & indirectè: Et de quatuor modis infamandi directe, vel indirectè.*

QVoniam naturæ autor Deus tunc demum ab vniuerſi opere, quod patrarat requieuiſſe dicitur, cum totius opificij mundani fabricam abſoluens, omnigena perfectione creaturarum orbem impleuit: tunc etiam ſingulis præcipuiſque creaturis ſuam benedictionem impertiebat, cum eas ſuis numeris exactas, perfectaſque inſpiciebat; quaſi id quod perfectum eſt, & ſuis numeris abſolutum benedictionem, & laudem promereri indicaſſet. Ideo hoc ego ipſe mecum penſitans, memor quoque pollicitationis priſtinæ, qua me ad ſecundum tomum inſtructorij conſcienciæ in lucem edendum aſtrinxi, ſi primus lectoribus gratioſe arriſiſſet, en quo ſuis numeris omnibus abſolutum, & integrum inſtructorij conſcientiæ totum opus euadat, reliquas materias morales, quæ ad inſtructionem conſcientiæ ſpectare videtur hic breuiter, & compendioſe digeſtas ad nectere curaui ab octauo præcepto Decalogi, ſcilicet, de falſo teſtimonio non dicendo initium ſumens.

¶ Porro, cum octaui præcepti, de non falſo teſtimonio aſſerendo, hic primo materia ſe exerat, circa eam perpendēdum venit illud, cuius nos Metina in ſua inſtructione fol. 175. §. 34. ſuper declationem eiuſdem pręcepti admonet, ſcilicet, huius præcepti non tantum illū tranſgreſſorem fieri, qui contra proximū falſum teſtimoniū aſſerit, ſed & illū, qui contra ſeipſum falſi teſtimonij aſſertor eſt. Quod & Chriſtus Dominus in Euāgelio inſinuauit, dum abſolute, & ſine diſtinctione tale præceptum indixit. Sed & hic illud conſideratione dignum eſt, ſcilicet, tali præcepto non ſolum nobis eſſe interdictum per modum affirmationis falſæ proximum noſtrum falſo teſtimonio notare; ſed etiam, quæ vera ſunt crimina fratrum, quorum ſecreto conſcij ſumus corām alijs nō propalare. Adde etiā præcepto hoc perſancte prohiberi, ne quidquam perperam contra famam proximi effutiamus. Item



Item & hîc illud adiungitur, vt bona de fratre loquamur; neque quidquam machinemur, quod in illius vergat dedecus, & infamiam, ſed ſic quaſi ſimiliter cuſtodes ſimus illius famæ, ſicut & noſtræ in promptu ſimus ad illam tuendam, quoties eam videmus periclitari. Sub hoc igitur præcepto tantum continetur omnis prohibitio cuiuſcunque generis mendaciorum, verborum, adulationum, libellorum publicorum denigrantium famam: eodemque præcepto ſuſpiciones malæ iudiciaq; temeraria vetantur.

¶ Peccata ergo, quæ contra huiuſmodi præceptum militant tribus membris ſecernuntur. In primo etenim membro ea peccata continentur, quæ tam iudices, quàm procuratores, teſtes etiam, ac accuſatores & rei in foro iudiciali committere ſolent.

¶ Ad ſecundum autem membrum peccata infamationum, detractionum, murmurationum, ludibriorum, ſubſannationum, mendaciorum, adulationum & verborum obſcurantium famam, vel honorem attinent.

Ad tertium autem membrum ſuſpiciones iudiciaque temeraria referuntur. Cæterum licèt iuxta ordinem hic relatum de perſonis in primo membro relatis, quatenus agunt contra hoc præceptum, nobis prius hic eſſet agendum, nihilominus, quia in materia de ſtatibus perſonarum, quam hic ſeorſum pertractare paramus, hoc ex profeſſo diſcutere eſt animus, conſulto hic prætereuntes (ne bis idem inculcetur) ad illum aptiorem locum diſputandum relinquendo ad materiam de detractione, quæ ad ſecundum membrum attinet diſputandam nos accingimus. Præiacētes autem ad detractionis materiæ principia Diuum Thomam ſequendo diffinitionem detractionis ſtatuamus oportet, adiuncta eius explicatione.

¶ Eſt igitur autore Diuo Thoma, ſecunda ſecundæ, quæſtione ſeptuaginta tertia, de detractione. articu. primo, detractio, denigratio alienæ famæ per occulta verba. Probat autem illam particulam, per occulta verba, quæ quaſi locum gerit differentiæ, qua detractio a contumeliæ vitio ſecernitur. Quia, ſicut in facto dupliciter alicui nocumentum inferri contingit; ſicut in furto, & rapina videre eſt, nempe, per manifeſtam vim, aut per doloſam læſionem, ita quoque per verba quis alteri palam ſolitus eſt interdum nocere, quaſi in conſpectu eius eum nihili faciens, quod ad contumeliam ſpectat. Si autem quis clanculum abſentem verborum nota mala infamiæ commaculat, nihil contra eius honorem videtur machinari: quippe qui ſic infamatum non tam vilipendere, quam vereri ipſo facto profitetur. Vnde corollarie elicitur à Diuo Thoma duplex inter detractionem, & contumeliam differentia. Prima quidem quantum ad modum verba proferendi. Contumelioſus namque in verba iniurioſa palàm prorumpit: detractor verò clam abſentem verbis impetit.

¶ Secunda autem differentia ex parte finis intenti aſſumitur, ſiue quod in idem incidit, ex parte læſionis illatæ conſideratur; quia, ſcilicet, contumelioſus honori derogat; detractor verò famæ officit. Signanter in diffinitione illa particula, per occulta verba, ponitur. Nam licet occultum, & manifeſtum tanquam circunſtantiæ non conſtituentes ſpeciem, & quaſi de per accidens videntur ſe habere in alijs peccatis, ſicut accidit fornicationi, quod ſciatur à multis, vel à paucis: tamen quando per has circunſtantias, ſcilicet, manifeſtum & occultum variatur ratio inuoluntarij: ſpecies ſubinde diuerſificantur. Sicut ratio quoque inuoluntarij per violentiam, & ignorantiam diuerſificat rationem peccati, vt in rapina, vbi interuenit inuoluntarium per vim, & in furto per ignorantiam patientis apertè conſtat. Adde ſecundo, quod illa particula, ſcilicet, verba occulta, non importat verba detractionis occulta ſimpliciter, ſed per comparationem ad eum, de quo dicuntur: quia eo abſente & ignorante dicuntur ad differentiam contumeliantis, qui in faciem contra hominem verba euomit: vnde ab ſpecie detractionis nō abeſt, famam alterius dilacerare, licet fiat coram multis, dummodo ſic infamato abſente fiat. Præterea apte aſſeritur in diffinitione, denigratio famæ, id eſt, quaſi famæ extenuatio. Quia licet aliquando detrahens veritati non deroget, quia interdum vera aſſerit: ſemper tamen aliquid de fama, id eſt, de bona æſtimatione alterius ſubtrahit. Hoc autem interdum directe, interdum vero indirectè fieri ſolet. Directe quidem quadrifariam ſplendor bonæ famæ proximi obnubilari ſolet. Primo cum falſum teſtimonium imponitur alteri. Secundo, quando detractor ſuis verbis exaggerans proximi ad auget peccatum. Tertio quando occultum crimen reuelat. Quarto quando id, quod ex ſe eſt bonum ſiniſtra intentione infectum eſſe aſtruit, quod iudicij temerarij nota non caret. Tamen hoc non obſtat, quin etiam in ſpecie detractionis poſsit adnumerari. Indirecte autem famæ alterius contaminator eſt, qui, vbi ſubeſt cauſa debita conſulendi famæ proximi aliena bona negat, vel aliena merita ſilet;

dum, ſcilicet, de aliquo in conuenticulo hominum commendationis habet verbum, & ipſe ipſius vitæ noſcitur eſſe conſcius: tamen ex conſulto tacet. Nam cum ſilentium huius illum ſic à præſentibus commendatum tantæ laudis indignum aliqualiter arguat, genus quoddam infamiæ præ ſe ferre videtur. Tertio quoque & hæc indirecta detractio contingit dum per eam aliena merita diminuuntur. Et tandem quarto id vſu euenit, dum aliquis ſubdole maligneque alium laudibus effert, quaſi ironicè, vel quando ità tenuiter ac ſubtepide quis alium laudat, vt Fauorini apud Gellium ſententia verificetur. Qui ait: Turpius eſt exigue, atque frigide laudare, quam inſectanter grauiterque vituperare.

¶ Porrò ne nouitios lectores circa fines diuerſos, quos autore Diuo Thoma detractio, & contumelia reſpiciunt, contingat allucinari, ſtatim & illud notetur oportet diſcrimen, quod inter famam & honorem intercedit. Nam Theologi faciliter ſe expediunt compendioſam aſsignantes differentiam per diffinitiones diuerſas, quas præſtituunt vtrique. Nam fama (inquiunt) eſt opinio bona de aliquo honeſto. Honor veró teſtimonium eſt virtutis, ſeu excellentiæ cuiuſcunque. Hæ autem diffinitiones, quia breuiloquæ, decent theologum. Nam illa diffinitio, quam tradit Adrianus in vndecimo quodlibeto, in primo ſuppoſito extenſior eſt. Vbi ſic ait: Fama eſt æſtimatio integritatis, ſeu honeſtæ vitæ in toto, vel in parte. Veruntamen ſi fama ſumatur in bonam partem, & pro bona fama ſimpliciter, prout diſtinguitur contra infamiam ſecunda pars huius diffinitionis ei competere non poteſt. Non enim qui integra honeſtate vitæ non præſtat; quia licet integritate fidei, vel iuſtitiæ erga proximos præditus ſit: tamen ebrietatis, vel concubinatus nota laborat: bona ſimpliciter fama pollere eſt dicendus: ſicut neque autore Diuo Thoma, qui vitioſus eſt (licet in mundanis negotijs gerendis ſit ſagax, & aſtutus) prudens ſimpliciter appellandus eſt. Præterea neque hæc diffinitio ad famam largo modo acceptam, ſcilicet, pro vt ſumitur extenſius pro æſtimatione, quam homo obtinet apud alios, de quacunque præſtantia, vel excellentia artis, induſtriæ, ingenij, & doctrinæ attinere videtur, vt cum aliquem medicum, vel iuriſtam in ſua facultate, & arte celeberrimum eſſe profitemur: qui tamen corruptis moribus alias noſcitur deprauatus.

¶ Honor autem nihil aliud eſt, quam atteſtatio, & ſignum virtutis. Hoc autem loquendo proprie iuxta axioma Ariſtotelis aſſerentis, quod honor eſt præmium virtutis. Nam aliquando honor ſumitur largius, ſcilicet, pro vt eſt atteſtatio cuiuſcunque præſtantiæ, vel excellentiæ. Sic etenim medicum honorare dicimur cum ſigno aliquo exteriori, vel verbis in ſua arte præſtantiſsimum eſſe, palam enunciamus. Cæterum etſi pro materia Theologica, & morali, hæc dixiſſe ſufficiat: tamen quo iuriſtis morem geramus ſuas iuridicas diffinitiones de fama mala, & fama bona (ſic enim ipſi prius diſtingunt famam, quam eam diffiniant) in medium producamus. Igitur ſecundum gloſ. & doct. in cap. veſtra. de cohabit. cleri. & muli. fama bona eſt illæſæ dignitatis ſtatus, vita, & moribus comprobatus. Adde etiam, quod in. l. cognitionum. §. æſtimatio. ff. de var. & extraordina. cognit. fama bona diffinitur eſſe, æſtimatio dignitatis, & ſtatus illæſus legibus, ac moribus comprobatus: quæ ex noſtro delicto legum autoritate minuitur, ac conſumitur. Fama autem mala è conuerſo eſt læſæ dignitatis ſtatus, vita, & moribus reprobatus. Hanc autem malam famam, id eſt, infamiam in infamiam iuris, & facti ſubdiſtingunt, vt patet in regula. infamibus. de regulis iuris.

¶ Accedit ad prædicta tanquam corollarium, quod licet contumelia tanquam obiectum veluti materiale reſpiciat ablationem honoris, & detractio diminutionem famæ, tamen ex modo inuoluntarij magis ſumitur vtriuſque diſtinctio formalis, atque ſpecifica, ſicut in furto & rapina accidit. Sicut etiam non per ſe, ſed per accidens vſu euenire poteſt, vt detractio, quæ per ſe denigrat famam in abſentia infamati læſionem quoque inferat eius honori.

## CAP. CCLIX.

*De differentia inter contumeliam & conuitium, & inter deriſionem, & ſubſannationem: Et an contumelia, & conuitium differant ſpecie: Et de quæſtionibus huic annexis pertinentibus ad confeſsionem: De dicterijs, quæ alius ægrè fert audire: De regula generali pro peccatorum linguæ grauitate, vel leuitate dignoſcenda: Et de peccato ſuſurrationis.*

PRAETEREA, quia licet exorſi ſimus à detractione de alijs quoque vitijs verborum, ſeu ſignorum famæ, vel honori, vel amicitiæ iacturam inferentibus habendus eſt ſermo, non erit ab re eam differentiam aſsignare, quæ inter contumeliam & conuitium eſt, inueniri, illamque ſtatuere diſtinctionem, qua deriſio à ſubſannatione diſtinguitur, illam quoque differentiam, qua ſuſurratio à detractione diſcriminatur. Igitur poſtquam iam potiſsimam differentiam, quæ inter detractionem, verſabatur tradidimus, ſupereſt adnotaſſe, quod contumeliator, ſiue factis, ſiue literis, ſiue verbis proximum præſentem, ſiuè abſentem inſectetur, ſemper eius eſt animi, vt velit ſemper in notitiam alterius peruenire, id quod contra eius honorẽ verbis, vel factis molitur. Accedit ad hoc, quod licet contumelia tam in verbis conſiſtat, quam factis ſed non conſiſtit in factis, pro vt facta ſunt, ſed quatenus facta illa ſunt ſigna dedecoris. Sic enim & non alias alterius honori aduerſantur.

¶ Conuitium verò à contumelia autore Diuo Thoma, ſecunda ſecundæ, quæſtione ſeptuageſima ſecunda, artic. primo, ad tertium, ſecernitur, quia conuitium quid communius eſt ad contumeliam; ſicut homo ad hominem album. Aſſumit enim conuitium (licet tendat contra honorem) defectus culpæ, vel pœnæ, vel naturæ contra honorem alterius manifeſtandos, ſicut materiam, circa quam verſatur accipiendo conuitium, vt eſt nomen generalius. Nam ſi ſpecialius accipiatur ſic conuitium in hoc differt à contumelia; quod propriè per conuitium propalantur mala pœnæ in proſpectu patientis, & per contumeliam propriè proferuntur mala culpæ. Vt ſi te quis appellet gibboſum, ſurdum, luſcum, & huiuſmodi, tunc propriè conuitium profert. Si vero te furem eſſe, vel ebrium eſſe clamet; contumeliæ hoc proprie rationem induit, ſi autem vtrumque te eſſe vociferando teſtetur, ſcilicet, te eſſe cæcum veternoſum, & ebrium, iam hîc vtraque ſpecies, tam contumeliæ, quam conuitij ſimul coit. Vnde fit conuitium ſæpe pro contumelia vſurpetur, & è contra, in larga acceptione aſſumendo.

¶ Iam antequam ad alias differentias inter prædicta aſsignandas digrediamur in dubium hic reuocatur, an differentia inter contumeliam, & conuitium propriè ſumptum ſpecifica ſit. Nam inferre mala pœnæ, quod fit per conuitium ſpecie differre videtur ab illatione defectus culpæ: ſicut homicidium inferens nocumentum naturalem, ſeu iacturam vitæ ſpecie videtur differre à ſcandalo culpæ detrimentum





paranti. Nihilominus tamen ſecuti Caietanum, qui id ſuſcitans reſoluit dubium, dicimus primo, quod contumelia eſt vnius ſpeciei ſpecialiſsimæ. Huius ſententiæ eſt Sotus de iuſtitia & iure, libro quinto quæſtione nona, articulo primo, ad tertium. Vbi ait, ſe credere cum Caietano omnes contumeliarum modos eiuſdem eſſe ſpeciei. Id autem probat: quia contumelia ſpecies eſt ſpecialiſsima; quippe quæ circa vnum idemque verſatur obiectum, puta, honorem, quo priuat per vim patientem inuoluntarium. Nam eſt vna ratio obiecti formalis, quæ vnam inducit ſpeciem. Huic ſententiæ accedit Corduba in libello de detractione. Secundo dicimus de mente Soti, quod ità notabiliter contumeliæ grauitas ex parte obiecti, id eſt, ablati honoris augeri poteſt, vt neceſſario in confeſsione ſit exprimenda. Vt ſi vocites aliquem hæreticum, ſeu traditorem, hoc ipſum in confeſsione explicatu eſt opus. Imo, vt tradit Corduba, ex parte patientis iniuriam per contumeliam, ita contumelia poteſt notabiliter aggrauari, vt in confeſsione ſit neceſſario pandenda. Nam ipſo Corduba autore in tractatu de caſibus conſcientiæ, quæſtione decima quarta, licet filius, ſiue famulus, qui contra patrem, vel dominum obmurmurat, vel de eorum culpa mortali congaudet, vel ab eis aliquid ſubfuratur, non ſemper iſtam circunſtantiam, ſcilicet, patris aut domini exprimere teneatur, tamen quando ſic peccauerit contra eos obloquendo, detrahendo, conuitiando obmurmurando: quod notabilis iniuria, vel læſio, vel irreuerentia eorum ſubſecuta videatur, in confeſsione tunc neceſſario explicanda venit: ſiquidem tunc circunſtantia mortalis eſſe cenſetur, & non alias. Quemadmodum ità aſſerentibus Diuo Thoma, ſecunda ſecundæ, quæſtio. centeſima ſecunda, & centeſima tertia, & Adriano in quarto de recidiuo in peccata, & Sylueſtro verbo. ſacrilegium, quæſtione quinta, & ingratitudo, quæſtio. ſecunda, non omnis ingratitudo contra Deum, vel homines commiſſa eſt mortalis; niſi cum eſt ſpecialis ingratitudo in re graui, vel cum eſt circunſtantia notabiliter aggrauans.

3 ¶ At, quia ſimile ſe dubium offert de detractione, quippe quæ octo modos varios obſcurandi famam includit, an ſic ſit ſpecies ſpecialiſsima, vt omnes huiuſmodi infamandi modi ſub eadem conſtituantur ſpecie, reſpondendum cenſeo cum Soto de iuſtitia & iure, quæſtione decima, libro quinto, articulo ſecundo, quod cum obiectum detractionis ſit infamia, moduſque iniuſti-

tiæ in ea inuentus idem ſit, nempe, iniuriam inferre illi, qui eam patitur per ignorantiam, ſicut in contumelia infertur per vim: fit ſanè, vt detractio ſpecies ſpecialiſſima ſit, & omnes ſupra dicti infamandi modi ad eandem reducantur ſpeciem. Hoc nihilominus non obſtante hic perinde, ſicut de contumelia dictum eſt, & de detractione ſentimus, ſcilicet, quod tam ingens poſſet eſſe infamia, quæ ex aliquo modo detrahendi pullularet, vt eſſet neceſſario in confeſſione in ſpeciali explicanda. Nam qui de hæreſi, aut inceſtu, aut notabiliter turpi peccato ciuem notaſſet, inſufficienter in confeſſione ſuum proderet peccatum, niſi ſpecialiter id explicet vitium, cuius infamia alium ſubnotauit.

¶ Iam nunc ſupereſt, vt poſt præmiſſa ad dubium in principio propoſitum, vbi quærebatur, vtrum conuitium ſpecie differat à contumelia, faciamus ſatis. Putamus autem contumeliam à conuitio ſpecie non differre. Nam manifeſtatio defectus pœnæ facta præſentialiter in conſpectu alterius, quæ propriè eſt conuitium, à manifeſtatione culpæ, quæ propriè eſt contumelia, ſpecie non differt. Non enim huiuſmodi defectus culpæ, & pœnæ propria obiecta formalia ſunt, à quibus ſpecifica ſumatur differentia: ſed potius veluti materia communis ſunt, atque nullam ſpecificam differentiam inter contumeliam, & conuitium inducunt. Sunt etenim huiuſmodi quatenus honorem lædunt vnius rationis, ſcilicet, contumeliæ, vel etiam conuitij. Atque ideo contumelia ſæpe conuitium dicitur, & è contra. Hoc autem probabiliter aſtruimus cum Corduba in libello, de detractione. Quod & probat. Nam ſicut eadem culpa alteri diuerſimode imputata, puta, occulte, vel coram illo, diuerſam progignit ſpeciem, ſcilicet, detractionis, & contumeliæ; vt verbi gratia, ſiquis poſtquam ſecreto coram alijs aliquem furem eſſe aſſeuerauit rurſum id criminis furti illi palam in facie obijciat, tum detractor, tum etiam contumeliator erit, quamuis idem ſit defectus culpæ, nempe, furti vtrobique obiectus. Sic & è contra nulla videtur conſtitui differentia ſpecifica ex diuerſitate defectus culpæ, aut pœnæ, quem contumeliator, vel detractor manifeſtat. Hanc autem ſententiam eatenus admittimus quatenus (vt diximus de contumelia, & detractione, quas ex mente Soti & Caietani ſpecies ſpecialiſſimas eſſe tradidimus) nulla admiſcetur circunſtantia notabiliter aggrauans (quæ licet non mutet ſpeciem conuitij, vel contumeliæ) ratione id ſuadente in con-

A feſſione ſit exprimenda. Nam ſi in facie alicui vitium hæreſis, aut proditionis obiectaſti non ſat erit in confeſſione dixiſſe, in communi ei te fuiſſe conuitiatum, vel contumeliam intuliſſe, niſi id ſpecialiter explicueris. Vereor inſuper, vt quidquid ſit de identitate ſpecifica interueniente inter conuitium & contumeliam, quod regulariter loquendo propriè, & in rigore non ſat ſit ei, qui deformia peccata per modum conuitij perſonis præcipua integritate vitæ & honeſtate pollentibus obiecit, in confeſſione dixiſſe, conuitiatum eſſe eis, quod Hiſpanicè ſonat deshonrele, o affrentele. Quia æquiuoce ſumuntur iſtæ voces; cum id fieri ſo- B leat per exprobrationem defectus culpæ, vel pœnæ & tamen prædictæ perſonæ, cum quaſi pro nihilo dicant defectibus notari pœnalibus, & naturalibus, vt quod ſint illegitimi, vel infimæ ſortis & notæ, & rurales: tamen ægerrime ferunt ea vitia culparum illis imputari, per quæ bona fama, quæ propriè integritate vitæ & incorruptione virtutis, & morum paratur, ſolet commaculari. Hoc, inquam, & merito longe grauius ferunt audire.

¶ Præterea improperium licet à contumelia, & conuitio ſpecie non differat, eo quod cum illis idem obiectum eundemque finem, nempe, derogationem honoris ſortiatur (eſto C non fiat in eadem materia) tamen ab illis penes diſtinctam materiam & modum differt. Eſt enim propriæ materia improperij defectus indigentiæ, quem dum repræſentat improperator honori & ex conſequenti excellentiæ indigentiæ oppoſitæ illius, cui ſic improperat, videtur derogare. Quo circa non infrequenter contumelia, conuitium, & improperium pro eodem vſurpari ſolent. Veruntamen improperium propriè acceptum diffinitur eſſe iniuria verbalis, qua quis iniurioſè alteri ad memoriam reducit auxilium, quod ei contulit, neceſſitatem patienti. Vnde Eccleſiaſt. 20 de improperante dicitur, quod exigua dabit, & multa im- D pro. &cæt.

¶ Præterea, ſi Diuum Thomam ſecunda, ſecundæ, quæſtione ſeptuageſima quinta conſulamus, deriſio eſt iniuria, qua quis malum, vel defectum culpæ, vel pœnæ alicuius ponit in ludum, vel riſum, vt ille erubeſcat & confundatur, ideo differt ſpecie ab alijs prædictis, propriumque reſpicit finem, nempe, confuſionem proximi, ſeu eius erubeſcentiam. Si ergo iniuria hæc tendens ad confuſionem proximi, verbis aut cachinno fiat deriſionis, tunc ſibi proprium nomen vendicat Si autem naſo rugato ad id vtatur ſubſanna-

tionis



tionis nomen retinet. Si vero huius rei gratia ad incutiendam erubeſcentiam alteri aliqua facta ludicra aſſumantur, illuſio appellatur. Hæc autem omnia ideò ad eandem ſpeciem attinere videntur, quia in eundem finem proprium, ſeu obiectum, ſeu rationem formalem coincidere videntur. Deriſio inſuper, teſte Soto, de iuſtitia & iure ſub ludi forma ſcommata ſua ſolet detegere. Quare deriſiones, licet non ex ſua ſpecie, quia ſecundum ſuam communem rationem leuiora peccata ſunt, quâm detractio, & contumelia; eo quod ex ſe non includant contemptum, ſed ludum: tamen (vt Diuus Thomas, ſecunda ſecundæ, quæſtione quarta, artic. ſecundo, fatetur) interdum ratione maioris contemptus ibi interuenientis, quando, ſcilicet, ſic paruipenditur perſona, quod quia de malo eius nõ æſtimantur curandũ fore, ideò ludo exponitur, tales irriſiones maiorem præ ſe ferunt malitiam. Quare Sotus loco citato in hoc ſenſu irriſiones peiores eſſe, quam ſint contumeliæ teſtatur. Vnde malitiam mortalem ex ſe arguunt, niſi ex parte materiæ paruæ, aut ex parte perſonæ excuſentur à mortali, vt cum contingit irriſionem eſſe de re parua, aut cum ſoliti ſunt pueri irrideri.

¶ Hinc iam patere poterit ad illam quæſtionem, quæ hîc excitari ſolet, an qui dicteria iactat in alium, quæ ægre fert audire peccet mortaliter. Circa hanc ergo quæſtio. Sotus de iuſtitia & iure, eius eſt ſententiæ, vt à mortali culpa non abeſſe iudicet hominem, qui quia anguſti cerebri eſt dicterijs non ità mordacibus grauiter valde irritatur, & anxiatur, talibus dicterijs impetere, licet gratia fiat iocandi. Nam cum ex graui nocumento illato proximo, hæc peccata malitiam mortalem accipiant, graue eſſe videtur detrimentum, hæc grauis animi perturbatio, quam ex puſillanimitate ſuâ iſte patitur inde: quam vitandam eſſe in illo dictat charitas; præſertim, quando ſic iocantem in proximum experientia docuit, proximum ex huiuſmodi dicterijs grauiſſime commoueri. Hanc autem ſententiam Soti acceptans Metina in ſua inſtructione. §. trigeſimo quarto, folio. 180. ſic moderatur, dicens, quod ſi quis tam puſilli ſit animi, qui ad quæuis ſcurrilia verba ſibi obiecta ita percellitur animo, quaſi quid graue, quod alios notabili iniuria ſolet afficere eſſet paſſus, ſi hunc quis talibus verbis, & ſalibus laceſſat, culpam mortalem non euadit, iuxta omnium Theologorum ſententiam; quando tam facilem eum ad confuſionem grauem hinc patiendam iam perſenſit, vel de hoc fuit iam admonitus, & ad

A huc ſic ei iocando pergit eſſe moleſtus, niſi genus quoddam eſſe inſaniæ, ex tam leuibus, & ludicris tantopere animo exacerbari videatur. Si tamen alias tam leuia, & iocoſa ità ægerrimè ferens vir ſit ſanæ mentis & alioquin probus homo ſic eum irritare culpa mortali non caret. Hinc verum eſſe colligitur, quod Victoria in ſuis ſcholijs ſuper ſecundam, ſecundæ Diui Thomæ, anno Domini, milleſimo quingenteſimo trigeſimo quinto, dictauit, ſcilicet, cum mortali culpa coniunctum eſſe alicuius nominis homini exprobrando in faciem eum coclitem vocare, quando inde grauiter & valde confundendum eſſe dignoſcitur. B Secus eſt, ſi id à talia verba proferente ignoratur. Quia tunc cum verba ipſa ex ſe non tam grauia ſint, & animus grauiter offendendi abſit, nulla ratio ſubeſt, cur hæc exprobratio culpæ lethali tribuenda ſit. Si quidem iuxta aſſertionem communem, tota malitia peccatorum linguæ ex duobus præcipue venit penſanda, ſcilicet, tum ex intentione, tum etiam ex ipſa grauitate materiæ, id eſt, nocumenti.

¶ Hinc iam in promptu eſt elicere regulam generalem ad communem intellectum doctrinæ, quæ de peccatis linguæ tradenda eſt, conducentem, ſcilicet, quod oblocutio contra proximum, ſi ſit de rebus leuibus, deſitque C intentio eum lædendi grauiter, extra culpam mortalem eſt. Verum, ſi res grauis contra proximum effutiatur, ſi deſit malus animus ei in fama vel in honore nocendi: quia id mali proferens, id non aduertit, & ſi id dicti quoque mortali culpa non ſit notandum: tamen, cum ex propoſito id euenit, non euadit culpam mortalem; ſicut neque etiam à tali culpa abeſt, qui lubricus lingua ex ignorantia craſſa, ſupinaque inaduertentia prorupit in verba contra proximum. Quia ſi non aduertit, adhuc ſibi ad culpam mortalem imputatur, quando inde graue ſubſecutum eſt famæ, aut honoris damnum: nam tenebatur aduertere. Quare D perinde eſt, ac ſi aduertiſſet & intendiſſet, quia hîc verificatur axioma Caietani, ſcilicet, quod redit actus in naturam ſuæ formæ. Nam intentio eſt, quæ dat formam moralibus actibus.

¶ Præterea de ſuſurratione dicere nos oportet, eam diffiniendo. Igitur ſecundum Diuum Thomam, ſecunda ſecundæ, quæſtione ſeptuageſima quarta. Suſurratio eſt oblocutio mala de proximo, facta occulte ad interrumpendam aliquorum amicitiam. Ex hac igitur diffinitione liquet id diſcrimen ſpecificum, quod inter detractionem, & ſuſurrationem interſtat.

Quia licet in hoc vtraque conueniat, quod tam ſuſurro, quam detractor occulte in abſentia, mala de eo profert: tamen ſuſurro ad extinguendam amicitiam inter amicos tanquam ad ſcopum ſui finis tendit. Detractor verò labefactare famam alterius, tanquam finem ſibi proponit proprium. At, quia vtrumque hoc vitium in materia, & in modo occulto ob loquendi contra proximum conuenit, vſu euenire ſolet, vt alterum pro altero ſæpe ſumatur, iuxta autoritatem gloſſæ ſuper id Eccleſiaſt. 5. Ne appelleris ſuſurro; vbi gloſſa gloſſat ſic, id eſt, detractor. Suſurro quoque bilinguis nuncupatur Eccleſiaſt. 28. Et ſatis quidem concinne quippe qui ex vtraque parte amicorum amicitiæ vinculum præſcindere molitur: quocirca duplici lingua abutitur, dum alteri ſic, aliter alteri amicorum loquitur. Cum autem ex ſuo genere ſuſurratio deterior culpa ſit, quam detractio, pro vt earum effectus mali liquido oſtendunt: nam effectus ſuſurrationis ſeparatio amicitiæ eſt: effectus autem detractionis deturpatio famæ eſſe dicitur; ſit ſane vt quanto amicitia vera potius bonum æſtimatur, quam fama, tanto peior ſuſurratio æſtimetur iuxta ſententiam Diui Thomæ, ſecunda ſecundæ, quæſtio. 704. quam detractio. Vnde fit conſequens, vt de ſuſurrationis malitia, quod ſit ex ſuo genere mortalis, non ſit dubitandum, ſicut neque dubitari debet amicitiam eſſe præſtantius bonum, quam fama, cum amicitia vera famæ ſit finis. Nam ſi amicitia progignitur ex virtute, id non eſt, niſi per virtutis notitiam, in qua fama conſiſtit. Vnde famæ finis amicitia eſſe dignoſcitur. Notitia enim virtutis, id eſt, fama apta nata eſt ad ſtudioſi amorem animos inuitare, atque allicere.

¶ Præterea hic ſcitu dignum eſt, ſcilicet, qualem grauitatem culpæ præſeferat ſuſurratio, vtrum licet ex ſuo genere ſit culpa mortalis, ex leuitate materiæ contingat eſſe venialem, vel vlla culpa carere. Id dubij expediendo dicimus primo, cum Soto, de iuſti. & iure, libro quinto, quæſtio. vndecima, artic. primo, quod ſi quis ad diſſociandam detrimentoſam amicitiam ſuſurratione aliqua vtatur, dum citra famæ commaculationem fiat, etiam ſi aliqua naturalia vitia hominis oſtendantur (tantum abeſt, vt ſit culpandus) vt ſit etiam id ei laudi tribuendum. Vt ſi diſſociandi hominem ab amica cauſa, deformitatem illius, & ſpurciciam commemorauerit.

¶ Secundo dicitur, quod licet amicitiam virtute innixam velle diſgregare, & in hac ami-

A citia concordes velle diſſociare, à mortali culpa non abſit, quia hoc eſſet inimicitiam gignere. Si tamen crebram cum aliquo amico conſuetudinem, familiaritatemque aſsiduam diſſuadeat aliquis, venialis tantum hæc erit ſuſurratio. Tertio dicitur, quod ſi non cauſa inimicitiam diſſeminandi inter aliquos, quia non id agitur, vt inimici fiant, ſed cauſa tantum ſe inſinuandi in gratiã alterius loco expulſi quis apud principem, vel prælatum, citra diffamationem aliqua naturalia vitia, quæ ſunt publica narret de aliquo, quo apud illos, vt excluſa tanta familiaritate illius ipſe admittatur, nulla culpa venit notandus: quia vnuſquiſque ſine vi &

B fraude poteſt ſibi commodum, cuius eſt dignus, procurare. Hæc Sotus: qui tamen, poſteà in hoc Metinam in ſua inſtructione folio centeſimo octogeſimo ſexto, part. ſecunda, habet aduerſum. Nam ibi ſic ait: Magiſter Sotus aſſeruit peccatum eſſe tantum veniale, & non mortale, amicitiam inter duos amicos ſuſurrando diminuiſſe. Veruntamen veritas ipſa teſtatur, talem amicitiæ extenuationem cum notabilis eſt, culpam in ſe continere mortalem. AEſtimat nanque magis amicus ſuum amicum, eiuſque amicitiam, quam alter ſuſurrando deterit, quam Diui Thomæ integras partes. Si ergo ab aliquo Diui Thomæ partes abſtuliſſe

C mortale eſt, cur illam amicitiam diminuiſſe grauius peccatum non erit, cum grauius inferat damnum? Hæc Metina, qui inibi ſubijcit trifariam hoc peccatum, quod de ſe eſt mortale poſſe fieri veniale, vel propter imperfectionem deliberationis, vel quia leue eſt detrimentum, quod infert, vel quia deeſt intentio, tam peſſimi finis. Inter hæc ſi noſtra efflagitatur ſententia, puto Metinam non tantopere aduertiſſe ad verba Soti, cum ſic ei refragatur. Primo, quia Sotus non tam de amicitia alterius diminuenda loquitur, ſed de familiaritate nimia alterius diſſuadenda apud amicum; quæ non propriè amicitia dicitur, ſed eius effectus.

D Sed neque hanc familiaritatem etiam cauſa ſibi, & ſuo commodo conſulendi abſolutè diſſuaderi poſſe, ſine mortali autumat idem Sotus, niſi aliqua vitia naturalia vera, & publica narrando, quæ non obſcurent famam illius, qui ſic ab aſsidua familiaritate principis repellitur, ſine non malo prædicto. Neque ratio Metinæ in hac parte multum vrget: quia ſi amittere partes Diui Thom. aliquem, tanti æſtimatur, vt mortale ſit eas ab eo auferre, id certum eſt cum ius habet ad illas adquiſitum, vel repellitur à iure eas obtinendi per vim, vel fraudem. Sed ſi ius ad partes Diui Thomæ alicui

per



per iuſtitiam non ità competeret, ſed ei gratuito, & ex amicitia eſſent donatæ non abſolutè, ſed ad nutum, & beneplacitum donantis, ſcilicet, pro tempore tantum, quo concedens velit, vt contingit in precario, certè de mortali non eſſet arguendus, qui ei iure ſibi conceſſa quaſi iure precarij ſic obſiſteret; quia ſic non fit ſibi iniuria notabilis. Neque per media iniuſta, neque ſine maligno. Sic autem contingit in caſu Soti, vbi quis gratuito tantum in amicitia principis, vel prælati retinetur, quã quis prædicto modo ſuſurrando ſpoliat eum. Sententiæ autem Soti viſus eſt accedere Victoria, dum ſuis ſcholijs ſupra ſecundam ſecundæ Diuus Thomas aſſeruit, quod cauſa ſibi proſpiciendi poteſt quis verè ſua obſequia apud Regem narrando alium magis gratum principi auertere ab impetrando officio, quo ſibi donetur. Neque enim vitio mortali eſt tribuendum, ſi cum ſe perſentiat dignum eo officio ſic afferendo bonas cauſas, & non fictas, gratiam regis pro munere obtinendo, ſibi magis conciliat per media non iniuſta, licet inde gratia regis circa alium tepeſiat. Secus, ſi ex odio & animo nocendi quidpiam ſimile machinaretur, aduerſus alium.

## CAPVT. CCLX.

*De detractione, an ex genere ſuo ſit culpa mortalis: Et an ex aliqua cauſa generali peccatum proximi detegere liceat: Et an detegere illud vni tantum cordato viro ſit plusquam veniale: & quid ſi peccatum proximi detegatur peregrino ſtatim tranſituro, vbi aliqualiter conciliantur per doctrinam D. Thomæ Caietanus & Sotus.*

PORRO iam ad materiam detractionis, vnde initium huius libri nobis eſſe ſumendum duximus, reuertentibus nobis primo occurrit quæſtio, an detractio ex genere ſuo peccatum mortale ſit, & an aliquando contingat eſſe veniale. Igitur, ne in re peruia multa verba prodigamus, ſit prima propoſitio: Detractio genere ſuo eſt peccatum mortale. Probatur autem per regulam generalem, quæ ad diſ-



A cernenda peccata mortalia à venialibus ſolita eſt ſignari. Quia peccatum mortale per hoc ſecernitur à veniali, ſi ſit contra proximum: quia per mortale contra charitatem debitam proximo, iniuria proximo irrogatur in re graui. At vero talis eſt detractio; quippe quæ famam pretioſiorem exterioribus bonis obſturat: famam vero his bonis præſtare ſacra pagina docet Eccleſiaſt. 41. Vbi dicitur: Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quam mille theſauri boni, & pretioſi. Ergo ex genere ſuo culpa mortalis eſt detractio.

¶ Secunda concluſio: Cum quis abſque
B animo detrahendi, id eſt, nocendi famæ, ſed ob alium finem, aliqua verba profert, licet talia verba læſiua ſint famæ, non proprie & per ſe talis pronuntiatio verborum dicenda eſt detractio: neque detractionis formalem rationem continet, quæ ſumitur ex intentione, & fine occultè lædendi famam. Nam hic finis in caſu concluſionis, non intenditur, ſed per accidens ſequitur ad alium finem intentum. Patet concluſio: nam intentio damnificandi famam eſt propria, & per ſe forma conſtitutiua vitij detractionis: vbi ergo hæc intentio deeſt, deerit & detractionis forma, atque eius ratio formalis.

C ¶ Tertia concluſio: Si quis non iniquo animo, ſed bono zelo ductus, quando oportet, & quomodo oportet, & conſideratè aliquid proferat, quod videtur læſiuum famæ proximi, propter aliquod bonum, vel neceſſarium finem, debitis circunſtantijs obſeruatis, non proprie detractor eſt: quia neque talis oblocutio eſt peccatum, neque detractionis nomẽ meretur: ſed potius virtutis rationem induit. Cuius rei gratia, inquit Sotus, detractionem per accidens, id eſt, non fine detrahendi factam, ſed gratia correctionis, vel cauſa neceſſaria vitandi damnum, vel cauendi errorem in electione, ne indignus eligatur, licitam eſſe,
D quod doctrinæ Diui Thomæ conforme eſt.

¶ Quarta concluſio: Quando quis libidine loquendi abſque malo animo officiendi famæ proximi prolapſus lingua, quid ſiniſtrum contra eum locutus eſt, vt in plurimum, talis oblocutio eſt culpa venialis, etiam ſi propter cauſam neceſſariam non fiat. Quæ tamen concluſio cum eo grano ſalis eſt condienda, vt intelligatur eſſe vera, niſi in caſu, quo verba adeò eſſent de ſe deturpantia famam, vt eorum grauitas argueret malitiam mortalem, præſertim, ſi hoc contingeret in his, quæ maxime ad honeſtatem vitæ ſolent ſpectare, vt ſi quis incautè læderet in his, quæ

 notabi-

notabiliter ſolita ſunt inficere famam. Patet concluſio: quia in primo caſu concluſionis, vbi nõ præſumitur tàm grauis iactura famæ ſequutura, non tanta requiritur circunſpectio: ſed in iactura graui proximi non cauſanda dum timetur, prudens eſt adhibenda cautela. Nam in hoc caſu quæuis negligentia loquendi, niſi ex ſubito, & primo motu procedat, à culpa mortali non excuſatur.

¶ Circa has autem concluſiones, notaſſe operæpretium eſt, quod cum detractionem peccatum eſſe aſſeritur, detractio capitur pro omni in iuſtitia: & illicita denigratione famæ. Nam ſi iuſtè liciteque fiat, ſcilicet, per legitimam denunciationem factam iudici, vel prælato, vel aliàs crimen alienum licitè detegatur: detractio non erit formaliter, niſi fortè materialiter.

¶ Nunc autem indagandum nobis eſt, an aliquæ ſint cauſæ, ex quibus peccati alieni, & ſecreti reuelatio licite, iuſteque fiat. Præmittimus autem id nullatenus citra peccatum poſſe contingere, vt ſibi quis, vel alteri crimen falſum imponat: quia huiuſmodi factum mendacio carere non poteſt. At vero mendacio àdeo intrinſecè adhæret malitia, vt eam autore Diuo Auguſtino in nullo caſu deponere poſſit. Sed an ex aliqua cauſa generali peccatum proximi detegere licet, iam primo inquirimus. Nam rationes generales pro parte affirmatiua non deſunt. Primo, quia teſte Diuo Auguſtino peccator, etiam occultus, adeò indignus poſſeſſor eſt bonæ famæ, vt indignus etiam ſit pane, quo veſcitur. Nunc autem indigno poſſeſſori bona fama non debetur: quia ſua fama non eſt vera, ſed falſa. Falſa autem fama, ſicut & falſa laus, nemini eſt debita apud homines. Non ergo contra iuſtitiam videtur peccare, qui ab iniquo poſſeſſore aufert rem, aut famam, quæ non debetur. Item ſecundo, quia iſte talis occultus peccator cum ſit indignus famæ poſſeſſor, quò falſam de ſe æſtimationem apud alios conceptam tollat, & ne perficiatur ex errore ad officia publica, quibus ipſe reuera eſt indignus, & ne præferatur dignis actu debito conſentit, vel conſentire debet, quod aliis conſcius ſui criminis illud reuelet. Reuelauit autem Chriſtus peccatum Iudæ Ioanni: quare ergo ad imitationem Chriſti peccatum occultum reuelare non licebit: cum etiam Ioſue, capit. 7. Achoris furtum per ſortem prodi mandauerit Deus?

¶ Ad quæſtionem ergo reſpondetur, per concluſionem: Dum peccatum proximi eſt occultum ſic, quòd nullo modo poteſt iuridicè innoteſcere per legitimam probationem, aut per euidentiam facti, aut per idoneos teſtes, tunc non eſt iuſta cauſa illud reuelandi, neque alicui poteſt iuſtè reuelari, etiam ad finem melius conſulendi ſaluti ipſius, vel alterius, niſi in eo duntaxat caſu, in quo huiuſmodi reuelatione opus ſit ad illius emendam, vel ad propulſandum graue detrimentum proximi, vel reipublicæ, ſiue illud ſit temporale, vel ſpirituale. Nam tunc, etſi ſit reuelandum, tamẽ cum grano ſalis ſic fieri debet, vt cum minori famæ & honoris poſſibili diſpendio bono proſpiciatur reipublicæ, aut tertij. Hæc autem concluſio probatur. Nam talis occultus peccator, licet ſua fama indignus ſit, dum prædictæ non ſubſunt cauſæ, poſſeſſione ſuæ famæ non eſt ſpoliandus, quo ſupererogationis opera ſibi, vel alteri impendantur. Sicut neque ſuis bonis quis denudandus venit, quo pro ipſo eleemoſynę erogentur, vel ſacrificia fiant, ſecundum Diuum Auguſtinum, cap. forte dicet aliquis. 12. quæſtio. quinta, & Diuus Gregorius in capit. non eſt putanda. 1. quæſt. 1.

¶ Ex prædicta concluſione corollarie ſequitur, verum eſſe quod Nauarrus in ſum. Lati. ca. decimooctauo. num. trigeſimo ait, quod denuncians, aut detegens, etiam ſine præuia accuſatione peccata aliorum vera, ſed ſecreta, non peccat, dum abſit malus animus, & quatenus opus eſt ad cauẽda mala reipublicæ, vel tertij ea detegit. Vt qui reuelat hæreticum, ne hæreſis venenum in alios inſibilet, proditorem, ne rem publicam tradat: lepra aut peſte infectum, aut morbo contagioſo laborantem, ne ex eius conuictu, aut tactu alij in ſimile malum pertrahantur: inhabilem, vel indignum, ne ad hæreditatem admittatur, vel ad beneficium, vel ad dignitatem aſſumatur: furem ne inuadat alienum: homicidam, adulterum, periurum à quibus imminet damnum, vt caueantur; & huiuſmodi alios qui in procinctu ſunt ad mala inferenda, vel ea machinantur, vt eis obſiſtatur.

¶ Ad primum argumentum in contra negatur, quod occultus peccator, licet ſit indignus fama, quod ſit iniuſtus eius poſſeſſor ciuilis. Nam ſicut dominus eſt rerum ſuarum, antequam per ſententiam iudicis à domino, vel à iure ſuo ciuili cadat, ita & dominus eſt famę. Vnde licet illi per condignitatem nõ debeatur laus, vel fama, bene tamen per iuſtitiam, quia alias hęreſis eſt damnata, quod peccatum mortale ipſo facto priuet hominem iure naturali rerum exteriorum dominio.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur; Negatur, quod talis occultus peccator teneatur præſtare conſenſum, vt eius crimen detegatur ad tollendum aliorum errorem, ne eligatur; quia poteſt



poteſt tollere hanc falſam ęſtimationem bonã, quam apud alios habet, per emendam ſecretam, reſipiſcendo à ſuo ſecreto peccato.

¶ Ad exemplum Chriſti Domini noſtri, qui, vt refertur Ioan. 13. & Mat. 26. reuelauit Iudę peccatum ſecretũ, multipliciter reſpondetur. Et primo ex mẽte Soti membr. 1. q. 2. de deteg. ſecret. dicentis, non reuelaſſe Chriſtum Dominũ peccatum occultum, quod tunc Iudas machinabatur in animo: ſed prænunciauit nonque ſine cauſa id, quod futurum erat, ſicut etiam ſcandalum Apoſtolorum, & Petri futurum prædixit. Adde ſecundo, quod illud peccatum Iudæ non ſic erat occultum, quin ſtatim exterius eſſet pro palandum per opus traditionis publicum, ſicut etiam ſcandalum, quod prænunciauit Dominus Apoſtolis ſcandalizandis iam quaſi in foribus, & prope impendebat. Quare eius ſcandali prænunciatio, quæ ſolis ſcandalizandis facta eſt, locum præmonitionis habuit eorum, qui in eandem culpam erant lapſuri. Vnde in ſimili caſu per nos quoque imitantes Dominum cauſa prę monẽdi proximum de infortunio, vel periculo, quod imminet illi, dum bonus eſt, & etiã dũ occulte eſt malus, licite aduerti poteſt de illo prænunciando illi illud mali, dum eius caueatur infamia, vt tradit Roſa aurea Syluestri ſuper euãgelia in. 3. feria poſt. 3. dominicã in Quadrageſima. Imo in hoc caſu tale peccatũ, & periculũ futurũ non ſolum ipſi, verũ etiam alijs, qui ei nõ obeſſe, ſed prodeſſe ſperantur licebit prænunciare, vel ex alia rationabili & iuſta cauſa pręnarrare. Sicut iuſta cauſa fuit detegendi per ſortem peccatum Achoris, tum mandatum Dei: tum quia tale peccatum perniciosum erat in populũ: quia irritarat furorem Dei aduerſum vniuerſum populum, vſque quo vltio ſumeretur de reo.

¶ Iam hic illa quæſtio ſit obuia, in qua parũ conuenit Sotus de iuſt. & iure. lib. 5. q. 10. art. 2. cum Caiet. ſuper. 2. 2. q. 73. ar. 2. ſcilicet, vtrũ infamia ſit mortalis crimen occultum alienum vni cordato viro ſecretò detegere, & pro parte negatiua non videtur id licere. Ratio nanq; Soti pro hac parte premit: quia etſi ex hac detectione nullum euulgationis peccati timeatur periculũ: tamẽ in bona æſtimatione eſſe apud virum grauiſſimum merito pluris æſtimatur, quam ea carere apud plures, non tanti nominis, & autoritatis viros. Ergo notabile in hoc caſu intercedit honoris & æſtimationis diſpendium, vbi vni ſoli grauiſſimo, & ſecretiſſimo viro occultum proximi crimen detegitur.

¶ Et confirmatur certè; quia; ſi ego apud me metipſum de aliquo ſiniſtram, & certam conciperem opinionem, & iudicium in materia notabiliter infami, citra expreſſa indicia, iuxta communem ſententiam Doctorum, mortalis culpæ reus exiſterem: quia grauem per hoc æſtimationi proximi irrogo iniuriã, at non minorẽ malitiã prę ſe ferre videtur per reuelationẽ peccati ſecreti, in cauſa eſſe, quò ſecretus peccator, qui ſuæ famę dominus iure erat, ſic iam laboret infamia apud grauiſſimum hominem, ergo videtur hæc detectio eſſe mortalis.

¶ In contrarium eſt, quia infamia eſt communis opinio de malo culpæ alterius; ſed per prædictam reuelationem vni factam, qui detectus ſic eſt nõ laborat communi opinione mala, quia tantum apud illum grauiſſimum non communi ſed priuata opinione mala laborat: ergo non proprie infamatur: ergo talis apud vnum priuatum, vel grauiſſimum virum non erit mortalis infamatio: alioquin non liceret iuxta communem opinionem, apud confeſſorem reuelare complicem in caſu, quo ſine tali reuelatione ſpecies peccati carnalis in confeſſione explicari nõ poteſt.

¶ Igitur, quia quotidianus eſt hic caſus, & perplexus, quippe qui prædictos viros in diuerſas pertraxit ſentẽtias, ideo eius examinationi preſſius inſiſtemus. Nam aliqui opinionem affirmatiuam acceptandam eſſe autumant, vt veram nõ abſolute, ſed in caſu, quo ille vir grauiſſimus conſcius ſic factus ſecreti delicti non ſolum eius autori, non nociturus eſſe creditur, ſed etiam pro futurus ſperatur. Alij forte illius opinionis erũt, quod quia grauis & communis infamia in hac reuelatione nõ admiſcetur, dum damnum aliud graue inde non timeatur, etiam ſi vtilitas nulla inde ſequatur, cenſeant ſic viro vni graui crimẽ alterius reuelare, non eſſe mortale, vt aſſerit Caietanus. At ſi mea de hac quæſtione digna eſt auditu ſententia, per has propoſitiones indicabo quid ſentiam; quas quidem ex principijs Diui Thomæ elicere mihi videor.

¶ Prima propoſitio ſit, vt incipiamus à clarioribus: ſi quis reuelet ſecretum proximi, viro grauiſſimo occultaturo, quatenus talis reuelatio neceſſaria eſt, ad eiuſdem procurandam ſalutem reuelator talis, debitis adhibitis circunſtantijs nullius peccati reus erit. Patet concluſio: quia charitas debita proximo id à nobis exigit, vt ea media, quæ neceſſaria ſunt ad proximi ſalutem procurandam cum ſpiritualiter periclitatur, aſſumamus. Si autem ea media non penitus neceſſaria ſint ad reſipiſcentiam proximi, ſed tantum vtilia, & commodiora ad eius profectum ſpiritualem, non licebit ad hunc finem eis vti. Vnde non licebit in hoc caſu huius rei gratia viro graui eius crimen ſecretum reuelare: quia opera ſupererogatoria charitatis penitus ſibi non neceſſaria, etiam ſi à nobis illi impendantur, etiam ſi ſibi vtilia ſint cum iactura aliquali ſuæ

æſtimationis non eſt cogendus acceptare. Sed an hoc eo inuito intẽtare peccatum mortale ſit, licet eius profectus ſpiritualis intendatur ſi quæras dicẽdum erit adhoc, quod hic primo in caſu, quo exſe mortale id eſſet, bona fides & animus, & intentio detegentis id ſecreti, poſſet eum à culpa mortali excuſare. An vero de ſe ſecluſa bona fide excuſante mortale ſit, ſic vni viro grauiſsimo occultaturo crimen alterius detegere, ſupereſt edocere perſequentes propoſitiones.

¶ Secũda propoſitio in principijs D. Thomę fundata ſit: Si quis peccatum alterius graue corã grauiſsimo viro peregrino, & extero per modũ tranſitus noſcenti eum, cuius peccatum ei detegitur, reuelet, & narret, non videtur in hoc delinquere mortaliter, ſi à grauiſsimo illo, peccatũ illud ſit occultandũ. Patet hęc propoſito ex ſentẽtia D. Thom. qui. 2. 2. q. 362. arti. 3. ait, quod detrimentum, quod prouenit in fama ab exteris, & peregrinis cito tranſituris ideo quaſi leue ſit pro nihilo reputatur: quia cum illis trãſeuntibus cito tranſit. Quod & teſtatur cautela illa, quam quidam pœnitentes habentes turpe quid confitendum, ſoliti ſunt adhibere. Qui quia grauiter ferũt confeſſores ſibi familiares, & notos ſuæ turpitudinis in confeſsione certiores facere, exteros, & ignotos cito tranſituros alio, confeſſores quærunt, quibus ſua turpia peccata in cõfeſsione pate faciant: quaſi pro nihilo ducentes ſua hęc peccata his peregrinis confeſſarijs nota fieri, quæ notis confeſſoribus detegere maxime grauãtur. Ergo non eſt graue detrimentũ, ac per conſequẽs, neq; mortale crimen alterius viro extero, etiam grauiſsimo occultaturo, & cito abituro reuelare.

¶ Tertia concluſio: Si quis reuelet crimen alterius viro graui ſapienti, & ſtudioſo, cum eo, cuius peccatum detegitur conuerſaturo, vel cum illo coniunctionem alicuius neceſsitudinis habenti, vel eum potenti iuuare, vel lædere, probabiliter dicitur hunc peccare mortaliter. Hanc autem concluſionem ratio Soti probat contra Caietanum. Et in hoc ſenſu Soto aſſentimus: quia apud hunc virum in bona æſtimatione eſſe meritò pluris æſtimatur, quã ea carere apud plures viros, qui non ſint tanti nominis. Si autẽ vir ille, cui peccatum alterius reuelatur, nõ tanti nominis. neque detecto ſibi criminoſo coniunctus, aut familiaris, neque potens ei veriſimiliter nocere, neque in aliquo prodeſſe tunc in hoc caſu, locum poſſet habere contraria ſententia Caietani, aſſerentis, viro vni graui occultaturo non eſſe mortale crimẽ alterius turpe patefacere. Accedit ad confirmationem dictorum, quibus aliqualiter concordamus Caietanum & Sotum, doctrina. Diui Thomæ. 2. 2. quæſt. 144. art. 3. dicentis, quod ab his perſonis homo magis verecundiam patitur, & eorum magis timet opprobrium, qui excellentiores ſunt in ſapientia, & virtute, vel qui ſibi ſunt magis coniuncti, & familiares, vel à quibus commodum, vel detrimentum poteſt prouenire. Iam licet per hæc argumenta in principio quæſtionis poſita diluta videantur, ſed vt clariores appareant ſolutiones, ſigillatim ſoluuntur.

¶ Ad primum argumentum dicitur, quod concludit pro ſententia Soti, non abſolute, ſed quatenus in tertia concluſione iuxta mentem Diui Thomæ eſt limitata.

¶ Ad confirmationem verò reſpondetur, concedendo iudicium temerariũ apud me cõceptũ de turpi crimine proximi, ideò cenſeri mortale, quia (vt ſupponitur) ſine indicijs ſufficientibus certum formo iudicium, de homine, per quod notabiliter eius apud me æſtimatio contemnitur. At vero teſtimonium vnius detegentis apud virum grauem peccatum alterius, non eſt de ſe aptum natum ingenerare iudicium certum: quia non in ore vnius, ſed duorum vel trium ſtat certitudo moralis verbi. Ex iudicio autem incerto concepto apud vnum virum ſolum, licet ſapientem, & grauem non ſequitur ſic apud illum infamato, niſi modica æſtimationis iactura, quæ vbi abfuit malus animus, & aliud periculum, vel incommodum non indetimetur nocumentum proximi, mortale non arguit.

¶ Ad argumentum verò in contra reſpondetur, quod licet per reuelationem criminis occulti apud virum grauem communis infamia, ideſt, opinio communis mala non generetur: ſed quædam particularis denigratio famæ: tamen, quia illa iuxta varias circunſtantias in tertia concluſione relatas, poteſt modicum, vel immodicum detrimentum cauſare, iuxta aſſerta in concluſione tertia, perpendendum erit, quando talis reuelatio iudicanda ſit eſſe mortalis, aut non.

¶ Porro ex prædictis ſequitur, quod licet prædicta aſſertio tertiæ concluſionis vera videatur, ſæpe peccent grauiter, & nocentiſsime, vt ait Sotus, illi, qui citra vrgentem corrigendi fratrem cauſam, vel vni quantumuis prudenti viro occultum alienum crimen reuelant. Quia regulariter, vel inde graue incommodum imminet, vel meritò ex adiunctis circunſtantijs prædictis ex Diuo Thoma elicitis magnopere ægrefertur talis ſecreta reuelatio. Accidit etiam è contra quód ſecundum Caietanum, quia non læditur fama proximi notabiliter, non peccet mortaliter, qui eius crimen tali perſonæ narrat apud quam quaſi idem ſit, acſi non eſſet ei dictum; vt ſæpe contingit in colloquijs dum coniuges



coniuges inter ſe confabulantur de criminibus ſecretis filiorum, & in confeſsionibus eorum, qui propria peccata confitentes imprudenter ſine malo tamen animo diſcreto confeſſori exponunt perſonam, cum qua turpiter & carnaliter ſe commiſcuere, de prudentia & taciturnitate confeſſoris confiſi; & alia huiuſmodi, quæ Caietanus vbiſupra, & Corduba in libello de detractione, fol. 105. pag. 2, referunt exempla, quæ tamen cenſuranda ego eſſe cenſeo per tertiam ſupra dictam concluſionem, & per principia Diui Thomæ ibi contenta. Et ſic patet reſponſio ad poſtremam obiectionem de complicis peccata detegente in confeſsione. Quamuis de hoc in noſtro inſtructorij conſcientiæ primo tomo ſecuti ſuper hoc Sotum in. 4, latiorem habuimus ſermonem.

# CAPVT. CCLXI.

*Vbi inquiritur, vtrum diffamatum publice in vno loco liceat in alio loco diffamare. Vbi per tres ſtatutas concluſiones ſatis fit quæſtioni, in qua diſcordant Thomiſtæ á Nauarro, & ſoluuntur quatuor argumenta in fronte quæſtionis poſita.*

IAM acceſsimus ad illam quæſtionem, quæ hic ſuum vendicat locum, & non mediocrẽ præſefert difficultatem; propterquam inter doctores variatum eſt ſententijs; ſcilicet, vtrum eum qui in vno loco infamatus eſt, liceat in alio, vbi iam bona opinione potitur, infamare. Cauſa igitur magis extricandi quæſtionem alias intricatam, ſic proceditur.

¶ Arguitur primo pro parte affimatiua argumento Caietani: quia nulla videtur irrogari iniuria ei, qui priuatus eſt iure famæ hic, ſi quis alibi idem eius detegat crimen. Secus autem eſſet, ſi aliud eius crimen, quod ſecretum eſſet hic, alibi euulgaretur: ergo ſic diffamatum hic, alibi diffamare, ceſſante malo animo non videtur illicitum.

¶ Præterea arguitur ratione Victoriæ in ſuis ſcholijs, ſuper ſecundam ſecundæ. Quia profecto durum videtur ſic velle ligare homines & obſtruere eorum ora, vt non poſſint, quæ in alio loco viderunt geſta publica per iuſtitiam, & ſimiles hiſtorias, alio loco vbi non ſunt euulgata narrare: quia iam ibi nactum bonam opinionem infamant.

¶ Deinde arguitur tertio: Quia ſiquis per ſententiam iudicis fuerit ob culpam ſuis bonis mulctatus, ita quod ſint iam publicè eius expoſita bona, vt quilibet, quod voluerit ex eis ſibi capiat, certe nihil illicitum perpetraſſet, qui ea bona ab eo abſtuliſſet: quia ille illorum bonorum iure eſt priuatus. Sed ita quoque fama delinquentis per ſententiam iudicis videtur expoſita omnibus; vt vbique diuulgetur, quatenus audientes timeant arceanturque à criminibus audientes vbique crimina non abire impunita: ergo, quod concedit iuſtitia bono rei publicæ fine, non debet id alibi diuulgantibus verti in peccatum.

¶ Adhuc arguitur quarto: Quando iure Cæſareo, vel canonico quis ob delictum infamis, & inhabilis fit ad officia & dignitates, vbique efficitur talis: ergo à ſimili poſtquam criminoſus per ſententiam iudicis infamis euaſit, iam tunc vbique cenſetur inhabilis ad ſuam famam; & ita infamis, vt peccatum non ſit, ſecluſo malo animo vbique eum diuulgare. Vt ſiquis inhabilis fit iure ad bona vbique poſsidenda, vbicunque repertus fuerit poſsidere, talibus bonis licite ſpoliari tunc poterit.

¶ In contrarium eſt, quód ius charitatis dictat, vt quod quiſque ſibi velit ſuo proximo faciat: ſed qui immunis eſt à crimine, & per conſequens, liber eſt ab infamia inflicta per iuſtitiam, merito vellet ſi in huiuſmodi incidiſſet crimen ſua fama iam alibi per laudabilem vitam adquiſita non ſpoliari: ergo ſimili iure charitatis circa huiuſmodi alibi afflictum proximum, ſe debet gerere timoratæ conſcientiæ homo.

¶ Scito quoniam, non ſolùm in vno puncto, ſed in multis hic diſsident inter ſe doctores. Primò, an in vniuerſum peccatum id ſit vel non. Nã Nauarrus in ſumma latina capitulo decimo octauo numero vigeſimo ſexto, audacter aſſerit, quod prodere iuris, vel facti notoria, vel famoſa, ſecluſo malo animo offendendi non eſt ſaltem mortale, quando hi, qui audiunt ea ignoraſſent, neque in terra vbi euulgantur nota fuiſſent, & deinceps reus alibi ſic infamatus veniret in publicam audientium notitiam: Quòd ait copioſe ſe probaſſe in Repetit. quam allegat, numero. 837. & quatuor fundamentis fulciſſe, ſoluendo tria fundamenta ſeu argumenta in contra. In hanc ſententiam allegat Caietanum libero decimo ſeptimo, reſponſ. reſp. nono. Et Maiorem diſtinctione vigeſima prima, quæſtione ſecunda, colu. final. Sotus verò de iuſtitia & iure, libro quinto, quæ-

quæſtio. decima, artic. ſecundo allegans, pro ſe Adrianum, quodlib. 11. quæſtio. prima, peccatum mortale eſſe affirmat, diffamatum in vno loco in alia regione diffamare; nō tamē hoc eſſe ſemper contra iuſtitiam inducentem reſtitutionem fatetur: aſſerit tamen eſſe contra charitatem. Tum etiam & in hoc puncto variant doctores alij, an quæcunque publica infamia, quæ circunfertur in vno loco facultatem, aut ius præſtet ad propalandum criminoſum iam ſtudioſe degentem in alia regione.

¶ Igitur, quia in materijs perplexis diſtinctio eſt, quæ in eis magnam claritatem affert: ideo expedituro mihi quæſtionem operæpretium eſt, has præmittere diſtinctiones. Prima ſit, quod contra proximum dupliciter peccare contingit vno modo tranſgrediendo iura iuſtitiæ ei debitæ, quod non contingit ſine violatione debiti charitatis. Alio modo ſic contingit peccare mortaliter contra charitatem debitam proximo, vt in tali peccato nulla interueniat tranſgreſsio iuſtitiæ. Secunda diſtinctio: Aliqua eſt infamia publica, de qua conſtat, quod ius famæ tollit qualis eſt illa, quæ irrogatur delinquenti per legitimam ſententiam iudicis. Alia eſt infamia quæ ſine ſententia iudicis contingit, vt cum quis per maiorem partem viciniæ, vel populi, vel conuentus laborat infamia: de qua diſputandum eſt, an iure famæ priuet. Et alia eſt, quæ ex notorietate, & euidentia facti, quod nulla poteſt tergiuerſatione celari, procedit.

¶ Vt ergo à clarioribus incipiamus, diſtinctiuſque procedamus, prima ſtatuitur propoſitio: Si aliquis alicubi per ſententiam iudicis, vel ex notorietate ſceleris, vel ex eius diuulgatione per maiorem partem viciniæ labem contraxit infamię, ſi ea infamia ſtatim probabiliter ad aliū locum aduolatura per aliorum rumores creditur: neque contra charitatem, neque contra iuſtitiam eſt, ibi peccati eius infamiam propalare eam ad id loci extendendo, ſi deſit malus animus. Aut certè non ſic videtur eſſe contra iuſtitiam, & charitatem, vt id facti de mortali ſit damnandum. Hæc autem propoſitio patet: quia modica eſt iactura famæ, aut læſio, quam criminoſus patitur ab referente ſic eius crimen publicum in locis vicinis, vbi ſtatim per plures alios credebatur diuulgandum. In hac conueniunt communiter doctores Adrianus quodlibeto vndecimo, quæſtione prima. Sylueſt. verbo, detractio, quæſtione quarta, in. 6. fallentia. Quanuis ibi ſolum loquatur, quando iam ibi peccatum eſt propalatum per alios. Huius ſentētiæ eſt Cordub. libell. de detractione. quæſtio, tertia, fol. 100. pag. 2. eſt Nauarr. in Summa Latina, num. vigeſimo ſexto, cap. decimo octauo. In cuius gratiam citat Diuum Thomam in. 4. diſtinct. 19. quæſtio. 2. artic. tertio, ad primum, & ſecundum. Hæc verò concluſio eatenus admittenda venit, quatenus hinc non arripiatur anſa vbique locorum, ſub hoc colore (ſcilicet, quod citó aduolabit fama publica) nocendi proximo iam alibi emendato eius criminis per alia loca ſpargendo rumores. Nam etſi ratio concluſionis, quia moralis eſt moraliter eam perſuadeat, ſicut & illa ratio Victorię, ſcilicet, quia alioquin difficile eſt ſic obturare ora hominum, ne publica geſta, & hiſtorias alicubi contingentes alibi narrent: tamen quia ſola infamia, vel notorium facti in vna regione conſiſtens citra ſententiam iudicis autorem criminis iure ſuæ famæ in alia regione non priuat; duplici ratione non videtur tam tutum, aſſerere, quod laborantem infamia facti, vel notorietate criminis in vno loco licet diuulgare in alio, quo per alios notitia hæc creditur, peruentura. Tum, quia iſta notorietas facti, licet allegetur cum ſaltem iuxta communem per duos teſtes idoneos eam in facto interueniſſe probari oporteat, ſæpe iſta probatio deficit, & quæ notoria eſſe vulgus exiſtimat, talia non ſunt, neque talia eſſe probantur, aut ſi probantur probationem interdum admittunt in contrarium. Tum quia illa ſola infamia, quæ per maiorem partem viciniæ, vel populi interdum ſpargitur de aliquo criminoſo, & ſi eum iure famæ in alio loco, vbi ignoratur priuaret, quod certè non priuat, tamen ſæpe ſæpius illegitima infamia eſt, quippe quæ ſi examinetur, non à multis & benè affectis & frequenter (vt exigit ius) ortum habuiſſe deprehendetur, ſed ab vno leui, vel à multis, ſed maleuolis, & malè affectis incircunſpectè dimanaſſe comperietur. Tum etiam, quia non caret ſcrupulo ſic nocere proximo, quia per alios alibi cum detrimento ipſius alias eius crimen detegendum foret. Sicut neque excuſat à culpa, furari ab aliquo centum aureos, propterea quod certo credebatur per alios fures inuaſores eſſe ab illo ſurripiendos. Attendat ergo ſibi vnuſquiſque, ne inconſiderate feratur aliquis ſub prætextu publicitatis ad diſpergendum apud loca, vbi latent, de proximo ſiniſtros rumores, dum neceſsitas vitandi damni aliud non perſuadet. Quod ſi temerè aliquid effutiuit, præterquam in caſu quo ſententia publica iure famæ priuat proximum, ſua prudentia adiuncta conſilio peritorum id cautè corrigat: quia tandem in hac quæſtione perplexa ſic in forma concluſit Victoria, quod ideo ſibi videtur melior opinio Adriani, quam Caietani, qui nequit intelligere, quomodo fraterna hic charitas permittat criminoſum ea fama bona, quam iam alibi per inchoationem & continuationem laudabilis vitæ adeptus eſt, ſpoliare.



¶ Secunda concluſio: Dum quis, quia publica autoritate & ſententia iudicis damnatus eſt, honore ſuo & fama alicubi ſpoliatus eſt, contra iuſtitiam, non eſt, ac per conſequens reſtitutionis famæ obligationem non inducit, eum vbique de eodem crimine infamare: ſed tunc potiſsimum, quando emendati ſunt, alibique bonum nomen recuperauere, crimina eorum pandere contra charitatem fraternam eſſe videtur. In prima parte concluſionis quaſi omnes conueniunt, Sotus, Corduba, Metina, Nauarrus locis citatis. Hincque vera eſſe patet: quia publico præconio iuſtitiæ in vltionem ſceleris ſic iure famæ eſt ſpoliatus, vt cuique facta ſit copia id criminis, vbique euulgandi. Facit ad hoc quoque lex. eum qui nocentem .ff. de iniurijs vbi infamator nocentis à condemnatione ob hoc abſoluitur. Secunda autem pars concluſionis piam & conſentaneam rationi habet probationem; ſcilicet, quia bona fama maximè hominibus conducit, tum ad virtutem ſectandam & nutriendam, tum etiam quia quoddam veluti frænum eſt, quo retinentur in bono, & cohibentur à malo. Ea namque bona fama amiſſa, quaſi præcipites feruntur in malum. Quare non mediocri animæ obijciuntur periculo, dum ideò ad virtutem non aſpirant: quia ad bonam famam aſpirare non poſſe ſe confiduut, cum vbique infamiam euadere non poſſe videant.

¶ Tertia concluſio, quæ eſt Metinæ in ſua inſtructione .§.34. folio 183. ſcilicet, ſiquis coniectus in vincula eſt propter delictum, ob quod dignus erat honoris & famæ iacturam ſubire, tamen, quia inde à carcere fugam arripuit, tali pœna iuridice non plexus eſt ſi ad alias regiones migrauit, vbi iam in honore & æſtimatione habetur, qui eum tunc ibi infamauerit de tali crimine, & peccati mortalis, & reſtitutionis famæ reus erit. Patet: quia, licet dignus eſſet tali pœna per iuſtitiam infligenda, ſed de facto talis pœna non fuit ei per iudicem inflicta; quare non amiſit ius famæ alibi per vitam innocuam quærendæ.

¶ Quarta concluſio: Quando quis extra ordinem iuris priuatum per viciniam, vel per vrbem publica laborauit infamia priuata, non per ſententiam iudicis ſibi irrogata: ſi quis eum alibi diuulgauerit, quoniam propalando crimen non ſolum contra charitatem, ſed contra iuſtitiam deliquit mortaliter, obnoxius manet ad reſtitutionem commodiori modo, quo poterit. Et idem eſt cenſendum, ſi notorietate ſola facti ſic alicubi infamia laboraſſet, ſi alibi infamatus de eodem crimine fuiſſet. Hæc eſt Soti loco citato & Cordubæ vbi ſupra contra Nauarrum iam allegatum. Eſt Adriani, & Syluestri in verbo, detractio. quæſtio. 4. in 6. fallentia. Vbi licet non tam clare Sylueſter nobis videtur accedere, eiuſdem ſententiæ videtur eſſe Metina in ſua inſtructione loco allegato, ſi recte eius uerba expendantur: Quia inquit non damnatus per iudicem, quia fugit alio, ſi alibi in fama lęſus eſt, in ea eſt reſtituendus. Quia inquit per iudicem non fuit ea ſpoliatus. Hæc autem concluſio probatur: quia rumores particulares, & populares, vbi quis non eſt iudicialiter diffamatus, neque notorietas facti criminoſum alio migrantem alibi vbi crimen eius latet, iure ſuæ famæ, & honoris non priuant. Sicut ſecundum Theologos, & Sotum in 4. ſententia. licet infamia & indicia ſufficiant ad inquiſitionem, non tamen ad priuandum criminoſum ſacramento communionis, etiam vbi hac infamia laborat. Nam licet manifeſtum crimen taliter quod nulla tergiuerſatione poteſt celari, ad id ſufficiat: ſed credo id non ſufficeret ad priuandum eum communione alibi, vbi eius crimen ignoratur, vbi iam omnino creditur emendatus: ita ergo pari ratione, neque infamia publica, vel notorietas facti in vna ciuitate priuat illum iure famæ alibi quæſitæ, dum aliò commigrauit. Quare hæc tutior ſententia tenenda eſt contra Caietanum; qui propterea, quod nihil in hac parte diſtraxit, videtur indiſtinctè cum Nauarro contra nos tenere. Hæc concluſio ergo intelligitur ſtando intra limites quæſtionis: quia aliud eſſet, ſi neceſsitas mali publici, aut tertij vitandi id criminis propalandum eſſe expoſceret.

¶ Iam ergo argumenta in initio quæſtionis propoſita, quæ neruoſa ſunt, & non parum vrgere videntur, diſſoluenda veniunt. Ad 1. igitur negatur, quod qui hic fama caret, dum ea non ſpoliatus per iudicem eſt, ſi alibi vbi occultus eſt, diffametur, quod iniuria etiā cōtra iuſtitiam non ei irrogetur; adhuc iure ſuæ famæ apud neſcientes alibi potitur. Quod ſi ſententia iudicis tali iure eſt vbique nudatus, negatur, quod ſi alibi ſine cauſa de eodem crimine diffametur, quod hic non patiatur detrimentum graue contra debitum charitatis.

¶ Ad ſecundum argumentum deſumptum ex Victoria, reſpondetur, quod quidquid ſit de hiſtorijs publicis, de quibus poſteá dicemus, quæ ſubſit cauſa & cum quibus limitatio-

tationibus eas ſcripto mandandi: tamen durum videri non debet præceptum charitatis, quæ cauſa vitandi nocumentum proximi linguæ habenas nobis ſtringit; ne in illo loco, vbi, quia criminoſus eſt occultus, iam bonam opinionem ſibi conciliauit, detegatur, ne ſine neceſſaria cauſa ſpolietur bono medio famæ ad honeſtè & Chriſtianè viuendum magnopere iuuante.

℄ Ad tertium argumentum reſpondetur, quod per eadem exempla ibi in contra obiecta ea diſtinguendo pateſcit debilitas argumenti, quod alias forte videtur. Quia etſi concedamus, quod bona ſic expoſita omnibus per ſententiam quilibet à criminoſo poſſet auferre, tamen inficiari nemo poteſt, quin (ſi criminoſus ſic ſuis bonis denudatus illis ſummopere ad vitam tranſigendam egeret, & illa ablatio bonorum eà tollenti inutilis foret: quia illa bona illi ſuperfluerent) talis ablatio bonorum crudelitatis manifeſtum indicium eſſet, & talis ea bona ſibi tollens fere nullius charitatis eſſe argueretur. Sic contingit in noſtro caſu; vbi, licet ius ſententiæ contra criminoſum hîc latæ eum vbique terrarum prodere concedat: tamen iſta infamatio criminoſi in loco, vbi iam bona pollet fama, cum infamanti ſit inutilis & infamato valde detrimentoſa: quia per eam ſua priuatur denuo adquiſita alibi bona fama, qua ad Chriſtianè ſtudioſeque viuendum ſumme opus habet; fit ſane, vt huiuſmodi diffamatio licet contra iuſtitiam non militet, charitati fraternæ aduerſari videatur.

℄ Ad quartum argumentum, quod preſſius videtur vrgere, reſpondetur, negando eodem modo ſicut iure Cæſareo, vel Canonico, qui fit inhabilis ad officia, vel bona vel dignitates adquirendum, vbique terrarum fit talis: ita ſemel autoritate iudicis publica in aliquo loco ob crimen in pœnam mulctatus infamia inhabilis fiat ad alibi, vbi ignotus ſit bonam famam denuo per Chriſtiana opera comparandam. Per ſententiam enim priuatur fama præterita, ſed non de nouo alibi quærenda. Neque enim ea priuari poteſt cum debeatur ſuæ virtutis exercitio de nouo aſſumpto, niſi noua emergat culpa. Quod ſi replicueris ſic, ſcilicet, quod ſaltem licebit criminoſum alibi emendatum ſic infamare dicendo, fateor hîc laudabiliter viuere, veruntamen & hoc certum eſt ob ſua ſcelera tali ciuitate publicè flagellis fuiſſe cæſum: quia iam non nouam bonam famam alibi partam aufero, ſed præteritam, cuius ius ipſe antea per ſententiam amiſerat, reſpondetur ſane, quod cum hoc referre de vita eius præterita non poſsis, quin denuo à ſe partam bonam opinionem commacules, idque ſine vlla vrgente neceſsitate inhumanum valde te ſic faciendo oſtendis in illum. Nam, etſi ius tibi dediſſe ad id facultatem fateamur, vt punita per ſententiam ſcelera narres, id eſt, vt criminoſus hîc ab alijs caueatur, quia, cum ſemel fuerit malus, iure exteriori ſemper & vbique præſumitur talis. At nos in foro conſcientiæ huiuſmodi præſumptioni ſtare non oportet; cum iam in caſu noſtro nobis innoteſcit, hunc criminoſum iam alibi eſſe emendatum, & bene morigeratè vitam agere.

## CAPVT. CCLXII.

*An crimen duobus, vel tribus notum liceat ignorantibus reuelare; Et de duplici acceptione famæ: Et an crimen alienum liceat ob aliquam vtilitatem reuelare: Et an ſi ſit probabile duobus teſtibus via denuntiationis vel aliter poſſit ad iudicium deferri publicum, etiam quando via correctionis non emendatur: Et an licet obijcere crimina occulta teſtibus in iudicio.*

PORRO, quia quæſtiones morales ſecundum Diuum Thomam, tanto magis vtiliores contingunt eſſe, quanto magis ad earum particulares caſus reſoluendos deſcenditur oportet hîc illam quæſtionem particularem enodare, ſi vtrùm crimen non omnino occultum, ſed ita occultum, quod paucis eſt notum, puta, duobus, vel tribus liceat ignorantibus reuelare. At quia exercentibus ſe in quæſtionibus moralibus aliqualem diſputandi eas materiam ſubminiſtrare eſt animus, ideo arguitur pro affirmatiua parte.

℄ Primo igitur ſic arguitur: quia crimen occultum ſic, quod notum eſt paucis, ſcilicet, duobus, vel tribus teſtibus, aut per euidentiam facti iudicialiter probari, aut demoſtrari poteſt: iudicialiter denunciari, aut accuſari. Poteſt ergo etiam illud ignorantibus reuelari quia denunciando fit conſequens, vt ignorantibus iam innoteſcat. Quod ſi per denunciationem in aures ignorantium poteſt poſtea licite peruenire, quid refert ante denunciationem illud ignorantibus retuliſſe.

℄ Præterea ſecundò arguitur: Quia qui coram aliquibus crimen aggreditur, ſic quod per eos,



eos, aut per euidētiam facti illud perpetraſſe probari poteſt, iam quantum eſt in ſe ſuam famam de facto prodigit: ita vt non habeat iam verum teſtimonium virtutis, ſed ſui ſceleris: ergo cum non tollatur ab eo honor & fama, quibus de facto caret, poterit eius crimen alijs neſcientibus reuelari. Quorſum enim famam, quam ipſe coram multis prodigit, tenebor tueri non reuelando crimen; cum de per accidēs fuerit, quod non coram pluribus fuerit perpetratum. Accedit in confirmationem huius, quod eccleſia proferentem hæreſim exterius iudicat excōmunicatum: quia de per accidens eſt quod teſtes id audientes non affuerint: ergo etiam ille cenſendus eſt infamis, quia per accidēs fuit, quod tot non affuerint teſtes, qui poſſent ingenerare eius criminis publicitatem per viciniam. Adde etiam, quod ad confirmationem huius argumenti facit textus. l. eum qui nocentem ff. de iniur. Vbi habetur quod oportet & expedit crimina nocentum eſſe nota, ſcilicet, crimina probabilia non omnino occulta. Expedit (inquam) ſecundum Bartolum ad maiorem rei publicæ vtilitatem reuelari, licet id non ſit neceſſarium.

℄ Ad hæc tertio arguitur: quia non fit iniuria, vel iniuſtitia illis perſonis, qui ex opinione falſa vulgi habentur pro ingenuis, & nobilibus, pro ſumme peritis in aliqua facultate, vel arte, vel profeſsione officij, vel ſtatus, ſi verbo, vel ſcripto tales non eſſe oſtendantur. Oportet enim ad bonum regimen reipublicæ detegere technas, & ſycophātias ſycophātarum, ſe perſonantium coloribus falſis perſonarum honore præſtātiū. Videtur namque licere mulierem, quæ ſe gerit pro viro prodere, & è contra: & eam, quæ Iudæa eſt, aut Saracena eſt genere, aut ſub prætextu virginis ſe venditat, aut oſtentat ad honoratiores aſſequendas nuptias mulierem propalare in republica: Tum, quia harum perſonarum vera notitia damnum vitat in populo, cuius contraria ignorantia eſt in cauſa. Tum, quia de facto nullū ab eis aufertur verum teſtimonium virtutis, quod fundat verum honorem & famam, cum tali virtute, aut præſtantia de facto careant. Ergo à ſimili licebit æſtimationem falſæ virtutis auferre ei, qui virtutis eſt expers, ſi id iuridice per aliquos ſaltem duos teſtes probari poſsit, aut oſtendi per euidentiam facti: ſicut videtur licere etiā ſecreto prauos homines detegere: quia ſemper videtur ſubeſſe cauſa, ſcilicet, quia virtute carent, & ne per ignorantiam aſſumantur ad officia publica, ſiue eccleſiaſtica, ſiue ſecularia, & ad dignitates & ordines. Patet conſequentia: quia vtrobique videtur eſſe par ratio.

℄ In contrarium eſt: quia ſi hoc liceret, ampliſsima ſumeretur occaſio infamandi ferè omnes peccatores occultos: quia omnes hi abdicarunt à ſe virtutem, cui ſoli videtur deberi vera laus & vera fama.

℄ Igitur quo viam veritatis in hac propoſita quæſtione lucidius aperiamus, illam diſtinctionem, cuius meminit Nauarrus in ſum. latin. cap. 18. nu. 19. nos hic præſtituere oportet, ſcilicet, largo modo aſſumendo, famam dupliciter diſtingui. Nam alia fama eſt, qua quis ſtudioſus & honeſtus æſtimatur eſſe moraliter: altera vero eſt, qua cēſetur accommodus ad aliquem rei publicæ finem. Prima fama, quæ propriè eſt fama, quippe quæ virtuti eſt debita, pollet ille, qui integritate vitæ & incorruptis moribus claret. Secūdo autē genere famæ præſtat ille, qui de excellentia virtutum intellectualium, ſcilicet, ſcientiæ, literarum artium, ſagacitatis, induſtriæ ſolertiæ, ad negotia gerenda, atque de alijs corporis, vel animi dotibus inditis, vel adquiſitis commendatur. Gloria verò autore D. Ambroſio, quem refert. D. Tho. 1. 2. quæſt. 132. ar. 1. eſt clara cum laude notitia. Secundo premittimus gloriæ & famæ ſiue honori duplex poſſe inferri damnum, ſcilicet, & leue, & graue ſiue notabile: quod quale horum ſit hoc damnum, ſi contingat, expendendum venit à viro prudenti, conſiderando circunſtantias. Pro quo facit textus. l. 1. ff. de iur. delib. & cap. de cauſis de offici. de legati. vbi admonemur in ſimilibus materijs circunſtantias perſonarum, temporis, & loci & alia ſimilia conſiderare. His præmiſsis.

Statuitur prima cōcluſio: Si crimē non omnino occultum eſt ſed ita occultum, quod paucis eſt notum (puta duobus, vel tribus, per quos, aut per euidentiam facti iudiciali probatione probari, aut demonſtrari poteſt) non licet illud ignorantibus reuelare, niſi neceſsitas publica, vel vtilitas communis id expoſcat. Hæc autem concluſio patet: quia ius naturæ, quod dictat bonū cōmune præferendū eſſe bono particulari, docet, vt cum detrimento famæ priuatæ nocētis bono communi, ſi aliter fieri nequeat poſſimus conſulere, vt cæteri timore pœnæ à malo deterreantur, vt à criminoſi occulti conſortio, & familiaritate alij rubiginem peccati, & infamiæ non contrahant. Hæc autem eſt Adriani quolib. 11. in reſponſio. ad 5. & 6. difficultatem, & argumenta; quam & confirmat ius ciuile ſupra citatum. l. eum qui nocentem ff. de iniurijs, oſtendens crimina nocentis probabilia, ſcilicet oportere eſſe nota, id eſt, expedire ea reuelare ad maiorem vtilitatem rei publicæ.

℄ Præterea, quia maius dubium hîc nobis obuiat, an tale crimen ob vtilitatem alterius priua-

uatam poſsit ignorantibus reuelari, diſcutien-
dum eſt nobis, an illa aſſertio Cordubæ libell.
de detract. quæſtio. ſecunda, concluſio. quar-
ta, folio. 103, ſit vera, vbi ait, quod licèt non
ſit obligatorium ob vtilitatem maiorē alicuius
priuati, tale crimen reuelare: tamen ius ſup-
petit vnicuique ob maiorem vtilitatem vnius
priuati, crimen alterius, quod non ſic eſt oc-
cultum, quin poſsit ſaltem duobus teſtibus pro-
bari, reuelādi licet ex cauſa minoris vtilitatis pu-
blicæ, vel priuatæ ex reuelatione hac ſperatæ,
quam ſit iactura famæ illius occulti criminoſi, &
non liceat illud patefacere. Hæc ibi Corduba.
Quæ tamen non probat, licet ſibi Diuus Tho-
mas, ſecunda ſecundæ, quæſtio. 73. artic. ſecun-
do, fauere videatur. Vbi ait, quod ſi verba, per
quæ fama alterius diminuitur, proferat aliquis
propter aliquod bonum, vel neceſſarium debi-
tis obſeruatis circunſtantijs, non eſt peccatum,
neque poteſt dici detractio, vbi non ſolum ob
neceſſarium, ſed ob aliquod bonum (vt ipſius
verbis vtar) peccatum proximi detegi non
erit peccatum: ergo neque ob bonum vtile al-
terius illud reuelaſſe peccatum vtique erit, ſi
hæc ex verbis Diui Thomæ recta eſt collectio.

❡ At in contrarium eſt, quod ſi cauſa maio-
ris vtilitatis alicuius priuati, licet ſic peccatum
alterius non omnino occultum, ſed tribus, aut
duobus notum alijs ignorantibus reuelare, ma-
gna quippe hinc via aperiretur ad diuulganda
crimina ſecreta, quæ alias iure naturali veniunt
celanda: quia multi prætegerent huiuſmodi re-
uelationes, ſeu potius proximorum diffama-
tiones in maximam cedere vtilitatem, ipſorum
vel aliorum. Pro reſolutione huius dubij di-
citur primo, quod aliud eſt cauere damnum
aliud eſt propriam, vel alterius promouere vti-
litatem, vel eam adaugere. Igitur ob vitandum
notabile damnum, etiam priuatum & tertij,
quando aliter vitari non poteſt, poſſe pecca-
tum alterius, qui eius eſt cauſa detegi pro com-
perto eſt omnibus. Nam & Diuus Thomas, ſe-
cunda ſecundæ, quæſtio. ſeptima, articu. pri-
mo, hoc teſtatur, ſcilicet, quod ob damnum
tam reipublicæ, quam tertiæ perſonæ, vitan-
dum, tenetur aliquis etiam non requiſitus: à
ſuperiori teſtificari, cum alias ſecretum de iure
naturæ ſit ſeruandum. Imo, vt ait Sotus, in. 4.
ſententia. in materia de confeſsione ad prote-
gendam ſuam virtutem poteſt quis detegere cri-
men alienum, etiam ei, qui obeſſe poteſt. Nam
cum iniuria mihi fit in tali caſu, dum in illa per
durat iniuriator, ius perdit ſuæ famæ, ac perinde
ius habeo me defendendi, poſtquam reliqua me-
dia adhibuero: vt ſi puella ſecreto ſolicitetur &
impetatur ab aliquo.

A ❡ Secundó dicitur, quod ob vtilitatem pro-
priam meam, vel alienum promouendam, vel
augendam, non licet crimen alterius occultum,
etiam probabile, detegere extra iudicium præ-
ſertim quando talis occultus peccator ex cul-
pa ſua ius procurandi, vel promouendi vtili-
tatem propriam, vel alienam non tollit, neque
ad id culpabiliter impedimento eſt. Patet au-
tem hoc contra Cordubam non diſtinguentem:
quia autore Soto de iuſtitia & iure, quæſtio. 11.
artic. primo, non licet familiarem alicuius princi
pis infamando ad vtilitatem propriam gratiam,
& familiaritatem illius principis velle quempiā
ſibi magis conciliare; quia tantum ad hunc finē,
B vitia aliqua naturalia eius, quæ ſunt publica, for-
ſitan, inquit Sotus, apud principē poterit enar-
rare. Ecce quam cautius in hac materia loquitur
Sotus, quam Corduba. Opinio autem Cordu-
bæ forte locum haberet, vbi occultus peccator
per ſuum peccatum occultū obſiſteret iuri meo
circa talem proſequendam vtilitatem. Nam hu-
ius rei gratia ſecundum Sot. de iuſt. & iur. crimi-
na vera, occulta tamen reuelare, propter quæ ali-
quis inteſtificando repulſam patitur ex genere
ſuo non eſt peccatū: quia licet vti beneficio iuris
id concedentis. Sed ne ſit contra charitatem talis
detectio, requiritur, vt talis detectio cauſę vincē-
dę ſit neceſſaria, & quod ſit crimen, quod detegi-
C tur, propter quod ſolet teſtimonium repelli. Et
deinde requiritur, ne infamatio ſit longe detri-
mētoſa, quam detrimentū cauſæ, quod eſt mini
mum. Deinde perpendendum eſt, vtrū teſtis ſua
culpa ſe ingeſsit. Deinde, an (eſto ſit improbus)
candide verū teſtimonium dixerit. Quod ſi tāta
cautela opus eſt, vt hæc licentia in iure conceſſa
detegendi crimina occulta teſtium charitati pro-
ximi non aduerſetur, quanto magis non ſolum
contra charitatem, ſed etiam contra iuſtitiā vi-
detur eſſe id peccati reuelare extra iudiciū, per
quod eius occultus autor impedimentum non
præſtat iuri, quo alius gaudet ad ſibi comparan-
dā maiorem vtilitatē, vt in exēplo detegentis vi-
D tium alicuius familiaris principi, quo ſe in gra-
tiam principis loco illius inſinuet, ſupra patuit.

❡ Tertio, quia hæſitare forte quis poteſt, vtrū
via denunciationis, vel accuſationis crimen non
omnino occultum, ſed teſtibus probabile poſsit
ad iudicium deferri, dicimus, quod licet ſententia
Cordubæ videatur verificari magis in hoc caſu,
ſed quando crimen eſt occultum neminiq; fuit
nociuum, neque refert ad damnum publicum,
vel priuatum cauendum, ſic illud ad iudicem
deferre, quia neminem iure proſequendi ſuam
vtilitatem priuat, neque de per ſe ad id impedi-
mento eſt, niſi tantū occaſionaliter, vt in exēplo
ſuſurrationis apud principem adducto: tunc
illud



illud in iudicio velle cauſa ſuæ maioris vtilita-
tis priuatæ promouendæ propalare, res videtur
eſſe non tam conſentanea rationi, & debito cha
ritatis. Quia ſecundum Victoriam, dum crimen
eſt occultum, neque nociuum alicui, neque de
eo ingeneratum eſt publicum ſcandalum, ma-
gis expedit occultari, quam prodi. Nam ſi om-
nia peccata occulta non nociua, quorum non
laboratur infamia ad iudicium publicum de-
ferenda eſſent, ne manerent impunita, heu, in-
quit Sotus, libro de detegen. quanta in toto
mundo increſcerent nociua ſcandala. Reſer-
uanda ſunt ergo iudicio Dei dicentis: Mihi
vindictam, & ego retribuam. Quod & con-
firmat ſententia Soti in quarto ſentent. quæ
quia mediat inter extremas alias potior eſſe vi-
detur. Is enim, ait, quod referre peccatum com-
plicis in confeſsione dum id neceſſe eſt, ad ex-
plicandam ſpeciem peccati carnalis, & ſi com-
muniter, licet quando ſola iactura æſtimationis
apud confeſſorem complici inde imminet: non
tamen quando hinc aliud notabile diſpendium
pateretur. Ergo multo magis dum notabili
diſpendio famæ afficitur occultus peccator
non nociuus cauſa propriæ vtilitatis, vel alie-
næ promouendæ non videtur ad forum exte-
rius traducendus. Nam ſi in hoc perſeuerat
priuato crimine, via correctionis cum eo eſt
agendum. Et hoc Diuus Thomas ſignificauit,
vbi dixit, quôd propter bonum, ſcilicet, ſim-
pliciter animæ proximi, famam eius diminue-
re licebat, ſicut ob neceſſarium. Nam, quam-
uis iam fraterne ſit denunciatus, neque tamen
emendatus ſed rebellis permanſerit, & ſpes ad-
ſit, quòd publicè punitus tandem reſipiſcet:
poſt correctionem non eſt traducendus ad fo-
rum publicum, ſecundum meliorem opinio-
nem, quam ſequitur Bañes magiſter ſuper ſe-
cundā ſecundæ. Nam correctio fraterna per ſe
ordinatur ad emendam peccati ſecreti, non ve-
ro per ſe ad id ordinatur correctio publica.
Quia ſic traducere in publicum peccatum ſe-
cretum ſcandalum ingenerat: quare ſic illud
propalare non licet, niſi in caſu, quo pro bo-
no communi liceret illud deferre ad iudicem.
Vnde quaſi corollarie infert idem magiſter im
prudentes, & iniurios eſſe communitati, quam
ſcandalizant prælatos illos, qui cum coram
vno vel duobus patribus religioſis admonen-
do, & deterrendo poſſunt emendare ſubdi-
tum, etiam ſecreto molientem aliquid contra
bonum commune, ſi illum quia duo teſtes
ſuppetunt ſibi ad forū exterius capituli emen-
dandum, & puniendum producunt. Et per
hoc patet, quid dicendum fuit ad caſum, de
quo olim Sotus dicitur interrogatus. Ecce dum

A vnum dubium contra Cordubam explicare
contendimus plura occurrerunt eius explica-
tionis gratia ſcitu digna dicenda. Sed iam ad
ſolutionem argumentorum ſupra allatorum
accedamus.

❡ Ad primum igitur argumentum reſpon-
detur, quôd non licet crimen, etiam probabi-
le duobus teſtibus, aliàs occultum publicari,
aut ad iudicium deferri, niſi ex rationabili &
iuſta cauſa: qualis eſſe non videtur illud de-
ferre ob ſolam denuntiantis maiorem vtilita-
tem, vel alienam priuatam, ad quam paran-
dam tale crimen per ſe, & directe non præſtat
impedimentum. Negatur inſuper illatio, quod
B ſemper, quòd licet crimen probabile via ac-
cuſationis, vel denuntiationis detegere in iu-
dicio, extra iudicium liceat ignorantibus pro-
palare. Quia dum defertur ad iudicium vide-
tur interuenire vtilitas communis reipublicæ,
nempe, vt delicta puniantur: ſed ex euulga-
tione criminis occulti extra iudicium nulla ſe-
quitur vtilitas, ſed ſolum ſcandali communis
malum. Denique non valet conſequentia: Via
accuſationis crimen detegere licet: ergo etiam
extra iudicium indifferenter illud in publi-
cum prodere licebit. Non enim ſemper quod
vna via facere eſt licitum, omni via & modo
facere licitum eſſe cenſetur. Nam licet merca-
C toribus via negociationis reportare lucrum,
non tamen via mutui.

❡ Ad ſecundum argumentum reſpondetur
dupliciter. Primo negando, quôd licet occul-
tus peccator coram Deo ſuam peccando ve-
ram æſtimationem amittit, & prodigit, eam
coram populo amittat: eſto virtute, cui de-
bita eſt bona fama, careat. Nam licet virtus
fundamentum ſit bonæ famæ, tamen, ſicut
ſecundum axioma commune honor proprie
non eſt in honorato, ſed potius in honoran-
te: ſic famam potius dicitur habere apud alios,
quiſquam in ſe. Vnde non valet conſequen-
tia: Non habet bonam famam penes ſe: ergo
D non habet eam apud alios. Quia moraliter lo-
quendo, ad concipiendam bonam famam de
aliquo in populo, ſatis eſt publice bene vixe-
rit, bonuſque eſſe coram Deo à populo præſu-
matur.

❡ Secundo reſpondetur, negando, quôd
talis peccator occultus & duobus, vel tribus
tātum notus, ſuam ſimpliciter amittat famam:
non enim amittit eam, niſi ſecundum quid, &
in parte tantum quia coram illis duobus vel tri
bus, coram quibus deliquit, hanc tantum paſ-
ſus eſt iacturam. Idcirco cum bonæ famæ man
ſerit apud alios, eiuſque dominus ſit, non po-
terit licite ea ſpoliari, neque infamari ex qua-
cunque

cunque cauſa. Vnde negatur etiam quod ad ius illum infamandi de per accidens ſe habeat, quòd coram pluribus alijs non peccauerit. Sed neque ſi hæreticus occultus excomunicationi eccleſiæ ſubiacet hinc concluditur, quòd talis occultus peccator iuri patiendi publicam infamiam ſubiaceat. Quia eccleſia excomunicando ſecretum hæreticum non priuat eum proprijs ipſius hæretici bonis, ſed ſuffragijs ſpiritualibus,quorum ipſa eſt diſpenſatrix. Quòd autem hæretici ſtatim prodendi ſint,id eſt,quia in perniciem ſunt certam chriſtianæ reipublicæ,neque quod reſipiſcere debeant certo ſperari poteſt. Quod tamē non ita eſt deſperandum de cæteris occultis peccatoribus, perniciem publicam nō machinantibus,neq; priuatam: quare non traducendi ſunt in publicum, ſine excuſante cauſa. Nam neque lex, quæ in confirmationem ſecundi argumenti adducta eſt id approbat, dum crimina non omnino occulta, ſed probabilia ad maiorem vtilitatem reipublicæ reuelanda eſſe dictat:quia loquitur,vt apparet de criminibus reipublicę, vel tertio nociuis, vt puniantur in iudicio.

¶ Deinde ad tertium argumentum reſpondetur ex Mente Adriani, primò, concedendo falſam æſtimationem,quam quis habet in vulgo,de falſò ſibi attributa nobilitate, vel de aliqua excellentia falſa in aliqua facultate,vel arte vel profeſsione officij, vel ſtatus auferre nos poſſe:quia, cum ipſe teneatur eam ſpernere, & eum corrigere errorem vulgi, actu debito tenetur in talem famę falſæ oblationem conſentire. Hinc eſt,quod fœminam gerētem ſe pro viro, & è contra,dum aliter error tolli non poteſt,vt tollatur in vulgo,prodere poſſumus:& ſimiles ſycophantias ſcalias perſonas ſimulantiū propalare:præſertim quando per huius modi technas moliuntur pernicioſas fraudes. Quare, etſi mulier corrupta, quæ ſe virginem ſimulat ad grauiter decipiendos viros, ſiue amaſios, ſiue quem ducere cupit,ſic detegi eo fine poſsit, vt deceptio pernicioſa tollatur:tamen quæ honoratior eſt in populo& ſecreto in carnis peccatū lapſa iacturam virginitatis eſt paſſa,ſi cauſa ſuę conſulendi famæ, ſe adhuc virginem ſtatu ſuo profitetur,certe prodenda non eſt. Nam & Nauarrus aſſeuerat eum,qui per vim,vel moleſtiſsimas preces habuit rem cum corrupta ſecreto, quę tamē in vulgo virgo eſſe exiſtimabatur,& per talem ad eam acceſſum cauſam dedit æſtimandi ,manſiſſe inde corruptam, teneri ad aliqualem recompenſam iſtius ſubſecutæ infamiæ. Quare conceſſo antecedenti ſcilicet quòd fama falſa reſultans ex aliqua excellentia ficta, quippe quæ non eſt ſimpliciter fama, eo quòd non pertinet ad honeſtatem vitæ poſsit ab eam poſsidente auferri, negatur, parem eſſe rationem de ſama falſa pertinente ad honeſtatem vitæ:quia hanc famam honeſtæ vitæ cum nemo ſpernere teneatur, neque in eius iacturam tenetur conſentire. Nam etſi concedamus eum teneri ad corrigendum hominum errorem, ad id quippe tenetur ſecreto reſipiſcendo à malo & bonitatem deinde vere ſectando:non tamen ſe prodendo, aut in ſuam diffamationem per alium faciendam conſentiendo.

¶ Secundo ſoluitur argumentum & forte melius, negando etiam antecedens, vel etiam illud diſtinguendo. Nam neque famam partam falſo ex falſa excellentia naturæ, vel artis, ſicut neque famam ſimpliciter pertinentem ad virtutem, qua falſo æſtimatur quis pollere, poſſum ab eo auferre, ſine cauſa. Quid quid enim ſit de maiori,vel minore hîc contingente, in hac ablatione,iniuria tamen iuſta cauſa ad vtrumque propalandum non eſt illa ſola ſufficiens ſcilicet vt error aliorum circa vtrumque corrigatur, ſiue circa excellentiam falſam, qua aliquis in vulgo in aliqua arte, vel facultate excellere putatur, ſiue circa bonitatem vitæ, qua falſo eſſe præditus ęſtimatur. Nam vtraque reuelatio in dedecus & diminutionem, vel famæ vel honoris cederet. Quare neque etiam falſa æſtimatio de falſa excellentia proximi non venit reuelanda, niſi quando eam reuelaſſe neceſſarium eſſet ad præcauendum dānum temporale, vel ſpirituale, vel reipublicæ. Vt verbi gratia, in caſu, quo aliquis eſſet genere vilis, pauper, idiota, inhabilis,vel indignus: tamen ſe ingereret ad medendum, ſeu curandum morbos ad contrahendas nuptias cū nobili, vel ad officium, vel beneficium obtinendum: vnde alij iniuſtam paterentur deceptionem. Quare ex his generalem accipito lector bone reſponſionem ad particularia dubia in hoc tertio argumento,quaſi cauſa confirmationis obiecta:quia nos prolixitati maiori parcentes hîc ſilemus particulares eorum difficultates diſſoluendas ad ſequens capitulum reſeruando.

# CAP. CCLXIII.

*An ſycophantas,& hypocritas in republica liceat detegere: Et quid de aſtrologis impingentibus hominibus furta,vel fornicia; Et de hiſtoricis narrantibus crimina occulta: Et quid de reuelantibus defectus natalium & maculas generis aliorum: Et quid de reuelantibus iniurias ſecretas, quas paſſi ſunt ba alijs quas nequeunt probare.*



QVoniam ne capitulum præcedēs plus iuſtò prolongaremus ad aliqua dubia in tertio argumento contenta in particulari reſpondere non licuit, ideò huc ea expediēda remiſimus. Quæritur ergo de his ſycophantis,qui per quandam vafriciem in republica famam per falſas,commentitiaſque virtutes, ſiue intellectuales,ſiue morales aucupati ſunt, an hi licite poſsint infamari. Ad hanc igitur quæſtionem Adrianus loco allegato abſolutè id licitum eſſe etſi reſpondeat,ſed nos cum Soto loco allegato ſatius eſſe duximus cum diſtinctione aliquali reſpōdere,ſcilicet: quia,ſi per huiuſmodi ſycophantias,& captiones, ſic populum eludunt, quòd eorum impoſtura in perniciem cedit populi: tunc admonendus eſt populus de veritate,vt quando qui alioquin nociui eſſent in populo theologorum, aut medicorum perſonas falſo aſſumerent. Si autem aliquæ ſunt perſonæ in occulto aliquibus inuolutæ criminibus,quæ reipublicæ nocumentum non afferunt, ſi ſpecie ſimulata exterius ſanctitatis eleemoſynam ad victum ſic conquirunt, ſecūdum Sotum,non ſunt ob id diffamandæ.

¶ Præterea ſecundo,& de aſtrologis, qui ſæpe vitia falſa hominibus ſoliti ſunt impingere, puta,furta,vel fornicia an tolerandi ſint,ſi quis roget,dicendum venit,quòd ſi affirmarint aſtra ad vitia particularia inclinare, vt ad fraudes, adulteria,& furta, non ſunt ferendi, ſecundum Medinam Salmantic. ſuper. 1.2. Nam alienum à vera doctrina eſt hoc. Eſt enim creatura cæleſtis bona,cuius inclinatio in bonum tendit:alioquin attribueretur Deo quod ad malū inclinaret:ſiquidem corpora cæleſtia per Dei ordinationem ſua operantur opera. Ex ſydere igitur natalitio, etſi iſti conjectare poſsint varias hominū complexiones,& inclinationes,ſed ex eo velle iudicare electiones humanas,& mores hominum, impium eſt: quia vir ſapiens dominabitur aſtris, & per timorem Domini, atque per liberum arbitrium adiutum gratia poteſt declinare à malo, & eligere bonum. Vnde aſtrologorum prædictæ aſſertiones ſuſtinendæ non ſunt, ſicut neque eorum aſſertiones impiæ circa futura contingentia, vel cogitationes cordium, & præſertim circa myſteria gratiæ certo cognoſcenda per ſydera. Sicut etiam explodendum venit illud genus aſtrologiæ iudiciariæ, vt pote fictitium, vbi aſſeritur Venerem afflatum libidinis inferre, Martem iræ, Lunam inſaniæ, Capricornum regni. Igitur, quia ſecundum Sotum loco citato hi infinita immiſcent mendacia; & quia nec tanta fides ſyderibus eſt tribuenda, hac ratione vitia explorare non ſunt permittendi. Sunt igitur iſti diuinatores, ſeu potius impoſtores pœnis grauibus plectendi, à republica chriſtiana relegandi: quippe qui per leges ciuiles damnantur, vt l.item apud Labeonem. Vbi.§. ſiquis aſtrologus decernitur, quòd ſi conſultus aſtrologus de furto aliquem dixerit eſſe furē,qui nō erat, licet cum eo iniuriarum non ſit agendum,tamen municipalibus legibus cōdemnari poteſt. Quocirca. C.de malefic.l.nemo. aruſpicem aut mathematicum conſulere prohibemur.

¶ Præterea & hic in dubium reuocari ſolet, an hiſtorici res geſtas & interdum occultas cū aliquali iactura infamiæ aliquorum perpetuis ſcriptis demandare poſsint. Ad hanc ergo quęſtionem Victoria in ſcholijs à ſe dictatis ſupra 2.2.anno 1535. tradit huiuſmodi hiſtoriarum ſcriptores in ſuis hiſtorijs multa peccata occulta narrantes, aut extendentes publica, communiter non peccare, ſi moderamine debito in hoc vtantur. Nam expedit reipublicæ hiſtorias huiuſmodi ſcripto mandari. Vnde ſi aliqualiter hi ſcriptores excedant non ſunt culpa mortali taxandi. Hæc Victoria. Cæterum Sotus de iuſt.& iur.lib.5.quęſt.10.articulo.2.hanc quæſtionem limatius ediſſerit, dicens primo, quòd ſi ibi non recenſentur infamia aut fæda peccata, ſed prælia, & cædes, quæ ingenuis viris indecora non ſunt, improbandi nō ſunt. Deinde ſi aliqua turpia referant non penitus occulta, non eſt hoc illis culpæ tribuendum, ſed potius fidelitati ſui officij aſcribendum: ſi quidem tenentur ſyncera fide pertinentia ad veritatem hiſtoriæ ennunciare. Verum tamen eſt, quòd ſi aliquo liuore inuidiæ pertacti, vel maleuolentia adducti,quem piam aliquo turpi vitio ſuggillant, non immunes fiunt à peccato: præſertim ſi illuſtrem domum, aut proſapiam dedecore fœdo obſcurarent perpetuo.

¶ Deinde & id dubij, cuius meminimus,in illo tertio argumento, quia in particulari explicare promiſimus, ecce nunc promiſsioni adſumus inquirentes, an culpæ mortali tribuendus eſt vſus ille,quo plerique in abſentia proximos non verentur ſubnotare, defectibus qui dem naturalibus, ſed cum magno opprobrio coniunctis, dicentes, hunc de genere eſſe Saracenorum, alium de genere eſſe Iudæorum nuper conuerſorum, alterum verò ex parentibus eſſe per ſententiam ſanctæ inquiſitionis damnatis, cum tamen hæc omnia audientes ea lateat. Quæſtionis autem huius cum meminerit Me-

A tina in ſua inſtructione folio. 183. eam in controuerſia oſtendit eſſe, propterea quòd homines prudentia, & ſapientia prędíti nullo ſcrupulo agitati peccati mortalis, hæc opprobrioſa de proximis in abſentia eorum ſoliti ſunt effutire: ipſe autem contrarium videtur tenere. Igitur quæſtionis illucidandæ gratia arguitur argumentis ipſius. Primo pro parte affirmatiua ſcilicet quòd ſic eorum natalium defectus propalare liceat: nam ſapientum & prudentum imitari exemplum, quibus hoc eſt in vſu, à culpa mortali videtur abeſſe. Item, quia de vitio natalium ſubnotatur qui ex illegitimo concubitu, inceſtuoſo, vel ſacrilego aſſeritur eſſe natus: & tamē
B hoc paſsim & ſine delectu enarrare, homines non verentur, ſiue vulgares ſiue primæ notæ: ergo nonnullum argumentum eſt, quod & fatetur Metina, id culpa carere mortali.

Sed incontrarium eſt, quòd ſic infamatus de defectu aut macula natalium, aut infecti generis, aut ſanguinis mallet ſe concubinarium vocari, quā ex Iudęis, vel Saracenis eſſe prognatum ſubnotari: ſed primum, dum eſt occultum palam facere non abeſt à culpa mortali: ergo neque hoc ſecundum culpa mortali caret. Profecto quæſtio hæc de re quotidiana eſt, neque ſatis inter doctores conſtanti.

Igirur pro reſolutione quæſtionis dicitur
C primo cum Nauarro in ſumm. latin cap. 18. nu. 23. Detegere defectus naturales, vt quòd quis ſit mancus, luſcus, gibboſus ignarus, & alia huiuſmodi, quę nō ex culpa propria, vel parētū ſunt contracta vitia naturalia, non eſt ex ſuo genere, neque regulariter peccatū mortale. Patet: quia id de ſe non infert damnum notabile famę, neque dat illi cauſam; præſertim cum prædicta naturalia vitia non aduerſentur bonæ famæ morum.

Secundo dicitur, quòd loquendo de vitijs naturalibus, quæ tamē licet in ſe naturalia ſint, tamen ex culpa parentum, vel propria origi-
D nem ducunt, vt quod ſit aliquis illegitimus, vel ex infidelibus contraria & poſitiua infidelitate parentibus procreatus, aut ex his iam conuerſis originem propinquam ducens, non poteſt certa regula ſtabiliri, quando iſtos dū occulti ſunt, neque alicui de facto nociui ſunt diuulgare, aut reuelare peccatum ſit mortale, aut veniale: ſed id viro prudenti, & bono & timoratæ conſciētiæ relinquitur arbitrandum, conſideratis circunſtantijs perſonarum, loci, & tēporis, & alijs. arg. l. 1. ff. de iur. delib. & cap. de cauſis. de offic. delegati. Nam profecto, ſi abſit malus animus, ſi quis eū, qui per ſentētiam Sanctæ inquiſitionis alicubi damnatus eſt publicè, vel parentes eius ſimilem ſententiam ſubierunt, vbi id ignoratur prodat, propterea id damnare ad mortale non audeo. Primo, quod videam communiter de hoc ſcrupulo parum curari. Secūdo, quòd inquiſitores huiuſmodi damnatorum ignominioſa inſignia, Sambenitos, hiſpanicè nuncupata, pendula manere iubent in templis publicis ad perpetuam rei memoriam. Idque circunſpecte faciunt: quia ſicut patibulum deterret homines à furando ſic hæc ignominioſa inſignia deterrent cęteros à ſimili lapſu criminis. Quare pro bono inconcuſſæ fidei expèdire ſentiunt huiuſmodi reos diuulgari, vt qui eos norint id explorent, an vere per emendationem vitæ reſipuerint, & vt ab eis caueant: nam malum horum vt cancer ſerpit dum latere ſe ſentit. Si autem quis reliquos, qui de genere ſunt Iudæorū, vel Saracenorum, qui poſt conuerſionem nullæ ſanctæ inquiſitionis ſubiacuerunt ſententiæ, iamque ab antiquis temporibus quia laudabiliter vixerunt bona pollent communi fama & in republica innocui ſunt, ibique eorum macula generis latet, detegat, & prodat diuulgando de genere Saracenorum eſſe, aut Iudęorum, profecto, quia iacturam honoris notabilē inde paterentur, & ſine cauſa excuſante euulgarentur, quia contra charitatem proximi, & in re graui contingit peccare, id facti non vacat culpa mortali. Præſertim quia per huiuſmodi propalationem proximus, qui alioqui bonę notæ erat in populo exacerbatur, & animo conſternatur, ne dignam honore & ſtudioſam vitam ducat de cætero, & in hoc caſu ſententiā Metinæ magis in hoc inclinantem ſequor libentius. Nam ſi in hoc caſu aliqui qui reputantur ſapientes & prudentes videntur errare, id ideo eſt (vt ait Metina) quia ad hoc non ſatis aduertunt. Idemque videtur dicendum eſſe de illegitimè nato; & maxime, quando ex tali diffamatione manet euulgatum crimē alioquin occultum inceſtus, vel ſacrilegij ipſius parentum, aliàs bonę notæ. Secus ſi talis circunſtantiæ caſum propoſitum non comitarentur, ſed aliæ cōtrariæ, quæ perſuaderent nihil in diuulgando prędictos defectus de culpa mortali eſſe timendum; vt quia vitioſi ſunt in populo, neque tanti nominis & nociui, vt ab eorum fermēto caueamus; ſicut dicebat Dominus diſcipulis ſuis: Cauete à fermento Phariſæorum, quod eſt hypocriſis. Et hoc dè hoc caſu: nam per hoc argumētis in contra eſt ſatisfactum.

Porro præter propoſitum non accidit, ſi inter quotidianas criminum reuelationes de illa, quæ magno colore iuſtitiæ ſe videtur tueri in pręſentiarum, agamus. Quæritur, vtrum ille, qui in ſecreto paſſus eſt iniuriam, quam nequit probare, quia in occulto alapis cæſus eſt, vel va-



A vel baculo percuſſus eſt, aut eſt mulier, quæ in ſecreto per vim compreſſa eſt ab aliquo, & quia teſtibus caret, non poteſt in accuſationem criminis proſilire, an poſsit in publicas querimonias, quibus crimen illud occultum diuulgatur prorumpere, vt fit ſępe. Videtur id non licere: quia non videtur reddendum malum pro malo, neque maior infamia, ſcilicet, publica pro minori inhonoratione, puta, occultè illata eſt irrogāda. Tum, quia iſta diffamatio & detectio iniuriæ in iudicio, vel extra iudicium fruſtra fit, cum (vt ſupponimus) probari non poſsit. Tum denique & famæ occulte iniuriantis detrimentoſa eſt, & ſimul diuulganti infamiam
B parat, ſi, verbi gratia, mulier propalauerit ſe ab aliquo vi compreſſam, aut alapis cęſam, quāto magis ſuæ famę & honori proſpexiſſet, ſi id facti ſiluiſſet.

In contrarium eſt, quia ſi conceptum ſermonem iræ vel impatientiæ vix poteſt quis cōtinere, durum certè videtur, animū ſic afflictū coarctare, ne in lacrymas, & querimonias publicas & in ſingultus poſsit prorumpere, quia hoc naturaliſsimum eſt. Alias ſi perſona ſic occultè paſſa iniuriam, quia nequit probare ad ſilendum conſtringeretur, eſſet afflictionem addere afflicto.

Igitur pro reſolutione quæſtionis dicitur
C primo, quòd ſi qui iniuriam ſecretò infert alicui, in eam inferendo perſeuerat, quia ſecūdum Sotum in. 4. ſent. ius perdit ſuæ famæ, poteſt alter etiam ei, qui obeſſe poterit cauſa ſe defendendi iniuriantis detegere crimen poſtquàm reliqua media adhibuerit; vt in puella ſolicitata à cōfeſſore exēplificat. Secundo dicitur, quòd ſi mulier, vel perſona ſic ſecreto iniuriam paſſa cauſa alicuius capiendi ſolaminis alicui amico, vel familiari occulte rem geſtam narret, vel mediatoribus aliquibus, quo nomine eius ab iniuriatore iniuriæ recompenſam ſibi fieri rogantes eum petant, reuelet, culpæ ſibi non videtur tribuendum.

Tertio dicitur, quôd ſi iniuria modica fuit,
D & perſona, quę ſic ſecreto iniuriā intulit, perſona grauiſsima eſt, & magni nominis in republica, & iam ab inferēda ea iniuria deſtitit, eius crimen tunc prodere ſic, quòd magnam famæ iacturam inde in populo patitur, non eſt res aliena à culpa forte mortali; vt ſi mulier ſecreto ſemel precibus importunis ab epiſcopali, vel abbatiali potiente dignitate, vel à ſimili perſona honoratioris notæ fuiſſet ſolicitata, id ſine cauſa reuelaret. Quarto dicitur, quòd, ſi perſona ſecreto grauem iniuriam paſſa non valens ſe à dolore continere, in querimonias prorupit publicas, vnde iniuriator antea ſecretus manet diffamatus, non tam præcipitanter eſt ob id de culpa mortali damnanda: tum ob rationem argumenti poſiti in contra: tum, quia aliqualiter videtur expedire incolumitati reipublicæ, & ſecreto iniuriam patientium, ſic vociferando, vt fecit Suſāna ſancta, huiuſmodi audaces deterrere homines; qui ſub hoc prætextu, ſcilicet; Nemo nos videt: res in ſecreto manebit, ſoliti ſunt audacter iniurijs ſecretis innocentes adoriri. Et per hæc ſic diſtincte dicta, patere videtur ad obiectiones ante in cōtra poſitas clara ſolutio.

## Cap. CCLXIIII.

*An detractio aliquando culpa venialis tantum ſit. Vbi obijciuntur quinque argumenta pro parte negatiua: Et quid de detrahente formaliter, vel materialiter: Et quid de affirmante, quòd alius mēdax ſit, aut prauus: vbi explicatur ſententia Metinæ Salmantic. Et quid de narrantibus rumores auditos, vel crimina ſparſa apud multos. vel de detegentibus defectus non veros naturales; vbi tandem reſpondetur ad prædicta quinque argumenta.*

Porro quia authore D. Thoma, & ipſa veritate teſtante, detractionē ex ſuo genere peccatum mortale eſſe comprobauimus: an ratione indeliberationis, vel ex paruitate materię vel ex bona fide loquentis, & lęſionem famæ alienæ non intendentis, vel ex æquiuocatione verborum, quę poſſunt ab audientibus in bonam, vel malam partem, vel deteriorem interpetrari, vel ex alijs circunſtantijs poſsit in indiuiduo detractio à mortali excuſari; inquirendum eſt nunc nobis. Nam videtur primo quòd cum fama per detractionem auferatur, &
D illa de ſe inæſtimabilis ſit pretij, iuxta illud eccleſ. 41. Curā habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille theſauri boni, & pretioſi, de tractioratione paruitatis materiæ venialis fieri culpa non poſsit. Sicut neque homicidium veniale peccatum contingit eſſe, quia vita, qua priuat inæſtimabilis eſt etiam pretij.

Præterea ſecundo, quia, ſi detractio venialis culpa aliquando accideret eſſe, id eſſet in caſu, quo ex inaduertentia & indeliberatione quadam procederet: ſed raro percuſsio exterior, quę fit per manum ratione indeliberationis, fit venialis: ergo detractio exterior (quæ eſt veluti quędam

quædam cæſio & vulneratio, quæ fit per linguam detrahentis, iuxta illud Ieremiæ.9. Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta eſt) raro erit venialis ratione indeliberationis. Patet conſequentia: quia ſicut manus, per quam fit percuſsio exterior apta nata eſt obedire rationi, ita & lingua, per quam fit detractio: ſed homo ſecundum D.Thom.in.1.parte.q.82.ar.3.non ſtatim mouetur ſecundũ appetitum iraſcibilem, & concupiſcibilem, ſed expectat imperium volũtatis, quod eſt appetitus ſuperior. Vnde, inquit, appetitus inferior non ſufficit mouere, niſi appetitus ſuperior conſentiat, quia in potẽtijs motiuis ordinatis ſecundũ mouens non mouet, niſi virtute primi mouentis: ergo neque manus ad percutiendum, neque lingua ad detrahendum mouetur, niſi per imperium, & conſenſum voluntatis. At verò imperium, & conſenſus voluntatis, non eſt ſine preuia deliberatione: nam imperiũ ſequitur electionem & electio deliberationem: ergo raro contingit venialis detractio ratione indeliberationis ſit, ſicut raro contingit ratione indeliberationis homicidium exterius ſit veniale, quod contra aſſertionem contingit eſſe doctorum.

Præterea tertio, quia detractio ſi aliquando eſſet tantum venialis, eſſet in caſu, quo quis detrahendo alteri profert verba æquiuoca, ſcilicet, quod talis eſt prauus, eſt mẽdax, eſt auarus. Quæ quidem verba de prauitate, vel mendacio vel auaritia mortali, vel veniali poſſunt gloſſari: quia in meliorem, vel certe nõ peiorem partem veniunt interpretanda. Sed iſta talis detractio videtur eſſe mortalis: quia ſuppoſita malitia hominum, in peiorem ſenſum ſolent accipi: & ſic notabile diſpendium æſtimationis de facto ingenerare: ergo detractio hæc non eſt venialis.

¶ Item quarto, ſi detractio in indiuiduo contingeret eſſe venialis, eſſet in caſu, quo quis non malo animo, neque aſſerendo, ſed ſolum ex loquacitate referendo affirmat, ſe audiſſe peccatum, tale infamatorium alterius, nihil addendo: quia verba hæc credulitatem probabilem non ſunt apta nata ingenerare apud audientes, & tamen in hoc talis detractio eſt mortalis: ergo in indiuiduo non contingit frequenter quod ſit venialis, vt doctores aſſerunt. Probatur autem minor, quia ſuppoſita malitia hominum ex talibus rumoribus ſequitur proximi infamia notabilis, ſed hæc infamia, vbi contingit in hoc caſu eſt reparanda. Peccatum autem veniale cum leuis culpa ſit, non videtur ad reparationem famæ obligare, ſicut neque ad reſtitutionem in alijs materijs: ergo ſi ad reſartionem famæ obligat, non erit culpa venialis, talia audita infamatoria referre, & ſic detrahere.

¶ Deinde quinto arguitur: Quia ſi aliqua detractio eſſet venialis, eſſet illa, qua prius infamatus de magnis criminibus de minoribus, quæ occulta erant infamatur, vel quando eius infamia apud plures diuulgata ſpargitur ad alios, magiſque diffunditur, & ampliatur. Quia (cum infamia ſit communis opinio mala) hæc infamia iam antea inter gentes volitabat: ergo neque per euulgationem minorum criminum, aut per maiorem extenſionem ad plures tollitur denuo fama. Sed quod hæc detractio videatur mortalis patet: quia fama & honor quo ad ſuam iacturam pari paſſu currunt: ſed qui quia baculo coram aliquibus percuſſus eſt iacturam honoris eſt paſſus apud plures videntes, ſi iterum licet leuiſsimè calamo coram alio vno ſolo tangatur, talis percuſsio denuo facta coram vno mortalis eſt: ergo etiam ſemel infamatus apud plures, ſi apud vnum alium ſolum denuo infametur, talis poſtrema infamatio, vel extenſio infamiæ mortalis erit. Item minoris malitiæ eſt inceſtus cum conſanguinea, quam homicidium: & tamen ſi infamatus de homicidio iterum infametur denuo de inceſtu iſta ſecunda infamatio eſt mortalis: ergo etiam per euulgationem minorum peccatorum ſemel maioribus infamatus mortaliter contingit infamari.

¶ In contrarium eſt, quia vt D.Thomas ſentire videtur 2.2.quæſt.73. artic.2. in argumento. 2. & in eius ſolutione peccatum mortale non inuenitur in toto genere humano: quia multi abſtinent à peccato mortali, & tamen ſi in omnibus caſibus in prædictis argumentis prætactis peccatum inueniretur mortale detractionis, cum huiuſmodi caſibus detractionum implicetur, totũm genus humanum, iuxta gloſſam ſuper illud Prouerb.24. cum detractoribus, ne commiſcearis dicentem, hoc ſpecialiter vitio periclitatur totum genus humanum iam peccatum mortale inueniretur in toto genere humano.

¶ Illucidandi huius quæſtionis gratia breuiter oportet prænotare, dupliciter contingit, vnum alteri detrahere, ſcilicet, formaliter, & materialiter, ſicut etiam iſto duplici modo contingit vnum alterj damnum inferre. Formaliter autem tunc aliquis detrahere alteri dicitur, quando alterius intendit lædere famam, quia intentio eſt, quæ dat formam actui morali. Materialiter verò tunc detraxiſſe alteri contingit, quando quis verba protulit proximi famæ læſiua: licet animo lædendi alterius famam, ea non dixerit.

¶ Ad quæſtionem ergo per has concluſiones duximus reſpondendum. Prima concluſio: Si quis intentione notabiliter lædendi famam proximi eius narret peccatum etiam eius conſcijs, ſed nihil iam de eo cogitantibus, vel ſi propter dictum illud referentis de diffamato ſic malam æſtimationem non concipiant, vel ſi is, cui detrahitur tam infimæ ſortis ſit, & maculatæ famæ, vt plura dictis de illo ab audientibus ſint credita, ac proptereà nihil ei ſuperſit perdendum famæ: nihilominus huiuſmodi detractor reus ſit criminis mortalis, ſiue id referat verè, vel falſe, ſiue aſſerendo, ſiue negando, ſiue addendo, ſiue diminuendo: ſiue ſilendo, ſiue gloſſando. Hæc autem eſt Caietani in ſummula. Patet autem, quia peccatum præcipue & formaliter in voluntate nocumenti intenti, ſi ſit contra proximum conſiſtit, indeque grauitatis eius ratio deſumitur: ergo cum intendat hic notabiliter nocere reliquę memoratæ circunſtantiæ eum a mortali non excuſant.

¶ Secunda concluſio: Detrahens materialiter, id eſt, ſine animo nocendi alteri in fama, tunc ſic detrahendo culpam mortalem non euadit, cum notabilis læſio famæ proximi inde ſequitur. Hæc autem concluſio eſt Diui Thomæ & Caietani, vbi ſupra, & Gerſon. alphabet.29. E. & 34. E. Probatur autem, quia vnuſquiſque cautus debet eſſe, quatenus ex ſuo dicto, vel facto proximus grauiter non lædatur. Quod ſi hoc aduertere negligat cum ratio aduertere perſuadet, iam illa volitio interpretatiua notabilis etiam non intenti, & ſubſecuti damni, ſibi ad culpam lethalem imputatur, quia ſi non aduertit, tenebatur tamen aduertere cum aduertere poterat. Secus autem eſt, ſi ex ſurreptione, id eſt, ex motu primo, vel ſecundo. Primo (vt aiunt Theologi) qui ſoliti ſunt præuenire perfectam deliberationem rationis talis materialis detractio proceſsit: quia tunc non fuit ſibi integrum deliberaſſe, ac per conſequens tunc culpam mortalem euaſit, etiam ſi graue ſubſecutum ſit famæ diſpendium. Tenetur tamen ſurreptionis verba corrigere, quo prudentius poterit, vt infamia inde cauſata à mentibus audientium deleatur: nam hoc expoſcit obligatio charitatis. Signanter diximus in concluſione cum notabilis iactura famæ proximi inde redundauit. Nam ſi inde fama proximi leuiter eſt lęſa, & ſic erat probabile, quod inde non niſi exiguum famę diſpendium illi parabatur, vel quia iam eius fama quaſi pro nihilo æſtimabatur: quippe qui iam communem iacturam apud plures eius fecerat; iam in hoc euentu talis detractio materialis, venialis tantum culpa eſſe videtur.

¶ Tertia concluſio: Detractio, quæ generalibus verbis vtitur ſua natura tam venialia, quam mortalia crimina in confuſo includentibus, vt cum affirmatur quis mendax eſſe, aut prauus, aut auarus, non eſt vſquequaque verum, quòd ſemper venialis culpa ſit. Hæc autem concluſio eſt contra Sanctum Antoninum in ſecunda parte, titulo octauo, capit. quarto, in principio, & contra Syluestrum, verbo, detractio. §.2. Eſt vero Nauarri in ſumm. capit. 18. numer. 24. Probatur autem, quia verba hæc, veluti æquiuoca duplicem præ ſe ferentia ſenſum, cum damno interdum notabili, aut periculo proximi proferuntur, ſicut vſu euenire poteſt, cum coram eiuſmodi perſonis aſſeruntur, quæ per ea formaturæ ſunt conceptum peſsimum, etiam de culpis mortalibus, niſi expreſſe, aut tacite ſenſum illorum verborum de venialibus tantum eſſe intelligendum aduertantur: ergo non ſemper talis detractio eſt venialis.

¶ Hinc iam corollarie ſequitur, neque illam abſolutam ſententiam Metinæ Salmantic. in ſua inſtructione fol. 182. pagin. 2. ſine diſtinctione eſſe admittendam, vbi ait affirmare de aliquo, quod mendax ſit peccatum eſſe mortale. Nam etſi mentiri peccatum veniale ſit, cum ocioſe, aut officioſe ſit: tamen quia per hanc aſſertionem proximus de magno ſubnotatur defectu, mendacem eum eſſe affirmare, culpa (inquit) mortali non caret. Quia dura hæc ſententia eſt, niſi forte de aliquo inſigni opinione ſanctitatis pollenti affirmetur, quòd ſit mendax, vel ſi ex præcedentibus, & ſequentibus, & iuxta materiam, de qua admiſcetur ſermo pernicioſe valde eſſe mendacem oſtendatur, vel iuxta captum audientium certo in peiorem ſenſum huiuſmodi verbum eſſe accipiendum, & interpretandum, certo credatur aſſertorum, & auditorum, & loci, & temporis & præcedentium & ſequentium verborum circunſtantijs penſatis. Idem eſt ſi dicatur de aliquo, quòd ſit iracundus, ſuperbus, malignus.

¶ Præterea ex prædicta concluſione, eiuſque probatione corollarie ſecundo ſequitur iuxta ſententiam Cordubæ in libello de detraction. quæſtione ſecunda, fol. 105. pagin. prima. Quia in hac detractionis materia valde vndique penſandæ ſunt circunſtantiæ, eiſdem verbis perſonas aliquas notabiliter infamari, quibus affirmatis de alijs perſonis, quaſi nulla ſequitur infamatio. Verbi gratia, ſi puellæ nubiles, vel nuptæ pudicæ, vel religioſi, & huiuſmodi ſubnotentur de colloquijs cum perſonis ſuſpectis, & non tam honeſtis, talis ſubnotatio

notatio coram alijs facta poterit eſſe mortalis. Sunt autem alij, quorum famam iſta ſubnotatio coram alijs, tantum abeſt vt lædat, vt etiam fornicationis infamiam non magis ægreferant, quam ſi eos bene luſiſſe, aut oppiparè cænaſſe referatur: quia de huiuſmodi gloriantur. Accedit & ad hanc ſententiam Cordubæ Victoria in ſuis ſcholijs ſuper.2.2. aſſerens ſubmurmurare, & ſiniſtrè obloqui de monialibus, vel monachis honeſtis, referendo, quòd mittunt literas ſuſpectas, vel aliquid ſimile, eſſe mortale. Propterea: quòd etſi ea referendo, abſit animus nocendi: tamen hinc grauis læſio huiuſmodi honeſtis perſonis ſolet accreſcere quod militibus & iuuenibus ſęcularibus: quippe qui de ſuis turpibus amoribus ſoliti ſunt ſe iactare nõ contingit: quia etiam de vltionibus à ſe ſumptis de proprijs iniurijs gloriãtur. Vnde conſequitur (inquit Victoria) aliqua peccata narraſſe de aliquo genere perſonarum carere mortali culpa: quia ſic nihil de earum fama tollitur, quę tamen de alio genere perſonarum affirmaſſe nõ abeſt â culpa mortali: quia inde eorum tenera fama graue diſpendium patitur.

℄ Quarta concluſio: Qui ex loquacitate nõ affirmando, ſed ſolum referendo ſe audiſſe tale crimen infamatorium neſcientibus pandit, abſque animo infamãdi eum, de quo loquitur ob hoc de culpa mortali non eſt notãdus. Hęc cõ-
C cluſio eſt communis doctorum, ſcilicet, videtur elici ex D.Thom.in illo.3.arti.2, 2.q.73. Eſt Scoti & Gabrielis in .4.diſt.15.q.16. Eſt Syluestri titulo detractio.q.1. Eſt autem in promptu eius probatiua ratio: quia talis narratio ex natura ſua, & ex modo loquendi: quia recitandò tantum audita ſit, non inurit magnam notam infamiæ ei, de quo talia narrantur. Si igitur inde aliqua interdum contrahitur defacto infamia, id potius aſcribendum eſt leuitati audientis, & cito credentis. Nam, vt dicitur Eccleſ.19. Qui cito credit leuis eſt corde. Hanc tamen concluſionẽ, ne hinc anſa periculoſa aſſumatur euulgãdi peccata ſecreta, referendo rumores auditos,
D duximus limitandam cũ Corduba in libel. de detractione quæſt.2.concl.7.fol.106. & cum Nauarro in ſum.latin.cap.18.num.36. quia Sotus de iuſt.& iur.lib.5.quæſt.10.art.2. hãc noſtram concluſionem aſſerens eſſe Caietani & Scoti eam abſolutè damnare videtur. Sed nos ne vniuerſum genus hominum damnemus non audemus eam abſolutè damnare, ſed potius limitare, vt vera ſit ſcilicet dum famam illius, de quo audita refert lædere non intendat: & neque defactò notabiliter lædat neque tali læſioni cauſam præbeat: quia non aſſeuerat id ita eſſe, vel id ſe ſcire: ſed tantum audiſſe, nihilque ſuperad-
A dit quod narrationem perſuadeat, aut certiorem faciat. Neque tanta autoritas eſt narrantis, vt ad fidem præſtandam eius dicto auditores merito commoueat. Nam nõ in tãta æſtimatione eſt vt nuſquam vana, ſed vera & credibilia ſemper æſtimetur referre, & ex maturo cõſilio, & grauitate: ſed potius multoties ſolũ imaginabilia narrare iudicatur, & quia nullos allegat teſtes, neque etiam de auditu, à quibus audierit: ſed ita dici ſimpliciter refert: neque per id antea ab alijs audita ſimilia confirmat. Nam ſecus eſſet, ſi iſtæ circunſtantiæ tollentes periculum non adeſſent de facto, vt quia peccata aliena vera, vel falſa audita ab alijs, aliter,
B quàm audiuit narrat, illa augendo, vel perſuadendo eorum credulitatem: quia tunc autore Nauarro perinde faceret tanquam à ſe viſa narraret. Nam tunc idem iudicium eſt proferendum de vtroque arg.cap. dudum ſecundi de elect. At niſi fallor exiſtimo opinionem Soti magis regulariter eſſe veram, quam communem, ſcilicet, quòd ille, qui licet non aſſerendo, ſed tantum referendo ita dici, rumores diſſeminat, ſit diffamator: nam pro tali reputatur in populo ab illoque ſolent cauere ſibi homines, tanquàm à peſtilenti, & pernicioſo. Nam ſic referre audita, genus quoddam eſt infamandi, & pernicioſum quidẽ in populo. Quod & te-
C ſtantur odia, iurgia, & ſimultates, quæ hinc ſæpe oriuntur. Præterquam, quòd regulariter hinc notabiliter fama læditur. Nã non poſſunt illi, qui aliàs non audierũt nouam proximi opinionem, & ſiniſtram non concipere. Quocirca hoc modo rumores auditos ſpargẽdo, fama (vt aiũt) vires adquirit eũdo. Quare deterrendi ſũt, tum à prædicatoribus, tum à confeſſoribus huiuſmodi auditorum criminum & occultorum diſſeminatores, vt pote qui in magno ſuæ ſaluationis verſantur periculo. Concludamus igitur id, quod magis regulariter cõtingit, ſcilicet, ꝙ in his & ſimilibus caſibus, quãdo eſt probabilis coniectura, quòd ex tali narratione rumorũ
D notabiliter infamãdus eſt proximus, propterea quòd audientes fidem probabilem concipient inde etiam ſi in referendo malus nocendi defuerit animus talis rumorum diſſeminator reus ſit peccati mortalis; etiam ſi ex ſola loquacitate illos rumores effutiuerit. Quia, vt habetur, de iniuria & damno dato cap.fin. neq; ignorantia te excuſat ſi ſcire debuiſti ex tuo dicto, vel facto iniuriam vel iacturam proximo poſſe accidere. Nam tunc materialis detractio reuertitur ad naturam ſuæ formæ. Neque ab hac ſententia in hoc caſu diſſentiunt Caieta. Sylu. & Adrianus quodl.11.in.2.ſuppoſitione. Quare tenẽdo quod eſt tutum, & relinquendo intutum, pænitenti confiten-



A ti ſe in hoc deliquiſſe, niſi aliunde conſtet, quòd (quia ei non fuit fides præſtita ab audientibus) apud audientes proximus, de quo ſic ſiniſtrè loquutus eſt, nullam notabilem famæ iacturam paſſus eſt, iniungendum eſt à cõfeſſore, vt recantet pallinodiam, non quidem, mentiendo, ſed dicendo, quæ dixerat de proximo ex ſolo auditu, tum incerta eſſe, tum ſine fundamẽto & indigna eſſe creditu, neque poſſe ſine iniuria illius euulgari: & denique illa diſſuadeat caute eorum oſtendendo modicam veriſimilitudinem; bonos aliunde de eodem ſpargendo rumores, de quibus bene audit, aut audire poteſt.

B ℄ Quinta concluſio: Quando infamia eſt iã communiter ſparſa apud multos, & tot & tantos, ita quòd fama alicuius, tam perexigua iam eſt, quòd veriſimiliter nihili reputatur, ſi ad alios diffundatur pauciores, apud quos iſtum ſic infamatum bonæ famę reputari pro nihilo ducitur, non erit mortale apud illos pauciores ſic eam infamiam prolataſſe. Hæc autem concluſio eſt Cordubę loco citato fol.105. In cuius quaſi probationem ſupponit exemplum, hoc, ſcilicet, vt ſi quis iam laboraret infamia de centum à ſe cõmiſsis furtis, vel adulterijs non notabiliter afficitur iniuria, ſi vnum aliud adulterium, vel furtum eius reueletur, etiam ſine cau-
C ſa: ſic & in concluſionis caſu. Non tamen hinc inferas diffamatum in iudicio vel extra de crimine mortali vnius ſpeciei, puta, inceſtus licere diffamare de alio crimine etiam vero, & occulto alterius ſpeciei, puta, furti, vt concedebat Palude. Licet non debeamus eſſe tàm acerrimi cenſores: vt ſi quis de maioribus infamatũr, de aliquo minore ſubnotet, puta, eius auaritiã reuelando, propterea de mortali fore arguendum putemus: quia iſtud pro nihilo putatur damnum.

℄ Sexta concluſio: Si quis impingit alteri veniales culpas falſas, vel pænales, vel naturales defectus, non veros tali loco occaſione & tem-
D pore, quòd inde ei magnum ſubſecutum eſt damnum, non eſt immunis à culpa mortali. Hæc autem concluſio eſt Nauarri loco citato, quam quaſi à poſteriori probat ex euentibus. Nam ait ſe noſſe virum quendam non vulgari eruditione cõſpicuum, & aliàs dudioſum exclusum fuiſſe à quodam inſigni officio obtinendo per ſolas quaſdam notas veniales iracundiæ, & vanitatis contra illum obiectas; ſimiliter vſu eueniſſe comperit, quòd alius, quia de defectu generis, viſus, & virium naturalium falſo ſubnotatus eſt apud optimatem quendam: ab amicitia eius valde fauorabili, & honorabili repulſam paſſus ſit:

A ℄ Vnde corollariè licet inferri, verum eſſe aſſertum Victoriæ, vbi in ſuis ſuper, 2.2. dictatis ait, quòd ſi dixerit quis aliquem alium, quẽ probe nouit, eſſe indoctum, tollendæ deceptionis cauſa, ne aſſumatur ad dignitatem, vel cathedrã tantũ abeſt, vt malefaciat vt id ſi neceſſe ſit procauẽdo malo cõmuni, teneatur reuelare. Pręſertim, ꝙ teſte Adriano nõ tollitur per hoc ab illo fama, ſed tollitur ab illo occaſio fingendi ſe alium, quam ſit. Si tamen eum, cuius egregiam peritiam exploratam habeo eo tempore, quo cathedræ competitor exiſtit ſic eſſe imperitum & inſufficientem perſuaſero, quòd probabiliter impedimẽto illi ſim ad eam aſſequen-
B dã, profecto nõ excuſabor à mortali. Iã ex prędictis concluſionibus patet, quid ad argumenta in principio quæſtionis obiecta ſit reſpondendum. Tamen vt faciamus ſatis omnibus ſigillatim repondetur ad illa.

℄ Ad primum igitur argumentum, conceſſo antecedenti, quôd fama de ſe ſit inæſtimabilis pretij, ſicut & hominis vita, negatur conſequentia. Tum, quia tam fama, quam vita inæſtimabiles licet ſint ex ſe, tamen in indiuiduo, & in particulari, ſi conſideramus alicuius infimæ ſortis hominis vitam, aut famam, ſi ablata ei fuerit, aliquo pretio temporali appretiari po-
C teſt, vt pro eis fiat recompenſatio. Sicut etiam libertas, quæ ex ſe eſt inęſtimabilis, quia iuxta axioma commune non benè pro toto libertas venditur auro; in ordine ad vſus humanos æſtimationem capit. Nam iuſte aliquis pro iuſto pecuniario pretio venundatur in ſeruum tum, quia differentia eſt patens inter vitam & famam. Nam fama (vt terminis ſcholaſticis loquamur) ſuſcipit magis & minus, quia fama vnius eſt maior fama alterius; ſiuè, quia de maioribus virtutibus vel pluribus eſt cõparata, ſiue quia magis eſt patens, & latius volitans. At vita hominis non ſic videtur magis, vel minus ſuſcipere. Non enim in genere vitę vita vnius hominis eſt magis vita, quam vita alterius, licet
D poſsit eſſe breuior, vel longior. Vnde conſequitur, vt infamia, quippe quæ priuatio famæ eſt, magis quoque & minus ſuſcipiat; ac per conſequens tam modica poſsit eſſe, vt detractio de illa ratione paruitatis materiæ venialis tantum ſit. At priuatio iniuſta vitæ hominis, quę homicidium dicitur, quia non ſuſcipit magis & minus, ſicut neque vita; ſemper grauitas eius materiæ ſufficit ad conſtituendum mortale peccatũ in quocumq; indiuiduo & particulari homicidio. Quocirca iniuſta occiſio hominis etiam exiſtentis in ventre matris ratione paruitatis materiæ vſque ad veniale peccatum extenuari non poteſt.

℄ Ad ſecundum argumentum, conceſſa maiori ſcilicet quòd detractio ratione indeliberationis & inaduertētiæ poſſit eſſe venialis, ſicut patet cum procedit ex motu ſecūdo primo, & ex quadam ſubreptione, negatur de percuſsione facta manu, & de detractione linguæ, parem in caſu argumenti interuenire rationem. Tum, quia motus linguæ cum deſeruiat à natura ad naturales exprimendos mentis conceptus, qui ſępe citò ſine deliberatione in mente formatur, fit ſane, vt ſæpe lingua labatur, quia in exprimendis conceptibus deliberationē mentis non expectat, ſed illam pręuenit. Quod in motu manus & percuſsione manus non contingit: quia manus in ſuis operationibus magis eſt ſubiecta imperio rationis, quam lingua: de qua D. Iacobus in ſua canonica affirmat, quòd linguam nullus hominum domare poteſt: quia, inquietū eſt (inquit) malum. Tum: quia motus manus cū natura ſua ſit tardior, quam motus linguæ, qui exe ſeſt velocior, maiorem moram cōpatitur: in qua quidem ratio poteſt deliberare: atque ideo rarius procedit ſine deliberatione. Hinc fit vt plures contingant indeliberatę detractiones, quam indeliberatę manuum percuſsiones. Neque obſtat aſſertio D. Thomæ in argumento obiecta in eius confirmationem. Vbi ait, quòd appetitus inferior non ſufficit mouere, niſi appetitus ſuperior conſentiat: quia appetitus inferior expectat imperium voluntatis. Quia D. Thomas loquitur de actionibus & motibus appetitus inferioris, quatenus ſunt humani, & morales: nō autem quatenus, quaſi naturales ſunt: quia ex ſubreptione procedunt. Imo, vt recte tradit Metina 1.2. voluntas etiam in motibus ſubitis neceſsitatur, vel ex inſtinctu naturæ, vt brutū, vel ex motu phantaſiæ anteuertētis omne iudicium rationis, vel quia naturale eſt volūtati operari neceſſario, quando intellectus non eſt capax deliberationis.

℄ Ad tertium argumentum de detractionibus verbis æquiuocis, vel generalibus factis, quid ſit reſpondendum ex tertia concluſione iam poſita clarè elicitur.

℄ Ad quartum vero argumentum, vbi obijciebatur de detractione, quæ fit ex ſola narratione rumorum, quid dicendum ſit ex.4. concluſione licet colligere. Nam diximus multoties eſſe peccatum mortale. Imo ſi aliquando in prædicta narratione rumorum tantum contingeret eſſe peccatum veniale; ſi tamen de facto inde ſubſecuta eſt alterius infamia notabilis, reparanda venit non ſolum ex obligatione obligante ſub veniali, vt Scotus & Gabriel, & Adrianus in.4. de reſtitutione famæ. in reſponſione ad octauum ſenſerunt: ſed vt probabilius videtur ex obligatione obligante ad mortale, iuxta ſententiam Aſten. & Adriani in quolib. 2. in ſecundo ſuppoſito. vbi à ſententia, quam tenuerat in.4. diſcedere videtur, & merito. Nam ex cap. finali de iniuria & damno dato id confirmari videtur, vbi dicitur ſic: Neque ignorantia te excuſat, ſi ſcire debuiſti ex facto tuo, & cætera. Vbi non diſtinguit de ignorantia veniali: ergo neque nos diſtinguere debemus. Sed de hoc puncto rurſus plura dicemus.

℄ Ad quintum argumentū, ex.5. concluſione iam poſita, reſponſio eſt aſſumenda. Nā ibi clare continetur, quare illa paritas rationis, quę obijcitur in argumento, ſcilicet, de ablatione famæ per detractionem, & de ablatione honoris per percuſsionē leuiſsimam factam cum calamo, vel arundine negatur, quia illa detractio ſecūda, qua quis apud plures iam prius publicè infamatus apud vnum neſcientem rurſum infamatur, fere nihil famæ illius adimit, cum iam fere tota perierit. At vero illa percuſsio leuiſsima ſecundaria cum ad genus contumeliæ attineat, quia ſic percutiendo præſentialiter alterum offendere non veretur, qui ſic percutit noua inhonoratio eſt, & quidē mortalis: quia notabilis, quia de per accidens ſe habet ad hanc contumeliam, vt ſit mortalis, quòd coram vno, vel corā pluribus illata fuerit. Nam etiam ſecreto illa illata mortalis nō deſinit eſſe. Et hæc de hac quæſtione ſint ſatis.

# CAP. CCLXV.

*An infamare ſe ipſum eiuſdem, aut maioris grauitatis ſit culpa, quam infamare alium: Et an homo ſit dominus ſuæ famæ, vbi diſsident inter ſe Caiet. & Sotus, corollaria cōtraria inferentes inde: Et an mortale ſit citra iuramentum in iudicio ſibi aliquem cauſa euadēdi torturā imponere crimen falſum: Et quid an cauſa torturam euadendi poſsit aliquis fateri crimen verum occultum, de quo non iuridice interrogatur à iudice, quando ex tali confeſsione delicti imminet ei periculum vitæ.*

QVoniam ſub illo octauo pręcepto: Falſum teſtimonium non dices infamatio ſui ipſius interdicta cēſetur iā quæritur (vt quia detractio quædam infamatio eſt, licet è contra infamatio ſui propria detractio non ſit, quia in abſentia ſe ipſum infamantis non fit) vtrum in idem coincidat crimen, quempiam ſeipſum infamare, ſicut & alium; aut maiorem præſeferat grauitatem infamare ſeipſum, quam alium. Veruntamen, quia quæſtio hæc aliam ceu baſim, & fundamentum ſuæ deciſionis præſupponit ſcilicet vtrum homo ſuæ famæ dominus ſit, huius difficultatis ſolutionem indagare prius operæ pretium eſt.



℄ Quare pro parte negatiua primo arguitur: quia Eccleſiaſtici.41. dicitur, curam habe de bono nomine: vbi propriæ famæ cuſtodia nobis videtur indici: ergo ſi ſumus cuſtodes famę propriæ, non videmur à Deo donati eius abſoluto dominio.

℄ Pręterea ſecūdo arguitur autoritate D. Auguſtini de bono viduitatis c.20. & refertur.11. q.3. c. non ſunt audiendi, vbi in eos inuehitur, qui propriè famæ ſunt negligentes dicēs: Quoniam nobis neceſſaria eſt vita noſtra: alijs vero fama noſtra; ergo famæ propriæ non potimur dominio. Alias ſi eius dominio gauderemus ſicut & diuitiarum dominio gaudemus, nihil culpæ ineſſet in conſumendo famam, ſicut inculpabile eſt ex rationabili cauſa proprias expendere vel diſtrahere diuitias.

℄ Tertio arguitur ex autoritate eiuſdem D. Auguſtin. 1. de ciuitate Dei cap. 20. inibi dicentis; ſub eodem illo præcepto: Non dices falſum teſtimonium, prohibitum eſſe tam aduerſum ſe, quàm aduerſum alium falſum affirmare. Quòd ſi hoc verum eſt, hinc ſic arguitur, quòd ſicut famæ alterius detrahere non licet, quia alienæ famæ domini non ſumus: ſic neque famæ noſtræ domini ſimus, quando quidem aduerſum eam teſtimonium proferre non poſſumus.

℄ Præterea confirmatur, quia inde colligimus, hominem in proprio & abſoluto vitæ dominio nō eſſe, quia illo præcepto: Non occides, ſeipſum vita ſpoliare prohibetur: ergo neque etiam eſt in dominio famæ propriæ, poſt quam illo quoque præcepto: Non falſum teſtimoniū dices, ſeipſum infamare ſibi interdicitur.

℄ Sed in contrarium eſt, quia (vt videtur) propterea nō eſt homo dominus vitę, quia ſuis operibus proprijs eam non ſibi comparauit, ſed ea eſt à Deo donatus iuxta illud pſalmi: Dominus mortificat, & viuificat: ſed famam bonam homo ſuis bonis operibus ſibi parat: ergo videtur ſit conſtitutus in dominio eius tanquam rei ſuo marte & labore partæ dominio.

℄ Igitur, vt quæſtioni fiat ſatis, ſtatuitur affirmatiua concluſio: Proprij honoris, & famæ dominium ſic eſt penes vnum quenque hominem, vt facultas ei inſit ea exponendi, ſicut & pecunias licet maioris ſint momenti, quàm pecuniæ. Hæc autem concluſio eſt Caietano contraria. Nam ipſe honorem & famam collocat in ordine vitæ: ſed ſectatores noſtræ concluſionis ea conſtituūt in ordine bonorum exteriorum. Hæc concluſio eſt Soti de iuſt. & iur. lib. 4 quæſt. 11. ar. 3. concluſi. 4. probatur autem, quia licet contra charitatem, qua nos & noſtra diligere tenemur, ſit prodigos nos noſtri honoris, & famæ exhibere: tamen contra nullam legem iuſtitiæ, quòd quis ea diſpendat, tendit: in quo ſenſu noſtram hanc concluſionem accipimus. Nam honorem, & famam cum præmia ſint virtutis, autore Ariſtol. 1. & 10. Ethic. noſtris virtutis operibus progignimus per auxilium Dei nobiſcum concurrens: ergo ſicut laudabilium noſtrorum operum, vt pote quæ in noſtra facultate ſunt dominium, obtinemus, ſic & honoris, & famæ, quæ conſequuntur ad ea.

℄ Item ſecundo, quia eodem Ariſtotele teſte, fama & honor ad noſtram fælicitatem attinent, vt eius partes: ergo ſi fælicitas inter bona noſtra propria computatur, ita etiam fama, & honor ſic inter bona propria adnumeranda ſunt, vt ſi velimus ea prodigere, non ideo, ſecundum rei naturam loquendo, excluſis alijs circūſtantijs iniuriam alicui irrogaſſe videamur.

℄ Præterea patet ex D. Thom. qui 2.2. q. 64 arti. 5. vbi aſſerit, licite poſſe hominem diſponere, quantum ad ea, quæ pertinent ad hanc vitam, quæ hominis libero arbitrio ſubditur. Sed de migratione ex hac vita ad feliciorem, quia libero arbitrio nō ſubiacet, ſed poteſtati diuinæ, quia diſponere quis non poteſt; ita neque mortem ſibi conſciſcere poteſt, vbi excepta vita, reliqua bona hominis, puta famam, & honorem à dominio hominis non videtur ſubduxiſſe.

℄ Deinde patet: quia ſi non aliter eſſemus domini honoris, & famæ, quàm vitę, certè ſicut autore D. Auguſtino lib. 1. de Ciuit. Dei non licet homini, neq; etiā pro vita æterna aſſequenda, necem ſibi inferre, ſic neq; etiā famam, & honorem in ordine ad hūc finem diſtrahere: quod tamen difficile eſt conceſſu. Nam (vt Victoria in ſcholijs à ſe dictatis ſuper 2. 2. ait) licet probabilem exiſtimet cōtrariam opinionem, quę eſt Caiet. 2.2. q. 73. & in ſua ſumma & gloſſę in. c. ſenti. 11. q. 3. tamen hęc noſtra tanquàm verior magis ſibi arridet. Nam fatetur ſe non poſſe ſufficienter ſoluere argumentum, quod ex exemplo ſanctorum tantas vires habet, qui ſentiunt æſtimationem humanam à Chriſti ſeruis, & mundi contemptoribus non tantopere eſſe curandam. Quod & Diuus Thomas confirmat quodlibet. quinto. articulo 26. affirmans viros perfectos decere iniuriarum perſonalium eſſe maxime patientes; ita, vt ſint parati plura ſuffere iuxta illud Matthæi. 5. Si quis te percuſſerit. Nam & ſancti, cum priuatæ perſonę erant, cum

cum famam & honorem ad vitam æternam ſi-
bi obſtare videbant, & oblata hæc tergiuerſa-
bantur, & reſpuebant. Quod & exemplum D.
Ambroſij introducentis in ſuum cubiculum fę
minas, quatenus per hanc infamiam abſterre-
rentur populi à petendo eum in ſuum antiſti-
tem, cõfirmare videtur, ſi vera eſt hiſtoria. Cui,
adde exemplum D. Auguſtini in libro confeſ-
ſionum multa ſuorum peccatorum detegentis:
& D. Anſelmi amiſſam virginitatem lamenta-
biliter deplorantis: quibus id certè facere non
licuiſſet, niſi propriæ famæ domini fuiſſent.
Suffragatur tandem nobis autoritas D. Tho-
mæ 2.2. quæſt. 73. art. 4. ad. 1. dicentis, in cuiuſ-
cunque arbitrio eſſe detrimentum ſuæ famæ
pati, dum id non cedit in periculum aliorum.
Cui accedit & egregia ratio. Quia ſi aliquod
pondus magnum auri æquiualet ſaltem hono
ri, & famæ alicuius hominis in plebe mediocris
notæ, ita vt recompenſatio ſibi ablatæ famæ
per id rectè fieri poſsit: ergo ſi dominus eſt ho-
mo pecuniæ, quare non erit & famæ tanta pe-
cunia compenſabilis. Accedit poſtremo autori
tas Chriſti, qui ſic nos exhortatus eſt ad omniũ
bonorum temporalium ſplendorem nihili fa-
ciendum, & ad gloriæ humanæ & honoris dé-
ſpectum, vt primas cathedras & accubitus in
cœnis, & ſæculi faſtum eſſe fugienda moneret:
tantum abeſt, vt perinde illorum curam nobis
eſſe habẽdam, ac vitæ indixerit. Concludimus
ergo, perſonam priuatam per ſui criminis reue
lationem ſe infamantem cum nemini in hoc in
iurius fiat à peccato iniuſtitiæ immunem eſſe:
quia hæc infamatio ex ſuo genere venialis eſt
tantum; quia contra ipſius charitatem in iactu-
ra rei proprię peccat, licet tanto grauius, quàm
ſi prodigeret pecuniam, quãto fama ei præſtat
in æſtimatione.

❡ Præterea hinc videre eſt, quàm contraria
corollaria ex ſua contraria ſententia, ſcilicet,
quòd homo dominium non obtinet ſuæ famæ
& honoris intulerit Caietanus ſuper 2.2. loco ci
tato ſcilicet q. 73. & in ſua ſuma verbo detractio.
Primum namque eſt, quòd ſe infamans pręter
quàm, quòd delinquit mortaliter, & peccato
mortali ex ſuo genere, tanto grauius peccat ſibi
nocendo in fama, quam ſi alienę famę noceret.
Secundum quod huiuſmodi peccatum non ſo-
lum charitati, ſed & iuſtitiæ aduerſatur: quia ec
cleſiæ & reipublicæ nocet, cuius vt ipſe cenſet,
noſtra eſt fama. In cuius gratiam citat D. Au-
guſtinum. 11. q. 3. ca. non ſunt audiẽdi. Tertium,
quòd neque metus tormentorum excuſat ſe in
famantem ab hoc peccato mortali, quãdo mor
tis metu adactus ſe infamat. Quartum, quòd in
famator ſui ipſius ad reſtituendam ſibi famam

A obnoxius manet. Verum corollaria hæc ſicut
exorta videntur à falſo fundamento: ita falſita-
tis non ſunt expertia.

❡ Igitur ex contrario principio, & vero li-
buit hæc corollaria certiora colligere. Primum
ergo corollarium ſit, ꝙ infamare ſe temere & ſi
ne cauſa non abeſt à peccato: quia ſaltẽ peccatũ
prodigalitatis eſt famę, & multo grauius, quàm
peccatum prodigalitatis diuitiarum aliarum.
Tametſi ex ſuo genere mortale nõ eſt, quia cõ
tra iuſtitiam non eſt, ſed nec propriè cõtra cha-
ritatem, ſed pręter charitatem, qua ſe & ſua quiſ
que diligere tenetur.

❡ Secundum corollarium ſit contra tertium
B corollarium Caietani: Siquis quò euadat
preſſuram equulei in caſu, quo contra ordinẽ
iuris de occulto crimine interrogatur, & propte
reà reſpondere non tenętur illud prodit ſe infa
mando, tantum abeſt, vt peccet, vt aliquando
virtutis officio ſit ſibi tribuendum. Hoc corol
larium eſt Soti loco citato: & patet. Tum, quia
homo dominus eſt famæ: non ergo, ſi vt ſe ſer-
uet immunem à tortura faciat iacturam illius
cenſendus eſt prodigere illam. Tum, quia ſi hac
de cauſa licet expendere magnam ſummam pe
cuniæ, quæ interdum æquiparatur æſtimatio-
ni famæ licebit & pro eadem cauſa diſpendere
etiam famam. Tum etiam tertio, quia ſi ſecreta
C recepta ſub ſigillo excepto ſigillo confeſsionis,
aut ſecreto Regis, aut reipublicæ, aut extorto
per iniuriam, cuius detectio valde detrimento-
ſa eſſet celare cum iactura grauium tormento-
rum non tenemur: ergo neque acerbam tortu
ram perpeti tenetur cauſa occultandi propriũ
crimen, qui ſic interrogatur.

❡ Pręterea magis quoſdam torquet iſtud du
bium, an de crimine falſo interrogatus in iudi-
cio cauſa ſe eripiẽdi à cruciatibus poſsit abſque
culpa mortali, citra iuramẽtũ ſibi imponere cri-
mẽ falſum. Nã videtur certè id nullatenus licere
propter rationem Caietani. Quia pręter quam,
quòd iſte ſic fatendo coram iudice falſum ſibi
D ipſi diſpendium famæ, & periculum vitæ parat
ipſi etiam foro iuſtitiæ, vbi ſolum confeſsio ve
ra exigitur, & ipſi iudici inde prolaturo falſam
ſententiam iniurius eſt. Ad id igitur dubiũ pri-
mò dicitur, nos nõ id in dubium vertere, an hoc
peccatum ſit veniale, quia cum ſit hîc interue-
niens mendacium, de quo liquet, quòd potius
eſt nobis oppetenda mors, quàm mentiendum,
planum eſt eſſe veniale, ſed id controuertitur,
an tale mendaciũ citra iuramentũ aſſertũità ſit
pernicioſum mendaciũ, vt proinde ſit mortale.
Quare dicẽdum arbitror pernicioſum nõ eſſe cẽ
ſendũ cũ per illud nemo afficiatur iniuria, quę
merito ſit reſarciẽda alteri. Nos autem hic non
de quo



de quocumq; loquimur homine, ſed de priua-
to, qui citra hæreſis crimen, vel citra aliud fæ-
diſsimum, aut enorme delictum: alterius delicti
notã falſo ſibi inureret ex prędicta cauſa in iu-
dicio Nam alias hoc mendacium, vel ex digni-
tate perſonæ illud affirmantis, vel ex enormita
te infamiæ malitiam mortalem aliquando vel
aliunde poſſe contrahere non inficiamur.

❡ Secundò dicimus, vrgẽtiori, quæ hîc ſe of-
fert difficultati reſpõdentes, ſcilicet, quod ſi ex
prædicta falſa confeſsione delicti in iudicio vi
tæ amittendæ ſubeſſet periculũ, de quo quidẽ
periculo hactenus non meminimus, iam in hoc
puncto ſic olim concordauimus Sotũ in prædi
cto loco, & Nauarrũ in ſumma interſe diſsiden
tes. Nam Sotus aſſeuerat, etiã ſi periculũ vitæ ti
meatur, non teneri hominem cũ tanta acerbita
te torturæ vitam tutari: quia poteſt hãc acerbio
rem tormentorũ mortẽ in breuiorem, & mitio
rem commutare. Nauarrus autẽ ait, id nullate-
nus licere, cum vita pretioſior ſit cũctis gazis
mundanis, ac per conſequens omnibus crucia-
tibus corporeis cauendis ſit anteponenda. Nos
autem eius fuimus ſententiæ, & nunc in eadẽ
ſumus, vt quia iugum Domini ſuaue eſt, & prę
cepta eius grauia non ſunt, ſicut præceptũ eius
de tutanda, & conſeruanda vita non ita rigidè
interpretemur, dicendum ſit, ſententiam Soti
habere locum, vbi torquendus imbecillis eſt,
& debilis deſtitutus viribus ad ſuſtinendũ tot
cruciatus, vel quia eſt infirmus, vel confectus
ſenio, vel ætate. Hic enim poterit commuta-
tionem mortis pro tot euitandis cruciatibus fa
cere. Sententia autem Nauarri habet locum in
homine animoſo forti, & robuſto ad toleran-
dã torturam: quia hic tenetur potius eos perpeti
cruciatus, quam vitæ pati iacturam, cum non
ſit ei tam difficile per tolerantiam equulei eam
indemnem à morte ſeruare.

❡ Tertio dicitur, quod etiã citra peccatum in
iuſte tortus, & nõ iuridicè interrogatus, poteſt
reuelare ſuum crimen verum occultum ſuam
obſcurãdo famam, etiam ſi alius ex tali infama
tione aliquid detrimẽti capiat, neq; ex hoc ali-
cuius reſtitutionis ſibi, vel alteri faciendæ reus
ſit. Hoc autẽ aſſertũ eſt Cordubæ in libello de
detract. q. 3. fol. 119. Probatur autem, quia id ex
prædicta cauſa effugiendi torturã poterat fate-
ri, de per accidẽs autẽ inde ſequitur alterius dã-
nificatio, neq; enim ex intentione, & de per ſe
ad damnũ alterius ordinatur huius modi reue
latio. Neq; enim irrationabiliter præeligit ali-
quis ſuũ magis cauere detrimentum corporale,
quã corporale aliorũ inde indirectè redundans,
quandoquidẽ non alteri nocere, ſed maius ma-
lũ ſibi imminens cauere ſibi tantum fuit cordi.

A Ad quod facit Bartolus. l. ſi vt certo. §. interdũ.
ff. cõmod. & Paulus in. l. ſi vehenda. ff. ad. l. Rho
diam de iact. & in. l. 9. ſi rem. ff. depoſit. & l. 1. ff.
de eo, per quem fac. erit. & l. cum eo. ff. de ſerui-
tutib. vrb. prædior. & l. altius. C. de ſeruit. &
per Cæpolam in tracta. de ſeruitu. cap. de fene-
ſtra. & c. de ſolo, & area, & per Fabrum in præ
ſenti inſtit. de lege Fuſia canin. tollen. facitque
textus. l. 19. titul. 32. partit. 3. regni Hiſpanię &.
l. 1. ff. de aqua plu. arcenda. §. denique &. l. 5. eo.
titul. §. penult. & ibi gloſſa.

❡ Præterea quarto dicitur, quod ſi quis metu
tormẽtorũ ſe falſo infamauit ſic vt alterius ſiue
tẽporale ſiue ſpirituale inde nullũ prouenerit
B dãnum, etiã ſi hæc infamatio ceſſerit in aliqua-
le ſcandalũ aliorũ, dum leue ſit, puta, quia ſolũ
ſequitur, quod malũ eum eſſe reputent, quẽ an-
te bonũ eſſe exiſtimabant non ſibi culpæ mor
tali eſt tribuendum, neq; ob id exortũ leue ſcã
dalum tenetur ſe retractare. Hoc autẽ aſſertum
fautores habet ſummã Angelicã tit. detractio.
§. 6. quamuis perperam ibi hoc ab omni excu-
ſet culpa. Huic accedit Adrianus in. 4. de reſtitu
tione famæ, & quolib. 2. in. 3. difficultate. Eſt ta
men contra Syluestrũ verbo. detract. q. 4. qua
tenus ipſe ibi ait, quod tenetur talis taliter ſe re
tractare, vt in extremo reuocet ſuam confeſsio
nem falſam eſſe oſtendendo; alioquin inquit
C eſt in periculoſo ſtatu: eſt etiam contra D. An-
toninũ parte. 2. titu. 2. cap. 2. §. 3. & contra Caiet.
2.2. q. 73. artic. 2. & Panormit. cap. ex parte el. 2.
de ſepulturis. & Felinum, de teſtib. cog. capi. 1.
& Socin. in repetitione ſuper caput. ad audien-
tiam, de homicidio. & Palude in. 4. diſt. 21. q. 2.
in fine. Sed opinio Syluestri Panormitani &
aliorum, quatenus obligant ad retractationem,
eſt vera, quando ex tali confeſsione falſa ex me
tu tormentorum emiſſa, ſic confitens in iudi-
cio, eſſet morte damnandus: quia tunc peccaret
mortaliter, niſi ante mortem ſe retractaret, ſe-
cundũ Cordubã loco allegato. Quod ego rur
ſus limito, ſi per hanc retractationem eſſet libe-
D randus à morte, & non eſſet iterũ renouandus
ad tormenta, quia ſe retractat: quæ quidem tor
menta ſufferre præ ſua magna imbecillitate
valde intolerabile ſibi foret, iuxta prius aſsig-
natam diſtinctionem.

❡ Præterea quinto dicitur, ſi quis tormento-
rum metu perculſus per falſam confeſsionem
ſuam famam commaculauit, ſi nihil aliud dam
ni inde exortũ eſt contra tertiũ præter quam
quod multi ex tali confeſsione ſunt graui ſcan
dalo exagitati, quibus eius bona fama ad ſalu-
tẽ animæ ſummopere erat neceſſaria, quia illis
in inſtructionem poſitus erat & in exemplar
imitandum, quidquid ſit de peccato, an fuerit
mor-

mortale, vel veniale (nam ſecluſo iuramento, & officio prælatiæ de iuſtitia obligante veriſimilius eſt, quòd fuit tantum veniale ) tamen iam cum euaſit tormenta, neque metus eſt, quòd iterum ( quia ſe retractat ) ſunt repetenda in illum: tenetur ille ſe retractare ſub peccato mortali. Patet hoc: nam licet ex iuſtitia ad hoc non teneatur, quia nullum contra iuſtitiam illis intulit damnum: tenetur tamen ex præcepto charitatis, quo tenemur proximos ab ſcandalo, & ab ſpirituali animæ nocumento indemnes ſeruare, ſe retractare: præſertim quando hæc opera charitatis non ſimpliciter neceſſaria ſaluti animæ proximi poteſt ſine graui valde incommodo proprio de ſe præſtare. Nam ſi ſimpliciter neceſſaria forent, cum iactura quoque vitæ autore Diuo Thoma vtique obligarent. Ita Adrianus. At de lædentibus parentelam per huiuſmodi falſas diffamationes, quia latius dicendum ſupereſt nobis cum ad materiam de aliquibus modis reſtituendæ famæ accedemus, interim hic ab hoc puncto ſuperſedendum duximus.

℄ Iam ad rationem Caietani in principio dubij immediatè præcedentis ſolutio occurrit ex doctrina Victoriæ in prædictis ſuis ſcholijs: quia cum ex confeſsione falſa vi tormentorum extorta periculum vitæ probabile inſtaret, quod non ſemper inſtat ( quia illa confeſsio falſi ſic extorta non ſatis idonea eſt per ſe ſola, vt in iudicio tanta fides ei præbeatur, vt propter eam reus morti addicatur, vt patet 15. quæſtio. 6. capit. ſi quandoque ) tunc eo periculo inſtante, quid ſit dicendum in ſecundo dicto expediuimus. Eo autem periculo ceſſante per talem confeſsionem falſi criminis ob cauſam vitandi atroces cruciatus in foro iudiciali ſecluſo iuramento emiſſam, nec ipſi foro iudiciali, neque ipſi iudici notabilis irrogatur iniuria: quia iudicia, & iudices publicè conſtituuntur, quatenus reus & actor non noceant ſibi inuicem. At reus in hac falſa confeſsione ſua nemini nocet, niſi ſibi ſoli: ergo iniuriam notabilem, neque iudici, neque iudicio publico infert. Sicut eis iniurius non videretur eſſe ille, qui iniuſtè impetitus ab aduerſa parte in iudicio contendente illum ſpoliare per litem falſam ei intentam propria domo ſi fateretur apud iudicem, domum illam eſſe partis eam petentis, quo ſe à lite iniuſta extricaret.

℄ Ad primum igitur argumentum fundamentalis quæſtionis reſpondetur primo, illam autoritatem Eccleſiaſt. Solum cõcludere, quôd eodem præcepto charitatis, quo tenemur nos & noſtra diligere, tenemur noſtro honori & famæ proſpicere. Non tamen inde conuincitur perſonam priuatam perinde fieri ream culpæ mortalis ſuæ famæ detrahendo, acſi necem ſibimet inferret, & quaſi perinde eſſet iniurius contra Deum, qui dominus eſt vitæ, & contra rempublicam infamator ſui, ſicut proprię mortis autor. Præter quam, quòd modus præcipuus adimplendi mandatum iſtum, ſcilicet, Curam habe de bono nomine, eſt per exercitium & cultum virtutum, quarum præmium eſt præclara fama, & honor, & eas conſequuntur ſicut vmbra corpus. Ideo poſſumus ſine læſione iuſtitiæ ea diſpendere, poſtquam ſumus eorum domini.

℄ Ad ſecundum argumentum, quod ex autoritate D. Auguſtini fuit aſſumptum, ſcilicet, quòd nobis eſt neceſſaria vita noſtra, & alijs fama noſtra reſpondetur, nihil hinc inferri contra nos. Nã ſicut ex illa particula, ſcilicet, quòd nobis eſt neceſſaria vita noſtra, non licet inferre, quòd nos vitæ noſtræ ſimus domini, ſic licet noſtra fama ſecundum D. Auguſtinum ſit neceſſaria reipublicæ, non licet colligere, quòd reſpublica ſit domina noſtræ famæ, nos autem ſolum eius cuſtodes: igitur eius mens ea ibi fuit, ſic famæ curam nobis commendare, vt deſpicienda non ſit ſine cauſa æſtimatio bona in populo, per quam reipublicæ nos poſſumus exhibere ſalutares, & proficuos, neq; opinionem bonam temere prodigamus: tunc præſertim quando ex tali famæ iactura ſcandalũ eſt oriundum. Nam D. Auguſtinus in eas inuehebatur fœminas, quę cum alias titulo ſanctitatis fulgerẽt in populo, cauſa præbẽdi humilitatis quoddam exemplum, ſibi non cauebant à ſuſpicione ſiniſtra, quam quatenus pro vilibus haberentur, in populo de ſeipſis ingenerabant.

℄ Ad tertium vero argumentum ex autoritate eiuſdem. 1. de Ciuit. Dei reſpondetur, nihil aduerſum noſtram concluſionem conficere, licet magis premere videatur. Quia ſolum concludit, quòd, ſcilicet, illo præcepto, non falſum teſtimonium dices, quantum ad extenſionem perinde prohibetur infamatio propria, ſicut infamatio aliena. Sicut illo præcepto: Non occides, perinde prohibetur occiſio propria, ſicut & aliena: tamen hinc non licet inferre, quôd in cæteris ſint reliqua paria. Nam falſum teſtimonium aduerſum nos proferre hoc contra caritatem nobis debitam militat: aduerſum verò proximum falſum teſtimonium euomere iuſtitiæ debitæ proximo refragatur. Quocirca, neque per illam normam præcepti: Non occides, occiſio non conuincitur eſſe peccatum propriè contra iuſtitiam commutatiuam, ſicut neque propriam deterere famam.

CAP.



# CAP. CCLXVI.

*An homo in aliquibus caſibus laudabiliter poſſit pro proximo famã exponere, & ad quid obligat charitas, qua quis ſe diligere tenetur: Et de ordine charitatis inter nos, & alios obſeruando: Et an cum iactura famæ præcepta Eccleſiæ ſeruare teneamur: Et an ex cõmunicatus occultus cum iactura ſuæ famæ teneatur abſtinere à celebrando.*

QVoniam (vt probatum eſt) ſic natura nobis comparatum eſt, vt honoris famæque domini ſimus, nũc nobis inquirendum eſt, an aliquoties contingere poſsint caſus, in quibus laudabiliter pro proximo famam poſsimus exponere. Et pro parte negatiua more noſtro cauſa eruendæ veritatis nõnulla argumenta proponamus.

℄ Arguitur igitur primo; quia homo ex pręcepto charitatis ſe magis diligere tenetur, quã proximũ. Tum, quia dilectio fundatur in quadam vnione, ſibi autem vnuſquiſque magis eſt vnitus, quàm alteri. Nam & vnitas, quæ eſt ad nos, potior eſt vnione ipſa, quæ eſt ad alterũ. Tum, quia dilectio noſtri quoddam veluti exẽplar eſt diligendi proximum, iuxta præcepti Decalogi normam ſcilicet Diliges, proximum tuum ſicut te ipſum: at exẽplar principalius eſt exemplato: ergo cum diligere ſit bonũ velle, bonum famæ magis nobis tenemur velle quàm proximis: non ergo eam poſſumus exponere pro proximis

℄ Præterea cõfirmatur ex autoritate D. Auguſtini de bono viduitatis cap. 20. dicẽtis, quòd fama noſtra neceſſaria eſt alijs: ſi ergo fama noſtra neceſſaria eſt proximis, & rei publicæ, non poſſumus pro bono particulari alicuius priuati eam diſpendere.

℄ De inde tenetur homo diligere bona propria neceſſaria ad ſuſtentationem propriæ vitæ magis, quam vitam corporalem alterius. Nã hac de cauſa licet occidere inuaſorem ſuorum bonorum, vt in illis ſe ſeruet indemnem, quem alias ſibi interficere non liceret: ergo pari ratione tenetur magis famam propriam diligere, quam alienam. Ac per conſequens cum ſit neceſſaria ſibi ſua bona fama, vt tutrix ſuæ ſtudioſæ vitæ extra articulum extremæ neceſsitatis, non poteſt licitę pro tuenda fama proximi eã expendere; ſicut neque poteſt bona temporalia ſibi neceſſaria ad conſeruationem naturæ extra articulum ſaltem neceſsitatis alteri largiri non extreme indigenti.

℄ In contrarium eſt, quia iuxta ſententiam Domini dicentis: Maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis, Ioãnis ca. 15. licet alicui exponere vitam pro alterius vita tuenda: ergo multò magis licitum erit expendere famam pro alterius tuẽda fama.

℄ Igitur pro expeditione quæſtionis nõnulla ſcitu digna fundamenta ad multas decidendas quæſtiones valde conducentia nos in præſentiarum pręiacere oportet. Primum ergo fundamẽtum ſit: Charitas, qua quiſque ſe diligere tenetur, de perſe obligat ſub mortali ad nihil agendum, vel omittendum, per quòd ipſa charitas & eius comes gratia, aut virtutes neceſſariæ ad ſalutem animæ amittãtur. Patet autem hoc; quia ad legiſlatorem attinet, cum ſimpliciter neceſſarius eſt finis præcepto vrgenti aſtringere ad neceſſaria capeſſenda & obſeruanda media. Quo circa. D. Thom. in quolib. 3. q. 4. art. 1. rectè cõcluſit, quòd bona ſpiritualia noſtra pro bono quocunque proximi, neque iacturę, imo neque periculo amiſsionis contra Sotũ in hoc poſtremo exponenda ſunt, quia ſecundum D. Thom. ibi, illa bona ſpiritualia videtur quis cõtemnere, cuius periculum negligit. Quo circa contra ſententiam D. Thom. Sotus videtur loquutus, dum aſſeuerat poſſe prædicatorem adire mulierem perditã cum ſpe probabili conuertendi eam: licet cum periculo labendi in peccatum carnis cum illa id aggrediatur. Nam huic ſententiæ Soti idem etiam D. Thomas refragatur. 2. 2. q. 26. art. 4. ad. 2. dum ait, quòd detrimenta corporalia debet homo ſuſtinere propter amicum: & in hoc ſe ipſum magis diligit ſecũdum ſpiritualem mẽtem, quia hoc pertinet ad perfectionem virtutis, quod eſt bonum mentis. Sed in ſpiritualibus non debet homo pati detrimentum peccando, vt proximum liberet à peccato. Hæc D. Thomas in forma.

℄ Secundũ fundamentũ eſt, quôd homo ex charitate qua ſe diligere tenetur, nõ aſtringitur ſub mortali ad ſua tẽporalia cõſeruãda bona de perſe, & primo, & abſolute; ſed ſolum quatenus neceſſaria ſunt ad finẽ ſpiritualẽ ſuæ ſalutis. Patet autẽ hoc ex autoritate D. Tho. ſupra allegata 2. 2. q. 26. ar. 4. ad. 2. Et ratio ſuffragatur: quia eodẽ autore, bona hęc tẽporalia nõ ſũt ſimpliciter bona, ſed ſecũdũ quid. Quo circa vt ipſe. 1. 2. q. 114. a. 10. tradit, ſecundũ ſe cõſiderata non cadũt ſub merito ſimpliciter, ideſt, ſub merito de cõdigno, niſi quatenus ſunt vtilia ad opera virtutũ, quibus perducimur ad vitã æternã: ergo ſub peccato mortali charitas, qua ſe vnus quiſq; tenetur diligere, non obligat ad ea conſeruãda, & tuenda, quando non ita contingit eſſe neceſſaria ad prædictum ſalutis ſpiritualis finem.

℄ Ex quo

ℭ Ex quo fundamento licet, quaſi corolla-
rie, primò colligere; quòd ordo charitatis inter
nos ipſos, & alios neceſſario obſeruãdus (de quo
ſponſa in Canticis: Introduxit me rex in cellam
vinariam, & ordinauit in me charitatem) pen-
ſandus eſt, quo ad bona ſpiritualia tantum, ſci-
licet, gratiæ & virtutum. Nam quo ad alia bona
hunc ordinem non ſeruare, ſcilicet, vt prius ea
nobis optemus, quàm alijs, dum ad ſalutem ani
mæ noſtrę conſeruandam neceſſaria nobis non
fuerint, non eſt opus obligationis ſimpliciter.
Nam opus erit ſupererogationis, & perfectio-
nis, ſi extra articulum grauis neceſsitatis, vel ex
tremæ ex cauſa rationabili pro proximis ea ex
pendamus. His igitur præſtitutis

ℭ Statuitur generalis concluſio: Ex cauſa
rationabili excuſante à peccato prodigalita-
tis famæ, licitum eſt nobis exponere famam
pro proximis, ac pro eis eius iacturam pati; non
quidem nobis falſum crimen imponendo, ſed
cauſa conſulendi bono proximi, vel pro eius ca
uendo notabili malo, eam ab impetentibus &
mordacibus non protegendo. Patet: nam ſi iux
ta ſententiam Domini, ſcilicet, maiorem chari-
tatem nemo habet, & cætera ex rationabili cau
ſa exponere vitam pro alijs, opus egregium cha
ritatis eſſe exiſtimatur: ergo etiam ex rationa-
bili cauſa exponere famam pro proximis in
ſenſu ſupradicto, ſaltem peccatum non erit:
imo opus officioſum virtutis erit.

ℭ Hinc iam licet multa corollaria colligere,
quorum primum ſit: Falſo infamatus non tene
tur ſuam famam tueri, niſi ſit perſona publica,
publico in republica fungens officio guberna-
tionis, vel prælatiæ: quia talis non poſſet ſuam
famam indefenſam relinquere, cum ſub titulo
ſui officij, veluti impignorata ſit ſubditis; quia
ad ſui conſeruationem, & manutentionem in
bono virtutis prædicta bona fama ſuperioris
ſui, aut prælati ſummè opus habent. Aut niſi
crimen, de quo falſò notatur, ſit contra religio-
nem chriſtianam, aut fidem, aut notabiliter ſcã
daloſum, aut fædum obſcurans ſui ordinis, reli-
gionis & profeſsionis ſtatũ, vt vſu euenire poſ-
ſet in aliquo bonæ notæ religioſo, aut ſuam
proſapiam & parentelam eſſet deturpans.

ℭ Sit præterea ſecundum corollarium: Cau-
ſa humilitatis, aut aliarum virtutum intuitu,
quatenus conſeruentur, & augeantur, ſua crimi
na, quando iam non tantum præferunt poſt ſe
ſcandalum, quin potius pænitentiæ egregiæ iã
exhibent teſtimonium prodere & enarrare, ea
ingemiſcendo, tantum abeſt, vt ſit peccatum,
vt ſit ſępe officiũ virtutis. Hoc autem corolla
rium exemplo Diui auguſtini in libro confeſ-
ſion. nonnulla ſua peccata ſecreta detegentis, &
A exemplo D. Anſelmi, amiſſam virginitatem la
mentabiliter deplorantis, corroboratur. Atque
ex prædicta cauſa, licet agere alias licitum, vnde
occaſionaliter quis diffametur ad tempus; ſi ta-
men ſcandalũ graue & pręiudicium alterius, &
periculum vitæ propriæ caueantur. Nam etiã
verum fateri crimen ſecretum metu tormento
rum, dum alia grauia præiudicia, & pericula ceſ
ſent peccatum non eſt, licet nota infamiæ in
de à confitente contrahatur.

ℭ Deinde accedit, & tertium corollariũ ſci-
licet: Licet ſæpe mortali culpa non caret pro-
prium reuelare delictum, vt cum, exempli gra-
tia, per complacentiam, aut iactantiam faci-
B nus occultum ab eius autore depromitur, aut
perſona publica eſt, quæ ſic ſe prodit, aut ſi pu
blica perſona non eſt, quæ ſit neceſſaria reipu-
blicę, ſed priuata: tamen non ſine præiudicio
tertiæ perſonæ, aut ſine propriæ vitæ pericu-
lo, & huiuſmodi id agit: tamen non hoc obſtan
te infamare ſe ipſum ſæpe attinet ad opus vir-
tutis putà cum capiendi conſilij, vel depellen-
di ab animo grauem dolorem cauſa fit. Quia ali
ter, qui ſic ſe prodit his malis mederi non po-
teſt, aut cum reſarciendi famam per ſuum fal-
ſum teſtimonium alteri ablatam cauſa ſe retra-
ctat, vel quando qui fuit occultus patrator deli-
cti ſe prodit, cum non teneretur ſe manifeſta-
C re, ne alter, cui falſò à iudice, vel à vulgo impu-
tatur id criminis, tali laboret infamia, cum ſit in
nocens, & ne affligatur. Nam, vt ait Victoria in
prædictis ſuis ſcholijs, licet fama mea ſit bonũ
vtile mihi, non ſolum propter ſpirituale bonũ
alterius eam negligere licet; ſed etiam propter
temporale bonum proprium, vel alienum, cum
dictauerit ratio poſthaberi poteſt. Vt ſi pro-
pter hoc libero innocentem in caſu ſupradicto,
vbi ego commiſi ſecretum furtum: & tamen al
teri innocenti imputatur, poſſum me prodere
dicẽs: Ego ſum, qui deliqui, hic autem nihil ma-
li fecit. Licet etiam poſsim, dum latet meum cri
men, tacendo meam famam tueri, aut me debi-
D tè compurgare.

ℭ Subſequitur ex prędictis quartum corolla
rium, ſcilicet; Nullus tenetur cum iactura ſuæ
famæ poſitiua eccleſiæ præcepta ſeruare, etiam
ſi contineãt in ſe cenſuras graues. Vt verbi gra
tia occultus excõmunicatus, interdictus, irregu-
laris, ſi dum non eſt in mora obtinendi diſpen-
ſationem, vel abſolutionem ſi non celebret gra
uiſsimam ſuſpicionem ſui criminis occulti in-
generabit in populo, vnde grauem infamiæ ia-
cturã ſubibit: nõ tenetur abſtinere à celebratio-
ne, neq; ſi celebret irregularitatẽ ob id incurret.
Nõ me latet hoc collorariũ nõ ab omnib[9] pro
bari, neq; á Merin. Salman. neq; à Couar. in ca.
alma



alma mater, de ſent. excomm. part. 1. §. 2. nu. 11.
fol. 23. & 24. cui videtur accedere Sotus in 4.
ſent. diſt. 12. quæſt. 1. art. 4. & diſt. 18. quæſt. 2.
art. 5. Licet non tam expreſſe Sotus id ibi ſig-
nificet. Tamen, quia fundamentum habet in
doctrina D. Thomæ in 3. parte quæſt. 83. artic.
6, in ſolut. ad 2. vbi docet excommunicatum oc
cultum, qui talem ſe eſſe deprehendit, poſtquã
inchoauit iam miſſam debere perficere, & miſ-
ſam inceptam non deſerere, quando graue ſcã-
dalum timeretur; Nam Catholica eccleſia ma-
ter noluit excommunicatum occultum pœnitẽ
tem inhabilem ad ſacramenta percipienda, vel
ad celebrandum, ſi ſit ſacerdos in tali caſu redde
re; tum vt piam ſe exhiberet; tum vt infamia &
ſcandalũ quæ inde ſubſequi poſſent cauerẽtur.
Nam iſta euitare de iure naturali eſt. Si enim
pia mater eccleſia non eius eſt animi, vt eius po
ſitiuis præceptis de ieiunando, aut de audienda
miſſa in die feſtiuo velit obligare (cum diſpen-
dia ſalutis, & honoris ſequuntur ex eorum ob-
ſeruatione) ſuos catholicos ſubditos: ergo neq;
in præſenti huius corollarij caſu cẽſenda eſt, eos
ſic velle coarctare, vt cum ſcandalo, & ſuæ fa-
mæ iactura abſtineant à celebrando. Neque in
hoc caſu ſecundum ſummam angelicam incur-
retur irregularitatis pœna, quæ excommunica-
tis, ſuſpenſis, interdictis, celebrantibus decreta
eſt in tit. de cleric. excom. celebr. Huic noſtro
corollario expreſſe aſſentit Nauarrus in ſum.
ca. 27. num. 239. & Supplem. vt refert Syluestri
na eucharistia 2. quæſt. 7. & Caſtro de leg. pęn.
lib. 2. cap. vlt. concl. 2. & alij plures doctores ei
videntur accedere. Sotus autem vbi ſupra, licet
videatur nobis adhęrere, tamẽ in oppoſitum ma
gis videtur inclinare. Fauet quoq; nobis Cordu
ba in tractatu de caſib. conſcient. quæſtio. 142.
vbi tribus circa hoc memoratis opinionibus,
hãc quippe vltimã præeligit, quã etiam ſequu
tus fuerat in libello de detract. quæſt. 3. Non ta-
men hinc inferas prædictum excommunica-
tum, aut irregularem occultum ex prædicta cau
ſa, vitandi graue ſcandalum, & infamiam poſſe
de nouo promoueri ad ordines ſacros. Nam
nulla poteſt occurrere talis cauſa, cum ſine no-
ta infamiæ, aut ſcandali poſsit ordinum ſuſce-
ptionem omittere dicens ſaltem pro tunc, nol-
le ſacris ordinibus initiari.

ℭ Denique prædictis additur id, quod eſt
probabile, ſcilicet, quod ſiquis cauſa tuendi &
ſeruandi vitam paternam falſum crimen ſibi aſ
cribat, quo pœnam capitis patris ſui in ſe tran
ſferat, vt ille incolumnis ſeruetur, forſitã nõ de-
linquit mortaliter, ſi ſecluſo graui ſcãdalo & ci
tra iuramentũ id fiat. At hæc de hac quæſtione
ſint ſatis. Nunc verò ad diſſoluenda argumen-
A ta in principio quæſtionis poſita accedamus.

ℭ Ad primũ igitur argumentum reſponde-
tur ex doctrina Diu. Thomæ in primo funda-
mento tradita. Concedimus ergo, teneri nos
magis diligere ſimpliciter, quam alios. Sed, vt
bene ait Diu. Thomas qui ſuſtinet propter ami
cum detrimentum corporale, ad quod reduci-
tur detrimentum famæ, cum ſit temporale, ma
gis ſe ſimpliciter diligit, quia ſecundum ſpiri-
tualem mentem, ſe diligit quod pertinet ad per
ſectionem virtutis vnde negatur conſequentia.

ℭ Ad confirmationem autem, vbi ex Diu.
Auguſtino allegatur, quod fama noſtra eſt ne-
ceſſaria alijs & reipublicæ, dicitur hinc non
B concludi poſſe, niſi ſolum quod in caſu, in
quo reſpublica, aut alij proximi ex noſtra diſ-
famatione paterentur ſcandalum, aut diſpen-
dium, tunc noſtram non poſſemus exponere
famam pro bono particulari alicuius perſonæ
priuatæ: quia bonum commune præferendum
eſt particulari. Quocirca malum commune po-
tius eſt vitandum, quam priuatum non in-
generando commune ſcandalum. Nam vitæ
noſtræ bona fama eatenus iuxta mentem Diu.
Auguſtini eſt noſtris proximis neceſſaria, qua
tenus per ſiniſtram famam eos non ſcandalize-
mus, ſed potius per bona exempla vitæ noſtræ
C ædificentur.

ℭ Denique ad ſecundum argumentum, con-
ceſſo, quod licet alicui occidere inuaſorem ſuo-
rum bonorum, quia adminicula ſunt vitæ pro-
priæ hæc bona, cum hoc tamẽ cõpatitur, quod
tali inuaſori parcere cum prædicta iactura bo-
norum, opus ſit perfectionis, atq; ſupererogã-
tionis, igitur contra argumentantem inuerti-
tur argumentum, negando antecedens. Nam
ſicut tam vitam, quam neceſſaria ad vitam poſ
ſumus exponere, ea nõ defendẽdo pro vita pro
ximi: ita & famã exponere pro tuenda vita pro
ximi, & eius fama, diſtrahendo eam ex rationa
bili cauſa poſſumus præterquàm in caſu, quo
D noſtra fama nobis neceſſaria eſſet ad cuſtodiã
noſtrę ſalutis animę vel aliorũ, præſertim quorũ
nobis cura ſubeſt. Vt ſi ea amiſſa per eius iactu
rã nobis & noſtris ſpirituale pararetur periculũ.
Quia in hac contingentia, ſicut non liceret ex-
ponere vitam, neq; neceſſaria ad vitam, ſi nobis
& noſtris ad conſeruationem animarum neceſ-
ſaria forent: ita neq; famam, dum ad hoc contin
geret eſſe neceſſariam: quia cum media neceſſa-
ria ad finem induant rationẽ finis, iam iſta bo-
na famæ vitę & bonorum temporalium ratio-
ne ordinationis, & neceſsitatis ad
ſpiritualem finem, quodam-
modo ſpiritualia reputa-
rentur.

# CAPVT. CCLXVII.

*Vbi agitur de iudicibus, quatenus, quia præter mittunt ordinem iuris delinquunt contra iuſtitiã & contra charitatem: Et an via inquiſitionis requiratur præuia infamia de ſolo crimine, aut etiam de perſona particulari: Et an ex euidentia ſola delicti poſsit iudex procedere ad inquirẽdum in generali, aut in particulari: An via inquiſitionis ſufficiant indicia eſſe probata contra aliquem vt contra ipſum poſsit inquiri: Et quid ſi reo conſtet de publica ſua infamia, an teneatur reſpondere licet non ſit in proceſſu ei probata.*

QVanuis, vt euitaretur inculcatio quæſtionum, vt vnaquæque materia ſuo proprio loco diſcuteretur, mihi cordi erat nihil hic de fama quatenus iuſtè non tractatur de ea in iudicio exteriori, & ibi interdũ læditur iniuſtè meminiſſe, ne conſtringeremur de varijs perſonis, earumque functionibus, quæ in iudicio cõtentioſo ſolent interuenire hic peragere, ſed iam mutato cõſilio, ne hæc materia de detractione, quodãmodo mutila maneat, libet non omnia, quæ in ſuis materijs proprijs de prædictis dicenda veniunt hic inculcare, ſed de his aliqua quæ ad læſionẽ famæ attinent prælibare,

¶ Quæritur ergo primo ſubcinctè de iudicibus, in quibus & quot caſibus, quia prætermiſſo ordine iuris procedunt ad crimina occulta inquirenda vt detegantur, & puniantur, iſti delinquant contra iuſtitiam, vel contra ſolã charitatem. Occurrit ergo hic primum dubium de illo celebri caſu, vtrum ſi iudex ex euidentia patrati ſceleris reum nullum eius autorem in particulari indicante proceſſerit ad interrogandum & inquirẽdum, ſic qui detexerit reum occultũ nullatenus anteà infamatum, deliquerit mortaliter, vel aliquid reſtitutione dignum molitus fuerit. Videtur autem quod non. Tum, quia non ſine ſcandalo populi fieret, ſi verbi gratia, inuento cadauere occiſi in platea conſpicuo omni populo quia nullus de eo facto in particulari laborat infamia) ab inquirẽdo de male factore ceſſaret. Tũ, quia aliàs multa delicta in republica manerent impunita; quod non expedit. Tum etiã quia c. quidam maligni. 5. q. 1. Papa ſentẽtiã tulit excomunicationis in editorẽ libelli famoſi, niſi ſe etiam occultũ proderet. Ergo poteſt iu-

dex citra peccatum contra reum occultũ, neq; A infamatũ ex euidẽtia criminis inquirere, vt prodatur, neq; eius famæ videtur iniuriam irrogare.

¶ In cõtrariũ eſt, quod cap. qualiter & quando el. 2. de accuſationibus, cauetur, quod contra ſubditum, & maxime prælatũ non inquiratur, niſi de his tantum, ſuper quibus præceſsit infamia: infamia autem opinio ſiniſtra eſt & communis, habita tamen de aliquo in particulari.

¶ Igitur quæſtionis huius difficultas eſt, an infamia, quæ ſat eſt & requiritur ad inquirendũ via inquiſitionis de ipſo facto, aut perſona particulari debeat procedere. Nec quæſtio eſt triuia B lis hæc neque tam reſolutu facilis. Nam in quodam cõcilio generali, vbi D. Tho. interfuiſſe & interrogatus fuiſſe de hac quæſtione dicitur fertur reſpondiſſe, quod ſibi videbatur ad inquirẽdum de reo occulto ſat eſſe euidentiã facti. Vt ſi verbi gratia puella, ſub cura parẽtis conſtituta inueniretur patenter in vtero habens fætũ per vẽtris tumorem, inquirere poſſet iudex de eius compreſſore. Veruntamen in illo concilio eius ſentẽtiæ reclamatum eſſe dicitur. Pro elucidatione quæſtionis ſit primũ dictũ; Ex euidentia patrati ſceleris, licet primo de infamia quærere, ſcilicet, an aliquis eius delicti laboret infamia, qua probata per duos teſtes, & contra ipſum reũ in-C famatum, licet in particulari procedere. Sed, an ſine iſta præuia probatione infamiæ aliquem in particulari oſtendentis poſsit prorumpere de facto iudex vt ſæpe fit ad interrogãdum in particulari de reo, ſcilicet, an Petrus fecerit hoc delictũ, aut in generali interrogare, quis fuerit delicti autor, pro huius dubij illucidatione adijcitur ſecundo.

¶ Sit igitur ſecundum dictũ: Sine præuia tali infamia de aliquo particulari probata ſi procedatur via inquiſitionis ad partis inſtantiã, vel ſine publice & manifeſte cõſtanti, dũ proceditur ex officio, ſi procedat iudex ad interrogandũ de aliquo in particulari ex ſola euidẽtia facti, ſecũ D dũ omnes tã iuriſtas, quam theologos ideò peccat lethaliter, quia graui iniuria, verbi gratia, afficit Petrum, dũ tunc rogat in particulari à teſtibus, an Petrus id delictum perpetrauerit: quia vnuſquiſq; præſumẽdus eſt bonus, quandiu oppoſitũ non probatur. Non me latet in practica receptum eſſe regulariter apud iudices cũ ex officio, aut via inquiſitionis procedunt in ſummaria informatione, quã primò conficiunt, probationẽ infamiæ à teſtificatione facti nõ ſeparare. Quia ſimul interrogant teſtes in generali, an nouerint patratorẽ criminis & quod publice dicatur eũ id feciſſe. Sed an modus hic procedẽdi iuri ſit conſonus, aut diſſonus nolim hic diffiniſſe. Nam cum ex iure cõſtet legitimã infamiã, quæ iudi-



iudici via inquiſitionis ad interrogandũ de reo in particulari legitimã viam aperit, nõ à maleuolis, neque male affectis, ſed neq; diſcolis, à debere procedere, ſed à probis, & fide dignis, & per maiorẽ partem viciniæ ſaltẽ debere eſſe diſperſam (quas conditiones legitimæ infamiæ non probe norũt teſtes, ſic interrogati) ſcrupulo nõ caret, ſic eos etiã in gñrali interrogare ex improuiſo an ſciãt, autorẽ criminis, & an ſciãt eũ id feciſſe publice dici. Tũ, quia autore Soto de deteg. ſecreto hæc interrogatio etiã an aliquis fecerit, licet ſit in forma generalis, ſed reſponſionẽ poſtulat particularẽ, & de aliquo particulari. Quocirca Nauarri tutam doctrinã hic libenter amplector, qui ſimul cũ Innocẽtio admittit, quod in toto orbe, ait Innocentius, eſſe receptũ, ſcilicet, ex ſola euidẽtia patrati ſceleris procedi poſſe ad inquiſitionem in generali, ne iudices alias ſuperſedentes ab ea videantur cõniuere delictis ex quo generaretur ſcandalũ. Sed tamen hanc praxim, vt ſecura ſit, neq; interdum aduerſa ſit proximi debitę charitati, ſic moderandã cẽſet ipſe Nauarrus, vt chriſtianus prælatus, aut iudex dum ſic procedit teſtes ignaros, & rudes admonitos eſſe curet, vt publicè per maiorẽ partẽ non legitimè infamatũ non prodant, dũ ad ſolam pœnã proceditur, & non cauſa euitandi, aut reſarciendi graue dãnũ. Nã de hoc caſu hic à nobis habetur ſermo, quod ſi cõmode id ipſe eos nõ poſsit docere, ne ſuo officio videatur eſſe contrarius remittat eos ad peritos, qui eos inſtruant, qualiter, & de quibus teneantur reſpondere. Quod ſi de ſe præſtiterit hoc chriſtianus iudex, aut prælatus immunis erit ab omni peccato, ſi autẽ ſine pręuia iſta cautela teſtes rudes, & ignaros in generali interrogauerit, & ipſi in particulari aliquem præter ordinem iuris, quia non laborabat infamia detexerint, iudex cõtra charitatẽ, quia teſtes ſic non admonuit, videtur ſaltem deliquiſſe. Sed an contra iuſtitiã inducẽtẽ obligationem alicuius reſtitutionis peccarit propterea nolim hic diffinire; quia non conſtat mihi ad admonendos teſtes ſic ex officio iudicẽ teneri, & quia Victoria in ſuis ſcholijs oppoſitam opinionẽ, ſcilicet, de percontando in generali ex euidentia ſola facti ſine pręcedente alicuius infamia ipſos teſtes, non improbabilem reputat, cum ſit vſu recepta ab plerſq;. Licet fateatur noſtram hanc opinionem, quæ eſt Caietani cõmuniorẽ eſſe, ideò intrepide poſſe teneri ait, maxime quo ad teſtes, & reũ attinet, vt dũ via inquiſitionis, aut ex ſolo officio proceditur, ad ſolam infligendam pœnam, non teneãtur, ſine præcedente infamia de reo conſtãti ſibi ad interrogata per iudicem reſpondere. Tum quia hæc opinio in fauorem inclinat rei. Tum,

A quia autore Caietano, cui ſubſcribit Victoria, loco citato, licet modus procedendi ad inquirendum de occultis delictis, ſine præuia cõſtanti publica infamia, non ſit expreſſe de iure naturali, aut diuino: tamen fundamentũ videtur habere in illis. Nam ratio naturalis dictat, non omnia occulta crimina in publicum eſſe traducenda, vt ſcandala non excitentur, ſed ſopiantur, & aliqua quaſi ſoli Deo cognita ipſi puniẽda reſeruẽtur. Tum, quia licet poſsit princeps, aut papa hunc ordinem nõ procedendi, ſine pręuia infamia contra aliquem immutare, quia nõ ſic eſt de iure naturali, aut diuino, vt ex ratione vrgenti, vt ſi increſcerent occulta delicta in re-B publica ad occultos maleſactores deterrendos, non poſsit hunc ordinem procedendi abrogare tamen cum hactenus iſte modus ſit iuridicus, neque abolitus per aliquam legem contrariam, & cum conformis ſit legi naturali, ſeruãdus eſt in hãc formã, vt licet iudex roget reum, aut teſtes in generali, dum non conſtat de publica & legitima infamia, reum indicante, reus non detegatur. Neque enim conuincit contrariũ ratio illa quæ ſolet vrgere, ſcilicet, quod in quocũq; caſu poteſt iudex licite interrogare, tenentur teſtes & reus reſpondere. Quia reſpondetur quod iudex, qui ſine præuia infamia conſtanti interrogat rudes teſtes ſupra dictã cautelã de eis præ-C admonẽdis non obſeruando ſaltem contra charitatẽ agit. Quocirca, ſi teſtes nõ adſtringamus ad ei reſpondendũ, mirum non eſt. Secũdo quia eſto concedamus ob vſum aliquali ſuffultum ratione ex euidentia patrati ſceleris, ſine prædicta pręuia infamia poſſe in generali inquirere: ſed quia eius mens interpretanda eſt ſecundũ ius, vt ſolum velit interrogare, ſibiq; reſponderi ſecundũ ordinẽ iuris, ſcilicet, ſolũ illum reũ reuelãdo, quẽ ſua publica, qua laborat prodit infamia ideo teſtes celando tunc reũ potius iuri, & iudici obtemperãt, quàm ei reſiſtant. Sed neq; autoritas D. Tho. qui in prædicta congregatione Pariſienſi fertur cõtrariũ reſpondiſſe (& ſi alias D eius autoritas & doctrina ſit magnifacienda, ſicut magnifit per totã catholicã eccleſiam) nobis ſuadere debet cõtrariũ. Tum, quia D. Tho. vt pote qui tunc erat iuuenis, & tantũ bachalaureus neque ad faſtigium ſapiẽtiæ, qua poſtea floruit peruenerat, potuit rem non tã certã in illa congregatione reſpondiſſe: quare ſuum reſponſum à cæteris congregationis doctoribus paſſus eſt repulſam. Propterea quod ſentẽtia noſtra teſte Caietano videtur diffinita ca. inquiſitionis §. 3. de accuſat. Vbi cauetur cõtra non infamatum ſuper veritate criminũ inquiri non debere, etiam ſi libellus famoſus contra eum oblatus fuerit in ſecreto.



¶ Ter-

¶Tertiū dictum ſit, quod poſt largam diſputationem concluditur, ſine infamia præcedenti via inquiſitionis ad ſolam pœnam pręteriti criminis interrogantem in particulari iudicem, teneri ad reſtitutionē irrogatæ iniuriæ, vt ſi inquiſiuit, an Petrus, vel Paulus admiſiſſet delictū, ſi autē ex euidētia facti ſine præuia infamia ad inquirendū in generali proceſsit, & aliquis nō publice infamatus in iudicio proditus eſt, non conſtat ob prædictas rationes ei teneri ad aliquā reſtitutionē, niſi forte iudex ex male acceptis teſtimonijs, & contra ordinē iuris à teſtibus aſſertis pergeret vlterius in iudicio ad proferendā ſententiam. Quia tunc cum iuxta cap. qualiter & quando de accuſat. primo teneatur: errorem corrigere, ſi proferat ſententiā (quia nulla eſt, vt notat gloſ. ca. ad petitionē extra de accuſ.) in iniuriā vergeret ipſius ante occulti rei. Neq; enim vera omnino eſt illa aſſertio Soti de detegend. ſecr. aſſerentis, quod licet ex iniuſtè extorto teſtimonio nō poſsit iudex in iudicio vltra procedere: tamen cū crimen alias ſecretū iniuſte factū eſt, ſic palā & alio qui valde fœdū eſt, & ſcādaloſum, maiuſq; ſcandalū ingenerabit, niſi contra id procedatur: tunc bene poterit iudex progredi vltra vſq; ad diffinitiuā cōdemnationis proferēdā ſententiā, cauſa ſedandi ſcandalū publicum. Non eſt (inquā) hoc vſquequaq; certū: quia apparenter hoc redarguit magiſter Bañes ſup. 2.2. D.Tho. Tū, quia hinc ſæpe cōtingeret innocentē damnari ad mortē. Tū, quia ius præcipit ſuperſedere iudicē cum iniuſte proceſſum eſt, niſi alia aperiatur iuſta via procedēdi. Sed an ad procedendū via hac inquiſitionis, vel ex officio, & ad interrogandū reū, vel teſtes ſufficiat, & ſi nō cōſtet de infamia publica, indicia circa reum eſſe duobus teſtibus probata; quia & id in dubiū vertitur à doctoribus, & hoc explicādum venit in hoc quarto dicto.

¶Sic igitur quarto dictū: ad inquirendū ſpecialiter & in particulari contra aliquē via inquiſitionis, non ſufficit eſſe aliqua indicia cōtra illū, ſi non laboret infamia publica, niſi talia indicia adèo expreſſa ſint, & publica per maiorē partē viciniæ, quod æquiualeāt infamiæ, vel generēt publicā infamiā. Ita Nauarrus in ſumma ca.18. nu.38. contra Sotū de ratione tegendi mēb.2.q.6. verſ. At vero & clarius poſt verſ. tertiū dubiū. & cōtra Caietān. 2.2. q.69. ar.2. quos Nauarrus ait in hoc deceptos fuiſſe ex quodam dicto D. Thomæ perperā ab ipſis intellecto. Probat autē, quia ſi ad huiuſmodi inquiſitionē nō ſufficit duos aut tres teſtes ſciſſe delictū, quibus probari poſsit, iuxta caput. inquiſitionis, de accuſ. ergo á fortiori neq; indicia mera ad id ſufficiūt. Nos autem, vt inter hos doctores mediaremus, & vt ad A aliqualē concordiā eos redigeremus conſultò appoſuimus illā exceptionē: niſi talia indicia adèo eſſent expreſſa & publica, vt æquiualerent infamię. Nā alias D. Thomas qui. 2.2.q.69.art.2. ex cuius intellectu forte (vt ait Nauarr.) Sotus, & Caietanus potuerunt decipi, dum ait, quod veritatē poteſt, & debet requirere iudex ſecundū ordinē iuris, puta, cum præceſsit infamia ſuper aliquo crimine, vel aliqua expreſſa indicia apparuerint, vel etiā cū pręceſsit probatio ſemiplena nobis nō aduerſatur, neq; huic quarto dicto deſumpto ex Nauarro. Quia D. Thomas ibi (vt patet in principio articuli) loquitur dū proceditur via accuſationis. Nā ſic proponit dubiū articuli illius B 2.ad.2. ſic proceditur. Videtur, quod accuſato liceat calūnioſe ſe defendere: igitur de accuſato & via accuſationis delato ad iudiciū loquitur: nos autem in præſentiarū de via inquiſitionis, & de eo, contra quē hac via proceditur loquimur, dicentes cōtra hunc non ſufficere expreſſa indicia probata, niſi publicę infamiæ (quia publica ſunt & publicè indicantia reum) æquiualeant. Nam alias vbi via inquiſitionis non præcedit infamia cum manifeſtū eſt crimē diſquiri poſſunt perſonæ tantū in caſibus exceptis, ſcilicet, hæreſis & in crimine læſę maieſtatis, & alijs ſimilibus citatis à Soto de ratio. detegendi. Vbi ponit regulā C generalem certiſsimā, quæ omnes caſus cōprehendit, quibus notorio diffamatove crimine latentem reum, licet inquirere, ſcilicet, quando accuſare quis tenetur, nēpe, dum crimen eſt in perniciem publicam, aut cum crimen eſt vergens in damnum tertiæ perſonæ, neq; eſt emendatum, ſed pendet in futurum. Quia tunc iuſte interrogari vnuſquiſq;, vt teſtis poteſt, & prodere reū tenetur, quo fit, vt ad vindicandum ſolum præteritum crimen, nequaquam id liceat. Secundū hanc ergo regulam regulandi ſunt caſus illi ſingulares, quos ab hoc ordine iuris, ſcilicet, vt non procedatur ſine infamia excipiunt canoniſtæ, quos Sylueſter verbo, inquiſitio. §.3. &, 4. adnumerans D & exponens, ſatis perplexe locutus fuiſſe viſus eſt Victoriæ. Videto ergo illos.

¶Cæterum quid dicemus ad praxim communem aliquorum iudicum; qui de hac regula parum curantes, ex abrupto, licet non in particulari, ſed in generali interrogantes ſine diſcrimine in omni caſu occultos reos non laborantes infamia produnt? Reſpondetur: De his dixi, & iterū dico, ne vniuerſaliter omnes damnemus, quod cum delictum eſt notorium, licet delinquens ſit occultus, ad cauendum ſcandalum diſsimulationis, ſi non procederent ad inquirendum, poſſunt inquirere, de autore criminis in generali, ſed non in particulari, vt quæratur nominatim, an ille vel ille id fecerit. Ita Nauarrus cap.18. in





ſumma nu. 38. allegans Innocentium communiter receptum. Sed hanc eius ſententiam & meam (quia eſt contra Sotum, & Caietanum, præclaros Thomiſtas, vt ibi Nauarrus inſinuat) ideo eam non duximus hic abſolute admittendam, niſi cum grano ſalis, & charitatis: quo cum Nauarrus alibi in ſua ſumma, ſcilicet, ca.8.n.59. eam condire videtur, loquens de complicibus, contra quos via inquiſitionis dum proceditur, ſicut neque contra principalem autorem delicti non præcedente infamia, non nominatim, ſcilicet, an ſint Petrus aut Ioannes (quia hoc eſſet cōtra. l. congruit. ff. de offic. præſid. & contra ca. 1. de offic. ordin.) ſunt teſtes interrogandi: ſed generatim, an ſint aliqui; taliter quod doceat teſtes, ſi videat eos neſcire, an de iure reſpondere teneantur, vel præſtet eis facultatem conſulendi ſuper hoc peritos doctores, aut confeſſores. Alioquin, inquit ibi Nauarrus, non excuſarem talem iudicem à peccato mortali. Præſertim ſi id aggrediatur, ſibi perſuadens, iuſtū eſſe, per fas vel per nefas prodere crimina, & quolibet modo acerrimi iudicis ſibi famam captare. Quia eſt contra. l. reſpiciendum. ff. de pœn. cogere teſtes ad prodendum reos etiam iam emendatos nulla infamia vel indicijs publicis ęquipollentibus præuijs eos indicantibus. Præterea opinionem oppoſitam Soti & Caietani, ſentientium neque in generali ſine prædicta præuia infamia teſtes fore interrogandos contra reum via inquiſitionis, extra caſus exceptos, quærendo in communi ab ipſis, qui ſint, qui fecerint, facile admiſerim in caſibus illis, vbi publicitas, vel euidentia patrati ſceleris (quia tunc nulla eſt exiſtens in populo) non cogit neque ſolicitat iudicem, vt cauſa ſedandi ſcandali etiam ſine infamia præuia indicante reum ad inquirendum in generali procedat. Quia tunc nulla ſubeſt cauſa iudicem etiam in generali interrogantem, excuſandi. Sicut neque illa excuſat, quam quidam iudices ſibi obtendunt (vt ait Iulius Clarus in opere de poceſſu criminali) ſcilicet, quod iam licite id poſſunt (quia ne delicta maneant impunita) officium iudicis habet locum actionis, quaſi procederetur ad inſtantiam partis accuſantis, quia eſſet plurium iurium corruptela, quę diſtingūt viam accuſationis à via inquiſitionis. Et quando allegatur axioma commune, quod euidentia patrati ſceleris non indiget accuſatore duplicem recipit gloſſam, ſcilicet, ad inquirendum in generali eſt veluti accuſator ipſa euidentia ad procedendum iudicem inſtigans. Secundo venit intelligendum, quod ipſa euidentia facti publice & notorie indicans reum fungitur officio accuſatoris contra eum, & non ſic præciſe ſumpta.

A ¶Denique aduertant iudices, ſi lubet, vt ſi mature & ſecure hac via velint procedere, prius inquirant in generali de infamia circa id delictum, quam ſi ſic inquirendo contigerit probaſſe duobus teſtibus fide dignis iam deinceps, & ab ipſis, & ab alijs teſtibus poterit de ſic infamato in particulari inquirere, & de ipſo tantum crimine, de quo laborat infamia, non verò de alijs occultis criminibus diſparatis, quæ cum iſto non habent neceſſariam connexionem. Sicut Victoria putauit regulariter cum apoſtaſia à religione, & cum fuga monachi à monaſterio lapſum carnis ità habere connexionem; vt ſi monachus extra ſepta monaſterij proſiliuerit, B ſi hac infamia fugitiui laboret poſſe interrogari an in lapſum carnis cū aliqua fœmina inciderit. Quam Victorię aſſertionem, quia nimis rigidā & non tam abſolute veram eſſe puto, limitandam eſſe puto ad eū caſum, in quo ille religioſus fugitiuus de hac materia peccati carnis male audiſſet: etſi aliàs non cōſtaret, ꝙ ex alia diſtincta cauſa, ſcilicet, quia vexabat eum prælatus ibi, vel alius frater; vel quia male ſe ibi habebat de ſalute & aliter ſibi ſubuenire non potuit, fugam arripuit.

¶Denique, etſi non ſit animus omnia hic inculcare, quæ triuialia ſunt, & quæ in ipſis etiam ſummis idiomate Hiſpano communiter continentur: tamen quæ neceſſaria valde ſunt C cognitu, neque vnicuique ſunt peruia, ſtudemus hic in diſputationem adducere. Inter quæ adnumeratur illa quæſtio huc attinens, vtrum ad interrogandum reum, vel teſtes; ita vt ad reſpondendum teneantur, requiratur quod illis innoteſcat prius ſe more legitimo, & iuridice interrogari. Et quidem quantum attinet ad reum, ille reus ſecundum Nauarrum in ſumma cap.18. nu. 57. dicitur ſecundum ordinem iuris ſemper & ſolum interrogari, quando tribus concurrentibus contingit interrogari. Primo quando à iudice competenti interrogatur. Secundo quando per infamiam plene probatam, ſcilicet, per duos teſtes, aut per indicia ei æquipollentia ſic probata D proceditur ad interrogādum defacto. Tertio quando eſt probatum ſemiplene. Et hoc eſt dum per vnum teſtem omni exceptione ſuperiorem dum proceditur via accuſationis tantum eſt probatum crimen, ſecundum Sotum: quod non ſatis explicat, neque diſtinguit ibi Nauarrus. Nam alias in via inquiſitionis procedendo, non eſſet ſatis iſta ſemiplena probatio, neque indicia nō publica non æquiualentia famæ, niſi in criminibus exceptis, & caſibus ſex, qui ſoliti ſunt excipi: in quibus ſine præuia infamia, & clamoroſa inſinuatione, & indicijs poteſt fieri ſpecialis inquiſitio. Primo, quādo non intenditur condemnatio & punitio, ſed euitatio erroris,

aut damni, puta, nequis indignus, aut inhabilis A
aſſumatur ad dignitatem, vel ad ſacerdotium, vel
ordines promoueatur. Secundo quando quis
publice deliquit, aut coram multis crimen con-
feſſus eſt proprium. Tertio, quando inquirendo
vnum crimen detegitur aliud, quod eſt circun-
ſtantia, aut indicium alterius, aut pertinens ad
illius perfectam cognitionē & non aliter. Quar-
to propter atrocitatem criminis, vt in crimine
hæreſis, proditionis, & læſæ maieſtatis, aut in
peccato contra perſonam archiepiſcopi, aut pri-
matis, & huiuſmodi. Quia tunc qui eſſet ſuſpe-
ctus de tali peccato poſſet inquiri Quinto, in cri
mine, quod vergeret in præiudicium tertij, ſi eſt
in fieri, & ad huc pendet in futurum. Quia hu- B
iuſmodi crimen eſt inquirendum & coercen-
dum. Sicut ſi publicum foret crimē. Sicut etiam
quando iudex deprehendit, reum accuſatum eſ-
ſe per calumniam, aut ſi comperit falſum teſti-
monium teſtis in iudicio, vel falſæ aut confictæ
ſcripturæ editionem, aut præſentationem, aut
infidelitatem tutoris circa adminiſtranda bona
pupilli & alia huiuſmodi. Sexto quando cri-
men vergit in perniciem publicam, vt graſſatio
raptorū in vijs, falſatio monetarum, & ſimilia,
quæ ſub regula generali ſupra tradita ex autore
Soto comprehenduntur. Sub quibus potiſsime
comprehenduntur pernicioſa reipublicæ, quæ
talia dicuntur ea crimina, quæ habent pro obie- C
cto publicum damnum. Vt, verbi gratia, ſunt
illa, quæ ex ſe ſunt contagioſa: ſimiliter inſidiæ,
contra rempublicam, ambitiones, ſubornatio-
nes, compilatio ærarij publici, & tandem ea om
nia crimina, quæ potentia ſunt ad peruertendam
rempublicam, aut communitatem, non autem
illa crimina, quæ directe ſunt ſolum contra ali-
quas perſonas priuatas. Hæc enim dicuntur eſſe
tantum in præiudicium tertij; vt inſidiari morti
alicuius priuati. In his igitur caſibus; quia etiam
ſi nulla ſubſit præuia infamia, neque indicia præ-
cedant ad cauenda damna reipublicæ, vel tertij
poteſt fieri ſpecialis inquiſitio, tenentur teſtes
interrogati reſpondere: non tamen tenetur reſ- D
pondere ipſe reus rogatus in criminibus, quæ
habēt pro obiecto, bono publico nocere, niſi ſe-
miplena probatio, aut indicia, aut infamia præ-
dicto modo probata extent contra illum: quia
poteſt ſe ſecreto emendare & à malo reſipiſce-
re, vt ait Sotus. Licet ergo de hæretico etiam oc-
culto teſtes ſiue iuſsi, ſiue non teſtimonium te-
nentur ferre: non tamen ipſe ſi omnino occultus
ſit, tenetur ſe prodere, etiam interrogatus, quan-
do nulla præceſsit contra illum ſaltem ſemiple-
na probatio: quia tantum tenetur ſecreto ſe cor-
rigere, quod in manu ſua eſt præſtare. Iam ergo
his præſtitutis, cauſa explicādi illam particulam
quæſtionis ſecundum ordinē iuris, iam reuerti-
mur ad quæſtionem prius propoſitam expen-
diendam, ſcilicet, vtrum teſtis aut reus, cui non
cōſtat ſe iuridice à iudice interrogari poſsit ſub-
terfugiendo crimen celare. Reſpondetur ergo
per ſequentia dicta.

¶ Dicitur ergo primo: De reo loquendo; dum
ei non conſtat ſe legitimè interrogari ſecundum
ordinem iuris, non tenetur in foro exteriori, vel
interiori compulſus fateri veritatem. Eſt Soti de
iuſt. & iur. lib. 5. q. 6. art. 2. Eſt etiā Nauarri ſen-
tentia in ſumma ca. 18. nu. 57. Quod adeo verū
eſſe aſtruit, vt neceſſe ſit priuſquā teneatur reſ-
pondere, vt nota fiat reo probatio ſemiplena
vnius teſtis, vel indiciorum, vel infamiæ, qua la-
borat, vt certior fiat de eo ſtatu, in quo eſt: quod
ex D. Tho. 2. 2. q. 69. art. 1. & 2. & ex Caietano
ibi eum pulchre exponēte elici, ait. Probatur au-
tem aſſertum hoc tum ex iure cap. quādo verſ.
non tibi dico, vt te prodas, de pœnit. diſt. 1. & c.
ſi omnia. 6. q. 1. Et in gratiam huius citat. ca. 2. de
maio. & obe. Tum etiam patet ex ratione Soti.
Quia, cum honoris & vitæ poſſeſsio penes reum
ſit, iuſque hæc bona cuſtodiendi ſibi inſit, nulla
ratione conſtringitur, niſi prodigus eſſe velit, illa
à ſe reſpondendo, abdicare, ante quam more &
lege nouerit ſe à iudice interrogari.

¶ In dubio autem, vtrum iudex legitime in-
terroget, in fauorem rei inclinandū eſt: maxime
in cauſa mortis, aut grauis diſpendij honoris, &
rerum. Ex quo corollarie ſequitur, quod licet in
principio litis ab reo, & ab actore iuramentum
calumniæ exigatur, quod in parte continet, ꝙ
interrogatus non inficiabitur quod verum eſſe
crediderit: tamen ſi poſt accuſatus interrogetur
de aliquo præter ius, non tenetur reſpondere ve-
ritatem, neque eſt periurus, ſi neget; ſed ſolum
eſt mēdacium officioſum veniale. Quia iuramē-
tum illud de calūnia ſanum ſenſum habuit, ſcili-
cet, ꝙ nō inficiabitur quod verū eſſe crediderit:
ſi tamē ex iure teneri ſe ad illud fatēdū nouerit.

¶ Præterea ex prædictis ſecundo corollarie
ſequitur, quod ſi falſò procedatur contra inno-
centem & interrogetur de aliquo, quod verę
fecit, quod tamē eſſet ſufficiēs indiciū, vt cōuin-
ceretur, & damnaretur de à ſe non facto, non te-
netur fateri veritatē, ſi per huiuſmodi confeſsio-
nem tali ſe obijceret periculo, vt potis non eſſet
deinde ad ſe de crimine compurgandū. Verbi
gratia, vt ſi à caſu reperit gladium alicuius ab al-
tero occulte occiſi, & interrogatus, an penes ſe
habet illum, & verū fateatur, inde ſumendū eſt
indicium ad ſibi imputandum homicidium.

¶ Sed quod grauius vrget dubium, hoc eſt,
ſcilicet, an cum reo conſtat de infamia publica,
qua laborat, teneatur interrogatus reſpondere,
licet



licet non ſit in proceſſu probata duobus legiti- A
mis teſtibus talis infamia. Et videtur, quod non
teneatur. Tum, quia debet ei prius conſtare de
eo ſtatu, in quo eſt apud iudicem, & in iudicio:
quæ fuit ratio Nauarri. Tum, quia, ſicut lex, vt
obliget, debet promulgari: & præceptum par-
ticulare, quia eſt veluti regula per applicationē
ſui regulans ſubditum, vt eum obliget, debet ei
notificari: ita & probatio illius infamiæ, licet
alias ſit publica debet publice reo ex ipſo pro-
ceſſu conſtare. Tum, quia hoc videtur confir-
mari ex. cap. qualiter & quando extra de accu-
ſat. el. 2. in gratiam huius decernente, quod ca-
pitula inquiſitionis ſunt reo exponenda.

¶ In contrarium eſt regula iuris in. 6. ca. cum B
qui. Vbi diffinitur, quod qui certus eſt certio-
rari non oportet: ſed iſte reus certus eſt iam de
ea publica, qua laborat infamia: ergo non eſt
opus vltra certioretur per iudicem.

¶ Igitur pro eruenda veritate quæſtionis ſit
ſecundum dictum. Sequendo regulam cap. inſ-
picimus de reg. iuris, quæ dictat in non tam cer-
tis, vel in obſcuris id, quod eſt veriſimilius eſſe
inſpiciendum, placet nobis in hoc caſu illam ſen
tētiam Cordubæ in ſuo quæſtionario aſſertam
ſequi, eo quod veriſimilior eſt; vbi ait, quod dū
conſtat reo de ſua infamia publica, qua laborat
in populo licet duobus teſtibus non ſit probata,
dum iudex aduerſus eū procedit pro bono cō- C
muni, tenetur interrogatus fateri veritatem. Se-
cus tamen eſſe videtur, cum iudex non ex offi-
cio, & pro bono communi inquirit, ſed ad in-
ſtantiam partis. Hanc noſtram aſſertionem con
firmat Panormitanus cap. cum oporteat. de ac-
cuſ. & cap. dilecti. Vbi ait, quod quando inqui-
ſitio fit per ordinarium de ſuo mero officio, tunc
non eſt neceſſe recidi teſtes ſuper infamia, ſed
ſatis eſt ſibi conſtare de infamia. Quia in dicto
cap. qualiter & quando, tantum exigitur, vt ad
aures ſuperioris peruenerit, à viris prouidis, &
honeſtis, qui ſecundum gloſſam ca. qualiter &
quando de accuſ. &. 2. ad cauſandam infamiam
tales eſſe reputantur, dum de eis oppoſitum nō D
cōſtat: quia alias rarò poſſet cōſtare de legitima
infamia. Secus eſt, inquit idē Panormitanus, in
delegato, vel ordinario procedēte ad inſtantiam
partis. Et ratio quoq; nobis ſuffragatur: quia in
hoc caſu cū reus ſit certioratus alias de ſua infa-
mia, & ſi ſibi nō probetur prius, præſumere de
iudice, ꝙ indebite procedat, nequaquā poteſt.
Sed cum procedit ad inſtantiam partis, ne ante
quam legitimè inſtet pars, agēdo vicem actoris,
cui incūbit probare in iudicio probāda eius pręe-
ueniat officium: non obſtāte, quod reo nota ſit
ſua alias infamia, poteſt ad reſpōdendū eius pro
bationē à parte faciendā expectare, vt iam con-
ſtet ſibi, vt reo ꝙ ante taliter ſibi conſtabat. Imo
ſecundū Nauarr. in ſum. ca. 25. nu. 36. requiritur,
vt probatio iam ſit poſita in proceſſu, & vt ſit
reo notificata, quo videat ſe ad obediendū iudi-
ci teneri. In cuius gratiā citat D. Tho. 2. 2. q. 69.
ar. 1. & 2. & Caietanum ibi. Et per hæc à nobis
aſſerta ſolutio ad obiectionis in cōtra allatas, fit
peruia. Supereſt nunc, vt receptui canētes ad ra-
tiones in contra in principio circa celebrē caſum
vtrū ex euidentia ſola facti ſine alia infamia, vel
indicijs ad inquiſitionem poſsit procedi allatas
reſpondeamus. Sed quia ad. 1. & ſecundam iam
factū eſt ſatis per primū, & ſecundum, & tertiū
dictum tantum ſupereſt, vt ad. 3. obiectionē, quę
ex ca. quidā maligni ſumebatur breuiter reſpon B
dere cū Victoria in ſuis ſcholijs, dicēdo quod D.
Gregorius illum autorem libelli famoſi non ad
vindictam ſanguinis cogebat ſe prodere: ſed vt
prodendo ſe, crimen, quod alteri obiecerat, pro-
baret, vel innocentem ab infamia illi illata libera
ret: quod prodendo ſe, ſi aliter fieri compenſatio
iniuriæ huius non poterat, facere tenebatur.

# CAP. CCLXVIII.

*An teſtis in omni caſu teneatur reſpondere iudi
ci interroganti de tribus vijs cognoſcēdi cri
mina, ſcilicet, via accuſationis, & denuncia- C
tionis, & inquiſitionis, & differentia inter
hæc tria. Et quotupliciter notoriū crimē &
quotupliciter publicum. Et de diffinitione
infamiæ requiſitæ ad inquiſitionem. Et quid
requiratur via accuſationis ad interrogandū
reū. Quādo ſub cenſuris rogatus, vel cōpulſus
denūciare teneatur, reſpōdere. Et quādo nō.
Et an correptio fraterna prius præmittēda ſit.*

PORRO quoniam de reo, quādo in
iudicio interrogari poſsit, ita vt ſibi à
iudice non fiat in hac interrogatione
iniuria, ſed de plano fatendo veritatē D
iudici parere teneatur, iā aliqualiter diximus, reli
quū eſt, vt nūc de teſte, dū via inquiſitionis pro
ceditur, an in omnibus caſibus interrogatus reſ-
pondere iudici, aut ſuperiori teneatur inueſtige
mus. Et pro more noſtro pro parte negatiua cau
ſa illucidandæ veritatis ſic proponitur.

¶ Primo ſic arguitur: Quia præceptū diuinū
de corrigēdo proximum, de cuius ſalute nuſquā,
dum in hac vita viator eſt, eſt deſperandum, præ
ferendū eſt mandatis quorūcunq; hominū: ſed
ſemper, aut fere ſemper hoc præceptum diuinū
locū habet, quia præſumendū eſt de fratre, quod
charitatiue monitus corrigetur: ergo via inquiſi-

tionis teſtis teſtificando, neq; denũciator denũ-
tiationis via denunciando, non tenetur eũ dete-
gere: ſed prius eſt corrigendus, etiã ſi de eius emẽ
da dubitetur: quia in remedijs cõtra mala cauẽda
á leuioribus remedijs eſt incipiendũ, quale reme-
dium eſt correctio fraterna, etiã in dubio ſubſe-
quẽdæ emendæ potius quam traductio publica
criminis fratris ad forum exterius, etiã ſi laboret
infamia: quia cum poſsit emendari per ſecretam
correptionem ſuauem non videtur ſit in publi-
cum ſic traductus tam acerbe confundendus.

¶ Præterea ſic ſecũdo arguitur. Quia in hoc
ſecundũ doctores differunt via inquiſitionis, &
denunciationis à via accuſationis: quia accuſatio
principaliter tendit ad puniẽda delicta pro bono
cõmuni: inquiſitio verò, & denũciatio potius tẽ
dunt ad emendã, vel aliquam cõpenſam damni
faciendã. Sed multoties, quãdo inquiſitionis via
proceditur iã ſecreti, aut publice infamati delin-
quẽtis emenda, quã de ſe præſtitit liquido appa-
ret: ergo tũc non obſtãte eius publica infamia in
inquiſitione, qua ſuperior procedit, non eſt cõ-
tra eũ teſtificandũ, neq; eſt denunciandũ. Quia
ſi hic obligatio teſtificãdi, aut denunciandi cur-
reret eſſet ratione emendãdi delictũ, & tollendi
publicum ſcandalũ, quod tamẽ per emendã eius,
vt ſupponimus, iam videtur eſſe ſublatũ.

¶ Deinde tertio arguitur: quia ſi poſt emẽda-
tionẽ fratris & ſcandalũ iam per emendã conſo-
pitũ, liceret ſuperiori inquirenti crimẽ fratris de
tegere, aut ad id aliquis teneretur eſſet ratione re
cidiui, ſi veriſimiliter timeretur, ſed recidiuũ eſt
peccatũ futurũ, de quo, quia poteſt euenire, vel
non, nimia cautela eſt eius anteuertere iudiciũ:
quia nemo de futuris, quæ non fecerit, eo ſolum
quod ea facere poteſt, venit iudicãdus: ergo poſt
emendã præſtitam & poſt per eam ſedatũ ſcan-
dalum etiam ſi inquirat iudex, non eſt contra ſic
emendatum teſtificandum, aut denunciandum.

¶ Inſuper & quarto arguitur: Quia huiuſmo
di inquiſitio occulti furis, vel dãni autoris inter-
dum, & frequenter quidẽ fit per cenſuras eo fine
potiſsimo, vt reſarciatur dãnum illatũ: ſed ſæpe
contingit, quod autor dãni iam non ſit illud ſol-
uendo: ergo tunc non erit contra eũ denuncian-
dũ, vel teſtificandũ. Imo etiam ſi potis ſit ad re-
cõpenſandũ, hinc etiã argumentũ ſumitur, quod
non ſit cõtra eũ denunciandũ, vel teſtificandũ:
quoniam ipſemet furti, aut damni occulti patra-
tor non tenetur cũ iactura honoris, & famæ ſuæ
quia hæc ſuperioris ordinis ſunt bona, prædicta
furta, aut dãna mere tẽporalia reparare ſe prodẽ-
do: ergo teſtis, & denunciator cum denunciãdo,
vel teſtificãdo cõtra prædictos id facere neque-
ant ſine graui honoris & famæ eorũ, qui detegũ
tur iactura, videtur quod teſtificari & denũciare
A non teneantur. Neq; enim tenẽtur in caſu, quo
neque fur ſe prodere tenetur, vt apparet.

¶ Ad hæc quinto arguitur: Quia denũciator
cum crimen non poteſt probare, non tenetur ſu
periori inquirenti illud denũciare, quia ſuperior
ex tali denunciatione mera ſine alia probatione
ſatiſfactionẽ damni autori ſibi ſic denũciato in-
dicere iuridice nõ valet: ergo neq; teſtis, qui ſolus
conſcius eſt criminis, qui nequit illud probare,
non tenetur illud reuelare, neque ad cenſuras
reſpondere. Patet conſequentia: quia neque
etiam per iſtius ſolum teſtimoniũ poteſt iudex
ad damni reparationẽ damni autorẽ condẽnare.

¶ In contrarium autẽ eſt, quod ſi in caſibus
B his in argumẽtis prætactis liceret ſic ſubterfuge
re mandatum ſuperioris per cenſuras præcipien-
tis hos delinquentes reuelare, iam multa delicta
perpetrata manerent impunita, & multa mala
futura non præcauerentur, & paſsim eludendi
cenſuras eccleſiaſticas occaſio daretur.

¶ Igitur expediendi quæſtionem gratia ea
principia præmittere, quę ad eius eruendam ve-
ritatem viam aperiunt, operæ precium eſt. Sunt
ergo tres notandæ vię cognoſcendi crimina, ſci-
licet, denunciatio, accuſatio, inquiſitio. Accuſa-
tio autem ſecundum D. Thomam (vt refert Syl
ueſter in ſuma verbo. accuſatio. §. 1.) eſt delatio
rei de crimine in libello ad vindictam propter
C bonum commune. Vbi D. Thomas loquitur de
accuſatione, non quatenus ordinatur ad reſtau-
randum intereſſe accuſantis, ſed quatenus ordina
tur ad puniendum delictum præſertim in dam-
num commune, vel diuinum redundans. Denũ-
ciatio verò eſt manifeſtatio criminis facta ſupe-
riori. Quæ à theologis diſtinguitur, in euange-
licam, quæ fit prælato per viam correptionis
fraternæ; & in iudicialem, quæ fit prælato, vt
iudici in foro exteriori. Inquiſitio autem eſt in-
ueſtigatio alicuius incogniti, facta per ſuperio-
rem: quæ triplex ſolet eſſe. Scilicet, prima gene-
ralis ſimpliciter, id eſt quantum ad perſonas, &
delicta; vt cum inquiritur, an ſint homines faci-
D noroſi in republica. Secũda ſpecialis ſimpliciter
id eſt, quantũ ad perſonas, & delicta; vt cum de
certo & limitado delicto contra certã & limita-
tã perſonã præſes, vel prælatus inquirit. Tertia
verò eſt generalis ſimul ac ſpecialis, ſecũdũ quid
ſiue ſit generalis quo ad perſonas: ſed quo ad de
licta ſpecialis: vt cum præſes inquirit con-
tra eos, qui Petrum occiderunt. Denuncia-
tio autem euangelica, ſeu fraterna, quæ eſt
ad emendam fratris differt à iudiciali. Quia
illa bono ſpirituali proximi habet conſule-
re, quare à pœna publica infligenda abſti-
net: iudicialis autem, quia ad bonum publi-
cum, vt ad proprium ſcopum reſpicit, ideo ad
pu-



punitionem procedit. Hanc autẽ iudicialem de-
nunciationẽ, vt tradit Sotus de iuſt. & iure, lib. 5.
q. 5. ar. 1. D. Tho. ſub nomine accuſationis vide-
tur cõprehendiſſe. Tamen nõnihil differt. Quia
multi, qui non poſſunt accuſare, poſſunt crimen
denunciare, ſicut ſeruus, qui dominũ accuſare nõ
poteſt, poteſt illum denũciare; ſicut ſubditus etiã
inferiorẽ prælatũ ſuperiori. Et hęc fere eſt accuſa
tio: quia in hoc ſolũ differt ab accuſatione, quod
denuncians non tenetur probare, ſed iudex tunc
tenetur inquirere. Ita Sotus ibi docet. Cuius ta-
mẽ doctrinæ videtur refragari caput. cũ dilectus
de calũniatoribus. Vbi denũciator in probatio-
ne criminũ deficiens, ab officio & beneficio ſuſ-
penditur, donec innocentiã ſuam purget. Ergo
videtur hinc aperte elici, quod denunciator tene
tur probare crimina à ſe denũciata: alioquin ta-
li pœna talis denunciator nõ puniretur. Sed ni-
hilominus ſententiã Soti ſano modo poſſumus ac
cipere, ne textus hic videatur ei aduerſari. Quia
textus hic, vt ibi inſinuatur, non de qualicunque
denunciatore, ſed de eo, qui per modum querelæ
& actionis de ſuo epiſcopo varios exceſſus nun-
cians obiecit, cõtra eũ loquitur. At vero Sotus lo
quitur de eo, qui mere nũciat iudici crimina pro
teſtans, ſe neq; accuſatoris, ſed neque actoris, aut
partis perſonã in iudicio velle agere, nec quicquã
velle probare, ſed tantũ à ſe nota velle iudici de
promere, vt ipſe, an ita ſint examinet ex officio
ſolo per alios. Verũtamen, quia iudices non de-
bent, vt hoſtes, occulta peccata præter ius in pu
blicum traducere; ſed vt patres ex charitate cor-
ripere, aut diſsimulare, ideo quando quis ſine
actione, & accuſatione denunciat crimẽ alterius,
quia tunc hic accuſator non eſt, neq; pars aduer
ſa, ſed merus denunciator, non poteſt iudex ſic
denunciatum punire pœna legis, ſed fraternali-
ter corrigere, vt caueat in futurum. Nõ enim iu-
dex punire pœna legis poteſt niſi ad petitionẽ
partis, puta accuſatoris, vel eius ſeu actoris vicem
gerentis. Quod autem contra ius rectũ non ſit,
ſed rationi conſentanea hæc noſtra aſſertio, con
firmat Chriſtus Dominus Ioan. 8. Vbi ait: Ne-
mo te condemnauit mulier: vbi ſunt qui te accu
ſabant? Neq; ego te condẽnabo. Hanc igitur no
ſtram aſſertionem veram eſſe exemplificamus
in caſu, quo Chriſtus Dominus nulla perſeue-
ranter inſtante parte adulteram abſoluit de adul
terio, ſcilicet, quod ſola emẽda tollitur. Secus eſt,
cum opus eſſet procedere publice ad euitandum
pernicioſos errores, pericula, & dãna in præſen-
ti imminẽtia, aut in futurũ pendẽtia cõtra rẽpu-
blicam, aut tertium, quæ aliter euitari non poſ-
ſent. Nam tunc ſicut ſine infamia præcedente,
ita etiam ſine denunciatore ad inquirendũ in ge
nerali procedere poſſet, & multo magis ſi eſſet
A admonitus ab illo. Differt etiam accuſatio ab
inquiſitione ex mero officio exercita, vel ad de-
nunciationem meri denunciatoris nullam acto-
ris agentis partem facta: quoniam crimen pro-
batum per viam accuſationis pœna ordinaria le-
gis venit puniendum: crimen autem probatum
per modum inquiſitionis, iuxta canonicas ſan-
ctiones, extra cap. inquiſitionis. de accuſat. re-
gulariter pœna ordinaria non punitur. At licet
Iulius Clarus in ſuo proceſſu criminali aſſerat
iuriſtas ciuiles hoc in practica non omnino re-
cepiſſe, deberent tamen hoc obſeruare. Nam ra-
tio dictat, quod exceptis criminibus atrocita-
tem grauem præ ſe ferentibus, aut exceptis caſi-
B bus, vbi ad compeſcendam multiplicationẽ de-
lictorum percrebrentium toto rigore pœnę le-
gis vti opus eſſet: in alijs caſibus iudex nulla in-
ſtante accuſatrice parte, per modũ inquiſitionis
procedens iſto contemperamento canonico vta
tur: non totam legis ordinariam pœnam ad per
pendiculum in reum conuictum exercendo: &
maximè, ſi ſponte & non metu tormentorum
confeſſus eſt crimen.

¶ Præterea ſecundo notatu eſt opus, quod oc
cultum quatenus attinet ad præſentem mate-
riam, tripliciter accipitur. Primo nanque modo
dicitur occultum, vt diſtinguitur contra proba-
bile; & ſic eſt illud, quod probari non poteſt.
C Quocirca nulla reſtat via, qua cognoſcatur, niſi
via correctionis fraternæ, & denunciationis
euangelicæ. Aliud vero eſt occultum, ſcilicet,
quod non eſt publicum, neque notorium, licet
ſit probabile: quod quidem tam correptionis,
quam accuſationis materia eſſe poteſt. Tertio
vero modo occultum dicitur illud, quod non
eſt ſimpliciter notorium iure, aut facto: quia
aliqua, ſcilicet, tergiuerſatione celari poteſt, li-
cet infamia laboret, atque publice ſit diuulga-
tum: quod quidem tam correptionis, quam ac-
cuſationis, & inquiſitionis poteſt eſſe materia.
Itaque hinc concluditur, ſcilicet, quod inquiſi-
tio ſolum verſatur circa criminatorẽ, cuius infa-
D mia percrebruit; accuſatio autem omne crimen
probabile reſpicit, ſiue laboret infamia, ſiue ea
careat. Correptio demum atque denunciatio
euangelica omnia peccata occulta tanquam pro
prium ſcopum attendit.

¶ Attende tertió, quod licet manifeſtum
crimen aliquando accipiatur generaliter, vt in-
cludit notorium, & publicum, & facile proba-
bile per multos teſtes: tamen ſtricte ſumptum di
ſtinguitur cõtra notoriũ, & publicũ. Manifeſtũ
ergo ſumptum largiter primo modo accipi-
tur pro eo, quo eſt proprie notorium, ſcilicet,
quod probatione, nõ indiget, iuxta gloſſam. ca.
olim de verb. ſignificatione. vt quando euidẽtia

 facti

facti id manifeſtat, vel conſtat per rei confeſsionem, vel legitimam probationẽ. Alio modo ſecundo accipitur manifeſtũ pro eo, quod ſufficiẽter probari poteſt, & de facili per multos teſtes l. hæredes. C. de teſtam. Tertio deniq; modo manifeſtũ dicitur, quod patet omnibus, vel aliquibus. At vero in re dubia, vel in pœnalibus in prima acceptione eſt ſumendum, iuxta. c. finale. de verbor. ſignif. & ſecundũ Panor. in. cap. olim. de verb. ſignifi. Dum de manifeſto loquimur materia ſubiecta conſideranda eſt, & loquẽdi vſus. Sicut in materia de priuãdo aliquẽ peccatorem publicum pro peccato à ſacra euchariſtiæ communione, is dicitur publicus peccator ſecũdum Sot. & Nauarr. & alios, qui iam per ſententiam iudicis eſt dãnatus, aut per confeſsionem factã in iudicio iã conſtat de illius peccato, aut cuius peccatũ eſt ità notoriũ, quod nulla poteſt tergiuerſatione celari. Manifeſtũ ergo ſtricte & proprie ſumptũ dicitur illud, qđ nititur fama maioris partis viciniç, collegij, monaſterij, orta â ſcientibus.

¶ Publicum autem tripliciter ſolet diſtingui. Nã aliud eſt publicum, notoriũ; aliud eſt publicum manifeſtũ: aliud eſt publicũ famoſum. Igitur publicũ notorium dicitur quod nititur ſcientia maioris partis viciniæ, collegij, monaſterij licet non ſit notorium prouinciæ, ciuitati, vel parochiæ dummodo in tali vicinia collegio, vel monaſterio decem inueniantur ſecundũ Panormit. ca. veſtra. de cohabit. cler. & mul. Manifeſtum autẽ eſt, quod nititur fama eiuſdẽ partis maioris ſcilicet, viciniæ, collegij, vel monaſterij orta à ſcientibus. Famoſum vero dicitur, quod nititur fama maioris partis orta, non ex ſcientia, ſed ex indicijs, vel præſumptionibus. Ita Nauarrus in ſum. c. 27. n. 250. iuxta gloſ. ca. manifeſta. 2. q. 1. & ca. veſtra. de cohabit. cleric. ¶ Occultum etiã vltra prædictã diuiſionẽ trifariam ſecundũ iuriſtas ſumi ſolet. Nam primo occultum dicitur quod ſuapte natura nõ eſt probabile, cuiuſmodi eſt omne mentale, quod ſolum in mente continetur. Aliud verò eſt occultũ, quod quidẽ ſuapte natura probabile eſt; tamen de facto probari non poteſt, quia coram aliquo factum non eſt. Aliud demum eſt occultũ, quod probari quidem poteſt, ſed adeo à paucis, quod inde nulla proſilijt fama, ſed neq; ad iudiciũ delatũ eſt. Quibus adde adnotatione dignum, quod & ibi adnotat ipſe Nauarrus, ſcilicet, quod vt delictum dicatur publicum non ſufficit, vt actus delicti ſit publicus, niſi etiã ſciatur talẽ actum eſſe delictum. Sicut, verbi gratia, celebratio facta corã omni populo ab excõmunicato occulto actus publicus eſt, atq; ſimul delictũ eſt: non tamen delictũ eſt publicum: quia non innoteſcit publicũ eſſe delictum: quia qualitas adiuncta verbo, intelligenda eſt ſecundum qualitatem eius iuxta. l. in delictis. §. 1. ff. de noxalib.

¶ Quarto ad notitiã præſentis quæſtionis maximè refert in præſentiarũ diffinitionẽ infamiç legitimç ad inquiſitionẽ prærequiſitç prçſignare. Nã nemini dubiũ eſt, delictũ per viã inquiſitionis cognoſcendũ à iudice famoſum debere eſſe, id eſt, publicũ per infamiam, iuxta. ca. licet Heli. de ſimon. Vbi aperte dicitur, quod ſicut accuſationẽ, legitima debet præcedere inſcriptio, ſic denunciationẽ, charitatiua correctio, & inquiſitionẽ clamoſa debet inſinuatio præuenire, iuxta illud: Deſcendam, inquit Dñs, & videbo, vtrũ clamorẽ, qui venit ad me, opere compleuerint. Modo autẽ ſecundum Sot. & alios infamia atq; clamoroſa inſinuatio pro eodẽ in hac parte à iure vſurpantur. Eſt igitur infamia (vt ex. ca. qualiter, & quando, el. 2. de accuſ. & ex. ca. licet Heli. de ſimonia. licet colligere) quædã communis opinio de malo, voce manifeſtata ex ſuſpicione proueniens, quæ vt ſit legitima procedere debet nõ à maleuolis, & maledicis, ſed à prouidis & honeſtis, non à paucis, neq; ſemel tantũ, ſed à multis, & non ſemel, ſed ſæpe ad arbitriũ boni viri. Quæ quidem opinio ita debet eſſe cõmunis, vt iam rumor eius ſit ſparſus per maiorẽ partẽ viciniæ aut collegij, aut communitatis, vbi is, qui laborat infamia commoratur. Nõ ergo requiritur ad infamiam, quod omnes teſtes ſint oculati, ſed ſatis eſt, ꝙ à fide dignis audierint, vel quod habuerint ad id ſufficientes coniecturas, aut indicia. Facit gloſſ. ca. qualiter, & quando. quç explicãs illã particulã, non à maleuolis, dicit intelligendã ſic eſſe, ꝙ ſi hoc conſtaret, qđ à talibus eſſet orta, nullius momẽti eſſet ad infamãdũ, ſecus alias: quia difficile foret probare infamiã ortã eſſe à talibus, cum infamia interdũ ab incerto autore procedat. ¶ Aduertẽdũ eſt prçterea, quod licet infamia ex auditu ſufficiat ad inquirendũ, non tamẽ ad pœnã exigendã, vel infligendam. Quod ſatis aperte colligitur ex dic. c. licet Heli. de ſim. quãdo ergo non ſunt legitimi teſtes ad delictũ via inquiſitionis probandũ; infamatus tenetur ſe cõpurgare. Quocirca tunc infamato indicenda eſt canonica purgatio, iuxta cap. cum oporteat. de accuſ. Accedit inſuper ad prædicta notabile commẽdatione dignũ, ſcilicet, quod multo maior infamia requiritur ad inquirendum contra prælatos, & magiſtratus, quam contra perſonas priuatas. Hoc autem confirmatur aperte ex dict. cap. qualiter & quãdo. Cuius rationẽ reddit textus, ſcilicet, quia hi quaſi ſignũ ſunt poſiti ad ſagitam, quippe qui facile ſunt odio multis, quorũ vitia redarguere, punire, & increpare ex officio tenẽtur: igitur cõtra prælatos (vt ibi decernitur) non eſt ſpecialiter inquirendum niſi exceſſuum ſuorum clamor tantum aſcenderit, quod diutius ſine ſcandalo diſsimulari non poſsit, vel ſine periculo tolerari. Igitur, licet maior infamia requiratur ad inquirendũ contra prælatos, quam contra ſubditos: tamen inquiſitio cõtra vtroſq; ſine infamia, niſi in caſibus ſupra exceptis; nulla erit ad ſententiam cõdemnationis ferendã, iuxta cap. qualiter, & c. inquiſitionis, & c. cũ oporteat. de accuſ. Indicia tamẽ (vt memini me ſupra dixiſſe) cũ ita manifeſta, & publica fuerint, & expreſſa cõtra reũ, vt merito æquipolleant infamię; infamię legitimç vices ſupplent ad iuſte inquirendum in particulari contra reum, licet non ad condemnationem eius.



¶ Hinc plane conſequenter ſequitur corollarie, quod cũ via accuſationis ad inquirendũ contra reum, ſatis ſit ſemiplena probatio, quæ eſt vnus teſtis iã iuratus omni exceptione ſuperior, & infamia & indicia expreſſa ſemiplenæ probationi æquiualeant ad interrogandũ via accuſationis, tenetur reus accuſatus, cuius delicti indicia expreſſa duobus teſtib. cõprobata ſunt, aut eius infamia ex duobus teſtibus iam iuratis patet, ad interrogata à iudice reſpõdere. Patet ex D. Tho. 2. 2. q. 69. art. 1. vbi aperte docet in his caſibus non licere calũnioſe ſe defendere; etiã ſi ex ſua confeſsione ſit damnandus ad mortem, & ad patibulum rapiendus, ſecundum Sotum; & Cord. & veram & communen ſententiam.

¶ Præterea ſecundo corollariè ſequitur, quod licet ſemiplena probatio quç per vnum tantũ legitimum, & idoneum teſtẽ ſit, alias nõ valet ad procedendũ via inquiſitionis, imo neq; duo, aut tres teſtes valerẽt, quia requiritur publica infamia, & clamoroſa inſinuatio: tamen huiuſmodi per vnum idoneũ teſtem præcedens ſemiplena probatio æquiualet infamiæ, nõ ſemper, neq; in omni caſu, ſed ſolũ in illo, vbi inquiſitio, vel denunciatio iudicialis habet vicẽ accuſationis, propter atrocitatem criminum, vt in crimine hereſis, & proditionis, & in alijs ſimilibus, quæ ſunt in perniciem publicam, de quibus ſupra. Quocirca etſi in his criminibus nullus inſtet accuſator, ſed iudex ex ſolo officio via inquiſitionis procedat, teſtes pro bono communi promouendo, & malo cauẽdo, etiam nulla præuia ſemiplena probatione vnius teſtis, aut infamiæ, aut indiciorum præcedente, tenentur reſpondere. Ipſe autem reus, quia reſipiſcere poteſt, quod eſt in manu ſua, interrogatus reſpondere iudici veritatem non tenetur niſi aliqua ſemiplena probatio ex his tribus contra eum præceſſerit.

¶ Poſtquã notamenta ad multarum quçſtionum dubia diſſoluẽda conducentia præiecimus, ſtatuitur hic generalis concluſio; Qui iudici ſub cenſuris præcipienti aliqua crimina, vel debita denunciari, quo ſatisfactio indicatur debiti, aut malum caueatur abſq; cauſa excuſante non obtemperat, tũ excõmunicationis, vel cenſurç pœnam non euadit: tum etiam dãna inde ſubſecuta reſtituere tenetur. Hæc autẽ cõcluſio eſt Soti de iuſt. & iur. lib. 5. q. 7. ar. 2. fuit Victoriæ, eſt Cordubç in libello. de detract. Eſt Nauarri in ſum. ca. 25. nu. 46. Probatur autem quoad primã partem: quia parere ſuperiori, iuſte & iuſta præcipienti adeò obligatorium eſt, vt dixerit D. Paulus, quod qui poteſtati reſiſtit ordinationi Dei reſiſtit. Quo ad ſecundam autem partem patet: quia quando proximus, qui iniuſte tolerat damnum noſtro indiget teſtimonio, quoddã ius habet ad illud, Quoniam vnicuiq; mandatum eſt de proximo ſuo. Quemadmodum (vt ait Sotus) ſi penes nos eſſet aliqua ſcriptura, cui ſoli ius & cauſa proximi inniteretur, teneremur illam exhibere ex iuſtitia; quia alia eſt ratio ſubueniẽdi proximo, quando patitur per iniuriam, aut per caſualem cladem, quam ſi patiatur per inopiam neceſsitatem grauem. Vt, verbi gratia, ſi proximus domo caret, non in conſcientia cogimur illi donare domum: ſi tamen domus eius incendio flagret, tenemur, ſi ſine graui noſtro nocumento præſtare poſſumus, flãmas incendij extinguere. Cuius differentiæ rationem peracutè præſignauit in ſua ſumm. Nauarrus: quia primũ eſt proximi vtilitatẽ augere, ad quod non tantũ tenemur. Secundũ vero eſt eius damnum vitare, ad quod magis obligamur. Sicut huius rei gratia magis obligamur teſtificari, & denũciare damna illata proximo, dũ requiſiti ſumus à iudice, quia ex obligatione iuſtitiæ tũc taliter tenemur: vt ſi proximo noſtro teſtimoniũ noſtrũ ſit neceſſariũ: quia ibi tota periclitatur eius cauſa, ſi nõ teſtificemur, & grauiter peccemus & reſtituere dãna tenemur, quæ inde ſubſecuta ſunt. Licet ſecundũ Cord. non ſunt reſtituẽda illa incõmoda, aut detrimẽta ſimultatũ, & iurgiorũ, quæ ex impatientia litigantium orta ſunt immediate, quia illis attribuenda ſunt. Quia verò magna prudentia opus eſt ad parendũ mandatis ſuperiorũ; in ſimili materia aliquot excipit caſus, in quibus á reſpondendo ad huiuſmodi mãdata, & cenſurarũ literas cõſcij delictorũ poſſunt excuſari. Primũ, quãdo peccatũ eſt occultũ, de quo peccator iã præſtitit emẽdam, & reſipuit, aut de quo ſpes ſubeſt, ꝙ per correctionẽ fraternã emendabitur. Nam tũc non eſt denunciandũ, etiã ſi præcipiatur, vt nõ habita ratione correctionis fraternç detegatur S. Thoma autore. 2. 2. q. 33. ar. 7. ad. 3. & ſecundũ D. Anton. 2. part. tit. 9. cap. 6. §. 4. col. 3. Secundo quando denunciaturo non ſuppetit copia probandi peccatum: quoniam tunc iudex ſine integra probatione efficax nequibit adhiberẽ re-

re remedium, præterquam, quod ſi denunciator non probet notam nonnullã calumniatoris incurrere ſolet. Tertio quando denunciaturus ſciẽs delictũ ex ſolo auditu à tam vilibus, & fide indignis perſonis illud audiuit, quod merito vereatur, quod nulla ſibi adhibebitur fides, ſed ridiculus reputabitur apud ſuperiorem, quod id crediderit. Vel ſecũdum eundẽ Nauarrum ſi per ſuã denunciationẽ iudicem magis, quam oporteret moueret. Sed hoc vltimũ nemo ſibi de facili debet perſuadere, ne occaſio ſumatur non parendi iudici ſub prætextu, quod plus æquo contra denũnciatum forte exacerbabitur. Quarto excuſabitur conſcius criminis, ſi iam is, à quo id audierit iam denunciauerit. Quinto à denunciando quoq; liber erit, qui nouerit eum, qui rem ſurripuit, vel vſurpauit, eam iam via recompenſationis iuſtæ ſibi retinere. Quod quidem Nauarri dictum verum eſſe præſertim intelligo, quando aliàs ſic eam retinens via iuſtitiæ, quod ſibi debetur eiuſdem æſtimationis recuperare nõ poſſet; quia tunc recompenſatio indirecta in conſcientia ſecundum Syluest. licita eſt. Sexto excuſatur à denunciando id, quod per ſacramentalem confeſsionem nouit.

¶ Septimo adde, quod à denunciando quoque liberatur etiam rogatus quando citra notabile detrimentum rerum, famæ, vel corporis denũciare, aut teſtificari nõ poteſt. Quia cum tam graui detrimento ſubuenire proximo, neq; eum liberare à damno iniuſte illatõ per alium teſtificando veritatem, non tenetur: quia ſic rogatus magis eſt proximus ſibi ipſi: quare poterit ſe abſcondendo, vel aliter ſubterfugere à teſtificando, vel denunciãdo. Accedit in gratiã huius Baldus receptus in cap. cum nuncius. de teſtib. & idem & Feli. in cap. delictorum, de teſtib. cogend. Et idem eſt ſecundum Syluestrum, verb. denunciatio. q. 1. & verbo correctio. §. 7. ſub fine. ſi ex tali denunciatione magnum ſcandalum oriatur: quia cauere ſcandalum de iure eſt natural. Denique octauo regulariter excuſantur à denunciando aſcendentes contra deſcendentes, & è contrario. Idemque quaſi iudicium proferendum eſt de vxoribus contra maritos, & è contra, & de liberto contra patronum. Quia regulariter non debent ſe offerre ad teſtificandum in his caſibus cõtra tales perſonas: neq; ſic oblati recipi: quia inhabiles, vel priuilegiati circa hoc, quales ſunt nimis honorati, aut qui ſunt coniũcti, quando iura ſtatuunt eos non eſſe cogẽdos, intelliguntur manere liberi à teſtificando, vel denunciando, quando alij deſunt iuxta gloſſ. ca. quãcunq; 3. 14. q. 2. communiter receptam. & ca. ſtatuendum. 2. q. 6. Tuncque huiuſmodi priuilegiati in defectu aliorum compellendi ſunt ad

A teſtimonium, quando pars iurauerit non affuiſſe in huiuſmodi factis, niſi priuilegiatos, nulla interueniente in contrarium coniectura. Sic Nauarrus in ſumma. ca. 25. n. 48. & 49. & 50. Vide in gratiam ſupra dictorũ deciſ. 3. capell. Tholoſ. Hinc ſequitur corollarie, quod ſecundũ Nauar. quando timentur publicãda bona mariti delinquẽtis, & ideò abſcõſa & repoſita fuere in monaſterio, mulier, quę id nouerit, nõ tenetur ad cẽſuras epiſcopi iubentis reuelare, reſpondere tunc, præſertim quando iurgia cũ marito hinc ſequerentur, vel quando à ſua dote, vel à ſua parte ſibi obueniente ex bonis lucrifactis, & cõmunibus veniret defraudanda. Imo neq; alij rei geſtę B conſcij ad id tenerentur, quando probe noſſent alios eſſe creditores antiquiores, cui illa bona ſunt debita, & pro recompenſatione eis facienda ſic abſcondi, & reſeruari. Iam nunc ſupereſt ad argumenta in principio quæſtionis obiecta facere ſatis.

¶ Igitur ad primum argumentum (quia nonnullas ingerit difficultates) concedo antecedens, quod via inquiſitionis, dum ſperatur certò correctio, prius corrigendus eſt frater, etiam ſi laboret infamia propter rationes prætactas in argumento, ſcilicet, quia à leuioribus eſt incipiendũ, & quia non eſt ſic confundẽdus ſine cauſa quan- C do peccatum eius eſt tantum priuatum alterius non læſiuum, ſecundum Cordub. in libello de detractio. Quod credo verum, niſi prælatus iam probata infamia ad faciendum ſatis ſcandalo publico, cui aliter ſatisfieri non poſſet, niſi eum puniendo de eo ſic particulariter interrogaret. Sed negatur, quod præceptum correctionis nuſquã relinquat locum inquiſitioni. Primo, quia dat ei locum, quando per ſecretam correctionẽ emẽda non ſperatur. Secundo, quando (vt dictum eſt) probata iam infamia ad ſubueniendum publico ſcandalo fit inquiſitio in particulari. Tertio, quando correctio ſecreta præcedens, vel tunc præuia propter duritiem peccatoris publici, alias infamati non ſortita eſt effectum emendæ, D per quod ſopiretur ſcandalum..

¶ Ad ſecundum argumentũ reſpondetur, negatur antecedens, quod inquiſitio non tendat ad pœnam, ſed tantum ad reparationem damni, vel emendam. Quia in hoc, vt prænotauimus differt ab accuſatione, quod pœnam ordinariam non infligit in ſummo rigore, quam exigit accuſatio de accuſatore iuxta, ca. inquiſionis extra de accuſationibus. Negamus etiam denunciationem iudicialem, quatenus diſtinguitur cõtra euangelicam (quia ſic quodammodo coincidit cum accuſatione dum actoris perſonam denunciator agit ſecundum Sotũ, ex mente D. Tho.) non intendere pœnam, ſed ſolam emendam. Ideo negatur conſe-



conſequentia, quod contra delinquentem prius infamatum, ſed iam emendatũ, maxime ſi probata iam infamia, interroget eum, vel de eo in particulari prælatus in viſitatione; non teneatur teſtes teſtificari, aut quod ipſe teneatur fateri veritatem. Secus eſt autem, ſi adhuc perſiſtente infamia contra iam emendatum de eo in particulari, ſcilicet, an Petrus fecerit, nõ interrogaretur eius delicti conſcius, ſed in generali fieret inquiſitio: quia tum tacere poterit. Quanuis non deſint, qui aſſerant apparẽter poſſe tunc licitè de eo denunciare. De quo poſtea explicatior redibit ſermo. Quia licet ceſſarit ſcandalum, ſed ſcandalum datum aliquam videtur meruiſſe pœnam.

¶ Ad tertium argum. reſpondetur, conceſſa maiori, ſcilicet, quod emendatus iam frater, ſi timetur eius recidiuũ probabiliter ſuperiori inquirenti ex præuia infamia, contra eũ eſt detegendus, non ſolum dũ inquirit in particulari, ſed cũ in generali procedit. Quia ſecundum Angel. etiã in ſecreta denunciatione prælato mandanti, ſub cenſura denunciationẽ alicuius peccati parẽdum eſt, ſiue præceſſerit monitio ſiue non, ſiue ſecuta fuerit correctio, aut non. Quod tamen intellige ſolũ de eo, quod ſine peccato ei denũciari poteſt tanquam patri, ſecundum D. Aug. in ſua regula quando magis ſic ſaluti & famæ ſubditi videbitur expedire, quã quod corã teſtibus ſecretis detegatur. Quia ſecundum D. Thom. in quodlib. proſpiciendum eſt ſaluti animæ fratris, & bono cõmuni, vel cauendum eſt detrimentũ alterius, cum minima qua poterimus iacturæ famæ proximi. Negatur autẽ minor, ſeu potius diſtinguitur, ſcilicet, quod de futuris non ſit præueniendum iudiciũ: quia ad ſumendam vltionẽ de peccatis futuris, quæ forte non erũt, non eſt anteuertendũ iudicium. Quoniam etiam attentanti malũ ſi non perficiat illud, pœna legis ordinaria regulariter non imponitur, ſecundũ Panormit. ca. 1. de eo qui mittitur in poſſ. ſed alia imponitur pœna iudicis arbitrio. Sed bene iudiciũ præuentionis eſt ante capiendum, ſicut iure cauetur, ſcilicet, ad infecta mala cauenda, ne fiant prouidendo ſic & recidiuum ne cõtingat in prædicto caſu, debet denunciari: & maxime cum periculum graue alicui eſſe allaturum timetur.

¶ Ad quartum præterea argumentũ reſpõdetur primò, quod cum conſtat furem, qui ſubripuit aliquid iam emendatũ eſſe: ſed tamen ſoluendo non eſſe, non aſtringitur cõſcius furti ad eum denunciandũ dum præmoneat illum, vt ſatiſfaciat cum venerit ad pinguiorem fortunam. Quoniam alias, cum iam peruenerit ad meliorẽ mentis frugem, & reſtituere non poſsit, fruſtra & cum iactura famæ & honoris illius iudici proderetur. Si autem fur hic potis ſit ad reparãdum

A furti damnum, nec tamen velit; tunc ſi notabilis momenti ſit furti detrimentum; cum iactura famæ ipſius eſt detegẽdus. Tum, quia iuxta illud Pſalmi; Eripite pauperem, & egenum, de manu peccatoris liberate, ſubueniendum eſt proximo circa iniuriam, quam patitur, ne eam patiatur. Tum etiã, quia fur ille, licet occultus, quãdiu voluntarie perſeuerat in vſurpatione alieni tanquã iniurius alteri ſecundum Sotum in 4. ius perdit ſuæ famæ, ac per conſequens alterius habet defendendi ab hac iniuria illã ſuſtinentem, reſpondendo ad cenſuras & prodendo furem, quo ſatiſfacere cogatur. Secus forte eſſet, ſi furtum eſſet minimũ, & perſona, quæ aliàs illius fuit cau- B ſa, ſemel hoc commiſit, bonęq; notæ vir habetur in populo, licet eſſet negligens in ſatiſfaciendo: videtur tunc non forte denunciandus. Nam ratio dictat, quod pro minimis, etiã culpabilis reus & occultus, cum magna ipſius famæ iactura, nõ ſit patefaciendus. Negatur inſuper illa conſequẽtia, ſcilicet, Vſurpatur alieni occultus non tenetur bona temporalia cum iactura famæ, quæ altioris ordinis bonum, eſt reſtituere. Ergo neque conſcius, qui eſt eius furti ad iuſſum prelati pro hoc excõmunicantis, reſpondere tenetur. Quia licet regulariter, & ſi non ſemper, ſecundum Sotũ, & Victor. & Metin. Salmant. cõtra Caiet. & Nauar. antecedẽs ſit verũ, ſed cõſequentia eſt in- C ualida: quia illi vſurpatori occulto ius ineſt tuendi famã, quia altius eſt bonũ. Neq; in hoc eſt iniurius rei dominio, ſi velit reſtituere, ſi cõmode ſine iactura rei tam precioſæ, ſicut eſt fama ſua poſſet, & quomodo ſine hac iactura reſtituat, curat. At vero, qui in obſtinatione eſt animi ne reſtituat; tum, vt eruatur ab occaſione permanendi in talis dãnationis ſtatu; tũ, quia iniurioſus eſt proximo, prodendus certè eſt, atq; denunciãdus iudici excõmunicanti. ¶ Ad. 5. deniq; argum. reſpondetur, conceſſo antecedenti, ſcilicet, quod nõ potens probare, non tenetur denunciare, niſi in criminibus exceptis regulariter. Negatur merito conſequẽtia, ſcilicet, quod ille, qui aſciſcitur in teſte, & non in denunciatorem teneatur crimẽ, de quo D teſtificatur per alios teſtes probare. Quoniã, vt ait Sotus, etiam aduerſum emendatũ, ſi eſt infamia aut accuſator, tenetur quilibet reſpõdere, ſi interrogetur, vt teſtis, licet alias cum non poteſt probare non teneatur denũciare. Et ratio differẽtię eſt quia cũ quis accerſitur vt teſtis tantum præſumitur ad cõplementum probationis vocari vt iudex poſsit ferre ſententiã, quã per ſolã denunciationẽ factam ab vno ſine alia probatione adiuncta non valet fulminare.

## CAP. CCLXIX.

*An correctio fraterna viam procedendi per accuſa-*

*cuſationem, aut inquiſitionem anteceſſura ſit; vbi multa dubia explicantur de correctione fraterna: Et an in dubio ſub obligatione aliquá eius præceptum obliget: & quid ſi inde deterior frater fiet in præſenti, ſed tādē reſipiſcet: Et an correptio hæc locum habeat in culpis venialibus: & in hoc caſu obliget prælatos: Et an peccator, aut prælatus malus teneatur pœnitere, vt ſubditum corrigat: Et an hæretici ſtriges ſuperſtitioſi: ſtatim ſint denunciandi; Et de viſitatione generali & de ſecretis & ſolutionibus & reſponſionibus ad 7. argumenta.*

PORRO, quęſtio hęc, ſcilicet, vtrūm correctio fraterna viā procedēdi per accuſationē, vel inquiſitionē anteceſſura ſit, vel ipſam denunciationem iudicialem præcedere debeat, quia ad multos in hac materia decidendos caſus viam ſternit; placuit hic eam ſic controuertere, arguendo ſic pro parte affirmatiua.

¶Primo ſic arguitur: Quia hæ viæ procedēdi ſcilicet accuſationis inquiſitionis, denūciationis ſunt inſtitutæ veluti quædam remedia ad coercenda peccata; quia hic eſt omnis fructus teſtante propheta, vt tollatur omne peccatū, ſed ſecundū D. Tho. in addit. ad 3. partem q. 21. art. 3. in corpore art. in remedijs contra peccatū à leuioribus remedijs eſt incipiendum, quod & obſeruant medici in arte medicandi periti: cū ergo correctio fraterna ſuauius ſit remedium, quippe quæ cum à Domino ſit præcepta, magis conſulit famæ proximi: ante omnem viam procedendi contra peccatum prius videtur exordiendū eſſe à via correctionis fraternæ.

¶Preterea ſecundo arguitur: quia ſi correctio fraterna præmittēda nō eſſet in aliquo caſu eſſet in caſu, quo procedēdū eſſet via accuſationis, propterea quod accuſatio, & correctio fraterna ſuapte natura diſtinctos ſortiūtur fines, quia correctio fraterna ad emēdam reſpicit, accuſatio vero ad pœnā: ſed euitādo peccatū per correctionem proximi, euitatur & peccatū conſequens pœna: ergo tūc occultus peccator ante hanc pręuiā correctionem, quando probabiliter, vel certo emenda ſperatur non eſt accuſandus.

¶ Deinde arguitur tertio: quia ſi correctio fraterna præadhibenda non eſſet, maxime in caſu hæreſis, quia valde pernicioſum eſt Chriſtianæ reipublicæ: ſed in hoc videtur habere locum cum certo ſperatur emenda: quia præceptum diuinum de correctione fraterna adhibenda indiſtincte loquitur de omni peccato, dum

A ait: Si peccauerit in te frater tuus, & cætera Lucæ. 17. at ſecundum iuriſtas cum ius, aut lex nō diſtinguit, neq; nos diſtinguere debemus, ſcilicet, quod ius iſtud diuinum intelligatur de cæteris peccatis, non autem de peccato hæreſis.

¶Subinde quarto arguitur: Quia ſi correctio fraterna omittenda eſſet, maxime circa ſtriges, ſeu lamias, quia perniciem afferunt reipublicæ: ſed iſtæ videtur, quod ſint prius corrigendæ fraternè, quam denunciādæ eccleſiæ prelatis, quia deludūtur inſomnijs, vt refert. c. epiſcopi. 26. q. 5. quo circa ſacerdotes per eccleſias iubētur per prædicationē auertere eas, & fideles ab hoc errore: ergo prius ſunt monendæ quā denunciādæ.

B ¶Inſuper. 5. arguitur: Quia ſi correctio fraterna eſſet prætermittenda, maximè circa deditos ſuperſtitionibus quibuſdam, vbi immiſcentur res quædam, vt cauſæ, quæ tamen ad effectus intentos omni virtute vera carent, vt cum mulierculæ amatrices confectionibus herbarū vtuntur ad faſcinandos ſuos amaſios, & pelliciēdos eos in flagrātiſsimū earū amorē, quia ſuperſtitiones hæ vt ipſæ putāt) incantāt, & infatuāt homines, quod in perniciem vergit hominū: ſed in hoc caſu videtur, quod ſint prius charitatiue monendæ, quia ſæpe ex quadā ignorantia peccāt: ergo in omni caſu correctioni fraternę prius quam accuſationi, vel denunciationi publicę videtur dandum eſſe locum.

C ¶Item ſexto arguitur: Quia ſi correctio fraterna miſſa facienda eſſet, hoc merito accideret in caſu, quo dubitatur, an proderit, cū tamen ex alia parte in inquiſitione, vel viſitatione proceditur, quia in hoc caſu in dubio potius videtur parendū eſſe prælato iubēti denūciare: ſed etiam in hoc caſu nō videtur aliquis prius denūciādus, quā ſecreto monendus, quia in dubio magis videtur emēdandus cū cōſeruatione eius famę, tūc maxime, quando in dubio quoque eſt, an prælatus ad inquirendum de illo iuridice procedat.

¶Iam ſeptimo arguitur: Quoniā, ſi correctio fraterna prætereunda eſſet, & non curanda, id D eſſet cū pceditur inquiſitione vel viſitatione generali, quia cū hæc non requirat infamiā, neque publicitatem criminis prius probatā, ſecundum Panormit. ſup. cap. qualiter, & quando, videtur poſſe procedere contra crimen occultum, quod eſt materia correptionis etiā: ergo cum illucuſq; crimen occultū non fuit correptū, cum inquiſitio vel viſitatio generalis iā inceperit, videtur eſſe locus pręuētioni, ne viſitatio & inquiſitio generalis excludatur. Nā ſi de pręcepto diuino eſt corripere fratrē fraternaliter, ſic etiā de pręcepto diuino eſt, agnoſcere vultā pecoris ſui pręlatū, qđ fit per inquiſitionem, & viſitationem generale, Non ergo ſe debent explodere inuicem iſta duo præ-



præcepta diuina, ſed dare ſibi inuicem locum præuentionis. Sed certe in hoc videtur præuenire correctio debeat, quia faciliori modo medetur peccatis per viſitationem extirpandis: ergo ſemper eſt correctio fraterna anteponenda.

¶In contrarium eſt, quia ſi correctio fraterna in omnibus caſibus viam inquiſitionis, & denunciationis, vel accuſationis præire deberet, iam ſub titulo correctionis fraternæ multa mala pernicioſa reipublicæ occultarētur, quæ tamen præſentiſsimo indigerēt remedio ad cauenda ea in præſenti & in futuro; ſicut multa ſimilia ſub prætextu capiundi conſilij, vel ſub fide ſecreti ſeruandi ſecreto tertio reuelata occultantur.

¶ Quoniam per ordinem correctionis fraternæ male obſeruatum contingit famam interdum violari: ideò cum in præſentiarum de detractione, quæ violatio eſt famæ, principalis à nobis ſuſcepta ſit diſputatio de correctione, etſi non omnia, quædam tamen potiora documenta in ordine ad hunc finem oportet nos tradere. Notandum ergo primo eſt, quod correptio fraterna, actus & officium mediatū eſt charitatis immediatum autem eſt virtutis miſericordiæ: quare ſub præcepto naturali diuino & humano continetur. Nam homo eo quod ſuapte natura animal ſociale eſt, & ſæpe deficiens huiuſmodi ſubſidio correctionis, quo ad ſanā mētem reducatur, indiget. Quo circa præceptum correptionis fraternæ ex ſuo genere ſub mortali obligat: ſicut præceptum charitatis maiorem que obligationem ex ſuo obiecto præſefert, quam præceptum impendendi eleemoſynam corporalem. Licet ratione neceſsitatis eius obligatio non tam frequenter vrgeat; eo quod frequentius in neceſsitatibus ſpiritualibus mediāte Dei auxilio, quod ſemper paratus eſt dare quis poteſt ſibi ſubuenire; Non autem in indigētijs corporalibus ita frequenter euenit, vt poſſit quis ſibi ipſi ſuppetias ferre. Differt autem correptio euangelica ab accuſatione, & inquiſitione, eo quod correptio hæc actus eſt elicitus à miſericordia: inquiſitio vero & accuſatio inter actus iuſtitiæ continentur. Obligatque eius pręceptū non pro quocūq; tempore, quia affirmatiuum eſt ſed in neceſsitate & in opportunitate. Eſtque naturale pręceptum licet magis explicatum á Chriſto Domino Matthæi. 18. dū dixit: Si peccauerit in te frater tuus, & cæter. Particula autem illa, in te, duplicem recipit expoſitionem ſecundum D. Augu. ſer. 16. de verbis Domini. Vno modo, in te, ideſt, contra te, inferendo tibi iniuriam, eo quod infert illā Deo amico tuo. Altero modo, in te, ideſt, te ſciente: quia ſecundum eundem D. Aug. nullus corripe-

A re tenetur niſi ei ſufficienter conſtet de peccato fratris, ſicut & illa particula, quod ſi non audierit eos, dic eccleſiæ, dupliciter exponitur. Primo ſic, dic eccleſiæ, ideſt, prælato habenti eccleſiaſticam poteſtatē: ſic enim exponit D. Chryſ. Matth. 18. & gloſſ. ibidem, & gloſſ. cap. ſi peccauerit. 62. q. 1. & tex. cap. nouit de iudic. Secundo exponitur ſic, dic eccleſiæ, ideſt, prælatus quando corrigit excommunicet incorrigibilem, vt vitetur ab eccleſia. Sed prima expoſitio eſt cōmunior. Ab hoc ergo præcepto, quod multum in obliuionem abijt, quod certe modicam proximorum charitatem noſtrorum temporum arguit, ratione circunſtantiarum excuſationē ad-B mittit. Nam cum in primis requiratur incorrigēte autoritas, & bona opinio corrigentis, vt fructus poſsit ſperari, hæc ſępe deficit. Itē cū ſpes emēdę adeſſe debeat, hęc etiā nō infrequēter perditur, eo quod pauci ſint, qui hanc correptionē æquo animo tolerēt. Adde tertio, quod ideo excuſantur ab hoc præcepto multi priuatorum quia cum requiratur ad corrigendum fratrem, certa ſcientia delicti fraterni, ipſi quippe, qui ad hoc ex officio non tenentur quia talis cura ſpecialis eis non incumbit, de peccatis proximorū nihil certi exploratum habent, quod corripere poſsint. Quoniam etſi verè ſpes eſt, quæ nos ducere debet ad correptionis medicinam fratri C adhibendam (nam vt dicitur 1. ad Corint. 9. debet in ſpe qui arat arare) tamen, quia etiam Eccleſ. 11. dicitur, Qui obſeruat vētum non metet: etiam in dubio non oportet ita deſpondere animum, vt omnino amittamus ſpem emendæ fratris. Quo circa vera videtur ſententia Adriani ſcilicet, quod etiam in dubio tenemur medelam, correptionis adhibere, neque aperte D. Tho. aut Caietano videtur aduerſa, neq; ei vllus ſobrius Theologus refragabitur: tametſi hæc ſententia explicatiore indigeat intellectu. Nam primo dicitur, quod ſi in dubio ſim de emēda fratris, ſi tamē magis probabile mihi ſit, quod mea correptio illi nocumēto erit; tunc abſtinendum eſt mi-D hi ab eius correctione; ſicut in ſimili caſu deſiſtēdū eſſet à tali medicina applicanda infirmo. Secundo dicitur, quod cum emēda eſt in ancipiti ſi certus ſim, quod mea correptio ei in nocumētū nō cedet, ſed poterit ei ſalutaris eſſe, tūc à corrigendo non excuſor omnino; quia & medicus in hoc caſu medicari teneretur. Hoc autē maxime locū habet, cū articulus mortis vrget corrigēdū. Tertio autē adijcitur, quod in dubio ęqualī an mea correptio proderit, vel oberit, veriſimilius videtur quod ad corrigendum non ſum obnoxius. Huic aſſertioni videtur aſſentire Caiet. quia in hoc caſu potius ſubeſt periculū illum irritandi ad iniuriam, quam putat pati, referen-

ferendam, quam ad emendam concipiendam, quod tamen, vt docet Bañes in .2.2. D. Tho. q.33.art.2.cõclu.3.extra articulum mortis intelligendum venit. Nam ſi talis articulus mortis accidat, etiam ſi vtrinque probabiliter appareat, quod correctio poterit obeſſe, & prodeſſe eſt corrigendus. Nam ſi corrigere omittam, iam ille ob ſuum peccatum damnationem nõ effugiet: ſi autem corrigã licet in præſenti deterioretur, tamen probabiliter ſperatur quod ſaluabitur tãdem: ergo tunc corrigendus eſt, nam & hoc vſu euenire ſolet medicis, cum iam deſperatis de ſalute ægrotis quibus fortiſsimam non verentur applicare medicinam: ſed tamen id facere non eſt pro more medicis, niſi in caſibus, in quibus alias de ægroto actum eſſe putant, iuxta illud dictũ, quod fertur dixiſſe Galenus, ſcilicet, Interfice audacter, ſic neq; extra articulũ talis in tali dubio eſt corripiendus.

¶ Secundo notandum eſt: quia hoc (indubiũ ſolet verti, an ſuſpendenda ſit correctio fraterna cum timor ſubeſt, quod correptus ex ea euadet deterior) quod regulariter tali perſiſtente timore à correctione eſt abſtinendum cum in hoc finis eius qui eſt emenda fratris videatur ceſſare, cum hoc tamen ſtat ſententia Adriani ſatis veriſimilis, quod corripiendus ſit frater cum moralis ſubeſt certitudo de eius extrema ſalute inde obuentura, etiam ſi in præſenti pro compertó habeatur, quod ex eadem correptione nunc occaſionem arripiet peccandi. Ita Adrianus in .4. ſent. quęſt. vnica de correct. frater. cui ſubſcribit Victoria, & Sotus ei ſuffragantur communiter doctores. Cui iſtę aſtipulantur rationes. Tum quia correctio pręcipue ad ſalutem æternam fratris, promouẽdã reſpicit. Tũ quia hoc cedit magis in bonũ ſi tãdẽ ſaluetur. Hoc etiã magis ad honorẽ Dei ſpectat, vt hic peccator poſtremo poſt tantam miſeriam peccatorum, reſipiſcens per pœnitẽtiam coronetur. Tum quia in hoc facto imitamur prudentes, & ſagaces medicos, qui quatenus ſalus conſtans, & perſeuerans obueniat de præſenti, parum curãt, quod ex applicatione medicinarum morbus aliqualiter inualeſcat. Has autem Adriani rationes Bañes licet ſup.2.2.D.Tho.quæſt.33.art.6.labefactare contendat; quia tamen eas veriſimiles eſſe videt ſententiam Adriani, vt probabilem admittit. Limitat tamen eam & ſatis quidem circunſpecte, vt vera ſit; dummodo de præſenti contra tertium innocẽtem nocumentum, aut quid ſcandaloſum, vel impiũ facinus ex correptionis occaſione vel impatientia non moliatur correptus. Quia cum hoc malo inde imminente non arripiendus eſt etiam ſi talis correctio ſibi tandem in finalem ſalutem conuertenda ſperetur: præterquam, quod finalis eius pœnitentia oritura ſit ex præcedenti correptione tali, & non ex alijs accidentibus caſibus correcturus non tam certo coniectare poterit. At multo minus propter emendam futuram incertam applicanda eſt de præſenti medicina correptionis fraternæ, quando moraliter pro certo habetur in pręſenti, inde correptus euadet deterior: quia potius præſentaneum malum, vt pote certum eſt cauendum, quam ad bonum futurum incertum reſpiciendum. Denique ſub opportunitate omnia iſta comprehenduntur, quæ per regulas prudentiæ venit conſideranda. Nam opportunitas corripiendi proximum tunc dicitur eſſe præſentanea, quando ſi ſtatim non corripiatur, vel continuabit peccatum non reſtituendo alienũ, vel famam, vel adijciet de nouo peccare in peccato, accedendo ad ſacramentum altaris. Si autem iſta cauſa præſcindendi continuationem peccati vel eius iterationi obſtandi de præſenti non ſubſit cauſa ſperandi plenam emendationem, quæ pro præſenti, non ita plena & perfecta ſperatur, poterit in aliud tempus commodius prolatari, ex quo non currit tunc obligatio huius præcepti, quod ad plenam & finalem emendam fratris reſpicit. Sicque ſecũdum Cordubã in libello de detraction. intelligendum eſt dictum commune doctorum, & D. Auguſt. affirmantium poſſe expectari maiorem opportunitatem ad corripiendum fratrem. Sed neque talis ſemper opportunitas ſecundum Sotum mẽbro 2. quæſt. 2. de deteg. ſecr. ſtatim quod videmus fratrem lapſum in peccatum occurrit. Nam ſi doctus ſit, & alioquin bonus, forſitan citra noſtram correptionem, redibit ad ſanam mentem. Quod limitans Corduba, verum eſſe ait, niſi taliter paſsione vel malitia credatur faſcinatus; quod niſi per correptionem eius emenda non ſperetur.

¶ Porro poſtquam in primo notamento de obligatione præcepti correptionis nonnullã diximus, & an in dubio obligaret & in ſecũdo de eius opportunitate meminimus, & an eſſet correptio omittenda ob periculum deterioris exitus: nunc de materia eius in hoc tertio notamine ediſſerendum venit. Nam licet peccatũ mortale eſſe eius materiam, circa quam verſatur cõmuniter dicatur, ſed circa hoc punctum multa emergunt dubia, quæ breuiter per hæc à nobis tradita manebunt dilucidata. Primò ergo notato, quod ſecundum doctores Sotum Cordub. Bañes peccatum mortale præciſe præteritũ, de quo nullum veſtigium complacẽtiæ, aut nocumenti in præſenti imminet, neq; in futurum ſperatur, correptioni fraternæ iam nõ ſubditur, ſed accuſationi, aut inquiſitioni, ſi poſſit probari præceſsiſſe in facto, aut de eo reſultaſſet infamia. Sicq; intelligenda eſt gloſſa in.ca. ſi peccauerit.2.q.1.quę carpitur ab aliquibus. Secus eſt, ſi à tali peccato præterito peccator non reſipuerit. Sic Sotus de deteg. ſecr. membr.2.q.2. Adde ſecundo, quod etſi pro veniali culpa vitanda ex præcepto euangelico correctionis fraternæ fratrem regulariter monere nõ tenemur, quia emendam fratris perditi intendit, cum dicat; etſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum, qui tamen per venialem culpam ſimpliciter non perditur: tamen ſiue ex eodem præcepto exangelico, ſiue ex charitatis præcepto, peccata venialia ſingularis, ſi ſint per ſe ordinata moraliter ad mortale, id eſt, quando eſſent occaſio propinqua ad mortale per monitionem, ratione cauendæ culpæ mortalis, corripienda eſſent, vt in ſua regula videtur exemplificare Diuus Auguſtinus. Sed de cæteris venialibus non corrigere fratrem, an veniale ſit dicendum erit, primo contra Sotum affirmatiuæ parti adhærentem, in peccatis venialibus, quæ iam adhærent per cõſuetudinem, quod quia venialia vix poſſumus cauere prę fragilitate, quin vno vitato in alia incidamus, ſiue, quia citra monitionem venialia poteſt quis cauere ad venialia propulſanda à proximis ſub veniali, eos monere non tenemur, niſi prælati & gubernatores reipublicæ ſint, qui correcturi ſunt hos veniales defectus. Nam hos à veniali non excuſamus ſi venialia vitia reipublicę per monitionem extirpare neglexerint. Nam hanc omiſsionem ſibi culpæ mortali vertere, vt vertit Sotus, propterea non audemus, quia durum nobis cum Magiſtro Bañes hoc videtur obligare temporales gubernatores ad tantam perfectionem (quidquid ſit de epiſcopis & prælatis ordinum, quibus competit magis inuigilare, & perfectiori modo ſuos gubernare ſpirituales ſubditos: ſicut prælati religionum etiam ad cuſtodiam cæremoniarum tenentur incumbere. Nam cæteri gubernatores vitia venialia reipublicæ ſic fugare non tenentur ſub mortali: niſi tales eſſent abuſus, qui paci reipublicæ officerent, vel ei eſſent nocumento: cuiuſmodi ſunt tranſgreſsiones pragmaticarum circa precioſitatem, vel curioſitatem veſtium, quanuis hi abuſus in ſingulis tantum veniales ſint.





¶ Præterea accedit tertió conſiderare, quòd licèt ignorantem inſtruere per ſe opus correctionis fraternæ non ſit; attinet tamen ad miſericordiæ ſpiritualia opera, ad quod licet prælati magis teneantur; tamen nullus homo gnarus veritatis cuiuſcunque legis liber ſit à docendo ignorantem proximum ea, per quorum ignorantiam in periculo eſt conſtitutus delinquendi mortaliter: nam huiuſmodi ignorantia eſt grauis proximi miſeria. Quocirca talis ignorantia tollenda eſt, niſi pro comperto habeatur, talem non fore emendandum. Imo etſi de præſenti emendandus non ſit, ſi in futurum ſpes emendæ ſubſit, corrigendus eſt: præſertim, ſi talis ignorantia alicui tertiæ perſonæ damnum minaretur; vt ſi ex ignorantia aliquis vſuram exerceret, vt elicitur ex cap. qui cum fure. de furtis, vbi decernitur, quòd furti reus eſt, qui non manifeſtat rem quærente poſſeſſore. At veró quia leges diuinæ & naturales, quia maiori virtute obligandi vigẽt ad propellendam ignorantiam facti contra eas nos aſtringunt, dum ex ablatione ignorantiæ huius ſpes eſt, quod ceſſabit tranſgreſsio: vt cum ſpes eſt, quod Petrus ignoranter etiam inuincibiliter ducere parans Mariam cognatam ſibi intra quartum gradũm, ſi admonitus fuerit de hac cognatione à tali facto deſiſtet: quia deformitas facti contra legem, vt caueatur ad id nos inſtigat. Cęterum, quia leges humanæ non obligant cũ onere tanto ad propellendã ignorantiam facti contra eas, ſic nos non arctant. Vnde ex obliuione recitare omittẽtem ſacerdotem admonere nõ teneor, etiã ſi nouerim, quod admonitus per me recitabit, licet conſiliũ ſit admonere illum in hoc caſu, ſi ęgre nõ eſt laturus; ſed facile omiſſum opus implebit. Si autẽ id facti in ſcandalũ vel irreuerẽtiam religionis Chriſtianæ redũdaret, vt ſi quis per inaduertentiã in feria ſexta carnes ad veſcendũ ſibi pararet, admonendus certe eſſet, vt ſcandalum vitaretur.

¶ Deinde in hoc quarto notamine non ab re erit cõpendioſe aliquid explanare de eo grauamine, quocũ præceptum correctionis fraternæ ad conſulendum ſaluti fratris nos obligat. At vt à clarioribus incipiamus eſt planũ quod præceptũ correptionis extra articulũ extremæ neceſſitatis, qualis contingere poteſt tempore mortis cum iactura graui honoris, & bonorũ tẽporaliũ, vel famæ ad admonendum fraterné proximũ, ſi illius ex officio prælatiæ non geramus curam, nos non coarctat: quia talis neceſsitas nõ eſt neceſsitas extrema ſimpliciter, cui in poſterum remedium ſuppetere non poſsit. Veruntamẽ grauiter cõtrouertitur inter doctores, an cõſtitutus in extremo mortis articulo, qui tunc tẽporis ex ſola paſsione, vel ex ignorantia culpabili, vel ex malitia inhęret peccato mortali, de quo certa moraliter cõcipitur ſpes, ꝙ tunc correptus ad ſanam reuertetur mentẽ, & quod non correptus interceptus morte in æternum peribit ſit cũ periculo iacturę vitę noſtrę à nobis corrigendus, an non? Huius igitur dubitationis partẽ negatiuam tutatus eſt Soto de deteg. ſecre. memb.2.q.2. hac potiſsima ratione ductus (licet alias multas multiplicet, quas in annotationibus ſuper membrum ſe-

cundum contēdit ſoluere Corduba) quia iſta nō eſt neceſsitas extrema ſimpliciter, cui autore D. Tho. etiam priuati etiam cū periculo vitæ tenētur proſpicere. Contrariam inibi ſequitur Corduba aſſeuerans eſſe cōmunem, eamq; expreſſe tenere D. Tho. 2. 2. q. 26. art. 5, in ſolu. ad. 3. vbi de quolibet homine loquens ait, quod non tenetur proprium corpus exponere pro ſalute proximi, niſi in caſu, quo tenetur ſaluti eius prouidere. At nullus caſus eſt in quo omnis homo tenetur ſaluti proximi prouidere, niſi cū iam in articulo mortis ſine iſta prouiſione aliàs non ſaluabitur, & cum iſto correptionis remedio reſipiſcet, & æternam ſalutem conſequetur ſiue antea affixus eſſet culpæ mortali ex paſsione, ſiue ex ignorantia vincibili, ſiue ex malitia. Cui affirmatiuæ opinioni adhæreo, tum, quia cōmunis eſt & magis de mente D. Tho. (niſi fallor) tum, quia triplex ratio, quę ibi adducitur à Corduba pro ea vrgere videtur. Nam tunc obligatio præcepti correctionis nos premit, de quo teſtatur D. Aug. lib. 21. de ciuit. Dei. cap. 26. dicens, qui metu infamiæ, vel mortis omittit pręceptū Dei non habet fundamentū Chriſtum. Et quia alias tale pręceptū cum diſcrimine vitæ in nullo caſu obligaret, ſi requiritur, quod correptio ſic ſimpliciter ſit neceſſaria, quod ſine ipſa nō poſsit ſaluari: quia ſemper ſecundū D. Ambro. de vocat. gent. lib. 1. cap. 2. & 7. cum auxilio ſpeciali Dei, quod paratus eſt dare, poteſt quis à morte peccati liberari ſi vult. Sufficit ergo, vt correctio obliget cum diſcrimine vitæ, quod ita ſit neceſſaria in cōtingēti art. mortis, quod de facto ſine ea nō continget in extremis liberari à morte æterna, licet ſic in extremis cōſtitutus, loquendo, nō de facto, ſed de poſsibili, diuino adiutus auxilio, ſi velit, ſine ea conuerti poſsit, licet difficulter. Sed de his ſatis ſit nobis hîc ſecūdo cōſequēter dicturis, ſcilicet, quod nō cū eo grauamine præceptū correptionis peccatores indigētes, etiā correptione ad alios non ſibi ſubditos corrigēdos obligat, vt ad hūc finē ſub peccato mortali nouo ſe teneātur ſeipſos prius corrigere, quia ad corrigendum alios, regulariter loquēdo, nō tenetur homo agere pœnitentiā, ſicut neq; carētes pecunijs ad largiendas eleemoſynas cōmuniter indigentibus alicunde mutuo cōquirere pecunias nō obligamus. Licet verum ſit, quod ex præcepto charitatis ad corrigendū fratrem, qui alias ſcandalizetur, tenetur homo, ſi peccato ſcandaloſo eſt implicitus, ceſſare ab illo, ſaltē exterius, quatenus conſopiatur ſcandalū: At licet ex vi correptionis fraternę niſi extrema neceſsitas proximi corripiendi vrgeat, nemo teneatur id medij apponere, vt de peccato ſuo interius cōteratur: tamen cū talis extrema neceſsitas ſpiritualis inſtat, ſic, vt correctio

[A] mea conueniens medium eſſe ad corrigendū appareat, ſaltē quo ad repræſentationem exteriorem, tunc ex præcepto charitatis gratia conuertendi fratrem, tenebor exteriora quædam ſigna emendatæ mentis oſtēdere quia ſi pro proximo in extrema neceſsitate ſpirituali exponenda eſt vita corporalis: ergo hoc leue remedium multo magis eſt adhibendū. Verum extra hanc extremam neceſsitatem obligare homines, vt cauſa corrigendi proximum interius ipſi conterātur, eſſet tunc res plena ſcrupulis; tum eſſet obligare ad adhibendum remedium occultum, qualis eſt pœnitentia interior ad correctionem fratris; tū eſſet adinuenire alium caſum, in quo pręceptū [B] contritionis obligaret.

Insuper, ne deficiamus in neceſſarijs ad hāc materiam, adnectere libet & hic hoc quintū notamen, de ordine procedendi in proceſſu correctionis fraternæ. Dicimus ergo primo, quod euāgelicus ordo procedendi in correptione fraterna per ſe loquendo pertinet ad ius naturæ, quippe quod ſubuenire miſeriæ ſpirituali proximi ſuauiori modo, & detrimento minori docet, licet non ita ſit in præcepto, vt in omni euētu ad ſui exactam cuſtodiam aſtringat. Nam vſu euenire poterit, vt penſatis negociorū & perſonarū circunſtantijs, ratio aliud dictet faciendū. Vnde granū ſalis & prudentię hic ſicut in omnibus præce[C]ptis affirmatiuis adimplēdis opus eſt adhibere. Sicut etiam, dum prudentia dictat, quod primus gradus poterit prodeſſe fratri, ſcilicet, eum ſolū alloquendo, ſi prætermittatur, vt incipiatur à ſecundo, peccatum interdū erit mortale: quia modus quidam eſt infamandi fratrem apud alium, ſine neceſsitate. Secus eſt, ſi frater ex tali reuelatione apud tertiam perſonam, vel perſonas parum detrimenti ſubeat. Ordo autem correctionis fraternæ prætermittēdus taliter eſt quod neque ad primum gradum eſt accedendum, quando omnino omnis ſpes emendæ delinquentis ſublata eſt, quia ceſſante fine, id eſt, emenda fruſtra adhiberentur media. Quo circa grauiter pręlatus [D] delinqueret, ſi delictum fratris per viā correptionis fraternæ ad ſe ſecreto delatum deficiente ſibi emendationis eius ſpe ad iudicium traduceret publicum, niſi tale ſit crimen, quod perniciem afferat cōmunitati: nam tunc via accuſationis propulſandum eſſet tale damnum. Patet autem hoc quia non correctio fraterna, ſed acuſatio, vel infamia transferendi id criminis ad iudicium publicum prælato copiam facit.

At vero licet cum ad tertium gradum corectionis fraternæ peruentum fuerit prælato ius ſit increpationibus vti contra deliquentem, cui lenis admonitio non proderit, eique minitari, quod inuigilaturus ſit in poſterum ſuper illum, etſi



etſi expedierit coram viris grauibus paucis il[A]lum monitum eſſe curare, qui poſſint prodeſſe, & non obeſſe: tamen ſecundum Sotum de rati. detegen. membro. 2. q. 4. concluſ. 7. nequaquam licet eum virgis percutere: quod tamen ſecundum Bañes ſuper. 2. 2. q. 33. art. 8. vniuerſaliter non eſt verum. Nam iuniorem fratrem, quare prælato graui tunc cædere flagello liberum non erit poſt quam patri carnali ius ineſt filium ſecreto flagellandi? Nam & autore Soto delinquens iam confeſſus, etſi non ad pœnam præteriti, bene tamen, vt timeat in futurum, poteſt fraternaliter affici flagris. Poterit etiam & non confeſſus (ſi denunciator vir ſit fide dignus) quatenus reſipiſcat fraternaliter, & ſecretò [B] feriri verberibus, præſertim, ſi non ſit tanti nominis, ſed ſuſpectus etiam ſi promiſerit emendam contra Sotum. Nam mediocris hæc caſtigatio ſecreta ſuperaddita promiſſioni aliquando ſalubris magis erit: quare hoc prudentiæ pręlati arbitrari, quando expediat munus erit. Adde quod ſecundum Sotum denunciatus fraterne tenetur prælato veritatem fateri, niſi grauiter timeat, quod eum tanquam iudex machinatur punire. Tenetur, inquam, tanquam patri reſpondere veritatem: quoniam tunc ius ille habet ad interrogandum tanquam pater. Sed cum hoc timore tenetur ſubditus, ſibi caueat, ne coram teſtibus prælato veritatem pandat, ne ex im[C]prudentia prælati per accuſationem delicti, & teſtium comprobationem traductus in iudicium publicum ſententiam ſubeat condemnationis. Quod autem Sotus inibi ait, huiuſmodi fraternè denunciatum non fore excommunicandum de publica & forenſi excommunicatione interpretantur Thomiſtæ. Nam alias poſt probatum crimen coram denunciatore & teſtibus ſub pœna excommunicationis, quam alias incurrat ipſo facto, poteſt inhiberi, ne vadat ad talem locum, vel ne accedat ad talem ſuſpectam fœminam, vnde ſalutis periculum patitur. Fauet Innocent. cap. nouit. de iudic. iuxta cuius mentem tunc peccator debet haberi in priuato pro [D] ethnico & publicano. Circa illam vero quæſtionem, quæ implicatior eſt, reſtat dicendum, quando quæritur, an denunciatū fraternê obſtinatum, quando ſuppetunt teſtes, & fiſcalis, qui accuſet omiſſa via correctionis transferre poſsimus ob eius ſpirituale bonum ad forum exterius. Dicitur ergo iam inter Thomiſtas circa hoc non omnino conuenire. Nam Sotus vbi ſupra, & Caietan. quæſtio. 33. artic. octauo, cum ſpe emendæ, quæ alias non ſperatur poſſe fieri concedunt, quibus ſuffragatur Corduba in annot. ſuper Sotum de rat. deteg. ne iſte ſic obſtinatus melioris ſit conditionis, quam non obſtinatus,

[A] & ſic non denunciatus, qui ſic traduci poteſt. Et quia emenda eius finalis, quæ ſic ſperatur, præferenda eſt cuicunque iacturæ, & famæ & honoris, quam ſic traductus in publicum patietur: præterquam quod ſcandalum inde ſumetur & anſa committendi ſecreta ſcelera, ſi huiuſmodi ſecreto denunciatos, & obſtinatos publicè prodendo, eos non licet in iudicio forenſi coercere à malo. At Bañes loco citato, licet hanc opinionem valde probabilem reputet, duram tamen eſſe arbitratur. Tum quia medium iſtud non videtur eſſe proportionatū fini correctionis fraternæ. Non enim publica correctio, qualis eſt forenſis, cum ordinetur ſecundum Diuum Tho[B]mam de per ſe ad bonum commune debet adhiberi propter bonum particulare, id eſt, propter emendam fratris. Præterquam, quod delicta aliàs ſecreta ſi ſic publicentur in foro exteriori, dum nociua non ſunt communitati id magis præ ſe fert nocumenti, quam vtilitatis. Neque enim vtilitas hæc, ſcilicet, quod iſte ſic publicè denunciatus ſic emendetur, recompenſat ſatis damnum reipublicæ, id eſt, ſcandalum, quod præbetur fragilibus ex tali publicitate, ſimilia mala patrandi. Non ergo denunciatus primo fraterne propter ſpem emendæ ipſius, ſi vſque ad tertium gradum correctionis ſe oſtendit incorrigibilem, tranſmittendus eſt ad publicum [C] forum, niſi cauſa ſe obtulerit; quæ propter bonum commune ius faciat ad ſic eum traducendum; licet tunc præceptum accuſandi non vrgeat. Si tamen caſus ſe offerat, in quo liceat eum accuſare, non ſolum licebit, ſed in obligatione erit cauſa emendandi fratrem alias pertinacem, hanc occaſionem eum accuſandi publice arripere. Nam charitas imperat media, quæcunque iuſta pro medela animæ fratris cum videntur neceſſaria applicare. Nam in prædicto caſu accuſare tenemur, cum ſic ſpes eius emendæ ſubeſt, ſecus eſt, ſi deſit. Hæc autem opinio magiſtri Bañes, quam ipſe tutiorem & probabiliorem eſſe ducit, propterea mihi magis arridet, quod [D] emenda fratris, quæ in hac traductione publica principaliter intenditur, ſuſpecta ſit valde, & ficta, potius quam vera, dum tam acerbum medium, & cum ſcandalo publico applicatur ad conuertendum cor hominis, quippe quod tam generoſum eſt, vt potius ducatur, quam trahatur, quod ex ſimili publicatione magis ſolet intus exacerbari interdum quam ſanari.

Ceterum pœnitentem tertiā perſonam delinquentem in ſacramentali cōfeſsione detegere ad finem correctionis fraternæ, vel denunciationis iudicialis, vel ad bonam gubernationem communitatis, rem eſſe illicitam, & multorum inconuenientium cauſatricem, & ſacramenti pœni-

pœnitentiæ iniurioſam aduerſatricem, longe latè que probat Bañes loco citato, ibi eius rationes probe lector videto, & ſolutiones ad obiecta penſato. Concludit ergo, quod cum pœnitens obligatione prouidendi bono cōmuni teneatur ſiue per correctionē, ſiue per denunciationē procedēdo, nō eſt abſoluēdus, quia neq; tali abſolutione eſt dignus, niſi in præparatione animi ſit ita faciendi, vel, niſi in hoc prius geſſerit quod tenetur, quando confeſſarius ea ſuſpicione tenetur, quod pœnitens, id eſt neglecturus, aut obliuioni traditurus, parcat lector, ſi quo proficuam correctionis fraternæ materiam ſub breuitate præſtingeremus prolixiores quam par erat nos exhibuerimus. Sed iam argumenta in principio quæſtionis obiecta ſuperſunt ſoluenda, quæ ſingulares difficultates præſeferunt.

¶ Ad primum igitur argumentum reſpondetur, primo, quod argumentum ſatis probat, quod remedio correctionis fraternæ eſſet vtendum vbi tam bono priuato ſpirituali fratris, quam bono communi, & tertij poſſemus conſulere. Sed cum omnibus his bonis inter dum ſit proſpiciendum, ad omnes hos fines via correptionis fraternæ ſatis accommoda non eſt. Nam ſæpe numero faciendum eſt ſatis ſcandalo publico, cauſato ex peccato, quod per ſolam ſecretam correptionem fraternam, commode non fit. Item, quia vltra emendam fratris, quæ per correptionem intenditur, boni communis, aut priuati læſi per peccatum eſt habenda ratio, cui ſatis non ſubuenitur per pœnitentiam peccati ortam ex correptione. Quocirca ſecundum Sotum, quia accuſatio reſpicit bonum commune, etiam cum alicui de re propria accuſare incumbit, etiā emēdato fratre, poteſt contra eū in foro exteriori, ſecluſo odio perſequi ius ſuū, petendo mortē patris, aut iniuriæ receptæ reparationem.

¶ Ad ſecundum autem argumentum libenter concedimus, quod ſi per correptionem fraternam vterq; finis, tam correptionis quam accuſationis poſſet ſimul obtineri ſuauiori modo, ſcilicet, correptionis nobis eſſet vtendum. Nam certe admonitio neceſſaria eſſet ſecundum Sotum, etiam quando crimen reipublicę eſſet peſtiferum, quando quis proculdubio certiſſimus eſſet ſe per ſuam monitionem emendaturum fratrem, & ceſſandum eſſe à publico damno. At quia hoc ſæpe conſtare non poteſt, ſed aliqualiter res cum formidine coniuncta eſt: ratio ipſa docet præferendo bonum commune bono priuato famæ fratris, in his magnis ſceleribus reipublicæ damnoſis abſq; monitione ad accuſationem, ſeu denunciationem iudicialem procedendum eſſe. Imo ſi conſtaret de emenda in hoc caſu, quia diſtinctus eſt finis accuſationis à correptionis fraternæ fine, vt aſſerit Sotus in relect. de ration. deteg. ſolum conſilium eſſet hac vti præuia monitione. Nam & ſecundum Nauarrum, quando quis iuridice, & ſpecialiter interrogatur, non eſt neceſſe ſe præuia correptione prius munire, ne tunc iuſtum remoretur iudicium teſtimonij defectu. Imo ſi credendum eſt Metinæ in ſua inſtruct. confeſſ. peccatum nocuum tertio pendens in futurum tali præmonitione non eget, vt denuncietur, vel accuſetur. Cui videtur fauere D. Thomas expreſſe in quo lib. 1. art. 16. in ſolutione ad. 1. licet loquatur ibi de peccato periculoſo multitudini ſpiritualiter, vel corporaliter: quia tunc (inquit) ſi eſt futurum non oportet ſecretam admonitionem expectare; ſed ſtatim periculo occurrere. Vnde & Dominus non dicit; ſi peccare intendat in futuro ſed; Si peccauerit, in præterito. Hæc D. Thomas ibi. Tamen loquendo de peccato futuro alicui priuato tertio nocumentum allaturo, ſi certum ſit quod per admonitionem præuiam damno huic formidabili ſufficiēter ſubuenietur ſaltem obligatione charitatis, prius peccaturus ſic in alium erit monendus. Nam & hoc videtur eſſe de mente D. Th. quol. 11. ar. 12. Vbi ait quod ordo charitatis eſt, vt quis bono proximi præferat bonum commune; & velit bonum proximi, & conſcientiæ & famæ. Et art. 13. tradit regulam, quod in omnibus iſtis ſeruanda eſt charitas, ita vt quod melius, & magis expedire videtur intendatur. Videtur autem magis hoc expedire in hoc vltimo Metinæ caſu, dū emendæ moralis ſubeſt certitudo, ſcilicet, quod abſtinebit per monitionem peccaturus ab inferendo damno tertio: ergo prius eſt admonendus, quam denunciandus de malo concepto, aut concipiendo alteri nocendi propoſito. Nam ſic ſine iactura æſtimationis iſtius alterius malum, quod formidatur, cauetur.

¶ Ad tertium autem argumentum reſpondetur diſtinguendo minorem. Nam ſi accipiatur de formaliter hæreticis, quales ſunt pertinaces, negamus in his habere locum præceptum correptionis fraternæ: quia ſtatim denunciandi ſunt. Tum quia de talium emenda non eſt præſumendum. Nam præter quam quod ſoliti ſunt dogmatizare, & ſua venena diffundere, nulla ſpes certa ſubeſſe poteſt de eorum corrigibilitate. Nam ſi refractatij ſunt, & effrenes contra doctrinam eccleſiæ illis notam, quomodo ſanam priuati fratris admonitionem, non contemnent. Tum etiam, quia tales non ſunt proprie & vere inter fratres euangelicos computandi, licet natura fratres ſint, id eſt, proximi, & per conſequens ordo euangelicæ correptionis cum eis obſeruandus non eſt: ſicut neq; cum infidelibus,





libus, ſecundum D. Auguſt. Tertul. Theophil. & alios doctores, quibus accedit Archidiaconus in. 2. quæſt. 1. cap. ſi peccauerit, & Panorm. cap. nouit. de iudic. & Caſtro de punit. hæret. lib. 2. cap. 25. & Sotus de rat. deteg. q. 6. conclu. 3. & 4. & quæſt. 7. concluſ. 3. dubio. 1. His ſubſcribit Metina in ſua inſtruct. confeſ. §. 36. fol. 193. & 194. vbi aperte aſſeuerat in caſibus regno noxijs in proditionibus, in criminibus lęſæ maieſtatis, item & in caſu hæreſis præceptum correptionis locum non habere: quia cum ſit affirmatiuum, obligat quādo oportet, & quomodo oportet. In his autem caſibus non oportet præmonuiſſe; quia de reſipiſcentia proditorum, & hæreticorum nemo poteſt ſibi prudenter perſuadere, præter quam, quod ex talibus præmonitionibus cautiores ad malum fiunt, & perniciem, quam ſecreto moliuntur, accelerant. Igitur cū pœnitens horum criminum conſcius acceſſerit ad confeſſionem, ad denunciandum prius de his mittendus eſt, neq; eſt abſoluendus, donec certam fidem attulerit de prædicta denunciatione. At de hæreticis pertinacia carentibus, qui neq; proprie dicuntur hæretici loquens Corduba in annota. ſuper de ratio. teg. ſecre. Soti ſuper memb. 2. quæſt. 4. admittendos eſſe cenſet cum ſpes probabilis ſubeſt emendæ (quia ex ignorantia & ſimplicitate peccant) ad correptionem fraternam iuxta ordinem euangelicum, in cuius gratiam citat D. Paulum ad Titum. 3. dicentem: Hæreticum hominem poſt vnam, & alteram correptionem deuita. Cuius D. Ambr. Chryſ. D. Hierony. & Theophilactum adhibet gloſſatores dicentes, quod loquitur ibi D. Paulus de corrigibilibus. Verumtamen contra eundem Cordubam dicimus, quod, quia vtrum ex ignorantia proferatur hæreſis ab aliquo difficile eſt cognitu, in temporibus noſtris periculoſis denunciandi ſunt ſtatim, ad inquiſitores, qui hæretica, aut male ſonantia, vel ſuſpecta dogmata proferunt: maxime cum in edictis publicatis à patribus hæreticæ prauitatis prudentiſſime, & ſanctiſſime adiectum ſit, quod inibi contenta delicta, ſi quis audierit, vel nouerit, ſtatim abſque conſultatione cum aliquo alio deferat ad ipſos, vel ad aliquem illorum. Et merito: quia talia religionis chriſtianæ ſolent eſſe vaſtatiua. Tametſi ſub cenſura prædictorum ſanctæ inquiſitionis patrum, non ſic videntur coarctandi, qui interdum audiunt ruſticos, & vulgares, vel ex inſcitia, vel ex lapſu linguæ aliqua non ſatis cōmuniter liquida aſſerta proferre, quæ non ita conſonant fidei ad denunciandum de eis, quando ſtatim admoniti ſtatim humiliter reuerenter, & trementer ſe corrigunt in omnibus ſe ſubdentes Romanę eccleſiæ Catholicæ. Secus eſt autem ſi moralia impiaque dogmata hæreticorum præſertim Lutheranorum proferrent, vt quod perfectior ſtatus coniugatorum ſit, quam monachorum, vel quod cum ſoluta rem habere non ſit peccatum mortale, & ſimilia; nam hæc ſtatim denuncianda ſunt. At etſi ad fidei conſeruationem videtur neceſſarium, etiam apparenti ſcrupulo agitatos ad inquiſitores remittere, qui eos examinent, & Chriſtiano & paterno pectore erudiant: tamen in prædicto caſu, vbi ſtatim ruſticus ignorans ſe ſic humiliter retractat, præſertim in his, quorum ignorantia inuincibili laborabat, iam videtur abeſſe ſcrupulus. Imo ne ignorantes, & ſcrupuloſi errent denunciantes publicè coram ſecretario, & in ſcriptis ea, quæ alias denuncianda non erant, ipſi patres inquiſitores curare deberent. Autore Bañes ſuper. 2. 2. quæſt. 33. art. 8. Iam ergo tandem patet, quomodo intelligitur axioma illud iuridicum in contra obiectum, vt habetur in ca. ſolitæ. de maior. & obed. & 2. quæſt. 4. ca. conſuluiſti. & ibi gloſſa. ſcilicet, quod vbi ius non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus. Quia per illam regulam communem, videlicet, quod præcepta affirmatiua obligant ſecundum regulas prudentiæ, ſcilicet, quando oportet, & quomodo oportet, diſtincte conſtat præceptū correctionis in criminibus hæreſis non obligare: quia propter allatas rationes hæreticum præuia correctione præuenire ſecreto non oportet.

¶ Ad quartum autem argument. vbi de ſtrigibus, & lamijs obijcitur, reſpondetur, quod ſtriges, de quibus nunc loquimur, non ſunt propriè & expreſſe hæreticæ, ſed præſumptiue, quoniā diabolo, quem inimicū Dei credunt, diuinū honorem exhibent, abnegantes quod exterius coram diabolo fidem, & baptiſmū ſacramenta cōtemnunt, & crucem, homines percutiūt morte, & ægritudine per faſcinationem, & per actiua naturalia edoctæ à diabolo. & per virtutem ipſius dæmonis aſsiſtentis, & cooperantis propria virtute, vt in reſeratione portarum & aliorum, Quocirca iſtæ nulla ignorātia excuſantur: quare ſtatim denunciandæ ſunt ad inquiſitores. Nā præterquam quod opera multa earum in perniciem ſunt populorum: pleraque opera earū manifeſtam ſapiunt hæreſim. Quocirca, ſi quis caput illud epiſcopi. recte expendat, intelliget planè inquiſitores, dum contra has ſuum officium exercent non agere contra illud. Nam illa ſecta ſtrigiarum, de quibus ca. epiſcopi. 26. q. 5. mentio fit, ab hac, quæ modo dicitur ſecta ſtrigiarū differt, licet in aliquibus cum ea conueniat, & in aliquibus diſconueniat. Nam illæ ſtrigæ, quæ referuntur, cap. epiſcopi. credebant ſe portari nocte ad ludos quoſdam, & deludebantur in ſomnijs:

ſomnijs: aliquando tamen (vt experientia teſta-
ta eſt) realiter portantur à dæmone, & aliquãdo
per ſe vadũt: neq; hoc contra dictum caput eſt.
¶ Ad quintum verò argumentum, vbi obijci
tur de perſonis deditis aliquibus ſuperſtitioni-
bus, reſpõdetur cum Corduba in prædictis an-
notationibus ſuper memb. 2. quæſtio. 4. quod
inter ſuperſtitiones ſunt aliquę leues, ita vt non
ſint peccata mortalia, vel quæ ſecundũ Gerſon
in tractat. de directione cordis poſſunt benę di-
rigi in Deum per facilem rectificationem inten
tionis, vt orationes, quæ fiebant ad cognoſcen-
dum aliquem euentũ impertinẽtem fundere ad
Deum poſt propter finem Deo acceptum, & ta
les ſuperſtitiones non ſunt denunciandæ. Non
enim de prælatorum, aut inquiſitorum inten-
tione eſt de huiuſmodi inquirere, niſi aliquando
propter aliquod periculũ cauẽdum id exprima-
tur. Ita Caſtro. Similiter fœminas ſuperſtitioſas,
quæ pro ineſcando in ſui amorẽ amaſios potio-
nes eis non nociuas propinant, aut alia ſimilia
ſuperſtitioſa non nociua agunt neque ſuſpicio-
nem ingerentia contra fidem (quia nõnulla poſ-
ſunt ſe tutari ignorantia) ſtatim ante præmoni-
tionem denunciari non oportet. Huic accedit
Metina in ſua inſtruct. fol. 193. p. 2. vbi ait, tene-
ri eum, cui innoteſcit ſuperſtitioſos, hechizeros,
Hiſpanice nũcupatos in populo commorari, ne-
que â ſuo delicto emendari, eos manifeſtare præ
lato, etiam ſi de celando tali delicto iuramentum
præſtiterit: quia illud non aſtringit. Vbi ſignan
ter Metina dixiſſe videtur, ſi viderit eos à ſuo
delicto non emẽdari, quaſi eius ſit ſentẽtię quod
ſi per præuiam admonitionem, quam poteſt ad-
hibere cum ſpe probabili viderit eos emẽdatos,
eos non prodat ſine cauſa. Si autem ſuperſtitio-
nes tales ſint, quæ quia graues ſunt præſeferen-
tes ſpeciẽ diuinationũ idololatriæ, vel ſimilium
contra fidem, & chriſtianam rempublicam, de-
nunciandæ quidem ſunt. Nam hæc videntur in
edictis inquiſitorum contineri: dum ſortilegos
& ſuperſtitioſos augurantes de liberis euentibus
& contingẽtibus caſibus, quod certo ſint euen-
turi iubent denunciari.
¶ Deinde ad ſextum argumentum ex tradi-
tis in primo & ſecundo notamine, vbi agitur,
vtrum in dubio, an proderit, vel obeit, ſit ad-
hibenda correptio, patet ſolutio. Ad illam autẽ
obiectionem, qua obijciebatur in dubio, an iu-
ridicè inquirat ſuperior de delicto fratris, an
prius ſit corrigendus, vel non, dicimus quod dũ
ex probabili cauſa circa hoc dubitatur, nõ ſem-
per tenetur ſubditus reſpondere veritatem, ſed
in eam partem inclinãdum magis eſt, vbi minus
damni aut periculi imminet. Si ergo ſubditus,
de cuius delicto ſecreto inquiritur, non tanti no-
A minis eſt aut notæ, deque eius peccato non tam
infami, aut graui ſit inquiſitio, in dubio reſpon-
dendum eſſe videtur, prælato chriſtiano, & cor-
dato inquirẽti. Non enim tam ad pœnam, quam
animæ medelã Chriſtianus prælatus, & doctus
ſolitus eſt de hoc inquirere. Si autem contra re-
ligioſum grauem, & de peccato notabiliter inſa
manti alias ſecreto prælatus pergit inquirere in
dubio, an iuridicè interroget, non eſt ei reſpon-
dendum. Maxime ſi prælatus hic imperitus ſit,
aut male affectus & qui non maturo cõſilio ſo-
litus eſt iſta penſare, ſed inconſiderate, atq; prę-
cipitanter. Ita Sotus de rat. teg. vel detegendi,
etiam ſi in fauorem prælati plures rationes in-
B clinent. Quia in materia morali non cẽſetur illa
pars minus dubia, quam plures rationes compro
bant, ſed illa potius, quæ magis caret periculo.
Nam & minus periculum, ſeu minus malum ha
betur pro maiori ratione: tametſi quando vtra-
que pars periculo non vacat, æquèque pericu-
lo æquali ſubiecta eſt, in illam inclinandum eſt,
quam plures rationes magis firmant. Imo auto-
re Metina ſuper. 1. 2. D. Thomæ, quando in du-
bium venit, an prælatus, qui præcipit mihi rem
difficillimam, poſsit præcipere, non teneor obe-
dire, donec conſtet de iure, licet certus ſim, quod
non pecco obediendo, vt ſi prouincialis reli-
C gioſo præceptum indiceret acceptandi epiſco-
patum.
¶ Ad hæc ad ſeptimũ argumentum reſpon-
detur, reſponſo Cordub. in prædictis annotat.
membr. 2. quæſtio. 6. quod certe contra Sotum
ſecundum Syluestrum. verbo. correctio. quæ-
ſtio. 8. Prælatus ne ſuo deſit officio, & fa-
ciat ſatis ſcandalo, poteſt inquirere, & præcipe-
re generaliter ſuper veritate dicenda, quia tale
præceptum, ac iuramentum intelligendum eſt
ſecundum ordinem iuris: ita quod etſi præſti-
terit teſtis iuramentum in generali de dicenda
veritate; ſi poſtea nouerit ſe non legitime inter-
rogari, non tenebitur reſpondere, ſed poterit rem
D celare verbis æquiuocis, reſpondendo, ſcilicet,
neſcio, non memini, aut ſecundum alios dicen-
do, non eſſe ita factum: quia intelligitur vt iure
teneatur dicere prælato: neque enim ſic reſpon-
dendo periurus erit. Quæ quidem Sylueſtri ſen
tentia ideo mihi magis probatur, quam contra-
ria Soti; quia ſaluanda videtur potius, quam
damnãda totius orbis conſuetudo, vbi ratio ma-
nifeſta eam non damnat. Quod ſi replicueris in
gratiam Soti rogitando, ad quid nam proſit
inquiſitio generalis, ex quo iudex non poteſt
punire quem quam, nec interrogare, aut ſcire
crimen alicuius in ſpeciali, ſine infamia, reſpon-
detur, quod non ideo erit infructuoſa, cum
per inquiſitionem generalem poſsit patere in-
famia,



famia, aut detegi indicia manifeſta, æquiualen-
tia infamiæ, aut detegi crimen pernicioſum com
munitati, aut tertio, ex quibus iam ſibi iuridica
aperitur via ad inquirendũ in particulari de au-
tore delicti. Quòd ſi rurſum obieceris; ſi igitur
tita iuxta ius intelligenda ſunt generalia edicta
in viſitationibus generalibus publicata, vt re ve-
ra non occulta, ſed famoſa delicta ſub illis con-
tineantur, & hæc ſolum ſint denuncianda, vide
tur, quod non ſint immunes à culpa maiores ec-
cleſiæ, ſi hanc modificationem ibi expreſſe non
apponãt, reſpondetur ſecundum Bañes ſuper.
2. 2. quæſt. 33. art. 8. quod quia edicta hæc gene-
ralia viſitationum, non in publicum eduntur, vt
theologiam doceant, ſed mala reipublicæ per
pœnam compeſcantur: ideo ad eorum officium
non attinet ibi in ſuis edictis hanc intelligẽtiam
explicare: quia inde ſumeretur occaſio tacẽdi, &
nihil vſquam denunciandi, ſatius eſt ſi verbo te-
nus denunciatores accedentes ad denunciãdum
cum ſunt ignari inſtruant circa hoc, quod ex
charitate facere tenentur, aut remittere eos ad
doctos, & chriſtianos conſultores, pro vt do-
cuit Nauarrus. Igitur ad argumentum in forma
dicitur, quod quando ſimul occurrunt duo præ-
cepta diuina; ſcilicet, vnum obligans ad cognoſ-
cendum vultum pecoris per inquiſitionem, &
viſitationem generalem, & alterum ſecreta mo-
nitione corrigendi fratrem, vbi iſtud ſecundum
præceptum habere poteſt locum præponen-
dum eſt; vt pote quod ſuauius & cum minori
iactura medetur malo ſpirituali proximi. Et ideo
præceptum de ſic cognoſcendo vultum pecoris
in hoc caſu iure ſibi cedere debet, & non vti pri
uilegio præuentionis, ſed ſuperſedere, & dare
locum primum euangelicę correctioni. Imò ſe-
cundum Adrian. quol. 11. peccatum occultum,
etiam ſi probari poſsit teſtibus, non poteſt vllo
modo denunciari, vel iudicialiter ad pœnam ac-
cuſari, ſi neceſſarium non ſit ad bonum publi-
cum, vel ſaltẽ vtile. Sed tamen caueat ſibi vnuſ-
quiſq;, ne mentiatur iniquitas ſibi, ne ex praua
affectione ſibi perſuadeat falſo, ex publica pu-
nitione fratris maius bonum publicũ poſſe ſpe-
rari, quam ſit fama proximi. Nam ratio inter
dum dictat, oppoſitum magis eſſe timendum;
quia ſæpenumero maius ſcandalum publicum
excitatur ex delatione infamiæ, aut criminis
occulti manifeſtatione, quâm ſit bonum publi-
cum ſperatum ex eius publica punitione. Quo
circa neque ad latas cenſuras generaliter, vt qui
ſcit impedimentum matrimonij reuelet poteſt
reuelari iudici ad puniendum iudicialiter eos,
qui ſecreto cum tali impedimento matrimo-
nium contrahendo deliquerunt, niſi qui ſecreto
ſcit, legitime producatur in teſtem ab accuſa-
A tore, ſecundum Nico. Lir. ſuper Leuit. 5. & Pa-
lud. in. 4. diſt. 28. q. 2. art. 5. & diſt. 27. q. 1. art. 3.
& Sotum in relect. de ration. teg. memb. 2. q. 6.
reuelandum eſt ergo impedimentum hoc præ-
latu, vt patri, vt commode de remedio prouideat
per admonitionem ſecretam, vel aliter. Vbi ad-
uerte, quod iuxta D. Augu. dicentem, ſi ſcirem
tibi non prodeſſe non te admonerem, ſæpe ex-
pedit tacere, & maximè vbi ignorantia inuinci-
bilis ſic copulatos excuſat, neque ſperatur emen
da. Quòd ſi ſperatur non ſine magno ſcanda-
lo, vel quia difficillimum & valde intolerabile
eſt apponere remedium, quia numeroſitate filio
rum abundant, neque facilis obtentu eſt eis diſ-
B penſatio, & difficilis, atque ſcandaloſa; alias eſt
ſeparatio.
¶ Sed, an in viſitatione, hac generali, vel
extra religioſus lapſus in peccatũ carnis à ſcien-
te ſocio denũciandus ſit, non eſt tam facile diffi-
nire: quoniam in huiuſmodi euentibus ſumma
prudẽtia opus eſt: qua ſi hic ſocius careat cõſule-
re prudentiorẽ opus habet. Eſt enim hic pẽſan-
dum in primis, an ille ceciderit ex occaſione non
quęſita, vel ex fragilitate: nã ex his lapſus valde
ſanabilis videtur per monitionem ſecretam: qua-
re tam acri remedio non eget, ſcilicet, vt denun-
cietur prælato. Si autem ex more, & quodam
habitu prauo prolapſus eſt, tunc etiam, ſi ſpes
C ſubſit emendæ, per gradus correptionis emen-
dandus adhuc eſt; niſi ex huiuſmodi delicto re-
ligioni periculum immineat veriſimile: nam tũc
prælato immediate tanquam patri denuncian-
dus eſt, vt inuigilans ſuper eum communi bono
minore, qua poterit, iactura famæ ſubditi proui-
deat. Si autem in dubio ſit, an monitio ſecreta
proderit, & an dicere prælato id tanquam patri
ſufficiens ſit remedium, an non tunc. ſi honor
religionis, aut conuentus interim periclitatur
quia in dubio inclinandum eſt magis in fauo-
rem boni communis, denunciandus eſt tan-
quam iudici. Nam huius ſententiæ videtur
eſſe Diuus Thomas quolib. vndecimo, articu-
D lo duodecimo, vbi ait, quod his conſideratis
credit, quod ſi eſſet aliquod peccatum carna-
le, vel ſpirituale, quod vergeret in detrimen-
tum multitudinis, ſtatim eſſet reuelandum,
cum præponderet bonum commune in ordi-
ne charitatis, quando verò non timetur, mul-
titudinis detrimentum, tunc debet quis vtrun-
que cuſtodire, ſcilicet, bonum famæ, & conſ-
cienciæ corrigendo occulte inter ſe, & id ipſum.
Hæc in forma Diuus Thomas, quibus in arti-
culo decimotertio, addit, quod ſecretè corri-
gendo ſiquis viderit conſideratis circunſtantijs
magis prælato, vt patri primo reuelari, quam
vni teſti, aut duobus expedire, quia pius & di-

ſcretus eſt talis prælatus, carenſque rancore, tunc licite ei denunciare poterit. Si autem denunciet cuicumque perſonæ hoc, ex malitia, vt proximus confundatur, & deprimatur, tunc denuncians ſiue accuſans peccat mortaliter.

¶ Cum autem pro periculo communi vitando, opus eſt prælatis in religionibus crimen reuelare in viſitationibus, quia vt iudices, & vt patres ad bonum publicum, & priuatum attendunt denũciator, & ſi non poſsit crimen probare reuelare illud debet, non autem alijs iudicibus, niſi id probare poſsit, aut ſtent indicia contra reum, quia reſpiciunt communiter ad ſolam vtilitatem publicam, vt puniant. Ideoque non eſt de mente eorum, quod ſibi aliquid reueletur, vt patribus, niſi exprimant. Imo ſecundum Caietanum, ſecunda ſecundæ, quæſtione quarta, 69. articu. primo, & ſecundo, ſi iudex nouerit peccatum alicuius à tribus, vel quatuor non per modum iudicij, ſed alias ſecrete, licet non poſsit iudicialiter cogere reum ad delictum confitendum; bene tamen poteſt ex ſuo officio procedere contra illum inquirendo in generali, vtrũ infamia laboret, vel ſubornando accuſatorem, qui accuſet vt publice puniatur, ſi expedit ad vtilitatem publicam, vel ad cauendum damnum aliquod notabile publicum, vel priuatum, quod alias vitari non poſsit, & alias non: quia iuxta Deuter. 16. Iuſtè quod iuſtum eſt exequeris. Vide de hoc Sylu. verbo. inquiſitio. 1. q. 4. quæſt. octaua. Vide Bañes ſuper. 2. 2. quæſtione trigeſima tertia, articulo octauo, dicentem: Aduertere oportere prælatos iudicio Dei multa eſſe relinquenda, ne velint in omnibus eius vſurpare iudicium, qui reddet vnicuique iuxta opera ſua, ſunt aliqua peccata, quæ punire vt iudices debent, alia quæ, vt patres corrigere: alia, quæ in profundum maris ſunt proijcienda, & in profundo ſubtus terram ſepelienda. Quocirca receptui canentes, poſtremo illam ſentẽtiam Victoriæ memoriæ lectoris commendamus, ſcilicet, quod dum ceſſet ſcandalum publicum, cui oporteat ſatisfacere, & dum nocumentum publicum, vel priuatum, meritò non timeatur, magis cura & obligatio nobis incumbit celandi peccatum proximi, quam prodendi.

¶ Ad argumentum verò in contra in principio quæſtionis poſitum, quatenus obijcit de ſecretis, in ſumma dicimus primo, quod detegens ſecretum viſum, vel auditum in caſu, quo iuxta legem naturæ illud celare tenebatur, etiam ſi iuramento ad id reuelandum ſit adactus, tum reus ſit peccati mortalis, tum etiam reſtitutionis ſubſecuti inde damni; niſi iuſte iurare ſit compulſus: quia ſemiplena probatio; vel infamia, vel indicia expreſſa via accuſationis præceſſerant, vel infamia, vel indicia manifeſta & æquiualentia via inquiſitionis, vel meræ denunciationis præuia fuerint. Nam ſecundum Sotum ad meram denunciationem in delictis non pernicioſis non iure procedit iudex, ſine præcedente infamia ad interrogandum teſtes, niſi in caſibus exceptis: inter quos Pius. V. per ſuum proprium motum excepit peccatum ſodomiticum capit. cum primum, decernens, quod in delictis ſimoniæ blaſphemiæ, ac ſtupri nefandi, poſsit procedi etiam ad ſimplicem, & ſecretam denunciationem per iudices de iure competentes quoſcunque, tam ratione delicti, quam perſonarum. Itaque locus ſit præuentioni, & in his ex calũnia denunciantes ad pœnam talionis teneri mandat. Patet autem primum hoc aſſertum, quia non iuſtè neque iuridice detegens ſecretum proximi tollit ab eo iniuſte honorem & famam. Item violans ſecretum titulo amicitiæ illi commiſſum fœdifragus videtur; ſicut etiam ſigillum ſecreti confeſsionis reſerans, ſacrilegus eſt. Ex quibus corollarie primo ſequitur, quod apertio literarum alienarum, etiam aliquo ſecreto carentium peccatum eſt mortale; quia non ſit ſine periculo ſciendi ſecretum alienum notabilis momenti, quod poterat ibi contineri; niſi id fiat ex interpretatiua voluntate inter amicos. Ita Metina in ſua inſtructio; vel niſi vbi iam conſtat aperienti, quod ibi nihil momenti continetur, & propterea non ſit miſſor literarum ægrelaturus. Sequitur corollarie ſecundo, quod ſciens ſecreto Ioannem machinari mortem Petro moniturus eſt Ioannem, vt deſiſtat, quod ſi fruſtra id tentaſſe ſe viderit, admonitum iri curet Petrum, vt ſibi caueat. Imo ſecundum Cordubam, ſi Petrus adeò eſt inermis, vt ſibi à Ioanne cauere, non poſsit, poterit eum monere vt de Ioanne denunciet, vt ſe à periculo mortis liberet: & tunc tenebitur conſcius huius machinationis ſubueniendo proximo teſtificari contra Ioannem. Nam licet teſtis, cum quis de propria iniuria ad ſolam pœnam accuſat, etiam ſi periculo deficiendi in probatione ſit expoſitus, non tenetur ſe ad teſtificandum offerre, niſi à iudice fuerit accerſitus, bene tamen tenetur ſe offerre, ſi ſit neceſſarius, quando accuſator accuſat ex obligatione pro malo communi cauendo. Sicut etiam tenetur pro grauiſſimo malo proximi vitando, iuxta illud mandatum Domini: Erue eos, qui ducuntur ad mortem. Multoque magis tenemur reuelare ſecretas machinationes contra rempublicam & regem. Sequitur corollarie tertio, quod ſi ſecretus



tus autor delicti, quantumuis grauis, iam illius pœnitentia tactus, cauſa ſalutiferum animæ ſuæ conſilium capiendi, illud viro docto reuelat etiam ad cenſuras iudicis præcipientis, vt hi quibuſcum id communicauerit, id reuelent, detegendus non eſt. Quoniam etſi illa conſultatio cum viro docto, confeſsio non fuit: tamen via quædam licet remota ad cõfeſsionem fuit: quia in ſalutem animæ, ſuæ illum conſuluit. Ita Metina. Qui tandem ait; Qui in ſecreto etiam ſe ſignando crucis ſigno, & iuramento pro ſecreto ſeruando ſumpto coram aliquo confeſſus eſt, ſe eſſe hæreticum, ſtatim denunciandus eſt: quia neque fuit confeſsio, neq; via ad confeſsionem. Similiter, qui ſub fide præſtita de celando ſecretum, illud in ſe ſuſcepit illud detegere non habet, niſi in perniciem ſit reipublicæ, vel niſi in damnum vergat tertij, & alij non ſint teſtes. Nam tunc requiſitus à iudice illud detegere tenetur. Ita Cordub. Cæterum ſecreta, quæ reſeranda non ſunt, etiam ſi mors ſit oppetenda, ſunt primò ſecretum ſigilli veræ & non fictæ confeſsionis, licet ſigillum hoc non obſiſtat confeſſori, quominus ſi idem peccatum poſt, vel ante confeſsionem extra confeſsionem nouerit, poſsit illud reuelare, cum expedierit, dummodo conſultore Soto ſibi caueat ne, vt reuelator ſigilli, accuſetur, in promptu habeat probationem, qua ſe illud ſciſſe extra confeſsionem probet. Secundo ſigillum ſecreti regis, aut reipublicæ, qui ſunt eis à conſilijs, & à ſecretis, ita perſanctè, cum valde expedierit reipublicæ, aut regno celare tenentur, vt prius obeunda ſit mors. Sub eadem quoque rigoroſa obligatione mortis celandum eſt ſecretum iniuſte & per vim extortum, quando vita detecti inde iniuſte periclitaretur: non tamen quando eius ſolum fama veniret in diſcrimen, etiam ſi precioſa eſſet, contra Sotum cum Caietano, & Nauarro: quia vita altioris eſt ordinis ex ſuo genere. Et ita regulariter Caietani & Nauarri opinio magis eſt vera, ſcilicet, quod ablata fama, cum diſpendio vitæ nõ ſit reſarcienda. Ac per conſequens non ſatis conſtare videtur, an per vim extorquens ſecretum, ex cuius detectione alterius fama ſubit periculum, illud occultare cum iactura vitæ teneatur. Tamen ſi verum eſt, quod ſecretum quod quis data fide in ſe ſuſcepit non tenetur ſeruare cum vitæ diſpendio, aut alia grandi iactura honoris, aut temporalium bonorum, ſicut neque etiam cum quis caſu nouit ſecretum, non tenetur grauia pati propter illud celandum.

# CAP. CCLXX.

*Quando & quomodo peccent aduocati, & teſtes in iudicio non iuridice reuelantes crimina, aut ea tacentes: Et quid ſi ex odio, ſed tamen ex iuſta cauſa ea reuelant, teneatur ad damnum: Et de tribus corollarijs circa hoc poſitis à Couarruuia: Et quid, ſi aliquis in iudicio negauerit crimen verum, dicens, accuſatorem calumniari: Et an qui contra ius ſemel crimen negauit, teneatur illud iterum confiteri præſertim, ſi iam damnatus ducitur ad patibulum, & quando iuſtè accuſator accuſare poteſt; vel ab accuſatione deſiſtere.*

PORRO & ſi multa diximus, per quæ fama iuſtè aut iniuſte, ſcilicet, per viã correctionis fraternæ, vel accuſationis, aut denunciationis, aut inquiſitionis lædi poteſt, quia adhuc nõ eſt exhauſta materia, ſupereſt & quaſdã ſpeciales difficultates, quæ de perſonis interuenientibus in iudicio emergũt hic ſummatim percurrere. Atq; primo quidem de aduocatis, ſcilicet, an poſsint demerita iniuſta cauſæ ſui clientuli reuelare. Videtur autem ad detegendum ea teneri, quatenus oppreſsionem, quam inde alia pars patitur, vitent. Sed in oppoſitum eſt, quod per leges ea prodere interdicuntur. Igitur primo ad quæſtionem dicitur, aduocatorum nequiſſimum eſſe vſum; qui teſtibus crimina, quæ neutiquam ſuſpicantur impingunt: quippe qui teſtibus iniuriatis, & reipublicæ iniurij ſunt, iniuſtamque cauſam ſcienter defendentes reſtitutioni ſiunt obnoxij. Quod ſi ignoranter attendendum eſt, an talis ſit ignorantia, quæ eos à culpa, & reſtitutione excuſet, vel non; nam craſſa & ſupina eos certè non excuſabit, ſed neque in cauſa ſanguinis mortis, vel honoris licet eis contra reum patrocinari; niſi minimùm tanta vigeat probabilitate accuſatio, quanta defenſio. Licet tamen teſte Soto, in his caſibus in fauorem vitæ, honoris, & poſſeſsionis patrocinari; licet cauſa horũ minoris eſſet probabilitatis, ſecluſa fraude. In cauſis vero minimis, cum minori probabilitate patrocinari periculoſum eſt; licet non omninò condemnandum, dum ſuam aduocatus admoneat partem, & falſo non citet leges. Imo ſecundum Victoriam in ſuis ſcholijs ſuper. 2. 2. in dubio etiam, vel cum aliquali ſuſpicione iuſtitiæ patrocinium præſtare poteſt, vbi ſuppetit aliqua probabilitas,

etiam ſi opinio communis teneat cauſam eſſe in
iuſtam, dummodo contra ſuæ conſcientiæ di-
ctamen non faciat. Quod Sotus limitat eſſe ve-
rum, dum communem non putet eſſe cum mul
to exceſſu probabiliorem. Quod ego rurſus li-
mito, dum non patrocinetur in illo regno & fo-
ro, ſi quod eſſet, vbi abſolute & præciſe iuxta
communem opinionem lex eſſet, aut mos pro-
ferendi ſententiam. Patet autem hoc; quia in du
bio, licet in foro coram iudice merita dubia par-
tis exponere, & pro ea allegare, quatenus iudex
re maturius inſpecta conſonam magis æquitati
ſententiã proferat. Imo, quia in ſimili cauſa con
trariæ vtrinque probabiles ſolent concurrere
opiniones, ſecluſo ſcandalo, dum aduocatus non
agat contra conſciẽtiam propriam poterit cum
antea defenderit vnam in vno foro & cauſa in
alio foro & in eadẽ ſpecie cauſa ratione iam me-
liori ductus tutari & alteram.

¶ Secundo dicitur ex ſentẽtia Victorię, quod
licet in cauſa communi, id eſt, non tam graui, ſed
ordinaria non poteſt aduocatus (quia prohibi-
tus eſt per iura ſui clientuli prodere cauſam) eius
iniuſtitiam manifeſtare, quia iubetur ſecretum
ſeruare: tamen, quia de iure naturali eſt iniuſte
oppreſſo ſubuenire in cauſa capitali, vel graui,
vt ſi agatur de primogenitura, tenebitur dare
opera, vt iniuſtitia ſuæ partis tandem pateſcat,
ſecluſo ſcandalo. Cui acceſsit Sotus de iuſtit. &
iure, dicens, licere aduocato, ſi certo ſciat cauſam
accuſatoris eſſe iniuſtam in cauſa ſanguinis fa-
mæ, & honoris, ſecluſo ſcandalo & præmiſſa
admonitione prodere iniuſtitiam eius, & è con-
trario non licere aduocanti pro reo mortis cau-
ſam eius iniuſtam detegere: tenetur tamen ab ea
tuenda deſiſtere cum eam tuendi nullum ſibi co
lorem prætexere poteſt.

¶ Præterea de teſtibus non iuſte, & iuridice
reuelantibus crimina occulta iam ſupra habito
ſermone nonnulla ſuperſunt dicenda circa oc-
currentia dubia. Et primo, an teſtes non teſti-
ficantes caſu, quo non tenentur, vel ad id ſunt
obligati, teneantur reſtituere, dum quæritur,
quia de hoc memini me dixiſſe prius, nunc in
ſumma & explicate magis dicitur primo, quod
tenetur quis teſtificari etiam ſe offerendo, quan
do ſuo teſtimonio opus eſt pro malo commu-
ni, vel proximi cauendo, pro vt tradit Diuus
Thomas, ſecunda ſecundæ, quæſtione ſeptima,
articulo primo, quia iuxta illud Pſalmi, eripien-
dus eſt pauper & egenus de manu peccatoris li-
berandus. Sed tamen ſecundum Sotum de rat.
deteg. & Nauarr. cap. vigeſimo quinto, in ſum-
ma, num. 44. ante iuſsionem iudicis non ſe of-
ferens ad teſtificandum damua iſtinc exorta re-
parare non obligatur, neque enim ex iuſtitia
A ante prædictam iuſsionem ſe offerre tenebatur,
ſed ex ſola charitate. Secus eſt, ſi iam iuſſus te-
ſtificari, vel ad id coram iudice præſentatus,
ſubterfugit ſuum dicere teſtimonium, in quo vi
ctoria cauſæ conſiſtebat, ac propterea in cauſa
fuit, quod alius ius ſuum amitteret. Nam tunc
reſtitutioni manet obnoxius: ſi tamen ſine ti-
more periculi, aut damni proprij teſtificari po-
tuit, & non eſt de priuilegiatis teſtibus, de qui-
bus ſupra. Secundo dicitur ad illud dubium, de
quo in ſumma, cap. vigeſimo quinto, num. 51.
interrogatum ſe dicit Nauarrus, ſcilicet, quod
teſtis etſi legitime fuerit interrogatus ſuper cri-
mine, ob quod bona delinquentis publicanda
B da veniunt, & negando veritatem, in cauſa fuit,
quod reus abſolueretur, non tenetur ad quid-
quam reſtituendum fiſco, cui applicanda erant,
ſi reus damnaretur. Et idem eſt de reo in hoc
caſu iuſte interrogato à iudice, & negante. Te-
nentur tamen parti ex tali negatione amittenti
ius ſuum, vel intereſſe illud raſarcire, non ta-
men pœnam pecuniariam, in qua aliâs fo-
ret reus multaudus. Hæc eſt Metinæ in ſua
inſtruct. Eſt ſancti Bernardini, quem citat Syl-
ueſt. verbo. reſtitutio. 5. verſ. 7. Eſt Nauarri lo-
co allegato. Eſt tamen contra Sotum. Cuius ra-
tio, ſcilicet, quod tenetur (quia impedit execu-
tionem iuſtitiæ) reſtituere, non valet; tum: quia
C iuxta gloſſ. ca. fraternitas. 1. 2. quæſt. 2. pœna in
foro conſcientiæ non debetur ante condemna-
tionem: tum etiam, quia iuxta. l. ſi ſterilis. §. cũ
per venditorem. ff. de acti. empt. intereſſe extra
rem, & remotum, quale erat iſta applicanda
pœna, non debetur ſaltem ante ſententiã. Tum,
quia leges pœnales præſertim in foro conſcien-
tiæ vigorem obligandi non obtinent, niſi qua-
tenus ſunt vſu receptæ, de legibus humanis lo-
quimur. Nulla autem lex pœnalis ſic eſt vſu re-
cepta, vt ante condemnationem bona publican
da à fiſco vendicẽtur. Alioquin cuſtodes confi-
nium regnorũ diſsimulantes ſuper importationẽ
vel exportationẽ merciũ, vel rerũ pœnas appli-
D cãdas fiſco impoſitas transgreſſoribus reſtituere
tenerentur, quod de pœnis his nullus dixit. Sed
bene verum eſt, quod tenentur regi ſoluere ſuũ
intereſſe quod ex tali diſsimulatione amiſit, ſci-
licet, vectigal, vel portorium, ſiue gabellam.

¶ Tertio adijcitur, quod ſi teſtis medio-
crem adhibuerit diligentiam in reducendo ad
memoriam, quæ teſtificanda erant, ſi poſt erraſ-
ſe ſe deprehenderit, quamuis mortaliter ſaltem
non deliquerit, tamen ſui teſtimonij retracta-
tio aliquid profutura exiſtimatur, corrigere ſe
tenetur. Nam etſi neque ratione rei accep-
tæ, aut ratione iniuſtæ acceptionis quidquam
debet, quia materialiter tantum & non forma-
liter



liter falſum teſtificatus eſt, ſic quidem, neque
ex ignorantia, aut inaduertentia culpabili (vt
ſupponitur) id falſi aſſeruit in iudicio: tamen ne
nocumentum inde ſecutum, quod fuit per acci-
dens ex taciturnitate conuertatur in nocumen-
tum de per ſe iuramentum ſuum reuocare tene-
tur, ſi id ſine ſuo notabili detrimento efficere po
teſt, & talis reuocatio aliquid proderit. Nam re-
medio erit, ſi ſtatim poſt atteſtationem ſe emen
det in dicto, iuxta caput præterea. de teſtib. cog.
Imo etiam ante quam ſentẽtia feratur, ſi ſe inter
uallo corrigat conducet hæc retractatio, vt pri-
mum eius teſtimonium ita infirmetur, vt ipſe in
teger teſtis deſinat eſſe, id eſt, omni exceptione
ſuperior ſecundum Cardi. cap. veniens. 2. de te-
ſtib. & ſecundum gloſſ. & doctores cap. præte-
rea de teſt. cog. Præterquàm, quod ſic corrigens
ſuam obliuionem, debilitando primum dictum
inducet iudicem ad fidem adhibendam ſecundo,
& non primo teſtimonio. Nam aliquando per-
penſis circunſtantijs perſonarum loci & tempo-
ris, iuſte, & merito excitabitur inde iudex, vel
actor ad examinandam magis veritatem, vel ad
contemperandam ſententiam, vel ad omnino à
proſecutione cauſæ, & condẽnatione deſiſten-
dum: maxime ſi viderint teſtem nõ ſubornatũ,
ſed ſcrupulo conſcientiæ ſtimulatũ ſuũ teſtimo-
nium primũ reuocare. Eſt arg. pro hoc. l. 3. ff. de
teſtib. cap. ſi teſtes. §. teſtium. ſubſcribunt Hoſti.
& Anton. & Panor. in dict. cap. præterea. Vbi
Panor. adducit exemplum de epiſcopo probo,
& diuite in lite plebeij poſt aliquod interſtitiũ
temporis ſe retractante, dicendo, per errorem, vel
obliuionem ita affirmaſſe. Cæterum ſi magna
interueniente negligentia, vel defectu ſaltem me
diocris conſiderationis intercedente etiam præ-
ter intentionem falſum teſtimonium vſu euene
rit dixiſſe præter quam quod à culpa mortali nõ
fuit immunis, neque à reſtituendi inde ſubſecu-
ta damna liberatur. Lege Sylu. titul. teſtis. quęſt.
vltima, & titu. culpa. quęſt. 4. vbi late hanc ma-
teriam proſequitur.

¶ Præterea nõ inconcinne & hic illa quæſtio
in contentionem adducitur, ſcilicet, an teſtis, aut
quiuis alius, cui ſuppetit iuſta cauſa reuelandi
crimen occultum; ſi tamen non motus ex iſta
iuſta cauſa, ſed ex odio, vel maleuolentia, ſeu
alias illud reuelat, vtrũ præter peccatum, quo de
liquit, ad reſartionẽ damni inde ſubſecuti tenea
tur; & videtur quidẽ à reſtitutione non liberari.

¶ Primo ſic arguendo inſtamus ex. l. vnica.
C. de libell. famoſ. vbi cauetur, quod ſufficit
probaſſe veritatem, neque requiritur, quod pro
bet ſe ex rationabili cauſa libellũ famoſum con
tra aliquem ſparſiſſe: ergo ſi iſte probata verita-
te tantum criminis reuelati abſoluitur, neque
A habetur ratio, an ex rationabili cauſa fecerit an
ex odio, cum idem ſit ius poli, & ius fori, dum
ſententia non fundatur in falſa præſumptione,
videtur quod ex odio reuelans crimen fratris, cũ
ſubeſt cauſa reuelandi, non ſolum ab obligatio
ne reſtitutionis, ſed ab actione iniuriarũ contra
eum intentata ſit abſoluendus. Sicut abſoluitur
à reſtitutione princeps, qui protectus titulo iu-
ſto bellandi, ex odio tamen contra hoſtes ſuos
adoritur bellum.

¶ Sed in contrarium primò eſt textus in. §.
denique Marcellus. ff. de aqua pluuiali arcenda.
leg. 1. Vbi decernitur, non poſſe contra eum, qui
in fundo ſuo fodiens vicini fontem auertit, agi
B iniuriarum, vel de dolo, ſi non animo nocendi
ſed ſuum agrũ meliorem reddendi id eſt aggreſ-
ſus. Ergo à contrario ſenſu arguendo (nam ar-
gumentum à contrario ſenſu apud iuriſtas vali-
diſsimum eſt) qui animo nocendi reuelat, quod
alias ex rationabili cauſa ius ſibi inerat reuelãdi
tenebitur iniuriarũ, ac per cõſequẽs reſtitutionis.

¶ Præterea & id confirmatur ex doctrina D.
Tho. & Scoti & Paludis, & aliorum doctorum
in. 4. ſent. diſt. 15. qui accedunt D. Tho. 2. 2. q.
62. ar. 2. ad. 4. dicenti, quod qui animo nocendi
propter odium, vel vindictã, aut aliquid huiuſ-
modi impedit, ne præbenda detur digno, tene-
tur ad reſtitutionem, & cætera ſecũdum arbitriũ
C boni viri: ergo ſimiliter teſtis, vel alius, qui ani-
mo nocendi infamat, licet ſubſit iuſta cauſa, te-
netur proportionabiliter reſtituere.

¶ Igitur pro illucidatione quæſtionis ſtatui-
tur concluſio, ſcilicet, quando adeſt iuſta cauſa
reuelandi, tunc crimen occultum, & tamen quis
illud reuelat non ex illa cauſa iuſta, ſed percitus
odio, vel maleuolentia in iudicio, vbi poterat iu-
re reuelare, vel alibi, vbi, ad id ius habebat, li-
cet ad reparãdam famam non teneatur, eo quod
famæ nõ detraxerit iniuſtè: tamẽ quia iniquus
eſt reuelator: præter quam quod culpa id facti
non caret, tenetur iniuriarũ quomodocunque re
uelet. Hæc autem concluſio eſt Adriani in quo-
D lib. 11. in. 6. difficultate, eſt Cordubæ libello de
detract. fol. 109. concluſ. 5. quæ habet etiam fau-
tores iuriſtas, ſcilicet, Panormitanum ca. cum te.
de ſent. & re iudic. licet alterius ſententiæ eſſe vi
deatur cap. fin. de iniurijs. Eam ſequitur Oldra.
conſil. 53. Ludol. de rati. Conſi. 99. Pet. Anchar.
conſil. 226. Cyn. in. l. ſi non conuitij C. de iniur.
in. 8. quęſt. & Bartol. in hac ead. l. conuitij & not.
gloſſ. cap. ſi quis iratus. 2. quęſtione quinta, &
l. iuſtiſsimos. C. de officio prætoris prouinciæ.
Patet autem concluſio, quia ſi non releuat ab
iniuria veritas dicti cum aliquem fatuum ap-
pello: ergo neque cum reuelando crimen cum
malo animo crimen illi obijcio; quia hoc maiori
infa-

infamia non vacat. Item in gratiam huius eſt cõmunis ſenſus doctorum affirmantium, quod cum aliquid iniurioſum dicitur, præſumitur cauſa conuicij, aut animo cõtumeliæ à dicente fuiſſe dictum, niſi contrariũ probet, & vt talis condemnandus eſt. Accedit huic concluſioni Couarruuias, opere variarum reſolutionum, libr. 1. cap. 11. agens de iniurijs, quæ verbis fiunt. Vbi ait actione iniuriarum teneri qui crimen verum, vel vicium verum obiecerit praua intentione iniuriandique animo, ſiue in iudicio, ſiue extra, etiam ſi id reipublicæ interſit. In dubio autem animo iniuriandi dixiſſe videtur, quando abſq; vlla cauſa, vel vtilitate ipſius negocij, quod in iudicio, vel extra geritur dixiſſe cõtigerit. Nam dictum conuitium, vel reuelatum crimen ex iuſta cauſa, animo iniuriandi carere cenſendum eſt.

¶Hinc ſequitur primo corollarie autore Couarruuia ibi actione iniuriarum puniendum eſſe à iudice eum, qui extra iudicium non cauſa medendi reipublicæ, aut proximo, ſed cauſa ſuæ iræ, vel libidinis ſatiandæ in alterũ euomuit conuitium, etiam ſi in rem reipublicæ ſit tale conuitium, ſeu crimen propalari. l. iuſtiſsimos. C. de offic. rector. prouinciæ. Accedit & textus egregius. l. 2. C. quando & quibus.

¶Præterea ſequitur ſecundo corollarie etiam puniendum eſſe exprobrantem aduerſario in iudicio verum crimen, cum nihil ad proprij iuris comprobationem, vel defenſam attinet, imo talis exprobratio etiã ſi pertineat ad cauſam, ſi rixoſe, vel contentione verboſa inter litigantes acciderit impunis non debet abire, ſicut etiam pœnam meretur quando ex circunſtantijs coniectare licet ex prauo animo proceſsiſſe, quãuis verum ſit, quod præſumptio mali potius extra iudicium, quam in iudicio locum habet, quando vtile reipublicæ, vel proximo reuelatur. Nam etſi extra iudicium correctionis cauſa citra actionem iniuriarum fieri poſsit, non tamen id inconſulte fieri debet. Nam etiam extra iudicium crimen occultum ignorantibus patefaciendum non eſt, niſi quando detrimentum reipublicæ aut proximi aliter amoueri non poteſt iuxta D. Thom. 2. 2. quæſt. 62. art. 2.

¶Deinde tertio eodẽ Couarruuia autore corollarie ſequitur, quod qui extra iudicium inter rixandum ex prauo animo alteri crimen verum obiectauit, non eſt à iudice cogendus coram honeſtis viris recantare palinodiam, ſi manifeſtatio vtilis fuit reipublicæ. Imo ſuperaddit Couarruuias, quod licet id in vtilitatẽ reipublicæ nõ ceſſerit, ad id nõ eſt cogẽdus à iudice, licet in vtroq; caſu extraordinariè actione iniuriarũ iuxta Bartol. à iudice puniẽdus. Sed certè, quidquid ſit de

A foro exteriori, in quod noluimus nos mittere manum, videtur, quod ſola vtilitas reipublicæ, aut proximi exprobrantẽ ſic, pręſertim ex malo animo extra iudiciũ ab obligatione reparandi famã modo poſsibili non ſubleuat. Nam (vt ipſe Couarruuias teſtatur) oportet potius iuridice procedendo per delationẽ ad iudiciũ vera manifeſtare crimina, potius quã ex probrationibus famoſis. Nam cũ mihi, aut reipublicæ, aut tertio iniurius peccãdo non eſt proximus, quia dominus eſt ſuę famæ, dũ occultum eſt eius crimen, & ius habet ad illã, non eſt ob vtilitatem quamlibet ea ſpoliandus; præſertim quod in hoc caſu magis in rẽ reipublicæ eſt hunc priuatũ crimen contegi, quã B per eius propalationem ſcandalũ pati. Nam ſi ſic ſine reſtitutione vlla res abiret, vnuſquiſq, ſic iniuriator facile ſibi perſuaderet nullius momenti eſſe talem iniuriã, quæ in conſcientia recompenſatione nõ egeret, facileq; ſibi fidẽ faceret quod ſemper ſua infamatio, qua infamauit ſic in vtilitatem alicuius, ſiue reipublicæ ſiue priuati fuerit.

¶Poſtremo corollarie ſequitur hinc apud Hiſpanos merito eſſe vſu & iure receptũ, quod qui notam ſex vitiorum alteri inuſſerit retractare ſe corã iudice, & honeſtis perſonis cogatur, & tercentum ſolidis mulctetur. l. 2. tit. 9. li. 8. ordinationum. Vitia autẽ hæc ſunt, ſi appelletur leproſus, ſodomiticus, hæreticus, proditor, cornutus, C & ſi maritata meretrix appelletur. Et in practica receptũ eſt, vt inter hæc vitia connumeretur conuitij cauſa aliũ compellare Iudæum. Si autẽ alia vitia præter prædicta ſex obijciantur alicui; frequentius iudices omiſſa coram honeſtis perſonis retractatione facienda, arbitrio ſuo cõuicto conuitianti infligunt pœnam. Nam in pœnalibus nõ eſt extendenda conſtitutio ex lata verborũ ſignificatione, niſi eadem ratio ſubſit. Quibus poſtremo adde quod iniuria verbis facta honoris præfatione nõ tollitur, vt ſi quis verbi gratia dixerit alteri, mentiris, ſaluo tuo honore.

¶Ad argumenta tam in pro, quam in contra poſita, ſuo ordine reſpondendo dicitur, ad. 1. D argum. quod ex. l. vnica. C. de libell. famoſ. ſumebatur, ſcilicet, quod prædicta lex ſeu ratio argumẽtandi procedit, quando talis autor libelli famoſi ſtatim poſt eius editionẽ procedit ad accuſandũ. Nam tunc ſi probat verũ eſſe, quod detulit, præſumendi datur locus, quod nõ cauſa cõuitiandi, aut contumeliãdi fecerit, ſed cauſa ab initio accuſandi. Et hic verus ſenſus eſt, licet teſte Adriano aliqui, quibus videtur aſſentire gloſ. in l. eum qui. ff. de iniurijs fuerint opinati, legem hanc velle liberare á pœna eum, qui per libellum famoſum prius aliquem infamia affecit, ſi id, quod decreuerat per libellum famoſum in publicum euulgare, alias accuſando detulit.

Sed



Sed Cyn. poſt Petrũ verius eſſe autumat, quod cum ſeipſum prodit talis delator de libelli famoſi editione, & probauerit, quòd tunc actionem iniuriarum contra ſe à ſe repellit. Sic etiam concedimus in caſu quæſtionis ſi ſic eueniret.

¶Ad primum argumentum in contra ex. §. denique formatum, primo reſpondetur ex mente Adriani, negando illam conſequentiam; Qui animo nocendi in ſuo fundo fodiens auertit fontem vicini, tenetur iniuriarum: ergo tenetur ad reparationem ante iudicialem ſententiam condemnationis. Non enim hæc conſequentia ſolida eſt: quia hic in re alterius nullum iniuſte illatum eſt damnum, vt reſtitutione aliqua ante ſententiam ſit neceſſario recompenſandum. Sic etiam in caſu, quo quis ius habet diffamandi eũ, ſi ex odio infamat reſtitutionis obligatio abeſt: ſicut patet in exemplo principis, cui iuſtus titulus debellandi ſuppetit, tamen ex odio ad bellum gerendum percellitur.

¶Ad ſecundum autem argumentum in contra, quidquid ſit de opinione Scoti, & aliorum; quorum opinionem, licet communiorem & ſecuriorem reputet Adrianus; tamen oppoſitã Gerardi probabiliorem ſibi videri ait, ſcilicet, quod impediens alium ex odio ab vtilitatę adquirenda, in qua nullum habet ius adquiſitum, ſaltem virtualiter, licet de dolo & de actione iniuriarũ teneatur, non tamen ad reſtitutionem ante ſententiam; niſi ſpecialiter lex in aliquo caſu ipſo facto in conſcientia ad id obliget. At quantum attinet ad D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 2. ad. 4. allegatũ iam in prima parte noſtri inſtructorij conſcientiæ, ca. 125. pag. 755. & 756. explicuimus eius doctrinam in vtramq; partem, ſcilicet, Adriani, & Nauarri, & Soti: & in oppoſitam communẽ, quæ eſt Caietani poſſe gloſſari. Et ad obiectiones contra D. Tho. vbi notatur ab Adriano & Nauarro, quod non bene ex illo. §. deniq; ſuam opinionem elicuerit eum defendendo: abũde ſatisfecimus ibi. ca. 128. pag. 777. & ſequentib. explicando quomodo D. Tho. ibi, quia agebat de impedientibus ab aſſecutione beneficiorum eccleſiaſticorum, quæ ante collationem non ſunt aliquorum propria, & quia illud. §. denique, loquitur de aqua, quæ ſecundum Caieta. propria erat illius vicini, dependens tamen à fundo præcidentis venas aquæ: ideò non eſt ſimile. Ac per conſequens Diuus Thomas ad eliciendam illam doctrinam non habuit opus reſpicere ad. §. denique.

¶Cæterum de reo, an inficiando peccatum occultum non iuridicè ſibi in iudicio obiectum de peccato periurij argui poſsit, vel quia indirecte viſus eſt accuſantem de calumnia ſubnotare, ac per conſequens infamare teneatur, ſaltem

A intentionem accuſantis, licet non factum iuſtificare, dicendo quod licet bona forte intentione motus ſit ad accuſandum, ſed nihilominus deceptus eſt dicere nos aliquid neceſſe eſt. Nam videtur certe ea inficiatio, quia mendacio non caret iurato, neque periurio carere. Inſuper perſuadet ratio, ſaluando eius intentionem bonam, ſufficere ad defenſam ſic accuſati, negaſſe factũ; quia defenſio quæcunq; fieri ſemper debet cum moderamine inculpatæ tutelæ: igitur iuſtificanda videtur intentio.

¶Nos ergo per hæc dicenda quæſtioni huic ſic ſatisfaciendum duximus. Primo dicẽtes cum Sylueſtro, reſtitutio. 3. q. 3. quod qui ſic ſibi non B iuridice obiectum crimen in iudicio negauit, nõ tenetur accuſantis famam inde læſam reparare; neq; ex quo iniuſte & nõ legitime accuſauit, tenetur eius intentionẽ iuſtificare: nã ſibi illa nota infamiæ imputanda venit. Accuſatus autẽ neq; in hoc caſu de periurio argui poteſt, etiã ſi neget crimen verum non ſibi iuridice obiectum: quia neq; de mendacio venit notandus, ſi iniuſte reſpõdere in iudicio coactus, ſi vt à mẽdacio ſe tuetur æquiuocis, & amphibologicis verbis vtatur, quæ tamen ſint apud eos, quibus loquitur in vſu recepta. Imo ſecundũ Adria. & Nauar. contra Sotũ & Cordub. poteſt vti hac amphibologia, ſcilicet, dicendo, non feci huiuſmodi delictũ; C in mente ſubintelligendo, videlicet, vt teneat dicere. Sed de hoc nihil hic diffinimus, licet cõcedamus cæteris paribus inter opiniones probabiles eã potius fore eligendã, quæ magis fauet reo.

¶Sed quia maioris difficultatis eſt quęſtio, an ſi talis dixerit in iudicio illegitime accuſatus de vero, & occulto crimine accuſatorẽ calumniari, cum ſat fuiſſet reſpondiſſe accuſatorẽ fuiſſe deceptũ, teneatur famam accuſatoris amiſſam reſtaurare, quando in probatione defecit: ſit igitur pro huius explanatione dictũ ſecundum: Quãdo reus ſic accuſatus eſt iniuſte, quod crimẽ ſuũ confiteri non tenetur, ſi reſpondet accuſatorem mendacem in hoc eſſe, & calumniatorem, quid D quid ſit de peccato, ſi animo infamãdi accuſatorẽ, aut ſi cum iuramento mentiretur: tamẽ quãtũ attinet ad cõpenſationem læſę famæ liber ab ea manet. Ita Victoria in ſuis ſcholijs ſupr. 2. 2. cõtra Caie. ſup. 2. 2. q. 62. ar. 2. ad. 2. in cuius gratiã citat Ricard. & Scot. & alios. d. 15. ar. 5. q. 1. & Scotũ ibi. q. 4. ar. 3. affirmantes, ꝙ non ſolum in caſu, quo accuſatus eſt innocẽs, ſed etiam quãdo crimẽ eius verũ ſit, & tamen nõ legitime accuſatur ſi replicuerit contra accuſatorẽ, ꝙ calũnioſe mẽtitur á reſtitutione famę hinc læſæ immunis erit. Imo in caſu quo innocentẽ ſe eſſe nõſcit, ſi dixerit accuſatorẽ mentiri citra peccatũ veniale, & mortale id faciet. Nam etſi ſic innocens

ſecun-

ſecundum Caietan. ſe debet tutari cum minimo accuſantis damno: tamen imaginatio metaphyſica eſſe videtur illa Caietani dicentis, quod ſufficienter repellat á ſe notam criminis ſibi obiecti, ſolum per negationem ſimplicem criminis, aut per taciturnitatem: quia etiam, vt omnem propulſet à ſe ſuſpicionem criminis, poteſt audacter ſuam defendere famam, reſpondendo illum eſſe mendacem, & calumniatorem in hoc caſu. Quod ſi iniuſte accuſans hinc labem contrahat infamiæ ſibi id aſsignet, & ſuę culpæ tribuat. Nam iniuſte accuſatus ſic etiam coram iudice, & accuſatore reſpondendo ſecundum plures iuriſtas nulla pœna videtur mulctandus; quia alias ſubtimide reſpondēdo, non videtur ſe ſufficienter tueri,

¶ Sed quid ſi confiteri. crimen tenebatur, quia iuſte erat per accuſationem delatus ad iudicium, & iam crimen per probationem indiciorum, aut infamiæ, aut per vnum idoneum teſtē erat ſibi ſemiplene probatum, & tamen inficiādo crimen adiecit accuſatorem eſſe calumniatorem. Iam pro huius dubij expeditione ſit dictū tertium, in quo Nauarrus in ſum. ca. 18. nu. 48. Caietanum ex vna parte ſuper. 2.2. q. 62. art. 2. ad. 2. & Scotum & Ricardum, & alios in locis citatis, quorum opinio eſt cōmunis ex alia parte nititur concordare. Nam, ſi iuſte accuſatus, quia eſt in obligatione veritatem confitendi nō ſolum inficiatus ſit crimen, ſed adiecerit, accuſatorem eſſe calumniatorem, ſi ſibi non fuit adhibita fides, eo quod iudices, & alij non credūt accuſatorem contra ſuam conſcientiam pro tunc accuſaſſe, ſed intentum nequiuiſſe probare, nulla tunc famæ accuſatoris reparatio ab accuſato facienda eſt; quando quidem, vt ſupponimus ea reparatione non indiget. Et ſic vera eſt ſententia Caietani ibi, dicentis, quod illa impoſitio calūniæ, quæ accuſatori imponitur, licet ex ſe læſiua ſit: tamen, quia de facto non fecit fidem audientibus, reſtitutione non eget, quia de facto non lęſit. Si autem talis reſponſio qua calumniæ notam accuſatori iuſto inuſsit accuſatus perſuaſit, de facto audiētibus ita eſſe, tenebitur ſe retractare accuſatus. Nam in hoc ſenſu vera eſt opinio communis Scoti, & Ricardi, & de facto, autore Nauarro, moraliter loquendo iſti ſecurius procedūt, quamuis Caietanus ſubtilius hoc diſputet. Nam dum non conſtat de oppoſito, quia talia verba ſuapte natura læſiua famæ accuſatoris ſunt, etiam in dubio ſe retractandi obligationem inducunt in accuſatum.

¶ Inſuper quaſi cōfinis & hęc quæſtio præcedenti eſſe videtur, ſcilicet, vtrū reus, qui tenetur reſpondere iudici iuridicè interrogāti, ſemel crimen negauit compellendus ſit in conſcientia ad iterum coram eodem iudice cōfeſsionem veram faciendam ſe etiam cum periculo vitæ ſuæ ad id offerendo. Quæſtio eſt hæc non tam peruia cum vtrinque inſtent rationes. Nam pro negatiua hæc perſuadet ratio, quia ſi ſemel iuſtè ob crimina ſua capitalia coniectus in carcerem vitandæ mortis ſibi imminentis gratia, elapſus inde fuerit, non ſe tenetur iterum offerre incarcerandum: ergo qui timore mortis ſemel coram iudice iniuſte inficiatus eſt crimen, non tenetur denuo cum periculo vitæ ad illud confitendum. Nam ius naturale, ſeu inclinatio naturalis conſeruandi vitam, quæ illum reum fugitiuum à carcere ad reuertendum ad illum deobligat, etiā hunc negatiuum confitentem excuſabit ab de nouo confitendi crimen obligatione cum ſibi inde impendet periculum mortis. Verum quæſtio hæc non parum negocij faceſsit modernis doctoribus. Nam Nauarrus in ſum. q. 25. nu. 38. & Metina in ſua inſtructione ſuper. 8. præceptū §. 35. fol. 178. videntur non omnino ſuper hac quæſtione conuenire. Nauarrus namq; non ſemper hanc negationem criminis factam à reo in præiudicium iudicis aut aliorum redundare exiſtimat. Metina verò oppoſitum autumat. Igitur quo quæſtionis pateat veritas reſpondetur per hæc dicta.

¶ Dicitur primo, quod reus, qui iuſtè interrogatus per legitimas torturas perſeuerādo in negatione iniuſta iam compurgauit ſe de indicijs contra ipſum præhabitis, dum noua indicia nō emergunt contra ipſum, ſuper quibus adhuc inſtet iudex interrogando ipſum iam præſertim cum periculo mortis, quod negando euaſit, non tenetur ſuam confeſsionem negatiuam retractare, confitendo veritatem, quia iam iudex in hac parte ſuo videtur functus officio. Et hic reus, quidquid ſit de peccato præterito, iam videtur ſe per torturam legitimam compurgaſſe. Idem item eſt dicendum quando iam pertranſit terminus, in quo inſtabat iudex in reaſſumenda, vel extorquenda confeſsione. Nam licet intra iſtum terminum tenetur confiteri, etiam ſi prius negauerit, non obſtante, quod ex tali confeſsione ſit ſtatim ad mortem & patibulum rapiendus: tamen hoc elapſo termino, quando iam non agitur de rurſus eum interrogando, quia iam concluſum eſt in cauſa ad proferendam diffinitiuam ſententiam, per quam, quia aliàs ſibi plene non probatum eſt crimen, & quia negauit, creditur quod à ſententia mortis, vel mutilationis membrorum liberabitur, non videtur tunc quod iſte reus in cōnſciētia eſt coarctandus ad de nouo veritatem fatendam, ſicut neque reum mortis elapſum à carcere propter ſummum ius naturale indi-



inditum mortalibus conſeruandi vitam, ad iterum ſe præſentandum iudici. Vt ipſe Metina fatetur, non eſt compellendus: quia eſſet tyrannicum, & ſæuum præceptum. Ita & in hoc caſu ſaltem iam ſuper hoc non inſtante iudice ius conſeruandi vitam eum abſoluit ab obligatione iterum verum confitendi. Sed hoc verum habet, ſi creditur à pœna mortis fore abſoluendus.

¶ Præterea quidnam dicendum eſt in caſu, cuius tam Nauarrus, quam Metina meminere, ſcilicet, quādo qui rite eſt interrogatus, negauit delictum ad quod confitendum tenebatur, & nihilominus damnatus iam ducitur ad ſupplicium, an teneatur adhuc fateri anteà negatam veritatem, hac ſola ratione, ne iudex arguatur in populo de iniuſtitia, & teſtes de falſitate notentur. Pro huius explicatione dicitur ſecundo, vt Nauarrum & Metinam aliqualiter diſsidentes conformemus, ſcilicet, quod ſi teſtes, & iudex eo præſtent in populo teſtimonio bonitatis, quod nulla nota falſitatis, aut iniuſtitiæ, aut malignitatis ſint, inſimulandi, atque ex prædicta negatione nihil notabilis damni alicui obuenit: tunc vera eſt ſententia Nauarri negatiuam tenentis, quia tunc, inquit, nullo iure contrarium poteſt conſtare, cum ad animæ ſalutem ſufficiat confeſsio cum ſacramentali abſolutione in hoc caſu. At ſi quis obiecerit, quod in articulo mortis, vel antea cum certo eſt moriturus cauſa vitandi ſcandalum, ne impœnitens, & negatiuus mori credatur, fateri tunc tenetur antea negatam veritatem: adhoc puto dicendum, potius locum id habere in reis negatiuis, qui in ſancto inquiſitionis foro ob ſuam obſtinatam in negando pertinaciam vſque ad vltimum articulum mortis ſolent expectari, vt pœniteant, & verum confiteantur, ne viui ſaltem comburantur: quia hic ex tali pertinaci negatione magnum ſolet oriri ſcādalum; quod ita non ſemper videtur contingere in fori ſæcularis cauſis. Nam etiam in his detegendo crimen in illo articulo duplex explicitum ſcandalum generat. Primum in eo, quod reuelat antea in negando ſe periurum, & rebellem contra iudicem extitiſſe. Secundum quatenus proprium crimen, quod de ſe ſcandalizatiuum eſt, prodit ore proprio in publicū. Vnde qui fuerat negatiuus in foro inquiſitionis vſque ad articulum mortis negatam à ſe veritatē fateri tenetur: ſed negatiuus alterius fori aliquando, ſed non ſemper. Si autem ex tali perſeueranti negatione vſq; ad articulum mortis malam notam prædictam iudex & teſtes patiantur in populo ex eo, quod non ex leuibus indicijs ſuſpicatur populus malo animo, vel odio contra reum proceſsiſſe tunc vera eſt ſententia Metinæ, quod in art. mortis tenetur veritatē depromere. Imo in dubio, an talis nota in teſtes, vel iudicē ſedundet, vel non in cōſcientia ad veram confeſsionem delicta faciendam compellendus eſt: quia regulariter opinio Metinæ magis vera eſt: quia vt in plurimum talis pertinacia in negatione veritatis vſque ad mortem ſuſpicionis nota iudices & teſtes ſolet afficere, ſcilicet, quod iniuſtè contra reum proceſſerint. Et per hæc dicta iam patet, quid ſit dicendum ad argumentum in conrra poſitum.

¶ Cæterum eſt, vt poſtquam de reo, & teſtibus quatenus teſtificando verum vel negando famam lędunt, dictum eſt, etiam de accuſatore perperam vel benè accuſante dicamus; nam ex hoc fama quoque commaculari contingit. Igitur circa hoc aſſerimus primo, quemlibet reſpiciendo ad bonum commune, vel ad ſatisfactionem iniuriæ propriæ ſibi faciendam, vel ad reſartionem ſui honoris, poſſe accuſare alium cum bona conſcientia vindictam ſui iniuriatoris expetendo via iuſtitiæ, ſecluſo odio atq; rancore. Sed tamen ſibi valde cauendum eſt, ne per hoc magis ſuum odio ægrum animum ſatiare ſatagat, quam ſibi fieri iniuriæ recompenſam. Quo circa cōſultore Victoria in ſuis ſcholijs ſuper. 2.2. quia difficile eſt tranſuerſos animos agente paſſione ſeparare à mala intentione eam, quæ eſt bona in cauſis capitalibus & grauibus, tutius & conſultius eſt propriam remittere iniuriam, quā eius expetere punitionem. Itaque conſulendum eſt regulariter, niſi accidant caſus nimis fædi & turpes, quibus conniuere faciendo gratiam iniuriæ pium non eſſet, ne facilitas veniæ vegeret in perniciem communem.

¶ Deinde ex ſupradictis elicitur corollarium ex mente Victoriæ, ſcilicet, quod quando ſi aliquis non accuſetur multiplicaturus eſt crimina, vel alij eius exemplo, & ex eius impunitate excitandi ſunt ad perpetranda delicta ſimilia, & ſi iſte pœna plectatur graui, vel capitali alij compeſcentur à malo: tunc qui poteſt in obligatione eſt eum accuſandi, iuxta mentem Diui Thomæ. 2.2. quæſt. 68. artic. 1. Si autem compertum nobis ſit autorem criminis, neque perſeueraturum fore in illo, neque alios ex eius malo exemplo eſſe contaminandos, ſatius eſt diſsimulaſſe: quod & pro religioſis quoque venit notandum. Nam & Sylueſter verbo. accuſatio. §. 3. aſſerit magis eſſe de mente Diui Thomæ, quod accuſationem præcedere debeat admonitio. De quo fatetur Victoria non ſatis ſibi conſtare, ſed tantum ſe credere ait, quod ſi crimen in detrimentum aliorum cedat, ſine præuia monitione poſſe ad iudicium per accuſationem deferri ſi eſt maxime in mora periculū. Sed de hoc ſupra plura diximus, addētes cū Soto, quod cū accuſare alicui incum-

incũbat, quod præmittat monitionem regulari
ter magis eſt de conſilio.

℄Denique quoque notatu eſt opus, quod li
cet autore. Diuo Thoma loco citato, ſi crimen
fuerit tale, quod vergat in detrimentum reipu-
blicæ tenetur homo de iure naturali ad accuſan
dum dummodo ſufficienter poſsit probare. Et
ſi tale non fuerit peccatum, quod in multitudi-
nem redũdet, vel etiam ſi ſufficientem probatio
nem adhibere non poſsit non tenetur ad inten
tandam accuſationem. Tamen in caſu, quo de
iure naturali accuſare tenetur, tunc ab accuſatio
ne recedere non poteſt. Sunt autem in iure ex-
preſsi caſus in quibus licitum eſt ab accuſando
ceſſare: ſicut etiam princeps accuſationem ratio
ne grauis ſcandali remittendi ius habet. Nam in
feriores quoque in ſimili caſu ex rationabili cau
ſa poſſunt litem accuſationis remittere ad ſupe
riorem. Iniuſte autem accuſator cauſam accuſa
tionis aggreditur, ſi ſaltem ſemiplena probatio-
ne, hoc eſt, per indicia, vel infamiam duobus te
ſtibus probatam, aut certe per vnum teſtem de
facto omni exceptione ſuperiorem non poſsit
crimen accuſati probare quia neque ſine his iu-
ris adminiculis præcedẽtibus (vt ſupra diximus)
tenetur reus accuſatus iudici veritatem fateri.
Quocirca ſupra dictum eſt teneri teſtem ſubue
nire accuſanti ex obligatione boni communis
qua accuſare fuit aſtrictus etiam ſe in teſtem of-
ferendo, ne in probatione deficiat, ſecundum
Caietanum. Sed accuſanti pro propria vlciſcen
da iniuria non ita tenetur occurrere, ni fuerit aſ
citus à iure. & de his ſatis.

# CAPVT: CCLXXI.

*Vtrum audiens detrahentes peccet grauiter: Et an voluntati permiſsiuæ Dei ſit reſiſtendum, An præbens cauſam detractioni magis peccet, quam ipſemet detractor, an teneamur cũ graui detrimento temporalium infamiã proximi propellere: An qui ſine aſſenſu: & complacẽtia audit detractorem peccet mortaliter: De regula generali obligationis charitatis erga proximũ: Et quid de eo, qui audiens defectum proximi de eo curat fieri certiorẽ.*

IAm poſtquam de perſonis
concurrentibus in iudicio
quæ per abuſum partium,
quas ibi agunt famæ noce-
re poſſunt abunde diximus
reliquum eſt, & hic de his
perſonis meminiſſe, quæ
quia detractoribus placidum præbent auditum
A in cauſa eſſe ſolent vt fama eius, cui detrahitur
læſa permaneat. Quo circa hic primó quæritur
cum D. Thom. 2. 2. quæſt. 73. art. 4. vtrum au-
diens, qui tolerat detrahentem peccet grauiter.
Et videtur quod audire detractores contingat *Obiectio. 1.*
audientibus citra vllum peccatum. Tum, quia
non tenetur aliquis plus conſulere famæ alienæ
quam propriæ: ſed detractiones læſiuas famæ
propriæ nõ tenemur vitare: nã autore D. Gre
gorio ſuper Ezech. homil. 9. linguas per malitiã
excitatas debemus æquanimiter tolerare, vt no
bis meritum creſcat: ergo neque non propulſa-
re à nobis detractores alienæ famæ erit pec-
catum.

B Tum, etiam, quia eccleſ. 4. dicitur: Non con- *Obiectio. 2.*
tradicas verbo veritatis vllo modo, ſed ſæpe
vſu euenit, vt detractor detrahendo aſſertor ſit
veritatis: ergo videtur ne veritati aduerſemur
non eſſe ei obſiſtendum.

℄Tum, denique, quia quod eſt in commodũ *Obiectio. 3.*
ſpirituale bonorum non impediendum eſt, ſed
Pio papa ſic docente detractio concitata aduer
ſus bonos in eorum ſpiritualem ſalutem & vti-
litatẽ cedit. Nam detractio eos humiliat, quos
domeſtica adulatio, vel aliorum fauor in altum
extulerat: ergo detractoribus impedimento eſſe
ne detrahant non oportet. In contrarium verò
C aſtat ſententia D. Hieronymi dicentis: Caue ne
alijs detrahas, aut alios audias detrahentes.

℄Igitur pro expeditione quæſtionis præno
tandum eſt, quod quia peccatum non conſum-
matur ſine aliquo conſenſu in illud ſiue ex par-
te facientis, ſiue ex parte eius, qui facienti præ-
bet conſenſum iuxta illud Apoſtoli ad Roma.
1. Digni ſunt morte non ſolum, qui peccata fa
ciunt, ſed etiam qui facientibus peccata conſen
tiunt. Cum autem conſentire facienti duplici-
ter contingat, vno modo directe per inductio-
nem, qua inducit alium ad peccatum; aut quate
nus complacentia tangitur eiuſdem peccati, alio
autem modo indirecte, ſcilicet, dum non reſiſtit
D peccato, cui obſiſtere poterat, eo quod licet nõ
ſit in eius complacentia, tamen timore ductus
humano non renititur facienti peccatum; hinc
ſequitur, aliquem audientem detractorem du-
pliciter poſſe peccare, vno modo indirectè, ſci-
licet, ei non reſiſtendo, alio modo directe eum
ad detractionem inducendo, vel in eadem com-
placendo.

℄ His igitur ſuppoſitis prima ſtatuitur D.
Thomæ concluſio, qui directe, ſcilicet inducen
do ad detrahendũ aut ex odio, vel ex liuore in
ea complacendo detractori præbet auditum, nõ
minorem hinc contrahit culpam, quam detra-
hens, imo quandoque maiorem. Probatur autẽ
hoc ex autoritate D. Bernardi aſſerentis, nõ fa-
cile



facile eſſe dictu, quid horum damnabilius ſit A
detrahere, aut detrahentem audire.

℄ Secunda ſuperadditur concluſio, ſi abſit
ab audiente detractionem complacentia detra-
ctionis, ſi adactus timore, vel ex negligẽtia, aut
verecundia detrahentem non repellit minori
culpa inde implicatur, quam detrahens. Nam
hinc non niſi venialis culpa plerunq; contrahi
tur. Patet autem, quia indirectè hic audiens con
currit ad peccatũ timore, aut verecundia, inter-
dum eum magis, vel minus excuſante.

℄ Tertia tandem accedit D. Tho. concluſio:
Non reſtitiſſe detrahẽti aliquãdo cõtingit eſſe
mortale triplici de cauſa, vel quia nõ reſiſtẽs ta-
lis erat, ꝙ ex officio emendare detrahentẽ ei in- B
cũbebat, vel propter periculũ proximi cauen-
dum, quod ex detractione audiens eã impẽdere
videbat: quod tamẽ non vitauit detractorẽ re-
primendo, vel quia ex timore mũdano, quippe
qui ex mala radice à qua prodit malitia morta-
li interdum non caret, contradicere omiſit.

℄ Ad obiectiones autem in cõtra ſuo ordine
hic dicitur. Ad primã ergo deſcendẽdo reſpon-
detur, quod in arbitrij facultate cuiuſq; eſt detra
ctiones contra ſe in ſua abſentia ab alijs auditas
& ad ſe per narrationem aliorũ delatas patien-
ter ferre: quia ſibi liberum eſt cum Dominus ſit
ſuæ famæ, illius diſpendium tolerare, niſi id in
aliorum periculum vergat: atq; hoc quidem ſibi C
cedet in patientię meritũ. Non autem ſic ſitum
eſt in cuiuſcunq; poteſtate famæ alienæ iactu-
ram ſuſtinere, quo circa ſibi culpæ dabitur, ſi de
tractorem famæ proximi lacerantem non cohi
beat cum potens eſt ad repugnandũ illi. Nam ſi
Deuter. 22. præcipitur ſubleuare aſinũ alterius
iacẽtem ſub onere, multo magis famam proxi-
mi pretioſiorẽ auro morſibus detrahentium di
laniandam à mordacibus tutari iubemur.

℄ Ad ſecundam autem obiectionem reſpon
detur, quod detractori non ſemper eſt obſtan-
dum, arguendo eum de falſitate, maximè dum
conſtat audienti aſſertorem veritatis eſſe, licet D
mordacem. Sed de hoc eſt arguendus, quod ve-
ritatem aliter quàm oportet, vel vbi non opor
tet reuelat, cum proximi detrimento, vel cer-
te per oſtenſionem triſtioris vultus detrahen-
ti ſignificare debet, quantum rumores illos ſi-
niſtros contra famam proximi audire ſibi diſ-
pliceat, iuxta illud Prou. 25. Vẽtus aquilo diſsi
pat pluuias, & facies triſtis linguã detrahẽtem.

℄ Ad tertiam autem obiectionem reſponde
tur cum D. Thoma, quod vtilitas, quam per pa
tiẽtiam reportat detractionem ſuæ famæ æqua-
nimiter ſuſtinẽs, quia pręter intentionẽ proue-
nit detrahentis, non obſtat, quin detrahentium
reprimenda ſit audacia. Quia ſi in bonũ patien
A tiæ cedit alteri, id nõ detractatori, ſed Deo acce-
ptum ferendum eſt, quippe qui tã maxime bo-
nus eſt, & potens, vt ex malis eliciat bona. Quo
circa ſicut furibus, & raptoribus conniuendũ &
parcendũ non eſt, eo quòd ſpoliatis per patien-
tiã meritũ cumuletur, ſic neq; in præſenti caſu
permittendũ eſt detractoribus, ſic virulẽtis mor
ſibus famas alienas inuadere. Nam iã non licet
in cõtrouerſiã vertere, quod olim inter aliquos
cõtrouertebatur, an ſoli iudices, nõ vero priuati
teneantur aliũ ab iniuſta oppreſsione defende-
re: quia iam planum eſt, tum ex cap. error. d. 83.
accedente gloſſa, & ex cap. non inferẽda. 2. 2. q.
3. & ex cap. quantæ. de ſent. excom. & ex cõmu
B ni, & vera ſententia doctorum, quod vnuſquiſ-
que tenetur à ſocio iniuriam repellere eumque
commode defenſare prout expreſsius in cap. di
lecto de ſent. excommunicati. lib. 6. traditur.

℄ Pręterea, ſi quis quartò vltra tria argumen
ta. D. Tho. hîc iam ſoluta obijciat, quod tã infa
mia, quã malũ pœnę Deo ſic diſponẽte, aut per
mittẽte fit, vt teſtis eſt rex Dauid. 2. Reg. c. 16. di
cẽs: Dimittite vt maledicat: Dñs enim pręcepit
ei, & cætera, id eſt, permiſit ſecundũ gloſſam ibi
dẽ: ſed Dei volũtati etiã permiſsiuę, tũ, quia effi
cax eſt, tũ, quia ad maiora ex malo permiſſo eli
ciẽda bona tẽdit, reluctari & fruſtraneũ videtur
& illicitũ iuxta illud. 2. Reg. 16. Quis eſt, qui au-
C deat dicere: Cur hoc facis? & Act. 5. Ne forte ſi
ex Deo eſt ipſi repugnare videamur pręcpediẽ-
do meritũ ꝓximi intentũ à Deo ex iniuſta per-
miſſa detractione, vel oppreſsione per patiẽtiã
tolerata. Reſpõdetur diſtinguẽdo minorẽ de re
ſiſtẽtia faciẽda pœnalibus malis extãte volũta-
te permiſsiua, aut diſpoſitiua Dei. Quia autore
Adriano, ſi cõſtaret nobis Deũ determinate, &
omnino velle, vt quis aliquã oppreſsionem, aut
infamiam patiatur, fruſtra id laboris repellendi
iſtud mali à nobis aſſumeretur. Impoſsibile eſt
enim voluntatẽ beneplaciti Dei etiã permiſsiuã
nõ impleri. Quãdo vero (vt regulariter vſu ve-
D nit) de tali Dei volũtate neq; pro quali & quãto
tẽpore id velit permittere mali, nõ nobis cõſtat:
obligatio repugnãdi obtrectatoribus, & oppreſ
ſoribus proximi à nobis non tollitur: ſicut neq;
obligatione caremus ægris medẽdi, licet volun-
tas Dei ſit quod tandem ex tali morbo morian
tur, dũ de tali voluntate Dei non conſtat. Deus
enim, qui permiſit, aut diſpoſuit illum infirma-
ri vſque ad tale tempus, forte decreuit, per me
medicantem à morbo tãdem liberari. Sic & in
propoſito. ℄Argumenta contra concluſiones.

℄ At verò cõtra ſecundã concluſionẽ ſupra *Obiectio.*
poſitã elicitã ex D. Tho. vbi aſſeritur, ꝙ etiã ſi
deſit cõplacentia audiẽtis detractionẽ, ſi nõ ob-
uiet detractioni, plerunq; ad min⁹ in hac omiſ-
ſione

ſione interuenit veniale peccatum,ſic cauſa clarioris intelligentiæ arguitur.Quia teſte D.Paulo.2.ad Corint.5.Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnusquiſque propria corporis,prout geſsit,ſiue bonum,ſiue malum,Et ſecũdum D. Athanaſium in ſymbolo reddituri ſunt omnes de factis proprijs rationem,ſed detractio non eſt opus audientis,ſed opus malum ipſius detrahentis: ergo in extremo iudicio pro detractione non eſt exigenda ratio ab eam audiente,ſed ab detrahẽte:non ergo eſt peccatum audire murmurantẽ, ſed murmurare eſt,quod à peccato non abeſt.

℄ Præterea confirmatur: Quia ſicut videre crimen alterius non inducit culpam in videntem eum peccare(vt patet) ergo neque etiam audire detractionem alterius in culpam,nõ trahit illam audientem:nam inter videre,& audire in ordine ad peccatum alterius viſum, vel auditum nihil videtur differre.

℄ Inſuper contra primam concluſionem, quę eſt.D.Tho.vbi aſſeritur,quòd inducẽs aliũ ad detrahendum, vel ex odio cõplacens in hac detractione non minus peccat,quam detrahẽs, ſed quandoque magis,ſic primo arguitur:Quia cauſa efficax principalis facti ſemper grauius peccat,quã cauſa occaſionalis facti mali,quod non videtur poſſe negari:at vero qui ſignis tantũ,aut animi cõplacentia, aut ſuo inductu aliũ excitauit ad detrahendum videtur eſſe cauſa occaſionalis detractionis:nõ enim illius eſt cauſa efficax ſed ſolũ detrahens.Nam & hoc videtur ſignificare Ariſtot.Ethic.3.dicẽs:Ridiculum eſt accuſare externa,& non ſeipſum potius, qui facile ab his capiatur.Quaſi dicat, non eſt tam accuſandus externus inſtigator ad malum, quã is,qui eius ſuaſu perpetrat malum . Ergo non tantundem auditor ad detractionem inducens ſicut detractor,peccat.

℄ Itẽ ſecũdo arguitur: Quia nõ ęquè peccat qui vtitur peccato alterius parati etiã extra neceſsitatẽ,vt peccat ille,qui ipſiuſmet peccati eſt autor:ſed qui per cõplacentiæ indicia oſtendit detractionẽ, quâ audit ſibi gratã eſſe : mali detractionis autor non eſt, ſed ſolum vtitur malo detractionis alterius,qui iam eam in animo præconceptam habebat: ergo nõ tantæ culpæ reus erit ,ſicut & detrahens. ℄ Sed in contrarium eſt autoritas D.Thomę cui D.Benard.ſuffragatur.

℄ Igitur pro maiori intelligentia doctrinæ D.Thomæ in illis tribus contentæ concluſionibus ſtatuuntur & hic ſequentes concluſiones. Quarum prima eſt;Qui detractioni prębet cauſam,ſiuè præſentis , ſiue futuræ ratihabitionis ſignificationem oſtendendo, ſiue rogitãdo ſiue ad detrahendum alium inſtigando ,perquæ veriſimiliter detractio alias non futura excitatur, grauiori ſe ſubdit culpę:quam,ipſum detrahẽs. Patet autem:Nam quod liber non euadat à culpa duplici ratione clareſcit . Tũ iuxta D.Paul. ad Roman.1.Digni ſunt morte non ſolum,qui faciunt,ſed & qui conſentiunt facientibus. Tũ, quia eſt cauſa alterius , cui in hoc cooperatur. Quod autem eius tranſgreſsio grauior ſit, hinc ſatis apparet, quôd hic inſtigans ad detrahendum duplici nomine animarum homicida eſt: quia animam ſuam occidit & etiã detrahentis, ſicut autor eſt.D.Auguſtinus in alio ſimili caſu loquens de eo,qui prouocat alium ad iurandũ, quem pro comperto habet periurium commiſſurum.22.q.5.cap.qui prouocat, & ca.qui exigit . igitur & talis ex eo liquet magis peccare, quòd non ſolum ipſe delinquit ſed alteri delinquendi offendiculum parat,vt patet.24.q.3.ca. aliorum.facit in gratiã huius Adrianus in. 4.de reſt.fam.& quolib.11.& S.Thomas . 2.2. q. 73. art.4.cui ſubſcribunt doctores communiter.

℄ Secunda autem concluſio ſit : Omnes tenentur propulſare,atque prohibere confuſionẽ ſeu opprobrium,aut infamiam proximi,quatenus commode quis poteſt id efficere .Nõ enim tenetur cũ graui ſuo detrimento ſuorũ bonorũ temporalium iſta mala proximi propellere. prima autẽ pars conuincitur ex dictamine charitatis, & iuris naturalis inſtigantis,vt quod tibi vis fieri alteri facias. Item perſuadetur, quia iuxta pſalm.14.15.aſcendet in montem Domini,qui opprobriũ nõ accepit aduerſus proximos ſuos . Vbi ſua Hebræa tranſlatione D. Hieronymus habet;Et opprobrium aduerſum proximum ſuum non ſuſtinuit . Eſa. quoque. 33.qui obturat aures ſuas, ne audiat ſanguinem, & cętera,vbi gloſſa ſic interpretatur,omnis iniquitas oppreſsio & iniuſtitia iudicium ſanguinis eſt . Secunda quoque pars concluſionis ex hac ratione firmatur . Tum,quia Domini iugũ ſuaue eſt,ſcilicet,præceptum charitatis,quippe quod ad diligendum magis proximum , quam nos non coarctat : quo circa neque cum detrimẽto graui noſtro tẽporali malo proximi vitãdo occurrere aſtringit.Nõ enim magis dãnũ proximi cauere,q̃ noſtrũ,cęteris paribus,tenemur.

℄ Tertia deinde cõcluſio,quę in forma eſt Nauar.in ſumm.ca.18.n.37.hęc eſt:Qui ſine aſſenſu in detractione, & abſq; eius cõplacẽtia detractorẽ audit,licet nõ cõtradicat detrahẽti nõ peccat mortaliter,niſi in trib9,caſibus qui ex S.Th. dict.q.73.ar.4.eliciũtur.Primus eſt :Si eſt ſuperior,puta , iudex,parens ,aut magiſter,quippe qui obuiare detrahentib9 ſibi ſubiectis tenetur, Secũdus,ſi animaduerſum habet, quòd vltra iacturã famę dãna aliqua alicui ſũt obuetura,quę





obſtando detrahenti cauerentur. Tertius eſt quando fama eius,cui detrahitur notabiliter læditur, & audiens ob leuem timorem verecundiamvè , aut aliam ob cauſam parui momenti, non obſtaret detrahenti,vt hęc notabilia damna amoueret . Patet autem hæc concluſio, cui S.Antoninus & Caieta.verbo detractio ſuffragantur : quia præcepto charitatis tenemur ſine noſtro magno incommodo notabili damno proximi proſpicere quatenus profugetur. Diximus autem ſignanter in primo caſu , ſi ſit ſuperior,puta,iudex,parens,aut magiſter. Nã autore Soto in relection. de ratio. teg. aut deteg. fol.31.vnuſquiſque tenetur corripere domeſticos,potius quàm extraneos, atq; paterfamilias quidem , licet familiam vxorem filioſque iudiciali,& coerciua correptione infligendo pœnas corripere non poſsit,videtur tamen,quòd virga diſciplinæ extraiudicialiter poteſt, & debet paterfamilias eos omnes punire, ſi admonitio nõ proſit:tametſi verum eſt,quod non tam ſtrictè tenetur ad fraternam correptionem filiorũ, aut domeſticorum , quam prælatus ſpiritualis reſpectu ſubditorum.Non enim paterfamilias arcere ſeruum à concubina expellendo eum, aut famulũ à domo ob hoc tenetur, niſi forte propter ſcandalum : ſed quod intra ſuam domum à famulo vel ſeruo ſuo retineatur, nullatenus tolerare debet . Sed neque familiam compellere ad ieiunia eccleſiæ & huiuſmodi tenetur : ſed tantum ad hoc fraternaliter familiam corripere,maiori tamen cura,quam extraneos.

℄ Prætereà ſignanter in hac quoque tertia cõcluſione diximus,ſi ob leuem cauſam obſtare detrahenti audiens omittat,quia(vt prędictũ eſt)ſecus eſt,ſi ſine graui ſuo detrimento obſiſtere non poteſt. Quocirca putat Sotus de iuſt. & iur.quòd cum magna verecũdia qua tenetur famulus erga illuſtrem ſuum dominum ei detrahenti contraire non tenetur. Sicut neq; cum periculo proprio, ſcilicet, quando quia detrahens eſt homo turgidus, & bili percitus, qui grauiter & contumelioſe inſiliet in eum corripientem, non tenetur eum audiens de tali detractione redarguere,ſicut neq; quando peior exitus ex tali redargutione expectaretur,aut de emenda,aut remedio ſecuturi damni rationabiliter deſperaretur. Qua de cauſa non mediocri prudentiæ moderamine opus eſt,autore Metina in ſua inſtructione & Soto de iuſtitia ad obuiãdum detrahenti præſertim vera dicenti.Nã detrahenti vera dicenti non eſt contradicendum, ſed reprimendum eſt ei verbum,ita tamen,vt retundendo ei verbum deterius quid non ſequatur.

℄ Intantum autem verũ eſt nos detrahenti, id eſt, crimen alterius ſecretum in eius abſentia reuelanti,cũ graui detrimẽto noſtro non teneri obuiare,quod neq; etiã iudici iniuſte,id eſt,ſine præuia infamia,aut indicijs ei æquipollentibus manifeſtis via inquiſitionis inquirenti , aut ſine his , aut ſine præuia ſemiplena probatione via accuſationis procedenti tenetur quis de complicibus interrogatus eorũ crimina celare,quando æquiuocis verbis nõ poteſt ea occultare,ſi aliter quam cũ periculo vitæ ſuæ nõ poteſt ea ſecreta ſeruare,niſi princeps,aut reſpublica, niſi celentur,inde periclitaretur. Nã alias regula generalis perſtat,ſcilicet, quòd ratione ſecreti, aut pacti alicuius,aut cõtractus vitã proximi,aut eius facultates & bona, nemo tutari tenetur, cũ pari periculo, aut æquali detrimento vitæ propriæ, aut bonorum. Secus autẽ eſt,ſi læſerit quis famã alterius iniuſte,cuius iacturam nequit reſarcire, niſi cũ diſpendio ſuæ famæ,honoris, vel bonorum:quia tũc cum famæ & honoris proprij detrimẽto niſi multum dignitate præſtaret teneretur ad famam ablatam reſtaurandam. In quo caſu raro,aut nuſquam cum periculo vitę ad id teneretur. Nam ius conſeruandi vitam adeo eſt priuilegiatum, vt poſsit quis tutandi vitã propriam cauſa prodere non ſolum ſecretum alienum,ſed etiam hominem latentem eumq; manifeſtare tyranno & hoſti,cum ad mortẽ quærẽti,ſi minetur illi mortem, niſi eum prodat, ita apparenter ait Adrianus quol.3.ar.2.& Cordu. de caſibus conſc.q.137.Licet Sotus & Nauar.in hoc eis refragẽtur. Ratio autẽ Adriani eſt,quia iſte ſic alterum prodens tyranno, non eſt cauſa immediata,neq; per ſe nata cauſare mortẽ eius, quem prodit,niſi ex malitia tyrãni:ſicut neque qui adiuratus à latrone ratione implendi iuramentum, ſoluit ex metu promiſſam pecuniam latroni,nõ peccat, licet latro ea pecunia abuſurus ſit ad peccatum,iuxta cap.debitores,& cap. ſi vero de iur.iur.Sit igitur in his regula generalis obſeruatione digna , ſcilicet , quod licet pro vita proximi temporali ſaluanda obligatio charitatis nobis ſubſit exponendi honorẽ,& bona temporalia nobis ſuperflua,neq; ad tranſigendã vitam neceſſaria:tamen vitam noſtrã corporalem pro proximo exponere non tenemur, niſi quãdo alias ſalus animæ eius in articulo mortis periclitatur.Loquimur hic de priuatis.Nã prælati, etiam extra hunc extremũ articulum,multoties,ſi opus ſit,ſubuenire ſpirituali ſaluti ſubditorum tenentur. Vide Sotũ de ratione deteg. memb.3.q.vlt.concl.8.9.10. & Nauar. in ſum, cap.25.nu.37.50 & cap.18.num.30.33.& capit. 17.num.134.& in cõmento de defenſione proximi.cap.non inferenda.num.10.25.

¶ Accedit ad prædicta tanquam corollarium commẽdatione digna aſſertio Metinæ in

ſua inſtructione ſol,184. Vbi ait, quòd dum ab
ſit mala intentio,qui ob neceſsitatē, vel pietatē
detrahentē audit,nullius culpæ ſit reus.Si autē
ob ſolā leuitatem audit animo occultandi,cul-
pam inde cōtrahit venialē. Cæterū quando ex
tali præbito auditu notabile damnū proximi
famæ imminet, talis detractionis auditio culpa
mortali non caret.Si autem in præbendo audi
tum obtrectationi pura fuit mens audientis,ſin
cerúſque eius fuit animus, licet in cauſa fuerit,
quod alij audierint, & inde fama proximi nota
bilem iacturam paſſa ſit,non ſibi hoc aſsignan
dū eſt ad culpam mortalē,autore Caieta. Nam
negligētia hęc ideo à culpa abeſt mortali, quia
nō eſt circa ea,quæ tātopere aduertēda ſint, & B
quia ſi aduertiſſet ad id dāni,certe prohibuiſſet.

¶Hinc iam patet, quaſi ſecundū corollari,
quid dicendū ſit ad illā dubitationē caſus quoti
diani occurētis,cuius meminit Cordu. in tract.
de caſibus conſcientiæ.q.57. Vbi quærit, vtrū
careat culpa mortali id curioſitatis vitiū,quo tē
tatus aliquis dū defectū naturæ,ſiuè culpæ pro
ximi audit, ſtatim ſtatuit atq; contendit de eo
omnino fieri certiorē.Ad quā quæſtionē reſpō
det ibi Cordu.id facti ex ſe malitiā mortalē nō
continere, niſi ei aliqua adhæreat circūſtantia,
quæ illud efficiat mortale, cuius modi eſſet, vel
finis mortalis, vel periculū peccandi mortaliter
inde emergens, vel ſcandalum inde innaſcens, C
vel alij modi mortaliter mali inde pullularent.
Vt ſi vt exploratā veritatē haberet non ſolū à
quo ſemel audiuit, ſed ab alijs pluribus nō ſine
diſperſione infamię id ipſum ſciſcitaretur,vel ſi
in tali narratione mali proximi oblectaretur.
Fauet S.Tho.2.2.q.167.q.169.& ibi Caiet.atq;
Adria.2.quolib.art.2.& Sylu.verbo curioſitas,
quibus adde Victoriā in ſuis ſcholijs ſuper. 2.2.
dicentē.Quod licet,qui poteſt reprimere detra-
hentē,& omittit,peccat mortaliter,quando no
tabile timetur periculū:tamē,ſi mihi ſoli id quis
ſuſurrat intra meq; id ſecretū condo,neq; plenā
fidē adhibeo: ſi ex mala intentione non audio, D
nō ideo mortaliter delinquo. Sicut etiā dicere,
quod eſt in vſu paſsim, audiui de Petro, quod
furtū commiſerit,veruntamen non me recipia
tis in teſtem,quia id ego nō credo,è contra ipſo
Victoria autore mortale erit, ſi inde ſequatur
infamia,vel cū malo animo nocendi ſit coniun
ctū.Quare cauendū eſſe ab iſtis docet. Sed etiā
nos de hoc puncto ſupra plura docuimus ſen-
tentiam Soti ſecuriorem magis amplectentes.

¶ Iam ad argumenta contra concluſiones à
nobis ſubnotatas in declaratione Doctrinæ.S.
Thomæ reſpondētes,dicimus ad primū,negā-
do conſequentiā.Nā licet de alterius detractio-
ne auditor eius non ſit redditurus rationē qua-

A tenus à detrahente procedit, quia ſic eſt opus
alterius:tamē de accōmodatione auriū ad detra
ctionē,quæ detractioni præſtitit cauſam ab eo
exigenda eſt ratio,& de cōplacentia in illa ſi in
illa complacuit,quia hæc opera ſunt ipſius au-
dientis:mala vel de omiſsione, qua peccatū de-
tractionis prohibere omiſit: quia & hæc deli-
ctum eius fuit;aſſentit S.Hieron.in epiſtol. ad
Nepotianum.

¶ Ad cōfirmationē autē reſpondetur, quòd
tā audire,quā videre ſimpliciter ſumpta pecca
ti malitiā de ſe non continent,niſi cauſam præ-
ſtent peccato,ſicut laſciue vidēdo fæminā, au-
diendo detractionē cū conſenſu & complacen-
B tia illius aut eam nō prohibendo cum commo
de fieri poteſt,vt ſignificatur Eſaiæ.33.

¶ Ad.1.autem argumentū contra concluſio
nē D.Tho.reſpondetur,negando minorē. Nā
teſte Adriano in quolib.2.is propter cuius con
ſiliū,vel ratihabitionē detrahit alter nō tantū de
tractionis occaſionalis eſt cauſa,quia cauſa eius
principalis eſt.Etenim cauſa occaſionalis,& ve
luti de per accidēs,ea dicitur,quæ neq; directe,
aut per ſe aut ex vi,aut natura ſua inflectit aliū
ad effectū,ſed ex ea tantū ab alio aſſumitur ani
mus aliquid efficiendi,ſicut corrigens malignū,
qui ex tali correptione deterioratur illius dete-
riorationis & malignitatis cauſa vera non eſt:
C ſed tantū occaſio. Neque Ariſtoteles Ethic.3.
huic ſolutioni refragatur.Nā per verba eius in
contra allegata ſolū inſinuatur eius eſſe ſenten-
tiæ,quòd propter exteriora tentamēta, quibus
illectus quis incidit in peccatū,non omnino ex
cuſandus eſt à peccato.Non tamē inficiatur ex
terna mouētia,& inducentia ad malū cauſæ in-
clinantis ad malū habere rationē:ita vt meræ
occaſiones mali non ſint dicenda. Quia certe
ſunt veræ cauſæ impellentes. Item ſoluitur
argum.negando eius maiorem, ſi in omni caſu
generaliter intelligatur.Nam ſolum eſt vera cę
teris paribus, & de occaſione accepta non au-
D tem de occaſione data. Occaſio namque data
intra rationem cauſæ efficientis continetur:
influit enim in effectum,inclinando ſaltem ſic
q́ue cauſa occaſionalis, ideſt, per occaſionem
data maioris malitiæ particeps eſt, quam cauſa
ſolum malum exequens opere. Magis etenim
delinquit ille,qui ad adulterium, vel detractio-
nem alium non paratum illectat,quam qui ſo-
lum detrahit, aut adulterat: quia ille perſuaſor
mali,vt diximus, duas animas occidit, ſcilicet,
ſuam,& detractoris alias non parati.

¶ Ad ſecundum verò argumentum reſpon
dentes,negamus minorem. Quia qui per indi-
cia oſtendit detractionem ſibi gratam eſſe,ſicq;
animat detrahentem non ſolum vtitur malo al

terius



terius quin potius ipſe cauſam præſtat ad detra A
ctionem:ſiquidem ad eam inducit alium para-
tum,vel non paratum,qui protunc ſine ſuo in-
ductu non erat detracturus. Sicut innoteſcit in
exemplo principis circa teſtificationem men-
dacij ſigna gratificationis oſtendentis.Hic nan
q́ue mendaces & impios quodammodo reddit
omnes miniſtros ei blandiri cupientes,iuxta il-
lud Prouerb.29.princeps qui libenter audit ver
ba mendacij omnes miniſtros habet impios, &
iuxta D.Gregorium relatum.2.q.3.cap. præci-
pue dicentem, quod principes tot mortibus di
gni ſunt,quot & cætera.

## CAP. CCLXXII. B

*Vbi aſsignantur decem, & nouem exempla ſeu
argumenta,quæ arguunt in caſibus hic exem
plificatis difficilem eſſe reſtitutionem famæ.
In quorum reſponſione ſatisfit multis caſi-
bus.1.de detrahente,ſed vere, vel detrahē
te homuncioni vili, vel detrahenti ſecreto
coram euulgaturo in populū, vel detrahenti
ei, qui alia via recuperauit famam; Vel in
caſu,quo poſt obliuioni tradita eſt infamia:
Vel in caſu, quo infamatus migrauit à vita,
vel infamans ſtatim obijt:Vel in caſu,quo ſi
bi inuicem aliqui detraxerunt: Vel in caſu, C
quo quis diffamatur de alijs;Vel in caſu, quo
diffamatus iam cum ſuo infamatore conuer
ſatur;Et de alijs quotidianis caſibus.*

POrrò ſupremā manum huic ma-
teriæ de detractione impoſituris
operæprecium eſt, ad abſolutam
eius cognitionem, vt quia per eā
læditur fama,de reparatione famę
quatenus per detractionem,vel aliter tollitur di
ſputemus.Igitur pro more noſtro,vt in diffici-
lioribus quæſtionibus facimus,eas contrauertē
tes ſic arguendo,hanc quæſtionem, vtrū fama
per detractionem læſa,vel aliter reſarcienda ſit, D
contrauertenda videtur.

¶ Arguitur ergo primo: Quia fama in mul-
tis caſibus non poteſt admittere compenſatio-
nem:ergo tunc non erit reſtituenda.Cōſequen
tia patet:quia nemo obligatur ad impoſsibile
moraliter. Antecedens autem exemplificatur
variè.Quia primo arguit D.Tho.2.2.q.62.art.
2.exemplificādo in eo, qui vera dixit detrahē
do alteri,qui nequit reſarcire famam, dicēdo ſe
fuiſſe mentitū: ſed neq; apud ſapientes idonea
eſt ſatisfactio, ſi dixerit, iniuſte ſe eſſe locutū.
Ecce difficultatem.1.

A ¶ Item ſecundo,quia aliquando qui detrahē
do abſtulit famam alicuius hominis infimę ſor
tis,tanta præcellit ſuperioritate dignitatis, vt
durum videatur, & abſurdū illum obligare ad
ſe publice retractandum,quo ablatam reſarciat
famam.Ecce difficultatem.2.

¶ Deinde tertio, quia qui detraxit ſecreto
de Paulo coram Petro,quòd eſſet fur, & tamen
id audiens Petrus in totum populū euulgauit,
cauſa fuit ſufficiens prima & autor totius illius
infamiæ,quia illud detegit garrulo Petro id
poſtea propalanti: & tamen non videtur ad in
famiā hanc recōpenſandū teneri:quia recōpen-
ſare non poteſt,niſi prodiens in publicū,ſe pu
B blice retractet dicēs,quod dixerit nomine eius
Petrus de Paulo,q eſſet fur,eſſe falſum.Ad hoc
autē nullatenus tenetur,quia nimis durū vide-
tur,& vltra æquitatē,hūc obligare ad ſe retra-
ctandū coram omni populo,cum ſolum coram
Petro & in ſecreto Paulo ſic falſo detraxerit.
Ecce difficultatem.3.

¶ Subinde.4.id exēplificatur in eo,qui per
detractionē læſionē paſſus eſt in fama, & tamē
iā hic,vel totaliter alia via ſuā recuperauit famā
vel poſt fortè recuperare eā nequit:quia ipſe eā
denuo diſsipauit per crimina ſimilia poſt publi
ce à ſe perpetrata,iā huic ſua videtur reſarciēda
fama:ſicut etiam reſarciēda eſt iactura honoris
C percuſſo baculo,aut alapis cęſo:etiā ſi ipſe dan-
do occaſionē ſimilē inhonorationē ab alio ter
tio poſt ſit paſſus. Et tamē nō videtur, quomo
do in his caſibus reparanda ſit fama.Non enim
videtur excuſare ab ea reſtituēda detractorē ip-
ſum euentus ſequens,ſcilicet,quòd iam alia via
ſit reparata:ſicut neq; videtur excuſare percuſ-
ſorē à reſtitutione percuſsionis etiā ſi plaga per
cuſsionis ſit alia via ſanata.Ecce difficultatē.4.

¶ Præterea exēplificatur quinto in detrahē
te iniuſtè,& tamē verū aſſerēte,ex cuius vera aſ
ſertione læſus in fama paſſus eſt dānū:quia pri-
uatus eſt inde beneficio obtēto,vel obtinendo.
Nā detractor huic reſtituturus eſt dānū & tamē
non apparet,quomodo an in integrum,aut pro
D parte.Nā in integrū nō videtur reſtituēdū,poſt
quā detractor illius dāni non totalis,ſed partia
lis fuit cauſa.Nō enim ipſe id criminis detexiſ-
ſet(vt ſupponimus) niſi illud detectus cooppe-
ratus fuiſſet. Neque enim detrahens mentiri
auderet in proximi præiudicium. Sed neque
pro parte videtur reſtituendum: quia non ap-
paret pro quali parte cum detractor hic ad tota
le concurrerit damnum. Ecce difficultatem.5.

¶ Inſuper ſexto exemplificatur: quia poſt
ablatā per detractionē famā,poſt longa ſpatia
temporum vſu euenire ſolet,vt res iā obliuioni
ſit tradita at tunc detractor nō videtur immu-



nis

niſà reſtitutione famę. Quia licet infamia, verbi gratia, puellæ, quæ in iuuentute fuit per detractionem diffamata, iam per adeptionem bonæ opinionis videatur obliuione conſepulta: ſed poteſt aliquando eius memoria refricari: vnde videtur talis infamatio reparatione indigere. Et tamen quòd hæc indigentia ſuadet faciendum timor renouationis conſopitæ iam infamiæ diſſuadet, ne fiat illius infamię mentio: per ſe retractantem. Nam eſt veluti vlcus, quòd noua exulceratione cum eſſet ſanatum recrudeſcit. Ecce difficultatem. 6.

¶ Adhuc ſeptimo exemplificatur in caſu, quo lęſus in fama per detractionem iam migrauit à vita. Nam huic videtur ſuperflua reſtitutio ſuæ famæ, cum ea iam in hac vita non indigeat: quia ad eam nõ eſt regreſſurus, ſicut ſi per ignominiam eſſet in hac vita inhonoratus: quia fuit colapho, aut fuſte cæſus, non videtur poſt mortem in ſuum honorem reſtituendus: quia iam eo in hac vita non eget. Sed neque eius hęredibus pro hoc videtur recompenſa facienda: quia hæredes non ſuccedunt in bonis famæ, & honoris teſtatoris: quia teſte Ariſtotele honos præmium eſt virtutis propriæ, non alienæ: ſicut etiam eſt fama. Non ergo videtur neque in hoc caſus exemplo reſtituenda læſa defuncti fama. Ecce difficultatem. 7.

¶ Super hæc octauo exemplificari poteſt in detractore infamante, qui ſtatim non reſarcita fama obijt. Nam in hoc caſu etſi lęſa manſerit fama alterius, ac indigeat reparatione ſuæ famæ, non videtur hic locum habere poſſe reſtitutio famæ: neque enim ſunt alij qui fingi poſſint eius famæ læſæ reſtitutores, niſi defuncti hæredes: qui tamen ad id non tenentur. quia illa detractio læſiua famæ opus perſonale tantũ fuit ipſius defuncti. Vnde ſicut non tenentur ad impletionem voti defuncti, quia perſonale opus eius fuit: ſic neque ad retractationem detractionis falſæ defuncti. Ecce difficultatem. 8.

¶ Accedit ad prædicta nonum exemplum in caſu, quo quis detraxit alteri, & ab eodem viciſsim eſt detractionem paſſus & in fama lęſus, ſicut etiam in fama eum læſerat. Vt ſi Petrus & Paulus ſibi mutuo ſecreto detrahendo diuerſa ſibi impingunt vitia. Nã Petrus Paulũ ſubnotauit de latrocinio, & è contra Paulus Petro ebrietatis notam inuſsit, iam hîc, quia læſa eſt fama vtriuſque & cum ſcandalo audientium, videtur neceſſaria mutua famæ reſtitutio. Et tamen alia via & ratione videtur hîc reſtitutio famę locũ non habere: quia vterque in recompenſam propriæ famæ lęſæ poteſt omittere tractationem falſæ detractionis, quam alias tenebatur facere. Ecce difficultatem. 9

A ¶ Quibus adde exemplum decimum in eo, qui infamatus erat de multis vitijs, puta, de latrocinio, & concubinatu, atque coram ſcientibus, ego ei detraxi, quòd etiã eſſet ebrius, quippe qui caperetur à vino: iam hîc videtur neceſſaria mea retractatio: quia de nouo & diſtincto vitio, de quo hactenus non malè audierat, illũ taxaui. Et tamen neque hic videtur mihi ſubeſſe obligatio me retractandi. Nam quid refert de maioribus infamatum in ſuam tantũ circa minora reſtituere famam? Quid refert valde denigratum tantiſper magis decolorare? Ecce difficultatem. 10.

¶ Huc attinet & exemplum vndecimum in B eo, qui detraxit falſo homini de media plebe. Et tamen cum iſte detractor falſus ſit de plebe togata, & præclarus ſatrapa, non tenetur perſonaliter ſe retractare: tenetur tamen alia via læſo in fama recõpenſare. Sed nulla ſuppetit via (vt ſupponimus) aliquando recompenſandi niſi in pecunijs læſam famam. At vero in pecunijs famam cõpenſandi nulla ſubeſt obligatio; quia fama & pecunia interſe mutuam compenſationem non admittũt. Tum, quia fama, teſte ſacra pagina, longe pretioſior eſt auro. Tum, quia ſi iactura pecuniaria illata alteri non poteſt compenſari honore, & fama; ergo neque etiam iactura famæ compenſabilis eſt pecunia: nam vi C detur eadem ratio. Ecce difficultatem. 11.

¶ Huic affine eſt. 12. exẽplũ adhibitũ in eo, qui lęſus eſt in fama à detrahente: & tamẽ poſt notitiã detractionis falſę cũ detrahente familiariter conuerſatur. Nã & huic ſic lęſo videtur faciẽda ſit ſuæ famę cõpẽſatio, à qua tamẽ ex alia parte detractorẽ videtur excuſare familiaris cõuerſatio poſt intercedens, quę videtur gratiam iſtius faciẽdę cõpenſationis cõcedere: ſicut iniuria, vel contumelia affectus poſtea cũ iniuriante familiariter, & amicabiliter conuerſans videtur eã ex iuris pręſumptione bona condonare. Ecce difficultatem. 12.

¶ Huc referri poteſt. 13. exẽplũ verificatũ in D caſu, quo, quia malitioſi eſſent homines, & procliuiores ad credendũ malũ, facta retractatione ſuper falſa detractione de altero coram illis nullatenus crederent de falſitate ſe retractare, ſed inductum fuiſſe pretio, aut precibus, vt ſe de vero, quod dixerat retractaret: tunc in hoc caſu opus eſt reparare læſi famam, quæ tamen reparari non poteſt, niſi per retractationẽ. Et tamen hæc retractatio non videtur facienda, vt potequę fruſtranea erit, cũ prę malignitate audiẽtiũ ei nõ erit (vt ſupponimus) adhibẽda fides. Quid ergo agendũ in hoc caſu? Ecce difficultatem. 13.

¶ Huc etiam videtur ſpectare. 14. exemplũ prælati, aut patris familiâs, qui iniuriã infamiæ ſibi



ſibi illatam per detractionem, vel aliter detrahenti remittit: & tamen in ambiguo eſt, an talis remiſsio ſit valida vel non. Sed de hac difficultate ſeorſum erit agẽdum: quia ſpecialis hic vrget difficultas. Ecce 14. difficultatem.

¶ Adiungitur ad ſuperiora & 15. exemplum de eo, qui à me abſtulerat magnam ſummam pecuniæ: & tamen poſtea ego ab eo ei falſo detrahendo abſtuli famam: an ratione recompenſationis pecuniæ à me ablatæ, poſsim ego permanere in vſurpatione ſuæ famæ, me non retractando, quandiu ille perſeuerat in meam pecuniam, non ſoluendo. Nam hæc difficultas Victoriæ viſa eſt eſſe grauis: quia durum videtur, hanc admittere compenſationem. Et tamen aliquis color apparentiæ eſt, quôd hic habeat locum recompẽſatio, ſicut in alijs rebus locum ſolet obtinere. Ecce 15. difficultatem.

¶ Præter hæc exemplum difficultatis 16. adhibetur in caſu, quo is, cui ego detrahendo abſtuli famam, ipſe me percutiendo alapa poſt abſtulit mihi meum honorem; an reſtitutio vtriuſque ceſſare hic poſsit per mutuam compenſationem. Nam videtur, quòd ſic, ſicut permittitur compenſatio in alijs. Et videtur quod non: quia cum fama & honor ſint diuerſę rationis, quia fama propriè virtuti, & honos ſuperioritati, & excellentiæ debetur, videtur Ariſtotile teſte in ordine ad recompenſationem non poſſe æquiparari. Ecce 16. difficultatem.

¶ Super hæc 17. adhibe exemplum difficultatis reſtituẽdi famam ablatam in eo, qui, niſi ſe prodat cum periculo vitæ in publicum prodeundo infamiam ſparſam libelli famoſi, quem edidit reparare non poteſt. At in hoc caſu hinc obligatio ſe publice retractandi, & ad id perſonaliter ſe prodendi inſtat. Aliunde autem ius conſeruandi vitam videtur ab hoc excuſare. Quid ergo agendum inter hos conflictus? Ecce 17. difficultatem.

¶ Penultimum exemplum hoc eſt 18. hic adduci poteſt eorum, qui inter detrahendum verbis generalibus, aut pręgnantibus, aut æquiuocis vtũtur (vt antea diximus.) Quæ quidem verba, quia interpretari poſſunt in peiorẽ partem, & in nõ tam malam in dubio eſt, an grauiter famam lęſerint, vel non. Ac per conſequens non ſatis conſtat, an facienda ſit reſtitutio, an non. Quia pro parte negatiua extat ratio, quòd non: quia huiuſmodi verba æquiuoca de ſe non generant certum ſenſum malum, niſi ex malitia audientis, cui imputandum eſt, quôd in partem peiorem ea verba acceperit. Pro parte autẽ affirmatiua, ſcilicet, quòd ſic, ſuadet ratio, quia cum æquiuoca verba fuerint includentia vtrũque ſenſum peſsimum, & non adeo malum cau

A ſam etiam opinandi notabiliter male de proximo præſtitere. Atq; eãdem difficultatem nobis ingerit exemplum de referentibus tantum audita: quibus interdum ſatis conſtare nõ poteſt, an ſic perſuaſerint id audientibus, vel non, vt ſe retractare teneãtur vel nõ. Ecce 18. difficultatẽ.

¶ Deniq; vltimum exemplum difficultatis videre eſt in eo, qui interrogatus de vita & moribus alicuius, ex conſulto tacet. Per quã quidẽ taciturnitatem vel tepiditatem in reſpõdendo ſuſpicionem malam gignit in interrogantis animo, atq; in eo, qui inter ſocios habita occaſione laudandi vtrumq;, vnũ egregie cõmendat, & de altero, neq; vllũ addit verbũ, ſed ſilet. Eſt enim B hoc quoddam genus vituperãdi, ſeu infamandi aliũ ſociũ, teſte Nauarro: & tamen non videtur, quòd hic facienda ſit reſtitutio, neq; quomodo aut quãdo, poſtquam iam pertranſiuit laudãdi, vel non laudãdi occaſio. Ecce 19. difficultatem. Cui adde quod lapſus anni intra quẽ iniuriatus poteſt agere de iniuria, l. ſi non conuitij. C. de iniurijs. liberat iniuriantem à pœna. Ergo videtur, quòd etiam liberet à reſtitutione famæ, vel honoris iniuſtè læſi.

¶ Igitur pro illucidatione huius quęſtionis, quatenus maneat ſuis numeris abſoluta, ſit dictum primũ. Quicunque quomodocunq; citra iuſtam cauſam, famam vel honorẽ proximi læ C dit, tenetur quam commode potuerit reparare. Quia ſi bona temporalia de neceſsitate ſalutis ſunt reſtituenda, multo magis honor & fama, quæ teſte Ariſto. Ethic. 5. præeminentiora ſunt bona. Signãter autẽ hic dictum puta, ſi fiat talis lęſio citra cauſam iuſtam. Nam cum ſubeſt cauſa iuſta, etiam ſi ex odio talis læſio procedat, reparatione non eget: ſicut neque bellum alias ex iuſta cauſa ſuſceptum, licet ibi admiſceatur aliquid rancoris reſtitutionis obligationem non inducit, autore D. Auguſtino. 13. de Trinit. capit. 13. & 5. Cauſa autem iuſtificans iacturam famæ proximi, ſeu excuſans à culpa eius læſorem, & occulti eius criminis reuelatorem, eſt D neceſsitas eum reuelandi via correctionis fraternæ, ad illius animæ perditæ lucrum, & emendationem, vel neceſsitas cauendi graue damnum proximi, vel reipublicæ temporale, ſiue ſpirituale. Nam tunc crimen etiam tam occultum, quod iuridice, neque per teſtes, neque per euidentiam facti, nihilominus ex hac vrgente neceſsitate reuelandum, cum minori tamen diſpendio honoris, & famæ, quo fieri poſsit. Non tamen dum ſic eſt occultum delictum, ceſſante hac neceſsitate, reuelandum eſt, etiam ſi id proſit ad finem melius prouidendi ipſius delinquentis, vel alterius: quia cum tunc ſit dominus famæ ſuæ, non eſt ea ſpoliandus



 inuitus,

inuitus, vt ſupererogationis bonum opus ſibi
vel alteri fiat. Igitur ex eadem quoque vrgente
neceſsitate cauendi graue damnũ proximi, vel
reipublicæ licet crimen probabile duobus, aut
tribus, teſtibus aut per euidentiã facti reuelare,
etiã neſciẽtibus, quatenus opus eſt ad remediũ
damni vitandi. Non autem in hoc caſu contra
Cordub. in libello de detract. q. 2. cõcluſ. 4. lici-
tum eſt extraiudicialiter, ſed neque in iudicio
niſi via accuſationis procedendo crimen duo-
bus, aut tribus teſtibus tantum notum cauſa
maioris vtilitatis publicæ, aut priuatę, quam ſit
iactura famæ ſic occulti delinquentis propala-
re; quando crimen iſtius ſic occultum nullo iu
re adipiſcendi maiorem vtilitatem priuatum,
aut rem publicam iniuſte priuat. Nam hæc ia-
ctura famæ quam patitur proximus medium
proportionatum non eſt ad conſulendum ma-
iori vtilitati alterius, aut reipublicæ. Non enim
poteſt priuatus aliquis ſuis bonis tẽporalibus
maxime neceſſarijs ſpoliare diuitem populi,
quo rempublicam maiori proſperitate adau-
geat, vel maioribus emolumẽtis cumulet. Imo
neque ob maiorem vtilitatem priuatam, quam
ſit iactura ſuæ famæ delinquens, ſic occultus
non eſt ſic inuitus detegendus: ſicut neque ſic
inuitus eſt cogendus ad acceptanda vtiliora ſi-
bi media ad adaugendas facultates proprias tẽ-
porales. Neque Gerſon alphabe. 34. fauet
Cordubæ. Nam exempla, quæ Gerſon ibi adhi
bet, ſunt ordinata, vt media neceſſaria ad euitan
dum damnum dum veriſimiliter inſtat. Pro no
bis autem contra Corbubam facit Caietanus.
2.2. q. 33. art. 8. in fine, vbi ait, quòd intra latitu-
dinem occultorum continetur peccatum, quod
alios non ſcandalizat, neque nocet alicui alteri,
quamuis tribus: aut quatuor tacentibus no-
tum ſit.

¶ Ex iſto autem primo dicto corollariè in-
fertur, quòd qui crimen occultum, cuius reuela
tio non eſt neceſſaria ad damnum communita
tis, vel priuati cauendum reuelat extraiudicia-
ter, etiam ſi duobus vel tribus teſtibus poſsit
probare tenetur reparare famã delinquẽtis no
tabiliter læſam: quia ſic cauſa iuſta reuelandi ca
ruit ac per conſequens delinquentem ſecre
tum iniuſte iure ſuę famę ſpoliauit. Secus eſt ſi
potens ſemi plene ſaltẽ id crimen probare per-
viam accuſationis caſu, quo iure accuſare pote-
rat, illud propalauit.

¶ Adde ſecundum etiam quaſi corollarium
ad prædicta hoc notatu dignum ſcilicet, quòd
qui alteri detrahit eius ſolum intentionem per-
uertendo, puta, affirmando illum malæ mentis
eſſe, atque maligni animi, atque propterea quæ
geſsit bona ex ſiniſtra intentione feciſſe, ſi ta-
A lis ſit, de quo præſumendum ſit probabiliter,
quòd non inſcius, neque inexpertus, ſed certa
& peculiari intelligentia de illius intentione du
ctus id aſſerit ad reparandam famam, tenetur
affirmãdo incõſulte & temere id dixiſſe, dixiſſe
q; ſe id, quod de illo ignorabat. Secus eſt ſi famã
creditur non læſiſſe, eo quòd temerè id effutire
eum auditores cenſent, neque de praua intentio
ne, de qua ſubnotauit alium, non plus illi con-
ſtare, quàm alijs ſibi perſuadent.

¶ Accedit & corollarium tertium, ſcilicet,
quòd ſi Petrus infamauit Paulum iniuſte de
quodam crimine, qui tamen Paulus poſt, ſua
ſtudioſa vita ac exemplaribus moribus optimã
B ſibi æſtimationem in populo comparauit, ita
vt honeſtiſsimus apud omnes reputetur, adhuc
tenetur Petrus reparare infamiam Pauli mo-
do poſsibili. Nam licet iam Paulus bonam ac-
quiſierit famam de alijs, & ſimpliciter, tamen
adhuc ſpoliatus manet ſuę innocentiæ opinio
ne. Neque enim per viam immunitatis à crimi-
ne, de quo fuit prius diffamatus famam ſuæ in-
nocentiæ recuperauit. Secus autem eſt ſi Paulo
omnino quomodocunque in eam iam reſtitu-
tus eſt opinionem integram, vt etiam de crimi
ne, de quo fuerat antea à Petro notatus innocẽs
eſſe ab omnibus eſſe credatur: quia tunc ſatis
erit ſi Petrus, ſi intereſſe damni emergentis, aut
C lucri ceſſantis, quod paſſus eſt Paulus ex illa in
iuſta infamia illius temporis intermedij refi-
ciat, & nihil amplius.

¶ Deinde accipito & corollarium quartum
ſcilicet; Quicunque dat cauſam detractioni re
quirendo, inſtigando, vel ſigna gratificationis
futuræ repræſentando, taliter, quôd hinc veri
ſimiliter & efficaciter detractio ſubſecuta eſt,
obnoxius fit ad famæ reſtaurationem: præbuit
enim cauſam eius iacturæ. Secus autem eſt de
alijs, qui tantum detractionis auditores fuerũt,
neque ei obſtiterunt, quando tales erant, qui ex
officio obſtare non tenebantur. Ita Corduba
in loco cit. q. 4. concl. 3. fol. 123. & Adrianus vbi
ſupra, & Metina in ſua inſtruct. fol. 185. Vbi ait
D ſolum auditorem detractoris in vno caſu obli-
gatione compenſandi pro infamia inde proue
niente teneri, ſcilicet ſi in cauſa fuit, quôd per
detractionem læderetur fama, eo quòd induxit
ad detrahendum.

¶ Præterea perpendito quintò, eos detracto
res excuſari à reſtituendi famam obligatione,
qui de facto cauſam efficacem credendi nõ prę
ſtitere: quia eis de facto non fuit adhibita fides,
vel vbi læſio fuit adeo modica, vt nihil de illa
curandum ſit propter materiæ paruitatem. Si-
cut etiam ab hac reſtitutione liber manet, etiã
qui ſolam occaſionem remotam infamiæ præ-
ſtitit.



ſtitit. Quemadmodum exemplificat Nauarrus
in ſumma ca. 18. n. 48. in caſu, quo quidã per io
cũ quandã monialem ſciſcitatus eſt, cur ad fores
xenodochij, aut eccleſię ſuum filium expoſuiſ-
ſet, quæ tamẽ adeo veraciter de hoc ioco apud
Deum & homines tot querimonias excitauit,
vt apud aliquos in ſiniſtram opinionem ſeu ſu
ſpicionem obſuam imprudẽtiam inciderit. Sed
iam ad ſingulas difficultates in initio capituli
inſinuatas, quo omnes obſoluantur, reſponde-
re ſuo ordine nos oportet.

¶ Ad primum ergo argumentum, ſeu diffi-
cultatem reſpõdetur, varias ſolutiones ad hoc
adaptari. Nam D. Thom. 2.2. q. 62. art. 2. ad. 2. id
argumentum præmittens ſic compendioſe re-
ſpondet, Scilicet tripliciter poteſt aliquis ali-
cui famam auferre. Vno modo verum dicendo
& iuſte, puta, quando quis crimen alterius pro
dit ordine debito ſeruato: & tunc ad reſtitutio-
nem famæ non tenetur. Alio modo, falſum di-
cendo, & iniuſte: & tunc tenetur reſtituere fa-
mam confitendo ſe falſum dixiſſe. Tertio mo-
do, verũ dicendo, ſed iniuſtè, puta, cũ quis pro-
dit crimen alterius contra ordinem debitum: &
tunc tenetur ad reſtitutionem famæ, quantum
poteſt ſine mendacio tamen, vt pote quod di-
cat ſe male dixiſſe, vel quòd iniuſte eum diffa-
mauerit; vel ſi non poſsit ei famam reſtituere
debet aliter recompenſare: ſicut & in alijs dictũ
eſt. Ita D. Thomas in forma. Sed quia prout re
fert Nauarrus in ſum. cap. 18. num. 45. citans ibi
Hoſtienſ. reſpondere in hoc tertio caſu, ſe malè
dixiſſe, aut iniuſtè diffamaſſe interdum non
prodeſt, præſertim coram ſapientibus: ideo in-
troducit Maiorẽ in. 4. ſent. diſt. 15. q. 16. colum.
4. aſſerẽtem oportere, ſatis eſſe ita dicere ſcili-
cet, quando tale delictum de tali dixi illud ve-
rũ exiſtimabam, ſed poſtea id diligentius exa-
minans, inueni me praue loquutum. Quemmo
dum licet aptiorẽ eſſe exiſtimet Nauarrus, quip
pe qui liber eſt ab omni mendacio, neque tam
facile arguit, verum eſſe, quod maledictum eſ-
ſe aſſerit, ſicut modus S. Thomæ & communis
apud perſpicaces ingenio id arguit: non tamen
ſatis idoneus & ſufficiens modus reſpondendi
eſſe videtur apud viros prudentes, & doctos.
Vnde apud hos ſatius eſſet, inquit Nauarrus, de
cætero criminis veri detecti nullatenus memi-
niſſe, ſed aliunde læſi ſic in fama ſæpius commẽ
dando virtutes, & bonos de illo ſpargendo ru-
mores, perſuadere pro virili his, qui audiere pro
viro honeſto, & laudabili fore habendum, iux-
ta ſententiam Caiet. 2.2. q. 72. art. 3. quibus acce
dit Corduba in libello de detract. q. 3. infra con
cluſ. 9. Vbi notat, quòd quando in præſenti ca-
ſu nulla ſuppetunt verba aliena à mẽdacio, per
A quæ apud ſapientes poſsit infamiam abſterge-
re, quia per talia verba magis infamia confirma
bitur, alia via inſiſtendum eſt, per ſilentium de
culpa vera præterita per repetitionem crebram
illius virtutum, & mentionem eius laudabilis
vitæ danda eſt opera, vt integræ famæ & vitæ
nunc & olim fuiſſe credatur. Cæterum moder
ni Thomiſtæ, inter quos Metina Salmanticen-
ſis præcipuum locum habet, nouum excogita-
uere modum reſpondendi ad hanc difficultatẽ
argumenti dicentes, pro vt ait Metina in ſua in
ſtruct. ſeptimo reſtitut. cap. fol. 174. quòd dum
quis iniuſte abſtulit alterius famam, vera tamẽ,
quæ occulte geſsit crimina narrando, licet ad re
B ſtituendam eam famam non poſsit vti menda
cio, dicẽdo, ſe fuiſſe mentitum: tamen oportet
& licitum eſt ei vt vtatur iſta æquiuoca reſti-
tuendi forma ſcilicet dicendo in eo, quod à me
audiſti de Petro deceptum me fuiſſe ſcito; non
enim ſatis aduerti ad rei veritatem; ideo aſſer-
tor fui falſitatis, abfuit à veritate, quod de illo
tibi dixi. Quia veritatum duplices (inquit Meti
na) ſunt modi. Eſt enim alia veritas practica, &
alia ſpeculatiua. Ac per conſequens, licet quí de
trahendo iniuſte vera dixit ſpeculatiue loquen
do, verum aſſeruit: tamen practicè mẽtitus eſt.
In cuius gratiã allegat phraſim ſacrę ſcripturę
dicentis Prouerbiorum cap. 14. Errant, qui ope
C rantur malum. Quocirca iſte ſic ſe retractans
nihil falſi affirmat, ſi dixerit ſe erraſſe. At vero
ſi meam ſententiam libere proponere licet, di-
xerim plane, quòd licet hanc nouam, & acutã
viam in hoc caſu reſtituẽdi famã non auſim im
probare, ſed neque omnino approbare audeo.
Tum, quia moderna eſt. Tum, quia ſi conſenta
nea eſſet non noua eſſet, ſed antiqua, quia eius
meminiſſet & eam approbaſſet D. Thomas.
Tum, quia non tam libere eſt vtendũ his ęqui-
uocationibus & ſenſibus, non tam proprijs, ni
ſi cum in iudicio, vel extra contra ius cogimur
reſpondere. Alias paſsim nos fallere inuicem
D liceret per æquiuocationes, quod ſimplicitati
debitæ conuerſationi humanæ ità frequenter
fieri non conuenit. Tum vltimo, quia admiſſa
hac Metinæ via apud ſapientes, iam qui apud ſa
pientes hos ſe eſſet retractaturus, niſi clare & ſi
ne æquiuocatione ſe diceret eſſe mentitum per
alia æquiuoca verba, ſcilicet, dicendo, erraui, de-
ceptus ſum, ſufficienter famam læſam non repa
raret. Quia eo ipſo, quòd viderent eum in ſe re-
tractando, non vti verbis vniuocis, & proprijs,
ſed ęquiuocis, & amphibologicis, aut metapho
ricis, forte apud eos infamiam præteritam ma-
gis confirmaret, quam deleret.

¶ Ad ſecundum exemplum & difficultatẽ
reſpondetur cum Nauarro in ſum. ca. 18. n. 50.

dicente,quòd cum detractor eſt longe dignitate & nobilitate ſuperexcellens eum , cui falſò detraxit , non teneatur ſe retractando famam læſi reparare,tamen non excuſatur ab compẽſando in alijs.Et hæc ſolutio(niſi fallor) magis congruit principijs D. Thomæ, quã tradit ibi Nauarrus ,carpens Sotum , eo quòd lib. 4. de iuſt.& iure.q.6.art.3. aſſeruerit huius modi detractorem multo excelſioris fortunæ excuſari à reſtituenda fama homini infimę ſortis cui detraxit.Sicut excuſatur quis ab aliquo bono exiguo reſtituendo,quando id efficere non valeret niſi magnam ſuorum pretioſorum bonorum iacturã faciendo.Quæ quidẽ ratio Soti ſatis Solida eſt. B At quia Soti mentem Nauarrus ibi nõ ſatis penetrauit, ideo immerito eius opinionẽ ſugillauit,dicens nouam eſſe,& duram,vt deducatur in praxim: quia Sotus non abſolute talẽ liberat à recompenſando aliquid pro fama ablata,ſed à reſtitutione perſonaliter ſe retractando facienda:quæ cum longe maiori iactura ſe retractantis ſine comparatione fieret,

¶ Ad tertium exemplum & difficultatem reſpondetur,quòd,quia quæſtio in hoc exemplo propoſita inter modernos doctores in controuerſiam eſt adducta, in qua diſſentiunt Alcocerus,& Pedraça in ſuis ſummis hiſpanicis,nam alius tenet affirmatiuam, alius negatiuam : nos hîc media via incedentes extremas eorum opiniones omittentes ſic eos duximus concordare, quòd affirmatiua opinio ,ſcilicet, quòd qui falſo detraxit ſecretò de Paulo coram Petro , qui id euulgauit in populum,tenetur Petro non ſe retractante publice ipſe in publico,ſi eſt profuturus ,ſe retractare, oſtendendo id falſum eſſe, & per ſuam aſſertionem falſam factam ſoli Petro, Petrum deceptum fuiſſe,illudque teſtimonium falſum contra Paulum diſſeminaſſe. Tenetur,inquam,in hoc caſu iſtam ſatisfactionem publicam de ſe pręſtare,ſi aliter non poteſt fama læſa Pauli reparari : quando iſte detractor, qui detraxit ſic coram Petro credidit,aut credere debuit,quòd quia Petrus erat garrulus & plenus (vt aiunt) rimarum, id ſecreti traducturus erat in publicum.Secus,ſi id non credidit, neq; credere debuit neque id intendit : quin potius credidit conſopiendum eſſe illud ſecretum ſub perpetuo ſilentio:quia Petrus, cui concredidit ſecretum ſecretiſsimus erat , & timoratæ conſcientiæ . Præſertim ſi fide ab illo accepta dicta celandi Petro id ſecreti falſi detegit : quia tunc ſatis eſt de falſo teſtimonio retractare ſe coram Petro,& exhortari Petrum , vt quod temere euulgauit in publicum,publice retractet dicẽdo quod euulgauerat de Paulo pro certo falſum eſſe comperiſſe per certam de falſo retractationẽ

A illius,à quo prius ſolum id audierat.

Ad quartum exemplum , & difficultatem, & Primo de eo,qui prius infamatus iam recuperauit famam,reſpondetur,quòd Nauarri reſponſio inſum.num.43. non ſatis idonea eſt,vbi mutans ſententiam,quam tenuerat cum Adriano nunc tenet,quòd lęſus in fama ſi recuperauerit iam ſuam famam , & liberauerit ſe ab infamia detractor non tenetur ad famæ recuperatæ reſartionem . Quia, inquit,rationes Adriani tantum probant detractorem teneri ad damni reſtitutionem,quod lęſus in fama interim dum iactura durauit , forte paſſus in rebus ſuis, vel aliter eſt.Sed expedit clarius reſpondere ad pũ B ctum difficultatis per diſtinctionem, cuius ipſe non meminit : quamuis iuxta eam ſe videatur explicare. Diſtinguitur ergo, quia dupliciter (vt antea prædiximus potuit læſus ſuam famã recuperaſſe. Vno modo non ſolum per oſtenſionem incorruptæ vitæ præſentis,ſed per claram comprobationem ſuę innocentiæ, qua innocentem ſe eſſe demonſtrauit ab crimine falſo ſibi à detrahente antea obiecto. Nam in hoc caſu vera eſt ſententia Nauarri . Secus eſt ſi innocentia prædicta non eſt oſtenſa, ſed ſolum nunc reputatur laudabiliter viuere, & bonæ opinionis eſſe: quia in hoc caſu vera eſt opinio Adriani quam ſequitur Corduba libel. de de C tract.q.2.concl.10.

¶ Ad ſecundam vero partem exempli.4.de eo,qui læſus in fama per detractionem,ipſe poſt ſuperaddit per euidentia ſcelera mala, quæ publice perpetrauit ſuam coinquinare famam,dicitur ſimiliter,quòd ſi ſimilia poſteà edidit ſcelera,aut ſcelus,de quo antea erat iniuſte famatus ,quia occultum erat ipſe per ſuã propriam cõfeſsionem poſt publice propalauit: ità quod notum factum eſt omnibus tunc quia fruſtra fieret reparatio famæ ad eam reparandam per retractationem detractor non tenetur, ſed ſolũ tenetur ad intereſſe damni,ſi quod illo tempo D re quo fuerat ſolum per detractorem diffamatus ,paſſus eſt. Ad exemplum autem de illo,qui noua affectus eſt iniuria per percuſsionẽ baculi dicitur ,non eſſe omnino ſimile,quia in nouis percuſsionibus nouæ interueniunt contumeliæ,& iniuriæ dehonorationum . In infamatione autem eiuſdem criminis facta coram eiſdem etiam ſæpius repetita, quia nouum non interuenit detrimentum noua non eſt opus reſtitutione,ſeu retractatione,quia,vt diximus in caſu allato fruſtranea foret.

¶ Ad exemplum autem quintum reſpondetur etiam in puncto huius exempli, grauiſsimos doctores,ſcilicet,Sotum lib.4.q.7.art.3.de iuſt.& iur.& Nauarrum in ſumm.ca.18.nu.45.

valde



valde diſcrepare.Nam Sotus aſſeuerat eum,qui verum dicendo infamat non teneri ad tantam reſtitutionem,ad quantam , qui mentiendo id facit.Nauarrus vero hanc ſententiam Soti non tutã eſſe putat hac ratione ductus,ſcilicet , quia licet mentiens in hoc caſu plus peccet : non tamen plus nocet.Nocet ergo famæ alterius vterque ęqualiter:quo circa reſtitutio cum actus ſit iuſtitię potius reſpicit nocumentum,quam modum nocendi.Quæ quidem ratio Nauarri, quia apparentior eſt , quàm Soti ratio , magis mihi perſuadet eius opinionem.Nam ratio,quam in gratiam Soti formauimus ſcilicet quòd detrahens de crimine vero, cauſa ſit tantum partialis infamiæ,parum vrget, quia cum alter occultus peccator quandiu occultus erat, dominus eſſet ſuæ famę iſte detractor crimen illud pandens in publicum cauſa fuit totius infamiæ & totalis. Vnde illud corollarium,quod ibi intulit Sotus ex ſua hac opinione ſcilicet quod damnum illatum ab iuſtè,ſed vere diffamante,nõ eſſe integre reſtituendum,ſed tantum,quantum prudenti & bono viro viſum fuerit , limitandum duximus cum Nauarro in ſumm.cap.18.nu.43 vbi citans Sotum lib.4.q.6.art.3.de iuſt . & iur. eum ſic limitat,ſcilicet , quòd intelligendus ſit Sotus de damno boni quærendi, quod integre non eſt reſtituẽdum,ſed arbitrio boni viri iuxta mentem S.Thom.non autem de damno boni acquiſiti.arg.cap.fin.de iniurijs. Vnde iuxta hanc veriorem Nauarri ſententiam læſus in fama per detractionem veram, ſed iniuſtã, ſi hac de cauſa priuatus fuit beneficio iam obtento in integrum , ſi fieri poteſt ; eſt reparandus circa damnum acceptum. Secus ſi ideo impeditus eſt ab beneficio obtinendo nondum firmato ſibi, quia tunc Autore D. Thoma reparatio damni fiat non in integrum ,ſed arbitrio boni & prudentis viri.

¶ Ad exemplum autem.6.vbi obijcitur difficultas reſtituendi, eo quòd iam excidit à memoria hominum infamia,& ſatagere de reſtitutione facienda,eſſet veluti exulcerare ſanatam plagam , dicimus primo cum Caietano. 2.2.q. 62.art.1.&.2.dubio .2.quòd in caſu,quo Petrus iactauit ſe quodam tempore cum Ioanna fornicatum eſſe,& poſt interſtitium annorum multorum iam ad memoriam reuocat eam infamiã quam cum eſſet iuuenis Ioannæ intulit,cum iã ea in ea æſtimatione bona ſit, ac ſi infamia affecta non fuiſſet, tenetur Petrus dum non cõſtat audientes illius infamiæ penitus eſſe oblitos, famam Ioannæ ſe retractando reparare . Atque ſic regulariter eſt faciendum : quia fere ſemper præſumendum eſt talem infamiam non totaliter eſſe per obliuionem abolitam ; quia ſolita

A eſt memoria humana de malis auditis interdum refricari. Vnde niſi probabiliter appareat ſic penitus eſſe extincta illius infamiæ memoria vt nullum veſtigium illius remaneat, reparanda quidem eſt.Secus eſt vbi, quia per omnimodã obliuiſcentiam infamia probabiliter deleta apparet,iam ſpecifica retractatio potius eſſet infamię oblitæ quædã rememoratio,quàm eius excuſatio,aut reparatio. Quo circa dicimus ſecundo cum Nauarro loco citato nu.47.conſentiente cum Caietano, ſcilicet,quòd dum non conſtat de perpetua & vniuerſali obliuione prædictæ infamiæ,facienda eſt reparatio illius. Tum, quia pro certo liquere non poteſt in perpetuã B obliuiſcentiam veniſſe, cum vno die in nobis excitetur memoria , cuius nos ceperat antea obliuio Tum,quia firmius adhæremus his detractionibus,quas poſt tot annos non videmus per pænitentiam retractari. At licet Caietan.ſolum hanc retractationem omittendam eſſe cenſeat , vbi rei perpetua iam audientes tenentur obliuione certa,in caſu,quo vera fuit detractio ſed iniuſta:ſed Nauarrus arbitratur , quòd ſiuè detractio iniuſta vera fuerit ,vel falſa,ſi obliuio infamiæ conſtans, & perpetua ſit excuſabit detractorẽ à retractatione ſpecifica facienda . Nã ſufficeret in hoc caſu, ſi detractor ab eo , apud quem in iuuentute de Ioanna falſô detraxit, C quòd eſſet ſecũ fornicata ſciſcitetur , an veniat in mentem aliquid mali ipſum de Ioanna illi dixiſſe,quòd ſi reſponderet negatiue,tunc adijceret ne ob aliquod eius dictum Ioannam velit minoris æſtimare,eo quòd falſum de illa illi dixiſſet non ſpecificando,quale de illa dixerit illi delictum,

¶ Ad exemplum ſeptimum de eo,qui infamia affectus obijt reſpondetur , quod reſtituenda eſt ei fama etiam poſt mortem:alioquin vt ait D.Thomas in 3.parte quæſt.59.arti.5.ad iudicium Dei reſeruabitur huius iniuriæ vindicta. Nam inter ea,quæ ſubduntur æſtimationi diuini iudicij , eſt iniuria illa , ſecundum quam adhuc homo mortuus viuit in memorijs hominũ, D in quibus quandoque contra veritatem remanet malæ famæ. Hæc D.Thomas. Sed, an reſtitutio famæ iniuſtæ ablatæ à defuncto, facienda ſit eius hæredibus, perplexior eſt difficultas, quæ in iſto 7. exemplo tangitur . Cuius expediendæ gratia dico primo , quòd ſi fieri poſsit ſemper per retractationem eſt reparanda fama defuncti,quia ſic ei fit ſatisfactio,cuius erat propria fama . Secundo dico , quôd ſi infamatores condemnati in iudicio ſunt,in aliqua quota pecunia applicata defuncto in eam ſuccedent heredes. Tertio dico , ſi aliâs ſatisfactio pro fama ablata defuncto fieri nequit, niſi in pecunia,

valde

valde probabiliter dicitur, quod talis ſatisfactionis petẽdæ ius non trãſit ad hæredes defuncti. Hæc eſt Victoriæ in ſcholijs ſuis dictatis ſuper 2.2. D. Thomæ anno Domini. 1535. Vbi licet fateatur, quæſtionem hanc non eſſe extra dubium, & controuerſiam, tamen affirmat hãc noſtram & ſuam opinionem olim defendiſſe ſe Pariſijs, eamq; doctoribus Pariſienſibus placuiſſe. Quia valde probabile eſt, inquit, quòd ſatisfactio honoris, & famæ defuncti non pertranſit ad heredes extraneos, ſed neque ad proprios, quando per hoc ipſi non ſunt ſpecialiter infamati: quia hæredes ſolum ſuccedũt in mere temporalibus, qualia bona non ſunt honor & fama. Vnde infert Victoria quaſi corollarie, quòd ſi ſuper famam defuncti læſam nolit læſor hæredibus defuncti ſatisfacere ipſe eum nõ damnaret. Putat autem hanc eſſe opinionem Adriani. Quam tamen opinionem Victoriæ non tam facile admittendam ducimus; quia ſi tale eſt bonum famæ, vel honoris, quod prouenit à defuncto ſuis filijs, alijſque propinquis, non quidem, aut non ſolum ab illo ſuo parente defuncto, ſed aliunde à iure mediãtibus alijs prædeceſſoribus, vt quia erant nobiles ab antiquo, & liberi à tributis, & habiles ad officia, & dignitates; & tamen propter infamiæ notam iniuſtè illatam ſuo parenti defuncto iam tributarij, ſeu infames à iure, & viles habentur, & inhabiles ad officia, & huiuſmodi: tunc plane falſa videtur opinio Victoriæ ſuſtentata Pariſijs, ſcilicet, quòd his defuncto parente pro hac infamia paterna non ſit facienda ſatisfactio, non eà ratione ſolum, quod in hoc caſu ſuccedunt in fama & in honore ſibi debitis, ſed quia ipſi quoque ius principale habebant ad iſta. Secus eſſet autem, ſi loquamur de bono famæ, vel honoris filiorum, & parentelæ ipſis proueniente à fama duntaxat, ſeu honore parentis defuncti quia in hoc caſu admitti forte poſſet opinio Victoriæ, ſcilicet, quòd his non eſt facienda aliqua refectio, aut compenſatio: quia non videntur in hoc honore, & fama iure ſuccedere parentibus. Vnde pro hac infamia paterna, niſi alias ipſi ſint ſpecialiter infamati, nulla eis compenſatio debetur. Nam ſi replicuerit aliquis, quòd filij ſuccedunt in vita paterna, quia homicida patris eorum tenetur pro vita patris ſatisfacere filijs hæredibus: ergo etiam ſuccedunt in honore & fama paterna, ita vt facienda ſit eis ſatisfactio pro iniuria paterna, qua in his defunctus pater eſt affectus, dico quod ſufficienter, aut certe apparenter reſpondet Victoria inibi dicens, quòd ſi filijs pro vita patris ablata ab homicida facienda reſtitutio eſt, id erit non ratione hæreditatis, quia certè in bono vitæ paternæ patri non ſuccedunt, ſed ratione iniuriæ, quam homicida paternus illis intulit, auferendo ab eis patrem. In caſu autem infamiæ paternæ nulla eſt ſpecialis iniuria filijs irrogata: vnde non eſt ſimile. At vero licet ſententiam Victoriæ ſic reſtrictam, & per me limitatam non auſim damnare: tamen neque vt omnino rem tutam audeo eam approbare. Quia autore Cordub. in libel. de detractione. quæſt. 3. dubio. 1. fol. 117. etiam bonum famæ, & honoris ſecundo modo conſideratum, quatenus dumtaxat à fama, vel honore parentis dimanat, ſic attinere videtur ad filios, vt ius aliquod adquiſitum in illo habeãt, licet non plenè, & abſolutè, aut ſimpliciter, ſed ſolum dependenter à patre, plenum & liberum ius in hoc bono ſui honoris & famæ habente. Ita tamẽ quod illo retinẽte retinẽt, & illo amittẽte ſimul amittunt cũ eo. Vnde quando defunctus pater ante mortẽ hanc, quã paſſus eſt iniuriam ſui proprij honoris, & famę detractori nõ libere condonauit, non liber videtur manere detractor ab hac iniuria liberis defuncti reſarcienda. Atque ita videtur ſentire Metina in ſua Inſtructione ſup. 8. mandatum fol. 18. Vbi tenet, quòd remiſsio infamiæ facta à prælato nõ valet: quia tenetur eam ſibi reſtituere: quia ſua fama eſt alligata, & veluti quædam hypotheca ſubiecta bono ſubditorum, & communitati. Eiuſdem ſententiæ videtur eſſe Nauarrus in ſumm. cap. 18. num. 46. vbi meminit de. 4. caſibus, inter quos eod. capit. num. 28. numerat caſum; in quo reſpublica indiget bona fama ſui gubernatoris. Et credo idem iſti doctores dicerent de patrefamilias, cuius filij & familia eius bona fama indigent ad ſuam bonam gubernationem.

¶ Ad exemplum octauum reſpõdetur cum Adriano, quòd quia magni ęſtimatur homines poſt mortem bonum teſtimonium reliquiſſe in hac vita, quòd in ea laudabiliter, & ſine querela & reprehenſione vixerint; ideo eo autore in quodlib. 11. in. 6. difficultate ſi diffamator iniuſtus non facta compẽſatione famæ, quia vel noluit, vel non potuit eam facere, migrauit à vita, tunc onus & obligatio recompenſandi hanc famę iacturam in alijs bonis ad arbitrium boni viri tranſit ad eius hæredes ſecundum vires hæreditatis, & non amplius, ſicut defunctus tenebatur. Quia contra naturalem iuſtitiam videtur eſſe, quòd hæredes ex bonis defuncti velint lucrum reportare, & non velint onera, ad quæ defunctus tenebatur ex eis bonis (ſi aliter non poſſet ſupplere) ipſi ſubire. Dictat namque ius vt ſubeat onus, qui ſentit & commodum. Facit pro hoc cap. finale de ſepulturis. & cap. in literis de raptor. & cap. à nobis. & 2. de ſentent. excom-



communic. vbi decernitur obligationem ſubeſſe hæredibus reficiendi damna illata à defuncto, licet ad illos nihil de eis peruenerit, quia & hæreditas tranſit ad poſteros cum onere & honore, ſiue defunctus pænituerit, ſiue non, cõtra Panor in dict. cap. in literis limitantem, teneri hæredes ad ea dãna, ſi defunctus pænituit, alias non. Nam illud, quod dicitur in iure, vt valeat à peccatis liberari, referendum eſt, nõ ad defunctũ, ſed in plurari ad hæredes non ſoluentes defuncti debita dicendo, valeant liberari, referri debet ſecundum Ioãnem. Andr. poſt Vincen. Alioquin ſi hæredes defuncti non pęnitentis à defuncto illatis damnis ſoluendis liberarẽtur melioris conditionis eſſent hæredes defuncti in obſtinatione morientis, quam pœnitẽtis: quod tamen meritò ibi reprobat Adrianus ex autoritate Ioann. Fab. inſti. de tempora. & perpet. acti. §. pænales. qui ait nullam ſubeſſe rationem, quæ hæredes Turcarum, vel Iudæorum quo ad hoc faciat eſſe melioris conditionis. Qui ſuperaddit, quòd quamuis de hoc nullum extaret ius canonicum in curia laicali deberet neceſſariò ſeruari; ſicut vidit ipſe ſuo tempore in curia Parlamenti ſic eſſe receptum in vſu. Imo per. l. 25. tit. 1. & l. 3. tit. 14. partit. 7. & l. 9. tit. 13. lib. 4. del fuero & l. 19. tit. 11. lib, 7. del fuero iuzgo. decernitur pro iniuria commiſſa à defuncto non conueniendos eſſe in iudicio ad pænã eius hæredes, bene tamen quo ad reſarcienda illata à defuncto damna, vt inſinuãt prædictæ leges. Et ſic ſoluitur. 8. difficultas

# CAP. CCLXXIII.

*An habeat locum compenſatio famæ in inuicem ſe infamãtibus: An infamato de alijs criminibus ſatisfaciendum ſit, ſi infametur de alio diſtincto crimine: An fama non aliter reparabilis pecunijs ſit reparanda, vel è contra etiam: Et an infamatus conuerſans cũ infamatore videatur remiſiſſe infamiam: An cum iuramento ſit reſarcienda: An cũ magno periculo ſit reparanda, aut quando per verba æquiuoca eſt ablata, aut cum per taciturnitatem.*

QVoniam exempla difficultatum contingentium in reſtitutione famæ ad ſuam ſolutionem magnã copiam expoſtulant doctrinæ, quam non potuimus vno ſolo capitulo tradere, ideò ſupereſt vt in hoc capitulo ad reliqua difficultatum exempla incipientes à nono, vſque ad vltimum reſpondeamus.

¶ Ad nonum igitur difficultatis exemplum in quo id dubij tangitur, an cum varia per detractionem, vel per contumeliam viciſsim ſunt obiecta vitia, ſic habeat locum compenſatio, vt à reparatione famæ liberet ſibi inuicem conuitiantes, aut detrahentes, reſpondemus primo quòd in ſententia Caietani perſiſtendo, qui tenuit hominem ſuæ famæ dominum non eſſe, planum eſt hanc mutuam compenſationem ſibi inuicem detrahentium non eſſe admittendã: neque enim ſecundum hanc ſententiam læſionem famæ ſuæ condonare poſſunt. Cæterum Nauarus in ſumma cap. 18, num. 46. & ſi eiuſdẽ ſententiæ Caietani non ſit, ſcilicet, quòd homo non ſit famæ ſuæ dominus, nihilominus ſequutus Panormitanum, & alios in cap. bona fides de depoſit. locum compenſationi in hoc negat; quia iactura infamiæ non tollitur per reciprocã infamationem, ſicut debitum vnius per debitum reciprocum alterius aufertur l. 1. ff. de compenſat. Victoria verô in ſuis prædictis ſcholijs ſup. 1. 2. tenet oppoſitum cum Adriano. quol. 11 & cum Corduba ei accedente in lib. de detract. q. 3. concl. 14. contra Caiet. & Maiorem. Nam cum infamationes ſunt æquales, vt ſolet contingere inter mulierculas ſibi inuicem conuitiantes; quid vetat, quin inter illas cadat hæc recompenſatio, vt ſaltem vi iuſtitiæ non teneantur ſibi inuicem reparare æqualiter à ſe mutuo læſas famas. Hoc autem, inquit Victoria, probabiliter affirmatur. Quia ſi in honoribus ablatis cadit hæc mutua compenſatio, cum æqualis momenti ſunt, quare hic recompenſationis locus non cadet in fama, cum pluries à mundanis pluris fiat honor, quam fama? Si ergo hinc inde hac via ſunt illata æqualia damna quorſum reſtitutione erit opus, poſtquam iam commiſſum eſt vtrinque malum? Nam ſibi inuicem non recompẽſare non eſt reddere malum pro malo, ſicut antea fuit retaliare iniuriã illũ infamãdo quia me infamauerat. Fatetur autẽ vterq; ſcilicet, Victoria & Cord. ꝙ licet inuicẽ ſe mordẽtes in fama ęqualiter vi iuſtitię, aut reſtitutionis, aut dãni reparationis non teneantur ad ſibi inuicem reſarciendam famam: tamen ratione alterius præcepti, ideſt, charitatis ad euitandum ſcandalum proximorum, ſi quod eſt tenentur ſibi inuicem reparare famã. Sed quia iſtud proximorum ex diffamatione mutua ortum ſcandalum, non adeò graue contingit eſſe, cum nõ accidit inter perſonas graues, & quia poſt factã diffamationem mutuam vitare id ſcandalum opus eſt ſolius charitatis, quæ non obligat huic malo ſubuenire cum graui detrimento excuſarentur perſonę priuatæ à culpa mortali, ſaltem ſi his

ſi his interuenientibus excuſantibus circūſtantijs non ſe inuicem de æquali infamia retractarent. Secus eſt autem ſi perſonæ eſſent publicę, vt epiſcopi prælati & curati & alij, qui licite nō poſſent, neque iuſte ſuæ renunciare famæ, aut ſi vnius infamatio longe magis eſſet detrimentoſa, quam alterius: quia in his duobus caſibus vera eſt ſententia Caiet. & Nauarri, & Panormit. ſcilicet, quòd in iſtis infamationibus recōpenſationi non ſit locus, ſed quòd neceſſario ſibi debent reſtituere famas. Imo, quia frequenter vſu euenit, vt inter ſe mutuo infamantes alter eorum tanquam victorioſus longe notabilius in infamando excedat alterum, ideo ſententia Nauarri, & Caietan. & Panor. & Maioris frequentius contingit eſſe vera, niſi inter mulierculas parui momenti publicè corrixantes: quæ licet vna aliam in conuitiando aliquātulum excedat, ideo non tenentur ſe retractare, quia nulla eis ab audiētibus ſolet adhiberi fides, vt ait Sotus: quia quidquid in buccam venerit bili, & ira tunc percitæ creduntur effutire.

¶ Ad decimum autem difficultatis in reſtituendo famam exemplum in caſu, quo publice antea de latrocinio, & concubinatu notatus rurſus ab alio ſubnotatur de vitio ebrietatis, facile reſpondetur. Quod quando aliquis apud aliquem, ſeu apud aliquos circa aliquod crimē, vel magna crimina, laborat publica infamia, ſi quis eius peccata minora apud eoſdem reuelet, propter quæ eius infamia apud eoſdem incrementum non capit, quidquid ſit de peccato nō tenetur de his minoribus ſe retractare. Secus eſſet, ſi inde eius infamati infamia ex tali reuelatione etiā apud eoſdem notabiliter increſceret. Huius ſententiæ eſt Adrianus quolib. 11. in reſponſi. ad vltimum arg. Vbi hoc ſubijcit exemplum ſcilicet, quòd ſi aliquis valde tenuis famæ eſt, vel eius infamia ita inter multos ſuperuolauit, vt nullius iam momenti, aut æſtimationis eſſe reputetur, quôd integræ ſit famæ, vel non: tunc ſiue ex odio vel libidine de illis minoribus vitijs ſubnotatus fuerit à ſubnotāte in illo modico reparandus neceſſario non eſt: quia in nullo, vel in modico talis læſus eſſe videtur: quia quod parum eſt, pro nihilo reputatur, ſecūdum D.Tho. 2.2. q.66. art.6. & doctores cōmuniter. Cęterū in exemplo hoc. 10. expreſſo caſu vbi ſupponitur, quòd antea de latrocinio, & concubinatu prius publice diuulgatus per alium de vitio ebrietatis ſubnotatus eſt, cùm eſſet occultum, exiſtimo reparationē famæ ei modo poſſibili faciendam fore: quia vitium ebrietatis, apud Hiſpanos præſertim, tam male audit, vt peioris notæ eſſe putent eſſe ebrium, quam cōcubinarium: quia ebrioſum inter rationales homines adnumerādum eſſe non exiſtimant. Iam ex prædictis corollariè ſequitur, alicubi via iuſtitiæ iuſtè in vno loco diffamatū, ſi de eodē crimine in alia prouincia, vbi iā chriſtiane viuit, diffametur in ſua fama non fore vi iuſtitiæ reparandum, licet non ordine iudiciario publice infamatum alicubi alibi infamare: quia non ſolum contra charitatem ſed contra iuſtitiam eſſe videtur, obligatione reſarciendi famam non carere, verius cum Soto & Thomiſtis contra Nauarrum eſſe putamus, vt ſupra diffiniuimus.

¶ Ad .11. autem exemplum, vbi difficultas illa obijcitur, an cū alias commode, aut de facto fama læſa verbis reparari non poteſt, ſit reparanda, vel potius recompenſanda in pecunijs, reſpondetur, negando primum antecedens, ſi vniuerſaliter & in omni caſu ſumatur. Nam licèt ſecundum Thomiſtas Victoriam, Sotum, Metinam Salmant. fama ex ſe, ſacra pagina ſic teſtante, precioſior ſit cunctis gazis temporalibus: tamen in particulari conſiderata, pro vt inuenitur in aliquibus indiuiduis inferioris notæ, alicuius certi penſi, & valoris talis fama inuenitur eſſe: ita vt arbitrio humano tantū conſideratione facta mille, aut quingenti aureis æquè videatur cōpenſari. Nam vita pretioſior eſt fama, iuxta illud Iob, Pellem pro pelle, & omnia, quæ habet homo dabit pro anima ſua, ideſt, pro vita ſua, & vita alicuius hominis in ordine ad reſtitutionē, taxationem accipit, iuxta qualitatem perſonarum, & negociorum ſecundum D. Thomam: ergo etiam & fama ablata. Vnde negatur quôd fama aliqua & præſertim vbi aliter compenſari in ſe non poteſt, quòd compenſabilis non ſit pecunia. Nam pecunia autore Ariſtotele, veluti fideiuſſor eſt in omnibus temporalibus rebus. Igitur quando fama ſufficienter reparari non poteſt, vel quia probabiliter mors: vel maius malum, quàm ipſa ſit infamia timetur, vel ſeditio, vel tumultus, vel ſcandalum, vel huiuſmodi oriundum creditur in alijs reparanda eſt puta in temporalibus bonis, & fauoribus. Nam & fama, ſeu honor de genere bonorum temporaliū eſt, quæ vt primo Rhetor. cap.5. refertur) partes ſunt felicitatis humanæ. Ex quo collige, quòd non ſatis eſt detractorem famæ ſe retractaſſe, ſi nouerit tali retractationi fidem non adhiberi: quia perinde eſt, ac ſi membrum proximi debilitauerit, quod iam reformationis in ſe capax non eſt. Igitur in talibus contingentijs ſecurius eſt, vel remiſsionem obtinendam ab infamato procurare, vel cum eo compoſitionem inire. Conſentiunt autem in hoc doctores omnes S. Thomas 2.2. q.62. art.2. ad.2. & Florentinus. 2. parte. ſumm. tit.2. cap.2. §.8. & Adrianus quolib. 11. difficultate .6. & Sotus de ration. tegendi

gendi



gendi membr. q.2. cōcl.5. & q.3. concl.3. Verū Syluester contra omnes titul. detractio. q.4. nō citra periculum arbitratur, quòd ſicut qui pecuniam non eſt ſoluendo, non poteſt, neque tenetur in fama compenſare, quia eiuſdem generis cum pecunia non eſt: ita neque è cōuerſo, quod falſum eſſet autumat Corduba loco citato. Nā credit hic impotentem ad ſoluendam pecuniā teneri creditori acceptanti compēſare in fama & honore operam dando ad opera egregia creditoris, & eius bonam famam euulgandum. Nā & ad hoc poteſt locare operas ſuas, & labores, ſuppoſito ꝙ ille creditor ſit dignus tali fama: quod videtur eſſe de mēte. D. Thomę. 2.2. q.62 in ſolut ad.1. Vbi ait, quòd in quibus non poteſt recompenſari æquiualens, ſatis eſt quod recompenſetur quod poſsibile eſt. Vt cum aliquis alicui abſtulit membrum, debet ei recompenſare vel in pecunia, vel in aliquo honore cōſiderata conditione vtriuſque perſonæ arbitrio boni viri. Sed certè rarius contingere poteſt; quòd debitum pecuniarium per euulgationem bonæ famæ ſit recompenſandum. Tum, quia bona fama ipſa ſe in publicum exerit. Tum, quia creditor rarò, aut nuſquam hanc recompēſationem acceptat. Cuius argumentum eſt ſolidum, quòd ſi iſte debitor peruenerit ad pinguiorem fortunam, vbi iam ſit in pecunia ſoluendo pecuniarium debitum, non obſtante quôd mille dederit operas ad euulgandam famam creditoris, ſi petierit creditor, cogetur in iudicio ad debitum pecuniarium ſoluendum. Tum etiam quia fama, quæ veritate vitæ ſuffulta eſt apud conuicinos contingit eſſe nota, & per eos diuulgari ad alios: vnde raro indiget alia diuulgatione æſtimabili precio. Si autem creditor tali fama indignus eſſet, eſſet per mēdacium & adulationem velle redimere debitum pecuniariū: igitur abſque prædicta acceptatione non videtur ſic fieri poſſe recompenſatio, neque licita erit, ſi admiſceatur mendacium.

¶ Ad.12. exemplum difficultatis in reſtituēdo famam, vbi continetur, quòd læſus in fama, ſicut qui læſus eſt in honore, ſi cōuerſatur poſt cum iniuriante familiater, videtur condonaſſe iniuriam honoris & læſæ famæ, reſpondetur cum Nauarro, in ſumma cap.18. num.46. quôd infamatus conuerſando familiariter cum infamante, per hoc videtur plane ei iniuriæ feciſſe gratiam. Facit. l. non ſolum. §.1. ff. de iniur. Nō tamen per hoc remiſiſſe videtur ei obligationē reſtituendi ſibi famam ablatā, ſicut neque alius creditor, per conuerſationem, qua poſtea conuerſatur cum debitore debitum ei non remittit. l. cum de indebito. ff. de probat. Imo eodem autore Nauarro condonatio infamiæ facta potenti generaliter veniam omnium detractionū ſolum excuſat à reſtitutione earum, ad quas veriſimilis intentio condonantis extenditur, & non à reſtitutione aliarum. arg. l. cum Aquiliana ff. de tranſact. Imo ſecundum Cordubam libello de detract. quæſt.3. concl.12. lapſus anni, intra quem iniuria affectus potuiſſet intentare actionem de iniuria contra ſe commiſſa contra iniuriantem, vel contumeliantem iuxta. l. ſi nō cōuitij. ff. de iniurijs, licet liberet ipſum iniuriātem à pœna, ad quā per iudicem eſſet damnandus ex lege, non tamen ab obligatione reficiendi honorem, vel reſtaurandi famam iniuſte lęſam, liberū eū efficit. in cōſciētia. Ita Adrianus quolib. 11. in. 2. difficult. quia ſecundū Paulū de Caſtr. l. cum lex. ff. de fideiuſſ. & man. ſolū perimitur obligatio ciuilis, & naturalis, quando lex reſiſtit contractui dirigendo verba in actū hominis, vel cum reſiſtit potentiæ dicendo, non poſsit vendere, vel minor, vel mulier non poſſit hoc, vel illud, vel cum reſiſtit obligationi, puta, dicendo mulier, vel minor nō poſsit obligari ſine tali ſolennitate. Imo his tribus caſibus non oritur aliqua naturalis obligatio. Nam de iure gentium & naturali oportet ſuperioribus obedire in his, quæ de iure diſponere poſſunt. Facit lex. ſi non ſortem ff. de condi. indebit. At verò in præſenti caſu, vbi poſt annum non admittitur iniuriarū actio, quia hæc lex ſolū reſiſtit actioni, & ſic effectui, vt cum ſolita eſt dicere lex, actionem non dabo, tunc bene oritur obligatio ciuilis & naturalis. Sed obſtat exceptio in foro exteriori. Facit lex. quia naturalis ff. ad Macedo. Imo licet inſtituta de iure iuran. cap. finali decernatur, quôd actio iniuriarum diſsimulatione aboletur, ita quòd lex iam iniuriato negat actionem: tamen in conſcientia dū non conſtat, quòd lęſus in fama hanc læſionem remiſerit, infamator non obſtante hac lege, tenetur reparare læſam famam.

¶ Ad exemplum. 13. difficultatis in reſtituēda fama, vt cum homines præ malignitate ſibi perſuadent, quòd detractor verum dexerit, etſi ſe retractet, quia creditur pretio, vel precibus inductus ficte ſe retractare, reſpondetur, quòd iā hic Sotus lib.4. quæſt.6. art.3. de iuſt. & iur. & Nauarrus in ſumm. cap.18. num.44. & num.45 ſuper hoc diſcordant, quomodo in hoc caſu facienda ſit retractatio ad reparandam famam. Nam Sotus inibi ait quòd in caſu reſtitutionis famæ per mendacium ablatæ, reſtitutio facienda eſt, dicendo ſe eſſe mentitum. Imo inquit, quia præ malignitate credunt homines magis malum, quàm bonum de proximo ſuo, tenetur falſus infamator cum iuramento & coram teſtibus teſtificari ſe fuiſſe mentitum, coram

omnibus,

omnibus,qui audierunt. Nauarrus autem durũ
eſſe arbitratur detractorem ordinarie obligare
ad ſe cum iuramento retractandum,vt inſinuat
Sotus.Quia ſatis eſt ,inquit Nauarrus , ſi retra
ctationẽ ſuam verã eſſe iuret,ſcilicet,quòd mẽ
titus eſt iurando,quando alias ei non credere-
tur . Tum,quia id nunquam fuit receptum in
vſu.Tum,quia cum tanta cautela ſe retractans,
ideſt,cum iuramẽto fortè crederetur precibus,
vel pretio fuiſſe ad ſic reuocandum ſuum dictũ
inductus.Et tandem iſtam cautelam Soti,ſcili-
cet,ſe retractandi cum iuramento,& coram te-
ſtibus,tantum obſeruandam eſſe concludit Na
uarrus in eo ſolo caſu , vbi ſubeſſet ſuſpicio,
quòd alias in conſcientia non obligabatur ſic
ſe retractare,neque ſe ſic retractaſſet , niſi pre-
tio,aut precibus, vel aliter ad reuocationem ſe-
mel dicti fuiſſet inductus . Igitur licet Sotus ſit
tutius in hac parte locutus,puto ,quia duriuſcu
lè,& rem non ita in vſu receptam affirmat, ſuã
opinionem magis eſſe conſulendam, quàm ne-
ceſſario obſeruandam , niſi in caſu hoc vltimo
excepto à Nauarro,aut in alio ſimili.Cæterum
vbi nulla retractatio diſſuadere poſſet infamiã
ſemel perſuaſam, iam quomodo in alijs bonis,
& fauoribus temporalibus hæc ſit reficienda
iactura de mente D. Thomæ diximus.

℄ Ad.14.exemplum de prælatis,aut paren-
tibus remittentibus ſibi illatam iniuriam in fa-
ma,quia ampliori indiget diſcuſsione ſeorſum
vltimo ſumus reſponſuri,an talis remiſsio vali-
da ſit an non.

℄ Ad.15.exẽplum difficultatis in reſtituẽdo
famã, vbi proponebatur difficultas, an ſi aufe-
renti à me magnã ſummã pecuniæ,ego abſtuli
famã tenear nolẽti mihi reſtituere eã pecuniæ
ſummã reſtituere famã,Reſpondetur cũ Victo
ria aſſerẽte primò in ſuis prædiſtis ſcholijs, hãc
quæſtionẽ extra dubietatis controuerſiã conſti
tutã nõ eſſe. Sed tandẽ ſecundo ait, ſe magis cre
dere,ꝙ ego ab obligatione abſim reſtituẽdi illi
ablatã famã,quandiu magnæ ſummæ pecuniæ
mihi debitæ iniuſtus occupator exiſtit. Nã ſi af
fecjſſem illũ iniuria,eũ alapa percutiẽdo,non te
nerer ego illi ſuũ reſtituere honorẽ, niſi ipſi mi
hi debitũ pecuniariũ reſtituiſſet . Imo ſi ampu-
taſſem illi manũ ab obligatione reſtituendi illi
quidquàm pro manu immunis eſſem, quandiu
ipſe mutilatus in vſurpatione iniuſta meæ pecu
niẹ notabilis ſummæ perſtitiſſet. Ergo in præ-
ſenti caſu non reſtituta prius male ablata pecu-
nia non ſubeſt obligatio reparãdi lẹſam famã.
Additq; Victoria nihil aliud ſibi occurrere di-
cẽdũ, niſi viderit priuilegiũ famẹ in hac parte,
de quo hactenus nihil habet procerto explora-
tũ. Concludit ergo,ſe conſulturũ, vt lẹſor famẹ

A ſuo debitori pecuniario prius reſarciat, quam
eius læſit famã etiã nõ reſtituta ſibi pecunia, nõ
tamẽ ad id eũ obligaturũ. At profecto iſta ſentẽ
tia Victoriẹ,licet aliquãdo nõ ita frequẽter po
teſt habere locũ, vbi arbitrio humano illa iactu
ra famæ,& illa ſumma pecuniẹ iniuſtè vſurpa-
tẹ in ẹſtimatione adæquarẽtur,& aliorũ, puta,
filiorũ,aut ſubditorũ dãnũ , vel graue ſcandalũ
ex tali infamatione nõ redũdaret: tamẽ regulari
ter acceptãda non eſt. Tũ, quia regulariter talis
ẹqualitas nõ interuenit. Tũ,quia ſẹpe non ſine
dãno & ſcandalo prædictorũ fit, dũ ſunt perſo
næ cõmunes,puta,parentes,aut prælati,qui ſic
læſi fuere in fama. ℄ Ad.16.exemplum difficul-
B tatis in reſtituendo famã, vbi obijciebatur,an ſi
Petrus infamauit Paulũ,qui ſe percuſſerat ba-
culo Paulo teneatur reſarcire famã,Reſponde-
tur ſuſtineri poſſe,quòd non teneatur. Nã licet
fama & honor vidẽtur eſſe diuerſæ rationis; ta-
mẽ ẹquè imo pluris interdũ ſẹculares homines
æſtimãt honoris iacturã,quã famæ: quia ẹgrius
ferũt læſionẽ honoris, vt ſi alapa cẹdantur,quã
infamiã, quã per detractionẽ ſunt paſsi : quia
magis videtur indelebilis iſta macula in hono-
re cõtracta,quã macula contracta in fama, quæ
per teſtimoniũ bonæ vitæ abradi poteſt . Et
ita interdũ obliteratur hæc macula, vt ab conſi
derantibus innoxiã vitã læſi in fama nõ creda-
C tur. Macula autẽ honoris prædicto modo læſi
non ita facile abſtergitur. Vnde videtur , quòd
Petrus, qui infamauerat Paulũ,& poſtea fuit ab
eo percuſſus baculo, nõ teneatur reſarcire famã
Paulo, ſi cõſiderata qualitate negotij,& condi-
tione perſonarũ iniuria in honore illata tantũ,
aut pluris ẹſtimatur , quã iniuria in fama illata.
Verũtamẽ,quia fama noſtra autore D. Auguſt.
neceſſaria eſt nobis, nõ ſolũ ꝓpter nos , ſed etiã
ꝓpter alios,& quia patiẽtia circa iniurias illa-
tas nobis in noſtro honore nihil officit , imo
ſub cõſilio cadit Domini dicẽtis, Lucæ ca.6. Et
qui te percutit in maxillã, præbe & alterã; tole-
D rantia autẽ circa nobis obiectas infamias inter-
dũ tantũ abeſt, vt ædificet alios, vt interdũ cum
cõmode eas propulſare poſſumus, ſi eas nos nõ
repellere viderint, nos apud ipſos arguendo de
criminibus nobis obiectis ſcãdalũ generet: quo
circa cũ is caſus euenerit, vt fama noſtra neceſſa
ria videatur ad ſalutẽ aliorũ , cuius ſaluti nobis
incũbit prouidere nõ recta cõpenſatio erit il-
lius, qui pro ablato ſibi honore prælato, aut pa
rentibus iniuriantibus nolit reſarcire bonam fa
mam, quam eis iniuſte abſtulit, & qua ad bonã
ædificationem & gubernationem filiorum, aut
ſubditorum indigebant. Imo, quia bona fama
cuſtodia eſt virtutum & vitæ ſtudioſẹ, etiam
quando perſona priuata crederetur ad hoc indi-
gere



gere ſua fama bona, quia probabiliter timere-
tur, quòd amiſſa bona fama rueret in vitia alia,
ſicut contingit in mulieribus, ſemel diffamatis,
tũc neq; iſta cõpenſatio recta eſſet, vt quia infa-
mator lẹſus eſt in honore ſuperſederet à facien-
da reſtitutione famẹ, neq; omnino eſſet ſecura.

℄ Ad.17.exemplũ difficultatis in reſtituen-
do famam, vt quando fieri nequit ſine magno
diſpendio, aut vitæ periculo, reſpõdetur primò
cum Metin. in ſua inſtruct. fo.184 quòd editor
& euulgator libelli famoſi arbitrio hominis ſa-
pientis,& prudentis tenetur reparare damnum
infamiẹ illatæ, vna huius triplicis modi via, vel
alium libellum retractatorium in contrarium
ponendo, vel à regno diſcedendo, quo ſuæ vitæ
conſulat periculo & ſuo nomine ſignatã ſchedã
relinquendo, qua ſe mentitum eſſe teſtetur, vel
etiam cum iactura vitæ, ſi aliter fieri nequeat, ſe
retractando non ſemper, ſed vbi ſe obtulerit ca
ſus, vbi inde honos , aut fama vnius regni peri-
clitaretur,& præſertim ſi inde cædes & ſimulta
tes imminerent. Neq; mirum ſi cum eo graua-
mine iſti cogãtur ſe retractare, quia hoc peccatũ
valde detrimẽtoſum eſt & graue, ſicut & delictũ
eorum impiũ eſt, qui ordines ſancti Dominici,
atq; S. Franciſci libellis infamatorijs inſectãtur,
qui propterea excõmunicationi reſeruatæ Pa-
pæ ſubiacent, non tamen huic ſubditur excom
municationi , qui aliquos particulares religio-
ſos priuatim infamat. Sed quid, ſi iuxta legem
Hiſpaniæ confiteatur falſum teſtimonium à ſe
prolatum,& ſe retractet dentes ei euellendi ſint
quòd Hiſpanicè dicitur [ quintar los dientes.]
Reſpondit Victoria non obſtãte hoc ſibi immi
nenti dãno ad reparandam famã tenetur, ſi ali-
ter fieri non poſsit ſecundum Scot. in.4. ſent.d.
15. Nam in iudicio ſic compelletur à iudice fa-
mam alterius reſtituere: ergo in conſciẽtia ad id
tenebatur. Verum eſt tamen, quôd ratione cir-
cũſtantiæ, ſcilicet, quòd infamia eſt modica, de-
trimentum autẽ, quod detractor in ſe retractan
do eſt ſubiturus, eſt magnũ valde , excuſabitur
pro illo tempore expectãdo ad id commodita-
tem, prẹſertim ſi periculũ, non ſit in mora. Ideo
à regula generali teſte Victoria dantur exce-
ptiones. Prima vero eſt, quod cũ periculo capi-
tis falſus detractor regulariter ſe retractare non
tenetur, niſi in caſu iã à Metina ſupra excepto,
ſcilicet, niſi infamaſſet regnũ. Neq; etiam ſe re-
tractare tenetur cum magna ſua confuſione de-
tractor, quando infamatus parum patitur detri-
menti. Ita Victoria, cui ſubſcribit Nauarrus in
ſum. capit.18. num.47. reſpondens ad dubium
cuiuſdam patris Vincentij . Vbi ait , quòd qui
ſuo mendacio in cauſa fuit, vt alius perderet ma
xima bona excuſatur à reſtituendo, ſi reſtitutis

A his bonis perderet locum honoris, quem ratio-
ne ſuarum diuitiarum habebat in populo , eo
quod vt falſus ab eo honore deponeretur, quia
tunc, cum detectione tantæ falſitatis ea bona re
ſtituere non teneretur , ſed alia eſſet indaganda
reſtituendi via, quia honoris amiſsio & infamia
ex tali detectione falſitatis incurrenda præpon
derat damno in bonis inferioris ordinis illato.
Imo neque qui vi tormẽtorum iniuſtè adactus
crimen faſſus eſt, vnde ſibi, vel alteri iactura fa
mæ honoris , vel rerum obuenit , tenetur ſibi
vel alteri reſtituere famam ; quando inde alter
de per accidens, id eſt , præter intentionem fa-
mæ praua nota affectus eſt. Nam licet vnicui-
B que ſuam vtilitatem procurare licet indẹ alius
per accidens damnificetur , facit Bartol. l. ſi vt
certo §. interdum. ff. cõmod. facit quoq; textus
l.19. tit.32. partit.3. regni Hiſpaniæ &. l,1. ff. de
aqua pluu. arcend. 9. deniq; . & l.5. eo tit. §. pen.
& ibi gloſſ. Imo neq; talis ſe retractare ſub mor
tali tenetur, ſi ſolum ſcandalũ hoc inde fuit ſe-
cutum, quod non pro tam bono viro deinceps
reputatur , quia in hoc nemini fuit notabiliter
iniurius . Secus ſi ex tali diffamatione propria
metu tormentorum à ſe facta ſcandalũ ſequitur
graue aliquibus, qui ad ſuã ſalutẽ valde indigẽt
illius bona fama, quia illorũ eſt gubernator prẹ
dicator, vel magiſter quia tũc ratione præcepti
C charitatis, tenebitur ſe poſtea retractare. Sicut
etiam in caſu, quo quia fama aliorum depẽdet à
ſua principaliter ſuã non poſſet remittere infa-
miam , tenebitur ſuum dictum reuocare cum
ceſſauerint tormenta , qui autem vi tormento-
rum alium falſo infamauit, tenetur reparare.

℄ Ad.18.exemplũ difficultatis in reſtituen-
do famã læſam per verba generalia, vel prægnã-
tia, vel æquiuoca, quæ poterãt in bonam, & in
malam partẽ interpretari, reſpondetur, quòd iã
ſuper hoc caſu in varias ſentẽtias ſecedunt Do-
ctores. Nam Sylu. verb. detractio. q.5. in quarto
caſu ex his, 7. in quibus detractorẽ ait excuſari
D à reſtitutione famæ, tradit excuſari, quãdo ver-
ba detractoris de ſua natura non erant infama-
toria, puta quia interpretari poterant in pecca-
tum veniale. Cui accedit ſumm. Armil. verbo
reſtitut. §.41. Nauar. verò in ſum, cap.18, num.
24. oppoſitam iſtam ſentent. Syluestr. & Ar-
mil. quam etiam eſſe S. Antonin. ait in 2. partit.
titul.8. cap.4. in principio, non eſſe vſquequa-
que veram affirmat. Vbi inſinuant detractio-
nem, quæ fit generalibus verbis ſua natura tam
mortalia , quàm venialia complectentibus , à
culpa abeſſe mortali . Quin potius inquit ,
quando contingit inde notabile damnum ,
vel periculum impendere , vel quando co-
ram his perſonis proferuntur, quæ ea verba ad

maculas mortales,& graues referent,ad ſenſum A
deteriorem retorquebunt, à culpa mortali non
vacant,ac per cōſequens, neque ab obligatione
recompenſandi pro inde orta infamia; niſi ex-
preſſe,aut tacite non niſi de venialibus verba ſo
re intelligenda audientes admoneri curentur.
Nauarro autem ſuffragari videtur Corduba in
libello de detract.q.3.cōcl.7.fol.111.in eo,quod
ait qui abſque malo animo nihil addendo, ſed
ſolum referendo ſe audiſſe peccatum alterius in
famatorium,prodit,etiam ſi ſic tantum referen
do auditum concedamus, ſolum peccaſſe venia
liter,ſi defacto inde ſubſecuta eſt alterius nota-
bilis infamia tenetur ſub peccato mortali famā
illius,vt commode poteſt, reparare:ergo etiam B
ſi demus verborum prægnantium, & æquiuo-
corum prolatorem propter incautam prolatio
nem ſolum venialiter peccaſſe,non eximitur à
reparando diſpendium famæ , ſi aliquod inde
emerſit.Quia iſte non omnino de per accidens,
ſed aliquomodo deperſe dānificabit,verba pręg-
nantia & ęquiuoca dicens:ſicut etiam tantum
ex loquacitate narrans audita ,quando inde in
natum eſt damnū.Quia, niſi iſti ſic locuti fuiſ-
ſent,non inde proceſſiſſet illa damni illatio,ne-
que ſola culpa mortalis inductiua eſt reſtitutio-
nis, ſed etiam culpa venialis,ſi læſiua ſit bono-
rum proximi , aut eius famæ. Et profecto hæc C
ſententia Nauarri, & Cordubæ , præterquàm,
quòd eſt tutior maiori probabilitate pollet,quā
oppoſita Syluestri , vt ſuperius, me fuſius di-
xiſſe memini.Igitur dum lęſio famę hinc appa
ret ſubſecuta,vel in dubio eſt,an ſubſecuta fue
rit,tutius fuerit nihil ſpecificando ſe retractare,
ſeu potius explicare,dicēdo,talia verba æquiuo
ca ſeu generalia,non in ſenſu deteriori eſſe acci-
pienda,quia per ea noluit exprimere,niſi quędā
parui momenti & leuia.

¶ Denique ad vltimum difficultatis exem-
plum in reſtituendo famam,quod contingit in
caſu,quo quis interrogatus de vita & moribus
proximi ſui tacet, vel ex duobus ſocijs vnum
duntaxat laudat,Reſpondetur cum Nauarro in D
ſumm.cap.18.nu.44.allegante Adrianum quo
lib.11.colum.penulti, quòd tenetur reſtituere,
qui immodice laudando alium alterius famam
notabiliter extenuat.Quales, inquit Nauarrus,
multos in curijs,aulis,& ſcholis, & alibi eſt vi-
dere.Sed quia hæc ſententia Nauarri,quam di-
cit eſſe Adriani loco citato,non ſatis in ſe expli
cita eſt,libet hic explicare in quo ſenſu vt vera
& certa ſit,accipienda ſit. Nā dupliciter poteſt
quis aliū immodice laudare.Vno modo ſine re
ſpectu ad alterū nō faciendo mentionē de alte-
ro.Alio modo cōparando eū ad alterū. Si ergo
immodicè laudet vnū nulla habita mentione de

A altero ſiue in bonū ſiue in malū,quidquid ſit de
peccato, nihil hic video reſtitutionis obligatio
nē inducens dictū,aut factum,niſi is,qui ex offi
cio in ordine ad beneficia,vel officia obtinenda
vtriuſq; merita referre tenebatur alterius meri
ta immodice euexit ad cælū , & de altero bene
merenti,neque vllū ſuperaddidit verbū. Si au-
tē cōparando vnum ad aliū alterius famā exceſ
ſiue extollens , alterius famā verbis notabiliter
depreſsit,in hoc ſenſu vera eſt Adriani & Nau.
ſententia.Si autē , quòd in primo obijciebatur
puncto,rogatus quis de moribus& vita alterius
tacuit cū poſſet eū egregie laudare,& cōmenda
re,ſi rogatus iuridice à iudice tacuit dixitque ſe
B nihil de illo ſcire,vnde illi,de cuius vita & mori
bus quærebatur, in ſuſpicionē alicuius infamię
incidit, aut aliquod damnū ex hac taciturnita-
te eſt paſſus,certè de iuſtitia in his iacturis per-
tacentē eſt reparandus . Secus autē eſt,ſi extra
iudiciū cū nō teneretur ex iuſtitia reſpōdere in
terrogatus tacuit. Quia tunc licet contra chari-
tatē peccauerit tacendo,non tamen contra iuſti
tiā.Ad obiectionē autē,de lapſu anni,poſt quē
non datur actio iniuriarum iā diximus, quòd
per hoc in conſcientia non tollitur obligatio re
parandi iniuriā,vel infamiæ iacturā poſt annū.

C
# CAP. CCLXXIIII

*An ſufficiat pro ſatisfactione infamiæ illum,
qui directe infamatus eſt,illam remittat:Et
an ſi ſuam infamiā parentes , vel prælati re-
mittant ſuis infamatoribus,an licita, vel va
lida ſit remiſsio:Et quænam forma ſit obſer
uanda in reſtituendo honorem per iniuriam
læſum:Et an petenti veniam ſemper ſit par
cendum.*

Porro quæſtio, quæ ſuprà ex con-
ſulto prætermiſſa eſt , quia eſt ad
D hūc locum reſeruat , quò ſeorſum
preſsius valeat examinari,hæc eſt
ſcilicet vtrum ad excuſandum ali-
quem â reſtituenda fama,ſufficiat illum,qui di-
recte infamatus eſt illius remiſsionem feciſſe:
an vero filiorum & aliorum attinentium ad co-
gnationem in quos infamia eius,qui eam prin-
cipaliter paſſus eſt,reſultauit, requiratur remiſ-
ſio.Igitur,quia præcipuè inter Caietanum , &
Adrianum locis ſupra citatis,hęc quęſtio cōtro
uertitur,pro illa parte,in quam Adrianus ma-
gis inclinare videtur, ſcilicet, quòd ſola remiſ-
ſio principaliter infamati ſufficiat eius triplici
argumento,eam agitare decernimus.

¶ Argui-



¶ Arguitur ergo primò : Quia illius,cui ne-
ceſſario & ſolum facienda eſt reſtitutio damni
remiſsio ſatis ſufficiens eſt,vt damni debitor ab
obligatione id reparandi liberetur: ſi igitur illi
principaliter diffamato neceſſario reſtitutio fa
mę faciēda venit,quod ex eo patet,quòd facta il
li ſemel ſatisfactione,nihil reſtat ex obligatione
iuſtitię filijs,&propinquis indirecte infamatis,
ſatisfaciendum:conſequitur planè,quòd ſola re
miſsio eius, qui principaliter fuit læſus in fa-
ma,ſatis ſit ad eximendum infamatorem â re
ſtitutione.

¶ Secundo arguitur: Quia pro iniuria ſubdi
torum,& conuentuū, ſic conuenit actio præla-
tis,vt eorū ſola remiſsio ſufficiat ad condonan
dā iniuriā iuxta gloſſam.12.q.1.ca. non dicatis.
& gloſſ.33.q.4.ca.ſi is qui.& doctores cap.paro
chianos de ſent. excōmunic. At multo fortius
huiuſmodi prælati proprias iniurias valide re-
mittere poſſunt,etiam ſi in iniuriā ſubditorum
conuentus,aut eccleſiæ redundent:ita atteſtan
te gloſſa dicto ca.ſi is qui. Pari ergo ratione cō
ſequitur,quòd pater familias,ſi gratiam iniuriā
ti faciat,eius iniuriæ , quam commiſit in filios,
valida ſit talis condonatio.Quôd ſi hæc valida
eſt,quis iā inficiari poterit,poſſe quoq; valide
patrē proprię infamię reſtitutionē remittere.

¶ Præterea tertio arguitur :Quia ſi Petrus,
vel in amputatione mēbri,aut in rebus ſuis tēpo
ralibus eo affectus eſſet dāno,vt iā ad alendam
familiā potens non eſſet,ſi vellet id dāni ignoſ-
cere,ſola eius remiſsio, etiam inuitis liberis & 
vxore,quidquid ſit de peccato,ſufficeret,vt dā
ni autor iam à reſtitutione eius immunis habe-
retur:ergo de remiſsione infamiæ ( cum nihil
interueniat diſcriminis ) ſimiliter idem videtur
ferendum eſſe iudicium.

¶ In contrarium hæc ratio Caiet.vrget,ſcili
cet quia nullius valoris eſt remiſsio,in quā om-
nes dānum paſsi conſenſum non præſtant,ſiue
id damni illis illatum fuerit in bonis temporali-
busſiue,in honore,& fama, in quibus iā habet
poſſeſsionē,& ius adquiſitū vt ex.1. Rhetor.ca.
5.patet:ergo non ſufficit remiſsio illius princi-
paliter diffamati.Quod confirmatur exemplo
religioſi diffamati,cuius infamia monaſteriū in
directè commaculat,qui ſi ſuæ infamiæ gratiā
fecerit inualide faciet,niſi ſimul accedat remiſ-
ſio conuentus, aut prælati , vt teſtificatur gloſ
ſa.ca.parochianos de ſent.excōmun.&.23.q.4.
cap.ſi is qui.

¶ Pro reſolutione igitur quæſtionis præmit
tēda mihi videtur illa diſtinctio Cord.in libell.
de detracti.q.3.dubio primo.f.117. ſcilicet quòd
duplex eſt bonū famæ, & honoris,filiorū,vel
parentelæ.Alterū prouenięs ipſis à fama dunta

A xat,ſeu honore parētis,ſeu conſanguinitatis,in
quo ſolū habēt ius non ſimpliciter quidem, ſed
depēdens ab illo principali ius plenū & liberū
in iſto bono famæ,& honoris obtinēte,ita,vt il-
lo id poſsidēte poſsideāt, & eo ſpoliato hoc bo-
no ipſo facto ſpoliētur & ipſi,& illo amittente,
amittatur & ab ipſis.Alterū verò eſt bonū fa-
mę & honoris obueniētis filijs & propinquis,
nō quidē,aut non ſolū ab illo ſuo parēte, neque
reſpectu illius ſolū,vel ex ſolis benegeſtis illius
ſed alia ex cauſa, ſcilicet, mediante iure ,aut pri
uilegio ab alijs anteceſſoribus trahentis origi-
nē,in quo quidē bono famæ filij, & propinqui
ius obtinēt adquiſitū, ſine dependētia à ſuo in
B famato parente,ſicut in alijs ſuis tēporalibus bo
nis. Vt,verbi gratia,q filij alicuius ſint nobiles,
ac ingenuitate conſpicui;quòd ab antiquo à tri
butis ſint liberi :quòd ad dignitates & officia,&
huiuſmodi ſint habiles,à ſuo parente nō habēt,
ſed à ſuis lōginquis anteceſſoribus,iā in hoc bo-
no famæ & honoris independēter à ſuo parēte
nacti ſunt ius adquiſitū,quo, ſi priuētur per infa
miā falſo obiectam, ſuo parēti tributarij mane-
būt,& inhabiles manebūt ad officia & dignita-
tes,& veluti infames. His ſuppoſitis ponuntur
duę cōcluſiones. ¶ Eſt igitur prima cōcluſio:Si
loquamur de illo bono honoris,& famę primo
modo cōſiderato,ideſt,quatenus eſt bonum ho
C noris,& famę dependēs à patre, tanquā à princi-
pali plenū & liberū ius in eo habēte, tūc famæ,
aut honoris iſtius læſor,ſi ab hoc principali aſ-
ſequatur remiſsionē filijs, & alijs , ad quos eius
infamia diffundebatur,nihil cōpenſare tenetur.
Valida enim fuit hęc remiſsio facta citra eorū
conſenſum. Atque in hoc ſenſu vera eſt opinio
Adria.cui accedit Sot.vt apparet lib. 4.de iuſt.
& iur.q.6.ar.3.poſt ſecūdā cōcluſionē. Vbi ait:
Prælati alicuius ſiquis famā dilaceret ,priuatim
eius perſonā obſcurādo,aſſerēdo eū eſſe concu-
binariū,vel alia criminis labe coinquinatum,in
quo ſubditi ei nō cōmunicant,ſatis eſſe remiſſio
D nē obtinuiſſe à prelato,vt iā conuentui aliquid re
ſtituere nō teneatur;nā ipſe prælatus dñs eſt fa
mæ, licet illius ſit prodigus diſtractor.Secus au-
tē eſſet,inquit Sotus,ſi talis infamatio in parti-
culari inuolueret etiā ſubditos, qui crederentur
cū eo participare. Vt ſi de crimine Simonię,aut
hæreſis ſubnotaretur cū cōplicibus : nā tunc &
cōuentui facienda eſſet reſtitutio.Similiter ergo
in caſu cōcluſionis accidit,vbi infamatio patris
tanquam conſortes in crimine filios non impli-
caret . Hæc autem concluſio , quatenus intel-
ligitur etiam de infamia prælati in generali,
& non in particulari inficiente conuentum
eſt expreſſe contra Medinam in ſua in-
ſtructione folio 180. aſſerentem , quòd quia

A prælatorum fama veluti impignorata eſt conuentui,atque communitati,ſi ſe ipſos infama-
uerint ſuam ſibi reſtituere tenentur famam:nã
alias iniurios ſe exhibent in conuentum.Idem
vero confirmare videtur Nauarrus in ſumm.
cap.18.nu.28.licet poſt.nu.46.nobiſcum,& cũ
Adria.& Soto,& cum Corduba conuenire vi-
deatur.Nam aſſumit ibi noſtra principia dicẽs
quòd etſi ſit peccatum ſecundum Caietanum
infamiam propriam condonare,non inde ſequi
tur eius remiſsionem eſſe caſſam.Quo circa ſub
infert,quòd quando damnum infamiæ princi-
paliter tangit infamatum,& minus principali-
ter bonum publicum,non alia condonatio exi
B gitur,niſi illa,quæ fit ab illo,ad quem principa
liter damnum reſarciendum pertinet:eius nan-
que condonatio ſufficit. Facit pro hoc textus
ca.quanuis pactum cũ eius gloſſa de pactis lib.
6.& gloſſa l.de vno.de re.iudic.cæterum, quan
uis prædictam concluſionem, vt mediatricem
inter extremas ſententias Caietani & Adriani
cum accedente diſtinctione Soti amplexi fue-
rimus,quia cũ pater,aut prælatus ſit dominus
ſuæ famæ licet prodigus fuerit diſsipator illius
non tenetur ipſe,neque illi, quibus illam remi
ſit reſtituere eam aliquibus,niſi cautũ eſſet per
legem oppoſitum.Neque valet ratio oppoſitũ
defendentium hac ratione, quòd fama prælati
C non ſit ſua tantum. Nã vere inquit Sotus fama
prælati ſua eſt propria,ac ſi eſſet perſona priua
ta.Nam licet ad ſuam functionem ea indigeat
non inde ſequitur,quòd prodiga condonatio il
lius non ſit valida,ſicut pater familias dominus
eſt ſuorum bonorum temporalium:neque filij
viuentes ſub poteſtate patris eorum ſunt domi
ni.Et tamen ſi pater ea bona diſtrahat luſibus
compotationibus, & inutilibus, prodigiſque
ſumptibus,indigentia illa,qua his bonis ad ſu-
ſtentationem vxoris,& filiorum indigebat irri
tam eorum diſtractionem non facit.Fateor er-
go cum Soto,quòd prælatus ſuam negligens fa
mam contra iuſtitiam peccat; ſed non contra
D iuſtitiam,quam proprie commutatiuam appel
lamus,quippe quæ violata ſemper reſtitutio-
nis obligationem annexam habet , ſed contra
eam iuſtitiam,qua iure naturæ prælati ſui offi-
cij vices adimplere cõmode tenentur.Sicut pa
ter bona pro ſuſtẽtatione domus neceſſaria cũ
prodige diſtrahit(vt prędiximus)cõtra iuſtitiã
peccat,nõ quidẽ cõmutatiuã,ſed contra pietatẽ
quæ ſecundũ D.Tho.eſt pars poteſtatiua iuſti
tiæ,ſicut & religionis virtus,eo ꝙ participat ali
quid de ratione iuſtitiæ.Vnde illa hypotheca,
qua fama pręlati affirmatur à Meti.Salmant.&
ab alijs hypothecata eſſe cõmunitati,nõ ita rigi
de interpretanda eſt,vt alienari,aut diſtrahi ali

A quãdo valide nõ poſsit per remiſsionem illius,
vel aliter,quidquid ſit de pęccato,de quo donã
tẽ,vel remittentẽ prælatũ non excuſamus.Cõ-
cludimus tandẽ,ne & ſententiã Metinæ omni-
no excludamus,eã intelligendũ eſſe, verã eſſe,
quando talis infamia prælati ſubditos in parti-
culari officeret:nã tunc eis quoq; reſtituẽdum
eſſet de iuſtitia cõmutatiua.Vel quãdo ſubditi
bona fama ſui prælati ad conſeruationẽ ſuæ re
ligionis & ſalutis valde indigerent:quia tũc nõ
obſtãte gratuita remiſsione ſuæ infamiæ facta
diffamatori, diffamator licet non ex præcepto
iuſtitiæ rigòroſæ, bene tamen ex obligatione
præcepti charitatis aſtringitur,præſertim ſi ſi-
B ne magno ſuo detrimento id efficere poteſt ad
ſe retractandũ,quatenus ille prælatus in ſua re-
ſtauretur bona fama,qua tũc tantopere indigẽt
ſubditi.Et ſic gloſſandꝰ eſt Nauar. qui & ab ſe,
& ab alijs videtur diſcordare, quia non ſatis ſe
explicat. ¶ Secunda concluſio iuxta ſecundũ
mẽbrũ diſtinctionis præmiſſæ, quando pater,
qui falſo notatꝰ eſt de crimine,quia remittit in
famiã filij eius & propinqui priuãtur honore,
& fama atq;priuilegijs,quæ non à patre eorum
pręciſe,ſed à ſuis anteceſſoribus ad eos vſque di
manauerãt,vt quia erant nobiles ab antiquo à
tributis immunes habiles ad officia, & dignita-
tes,& iã infames habẽtur, & tributarij & inha-
C biles ad publicos fauores;tũc talis remiſsio ipſis
inuitis facta nullius eſt roboris , vel momenti,
quia hoc nõ obſtãte reparandi ſunt in paterna
fama.Hæc cõcluſio eſt Cord. loco citato cõtra
Adria.non diſtinguentẽ.Et in hoc cõcluſionis
ſenſu videtur habere locũ opinio Caiet.& alio-
rũ.Probatur autẽ:quia in his bonis famæ,& ho
noris pater ille principaliter infamatus ius ple
nũ,aut liberũ dominiũ nõ obtinebat,vnde con
donationẽ illã infamiæ ex qua filij & propin-
qui ſuo proprio iure indepẽdenti à patre abdicã
tur,pater valide nõ valuit facere, quãtũ attinet
ad ius filiorũ.Idẽ exẽplificat Cord.in caſu,quo
ex infamia vnius religioſi,etiã alij religioſi con
D tagionẽ eius infamiæ cõtraherent,tũc non ſuffi
ceret ſola remiſsio illius religioſi principaliter
infamati,aut eius prælati.Sed dicimus hoc non
eſſe tã regulare apud pios,& prudentes chriſtia
nos,propter malũ exẽplũ,& nomen vnius infa
mati religioſi de cæteris religioſis,aut de ipſa re
ligione male ſentire,niſi ſint malitioſi vulgares
aut homines impij,qui omnia ſolent contami-
nare.Iam ſupereſt ad argumenta in principio
quæſtionis poſita ſatisfeciſſe.

¶ Ad.1.igitur argumentum reſpondetur pri
mo,quòd etiam ſi antecedens pro maiori conce
datur,quod tamen nõ eſt omni caſu concedẽdũ
neganda eſt conſequentia.Non enim valet iſta
illatio



A illatio,reſtitutio facta famę patri infamato ſuf-
ficit,vt diffamator non teneatur vltra quidquã
reſtituere filijs:ergo remiſsio infamiæ facta à ſo
lo patre ſufficiet etiam,vt diffamator patris nõ
teneatur eius infamiæ remiſsionem obtinere à
filijs.Nõ inquam,valet:quia remiſsio facta à ſo
lo patre non reſtaurat infamiæ iniuriam inde
deriuatam in filios.At verò reſtitutio famæ fa-
cta patri bene iacturam infamię,quam ex diffa
matione patris paſsi ſunt filij reparat. Nam ad
reſtitutionem,quæ debetur pluribus damnifi-
catis remittendam,non ſufficit vnius damnifi-
cati remiſsio. Secundo reſpondetur negando
ſemper reſtitutionem damni factam principali
B ſufficere,niſi inde reparetur ſufficienter fama il-
lorum,in quos principalis infamati infamia re-
dundauit,iuxta concluſiones poſitas earumq;
declarationes.

¶ Ad ſecundum vero Argumentum reſpon
detur,negando conſequentiam . Quia licet ad
prælatum pertineat actionem intẽtare pro ſub
ditorum iniuria,eiuſque ſolam remiſsionem in
iuriantem obtinuiſſe ſufficiat, quoniam religio
ſus,vt potè qui totus eſt conſtitutus ſub pote-
tate prælati,omnis iuris eſt expers: veruntamẽ
diuerſum iudicium eſt de his, qui extra hãc po-
teſtatẽ tã ſtrictæ ſubiectionis conſtituti ſui iu-
C ris ſunt,ſuorumque bonorum ſunt domini, vn
de fit,vt neque epiſcopus iniuriæ illatę clericis,
aut eccleſiæ iniuriatori veniã indulgere poſsit:
ſicut neque tutor iniuriam pupilli condonare
valet.Sicut etiam pater familias, licet filiorum
nondum emancipatorum iniurias,quo ad ſatiſ-
factionem ignoſcere poſsit,non tamen iniurias,
quas alij emancipati filij perpeſsi ſunt,aut pro-
pinqui condonare poteſt , vt teſtatur expreſſe
gloſſa in dicto cap.is,qui.& cap.parochianos.

¶ Ad tertium verò argumentum negatur
quoque conſequentia.Tũ,quia vir ſolus eſt qui
plenum ius habet ſuper membra ſua, & ſupra
res ſuas,dum ſuperſtes eſt in vita, quia admini-
ſtratio horum ſolum ſibi cõpetit,non vero libe
D ris,& vxori.Tũ,quia hi ſub poteſtate eius con
tinentur quo ad hoc,atque ſubinde remiſsio in
iuriæ propriæ illatæ ſibi in ſuis membris, & re-
bus,ſi ab ipſo fiat renitẽtibus ſuis liberis,& vxo
re valida erit: quia etiam iniurias perpeſſas ab
vxore & filijs ,quia eius adminiſtrationi quo-
ad hæc ſubſunt,remittere poteſt. Non autem
ſufficit eius remiſsionis gratia,quo ad damna re
cepta ab his,qui eius poteſtati non ſubſunt.

¶ Iam verò de forma reſtituendi honorem
per iniuriam læſum,ſicut de famæ reſtitutione
diximus,nõ erit abre & hic aliquid dixiſſe.Pro
cuius notitia notatu opus eſt rurſus, quod an-
tea memini me dixiſſe ſcilicet quòd fama per-

A ditur per patefactionem defectus culpæ,honor
autem per obiectionem iniurioſam defectus na
turalis,puta,cõpellando aliquẽ cæcũ, claudum,
ſtultũ,ſpuriũ,& cętera . Fama vero & honor ſi-
mul læſionem accipiũt,quando crimen verum,
vel falſum occultũ,verbo,vel facto iniurioſo in
faciẽ iniuriati corã alijs obijcitur & propala-
tur.Igitur , ſi quęratur, quomodo fiet honoris
reparatio,dicitur primo,quod ſi contumelię ad
mixta fuit detractio ſimul & honoris læſio,pu
ta,quia crimen occultũ ſiue verum, ſiue falſum
eſt obiectũ,tunc reparatio vtraq; tam honoris,
quã famę facienda eſt eo modo,quo ſupra ex-
plicatũ eſt ſe retractãdo,aut ſi hoc fieri nequeat
B in alijs aliqualiter æquiualentibus.Honoris au
tẽ vel iniuriæ cõpenſatio humiliter per ſe, vel
per aliũ placando læſum eo cõmodo modo, vt
rationabiliter debeat manere contentus facien
da eſt.Secundo dicitur,ꝙ in huiuſmodi iniurijs
aliquando ſola petitio veniæ requiritur,& ſuf-
ficit,vt cũ verbaliter tantũ aliquis alteri ex pro
brans ſolũ obiecit ei aliquẽ defectũ naturalẽ,ap
pellando eũ cæcũ,claudũ,ſtultum. Aliquando
verò hæc ſola petitio veniæ ſufficere non vide-
tur:vt cũ vltra verba contumeliator adiecit &
manus alapis percutiendo, vel gladio vulneran
do alterum.Sed quia circa modũ hunc reſtitu-
C tionis variæ poſſunt cõcurrere circũſtantię,quę
merito iudicium ſolent variare,ideo hæc omnia
ſcilicet quando ſola petitio veniæ ſufficiat,quã
do verò ad integram reparationem honoris ma
ior ſatis factio requiratur,aut quãdo, quia alias
integre honori eſt factũ ſatis petitio veniæ præ
termittenda ſit,arbitrio viri prudentis ſtabitur
qui conſideratis omnibus circunſtantijs nego-
tiorum,& perſonarum id arbitrentur,quia cer-
ta regula hic ſtatui non poteſt. Nam prælati ſi
exceſſerint inter corrigendum ſubditos conui-
tiando eis ſecundũ .D.Auguſtinũ in regula nõ
ab eis exigitur,vt à ſubditis veniam poſtulent:
quanuis raro , aut nunquã huiuſmodi conuitijs
vti deberent:quia magis ſolent animos ſubdito
D rum exacerbare,quàm ſanare.Vnde caueãt, ne
nimis iniurioſa præſertim ex liuore vindictæ
euomant in ſubditos.Nam tunc per petitionẽ
veniæ,vel aliter ſubditis grauiter à ſe iniuriatis
reconciliari debent vt oportet,imo ſe retractan
do,vel aliter ne vileſcat eorum autoritas,ſi læſe
rint iniuſtè famã ſubditi id dãni reparare tenen
tur ſecundum D.Thom.& Florentinum , vbi
ſupra Raymundum & Durand. in ſumm. &
Sylueſtr.titulo.contumelia quæſt.5. Quod ta-
men limitat Armilla verbo.contumelia.quan-
do contumelia eſſet publica,ſecus quando eſſet
ſecreta,quo ad ſubditum iniuriatum. Nota ta-
mã ſecundum Victoriam in ſuis ſcholijs,quòd

non eſt ita neceſſarium petere veniam ab iniuriato eũ, qui eius iniurię fuit autor, quia vt tradit Caietan.2.2.q.72.art.3, de per accidens eſt petere veniam, dummodo ſatis faciat. Idem quoque confirmat in opuſculo.16. quæſtionum. Quare Victoria ſub infert, quòd ſi læſus in honore acceptet aliam ſatisfactionem, iniuriator liberabitur à petendo veniam. Si autem qui iniuria affectus eſt, quia homo nobilis eſt, rationabiliter poſtulet, autorem iniuriæ à ſe humiliter petere veniam, ab illo humiliter petẽda eſt, niſi læſus in honore, vel iniuriatus ſit homo triuialis, & vilis, cui ſatis eſt aliter ſatis feciſſe. Si autem læſus ſic in honore non vult reconciliari rationabiliter ad vnam ſolam petitionem veniæ: nõ ſufficit ſemel veniam petiuiſſe, ſed pluries petenda eſt, quouſque irrationabiliter deneget, quia non ſubeſt ſibi iam ratio denegandi, vel aliter ei ſatisfaciendum eſt ad arbitrium eius & ad arbitrium boni viri. Sed an petenti veniam ſemper parcendum ſit, ſi quis inquirat, reſpondetur, quòd cum duplex ſit reconciliatio vna, ſcilicet, animorum, ſcilicet, quòd iniuriam paſſus nolit ex odio, vel cauſa ſatiandi animum ſe vindicare; alia vero reconciliatio ſit quoad remiſsionem ſatisfactionis iniuriæ primam reconciliationem, vt pote neceſſariam indicit nobis Dominus Matthæi.18. dicens, Sic pater meus cæleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris, ſecundam verò reconciliationem quo ad omnimodam veniam ſatisfactionis concedendam neceſſario iniuriatus admittere nõ tenetur. Nã poteſt petere amputationem manus ſe colaphizantis, dummodo abſit rancor & ſola compẽſatio iuſta iniuriæ quæratur, & non ſolum malũm perſe inimici. Quare quia difficile eſt iſtas intentiones metaphyſicas ſeparare, tutius eſſe duximus ſupra in cauſis capitalibus & grauibus remittere iniurias proprias, quam pro eis expetere in iudicio publico vindictam; niſi talis remiſsio parum pia videretur, quia cederet in perniciem publicam, & in maiorem audaciam incorrigibilium, & multiplicantium ſcelera nocua. Nam huiuſmodi machinantes publica mala denunciare poſſumus cũ proteſtatione, quòd non intendimus eorum mortem, aut mutilationem, vt coerceãtur ab his malis, neque pręmiſſa hac veridica proteſtatione aliqua incurritur irregularitas.

ℭ Quo ad forum conſcientię in ſacramento confeſsionis iam de mente Victoriæ diximus eſſe pænitenti ſat, nõ eſſe ſe explicare in generali confitendo aduerſum alium contumeliã, vel conuitium protuliſſe, niſi ita explicet, vt cõnfeſſor diſcernere poſsit, ãn veniale fuerit

A peccatum, an mortale, licet id ſpecificare neceſſe non ſit. Imo neque interdum expedit id exprimere in particulari ſcilicet qualia fuere verba contumelioſa. Adde ſecundum Nauar. in ſumma.cap.18.num,12. quòd quia contumelia alium impetens animo eum infamandi prę ter peccatum contumeliæ, quo læſus eſt proximi honor; detractionis quoque famæ peccatum commiſit, non ſatis in confeſsione ſe explicat, ſi dixerit in contumeliam alterius prorupiſſe, niſi adijciat confiteri, quòd cum animo infamandi eum id quoque fecerit. Nam contumelia cum animo vtrunque lædendi, ſcilicet, honorem & famam, duplex malitia mortalis eſt. Li-
B cet autem eodem Victoria autore notabilis cõtumelia in extraneos prolata culpa mortalis ſit, ſi tamen patres præceptores & mariti conuitia dixerint aduerſus ſibi ſubiectos id crimini mortali tribuendum non eſt eis, dum inde notabilis non naſcitur infamia, & ſi animus notabiliter nocendi abſit. Nam non omnis contumelia etiam animo iniuriandi prolata eſt mortalis, niſi inde ſequatur notabile honoris, aut famæ detrimentum, aut niſi ex animo notabiliter nocendi proceſſerit. ℭ Modus quoque in his peccatis verborum, ſecundũ Metin. in ſua inſtruct. attendendus eſt. Nam dicteria per modum ioci dicta, quę ex ſe talia non erant, de quibus proba-
C biliter timeretur infamia, carent malitia mortali; imo ipſe modus iocandi omnem malam ſuſpicionem infamiæ ſolet ab audiẽtibus propulſare. Sicut etiam deriſiones iocoſæ, quæ hiſpanice matracas dicuntur, non ſunt mortales, vel quia ſunt de leuibus, vel quia eſto ſint de rebus grauibus audiẽtes per modum ioci eſſe dicta id clare videntes nihil ſiniſtrum de eo, aduerſum quem dicuntur concipiunt, niſi in his caſibus grauiſsime in animo ex his perturbari, atque cõfundi videretur irriſus, vt ſupra diximus, addentes, quandam limitationem Metinę.

## CAP. CCLXXV.

D *De maledictione & optatione mali.*

CÆterum, quia de detractione inter vitia linguæ vitio præcipuo & de cõtumelia, conuitio, ſuſurratione, irriſione plura diximus, de maledictione quoque, & imprecatione, de adulatione iactantia & de alijs vitijs ad linguam pertinentibꝰ breuẽ, & cõpẽdioſum hic nos oportet habere ſermonẽ. Initiũ autẽ ſumẽtes ab maledictione, quia primo quęri poteſt, an liceat maledicere homini, reſpõdetur cũ D.Th.2.2.q.705.a.1. ꝙ maledicere formaliter, ideſt, ex intẽtione mali, optãdo, vel imperãdo malũ alteri illicitũ eſt, quia cõ





tra charitatem. At vero materialiter tantum, & de per accidens, maledicere, id eſt, citra intentionem mali imò reſpiciendo ad bonum proximi quatenus à malo reſipiſcat, vel purgetur à culpa non eſt illicitum. Nam & ratione culpæ ſolius, quæ de ſe digna eſt odio, in culpæ deteſtationem diabolo & peccatori poſſumus maledicere. Nam & creaturis Dei licet nõ liceat maledicere, quatenus creaturæ Dei ſunt, quia ſic eas maledicere non careret peccato blaſphemiæ, neq; eas quoque ſecundum ſe ſolũ acceptas maledicere fas eſt, quia ocioſum quid eſt ſic irrationales creaturas maledicere, bene tamen his irrationalibus creaturis maledicere licet in ordine ad homines, vt per mala inflicta ſuis rebus reſipiſcãt à malo culpę. Maledictio inſuper ex genere ſuo peccatum mortale eſt, vt cum quis ſub ratione mali optando vel imperãdo alicui maledicit, quia charitati debitæ proximo repugnat. Propter quod D.Paulus teſtatur. 1. ad Corint. 6. quòd neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſsidebũt. At ſi maledictio ex ludo abſque affectu malo, ex quo oris peccata penſantur, vel ſi ex ſubreptione, aut indeliberato non plene motu procedat, venialis tantum culpa erit. Minor autem culpa ex ſuo genere eſt maledictio, quam detractio, ſi quidem ad detractorem vel irriſorem, vel ſuſurronem pertinet dicere malum culpæ ſolum enunciando: ad maledicentem, prout nunc de eo loquimur, pertinet dicere malum pœnæ. Sed quia maledictio poteſt fieri per modum imperij, ex hac parte detractione grauior eſſe poteſt, ſi cauſa fuerit maioris nocumẽti, quam infert detractio. Quia maledictio per modum imperij rationẽ cauſæ habet: atque ideo detractione hinc grauior eſſe poteſt: quanuis maledictione ſimplici nihil nocumenti cauſante, ſed tantum ſimplex deſiderium mali exprimenti detractio abſolute peior ſit. Ita D.Thomas.

ℭ Circa hanc autem doctrinam D. Thomæ hęſitare quis poterit, vtrum licitum ſit alicui peccatori mortem optare, ne multiplicet, aut prolatet peccata. Nam videtur, quod non licet. Nam licet D.Tho. aperte docet, quòd licet alicui optare malum tẽporale, pro euitando eius malo ſpirituali, & pro cõſulendo eius bono ſalutis animæ, quia id proximo eſt vtile & ſalutare: tamen hoc medium non videtur proporcionatum, aut neceſſariũ. Quia cum non ſit deſperandum de miſericordia Dei, & de proximi huius ſalute, ſatius erit optare illi vitam, vt conuertatur, & fundere preces pro eius cõuerſione: Reſpondetur, quòd Victoria in ſuis ſcholijs videtur parti affirmatiuæ adhærere: quia ſtatim reſpõdet ad obiectionẽ, ſcilicet, hanc, quòd ſi li-



A ceret illi optare mortẽ pro bono eius ſpirituali, liceret pro bono ipſius ſpirituali procurando, vel malo ſpirituali cauẽdo vitã illi eripere. Negat nanq; hãc illationem, ſiquidem ſunt multa, quæ habere in votis poſſumus, quæ tamen per nos executioni mãdari fas non eſt: quia eorum nos nõ ſumus iuſti executores. Nos tamẽ propter rationem prius allatã incontra eius ſumus ſententię, quod nõ licet illud tam abſolute optare, niſi illa adiecta conditione, niſi emẽdandus ſit per auxilium manus Dei, quod paratus eſt dare. Nam ſi autore D.Tho.2.2.q.83.art.5. contra Socratẽ, vt refert Valerius, licet gratia & vir-
B tutes, quibus male non poſſumus vti determinatæ petẽdę ſunt à Deo, nõ autem temporalia, quorum bonus, & malus poteſt eſſe vſus, ſed cũ conditione, ſi ſaluti animæ profutura ſunt, poſtulanda veniunt: ſequitur de mente eius eſſe, quòd malum temporale peccatoris, id eſt, eius mors non tã abſolute, ne maiora mala multiplicet deſideranda ſit, niſi cum ea conditione, niſi auxiliante manu Dei emendandus ſit. Crediderim tamẽ deſiderium mortis peccatoris malum non eſſe adiecta hac duplici conditione, ſi in vita, atque in morte emendandus non eſt, ſi longiorem adeptus vitam plura & grauiora peccata cumulaturus eſt, ex quibus intolerabilior ſit eius damnatio.

C ℭ Circa eam doctrinam D. Tho. contingit cum Victoria in ſuis ſcholijs dubitari, vtrũ licitum ſit optare minus malũ tẽporale, ad euadendũ maius. Reſpondetur plane, quòd ſi hoc contingat optari reſpectu eiuſdẽ, dum nõ ſuppetit aliud remedium, licet optare, vt Petrus patiatur in rebus ſuis modicũ furtum, ſi à latronibus neceſſario omnino erat ſpoliãdus. Si autẽ reſpectu diuerſorum ſumatur, grauius dubiũ vrget, an licitum ſit optare Petro minus malum tẽporale, vt Paulus maius nocumẽtum tẽporale euadat. At videtur id licere, ſi quidẽ apparet licitũ eſſe ex malis neceſſario obuenturis inter proximos vt maius malũ caueatur magis optare: ad quod
D conſequitur alterius nocumẽti, dum eſt minus optatio. Sed in contrarium eſt, quia quod non licet facere, non licet optare: ſed non licet mihi, Petro inferre minus dãnum, quo Pauli euitetur damnũ, quando eſt maius: ergo neq; licet optare. Reſpondetur autem primo, quòd multoties nullũ neceſſarium remediũ eſt iactura minoris dãni, quã patitur Petrus ad euitandũ maius diſpendiũ bonorum, ꝙ patitur Paulus: quo circa tunc tale deſideriũ licitũ non erit. Secundo dicitur, ꝙ in caſu, in quo neceſſarium remediũ eſſet perpeſsio minoris dãni Petri ad propulſandũ maius nocumentum Pauli, neq; in hoc caſu id liceret optare, niſi illę circũſtantię concurrerẽt,

in quibus ordo charitatis, qui cadit ſub præcepto Petrum obligaret ad ſubeundum illud diſpendium temporale minus, quo maius nocumentum Pauli vitaret: quod regulandum eſt per regulas charitatis.

¶ Tertio dicitur cum Victoria, quòd licet optare mortem vni propter maiorem vtilitatẽ ipſius, vel aliorum, quando non ſuppetit aliud medium ad vitandũ maius malum. Nam vitaſſe maius malum, maiorem vtilitatem eſſe intelligimus in hac parte. Licent autem hæc omnia deſideria, quatenus procedunt ex charitate, & fiant cum moderamine: quod etiam ſolet interuenire in defenſione inculpatæ tutelæ. Et loquimur hic etiam excluſo illo caſu, quo Petrus culpabilem dediſſet cauſam ad cauſandum maius damnum Pauli. Vt verbi gratia in caſu, quo Petrus eſſet plebeius & Paulus vir magnus & dux ſtrenuus valde neceſſarius reipublicæ, & ambo eſſent conſtituti in extrema neceſsitate famis, tunc Paulus à Petro non poſſet niſi mãdante id principe ſurripere panem, quem habet pro ſua vita ſeruanda neceſſarium vt tradit Bañes: tamen liceret vnicuique reipublicæ ad euitandum maius damnum reipublicæ, ideſt, mortem Pauli velle & optare magis minus malum Petri, ideſt, mortem eius de per accidens, quatenus de per accidens, ſequitur ex pane ſibi ſublato mandato regis, quo ſubueniretur Paulo extremè periclitanti, etiam ſi Petrus huius periculi cauſam non præſtitiſſet culpabilem.

¶ Porrò, quia non ità claret, an maledicere ſibi optando ſibi mortem, & mala pænalia poſſit fieri citra peccatum mortale præſertim, ideo & de hoc hic, an liceat, quæritur. Nam pro parte affirmatiua inſtant exempla ſanctorum tædium vitæ propter ærũnas eius pręſentes ſe habere indicantium. Nam & D. Paulus. 2. ad Corint. 1. teſtificatur dicens. Nolumus nos ignorare fratres de tribulatione noſtra, quæ facta eſt in Aſia; quoniam ſupra modum grauati ſumus ſupra virtutem, ita vt tæderet nos viuere. Sed beatus Iob cap. 3. aperiens os ſuum maledixit diei ſuæ. Pij etiam homines ſecundum D. Bernardum habent vitam in patientia, & mortem in deſiderio: ergo licitũ eſt deſiderare ſibi mortem, & mala poenæ. Reſpõdetur ergo, quòd qui exoptat ſibi mortem ad imitationem D. Pauli cupientis diſſolui, & eſſe cum Chriſto, vt ad felicitatis portum detur ei cito peruenire iuxta illud prophetę: Heu mihi, quia incolatus meꝰ prolongatus eſt, tantum abeſt, vt in hoc peccet, vt magnæ perfectionis, & ſanctitatis ſpecimẽ prębeat. Verum ex deſperatione ſola quadam & impatientia contra ordinationem Dei mittentis infortunia, ſi quis ſibi mala, & mortem imprecetur, grauiſsima culpa non caret. Nam ſancti non hac ratione ſibi mortem optabant, ſed vt in tuto portu iam conſtituti cum Chriſto in pace dimitterentur æterna, & pericula culparum in hac vita illos circunſtantia euaderent. Sed ſi D. Paul. ob tribulationes, quas paſſus eſt in Aſia tædium vitæ habuiſſe ſe dicit ſecundũ inferiorem rationem, aut ſecundum apperitum qui ſecundum D. Thomam mala pænæ ſecundum ſe tantum conſiderata reſpicit, accipiendũ eſt non ſecundum rationem ſuperiorem, qua cupiebat diſſolui & eſſe cum Chriſto. Sic ſancti in patientia habebant vitam, & mortem in deſiderio. Quod ſi Iob diei ſuæ maledixit ſecundũ doctorum gloſſam, non diei ſuæ ſecundum ſe conſideratę, ſed ratione culpæ originalis, in qua natus eſt malũ imprecatus eſt. Adde vero, quòd ſicut autore D. Thom. 2. 2. q. 122. art. 6. in ſolutione ad, 4. honorem exhibentibus ſuis parentibus longæua vita promittitur in præmium, licet aliquando propter iudicia Dei occulta in ordine ad bonum ſuum ſpirituale Deo aliquid eis melius prouidente, hæc longitudo vitæ denegatur: ita vt tradit Victoria maledictiones parentum in ſibi rebelles filios, licet ex ſe nihil operentur, tamen in aliquibus particularibus caſibus voluntatem diuinã excitant ad inferendum ſupplicium. Quo circa, vt Metina in ſua inſtructi. folio. 187. docet, licet hoc maledicendi vitium, quia intrinſece includit aliquod malum, de ſe peccatum mortale ſit: tamen frequẽtius in indiuiduo accidit, vt ſit veniale, quia ordinariê abeſt aduertentia, aut intentio malum vere imprecandi. Tamen ſi conſuetudo maledicendi adeo inualuit, vt pater & mater furore eos arripiente mala filij, vel filiabus maledicendo imprecantur, ſicut vſu euenire ſolet in quibuſdam mulierculis inter maledicendum filijs proſternentibus ſe ipſas in terram, & præ rabie mordicantibus terram, aliaque ſigna furoris, & inſaniæ tunc oſtendentibus, proculdubio peccare mortale videntur. Nam etſi eis videatur abeſſe animus malideſiderij, ſed ſibi in hoc fidere nõ debẽt: quia ex tali furore aliqualiter proteſtãtur ſe illud habere. Vnde cõſulẽte ſic Metina his iniungenda eſt grauis pænitentia; monendi ſuntque poenitentes, ne ab eis aſſumatur diabolus in ore, niſi ad eius deteſtationem.

¶ Denique ſecundum Victoriam, dum pænitentes peccata maledicentiæ confitentur, dũ maledixerunt ex animo, oportet ea mala, quæ imprecati ſunt in confeſsione exprimere. Nã maledicendo alicui optaſſe mortem eius, alterius ſpeciei eſt malitia, quam ſi ei maledicendo eius optaſſent infamiam aut ignominiam: & ſic de alijs.





# CAP. CCLXXVI.

*De veritate, & mendacio, & de eius multiplici diuiſione: Et an mendacium aliquando culpa careat: Et an ſit culpa mortalis, vel quando talis culpa ſit: Et de promiſsionibus ſeruandis vel non ſeruandis: Et de iuratis, & quid ſi defuit animus ſe obligandi, de mendacijs commiſsis in iudicio: Et an omne mendacium commiſſum in iudicio ſit mortale: An mendax ſit debitor, qui negat debitum, cũ à ſe plus quam debet in iudicio petitur: Et an incarceratus iuſtè, vel iniuſtè promittens redire ad carcerem ſub iuramento teneatur cum periculo vitæ redire ad illum.*

DE vitijs linguę præſentem materiam proſequentes, poſt quam de maledictione aliquid diximus de reliquis linguæ vitijs ſupereſt vt dicamus. Et primò de mendacio dicturi, quia opponitur veritati, attendendum eſt ſecundum D. Thomam. 2. 2. q. 1009. ar. 1. & ſequentibus, quod veritas, prout hic ſumitur, eſt virtus quædam ſpecialis, nam in ea ſpecialis laus & bonitas continetur; ſiquidem per huius virtutis habitum, qui eo eſt præditus teſtatur verum rebus & factis. Diſtinguitur autẽ huius veritatis virtus à veritate vitæ, quæ attenditur, ſecundum regulas rationis. Quia veritas vitæ eſt illa, ſecundum quam aliquid eſt verum & nõ eſt veritas, ſecundum quam aliquis dicit verum. Sed ad hanc veritatis virtutem pertinet ſimplicitas, quatenus opponitur duplicitati, qua, ſcilicet, aliud habet in corde, & aliud exterius oſtendit. Nam veritatis virtus eſt, quæ duplicitatem tollens rectam facit intentionem. Non quidem directe: quia hoc efficere munus eſt omnium virtutum: ſed excludendo duplicitatem, qua homo vnum prætendit, & aliud intendit.

¶ Si autem lector ſcire cupit, veritas hæc an alicuius virtutis cardinalis ſit pars, partem iuſtitiæ eſſe docet D. Thomas loco citato, quatenus virtus eſt, qua quis ſermone & vita talẽ ſe oſtendit, qualis eſt. Eſt autem pars iuſtitię nõ ſubiectiua, ita, quòd ſit ſpecies propriæ iuſtitię: ſed eſt pars eius ſecundaria, quippe quæ eſt ad alterum, & importat æquale, ſicut & ipſa propria iuſtitia. Deficit tamen à ratione propriæ, iuſtitiæ, eo quòd veritas hæc magis attendit debitum morale, quam legale, ideſt, determinatum per leges. ¶ Cæterum etſi D. Hieronymus triplicem veritatem diſtinxerit, ſcilicet veritatem vitæ, qua ſecundum regulam rationis, & legis diuinæ vitam regulat, & veritatem iuſtitiæ, qua quis in iudicijs recte ſe gerit ad alterum, vel qua ibi verum teſtimonium reddit, & in veritatem doctrinæ, quæ conſiſtit in manifeſtatione verborum vera, de quibus eſt ſcientia, nulla tamen harum veritatum, vt explicat D. Thom. 2. 2. q. 109. art. 3. ad tertium, pertinet, ſaltem directè ad hanc ſpecialem veritatis virtutem, qua aliquis vita, & ſermone ſe talem oſtendit, qualis in ſe ipſo eſt. Qua ratione veritas doctrinæ poteſt ad hanc virtutem pertinere aliquomodo, vt explicat D. Thomas, ideſt, quatenus moralia, quæ ſunt à nobis cognita circa nos ſunt, & ad nos pertinent. ¶ Inſuper veritas hæc, de qua nunc loquimur teſte Ariſtotele Ethicor. 9 magis declinat ad minus, quam ad maius, non quidem negando veritatem, ſed excellentię veritatem occultando, qua in literis, vel in virtutibus aliquis præeminet. Nam iſti hac veritatis virtute præditi ſic declinantes ad minus magis gratos ſe exhibent & placidos ſe conformantes alijs, ſe autem laudantes magis ſunt oneroſi: quippe qui in hoc ſolent grauare alios.

¶ Nunc vero, quia oppoſita iuxta ſe poſita magis illuceſcunt, habita hactenus mentione de veritatis virtute, nunc de oppoſito eius vitio, ideſt, de mendacio ſupereſt agendum, à diffinitione eius incipientes dicimus, mendacium formaliter acceptum ſignum eſſe cum intentione falſum dicendi coniunctum. Quod ſi diuiſionem eius quis noſſe deſiderat, eam ſibi tradit philoſophꝰ in. 4. Ethicor. Nã aliter & aliter ſub diuerſa ratione acceptum diuiditur. Etenim ſecundum propriam rationem mendacij acceptum in iactantiam, quæ excedit verum in dicendo, & in ironiam, quæ deficit ab explicatione veritatis in minus diuiditur. Si autem ſecundum rationem culpæ, ideſt, quatenus, culpa eſt, conſideretur, ſic ſubſecatur, in mendacium iocoſum, quod delectationis cauſa dicitur, & in officioſum, quod alicuius vtilitatis gratia profertur, & in mendacium parniciofum; quod cauſa nocendi aſſeritur.

¶ Preterea de mendacio, an aliquando culpa carere poſsit ſolitum eſt quæri. Reſpondetur ergo, quòd vt teſtatur D. Auguſtinus in libro cõtra mendacium, ſemper ex genere ſuo mendacium eſt malum. Quod & docuerat antea Ariſtoteles. 4. Ethicor. atteſtans, quòd mendacium eſt per ſe prauum, atque fugiendum. Nam etſi ſancti aliqui ſacra pagina eorum aliqua dicta narrante prima facie videntur aliquid mendaciter affirmaſſe, eatenus à mendacio cenſendi ſunt liberi, quatenus ſecundum D. Auguſt. quæ ſic dixe-

dixerunt myſticè interpretanda ſunt in ordine ad aliquod ſpirituale quod ſignificare propoſuerunt, vt exemplificatur in Iacob dicente patri ſuo: Ego ſum primogenitus tuus, ſcilicet, ſecundum prætentum à Deo myſterium. In Iudith autem autore D. Thoma. 2.2. q. 110. art. 3. ſola indoles, & bonus zelus patriæ laudatur. Neque enim neceſſe eſt, vt in omnibus, quæ corã Holopherne dixerit, vt veridica defendenda ſit. Quamuis dici quoque poſsit verba eius accepta ſecũdum aliquem myſticũ ſenſum, vera fuiſſe.

¶ Cæterum & qui illicita promiſit, vel qui illicita non promiſit, ſed licita non ſemper tanquam mendax, aut fœdifragus habendus eſt, ſi poſtea promiſſa non adimpleuerit. Poſſunt enim negotiorum & perſonarum conditiones mutari; quibus mutatis non tenebitur promiſſa implere.

¶ Ad hæc noſſe neceſſe eſt, an mendacium ſit mortale peccatum, & quando. Reſpondetur cùm S. Thoma. quæſt. prædicta artic. 4. quod tunc mendacium contingit eſſe mortale, quando charitati contrariatur, quãdo eſt contra res diuinas, vel contra ſalutem animæ quis mentitur in his, quæ ſpectant ad ſcientiam & virtutem, vel quando finis aſſerentis mendaciũ mortalis eſt, vel quando ex mendacio notabile dãnum, vel graue ſcandalum ſequitur. Cæterum: obſtetrices Hebræarum, licet mentitæ fuerint Pharaoni Exodi. cap. 1. in eis laudatur timor, & reuerentia Domini in ſeruandis pueris. Ideoq; ſecundum D. Hieronymũ ædificauit illis Dominus domus ſpirituales pro ea Domini reuerentia & timore. Secundum autem D. Gregorium pro tali facto receperunt mercedem temporalem à Domino, quamuis mẽdacium illud officioſum illam mereri non potuit.

¶ Circa prædicta autem, quæ D. Thomas tradit, nota quod ſolus Martinus de Magiſtris mẽtiri ad euadenda tormẽta, licere cõtra D. Tho. & D. Auguſtin. & Ariſto. tenuit. Cui communis ſẽtẽtia refragatur, & merito. Nam ſi ſemel liceret mentiri, quia tolleretur iam fides, ſocietas humana nullatenus poſſet conſeruari: nam tunc concedendũ eſſet, quod in tali caſu liceret peierare, quod abſurdum eſt dictu, ſicut ergo, quia ad conſeruationem ſacramenti pœnitentiæ neceſſaria eſt eius ſigilli cuſtodia, ideò in nullo caſu licet confeſsionis veræ ſigillum violare; ſic quia ad conuictum humanum requiritur ſyncera fides, quæ ſine veritate inter homines non poteſt conſtare, ideo in nullo caſu licet mentiri, ne diſſoluatur fides humana, & Societas mortalium, quæ in illa fundamentũ habet.

¶ Hinc autem prouenit, quod in generali ignorantia inuincibilis, qua contingat ignorari mẽ-
A dacium eſſe malũ non datur, ſicut neq; adeptũ plenum vſum rationis circa præcepta Decalogi ignorantia inuincibili excuſante omnino laborare poſſe admittimus. Signanter autem diximus, in generali. Nam in caſu particulari nihil mirum, ſi talis ignorantia, quod mendaciũ ſit malum in aliquo locum habet. Nam puellæ ſimplici vir alias autoritate, & doctrina egregia pollẽs facile forte perſuadere poterit, quod pro ſaluanda vita ſua, vel alterius dum acciderit caſus, mentiri liceat.

¶ Præterea de promiſsione loquens. S. Tho. fidelitatem non violari nos docuit, quando mutatis conditionibus negociorum, & perſonarũ
B ratio dictaret, non eſſe implendam. Circa verò eius ſententiam dubium incidit, an omnis euẽtus, qui ante emiſſam promiſsionem mihi impedimentum præſtaret, ad promittendũ, ſi poſt eueniat me liberet ab obligatione adimplendi. Videtur autem, quòd talis euentus accidere non poteſt: quia ſi is euentus ab obligatione promiſsionis emiſſæ excuſaret, iam frequenter vſu eueniret, vt qui emiſerunt vota, etiam ſimplicia caſtitatis, vel religionis, diſpenſatione eorum nequaquã indigerent: quia ſæpe eueniũt caſus poſt vota hæc emiſſa, qui ſi ante eueniſſent, à talibus votis emittendis eos remorarentur omnino. Sed in contrarium eſt ratio Victo
C riæ, quod promiſsio iſta cũ ſit ſpontanea oportet, vt ſit voluntaria: ſed iam facta mutatione non eſt ſimpliciter voluntaria: ergo neq; talis eſt, quę ad ſuã impletionẽ promiſſorẽ coarctet.

¶ Nihilominus cum Victoria, cui ſuffragatur Caietanus, dicimus, ad quæſtionem, quod ſuſtineri poteſt in ſimplicibus promiſsionibus factis hominibus, vt omnis euentus, qui antefuiſſet ſufficiens ad me auertendum à promittẽdo ſatis ſit ſi poſt eueniat ad diſſoluendam obligationem, qua alias ſtare promiſsioni tenebar. Vt verbi gratia, ſi promiſi alicui frequentanti ſcholas, centum aureos in expenſas ſtudij ſi ille poſt luſibus ſe dedat inſeruiatq; vitijs, iam ex hoc euentu ab obligatione promiſsi liberor.
D Neque ex ſententia Caietani cum tales mutationum negotiorum, & perſonarum euenerint cauſæ, non oportet tam exacte diſcutere, an ad deobligandum ab ea promiſsione ſint idoneę, ſicut cum in tali promiſſo intermixtum fuit iuramentum. Nam tunc ratione iuramenti tenetur promiſſa præſtare, aut extantibus his cauſis relaxationem iuramenti quærere. Hæc autem Sententia Caiet. & Victorię videtur eſſe de mẽte D. Thomæ. Nam innititur eius verbis, & ratio Victoriæ eam comprobat: quia cum promiſsio debeat eſſe ſpontanea, & voluntaria, iam tunc mutatis rebus, merito definit voluntaria. eſſe.



eſſe. Quapropter promiſsio ſponſalitia non obligat virum, qui poſt nouit ſponſam eſſe veneficam, aut non eſſe virginem, ſicut antea putauerat eſſet, & huiuſmodi. Cuius ratio quoque eſſe poteſt; quia ſi hoc ſciuiſſet, nequaquam promiſiſſet; ſi enim promiſit implicite videtur cũ hac conditione promiſiſſe ſi eſſet virgo. Sicut qui vouit ire ad ſanctum Iacobum credens nõ diſtare, niſi per. 40. milliaria, ſi per mille milliaria diſtat: quod ſi ſciuiſſet nullo modo vouiſſet, tale votũ, non videtur tenere: quia ignorantia in emittendo illud contigit circa multum, & potiſsimum exceſſum: ſic & in hoc ſimili caſu. At quamuis de votis factis Deo longe alia ſit ratio, vt in ſolutione ad obiectionem in contra poſitam ſumus dicturi: tamen noſtra hæc ſententia intellecta de alijs promiſsionibus adiuncta rationabili cauſa, quæ poſſet auocare à pollicẽdo in principio reuocabit obligationem promiſsionis factę, ſi poſt eueniat talis cauſa. Nam pro ea facit ius. l. ſi vnquã. C. de reuoc. donati. vbi donatio facta ab non habente filios, ſi filij poſt ei naſcantur reuocatur: quia euenit cauſa rationabilis reuocandi, quæ ſi à principio affuiſſet donationem nõ feciſſet. Accedit Nauarrus nobis in ſum. cap. 18. nu. 7. Vbi ait quod noſtra ſententia non eſt intelligenda de qualibet mutatione, ſed de illa, quam ſi promittens recogitaſſet, non promiſiſſet. Cui fides adhibẽda eſt in foro conſcientiæ iuxta gloſſ. ſing. ca. ſignificaſti. 1. de homici. & etiam in foro exteriori, dũ circunſtantiæ perſuadent quòd non promiſiſſet, ſi illud præcogitaſſet.

¶ Ad obiectionem, in contra dicimus, quod ſicut Caietanus, & Victoria ab hac ſua ſententia excipiunt iuramenta: ſic ego ab eadem excipio vota: quia tempore, quo emiſſa fuerunt ſimpliciter voluntaria fuerũt, & accepta à Deo. Vnde ſi caſus poſt euenerit, qui ſi adeſſet à principio arceret ab vouendo, non obſtat quin à vicario Chriſti eius vices gerenti ſit diſpenſatio petenda, qui examinet cauſam, ne iudex fiat vouẽs in cauſa, quæ iam eſt Dei, & acceptauit iam votum. Et hoc eſt tutius, & vſu receptũ imo oppoſitum eſſet periculoſum. Nam mille paſsim fingerentur cauſæ frangendi vota pro animi cuiuſlibet ſententia.

¶ Adde inſuper circa id, quod S. Thomas docuit, quod mendacium inter docendũ in doctrina immixtum contingit eſſe mortale, quod hoc aſſertum D. Thomæ interpretatur Caietanus, ſcilicet, quod ſic vſu euenit quãdo Doctor ex intentione, aut ex magna negligentia facit quod rurſus in ſuis ſcholijs ſuper. 2. 2. Victor. ſic gloſſauit, quod intelligendum ſit eſſe mortale tale mendacium falſæ doctrinæ dum eſt no-
A tabile. Nam ſi ſit vna propoſitio, inquit Victoria, nõ erit quid mortale. Quod iterũ dictũ, vel gloſſam Victoriæ limito eſſe verũ, niſi talis vna propoſitio non ſit pernicioſa ſaluti animæ, vel notabiliter ſcandaloſa. Nam ſi huiuſmodi eſſet eius aſſertor, & doctor culpa mortali non careret. Deinde ſecũdo Caietanus ſuperaddit, quod concionator, qui miracula falſa ex intentione, aut ex conſuetudine prædicat mortaliter peccat, ſiquidem quantum in ſe eſt, vitas ſanctorũ parũ veriſimiles & incredibiles facit. Et tamẽ maxime indigemus miraculis & vitis ſanctorum, quibus ædificemur, atq; vt eorũ exemplis prouocemur. Quocirca excommunicatione
B cum abſolutione papę reſeruata excommunicãtur omnes illi, qui in ſuis prędicationibus ad populum miracula falſa, aut incerta, vel prophetias, quæ ex ſacra ſcriptura nõ conſtant prędicare auſi fuerint. Et licet Caiet. verbo. excommunicatio, hanc excõmunicationem inter ambiguas computet, non tamen ob hanc cauſam contemnenda eſt: nam in dubio ſententia paſtoris iuſta, vel iniuſta timenda eſt.

¶ Præterea quoniam de mendacio agimus quod etiam interuenire ſolet, vt cæpimus dicere in defectu adimplendi promiſſa, aduertendum eſt, quòd non cenſendus eſt mendax, aut infidelis quis circa adimpletionem promiſſi,
C quando cauſa principalis deeſt, ex qua ad promittendum motus fuit, quando caruit animo ſe obligandi, niſi ea cauſa interueniente. ¶ At quamuis in foro exteriori cauſæ expreſsio requiratur ſecundum Collect. & Panormit. in ca. 1. de donat. & in cap. ſi cautio. de fid. inſtrum. quia in hoc foro abſque expreſsione cauſæ animus ſe obligandi non præſumitur, vt Sylu. verbo. pactum. q. 4. indicat: ſed in foro. conſciẽtiæ non eſt neceſſaria, ſiquidem in hoc foro ſtãdum eſt ſoli veritati iuxta ca. humanę aures. 22. q. 5. & cap. tua. de ſponſalibus. Atq; ideò in foro cõſcientiæ ſi affuit animus ſe obligandi promiſsio facta ſine expreſsione cauſæ obligandi
D robur habet. Accedit inſuper ad prædicta, quod mẽdax & parum fidelis eſt, qui abſolutè aliquid promiſit alteri ſine reſpectu rei ab altero promiſſę, ſi id nõ implet, etiã ſi alter nõ præſtet promiſſum, quod ſine reſpectu ad hoc promiſſum iſtius antea, vel poſt fuerat pollicitus. Nõ enim liberãtur hi à promiſsionibus inter ſe, & ſibi factis, quãdo ſine reſpectu vnius ad alterã, & è contra eas ſibi fecerunt: quia vna nõ eſt facta propter alteram iuxta notata ca. peruenit. de iureiur. & l. cum proponas. 2. C. de pactis. Secus autẽ eſt, ſi altera pars non impleat id, cuius cauſa promiſsio facta eſt, iuxta prædicta ſupra.

¶ Porrò nobis de mẽdaciorum, & fallaciarũ diſpu-

diſputantibus materia hìc occurrit, quantis fallacijs, & mendacijs iudicia exteriora, & contentioſa ſcatere ſolent, ideo non præter propoſitũ nobis viſum fuit, & hic adnectere ea mendacia, quibus litigantes ſolent vti. Igitur circa hanc materiam illud pro comperto habendum eſt primo, non licitum eſt litigantibus mendacio, vel falſitate vti ad propellendum aduerſarij dolum, neque enim mendacium retundere licet alio mendacio, ſicut neque maleficium maleficio tollere: bene tamen iuxta doctrinã D. Tho. 2.2.q.40.art.3. licet inſidijs & artificioſis modis vti ad excludẽdas technas aduerſariorum, quas obmoliuntur in iudicio, licet inde decipiatur aduerſarius: quia iſtę inſidiæ, aut artificioſi modi, quibus quis vtitur non facto, vel verbo fallendo, ſed ſuos conceptus facta & ſtudia hoſtibus vel aduerſarijs occultando, ſicut fit in bello non ſunt propriè fraudes, neque iuſtitiæ repugnant. Vnde citra mendacium contingit hoc fieri. ℭ Secundo, quia ad mendacium proferendum videtur vrgeri reus, qui iniuſtè & citra ordinem iuris à iudice interrogatur, dicendum eſt huiuſmodi reum mendacium poſſe tunc effugére ambiguis verbis & æquiuocis reſpondendo iudici, licet inde iudex maneat eluſus, dummodo mendacium non intermiſceat. Ita Diuus Thomas. 2.2. quæſt. 69. art. 1. & Caietanus. q. 89. art. & Adrian. de confeſſ. dubio. 10. & quol. 11. lit. CC. & Sotus de ſecreto. deteg. membro 3. quæſt. 3. quæſt. 5. vnde his æquiuocationibus vti reus monendus eſt.

ℭ Ex hoc ſecundo dicto Couarruuias in libro. 1. Variarum reſol. cap. 2. infert vnum corollarium iuriſtis accommodum, & gratum, ſcilicet, quòd excuſatur in iudicio à mendacio ille qui in propriam defenſionem priuilegium & præſcriptionem ſimul allegat, aut emptionem, & donationem, quæ potuerunt concurrere in eadem re allegat: quia in hoc ſenſu id allegat, vt ſi ſuccumbat ex vno admittatur ex alio, ſicut etiam excipiens in iudicio non per ſuam exceptionem intentionem actoris videtur confiteri, etiam ſi ſimpliciter & non tantum conditionaliter excipiat cap. exceptionem. de regul. in 6. & cap. cum venerabilis. de exceptio. Poteſt enim ſine nota mendacij pluribus & diuerſis titulis ſe aliquis in iudicio defendere, dummodo non ſint directè cõtrarij. Nam ſi cõtrarij eſſent, mendacij tunc argueretur. Vnde hac eadem ratione, neque contrariæ exceptiones ſunt admittendæ, neque contraria allegans eſt audiendus cap. imputari. de fide. inſtrum. licet poſſit allegare ſine nota mendacij diuerſa.

ℭ Ex prædicto ſecundo dicto ſequitur aliud ſecundum corollarium, ſcilicet, quòd ſi abſit iu-

A ramentum licet mendacium neque in iudicio, ſicut nec alibi excuſatur à culpa, tamen ſolum peccatum veniale erit, ſi gratia tutandi ſuã cauſam iuſtam quis in iudicio mentiatur. Nam ſecundum Sotum in relecti. de ſecreto. membr. 2. quæſt. 7. concluſ. 2. & ſecundum Nauarrum in ſumm. capit. 18. numer. 3. & Martin. à Ledeſma Conimbricenſis Academiæ lectorem, contra Caietan. 2.2. quæſt. 69. art. 1. & quæſt. 110. art. 4. ad finem, mendacium in iudicio ſi ſit circa rem leuem veniale eſſe poteſt, nam & hic ſicut in cęteris præceptis leuitas materiæ poteſt à mortali excuſare, quod eſt de mente D. Thomæ. 1.2. q. 88. ar. 5. Quod autem in periurio aſſertorio B leuitas materiæ rei iuratæ (vt ſi falſo iuretur ſtipulam non eſſe in terra) non poſſit excuſare, id ideo eſt, quia non vacat iniuria graui Deum in teſtem falſi adducere etiã in re leui: ſicut etiam iuramentum promiſſorium ſemper ſi ei abſit animus adimplendi mortale eſt, quãuis poſtea tranſgreſsio eius in re leui venialis ſit ſecũdum Sotum, & Syluestrum iuramentum. 4. quæſt. 1. vbi ibi ſequitur Florentin.

ℭ Sequitur & tertium corollarium pro dominis iuriſtis, quibus etiam inſeruire hic cupimus, ſcilicet, in caſu, quo quis iam ſoluit cẽtum, quæ mutuo acceperat, & rurſus ab eo exigitur, vt ea centum mutuo accepta ſoluat, poteſt ſine C nota mendacij negare petitionem ea, ſcilicet, forma, qua ſibi proponitur, nẽpe, quod ſoluat centum ſibi mutuata & debita. Nam profecto citra mendacium inficiari poterit petitum pro vt in ea petitione eſt propoſitum, ſcilicet, quod acceperit in mutuum centum, quæ actori debentur. Idemque eſt in caſu, in quo in poſitione poſita ab actore ſic continetur. Poteſt, inquam, negare poſitionem, ſine mendacio ſub ea forma, qua eſt poſita, ſcilicet, quòd ea centum mutuo acceperit & debeat. Sed quid, ſi in poſitione illa diſtincte tantum ponatur, quòd receperit centum mutuo, an poſſit hãc poſitionem D tergiuerſari abſque mendacio, negando illa centum mutuo accepiſſe: nam difficile videtur hãc negationem excuſare à mẽdacio. Nihilominus tamen reſpõdetur cum Couarruuia loco ſupra citato, quod quia tunc iniuſte ille mutuatarius trahitur ad iudicium, integrum ſibi eſt, vt ſic vſus verbis æquiuocis, nõ reſpondẽdo ad mentem actoris, eum illudat. Nam negando ea centum ſe mutuo recepiſſe, in aliquo ſenſu verum dicit: vel, quia illa mutuatio iam eſt ſolutione reciſa, eiuſque obligatio ſoluta, vnde perinde iam eſt, ac ſi non fuerit: vel, quia non dicitur mutuum accepiſſe, qui illud iã reddidit: & quia poſitio accipitur in hoc ſenſu, quòd mutuatarius acceperit cẽtum non reddita: in quo ſenſu

eſt falſa



eſt falſa; quocirca merito negari poteſt.

ℭ Cæterum maiorem difficultatẽ implicat hæc quæſtio, vtrum ſi id, quod petitur in iudicio eſt falſum ratione quantitatis, vt ſi petantur centum à Petro, cum non debeat, niſi quinquaginta, an poſſit citra mendacium, & abſque periurio Petrus totam petitionẽ negare. Et videtur certe pars affirmatiua perſuaderi ſic: quia petitio exhibita in iudicio, quę eſt falſa ratione qualitatis, poteſt negari, vt ſi petatur à Petro, an occiderit Paulum in eccleſia, poteſt id negare, ſi occiderit Paulum occulte extra eccleſiam: quia etſi verum eſt, quòd occidit eum, non tamen in eccleſia: ergo pari ratione petitio falſa ratione quantitatis propoſita in iudicio negari poterit abſolute.

ℭ Sed in contrarium eſt ratio Panor. cap. 1. de plus peti, dicentis, quòd nõ licet negare prędictam petitionem: quia qui petit totum, petit & partem: ergo non poteſt Petro in totum negari. Ad hanc quæſtionem poſt longam aſſumptam diſputationem reſpondet Couarruuias per ſequentia dicta. Primum igitur dictum ſit, ſi debitor quinquaginta aureorum tãtum, quia ſibi proponitur poſitio, cui reſpondeat, quę cõtinet ipſum debere centum eam negat, vt ſic, neque mendacium committit, neque periurium; quia verum eſt eius reſponſum ad interrogationem explicitã, ſcilicet, de centum, licet non ad implicitã de quinquaginta. Tum, quia autore Ariſtotele numerus centum, ſicut & alius quilibet numerus perficitur ab vltima vnitate à qua ſumit ſpeciẽ, & non à parte. Vnde conſequitur, quòd debere quinquaginta non eſt debere centũ. Tum, quia ſi ſic reſpõderet affirmatiuè ad poſitionẽ dicens ſe debere centũ mentiretur quidẽ: ergo negando eã verũ affirmat, dicendo illa centum ſe non debere. Secus autem eſſet, ſi in hoc caſu reus ſe nihil debere diceret, quia tũc mẽdax & periurus eſſet. Dicitur deinde ſecundò, quod ſi talis reus interrogatus fuerit explicite, non tantum de centum, ſed de minori quantitate incluſa in maiori, ſi negauerit poſitionem mẽdax erit atq; periurus: quia iam ad explicitam poſitionem ſine ambagibus reſpondere tenebatur. Quo circa aduocati ſic caute formare ſoliti ſunt poſitionem, ne vlla eam inficiandi ſuperſit tergiuerſatio. ℭ Tertio dicitur, ꝙ reus interrogatus, an debeat centũ, nequiter reſpõdet, ſi ſolũ neget ſe debere centũ, niſi reſpõderit ad minorẽ ſũmã implicitã in maiori confitẽdo ſe debere quinquaginta. Nã licet propter rationes in primo dicto poſſit excuſari à periurio, & à mẽdacio, ſed non ab iniuſtitia. Nã reſpectu illius quinquaginta quæ debet, ea negãdo conſtituitur in mora, & onerat actorẽ in

A expẽſis probãdi. Ita Panormitanus, & Couar. in locis ſupra citatis. Quibus fauet ratio, quòd in re iſta tã controuerſa maior ſumma implicite taliter minorẽ continet, vt iuxta conſenſum pronunciãtis, vel iuxta ſubiectæ materiæ indigentiã oportet non vti æquiuocationibus, ſed ad mentẽ creditoris, de cuius mẽte eſt vt reſpõdeat, an debet cẽtum, aut aliquid minus incluſum in illis centũ oportet ſincere reſpondere. Quarto dicitur, quod ſi petitur aliquid, quod eſt verũ ſub conditione, ſi abſolute, & ſine conditione petatur citra periculũ mendacij, & periurij poteſt negari abſolutè: imò debet negari ſimpliciter. Ita Panormitanus cap. 1. de poſtula B tione prælat. Vt, verbi gratia, ſiquis interfecit hominem defendendo ſe non debet confiteri ſe interfeciſſe hominem, quia alias forte probare non poſſet hoc feciſſe pro ſua defenſione, & cũ moderamine inculpatæ tutelæ; & ſic patet ad obiectionem in contra.

ℭ Iam quia hic de mendacijs & fallacijs agimus, non erit ab re, & huc eam aduocare quæſtionem, an citra mendacium & periurium iniuſte coniectus in carcerem cuſtodes carceris fallere poſſit, vt euadat non ſeruando iuramentũ illis factum de redeundo ad carcerem. At videtur quidem, quòd tale iuramentum violare, non ſit licitum. Nam neque pro ſaluanda vita C mentiendum eſt, ſed neque iuramentum etiam iniuſte exactum & ex metu emiſſum frangere fas eſt, quando abſque interitu ſalutis ęternæ ſeruari poteſt, iuxta cap. ſi vero. de iureiur. At videtur, quòd licitũ ſit huic redire ad carcerem, etiam cum periculo vitæ, ſicut licitum videtur damnato ad mortem remittere appellationem: ergo hoc iuramentum ſeruari poteſt abſque interitu æternæ ſalutis, ac per conſequens eſt ſeruandũ. Sed in contrariũ eſt, quòd quis tenetur tutari vitam cum iuſte poteſt ſicut iſte vt videtur iuſtè eam defendere poteſt non redeundo ad iniuſtum carcerem, maxime cum imminente periculo vitæ.

ℭ Sit igitur reſponſiua concluſio ad quęſtio D nem: Veriſsima eſt ſententia hæc, quòd ille incarceratus iniuſtè, qui ſic iurauit cuſtodibus carceris ſe rediturum ad carcerem, neque fœdifragus ſit, neque periurus cum periculo vitæ, non implendo iuramentum. Hæc eſt Couarruuiæ in libr. 1. vari. reſolut. cap. 2. & videtur eſſe D. Thomæ. 2.2. q. 69 artic. 4 ad. 2. argum. quam ideo libentius amplectimur, quia ei conſonare videtur, dum ibi ait quòd nullus itã condemnatur, quòd ipſe ſibi inferat mortẽ, ſed quod ipſe mortem patiatur: & ideo nõ tenetur facere id, vnde mors ſequatur, quod eſt manere in loco, vnde ducatur ad mortem. Ex quibus verbis colligitur

A ligitur D.Thō.huius eſſe ſentētiæ,quod homicida ſit ſui ipſius,qui ſe exponit periculo mortis præſentādo ſe carceri, dū ſcit ſibi falſo probādum crimen.Pro quo facit textus ſatis aptus cap.ſi non liceat.23.q.5.ibi gloſſa. Probatur autem concluſio,quia promiſſorium iuramētum non eſt ſeruandum,quando eſt contra ęternam ſalutem cap.vero.de iur.iur.ſed in caſu concluſionis obſeruatio iuramenti contingit eſſe contra æternam ſalutē,quia fit cum periculo vitæ, quam tunc ſub peccato mortali tenetur à periculo iniuſto indemnem ſeruare:ergo nō implicat periurium illud nō ſeruaſſe:Siquidem promiſſorium iuramētum executioni non mādare cum non caret peccato,non eſt mendacium.Si tamen hic poſſet ſine periculo ſui liberationem in carcere expectare,conſultius ei eſſet ibi manere,B ne per fugam præſumptioni delicti daret locum iuxta.l.admonendi.ff.de iure iur.& cap. nullus de præſumpt. Et per prædicta patet ad argum.antea poſitum.

¶ Porro quoniam lectori non faceremus ſatis,ſi hanc quoq; quęſtionē veluti affinē ſupradictæ non attexeremus,ideo quæritur, an iuſte detruſus in carcerē,ſi remiſſus fuerit cū iuramēto de redeundo ad carcerem, an fœdifragus ſit mendax,& periurus,ſi nō reuertatur ad carcerē in caſu,in quo ex reditu hoc inſtat ſibi periculū mortis.At videtur plane,quod reuera mendax & periurus non ſit,ſiquidē tunc in carcere licite manere non poteſt,ſi poſsit fugā inde arripere, C quod inſinuat D.Tho.2.2.q.69.ar.4.ad.2.dum ait, quod ſtādo talis in carcere facit, vnde mors ſequatur. Sicut etiā dānatus, vt fame pereat, ſi abſtineat à cibo,ſibi occulte miniſtrato homicida eſt ſui:quia non ſumere cibū eſſet ſeipſum occidere:quia facit vnde mors ſequatur:imo potius omittit id vnde vita eſſet conſeruanda. In contrariū eſt quia manere in carcere cum periculo mortis,nō videtur eſſe facere aliquid,vnde mors ſequatur,aut cooperari ad mortem: alioquin martyres manentes in carcere,cum ſuppetebat illis poſsibilitas fugiendi, ſicut pluribus D martyribus contigit, dicerentur cooperati fuiſſe ad ſuam iniuſtam mortem.

¶ Igitur pro expeditione quęſtionis ſtatuitur hæc reſponſiua cōcluſio:Iuſte captus & dimiſſus à carcere cum iuramento de redeundo ad illum fœdifragus eſt,& periurus,ſi huiuſmodi iuramentum violet,etiam ſi ex eius obſeruatione periculum mortis eū vrgeat.Hæc concluſio eſt ſum.Tabie.verb.iurare.§.10.& verb.accuſatio. §.10.& Panorm.cap.ſi vero de iur.iur.col.5. & Ioannis Andreę in addit.ad Specul.eod.tit.Eſt Couarru.lib.1.Variar.reſol,cap.2.eſt Caietani: quia poteſt iſte ſine interitu ſalutis ſeruare iura-

A mentum:ergo tenetur illud ſeruare.Sed notatu eſt opus,quòd forte in caſu huius concluſionis, propter ſummum ius, & inclinationē innatam conſeruandi vitam & accedente etiam alia rationabili cauſa, locus eſſet cōcedendus petendi diſpenſationem,ſeu relaxationem ab prædicto iuramento,qua obtenta periurus iam non cenſeretur eſſe,ſi ad carcerē imminente ſibi periculo mortis non rediret. Cæterum, vt quæſtione ſuperiori diximus,qui manifeſte per iniuſtitiā coniectus in carcerē eſt,non obſtante iuramento de reditu ad carcerē,cum periculo probabili mortis regredi non tenetur, contra Caieta.2.2. q.89.tenentem contrarium,cuius rationem ex cap.ſi vero de iur.iur. eneruauimus ſupra. Quocirca in hoc caſu relaxationem iuramēti neceſſariam neutiquam eſſe cēſemus,niſi forſitan ad B vitandum ſcandalum de præſumptione violati iuramenti, vel ad ſuperabundantiorem cautelam.Igitur hæc concluſio non tam difficilis eſt quàm eſt difficile reſpondere ad obiectiones in contra,quæ videntur inniti doctrinæ D.Thomæ. Supereſt ergo ad eas reſpondere,interpretando mentem D.Thomæ.

¶ Ad obiectionem ergo,quia in iſto principio D.Thomæ fundatur,ſcilicet quòd manens in carcere,qui reus eſt mortis,cum ſubeſt locus fugiendi facit, vnde mors ſua ſequatur, ſi inde non fugiat,reſpōdetur: primo ſecundū Sotum, quòd gloſſandus eſt D.Tho.quòd talis facit,nō quidē directè, vnde mors ſequatur, ſed ſolū ad C id cōcurrit indirecte,tanquā non remouēs cauſam,ſine qua nō,ſuæ mortis. At verò licet directe & poſitiue nō poſsit quis ad ſuā mortē operari, bene tamē aliquando cū ſubeſt iuſta cauſa patiendi, poteſt indirecte aliquid operari remotè.Sic etiā martyres licet tyrannicè detinerētur in carcere, quia ſuberat cauſa magna patiendi pro gloria Dei, & eius fide, etiam ſi è carceribus elabi poſſent,ibi ſpontanei pręſtolabantur mortem. Vnde non ſequitur ex doctrina Diui Thomæ bene intellecta, quòd iuſte detenti in D carcere ſi iurauerint redire ad carcerem, quòd cum periculo mortis redire non teneantur.

¶ Ad eandem obiectionem,quatenus in alio principio D.Thomæ fundatur, ſcilicet, quòd damnatus,vt fame pereat,ſi abſtinet à cibo ſibi oblato eſt ſeipſum occidere,reſpondetur,quod præter quàm,quôd ſolutio Soti,ſeu eius gloſſa, poſſet hic forte etiā adaptari,ſcilicet,quod tantum iſte ſe occidit indirecte,nō ſumēdo cibum, quod forte poſſet facere,quando ſic finiendi vitam ob ſua delicta cauſa iuſta ſubeſſet, tamen non parum mihi arridet ſolutio Couarruuię in hac parte. Statuit enim differentiā inter vtrūq; caſum poſitum à D.Thoma,ſcilicet, inter ma-

nere



A nere reum mortis in carcere, & inter damnatū morte famis abſtinere ab oblato ſibi cibo;quia licet ex vtroque ſequatur mors;tamen abſtinere à cibo eſt medium directe ordinatum ad cauſandam mortem;quemadmodum ſumptio cibi medium directe ordinatum de ſe eſt ad conſeruandam vitam. Nam ſicut ſumptio alimoniæ ad hunc ſolum finem tendit ſuſtentandi vitam,ſic abſtinere omnino à cibo ad hunc ſolum finem reſpicit,nempe, ad mortem. At verò reū manere in carcere,vnde ſecutura eſt mors,de ſe ſolum non ordinatur ad mortem : quia ad alias cauſas poteſt ordinari.Nam cauſa profitendi fidem martyres libenter manebant in carceribus B & in compedibus cum periculo mortis.Qua de cauſa diximus,quòd etſi iniuſtè captus,vbi nulla ſubeſt cauſa patiendi mortem,imminente ſibi tali periculo,ſi poteſt ſe expedire à tali periculo per fugam,fugam arripere tenetur:ſic qui iuſte eſt in carcerē intruſus pro crimine digno mortis non tenetur à carcere fugere.Neque D. Thomas ibi contrarium ſenſit:quia tantum inſinuarę voluit, quòd ſicut damnatus ad gladiū ſolum tenetur pati gladiū:ſic damnatus ad mortem famis,ſolum pati debet denegationem alimentorum ſi ſibi non adminiſtrentur.Sed non ęquiparat caſum non ſumendi cibum oblatum cū caſu non fugiendi à carcere,dum mors immi C net:quia prior caſus ad mortem de ſe tendit, nō ſic ſecundus:quod & voluit ibi Caietanus ſignificare licet ſubobſcurè ſicut ſolet. Hinc etiā patet reſponſio ad argumentū incōtra poſitū.

¶ Ex prædictis infert Couarruuias vnū corollarium,non eſſe culpæ mortali aſsignandū, ſi duces in bello cauſa victoriæ confligentur, vbi certior eſt mors,quā euaſio:quia neq; actus eorū neque intentio eorum tendit ad mortem, ſed ad victoriam commune bonum,vt patet in Eleazaro & in fæminis,quæ cauſa vitandi oppreſsionem tyranni, ſcilicet, ſtuprum periculo mortis ſe expoſuerunt.Quia actus hi de ſe non diſtinantur ad mortem iuxta elegantem textū D cap.ex parte in.2.de ſepulturis. Sed hoc ſit ſatis : nam in hoc corollario extra materiam de mendacio & fractione fidei ſaltauimus.

## CAP. CCLXXVII.

*De iudice ſententiam ferēte iuxta allegata & probata,an ſit pernicioſe mēdax: Et quid de executore huius ſententiæ:Et an fallacia nociua eſt cauſa eliciendæ veritatis iudicē promittere reo impunitatem.*

A NVnc ergo ad ſeriem materię de mēdacio redeūtes, quia mentiri iuxta diffinitionem,quid nominis mendacij eſt contra mentem ire, vnde animus fallendi ſecundum Nauar.in ſumma ca. 18.num.2.non eſt de eſſentia mendacij, ſed ad maiorem eius pertinet grauitatem ſecundum omnes,ideo hic quæritur, an mendoſa ſit, aut cum mendacio coniuncta ſententia iudicis,qui notum ſibi innocentem verum, ſecūdum tamē legitime allegata & probata nocentem ꝓbatū, condēnat,at videtur ſentētia ex mēdacio iudicis cōflata eſſe.Nam,ſi mentiri eſt contra mentem ire hic iudex contra mentem,ideſt,cōtra dicta- B men propriæ mentis,& conſcientię,videtur ire eam proferendo ſententiam.Sed in cōtrarium eſt,quôd hic iudex poſt ad hibitam omnem diligentiam ad liberandū innocentem,ſi amplius non poſsit de ſe præſtare proferendo illam ſententiam ſecundum opinionem magis communem excuſatur ab omni culpa:ergo excuſatur à mendacio.Non enim eſt aliquod mendacium quod culpa careat. Non fuit mihi cordi plura hic inculcare argumenta,quoniam non ex profeſſo(neque enim ad materiam pertinet) volui hic hanc perurgere quæſtionem:ſed ſolum quātum attinet ad liberandum iudicem ſic proferentem ſententiam à mendacio pernicioſo.

C ¶ Igitur pro deciſione quæſtionis hęc ſtatuitur concluſio:Iudex ſecundum allegata,& legitimè probata contra veritatem ſibi in particulati notam ſi profert ſententiam poſt adhibitam omnem diligentiam ad liberandum innocentē, neq; mendax neq; iniuſtus eſt. Hæc concluſio ſatis eſt,vt expreſſe ſit D.Tho.vt ab ea diſcedēdū nō ſit,præterquā,quòd eſt cōmunior.Hanc defendit expreſſe D.Tho 2.2.q.67.art.2.& ibi Cai.& Sylu.iudex.2.q.5.Maior Card. Turrec.

¶ Igitur pro diſcutienda quæſtione dicitur primo quòd iudex iuſte facit,neque contra mētem practicam agit,neque falſam profert ſentētiam,quādo iuxta allegata & legitimè probata D probatum nocentem,quem priuata ſciētia nouit innocentem,nihil aliud vltra facere potens, quia pro virili fecit,quod in ſe eſt,per ſententiā publicam damnat.Ita D. Tho. & Caiet. & alij ſupra citati doctores & Couarruuias lib.1. Varia.reſolut.cap.1. hæc autem opinio ſecundum Victoriam in ſuis ſcholijs eſt etiam omnium antiquorū,habetq; locū ſecundū ipſum,& Couar. tam in ciuilibus, quam in criminalibus cauſis contra Adrianum & Panormitanum, & alios ſic limitantes eā,quôd teneat ſolum in ciuilibus cauſis,non autem in criminalibus, & capitalibus.Quæ quidem limitatio eorum veriſimilis Victorię viſa eſt,& probabilis propter Adriani

rationem

rationem ſcilicet quia criminales cauſæ nimis
graues ſunt, ciuiles autem cauſæ non tanti penſi
ſunt, aut momenti, bonorum ſiquidem temporalium homines domini ſunt, ita, vt etiam
reſpublica, aut princeps eius vices gerens de
eis in ordine ad bonum commune per ſuas leges poſsit ordinare. At membrorum, & vitæ
ſubditorum princeps neque ipſi ſubditi; non
ità liberum dominium obtinent vt poſsint ad
ea amittenda tam facile obligare, vel obligari.
Sed neque veriſimile eſt; reſpublica hanc obligationem per ſuas leges velit inducere in cauſis capitalibus, vt, ſcilicet, innocens probatus nocens damnetur ad mortem. Cęterum hac media
B opinione Adriani & Panormit. non obſtante
(licet mediet inter opinionem S. Thomæ & inter alteram extremam quæ eſt ſummæ Angelicæ) abſolute eſt verior Diui Thomæ & antiquorum opinio. Tum, quia ſi etiam in criminalibus ſecundum allegata & probata non
eſſet à iudicibus proferenda ſententia, ſed iuxta eorum priuatas cognitiones, proculdubiò
totus ordo iuris periret, & ſi hoc liberum eſſet
eis, quis enarrare poſſet tyrannica iudicia & iniuſta, quæ ſæpe reſpublica & eius ciues patefentur à iudicibus pecunia corruptis, vel ex affectu, vel paſsione, vel familiaritate in tranſuerſum actis? Et quis dinumerare valeat acceptiones perſonarum, quæ in iudicijs inundarent, dũ
C ex tali licentia arrepta occaſione ſceleratiſsimos homines, ſi vellent poſſent liberare? Merito hanc noſtram opinionem ſequuntur Alexand. Berna. Ricardus Ioan. Andrea. & alij
plurimi quos citat Sylueſt. verbo iudex. Tum,
2. quia iudex tunc non occidit ex intentione
innocentem, vnde non peccat; quia vtitur iure ſuo iudicando ſecundum allegata & probata. Neque enim tũc occidit innocentem, quem
talem eſſe, vt iudex ſciat. Tum. 3. quia finis reipublicæ, cuius iudex poteſtatem gerit, non eſt
niſi veritas publica, per inſtrumenta publica
probata. Vnde in ordine ad hunc finem conſentaneum eſt, publicam ſequi ſcientiam, & nõ
D priuatam. Quia ſicut autore S. Thoma ſecunda ſecundæ, quæſtione ſecunda, articulo tertio. in omnibus naturis ordinatis ad perfectionem naturæ inferioris duo concurrunt motus,
vt eſt videre in aqua, quæ ſecundum proprium
motum mouetur ad centrum, ſecundum autẽ
motum lunæ mouetur alio motu, ſcilicet, circa
centrũ ſecũdum fluxũ, & refluxũ, & Similiter
orbes planetarum mouentur proprijs motibus
ab occidente in oriẽtem, motu autem primi orbis ab oriente in occidentem & vterque motus
innaturalis non eſt: ſic etiam duos motus cognitionis, ſecundum quos poſsit moueri iudex

A eſt videre in illo caſu opinionis noſtræ; alium
cognitionem ſuam priuatam, qua hunc ſibi
præſentatum reum innocentem eſſe cognoſcit; & alium motum cognitionis publicæ ſpeculamur in illo, quo ſecundum allegata & probata nocentem illum eſſe noſcit. Quemadmodum ergo rectę gubernationi vniuerſi competit, vt aqua motui lunæ ſecundum fluxum ſe
ſubijciat, & etiam ſecundum refluxum, & quòd
planetæ à primo orbe pręter proprium eorum
motũ ab oriente in occidẽtem rapiantur, ſic gubernationi politicæ, & iudiciali regnorum conſentaneum eſt, vt iudices præter eorũ priuatos
motus paſsionũ, & cognitionũ motũ ſuperiorem legis dicẽtis, quod ſecundũ allegata & pro
B bata iudicent, & ad hoc eos mouentis potius ſequantur, vt pote ad conſeruationem iuſtitiæ,
ſine qua reſpublica conſiſtere non valet magis
neceſſariũ: in hocque exemplũ naturali ſequẽtur aquę quæ cũ ſuaptenatura ſit grauior, quã
aer, ſi aliquando opus eſt, ne detur vacuũ in rerũ
natura abſtracto aere per fiſtulã contra propriũ
motũ ſurſum aſcendit. Quæ exempla naturalia hic adducta, tum eleganter, tum expreſſe
hanc noſtram opinionem, & eius fundamenta
illucidant.

℄ Secundo dicitur, quod princeps independens, quando coram ipſo criminalis ageretur
C cauſa, vel ad eum remitteretur, in qua ipſe priuata ſcientia noſſet reum ſecundum allegata &
probata probatum nocentem eſſe innocentem
poſſet ipſe ſolus (etiã ſi adhibita diligentia maioris examinationis teſtium non poſſet eorum
teſtimonia infirmare) in hoc caſu ſecundum
ſuam priuatam ſcientiam contra ſic allegata &
probata ſententiam ferre, dummodo populi
vitaret ſcandalum manifeſtando ſuam veram
ſcientiam in contra. Ita Couarruuias loco citato cap. 1. Quam probat: quia rex poteſt diſcedere à lege, dum prædicto modo ſatisfaciat populo ſcandalum cauendo.

℄ Præterea ex prædictis infert idẽ Couarruuias corollarium, ſcilicet, quòd princeps inde
D pendens æquitatem ſeruaret, ſi falſo probatum
nocentem, & ſibi notum innocentem abſolueret prędicta ſatisfactione prius facta populo; &
è contra ſi probatum falſo innocentem, & ſibi
notum eſſe nocentem etiam abſolueret, niſi
crimen vergeret in magnam reipublicæ perniciem, niſi publice puniretur. Imo qui cum nocentiſsimus ſit ex probationibus tamen apparet innocens, abſoluendus eſt non ſolum ab obſeruatione iudicij, & ab inſtantia, ſed diffinitiue. At in criminalibus eſt vſus, vt actore
non probante intra terminum præfixum,
tunc reus tantum abſoluatur ab obſeruatione
iudicij,



iudicij, vt ex nouis indicijs & probationibus A
poſsit iterum accuſari: quia ſic expedit reipublicæ ad punienda ſcelera, & effugiendas præuaricationes. Sed in ciuilibus vſus inualuit, vt actore
non probante reus diffinitiue abſoluatur, actorique perpetuum ſilentium imponatur. Sed de
his ſatis, quia ad iuriſtas attinent.

℄ Tertio dicitur, quòd iudex inferior, quando actore non potente id probare, ſcit priuatim
reum re vera obnoxium eſſe culpæ, ſi illum tũc
diffinitiue abſoluat, videtur certè falſam proferre ſententiam. Atque idem eſt cum procedit ex
infamia, & crimen non omnino probatur. Et
ratio eſt, quia in primo caſu non opus eſt proferre diffinitiuam ſententiam abſolutoriam: ſed B
ſatis eſt eum tantum abſoluere ab obſeruatione
iudicij. Et in ſecundo caſu, vbi proceſſum eſt ex
infamia, neque etiam eſt diffinitiue reus abſoluendus: quia eſt tunc ad ſe compurgandum cogendus. Non ergo diffinitiue eſt abſoluendus,
vbi iudici, vt priuato, conſtat contrarium. Secus
eſt in ciuilibus, vbi ſic ei non priuatim conſtaret: quia tunc diffinitiue abſoluẽdus eſſet. Quãuis cõſtitutiſsimum quoq; ſit, quod iudex ex cõfeſsione facta ei, vt priuato & non vt iudici ſententiam contra confitentem pronuntiare non
poteſt.

℄ Ad obiectionem verò in principio quæ- C
ſtionis poſitam, quæ ex diffinitione quid nominis mendacij ſumebatur, reſpondetur, quòd
iudex in prædicto caſu quæſtionis, quem putat
Victoria eſſe veluti methaphyſicum, ſcilicet, ꝙ
facta examinatione teſtium non poſsit pateſieri falſitas teſtimoniorum eorum, ſi tunc contra
innocentem ſibi notum probatum nocentẽ proferat ſententiam, non vadit contra mentem, id
eſt, contra dictamen practicum, quod tunc tenetur ſequi. Nam conſonum eſt iudici publica fungenti authoritate, tunc publicam ſequi ſcientiã,
non priuatam. Vnde non agit tunc contra conſcientiam practicam, quia ſua conſcientia informata ſententia doctorum multorum valde pro D
babili dictat ei, quòd ſic proferendo ſententiam
contra innocentem probatum nocentem iuſte
facit. Nam licet concedamus, quòd iudex proferre debet ſententiam ſecundum propriam cõſcientiam, hoc tamen intelligendum eſt non tã
abſolutè, ſed ſecundum propriam conſcientiam
inſtructam & informatam ex allegatis, & probatis. Neque in hac parte nos diſtinguimus de
cauſis, vel ciuilibus, vel criminalibus, quia D.
Thom. non diſtinxit.

℄ Ex prædictis ſequitur corollarie, quòd executor requiſitus, vt ſententiam exequatur, non
poteſt eam executioni mandare, quando continet errorem intolerabilem manifeſtum: quia ne

A que tenetur in hoc iudici obedire; alias, vt inquit
D. Tho. excuſarentur carnifices, qui martyres
occiderunt. Ita D. Thom. 2. 2. q. 64. art. 6. ad 3.
Facit ad hoc optimus textus cap. inter cæteras
de re iudicata.

℄ Cęterũ quæſtio magis anceps eſt, an cũ iniquitas ſentẽtiæ ſolũ ex ſciẽtia particulari executoris ei nota eſt, quia nõ eſt publice manifeſta,
poſsit ad mandatũ iudicis licite eã exequi. Et videtur planè quod non: quia iam hic it contra mẽtem propriam, propriamq; ſciẽtiam, neq; enim
in hoc caſu excuſare eum poteſt ſcientia publica, ſicut excuſare poſſet iudicem damnantem innocentem ſibi notum probatum nocentẽ. Quia
B executor, ex quo nõ fungitur autoritate publica, vt iudex non publicam ſcientiam ſecundum
allegata acceptam, ſed propriam ſcientiam priuatam ſequi debet.

℄ Secundò, quia can. quid culpatur. 23. q. 1.
miles ſub rege poſitus, etiam ſub rege ſacrilego
militans tantum excuſatur à culpa, ſi quod ſibi
iubetur non eſſe contra Dei præceptum, certũ
eſt, vel vtrum ſit certum nõ eſt, vbi in dubio excuſatur. Non autem quando quod ſibi mãdatur
eſſe contra præceptum Dei, certum eſt, ſed in caſu, quo de iniqua ſententia lictori conſtat, iam
non eſt dubius ſed certus, quòd ſit contra præce
C ptum Dei: ergo non licet parere tali mandato.

℄ Et confirmatur: Quia milites cum eis conſtat particulariter de iniuſtitia belli, nõ excuſantur, ſecundum Doctores, neq; eos excuſat principis iuſsio ab iniuſto bello gerẽdo: ergo neq; etiã
mãdatum ſuperioris excuſat lictorem à peccato
exequendi ſententiam, quam nouit eſſe iniquã,
vel in falſa probatione fundari.

℄ Sed in contrarium eſt textus optimus cap.
paſtoralis. de offic. iudi. delega. §. quia vero. vbi
decernitur, quòd iudex ordinarius requiſitus à
delegato iniquitatem ſentẽtiæ delegati ſi ex proceſſu deprehenderit, quæ tamen notoria nõ ſit,
neque euidens, tenetur tunc eam exequi.

D ℄ Et in contrarium etiam eſt, quòd iudex tenetur, quem nouit ſecreto innocentem probatũ
legitime nocentem condemnare. Sed huius ſententiæ aliquis debet eſſe executor alias fruſtranea eſſet: ſed iudex qui eam tulit nõ debet eam
perſonaliter executioni mandare: quia ipſum nõ
decet: ergo lictor hic ſi ei ea executio mandata
fuerit, tenebitur eam exequi. Niſi velis dicere, ꝙ
tunc eius executio demandãda eſt alteri lictori,
qui ignarus ſit eiuſdẽ ſententiæ iniquitatis. Sed
pari ratione poſſes dicere, quòd illud iudiciũ de
innocente probato nocẽte alteri iudici, qui eius
innocentiam priuatim neſciat cõmittendũ ſit,
quod nemo eſt qui aſſerat. Sicut huiuſmodi iudex priuatim innocentiæ rei conſcius, non pro-

pterea tenetur abdicare ſe officio. Ecce ambiguã quæſtionem.

¶ Igitur, vt quid ſit magis veriſimile in hac quæſtione pateat, & quid ſit magis menti D. Thomæ conforme dicimus primo, quod illa opinio Caietani, quam habet. 2.2.q.67.ar.2. non eſt tam conſona menti. D.Thom. 2.2.q. 64. art.6. ad .3. quam ipſe putat. Ait enim ibi Caietanus, quod ſi iniquitas ſententiæ executori ex ſcientia particulari nota ſit priuatim, tenebitur nihilominus eã executioni mandare. Vnde quia opinio hæc neq; in D.Thoma, neq; in iure, neque in principio à ſe adducto ad illam probandũ ſolidum fundamentum habet, non poteſt non eſſe dubia. Qua de cauſa Couarruuias loco citato. c. 1.lib.1. varia.reſolut. cum eam refutaſſet, ſubtimide poſtea. in ca.2. eam admiſit, cum limitatione tamen, quod talis opinio ſolum procedat in cauſa ciuili, nõ vero in cauſa criminali. Nos verò ſalua autoritate tanti viri, neq; cum hac ſola limitatione, niſi addatur & alia, eam acceptandã duximus, nempe, vt procedat in ciuilibus tantũ quando iniqua ſentẽtia exequẽda ſolum eſt iniqua: quia eſt contra ius litigatoris. Non tamen procedit, vt vera quando eſt contra ius naturæ, aut contra ius conſtitutionis, aut legis.

¶ Secundo dicimus, quod extra prædictas duas limitationes nõ videtur vera prædicta opinio Caietani. Tum primò quia D. Thom. 2.2. q.64. artic.6. ad.3. quem ipſe pro ſe allegat loco citato ſibi non fauet. Nam ibi D. Thomas ait, quod executor ſentẽtiæ iniquæ non peccat exequendo eam, niſi ſententia contineat manifeſtã iniuſtitiam. Quia, inquit ipſe, non habet diſcutere ſuperioris ſentẽtiam, quaſi D. Thomas ſentiat, quod vbi tali diſcuſſione nõ eſſet opus, quia luce clarius priuatim innoteſceret executori eſſe iniquam; quia contra legem, vel per falſitatẽ teſtium, aut inſtrumentorum latam eſſe nouit tũc non poſſet ſubterfugere peccatum eam executioni mandando. Tum ſecundo quia non cõſtat (vt teſtatur Couarruuias) quod executor merus etiam acta proceſſus legens, aut examinans vtatur autoritate publica, & non priuata: quia miles, cui priuatim conſtaret de iniuſtitia belli, etiã ſi rationes & conſilia legeret quibus princeps ad bellandum eſt motus, autoritas publica eum cogens ad bellũ eum non eximeret à peccato: ſicut neq; lictores intus in corde edoctos de innocẽtia martyrũ acta ſibi oſtẽſa iudiciũ tyrannorum in eis allegantũ, quod eſſent mali, & iniqui martyres, & trãſgreſſores legum Cæſaris eos ab impia executione ſententiæ iniquæ contra martyres non liberaret, quod & allegauit D. Thomas.

¶ Tum tertio: quia ca. quid culpatur. 23. q.1. ſolũ executorẽ militiæ, qualis eſt miles, excuſat

A dubia iuſtitia belli, non autẽ eum excuſat caſus, vbi certum eſt eſſe contra præceptum Dei. Et tamen hic ius nõ diſtinguit de certo omnibus manifeſto, aut de certo ſoli bellaturo priuatim cõſpicuo & noto. Et per ſupra dicta illuceſcit quid ſit reſpondendũ ad obiectiones ſeu argumẽta in principio poſita: quia noſtrũ hoc ſecũdũ dictũ probãt. ¶ Cæterũ ad textũ optimũ ex. c. paſtoralis. §. quia verò. de officio delegat. cui innititur Caiet. reſpondetur cũ gloſſa ibi illum, interpretante, quod textus hic intelligitur, quando ſentẽtia lata à iudice delegato, eſt iniuſta: quia eſt ſolũ contra ius litigatoris quia executioni mandanda eſt per ordinariũ, cui executio cõmittitur, etiã ſi

B ſciat eam iniuſtã. Nam licet alias eſſet iniuſta, tamen de rigore iuris inductũ eſt, vt eius executio iniqua cẽſenda non ſit, ſi ab ea nõ fuit appellatũ quia ſpõtanea omiſsio appellationis turpitudinẽ purgat, quæ ſententiæ inerat arg. ff. de condi. ob turp. cauſ. l. ſi ob turpem vel ſi appellauit reus ſecundo, & ſuccubuit. Et hoc etiam de rigore iuris introductũ eſt, vt talis ſentẽtia per ordinariũ priuatim conſciũ illius iniuſtitię nihilominus executioni mandetur. Tum, quia ſentẽtia lata nõ debet refricare litẽ, tum, vt aliquis ſit litiũ finis. Secus autẽ eſt, vt tradit ibi gloſſa quando ſententia iudicis ſic eſſet iniqua, quod non eſſet tantũ contra ius litigatoris, ſed contra ius diuinum, aut na-

C turale, aut conſtitutionem tali iuri conformem. Sicque accipiendus hic textus eſt: vt (quia verũ vero conſonat) non contrarietur canoni prædicto, quid culpatur.

¶ Ad ſecundã obiectionẽ in contra etiam allatam, reſpondetur, quod non inconuenit, quod aliquis actus ſit de ſe iuſtus: & tamẽ quod executio illius aliquibus ſit licita & aliquibus non. Sicut, verbi gratia, ſententia occiſionis, vel mutilationis mẽbri lata legitime contra malefactorẽ per iudicẽ cõpetentẽ ex ſe iuſta & legitima eſt: & tamen per clericũ initiatum ſacris eius executio exerceri nõ valet: quia interdicta eſt eis effuſio ſanguinis: ſic etiã executio ſententiæ latæ ſe-

D cundum allegata & probata contra innocẽtem probatum nocentẽ (licet talis ſententia iuſta ſit) non tamen per eũ exerceri poterit, qui conſcius eſt priuatim eius iniquitatis: quia merus hic executor, cum non ſic ſit perſona publica, qualis eſt iudex, qui per inſtrumenta publica & teſtimonia publica ſe mouere debeat, ad exercitiũ actus iuſtitiæ, ſequitur quòd in executione actus iuſtitiæ contra ſuam certam oppoſitam conſcientiã ire non poſsit: ſicut neq; miles contra conſcientiam certam, quam priuatim habet, quòd bellũ eſt iniuſtũ non poteſt belligerare. Venit ergo talis ſententia executioni mandanda per alios, qui eius iniquitatis priuatim certo conſcij non ſint.





¶ Porrò quoniam de fallacijs & mendacijs, quæ in iudicijs ſolent interuenire cæpimus ediſſerere, conſequenter inquirendum eſt, an mendaciũ pernicioſum ſit, ſi reus negatiuus cauſa euadendi mortem, & brachium ſæculare, cui aliàs eſt tradendus, vt comburatur ſine culpa accuſatus & interrogatus hæreſis culpam, quia re vera caret confiteatur. Videtur autem talis confeſsio non vacare pernicioſo mendacio; ſiquidem fateri ſe hereſim aliquam tenuiſſe, & falſo id ſibi imputare ſcãdalum pernicioſum ingenerare videtur. Sed in contrarium eſt, quòd dictus reus eſt dominus famæ ſuæ: ergo cum etiam ex negatione pertinaci criminis hæreſis, de quo interrogatur excitãdum ſit etiam ſcandalum in populo, quia multi ſibi perſuadebunt illum mori impœnitentem, & negatiuum ſequitur, quòd ſolum erit mendacium officioſum, & veniale huiuſmodi confeſsionem feciſſe. ¶ Pro intelligẽtia ergo caſus propoſiti dicitur primo cũ Couar. lib.1. & c.2. vari. reſol. quòd talis cõfeſsio per ſe ſolũ ſumpta & præciſe conſiderata, ſolũ malitiã venialẽ mẽdacij officioſi præ ſe fert: quia exponere tũc famam pro tuenda vita (cum homo dominus ſit famæ, iuxta Sotũ in relect. de detẽg. ſecre. mẽbr. 1.q.3.) hanc per confeſsionem prædictã ſibi falſò imponendo infamiã, nihil aliud videtur continere mali, præter quam mendacij officioſi.

¶ Secundo dicitur, quòd quia iudiciũ ferẽdũ eſt de rebus non ſpeculatiùe ſolum loquẽdo, ſed omnibus circũſtantibus negotiũ circunſtantijs penſatis: ideo, quia talis confeſsio cũ ſolennitate iuramenti ſumpta periurio non vacat, neq; etiã culpa mortali caret ſub præſtito iuramẽto dicẽdi verũ per confeſsionem falſam hæreſis, præſertim, ſibi falſum teſtimoniũ imponere. Tũ, quia doctores, qui hominẽ dominũ ſuæ famę eſſe ꝓfitentur, ita vt ſuã famã tueri nõ teneatur, ſic excipiunt ab ſua ſententia, niſi perſona ſit publica, aut peccatũ, de quo infamatur ſit contra religionem, & fidem. Ita Cord. in libel. de detractione. Vnde videtur, quòd contra fidẽ & religionẽ nõ poſsit ſibi crimen hæreſis imponere talis negatiuus ad euadendã mortẽ, & cõbuſtionẽ. Sed hæc ratio non conuinceret talem confeſsionem eſſe mortalem, ſi ſecũdũ Victoriam abeſſet periuriũ quia illud confiteretur ſine iuramento. Nam nõ tueri famam, quando crimẽ, de quo quis infamatur eſt contra religionẽ, & fidẽ; tunc eſſet mortale, quando ex diſsimulatione, & patiẽtia, qua tolerat ſe infamari, ſuſpectus redderetur in fide: quia tunc teneretur confiteri fidẽ, aut quando ſecundũ Nauar. in ſum. c.18. n.28. quia antea erat pro iuſto habitus, ſi infametur de hæreſi, & ſuã famã non tueatur, veriſimile eſt hinc ſcandalum accipiẽtes aliquos fragiles in ſimilẽ hæreſim eſſe

A ruituros; quod quidẽ in noſtro caſu non accidit. Vbi, licet confiteatur falſo illa hæreſi fuiſſe infectum: tamen illius ſe oſtendit agere pœnitentiã. Quocirca ſi abſit periuriũ & per iſtam confeſſionem falſam hac de cauſa factam alijs directe & in particulari in fama non noceat, tãtum erit mendacium veniale reſpectu ipſius officioſum, etiam ſi inde aliqualis redundet infamia in cognatos, & filios, ex eo tantum, quod cognati ſint illius, qui faſſus eſt ſe habuiſſe hæreſim, de qua oſtendit ſe pœnitere & reconciliationem obtinuit. Quia longe deteriorem infamiã, aut certè æqualem filij & cognati cõtraxiſſent, ſi eius cõſanguineus, aut pater, quia negatiuus & perti-

B nax iudicaretur incendio concrematus finiret vitam. Et per ſupradicta patet, quid ſit reſpondendum ad obiectionem ſupra poſitam.

¶ Porrò huc tanquam cõfinis ad hanc materiam de fallacijs & mẽdacijs accedit illa quęſtio, ſcilicet, an fallacia nociua ſit, atq; mendaciũ pernicioſum, ſi iudex cauſa eliciendæ confeſsionis à reo, illi promiſerit impunitatẽ, ſi poſtea impunitatẽ non donet. Et videtur certè, quod pernicioſa fallacia ſit: quia iure naturali & gentium, vt inquit D. Ambroſ. ſolida ſunt faciẽda pacta & fædera, etiã inter hoſtes. In cõtrariũ autẽ eſt, quia nõ licet hac via impunitatẽ dare delictis.

C ¶ Igitur ad quæſtionẽ cũ Couar. loco citato, quo etiã iuriſtis morẽ geramus per hæc dicta reſpondendũ duximus. Primo ergo dicimus, quòd iuxta ſentẽtiam doctorũ oportet iudices ab his ſimulationibus & fallacijs abſtinere, ſiquidẽ nõ ſolent in bonã partem cedere. Secundo dicitur, quòd reus ſub prædicta impunitate illectus à iudice ad crimen confitendũ, ſi ſub ea conditione crimen confeſſus eſt, niſi in ea perſeuerauerit cõfeſsione dãnari nõ poteſt. Si autem in hoc caſu, quia ſcit reus ſe deceptũ fuiſſe, & fruſtratũ, neq; prædictã confeſsionem reuocat, neq; in ea perſeuerat, temerariũ eſt, ꝙ pœna ordinaria puniatur. Puniendus ergo erit pœna arbitraria. Neque in

D hoc caſu fallacia illa, ſi alias tenebatur confiteri, erit pernicioſa, ſi aliqua pœna arbitraria plectatur: quia ſic expedit forte reipublicæ. Si vero in hoc caſu vltra cõfeſsionem ſic factã acceſſerint aliæ cõiecturæ, & indicia, iã pœna ordinaria poterit ei infligi, accedente, quòd confeſsionem illã non reuocabit. Neq; enim hæc conditio ſeruanda eſt cum vergat in perniciem reipublicæ. Et per hoc patet ad obiectionem ſupra poſitam.

¶ Sed quid erit dicendũ de illa promiſsione, qua iudex ſe aſtrinxit reo, qui ſe receperat in ſacrum ad reducendum eum ad eccleſiã poſt ſumptam eius confeſsionem extra eccleſiã, an talis promiſsio ei ſeruanda ſit. Nã videtur, quòd fides data hæc reo ei ſeruanda non ſit. Nam in caſu,

quo iudex cum iure ab eccleſia alias extrahere poterat, hanc impunitatem, quæ conſequitur ex reductione ad eccleſiam, ei promittere non poterat. Sed in contrarium eſt, quòd reductio ad eccleſiam promiſſa non eſt impunitas abſolutè promiſſa, quam ſolam impunitatem non potuit iudex promittere.

℄ Reſpondetur ergo ad quæſtionē, quòd etſi opinio Fortunati teſtante prædicto cap.2. Couarruuia maximis rationibus probari poſsit, qui ait, huiuſmodi reum reducendum eſſe ad eccleſiam, quia hic non promiſſa eſt impunitas à iudice, non enim impunitatem promittere poterat, ſed ſolum reductionem ad eccleſiam: tamen communiter tenetur, quod ſi reus iure ab eccleſia poterat extrahi, fides ei de eum reducendo ad eccleſiam non eſt ſeruanda: ſiquidem peccauit iudex illam reductionem promittendo. Neque enim extante iure in contrarium potuit reo hanc fidem præſtare. Et per hoc patet ad obiectum.

# CAP. CCLXXVIII.

*An fuerit periurus, qui iurauit in iudicio eſſe verum, quod extra iudicium alius ſibi affirmarat eſſe verum: Et an falſo delatus de crimine ſe poſsit tueri teſtibus falſis: Et an liceat cum paganis contrahētes in numero & menſura decipere: Et an patrimonium pro ordinibus ſuſcipiēdis mutuo acceptum accipiēs teneatur mutuatori in conſcientia reddere: Et an liceat fidem frāgere ei, qui eam fregit: Et an obligatio promiſsionis tollatur per interuenientem metum: Et an filius familias teneatur ſoluere quæ mutuo accepit: Et mulier vxorata ſi fideiuſſerit.*

QVONIAM in materijs pertractandis tanto ipſe modus procedendi eſt vtilior, & gratior, quanto magis apertior eſt, & ad plura dubia eaque ſcitu in ea materia neceſſaria magis ſe extendit, ideo quo nihil intactum prætereatur, & huc accerſere alias quæſtiones etiam ad fallacias, & mendacia pertinentes viſum eſt. Inter quas ſit prima illa, de qua ſe conſultum fuiſſe teſtatur Nauarrus in ſum. cap.18. numer.1. ſcilicet, an teſtis qui teſtatus eſt pro illo, qui illi fecit fidem, quod verum illi affirmabat, atque ideo bene citra vitium falſitatis, poſſet pro illo teſtari illud teſtimonium, de quo inſtruebat eum falſum iurauit, an teneatur reſtituere id, quod ob hoc teſtimonium condemnatus ſoluit. Videtur ergo, quòd mendax fuerit & periurus, & reſtitutioni obnoxius qui ſic iurauit. Nam ſolum iurauit, quia perſuaſus eſt ab illo vno eſſe verum id, de quo teſtificari rogabatur: ſed teſtimonium vnius eſt fallax, & parum firmum, præſertim in cauſa propria, quia in ore duorum, vel triū ſtat omne verbum, iuxta ſententiam Domini & nō in ore vnius: ergo caruit teſtis hic bona fide ad teſtificandum: qua de cauſa fit, vt reſtitutionis damni factus ſit reus. Sed in contrariū eſt, quod communiter dicitur, & affirmatur à Nauarro, quòd poſſumus credere vni ſoli, licet vni ſoli credere non teneamur: ergo bona fide id potuit credere teſtis, ac per conſequens à culpa & reſtitutione videtur excuſari.

℄ Igitur pro quæſiti reſolutione dico primo, quòd reſponſio Nauarri ad illud non videtur ſibi conſtare, vbi ait, quòd talis teſtis deliquit grauiter. Verum non (inquit) tenetur ad aliquam reſtitutionem, ſi affirmans ea præſtaret probitate, vt merito ei chriſtiane viuenti credendum eſſet: quia huic credendo merito credere poteſt teſtis, nemini iniuſtitiam feciſſe, iuxta. l. iuſtitia ff. de iuſtitia & iure. Quia ſi, prout ipſe fatetur, teſtis ille peccauit grauiter: ergo mala fide, & dādo operam rei illicitæ teſtificatus eſt, quod ſolū per relationem partis credidit eſſe verum: ergo tenetur reſtituere, ſi ex hoc teſtimonio aliquod alteri parti datum eſt damnum, iuxta cap. ſi culpa tua. de iniur. & damn. dat. Quod autem ex culpa ſua datum ſit damnum, patet: Tum, quia comperta veritate non ratione ſolius pœnę, ſed ratione intereſſe damni ſubſecuti, ſi ille cuius reſpectu iſte teſtificatus eſt, non eſſet iam ſoluendo, iam hic teſtis in foro exteriori ſoluere cogeretur. Tum, quia etſi poſsimus credere vni, non tamen in præiudicium tertij: quia etiam altera pars, quæ ſibi debitum petebat aliquali fidedigna erat, & digna creditu, ita, vt intentare litem iniuſtam de ea non eſſet tā facile præſumendū in hoc caſu. Vnde authore Victoria ſatius illi teſti eſſet ſuſpendiſſe iudicium, & ad dictum partis non fuiſſe teſtificatum, quod pro certo non habebat.

℄ Secundo dicitur, quòd iſta ſententia Nauarri, ne omnino eam explodamus forſitan tenet verum, vbi ipſe teſtis contrarium non reſciuit. Sed neque credere debuit eo quòd pars, quæ id verum eſſe affirmabat pro qua teſtificatus eſt omnimoda æſtimatione probitatis & timoris domini pollebat, & pars contraria cauilloſa & calumniatrix eſſe communiter reputabatur, & res, pro qua eſt rogatus teſtificari, non erat tanti momenti, ſed tam parui valoris, vt deficiēte ple-





na probatione quod debeatur etiam ad libitum creditoris debitori ſolet per iudicem deferri iuramentum, an eam debeat quantitatem, vel non. Et quidem hæc eſt exactior reſolutio, quam illa Nauarri, & forſan magis conſona iuri. Et per hæc duo dicta patet reſponſio ad obiectiones in contra.

℄ Porrò & huc aduocari poterat illa quæſtio, ſcilicet, an falſo delatus de crimine ſe poſsit tueri teſtibus falſis ſe vltro ingerentibus ad teſtimonium ferendum pro eius innocētia. Sed, quia iam in noſtro inſtructorij conſciētiæ primo tomo, parte.2. cap.44. ex mente Victoriæ in ſuis ſcholijs, diximus, licere dum eos ad id non inducat neque pręſentet iudici, quia ſolum eſt vti iniquitate parati ad ſe liberandum, ideo ad alia dubia perquirenda tranſeamus.

℄ Nā & de alio dubio, ſcilicet, an liceat Chriſtianis infideles & paganos etiam nobis infeſtos quales ſunt Mauritani & Turcæ in mēſura, vel numero, vel pretio cum eis contractus ineundo decipere, iam memini alibi in noſtro inſtructorio conſcientiæ dixiſſe, quod non licet, etiam ſi terras noſtras poſsideant, neque in recognitionem aliquid tributi, parias, quod Hiſpanicè dicitur Chriſtianis principibus ſoluant. Ita Corduba in lib. de caſibus conſcientiæ. q.96. Quia contra ius, & nulla ſufficienter excuſante ratione infideles hi defraudarentur à laboribus ſuis. Præterquam, quòd fœdera & pacta, contractus etiā ſeruanda ſunt cum hoſtibus. Vnde ſecundum Metin. Compluten. talis deceptio non caret obligatione eis damnum illatum reſtituendi. Sicut ab hac reſtituendi obligatione liberi non eſſent Chriſtiani, qui in numero pondere, vel menſura aliquid de ſuis mercibus occultantes principes paganos, ad quorum regna aſportant venales merces in vectigalibus defraudarent, quando principes hi pagani in recognitionem aliquid tributi penderent principibus Chriſtianis, vel ſi in caſu, quo non penderent ſine licentia tacita, vel expreſſa eccleſiæ, vel papæ, vel principis, cui attinet expugnatio illorum regnorum, talis defraudatio fieret. Quia alias nullus priuatus ius habet ſpoliandi illos, etiam ſi hoſtes ſint & noſtrarum regionū occupatores. Imo vt Caie. ait. 2.2. contra infideles Indos mere negatiuos, qui nomē Chriſti nuſquam audiere nullus rex, aut imperator, ſed neq; eccleſia Romana ius habet eos ſpoliandi dominio rerum ſuarum, eo quod infideles ſint. Vide Cordubam in ſuo quæſtion. lib. 1. quæſt.57.

℄ Præterea licet in noſtro inſtructorio negotiantium ſermonem habuerimus illius quæſtionis, an ſcilicet, deceptio illa ſeu mendacium, quo quis decipit eccleſiam tradendo bona ſua amico ſuo vel conſanguineo ſub titulo patrimonij, quo promoueatur ad ſacros ordines cum ea confidentia, ſeu conditione occulta, vt poſtea ſibi reddantur excuſet recipientem ab reſtitutione horum bonorum. Sed tamen, quia contra noſtram ſententiam, quæ fuit negatiua, ſcilicet, quòd in conſcientia talis cōſanguineus, ſeu amicus tenetur ea bona danti reſtituere, aliqui iuriſtæ aliquibus iuridicis rationibus obſtrepunt; expedit eorum obiectionibus facere ſatis. Statuēdum ergo primo eſt, quod obligatio naturalis, qualis eſt hæc reſtituendi hæc bona donata pro titulo patrimonij cum confidentia, vt reddantur, non perimitur ex eo, quòd eccleſia actionē poſsit habere ad eā. Nam ſecundum Bart. in. l. cum lex. ff. de fideiuſſ. & Man. cum ius ſolum reſiſtit actioni etiam non impeditur, neq; perimitur obligatio naturalis: ergo licet ius non cōcedat, ita donanti ea bona in foro eccleſiæ poſſe repetere, non tamen ex hoc perimitur obligatio naturalis, continens naturale vinculum conſenſu contracta inter eos, qui erant rationis capaces. Quia hæc obligat in foro conſcientiæ; licet in foro contentioſo ad agendum ſit inefficax; quia ſecundum Innocen. in cap. quia plerique. de immunit. eccle. in foro animæ potius attendimus naturalem æquitatem, quam iuris humani, aut ciuilis ſubtilitatem. Neque obſtat ratio iuriſtarum in contra, ſcilicet, quod nemini ſuus dolus debet patrocinari, cap. ex timore. de reſcrip. Aut illa etiam ſecunda eorū ratio, ſcilicet, quod fraus commiſſa in legem annullat factum, vnde in legis fraudem facta non tenere dicuntur, vt notat Bart. in. l. amplius. ff. rem rat. habe. & de ra. Quia reſpondemus ad primum, quod ea maxima iuridica eſt vera in foro contentioſo, vbi deprehenſus dolus contra doloſum retorquendus eſt. Secundo dicimus, quòd etiam in foro cōſcientiæ ſuus dolus, quo decepit eccleſiaſticum ordinatorem, ei non patrocinatur: quin imo eū reum peccati faciat. Sed obligatio naturalis orta ex conſenſu ſuo, & ſui donatarij, qui ſe obligatione aſtrinxit ad ea bona donatori reddenda ei patrocinatur, vt ei ante ſententiam condemnatoriam, qua meretur ob fraudem eis priuati, ei reſtituantur.

℄ Ad ſecundam verò obiectionem reſpondetur primo, quòd actus factus contra legem non inualidatur, ſed tenet quando lex punit contra facientes, ſi lex expreſſe non annullat contra factum, ſecundum Card. in Clemen. 1. de reſcript. At verò ſecundum Nauar. in ſum. cap.27. num. 158. de ſuſpenſionis cenſura loquētem, lex illa, ſiue ius in cap. penultimo. de ſimonia, quod ſuſpendit papaliter eum, qui ſacris initiatur ſine patrimonio, cum pacto non petendi ab epiſcopo

victum, & eum, qui ordinatur ad præſentationem alicuius beneficiarij cum pacto nihil petendi ab eo, per eandem rationem pœna ſuſpẽſionis ipſo facto punit eum, qui ordinatus cum patrimonio, pactus eſt antequam ordinaretur, non petiturum poſt ordinationem; vel ſi ob tale pactum antea factum ſibi promiſſum, vel donatũ poſt ordinationem donatori remittit, aut retro donat. Secus eſſet, ſi non præcedente illo pacto retrodonaret. Ergo ſi ius hoc punit ſic contrahentem donatarium: ergo non inualidat donationem cum tali pacto de retrodonãdo factam: ergo ante ſententiam condemnatoriam in conſcientia tenetur retrodonare. Libuit mihi hanc quæſtionem preſsius examinare, quia vt inquit Nauarrus, caſus eſt valde quotidianus. Secundo dicimus, quod ſi iſtam donationem cum pacto de retrodonando ius irritaret, iam cum talis donatio ob fraudem eſſet irrita, ſequitur ante condemnationem in foro conſcientię patrimonium ſic inualide donatum fore donatori reſtituendum. Sicut ante conſummatam ſimoniam, & ante condemnationem: quia illa emptio & venditio rei ſpiritualis erat inualida iure naturali, ſecundum Victoriam, Sotum, & frat. Ioannem à Peña in cõſcientia ei, qui dedit eam pecuniam illa pecunia data eſt reſtituenda.

¶ De mendacijs & fallacijs hic agentes multa dubia hic ad hanc materiam pertinentia data opera præterimus, ne ea rurſus hic inculcemus quæ in hoc noſtri inſtructor. conſciẽc. 1. tomo. à cap. 42. vſque ad caput. 44. agentes de falſarijs, & de fraudibus meminimus, & in cõtrouerſiam adduximus: ad illa loca ergo lectorem pro illis remittimus, adijcientes hic & hunc caſum, ſcilicet, an hoſtes in bello, qui conuenerunt de pace ex vtraque parte ſeruanda, ſi quædam conuenta capitula ex vtraque parte ſeruarentur, ſi aliquod ex his capitulis violauerint, liceat nobis reſcindere omnia pacta, & acta cum illis. Quæſtio eſt, cuius meminit Victoria in ſuis ſcholijs, vbi affirmatiue reſpondet. Sed nos pro clariori intelligẽtia caſus per hæc ſequentia dicta ad illum reſpõdemus. Dicimus ergo primo cum Nauarro in ſum. ca. 18. nu. 7. quod ſi inter vnum, & alium aliqua ſunt promiſſa in diuerſis caſibus ſine reſpectu vnius promiſsionis ad alteram, etiam alteri deficienti in ſua promiſsione, tenetur nihilominus ei promiſſum præſtare, & ille è contra alij etiam deficienti tenebitur fidem ſeruare. Ita l. cum proponas. C. de pact. & capit. peruenit de iure iurando. Secus eſt, ſi vna pars non id impleat, cuius cauſa promiſsio facta eſt: quia tunc altera pars ab obſeruatione pactionis reſilire poteſt: ita dicta. l. & canon. Secundo dicimus in caſu Victoriæ, quod quia in illa cõuentione pacis

A à nobis facta cum hoſtibus capitula illa conditionalia, ſiue conuentionalia ſe mutuo reſpiciebãt, qua promittebamus, vt promitterent, ideò hoſtibus aliquod ex illis capitulis violantibus licet nobis reſcindere omnia acta cum illis ſuper componenda pace. Tertio dicimus. Quod alias extra prædictum caſum ſemper eſt fides ſeruanda hoſtibus: quia autore D. Ambroſio etiam hoſtibus pacta & fædera ſunt ſeruanda, etiam ſi inde aliquale damnum reipublicæ ſequatur: quia ex violatione fidei datæ deteriora damna ſolent excitari. Ex quo corollariè infertur, quod etiam ſi ex parte hoſtium aduerſus nos bellum geratur iniuſtum, ne peiora diſpendia contingant, etiam B damnum graue reipublicæ potius ſubeundum eſt, quã quod fides hoſtibus data violetur. Quarto dicimus, quod ſi ex obſeruatione fidei datæ hoſtibus manifeſta perniciens reipublicæ inſtaret: quia rem valde pernicioſam reipublicæ hoſtes noſtri poſtularunt; tunc quia in ſic poſtulando valde iniqui fuerunt, & in perniciẽ reipublicæ id machinati eſſe præſumuntur, non eſt eis obſeruanda fides data. Sed ad obiectionem, quæ poſſet opponi contra ſecundum & tertium hoc dictum, ſcilicet, quod pacta hæc ex magno timore ſolent iniri cum hoſtibus; at pacta cum graui timore inita, videtur, quod iure naturali non ſint valida, aut certe, quod iure gentium ſint C reſcindenda: ergo pacta hæc cum hoſtibus inita non ſunt ſeruanda, reſpondetur primo cum Victoria, quod ſi iuſte hoſtes, quo conſulerent ſuis perſonis, & vitæ & regni ſui incolumitati, ne alias funditus extirparentur eam promiſsionem componendo pacem nobiſcum à nobis expetiuerunt, quamuis ex metu hoc eis nos promiſerimus, fidem datam eis ſeruare tenemur. Quia vt bene ait Victoria, ratio, quare quis non tenetur ſeruare quod eſt pollicitus, nõ eſt ipſe timor, ſed iniuſtitia, ſcilicet, quia extorquens metu promiſsionem ad iniuſtum & nõ ſibi debitum promittendum cogit. At hic (vt ſupponimus) nulla interuenit iniuſtitia in dictam fidem exigendo. D Sicut etiam, ſi quis iuſte morte damnatus ex metu mortis, vt eam euadat, quia rex illi parcit, ſi talem fœminam velit ducere vxorem, eam ducit, tenet matrimonium; quanuis ex hoc metu ſit factum: quia hic nulla interfuit iniuſtitia, quæ huic metui cauſam daret. Secundo dicimus cum S. Thoma. 2. 2. q. 89. ar. 7. ad tertium, quod duplex eſt obligatio, quę poteſt concurrere in aliquo coacto metu aliquid promittere alteri. Altera eſt, ſcilicet, qua obligatur homini, cui aliquid promittit. Et talis obligatio tollitur per coactionem: quia ille, qui vim intulit hoc meretur, vt ei promiſſum non ſeruetur. Alia eſt obligatio, qua abligatur Deo ad implendũ quod per nomẽ eius

promiſit



promiſit. Et talis obligatio non tollitur in foro conſcientiæ: ſed talis obligatio conſueuit per papam relaxari. Ex quo colligere licet, de mẽte D. Thomæ eſſe promiſsionẽ ex coactione per vim aut metum factam in conſcientia non obligare, quia inquit talis obligatio tollitur per coactionem, quando per ſe ſola ſumitur. Si autem interueniat iuramentum ratione iuramenti inſurgit obligatio promiſſum ſeruãdi, niſi relaxetur per ſuperiorem prælatum.

¶ Tertio dicimus, quòd autore Victoria nõ obſtante metu iniuſto, quo nos premunt hoſtes aduerſum nos bellum iniuſtum gerentes ad aliquid eis promittendũ, licet obligatio huius promiſsionis per eorum coactionem videtur caſſari, prout docet D. Thom. tamen talis promiſsio ſeruanda eſt, ne ex eius violatione reſpublica in perniciem detur ab hoſtibus, aut ob hoc peiora mala patiatur. Adde etiam, quòd ſecundũ Victoriam in relectione de bello obſides accepti in bello ab his, qui poſt violant pacem, nõ ſunt occidendi, quando alias ipſi non fuere pernicioſi in rempublicam: ſed redimendi ſunt, aut capti retinendi. Nam etiam in bello deditis ex præſtita prius eis cautione indemnitatis ſeruanda eſt fides, eiſq; parcendum eſt. Secus eſt de his, qui ſine cautione indemnitatis voluntati principis ſe ſubmiſerũt, quãuis etiã cũ his mitius agi oportet.

¶ Iam hic quoq; mẽtio concinna illius quęſtionis incidit, ſcilicet, an filius familias, qui ſub patria poteſtate conſtitutus mutuò aliquid accepit, aut aliquid alteri promiſit adimplendũ poſt emancipationem fædifragus ſit & mendax, ſi mutuum inconſulto patre tunc acceptum poſt ſui iuris factus non ſoluat, aut promiſſum non impleat. Reſpondetur primo cum Bart. in. l. cũ lex. ff. de fideiuſſ. quòd quia cum ius ſolum reſiſtit actioni non perimitur, neq; impeditur obligatio naturalis, qua quis ſe voluit obligare, aut promittere. Imo, quia cũ ſolum ius reſiſtit actioni per hæc, vel ſimilia verba, ſcilicet, ſuper tali contractu non detur actio, vel non audiatur: ſi illud tale erat, ex quo aliàs de iure cõmuni actio oriebatur paratur ſolum exceptio, & non perimitur actio, vt in Velleiano & Macedoniano: ſequitur, quod filius familias non obſtante lege Macedoniana non concedenti actionem mercatori ei mutuũ danti, tenetur illud mutuũ ſoluere mercatori in conſciẽtia, etiã ſi illud mutuũ diſsipauerit, & tenebitur adimplere promiſſa: quia obligatio naturalis eũ obligans, qua ſoluere pollicitus eſt, quia non eſt perempta per Macedonianam legem viget. Idemque dicendũ reor de muliere, quæ non contra legem Velleianam ad aliquid ſe obligauit, ꝙ tenebitur implere poſt mortem mariti.

A ¶ Secundo limitans quandam aſſertionẽ Victoriæ in ſuis ſcholijs ſupra. 2. 2. ibi dicẽtis, quòd verum eſt, quod tam filius familias quam mulier tenentur ad obligationes contractuum, quos ſub alio conſtituti fecerunt, cum poſt ſint ſui iuris effecti, & hoc in conſcientia non ex obligatione ciuili, ſed ex obligatione naturali orta ex mutuo conſenſu, niſi velint vti iure Velleiano & Macedoniano in eorum fauorem edito dico, quod certe hac indulgentia Velleiana, vel Macedoniana iſtis non eſt vtendum, quatenus attinet ad forum conſcientiæ; niſi cum ineundo huiuſmodi contractus, aut has promiſsiones facien- B do ſunt iniuriam, aut damnũ paſsi; quia vel ſunt decepti, vel coacti ad ſic contrahendum, vel paciſcendum, vel ſi in malum patris familias ceſsit: quia non eſt conuerſum mutuo à filio acceptũ in ſui ipſius, aut patris eius vtilitatem; ſed potius in luſibus illud diſtraxit, aut profane profudit; quia præ parua experientia & præ iuuenili imprudentia parum valebat ſe gubernare, ſiquidẽ hęc iura his imbecillibus perſonis ideò voluerũt conſulere: quia fraudibus, calumnijs, & iniurijs multum ſolent patere. Facit lex ſi mulieri. ff. ad Velleianum, vbi decernitur, quod mulier, quæ ex interceſsione non damnificatur Velleiano nõ iuuatur. Et. l. aliquando, vbi diffinitur, quod ſi obligatio in effectu ſpectat ad mulierem, licet ſit C interceſsio Velleiano non iuuatur. Vide Cordu. de caſib. conſc. q. 155. vbi ait, quod licet donatio minoris, & Velleiana interceſsio mulieris, & alię alienationes prohibitæ non valent, bene tamen obligationes prædictę, qua pro ſe ipſis minor & mulier ſe voluerunt obligare, valent.

## CAP. CCLXXIX.

*De tribus caſibus iactantiæ: Et an in eis interueniat reſtitutio vel culpa mortalis: De peccato ironiæ: Et an fœminæ ſe fucantes peccent, & quali peccato, & de ornatu earum quando ſit peccatum, & quale: Et de hypocriſi extorquẽte eleemoſynam, aut prælatiam: Et de conducente ab alio licentiam quæſtuandi.*

D DE octauo præcepto, ſcilicet, nõ dices falſum teſtimoniũ, ſermonem & diſputationẽ aggreſſo, parum viſum eſt de ipſo ſolum pertractare, niſi omnia peccata linguæ ſimul percurrerem, vt materia hæc ſuis numeris abſoluta maneret. Igitur poſtquam de detractione, irriſione, maledictione, ſu-

 ſurra-

ſurratione, & de mendacio, & de fidei fractione,
abunde diximus: nunc de reliquis peccatis lin-
guæ nempe de iactantia, adulatione contentio
ne blaſphemia, & ſimulatione, quæ autore D.
Thoma quoddam mendacium eſt rebus & fa-
ctis exercitum, atque de alijs his affinibus vitijs
diſputandum ſupereſt. Inchoantes igitur à vitio
iactantiæ dicimus cum D Tho. 2. 2. q. 112. art. 1.
& 2. iactantiam eſſe vitium contrarium virtuti
veritatis, ſecundum ſpeciem, ſed ratione originis
opponitur humilitati: quia iactantia à ſuperbia
originem ducit, finis tamen eius eſt vana gloria.
Hac enim de cauſa ſe ſolent homines vani iacta
re, vt aliquid auræ popularis captent. Sed quale
peccatum ſit iactantia, an veniale, aut mortale,
ſtatim in ſecundo artic. diffinit. D. Thom, dicẽs,
quod quia ſpecies quædam eſt mendacij, ſicut
mendacium aliquando eſt veniale, vt cum non
contrariatur charitati, & aliquando eſt mortale
quando ei contrariatur: ſic etiã & iactantia. Erit
igitur mortale vitium, quando quis per iactan-
tiã aliquid profert contra honorẽ, & gloriã Dei,
aut cõtra charitatẽ proximi. Cuiuſmodi erat il-
le Phariſæus, qui ſe iactans in templo aſperna-
batur cæteros, & publicanum pro ſuis peccatis
orantem. Erit quoque iactantia mortalis, ſi ſit de
mortali & cum complacentia illius, aut ſi proce
dat ex cauſa mortali, aut ſi ordinetur ad finem
mortalem, vt de mendacio prædiximus

¶ Iam circa hanc doctrinam D. Tho. exurgit
dubium, in quo faceſſit nobis negocium Metina
in ſua inſtructio. fol. 189. ſcilicet, an iactantia illa
qua aliquis religioſus ſe iactat falſo affirmans,
alicuius magnatis eſſe filium, hæc eius vana ia-
ctantia, & falſa ſibi attribuenda ſit malitiæ mor
tali. Videtur quod ſic, propter rationem Metinę
quia id in contemptum habitus cedit, quod non
abeſt à peccato mortali. Sed in contrarium eſt
Nauarrus in ſum. cap. 18. nu. 3. vbi ex profeſſo
ait, quod mendacium iocoſum, aut officioſum,
qualis videtur iſta religioſi iactantia, non eſt
mortale, etiam ſi à religioſo, aut ab alio cuiuſuis
ſtatus perfectionis dicantur, niſi iuramento fir-
mentur, aut cum magno ſcandalo dicantur.

¶ Pro ſtatuenda igitur concordia inter hos
graues doctores, nam Metina nimis rigide loqui
tur, Nauarrus verò aliquãtulum ample ſe in hoc
extendit, dico ad quæſtionem præſuppoſita di-
ſtinctione, quam 2. 2. q. 187. art. 10. tradit, quod
inter religioſos aliqui ſunt iam tam ſuper cande
labrum poſiti cuiuſmodi ſunt prælati, & inſig-
nes magiſtri, prædicatores, & iam veluti ſpecta
culum & exemplar facti totius populi, quorum
vitam, vt ibi ait D. Thomas plures reſpiciunt. Et
de his loquendo, apparentiam habet opinio Me-
tinæ, ſcilicet, quod prædicto modo vane, & fal-
A ſo de genere magnatũ eſſe, vt Comitũ, Marchio
num, aut Ducum ſe iactantes peccãt mortaliter.
Tum, quia (vt docet ibi D. Tho.) nõ fit hoc ſi-
ne ſcandalo, cũ plures vitam horũ reſpiciant. De
quorũ ſcandalo ait Domi..us per Ieremiã. 23. In
prophetis Hieruſalem vidi ſimilitudinẽ adulterã
tiũ, & iter mẽdacij: & confortauerũt manus peſ-
ſimorũ, vt nõ cõuerteretur vnuſquiſq; à malitia
ſua: at ſecundũ D. Tho. ibi propter ſcandalũ re-
ligioſorũ iſtorũ poteſt peccatũ eſſe maius, quã
ſæculariũ: ergo quanuis iſta prædicta iactantia
ſolũ eſſet venialis, ratione ſcandali in his poteſt
eſſe mortalis. Tum, quia hi inſignẽ excitãt de ſe
irriſionẽ, & contẽptũ cõtra religionẽ, & habitũ,
B dum obmurmurant vulgares dicẽtes: Hui, qua-
le corpus huius religionis, & congregationis eſt
vbi eius capita ſunt tã falſidica, & vana. Alij ſunt
religioſi non tanti nominis, in quorũ vitã non
ſolent tantopere reſpicere ſæculares, atq; prop-
terea non ſolent tantopere cæteris paribus ſcan-
dalizare: quia eorũ vita non ita curioſe attendi-
tur, neq; eorũ verba ita trahuntur in exẽplum.
De his ergo loquendo, quis erit tã criticus cẽſor,
vt ſi ſemel, aut bis prædictam & falſam & vanã
iactantiã effutiuerint corã aliquibus propterea
de culpa mortali eos notet? Et in his verificatur
ſentẽtia Nauarri. Ecce vno dũtaxat verbo hãc vi
detur D. Th. explicuiſſe quęſtionẽ. Ex cuius do
C ctrina iã patet, quid ſit dicẽdũ ad obiecta. ¶ Quo
niã ſermones morales tãto incertiores cõtingit eſ-
ſe, quãto ad magis particularia per eos fit deſcẽ-
ſus autore D. Th. ideò, quia Meti. in ſua inſtru-
ctio. deſcẽdẽs ad quẽdã caſum particularẽ in hac
materia iactãtiæ, nõ cũ tanta certitudine eũ diffi
nit, dignũ duximus eum huc aduocare, vt an ita
ſit vera ſua abſoluta diffinitio, pateat. Diffinit ibi
fol. 190. ſcilicet, nõ abeſſe à culpa mortali, & re-
ſtitutioni obnoxia aliquẽ, qui ad obtinẽdã cathe
drã, canonicatũ, vel dignitatẽ ſuffragãtiũ captan
do beneuolẽtiã, dũ ſuorũ meritorũ rationẽ red-
dit, ſe falſo iactat quod libros ſcripſerit, quos in
lucẽ ediderit, vel aliquid ſimile. At verò tã abſo
D lute hunc, tum ad culpam mortalem damnare,
tum etiam ad reſtitutionem obligare puto, rigi-
dum eſſe, niſi diſtingamus. Nam dupliciter vſu
euenire poteſt, vt hic ſe falſo de prædictis ia-
ctet. Vno modo, vt hæc iactantia falſa non fue-
rit cauſa principalis, & cauſa ſine qua non obti
neret prædicta: quia iam vota ſuffragatorum
parata erant pro illo ſuffragari, eo quod per
facundiam inter legendum, & per acutiem
inter diſputandum, & reſpondendum abun-
de oſtenſam iam eius ſufficientiam, aut ex-
ceſſum ſupra cæteros, ſuffragaturi intellexe-
rant: ſicut accidere poſſet aliquando. Et in hoc
caſu, quia eius falſa iactantia non eſt menda-
cium



cium pernicioſum, neque etiam eius competito
ribus, non videtur ſecum præ ſe ferre malitiam
mortalem, aut obligationem aliquam reſtitu-
tionis. Alio modo ſe poteſt iſte iactare falſò de
prædictis ita, vt per hoc inducat ad conferendã
ſibi cathedram vocales, alias nõ paratos adhoc.
Et in hoc caſu vera eſt ſententia Metinæ. Et
quia regulariter vſu venit, vt per hoc inducat
alias non paratos illi ſuffragari, ideo hæc ſenten
tia Metinæ regulariter eſt vera, licet nõ ſemper.

¶ Præterea huc quoque attinere poteſt, &
iſte caſus, vbi quædam fœmina, quia ſe iacta-
bat falſo, tum de generis ſui nobilitate, tum de
ſua virginitate, hac ratione allexit virum quen-
dam prædiuitem, vt eam duceret vxorem eãq;
dotaret in duobus mille ducatis. Quæritur, an
hæc iactantia falſa fuerit mendacium pernicio-
ſum, taliter, quod hæc duo millia ducatorũ hæ-
redibus mariti reſtituenda ſint poſt mortem vi
ri. Reſpondetur ergo ad quæſtionem, nam non
multum aliam diſsimilem proponit Cordu. in
tractatu de caſibus conſc. q. 135. Et dicitur pri-
mo, quod ſi cauſa principalis & finalis, ob quã
vir hic eã ſic dotauit, ſola fuit, hæc, ſcilicet, qua-
litas ſuæ nobilitatis, ac etiam virginitatis, quia
alias, niſi ita eſſe ſibi perſuaſum haberet, eã non
dotaſſet, etiam ſi pulchra eſſet, tunc illa obliga-
tione tenetur reſtituendi eam dotem poſt mor-
tem viri. Si autem non ſic vſu euenit, imo illam
acceptūrum in vxorem creditur ob nimiã eius
pulchritudinem, etiam ſi eam neque nobilem,
neque virginem eſſe comperiſſet, eamque nihi-
lominus in tanto dotaſſet, quia ob eius decorẽ
eius amore flagrabat, tunc in hoc caſu nihil ex
tali dote tenetur reſtituere.

¶ Dicitur ſecundo, quod ſi cauſa finalis, &
principalis eum mouens ad illam ducendum in
vxorem, & ad tam magnificam dotem ei cõſti-
tuẽdum, non fuit illa qualitas ſola, ſcilicet, quòd
eſſet virgo, neque ambæ ſimul, quòd eſſet vir-
go & ſimul nobilis, ſed eius eximia pulchritu-
do, ita, quod etiã ſi reſciſſet eã neq; nobilẽ eſſe,
neque virginem eam ob eius ſpeciẽ duxiſſet in
vxorem, licet non tam libenter eamq; dotaſſet,
licet non in tanto exceſſu, tunc obligatione re-
ſtituendi ipſa tenetur in ea quantitate ſolũ, quã
creditur vir auxiſſe, eo quod credidit eã nobilẽ,
& virginem eſſe arbitrio boni viri. Non tamen
in hoc caſu tenetur in totum. Reſtitutioq; faciẽ
da eſt hæredibus viri, quibus vir alias reliquiſ-
ſet; quibus deficientibus ſatius eſt ea reſtitutio
fiat, vel pro pauperibus verecundis, vel pro hoſ
pitalibus, vel pro puellis egenis matrimonio
collocandis. Vide Sylu. reſtitutio. 3. q. 10. & re-
ſtitutio. 4. & legatum. 2. q. 15. & teſtamẽtum. 1.
q. 13. & Nauar. in ſum. cap. 17. nu. 41. & Metina
A Compluten. de reſtitutio. quæſtione. 24.

¶ Porrò, quia ironia ſpecies eſt mendacij; op
poſita iactãtiæ, de qua iam diximus, nũc quoq;
de ea, an ſit peccatũ, ſpeculandũ eſt. Dicimus er
go cũ D. Th. 2. 2. q. 113. art. 1. quòd ironia hinc
conſtat eſſe peccatũ, quia qui ironia vtitur à ve
ritate deficit minora de ſe dicens, vel vilitatem,
vel defectũ, quo caret ſibi attribuens. Non autẽ
peccato attribuendũ eſt, ſi quis ſine malo fine
ſalua veritate maiora ſua occultat, & minora de
tegit. Quocirca id, quod D. Gregorius teſtatur
dicens bonarum mentium eſſe ibi ſuas culpas
agnoſcere, vbi culpa non eſt; non ſic eſt intelli-
gendum, quaſi culpabilem ſe fateri debeat ali-
B quis de culpa, quæ re vera culpa manifeſte non
eſt, ſed quod defectum ſuum à perfectione, qui
apud Deũ forte culpa nõ eſt culpam poſſe eſſe,
vel eſſe recognoſcat: ita, vt licet opus manifeſte
bonũ ex ſua ſubſtãtia operetur, defectu alicuius
debitæ circunſtantiæ malũ forte eſſe recognoſ-
cat. ¶ Adde, quòd iactantia, quia ex peiori radi-
ce naſcitur. ſ. ex ſuperbia, vel auaritia, peior eſt
ironia, quæ minus oneroſa eſt alijs, quam iactã-
tia. Sed tamen ratione alicuius peioris finis intẽ
ti ironia peior poteſt eſſe iactãtia. Sicut vſu eue
nit in aliquibus, qui ſe venditare, & oſtẽtare po
pulo cupiũt ſub ſpecie ſanctitatis, qui quo humi
liores & ſanctiores reputentur in publico, mille
C defectus proprio ore ſibi ipſis attribuũt. Siquis
autem, vel leuiter de aliquo eos increpet in mille
contra illum inſiliunt iniurias.

¶ Quoniã etiã ſimulatio eſt quoddã menda-
ciũ, quod rebus & factis exercetur. Ideo pecca-
tũ eſt ſicut & mendaciũ. Non enim refert, quod
aliquis mẽtiatur verbo, vel quocunq; alio facto.
Neque obſtat ꝙ Chriſtus ſe finxit longius ire,
aut quod Abrahã Geneſ. 22. dixit ſeruulis, poſt
quã adorauerimus reuertemur ad vos: Quia au-
tore D. Th. 2. 2. q. 111. in ſolut. ad. 1. neuter ſimu
lauit. Quia cũ fingitur aliquid ad aliũ ſignificã
dũ non eſt proprie ſimulatio. Sic Chriſtus Dñs
finxit ſe longius ire ad ſignificandum, vt ait D.
D Grego. quòd à fide illorũ diſcipulorũ lõge erat.
Vel ſecundũ D. Auguſt. ad ſignificandũ, quod
longe receſſurus erat ab eis: aſcendendo in cælũ.
Abraham verò ſecundũ D. Ambroſiũ prophe-
tabat quod ignorabat. Ipſe enim ſolus diſpone-
bat redire immolato filio: ſed Dominus per os
eius locutus eſt, quod parabat: neutra ergo actio
fuit ſimulatio, neque mendacium, quia vtrunq;
virtuti veritatis opponitur.

¶ Attende ſecundo, quod cũ hypocriſis quæ
dã ſit ſimulatio, non omnis ſimulatio eſt hypo-
criſis: ſed ſola illa, qua quis ſimulat perſonam
alterius: ſicut cum peccator ſimulat perſonam
iuſti. Ex quo ſequitur, quòd virtuti veritatis di

rectè opponitur, ſed ſecundum aliquod accidẽs,
putá; ſecundum aliquem finem remotum, vel
quodcunq; aliud huiuſmodi poteſt opponi alijs
virtutibus. Eſt autem peccatum mortale hypo-
criſis illa, qua quis non vult bonus eſſe, ſed ſo-
lum ſanctus apparere: quia eſt veluti duplex
malum, ſecundum gloſſ. ſuper illud Hieremiæ:
Maior effecta eſt iniquitas populi mei peccato
Sodomorum. Si autem ſimulat quis ſanctitatem
ob finem mortalem, nempe, vt falſam doctrinã
ſuadeat hypocriſis eius ex parte finis erit mor-
talis. Si autem finis eius non ſit mortalis, vt cũ
quis in ſola ipſa fictione delectatur, venialis erit
tantum, propter quod Ariſtoteles. 4. Ethic. de
hoc hypocrita loquens ait, quod magis videtur
vanus, quam malus, vt cum quis ſimulat perfe-
ctionem ſanctitatis, quæ non eſt de ſalutis ne-
ceſsitate. Quę quidẽ ſimulatio neq; ſemper eſt
peccatum mortale, neque ſemper eſt cum pecca
to mortali. Itá D.Thom.2.2.quæſt.111.artic.1.
& ſequentibus.

¶ Iam circa hanc doctrinam D.Thom. quia
mulieres ſe fucantes coloribus vtuntur quadam
ſimulatione, quia pulchriores in facie ſe eſſe ſi-
mulant, an hæc fucationis ſimulatio ſit peccatũ
inquirendum eſt. Pro cuius dubij intelligentia
dicendum eſt primo cum D. Thoma.2.2.q.16.
art.2. ad.2. quòd mulierum fucatio non abeſt à
peccato, vt D.Cyprianus teſtatur. Nam & D.
Auguſtinus in Epiſtola ad Poſsidium teſtatur,
quòd mulier ſi fucet ſe quo rubicundior, & can
didior appareat, adulterina ſallacia eſt, qua non
dubito ipſos maritos ſe velle decipi, quibus ſolũ
permittendæ ſunt fœminæ ornari, ſecundũ ve-
niam non ſecundum imperium. Addit autem
D.Thom. quòd aliud eſt fingere pulchritudinẽ
non habitam, & aliud eſt occultare turpitudinẽ
ex aliqua cauſa prouenientem, puta, ex ægritu-
dine, vel huiuſmodi. Hoc enim eſt licitum: quia
ſecundum Apoſtolum.1.ad Cor. 12. quæ puta-
mus ignobiliora membra corporis eſſe his ho-
norem abundantiorem circundamus. Hæc D.
Th. Cui accedens eius gloſſator Victoria in ſuis
ſcholijs ſuper. 2. 2. quæſtionibus ait, quod oẽs
Doctores aſſentientes D. Tho. & ſancti aſſerũt
huiuſmodi fucationes eſſe peccata: nam ibi in-
teruenit ad minus mendacium ſimulationis, qua
ſe pulchras eſſe mentiuntur. Et quia hic interue
nit quædam ſuperfluitas, ideo eſt peccatum ve-
niale de ſe. Quod ex hoc etiam ita eſſe probatur
quia ex huiuſmodi fucationibus offendũtur ſan
cti. Adijcit autem Victoria ibi vnum aſſertum
quod mihi omnino non facit ſatis, ſcilicet, quod
nullam aliam cauſam, aut rationem maiorẽ pec
cati in his fucationibus mulierum, quam in earũ
ſuperfluis ornamentis ipſe inuenit. Sed certe ſi
A attendiſſet ad duo aſſerta D.Auguſtini citata à
D.Thom.2.2.quæſt.169.art.2.in corpore arti-
culi, & ibi ad 2. intellexiſſet plane hoc ſuum aſ-
ſertum aduerſari D.Auguſt. & D.Thom. ibi eũ
citanti. Nam fucationem mulieris etiam nuptæ
in ſolutione ad 2. ex verbis D.Auguſt. D.Tho.
fallaciam adulterinam eſſe concludit, quo factu
ram & plaſma Dei adulterare contendit; iuxta
etiam ſententiam D.Cypriani. At vero in cor-
pore articuli de ornatu mulierum loquens idẽ
D.Thom. allegans D.Auguſtinum in forma ſic
ait: Nolo, vt de ornamentis auri, vel veſtis pro-
priam habeas in prohibendo ſententiam, niſi in
his, qui neque coniugati ſunt, neq; coniugari cu
B pientes cogitare debent, quomodo placeãt Deo.
Vbi ornari mulieribus nuptis quo ſuis viris pla
ceant prohibendum eſſe non putat, quaſi non
de ſe talis fallacia ſit, qualis eſt fucatio. Fucatio
ergo ad adulterandas facies nullo modo licet, ſi-
cut neque mentiri. At vero ornare ſe cum mode
ſtia veſtibus ſibi decentibus ſecundum ſuum ſta
tum, quo placeat viro ſuo non eſt coniugatæ vi
tio dandum. Secundo dico iuxta mentem Diui
Thomæ cum eodem Victoria, quòd in regioni
bus vbi mulieres fuſcas & turpes eſſe contingit,
bene eis licet ſuam turpitudinem occultare, qua
ſi corrigentes fuſcum colorẽ eis impreſſum à ni
C mio ardore ſolis. Non vero id liceret mulieribus
Germanicis in Germania, quia ex natiuo & vi-
uido colore proprio albæ & pulchræ ſunt.

*Cypr. in libr. de habitu virginũ.*

¶ Tertio dicimus, quòd ſi puellæ virgines nõ
laſciue neq; ſine malo, neq; cum exceſſu ſe or-
nent, etiam ſine alliciendi aliquem virum in ho
neſtum amorem, nempe, vt eius cupiat nuptias
& velit in vxorẽ, nulla reprehenſione eſt digna.

¶ At de hoc quoque hæſitare hic quis pote-
rit, an Chriſtianis fœminis liceat citra peccatũ
veſtibus circundari deauratis. Videtur autem id
eis non licere. Nam magna eſt autoritas Apoſto
lorum Petri & Pauli id prohibentium. Nam D.
Petrus 1.Petri.3. ſic ait: Quarum, ſcilicet, mulie-
D rum non ſit extrinſecus capillatura, aut circun-
datio auri, aut indumenti veſtimentorũ cultus.
Diuus etiam Paulus.1. ad Tim.2. ſic docet: Mu
lieres in habitu ornato cum verecũdia & ſobrie
tate ornantes ſe, non in tortis crinibus, aut auro
aut margaritis, aut veſte pretioſa. Reſpondetur
cum D.Tho. quòd per hæc Apoſtolorum ver-
ba non prohibetur mulieribus ſobrius, & mode
ratus ornatus, ſed ſuperfluus & inuerecũdus &
impudicus. Ita D.Th.2.2.q.169.art.2.ad 1. Secũ
do dicitur cum Victoria, quòd propter autori-
tatem Apoſtolorum id prohibentium non vidẽ
tur excuſari à peccato mulieres Chriſtianæ por-
tantes veſtes deauratas: quia ſuperfluus talis
ornatus videtur, & omnes ſuperfluitas ad minus
non



non caret peccato veniali. Et quanuis ab aliqui
bus aliter excuſentur à peccato hoc mulieres no
ſtri temporis, quia dicunt, vel quod illa prohi-
bitio Apoſtolorum ſolum locum habuit pro
ſuo tempore: quia ſanctiſsimũ tempus erat flo-
rens exemplo ſanctitatis, modeſtiæ, & pœnitẽ-
tiæ, vel quia illa fuit potius monitio, ſeu conſi-
lium potius, quam prohibitio: ſed nos credimus
cum Victoria, quod talis ornatus mulierum au-
reus nunquam fuit regulariter expers alicuius
peccati, niſi fortè fœminæ nobiliſsimæ cũ pro-
ducendæ ſunt ad thalamum huiuſmodi deaura
tis veſtibus pro cõgruentia ſui ſtatus, & tẽporis
nuptiarum vtantur. Quemadmodum de ſancta
B Cæcilia virgine & martyre legitur, quòd cum
inuita Valeriano deſponſata eſſet, dum dies nu
ptialis inſtaret cilicio ad carnes induta, deſuper
auratis veſtibus tegebatur. Noui ex his vnã prę
clariſsimam fœminam, quæ veſtem auro mire
intertextam pro tempore nuptiarum ſibi colla
tam cum ſemel tunc induiſſet, vſque ad mortẽ
in capſa reſeruauit, poſt mortem ipſius dominę
noſtræ de Atocha dedicandam. De artificibus
vero, qui hæc ornamenta conficiunt, & de orna
tu clericorum, an ſericis poſsint indui, vide D.
Thomam, & Caietanum optime in eodem arti
culo diſſerẽtes. De ea malitia, quam ſuperfluus
ornatus ratione aliquarum circunſtantiarũ po-
C teſt contrahere, nolumus hic ſermonem protra-
here, ſcilicet, cum eſt contra conſuetudinem pa-
triæ, vel cum eſt inſolenter compoſitus, vel li-
bidinoſus, & impudicus, vel delicioſus, vel ex ni
mia ſolicitudine cõquiſitus, vel male adaptatus
ad corpus, vel vanus, ſcilicet, ad vanam gloriam
aucupandam. Sed tantum hic aduertere libet,
quòd licet mulier nupta (vt prædiximus) orna
re ſe poſsit ſobriè, vt ſuo viro placeat, ne ſe con
tempta in adulterium ruat: tamen, ſi ſuperfluè
itá ſe ornet, vt virum ad ſuis creditoribus ſoluẽ
dum impotentem faciat, aut propter hoc tem-
pore grauis famis inualeſcentis ſuperflua ad ſuũ
ſtatum, quæ tunc eroganda erant pauperibus,
D ita in profanos ornatus profundit, vt maritum
impotentem ad largiendas eleemoſynas faciat,
peccabit certè mortaliter. Innuptæ vero fœmi-
næ, ſi ideò ſe ornent, vt virorum libidinem pro
uocent, reæ manifeſtè ſunt culpæ mortalis: ſed
ſi ex ſola vanitate, vel leuitate faciant licet ex-
cedant, non eſt peccatum mortale de ſe, niſi
cauſa alicuius notabilis adiunctæ circunſtantię.
Capillos autem nudare fœminas, quas etiam
caput velare Apoſtolus iubet, nec maritatam
decet. In quo tamen caſu poſſent aliquæ à pec-
cato excuſari, quando hoc non fieret ex aliqua
vanitate, ſed propter contrariam conſuetudinẽ:
quanuis talis conſuetudo non ſit laudabilis.
A Hæc Diuus Thomas. Arbitror autem, quòd
quia aſpectus pectoris mulieris excitat ad laſci-
uiam, quando in propatulo geſtatur nudum;
nec conſuetudo à peccato excuſaret fœminas,
quæ ſic vbera nudata geſtarent. Notato autem
poſtremo ex Diuo Thoma, quòd hi qui alios
exemplo & verbo ædificare debent, viles
quoque veſtes potius, quàm precioſas portare
deberent.

¶ Iam aliquas quæſtiones examinaturo cir-
ca hanc materiam vitij hypocriſis prima occur
rit illa, cuius meminit Metina in ſua inſtructio.
folio.189.part.2. ſcilicet, vtrùm ſimulare ſe bo-
num ad obtinendam aliquam dignitatem, aut
B ad captanda aliqua emolumenta temporalia ſit
peccatum mortale. Videtur autem, quod ita ſit.
Tum, quia Metina egregius doctor ita affirmat.
Tum, quia talis ſimulatio mendacium videtur
eſſe pernicioſum. At quia video Sotum lib. 10.
de iuſtit. & iure, quæſt.2. artic. 2. non tam rigi
de ſuper hoc philoſophari, libet per ſequentia
aſſerta ad quæſtionem reſpondere. Dicitur er-
go primo; Qui iam coram Deo, quia reſipuit de
ſuo crimine occulto eſt emendatus, & ſimulat
ſe bonum fuiſſe, & eſſe ad prædictum finem, ta
lis ſimulatio neque pernicioſa eſt, neque morta
lis, ſi dignitas ſit præſertim ſimplex & delectũ
iam ſit impedimentum irregularitatis, aut inha-
C bilitatis, ſi quod ex crimine ſuo contraxit. Pa-
tet; Nam eſt Chriſtus Dominus Petrum antea
ſui negatorem poſt eius pœnitentiæ lachrymas
non indignum eſſe reputauit totius eccleſię vni
uerſalis pontificatu. Secundo dicitur, quòd qui
malus eſt, quia in peccato mortali eſt quod D.
Paulus crimen vocat, ſi cum ſit ſine propoſito à
tali crimine diſcedendi, ſe bonum eſſe fingit ad
prædicta emolumenta dignitatum, vel bono-
rum temporalium adipiſcenda talis fictio mor-
talis eſt, & pernicioſa ſibi & alijs: quia indignus
eſt talis talibus muneribus, quæ dignos exigunt
impetratores, & ſine peccato mortali. Vnde nõ
dubitat Sotus, quin ille, qui cum animo perſeue
D randi in peccato epiſcopatum acceptat eodem
ipſo facto mortaliter peccet.

¶ Tertio dicitur, quòd qui eſt in crimine
mortali conſtitutus, ſed non cum animo perſeue
randi in illo, ſed cum animo cum noua dignita-
te, aut nouo officio nouam vitam ſtudioſam,
& exemplarem inchoandi, ſi ſimulet ſe inte-
rim bonum ad prædictam adipiſcendam dig-
nitatem, talis ſimulatio, ſi alias ſit dignus,
quia pernicioſa non eſt: non videtur eſſe mor-
talis. Nam ad acceptandam dignitatem ec-
cleſiaſticam, etiam ſi ſit epiſcopalis, cum iſta
acceptatio non ſit ſacramenti alicuius ſuſce-
ptio, non requiritur, vt prædictus ſit actuali-

ter conſtitutus in gratia: ſed ſatis eſt ei animus adſit mutandi vitam, & ſe pręparandi ad gratiã. Quod in tantum verùm eſt, vt Sotus audacter ibi aſſeueret quod affectuum malorũ peſte corruptus, ſi eligatur ad epiſcopatum ſi intelligit auxilio diuino ſe fore emendandum, tenetur parere ſuperiori in acceptando epiſcopatum. Secus autem eſſet ſi turbulentiam ſuæ conſcientiæ pacare non poſſet, quæ ſibi dictaret, ſibi per quam difficile fore, ſuorum malorum affectuum petulantiam poſſe compeſcere: quia tunc non teneretur acceptare.

¶ Præterea & alia quæſtio eiuſdem Metinæ ad materiam hypocriſis & ſimulationis pertinẽs diſcutienda venit, ſcilicet, an qui hypocriſis ſimulatione eleemoſynæ copiam ſibi comparauit eam teneatur reſtituere. Nam videtur, quòd reſtituenda ſit: ſiquidem eſt talis collatio eleemoſynæ inuoluntaria: quippe quæ eſt per deceptionem dantium ei facta. Sed in oppoſitum eſt ratio Metinæ ibi in ſua inſtructione, fol. 188. p. 2. Quia licet illa donatio eleemoſynæ inuoluntaria fuerit, non enim ei eam impendiſſent largitores, ſi eius hypocriſim reſciſſent: ſed tamen valida fuiſſe videtur, poſtquam libera fuit & abſoluta, & ſine cõditione. Sicut, verbi gratia, vt addit exemplum Metina, ſi aliquis ſciſſet eam, quam duxit vxorem fornicariam fuiſſe, vel eius ſocerum eam non dotaturum, eam non duxiſſet, nihilominus matrimonium fuit validum: ſic inquit & in caſu præſenti.

¶ Pro huius quæſtionis explanatione, quia iam alibi eius meminimus nunc aliqua breuiter dicta trademus. Dicitur ergo primo cum Soto, cuius opinio inter alias varias aliorum ſentẽtias ſemper mihi magis placuit. Is nanque de iuſtit. & iur. lib. 9. q. 7. art. 3. in ſolut. at contra Alexã. Alenſem & Altiſiodoren. & Adrianum aſſerit, quòd ſiquis per hypocriſim, aut aliam ſimulationem aliquid adquirit, vt ſiquis nequam ſimulata ſanctitate, aut aliquis diues efficta paupertate eleemoſynas, aut beneficia adquirit, ſi parua ſit quantitas, quam ſic ſibi conflauit, qualis eſt ea quantitas quotidiana, quam pauperes mendicãdo congerere ſolent, non tenetur eam ſuis dominis, qui eam erogarunt refundere. Et in hoc caſu vera eſt ſentẽtia Metinæ, qui nõ diſtinxit, quia ignorãtia in hoc caſu nõ facit inuoluntariũ, quãdo nõ ignoratur potiſsima cauſa operis: ſ. charitas exercita in proximũ ꝓpter Deũ. Neq; enim tã modica quota eleemoſynæ tantã attendit rationem meritorum: quia licet pauper non ſit dignus, non tamen largitores aliquam patiuntur iacturam meritorum. Quocirca talis ficta ſanctitas, aut paupertas potius ſe habet, vt cauſa impulſiua, quam vt cauſa principalis, & finalis. At

A que ideo, licet deficiat vera ſanctitas, aut paupertas, donatio hæc eleemoſynæ facta non inualidatur. Facit pro hoc lex Mæuia. ff. de manumiſſ. teſtam. Quod quidem dictum hoc primum in quotidianis eleemoſynis locum habet, quæ ordinario modo ſine exploratione perſonarum ac meritorum ſolent impendi ſpontaneè. Secundò dicitur cum eodem Soto, quòd ſi magna vis pecuniæ per huiuſmodi perſonatas ſycophantias & hypocriſim inſignem conflata eſſet (vt ſiquis ſingularis impoſtor ſanctitatem, vel egeſtatem eximiam ementiendo pondus æris magnum conquiſiſſet) tunc certè reſtituenda neceſſario eſſet. Non enim eleemoſyna tam copioſa B ſpontanea cenſenda eſſet, ſed per fraudem extorta. Et in hoc caſu verum non habet opinio Metinæ, neque aliquid concludit eius ratio & exẽplum: quia negamus huius eleemoſynæ in tam magna copia liberam fuiſſe largitionem: ignorantia enim, ſine qua non fieret, tollit liberum. Sed neque exemplum ignoranter ducentis vxorem nequam, quam ſi talem eſſe ſciſſet, non duxiſſet, quidquam valet. Quia præterquam; quod matrimonium eſt ſacramentum, quod ſic ſemel contractum non ſic eſt inualidandum dicente domino, Quos Deus coniungit homo nõ ſeparet, in ratione contractus iure naturæ non C inualidatur ex ignorantia, qua vir ignorabat, an vxor eſſet laſciua, vel caſta. Quia deceptio hic non contingit circa ſubſtãtiam contractus; neque enim erratum eſt in perſona, ſed in qualitate perſonæ, an eſſet, bona & mala: at eleemoſyna, & donatio, quia ſunt actus merè gratuiti nullam compatiuntur deceptionem, præſertim in cauſa ſine qua non. Nam præſumitur ſanctitas, aut egeſtas eleemoſynam poſtulantis, & ſe talem ſimulantis cauſa fuiſſe, ſine qua non, & aliquomodo principalis, ſine qua tam abundanter eam non erogarent.

¶ Ex prædictis primo corollarie ſequitur, quòd ſi is, qui impetrauit à Papa literas cum gra D tijs conceſsis largientibus ſibi eleemoſynam ad quæſtuandum pro certo tempore, & ſubreptitie obtinuit eas, quia expoſuit papæ ſe extrema neceſsitate vrgeri, eo quòd domus eius incendio combuſta eſſet, vel pater eius captiuus detineretur, quæ narratiua tota veritate caruit, & ſic magnam congeſsit quantitatem pecuniæ, pecuniæ hæc ſumma reſtituenda eſt, vt inſinuat Corduba in tractatu de caſibus conſcientiæ pauperibus, aut pro ſimilibus operibus pijs, pro quibus animus eam eleemoſynam in magna copia conferentium fuit applicatus. Secundò etiam, quaſi per corollarium dicitur, quod ſicut contigit in caſu, qui literas veras pro ſua neceſsitate naufragij ſupplenda ad



ad quæſtuandum impetrauit à papa pro certo tempore, ſi illam gratiam & licentiam quęſtuandi alicui conductori, & quæſtori pro certa ſumma pecuniæ locauit, præterquam quod iſte locator graui pœna eſt dignus; quia rem impiam, & contra finem eleemoſynæ molitus eſt, quia eleemoſyna pro ſcopo habet his ſubuenire neceſsitatibus tantum, quæ alias remedio carent. Non eſt vero eius finis cõductoris huius licentię augere ſubſtantiam, etiam ſupplicium meretur, quia rem fraudulentam, & reipublicæ & eius pauperibus pernicioſam eam licentiam quæſtuandi locando machinatus eſt, dum ſubminiſtrauit alteri materiam lucrum ſibi captandi ex conductione eleemoſynarum pauperum. Tertio dico, quod conductor eiuſdem licentiæ quæſtuandi omne id, quod ſic quæſtuando reportauit, lucrum reſtituere tenetur exceptis expenſis ſui victus, & excepto quoque eo pretio, quod pro tali conductione licentiæ erogauit. Reliquum vero lucri reſtituendum eſt ei, pro cuius neceſsitate ſupplenda ea licentia impetrata eſt, ſi adhuc neceſsitas ſuppleta non eſt. Quod ſi iam huic neceſsitati plene ſubuentum eſt, reliquum pauperibus reſtituendum erit, vel certe his applicabitur operibus pijs quibus adiudicatum fuerit per iudicem, ſi crimen hoc delatum fuerit ad iudicium. Ita Corduba cordatè docet in tractatu de caſibus conſcientiæ. q. 98.

# CAP. CCLXXX.

*An ſimulatio ſit peccatũ: Et an ſimulatio ſanctitatis aliqua culpa ſit & qualis: De affabilitate, & de peccato adulationis illi cõtrario: Et an peccatum ſit hiſtriones alimentare: Et de peccato litigij, & quando ſit mortale: Et an culpabile ſit litigare in iudicio, in caſu dubio: Et an in hoc dubio poſsit patrocinari aduocatus: Et de obligatione reſtituendi, qua tenentur male litigantes de appellatione iniuſta, & an iuſte damnatus poſsit appellare in aliquo caſu: Et de quatuór modis quibus contingit peccare eum, qui in iudicio litigat: Et an liceat parti aduerſæ litiganti negare loquelam, vel accuſare, vel remittere iniuriam, Et quando intelligatur remiſſa: Et an iudex poſsit aliquando compellere partes ad compoſitionem: Et an à ſententia iudicis arbitri liceat appellare: Et de tranſactione: Et an gener compromiſsioni, in quaſe putat deceptum fuiſſe, aſtare teneatur: De quodam genere hominum augentium lites in republica.*

A Q VONIAM materiam hypocriſis, & ſimulationis abſoluere nequiuimus in præcedenti capitulo, ne lectorem grauaremus prolongando lectionem vnius capituli, reliqua abſoluenda dubia huc remiſimus. Igitur quæritur, vtrum ſimulatio ſit ſemper peccatum. Videtur nanque non eſſe peccatum. Dauid enim, vt. 1. Regum. 21. refertur, ſimulauit ſe fatuum mutando faciem ſuam coram Achis Rege Geth. Facit cap. vtilem. 2. 2. quæſt, 2. Sed in contrarium eſt ſententia Diui Thomæ qui. 2. 2. q. 111. ar. 1. ait; B quod omnis ſimulatio proprie ſemper eſt peccatum. Reſpondetur ergo cum Sylueſtro, verbo, ſimulatio, in ſum. quod ſimulatio poteſt dupliciter accipi. Vno modo proprie: & quia ſic ſemper includit mendacium ſiue verbo, ſiue facto fiat, ſemper eſt peccatum. Alio modo ſimulatio accipitur largo modo: & iſto ſecundo modo non ſemper eſt peccatum, niſi admiſceat aliquod mendacium. Patet autem hoc: quia ſicut licet vti terminis æquiuocis duplicem ſignificationem, ſcilicet, veram & falſam includentibus, ſicque licet alicui loqui æquiuoce propter ſuam, aut proximi vtilitatem dum ad intentionem interrogantis reſpondere non tenetur: C ita licet vti re vel facto apto nato diuerſa ſignificare; ſicut fuga Ioſue potuit timorem & prudentiam eius, ſignificare. Igitur hac ſimulatione poſſumus vti bono fine, licet inde inimicus capiat ſenſum falſum. Hoc autem probatur per dictum ca. vtilem. & cap. quod ait & in. §. quandoque. 22. quæſt. 2. Vnde ſimulatio ſignificationis non eſt peccatum, ſicut neque ſimulatio inſtructionis, vt cum figuratiuo modo loquendi vtimur, ſecundum omnes, niſi addatur mendacium. Et tale fuit factum Dauid coram rege Achis. Secundo notandum eſt ex doctrina D. Tho. (quod quia dubitare quis forte poſſet, vtrũ occultare propriũ peccatum ſit ſimulatio, & mendacium tenendũ eſt cũ ipſo, quod ſi- D cut mendacio ſimulationis caret tacere aliquem; quod eſt: ita neq; ſimulatio mẽdax eſt, ſi aliquis occultet peccatũ ſuum, ne inde alijs ſcandalum generetur, ſcilicet, quando occultat faciẽdo quæ taliter facere peccatores nõ conſueuerũt, vel per opera ęquiuoca ſignificãtia innocentiã à peccato illo, & aliquid aliud. Vnde in hoc ſenſu intelligẽdum eſt illud aſſertũ Nauarri in ſum. c. 18. n. 8. dicentis, quod ſi faciat quis opera, quibus bonus appareat, cum non ſit cum intentione oſtẽdendi ſe bonum, niſi alium apponat malum finem, non peccat, neque venialiter: quia hoc eſt ſolum ſuum velle occultare peccatum.

¶ Sed

¶ Sed iam illius quæſtionis veritatem conuenit indagare, ſcilicet, vtrũ ſit peccatum ſimulare ſanctitatem. Et videtur, quòd non ſit peccatum ſi id faciat ad honorem Dei, & proximorũ ædificationem, vt cum Chriſtianus malus ieiunat, vel religioſus occulto prauus, exterius opera religioſa exercet ipſo facto videtur ſimulare bonitatẽ, qua caret: & tamen nemo hoc reprehenſione dignum iudicabit. Sed in contrariũ eſt, quia hinc non ſolũ videtur palliari eius iniquitas, ſed prætendi cuiuſdam bonitatis, qua caret æſtimatio. Ad quæſtionem ergo dicitur primò cũ Nauarro loco citato, quod peccat ſaltem venialiter qui per opera aliqua bona, quæ facit cupit bonus videri, cum bonus non ſit, etiam ſi ad ædificationẽ ꝓximi id referat. Quia licet finis ſit bonus, mediũ autẽ eſt malũ cũ ſit ꝓpriè ſimulatio. Quia iuxta D. Paul. ad Rom. 3. non ſunt facienda mala, vt inde bona eueniant. Facit cap. neq;. c. deniq;. 14. q. 5. Secus eſt ſi peccator occultus faciat opera, quibus bonus appareat, ſine intentione oſtendendi ſe bonũ: nã tunc neq; veniale peccatum erit, iuxta mentẽ omniũ, vt prædiximus, & prout explicat Caiet. in ſum. verbo hypocriſis, quia hoc magis eſt ſuum peccatũ velle occultare. Secundo dicitur ad quæſtionem cum Victoria in ſuis ſcholijs, quod ſi fingens ſanctitatis ſpeciem in tam vanum gloriæ humanæ captandæ prorumpat appetitum, vt eum ambiat honorem, vt eius tanquam ſancti populares oſculentur veſtes, eaſq; habeant pro reliquijs profecto impium committit peccatum mortale. Nã maior iniuria hic interuenit in Deum & contra homines, & contra ſanctos, quam ſi ſe finxiſſet ſanctum ad magnam copiam pecuniȩ hac via aucupandam.

¶ Tertio (quo explicemus mentem Metinæ in ſua inſtruct. fol. 190. vbi ait, quod non abeſt à peccato mortali, ſic ſe valde humiliter alijs ſubmittere aliquem, ita vt vulpina videatur vti aſtutia ad ineſcandum aliquod emolumentũ à ſe obtentum) dicimus, quòd & hoc aſſertum Metinæ diſtinctione indiget, vt in ſimili caſu ſupra mentem Soti diſtinximus. Nam ſi iſte, qui ſe ſic humiliat alias eſt idoneus ad officia, quæ licite & ſine iniuria aliorum ſibi procurat, præparatuſq; eſt in animo ad exemplariter deinceps viuendum, & ad illa munia fideliter adminiſtrãda, tunc non erit mortale, ſi ad hunc finem interim ſe nimis humiliet. Secus eſt ſi peſsimus cum ſit, interim ſic nequiter ſe humiliando ſine vlla ſibi promiſſa ſpe emendæ ſe introgerit ad ea officia obtinenda, quæ infideliter eſt exerciturus. Nam loquendo de hoc vera eſt ſententia Metinȩ. De hoc etenim Eccle. c. 19. ait: Eſt qui nequiter ſe humiliat, & interiora eius plena ſunt dolo.

¶ Porró, quoniam de peccatis linguæ hic inceptum eſt agi, & de vitio adulationis, quod lingua prȩcipuè exercetur, dicere nos aliquid oportet. Sed quia adulatio virtuti affabilitatis ſeu amicitiæ videtur opponi, ideo vt ex eius oppoſito malitia adulationis magis illuceſcat, non erit ab re, ſi de virtute affabilitatis aliquid cum San. Thoma notemus, prout ipſe tradit. 2. 2. q. 114. art. 1. & 2. Igitur amicitia vel affabilitas eſt quædam virtus ſpecialis quæ ordinat noſtram conuerſationem in ordine ad alios, in qua inuenitur ſpecialis ratio boni. Et licet virtus hæc appelletur amicitia: ſed non eſt idem cum illa amicitia, quæ conſiſtit in affectu, qua vnus alium diligit, quia hæc amicitia conſiſtens in affectu non eſt virtus, ſed conſequitur omnem virtutem, ſecundum Ariſtot. 8. Ethic. cæterum his, qui ad peccãdum ſunt proni, ne eorum peccatis conſentire, aut eis peccandi audaciam ſubminiſtrare videamur, affabilitatis amicitiam oſtendere non debemus. Propter quod in Eccleſiaſtico dicitur: Filiȩ tibi ſunt, ſerua corpus earum, non oſtendas hilarem faciem tuam ad illas. ¶ Secundo aduerte, quod virtus hæc affabilitatis, ſeu amicitiæ pars quædam eſt iuſtitiæ, nõ ſubiectiua: quia ſpecies eius non eſt, ſed eſt pars iuſtitiæ ſecũdaria, quia de ratione iuſtitiæ aliquid participat cum ea in aliquo conueniens: quia eſt ad alterum, ſicut iuſtitia. Sed differt ab ea: quia debitum eius nõ eſt legale, ſed honeſtatis: quia decet delectabiliter conuiuere ad alios: quia nemo diu morari cum triſtitia poteſt, & ſine delectabili eſſe, quanuis aliquando propter bonum exequendum, vel malum vitandum expediat alios contriſtare.

¶ Hinc iam patet, quod adulatio, vtpote virtuti affabilitatis & amicitiæ oppoſita peccatum ſit, quia communiter nomẽ adulationis attribui ſolet omnibus, qui ſupra debitum modum virtutis volunt alios verbis, vel factis delectare in communi cõuerſatione. Eſt autem adulatio culpa mortalis, ſcilicet, ratione materiæ. Vt cũ quis de culpa mortali laudatur; vel cum quis ob finẽ mortalem ſolet laudari, vel quando talis laus eſt alteri occaſio data peccandi mortaliter. Vt ſi cõtingat alios inde mortale concipere ſcandalum. Cæterum laudare alium ob charitatem fouendã vel propter ſpiritualem profectum augendum, non eſt peccatum.

¶ Circa quam doctrinam, quæ eſt Diui Thomæ, ſecunda ſecundæ, quæſtione. 115. articulo primo & ſecundo, perpendendum eſt cum Metina in ſua inſtructione. fol. 188. & pag. ſeq. adulationis vitium alienum eſſe debere ab viris ſtudioſis. Eſt autem multum periculi ſecum afferens. Vnde fatetur Diuus Auguſtinus in



in libro confeſsionum de hoc vitio nunquam potuiſſe victoriam reportare. Nam eius complacentia capiebatur, quando de ſe benedici audiebat. Addit autem adulationem, tum etiã pertingere ad culpam mortalem, quando taliter indignum incantat, & vane eleuat, vt aſpiret ad officia & dignitates, quæ longè ſuperant eius meritum. Alias ſi ſolum alicuius vanitatis cauſa fuit ex hac parte adulatio ſolum culpa venialis erit. Sicut nec etiam venialis culpa eſt, ſi quis dando operam rei licitȩ, quia laudabat alium ſana intẽtione & ex debito ſi alius inde ruit in peccatũ, quia non ei ſed menti imputãdũ eſt: nõ enim egit aliquid inordinatum.

¶ Secundò aduertẽdum eſt cũ D. Th. 2. 2. q. 168. in ſolut. ad 3. ꝙ huiuſmodi adulatoribus & hiſtrionibus extra caſum neceſsitatis quando illicitis adulationibus vacant ſubſidia alimentorũ ſubminiſtrare peccatũ quidẽ erit, & planè mortale, quãdo perniciosè cum iniuria notabili Dei, aut hominum hæc officia adulationis, aut hiſtrionatus exercent. Nã eſſet eos fouere in malò & in crimine eorum mortali cõmunicare. Secus eſſet, ſi hi homines eſſent læpidi & faceti ſine notabili iniuria aliorum ſuis facetijs, & dicterijs lætificantes alios. Nam ſi immoderate hæc exerceant ſine prædicta notabili iniuria, tantũ fauẽre eis erit peccatũ veniale. Si autẽ moderate hæc hiſtrionatus exerceant officia delectandi cauſa, & ſine periculo, ſicut hi non peccant, ita neque eos ſuſtentantes: quia iuſte agunt eis quaſi mercedem tribuendo. Nã quando D. Auguſt. ſuper Ioan. ait, quòd donare res ſuas hiſtrionibus vitium eſt immane, loquitur de hiſtrionibus illicitis luſibus vtentibus, quaſi ſic eis donare ſit eos in peccatis fouere. 86. diſtin. cap. donare, & duobus ſequẽtibus. ¶ Adde tertiò, quòd adulator beneficiũ impetrans per adulationem, licet ſecundum Archiepiſcopum Floren. 2. p. tit. 1. c. 3. §. 4. reputandus ſic ſimoniacus, quia per munus à lingua videtur illud aſſecutus, 1. q. 1. c. ordinationes, nõ tamen tenetur illud beneficiũ reſignare. arg. extra de ſim. c. fi. Cuius ratio potiſsima eſt: quia mẽtalis ſimonia, id eſt, ſine pacto pœnitẽtia purgatur, neq; obligationẽ reſignandi inducit, iuxta illud cap. fi. de ſimonia. Accedunt Innocẽ. & Hoſtienſ. qui hoc notant in cap. tuã de ætate & qualit. ordin. Adulatio vero turpius, & verecundius peccatum eſt litigio. Sed quia minus cõtrariatur amicitiȩ, id eſt, affabilitati occultæ ſine vi & cum minori contemptu fit, ideo leuius litigio peccatum eſt.

## De litigio.

QVoniã de vitijs linguæ incepta eſt à nobis diſputatio, & quia proprie litigiũ in verbis cõſiſtit cum, ſcilicet, vnus verbis alterius cõtradicit, vt tradit D. Tho. 2. 2. q. 116. art. 1. ideo de litigio hic ſuo ordine dicendum erit. Si autẽ quis contradicat alteri propter defectũ amoris animos vnientis ex hac parte litigium, quod eſt contradictio verborum, ad diſcordiam charitati contrariã videtur pertinere. Si autem contradictio hæc ortum habet á contradicente ratione perſonæ, quã contradicens contriſtare non veretur, ſic litigium propriè amicitiæ, ſeu affabilitati opponitur, ad quam pertinet delectabiliter alijs conuiuere. ¶ Litigiũ autem conſideratũ ſecundum ſuã ſpeciem, quia magis repugnat oppoſitæ virtuti, id eſt, amicitiæ, quam adulatio, quia amicitia ſeu affabilitas, magis tendit ad delectandum, quam ad contriſtandum, litigiũ vero contriſtat, ſicut adulatio delectat, ideo litigiũ ex hac parte grauius peccatum eſt, quam adulatio. Si autem litigium conſideretur ſecundũ exteriora motiua, ſic adulatio eſt grauior, eo quod per deceptionem in debitum honorem, vel lucrum captare contendit adulator. Quandoque vero litigium eſt ea grauius, quando ſcilicet, litigioſus ſtudet contraniti veritati, eamque impugnare, vel dicẽtem in contemptum pertrahere.

¶ Circa hanc verò doctrinam D. Tho. pro maiore eius explicatione primo notatu opus eſt quando litigium opus mortale ſit. Intellige ergo cum Caiet. in ſumma, litigium tunc malitiã mortalem ſecum ferre, quando quis ſe omnibus opponit verbo, vel motu, quibus ſe moleſtum exhibet intendens proximũ confuſione ſuffundere, aut deſpicabilem, & nullius momenti, & vilem eſſe oſtẽdere, aut talem reddere. Eſt enim tunc contra charitatem proximi. Alias autẽ veniale contingit eſſe cõtra virtutem affabilitatis debitæ proximo. Nota ſecundo, quod litigans in iudicio, ſciens cauſam eſſe iniuſtam, quã defendit in principio, vel in proceſſu, & non deſiſtens, tenetur aduerſæ parti de damno arg. cap. Dominus de ſecundis nuptijs. Vbi diffinitur, quòd vbi conſtiterit de vita prioris mariti, non auditur vllus coniugum, qui ſecundo nupſerũt, ſed ad primum viuum iubetur reuerti. In dubio autem puto, vt antea memini me dixiſſe, poſſe partem poſsidẽtem in poſſeſsione ſe tueri. Imo etiam in dubio poteſt pars dubia ſuæ cauſæ merita & iura in iudicio ventilanda & examinanda proponere. Nam & ad hoc ſpectant iudicia publica, vt ſtatuant quid vnicuique partiũ competat in dubio iuxta illud Deuteronomij cap. 17. Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris, inter ſanguinem, & ſanguinem cauſam, & cauſam, venies ad ſacerdotes, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quæreſque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem. Hoc autem intellige, quando poſt adhibitam diligentiam

ligentiam, quam tenebatur adhibere ad exami-
nandam iuſtitiam ſuæ cauſę ſibi dicitur à peritis
iuriſtis, ſiue theologis merito ſuæ cauſæ eſſe du-
bia, quia vtrique parti videntur fauere opinio-
nes doctorum. Secus autem eſt, ſi cum obligatio
ne teneatur conſulendi doctos, an lis ſit iuſta, vel
non, renuens hoc capere conſilium, aut facere
examen, diſsimulat & concertatione iudiciali
cauſam committit diſcutiendam in iudicio, cau-
ſa vexandi ſuum aduerſarium, vel vt aſſequatur
intētum. Nam in hoc caſu & reus fit culpæ mor
talis, & obligatione reſtituendi damna hinc par-
ti contrariæ ſubſecuta tenetur. Ad hoc non tan
tum ad actorem ſed etiam ad reum examinare
ſpectat, ante quā litem agitet, vel defendat. Ter-
tio notabis aduocatum principaliori obligatione
reſtituendi prædicta damna implicari, niſi admo
neat ſuum clientulum de iniuſtitia ſuæ cauſæ.
Cæterum ſi (vt prædictum eſt) lis ſatis am-
bigua eſt propter varias opiniones doctorum,
quæ verſantur circa illam, vel propter va-
rias intelligentias legum, tunc proſequi pote-
rit vſque ad finem eam litem. Si tamen prius ab
ipſo de hoc dubio admonita pars, eam proſecu-
tionē litis acceptet, alias neque in hoc caſu eam
proſequi licebit. Ita Corduba in tractatu de caſi
bus conſcientiæ. q. 69. Idemq; dicēdum putà de
accuſatore, qui alteri crimen in iudicio impoſuit
falſum: qui ſciens, vel ſcire debēs, quòd eſſet fal-
ſum, illud detulit ad iudicium. Adde etiā, quod
ſi in cauſa fuit aliquis litigator in cauſam exami
nando negligens, quod aduerſarius ſuus amitte-
ret ſuam cauſam iuſtam, vel ſic autor fuit alicu-
ius notabilis illi inde obuenientis dāni, vel quia
ſuperfluas poſtulauit dilationes, vel ſi cauillosas
formando poſitiones, vel inducendo teſtes, vel
partem ad negandam veritatem de iure confitē-
dam, vel exceptiones vitiorum impertinentes
ad conſecutionem ſui iuris teſtibus, obijciendo
quo metu repreſsi à teſtificando verum deterre-
rentur, ſic aliqua damna intulit, per ipſum reſti-
tuenda veniunt.

❡Quorum omnium ratio potiſsima eſt: quia
in his prædictis caſibus potentiſsima cōmittitur
iniuſtitia reſtitutione digna. Facit Sotus de iuſt.
& iur. lib. 5. q. 5. art. 1. & 3. & D. Th. 2. 2. q. 68. &
69. art. 3. & Floren. 2. p. tit. 1. c. 9. §. 5. & Sylueſt.
titul. accuſatio. q. 14. & q. 15. titulo ſententia. q.
11. & Gabriel in 4. diſtinct. 15. q. 6. concl. 5. & 6.
& 9. & Bart. in. l. ſiquis inficiatus. ff. de poſitio-
nibus. vbi hæc omnia bene aduertit. Referturq;
à Sylueſtro, titulo lis. quæſt. 10. atque tandem
Nauarrus in ſum. cap. 25. n. 28. & 29. & 31. 35. 36.

❡Sed quia appellans iniuſte, litigium, quod per
diffinitiuam ſententiam extinguendum erat ap
pellando reſuſcitat, & de iniuſtitia huius quarto
A notabis, quòd ſi is iuſtè dānatus cum de tali iu-
ſta ſententia ſuę damnationis conſtiterit, aut ſci
re debuit fuiſſe iuſtam, vel id ſcire neglexerit á
tali ſententia appellare contendit, vel petit ter-
minos, vel dilationes fictas ſub intuitu nouas in
ducendi probationes, quo executioni iuſtæ ſen-
tentiæ obſiſtat, litemq; prolatet, tenetur ad om-
nia damna & expenſas & intereſſe iacturā, quæ
paſſus eſt altera pars: perſpicua etenim hic inter
uenit iniuſtitia. Nam appellationes iure naturæ
& poſitiuo conceduntur pro propulſandis gra-
uaminibus in iudicio illatis, non pro ſubterfu-
gienda clara ſententia diffinitiua iuſtitiæ. Sic So
B tus de iuſt. & iur. lib. 5. q. 6. art. 3. & Sylueſt. tit.
accuſatio. q. 14. & 15. & Nauarrus in ſum. ca. 25.
num. 14. & 28. 29. & 39. & capit. debitus. de ap-
pel. & ibi gloſſ. & eo. tit. lib. 6. cap. cum appella
tionibus. & cap. quicūque. 2. q. 6. & cap. omni-
no. ibidem & gloſſa. Nauarrus in ſuis additio. ad
cap. 25. num. 14. Qui ibi ſubiungit, quòd ita pla
nè verum eſt, ſcilicet, quòd iniuſte appellās pec
cat, etiam ſi iura permittant appellationes, qua-
ſi in omnibus caſibus. Quinto perpēdito, quòd
omnibus ſupradictis non obſtātibus apparet iu
ſtè damnatum propter delictum poſſe licite ap
pellare, ad ſuperiorem diſpenſare potentem ſu-
per pœnam legis, vt cauſa ſubſiſtente diſpenſet
ſuper pœnam, vel vt eam miſericorditer tempe-
C rans moderetur. Quod ſi nulla cauſa talis ſubſi-
ſtat, ſed appellatio ſit iniuſta, & manifeſte friuo
la, præter quam quod appellans peccat, etiam iu
dex eam admittens, cui id manifeſtè innoteſcit
mortaliter delinquit. Ita gloſſa cap. cum appella
tionibus lib. 6. eod. titul. cui accedere videtur Na
uarrus in ſumm. num. 14. Qui etiam de procura
toribus & aduocatis & tabellionibus agit ibi nu
mero. 28. & numero. 52. Cæterum gloſſa prædi
cta damnans ad mortale iudicem admittentem
iniuſtam appellationem intelligenda eſt, quan-
do eā admittit in caſibus, in quibus ex iure, vel
ex priuilegio eam denegari videt. Nam in alijs
caſibus pœnas daret iudex, qui non deferret ap-
pellationi ante tres diffinitiuas ſententias, iuxta
D commune ius atque leges regni.

❡Præterea & in hac materia, vbi de litigio
agitur adnotatione digna eſt illa doctrina D.
Thomæ ſuper epiſt. Pauli Apoſtoli. 1. ad Cor.
6. vbi tradit 4. modos, quibus contingit pecca-
re eum, qui in iudicio litigat. Primò cum litigat
ex irrationabili cauſa, putà, ex odio, vel auari-
tia. Secundò ex modo litigandi, vt non loquen-
do cum aduerſario, & vt inimicum cū illo ſe ha-
bendo. Tertiò fraudulenter & peruerſè procedē
do, cum cautelis, & aſtutijs, ſicut vſu euenire ſo-
let inter malignos. Quartò, quando ex hoc ſcan
dalum progignitur, vt ſi diues pauperem impo-
tentem



tentem nimis arctet, cui donare deberet, vel for-
tunam eius pinguiorem expectare. Sunt autem
hæc communiter mortalia: quia ſunt contra cha
ritatem proximi. Si autem aliquid ex his contin
gat fieri ſine iniurijs & ſcandalo, & ſit de re mo-
dica; tunc peccatum mortale non erit. Circa au-
tem modum. 1. male litigandi, ſcilicet, ex cauſa
irrationabili, puta ex auaritia aduertere eſt opus
quod cum ipſo D. Thò. autore. 2. 2. q. 118. art. 4.
auaritia pro vt opponitur iuſtitiæ ex ſuo gene-
re ſit peccatū mortale ſic iſto modo litigare ex
auaritia erit peccatum mortale ſi iniuſtitiæ cau-
ſa ſit in re notabili. Si autem ſumatur auaritia, vt
opponitur liberalitati moderanti appetitū circa
poſſeſsiones tēporales, ſic ex auaritia ſola litiga
re non erit peccatum mortale, niſi amor pecu-
niæ charitati diuinæ, aut proximi pręferatur.

❡Deinde circa illum ſecundū modum litigā-
di ſubnotatum à D. Tho. ſcilicet, non loquendo
cum aduerſario, ſed negando ei loquelam, præ-
terea, quæ dicta ſunt à nobis in prima parte no-
ſtri inſtructorij conſcientiæ in materia de chari-
tate primo tomo nota primo, quod licet (vt ſu-
pra dictum eſt à nobis) titulo vindictæ ſatiatiuę
ſolū animi proprie nō poſsit iniuriā paſſus ali-
quod notabile damnū, vel malū optare, vel ma-
chinari iniurianti ſine mortali peccato, & licet
poſsit bono zelo, vt iniuriator reſipiſcat, & ma-
li, & nequā homines ab iniurijs inferēdis coerceā
tur iniuriatorē accuſare, pœnas legis in eū exer-
ceri poſtulando: ſi tamen autor iniuriæ, & emen
dam pollicetur ſatisfactionem arbitrio boni viri
congruam offerens, & veniam petens, & vt ſui
miſereatur obſecrat, orans ne ignominia afficia-
tur, & cladem rerum ſuarum patiatur, ne eū de-
ferat ad publicum iudicium: tunc non obſtante
quod ex prędicto bono zelo poſsit illū accuſare,
ſed quia hoc bono zelo duci, & non paſsione in-
ordinata argitari ad accuſandum res eſt diffici-
les inuentu, niſi imperfectis & ſanctis, cōſultius
eſt, vt cōtentus iniuriatus ſatisfactione ſibi exhi
bita delicti ſic ei gratiam faciat, vt in vtroq; foro
ei parcat. Sicq; maxime in articu. mortis facien-
dum eſt. Valebitq; talis remiſsio pro vtroq; fo-
ro, pro vt Couarruuias in ſuis reſolutionibus li.
2. ca. 10. nu. 7. teſtatur. Quæ tamen Couarruuiæ
ſententia intelligitur, quando plena & genera-
lis remiſsio fit, qualis oportet, vt fiat in morte.
Nam tunc ad exteriorem iniuriæ querelā ſe ex-
tendit ſecundum Alexand. Iaſon. & Felin. aliás
non cenſetur læſus remiſiſſe iniuriam in foro
exteriori, eo quod eam in foro conſcientiæ di-
miſerit, quia intelligitur eam remiſiſſe, quantum
ad odium, non autem quoad ius accuſandi. Ita
Bartol. in. l. non ſolum. §. 1. ff. de iniurijs. Imo re-
miſsa iniuria, quo ad forum externus, & exterio-
A rem accuſationem, poteſt læſus agere ad damna,
& expēſas, quæ ſibi intulit læſio: quia hæc ſunt
diſtincta ab iniuria, etiam ſi accepta pecunia re-
miſsio facta fuerit iniuriæ. Facit pro hoc optima
gloſſa in cap. ſi canonici. de offic. ordin. Baldus
Angel. Alexand. eſtque communis. Imo præ-
ter damna & expenſas aliquid iniuriam paſſo re
ſarciendum eſt pro iniuria ſecundum D. Tho-
mam. 2. 2. q. 62. artic. 1. Et Caietanus. 2. 2. q. 72.
art. 3. Adrian. & Scotum. At vero hæc iniuriæ
compenſatio quomodo fieri debeat arbitrio bo
ni viri relinquendum eſſe ſupra diximus, qui ar-
bitrabitur conſideratis perſonarum, & iniuriæ
circunſtantijs, an ſatisfaciendum ſit per petitio-
B nem veniæ, vel an petitio veniæ ſit neceſſaria,
aut ſi non ſit decens, aut expediens. Ita Caieta.
2. 2. quæſt. 72. artic. 3. & in opuſcul. 17. quæſti.
verſicul. 5. cap. 13. Accedit adhoc pro foro exte-
riori, quod læſus agere poteſt ad iniuriæ puni-
tionem ciuiliter, vel criminaliter, & inciden-
ter ad damna, & impenſas ſecundum Bartol.
AEſtimatio autem iniuriæ aliter fit. Nam æſti-
matio hæc iniurię fit ad certam quantitatem iu-
ratam ab ipſo actore affectionis iuramento, ſal-
ua ipſius iudicis taxatione, qua quantitatis iu-
ratæ moderatio fit. l. videamus. §. 1. ff. de in li-
tem. iur.

❡Circa eundem ſecundum modum male liti
C gandi in iudicio traditum à D. Thoma, ſcilicet,
quando, vt inimicus ſe gerit actor negans loque
lam, & veniam, dicitur ſecundo, quod ſi iniuriā
paſſus veniam cōcedere renuit, neq; vllā compo
ſitionē ſuper iniuriæ ſatisfactionem acceptare
dignatur, neq; admittere vult recompenſam ſibi
illati damni, ſed ſuo arbitrio per ſeipſum, vel ali
ter de autore iniuriæ vltionē ſumere parat: tunc
iniuriator bona conſcientia ſe poteſt offerre ad
ſatisfactionem, vel pœnitentiam arbitrariā ſub-
eundam, quam iudex, vel prælatus ei indixerit,
neq; ad quidquam vltra tenetur. Sed neq; iniu-
riam paſſus aliquid amplius exigere poteſt ſe-
cundum Hoſtienſ. titulo. de pœnitent. facit, cap.
D veniens. de iur. iuran. & arg. in cap. 2. de arbitris.
Ita Corduba loco citato.

❡Præterea circa eundem ſecundum modum
male litigandi præterea, quæ alibi prædiximus,
dicitur tertio, quod iniuriam paſſus ſigna com-
munia amicitiæ illatori iniuriæ negare non po-
teſt, neq; verba aſſueta ſalutationis cōmunis ſub
trahere, neq; cū ſit in via obuius ei nō licet indi-
gnationē vultus ſubirati oſtēdere vel alia via de-
clinare, ne faciē eius cōſpiciat, vel alia ſimilia ſi-
gna rācoris oſtētare, vnde alij intelligere poſsint
inimici animū gerere circa illum, etiam ſi offen-
ſor ſuo officio, & obligationi ſatisfaciendi, aut
petendi veniā deſuerit. Nam ſecundum gloſſam

cap. cum Adrianus.diſtin.64.& ſecundum Panormit. cap. appellantur. de accuſ. præſumitur quis inimicus eſſe illius, á quo paſſus eſt iniuriã, ſi eum non ſalutat, ſi antea ſolitus erat eum ſalutare ante ſuſceptam offenſam. Cæterum, ſi iã offenſus cum offenſore non tam familiariter conuerſatur, neque tam aſsiduam cum illo ducit conſuetudinem, ſicut prius, neque tam beneficum, aut officioſum ſe exhibet erga illum, ſicut antea, quia animo bono non interrumpendi pacem, & occaſiones iurgiorum auferendi, ita ſe iam gerit cum illo, vel vt offenſor magis in recognitionem iniurię, quã intulit perueniat aſsidua eius familiaritate, ſicut ante non vtitur, ſi abſit animus vindictæ malæ, ſibi culpæ tribuendum non eſt, dummodo gratia cauendi ſcandalũ ſigna communia amicitiæ, quibus vtitur erga alios proximos offenſori non ſubtrahat. Vide Cordubam de hac materia differentem in tractatu de caſib. conſcien. quæſt. 58. & latius in quæſtionario.q.27.eſt communis B.Thom.2.2. q. 25. art.8.&.9.&.q.34.art.2.&.3.& ibi Caietan.& q.108.ar.1.Scotus, Syluester, titulo.charitas. q. 6.& in roſa aurea.q.impertin.caſu.6.5.& gloſ. in cap.ſiquis contriſtatus.diſt.9.&.23.q.4.ca.ſi illic, & ca.cum in lege.q.5.&.11.q.3.ca.cum inter verba, & diſt.45.ca.qui emendat.

℄Scitu quoq; digna eſt illa quæſtio (quõniã de litigio etiam in iudicio incidit ſermo) an iudex aliquando poſsit tollere litigia, compellendo partes ad compoſitionem. Et videtur quod ſic: quia lis aliquando eſt nimis longa, & perplexa. In contrarium eſt, quia ipſe tenetur expedire lites, & ſcrutari iura & in dubio veriſimiliora iudicare. Reſpõdetur ergo breuiter primo, quod in dubio in cauſa poſſeſsionis, & libertatis, non poteſt iudex partes cogere ad compoſitionem, quia in dubio melior eſt conditio poſsidentis, & in dubio cæteris paribus iura magis fauent libertati. Secundo dicitur, quod iudex atque etiam princeps ordinarie non poteſt cogere partes ad compoſitionem.l.1.ff. de nou. oper. nunc. niſi lis eſſet nimis longa, & ita perplexa quod de facili finiri non poſſet ca.placuit.90. diſt. Tertio dicitur, quod in Hiſpania prætorium regiũ, & præſes non poſſunt compellere partes ad compromiſsionem litis, niſi conſulto rege, dum lis eſt alias indeterminabilis ſic diffinitur recopil. nou.tit.arbitros.lege decimatertia.

℄Adde quod iudex non poteſt per perſuaſionem reducere partes ad compoſitionem cum bona conſcientia, quando iura partiũ ſunt clara, vt quia cõcluſum eſt in cauſa, & iudex iã optime nouit, pro qua parte debet ferre ſententiã, ſecundũ Ioan. Andr. Secus eſt ſecundum Specul. quando iura partiũ ſunt ignota, vt tradit Panor

A mitanus. Etiã in.c.fin.de trãſact.4.dicitur, quod ex aliquibus circunſtãtijs poſſet alicui partium perſuadere cõpoſitionem cũ ſuo aduerſario. Vt quando aduerſa pars, quæ iure & iuſtitia caret eſt inſolẽs & potẽs, & poſſet appellare, & ſic alteram partem multũ lædere. Tunc enim præſumitur, quod illi pauperi melior eſt compoſitio. Quocirca iudex ad eam iſtum minus potentem hortari poterit, cum melior ſit, quam litis proſecutio iuxta conſilium dominicum: Siquis vult tecum iudicio contendere, & tuam tunicam tollere, dimitte ei & pallium, Matthæi.5.

℄Porro, quia agimus de litigio, prout eſt vitium, & quia litigiũ in iudicio publico, per com-
B promiſsionẽ in iudicem arbitrũ ſolet conſopiri, quæritur, vtrũ liceat à ſentẽtia iudicis arbitri appellãdo rurſum litigiũ extinctũ denouo excitare. Igitur ad quæſtionẽ præſtitituta breui reſpõſione D.Tho.2.2.q.69.ar.3.vbi reſpõdet, quod nõ licet ab arbitro appellare, niſi quia erat aliàs ordinarius electus eſt arbiter, quia leuis videtur eſſe ille, qui nõ permanet in eo, quod ſemel approbauit. Et ideo iuxta.can.à iudicibus.2.q.3. à ſententia arbitri cõpromiſſarij, non poteſt fieri appellatio. Dicitur ad quæſtionem reſpondendo per ſequentia dicta. Primo, ꝙ ab eo, qui eligitur, vt arbiter à partibus (quia ipſis arbitris electis ſic à partibus, neq; á lege, neq; à principe iu-
C riſdictio datur) appellari non poteſt: quia ſolum adepti ſunt poteſtatem ex conſenſu litigãtium iſti. Secus eſt, ſi aliquis principis autoritate, vel autoritate legis arbitrãdi commiſsionem accipit, quia à ſententia huius, quia eſt arbiter iuris appellari poteſt. Sed quia à mero arbitro, qui non eſt à iure, ſed à partibus electus appellatio non cõceditur, an ſi in eius arbitraria ſentẽtia deceptio interuenerit poſsit peti reductio, ad arbitriũ boni viri dubitatur, & à tali ſentẽtia lata per iudicem, ad quẽ fit reductio, an poſsit appellari (quia anceps quæſtio eſt) dicitur ſecundo, quod iurãs ſtare ſententiæ arbitrorũ in conſcientia, poteſt reduci ad arbitrium boni viri ſecundum Panor-
D mit.cap.Quintauallis de iur.iur. Nam ſi arbitramentum eſt iniquum, ita vt deceptio ex propoſito interceſſerit in illo, tunc reſpectu cuiuſcunque læſionis, nõ obſtãte quocunq; pacto reductio peti poteſt. Non enim futurus dolus poteſt renũciari expreſſe, neq; ſub generalitate verborũ tacito.ff.de pact.l.ſi vnus.§.illud nulla. At ita cõmuniter tenẽt doctores. Dolus autẽ ex propoſito dicitur, quando per fraudem odium, ſeu gratiam alteram partem arbiter grauat.

℄Dicitur autem tertio, quod ſi lęſio inter arbitrandum interuenerit ſine dolo diſtinguendũ eſt, an talis læſio ſit modica, vel magna, vel maxima, & enormis. Si autem modica læſio inter-



interuenit reductio ad arbitrium boni viri peti non poteſt. ff. de arbitr.l.ſi de meis. §. recepiſſe, etiam ſi renũciatio non adiecta fuerit in cõpromiſſo cap.niſi eſſent. de præbend. Nam vt Panormit. notat arbitrator ſolum pro bono pacis poteſt tollere de iure vius, & dare alteri, licet clariſsime hoc pronunciando exprimat. Neq; hoc ſolum poteſt in caſu dubio, ſed etiam certo, ex quo pro bono pacis facit. Si autem læſio modica non fuit, ſed magna, non tamẽ enormis & maxima, reduci poteſt ad arbitrium boni viri, niſi interuenerit renunciatio, vt ſcilicet, arbiter poſſit dare vni & tollere alteri, Nam hæc renunciatio aliquid debet operari, alias fruſtra fuiſſet adiecta, cap.ſi papa de priuileg.in.6. At vero, ſi talis læſio inter arbitrandum maxima & enormis eſſe contigerit, in hoc caſu reductio hæc locum habet. Nam in dubio videtur fuiſſe excepta arg. ff.de his, quæ infraudem cred.l.omnes.§.Lucius. Et in promptu eſt ratio, ſiquidem tunc arbiter compromiſſarius non ſicut bonus vir facere debuiſſet, ſuo officio inter arbitrãdum functus eſt. Quocirca cum enormis læſio non fuerit expreſſa vltra intentionem agentis trahi nõ debet, vt Baldus cenſet in.l.penultima.C.de arbitr. & Antonius in dic.cap. Quintauallis. Attende verò, quod magna quantitas læſionis penſanda eſt reſpectu cauſarum & perſonarum. Cæterum ſi in commiſsione cõpromiſsi adiectũ ſit quod arbiter poſsit altè, baſſè, in totum, vel in partẽ de iure vnius impertire alteri: tunc reductio prædicta locum nõ habet, niſi prædictæ compromiſſioni hoc verbum reſtrictiuum fuerit appoſitũ, videlicet, quod alte, & baſſe, pro vt ſibi placuerit, & videbitur, poſsit inter partes compoſitionem facere. Nam tunc verba hæc, quia important arbitrium boni viri reductioni prædictæ præbẽt locum.ff.de fidei.commiſſ.l.Thais.§. ſorore ſua. ℄Dicitur quarto ad quæſtionem illam faciendo ſatis, an à ſententia lata per reductionis iudicem poſsit appellari, quod iuxta.l.Matritiam de ordine iudiciario ſtatutum eſt à iudice reductionis arbitrij, id eſt ab eo, ad quem reducta eſt arbitri ſententia corrigenda appellari poſſe, non autem ſupplicari, quaſi iſte iudex ordinarius iam ſit & iuriſdictionem habens legis autoritate. Si autem prætoriũ regium arbitri ſententiam reuocauerit, iam in hoc caſu ſuplicatio permittitur. Itaque hac lege regia permittitur appellatio à iudice, qui ſuper reductionis cauſam pronunciauit, etiam ſi is arbitratoris iudiciũ confirmauerit, & locus eſt ſupplicationis, ſi in regio prætorio reuocata fuerit ſententia arbitratoris, vel iudicis, qui per reductionem ad ſe eã confirmauit, quod in praxi Couarruuias in lib. Variar.reſol.lib.2.ca.12.ait maxime eſſe obſeruan-

A dum. Vbi addit ſecundũ Bald. l. 1. nu. 5. C. de his quæ pœnę no. quod tam iudex reductionis, quam appellationis interpoſitæ ab eo ea æquitate vti debet, vt vbi modica fuerit læſio, ita vt vi compromiſsionis tolerari poſsit, arbitratoris arbitrium vel iudicis reductionem, aut ſententiã ſuper eam latam minimè reuocet: quia non eſt aſtrictus rigori iuris, cum id ſit contra intentionem compromittentium. Et quamuis quis iſtius reductionis ſit futurus iudex diſputetur inter iuriſtas, an iudex ordinarius, qui ſemoto compromiſſo de iure de tali cauſa cognoſcere habebat, vel tractanda ſit apud rei iudicem: tamen nõ permittitur á regiorum tribunalium iudicibus, vt
B via reductionis, aut appellationis cauſa laicus reus trahatur ad iudicem eccleſiaſticum. Vnde tutius eſt, inquit Couarruuias, quod à ſententia arbitri appelletur ad iudicem illius, aduerſum quem retractatio ſententiæ poſtulatur, ſecundũ Mar. Anton. Blanc. quia hoc iudicium ſententia dici non poteſt, & prouocatio hæc potius querela quædam, quam appellatio eſſe cenſenda eſt. Hæc pauca pro iuriſtis, quibus etiam complacere ſtudemus, adiecta ſunt.

℄Hinc iam corollarie ſequitur, quid ſit dicendum ad illam quæſtionẽ, cuius meminit Corduba in tractat.de caſibus conſcient. q. 130.& nos meminimus in hoc primo tomo inſtructo.con-
C ſcien. Vbi quæritur, vtrum gener, qui conuenit cum ſocero ſuo de recipiendis in dotem tot aureos in ſupellectilibus in pretio taxãdis, arbitrio duorum hominum, cum pacto inter eos inito de ſtando eorum arbitrio & taxationi, poſsit ſibi ſecreto recompenſare in bonis ſoceri ſui, ſi in taxatione ſe videt defraudatum ab illis arbitris. Quia reſpondetur, quod ſi modica fuit læſio in taxatione, quia vi compromiſsi ei ſtare tenetur ſibi recompenſare non poteſt ſic ſecreto occupando bona ſoceri. Secus eſt, ſi læſio fuit magna, & non expreſſe fuit renunciata: aut ſi conſtat fuiſſe enormem & maximam. Quia ſi hoc liquet, & non poteſt via iuſtitiæ iacturam hanc
D ſibi reparare in ea quãtitate liquida poterit ſibi recõpenſare, in qua maxima, aut magna lęſione læſus eſt. ℄ Deinde quoniã per tranſactionẽ litigiũ ceſſare ſolet, quæritur, an hæc tranſactio licita, ſit, qua Petrus, qui ſe cõmiſcuit cum vxore Ioãnis conuenit cum eodẽ Ioanne, vt pro quinquaginta aureis illi collatis iuri accuſandi eum renunciet. Nam videtur id licitum non eſſe. Nam videtur vendere impudicitiam vxoris, & quia in foro exteriori non permitteretur, eo quod hac impunitate pro pecunia conceſſa occaſio iterum adulterandi daretur. Reſpondetur igitur ad quęſtionem breuiter, quod ſecundum Syluestrum, verbo.accuſatio, quęſt.6.& Nauar.in ſum.c.25.

 nu.32.

nu.32. quod bene poteſt Ioannes eos quinqua-
ginta aureos recipere à Petro, vt renunciet iuri
accuſandi Petrũ de adulterio præterito, non ta-
mẽ pro renũciando iuri accuſandi pro adulterio
futuro. Nã & leges ſolũ pro adulterio pręterito
permittũt ſic poſſe trãſigi. Secũdo dicitur, quod
etiam in foro conſcientiæ immunis erit Ioannes
á reſtitutione, ſi Petrus ei contulit aliquid pecu-
niæ ne deprehenſum in adulterio cũ vxore eius,
cum illa ſimul occidat, ſicut per leges impune
facere poterat. Nam licet leges expreſſe nõ per-
mittant pro hac indulgẽtia, qua adulteris ſimul
deprehẽſis in adulterij flagranti delicto indulge-
tur à marito vita aliquid pecuniæ recipi, ſed ne-
B que id etiã interdicitur ei. Cæterũ, ſi in foro con
tentioſo aliter iudicaretur propter præſumptio-
nem adulterij futuri repetendi tollendam, quæ
ex impunitate pro pecunia conceſſa poterat ha
beri, tunc iuſta erit ſententia, cui tenebitur Pe-
trus obtemperare, id reſtituendo, quod per eam
fuerit mandatum, & non ante.

¶Poſtremo, quia res notatu eſt digna, libet
hîc poſtquã de litigio agimus, commemorare,
quodnam genus hominũ ſit illud, quod ſemina
rium eſt litium, & fomẽtum litigiorum, eorũq;
pernicioſiſsimũ incentiuũ. Et ne ſine autore in
hac re procedamus libet allegare in huius rei gra
tiam Cordubam autorẽ fide dignũ, qui in tract.
C de caſibus conſcien. q. 117. penes finem refert fe-
re triginta abuſus pernicioſiſsimos reipublicæ,
quos tabelliones præſertim cõductores, vel em-
ptores officij tabellionatus ſolent cõmittere. Nã
hi primo incẽſores ſunt litium dũ iniurijs offen
ſos incitant ad deferẽdos in iudicium offenſores
dũ verbis exaggerãt iniurias & offenſas eis illa-
tas, & dãna inde ſubſecuta. Secũdo ſunt populi
zizaniatores euulgatores delictorũ occultorũ,
ſiue carnaliũ, ſiue alterius generis, dum ſub ami
citiæ ſpecie maritos ſeu parentes, aut cognatos
hinc offenſos & rei ignaros de his admonitos eſ-
ſe curant, quo populi ſcateãt litigijs, & ipſi inte-
rim, vt piſcatores, turbato fonte, aut flumine pl⁹
D expiſcari poſsint. Similiter pro virili obſiſtunt,
ne lis, vel querela ſemel mota finẽ habeat omnẽ
cõpoſitionem, concordiam inter litigãtes diſſua
dent, nouam diſcordiã, aut inimicitiam inter eos
excitantes. Deinde poſt ſententiã, quo litigãtes
proceſſum ſignatũ ab ipſis excipiant illiſq; ſic
plura iura & ſtipendia mercedis ſoluantur, mul
tos litigantes optantes iam finem dare liti inſti-
gant ad appellandũ. Adhæc ad id autores ſunt,
vt fiſcales, & alij officiales executores iuſtitiæ
pro rebus futilibus & nullius momenti denũcia
tiones faciant, quatenus etſi probari nõ poſsint
& denunciati liberi euadant, ipſi tamen ex actis
proceſſus ſuper nihilo confecti ſuam mercedem

A per fas, vel per ne fas corradant. Item ad expi-
landa marſupia litigantium, quo auctiorem mer
cedem accipiant ſub colore admonendi ante pu
blicationem merita cauſæ detegũt & his technis
vtũtur cũ vtraq; parte ad vtrãq; ſub prætextu
amicitię ſpoliandã ſubinde curãt, vt ſcriptorũ &
proceſſuum multiplicentur præſẽtationes mul
tæ, fruſtra & abſq; vlla neceſsitate ea ſola cauſa
vt hinc conficiant proceſſus magnos. Adde, ꝙ
hi diſcurrentes per oppida chirographa debito-
rum apud creditores inueſtigant, vt accedente
ſolutionis termino ante eos executioni mãden-
tur, ſolicitantq; ad petendam executionem ipſos
creditores, quia alias terminum prorogantes nõ
B tantopere ſuffocarent pauperes impotentes, ni-
ſi ad id per tabelliones eſſent inſtigati. Deinde
in cauſis minimis cõtra leges formant proceſſus
at in relationibus ſic formant relationẽ corã iu-
dice, vt ſententia feratur contra appellaturum,
quo ſoluat extrahendum proceſſum. Accedit
ad hoc, quod vbi prætores ſunt imperiti tabel-
liones ſunt qui gubernantes populũ ferunt ſen-
tentiam pro auctiorem mercedẽ illis ſoluẽtibus.
Nam ipſi ſolum cũ numis ineunt fidelitatem, &
amicitiam, & quis poterit tam ingẽtes & innu
meros abuſus horum explicare? Quod ſi quis
quærat, an in his caſibus ſiue abuſibus exceſſus
commiſſus obligationẽ reſtitutionis habeat an-
C nexam, hic id habeat reſponſum, quod cum hi
omnes abuſus iniuſtitia, vel fraude, vel vi pleni
ſint obligationem reſtituendi, ſecum afferunt,
niſi forte excluſis his perſuaſerunt aliquid parti,
ad quod faciendum iure non carebat, neq; ad id
eſt vſus tabellio fraude, vi, aut mendacio.

## CAP. CCLXXXI.

*De contentione; Et quotupliciter ſe poteſt quis habere in contendendo: Et quando contentio ſit peccatum mortale: Et an contendendum ſit publice cũ infidelibus pro noſtra defendẽda fide. De contentionibus quibuſdam parum pijs, quas noſtra hac tẽpeſtate exortas fuiſſe tradit Bañes magiſter Cathedraticus Salmanticenſis, quas ipſe impugnat.*

POSTQVAM de liti-
gio, quę occurrerunt dicẽda
tradidimus, materiã de vitijs
linguæ proſequẽtes, de con
tentione quoq;, vbi etiam
lingua labitur, dicimus cum
D. Thoma. 2. 2. q. 38. vbi
de ea agit, quod cõtentio contrarietatem quan-
dam importat in locutione: ſicut diſcordia con-
trarietatem quandã importat in volũtate. Si igi-
tur



tur quis contendendo impugnet veritatẽ in iu-
dicio, vel in diſputatione ex ſuo genere peccatũ
mortale. Si autem impugnãdo veritati contra-
riam falſitatem excedat in modo ſic erit tan-
tum peccatum veniale, niſi forte tanta inordina
tio fiat in contendendo, quod ex hoc ſcãdalum
generetur aliorum iuxta Apoſtolum. 2. ad Ti-
mot. 2. Qui cum dixiſſet; Noli verbis contende-
re, ſubdit, ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuer-
ſionem audientiũ. Eſt autem contentio filia va-
næ gloriæ, & ſuperbiæ. Circa quam doctrinam
D. Thó. libet notare cum Caietano ſuper hunc
locum, quod tripliciter ſe hic habere poteſt ali-
quis contendendo. Primo modo, vt intendat im
B pugnare veritatẽ, & tum peccatum erit morta-
le hæc contentio, quando (pro vt ipſe ſe explicat
in ſumma verbo contentio) mendaciũ, cuius ve-
ritatem oppoſitã ex animo impugnat, eſt fidei,
aut moribus, aut proximo notabiliter pernicio-
ſum. Secundo autem modo ſe poteſt taliter ha-
bere, vt neq; præuideat, neq; intendat impugna-
re veritatem. In quo caſu talis contentio impug
natrix veritatis, regulariter eſt peccatũ veniale,
niſi accidat caſus, vbi actus redeat in naturã ſuæ
formæ propter damnũ inde ſubſecutum. Quod
ſi non aduertit tenebatur tamen aduertere vnde
id damni fuit voluntarium indirecte, quia pote-
rat illud vitare & ad id tenebatur neq; fecit. Ter-
C tio autem modo ſe poteſt habere cõtentioſus in
contendendo, ſcilicet, non formaliter, id eſt, non
ex intentione nitendo ad impugnationem veri-
tatis, ſed virtualiter tantum eius renitentiam pro
curans. Vt cum verbi gratia quis per contentio-
nem ſtudet labefactare doctrinã aliquam Scoti,
aut alicuius grauis doctoris, non intendendo im
pugnare veritatẽ, ſed doctrinam ſolum nõ curã-
do, an ſit vera vel falſa. Et hæc quoq; contentio
quia per eã iſte contentioſus ſe exponit pericu-
lo impugnandi veritatem, peccatũ mortale erit;
ſi mendacium oppoſitum tali veritati, quod
perſuadebat notabiliter pernicioſum erat; aut
ſi ſic contendendo periculo probabili ſe expo-
D ſuit mendacium pernicioſum ſuadendi. Vnde
illicitus eſt iſte modus contẽdẽdi & periculoſus ſi
cum iſto animo ſic fiat in exercitijs literarijs in
ſcholis ſiue extra, vt teſtatur Victor. in ſuis ſcho
lijs. ¶ Secundo notandũ venit cũ Victoria ibi,
quod impugnare veritatem non animo eã impu
gnandi, ſed cauſa exercendi ingenia, & cauſa ma
gis eam illucidandi, vt fit in ſcholis non eſt pec-
catum, neq; veniale, niſi excedatur modus: quia
accommoda eſt talis contentio tantum materia-
liter exercita ad veritatis rationes magis perue-
ſtigandas. ¶Deinde cum eodem addimus, quod
impugnare veritatem in propoſitionibus fidei,
aut ad bonos mores pertinentibus, ſemper eſt

A peccatũ mortale. Tum, quia hic interuenit men-
dacium pernicioſum. Tum, quia id non contin-
git citra magnum periculum. Præterea dicimus
cum Caietano & Victoria, quod etiam in pro-
poſitionibus naturalibus impugnare veritatẽ eſt
peccatum mortale, ex ſuo genere, quando for-
maliter eam, id eſt, ex intentione impugnat, &
cum animo contrarium perſuadendi: quia eſt
contra charitatem docere falſa. Et in his etiã na-
turalibus intellectus proximorum decipere, di-
ximus eſſe peccatum mortale ex ſuo genere;
quia in indiuiduo ratione paruitatis materiæ, aut
imperfectæ deliberationis non obſtat, quod ſit
veniale tantum. Vt ſi quis pro certo perſuaſus
B iſtam propoſitionem eſſe veram, ſcilicet, quod
quantitas non diſtinguatur à ſubiecto, eam im-
pugnaret, quia iſta impugnatio non eſſet mor-
talis, quia non interuenit hic perſuaſio falſa in
re graui. Imo eiuſdem ſententiæ ſum cum Vi-
ctoria quod in aliquibus diſciplinis ſpeculatiuis
& naturalibus, etſi de earum materijs errores in
diſcipulis contingat eſſe veniales, tamen magi-
ſtros illis perſuadere illos falſos & veniales erro-
res ſciẽter peccatum erit mortale: quia ex officio
tenẽtur eos in illis ſciẽtijs docere, quas ſciũt veri
tates. Et multo magis in propoſitionibus ad fidẽ,
& ad bonos mores pertinẽtibus tenẽtur docto-
res docere veritatẽ. Nã licet error circa aliquid ex
C his, venialis poſsit eſſe in aliquibus populari-
bus: tamen talem errorem in populo docendo,
aut prædicando perſuadere pernicies eſt grauis.
Cum ſæpe etiam vt teſtatur D. Hieronymus ex
verbis inordinate prolatis incurratur hæreſis.

¶Pręterea circa hanc contentionis materiam
notandũ venit cũ D. Tho. 2. 2. q. 10. ar. 7. ꝙ ſo-
lũ contendendũ eſt publicè cum infidelibus pro
noſtra defendenda fide corã ſimplicibus aduer-
ſus eos ſuſcipiendo diſputationem, quando ſim-
plices ſunt pulſati & ſolicitati per infideles eorũ
fidem corrumpere ſatagentes; dummodo ſimus
ſufficientes ad eã tutandam, & ad reddendam ra
tionem de ea, quæ in nobis eſt fide. Alias publi-
D cè diſputare cũ infidelibus corã ſimplicibus peri
culoſum eſt. Nam authore D. Thoma, ead. 2. 2.
q. 2. ar. 6. ad. 2. ſimplices non ſunt examinandi
de ſubtilitatibus fidei, niſi quando habetur ſuſpi
cio, quod ſunt ab hæreticis deprauati: nam in
his ſubtilitatibus ſoliti ſunt hæretici ſimplicium
corda deprauare.

¶Præterea contentiones parũ piæ videtur il-
lę, quas à pijs theologis hac noſtra tẽpeſtate ex-
ortas ait Magiſt. Bañes, in. 1. part. D. Tho. ſcri-
bens, quibus contendũt, ꝙ interpres editionis la-
tinæ vulgatæ in quibuſdã; quæ neq; ad fidẽ, vel
mores pertinebant allucinatus eſt: ſic in hoc ſen
ſũ dictare concilium Tridentinũ pro autentica
fore

fore habendam, quia non ſatis aduertunt contra
mentem concilij per hanc ſuam interpretationẽ
ire. Nam cõcil. Tridentinũ ſeſsione. 4. in decre-
to de canonicis ſcripturis, poſtquã ſacros libros
ibi numeratos integros & cũ omnibus ſuis par-
tibus pro vt in eccleſia catholica legi cõſueuerũt
& in veteri vulgata Latina editione habentur,
ſacros & canonicos eſſe decreuit, addidit; ſcili-
cet, omnes. Itaq; intelligant, quo ordine & via
ipſa Synodus poſt iactum fidei confeſsionis fun
damentum ſit progreſſura, & quibus potiſsi-
mũ teſtimonijs & præſidijs in cõfirmandis dog
matibus & inſtaurandis, in eccleſia moribus ſit
vſura. Si ergo ſancta Synodus (vt hic ipſa teſta-
tur) in primis viam & ordinem, & non quidem
incertum, ſed certiſsimum præſtituit ad confir-
manda dogmata, & ad inſtaurandos in eccleſia
mores decernendo in primis veterem & vulga-
tam Latinam editionem, ſacram & canonicam
ſcripturam eſſe, quomodo tolerari valet eorum
aſſertio, quod interpres editionis Latinæ vulga
tæ in quibuſdã quæ neq; ad fidẽ neq; ad mores
pertinebant hallucinatus eſt? Quis igitur iuxta
hanc aſſertionẽ hæreticorum & aliorũ pertina
cium petulantẽ audaciam ex locis editionis vul-
gatæ retundere valebit, aut eos ſolide redargue-
re, & impugnare, & expugnare? Si reſponderint
locum ſacrũ, & infallibilem nõ eſſe, qui ſibi ex
vulgata editione obijcitur, quia reſpondere po-
terunt, quod in illo loco hallucinatus eſt & hal-
lucinari potuit interpres, quia id non pertinebat
ad fidem, & mores, vnde oporteret rurſus, vt ec-
cleſia diffiniret, vtrum loci negati ab hæreticis
& impijs inimicis fidei & bonorum morũ perti
neant ad fidem, vel bonos mores. Vnde iam con
ſequeretur, ſanctam ſynodum Tridentinam nõ
ſatis certa præſidia & teſtimonia ſacrę ſcripturę
præſignaſſe ad conuincendos errores. Hanc au-
tem ſequelam pię aures exhorreſcunt audire. Itẽ
ſi ibi ſancta ſynodus Tridentina, vt ibi affirmat,
hoc ſibi ante oculos propoſuit vt ſublatis erro-
ribus, puritas ipſa euangelij in eccleſia conſerue-
tur, & adhũc finem libros canonicos eſſe & ſa-
cros eſſe, qui continentur in editione vulgata cũ
omnibus ſuis partibus declarauit, quomodo pu-
ritas euangelij in editione vulgata conſeruatur
ſi ibi aliqua continentur ſecundum iſtos docto-
res, in quibus interpres, qui eam edidit, eſt hallu
cinatus. Accedit ad hoc, quod ſimiles cenſendæ
ſunt contentiones illæ, quas aliqui excitant, qui
bus contendunt editionẽ vulgatam per editionẽ
Hebraicam tanquam per infallibilem regulam
ſuæ veritatis eſſe cenſurandã. Quia cum iam Ra
bini multi dedita opera eam ad ſuos perſuaden-
dos errores deprauauerint; eſſet cõtentio hęc tã-
quam ſi quis ad purgandos riuulos recurreret ad
A fontem, vnde emanãt; cum iam ſit perturbatus,
& obſcuratus. At quis non intelligat clare, quã
potius pium ſit aſſerere, quod ſacra ſcriptura prę
cipue ſit in corde eccleſiæ, & ſecũdario in libris
& editionibus, vt tradit D. Hieronym. ſuper illa
verba ad Galat. 3: Notum vobis facio euange-
lium, fratres. Et patet: nam omnis quæſtio quæ
circa tranſlationum, ſiue editionum varietatem
verſatur, ad eccleſiæ autoritatem diffinienda de-
fertur. Ergo ſacra ſcriptura eſt præcipue in cor-
de eccleſiæ.

¶Ex quo corollarie infertur, autore Bañes in
prima parte, temerarium eſſe propria autorita-
te, atq; priuata velle corrigere editionẽ vulgatã
B in locis etiam vbi ex impreſſorum inaduertẽtia
aliquid erroris eſſe putatur, dũmodo hi loci ſint
antiqui, & qui in eccleſia ita communiter legun-
tur, atque cantantur. Quoniam ſi ſic eam priua-
tim emendare liceret doctori cuilibet, pro vt ſunt
tam varia hominum ingenia, tantam lectionum
varietatem comminiſcerentur, vt Babylonicam
linguarum varietatem excedere viderentur.

¶Porro, quoniam de vitioſis contentionibus
ſermo initus eſt, & de contentionibus nouis no-
ſtri temporis, quo lectores admoneamus, vt ca-
ueant, aliquid hic meminiſſe eſt cordi. Igitur, vt
teſtatur Bañes ſup. 2. 2. D. Tho. poſt tractatũ de
correct. fraterna. q. 33. arti. 8. aliqui contendunt
C perſuadere, quod vi correctionis fraternæ tene-
tur confeſſarius obligare pœnitentẽ, vt ſibi cõ-
plicis perſonam reuelet, quocum pœnitens pec-
cauit, vel etiam perſonam alterius, cuius peccata
obiter in confeſsione pœnitẽtis notitiã accepit.
Quę cõtẽtio tãtũ abeſt, vt ſit ſalutaris, vt potius
doctrina, quam nititur perſuadere, & vſus, quem
ſtudet inuehere, aduerſentur ſacramento pœni
tentiæ. Idque perſpicuum eſt: Tum ex nouitate
huius doctrinæ: Tum ex periculoſo contemptu
ſacramenti cõfeſsionis. Quia hæc doctrina noua
homines à frequenti, & neceſſario vſu huius ſa-
cramenti deterret. Tum, quia cauſam pręſtat, vt
ſpirituale forũ huius ſacramẽti foro exteriori ec-
D cleſiaſtico vel ciuili indignè ſubdatur. Quę om-
nia inconuenientia, quia latè proſequitur & pro
bat ibi Bañes, ideo hæc ſolum notaſſe contentus,
ad illum lectorem remitto.

¶Deinde parum ſana eſt illa contentio, qua
aliqui hac noſtra tempeſtate contendunt perſua
dere, quod probabilis ſit & ſecura illa opinio,
quæ ab aliquibus aſſeritur, ſcilicet, quod licet ab-
ſentem per ſcripturam confitentem ſacramen-
tali abſolutione abſoluere. Quia præter ea in-
conuenientia, quæ hinc ſequerentur, ſcilicet,
quod iam ille abſens poteſt in eam diſpoſitionẽ
malam peccati eſſe mutatus, vt iam indignus ſit
abſolutione, & præter irreuerentiam, quæ ex
hoc



hoc vſu ſi introduceretur in multis euentibus ſa
cramento irrogaretur, & præter alia ſacrilegia
multa, quibus iſtinc daretur locus, quæ comme-
morare prætermitto, ſatis eſt, ad eam contentio-
ſam doctrinam explodẽdam, quod doctrina eſt
non vſu eccleſiæ recepta. Nam vt piè & Catho
licè tradit Diuus Thomas. 2. 2. quæſt. 10. artic.
12. maximam habet autoritatem eccleſiæ con-
ſuetudo, quæ ſemper eſt in omnibus æmulan-
da, quia & ipſa doctrina Catholicorum docto-
rum ab eccleſia autoritatem habet. Vnde magis
ſtandum eſt autoritati eccleſiæ, quam autorita-
ti vel Diui Auguſtini, vel Diui Hieronymi, vel
cuiuſcunque doctoris. Si igitur hoc eccleſia in
vſu non habuit, ſatis eſt vt hæc contentioſa do-
ctrina, quæ proteruit ad introducendum eccle-
ſiæ contrariantem vſum, vt parum ſecura abij-
ciatur. Hîc igitur his nouis contentionibus hac
noſtra tempeſtate conſtrepentibus obijci po-
teſt illud documentum Prouerbiorum, cap. 22.
vbi dicitur: Ne trãſgrediaris terminos antiquos,
quos poſuerunt patres tui. Nam ſi pœnitens te-
netur procedere ad correctionem, vel denuncia-
tionem, aut bono communi prouidere, non eſt
propter hoc cõpellendus ad reuelãdum cõplicẽ
cõfeſſori exta confeſsionẽ, ſed non poteſt, neq;
debet abſolui, niſi proponat ſe ità facturũ vt te-
netur, aut niſi ita prius faciat, ſi confeſſarius pru
denter ſuſpicatur, quod non faciet. Sicut neque
in ſecunda hac, quam aſſumunt, contentione
oportet proteruire cum non deſint regulariter
confeſſarij in articulo neceſsitatis, etiam qui prę
ſentem pœnitentem aure tenus poſsint audire,
& verbo tenus ſacramentaliter abſoluere, quod
ſi in illo articulo confeſſarius deſit præſens cum
contritione & ſacramento pœnitentiæ in voto
ſaluabitur. Nam etſi mutus eſſet, & tunc in ar-
ticulo mortis aliter, quam per ſcripturam ſua
peccata confiteri non poſſet, ſecundum commu
nem opinionem ad id non teneretur.

¶Poſtremò circa vitium contentionis cum
prælatis, quatenus attinet ad religioſos ordinis
prædicatorum, nota cum Bartholomęo Fumo
in ſua ſumma, verbo. contendere, quod conſti-
tutiones fratrum prædicatorum, quæ dicunt in
cap. de graui culpa. ſi quis cum ſuo prælato con
tenderit, non intendunt de illa, quæ eſt ſecun-
dum ſe mortalis, quæ diuino iure prohibetur,
ſed de ea, quæ eſt communiter venialis, quia ta-
les contendentes etiam, veritatem clamoſe de-
fendentes, aut quaſi deſpectiue, aut deriſoriè de-
bitam prælatis reuerentiam & ſubiectionem
non ſeruant, propterea merito grauiter pu-
niuntur, quia grauius, quam alij ſæ-
culares peccant.

A CAP. CCLXXXII.

*De blaſphemia, & eius diffinitione, & de eius
grauitate in ordine, ad alia peccata; Et an ſit,
peccatum cõtra Spiritum ſanctum; Et de ſex
modis peccati contra Spiritum ſanctum; Et
quomodo dicatur iſtud peccatum irremiſſi-
bile; Et an blaſphemia in ſanctos ſit ſemper
culpa mortalis ex parte materiæ: De quibuſdã
modis affirmandi, an blaſphemiam implicet,
ſcilicet, Sicut Deus eſt Veritas; pœniteat ta-
lem. De modis blaſphemicis prolatis à quodã
B theologo, An modi blaſphemiæ explicandi
ſint in confeſsione; Et de iudice contra illam;
Et de pœnis contra blaſphemos.*

PORRO de peccatis lin-
guæ proſequentes materiã,
& eorum malitiam perue-
ſtigantes, iam acceſsimus
ad vitiũ blaſphemiæ, quod
magnam continet grauita-
tem. Igitur de eo diſputatu-
ri vt præmittamus oportet, quæ Diuus Tho-
mas. 2. 2. quæſtio. 13. art. 1. & ſequentibus tradit.
Vbi notandum eſt cum ipſo primo, quod blaſ-
C phemia oppoſita eſt confeſsioni fidei. Eſt enim
blaſphemia derogatio quædam, qua derogatur
excellenti bonitati Dei, vel negando, quod ei
conuenit, vel aſcribendo ei quod ſibi non con-
uenit. Et hoc quãtum attinet ad eius diffinitio-
nem. Verum quatenus attinet ad eius diuiſionẽ
diuiditur à D. Thoma, ibi in blaſphemiam cor-
dis ſecundum ſolam intellectus opinionem; &
alia oris, id eſt, exteriorẽ, quæ opponitur confeſ-
ſioni fidei exteriori. De eius autem malitia, ſi
inquiratur, planum eſt blaſphemiæ malitiã eſſe
mortalem. Eſt enim contra charitatem debitam
honori Dei, & eius bonitati. Vnde ex ſuo gene-
re eſt peccatum mortale. Poteſt autem eſſe pec
D catum veniale, nempe, quando ex inaduerten-
tia, qua quis non aduertit ſe dicere blaſphemiã
ſubitò ex aliqua paſsione in verba imaginata
prorumpit, quorum ſignificationem non con-
ſiderat. Cæterum ſi aduertit hoc eſſe blaſphe-
miam, quia conſiderat ſignificata verborum, tũc
non excuſatur à peccato mortali, licet ex ſubita
paſsione blaſphemauerit. Sicut neque à mortali
peccato excuſatur ille, qui ex ſubito motu iræ
aliquem occidit, iuxta ſe ſedentem. Si autem
de grauitate blaſphemiæ ſuper alia peccata,
quæratur, reſpondet Diuus Thomas, ibi articu.
3. quod eſt maximum peccatum, eo modo, quo
ipſe teſtatur ſe ſupra diffiniſſe de infidelitate

Nã blaſphemia opponitur cõfeſsioni fidei. Vnde blaſphemia quando infidelitatem includit, habet in ſe grauitatem infidelitatis. Si autem etiam includit deteſtationem voluntatis, ſimul cũ infidelitate, & proruptione in verba oris tunc ipſa infidelitate per ſe ſumpta grauior eſt. Blaſphemia autem autore D. Thoma, art. 4. etiam in dãnatis inuenitur nunc quidem blaſphemia mentabis, quia eorum animæ ſeparatæ nunc à corporibus tantum patientes ex impatientia, & præ nimio dolore in blaſphemiã mentis prorũpunt. Poſt diem autem iudicij erit etiam in ipſis blaſphemia vocalis, quia deteſtantur iuſtitiã Dei illos punientis. Item de blaſphemia quatenus eſt peccatum in Spiritum ſanctum, de quo peccato Dominus Matthæi. cap. 12. teſtatus eſt ſic dicẽs: Qui dixerit verbum contra Spiritum ſanctum non remittetur in hoc ſeculo, neque in futuro, dicendum reſtat cum Diuo Thoma. 2. 2. q. 14. art. 1. quod ſecundum antiquos D. Hilarium Atanaſium, Ambroſium, Hieronymum, Chryſoſtomum, blaſphemia, quæ peccatum in Spiritum ſanctum eſſe dicitur, eſt peccatum contra diuinitatem Dei. Nam Deus eſſentialiter eſt Spiritus & ſanctus. Vnde licet Spiritus Sanctus in virtute vnius dictionis perſonaliter ſi accipiatur, tertiæ perſonæ Trinitatis tantũ conueniat, tamen id nomen acceptum in virtute duarum dictionũ Deo eſſentialiter conuenit. Igitur ſecundũ ſententiam horum ſanctorũ cũ à Phariſæis improperabatur Chriſto Dño noſtro, quod in Beelzebub eijciebat dæmonia, peccatum blaſphemiæ erat in Spiritũ ſanctũ, quia cõtra diuinitatẽ Dei erat. Verũ cum improperabatur ei, ꝙ erat potator vini, vel quod erat amicus publicanorũ, peccatum erat cõmiſſum in filiũ hominis: quia contra eius humanitatem tendebat. At vero ſecũdo ſecundum D. Auguſt. peccatum in Spiritũ ſanctum finalis impœnitẽtia eſt, id eſt, propoſitum non pœnitendi in mortis articulo, ex eo, quod excludit auxiliũ Spiritus ſancti totaliter in illo propoſito moriens. Deinde tertio ſecundũ alios doctores, peccatum in Spiritũ ſanctum eſt peccatum ex malitia, ſcilicet, ex ipſa electione mali, nõ vt eſt ex inclinatione habitus vitioſi, qui malitia dicitur; nam ſic poteſt eſſe generalis conditio peccati, ſed pro vt contẽnit id, quod mali electionẽ impedit, ſcilicet, deſpiciẽdo, timorẽ & ſpẽ, quæ ſunt auxilia Spiritus ſancti, quibus à mali electione coercẽs nos ad boni electionẽ inſtigat. Blaſphemia autem, ſiue peccatum in Spiritum ſanctũ prima & tertia acceptione, ſi aſſumatur ſpeciale peccatũ eſt, non autẽ ſi iuxta ſecundam acceptionem Diui Aug. accipiatur, id eſt, pro finali impœnitentia. Nam ſic eſt generalis circunſtantia omnium peccatorum, in quibus moritur

A quis impœnitens, & repentine, niſi (pro vt prędictum eſt) impœnitentia finalis accipiatur pro propoſito nõ pœnitẽdi in articulo mortis. Quia autore Cano in ſua relect. de pœnitentia tunc ſpeciale peccatum eſt contra ſpeciale præceptum virtutis pœnitentiæ.

¶ Species autem peccati in Spiritum ſanctũ, ſi lector interim ſcire deſiderat, quæ nonnullum coniecturale argumentum ſunt reprobationis, & hominis præſciti, ſunt ſex, autore D. Tho. ſcilicet. Prima pręſumptio, qua quis pręſumit, quod qualitercunq; viuat, ſiue bene, ſiue malè tandem ſaluabitur. Secũda deſperatio, qua quis deſperat de miſericordia Dei, & eius auxilio. Tertia impæ B nitẽtia, in qua quis moritur. Quarta obſtinatio, qua quis ſic pertinaciter inhæret peccato, quod intẽdit obfirmato animo perſeuerare in illo, quã do ſic eſt habituatus in peccato, quod factum ſibi eſt quaſi naturale, ita vt quaſi nuſquã ei inſit aliquis bonus motus ad reſurgendum: quia talis parum diſtat ab ſtatu dãnatorum, quãuis poſsit conuerti ſecundum Caiet. in ſum. verbo. obſtinatio. Vide D. Thomã. 2. 2. q. 14. art. 11. Quarta impugnatio veritatis agnitæ dũ, ſcilicet, veritatẽ fidei agnitã impugnat, vt licentius peccet. Quinta inuidia fraternæ gratiæ, dũ, ſcilicet, aliquis nõ ſolum inuidet perſonæ fratris, ſed inuidet gratiæ Dei creſcenti in mundo. Sexto impœnitentia C non prout eſt permanentia in peccato vſque ad mortem, ſicut ſupra accipiebatur, ſed ſecundum quod importat propoſitum non pænitẽdi: nam ſic eſt ſpeciale peccatum.

¶ Sed quomodo peccatum blaſphemiæ, id eſt, peccatum in Spiritum ſanctum dicatur irremiſsibile res ſcitu eſt digna. Reſpondetur ergo, quod illa ſexta ſpecies peccati in Spiritum ſanctum irremiſsibilis eſt ſimpliciter, quia moritur impænitens in illa, aliæ quinque ſpecies dicuntur irremiſsibiles, non ſimpliciter, ſed quia difficulter remittuntur, quia taliter peccantes contemnunt remiſsionis media. Vel dicuntur iſta peccata irremiſsibilia, quia ex ſe non ha- D bent rationem veniæ, ſed ex parte Dei dantis contritionem, cui omnia ſunt poſsibilia, remitti poſſunt. Sic autem peccare in Spiritum ſanctum regulariter non contingit, niſi præcedentibus alijs culpis, iuxta illud, quod ſcriptura ſacra ait Prouerb. 18. Impius cum in profundum peccatorum venerit contemnit. Tamen propter libertatem hominis aliquando oppoſitum poteſt contingere.

¶ Circa prædictam doctrinam de blaſphemia, quæ eſt Diui Thomæ primum occurrit dubium Victoriæ in ſuis ſcholijs. Dixit nanque Diuus Thomas, quod proferens verba blaſphemiæ, dum ex inaduertentia non conſi-



derat ſignificationem verborum, non A peccat mortaliter. Quęritur ergo an ſi aduertit ad verba neſciuit tamen illa ſonare, aut ſignificare aliquid mortale, an tunc proferens illa verba peccet mortaliter. Nam videtur peccaſſe mortaliter, cum illa verba proferendo ſe expoſuerit periculo peccandi mortaliter. In contrariũ eſt, quia ei nõ affuit animus proferendi verba blaſphemię mortalia: ergo non erit incuſandus de peccato mortali. Reſpondetur ergo primo cum Victoria, quod ſunt quædam peccata, de quibus ſtatim planum eſt, quod ſint mortalia. Et de his dicitur, quod ſi proferens hæc mortalia verba per ſe ſtatim nota, vel ſimilia operans, ſi aduertat, nihil eſt quod ipſum à mortali excuſet. Sunt autẽ B verba alia, de quibus non ita certum eſt, an ſint mortalia, cuiuſmodi ſunt, ferat te diabolus. Et in his, ſi abſit malus animus ea proferens, videtur fore excuſandus à mortali. Nam peccata verborum, quatenus attinet ad eorum grauitatem, potiſsime penſantur ex proferentis intentione. Secus autem eſſet, ſi hic hoc dubio agitatus, an proferre talia verba eſſet mortale, non depoſito dubio aut ſcrupulo ea aduertenter proferret: quia tũc cũ aduertenter ſe exponeret dubio peccandi mortaliter, ea ſic proferre non abeſſet à peccato mortali. Secundo dicitur cum Victoria, quod blaſphemia, licet ratione perfectæ deliberationis deficientis, quia defuit plena & perfecta delibera C tio, venialis eſſe poſsit; tamẽ blaſphemia ex perfecta deliberatione procedens, ratione leuis materiæ, ſi prorumpat in Deum, venialis eſſe non poteſt: quia vel in aliquo modico derogare bonitati, aut excellentiæ Dei non poteſt cenſeri leuis materia. Secus eſt, inquit Victoria, ſi blaſphemia ſit de creaturis: nam tunc ratione paruitatis materiæ poterit, inquit, eſſe venialis. Quod quidẽ aſſertum Victoriæ difficile eſt intellectu. Nam ſi vocat blaſphemiam maledictionem illam, qua maledicitur creatura Dei ſecundum ſe conſiderata, verum eſt, quod maledictio hęc ratione paruitatis materiæ, id eſt, ratione modici D mali optati creaturis rationalibus, poterit iſta maledictio eſſe venialis. At iſta maledictio non eſt blaſphemia propriè vt inſinuat D. Thomas. 2. 2. q. 76. art. 2. qua maledicimus creaturis irrationalibus, ſecundum ſe conſideratis, quia vana maledictio eſt. Sed maledicere eis in quantum ſunt creaturę Dei, ſicut maledicere ſanctis Dei blaſphemia eſt. At ſic conſiderata non videtur habere leuem materiam. Niſi forte velit Victoria dicere, quod derogare alicui ſancto in aliquo minimo, dicendo in aliqua virtute ſpeciali non tantum præcelluiſſe, ſicut forte præcelluit apud Deum, non eſſe mortale: de quo nihil moror. Verum tamen Magi-

A ſter Bañes ſuper. 2. 2. D. Thomę. q. 13. arti. 2. clarius hoc dubium explicat, dicens, quod blaſphemia in Deũ, aut in ſanctos, quatenus diuinæ ſanctitatis participes ſunt, nunquam ratione modicæ materiæ veniale peccatum contingit eſſe. Patet: quia ſic ſemper grauis materia eſt, cum grauis iniuria & irreuerentia irrogetur Deo in ſe, aut in ſuis ſanctis, quatenus eorum ſanctificator eſt. Sicut neq; in periurio aſſertorio, quia ſemper comitatur illud iniuria Dei, grauis materia aſsignari poteſt leuis, quæ excuſet à mortali. Sed blaſphemia, materialiter loquendo, quatenus iactatur in ſanctos, vt homines quidam ſunt poteſt hac ratione paruitatis materiæ eſſe pec- B catũ veniale. Vt ſiquis diceret de ſanctis Chriſpino & Criſpiniano per iocum, quod fuere ſutores, aut de Ioanne, & Paulo germanis, quod fuerunt eunuchi, hæc blaſphemia materialis eſt & venialis propter materiæ paruitatem, quia ſanctitas ſe habet tunc per accidens: & tamẽ aliqualis eſt irreuerentia, quia propter coniũctam ſanctitatem oportet amicos Dei magis honorare, quam ſi non eſſent ſancti.

¶ Nota inſuper in. 2. 2. q. 13. arti. 3. quod quãdo ibi dicitur à D. Thoma, quod blaſphemia eſt maximũ peccatum pertinens ad infidelitatis gẽnus, & aggrauans illud, non ſic eſt intelligẽdum quaſi infidelitas ſimpliciter loquendo non ſit C grauius peccatum quam blaſphemia: quia infidelitas opponitur fidei directe: blaſphemia directe opponitur virtuti religionis, & diuinis laudibus. Sed ſic intelligendum eſt, quod blaſphemia, quatenus procedit ex odio Dei eſt grauius peccatum, quam infidelitas, non quidem ex obiecto, ſed propter circunſtantiam odij: quia ex hac parte opponitur charitati immediate, quæ eſt maxima virtus. Quando verò ſuperaddit ibi D. Thomas, quod blaſphemia exterior, ſcilicet, quando prorumpit in verba aggrauat peccatum infidelitatis, id ideo dicit, quia tunc illa exterior blaſphemia obiectum eſt voluntatis: ſic enim aggrauat peccatum interius. Vult enim talis ſic D interius blaſphemans & diſcredens prorumpere in verba, niſi præpeditus eſſet lingua verbi gratia, paralyſi: vnde aggrauat peccatũ interius. Sicut è contra minus peccat, qui in corde ſuo Deum blaſphemans non vult in verba exteriora prorumpere.

¶ Præterea notandum eſt, quod licet ignorãtia eius, quod blaſphematur etiam culpabilis, niſi ſit affectata aliquantulum alleuiet grauitatem blaſphemiæ, quia tunc talis blaſphemia minus habet de volũtario: tamen ſi Lutheranus ex ignorantia infidelitatis, quam habet conculcet imagines Chriſti, & Sanctorum iudicans non eſſe colendas, ſimpliciter magis peccat, quam ſi fidelis

fidelis eas conculcet. Quia illa conculcatio blaſphema imaginum ab iſto hæretico facta in illo caſu maioris grauitatis eſt ex circūſtātia hæreſis à qua procedit. Sed plaſphemia fidelis conculcātis imagines, grauior eſt ex parte intentionis, qua intendit conuitiari Chriſto, & ſanctis eius; niſi forte hæreticus & in hoc caſu affectatam ignorantiam haberet.

¶ Adde etiam cum Victoria, quod licet blaſphemia ex ſuo genere grauior ſit homicidio, tamen aliquod homicidium propter circūſtantias, poteſt eſſe maius blaſphemia.

¶ Poſtquam de malitia blaſphemiæ abunde dictum eſt, nunc de aliquibus modis blaſphemandi dicendum venit. At quia nominare membra pudenda Chriſti, aut ſanctorum cum indignatione, quod blaſphemia ſit, quia aliqua inordinatio, aut deformitas Chriſto, aut ſanctis eius per talia verba iuxta intentionem proferentis impingitur, nemo eſt, qui ambigat: ideò ad vlteriores modos blaſphemiæ procedendo, dicimus primo cum Caietano. 2.2.q.13.art.1. quod dicere per corpus, & ſanguinem Dei, ſiue iurando, ſiue reſonando in rixa, quidquid ſit de peccato, non eſt blaſphemia: quia ex quo Deus homo factus eſt, habet carnem, & ſanguinem: neque eſt mortale peccatum ſi abſit periurium, & ſi nō dicatur per modum iniuriandi Deo. Secundo, quia de iſto modo enunciandi per vitam Dei, aut per vitam ſanctorum, ſit ne blaſphemia poterat dubitari, reſpondendo dicimus, cum Metina in ſua inſtruct. fol, 76. pag. 2. quod talis enuntiatio de ſe eſt blaſphemia. Nam habet hunc ſenſum, ſcilicet, quod Deus, vel ſancti non habeant vitam, ſi ita non eſt.

¶ Tertio de iſto modo affirmādi. Sicut Deus eſt veritas, vel ſicut euangelium, ita & hoc eſt verum, dicitur cum Metina in eodē loco diſtinguēdo contra Sotum in tractatu de iuramento non diſtinguentem, ſed abſolute affirmantem, eſſe blaſphemiam. Nam ſi iſta dictio, ſicut, ibi interpoſita importet æqualitatem, eſt blaſphemia, quia æquiparat veritatem creatam, & humanam, quam affirmat cùm veritate, quæ eſt ipſe Deus, aut rem fallibilem cum infallibili. Si autem ly, ſicut, ibi tantum ſignificet, aut dicat ſimilitudinem tantum, aut proportionem veritatis humanæ aſſertæ cum veritate diuina, tūc blaſphemia non erit. Nam tunc hunc reddit ſenſum, ſcilicet, ſicut verum eſt, quòd Deus eſt, ita ſuo modo verum eſt, quod à me nunc aſſeritur. At ſi quidquam mea valet ſententia inter tātos viros, dico, quod duplici de cauſa hæc diſtinctio Metinæ plus mihi placet, quam illa abſoluta aſſertio Soti. Tum, quia nolo damnare plures alioquin non malas perſonas, ſic affirmantes ſua dicta tanquam blaſphemias. Tum, quia peccata verborum ex intentione proferentium potiſſimum diiudicanda in dubio veniunt. Intentio autem proferētium non eſt accipere eas in blaſphemo ſenſu; ſcilicet, quod velint adæquare veritatem humanam diuinæ, cum ſecundum ſenſum ſanum illa verba habere poſsint. Nam ly ſicut, potius ſimilitudinem, quam æqualitatem ſignificat, iuxta illud, ſcilicet, Diliges proximū tuum, ſicut teipſum. Quanuis inficiari non poſſum, quin nonnihil offenſionis ſolitus ſit parere iſte modus loquendi, Sicut Deus eſt veritas, ita dico veritatem: quia tanquam non ſatis pie locuti ſolent ſæpe iſti reprehendi. At certe multò magis clare accedit ad formam blaſphemiæ modus ille loquendi vſu receptus inter aliquos, qui cauſa exaggerandi veritates, quas affirmant, aut gratia eas perſuadendi aiunt, hoc eſt euāgelium, hoc credi poteſt, vt euàngelium, quanuis neque hos de blaſphemiæ vitio propter prædictas rationes velim damnare. Et quia animus eis non eſt per eum modum loquendi æquiparare veritatem humanam diuinæ. Nam ſæpe ſe quaſi corrigentes, vel ab alijs reprehenſi de hoc modo loquendi dicunt, ſe loqui, non abſolute, ſed ſuo modo, ſcilicet, ſimilitudinis, & proportionis, & non æqualitatis.

¶ Quarto, & de his modis loquendi, ſcilicet, pœniteat Deū, Deum abnego, quod Hiſpanicè dicitur, reniego de Dios, planū eſt eſſe modos blaſphemos licet ſic in ſimilia prorūpentes, videantur exterius hæretici, aut apoſtatę, poſtquam Deum ſe negare affirmant: tamen hæretici, aut apoſtatæ non ſunt: quia eos rabies, bilis & furor rapiens tranſuerſos agit: quia non pro votis optata ſuccedunt, vnde concitantur ad ſic iniurijs impetendum Deum: verumtamen in corde veritati noſtræ religionis Catholicæ & fidei adhærent, licet exterius illa verba verbo tenus effutiant. Eſt tamen blaſphemia grauior, quæ euomitur contra Deum, quàm ea, quæ profertum contra deiparam virginem, & hæc eſt maior ea, quæ iactatur contra Sanctos. Quintò de illo modo loquendi, ſcilicet, generaliter dicendo pœniteat talē, pernego talem, quod Hiſpanice ſonat, peſe a tal, reniego de tal, non credo in talem, no creo en tal, an ſit blaſphemia ſic aliquid affirmare merito dubitari poteſt: quia bili perciti talia verba ſolent euomere homines deſperati, & parum timoratæ conſcientiæ. Vnde præſumi poteſt, quod cauſa effugiendi pœnam humanam, quæ infligitur per leges blaſphemis, blaſphemiam formalem, quam conceperant mente noluerint, niſi per verba indiffinita, ſeu generalia explicare cauſa eludendi humanos iudices. Reſpondetur ergo ad mentem Caietani cum fratre



fratre Petro de Sotomaior, quod licet talia verba blaſphema non ſint de ſe, neque ex ſua ſignificatione: tamen quia attendendus eſt modus, & tēpus, & animus ea proferentis, ideo ſi aliquis effrænatæ conſcientiæ iracundia furens ex malo ſucceſſu, turbido vultu, & toruis oculis intuens in cœlum in ea verba prorumperet, non leue argumentum, aut tenuis præſumptio eſt, quod blaſphemare voluerit explicite: ſed ſe abſtinuerit cauſa euadendi pœnam. Secus eſt, ſi circunſtantiæ temporis, loci, & perſonæ, & negotij & modi non arguant tam malum animum.

¶ Sexto &, de qualitate harum duarum propoſitionum, quarum meminit Corduba in tractatu de caſibus conſcientiæ quæſt. 61. dicēdum eſt, ſcilicet, an aliquam ſpeciem blaſphemiæ prę ſeferāt. Prima eſt, quam protulit quidā in theologia doctus, & graduatus, plenus dum eſſet indignatione ſic fertur dixiſſe, oſtendens eum in quē ſtomachabatur: Hic adeo maledicus eſt, & virulentæ linguæ vt niſi putarem eum comburendum fore, maledicerem Deo. Reſpondetur ergo cum eòdem Corduba, quod præterquam, quod prædicta verba iniurioſa ſunt reſpectu illius, contra quem prolata ſunt, præſeferunt etiā ſonitum quēdam, & ſpeciem blaſphemiæ exortæ ex indignatione. Eſt namque maledicentia quædam conditionalis reſpectu Dei, quæ refertur ad blaſphemiam conditionalem.

¶ Secunda autem propoſitio, quam ferunt alij eundem dixiſſe eſt, ſcilicet, non eſt Deus in cœlo, vel ibi non aſsiſtit, niſi homo hic vt hæreticus concremetur, de qualitate quoq; huius propoſitionis dum quæritur dicitur, quod ſecunda hæc propoſitio ſi cum deliberatione plena dicta fuiſſet, blaſphemiæ malitia nō careret, ſiquidem tam exiguam ſoliditatem eſſe diuino attribuit, vt dependentiā illi aſsignet ex re tam cōtingēti. Tandem, licet vtraque propoſitio conditionalis blaſphemiæ effigiēm præſeferat; tamen quia ea verba proferenti defuit animus, aliquam iniuriā irrogandi Deo aut ei in aliquo ſibi conueniente derogandi, puniendus eſt, primò, propter excitatum ſcandalum inter audientes reprehenſione quadam aſpera, & pœnitentia graui, licet non infami, vel iniurioſa, ſed exemplari caſtigandus venit. Vide de hoc Nauarrum in ſumma capitulò. 12. nu. 83. & Simancam de inſtitutionibus catholicis tit. 8.

¶ Septimo & de iſta propoſitione, quæ ſolet in infortunijs contingentibus ab aliquibus proferri, ſcilicet, ſic tandem futurum erat, quod hiſpanicè vulgò dicitur, en fin quia de ſer aſsi, inquirendum eſt, an aliquem ſenſum impium, aut blaſphemum contineat. Reſpondetur ergo cum Corduba loco allegato. q. 62. quòd propoſitio hæc eſt male ſonans, quia cōmuniter ſumitur in impio ſenſu orto à gentilitate, credente fatum in eſſe hominibus, eos neceſsitans ad tales euentus, quos putauit ineuitabiles propter fatū, vel quia, quod ſciētia Dei neceſsitatem abſolutam hominibus imponeret, credebat, ideo vitanda eſt. Licet in alio ſenſu vera eſſe poſsit, nempe, ſi intelligatur de neceſsitate non abſoluta, ſed conditionata, & infallibili, qua omnia ordinata à Deo neceſſe eſt euenire neceſsitate conditionata, quæ non tollit libertatem, qui dicitur à theologis neceſsitas conſequentiæ, vel præſuppoſitionis. Igitur quia communiter prædicta propoſitio ſonat malum, ſi proferatur à perſona ſimplice benignè docendus eſt, quomodo ſit intelligēda, & quod eam non pronunciet ore admonēdus eſt. Si autē pronuncietur ab homine perito fraternaliter reprehendendus eſt, quod ſi pertinaciam oſtenderit, pœnas daturus eſt ſuæ pertinacię. Neq; enim iſte ignorantia ſe in hoc caſu protegere poteſt, ſicut poterat ſimplex, & idiota. Vide de hoc D. Auguſtinū lib. 5. de Ciuit. cap. 9. & D. Thomā 1. p. q. 116. & lib. 3. contra gent. cap. 92.

¶ Octauo vide alios modos blaſphemię, quos numerat Nauarrus in ſum. ca. 12. nu. 84. ſcilicet dicere Deum non eſſe miſericordem, non ſeruare iuſtitiam, eſſe acceptatorem perſonarum, non videre, quæ geruntur in mundo, aut non eſſe ſibi curæ humana, aut alia, per quæ eius bonitati, aut excellentiæ derogatur. Vel quando per aliqua verba ea, quæ ſoli Deo cōpetunt, alij attribuuntur, vt hominem beare, futura certo præ noſcere, etiam ſi iſta dicantur iocòſe, ſi attendatur quid verba ſignificent modi blaſphemandi ſunt. Neq; omnino excuſat paſsio, aut ira: imò neque incōſideratio procedens ex conſuetudine blaſphemandi ſecundum Sotum, & fratr. Ioannem à Pœna contra Sylu. verbo. blaſphemia. q. 4. & contra Nauarrum loco citato, & cōtra Caietanum, verbo blaſphemia quod limita, quando conſuetudo blaphemandi gignens contemptum in cauſa eſſet non aduertendi: quia ex quo aſſuetus eſt blaſphemare, negligit aduertere, an verba blaſphema proferat, vel non: quia tunc blaſphemia inanimaduerſa volita eſt indirecte in ſua cauſa, quandiu conſuetudinem blaſphemādi retractare non ſatagit. Sicut dicitur de aſſueto iurare in materia iuramenti, qui ex aſſuetudine illa mala paſsim labitur in multa periuria, quæ non aduertit, neque aduertere curat, ſecundum Victoriam & alios modernos Thomiſtas. Similiter blaſphemiæ genus eſt cantilenas ſeculares turpes, aut prophanas admiſcere diuino cultui, ſiue illa voce humana, ſiue alio organo proferantur, quia irrogatur iniuria Deo autore Caietano. 2. 2. q. 91. & in ſumma verbo. organorum vſus

vſus niſi aliquos ruſtica ſimplicitas in hoc excuſaret à mortali. Vide Nauarrũ loco ſupra allegato. Sed & nos alibi in noſtro hoc primo tomo inſtructorij conſcien. de hoc plura diximus.

¶ Deinde plurima alia pertinentia dubia ad hanc materiam illucidanda veniũt, quo plenior eius habeatur notitia. Primo igitur quæritur, an modus blaſphemię in ſpeciali in ſacramento cõfeſsionis explicandus ſit. Nam cum blaſphemia ſit ſpecies atoma, videtur, quod omnes prædicti modi ſint eiuſdem ſpeciei: ac propterea, quod non ſint in particulari ibi explicandi iſti modi: ſed, quod ſatis ſit dixiſſe, accuſo me ter, aut quatuor vicibus blaſphemaſſe. Sed in contrarium eſt, quod iſti modi inter ſe non ſunt pares in malitiæ grauitate. Reſpondetur ergo ad quæſtionẽ cum Caietano. 2. 2. q. 13. art. 1. circa ſolutionem ad. 3. cui accedit Bañes ſuper. 2. 2. ibi, quod quãuis, blaſphemiæ non differant ſpecie, tamẽ, quia quatenus attinet ad grauitatem peccati notabiliter differũt inter ſe, iccirco explicãdus eſt in cõfeſsione modus blaſphemiæ. Sicut in furto explicãda eſt materiæ quãtitas, nõ ſolũ vt illius fiat reſtitutio, ſed quo grauitas peccati explicetur; etiã ſi voluerit furari, neq; id opere cõpleuerit.

¶ Præterea vtrum blaſphemia ſit caſus reſeruatus à iure canonico, vel per ſynodales conſtitutiones, nobis indagandum venit. Dicitur ergo primo ad quæſtionem, quod blaſphemia quantũcunque publica non reſeruatur vllo iure epiſcopo, ſecundum D. Thomam. 4. ſenten. diſt. 19. q. 1. niſi ratione ſolennis pœnitentiæ, quæ nõ eſt amplius in vſu. Neq; in ſeſsione. 9. concilij Lateranenſis ſub Leone. 10, ponitur inter caſus reſeruatos. Secundo dicimus, quod neque caſus blaſphemiæ, niſi hæreticalis ſit, non connumeratur inter eos caſus, qui per conſuetudinem generalẽ reſeruari ſolẽt epiſcopo ſecũdum Nauar. in ſum. ca. 27. nu. 259. vbi eos numerat. At poterit eſſe caſus reſeruatus per conſuetudinem, aut cõſtitutionem epiſcopatuum. Sed de his omnibus certa regula dari non poteſt ſecundum omnes: quia vnaquæque prouincia in ſuo ſenſu ſolita eſt abundare. Quare qui de nouo expoſitus in aliquo epiſcopatu & ibi auditurus eſt fideliũ confeſsionem, de caſibus ibi reſeruatis curet prius certificari, ſi nolit errare. Sed tamen blaſphemia, quæ hæreticalis non eſt etiam ſi per ſynodales alicuius epiſcopatus eſſet reſeruata, virtute cruciatæ abſolui poteſt.

¶ Sed quid ſi blaſphemus aliquis, qui cõſuetudine blaſphemandi detẽtus in confeſsionibus præcedentibus admonitus de tam grauiſsimo crimine, non reſipuit, an ſi iterum accedat ad cõfeſsionem ſtatim ſit abſoluendus. Reſpondetur igitur cũ Metin. in ſua inſtruction. fol. 77. quod

A non eſt ſtatim abſoluẽdus, ſed per aliquot dies ei abſolutio prolatanda eſt, vt eo ſpacio dierum ſuæ peſsimæ conſuetudini vim reſiſtendo inferat. Poſt præſtitam verò emendam ei abſolutiõ impendatur, & non aliter, etiam ſi emendã proteſtetur. Quia homo hic, qui toties admonitus reuerſus eſt ad vomitum, neque reſipuit, fidem aliqualem confeſſori facit, quod firmum propoſitum emendæ non affert. Secus eſt, ſi tunc primo tantũ de ſuis blaſphemijs confitetur, neque de emenda in præcedentibus confeſsionibus admonitus eſt; quia tunc neceſſario abſolutio prolatanda non eſt. Aduertant quoq; confeſſores, quod licet pœna illa, quæ imponitur in concil. B Lateran. ſeſsion. 9. non ſit in vſu, tamen ibi imponitur cõfeſſoribus, vt blaſphemos, ſine grauiſſima pœnitentia non abſoluant. Vbi eos cõciliũ admonet, ne cũ his remiſſe ſe habeãt in iniũgẽda eis pœnitentia. Tum, quia peccatum grauiſsimũ eſt: tũ ne facilitas veniæ incẽtiuũ præbeat culpę.

¶ Nunc autem de his, ad quos pertinet iudicare de blaſphemijs in foro exteriori dicẽdũ eſt. Nã prima facie videntur eſſe fori mixti, ſiquidẽ ſunt iura ciuilia communia Cæſarea, quæ certas pœnas ſtabiliunt pro blaſphemijs. Imo ſunt iura ſpecialia in Hiſpania, quæ certis pœnis plecti blaſphemos ſtatuunt. In oppoſitũ eſt, quod Bañes ſuper. 2. 2. D. Th. ait. q. 13. ar. 1. ſcilicet. quod C in Hiſpania ad inquiſitores pertinet iudicare de blaſphemijs, & maxime hæreticalibus, qũales ſunt illę, quæ important aliquẽ errorẽ contra fidem, vt ſiquis dicat, iniuſtus eſt Deus, qui me permittit pauperem eſſe. Nã ſunt aliæ blaſphemiæ non hæreticales vt ipſe ait; quæ quidẽ licet ſint falſæ ex intentione proferentis, non tamen ſecũdum ſe continent falſitatẽ, vt cũ dicitur, pœniteat Deum. Hæc enim locutio cũ non ſit indicatiui modi, non habet falſitatem, ſed denotat quoddam deſiderium blaſphemi optantis dolorem Deo. Similiter cum quis nominat membra Chriſti, aut ſanctorum, vt pudenda, cum tamen in illis non ſint pudenda.

D ¶ Igitur reſpondendo ad quæſtionẽ dicimus primo, ſub cenſura patrũ inquiſitorũ, quod omnes ꝑpoſitiones blaſphemæ hæreticales, aut generãtes ſuſpicionẽ cõtra fidẽ, & oẽs ſpeciales blaſphemiæ, de quibus fit mẽtio in ſuis edictis pertinẽt ad eorũ iudiciũ. Nã etiã ſe poſſunt intromittere de ſortilegijs, & quæſtionibus vſurarũ, quãdo ſapiunt manifeſtã hæreſim vt habetur. c. accuſatus, de hæreticis lib. 6. Ex quo ſequitur denũciationes de blaſphemijs ad ipſos fore faciendas. Secundo dico blaſphemias alias nõ hæreticales, neq; ſapientes hæreſim, neque ſuſpicionẽ cõtra fidem ingenerantes, nõ eſt inconueniens apud epiſcopos denũciari. Nã & epiſcopus, in loquẽdo de



dõ de iure canonico cõmuni, poteſt procedere ſine inquiſitore cõtra hæreticos in omnibus vſq; ad incarcerationẽ, vt patet Clemẽtina. 1. de hæreticis. Ergo multo magis blaſphemiarũ denũciationes, ſi tales, vt prædiximus, ſint, admittere poterũt epiſcopi. Nam ſi in eis fortè cõtineatur aliquid, quod examinato negocio ad tribunal ſanctum inquiſitionis videatur pertinere, ipſis epiſcopis incũbit inquiſitores requirere ſuper his. Itẽ etiã & hoc interdũ videtur ſic expedire: ne (vt dicitur. c. accuſatus. §. ſane in. 6. de hæreticis) negociũ fidei, quod ſumme priuilegiatum exiſtit, per occupationes alias impediatur. Tertio dicitur, ꝙ potius zelo honoris Dei, & ſanctorum eius tribuendũ eſt quam præſumptioni, ſi legiſlatores, B & iudices ſęculares blaſphemos non hæreticales, aut ſuſpectos de hæreſi ſtatim apprehenſos pœnis legũ afficiunt, quãuis iudicare, an aliqua propoſitio in dubio ſit blaſphema, non cõpetat eis, ſed eccleſiaſticorũ iudicũ hoc ſit munus. Quia id blaſphemiæ vitiũ adeò execrabile eſt, & contra naturale ius, vt omnes fungentes autoritate aliqua excitet ad ſumendam vltionem de huiuſmodi criminoſo.

¶ Itẽ de pœnis ſtatutis contra blaſphemos de iure eccleſiaſtico conſule caput. ſtatuimus de maledicis & directoriũ parte. 2. q. 41. & Alphon. de Caſtr. lib. 1. de iuſta hæreticorũ punitione. c. 12. At blaſphemãtes Deũ, & ſanctos ſecundum ius C Cęſareũ vltimo ſupplicio mortis debent puniri Sal. in. l. 2. C. ad leg. Iuliam. maie. & Cyn. in. l. 3. C. de re. credi. Quod intelligẽdum eſt, quãdo ex conſuetudine fit, & in contẽptum. Et facit gloſſ. in. c. ſi quis per capillũ. 22. q. 1. Si autẽ lector pœnas Hiſpanicas cõtra blaſphemos ſciri deſiderat videre poterit legẽ. 54. de blaſphemis in recopi. nou. leg. Vbi vltra pœnas per partitas decretas cõtra blaſphemãtes in Deũ, & Deiparã Virginẽ ſtatutum eſt, vt in curia, vel intra. 5. leucas circa curiam ſic blaſphemarit aliquis eius lingua abſcindatur, & ipſe centũ ictibus flagelli feriatur. Et ſi extra curiam ſic in Deũ vel eius matrẽ in blaſphemiã proruperit præter, vel vltra abciſionem eius linguę, pœna amiſsionis medietatis ſuorũ bonorũ mulctetur, cuius medietas accuſatori & altera cameræ applicetur. Quam pœnã non intẽdit remittere rex ob ſupplicationem cuiuſuis perſonæ. Attẽde autẽ, quod pœna magis vſu recepta eſt illa, quæ cõtinetur. l. 55. de blaſphem. in dict. recopi. Vbi ſancitur, quod qui dixerit has formas Hiſpanicas blaſphemiæ, ſcilicet, deſcreo de Dios, y deſpecho de Dios, y mal grado aya Dios, ni ay poder en Dios, o peſe a Dios, vel alia verba ſimilia contra Deum, vel eius Virginem matrem pro vice prima per menſem vnum detrudatur in carcerem. At pro vice ſe-

A cunda exulet à loco vbi vixerit per menſes ſex, inſuper & ſumma mille dipondiorũ mulctetur; quæ in tres partes diuiſa æqualiter pauperibus carceris, vbi incarceratus manebit, & iudici cauſæ, & accuſatori applicetur. Pro vice autẽ tertia clauo trãsfigatur lingua eius niſi ſit nobilis; quia tunc hic ſubibit exilium, & duplici ſumma pecuniæ mulctabitur. Eadem pœna plectũtur dicentes, per vitã Dei, non credo in fide Dei, non eſt poteſtas in Deo, vel qui per membra ſanctiſsima Dei iurauerint. Quæ quidẽ lex. 56. meminit, & de mulieribus de his criminibꝰ reis. Additur autẽ ibi, quod vltra pœnas corporales per leges huius regni ſtatutas blaſphemi per decẽ annos damnẽtur ad triremes, ſi contra Deũ blaſphemauerint. B Similiter. l. 57. cauetur, quod vbi iuxta pragmaticas regni pro tertia vice apponitur pœna trãsfixionis linguæ, vltra dictã pœnam per annos ſex damnentur ad triremium. Stuitur autem vt continue ſine interpollatione per triginta dies, ſine vlla remiſsione detineantur in vinculis.

¶ Præterea, quia in dubiũ reuocare aliquis poterit, an ſine præuia correctione fraterna, hi blaſphemi ſint denunciandi reſpondetur cum Metina in ſua inſtruction. fol. 77. primo, quod ſi edicta cenſurarũ fulminentur, vt blaſphemi denuncientur, intelligenda ſunt taliter, vt ſi ſecreti ſint, ita quod publica infamia non laborant, C prius præmittenda ſit correctio fraterna; iuxta Euangelij tenorem. Alias ante denunciandi non ſunt, niſi eſſet hæreticus: quia tunc ſine præuia correctione ſtatim denunciandus eſſet talis blaſphemus hæreticus. Pœnas autem ſtatutas contra blaſphemos non incurrunt ipſi ante condemnationis ſententiam. Secundo dicitur, quod ſecundum fratrem Petrum de Sotomaior, licet ſemel euangelice correptus non ſit amplius de peccato illo corrigendus, ſi peccatum iteret quia meritò amittitur pro tunc eius emendæ ſpes: tamen charitas Dei nos obligat cum blaſphemantem toties corrigendo eum reprimere, quoties in huiuſmodi blaſphemias D prorumpit. Nam lex amicitiæ aſtringeret amicum ad hoc faciendum pro amico. Non tamen cum periculo vitæ noſtræ, agitatos paſsione Deum blaſphemantes retundeṛe tenemur: quia dum ex paſsione faciunt, non ex electione id in contemptum Dei faciunt. Neque ad obſiſtendum blaſphemis exterius nos reponere in gratiam præparando nos ad gratiam tenemur; ſicut certè tenemur cum præceptum dilectionis internæ Dei ſuper omnia nos obligat.

(.?.)

CAP.

# CAPVT. CCLXXXIII.

*De iudicio, & cuius virtutis ſit actus: Et de tribus conditionibus recti iudicij; Et quando iudicium temerariũ ſit peccatum mortale: De quatuor regulis Caiet. & antiquorum circa iudicia, quas Metina omnino non approbat; Et iudicium ſuſpicioſum, an aliquando ſit peccatum mortale: Et an ſuſpendere actum circa bonam æſtimationem, alicuius aliquando ſit mortale; An credendum ſit viro graui ſiniſtre loquenti de aliqua fœmina: Et an iudicare de aliquo, quod fatuus ſit, ſit mortale.*

POSTQVAM de vitijs verborũ linguæ abundè per tractatum eſt, conſentaneũ rationi videtur eſſe de vitijs verborum mentalium, qualia ſunt iudicia interiora, & ſuſpiciones, mentionem hic agere. Atque primo præmittamus oportet ea documenta, quæ Diuus Thomas. 2.2. quæſtione 60. artic. primo, & ſequenti  us tradit, vt in eis tanquam in principijs innitamur. De iudicio igitur primo loquẽs explicans cuius virtutis actus ſit iudicium, ait, quod quia ad rectũ iudiciũ duæ exiguntur virtutes, ſcilicet, vna virtus, quæ ſit iudicium proferens, alia autem virtus, quæ diſponit ſubiectũ, & inclinat ad rectè iudicandũ ſiciudicium rectum, actus eſt pertinens ad virtutem prudentiæ tanquam ad virtutem proferentem, & elicientem iudicium, quia prudentiæ, actus eſt bene iudicare, conſiliari, & præcipere. Iudicium autem pertinet etiam ad virtutem iuſtitiæ tanquam ad virtutem bene diſponentem, & inclinantem ad illud. Nam ſic vnaquæque virtus circa ſuam propriam materiam iudicat; quia homo virtute præditus ſecundum Ariſto. menſura eſt, & regula, ex qua ſumitur iudicium rectum de virtute. Nam autore D. Paulo. 1. ad Corint. 2. ſpiritualis iudicat omnia.

¶ Præterea, quia aliquæ conditiones requiruntur ad rectum iudicium, ideo in ſecundo articulo eas tradit D. Thomas dicens, licitum eſſe iudicare. Si tamen fiat cum his conditionibus, nempe primo ſi fiat ſecũdum inclinationẽ iuſtitiæ, ſecundo ſi fiat ab habẽte autoritatem, tertio ſi fiat ſecũdum regulas prudentiæ. Nã alias iudiciũ ſine iuſtitia dicitur peruerſum, atq; iniuſtũ. Si autem deſit autoritas iudicandi, dicitur iudicium vſurpatum. Si verò in iudicando deſit prudentia, dicitur iudicium eſſe ſuſpicioſum atque temerarium. At de iudicibus iudicantibus dici- A tur; quod ſi peccata ſua ſunt ęqualia vel maiora, & ſunt publica propter ſcandalum, peccãt alios de ſimilibus iudicantes. Secus autem eſt, quando peccata hæc iudicum ſunt occulta, & neceſsitas imminet iudicandi.

¶ Deinde, ſi quis quærat, an per ſuſpiciones ſit iudicandum iam in. 3. articulo, ad hoc reſpondet D. Thomas, quod quia ſecundum Tullium Cicer. ſuſpicio opinio eſt ex leuibus procedens indicijs. Inſuper, & quia ex tribus proceditur, Primo ex malitia ſuſpicantis, vt quia ipſe malus eſt, mali alij ſibi eſſe videntur. Secundo ex mala affectione cauſante credulitatem, quia facile ſibi perſuadet aliquis alium malum eſſe cui B ex animo male vult: Tertio ex experientia. Vnde ſecundum Ariſtotelem. 2. Rhetori. ſenes propter magnam, quam nacti ſunt experientiam, maxime ſuſpicioſi ſunt, ſequitur quod iudiciũ ſuſpicioſum vitioſum ſit.

¶ An autem iudicare mortale peccatum ſit, quia & hoc neceſſarium eſt ſcitu, reſpondet in articulo. 4. D. Thomas dicens, quod ex leuibus indicijs dubitare de bonitate alterius veniale peccatum eſt, pertinens ad tentationem humanam. Sed iudicium ex leuibus indicijs determinatum & certum, de aliquo graui peccato alterius, mortale peccatum eſt: ſicut etiam mortaliter peccat iudex, qui procedit ex ſola ſuſpicione ad cõdẽ- C nandũ. ¶ Deniq; dubia qualiter ſint interpretãda, an in meliorem partem, vel non, docet D. Thomas art. 5. dicens, ideo dubia de proximis in meliorem partem eſſe interpretanda, quia ſi in peiorem partem interpretantur proximus contemnitur, niſi manifeſta indicia de eius prauitate appareant. Veruntamen quando remedium neceſſe eſt adhiberi peccato, propter ſecuritatem habendam ex adhibito remedio dubia in peiorem partem poſſunt interpretari, nõ per determinationem, & certitudinem diffinitiuam, ſed per quandam ſuppoſitionem, ſupponendo quod ita ſit ſolum ad apponendum remedium.

¶ Iudicium denique per vſurpationẽ (vt tra- D dit D. Tho. articulo. 7.) fit peruerſum: quia iudicium eſt quædam interpretatio legis. At eiuſdẽ eſt legem interpretari, cuius eſt condere, aut illius, cui conditor legis commiſerit; alias ſicut interpretatio eſſet vſupata, ſic & iudicium. Quod ſi Moyſes occidit AEgyptum cum iudex illius non eſſet, ſi excuſandus eſt à peccato, ſicut eum excuſat D. Ambr. duplici nomine venit excuſandus. Primo, quod id fecerit inſpiratione diuina adactus. Secũdo, quod eũ occiderit in iuſtam defenſionẽ proximi, quẽ AEgyptius opprimebat. At D. Auguſt. iniuſte occidiſſe AEgyptiũ affirmat. Sed Moyſem in hoc ſignum bonæ ſuæ indolis oſtẽdiſſe ait, ſicut cãpus incultus progignẽs malas



malas herbas cum exuberantia eſt ſignum ſuæ futurę fertilitatis, ſi colatur. Adde cũ D. Tho. ar. 6. quod licet iudicium ſecundũ leges ſcriptas ſit proferendum, quia ius poſitiuũ, aut naturale declarant: ſi tamen huiuſmodi leges in aliquo euentu à iure naturali deficerent, tunc ſecundũ ipſas nequaquã iudicandũ eſſet. Sed potius æquitas, quam legiſlator intendit ſeruãda eſt, iuxta illud quod iuriſperitus ait, ſcilicet, quod nulla ratio iuris, aut æquitatis benignitas patitur, vt quæ ſalubriter pro vtilitate hominũ introducũtur, duriore interpretatione cõtrã ipſorũ cõmodũ producamus ad ſeruitutẽ, & quia ſi legiſlator, tũc adeſſet aliter iudicaret, ſi cõſideraſſet hũc euentũ.

¶ Porrò ad maiorem prædictæ doctrinæ D. Thomę notitiam oportet pręiacere quædã principia generalia, ante quã deſcendamus ad dubia diſcutienda particularia. Dicitur ergo primo, ꝙ iudicium vitioſum ex defectu ſingularium conditionum harum trium, ſcilicet, quia fit ſine autoritate ordinaria, vel delegata à potente delegare, vel arbitraria accepta ex conſenſu partium, aut ſecundo ſi fiat ſine iuſtitiæ ſubſtantia aut tertio ſine prudẽtia, vt cum fit iuris ordine prætermiſſo vel ex leui cauſa & citra legitimam probationem, eſt mortale ex ſuo genere niſi ratione paruitatis materiæ in aliquibus caſibus excuſetur à mortali. ¶ Secundo principium generale eſt, quod iudicium temerarium vt mortale ſit, debet eſſe certum & ex leuioribus coniecturis, & de re graui. An hoc principiũ in aliquo caſu patiatur aliquas exceptiones poſtea explicãdũ erit. Tertium autem principium eſt, quod licet in ſpeculatiuis mathematicis quando in his ſcientijs iudicium profertur omnem debet includere certitudinem, & excludere ambiguitatem, tamẽ in moralibus ad hoc, quod iudicium dicatur certum parum dubij pro nihilo reputatur. Vnde hoc non obſtante tantillo dubio reputabitur iudiciũ moraliter certũ; quia autore Ariſtotele non eſt par certitudo exigenda in omnibus materijs. Quartum principiũ: Iudicium temerarium repentinũ non eſt mortale, niſi cum plene poſt deliberato, & ſedato animo confirmatur: quia alias tentatio humana, vt innuit D. Tho. ad iudicandum rapit animos. Quintũ principium: Iudicium quando mortale ſit ex leuitate cauſarum, certa regula ſtabiliri non poteſt. Nam & ipſis indicijs, aut coniecturis, quando leuia ſunt aut grauia certa regula & infallibilis aſsignari nõ poteſt. Igitur à culpa mortali excuſabunt illa indicia, & cõiecturę, quæ homo prob⁹ & prudẽs in tali caſu cõſiderantis circũſtãtijs arbitrabitur, quia grauia ſunt, atq; violẽta à mortali excuſare. Imo adeò indicia poſſunt eſſe manifeſta, vt quia Deus nõ vult nos cęcutire in media luce, vt nullum ſit peccatũ ex eis A pro certo aliquid de proximo iudicare. ¶ Sextũ principiũ eſt ꝙ iudiciũ, etiã ſi nõ ſit de peccato mortali, ſatis eſt, vt ſit mortale ſi tale ſit & de tali naturali vitio, qđ alter ferret ęgrius audire, quã ſi eſſet peccatũ mortale, vt ſi nullis indicijs induct⁹ aliquis de aliqua egregię autoritatis perſona iudicio quodã temerario, & certo & inducẽte cõtẽptũ illius iudicaret eſſe de genere Iudæorũ apud Hiſpanos, vbi hoc valde infame eſſe reputatur.

¶ Præterea ad intelligentiã huius materię de iudicijs temerarijs, multũ cõfert noſſe illã triplicẽ formã iudiciorũ temerariorũ, quæ in ſacra pagina reprobãtur, teſte Metina in ſuã inſtruct. fo. 194. & ſequent. primũ nanq; eſt hypocritarum B iudiciũ, qui cũ abominabiles ſint, & veluti quædã ſentina peccatorũ, rigide iudicãt alios ob peccata leuia, ſe ipſos nõ agnoſcẽdo. Eſt autẽ graue peccatũ hoc: quod ita in ſcribis & Phariſæis abominatus eſt dominus Matthæi. c. 7. dicẽs Hypocrita eijce primũ trabẽ de oculo tuo. Quid autem vides feſtucã in oculo fratris tui, & trabẽ in oculo tuo non vides? Quod autẽ peccatũ mortale ſit hinc patet: tũ, quia ſecum contemptũ affert proximi: tum quia malũ iudicat bonum eſſe, & bonũ malum, iuxta illud Eſaiæ. c. 5. Væ qui dicitis malũ bonum, & bonũ malũ, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. Cæterũ, ſi aliquis ſua delicta agnoſcẽs, quia id ſortitus eſt geniũ, vt C quod reuera malũ eſt, malũ ſibi videtur, vel quia nihil ſibi accidit eſſe gratũ, nænias, vel defectus alienos iudicat, non ideo de culpa mortali eſt notandus ¶ Aliud autẽ iudiciu eſt, quod condẽnatiuũ eſſe ſui ipſius dicitur, vt quãdo aliquis aliũ iudicãs rigide, condẽnat eũ de eodẽ crimine, quo ipſe implicatus eſt. Sicut ſi iudex qui cũ ſit fur, furẽ ſuſpẽdit, vel qui cũ ſit cõcubinarius aliũ cõcubinariũ diiudicãs pœna graui plectit. De quo D. Paul. teſtificatur ad Rom. 2. dicẽs. Propter qđ inexcuſabilis es ô homo, omnis qui iudicas: in quo enim iudicas alterũ, te ipſum cõdemnas: eadem enim agis quæ iudicas. Vnde ſi Metinæ dãda eſt fides, multi iudices & officiales iuſtitiæ D hodierni, vt in plurimum mortaliter peccant, ſi quidem fures alios puniunt cum ipſi licentioſius furentur, de alijs concubinarijs pœnas ſumunt, cum ipſi impune in concubinatu permaneant. Veruntamen ſi iudex non auſtere, ſed quadam animi compaſsione commotus, ſua crimina agnoſcendo alios ſimiles ſui puniret, ſola obligatione exercendi officium ſuum adactus non peccaret mortaliter, niſi ratione ſcandali, ſi quod excitaretur in populo. Vt ſi vicarius generalis epiſcopi prouiſor nuncupatus, in alium animaduerteret, vt in concubinarium: cum tamen ipſe domi haberet ex ſua concubina ſuſceptos filios. Liquet autem hoc non fieri citra ſcandalum mag

num

num & mortale. Aliud autem iudiciũ eſt, quod temerarium appellatur, quo aliquis ex leuibus inductus indicijs alterum iudicat.

¶ Porro animaduerſione hic opus eſt, iudicium temerarium excuſari poſſe à culpa mortali multis de cauſis. Primo ex parte imperfectæ deliberationis. Secundo ex parte paruitatis materiæ. Tertio ex parte cauſæ, ſcilicet, indiciorũ, quando expreſſa ſunt. Quarto ex parte modicæ certitudinis, qualem ſolet continere ſuſpicio cõcepta ex leuibus indicijs, aut ratione carentię certitudinis. Vt cum quis ob leuia indicia de proximi bonitate incipit dubitare, an ita ſit, vel non in neutram partem inclinans, ſed in æquilibrio manens. Aut quando ob ea leuia indicia ſuſpendit actum, nolens aliquid in bonum, vel in malum iudicare, ſed illud ad iudicium Dei, qui falli non poteſt remittit. Quinto ratione qualitatis, & conditionis perſonarum, de quibus concipitur tale iudicium, vt quia eiuſmodi ſunt, quod ex tali concepto iudicio, tantum abeſt vt offendantur, vt ipſi de talibus ſe ſolitæ ſint iactare: ſicut adoleſcentes de ſuis inhoneſtis amoribus, an iſtæ cauſæ excuſantes à mortali aliquando patiantur aliquam exceptionem, dicere nos ſtatim oportet. Sed tamen prius aduertamus, lectorem Metinam in ſua inſtructione, fol. 195. quatuor regulas pro hac materia de iudicijs temerarijs in medium produxiſſe, quas cum dicat eſſe Caietani in ſumma verbo, iudicium temerariũ, & eſſe doctorum antiquorum, ipſe tamen eas tanquam non veras, excepta vltima reſpuit, & alias quatuor regulas ex ſuo marte inuentas, quę tamen non carent difficultate, multa introducit, quæ etiam diſcuſsionis examine egent. Quocirca conſultius illi fuiſſet tales Caietani & antiquorum has quatuor regulas admittere, & ſi quas patiebantur exceptiones eas aſsignare, quam vt falſas reprobare. Neque enim falſa eſt omnino regula, aut vera, vt in plurimum eſſe deſinit, eo quod aliquam exceptionem patiatur. Libet ergo has Caietani, & antiquorum patrum quatuor regulas admittere, eis ſuas exceptiones aſsignando, ante quam quatuor alias regulas ibi traditas à Metina diſcutiamus.

¶ Igitur Caietani, & antiquorum patrum prima regula eſt, ſcilicet; Quicunque ſine ſufficientibus indicijs deliberate iudicat de proximo ſuo aliquod commiſiſſe mortale peccat mortaliter. Hæc autẽ regula ſane intellecta D. Tho. concluſio eſt, quam tradit. 2. 2. q. 60. art. 4. Nam præſupponitur, quod tale iudicium debet eſſe plene deliberatum, & determinatum, & certum. Nam hoc intelligunt Caietanus & antiqui per illud aduerbium, deliberate; ſicut per non ſufficientia indicia leuia & non expreſſa.

[A] Hæc tamen Caietan. & antiquorum, ſeu potius concluſio Diui Thomæ ſecundum Victoriam in ſuis ſcholijs ſuper ſecundam ſecundę D. Thomæ patitur duplicem exceptionem. Primo in caſu, in quo aliquis multoties fuit in aliquo peccato graui, & mortali. Nam de hoc ex leuibus indicijs iudicare, quod in tale nunc relapſus ſit peccatum, non eſt mortale. Sicut neque ex leuibus iudicare aſſuetum tali peccato propter induratam conſuetudinem id crimen & nũc perpetraſſe. Ex quo corollarie ſequitur, quod in peccatis, in quibus peſsima conſuetudo inualuit apud Chriſtianos effrænate paſsim iurandi, iudicarę de his etiam ſine ſufficienti indicio, [B] quod aliquando labuntur in periuria mortalia, non erit mortale. Tum, quia non tam inſufficiens indicium eſt ad hoc ipſa periculoſa conſuetudo iurandi. Tum, quia tales dum ſic iurando deprehenduntur inter familiares priuatim, mentiti fuiſſe nihil curant, de hoc, ſed totum in iocum tranſit. Vnde non multum nocumenti in fama affert eis hoc iudicium, ſicut neque iuuenis laſciuus contemnitur in ſua æſtimatione, eo quod ex leuibus indicijs iudicetur fuiſſe fornicatus: neq; enim de hoc pudeſcere ſolet. Secundo prædicta regula patitur exceptionem in caſu, quo etſi ſint peccata grauiſsima, de quibus eorũ autores ex leuibus indicijs iudicamus de liberta- [C] te & certè: tamen ipſi tantum abeſt vt ex his confundantur, vt etiam ſponte & glorianter de his ſe iactent. Sicut contingit in militibus, vel alijs etiam nobilibus ciuitatum, ſeditiones interſe nutrientibus, & prouocantibus ſe ad duella, quia gloriari ſoliti ſunt de cædibus inuaſionibus, & vulneribus inimicis inflictis, vnde iudicia hæc de illis habere parum illis nocet.

¶ Secunda regula Caietani, & antiquorum eſt. Quicunque ſine indicijs ſufficientibus iudicat de proximo etiã deliberatè, & certo aliquid veniale delinquit venialiter. At hæc regula generalis an patiatur aliquas exceptiones ſpeculandum eſt. Primo igitur exiſtimo, quod Metina [D] hic ab hac regula exciperet illum caſum, in quo quis conciperet iudicium certum ex leuibus de aliqua perſona graui, quod eſſet mendax. Nam ipſe in ſua inſtructione. fol. 182. p. 2. affirmat, quod aſſerere de aliquo, quod ſit mendax ſit peccatum mortale, quia quamuis mentiri iocoſe, aut officioſe ſolum venialis culpa eſt: tamen affirmare aliquem mendacem eſſe eſt aſcribere ei grauem defectum. At ſubſequenter idem diceret Metina de iudicio certo, quo quis ex leuibus indicijs iudicaretur mendax. Sed quia hoc tanquã nimis rigidum refutauimus, niſi de ſanctiſsima, vel multũ celebri perſona intelligatur, ideo de hac exceptione hic non multum curamus.

¶ Forte



[A] ¶ Forte & ab hac regula exciperet Metina & caſum illum qui propriè non eſt exceptio in quo ex leuibus indicijs, id eſt, ex dicto vnius nõ tanti momenti, à quo audiuit concipit aliquis iudicium certum, quôd Ioannes, qui ante reputabatur eſſe de genere veterum Chriſtianorum ſit de genere Iudæorũ, aut denuo cõuerſorum. Quæ quidẽ exceptio probabilis videtur. Nam etſi eſſe de tali genere, neq; peccatũ veniale ſit: tamẽ res eſt grauis contẽptus, & infamiæ pręſertim apud Hiſpanos. Quocirca per huiuſmodi iudiciũ grauiter læditur hic in ſua æſtimatione.

¶ Videtur etiam poſſe excipi caſum, in quo ratione perſonarum vulgariũ, qui venialia pec- [B] cata ſolent contemnere, aliquando aliquis iam iſta experientia inſtigatus ex leui coniectura iudicaret aliquem peccare venialiter. Nam tunc nec venialiter videtur peccare. Sicut neq; venialiter videtur peccare dominus, qui iudicat ſeruũ ſæpe ſæpius deprehenſum in mẽdacijs venialibus, & nũc quoq; ſibi mẽtiri in materia in qua ſolitus eſt mentiri. Quia licet hic nullũ, aut leue appareat indiciũ, quod nunc mẽtiatur, ſatis eſt conditio, aut qualitas perſonæ aſſuetæ mentiri ſit nota, vt tale iudicium, neq; veniale peccatũ ſit. Nam in moralibus licite iudicium fertur de rebus ſecundum id, quod regulariter contingit.

¶ Tertia regula Caietani, & antiquorum pa- [C] trũ eſt: Quicunq; qui ſine perfecta deliberatione ſuſpendit actum iudicãdi, vel dubitat, vel ſuſpicatur, vel credit aliquid graue contra proximum nõ peccat mortaliter. Sunt enim actus hi imperfecti, qui vix poſſunt ſtatim repelli: quippe qui ſunt veluti tentatio quædã humana, & veluti motus rapidus. Hãc quoq; regulam verã nõ eſſe aſtruit Metina. Sed certe videtur eſſe ſententia D. Tho. 2. 2. q. 60. ar. 3. Vbi ait, quôd ſi quis ex leuibus de bonitate alicuius dubitare incipiat, hoc eſt veniale & leue peccatum pertinens ad tentationem humanã, ſine qua vita iſta non ducitur, vt habetur in gloſſa ſuper illud. 1. ad Corint. 4. Nolite ante tempus iudicare, vbi ſubdit: [D] ergo ſi ſuſpiciones vitare nõ poſſumus, quia homines ſumus, iudicia tamẽ, id eſt, diffinitiuas firmaſq; ſententias continere debemus. Imo, qui firmo iudicio ſine hæſitatione iudicaret aliquid, graue contra proximum, non tamen cũ deliberatione perfecta, & perſeueranti, etiã ſi ſine ſufficiẽtibus indicijs id iudicaret, eius iudicium ratione imperfectæ deliberationis excuſaretur à mortali. Ita Victoria in ſuis ſcholijs ſuper. 2. 2. Adhibet autẽ ibi exemplum, vt ſi vidi puellam ſecreto mittentem literas per pediſequam eius, qui eas defert ad virum iuuenem, & ab eo alias per eandem mediatricem recipientem, ſi ſtatim me inuadit repẽtinum iudicium certum, quòd [A] puella illa eſt inhoneſta, & mala, nõ ideo culpæ mortali id mihi eſt aſcribendũ, quia deeſt plena deliberatio. Eiuſdem ſententiæ videtur eſſe Sotus, de cuius mente eſt, vt in. 4. principio ſupra diximus, quòd iudicium repentinum etiam firmum mortale non ſit, niſi poſt deliberato, & ſedato animo cõfirmetur. Secus eſt autem ſi poſt examinatione cauſæ facta conſiderando, quod ex cauſa honeſta & ſibi neceſſaria prædicta puella potuit ad talem virum literas dare, & ab eodem reſponſum accipere adhuc in firmo iudicio, quòd illa eſſet inhoneſta & mala perſeuerarem, quia tunc eſſet mortale.

¶ Quarta regula, quę videtur elici ex D. Tho. [B] 2. 2. q. 60. ar. 4. in ſolu. ad 2. Iudicare certo de aliquo opere, ꝙ ex ſe ſit peccatum mortale nõ eſt mortale. Vt ſi quis iudicet, ꝙ comedere carnes in feria ſexta, vel in quadrageſima eſt de ſe peccatum mortale, ratione præcepti eccleſiæ extra peccatũ mort. eſt hoc iudiciũ. Si autẽ ſtatim viſo homine hiſce diebus iudiciũ certũ cõcipiam de illo deliberato & ſedato animo, ꝙ quia veſcitur tunc carnibus peccat mortaliter, peccabo & ego, id certo iudicando mortaliter: quia ſic iudicãdo noceo æſtimationi proximi. Potuit enim habere cauſam occultã, puta infirmitatẽ & diſpenſationẽ illum excuſantem. Ideo ait D. Thomas ibi, ꝙ aliud eſt iudicare de rebus, & aliud [C] de hominibus: quia noſtrum iudicium nihil nocet rebus, aut tollit à rebus: ſed noſtrum iudicium temerarium tollit æſtimationem bonam debitam proximo, ideo nocet proximo.

¶ Sequitur corollarie ex omnibus ſupradictis principijs, & regulis, quod in duob⁹ caſibus ſine vlla exceptione iudicium temerariũ etiam certũ excuſatur à mortali. Primo quando deeſt perfecta deliberatio. Secundo ratione leuitatis materiæ. Quod tunc cõtingit, quando etſi materia ſit grauis in ſe, tamen talis eſt, ꝙ qui iudicatus eſt mal⁹ in tali materia, vel in ea defectuoſus iudicatur parũ ex tali iudicio capit detrimenti, quia reuera læſio æſtimationis modica eſt aut ſi [D] in ſe eſt grauis, ipſe tamẽ eã paruipẽdit: quia de hoc etiã ipſe gloriatur, vt ſupra exẽplificatũ eſt in de conflictibus, & duellis, & cędibus gloriãtibus, & de ſuis turpibus amoribus ſe iactãtibus.

¶ Cæterum nonnulla dubia intricatiora occurrunt, circa quæ alij Thomiſtæ diſſentiunt à Caieta. cui videtur in quol. 12. ar. 35. accedere D. Tho. Nam Caiet. & D. Tho. (vt Sot. lib. 3. de iuſtitia & iur. q. 4. ar. 3. ſentit) eius ſunt opinionis, vt nullum iudicium citra certitudinem eſſe, niſi tantum peccatum veniale opinentur. Hanc certitudinem tollit ſeu excludit tam dubitatio, quæ in neutram partem inclinat, & ſuſpicio: quia etſi vni parti cõtradictionis magis ex leui-

bus adhęreat, non tamē ſine formidine alterius. Sotus autem & Metina Salmant. in locis citatis & Victoria in ſuis ſcholijs ab hac ſententia D. Thom. & Caietani, quæ pro regula generali eſt habenda, excipiunt eum caſum, in quo quis ex leuibus grauiſsimum malum de honeſtiſsima perſona ſuſpicaretur: iam tunc iudicium iſtud ſuſpicioſum malitiam mortalē præ ſe ferre arbitrantur. Tum, quia maior iniuria iuxta communem animi conceptionem videtur irrogari Petro, ſi eum inceſtuoſum cum ſua matre, aut filia, aut ſorore eſſe ſuſpiceris, quam ſi certo crederes eum eſſe fornicarium, licet illa ſuſpicio ſit cum formidine. Item quia in maiorem contemptum apud te veniret ille, quem hæreſis labe infectum ſuſpicareris, quam ſi eum certo alijs peccatis minoribus mortalibus coinquinatum eſſe iudicares. Et quia has ſuſpiciones de maioribus quā iudicia certa de prędictis criminibus mortalibus minoribus multò ægrius ferret; quia multo magis per eas lędéretur prædictus. At licet rationes hæ morales ſint & nō deſpicabiles, tamen, quia à D. Thoma non decet, neque in aliquo diſcedere, ſed potius rationes, & principia ſuæ doctrinæ exacte librare, ideo ſicut exceptionem hanc D. Thomas expreſſe non admiſit, cum ſi exceptionem hanc veram eſſe intellexiſſet, eius plane meminiſſet, ideo non tam abſolute eam admittendam eſſe duco.

℄ Igitur exiſtimo iſtam exceptionē potius eſſe verā (vt cenſores & iudices vitæ alienæ ſibi caueant) eſſe conſulendam, quā quod ſic ſuſpicari, aut dubitare citra certitudinem de peccato grauiſsimo alicuius perſonæ mediocris notæ peccatū mortale eſſe neceſſario ſit dogmatizandū. Quo circa, ſi aliquis huiuſmodi ſuſpiciones cū formidine, quòd poſſunt fallere, & forte ex eis fallitur, aut huiuſmodi dubitationes ex leuibus concepiſſet etiā de perſona graui, & de peccato enormi ante factum, ei conſulerē, vt ab eis tanquā à mortalib⁹ & periculoſis caueret. Poſt factum autē, ſi eas confiteretur in cōfeſsione, dū de aliquo ſancto eas non concepiſſet, tanquā de mortali reū eum non iudicarē, præſertim, ſi caruit animo inde ſe in iudicium certum præcipitandi, neq; habenas laxauit ſic vt idcirco alium de quo ſic eſt ſuſpicatus, aut dubitauit, ideò vilipēdere in animo ſuo ſtatuerit, aut ei nocere exterius, aut ſuo iure priuare, vel exterius ſubnotare propoſuerit: ſed potius dū ſic ſuſpicabatur quodam timore Domini arreptus non aliter ſe gerere cum illo decreuerit, quā ſi nihil mali fuiſſet ſuſpicatus. Hanc meam ſententiam ſic explicatam, & moderatā his rationibus perſuadeo. Primo, quia ſicut ratione leuitatis materię, quia materia leuis in peccatis contra proximū parū

A affert detrimenti, excuſatur quis à mortali. Ita etiā modica certitudo, qualis eſt in ſuſpicione, vtpote quæ eſt cum formidine alterius partis excuſabit ſic ſuſpicantem à mortali.

℄ Et confirmatur quia iudicia interiora de rebus grauibus contra proximū, ideo ſunt mortalia, quia quādo ſunt certa prę ſe ferūt notabilē cōtemptū proximi. Suſpicio autē & dubitatio hęc non affert ſecū cōpletum contemptū. Non enim iſte talis cōpletè cōtēnit: quia in temerariā ſententiā non prorūpit. Secundo etiā probatur ex gloſſa ſuper illud. 1. ad Corin. 4. Nolite ante tēpus iudicare, dicente: Si ergo ſuſpiciones vitare non poſſumus, quia homines ſumus, iudicia

B tamen, ideſt, diffinitiuas firmaſq; ſententias cōtinere debemus. Vbi gloſſa apertè demonſtrat difficultatē cōtinendi nos à ſuſpicionibus. Ergo quia iugū Domini ſuaue eſt, dum huiuſmodi ſuſpiciones intra ſeipſas ſe continent, ſolum in mente, neq; prorumpunt in aliquod detrimentum proximi notabile, non erunt mortales. Nā cōtemptus ille imperfectus, qui ab his ſuſpicionibus generatur in mente ſola, nō tanti æſtimatur à D. Tho. Nam ibi. 2. 2. q. 6. art. 3. in corpore articuli, ait certam ęſtimationem de malitia alterius, ſi ſit ex leuibus eſſe mortale: quia eſt cum cōtemptu quaſi exiſtimans cōtemptum cauſatū ex ſuſpicione, non eſſe perfectū contemptū.

C ℄ Et confirmatur ex D. Tho. loco citato art. 3. in ſolutione ad tert. Vbi ait, quod tunc iudiciū ſuſpicioſum ad iniuſtitiā pertinet directè, quando ad exteriorē actū procedit: & tunc eſt peccatū mortale. Vt verbi gratia, ſi iudex ex iudicio ſuſpicioſo incerto procederet ad diffinitiuā ſententiā exteriorē peccaret mortaliter: ergo ſuſpicio de perſona graui, & etiā de peccato enormi ſi nō procedit ad actū interiorē, vel exteriorem cauſantē nocumentū notabile, nō erit mortalis. Nō enim talis ſuſpicio, aut dubitatio apta nata eſt de ſe ad cauſandū notabile nocumentū, quia formido, quam habet comitē eam reprimit, ne proſiliat in aliquē cōtemptum, aut nocumentū

D notabile. Quòd ſi aliter ſæpe cōtingit, id eſt, ex malitia ſubiecti, id eſt, ſuſpicantis ſua libertate abutentis. ℄ Itē etiā confirmatur: Quia (vt ſuperius diximus de mēte. D. Tho. 2. 2. q. 144. art. 3.) referre aliquem crimē occultum alterius coram vno ſolo peregrino, qui ſtatim eſt abiturus, & nuſquam cum ſic coram ipſo infamato in perpetuum conuerſaturus, nō videtur eſſe peccatum mortale: quia parum nocumenti ex illa mala æſtimatione concepta ab illo peregrino paratur huic infamato. Et hac ratione inquit ibi D. Thomas, quòd à peregrinis parum verecundamur. Sed etiam (vt ſuppono ex tali mala ſuſpicione ſolum ſe continente intra mentem & intra



& intra ſuſpicionis ſpeculatiuæ metam, parum nocumenti paratur illi, de quo talis habetur ſuſpicio: ergo nō erit mortalis, etiam ſi ſit de perſona graui, & de enormi eius peccato. Item confirmatur vltimo: quia difficultas, quæ interuenit in ſe defendendo cū moderamine inculpatæ tutelæ excuſat, niſi notabiliter modus excedatur à culpa mortali: ergo difficultas tentationis magnæ humanæ, quæ impellit homines, ad ſuſpicandum ex leuibus, quam gloſſa & D. Thomas. & ſancti teſtantur eſſe magnam, excuſabit eos à mortali, etiam ſi de perſona graui & de enormi eius peccato fuerint ſuſpicati.

℄ Iam ad argumenta Soti, & Victoriæ, & Metinæ, quibus nituntur illam exceptionem à ſententia D. Tho. & Caieta. eſſe faciendam, ita vt licet verum ſit regulariter, quòd ſuſpicio eſt culpa venialis, vt ait D. Tho. tamen quòd excipitur caſus, vbi quis de grauiſsimo peccato grauiſsimæ perſonæ ſuſpicatur, reſpōdetur pręter ſupra adductas rationes, quæ horū argumenta, & exempla apparenter eneruant, primo, quòd cū iſtæ ſuſpiciones de criminibus grauibus, & de perſonis grauibus in mente ſolū concipiuntur, & cū formidine, quòd forte ſunt illuſiones parū nocumenti paratur his, de quibus habētur vt prædictū eſt: at de iudicio diffinitiuo, ꝙ ſint fornicarij magnū paratur nocumentum. Nam tunc totaliter circa materiā fornicationis amittunt apud certo iudicantem id ex leuibus ſuam æſtimationem. Præterquā, quod tale iudicium de ſe aptum natū eſt prorūpere in cōtemptum perfectum & nocumētum exterius, quod non ita eſt dicendū de ſimplici & formidoloſa ſuſpicione. Secundo reſpondetur, quod ſi homines ſuſpiciones cōtra ſeipſos de criminibus grauioribus, puta, de inceſtu cū matre, vel filia magis ægre ferūt, quā iudicia certa de minoribus, vt de cōcubinatu, & cætera, id ideo eſt, quia inde ſibi aliquod maius malū timent, ſcilicet, ꝙ iſti maleuoli ſuſpicioſi in aliquo inſidiabūtur, vel aduerſabuntur ſibi, vel ſi amplius facere nequiuerint, ꝙ talia iudicia ſuſpicioſa directe, vel indirecte reuelabunt alijs, vel in publicū, quod falſum eſt euulgabunt. Nam ſi aliquid horū non vererentur, nihilo plus has ſuſpiciones facerent, quā terriculamenta puerorum. Tertio reſpondetur ꝙ ſi ſolas has ſpeculatiuas ſuſpiciones de grauioribus criminibus, quā certa iudicia de grauibus ægrius ferunt, id certe non bona conſideratione ducti faciūt: quia nō deberent eſſe tam rigidi ſuæ æſtimationis integræ cenſores, vt non debeant merito conniuere fragilitati humanæ, quæ teſtificantibus ſanctis paſsim impulſu harum ſuſpicionum tentatur, & rapitur. Nam ſatis eſt, ſi formidet, ne forte fallatur & caueat, ne

A ſe præcipitem det in diffinitiuam ſententiam, qui taliter ſuſpicatur, vt euadat mortale.

℄ Hinc corollarie ſequitur, non tantū apparētiæ habere illa aſſertio Metin. in ſua inſtruct. fol. 197. & fo. 196. p. 2. regu. 3. Vbi ait, quod quādo quis optimā opinionem, atq; ęſtimationem de alio, puta, de Petro habens prius, poſteà ob indicia inſufficientia deliberate ſuſpēdit actum circa materiam grauem peccat mortaliter. Adhibet exemplum, vt ſi Ioannes cum in numero veterū Chriſtianorū computaſſet Petrū prius iam de cętero ob dictū vnius, nō tanti momenti hominis, circa Petri genus actum ſuſpenderet intra ſe ſolum, dicens, neſcio, quid dicā de Petri genere, an ſit de genere infami, aut honorabili, peccatū eſſe mortale iſtam ſuſpēſionem iudicij, duplici ratione exiſtimat Metina. Tum, quia

B Ioannes Petro tollit bonam ęſtimationem, quā retinebat apud ſe. Nam etſi verum eſt (inquit) quod Ioannes de Petro circa genus bonam opinionē concipere non tenebatur, ſed bonā iam ęſtimationē circa hoc de illo conceptā ob leuia indicia ei auferre non licebat. Tū, quia ſic ſuſpendendo actum, illum contēnit. Et idem dicendū putat de imaginatione, & dubitationis actu circa hoc. Sed certe ex diametro pugnat hęc aſſertio Metinę cum ſententia D. Tho. Nam minus iniuriæ infertur Petro per iſtam ſuſpenſionem actus, quā ſi ex leuibus de Petro Ioannes ſuſpicatus fuiſſet, quod eſſet de infami genere: & tamen D. Thom. in illo quolib. 12. ar. 35. expreſſe

C tenet, quod ſuſpicio nō eſt peccatum mortale, eo quod vt ipſe ibi docet motus imperfecti nō ſunt peccata mortalia, & tales ſunt motus ſuſpicionum, quia ſuſpicio eſt quid imperfectum in genere iudicij, ideò eſt imperfectus motus, & ideo non eſt mortale ex genere: quamuis ſi fiat ex odio erit aliquando mortale. Si igitur ſuſpicio non eſt mortale ex ſuo genere, circunſtantia grauitatis perſonæ, & enormitatis criminis, de quibus habetur dubitatio, vel formatur ſuſpicio, non poterit ſic eam aggrauare in infinitum, vt ſuſpicionem hanc efficiat mortalem, ſi-

D cut etiam D. Thomas ait. 2. 2. quæſt. 110. art. 4. in ſolutione ad 5. quod nulla circunſtantia aggrauat in infinitum, niſi transferat in aliam ſpeciem actū. Vnde infert, quod peccatū mendacij officioſi, aut iocoſi cum ex ſuo genere non ſit mortale ratione circunſtantiæ perſonæ, ſcilicet eo quod ſit ſanctiſsima nō fiet mortale, etiam ſi ſanctiſsima perſona iocoſe, aut officioſe mentiatur, niſi ratione alicuius annexi, ſcilicet, ob votū, vel ſcandalū. Ergo pari ratione circunſtātia perſonæ, ꝙ ſit grauiſsima, de qua formatur ſuſpicio de graui crimine, nō mutabit ſpeciem ſuſpicionis, neque augebit eam in infinitum, vt

A fiat mortalis.Quod confirmatur plane:Nam ſi augeret in infinitum , id eſſet, quia augeret nocumentum notabiliter contra proximum : ſed hoc negat D.Tho. in illo quolib.dicens , quòd iudicium firmum in corde ex leui re eſt aliquãdo peccatum mortale , quia eſt cũ contemptu proximi:ſuſpicio autem non,quia eſt quid imperfectum in genere iudicij. Vnde patet, quòd tam ſcrupuloſe loquitur Metina in hoc caſu,vt neq; etiam Victoriam in hoc habeat fautorem. Vbi in ſuis ſcholijs ait in.6.concluſ. de iudicio, quòd dubitare,aut ſuſpicari de proximo regulariter non eſt mortale.Nam raro contingit illa materia,quæ requiritur,vt ſit mortale.Nam materia, in qua non ſolum ſuſpicari , ſed quod B minus eſt,ſcilicet,ſuſpendere actum,eſſe mortale affirmat Metina, videlicet,quòd Petrus ſit de genere Iudæorũ,aut denuo conuerſorum , non eſt materia adeo rara, quin multũ communiter contingat.Imo neq; Sotus lib.3. de iuſt. & iur. q.4.arti.3. penes finem Metinæ fauet,qui affirmat, quòd licet dubitare & ſuſpendere actũ ex leui cauſa circa bonam æſtimationem proximi & circa eã ſe habere negatiue , minor culpa ſit, quã male ſuſpicari de bonitate proximi,& licet concedat id aliquãdo poſſe eſſe peccatum mortale, non tamen id exemplificat in quacunque graui materia communiter , vt facit Metina. Sed in caſu vt ait Sotus ibi, quo aliqui viderent C honeſtatẽ, vitamq; integerrimã Ioannis Baptiſtæ, aut ſacratiſsimę Virginis Dei matris( vt de Deo eius filio ſileamus) ſi de eius bonitate dubitarent,quod graue committerent peccatũ, re vera non eſt in dubium reuocandum.

¶ Igitur concludamus tandem,quòd ſicut ſupra diximus in duobus caſibus ſine exceptione iudicium temerariũ à mortali excuſari,ita è cõtra quando iudiciũ temerariũ eſſe peccatũ mortale ex ſuo genere à doctoribus aſſeritur,aduertẽdum eſt,tria eſſe ad id requiſita,vt Sotus loco citato tradit.Primũ,vt ſit certũ taliter, quod fere D nihil dubites. Secundũ quod tale iudiciũ nõ ſit repentinum,ſed animo ſedato, & deliberato oportet ſit cõfirmatũ facta reflexione ſuper illud.Tertio, ꝙ arbitrio viri prudentis, & probi nulla cõcurrerint idonea, aut ſufficiẽtia indicia ad excuſandũ à mortali. Quartũ adde,ꝙ vt in indiuiduo tale iudicium mortale ſit,requiritur, quòd ſit de materia graui.Materiã grauem non vocamus contra Sumiſtas, ſcilicet, quòd ſit de peccato mortali alterius tantũ,ſed quod ſit talis materia,quæ ſecũ afferat magnũ contemptũ,& infamiã. Vt quòd aliquis alioquin in republica clarũ adeptus nomẽ iudicetur eſſe de genere infami,quæ res,ſcilicet,eſſe de tali genere caret culpa filiorũ. Adde vero, ꝙ autore D. Thoma in illo quol.iudiciũ falſum de rebus notis pertinẽtibus ad bonos mores,ſemper eſt peccatũ mortale,vt,puta,dicere, quòd dare eleemoſynam ſit malũ,& ſimilia.Iudiciũ autem de perſonis,licet quandoq; ſit falſum,non tamẽ ſemper eſt peccatũ,niſi quãdo eſt omnino temerariũ. Propter quod D.Augu.in ſermone Domini in mõte,ſic ait:Si erramus in iudicio perſonarum non erramus in iudicio rerum.

¶ Poſt tã copioſam de iudicio temerario diſputationẽ, ſupereſt tandẽ in re tã perplexa,& ſcrupuloſa tradere ea documẽta,quæ in ſuis ſcholijs aſsignat Victoria ad tollendos ſcrupulos in hac materia.Primũ eſt,ꝙ ſuſpicari, vel dubitare nõ ſemper eſt in poteſtate hominis ſic , vt ſtatim poſsint repelli; quia ad tentationẽ humanã pertinent,quæ ſæpe repẽtine inuadit animã. Quo circa , ſi quis timore Domini ſe ſentit circũuallatũ,caretq; propoſito offendendi Deũ, & proximũ mortaliter,animũq; iudicãdi nõ habet, eſto aliquando anceps ſit,an temere & mortaliter de ſuo proximo iudicauerit,nõ ob id debet intus in animo ſcrupuloſe anxiari:quia ſignũ eſt , ꝙ quaſi inuiti fuerint ea iudicia paſsi, qui ſic anxiãtur.Vnde non oportet tales valde eſſe ſolicitos ad propulſandas ſimiles ſuſpiciones,aut dubitationes,ſed de eis tãquã de caniculis oblatrãtibus nihil debẽt curare, ſed eas obliuioni tradere, ne intenſius creſcant. Secundum documentum,licet iudicium certũ, & firmum de materia graui ex leuibus indicijs conceptum poſt deliberationem plenam, peccatum mortale ſit, quia tunc ſemper eſt in poteſtate noſtra : tamen ſi quis timoratæ conſcientiæ videt ſe male iudicaſſe de proximo, & tamen ſecum in animo hæſitat,an pro certo iudicauerit nec ne, tũc deponat ſcrupulũ ; nam tute ſibi perſuadere poteſt , quòd tunc non iudicauerit deliberate , & certo . Et per conſequens credere poteſt , quòd non peccauerit mortaliter ſed ſaltem venialiter.Nam cum hac dubitatione poſtea tenetur, argumentum eſt ante nõ plenè deliberaſſe, neque reflexionem feciſſe. Si autem qui poſt factum dubitat,an iudiciũ certum formauerit in animo ſuo contra proximum,aut non, ſibi perſuadere debet , quòd in certũ proruperit iudicium & quòd mortaliter deliquerit , ſi effrænis erat conſcientiæ, & parũ timoratus apud Deũ.

¶ Præterea dubium hoc, quod in ſuis ſcholijs ſuper. 2. 2. Victoria meminit indignum non eſt, quod ſub ſilentio prætereatur . Vbi quærit, ſi vir autoritate præditus firmiter , atque determinate affirmauerit de aliqua fœmina , quòd adultera ſit,an citra peccatũ illi poſſimus adhibere fidem. Reſpondet autem Victoria , quòd conſultius eſt nobis in hoc caſu ſuſpen-



A dere iudicium.Secundo adijcit Victoria quod in hoc caſu oportet ad qualitates, conditioneſq; perſonarũ oculos mentis conijcere. Et ſi vir ille qui id affirmat grauis ſit,atq; probus, & moderatioris linguę,& illa fœmina leuitatis nota laboret,vel leuis & petulans eſſe noſcatur, poſſumus viro illi adhibere fidem.Secus autem eſſet, ſi illa honeſtam æſtimationem obtineret in vicinia,& ille laxioris linguę homo reputaretur.Tertio dico,quòd illa fœmina poſſet tãto nitere honeſtatis nomine,& ille, qui de ea ſiniſtre ſic loquitur adeo de nimia loquacitate eſſe notatus,vt mortale peccatum eſſet,certũ & deliberatum ob dictum illius formare iudicium, quòd hæc fœmina eſſet adultera . Nam etſi B Nauarrus aſſerit , nos poſſe vni duntaxat teſti adhibere fidem,licet ad id nõ teneamur:ſed hoc intelligitur eſſe verum , dum talis teſtis iuratus eſt omni exceptione ſuperior,& quãdo in prẽiudiciũ tertij non teſtificatur.Sicut hac ratione credendum eſt vni viro,vel fœminæ aſſerẽti,ſe infantulum poſitum in periculo baptizaſſe, vt non ſit iam iterum baptizãdus. Facit cap.ſuper eo el.2.de appel.& cap.à nobis de teſtibus & 2. q.1.c.multi. quia id teſtimonium in nullius vergit præiudicium.¶ Quarto quia quærit ibi Victoria,vtrum bonum ſit ècontra iudicare, quòd bonus ſit ille,qui mihi nũciatur eſſe malus,dico C cum Sancto Thoma.2.2.q.60.art.4.ad 2. quòd potius tendere debemus in hoc iudicio , quòd hominem,qui nunciatur malus iudicemus bonum eſſe,niſi manifeſta ratio in contrarium appareat, etiam ſi id fiat cum præiudicio aliquali nunciantis,quia illi nõ adhibetur fides.Sed tandem cõcludit Victoria,quod in hoc caſu ſatius eſſet ſuſpendere iudicium. Et hoc verũ eſſe crediderim , vbi pro vtraq; parte eſſet apparentia, quãuis cæteris paribus poſsidenti ſuam bonam famam ex hac parte, qua eam poſsidet , magis ſit fauendum,ne ea ſpolietur.

¶ Deinde reuocari merito in dubiũ poteſt, D an iudicium formare de aliquo,quod fatuus ſit, aut ſtultus,aut indoctus,aut quòd ſit miles aut dux in bello timidus,atq; puſillanimis, ſit peccatum mortale,vel non.Reſpondetur ergo cum Victoria in prædictis ſcholijs,primo,quod tale iudicium non caret graui culpa, ſi conſideretur eſſe cũ infamia & iniuria alterius pro qualitate perſonæ.Vt ſi ſic notatus vir eſt,qui profitetur aliquã ſciẽtiam,aut doctrinam,vel ſi profitetur militarẽ artem.Secundo dicitur, quod quando tale iudicium eſt deliberatum,& certum poteſt eſſe peccatũ mortale aliquando,vt ſi tantum creſceret contẽptus iudicantis,quod hoc ſuũ iudicium pãderet alijs,quo ſic iudicati oſtentui haberentur.Tertio dicitur,quòd huiuſmodi iudicia , niſi ſint de materia multum graui , valde ſpectante ad famam, & honorem communiter non ſunt mortalia peccata.

## CAP. CCLXXXIIII.

*De idoneitate & moribus iudicum.Et quòd ab acceptione munerum abſtinere debent : Et de caſibus,in quibus iudices inueniuntur culpabiles,qui ſunt num.10.An religioſo liceat appellare de diuerſitate iudicum:Et quis dicatur iudex ordinarius:Et an rector ciuitatis ſit ordinarius:Et an epiſcopus cauſas meri imperij poſsit ſubdelegare:Et cauſas à Papa, illi delegatas ſpecialiter , vel à concilio Tridentino: Et an prælati religioſorum habẽtes priuilegium ad abſoluendum ſubditos poſſint ſubdelegare:Et an parochus nunc abſolutionem ſui ſubditi ſimplici ſacerdoti cõmittere poſsit:Et an ſubdelegatus delegati, vel delegatus inferioris ordinarij poſsit ſubdelegare.*

CIrca eas tres conditiones,quas capitulo præcedenti ex D.Tho.2.2.q.60.ar.2.elicitas diximus ad rectum iudiciũ eſſe requiſitas,notatu opus eſt primo,circa primam,vbi proponitur,quòd C procedat ex inclinatione iuſtitiæ,ꝙ adeò neceſſaria eſt hæc conditio,vt ſi contra rectitudinem iuſtitiæ proferatur iudiciũ, illud erit iniuſtũ,& peruerſum.Igitur ne contra rectitudinẽ iuſtitię quidquam cõmittat iudex.in primis peritus ſit oportet cap.ſciſcitatus.de reſcript.& ita peritus vt quęrere ab alijs nõ habeat quidquid eũ oporteat loqui,cap.ex literis de conſang. & affin. & ſi ſit illiteratus oportet habeat aliquã peritiam iudicandi.Nã ex huius peritiæ defectu vſu euenit,vt in villulis homines adeo agreſtes,& ruſtici in iudices,prætoreſq; annuales cõſtituantur, vt nomine tenus ſolum ſint iudices, aut potius D ſtatuæ,qui non mouentur niſi ad motum tabellionis populi, per cuius os verba iudicij formãt loquũtur,& reſpõdent. Vnde fit in hiſce populis ipſi tabelliones vice prætorũ fungantur, abſoluẽtes,vel dãnantes quos volunt.Igitur cauſa ciuilis,vel criminalis cõmitti non poteſt,niſi habenti peritiam iudicandi.C.de iuriſ.omni.in.l. certi iur.¶ At loquẽdo,maximè de iudice eccleſiaſtico dicitur plane, ꝙ eccleſiaſticꝰ iudex eſſe nõ valet,niſi mediocriter ſaltẽ ſit in iure peritus iuxta c.cũ nobis olim de electio.Ex quo infert Panorm.in c.ſciſcitatus, ꝙ contra iudicẽ delegatũ poteſt opponi exceptio,quòd non poſsit eſſe iudex,quia eſt illiteratus,& nõ habet iudicãdi peritiã. Ex quo corollarie ſequitur,ꝙ cum

religioſis imperitis à ſede Apoſtolica aliqua cauſa committitur, poteſt contra eos excipi, quod iudices eſſe non poſsint, niſi quando certa perſona daretur, quoniam & aliqui religioſi periti in iure reperiuntur.

℄ Quin etiam iure ſpeciali Hiſpaniæ, vt continetur in recopilat. noua leg. lib.3. tit.9. l.1. ſancitur verbo juyzios, quod qui eligendi ſunt in iudices præterquam quod mites, fideles, vrbani ſeu modeſti & timoratæ conſcientiæ incorruptæ famæ, & non auari eſſe debent, ea ſcientia præditi eſſe debent, vt idonei ſint directe ad iudicandas lites per ſuam ſcientiam, & arbitrium. Hac igitur de cauſa ead. recopil. loco citato. l.2. cauetur, vt nullus literatus munus iudicandi obeat, niſi iam viginti & ſex annos adeptus per decem annos ſtudio vacauerit.

℄ Item, quia iudices non ſolum ex ignorantia, & carentia peritiæ à tramite recto rectitudinis iuſtitię ſolent deuiare, ſed alijs cauſis impulſi etiam à regula iuſtitię ſolēt declinare; idcirco circa eccleſiaſticos iudices cap. cum æterni, de ſent. & re iud. in 6. decernitur, quòd iudex eccleſiaſticus, qui contra iuſtitiā, & contra conſcientiā aliquid in iudicio fecerit in grauamen partis per gratiam, vel ſordes condemnandus eſt parti læſæ in æſtimationem litis, & per annū eſt ſuſpenſus, & perpetuo, ſi medio tempore ingerat ſe diuinis, niſi Papa cum ipſo diſpenſet. At etiā de iudicibus laicis iura Hiſpaniæ in eadem copil. verbo juyzios lib.3. l.1. tit.8. declarāt quod iudices ius ſuum vnicuiq; debitum nō reddētes violanteſq; iuſtitiā culpam alienam & litē alterius iniuſtam in ſe tranferunt, culpas alienas facientes proprias: & tanquam iuſtitiæ tranſgreſſores iubētur puniri. Et. l.3. cauetur, ne propter affectum, vel odium, vel propter metum, aut munera illis data, aut promiſſa iudices Hiſpani deflectant à veritate, & recto tramite iuris & iuſtitiæ. Item, quò liberius iuſtitiā ſeruent, eadem lege eis interdicitur, durante eorum officio, per ſe, vel per alios dona, vel promiſſa recipere à quouis homine, qui coram illis litē mouerit, vel ſciatur talem litem moturus eſſe, neque ab alio, qui horum nomine aliquid eis largiantur. Hoc autem iuramentum exigendum eſt ab eis ſuper euangelia cum acceptandi fuerint ad officia. Deinde eodem tit. l.5. prohibentur omnes iudices publicè aut ſecretè per ſe, vel per alios recipere dona à quouis genere perſonarum, qui ante illos venturi ſint ad ſuas lites intendendas, ſiue illa dona aurum ſit, aut argentum, aut pecuniæ, aut panni, vel veſtes, vel victualia, vel aliqua alia bona ſub pœna amiſsionis officij, & cuiuſcunque alterius ſuſcipiendi, & mulctatur in donis receptis in duplo, & applicatur id cameræ, & regio arbitrio relinquitur aliā infligere eis pœnam iuxta ſummam receptā. Quod autem prędicta recepta munera iudices Hiſpani teneantur in conſcientia ante ſententiā condemnationis reſtituere ratione cōtractus, quaſi conuentionalis iuramento vallati, de non accipiendis muneribus, quem virtualiter, imò expreſſe ineunt cum rege, dum præficiuntur, & acceptantur in iudices, tenent omnes præclari Thomiſtę, Victoria, Sotus, Metina & alij. Qui quia rem claram tutantur non libet eas quaſi demonſtrationes, & moraliter certas rationes, quas ad hoc probandum habeo paratas hic inculcare, quia alio propero, & nolo lectori faſtidium generare.

℄ Aduerte inſuper, quod licet nunc non vacat omnia delicta, quæ in retrocedendo ab via iuſtitiæ iudices ſolent committere adnumerare: tamen quo primæ conditioni aſsignatæ à D. Thoma ad rectum iudicium, ſcilicet, quòd ſit ſecundum inclinationem iuſtitiæ fiat ſatis & quo iuriſtis incipientibus obſequamur libet adnumerare caſus in iudicibus culpabiles, propterea quod ad illos non inclinat iuſtitia, ſed iniuſtitia. Primus caſus eſt, quando ſuſcipit gubernamen cum ſe nouit impotentem, & puſillanimem ad executionem iuſtitiæ, iuxta illud Eccleſiaſtic.7. Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates. Facit caput non eſt putanda. 1. quæſtio. 1. Secundo quando fert ſententiam iniquam ſcire debens eam eſſe iniquam: nam tunc, etiam ſi pars grauata non appellet compenſare debet huic parti expenſas, & damna, niſi hæc pars conſentiat appellationi animo remittendi debitum ſecundum Nauarrum in ſumm. cap.25. num.12. Cui adde tu, niſi animo remittendi debitum, & damna, & expenſas cōſentiat: quia autore Couarruuias in tractatu de var. reſolut. lib.2. damna & expenſæ diſtincta ſunt ab iniuria, & etiam ab intereſſe, & debito principali, de quo litigabatur. Tertio quando ſine probatione legitima ſententiā fert aut proceſſum mediocriter eum examinans non vidit, aut quando probationem maiorem neceſſaria exigit.

℄ Quarto, quando procedit ſine libello, aut ſine conteſtatione litis, vbi hæc ſunt neceſſaria, vel ſi admittit recuſationes, vel appellationes indebitas, vel non admittit debitas propter preces, aut munera prout quotidianus, & peſtilens vſus inuexit.

℄ Quinto quando nullam ſententiam ſcienter exequitur, ſiue eſſet nulla propter intolerabilem errorem, ſiuè propter manifeſtam iniuſtitiam iuxta Alexand. part.3. tractat.5. membro.1. articulo 4. circa fin. facit gloſſa recepta





cap. paſtoralis. §. quia verò de offi. deleg. veruntamen iniuſtam, ſed tamen validam exequens ſentētiam, non peccat, poſtquam fecit, quod in ſe eſt ne executioni mandaretur, patet ex cap. ſupradicto. §. quia vero, quod quomodo ſit intelligendum ſupra dictum eſt latius. ℄ Sexto peccat iudex, qui grauat partem, non admittendo appellationem, vel alia via grauamen non remouendo, ſiue ſit caſus, quo liceat appellare, ſiue non argu. l.1. ff. de appellat. & cap. ad noſtram. eod. tit. quia iura remouentia appellationem, in aliquibus caſibus, & concedentia eam regulariter ſolum procedunt in foro exteriori, quia in interiori peccat iudex, qui via, qua poteſt non aufert grauamen. Vnde infert corollarie Nauarrus in ſum. cap.25. num.15. in hac re pleroſque litigātium, & aduocatorum, ac procuratorum grauiſsime delinquere cum obligatione reſtituēdi, ſi impedierint appellationem ſuper grauamen, etiam ſi lex appellationem nō admittat. Tum, quia, vt dicitur prędicto cap. ad noſtram remedium appellationis, nō eſt inuentum, vt debeat alicui in ſua nequitia patrociniū exhibere: quia ſecundum gloſſam ibi appellatio, non debet eſſe vinculum iniquitatis, ſed oppreſſorum leuamen. Vnde conſequenter remotio appellationis, non debet patrocinari grauaminis autori. Nam cum ius in aliquo caſu remouet appellationem intelligitur, ſolū interdicere friuolam appellationem iuxta cap. ſuper eo el.2. de appell. quia à vero grauaminę tunc appellando, non appellatur contra ius vel reſcriptum negans in illo caſu appellationem, ſed contra iudicis malitiam, qui violat iuſtitiam, vt notatur. 2. q.6. cap. viduum. Non enim poteſt tollere princeps id, quod eſt de iure naturæ, id eſt, appellationem, licet hanc vel illam formam & modum appellādi tollere poſsit. Facit clem. paſtoralis. de ſent. & re iudicata. Quo circa autore Victoria in ſuis ſcholijs ſuper. 2.2. licet religioſus nō poſsit appellare, à correctione ſuorum prælatorum, ſi fiat ſecundum ſtatuta ordinis, & regulæ iuxta caput ad noſtram: ſicut etiam ſic decernente Concil. Triden. ſeſſ.13. c.1. de reform. in cauſis viſitationis, correctionis, habilitatis & idoneitatis non tenetur epiſcopus concedere appellationem, neq; in criminalibus ab interlocutorijs ſententijs, niſi cōtineant damnum, quod per diffinitiuam reparari non poſsit vel ab ipſa diffinitiua appellari non poſsit: ſed tamen his nihil obſtantibus, & non obſtante conſtitutione, quam profeſſus eſt religioſus, de non appellādo appellare poſſet in cauſa grauiſſima, vbi ageretur de eius vitę periculo, vel de alio præiudicio æquiualenti. Neque Bonifacius Papa quando (vt refertur in conſtitutionibus ordinis Prædicatorum diſtinct. 2. cap. 17.) interdicit appellationem, niſi certo modo ſeruato non prohibet appellationem ad ſe, vt ait Victoria. Imo ſecundum ipſum ſi prælatus procederet ex falſa præſumptione liceret appellare ab illo. At licet prædicta expoſitio, ſcilicet, quòd illa clauſula remota appellatione intelligitur, dum talis appellatio eſt friuola, & non habet locum cum appellatio interponitur rationabilis, ſit rationabilior expoſitio: tamen ſecundum alios doctores cûm adijcitur illa clauſula in reſcripto, ſcilicet, poſt poſita appellatione, ſic eſt intelligenda, vt etiam tunc admittenda ſit appellatio non quo ad effectum impediendi executionem ſententiæ, quæ non obſtante appellatione debet in hoc caſu executioni mandari, ſed ad effectum proſequendi ius ſuum, ſi quod habet, quæ quidem expoſitio tolerabilis videtur quando grauamen non eſt manifeſtum, neque talis eſt illa executio ſententiæ, quæ damnum inferat irreparabile.

℄ Septimò quando iudex negligens eſt in purgando prouinciam prauis hominibus: nam tenetur ad hoc ex debito officij. l. congruit. ff. de offic. præſi. quod ſi non præſtiterit in hoc officium ſuum reus erit negligentiæ. Igitur ſi ceſſante iuſto impedimento omiſerit viſitare & ad deliquentes, & delicta ſui territorij puniendum & ad maleficis illud purgandum negligentem ſe exhibuerit, obligatione reſtituendi damna tenebitur. Quomodo autem debet inquirere delicta vide Bald. in. l. Gallus. ff. de liber. & poſthum. ℄ Octauo quando cauſam finiri negligit, vel habere notarium, vel aduertere, quid ſcribatur, nam & aſsiſtere notario debet in negocijs arduis præſertim, ſiue ciuilibus ſiue criminalibus, & per ſe examinare debet in his cauſis arduis teſtes & non committere id debet tabellioni, recopillat. nou. lib.3. titul.6. l. 28. & 29. Nam ideò dicitur in recopilat. nou. leg. titulo juyzios. lib.4. tit.25. l.29. vt iudices curent tabelliones per ſe examinent teſtes, & non per ſuos famulos, & quando non prouident de aduocatis, vel quando non eſt ſibi curę ſtudere pro caſibus difficilibus occurrentibus, & pro his, quæ ad ſuum munus ſpectant, planum eſt eos delinquere, ſicut etiā peccāt grauiter quando in cauſis ſolum attingentibus ad ſummam quadringentorum dipondiorum, vel infra cauſa quæſtus tabellionum proceſſus, ſcripta, vel allegationes admittūt, quia lib.2. tit.17. l.17. in recop. nou. cauetur quòd in hac cauſa ſolum ſententia abſoluens, vel condēnans ſcripto mandetur, à qua ſentētia non poſsit ſupplicari, neq; appellari, & ꝙ pro toto pceſſu cauſę huius tabellio vltra dimidium argenteū exigere non

poſsit.Item ſi permittunt ſuos officiales vexa-
re partes,extorquere emolumenta indebita in
inſolentias prorumpere neque eos cohibent,
palam eſt ſe ſocios facere horum exceſſuum,&
criminum : nam exorbitantias haſc ompeſce-
re tenentur.℄ Nono lege ſpeciali Hiſpaniæ ſan
citur(vt recopil.nou.libro octauo titulo.1. l.12.
habetur;vt ſuper vno delicto iudices perquæſi-
tores & commiſſarij & ordinarij vnum dunta-
xat conficiant proceſſum , licet multi concur-
rant rei in eadem cauſa, alioquin peccant noci-
ue. Quocirca contrarium agentes mulctantur
in expenſis & damnis , quæ obuenerint parti-
bus,& in ſumma dupli,quę applicatur camerę:
vnde proculdubio ante condẽnationem tenen-
tur ad reſtituenda damna hæc , & expenſas in
conſcientia.℄ Item eadem recopill.noua ver-
ba,ſententias lib.4.tit.17.l.3.decernitur(vt iudi
ces ne cauillando deflectant in ferendo ſenten-
tiam à iuſtitia)vt ſentẽtiam proferant iuxta ve
ritatem reſultantem ex proceſſu,etiam ſi defe-
ctus in ſolemnitate, & ordine iuris interuene-
rit.℄ decimo ſecundum Victoriam in ſuis ſcho
lijs ſuper.2.2.D.Thomæ,peccat iudex,qui etiã
in gratuitis concedit aliquid vni parti cum alte
rius partis damno. Nam etiam in cauſa dubia,
quod conceditur vni parti debet concedi & al-
teri , quanuis in gratuitis & permiſsis lege , ſi
alias ſecundum allegata & probata prout tene
tur iudicet poſsit parti habenti iuſtitiam fauere
non ſtatim proferendo ſententiam, ſed longio
rem concedendo terminum ad iuſtitiam ſuæ
cauſæ oſtendendam,& probandam,dum id lex
permittit:beneque faciet tunc parti prætendẽ-
ti iuſtitiam ſic gratificando . Cætera pertinen-
tia ad iudices,in quibus communiter delinque
re ſolent,ideo hic miſſa facimus , quia aut per-
uia ſunt,aut ita vulgaria,vt in ſummis omnibus
eorum paſsim mentio fiat, quibus tandẽ amor
iuſtitiæ à confeſſoribus,& doctoribus eſt iterũ
atque iterum inculcandus,donec eorum cordi-
bus penitus infigatur inclamandum eſt auri-
bus eorum illa voce Spiritus ſancti ſapientię.1.
Diligite iuſtitiam,qui iudicatis terrã:ſentite de
Domino in bonitate; & in ſimplicitate cordis
quærite illum.

℄ Quoniam compendioſam & ſummariam
ſimul,& valde fæcundam de materia iudicij do
ctrinam traditam à D.Thoma.2.2. q.60. art.2.
explicandi hic munus ſumimus , iam explica-
tione aliquali prælibata de prima conditione
requiſita ad rectum eliciendum iudicium, ſci-
licet,quòd producatur ſecundum inclinationẽ
iuſtitiæ,nunc de ſecunda conditione aſsignatã
à D.Thoma,nempe,quòd fiat ab habente au-
toritatem,nam alias iudicium eſſet vſurpatum,

A aliqualiter nobis diſſerendum eſt.

℄ Omnis ergo iudex, vt debita ad iudican-
dum autoritate ſit præditus,vel ordinarius ,vel
delegatus, vel ſubdelegatus,vel arbitrarius eſſe
debet .Ad iſtos enim omnes iudices reducun-
tur,vt patet ex doctrina D,Thomæ.2.2. q.67.
art.1.& de verbor. ſignific. cap. forus & quili-
bet,cui non eſt prohibitum poteſt eſſe iudex
arg.cap.cum apud de ſponſ. At iudices eſſe pro
hibentur mutus,ſurdus,impubes, fœmina, per
petuo furioſus,ſeruus, excommunicatus , con-
ſanguineus rei,inimicus actoris,vel alia de cau-
ſa ſuſpectus,& imperitus,ſeu illiteratus.De his
agit Parnorm. in ca.chiſmaticus de reſcrip.Cõ
B tra hos ergo omnes poteſt opponi exceptio.

℄ Inchoantes igitur à iudice ordinario , cu-
ius poteſtas eſt magis in multis priuilegiata, di
cimus,quòd iudex ordinarius eſt , qui iuriſdi-
ctionem gerit ordinariã.At ſi ſcire cupias quan
do iudex gerit iuriſdictionem ordinariam , vt
meritò iudex ordinarius debeat appellari, nota
cum Syueſtro in ſumm.verbo iuriſdictio,quòd
quatuor ſunt,quę conferunt iuriſdictionem or
dinariam .Primo,lex inanimata,vel canon : &
hoc in dubio.Secus , ſi apparet quod velit lex
illam iuriſdictionem, quam confert eſſe delega
tam.Secundo eam iuriſdictionem confert pa-
pa,vel imperator, &Princeps independens,ſed
C non alius inferior,niſi epiſcopus ſuo vicario ge-
nerali. Tertio hanc iuriſdictionem ordinariam
confert conſuetudo: nam qui ex conſuetudine
habet iuriſdictionem cenſetur iuriſdictionem
habere ordinariam. Quarto vniuerſitas appro-
bata ,vt mercatorum,& aliorum artificum,qui
poſſunt de ſuo corpore creare , & eligere iudi-
cem ordinarium , ſicut etiam id poteſt facere
vniuerſitas facultatum artium,& legiſtarum,ſi
militer ſunt ordinarij illi prælati , qui fiunt per
electionem,& confirmationem:quales ſunt prę
lati multorum ordinum ; ſicut etiam in noſtro
ordine ex vi noſtræ conſtitutionis mortuo,
D vel amoto priore , qui ordinarius erat , ſup-
prior eius interim gerit ordinarias vices, nam
hoc conſonum iuri communi eſt . Vnde ge-
nerale erit in omnibus ordinibus vbi non fue-
rit alia ſpecialis diſpoſitio, quòd mortuo præla
to habente vicarium ipſe vicarius, vel ſi alio
nomine vocetur,ſi fuit electus à conuentu to-
to, vel à collegio patrum,vel ſi habet autorita-
tem à lege,quia iſta durante ,perſeuerat & ipſe
autore Panor in ca.1.ne ſede vacant.ali.inno.Si
autem fuerit talis vicarius à priore,vel epiſcopo
vel abbate,vel alio prælato creatus , ſecus erit,
quia non durat eo moriente

℄ Iam etſi non omnia , aliqua tamen digna ſci-
tu dubia circa hãc materiam diſcutienda ſunt.

Et primo



Et primo diſputari contingit , an vicarius epi-
A ſcopi ordinarius ſit iudex . Nam Alciatus ( vt
Couarruuias teſtatur in tract.de varijs.lib.3.ca.
20)partem negatiuam tenet . Dicitur ergo pri-
mo, quòd ſi loquamur de vicarijs generalibus
epiſcopi , qui ad omnia incumbentia negocia
cõſtituũtur,qui cauſas totius diœceſis cognoſce
re poſſunt, & inquirere & corrigere exceſſus,
& huiuſmodi, licet beneficia conferre non va-
leant iuxta cap . cum generali in.6 . de off. vi .
car.niſi ex ſpeciali commiſsione,hic prædictus
vicarius generalis epiſcopi,palã eſt quôd iuriſ-
dictionem ordinariam habet ,etiã ad excõmu-
nicandum.Quod ex eo patet : quia ſic facit cũ
B ſuo epiſcopo vnum tribunal , vt ab eo ad epi-
ſcopum non poſsit appellari.

℄ Si autem loquamur de vicario epiſcopi,
qui etiam facit vnum tribunal cum epiſcopo,
ſed fuit conſtitutus vicarius,& officialis epiſco
pi,per commiſsionem officij ſibi generaliter
factam,cum cauſarum ciuilium cognitione nõ
criminalium iuxta caput.licet.de officio vicarij
in.6.talis vicarius ordinariam habet iuriſdictio
nem ſecundum gloſſam in dicto. cap. licet.in
huius gratiam citantem Innocentium, & Ho-
ſtienſem, & Guillel.contra Gof. Vnde ait ibi
gloſſa,quòd licet negari non poſsit eos vicarios
C iuriſdictionem habere ordinariam , tamen non
in omnibus recurritur ad eos,ſicut ad dantes,in
de eſt,quòd inquirere,corrigere,punire aliquo-
rum exceſſus,non poſſunt neque aliquos à ſuis
officijs beneficijs, & adminiſtrationibus amo-
uere valent,niſi ſpecialiter hæc eis committan-
tur. Vnde neque literas commẽdatitias ad ordi
nes poſſunt dare.Hanc eandem ſententiã tenet
Couarruuias loco ſupra citato. in cuius gratiã
allegat prædictum cap. licet.& cap. Romana in
principio , verbo , generaliter.de appell. in.6.
Quam ait eſſe communẽ & iure probari contra
Alciatum:quia ſatis eſt ad habendam iuriſdi-
ctionem ordinariam,quòd officiales cõſtituan-
tur tacito conſenſu principis legis, aut reipu-
D blicę generaliter,vt eorum vice & loco genera-
liter iuriſdictionem exerceant.

℄ Ex qua ſententia infert Couarruuias vnũ
notabile inter iuriſtas ſcitu dignũ,tanquã corol
lariũ,ſcilicet,quòd idem dicendum eſt de iudi-
cibus ſecularibus ,qui apud Hiſpanos à rectori-
bus ciuitatum delegantur,& eorum locum te-
nentes appellantur, & hiſpanice, lugar tinien-
tes ; quia hi iuriſdictionem ordinariam habent,
& eam exercent conſenſu principis , licet ab
ipſis rectoribus,& non à principe nominetur.
Habent enim rectores ciuitatum apud nos ius
iſtud conſtituendi vicarios etiam abſque vllo
impedimento.Ita Paulus Caſtren.& Alexand.

A ℄ Præterea, quia regula generalis eſt , quòd
ordinarius omnis poteſt delegare hinc ſequitur
quòd vicarij epiſcoporum omnino generales
cum epiſcopis vnum tribunal conſtituentes,
quia ordinarij ſunt poſſunt delegare , nã & ob
eam rationem vicarij iuxta cap . licet de officio
vicarij cõſtituti generaliter,quia ordinarij ſunt
delegare poſſunt.Non tamen hoc poſſunt face-
re vicarij,qui dicuntur foranei,qui iccirco tales
dicuntur, vel quia foris diœceſ. conſtituuntur,
vel ex eo,quòd tenent forum , vel quia de foris
veniunt,qui ſunt officiales epiſcopi:quia hi or-
dinariã iuriſdictionem non habent, ſed delega
tam.Ideo eorum cõmiſsio debet inſpici ; quia
B hi non faciunt idem conſiſtorium cum epiſco-
po.℄ Hinc ſequitur etiam,quòd loca tenentes
rectorum ciuitatum , quia ordinaria poteſtate
funguntur,autore Couar.poſſunt delegare.

℄ At inſtat dubium,an epiſcopus cauſas me
ri imperij poſsit delegare,& an reſpectu à iure,
vel à Papa ſibi ſpecialiter delegatorum caſuum,
ſic aliquid participet poteſtatis ordinariæ , vt
hos caſus poſsit ſubdelegare.Nam videtur quæ
ſtio hęc non carere difficultate, ſiquidẽ circa eã
iura canonica videntur diſcordare . Nam pro
parte affirmatiua occurrit,quòd epiſcopus ab-
ſolutionem ſibi reſeruatam , & veluti delegatã
C à iure ob manuum iniectionem in clericum in
certis caſibus committit cum expedit , quia ſic
illi conceditur poſſe hanc abſolutionem delega
re in cap. vltimo. de officio ordinar . Sed pro
parte negatiua in contrarium eſt,quod decerni
tur in cap.vltimo.§,vltimo de officio delegati.
Vbi palam probatur,quôd poteſtas abſoluen-
di,aut excommunicandi alicui delegata ab eo
alteri delegari nõ poſsit.Idem de poteſtate præ
dicandi & diſpenſandi cum irregularibus,& in
iungendi pænitentias : quia alteri hæc demã-
dari non poſſunt . Igitur ad dubia hæc reſpon-
dendo dicitur primo ad primum,quòd ſicut im
peratores,reges,& principes magni in dependẽ
tes cauſas criminales,quæ dicuntur meri impe-
D rij cauſæ , quia eas per ſeipſos cum in alijs ſint
occupati ſerijs negocijs expedire non poſsint,
alijs delegare poſſunt,qui illas per ſeipſos & nõ
per alios expediant,ſic epiſcopus videtur ꝙ cau
ſas meri & mixti imperij delegare poſsit ex iu-
re canonico , quando ex iuſta cauſa eſt abſens,
& impeditus.Imo autore Couarruuia ſine cauſa
iuſti impedimenti , poteſt epiſcopus ea , quæ
ſunt ordinis epiſcopalis alteri epiſcopo delega-
re . Poteſt inſuper & cauſas hæreſis delegare.
Nam neque ſine ipſo inquiſitores poſſunt pro
cedere regulariter,vel ſine eius vicario, aut de-
legato iuxta clementi. 1.§.1.de hæreticis. Cæte-
rum nunc,quod notatu eſt dignum in concil.

Trid.ſeſſ.24.cap.6.de reſor.conceditur epiſcopis poteſtas abſoluendi in foro conſcientiæ hæreſis crimen occultum,idque eis tantum ſit permiſſum & non eorum vicarijs.Hinc infert Corduba, quòd epiſcopus ad abſoluendum de hoc crimine vicarium conſtituere non poſsit . Sed addit Corduba in tract.de caſibus conſcien.q.8. quòd ſi talis caſus peruenerit ad epiſcopi ſecretam notitiam, bene poterit in particulari hanc abſolutionem alteri committere.Tū, quia hoc non expreſſe prohibet concilium Trid. Tum, quia hoc videtur conſonum iuri ſecundum doctores communiter:quia cōmiſſarius ex priuilegio perpetuo ratione dignitatis conceſſo,qualis eſt in hoc caſu epiſcopus, poteſt alteri committere.Ita Syluester, abſolutio.4.q.6,dubio.2 & titulo cōmiſſarius.Ergo à fortiori hoc poterit epiſcopus in hoc caſu,vbi eſt cōmiſſarius ex priuilegio iuris,& ſimul ordinarius,cui ius ideſt concilium Trid.id concedit .Adijcit vero Corduba vnum corollarium,quod non tranſit ſine magna difficultate.Ait enim,quôd ex prędictis videtur ſequi, quòd poſtquam hæreſis ſecreta iam poſt hunc locum concilij Trid. non eſt reſeruata papæ, ſed reſeruatur epiſcopo, poterit abſolui per bullam Cruciatæ concedentem abſolutionem caſuum papalium,niſi bulla ſpecialiter expreſſeque exceptauerit hæreſim . Sed quia bullæ cruciatæ, quæ noſtro hoc tempore conceduntur ſpecialiter exceptāt hæreſim tollitur omnis difficultas,ſcilicet,quôd virtute cruciatæ hæreſis occulta abſolui nō poſsit, & multo minus quæ fuerit publica.Nam ſi bulla cruciatæ eam non exceptaſſet, non obſtante hoc pro excepta habēda erat hæreſis abſolutio propter multas rationes & iuriū allegationes, quas ad hoc probandum adducit Couarruuias tractatu de excomm.parte.1.§.11.nu.15. Facit pro eo cap.frater noſter.16.q.1.Neque obſtat,quòd exceptiones de percuſsione clerici reſeruata papæ ſecundum opinionem communem & Nauarrum extenduntur ad alias materias reſeruatas papæ: quia hæc extenſio cum ſit iuris nihil probat de extenſione cruciatæ,aut iubilei,quæ ſunt priuilegia.Præterquam,quòd hactenus nihil diffinimus de caſu, vbi difficilis eſt acceſſus ad papam,ſicut reuera eſt difficilis reſpectu fæminarum,impuberum,ęgrotantium,& cætera. At quis poſsit abſoluere ab excommunicatione hæreſis in reg.peccatum ait Couar. parte.2. nu.5.de reg.iuris. vide Sotum in.4. ſent.diſtin. 22,quæſt.2.art.3.

❧ Secundo dicimus ad ſecundum dubium pro vtraque parte controuerſum, quòd poteſtas etiam exercendi nudum miniſterium, qualis eſt poteſtas abſoluendi, & excommunican-

A di, diſpenſandi cum irregularibus, ſi competat alicui ex priuilegio perpetuo conceſſo alicui ratione officij,& dignitatis delegari poteſt ſecundum Ioan.Andream Imol .Panor. & alios cap. vltim.de offic.ordin.& ſecundum Felin.capit. vlti.de offic.deleg.

❧ Ex quo ſequitur corollarie primo,quôd illa determinatio concil.Trid.ſeſſ.24.cap.6. vbi conceditur epiſcopis,vt poſsint in irregularitatibus omnibus,& ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario,& exceptis alijs deductis ad forum contētioſum diſpenſare,& in quibuſcunque caſibus occultis,etiam ſedi apoſto-
B licæ reſeruatis delinquentes, quoſcunque ſibi ſubditos in diœceſi ſua per ſeipſos, aut vicariū ad id ſpecialiter deputandum in foro conſcientiæ,gratis abſoluere impoſita pænitentia ſalutari,in hac particula,quam apponit per ſeipſos, aut per vicarium,videtur id quod alias erat de iure communi explicare,ſcilicet quòd poſtquā hæc poteſtas ratione officij & dignitatis illis concedebatur,quòd poſsint eam vicario ſpeciali,de cuius prudentia,& peritia fidem haberent, delegare.

❧ Sequitur corollarie ſecundo,quid ſit dicendum ad illam quæſtionem, qua quæritur, an pręlati habentes per priuilegium, quod in ali-
C quo caſu poſsint abſoluere ſubditos, aut cum eis diſpenſare,poſsint hoc alij ſubdelegare. Nā dicitur contra alios tenentes partem negatiuā, quòd diſtinguendū eſt cū Syluest. verbo,delegatus quæſt. 11. per quam diſtinctionem magis explicatur & moderatur doctrina ſupra tradita.Quia iſtud priuilegium poteſt dupliciter cōcedi prælato.Primo modo, quôd iſti prælato numero circa determinatum vel determinatos ſubditos abſoluendos,vel diſpenſandos ſit conceſſum,puta,quòd abſoluatur, vel diſpenſetur iſte vel ille,& tunc prælatus poteſtatem virtute huius priuilegij conceſſam,alteri delegare nō poteſt:quia non committitur ſibi tunc,niſi nu-
D dum miniſterium.Secundo modo poteſt concedi ſibi huiuſmodi priuilegium reſpectu ſubditorum in genere,tam reſpectu culparum prę teritarum,quam futurarum, & prælatis præſentibus ac futuris. Et tunc poteſtas hæc delegari poteſt iuxta doctrinam ſupra traditam, quia hic non committitur nudum, aut certum miniſterium,ſed cognitio cauſæ & iuriſdictio.Tum etiam, quia etſi committatur nudum miniſterium,quod eſt falſum tamen, quia non eſt electa induſtria perſonæ cum ſit incognita, videtur, quod ſubdelegare poſsit. Adde etiam ſecūdum Panor.cap.fin.de offic.deleg. quòd quando nudum miniſterium committeretur certæ perſonæ,



perſonæ,ſi illud non ſit magnum,quemadmodum ſunt prædicta,ſcilicet,abſoluere,diſpenſare,poſſunt prælati id committere.Et ita inquit Syluester,conſuetudo, quæ legem interpretatur,obſeruat, & eſt rationabilis, quia plærunque ſubditi verentur plælatos, & ità expreſſe tenet gloſſa in cap.finali de offic.ordin.

❧ Igitur iam patet, quomodo conciliandi ſint textus illi à principio quęſtionis citati,qui ſibi videbantur contra pugnare. Quia caput. vltimum. §. vltimo de offic. deleg. procedit in eo,qui ex cōmiſsione tantum nudi miniſterij facta à papa habet poteſtatem abſoluendi, excommunicandi, & diſpenſandi: hoc enim nudum miniſterium delegari non poteſt. At in dicto cap.vltim.de offic.ordin.poteſtas abſoluendi competit epiſcopo ex officio ratione dignitatis: vnde delegari poteſt. Vnde infertur quòd quando nudum miniſterium competit alicui ex ſimplici delegatione papę,& non ratione officij,aut dignitatis à lege, vel priuilegio id habet,illud delegare non poteſt.Secus autem eſt,ſi ratione officij,vel dignitatis id ſibi ſit à lege,vel priuilegio conceſſum.

❧ At ſub ſilentio præterire non poſſumus ſcilicet,an parochus quia ordinarius eſt reſpectu ſuorum ſubditorum, iam poſt concilium Tridentinū poſsit ſimplici ſacerdoti per epiſcopum non approbato,& examinato, eorum audientiam confeſsionum,& ſacramentalē abſolutionem committere. Videtur autem,quòd id poſsit.Nā ca.omnis vtriuſque ſexus. de pænit. & remiſsionibus conceditur proprio ſacerdoti, vt poſsit hanc licentiā dare ſubdito, vt ſacerdoti confiteatur alieno.Neq; hoc expreſſe prohibet concil.Tridentinum ſeſsio.23.cap.15. quia nihil meminit de hoc,quod eſt de iure,ſcilicet, ordinarium, qualis eſt curatus, poſſe delegare, & vices ſuas committere;ſed ſolum tollit priuilegia & conſuetudinem in contrarium, dum ſtatuit,quòd nullus etiam regularis audiat confeſsiones fideliū,neque ad id idoneus iudicetur, niſi examinatus & approbatus per epiſcopum non obſtantibus priuilegijs, & conſuetudine quacunque etiam immemoriali.Sed in contrarium eſt,quòd virtute conceſſæ licentiæ á ſacerdote proprio non licet ſubdito eligere,niſi idoneum,ideſt,per epiſcopum approbatum: quia nec bulla cruciatę,quaſi ſe conformans iuri nō præbet facultatem eligendi confeſſores niſi per epiſcopos approbatos, nā hos cenſet idoneos, & ſic non approbatos concilium ibi pronūtiat ad audientiam confeſsionum ſecularium non eſſe idoneos.Ergo non poſſunt curati admittere ad audientiam confeſsionum ſuorum ſudditorum ſimplicem ſacerdotem per epiſcopum

A non expoſitum.

❧ Igitur in hac quæſtione, quia audiui non omnes modernos doctores conuenire, ſub aliorum cenſura,dicam quid in hac re ſentiam.Primo igitur reſpondeo,quòd ſi ſacerdos eſt alias approbatus ab epiſcopo ,ſiue ab eius vicario iuxta morem,quem epiſcopi ſeruant, tunc poteſt eligi in confeſſorem per facultatem eligendi confeſſorē conceſſam ,ſiue ab parocho, ſiue ab epiſcopo,ſiue â pontifice ſummo, etiam ſi alias nullos ſubditos habeat, nullamque iuriſdictionem.Hæc opinio eſt magiſtri Cani in.5. parte.5,ſuæ relect.de pænitentia.Patet, quia in hoc caſu talis ſacerdos cum ſit ſic approbatus
B cenſetur idoneus per talem facultatem illum eligendi cōceſſam ſubdito,ſiue â parocho, ſiue ab epiſcopo ſuo,ſiue à papa accipit iuriſdictionē ſi fuerit electus,qua antea carebat. Secūdo dico,quòd qui non eſt habitus pro idoneo iuxta concilium Trid. quia non eſt approbatus per epiſcopum, vel quia non obtinet beneficium parochiale(hunc enim inidoneum vocat concilium ſiue ſit religioſus ſiue non)eorum confeſſiones audire non poteſt,qui licentiam obtinēt à papa virtute iubilei,aut cruciatę eligendi confeſſorem, vel eam facultatem ab ſuo epiſcopo, vel parocho generaliter habent.Hęc opinio eſt Cani in ſua relectione de confeſsione,eſt gloſſę
C cap.omnis vtriuſque ſexus.de pœnitent.& ſuper clem.1.de priuileg. Probatur autem contra eam opinionem,quę ante erat communis,quia opinio negatiua videtur confirmari. Tum autoritate concilij Tridentini declarantis huiuſmodi ſacerdotem ſimplicem, non approbatum approbatione epiſcopi non eſſe idoneum ad confeſsiones audiendas; qui vero idoneus non eſt ipſo iure eligi in confeſſorem nequit, neque ei commiſsio fieri poteſt ab parocho, quia non poteſt eum per ſuam commiſsionem habilitare,aut reddere idoneum: quia eum approbare non poteſt.Quia hæc approbatio cum ſit de rebus arduis,& valde attinentibus ad ſalutem animarū,cōcilium ſoli epiſcopo reſeruauit,& reſer-
D uari voluit. Tum etiam confirmatur ex nouo & iuridico modo concedendi facultatem eligēdi confeſſorem,quo vtitur in noſtris temporibus ſedes apoſtolica in iubileis & diplomate cruciatæ conceſsis;vbi apponitur illa clauſula, vt poſsint eligere confeſſorem ſecularem,vel regularem ex approbatis per ordinarium,neque hic per ordinarium intelligit parochum, quia parochus non eſt ſolitus confeſſores approbare. Tum etiam probatur:quia verba generalia bullarum, & priuilegiorum præſertim in materia odioſa,quæ eſt contra ius commune, limitanda ſunt ſecundum ipſum ius commune, niſi aliud expri-

exprimatur,ſecundum Nauar.in ſum. cap. 17.
num.114.& cap.18.num.40.& Sylu. excõmu-
nicatio.notabili.1.caſu.12.& verbo. pœna. q.18.
Quo circa bulla,quæ generaliter concederet fa-
cultatem eligendi quemlibet confeſſorem , in-
telligenda eſſet de confeſſore idoneo, ideſt,ap-
probato per epiſcopum . Neque fruſtranea eſt
cenſenda hæc conceſsio:quia ſecundum Canũ
pœnitens abſoluitur per hanc conceſsionem ab
obligatione confitẽdi proprio ſacerdoti vt iux
ta caput.omnes vtriuſque ſexus.tenebatur. At
non abſoluitur ab obligatione confitendi ido-
neo,ideſt,approbato per epiſcopum.At ſecun-
dum Cordub.in tract. de caſibus conſc. quæſt.
10.clerici, quamuis ſacerdotes ſimplices in con
B ſeſſores poſt concil . Trid.eligere non poſſunt,
neque etiam virtute cruciatæ , tamen idoneos,
ideſt,ex approbatis per epiſcopum eligere ſibi
confeſſores poſſunt iuxta communẽ conſuetu
dinem eccleſiæ. Hęc enim æquiualet illis loco
licentiæ,niſi hoc per ſuos diæceſanos prohibe-
retur aliqua ex cauſa. Sic Syueſt. confeſſor.1.
quæſt.5.10,11.15.& ſumm.Angelica confeſsio.3
§.3. cæterum religioſi exempti autore eodem
Corduba ex licentia ſuorum prælatorum , ſibi
inuicem confiteri poſſunt, licet non ſint appro
bati per epiſcopum.Tum, quia cum ab epiſco-
po ſint exempti , non fit iniuria epiſcopo. Tũ,
C quia concil.Trid.illa ſeſſ.23.ca.15.de confeſsio-
nibus ſeculariũ loquitur . ¶ Tertio dico , quòd
ſi papa & diœceſanus quibuſdam certis & ſibi
notis & nominatis audiendi confeſsiones ſub-
ditorum licentiam præberent , tũc ſine alia ap-
probatione poſſent eas confeſsiones audire,
quia hoc perinde eſt,ac ſi eos in confeſſores ap-
probarent. Et in hoc conuenimus Corduba &
ego cum Syueſtro verbo.confeſſor.1. q.5. Ve-
runtamen ſi parochianus , de quo incidit antea
principalis quæſtio, velit confeſsiones ſuorum
ſubditorum cõmittere ſimplici ſacerdoti, ideſt,
non approbato per ſuum epiſcopum inualida
videtur poſt concilium Trid.talis cõmiſsio , vt
D pote facta non idoneo . Et in hoc diſcordamus
à Syueſtro loco citato,dicente talem commiſ-
ſionem eſſe validam , quia ille ſimplex ſacerdos
habet iam claues, & per talem commiſsionẽ da
tur ſibi materia,& iuriſdictio,quę ſatis eſt ad va
lidam impendendam abſolutionẽ, in cuius gra-
tiam citat D.Thom.in.4.ſent.diſt.17. ſed. Tho
mas nihil nobis aduerſatur. Tum , quia locutus
eſt in.4.& ante conciliũ.Tum,quia gloſſam ad
mittit,vt,ſcilicet,intelligatur,quando ſit com-
miſsio idoneo , & non reprobato , vel inhabili
per ius,qualis eſt iam non approbatus per epiſ-
copũ . Nam ſic etiam gloſſandus eſt Nauarrus,
qui in ſumma ca.4.nu.1.quia loquitur poſt con

A ci.Trid.nobis aduerſari videtur , dicẽs quòd iu-
riſdictio actualis,quæ eſt neceſſaria ad abſoluẽ-
dum recipitur à papa , vel à protopœnitẽtiario,
vel ab epiſcopo,vel à parocho,vel ſaltem ratio-
ne bullarũ. Vbi dum meminit de bullis conce-
dere ſubinde habet, quòd quemadmodũ bullæ
conformantes ſe conci.Triden. licentiam eligẽ
di confeſſorem non tribuunt,niſi approbatum
per epiſcopũ:ita neq; parocho præſertim poſt
concilium ſuppetit facultas committendi con-
feſsiones ſubditorum, niſi approbatis per epiſ-
copum.Quia alias eſt petere principium,aſſere
re,quod illa commiſsio, quam ſimplici tantum
ſacerdoti ſic non approbato parochus facit , ſit
B valida;quia per eam præbens materiam in illũ
transfert ſuam iuriſdictionem. Quia negamus,
quòd poſsit valide præbere illi materiam,ideſt,
quòd quo ad confeſsiones, & abſolutionẽ ſim-
plici ſacerdoti non approbato poſt concilium
poſsit ſubijcere ſubditos. Igitur cõcludamus cũ
Cano, quòd ideo hãc eligimus ſententiã , quia
contrariam ſequi nõ extimamus tutũ: quia eſt
pœnitentem ei periculo committere,vt à tali ſa
cerdote validam non accipiat abſolutionẽ . Sa-
tagamus ergo per certa media certam facere vo
cationem,& ſalutem noſtram , atq; ſubditorũ.
Si autem aliqui opinionẽ Syueſtri, & quæ vi-
detur eſſe Nauarri adhuc poſt concil. Trid.de-
C fendere conantur , non tantopere eorum opi-
nionem damnaremus,ſi poſt concilium Tridẽ-
tinum nõ obſtante conſuetudine , ita decernẽs,
vt nos aſſerimus contraria conſuetudo cõniuen
tibus epiſcopis inualuiſſet . Quia tunc vel iſta
conſuetudo preualens interpretaretur conciliũ
ad hunc commiſsionis caſum non extendi , vel
certè non fuiſſe quo ad hoc receptum.Nam cõ
ſuetudo legitima præbet,& tollit iuriſdictionẽ,
& interpretatrix eſt legis.Sed ego audio epiſco
pos,& vicarios ſuper hoc reclamare : quocirca
opinio nobis contraria res eſt plena periculis:
quia argumenta in contra nihil promouent.

¶ Igitur ad argumentum in principio quæ-
D ſtionis poſitũ,quod validius videtur dico quòd
ſatis expreſſe concilium Tridentinum iuri dele
gandi alteri ſimplici ſacerdoti vices abſoluendi
ſubditos quod antea ex iure habebat dero-
gauit,quando ſeſſ.23.ca.15. expreſſe vetuit id di
cens,nullum etiam regularẽ poſſe confeſsiones
ſecularium audire , neq; ad id idoneum reputat,
niſi examinatum & approbatum per epiſco-
pum & cætera.

¶ Sed & de voluntaria iuriſdictione, quę eſt,
quando nemo ſe opponit,quę excerceri poteſt
omni tempore,& loco.ff.de adopt. l. emancipa
ri,quæ diſtinguitur contra contentioſam, dicẽ-
dum eſt, an poſsit delegari . Reſpondetur ergo
breui-



breuiter , quòd legari poteſt quando competit
alicui ex cõmiſsione legis,ſenatuſconſulti , aut
canonis; aut ſi cõpetit alicui ex priuilegio per-
petuo ratione dignitatis, aut officij. Niſi ſit iu-
riſdictio magni momẽti,qualis eſt poteſtas con
ferendi beneficia: quocirca eam epiſcopus con
cedere non poteſt,niſi vicario eius generali iux
ta gloſſ. vltim.in cap. ſtatutum de præb. in.6.
Eſtque communis,vt refert Couarruuias de va
rijs reſolut.lib.3.cap. 20. Quo circa ſicut neque
vicario generali ab epiſcopo conſtituto iuxta
cap.licet.de officio vicarij cenſetur data pote-
ſtas inquirẽdi,puniẽdi in criminalibus,niſi ſpe-
cialiter ſit expreſſa,ſic neq; iſta cõceditur vica
B rioGenerali epiſcopi,niſi ſpecialiter ſit expreſ-
ſa.Hæc enim grauiora ſunt , quam vt in gene-
ralem delegationem veniant . Quo circa neceſ-
ſaria eſt ſpecialis commiſsio fiat conferendi be
neficia,etiam vicario Generali totius diœceſis.
Neq; obſtat caput,ex frequentibus.de inſtitu.
quia ibi loquitur nõ de libera collatione, ſed de
inſtitutione ad pręſentationem alterius.Poteſt
autẽ iſta iuriſdictio voluntaria etiã ſi ex priuile
gio cõpetat alicui , extra territoriũ exerceri ſic
gloſſa & Doctores ca. nouit de offic. delegati.
ſicut poteſt autore Couarru. ſecũdum Panor.
cap.ex tuarum de vſu & autorita.pallij.epiſco-
pus ſuis ſubditis in aliena diœceſi primam ton
C ſuram conferre,ſed non ordines:poteſtq; ibi in
dutus pontificalibus miſſarum ſolennia celebra
re ſecundum gloſſ.in clem.vnic.verbo, etiã ce-
lebrare.de priuil.non tamẽ ſic indutus ordines
ibi conferre poteſt,abſq; licentia diœceſani.

¶ Præterea diſceptari ſolet , an delegatus ab
inferiori ordinario vel delegato,qui nõ ſit prin
ceps poſsit ſubdelegare . Nam cap. Bertol. de
ſentent.& re iudic.videtur id permittere ius ca-
nonicum , quod tamen reprobatur extra cap.
cum cauſam.de appellationibus,idemq; repro-
batur lege regni Hiſpanię l.19.titu.4.partit.ter
tia. Reſpondetur ergo , quòd delegatus non à
principe,ſed ab inferiore ordinario,qui non eſt
D princeps ſubdelegare non poteſt , etiam ſi im-
peditus fuerit infirmitate , vel alia cauſa iuxta
arg.l.prætor.§.ſi poſt.ff.de va.mu. At licet diffi
nitio hæc veluti regula ſit generalis,patitur ta-
men fallẽtiam , ſeu exceptionem in his caſibus,
ſcilicet. 1. in vno articulo , vel capitulo cauſæ
quia videtur hoc alteri committere poſsit,vt in
clementina.1.de offic.deleg. Secundo , quando
eſt delegatus ad vniuerſitatem cauſarum ca-
ſtri,vel villæ , quia tunc vnam cauſam poterit
delegare iuxta gloſſ.in cap. cum cauſam. de ap-
pell,Tertio in caſu , quo id ſpecialiter conce-
datur . Quarto fallit in eo, cui negotium com-
mittitur , vt perſonaliter exequatur ad petitio-

A nem partiũ,ſi partes conſentiant dũmodo ſecũ
dum.Panor cap.fin.de offic.delegat.forma reſ-
cripti ſit fundata ſuper vtilitate partium. Secus
ſi ſuper publica ; quia tunc eſſet irremiſsibilis,
per partes,& dummodo per papam non com-
mittatur inquiſitio , vel prouiſio Eccleſijs de
prælatis,vel alijs miniſtris . Quia hæc ſine ſpe-
ciali mandato delegari non poſſunt:quia in his
fides & induſtria eligi videtur in dicto capi.
fin.§.is,cui.

¶ Accedunt autem hæ ad notationes, qua-
ſi corollarie adiectæ ad prædicta. Primo,quòd
delegatus ab inferiore ordinario , vel delega-
to , qui non ſit princeps,poteſt articulum cau
B ſæ licet non totã cauſam delegare.Poteſt etiam
actum non indigentem iuriſdictione commit-
tere,vt examinationem teſtium ſimplicem ſe-
cundum communem . Cui loco citato vide-
tur accedere Couarruuias , cui accedit Nauar-
rus dicens , delegatum ordinarij poſſe tantum
delegare nudum miniſterium,ſcilicet,vbi non
interuenit iuriſdictio, quia neque cognitio cau
ſæ interuenit. Quibus videtur aſſentire Diuus
Thomas quolib. 12.articu. 32. Vbi quærens,an
vicarius alicuius poſsit vices ſuas committere
alteri , concludit , quòd licet non poſsit totam
ſuam poteſtatem committere , poteſt tamen
partem ſuæ poteſtatis alteri demandare , quia
C intentio præficientis eum in ſuum vicarium
fuit,vt exequatur ſecundum quod poteſt ille,
cui vices commiſit . Et forte hic vicarius non
poteſt totum facere, quod ſibi committitur,
& ideo poteſt aliquid committere. Quod qui
dem ſecundum Bandelum non habet locum
in vicario relicto in conuentu in abſentia prio
ris reſpectu facultatis, quæ ſibi concederetur
à priori abſoluendi à reſeruatis , vel quæ con-
ceditur Alexandri priuilegio prioribus, & eo-
rum vicarijs in conuentibus ſibi ſubiectis ad
abſoluendum fratres ſibi ſubditos , & hoſpi-
tes religioſos eiuſdem ordinis prædicatorum
vndique interdum ad ſe declinantes à ſuſpen-
D ſione,excommunicatione , & pœna interdicti,
quas incurriſſent in ipſo ordine , vel ante eius
ingreſſum, ac etiam laicos volentes ingredi,ni-
ſi adeo exceſſus eſſet enormis, vt merito con-
ſulẽda eſſet ſedes apoſtolica , vt refert Armilla
verbo , ſuſpenſio. §.24. Quia illi vicario circa
prædicta nudum miniſterium ſibi videtur com-
miſſum:vnde alteri ſuper his ſuas vices deman-
dare non poteſt . Sicut neque prior ſecundum
magnum quendam iuriſtam noſtri ordinis po-
teſt hoſpitibus religioſis ad ſe declinantibus
concedere , vt ſibi inuicem confiteantur; quia
cum ſint ſubditi alieni nõ poteſt ſuper ſeipſos
adinuicem impertire iuriſdictionẽ , licet poſsit
eis

eis ſignare confeſſores; quod non vacat modo examinare. Quia non caret difficultate, quidquid ſit de iure cõmuni, ſi noſtræ cõſtitutiones circa facultatem, quã concedunt prioribus reſpectu hoſpitum expendantur. Nam diſt. 2. cap. 13. de itinerantibus gloſſ. Bandelli ſic ait: Declaramus, quòd hoſpites, & peregrini, ſunt ſub iuriſdictione & obediẽtia prioris illius conuentus, in quo ſunt hoſpites & per conſequẽs ſunt eius ordinationibus, & mandatis ſubiecti. ℭ Ad caput autem Bertoldus, quod videbatur contrariare dicitur cum Couarruuia & gloſſ. in dicto capite ſic in ſinuante, quod illa delegatio, qua delegati inferioris ordinarij aut delegati ſubdelegarunt fuit nulla, ſed contra eam exceptio non eſt poſita: quia iam cauſa delata erat ad curiam Romanam.

ℭ Præterea neque facilis ſolutu dubitatio eſt, an ſicut legatus proconſulis poteſt ſubdelegare, ita & id poſsit legatus à cardinali à latere. Et videtur certe, quod vterque ſubdelegare poſsit. Nam capit. 2. de offic. delegati pares cenſentur proconſules, & legati cardinales. Reſpondetur ergo ex mente Couarruuiæ loco citato, quôd, quia legatus proconſulis etiam ſi nominaretur à proconſule à lege accipiebat iuriſdictionem cauſarum totius prouinciæ ordinarius reputabatur, ac per conſequens poterat ſubdelegare, non autem ſic legatus à Cardinali à latere à lege accipit iuriſdictionem cauſarum totius prouinciæ. Vnde non ſic cenſendus eſt ordinarius eſſe, vt poſsit ſubdelegare, perinde ac legatus proconſulis. Vnde corollarie infertur, quòd licet ſubdelegatus legati à proconſule poſsit delegare vnam, aut alteram cauſam, ſecundum Gloſſ. in capite ſupradict. cum cauſam, de appell. tamen delegatus à legato papæ non poteſt ſubdelegare, ſecundum Alberic. Paul. Iaſo. Roman. Collect. Archidiac. Ioann. Andr. Ancarr. Domin. & Decium, qui cap. ſi pro debilitate colum. 3. de offic. delegat. teſtatur hanc eſſe communem. Quocirca Couarruuias de varijs reſolut. lib. 3. capit. 2. audacter ait, quòd proculdubio quidquid dicat Felinus hæc poſterior ſententia frequentiori Doctorum conſenſu recepta eſt, & iure verior: licet Alexand. Franc. Angel. & Baldus ſecuti contrariam ſententiam, ſcilicet, quòd legatus legati Papæ poſsit ſubdelegare exiſtiment iure eſſe probatiſsimam. At Nauarrus in ſum. capi. 27. num. 4. tenet, quòd delegatus ordinarij, & etiam ſubdelegatus legati Papæ poſſunt delegare nudum miniſterium, licet non poſsint delegare ſuas iuriſdictiones, neque in articulo iuriſdictionali. Secundum Felinum autem hæc res eſt quotidiana. Quòd ſi res eſt quotidiana vſuque recepta ceſſabit omnis quæſtio: nam vſus interpretabitur legem, aut obtinebit vim legis. Alioquin, vt ait Couarruuias, textus ille in cap. 2. de offic. deleg. cui nituntur alij parum eis patrocinantur. Nam ex eo, quòd ex hoc capite pares cenſentur procõſules, & legati Cardinales non inde recte colligitur, quôd pares iudicandi ſunt legati proconſulum, & delegati legatorum Cardinalium.

ℭ Adde etiam, quòd quando Papa delegat cauſam dicens: Præcipimus, & mandamus, per vos & cæter. tunc delegatus non poteſt ſubdelegare. Similiter quando aliquod magnum miniſterium committitur, in quo induſtria perſonę eligitur. Quod exiſtimo verificari in caſu, quo Papa aliquem caſum ex his. 47. in quibus ſolus Papa eſt petendus, & alijs prohibitum eſt ſe intromittant iuxta. c. huic ſedi. diſt. 7. alicui committeret. Cuiuſmodi ſunt caſus de tranſlatione, vel depoſitione epiſcoporum, de reſtitutione depoſitorum ab ordine, de interpretatione priuilegiorum ſuorum, de mutatione ſedis epiſcopalis, & alijs arduis caſibus. ℭ Hîc etiam refert adnotare, quôd quando eligitur induſtria perſonæ quod fit quando nominatur perſona, tunc commiſſarius non poteſt alteri committere, etiam in alijs caſibus, ſecus eſt quando eligitur induſtria, & nominatur dignitas, puta, dicendo priores, vel prælati cap. fin. de offi. ordinarij & cap. is cui, de offi. deleg. in. 6,

## CAP. CCLXXXV.

*De caſibus, in quibus iudex ſecularis dicitur iudicium vſurpare: & præſertim extrahendo delinquentes ab Eccleſia, cum confugerint ad illam: Et quænam ſint loca ſacra, quæ hac immunitate gaudent: Et ſecundo de his, qui hac immunitate potiuntur, vel non, ſcilicet: An excommunicati incarcerati ad ſacrum confugientes; An debitores, an ducti ad patibulũ per locũ ſacrũ, An graſſatores viarum, Et an delinquẽtes in Eccleſia, vel prope Eccleſiam, Et an perſonæ Eccleſiaſticæ, & raptores virginum: Et an infideles gaudeant hac immunitate loci ſacri.*

QVoniam interpretandi gratia illas tres cõditiones aſsignatas à D. Thom. 2. 2. q. 60, art. 2. tanquã requiſitas ad eliciendum rectũ iudiciũ (quarũ ſecunda fuit, quòd hoc iudiciũ procederet in foro exteriori ab habẽte authoritatem ordinariam vel delegatam) multa hactenus de poteſtate ordinaria, & delegata diſputanda adduximus in mediũ, quo vtriuſq; facultatis nouitijs aliquale obſequium præſtaremus, nunc, quoniam ſi ſine aliqua autoritate ordinaria, vel delegata iudex procedat iudicium dicitur vſurpare, examinandũ ſupereſt, in quibus caſibus iudex ſecularis ſe intromittens circa immunitatem Eccleſiaſticam vel libertatem dicatur iudiciũ vſurpare. Et primo ediſſerendũ nobis eſt de caſibus, in quibus circa delinquentes confugientes ad locum ſacrum iudices ſæculares eos à ſacro loco extrahentes vſurpata autoritate vtentes ſanctæ Eccleſiæ immunitatem violant vel non. ℭ Primo autẽ aduertendũ eſt in primis Couarruuiam li. 2. de Var. reſolut. cap. 20. tenere contra Caietanum, verbo, immunitas. §. vltimo in hoc, quòd Caietanus notat differentiam eſſe inter violare libertatẽ eccleſiaſticam & immunitatem ad diſcernendũ cenſuras. Nam ſecundũ Caiet. qui iniuriam facit loco ſacro violat immunitatem. Qui autẽ iniuriatur perſonæ, non ſolum quo ad ipſam perſonã eccleſiaſticam, ſed etiã omnibus rebus, quibus per liberum arbitrium vtitur, vel quas poſsidet violat libertatem eccleſiaſticam, ideo diſtinctos caſus eſſe putat, quoad cenſuras poſitas incurrendas violare libertatem eccleſiaſticã & immunitatẽ. Couarruuias autem loco citato exiſtimat pœnas ſtatutas contra violantes immunitatem eccleſiaſticam etiam obtinere aduerſus eos, qui non tantum eccleſiarũ priuilegia, & exemptiones perturbant, ſed & perſonarum eccleſiaſticarum immunitatem frangunt. Nam licet Caietanus pro ſua ſententia citet extrauagantem primam de priuileg. colu. 4. verſ. incendi inter communes, vbi eas diſtinxit, non tamen eas differre probat. Aduertant ergo in hoc delinquentes tutius eſſe ad cautelam obtinere abſolutionem à cenſuris latis contra violantes immunitatem Eccleſiæ, etiam ſi ſolam libertatem Eccleſiæ ſibi viſi fuerint violaſſe, quia in ſuis materijs deferendum eſt cæteris paribus egregijs canoniſtis, & iuriſtis, inter quos adnumeratur Couarruuias.

ℭ Præmittendum eſt autem, quòd licet hęc templorum immunitas de iure naturali non ſit, quia humanis legibus ſubijci poteſt, non tantum quoad declarationem, ſed quoad nouã conſtitutionem. Et licet de iure diuino nunc in Eccleſia cuſtodiendo non ſit, quia lex vetus ſecundum D. Thom. 1. 2. q. 98. articu. 1. aduentu Chriſti & eius paſsione expirauit: tamẽ iuſte & ſancte ad Chriſtianæ religionis, & locorum ſacrorum reuerentiam conciliorum, & canonum Eccleſiæ vniuerſalis humano & poſitiuo iure eſt ſtatuta. In qua materia potius ſanctionibus canonicis, quam ciuilibus ſtandum eſt. Nam & ciuilia iura, iura Eccleſiæ circa hanc materiã adeo rigide volunt obſeruari, vt pœnas adijciant contra perturbatores libertatis & immunitatis Eccleſiæ iura, vt patet. C. de ſacro ſanct. eccleſ. & C. de epiſcopis & cler. l. ſiquis. 2. vbi huiuſmodi perturbatores puniuntur pœna capitis. Quod animaduertendum eſſet ab his iudicibus, qui tam audacter paſsim hæc iura immunitatis eccleſiaſticæ violant, quia iudiciũ vſurpantes iniurij ſunt in eccleſiam.

ℭ Iam ergo ad particularia dubia in hac materia emergentia deſcendentes, illud expediamus primo, vtrum iudex qui vi, vel dolo extrahit aliquem ab eccleſia in caſu, quo iure eius immunitate debet gaudere, teneatur illi reo omnia damna inde ſubſecuta reſtituere, vt ſi paſſus eſt aliquam infamiam confitendo veritatem, vel criminis pœnas dedit. Reſpondetur ergo breuiter, ſicut in primo tomo noſtri inſtructor. conſc. dictum eſt, quòd talis iudex tenetur reparare omnia prædicta damna. At licet hæc Durandi opinio, quæ fuit etiam Magiſtri Ioannis à Peña, dura eſſe videatur, contra alios, eſt tamen verior, quia reus hic confugiens ad Eccleſiam ius habet permanendi in Eccleſia, & ſe ibi tutandi à iudice inuaſore (etiam ſi ad ſuam defenſam opus fuerit) occidendo illum, vt defenſor ſui, & non ſolum, vt defenſor iuris Eccleſiæ. Tum, quia iudex tunc illum ab Eccleſia extrahendo agit contra ius ciuile, & canonicum. Tum, quia eſt iudicium vſurpatum, ita vt iudicem in defenſionem ſuam poſſet interficere, ſicut & alium priuatum.

ℭ Prius vero de locis hac immunitate gaudentibus dicendum nobis eſt, antequam reliqua dubia aggrediamur. Igitur per locum ſacrum quatenus attinet ad hanc immunitatem intelligitur quælibet Eccleſia, capella, baſilica eremitorium, & quodlibet aliud ſacellum pro miſſa dicenda epiſcopali autoritate conſtructum, ſine qua deſtrui non poteſt ſecundum Cardinal. conſil. vndecimo & Remigium libro de immunitate Eccleſiæ. Cœmeterium quoque, quod locus eſt per epiſcopum ſepeliendis mortuis ſacratus, ſiue ſit contiguum, aut continuum, aut ſeparatum cap. quis quis. 17. quæſt. 4. dormitorium etiam commune clericorum, & religioſorum. Ita Nauarrus cap. 25. in ſum. nume. 17. argum. cap. cum pro cauſa. de ſent. ex commu. & ianua & porticus cœmeterio, aut Eccleſiæ adnexa ca. dict. ſiquis contumax pauimentum item, & Eccleſiæ clauſtrum ſecundum Remig. vbi ſupra. Vide Panor. cap. penultimo. de immunitate eccleſiæ. Nota autem cum Couarruuia libro. 2. cap. 2.

capit.2.de eccleſiarum immunit, quòd Eccleſia etiam non conſecrata etiam hac, de qua agimus immunitate gaudet, dummodo autoritate epiſcopi ſit conſtructa, licet diuina officia ibi non ſint celebrata, gloſſa capi. Eccleſiæ.de immunitate. Hæc eſt frequentior opinio, ſcilicet, Imol. Hoſt. Guillelm. Henric. Sylue. verbo. immunitas. 1. quæſt. 1. Quanuis in hac materia, ſicut etiam in alijs attendenda eſt legitima conſuetudo, quæ plurimum roboris & valoris habet. Eccleſia autem talis etiam ſi ſit interdicta hac immunitate gaudet, ſecundum Sum. Angel. verbo immunitas, & Doctores communiter: quia honos Dei non debet ceſſare in ſuis Eccleſijs propter culpas hominum. Eccleſia vero deſtructa autoritate epiſcopi, vel ſine ſpe reædificationis non gaudet tali immunitate. Secus autem eſt, quando ſine autoritate ſuperioris eſſet aliqualiter deſtructa, vel ſubeſſet ſpes reparationis quia tunc adhuc retinet priuilegium ſecundum communem, & Remigi. de immunit. Eccleſ. in vigeſima ampliatione. Neque oratoria priuata hac autoritate gaudent.

¶ Quia in hac materia de immunitate Eccleſiæ circa delinquentes confugientes ad eam non raro in aliquibus caſibus Doctores præſertim in caſibus ampliatis, neque expreſſe contentis in iure immunitatis diſcordare ſolent. Ideò hæc regula in his dubijs eſt attendenda, quam obſeruandã admonet loco citato Couarruuias, ſcilicet, quòd inſpicienda eſt conſuetudo & obſeruanda taliter, vt vbi conſuetudo canones non extendit, nec nos eos extendamus: quia oportet reprimere criminoſos, & audaces. Vnde infert, quòd in aliquibus ciuitatibus vſu receptum eſt, vt prælati ſolum tutentur aduerſus iudices ſeculares criminoſos, qui confugiunt ad Eccleſiam, vbi ad publicam adorationem eſt ſacramentum euchariſtiæ. Vnde infert etiam Couarruuias, quòd licet ſecundum archidiac. & Baldum, & alios hoſpitalia autoritate epiſcopi conſtructa gaudeant hac immunitate, tamen quia Panormitanus in capit. Eccleſiæ. nume. 7. de hoc dubitat in hac dubitatione ſecundum eundem Couarruuiam & Panormit. ſtandum eſt conſuetudini, quod vere ſic faciendum fore docet Couarruuias.

¶ Ex quo corollarie infertur, quòd illa diffinitio, qua matrici Eccleſiæ concedebantur, quadraginta paſſus ad immunitatem confugientium, quorum quilibet continebat quinque pedes. cap. ſicut antiquitus. 17. quæſtio. 4. & triginta paſſus, circa alias Eccleſias capi. diffiniuit & cap. quiſquis. ead. cauſ. & quæſt. ſecundum Doctores & Sylueſtr. verbo immunitas, iam receſsit ab vſu, vel id eſt vſu receptũ.

A Ita Couarruuias loco citato, & Nauarrus in ſum. capi. 25. nume. 18. & dicitur hoc communiter teneri. Sed quod hoc nõ ſit vſu receptum limitat Couarruuias, quòd ſecundum Ioannem Igneum non eſt vſu receptum circa Eccleſias intra muros ciuitatum conſtructas, ſed id videtur accipiendum circa Eccleſias intra caſtellorum muros conſtructas, & iuxta dict. can. quis quis paſſus quinque pedes habet gloſſa in. l. 3. de verb. ſignific. & gloſſ. in cap. ſicut. 17. quæſtio. 4. regia. l. 4. titu. 13. part. 1. Secundum autem Nauarrum loco citato contra Oldrad. id de prædictis paſsibus non eſt receptum, niſi quo ad fines cœmeterij, forium, clauſtrorum, B graduum: igitur in his ſtandum eſt conſuetudinibus populorum. Nam & clauſtrum & pauimentum Eccleſiæ, quæ diximus etiam hac immunitate gaudere ſecundum Remigium, vbi ſupra tali immunitate gaudent, etiam ſi plus quam. 30. paſſuũ contineant ibi Remig. ab amplis. 5. vſque ad. 15.

¶ Palatium epiſcopi, & domus eius epiſcopalis hoc ius immunitatis habet in capite. id conſtituimus. 17. quæſtio. 4. vbi gloſſa id concedit domui epiſcopali, etiam ſi ſit extra. 40. paſſus Eccleſiæ conſtituta. Huic ſententiæ accedunt Hoſtenſis Abbas Henric. Innoc. cui accedunt etiam Couarruuias, & Nauarrus lo-
C cis citatis, dicentes eſſe communem capi. inter alia, de immun. Eccleſ. Didacus autem lib. 2. reſol. cap. 20. ait ex communi phraſi, quæ obſeruanda eſt, haberi, quòd domus epiſcopi tali immunitate non gaudet, niſi conſiſtat intra. 40. paſſus ab Eccleſia: ſtetur ergo conſuetudini. Addit inſuper ibi Nauarrus, domus etiam Eccleſiæ ad habitationem Clericorum intra. 30. aut. 40. paſſus conſtructas gaudere hac immunitate, alias non, niſi alicui capellæ adnexæ eſſent dicto cap. quis quis. Sed in hoc quia neſcio, an ſit vſu receptum, vel quomodo ſtandũ cenſeo conſuetudini.

D ¶ Sed an ſacramentum euchariſtiæ, dum defertur à ſacerdote extra Eccleſiam gaudeat hac immunitate protegendi criminoſos ad ſe confugientes explicare oportet. Dicitur ergo primo, quòd communis opinio dictat, quòd ſacramentum euchariſtiæ ſic portatum à ſacerdote extra Eccleſiã, hac immunitate gaudet, quia Eccleſiæ conceditur iſta immunitas ratione euchariſtiæ: ergo multo magis euchariſtiæ ipſi cõceditur ſecundũ Archidiaconũ, & Abbat. & docto. cap. quęſitũ. 13. q. 2. & cap. ſane. de celeb. miſſ. Secus eſt, ſi detruſus in carcerẽ cõfugit ad euchariſtiã, quæ ad eũ adducitur. Huic ſuffragatur Nauarr. loco citato. in huius gratiam citans Hoſti. & Remigium, ait eam eſſe communem. Verun-





tamen Couarruuias, licet eam pro cõmuni acceptet, teſtatur de hac opinione communi ſe dubitare. Cui etiam opinioni communi aduerſatur gloſſ. ca. quæſitum. 13. quæſt. 2. Cuius ratio eſt; quia cum immunitas hæc à canonico iure inſtituta ſit nullibi hoc ius euchariſtiæ extra ipſas eccleſias datum eſſe legimus: ſed nos cenſemus, quod ſi verum eſt (vt tradit Nauarrus loco citato) quod Imperatoribus, & Regibus & ipſorũ regijs non tamen eorum ſtatuis id ius immunitatis conceditur, eoque vtuntur: potiori iure regi gloriæ in euchariſtia realiter & perſonaliter contento vbicunque, ſiue in eccleſia, ſiue extra exiſtat, aut portetur, hæc reuerentia, & honos debetur, vt ad illum confugientes criminoſi ſint tuti à corporali pœna, niſi forte etſi non eſſent de exceptis ab hac immunitate expreſſe: tamen eſſent valde pernicioſi reipublicæ, cuiuſmodi ſunt raptores mulierum, & virginum, de quibus poſt dicemus, & alij ſimiles, quos protegere Principes, Reges, & Imperatores ſi ad ſe cõfugerent non deceret: quia ſentẽtia Couarruuiæ diſcedentis á cõmuni in his haberet locum, quod ſcilicet, non eſſent protegendi à ſacramento euchariſtiæ ad illud extra eccleſiam confugientes. Secus, ſi ita pernicioſi reipublicæ non forent. Seruetur ergo in hoc conſuetudo, & vbi nulla inualuit, puto hãc meã diſtinctionem tutam eſſe. Non enim ſunt extẽdendi canones ad caſus nõ expreſſos, cũ magna pernicie, & detrimẽto reipublicæ quale ſequitur ex impunitate prædictorum. Domus autem aliorum magnatum, niſi ad hoc priuilegio fuerint donati hac immunitate, ſecundum Remig. vbi ſupra non gaudent ampliatione. 21. In Romana autem vrbe domus Cardinalium cum certo ambitu, & legatorum regũ, & rerum publicarum hac immunitate gaudent: tamen Romæ nulla eccleſia gaudet hac immunitate aduerſus iudices etiam ſæculares papæ.

¶ Iam de his, qui hac immunitate potiuntur, vel non dicere operæprecium eſt. Igitur hac immunitate gaudent omnes fideles, etiam graue crimen perpetrantes, dum non ſint de exceptis cap. inter alia de immuni. eccleſ. & Regia. tit. 11. l. 2. part. 1. Ita omnes Panorm. & Alexander contra Iacob. de Rauennis & Petrum à Vella & etiam Chriſtiani ſerui, ſi ob delicta etiam grauia à ſe perpetrata, vel ſi ob ſæuitiam dominorum confugiunt ad ſacrum, & alias non. Quocirca dominis ſuis ſunt reddendi. Si tamen dominĩ prius præſtiterint cautionem iuratoriam de non ſæuiendo in eos. Ita Panorm. & cõmunis in dic. cap. inter alia. Ita Nauarr. in ſum. vbi ſupra. nu. 19. Sed an blaſphemi gaudeant hac immunitate dum dubitatur dicitur, quod dum blaſphemia eorum hæreſim nõ includit hac immunitate po-

A tiuntur, quia à regula aſsignata ex cap. inter alia de immuni. non excipiuntur. Sicut etiam ſacrilegi quicunque etiam percuſſores clericorum, dum ſacrilegia ſua perpetrarunt extra eccleſiam hac quoque immunitate gaudent, ſecundũ Nauarr. in ſum. ca. 25. nu. 19. contra relatos per Remig. quia ſine textu, & ſine iuſta ratione contrarium affirmatur: quia á regula generali ſacrilegi non inueniuntur excepti. ¶ Sicut etiam nõ excluduntur ab hoc priuilegio immunitatis ſuſpẽſi, aut excommunicati, aut interdicti, aut exules, ideſt, banniti, ita vt impune occidi poſsint, quia per nullum textum, aut rationem à prædicta regula generali excluduntur, & quia eccleſię
B hic honos debetur. ¶ Iam de eo, qui fugit à carcere, & confugit ad ſacrum, an inde abduci poſſit dubitatur, præſertim ſi iuſte in carcere detentus & dimiſſus ad domum abire præſtitit iuramentũ de redeundo ad carcerẽ, quia videtur extrahi poſsit cũ iuramentum iuſtũ implere teneatur. ¶ Reſpõdetur contra praxim Galliæ, quod talis non eſt extrahendus ab eccleſia, etiã ſi præſtiterit iuramentum, de redeũdo ad carcerem ſecundum Nauarr. quia per vim inde educi nõ poteſt, Stephanus deciſ. capell. Tholoſ. 422. Licet verum ſit ſecundum glo. ſingul. clem. paſtoralis de re iud. quod iuſte in carcerẽ cõiectus iuramentum, quod præſtitit de redeundo ad carcerem,
C implere teneatur. Nauarrò ſubſcribit Couarruuias loco citato, addens, quod prædictus, etiam ſi ſic iurauerit inuitus extrahi non poteſt ab eccleſia, niſi præſtita ſibi cautione de non infligenda ſibi pœna corporali, ſi forte timeretur.

¶ Præterea de eo, qui violato carcere confugit ad eccleſiam, quod hic eccleſiæ immunitate gaudeat, non dubitatur, quia communis opinio dictat ſecundum Remig. talem, hac immunitate gaudere, etiam ſi iudex & familia iudicis eum inſequatur, & aſpectu, & curſu eum iudex perſecutus ſit ſecundum Couarruuiam loco citato, contra alios, quia iura pontificia, quibus in hoc ſtandum eſt, in hoc non patiuntur exceptionẽ,
D ſic Bald. contra Cyn. ſed an incarceratis, iã condemnatis confugientibus ad ſacrum, hæc immunitas proſit dubitari non debet, quia etiam capitaliter bannitis hæc immunitas fauet.

¶ At verò de eo, qui per eccleſiam à familia iudicis ducitur captus ad carcerem, diuerſa eſt doctorum opinio. Nam Nauarrus loco citato tenet cum Boer. deciſ. 100. colum. 2. contra Archidiaco. in cap. ſicut. 1. 17. quæſtione quarta, quod prædictus hac immunitate gaudet, etiam ſi iam damnatus ad ſupplicium ducatur. Et ait eſſe communem, etiam ſi per cœmeterium ducatur ſecundum Remigium quia iam intra ſacrum eſt receptus. Veruntamen

Couarruuias loco citato ſequutus Archidiaconum, & Ioannem Ignac. & Ioann. Lup. contrarium tenet hac ratione ductus Archidiaconi, cap. ſicut antiquitus. 17. quæſtio. 4. ſcilicet, quia is non violenter euellitur à templo, quo liber ingreſſus fuerit, ſed per templum captus extra eccleſiam ad carcerem, vel ſupplicium ducitur. At ſi noſtra ſententia quidquam valet dum pro opinione Couarruuiæ & Archidiaconi conſuetudo non inualuit, puto opinionem Nauarri magis eſſe ſequendam. Tum, quia eſt communis. Tum, quia eius ratio melior eſt; ſcilicet, quia iam talis receptus eſt in loco ſacro adiecta hac conſideratione eam fortificante, ſcilicet, quod principalius iſta immunitas eſt inſtituta propter reuerentiam loci ſacri. Vnde, quod non liber illuc confugerit, parum obſtat poſtquam illic receptus acceptat illic manere. At vero, quia in dubio nõ eſt fauendũ crimino ſo eum multo diſpendio reipublicæ ſi ex impunitate alicuius valde pernicioſi crimino ſi nocumẽtum redundaret in rempublicam forſitan tunc conniuendum eſſet, cum opinione Archidiaconi, & Couarruuiæ, licet non ſit tam communis.

❡ Simplices debitores ære alieno grauati hac de cauſa confugientes ad eccleſiam, an hac immunitate gaudeant in dubium vertitur. Quia pro parte negatiua hæ militant rationes. Quia die feriato, & á iudice incompetenti propter periculum capi poſſunt; & quia per regiam tradendi ſunt in ſeruitium ſuis creditoribus; ergo videtur, quod hac immunitate non gaudent. Reſpõdetur ergo cum Couar. loco citato, quod verius eſt hos hac immunitate gaudere. Non enim hic reperitur aliqua exceptio à regula immunitatis. Quocirca regulæ ſtandũ eſt, & communi opinioni iuxta textum ſingul. in. l. præſenti. C. de his, qui ad eccleſiam confugiunt. & l. 2. tit. vndecimo, partit. 1. etiam ſi debitor fugiens ad eccleſiam ſit obnoxius publicis tributis. Neque obſtat autentica de mandatis principum. §. publicorum. Quia cum contraria ſit iuri pontificio recipienda non eſt. Sed neque ratio in contra allegata valet: quia non licet argumentari à tempore ad locum, propter diſparem rationem. Hæc eſt communis, & eſt Panormitan. & Alciati & Decij in hoc recedentium à Iaſon. Couarruuiæ accedit Nauarrus loco citato dicens, quod etiam obligati ad reddendas rationes hac immunitate gaudent. Cæterum recopil. noua. tit. yglefias. lib. primo, tit. vndecimo. l. 13. ſtatutum eſt per Regem Ferdinan. & Regin. Yſabelam anno. 1498. quod præſtita cautione de non puniendo criminaliter ipſos debitores quicunque creditores ab eccleſia abducendi ſunt, & eorum bona, ſi quæ

A in eccleſiam detuliſſent abducendi ſunt inquam ſi non apparuerint bona, quæ ſat ſint ad debita perſoluenda, quod ſi iudices eccleſiaſtici præuia monitione neglexerint tradere debitorem hoc munus delegatum eſt, & iniunctum regio ſcripto iudicibus ſecularibus, habetur inter pragmaticas ſanctiones, ita in Gallia. Quod ſi in Hiſpania iſta pragmatica in omnibus prouincijs recepta eſt in vſu, ceſſat quæſtio, quoad factum, quæ eſt inter Couarruuiam, & Nauarrum locis citatis, vbi Nauarrus in ſumma cap. vigeſimo quinto, nume. decimo nono, tenet, quod mercatores, qui decoxerunt, aut fidem fefellerunt, & qui transfugerunt ad hoſtes gau-
B dent hac immunitate, quidquid dicant relati à Remigio, & quos ipſe ſequitur fallac. 37. & duabus ſequentibus, modo non deliquant in eccleſia, quia nullus textus aut ratio eos à prædicta regula excludit. At Couarruuias libr. ſecundo, de varijs reſol. cap. ſecundo, ei aliqualiter eſt aduerſus, dicens apud Hiſpanos poſſe forſitan admitti ſententiam Iaſonis in mercatoribus, & cãpſoribus, qui maximo reipublicæ diſpendio, ex pecunijs alienis laute & oppipare viuentes tandem decoxerunt, & verſutia vtentes confugiunt ad eccleſiam, ſic eludentes creditores. Quorum adeò grauiſsimum eſt ſcelus, vt famoſi latrones appellentur, atque vt
C tales puniuntur. l. 80. De quibus tamen nihil concludit Couaruuias, ſed tantum aliorum iudicia reſeruat, an hi inuiti extrahendi ſint ab eccleſia. Cæterum inter tam varias ſententias vix occurrit quid ſit dicendum. Dico tamen primo, quod obloqui nolim contra pragmaticam editam à tam Catholicis Regibus Ferdinando & Yſabella, quia forte tunc neceſsitate adacti propter abundantiam debitorum, tunc eludentium ſuos creditores illam pragmaticam ſanxerunt. Tamen hac noſtra tempeſtate, vbi talis pragmatica non fuiſſet recepta in vſu, quia ſemper reclamarunt clerus, & epiſcopus, iudices deberent abſtinere ab executione talis
D pragmaticæ. Tum, quia iura ciuilia tenentur canonibus in hoc ſe ſubijcere, præſertim in caſibus non multum pernicioſis reipublicæ, qualis caſus eſt, quod ſimplices, qui ſine dolo, & malitia, ſed aduerſante fortuna ad inopiam redacti, & ad ſoluendum impotentes facti ab eccleſia non extrahantur. Nam & hi ſecundum opinionem piam Nauarri, dum ſine ſpe remedij ſoluendi ſuis creditoribus, quia non ſuppetit eis, vnde, manent in carcere, non contra conſcientiam agunt, ſi inde elabantur ad quærendum aliqua via vnde poſſint ſoluere, quia interdum magis cedit in commodum creditorum, ſi hoc faciant. Secundo dico,



do dico, quod in caſu, quo ſimplices fures, qui alias de iure gaudent hac immunitate ſecundum Sotum, de iuſtit. & iure, & alios doctores, ex conſuetudine, quam Didacus libr. reſol. cap. ſecundo, num. decimotertio, in fin. teſtatur introductam ex conſenſu laicorum, & clericorum ab eccleſia paſsim inuiti per iudices ſæculares abducuntur. Quæ quidem conſuetudo non videtur damnanda vbi eſſet copia furum, in eodem caſu non eſſet dammanda ſententia Iaſonis, quam non eſt auſus approbare, ſed neque reprobare Couarruuias, quando ſuppeteret copia mercatorum & campſorum, qui vacantes luxui, ex alienis & ſic decoquentes cauſa defraudandi creditores præſertim cum ſuis reliquis bonis, aut ea alibi occultando confugerent ad ſacrum, quia autore Couarruuia vt famoſi latrones eſſe cenſentur, atque tales appellantur. Extrahendi ergo eſſent ab eccleſia, vbi prædicta conſuetudo inualuiſſet ab eccleſia extrahendi fures alios, ita vt Couarruuias affirmat de facto latrones extrahi ab eccleſia.

❡ Præterea graſſatores viarum, & nocturni, & aliorum ſegetum, & & fructuum vaſtatores excipiuntur á regula, quia non fruuntur iſto priuilegio immunitatis, vt patet capit. inter alia. de immunitate eccleſiæ. Sic etiam in recopilat. nou. leg. verbo. yglefias. libro primo, titulo vndecimo. l. tertia, ſtatuitur, quod eccleſia non defendit raptorem notum, neque nocturnum incenſorem ſegetum, neque vaſtatorem vinearum, aut arborum, vel euulſores limitum hæreditatum, vel eccleſiarum violatorem, vel eum, qui eius cœmeterium violauerit in illa vulnerando, vel interficiendo ſub huius immunitatis ſpe. Neque etiam defendit eccleſia eum qui in eccleſia multilat, vel aliud graue crimen in loco ſacro committit. capit. final. de immunitate eccleſiæ. iuxta communem. Quia per iura citata à prædicta regula excipiuntur, vt patet cap. vltimo. de immunitate, quia indignus eſt tali priuilegio. capite fruſtra. de vſuris. Et quia videtur delinquere ea fiducia, vt ab eccleſia defendatur: ideo grauis occaſio daretur delinquendi contra Ludouic. & gloſſ. in capit. frater. 17. quæſtione quarta. Vnde etiam ſi ſine ſpe immunitatis, quis in eccleſia deliquerit, quia indignus eſt tali gratia, tali immunitate non gaudebit. Quæ opinio eſt Panormitani in illo capite finali, quia veriſsima eſt ſeruanda eſt. Quod adeò verum eſt, vt ſi quis deliquerit in vna eccleſia non ſolum ab eccleſia, in qua deliquit, ſed ſi in quãcunque aliam ſe receperit poterit ab ea abſtrahi contra Syluestr. verbo. immunitas. Ita Nauarrus loco citato, & Co-

A uarruuias. Secundum quos parum refert, quod deliquerit in eccleſia cum ſpe immunitatis, aut ſine illa. Sic enim contra communem in theorica, eſt hæc ſententia in praxi recepta, ſecundum Stephanum, in deciſ. 422. capell. Tholoſ. quod Luſitania non ſeruat.

❡ Adde vero, quod priuatur etiam delinquens in eccleſia immunitate eccleſiæ, etiam quo ad alia crimina, quæ commiſit extra diuina templa, quia dignus videtur hac generali immunitatis priuatione. Sic tenet capella Tholoſ. deciſio. 422. & archidiaconus. At vero, quia contrariam ſententiam veriorem eſſe putat Couarruuias, tum propter eius autoritatem,
B tum propter eius rationem, quæ apparentior eſt, ipſi ſubſcribimus in hac parte. Quia certe iſte quo ad alia crimina, quæ commiſit extra eccleſiam à regula iuris Pontificij & immunitatis non excluditur, quia illa regula in hac ſpecie minime videtur ſublata. Ita Boer. nobiſque ſuffragatur Nauarrus loco citato, num. vigeſimo primo. Vbi ait, quod in eccleſia dicitur delinquere qui exiſtens in eccleſia iuſsit extra eccleſiam delictum fieri: ideo non gaudet immunitate quoad delictum quod iubendo committit: quia in eccleſia patratum fuit. Quamuis bene gaudet tali immunitate quo ad delictum patratũ iuſſu ſuo ſecundũ Remig. à fallentias. vſq; ad. 11.
C Vnde infertur, quod ille qui ſemel deliquit in eccleſia, ſi iterum delinquat extra eccleſiam, & poſt delictum ad eccleſiam confugiat, ſi procedat iudex contra illum ratione delicti prius commiſsi in eccleſia, poteſt illum ab eccleſia extrahere. Si autem ſolum velit procedere contra illum ratione delicti commiſsi extra illam, quia reſpectu iſtius immunitate gaudet non poterit extrahi. Sic mihi videor colligere ex ſententia Nauarri & Couarruuiæ contra capell. Tholoſ. Accedit ad prædicta corollarium hoc, quod ſi crimen commiſſum in eccleſia eſt leue, non ob id perditur iſtud ius immunitatis, ſed oportet, quod crimen commiſſum in eccleſia graue
D ſit, propter quod delinquens in eccleſia abducendus eſt ab eccleſia, ſecundum Nauarrum. Couarru. Henric. Sylueſt. verbo. immunitatis 3. §. 2. eſtq; communis.

❡ Porro ſiquis prope eccleſiam crimen commiſerit ſtatimque ſe ſe in eccleſiam receperit, an gaudere immunitate eccleſiæ debeat, dubitatio eſt examinatione digna. Nam pro parte affirmatiua facit primo, quia ſi gaudere non deberet, id eſſet quia ſpe immunitatis creditur feciſſe delictum, ſed vt diximus de mente Panor. qui delinquit in eccleſia nullo habitu reſpectu, an fecerit ſpe immunitatis eccleſiæ, vel non, abſolute immunitate eccleſiæ non gaudet, ergo

è contra qui deliquit prope eccleſiam nullo habitu reſpectu, an id fecerit cũ ſpe immunitatis, an non, gaudere debet immunitate eccleſię quia ius commune hanc immunitatem huic concedit, & nullus eſt textus, qui ita diſtinguat. Sed in contrarium eſt, quia coniectura eſt nõ leuis ꝙ talis prope eccleſiam mutilans, aut occidens ſpe immunitatis deliquerit: at ſuus dolus nemini patrocinari debet. Pro deciſione quęſtionis dicitur primo, quod non ſolum non gaudet immunitate eccleſiæ, qui intra eccleſiam delinquit, ſed etiã qui ex eccleſia alterum exiſtentem extra eccleſiam percutit ea non gaudet, quocunque animo fecerit, id eſt, cum ſpe immunitatis, vel ſine illa iuxta Panorm. & communẽ ca. fin. de immuni. Sicut neque etiam gaudet qui exiſtentem intra illam percuſſerit ſagitta, vel iaculo, etiam ſi percuſſor id fecerit exiſtens extra eccleſiam: quia iſte etiam iuxta communem dicitur delinquere in eccleſia. Sicut etiam autore Nauarro loco citato dicitur delinquere in eccleſia ille, qui per vim extraxit ſaltem per veſtes trahendo alium, qui in eccleſia erat. Quocirca eccleſiæ immunitate nõ gaudet qui extrahi illum ab eccleſia iuſſit quoad delictum, quod in hoc iubendo commiſit, licet bene gaudet immunitate quo ad delictum interfectionis, quando extra eccleſiam eductum occidit. Quia illud intra eccleſiam, hac vero extra commiſſum eſt iuxta Hoſti. & communem cap. fin. de immunit.

℄ Secundo dicitur, reſpondendo ad intentum dubitationis ſupra poſitæ, apparenter cum Couarruuia loco citato, quod ſi quis prope eccleſiam crimen commiſerit ita deliberate, vt coniectura ſit ſpe immunitatis deliquiſſe, abduci poteſt ab eccleſia. Hanc ait eſſe Ancarran. Henric. Probat autem ex ratione Ioan. Lupi in cap. per veſtras. §. 10. de donat. inter vir. & vxor. Vbi ait, quod peccãs ſpe conſequendæ abſolutionis virtute indulgentiarum, & apoſtolicarum literarum, non poteſt ex vi ipſarum abſolui. Item probatur per textum in cap. quando in. 1. de conſecrat. diſtinctio. 4. & in cap. illud de clerico excommu. miniſtr. & ex. l. 1. §. Hæc autem actio. ff. ſiquis teſtamentũ lib. eſſe iuſſ. & inſuper probat ex Lactantio lib. 6. de diuinis inſtitutionibus. cap. 13. vbi de eleemoſyna ſic affirmat: Eleemoſyna non abolentur peccata, ſi fiducia largiendi eleemoſynam pecces. Sed nihilominus difficultate huius dubij preſsius examinata, contraria ſententia magis tenenda eſſe videtur, propter veriſimiliores has rationes. Tum, quia iſtud principium, quod Couarruuias aſſumit, quod peccans ſpe conſequendæ abſolutionis virtute indulgentiarum, & cætera ex vi ipſarum abſolui A non poteſt, non eſt tam firmum principium, vt ipſe putat, niſi in bullis, vel indulgentijs id exprimatur. Nam non deſunt Theologi graues moderni, qui inſudantes in expoſitione bullæ cruciatæ affirmant, quod poſt ſuſceptã bullam, ſi quis cum ſpe conſequendæ abſolutionis per eam peccet nihilominus validam abſolutionem percipiet. Ita Corduba in ſuo quæſtionar. vbi agit de indulgent. lib. 5. quæſtio. 28.

℄ Tum, quia non ſic excipitur (ſicut olim excipiebatur) in bullis Cruciatæ modernis, quia abſolute concedunt per eas pœnitentem ab omnibus peccatis poſſe abſolui, & cæt. Solumque excipiunt, vt in articulo mortis non B confeſsi, ſi ſpe huius iubilæi ibi conceſsi negligentes fuerint eo non gaudeant, ſi diſceſſerint ſine confeſsione ex defectu confeſſoris; neque eis etiam morientibus contritis poſsit per mortem illa indulgentia plenaria impendi. Tum, quia occidere prope eccleſiam cum ſpe immunitatis, eſt veluti quidam abuſus priuilegij immunitatis conceſsi per eccleſiam. Abuſus autem priuilegij ſecundum gloſſam, cap. decet. de reg. iuris irritat illud: eo quod licet priuilegium perditur per abuſum, non tamen iure, ſed abuſus excitat principem ad illud reuocandum. Ideo inquit, iura dicunt, quod qui priuilegio abutitur meretur priuilegium perdere, ſed non ipſo C facto illud perdit. Tum, quia prædictus prope eccleſiam delinquens deliberate ita, vt coniectura ſit eum ſpe immunitatis deliquiſſe (de hoc enim ibi loquitur Couarruuias) gaudet iure immunitatis, quia ius commune huic hanc immunitatem concedit. Et vt bene ſubnotauit Nauarr. Nullus textus eſt qui ita diſtinguat; ſcilicet, an cum ſpe immunitatis deliquerit an non: ergo neque nos diſtinguere debemus, iuxta regulam iuris dictantem; quod vbi ius non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. Tum, quia illa ſola coniectura, eſto ius diſtingueret, non priuare deberet illum iure ſuo ipſo facto. Vnde in Luſitania, quia magis ibi reſpicitur ius D commune, nihil curatur, an prope eccleſiam, aut longe delinquat, ſed an caſu, aut data opera id faciat lib. 2. ordin. tit. quarto, §. tertio. Igitur niſi conſuetudo aliquid aliud inuexerit, hæc vltima opinio, quia magis eſt conſona iuri magis obſeruanda eſſet; niſi forte in caſu exorbitanti & atroci, vbi in populo conſtaret inimicum prope eccleſiam irritaſſe, vt ibi occiſum relinquens, ſe tutaretur ſtatim confugiendo ad ſacrum.

℄ Igitur ad argumentum à principio dubitationis poſitum reſpondetur, conceſſo antecedẽti, negando conſequentiam. Quia qui delinquit in eccleſia iniuriam irrogat eccleſiæ ipſo ſuo facto,



facto, etiam ſi illud non perpetrauerit, cum ſpe A immunitatis. At verò qui extra eccleſiam prope illam occidit cum animo & ſpe immunitatis licet animo peccauerit contra eccleſiam, tamen eius actus extra eccleſiam commiſſus de ſe non fuit iniurius eccleſiæ, ſicut actus fornicantis extra eccleſiam, qui vellet fornicari in eccleſia, non eſt de ſe actus ſacrilegus niſi ratione ſolius malæ intentionis.

℄ Ad alias autoritates & textus allatos à Couarruuia in gratiam ſuæ opinionis, quæ eſt Hoſtien. in ſumm. de immunit. §. in quantum. num. 8. & aliorum, quos refert & ſequitur Remigius fallentia. 2. quibus accedit Nauarrus in ſum. ca. 25. num. 22. licet fateatur ſuo iudicio non eſſe ſecundum B ius commune; reſpondetur, quod ſolum probant, quod delinquens prope eccleſiam cum ſpe immunitatis meretur priuari tali immunitate, ſed cum non acceſsit ſententia iudicis cõpetentis eccleſiaſtici, qui eum legitime priuet, ea immunitate, de iure gaudet; niſi opinio cõtraria cõtraria conſuetudine, ſcilicet, quod nõ gaudeat ſit ſuffulta. Sed ad autoritatem Lactantij reſpondetur, quod nobis non refragatur: quia eleemoſyna aboletur pœna peccati, quando eſt bonus actus procedens ex gratia quia tunc pro pœna eſt ſatisfactorius, & auget iuſtitiam meritorie. Imo hoc eſt eleemoſynæ quaſi priuilegiũ à Deo conceſſum ſecundum ſanctos & Diuum C Auguſtinum. 21. de ciuit. Dei vt qui frequenter, & facile & affectuoſe ſe exercent in ea probabiliter & pie credendum ſit de illis, quod Dei manu eis auxiliante conuertentur & à peccatis reſipiſcent, qui huiuſmodi ſunt, vt etſi ex fragilitate peccent, vellent tamen non peccare, & vt Deus illis ad ſuam conuerſionem opituletur, aſſumunt ad hoc id medium, ſcilicet, largiendi eleemoſynas pauperibus. De his non loquitur Lactantius, ſed de quibuſdam facinoroſis, qui ſtatuerunt ducere totam vitam in peccatis ſine pœnitentia, his adimit fiduciam, ne multum confidant in ſuis eleemoſynis, quod ſibi erunt adiumento ceto ad aſſequendam veniam quan- D do peccant ſub hac fiducia, quod per eleemoſynam expiabunt peccata. Sed neque hæc fiducia ſemper obſtaculũ ponit conuerſioni, vt abbreuiata ſit Dei manus, vt aliquando vere non cõuertat illos. At vero de delinquẽte prope eccleſiam cum ſpe immunitatis aliud eſt, quia potuit hac via ex paſsione delinquere, & poſt pœnitere, imo longius ab eccleſia delinquunt aliqui, & frequenter cum fiducia ſe recipiendi in ſacrum ſua velocitate pedum, antequam ab officialibus iuſtitiæ apprehendantur: Et hæc tamen immunitatis fiducia eis non nocet.

℄ Adde ſecundum Nauarrum, quod etiam qui ex eccleſia iniuſtè ſe defendit, & oppugnat; quia intra eccleſiam delinquit eius immunitate non gaudet.

℄ At vero, an perſonæ eccleſiaſticæ hac immunitate eccleſiæ gaudent, vel non inquirendũ nobis eſt. Nam videtur quod non debeant in hoc peioris eſſe conditionis, quam laici. Reſpondetur ergo vſu receptum eſſe ſecundum Panor. in dict. cap. finali. de immunit. perſonas eccleſiaſticas hac immunitate non gaudere. Quod intelligendum eſt reſpectu iudicis eccleſiaſtici, non autem reſpectu iudicis ſæcularis. Nam ſecundum Nauarrum vbi ſupra, iudex ſæcularis non poteſt extrahere ab eccleſia clericum in minoribus conſtitutum, etiam ob delictum, licet quoad illud poſt concil. Trident. ſeſsio. 23. cap. 6. iuriſdictionem habeat in eum. Quocirca Couarruuias loco allegato addit, quod ſi crimen perpetratum à clerico ſit dignum degradatione & traditione iudici ſæculari, extrahi valebit ab eccleſia, & poſt degradationem tradi iudici ſæculari, alioquin iuſtiſsimum eſt traditionem nõ fieri. Nam hæreticus & falſarius literarum apoſtolicarum, & aſſaſsinus clericus etiam ſi incorrigibilis non ſit, poſt degradationem eſt tradendus curiæ ſæculari ſecundum Panormitan. cap. cum non ab homine. & in cap. at ſi clerici. de iudic. Quod autem clerici non gaudeant hac immunitate reſpectu iudicis eccleſiaſtici conſuetudine eſt obtentum, contra communem, vt atteſtatur Diaz in practic. criminal. cap. 115. & cum eo concordat Didacus lib. 2. reſol. cap. 20. num. 16. & Remig. loco allegat.

℄ De raptoribus autem virginum perplexa occurrit quæſtio: quia pro vtraque parte vrgent rationes. Pro parte ſiquidem affirmatiua facit textus in. §. quod ſi delinquentes in Autentic. demandat. princip. &. §. ne autem homicid. de mand. princ. vbi raptores virginum extrahi ab eccleſia iubentur. Secundo, quia raptus virginum grauiſsimum peccatum eſt, & ſimile eis, quæ excipiuntur; quia hi raptores virginum pernicioſiſsimi ſunt reipublicæ: ergo & ex iure canonico poſſunt ab eccleſia abduci. Item quia hoc expreſſum eſt. l. vltim. tit. 2. part. 1. In contrarium eſt, cap. de raptoribus. 36. quęſt. prima, vbi hos raptores virginum ius canonicum ab eccleſia abduci vetat, reſpondetur ergo quod quia textus claros, & communes opiniones ſuper ipſos fundatas non oportet ſic refutare, niſi conſuetudo legitima hæc aboleuerit, ideo opinio negatiua, vt pote quæ communis eſt, autore Couarru. magis eſt amplectenda, contra ipſum. Neque enim obſtat quod ius ciuile loco citato contrarium diſponat. Quia

ſecundum ſummam Angelic. & Sylueſt. verbo. immunitas. Iſta iura ciuilia corriguntur per ius canonicum. Quia ſecundum Panormitan. & communem cap. inter alia de immunit. nemo præter publicum latronem, & nocturnum de populatorem agrorum ab eccleſia ad punitionem criminis abducendus eſt. Hanc opinionem Iulius Clarus in libr. de proceſſu crimina. quæſtio. 30. ait eſſe communem approbatamque eſſe vſu; & in contingentia ita fuiſſe conſultum, ſcilicet, quod raptores virginum & ſimplices homicidæ non inſidioſi, & etiam adulteri gaudeant tali immunitate. Et ita, inquit, ſeruant iudices Deum timentes.

B ¶ Ad rationes vero Couarruuiæ allatas in contra reſpondetur ſufficienter, Angelic. & Syluestrum & alios reſpondiſſe, quod iura prædicta ciuilia iure canonico, cui magis (vt tradit Couarruuias) in hoc eſt obtemperandum, tolluntur. Ad. l. vltim. tit. 11. part. 1. reſpondetur Flam etiam hac ratione nobis nõ officere, quod præterquã quod cõtraria eſt canoni, per recopilationem nouã legum videtur corrigi. Nam cũ in recopilatione noua leges, quæ vſu ſeruari debent contineantur (nam hæc fuit intentio hanc nouiam edendi recopilationem) ibi non fit mentio de his raptoribus virginum, ſed de raptoribus alijs cognitis.

¶ Ad aliam rationem Couarruuiæ dicentis, hoc crimen raptus virginum & pernicioſum eſſe reipublicæ, & ſimile criminibus exceptis ab hac immunitate dicimus primo, quod in pœnalibus non debet fieri extenſio ad hunc caſum, etiam ſi non fuiſſet ſpeciali prædicta diſpoſitione iuris canonici ſub regula immunitatis comprehenſus. Cum ergo canon de raptoribus 36. quæſtio. prima, eos ſub immunitate hac includat, iam quis non videt, quam parum ſit iuri conſona iſta extenſio pœnalis, quam facit Couarruuias. At ad obiectionem, quam adijcit, ſcilicet, quod iſtud crimen eſt reipublicæ pernicioſum, reſpondetur parum hoc concludere, vt propter hoc á communi & à textu expreſſo canonico diſcedere debeamus. Quia etſi pernicioſum crimen eſt, ſicut & homicidia ſunt pernicioſa, ſed non eſt tam frequens, quia pœnæ grauiſsimæ legum contra hos audaces etiam deterrent ab hoc intentando crimine. Quod ſi ea eſſet horum frequentia conſulendus eſſet ſuper hoc papa, vt hi ab immunitate hac exciperentur interim tamen ea gaudent.

## A CAP. CCLXXXVI.

*An immunitate loci ſacri gaudeãt Iudæi, Mauri Pagani, hæretici: An iudex eccleſiaſticus poſſit punire delinquentem in eccleſia: Et an aſſaſsini & homicidæ immunitate eccleſiæ gaudent: Et qui dicantur homicidæ proditores: Et an iudex laicus ſine licentia epiſcopi poßit abducere confugientem ab eccleſia: Et an ſcholaris poſsit abduci ab ſcholis; Et an delinquens interim fiat clericus, gaudeat priuilegio fori: Et in dubio an aliquis ſit clericus, retinendus ſit a iudice laico, a quo eſt comprehenſus in delicto: Et de delictis miſti, vel communis fori.*

QVIA reliqua dubia, quæ ſuperſunt circa hanc immunitatis materiam de confugientibus ad ſacrũ ſub vno capitulo ſine prolixitatis nota expedire nequiuimus, ideo hîc ea excutiam[9] oportet. ¶ Igitur de hac immunitate gaudẽtibus, vel non gaudentibus agentes dicimus primo ſecundum Nauarrum loco citato in ſum. cap. 25. nu. 20. quod non gaudent hac immunitate Iudæi, Mauri, Pagani hæretici, & alij infideles, niſi quãdo confugiunt, vt vere fideles efficiantur. l. 1. cũ gloſſ. C. de his, qui ad eccleſiam confug. ſecundum Nicol. Boer. in deciſ. 100. Quia aliàs reuera hi indigni ſunt priuilegio conceſſo principaliter ob ſacra diuina loca, quorum deuotione, & reuerentia non afficiuntur, contra gloſſam in cap. inter alia: contra Syluest. verb. immunitas. 3. §. 3. Couarruias tenet cum Nauarro. Neq; hac immunitate gaudet qui ſponte egreditur eccleſiã. Eſt Hoſtien. & eſt communis in. c. final. de immunit. ¶ Debitor, etiam obnoxius publicis tributis, ſecundum Couarruuiã, vbi ſupra gaudet immunitate eccleſiæ, ſicut & ſimplices debitores; quia ſtandum eſt regulæ & opinioni cõmuni, à qua non excipiuntur iſti textus ſing. in. l. præſenti. C. de his, qui ad eccleſ. confug. & l. 2. tit. 11. part. 1. Neque obſtat Autentica de mand. princip. §. publicorum, quia autore Couarruuia hæc recipienda non eſt cum iuri pontificio ſit contraria.

¶ Præterea notandum eſt cum Couarruuia, quod delinquens, qui confugiens ad eccleſiam eam clauſam inuenit, ſi manu portam eius, vel anſam vel vectes apprehendit, inde abduci non poteſt, ſecundum Ioannem Ignac. Et ita fuit Rotomagi ſæpe iudicatum: quia





id à ratione ſacrorũ canonum palam deducitur.

¶ Inſuper aduertito cum eodem Couarruuia, quod licet laicus intra eccleſiam deliquerit, nõ ideo ad iudicem eccleſiaſticum pertinet eius punitio, niſi tale delictum ſit ſacrilegium.

¶ Notatu quoque opus eſt cum eodem Couarr. quod licet iudex non poſsit legitimè confugientes ad eccleſiam, inde abducere: tamen poteſt arma prohibita ab eis in ſacrũ illata auferre ab eis, quia armorum prohibitorum vſus tam laicis, quam clericis etiam intra eccleſiam eſt prohibitus. l. 1. C. vt armorum vſus: facit optimus textus, cap. 1. §. ſi clericus. de pac. tenen. Sicut etiam res extra ablata à latrone ab ipſo vi tolli poteſt in eccleſia, etiam ſi non eſſet conſuetudo extrahendi latrones ab eccleſia ex conſenſu communi clericorum, & laicorum introducta; & hoc ne eccleſia in hoc latronem tutari videatur. Et ita intelligendum eſt caput. vltimum. de immunit. eccleſ. Pœna autem armorum prohibitorum à clerico exigenda eſt apud iudicem eccleſiaſticum. Sed & in Hiſpania iam vſus obtinuit, vt clerici cum armis ipſis deprehenſi à miniſtris ſæcularibus armis ſpolientur, quod iuſtè fit vt auferatur anſa liberius patrandi ſcelera. ¶ Accedit ad prædicta quod verum & proprium crimen aſſaſsinij committens immunitate eccleſiæ non gaudet, id eſt, cum fidelem per infidelem occidit. Quia aſsaſsini, de quibus fit mentio, cap. primo, de homic. lib. ſexto. ſunt hi, qui incidunt excommunicationem illius canonis, ſuntque banniti, vel diffidati, id eſt, expoſiti vt à quocunque poſsint occidi, iuxta textum optimum, cap. fœlicis. de pœnis. Et clericus ſic per infidelem fidelem occidens venit degradandus: & poſt per iudicem ſecularem puniendus. At vero, ſi crimen aſſaſsinij iuxta communem ſenſum quis commiſerit tunc ab eccleſia extrahi poterit, ſi tamen proditorie tale homicidium fuerit perpetratum: Quod frequentius contingit. Siquis autem autore Couarruuia communem interpretationem aſſaſsini acceptauerit illum poſſe extrahi ab eccleſia exiſtimabit.

¶ Iam ad illam quæſtionem peruenimus, an homicidæ omnes gaudeant hac immunitate, vel an aliqui ab ea excipiantur, & qui ſunt tales excepti. Reſpondetur primo, quod caput. 1. de homicid. laicos homicidas inſidioſos, & proditorios excludit ab hac immunitate contra Panormitan. Ita Couarruuias loco citato, & Nauarr. Didacus libr. ſecundo, reſolu. cap. ſecundo, num. ſeptimo. Vbi ait, quod eſt chriſtiani orbis conſuetudo admodum recepta. Ita Antonius Gomez, capit. decimo. delicti: poſt nu. ſecundũ, verſ. quintum, ita Plaça lib. primo delictor. Menchac. lib. 3. de teſtament.

¶ Sed quales ſint iſti proditorij homicidæ, qui hac immunitate non gaudent, reſtat indagandum. Reſpondetur autem ad hoc cum Couarruuia, qui loco citato optime explicat. Primo, quod proditorius homicida eſt qui veneno occidit alium ſecundum Baldum in. l. nemo. colum. C. de ſum Trinit. Præterea ſecundo proditorius homicida eſt, qui occidit non inimicum, & nihil tale præcauentem, quia nulla erat cauſa præcauendi. Sic gloſſ. can. clericus. diſtinct. 46. ita Bart. Bald. Felin. Facit pro hoc textus optimus ca. 1. de homicid. Vbi dicitur: Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, vel per inſidias, ab altari meo euelles eum; vt moriatur. Vbi appellatur proditor, qui per induſtriam alium occiderit, id eſt, per inſidioſam induſtriã, non qui à caſu. Deinde tertio homicida proditorius eſt qui proprium inimicum etiam, à tergo & incautũ occiderit. Ita Couarruuias contra Bartol. & Gerard. Et patet, quia inſidioſa induſtria hic interceſsit, iuxta cap. 1. de homicid. & iuxta. l. vltimam. tit. 7. lib. 8. ordin.

¶ Porro de hoc caſu quoque peculiare dubium occurrit, ſcilicet, an qui abſque proditione vlla, conſulto tamen & præuia deliberatione poſt repentinum motum alium occidit, hac gaudeat immunitate. Et videtur quod non, quia iſte non à caſu occidit: ergo ex conſulto & induſtria. In contrarium vero eſt, quia iſte non eſt homicida proditorius: ergo non excluditur ab hac immunitate. Reſpondetur ergo primo, quod homicida ſimplex, etſi ſponte & non fortuito caſu iniurioſe aliquem occiderit, non eſt ab eccleſia per vim abducendus. Hæc eſt Couarruuiæ loco citato, ſcilicet, lib. 2. variar. reſolu. cap. 20. Videtur tamen eſſe contra Nauarr. in ſumm. cap. 25. num. 20. Vbi ait, quod qui animo occidendi percutit, non gaudet hac immunitate: eamq; ait eſſe communem iuxta ca. 1. de homicid. Et tamen qui ſponte, & non fortuitò caſu iniurioſe occidit aliquem cum animo facit eum occidendi, quia non præter intentionem. Miror iſtos viros doctiſsimos Nauarrum, & Couarruuiam in eodem hoc caſu ſub ipſis non conuenire. Et tamen vterque ait ſuam ſententiam eſſe communem, & eam probat ex eod. cap. 1. de homic. Sed certe ſi rationi & iuri nitamur, opinio Couarruuiæ multo veriſimilior eſt, quã opinio Nauarri. Et probatur. 1. ex argumentatione à caſibus exceptis in dict. ca. inter alia de immu. eccl. vbi iſte ſimplex homicida nõ excipitur à regula generali immunitatis, & per. c. vlti. eod. tit. nõ excipitur, niſi qui in eccleſia, vel cœmeterio occidit. Et in dict. ca. de homicidio. ſolum excipitur ab immunitate qui per induſtriã

inſidioſam occiderit, qualis non eſt hic ſimplex homicida etſi ſpontanee, & cum animo occidendi percuſsit: ergo non eſt excludēdus ab hac immunitate. Patet, quia iſti bili perciti ſolēt percutere animo occidendi, neque enim tūc paſsione adacti poſſunt ſe continere: vnde licet voluntarie occidant: quia tamen nō ex malitia, voluit pia mater eccleſia & hos ſi ad ſe confugerēt protegere. Eſt iſta communis. Neq; obſtat Autentica de mand. princip. §. ne autē. homicid. & lex reg. vltima. tit. 2. part. 1. Quia hæ cōſtitutiones oppoſitum probātes per ius pontificium quantum ad hoc antiquantur, & tolluntur. Secundo dicimus, reſpondentes ad quæſtionem, quod ille, qui abſque proditione vlla conſulto tamen, & præuia deliberatione poſt repentinum motũ alium occiderit ſecundum Abbat. & Couarruuiam contra omnes, & communem non eſt abducendus ab Eccleſia. Probatur autem, quia homicidium hoc diſtinguitur à proditorio, neque enim aliquid continet induſtriæ inſidioſæ. Vnde in hoc caſu verior eſt opinio Panormit. ſcilicet, quod iſte gaudet immunitate; tametſi propter doctorum autoritatem & eorum communem opinionem contrarium ſæpe fiat, ſcilicet, quod talis abducitur ab Eccleſia. Didacus autem cum Panormit. tenet loco citato. Concluditur ergo, quod vbi non eſt conſuetudine legitima & approbata receptum, quod hi abducantur ab eccleſia, vt fertur receptum eſſe in Italia, non ſunt abducendi quia ſecluſa hac legitima & approbata conſuetudine contraria opinio communis, vbi ſæpe plerique doctorum nullo alio preſſiori examine ad eam accedunt, quam quod exiſtimant eſſe communem, non tantum præualere debet, etiam ſi ſit ſuffulta iure ciuili in hac parte, vt ius canonicum apertius ſuper hoc diffiniens excludere debeat. Vnde pij iudices Deum timentes, & Dei eccleſiam reuerentes, in hoc magis ius canonicum quam opinionē contrariam communem obſeruabunt. Nam illa ratio, quæ pro opinione communi adducitur, ſcilicet, ne maneant impunita ſcelera, non tāti momenti eſt, vt violari debeat ius immunitatis. Nā ſic hac generali aſſumpta ratione anſa ſumeretur violandi omnia immunitatis iura: magis ergo iudices pios commouere debet hæc conſideratio, ſcilicet, quod pia mater eccleſia ſolum homicidas proditorios & per induſtriā inſidioſam occidētes, excepit quia hic multũ malitiæ, & doli in his ſolet interuenire. In alijs vero ſimplicibus homicidis, etiā volũtarijs paſsio iræ, aut indignationis ſolet ſe immiſcere, quę licet ſecundum Diuum Thomam minuit libertatem cum eſt antecedens, non tamen omnino tollit voluntarium. Quocirca non immerito pia mater eccle-

A ſia his ſimplicibus homicidis ſe voluit propiciā in hoc exhibere ſed non alijs, ſcilicet, proditorijs, & inſidioſis: quia ſuus dolus nemini patrocinari debet.

¶ Iā præcedentibus alia annectitur quæſtio, ſcilicet, an iudex laicus ſine licētia epiſcopi poſſit abducere delinquentem ab eccleſia. Et videtur, quod nō, quia ad epiſcopū attinet inuigilare ſuper obſeruantiam immunitatis eccleſiæ: ergo ſine eius cōſultatione id adoriri non debet laicus iudex. Sed in contrariũ eſt, quod vbi conſtat aliquem immunitate eccleſiæ nō gaudere iuxta canonicas ſanctiones, ſi inde extrahatur non fit iniuria eccleſiæ, cum eum tutari non velit: ergo B incōſulto epiſcopo, & ſine eius licētia poteſt extrahi. Reſpōdetur ergo primô circa quæſtionē, quod vbi ambiguum eſt, vtrum delinquēs gaudere debeat immunitate eccleſiæ, an non ſecundum Guid. Papæ deciſ. 121. more receptum eſt, vt vincula interim ab vtroq; iudice eccleſiaſtico, & ſæculari inijciantur in eccleſia. Neq; ab hoc vſu diſſentit Couarruuias, vbi ſupra. Hæc conſuetudo, quam dicit obſeruari Remigius loco citato, longe reuerentior eſt reſpectu locorum ſacrorum, quam illa cōſuetudo Gallorum, qui delinquentes ſtatim ab eccleſia abducere & vincire ſolent, & demum tractatur, an ſint remittendi ad eccleſiam vel non. Secundo dicitur ſecun- C dum Remig. & Couarruuiā. & ſecundum communem opinionem receptam praxi totius orbis, vt ait Didacus in dict. cap. 2. reſol. & Remigius vbi ſupr. cōtra Salic. in. l. ſiquis ei. n. 6. C. de adult. ꝙ vbi conſtat iuxta canonicas ſanctiones delinquētem non gaudere immunitate eccleſiæ iudex laicus ſine licentia epiſcopi poteſt eũ abducere ab eccleſia propter rationē Couarruuiæ, ſcilicet, quia tūc non fit iniuria eccleſiæ, cũ tunc eccleſia nolit tutari eũ. Tertio dicitur, quod etiā in caſu, quo cōſtet iuxta ius canonicum delinquentem immunitate non gaudere iudices ſeculares modeſte ſe gerere debent, vt ſine tumultu & offenſa perſonarum eccleſiaſticarũ extrahan- D tur. Et vbi compererint in aliquo caſu, quod de iure non debuerint illos extrahi iubere ſtatim ad eccleſiam ſunt reſtituendi, & reducendi. Quarto dicitur, quod vbi iura canonica, & ciuilia ſuper hac immunitate ſibi inuicem contrarie obuiant, niſi maniſeſtiſsime conſtet ius canonicum per legitimam, & approbatam conſuetudinem contrariam eſſe abolitum, ſine licentia epiſcopi delinquens ab eccleſia abſtrahi non poteſt. Imo in dubio, an talis legitima & approbata conſuetudo derogauerit iuri immunitatis huius canonico, nihil eſt intentandum contra hanc immunitatem ſine prędia admonitione epiſcopi: tum, vt per iudicem

com-



competētem prius negocium examinetur: tum, vt abſtineatur à tumultibus. Et facit ad hoc lex. 13. lib. 1. tit. 11. in recopilat. nou. leg. Hiſp. verbo. igleſias. Vbi debitores æris alieni iubentur extrahi ab eccleſia, non tamen ſine præmonitione facta iudicibus eccleſiaſticis, neque ſine præſtita cautione de nō infligenda pœna corporali his debitoribus. Vbi cauetur vt fiat ſine ſcādalo: ſine quo tamen vix fieri poteſt, ſi eccleſiaſtici iudices in negocio dubio contingenti non præmoneantur, vt prius ſine tumultu examinetur. Quinto dico, quod ex prędictis ſecundum Couarruuiam ſequitur, vt qui ab eccleſia iure abduci non poteſt, non poſsit ibi neruis, aut compedibus, aut cathenis vinciri, ne fugiat, quo voluerit. Ita Couarruuias loco vbi ſupra. Et patet quia hoc eſt contra immunitatem eccleſiæ ca. diffiniuit. 17. q. 4. & l. præſenti. C. de his qui ad eccl. confug. & l. 2. tit. 11. partit. 1. Eademque ratione patet, quod vbi immunitas eccleſiæ ſeruanda eſt; non poteſt eccleſia obſideri, neque ad eam confugientibus alimenta victus, & veſtibus denegari, aut prohiberi, ne ad eos deferantur; quia hoc eſt violare immunitatē, iuxta dicta. l. præſen. Eſt cōmunis, contra quā neq; cōtraria conſuetudo pręualere poteſt, ſecundum Couarruuiam.

¶ An ſcholaris poſsit extrahi ab ſcholis, reſpondetur, quod ita de conſuetudine obſeruatur, quod ſicut non licet delinquentes extrahere ab eccleſia, ita neque ſcholares pro aliquo delicto ab ſcholis ſunt extrahendi, ſecundum Rebuff. de priuil. ſcholarium. Sed & quibuſdā placet, quod rei lęſæ maieſtatis nō poſsint abduci ab eccleſia ſecundum ius canonicum, ſed neſcio an ſic ſeruetur in practica. Stabitur ergo legitimæ conſuetudini. At ſecundum leges Luſitaniæ vſu receptas, nemo qui alium de propoſito, aut in duello occidit, aut percutit gaudet hac immunitate, ſecundum Nauarr. loco citato libro. 2. ordin. tit. 4. §. 3. Sed de hoc iam diximus reſpectu aliorum regnorum, dum de homicida ſimplici non proditorio ſupra ageremus. Parcat iam lector prolixitati ſi rem quotidianam inter varias opiniones in aliquibus accidentibus caſibus poſitā voluimus preſsius examinare.

¶ Porro licet non omnia, quæ ad vſurpati iudicij materiam ſpectant, ſit animus proſequi, placuit tamen ſolum hæc dubia, quæ in contingentia ſunt quotidiana circa clericos declarare, ſcilicet, an ſi quis poſt delictum fiat clericus interim proſit illi allegare clericatum, & an ſi poſt crimen perpetratum profiteatur religionem, an reſpectu huius delicti gaudeat priuilegio fori. Reſpondetur ergo primo ad quæſtionem, quod ſi talis initiatus eſt ſacris abſque fraude tunc liberatur prorſus à iuriſdictione iudicis laici, & re-

A linqui debet quoad perſonam iudici ſuo eccleſiaſtico puniendus. Nam cum perſona ſit iam eccleſiaſtica & perſona eccleſiaſtica ſit exempta, detineri in carceribus ſecularibus; & decapitari non poteſt, niſi prius degradetur & tradatur ſi crimen id meretur. Sed tamen quoad executionem in rebus fiendam nihil ei proderit allegare priuilegium, ſi inchoato proceſſu contra aliquem interim fiat clericus. ff. de iud. l. ſiquis poſtea tā in textu, quā in gloſſa. Hæc ſententia eſt communis, vt ait Imol. conſider. 119. nu. 1. & Didacus practica. 32. poſt. nu. 4. Vnde in hoc caſu puniri corporaliter non poterit à iudice laico: ſed tantum in confiſcatione bo- B norum, aut pœna pecuniaria, quia reſpectu bonorum manet ſubditus, non reſpectu perſonæ. Ita communiter idem dicendum eſt de omni religioſo profeſſo, qui mortuus eſt mundo. l. Deo nobis. C. de epiſcop. & cler. niſi profeſsionem in carceribus faceret, vt notat Ioan. Andr. ibidem. Secundo dicitur, quod quando quis in fraudem ſuſcepit ordinem ſacrum poſt perpetratum delictum, tunc iudex eccleſiaſticus debet eum degradare & tradere iudici ſeculari puniendum corporaliter. Quia verò circa hoc iudices eccleſiaſtici præbent ſe difficiles, iccirco, vt ait Bart. l. 1. nu. 3. in fin. ff. de pœn. iudices ſeculares abſque hac ſolennitate degradationis exequun- C tur etiam propriam ſententiam mortis, licet maleſaciant ſecundum eum.

¶ Tertio, quia hæſitare quis poterit, quando talis clericatum in fraudem ſuſcepiſſe ſit dicendus, dicitur, quod tunc id præſumitur, quando, ſcilicet, prius fuerat de ipſo delicto delatus, vel etiam diffamatus, & multo magis, ſi iam fuiſſet condemnatus. Ita cenſet maior pars interpretũ, vt teſtatur Plaça.

¶ Deinde quæritur, ſi clericus capitur à iudice laico propter maleficium, & dubitatur, an ſit clericus, an laicus, an in dubio ſit remittendus, an retinendus. Et videtur, quod ſtatim ſit remittendus ad iudicem eccleſiaſticum, ſiquidem in D dubio ad ipſum pertinet examinare, an ille ſit clericus, vel non. Sed in contrarium eſt, quia ſi ante delictum talis ſe gerebat pro laico, qualis inuenitur talis eſt iudicandus. Reſpondetur ergo primo, quod ſi clericus, qui communiter pro clerico habetur, capitur à iudice laico propter maleficium, & deprehenditur cum tonſura, & habitu clericali, debet in continenti reſtitui curiæ eccleſiaſticæ cum cognitione cauſæ de clericatu probante aduerſario.

¶ Sed quid, ſi controuerſia eſt ſuper habitu, & tonſura, & non ſuper clericatu, quis erit ſuper hoc iudex competens, reſpondetur pro hoc ſecũdo, quod licet ſecundum doctores communiter

 cognitio,

cognitio, vtrum aliquis ſit clericus, vel non pertineat ad iudicem eccleſiaſticum, ſicut Didacus ait ſeruari in Hiſpania in practica. q. 33. num. 1. tamen, ſi ſolum ſit controuerſia ſuper habitu, & tõſura aliquibus iuriſtis videtur, quod cõpetens iudex ſit iudex laicus. Tertio dicitur, quod ſi is ante deprehenſionẽ in delicto ſe gerebat pro laico, & ſic cõmuniter habebatur, etiam ſi in tempore deprehenſionis fuiſſet in habitu clericali, non eſt reſtituendus, donec de clericatu fidẽ fecerit per inſtrumenta teſtimonialia clericatus, vel per exhibitionem tituli beneficij, & per probationem, quod ſit quaſi in poſſeſſione ipſius beneficij, vel per ſimilia: interim proceſſus iudicialis quieſcet in cap. ſi iudex de ſent. excomm. in. 6. B Quarto dicitur ad punctum quæſtionis, quod vbi abſunt prædicta indicia clericatus in primo dicto relata, regula generalis eſt, quod in dubio, ſi clericus ſit captus per iudicem ſæcularem debet remanere penes eum donec fuerit cognitum per iudicem eccleſiaſticum de clericatu, & comperto, quod ſit clericus, remittendus eſt ad iudicem ſuum eccleſiaſticum. Ita cõmuniter doctores. ¶ Quinto dicitur, quod clericus etiam in ſacris, qui dimiſſo habitu & tonſura ſe immiſcet enormitatibus, etiã nulla admonitione præcedente, amittit priuilegium fori, ſecundum deciſiones magis communes, & conſuetudines approbatas. At Sylueſt. verbo. clericus. 3. verius limitat hoc. q. 8. quoad priuilegiũ, ſi quis ſuaden. C ſed non quo ad priuilegium fori, niſi poſt monitionem, ſecundum aliquos: facit. cap. ſi iudex de ſent. excommu. in. 6. ¶ At licet in habitu, & tonſura incedẽtes, quantumcunque grauia crimina reiterent, & committant non efficiantur de foro ſæculari ſecundum Boſsium. in tit. de for. compet. poſt num. 134. Tamen clericum ſeditioſum & turbantem publicam quietem in defectu ſui prælati, ſolet ſenatus eijcere ab illa ciuitate, vel loco. Et tolerabilis videtur talis prouiſio ſi fiat ſolum ad tempus, tum vt conſulatur incolumitati ipſius, ne à ſe offenſis offendatur etiam ſi ſit in ſacris: tum propter populi quietem.

D ¶ Simultas illa, quam ſæpe vidi exortam in noua Hiſpania inter rectores populorum Indorum ibi profectos á rege, & inter religioſos vicarios Indorum, quibus epiſcopi ſoliti erant ſuas committere vices ad corrigenda inter Indos delicta ad forum eccleſiaſticum pertinentia, me excitat ad pertractandum de delictis communis fori, quæ nam ſint (nam ex ignorantia materiæ huius illa ſimultas & diſsidium inter eos oriebatur) vt deinceps vnuſquiſque illorum cognito, quid pertineat ad proprium judicium, & quomodo, & quando non vſurpet alienum. Sunt ergo quædam delicta mere eccleſiaſtica, &

A quædam mere ſæcularia, & quædam miſta, ſcilicet, miſti fori, in quibus poteſt iudex laicus, & eccleſiaſticus cognoſcere. Et primo peccatum vſuræ dum de eo agitur criminaliter ſecundum Didacum, & praxim vterque iudex tam eccleſiaſticus, quam ſecularis poteſt procedere. Si autem de hoc delicto ciuiliter agatur, & in quæſtionem vertatur, an contractus ſit vſurarius, tunc ſecundum omnes legiſtas, & canoniſtas, & Bald. in. l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni iur. quia hæc cauſa pertinet ad iudicem eccleſiaſticum iudex laicus de ea ſe intromittere non debet. Si autem quæſtio ſit non de hoc, ſed de facto, quia de facto repetuntur vſuræ, tunc B competens iudex eſt iudex laicus. Sed ſi incidenter quæſtio vſurarum proponitur per modum exceptionis, tunc iudex laicus cognoſcere poteſt incidenter ſuper quæſtione iuris, & ipſum annullare contractum, tanquam vſurarium, & reſcindere. Eſt opinio communis iuriſtarum, & canoniſtarum, vt dicit Guido Papæ conſil. 180. num. 2.

¶ Adulterium etiam eſt communis fori pertinens ad vtrumque iudicem eccleſiaſticum, & ſæcularem, niſi agatur ad tori ſeparationem propter adulterium: quia tunc ſolum iudex eccleſiaſticus de hoc cognoſcit. Eſt communis, vt ait Didacus ſuper. 4. decretalium. num. 8.

C ¶ Crimen autem concubinatus miſti fori eſſe videtur. Et quod iudex eccleſiaſticus de hoc crimine cognoſcat eſt res conſtans, ſecundum Gofred. At quod pertineat ad forum ſæculare inde aliqui probant, quod concubina ſacerdotis, ſi eſt notoria puniri poteſt per iudicem ſæcularem, licet ſi ſit occulta non poſsit puniri, niſi per epiſcopum. At certe explorans recopil. nou. legum. Hiſp. tit. amancebados, video quod ibi commendatur iudicibus laicis cura: puniendi vxoratum publice concubinam tenentem, vel in ſua domo recopil. lib. 8. l. 5. tit. 19. & puniendi hominem, vxoratam extractam à domo viri publicè in concubinam habentem, & puniendi D hominem vxoratum concubinam habentem, quacum viuit in vna domo, & non vitam agit cum vxore recopil. lib. 9. tit. 19. l. 6. Vbi viſus ſum mihi ſubnotare, quod in hac recopil. noua. vbi commendatum eſt recopilatori, & id negocium ei eſt datum, vt leges, quæ erant in vſu recopilaret, nihil de ſimplicibus concubinarijs ſolutis meminit. Crimen item Sodomiæ videtur eſſe miſti fori. Nam vt videtur colligi. cap. cleric. de exceſsibus prælatorum. iudex eccleſiaſticus poteſt in hoc crimine procedere contra laicum. Eſtque communis, vt atteſtatur Bermond. in tract. de concubinatu. nu. 43. Hoc autem videtur ſignificaſſe Pium. V. vbi per proprium



prium motum cap. cum primum decernit in delictis ſimoniȩ blaſphemiȩ ac ſtupri nefandi poſſe procedi etiam ad ſimplicem & ſecretam denũciationem per iudices de iure competẽtes quoſcunque, tam ratione delicti, quam perſonarum, itaque inter eos locus ſit præuentioni. Atque in his ex calumnia denunciantes ad pœnam talionis teneri papa mandat. Item idem Pius Quintus in extrauaganti, cuius tenor eſt hic: Omnes, & quoſcunque presbyteros, & alios clericos ſæculares & regulares cuiuſcunque gradus, & dignitatis tam dirum nefas, puta, Sodomiæ exercẽtes omni priuilegio clericali, omniq; officio dignitate, & beneficio eccleſiaſtico præſentis canonis autoritate priuamus, ita quod per iudicẽ eccleſiaſticum degradati poteſtati ſæculari ſtatim tradantur: incurriturque (vt docet Nauarr. in ſum. cap. 27. nu. 249.) hæc priuatio ipſo iure propter illud verbum, priuamus, ca. excommunicamus de hæreticis. At verò propter illud verbum exercentes, quod conſulto fuit poſitum à datario, tãtum comprehenduntur ſub hac priuationis pœna interprete eodem Nauarro hi, qui vſu quaſi continuato id vitij exercent arg. l. ſciendum. §. illud. ff. de ædil. edict. non autem, qui tantum cadit aliquoties, & pœnitet cecidiſſe. Arbitrio ergo boni viri relinquitur, quando poſsit dici exercitor eius. Atque ſecundum declarationem Gregorij. 13. hæc pœna priuationis, quia non fundatur in præſumptione, forum etiam interius reſpicit, quia non ponit diſcrimen inter vtrumque forum; comprehenditque ſolum habentem copulam ſodomiticam, ſed non comprehẽdit actũ cõtra naturã, ideſt, pollutionẽ extra ordinariã, neque actum pollutionis viri cum fœmina extra vas ordinarium, ſed concubitum maſculi ad maſculum ſecundum D. Thom. 2. 2. q. 154. art. 11. An vero ſicut eſt grauiter in foro exteriori recepta, ſic in foro interiori recepta ſit, ſe neſcire fatetur Nauarrus, quia eſt quæſtio hæc facti, ad quam reſpondere nõ ſpectat ad iuriſconſultum. Diſpoſitio autem hæc priuatio ipſo iure eſt, & non eſt irregularitas; ſed peior eſt illa, eo quod nulla irregularitas inducit priuationem beneficij iam quæſiti ipſo iure.

¶ Crimen ſacrilegij mixti dicitur eſſe fori, quia poteſt ab vtroque iudice tam eccleſiaſtico, quam laico puniri, eſtque locus præuentioni inter illos. Vide cap. cum ſit generale, & in cap. conqueſtus de foro compet. ita omnes concludunt. Sed in regno Franciæ de conſuetudine laici iudices cognoſcunt de ſacrilegio & non eccleſiaſtici.

¶ Item de ſortilegio, dum quæritur, an communis ſit fori dicitur, quod ſi huiuſmodi ſortilegium continet in ſe inuocationem dæmonis

A ad ſciendum futura, quia ſapit ſic hæreſim manifeſtam ſine dubio pertinet ad inquiſitores. Si autem dæmon non inuocetur ad aliquid contra fidẽ, ſed verbi gratia ad intentandã pudicitiã mulieris, ſic ſortilegiũ non pertinet ad inquiſitores ſed ad iudicẽ ordinarium, ſiue eccleſiaſticũ, ſiue ſæcularem. Nam crimen ſortilegij eſt communis fori, ita vt vterque iudex poſsit procedere ſecundum Abbat. cap. 1. num. tertio, & quarto, de ſortileg. An vero epiſcopus poſsit capi facere laicos in criminibus communis fori: ad hoc dicitur, quod cum variæ ſint ſuper hoc opiniones iuriſtarum, ſtandum eſſe cenſeo conſuetudini prouinciæ circa hoc. Cæterum in recopil. B nou. leg. tit. iuriſdictio eccleſiaſtica, libro. 3. tit. 3. l. 11. cauetur, vt literæ citatoriæ & monitoriæ excommunicationis, & aliæ quæuis literæ expeditæ per quoſlibet prælatos, & iudices competentes eccleſiaſticos directæ contra quaſcunque perſonas non impediantur, quantum ad earum lecturam, & notificationem ſub pœnis ibi contentis, & quantum ad hoc earum intimatores patrocinium ſecuritatis à rege accipiunt. Subinde quia res quotidiana eſt, ſi quis ſcire cupiat, an ſi quis pro crimine communis fori punitus fuerit ab eccleſiaſtico iudice poſſit à iudice laico grauius pro eodem puniri, Reſpondetur, quod communiter dicitur, quod ſic: quia ſunt C iuriſdictiones diſtinctæ, & ſeparatæ. Et profecto hoc apparenter dicitur, dum ſacrilegium eſt contra vtramq; legem eccleſiaſticam poſitiuam & ciuilem, vt homicidium perpetratum in eccleſia, & furtum rerum eccleſiaſticarum (quia hæc peccata malitiam ſacrilegij, & furti & homicidij habent) poterit vterque iudex non obſtante præuentione alterius pœnas ſtatutas per leges ſecundum quas de eodem ſacrilego iudicat exigere, neque hoc eſt punire bis in id ipſum, ſed eſt punire duas malitias ſpecificas eiuſdem actus. Sed in alijs ſacrilegijs & criminibus mixti fori æquius eſſet, vt daretur locus præuentioni & vt ſufficienter punitus in vno foro crimino- D ſus non amplius puniretur in alio foro, ad exemplar Dei noſtri. De quo dicitur, quod non punit bis in id ipſum. Sed in hoc ſtandum erit vſui. Quanuis inficiari non poſſumus, poſſe eſſe tantam atrocitatem criminis, vt non obſtante punitione per vnum iudicem illatam, poſsit per alium iudicem puniri, vt colligi videtur ex cap. ad falſariorum de crimine falſi, in quo conſentiunt omnes doctores. Parcat lector, ſi rem neceſſariam pro Indis diſputaui.

¶ Adde verò, quod iudex ſæcularis tenetur præſtare brachium ſeculare, quando eius ſubditus reſiſtit ei de facto contra ius: ſecus ſi de iure & ille ad ſuperiorem appellauit. Ita Panor in cap.

A in cap.1.de offic.ordinarij. Hinc ſequitur, quod id, quod dicit Felin.cap.1.de ſponſal. quod quãdo iudex eccleſiaſticus poteſt per ſe exequi, nõ debet vocare tale auxilium, quia iura dicunt, quod tantum inuocandum eſt dum opus eſt, vel neceſſe, intelligendum eſt, quando id per ſe poteſt de iure, conſuetudine contraria non derogato, & etiam ſimul ſi id non poſsit defacto. Alioquin, ſi conſuetudo legitima ſibi impedimento eſt, quo minus poſsit per ſe exequi aliquid, ſcilicet, captionem rei, ſi alicubi non eſt hoc in vſu, etiam ſi de facto id poſsit: ad vitandum tumultum, & ſcandalum tenebitur brachium ſæculare inuocare, & ne deroget legitimæ conſuetudini.

## CAP. CCLXXXVII.

*De regulis obſeruandis, circa expoſitionem legũ, vt rectum proferatur iudicium: Et de conſuetudine, & eius effectibus, & quando cenſeatur obligare ſub præcepto: Et de aliquibus exemplificatis caſibus: Conſuetudo in foro exteriori per quantum curſum temporis debet eſſe obtenta: Et an conſuetudo ſemel reprobata à lege poſsit amplius introduci: Vbi reſpondetur per tria dicta, & per tria corollaria, quod lex in dubio interpretanda eſt per conſuetudinem. Et dum circa intelligentiam legis ſunt opiniones, an eligenda ſit opinio probabilior, aut magis communis: Et an ſatis ſit eligere probabilẽ, an magis ſecura præferenda ſit probabiliori: Et quid ſi vtraque ſit æquè probabilis.*

QVONIAM quatenus illam conditionem ſecundam aſsignatam à D. Tho. vbi ſupra requiſitã in foro exteriori, ad eliciendum iudicium rectum explicaremus multos contingentes caſus, in quibus iudicium vſurpari poterat, & fieri ſine legitima autoritate, in medium diſputandos adduximus, nunc de ſecundum Diuum Thomam neceſſaria ad idem tertia conditione, ſcilicet, quod tale iudicium fiat ſecundum regulas prudentiæ diſſerendum eſt nobis. At quia Regulæ prudentiales iſtæ, ſecundum quas autore Diuo Thoma proferendum eſt iudicium, ex legibus, maturo quippe prudentiæ conſilio, & experientia conditis, & earum recta interpretatione & expoſitione colliguntur: ideo ſatis apte huius rei gratia hîc de expoſitione legis, ſiue canonicæ, ſiue ciuilis habendus eſt ſermo. Quæ quidem doctrina tanto magis cognitu eſt neceſſaria, quanto principia communia ſubminiſtrat, ad multa dubia moralia, quæ ſecundum rectam intelligentiam legum decidenda veniũt. Quæ quidem doctrina, vt diſtinctius procedamus per quaſdam quaſi regulas generales opus eſt, vt tradatur.

¶ Sit igitur prima regula: In expoſitione legis ſiue canonicæ, ſiue ciuilis, ſiue conſuetudinis vicem legis habentis ſeruanda eſt mens ſiue intentio legiſlatoris. Hæc regula probatur cap. intelligentia de verbor. ſignific. Vbi ſecundum gloſſam, verba non ſunt intelligenda ſicut B prima facie ſonare videntur, maxime, ſi ambigua ſunt, ſed recurrendum eſt nobis ad intentionem legiſlatoris loquentis, quia verba deſeruiunt intentioni, & non è contra cap. is .autem. 22. q.2. quia non ſermoni res, ſed rei ſermo eſt ſubiectus. Vnde in ambiguo non tam verbis, quam intentioni ſtandum eſt. Et licet verum ſit, quod intentio legiſlatoris ſumenda eſt ex verbis (nam per verba legiſlator ſignificat ſuam intentionem) tamen quando ex verbis, quia obſcura ſunt legiſlatoris intentio innoteſcere non poteſt ex cauſa, & perſona, loco & tempore ſumi debet, quãdo verba non ſunt clara ad iudicandum, vt patet ex cap. intelligentia de verbo. ſignifi. ex Hilario C dicente; Ex cauſis ſumẽda eſt dicendi cauſa, quę mouit papam. At ne intẽtio legiſlatoris, quæ in ſua conſtitutione & diſpoſitione vniformis debet eſſe, iuxta cap. maiores, de baptiſmo varia eſſe gloſſetur, vniformis debet eſſe cuiuſcunque autoritatis intellectus. Vbi ſubnotat Panormitanus, quod conſtitutio, ſeu diſpoſitio habens plures orationes, debet vniformiter intelligi. Vnde cauda non eſt ſeparanda â capite, ita vt ad aliud referatur principium & ad aliud finis.

¶ Secunda regula ad rectum iudicium proferendum, quando lex eſt dubia, vel contrariæ circa eius expoſicionẽ interueniunt opiniones doctorum, & dubium eſt nouum, ſtandum eſt tunc D conſuetudini loci, ſi de ea conſtat. Patet autẽ regula hæc, quia in hoc caſu conſuetudo optima eſt legum interpres, vt patet in cap. dilectus. de conſuetud. Circa quam regulam notatione primo dignum eſt, quod ea eſt vis legitimæ conſuetudinis vt vim legis habeat: abolet enim legẽ & interpretatrix legis eſt. Quia ſecundũ Diuũ Tho.1.2.q.97.ar.3. & ſecundũ Panormit. ca. de conſ. quod multoties fit videtur ex deliberato iudicio rationis prouenire. Vnde cõſuetudo interpretatur priuilegia, indulgẽtias, & ſtatuta, ſicut & legem. c. cũ dilectus de cõſuetud. & habet locũ vbi viguit, ſecundũ Panor. de cõſuetud. ca. cũ olim, & requiritur, vt maior pars populi vtatur



illa. Ita Panor. ca. final. de conſuetudine. Itẽ A licet conſuetudo ſecundum D. Th. vbi ſupra & doctores in cap. finali de conſuet. non poſsit mutare legem diuinam, aut naturalem, poteſt eam limitare, vt in aliquibus caſibus, plures exigendo teſtes, quam duos vel tres. Limitat lex humana ius diuinum, quod ait quod in ore duorũ, vel trium ſtet omne verbum. Poteſt etiam legẽ diuinam declarare, vt patet in conſuetudine laicorũ cõmunicantium in ſola ſpecie panis, quæ declarat illud præceptum diuinum Ioan. 6. vbi Dominus ait: Amen amen dico vobis, niſi manducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius ſanguinẽ, non habebitis vitam in vobis; ſatis adimpleri ſumendo corpus Domini ſub ſpecie tantũ B panis. Nam ſecundum etiam concilium conſtantiẽſe, corpus Domini contentũ ſub ſpecie panis, cum ſit verum corpus & viuũ, non eſt ſine ſanguine: vnde qui ſacramẽtaliter ſumit eius corpus concomitanter ſumit & ſanguinem ſub ſpecie panis: quamuis illud non ſumat ſub ſpecie vini. Conſuetudo quoque diſtinguit ius diuinũ, aut naturale, ſicut præceptum de non occidendo, dũ conſuetudo diſtinguit caſus, in quibus occidere licet ab his, in quibus occidere non licet, ſimul id explicante ratione. Adauget quoq; ius diuinum aut naturale conſuetudo, ſicut etiam ius poſitiuum illud adauget, ſcilicet, ſuperaddẽdo pœnas ad eius obſeruationem firmiorẽ. Irritat quoque C conſuetudo contraria ius poſitiuum, & in eo diſpẽnſat. Cõſuetudo inſuper dat iuriſdictionem. 9. q. 3. can. cõqueſtus, & de foro competẽt. ca. cũ contingit. C. de emancip. l. 1. & fin. Adde etiam, quod conſuetudo tunc incipit præualere contra legem contra Syluestrũ quatenus attinet ad forum conſcientiæ, autore Metina Salmanticenſi quando viri probi & prudentes cẽſent introductam iam eſſe ſic ſuper. 1.2. idem Metina. Neque enim requiritur tãtum, vel determinatũ tẽpus ad hoc, quidquid ſit de foro exteriori. Cui ſuffragatur Sotus de iuſt. & iure dicẽs, quod tũc habet conditiones bonæ legis, & obligantis, quã D do eſt rationabilis, & non procedit ex væcordia vel impotentia regis, ſed ex eius ſimulata ſimulatione, tuncque viget tanquam lex, quando cõmuni hominum iudicio ſic acceptata eſt, vt cõmuniter peccatum exiſtiment eſſe facere contra illam. Ex quo corollarie conſequitur ſecundum ipſum, quod conſuetudo, quæ ex animi feruore & pietate tantum ortũ habuit, non habet vim præcepti, niſi poſtea ſub præcepto cuſtodiatur. Vnde exiſtimat Sotus conſuetudinem de litania dicenda in ordine prædicatorum in diebus ferialibus, non habere vim præcepti ſecundum bene ſentientes, tollitque ſcrupulum de culpa mortali, ſi religioſi Dominicani ſic pſalmos pœnitẽtiales, vel pſalteriũ in die Paraſceue nõ dicamus. Sed non loquitur de prælato, ſi non curaret hæc à communitate tunc dici. Hinc etiã infertur conſuetudinem prædicendi matutinas ante celebrationẽ miſſæ, non obligare ſacerdotem ſub culpa mortali. At licet ſecundum Vincent. Bandel. in conſtit. fratr. Prædic. diſt. 1. ca. 1. prælati huius ordinis poſsint mutare officium, quoad accidentalia, vt ſi debeat fieri officiũ de feria, fiat de ſanctis, ſi faciant ex rationabili cauſa; nõ tamẽ poſſunt innouare aliquid ad perpetuo durãdum per modum conſtitutionis, aut conſuetudinis generalis, circa diuinum officium: quia non poſſunt tollere conſuetudines cõmuniter approbatas. Itẽ B etiã tãta eſt conſuetudinis vis, vt legẽ contrariã tollere poſsit. Et ſecundũ Archiepiſcopũ Florentinum, licet poſterior conſtitutio ſimpliciter tollat priorem, ſibi expreſſe contrariam, etiam ſi de ea non faciat mentionem, tamẽ conſuetudinem præſertim ſpecialem non tollit, niſi fiat mẽtio de ea cap. licet de conſt. lib. 6. Sicut etiam poſterior conſtitutio reſcriptum non tollit cap. cæterum, de reſcriptis, neque etiam priuilegium, vt notat gloſſ. cap. quoniam diſt. 28.

¶ Denique tantus eſt vigor conſuetudinis, tantamque autoritatem obtinet cõſuetudo apud leges Hiſpanicas, vt in recopil. nou. leg. tit. priuilegios y coſtumbres libro ſeptimo, tit. 2. C leg. 4. ſpecialis recommendatio fiat de non violandis, ſed obſeruandis priuilegijs, & bonis vſibus, & conſuetudinibus, quibus potiuntur ciuitates, & oppida eligẽdi ſenatores, vel alios quoſcunque officiales notorios, id eſt, tabelliones publicos. Vide ibi. l. 5.

¶ Præterea, vt conſuetudo tanquam vim habens legis, excuſare poſsit, & vt ſit fida interpres legis, requiritur ſecundũ prędictum Metinam in ſua. 1.2. quod non ſit occulta, vt ad principis notitiam peruenire non poſsit. Secundo, quod formaliter vel interpretatiue approbetur à principe. Hinc vnum corollarium infert quod conſuetudo inducta ab ſtabularijs, vel tabellionibus acD cipiẽdi aliquid vltra pretium taxatum eos à culpa mortali & reſtitutione non excuſat; quia rex neque formaliter, neque interpretatiuè huiuſmodi abuſus approbat. Deinde conſuetudo licet autore Soto non viget tanquã lex breui tempore, nam ſicut lex iudicio, & prudẽtia condi debet, & quia iudicium tempus requirit, fit ſane, vt cõſuetudo breui tempore ad robur legis obligantis non perueniat, niſi quando vt iã ex mente Soti de iuſtitia, & iure. libro primo, quæſtio. ſeptima, artic. 2. diximus, communis hominum iudicio, & arbitratu peccatum eſſet facere contra illam. Et hoc quatenus attinet ad forum conſcientiæ. Nam loquendo de foro exteriori, requi-

requiritur ſecundum gloſſ.in cap.finali. de con
ſuetud. quod talis conſuetudo ſit obtenta per
curſum temporis requiſiti ad præſcriptionem.
Panormitanus autem ibi per diſtinctionē hanc
quæſtionem de tempore requiſito ad conſuetu
dinem inducendam ſic dilucidat. Nam ſi de iu-
re ciuili loquamur, requiritur tempus decem
annorum, vt communiter tenent doctores,etiā
ſi conſuetudo ſit contra ius. De iure vero cano-
nico,ſi conſuetudo eſt præter ius,requiritur tem
pus decem annorum. Ita gloſſ.not.in cap. fina.
de conſuet.in.6.Si autem eſt contra ius canoni-
cum, tunc requiritur tempus quadraginta anno
rum. Et in hoc caſu requiritur, quod conſuetu-
do ſit præſcripta. Ita in dict. cap. fin. Si autem
conſuetudo venit cōtra reſeruata principi in ſi-
gnum ſpecialis priuilegij, tunc vtroque iure re-
quiritur tempus,de cuius principio non eſt me-
moria in.c.ſuper quibuſdam.de verb.ſignifi. Si
tamen Papa ſcit conſuetudinē, & tolerat ſecun-
dum Anton.in dict.cap.fin. ſufficit tempus de-
cem annorum. Deniq; quia conſuetudo legiti-
ma vim legis obtinet,hinc eſt,quod ſecundū Pa
nor.in rub.de conſuet.arbiter iudex,qui ſecun-
dū compromiſſum tenetur pronunciare, ſecun-
dum iura poteſt pronūciare ſecundū conſuetu-
dinem,etiam iuri contrariam,& ſecundū ſtatu-
ta loci : quia conſuetudo eſt quoddam ius non
ſcriptum: & quia iura mandant iudicari ſecun-
dum ſtatuta,& conſuetudines locorum vt in.ca.
3.de eo. qui mit. in poſſ. Differt conſuetudo à
præſcriptione,quia ſecundū Couar. præſcripto
tangit priuatam perſonam, conſuetudo autem
maiorem partem communitatis reſpicit.

¶ Porro quæſtio digna ſcitu ſe hic offert, ſci-
licet,an conſuetudo ſemel reprobata à lege poſ-
ſit amplius introduci. Quæſtionis autem huius
reſolutio non eſt tam patens,vt non controuer-
tatur etiam inter Theologos doctiſsimos. Nam
Metin.in ſua.1.2.tenet,quod non obſtāte,quod
lex aliqua aliquid ſtatuerit derogando expreſſe
conſuetudinem contrariam per hæc verba, non
obſtante vlla cōſuetudine poterit abrogari per
conſuetudinem. Probat autem hoc exemplo ſa
cerdotum,qui ante conc.Trid.ex conſuetudine
confitebantur inter ſe, non obſtante textu ca-
nonico Bonifacij cap. ſi epiſcopus.de pœnitent.
& remiſſ.in.6.Vbi decernitur, quod neque ob-
iectu conſuetudinis poteſt quis ſibi eligere con-
feſſorem.Probat item id ratione:quia per verba
poteſt princeps abolere legem excludentē con-
ſuetudinis contrariæ introductionem : ergo
etiam per facta contraria, diſsimulando ſuper
his,poteſt eam abrogare. At Sylueſt.verb. con-
ſuetudo.& Sot.de iuſtit.& iur.lib.1.quæſtio. 7.
ar.2.contrariam tueatur ſententiam,quia quan-
A diu princeps illam non reuocat legem,vbi ſuam
intimauit intentionem, ſcilicet, quod conſuetu-
do non poſſet præualere contra eam cenſendus
eſt,in ea perſeuerare.

¶ Neq; ſolum ſuper prædicta quæſtione cō-
certant prædicti Theologi, ſed etiam quæſtio
hæc in controuerſia eſt apud iuriſtas.Nam gloſ.
in Clem.ſtatutum. de elect. verb. conſuetudine
cenſet legem improbātem conſuetudinem,præ-
teritam conſuetudinem tantum reprobare non
futuram,iuxta cap.1.de conſtit.lib. 6. Contra-
rium autem tenet gloſſa. cap. 1. de conſtitu. in
6. vbi probat contrariam ſententiam in ſpecie
cap.vno de cleric.non reſid.Vbi hęc gloſſa vbi,
B verbo,expreſſe.exiſtimat non poſſe nouā con-
ſuetudinem induci quoties ipſum ius conſuetu-
dini reſiſtit,ſicut in dict.ca.vno reſiſtit.

¶ Ne ergo inter tam varias ſententias vacille-
mus,reſpondetur ad quæſtionem per hæc veri-
ſimiliora dicta.Dicimus ergo primo,quod con-
ſuetudo ex noua cauſa poteſt induci contra le-
gem derogantem expreſſe futuris conſuetudini
bus. Patet, quia ſic concluditur ex. l. final. C.
ſi contra ius. vel vtil. & ita gloſſa in clem. ſta-
tutū:de elect.ita Dominic. Abbas. Decius. Eſt
communis. Et patet: quia noua cauſa & noua
ratio videtur tollere iniquitatem, quam conſue-
tudo videbatur habere tempore, quo fuit re-
C probata per legem.Secundo dicimus,poteſt ſim
pliciter conſuetudo conſtitui, & obtinere vi-
res contra legem; quæ licet conſuetudini de-
roget, eamque reuocet, nihilominus eam
non reprehendit,neque damnat, aut reprobat,
vt iniquam. Hæc ſententia facit pro opinione
Metinæ contra Sylueſt.& Sotum, & facit pro
ſuo exemplo, quo eo confirmat. Nam non ob-
ſtante prædicto textu, ſi epiſcopus. derogante
conſuetudini eligendi ſibi confeſſorem potue-
runt ſacerdotes conſuetudinem inuicē ſibi con-
fitendi introducere, quia hanc conſuetudinem
reſpectu ſaltem ſacerdotum non reprobat ibi
Bonifacius, neque eam damnat, tanquam ini-
D quam, licet ei in generali deroget.Hoc noſtrum
ſecundum dictum fulcitur autoritate Couarru-
uiæ in tracta. de varijs reſolut. lib. tertio. cap.
decimotertio, quod & probat ibi exemplo; Si-
cut ſolent veteres leges tolli, non quod iniquæ
ſunt, ſed quia ſic placet tunc principi ex aliqua
tunc currenti ratione, taliterq; tolluntur,quod
poſſunt in praxim reduci, ſi adminiſtratori rei-
publicæ placuerit: ſic & in hoc caſu derogatur
conſuetudini, non vt iniquæ de ſe, ſed vt non
expedienti pro tunc, quæ tamen ſicut verbo
principis potuit poſt introduci, ita eius diſsi-
mulationis facto poterit reſtaurari. Neque ob-
ſtat, quod in conſtitutionibus, vel legibus po-
ſterio-



ſterioribus ad derogationem conſuetudinis eius
menrio facta ſit,quia hoc fit ea de cauſa, vt inno
teſcat per leges has cōſuetudinem abrogari. Nā
alias per conſtitutionem legis generalis editæ â
principe non cenſetur aboleri conſuetudines re-
gulariter, quæ ante ipſam legē ex conſenſu po
puli vigorem obtinebant iuxta cap.1. de con-
ſtitu. in.6. ¶ Tertio dicimus, quod lex, vel ca-
non,ſi aliquam conſuetudem iniquam & irratio
nabilem eſſe decernat, tunc non tantum præte-
ritam conſuetudinem,ſed futuram damnat:vn-
de futura conſuetudo præualere non poteſt iux-
ta ſententiam Innocentij cap. ex parte.de con-
ſuet.Ita Domin,& Couar.loco citato.Et in hoc
ſenſu vera eſt opinio Soti & Sylu.cōtra Metin.
allegata. Quia cū talis conſuetudo per legem ſit
reprobata,cauſa eius iniquitatis,cum hæc iniqui
tas perſeueret præſumitur,& voluntas legiſlato-
ris, qui eam conſuetudinem reprobauit,ſemper
perſeuerare.

¶ Vnde ſequitur corollariè, quod conſuetudo
futura precedere nequit aduerſum canonem,vel
legem,quæ ipſam conſuetudinem ſimpliciter re
probauit. Nam eo ipſo,quod eam reprobat, in-
terpretatiue eam iniquā eſſe iudicat.Ita Couar-
ruuias loco citato ita Abbas Domin. & Bar-
tol. l. vltim. ff. legat. Areti.Bald. Tiraq. Ale-
xand. Iaſ.

¶ Deinde ſequitur corollarie ſecundo, quod
per hæc verba,ſublata quacunque conſuetudine
vel non obſtāte quacunque conſuetudine,tolli-
tur & reuocatur conſuetudo immemorialis. Ita
gloſſa in clem, vnica verbo, quamuis de rebus
eccl. ita quoque gloſſa in clem.1. verbo quanti-
cunque de for.comp.ita Felin. And. Ant. Car.
à Couarruuia allegati. Quod tamen limitat ipſe
Couarr.quando conſuetudo vt irrationabilis,&
iniqua reprobatur, & damnatur. Nam tunc per
illa verba generalia, imo etiam non generalia
cenſetur conſuetudo centenaria, & immemoria
lis reprobata. Sequitur tertio corollariè, quod
ſi poſt illam ſanctionem, qua ſanxit papa cap.
vnico de cleric.non reſid.in.6. quod diſtributio
nes quotidianæ etiam ex conſuetudine abſenti-
bus dari non debent, conſuetudo eſſet inducta,
quod diſtributiones quotidianæ darentur abſen
tibus à diuinis officijs, oportet, vt valida ſit,
quod ex cauſa aliqua rationabili interueniente
ab iniquitate poſsit excuſari. Nam alias iniqua
conſuetudo eſſe videtur. Ita Couarruuias vbi
ſupra,cum Panor.& Ioan.Andr. ibi à ſe allega-
tis. Denique aduertere oportet cap. vnicum de
cler.non reſidentib. in. 6. intelligendum eſſe de
generali conſuetudine. Nam ſi ſpecialis conſue-
tudo ex ſpeciali cauſa in aliqua eccleſia inua-
luiſſet ob iuſtam rationem, tunc non obſtante
A illa particula,ſcilicet,etiam ex conſuetudine con
tenta in illo cap. vnico talis conſuetudo præua-
leret. Vt ſi aſſuetum eſſet alicubi diſtributiones
dari abſentibus cauſa ſtudij, vel ad breue tem-
pus ſecundum Couarr.& Decium ab eo allega-
tū.At per ſupra dicta patet concordia aliqualis,
quam inter Metinam ex vna parte, & Sotum
& Syluestr.ex alia,aſsignauimus.

¶ Poſt quam de recto iudicio eliciendo ſuſ-
cepto ſermone,quia autore D. Thoma. 2.2.vbi
ſupra in. 3. conditione ſecundū regulas rationis
eliciendū eſt,de cōſuetudine quæ interpretatrix
eſt legis,per quam fit iudiciū, atq; ſi legitima eſt,
vice legis fungitur plura diximus:nunc rurſum
B poſt illas duas generales ſtatutas regulas ad cap
tandam intelligentiam canonis, vel legis in du-
bio, quia ex hac intelligentia vera rectum ſu-
mendum eſt iudicium ad expoſitionem legis
vel canonis reuertamur. Dicimus ergo, quod
quando legis eſt intelligentia dubia, neque ex
mente legiſlatoris conſtat, neque eam per con-
ſuetudinem,quia nulla extat interpretari poſſu-
mus, tunc ſi verba legis ſunt clara à verborum
ſignificatione nobis recedendum non eſt, niſi
abſurditatem continerent, vt in cap. finali de
verborum ſignific. decernitur. Si vero verba
clara non ſunt, quia intellectus eorum eſt mul-
tiplex,tunc benignior ſenſus ſequendus eſt cap.
C finali de tranſlat. Sed quid, ſi non appareat via
benignior? tunc de ſimilibus ad ſimilia proce-
dendum eſt, vt in cap.tranſlato de conſtitutio-
nibus. Sed non eſt dare ſimile, neque occurrit
menti iudicis, quale debeat proferre iudicium:
tunc neceſſe habet recurrere ad principem,quia
eius eſt legem interpretari, cuius eſt legem
condere : vt cap. inter alia. de ſentent. ex-
communicatio.

¶ Si autem dubium reddatur iudicium prop
ter varias opiniones doctorum, quid iam tunc
erit agendum? Iam quæſtio hæc à nobis efflagi
tat regulas in electione opinionum ſeruandas.
Verum in hoc Theologi, quatenus attinet ad
D forum conſcientię, & iuriſtæ quatenus attinet
ad forum contentioſum paululum differentes
aſsignant regulas circa præelectionem opinio-
nū.Igitur vt ſatisfaciamus prius Theologis opor
ret: nā poſt votis iuriſtarum correſpōdebimus.

¶ Quæritur ergo primo, an eligenda ſit ma
gis opinio communis, quam illa quæ licet non
ſit communis, tamen probabiliores, & potio-
res rationes pro ſe habet. Et videtur, quod non
quia certior opinio eſt eligenda, quia propter
maiorem certitudinem fit electio; ſed certior vi-
detur illa opinio; quæ licet non ſit communis
potiores & probabiliores habet pro ſe rationes;
nam ſicut certitudo de ſumitur ex ratione; ita
maior

maior certitudo deſumitur ex potioribus,&pro babilioribus rationibus. Sed in contrarium eſt autoritas Philoſophi in. 6. Ethic. quæ refertur à Diuo Thoma. 2. 2. quæſtio. 49. artic. tertio. vbi ait, quod oportet attendere expertorum,& ſeniorum, & prudentum in demonſtrabilibus enunciationibus, & opinionibus, non minus, quam demonſtrationibus, quia propter experientiam vident principia, atq; ideo Prouerb. 3. dicitur: Non innitaris prudentiæ tuæ. Et eccleſiaſtici. 6. dicitur: In multitudine presbyterorum, id eſt, ſeniorum prudentum ſta, & ſapientiæ illorum ex corde coniungere.

¶ Secunda præcedenti affinis hîc fit obuia quæſtio, ſcilicet, an ex opinionibus quarum vna eſt probabilis, & altera probabilior neceſſario omiſſa probabili eligenda ſit probabilior. Et videtur, quod ſic ſit eligenda, quia eligenda eſt neceſſario opinio certior, & tutior: At illa opinio, quæ eſt probabilior videtur eſſe certior atque per conſequens ſecurior: ergo probabilior eſt eligenda magis. Sed in contrarium eſt, quod opinio probabilis, id eſt, quæ habet pro ſe rationes ſufficientes ſecundum *Ariſtotelem poteſt eligi, quia eſt tuta, & quia ſatis eſt ſequi tutam in foro conſcientiæ: nam ſequi id, quod tutius eſt, relicto eo, quod eſt tutum magis ad conſilium pertinet, quam ad obligationem præcepti.

¶ Tertia vero annexa præcedentibus quæſtio eſt, an ſi ex duabus opinionibus, vna ſit probabilior; & tamen altera quæ tantum probabilis eſt, ſit ſecurior, eo quod minus continet periculi, ſit eligenda ſecurior; An vero eligenda ſit probabilior. Et videtur, quod probabilior, quia ſequenda eſt veritas, & veritati vicinior eſt, quæ eſt probabilior: ſed in contrarium eſt, quod tenemur vitare periculum præſertim damnum allaturum proximo: ergo eligenda eſt opinio non ita periculoſa, ſi ſit probabilis, quando quæ eſt probabilior eſt magis periculoſa.

¶ Quoniam prædictæ tres quæſtiones tres afferunt ſecum præcipuas difficultates, antequam eis faciamus ſatis nonnulla ſunt præmittenda principia. Primum igitur principium ſit notitia differentiæ, quam Sotus tradit in ſua logica in libro Poſteriorum, quæ eſt inter ſcientiam, fidem, opinionem, & dubium, & ſcrupulum. Eſt ergo ſcientia habitus certus, & euidens, per demonſtrationem adquiſitus. Etſi loquamur de actu ſcientiæ, eſt aſſenſus certus, & euidens per demonſtrationem adquiſitus. Cæterum loquendo de fide humana (nam modo non loquimur de fide reuelata, & diui-

A na) autore Soto ibi, nulla eſt differentia eſſentialis inter fidem humanum & opinionem, ſed ſolum differunt accidentaliter, ſcilicet, quia quia fides humana eſt ſine formidine, ſed opinio ſemper eſt cum aliqua formidine, contra alios aſſerentes, fidem humanam, & opinionem differre eſſentialiter; (Quia vt ipſi autumant) formido, quæ eſt priuatio alicuius partis certitudinis, eſt de eſſentia opinionis, non autem eſt de eſſentia fidei humanæ.

¶ Igitur opinio prout eſt actus intellectus, eſt aſſenſus probabilis, ſiue verus, ſiue falſus, ſed non omnino certus, ſed cum aliquali formidine alterius partis: cuiuſmodi ſunt opiniones in theologia. B Fides autem humana diffinita pro vt eſt intellectus actus, eſt aſſenſus certus, qui innititur non rationi probabili, ſed innititur autoritati aliquid aſſerentis cui fidem adhibeo, ſiue ſit verus, ſiue falſus. Nam fides humana poteſt ſubeſſe falſo. Dubium autem eſt, quando non aſſentimus magis vni parti, quam alteri, neque inclinamur magis ad aſſentiendum parti vni, quam alteri, ſed manemus in æquilibrio. Suſpicio autem eſt opinio, de aliqua re cōcepta ex leuibus indicijs, non cum certo aſſenſu, ſed cum aliquali aſſenſu, cum formidine tamen alterius partis. Scrupulus autem ſecundum Sotum, eſt adherentia intellectus, qua quis adhæ- C ret alicui concluſioni, ex leuiſsimis motiuis, & fere nullam apparētiam habentibus. Et hæc eſt melior diffinitio ſcrupuli, quam illa tradita à Nauarro in ſumma, cap. 27. num. 279. ſcilicet, quod ſcrupulus eſt cognitio cauſata ex argumento apparenti contra opinionem, vel fidem humanam, vel ſuſpicionem. Secundum principium ſit, quod inter opiniones aliqua eſt improbabilis, quæ amplecti non poteſt, & aliqua eſt probabilis, quæ ſecundum Metinam Salmantic. in ſua prima ſecundæ, amplecti poteſt. Probabilis autem dicitur ſecundum ipſum, quæ firmatur magnis argumentis & ſapientum autoritate, vt quod licitum ſit ferre lucrum ceſſans ei D qui mutuando illud amittit. Improbabilis autem opinio ē contra eſt illa, quæ nullis firmatur magnis argumentis, neq; doctorum autoritate. Tertium principium ſit, quod opinio cōmunis, de qua communiter affirmatur, quòd cæteris paribus magis eſt ſequenda, non eſt illa, quæ ideò ſolum cōmunis dicitur, quia illam plures ſequuntur, tanquam oues quædam, quæ ſine vllo iudicio ſequuntur alias ſibi præcedentes. Ita Nauar. in ſum. ca. 27. num. 289. Et patet, quia opinio non conciliat ſibi autoritatem opinionis communis, eo ſolum, quod multi ſine examine iudicij, & citra delectum procedentem ex maturo ſtudio, eam amplexentur, quia hæc opinio-

opinio-



opinione ſic communi etiam amplexata à. 50. & ab eis approbata ſolum autoritate aliquorum priorum, illa merito magis diceretur eſſe cōmunis, quam. 6. vel. 7. autores primæ notæ rem ex profeſſo tractantes aſſererent. Neque enim illa ſine examine acceptata, ſic etiam à. 50. eam ſequentibus eſt dicenda communis, ſicut neque multo plures teſtes ex auditu ſolo tantum probant, ſicut probant pauciores ex viſu. Hinc infert corollariè Nauarrus, quòd quando vtraque opinio habet. 10. vel. 8. fautores, & aſſertores graues, & cum iudicio eam eligentes, vtraq; poteſt dici communis, quia neutra earum eſt particularis, & nulla ſubeſt ratio, quare vna ſit magis dicenda communis, quam alia. Secundo & aliud corollarium infert, ſcilicet, quòd doctrina Ioannis Andreæ in cap. 1. de conſtit. de ſequenda cōmuni opinione, non eſt vſquequaque vera, niſi intelligatur, cum pauci reſpectu aliorum tenent contrariam, præter quam quod alias patitur exceptiones, de quibus erit dicendum. Quocirca non tanti magnifacienda eſt ſolicitudo illa, quā quidam recentiores ſuſceperunt ad indagandū, quænam ſit opinio quam plures tenent. Quartum principium, quoad forum cōſcientiæ notādum eſt cum Nauarro, quod quilibet agens cōſultor, aut iudex, qui in re dubia aliquid eſt acturus conſulturus, aut iudicaturus ad peccatum vitandum, oportet antequam id faciat, vt propulſet ab animo dubietatem illam, ſic vt credat, aut certe opinetur opinionem ſic electam, iuxta quā agit, conſulit, aut iudicat veram eam eſſe, & eam debere ſequi. Nam aliàs, quia contraueniret conſcientiæ dubiæ non effugeret peccatum, & hoc eſt quod dici ſolet, ſcilicet, quod ne agatur cōtra dictamen conſcientiæ oportet prius deponere dubium, aut ſcrupulum, non tamen ad libitum ſecundum Cordubam, ſed ſi cauſa rationabilis ſubſit illum deponendi. Imo ſecundum Nauarrum vnus, & idem de vna & eadem re poteſt aliter, & aliter iudicare in ordine ad diuerſos effectus, vt ſumitur, argumētum ex cap. Dominus. de ſecund. nuptijs. & ex cap. inquiſitioni. de ſententia excommunic. Nam iuxta textus hos, qui ſecundo nupſit & dubius iam eſt de ſecundo matrimonio, quia dubitat, an prior coniux viuat, poteſt deponere dubium ad effectum reddendi debitum, ſi ſit exactus, & iudicare & credere poteſt, quod tunc licite poteſt reddere. Et tamen quoad effectum petendi debitum debet credere, & iudicare contrarium, ſcilicet, quod non licet ei ſtante dubio ſpeculatiuo illo de morte prioris coniugis petere à ſecundo debitum.

¶ His fundamentis, aut principijs ſic præſtitutis pro reſolutione primę quæſtionis ponitur reſponſiua concluſio: Opinioni communi do-

A ctorum grauium non minus innitendū eſt, imò magis ei inhærendum eſt, quam opinioni, quæ, licet non ſit communis, ſed particularis, probabiliores tamen videtur habere rationes; niſi hæc, quæ probabilioribus videtur præſtare rationibus ſit iam recepta in practica, & in vſu cōmuni bonorum prudentium, & expertorum timentium Deum, qui ea vtuntur, vel licet non ſit recepta in vſu ipſa, neque communis, ipſa tamen innititur alicui rationi ideo irrefragabili; vt ei opinio cōmunis nequeat aptè reſpondere. Quia tali ratione, vel rationibus mānet quaſi expugnata, & de falſō conuicta. Hæc concluſio proba- B tur primo, ex autoritate Ariſtotelis in. 6. Ethicorum dicentis, quod non minus in opinionibus attendendum eſt expertis ſenioribus, & prudētibus, quam demonſtrationibus: ſed opinio cōmunis dicitur, quæ prædictorum autoritate eſt munita: ergo non minus ſequenda eſt opinio communis, quam illa particularis, quæ videtur pro ſe habere probabiliores rationes. Tum, quia viri docti & prudentes, qui fuerūt illius opinionis communis aſſertores propter experientiam ſine qua in moralibus multa falſa ſecundum philoſophum videntur probabiliora veris, intelliguntur, ſuæ aſſertionis communis vidiſſe principia. Tum, quia hoc conſulit, imo docet Spiritus ſanctus dum Prouer. 3. ait, nō innitaris pruden- C tiæ tuæ, & Eccleſiaſt. 6. ait in multitudine preſbyterorum, id eſt, ſeniorum prudentium ſta, & ſapientiæ illorum ex corde coniungere. Quæ quidem rationes probant, quòd cæteris paribus, ſicut dicimus in concluſione, magis horum opinioni adhærendum ſit, quàm illi, quæ communis non eſt, ſed videtur probabilior, quia vt præ diximus multa falſa videtur præſertim inexpertis probabiliora veris. Iam prima exceptio poſita in concluſione probatur, quæ eſt de mente Cordubæ, & de mente Nauarri in ſum. cap. 27. num. 186. quia ſecundum Nauarrum, ibi illa primo opinio magis eligenda eſt, quæ eſt conſuetudine recepta, iuxta. l. minime cum gloſſ. ff. de le- D gat. & cap. cum dilectus. de conſuetudine, niſi talis conſuetudo ſit contra legem diuinam, vel naturalem certam, quia dubiam interpretari poteſt conſuetudo: cuius interpretatio ſecundum Panormit. cap. 1. de iudic. ſeruanda eſt. Si ergo opinio illa particularis, quæ probabilior apparebat vſu recepta eſt iam ex vſu, maiorem autoritatē conciliabit ſibi, quocirca magis ſequenda eſt. Secunda autem exceptio poſita in concluſione etiam probatur, quæ eſt de mente Nauarri, vbi ſupra. Quia ſi alia opinio, quæ eſt particularis iudicio ſapientum innititur rationi irrefragabili, cui reſponderi non poteſt, iam per eam rationē, & irrefragabile argumentum, opinio illa communis

munis expugnata manebit & conuicta de falſitate. Accedit & alia exceptio à concluſione prędicta, quam ibi adhibet Nauarrus, ſcilicet, quando opinio particularis inniteretur alicui textui expreſſo, cui contraria licet ſit communis, nequit reſpondere, in cuius gratiam citat Philip. Franc. in princip. capite ſi pater. de teſtament. lib. 6. Quam exceptionem ego limitauerim, dũ talis textus, cui expreſſe innititur ſit in obſeruantia, & in vſu. Secus autem eſt ſi in tali obſeruantia & in vſu non eſſet. Et ſic ſit ſatis primæ quæſtioni. Et ad eius rationem in contra reſpõdetur, quod quia ſicut plus vident plures oculi præſertim clariores, quam vnus, & quia citius fallitur vnus, & alter, quam plures ſic maior certitudo præſumitur eſſe in opinione communi aſſerta à pluribus expertis, & doctis, quam in opinione particulari aſſerta ab vno, vel duobus niſi opinio particularis pro ſe tales afferat rationes, quæ euidenter conuincant de falſitate communem.

¶ Pro illucidatione ſecundæ quæſtionis ſtatuitur, & hæc ſecunda concluſio, ſcilicet. Licite poſſumus ſequi opinionem probabilem dimiſſa probabiliori, quando probabilem exiſtimamus eſſe veram, & difficile eſt inueſtigare, an alia ſit probabilior. Hanc concluſionem ſic limitamus, vt aliqualem concordiam interponamus inter Metinam Salmanticenſem in ſua prima ſecundæ, & Magiſtrũ Bañes in. 2. 2. D. Th. quæſt. 10. art. 1. circa. 4. concluſ. in parte conuenientem cum illo ex vna parte: & inter Sotum & Caietan. & Cordub. & Nauar. loco vbi ſup. num. 286. Nam Metina ait, ſatis eſſe eligere probabilem, relicta probabiliori: quod Bañes limitat in actionibus moralibus, & contractibus, non in ſpeculatiuis materijs. At Sotus, Caieta. Cord. Nauar. & communis, quod probabilior, vtpote, quæ pluribus & fortioribus fundamentis, & rationibus nititur, ſit eligenda tuentur, eo quod maiorem certitudinem cauſat, & quia cæteris paribus funiculus triplex difficilius rumpitur Eccleſiaſt. 4. & cap. 1. de treug. & pac. Noſtra autem hæc concluſio ſic limitata probatur, quia ſecundum Ariſtotelem licet ſtare ſentẽtię, & arbitrio prudentum, & talis eſt ſentẽtia probabilis, quæ ſecundum Metinam firmatur magnis argumentis, & ſapientum autoritate: ergo ſatis eſt ſtare opinioni probabili, quando quænam ſit probabilior, difficile eſt inueſtigare. Probatur autem iſta limitatio: quia iugum Domini ſuaue eſt, neque obligat ad impoſsibile, neque ad multum difficile, neque vult diſcruciare animos, in librando & ponderando multum rerũ difficilium rationes in pro & in contra. Et ſic ſententia Metinæ, & Magiſtri Bañes ei adhærentis in parte, ſanior eſt. At vero ſententia contraria, ſcilicet, Soti Caiet. Cordub. & Nau. & communis verior eſt, vbi in promptu ſe offert ſine magno cruciatu, & labore animi, quænam ſit probabilior opinio: quia clarus eſt exceſſus probabilitatis, & tam notabilis, vt ſi iudex in iudicando, medicus in medicando, & cõſultor in conſiliando hunc exceſſum notabilẽ aduertere negligeret, & ex conſulto præſertim cognita longe notabiliori probabilitate, vnius opinionis ſequeretur contrariam, delinqueret mortaliter, vt Sotus inſinuat: quia hæc mala electio ſæpe in magnum præiudicium tertij redũdat. Item patet, quia cum in opinione notabiliter probabiliori notabiliter maior certitudo inueniatur illa magis eſt eligenda, quam probabilis, ſiquidem hic certitudo maior exigitur, vt pericula in damnum aliorum vergentia vitentur. Et ſic patet ad incontra obiecta.

¶ Pro deciſione tertiæ quæſtionis ſit tertia concluſio: Quando opinio probabilis eſt ſecura nihil continens periculi, & opinio contraria cũ periculo coniuncta eſt, licet ſit probabilior, non obſtante hac maiori probabilitate, opinio probabilis magis ſequenda eſt. Hæc concluſio eſt Soti. Et patet in caſu, in quo ex parte probabilioris opinionis magnum detrimentum, & periculum infamiæ, vel alicuius mali immineret tertio. Vt ſi, verbi gratia, interrogatus ſim à prælato de crimine graui alicuius præcipuæ notæ religioſi, vbi merito timeo ex eius reuelatione infamia, & graue malum parabitur ei, in dubio, vtrum iuridice interroger à prælato, licet probabilius ſit, quod prælatus iuſte procedat, ſi probabile ſit etiam, quod iniuſte, & ſine præcedente infamia procedit, dum ſubeſt prædictus metus eligere poſſum id, quod puto probabile, & minus periculoſum, omiſſo probabiliori periculoſo, quare eligendum tunc mihi magis eſt tacere, quam id criminis prælato interroganti reuelare. Probatur autem hæc concluſio: quia certitudo in materijs moralibus, ideo tantopere exigitur, vt, ſcilicet, pericula & damna caueri poſsint: ergo vbi ſequendo id, quod videtur certum magis quam id, quod videtur certius, hæc damna & pericula maiora vitantur, magis ſequenda eſt opinio probabilis, qua creditur aliquid eſſe verum, quam probabilior, & periculoſior, qua aliquid creditur eſſe verius.

¶ Hinc corollariè ſequitur, quod ex duabus opinionibus contrarijs æque probabilibus, illa eſt magis eligenda, ex cuius parte nullum ſubeſt periculum, Quod ſi vtraque ſit periculoſa, tunc illa magis acceptanda eſt, ex cuius parte minus ſubeſt periculum. Quod ſi vtraque ſit cum æquali periculo, locus erit gratificationi. Poterit



rit enim tunc quam maluerit eligere, dum eam opinetur eſſe veram: ne detur perplexitas in conſcientia, ſine culpa. Ita Metin. in. 1. 2. & Cordu. in ſuo quæſtionario. Et idem dicendum eſt, ſi vtraque opinio ſit æquè probabilis in materia peccati: quia illa magis acceptanda eſt, vbi nullũ ſubeſt peccatum. Quod ſi vtrinque ſit peccatũ, illa eſt eligenda, vbi minus timetur fore peccatum, niſi ex parte vnius peccatum intrinſece malum timeatur. Quia niſi hoc intrinſece malum & peccatum timeatur, quod nulla neceſsitas excuſare poteſt à peccato, aliud quodcunque peccati opus non intrinſece malum, ſi ſit minus peccatum reſpectu maioris peccati committendi, etiam non intrinſece mali, à culpa liberabit illa neceſsitas, qua aliquis conſtringitur aliquam illarum opinionum eligere: ne perplexitatem in conſcientia patiatur ſine culpa, Quod ſi vtraq; opinio ſit coniuncta cum periculo peccati committendi, illa, ex cuius parte timetur maius peccatum, licet ſit minus periculum illud incurrendi, dum tale periculum ſit veriſimile, eſt tunc refutanda, & alia eligenda.

¶ Sequitur ſecundo corollariè ſecundum Nauarrum, quod quando dubium exagitat animũ, an lex obliget, vel non, benignior pars eſt amplectenda, ſcilicet, interpretando quod non obligat. Secus eſt, quando iam conſtitutiſsimum eſt legem obligare, ſed an obliget ad mortale peccatum, vel ad veniale de hoc dubitatur. Nam tunc hoc ſtante dubio, ne periculo & dubio peccandi mortaliter quis ſe exponat, interpretanda eſt in rigidiori ſenſu, ſcilicet, quod obligat ad mortale. Diximus in dubio; quia ſecus eſſet, ſi depoſito dubio propter rationes probabiles conciperem opinionem probabilem, quod talis lex non obligat ad mortale, quia tunc eam violando non peccarem mortaliter. At vero licet opinio hæc Nauarri, ſcilicet, quod lex in dubio, an obliget, vel non, exponenda eſt in ſenſu benigniori, ſcilicet, quod non obligat, non tranſeat ſine difficultate propterea quod in dubio, an prælatus me poſsit obligare in aliquo caſu, quia poſsidet meam obedientiam, & in dubio melior eſt conditio poſsidentis, omnes tenent, quod teneor in dubio obedire. Veruntamen, quia hic Nauarrus non loquitur de hoc caſu, ſcilicet, quod in dubio me poſsit legiſlator obligare, vel non obligare, ſed de eo agit, an dum in dubio eſt, an lex principis obliget, vel non (quia dubitatur, an fuerit ſufficienter promulgata, vel an fuerit vſu recepta, vel per non vſum ſit abolita) velit tunc princeps per eam ſubditos obligare, vel non, tunc ait lex interpretanda eſt in benigniori ſenſu; ſcilicet, quod non obligat, eo quod in illo dubio nolit per ſuam legem obligare princeps. At vero huic opinioni Nauarri videtur conſonare, & illa Metinæ Salmanticenſis & Soti, ſcilicet, quod in dubio, vtrũ votum emiſſum ſit validum, vel obliget (quia gratuita emiſsio voti fuit dependens, quantum ad obligationem ex vouentis intẽtione, & quia non obligat votum vltra eius intentionem) cum ſit in poſſeſsione ſuæ libertatis, nõ cogendus ad impletionem voti, ſed ad cautelam monendus eſt petere diſpẽſationem. Et per prædicta patet ſolutio ad rationem in contra poſitã in tertia quæſtione. Quia dum de veritate liquido non conſtat, non tantum ad veriſimiliorem opinionem reſpicere debemus quando eſt periculoſa, ſed ad illam, quæ hoc cauet periculum.

## CAP. CCLXXXVIII.

*De electione recta opinionum habenda, vbi multa notabilia traduntur circa hoc: Et quid quãdo non apparet, quæ opinio ſit communis: Et an ſequens opinionem alicuius doctoris non ſubtiliter inueſtigatam excuſetur, ſi poſteà appareat falſa, vbi elucidatur ſententia Diui Thomæ ne contraria videatur canoniſtis: Et an requiratur ſemper eligere opinionẽ tutiorem; Vel an ſatis ſit eligere tutam, & opinio probabilis quando dicatur tuta: Et quid in repentinis caſibus in dubio eſt agẽdum: Et quid ſi accidat caſus dubius non controuerſus inter doctores: Et an curatus teneatur ſequi opinionem pœnitentis: Et quid dum dubij caſus vel obſcuri occurrunt: Et de ſcrupulis, & de remedijs contra illos.*

QVONIAM materia hęc de opinionibus ſeligendis copioſior eſt, quam vt pręcedenti articulo ſuis numeris poſſet abſolui compulſi ſumus reliqua cognitu digna ad hanc materiam ſpectantia hic expedire, addendo ad ſupradicta primo, quod poſt opinionem communi vſu receptam, & deinde poſt opinionem legi vſu receptæ expreſſe innitentem, cui reſponderi, atque eius aperto ſenſui contradici non poteſt: & deinde tertio poſt communem, quæ poſt prædictas eligenda eſt, niſi per rationem opinionis non communis conuincatur eſſe falſa. Deinde ex non cõmunibus illa magis acceptanda opinio eſt, quæ pluribus & melioribus fundamentis & rationibus nititur, licet aptam ſolutionem poſsit habere. Quia (vt prædiximus ex Eccleſiaſt. cap. 4.) funicu-

A funiculus triplex difficilius rumpitur, quam ſimplex, aut duplex, vt ex illo capite colligitur. Ceſſantibus autem prædictis, & cæteris paribus, opinio quæ fauorabilior eſt & benignior, magis erit eligenda, vtpote illa, quæ iuramento fauet. argum. cap. quanuis. de pactis, lib. 6. & argum. capit. fin. de cognation. ſpirituali. & cap. contingat. de iur. iurand. Et talis etiam eſt, quæ fauet matrimonio, doti, teſtamento, libertati, religioni, ſacramẽto. l. ſunt perſonæ. ff. de reli. & ſump. fune. & l. quoties dubia. ff. de regul. iur. & capi. fin. de re iudic. qualis eſt, quæ priuato fauet contra fiſcum. l. non puto. ff. de iure fiſci. Talis etiã ſecundum Nauarrum in ſum. cap. 27. num. 28. B eſt quæ iuxta can. totius. diſtinct. 85. fauet pupillo, viduæ, peregrino, aut alteri perſonæ miſerabili. Item talis eſt illa opinio, quæ ſtat & fauet validitati actus, ſiue ſit litis conteſtatio, ſiue libellus ſeu ſententia; ſiue priuilegium, ſiue reſcriptum, ſiue quilibet alius actus iudicialis, quia præſumitur pro valore actus. l. in contrahenda. ff. de regul. iur. licet valor actus redundet in dãnum rei, & in actoris fauorem. Facit lex inter pares. ff. de re iudicata. Et opinio quæ cæteris paribus fauet validitati vltimæ voluntatis dicitur benignior. l. quoties. ff. de verbo. ſignificat. ſiue quæ fauet validitati contractus. argum. ea. l. quoties. Et his ceſſantibus illa dicitur benignior, quæ fauet reo. Facit pro hoc caput cũ ſunt C iura partium. de regulis iuris. lib. 6. & l. fauorabiliores. de verbo. ſignif. Atque denique cæteris paribus inter doctores contraria opinantes ſecũdum Nauarrum loco citato, & Sylueſt. verbo. opinio, ſi ſunt moderni, & antiqui præponũtur antiqui, quia diuturnitas tẽporis videtur eis aliquam maiorem autoritatem conciliaſſe. Diximus cæteris paribus; quia ex nouis rationibus & cauſis poteſt aliter accidere. Siquidem iunioris intellectus perſpicacior eſſe poteſt. l. Gallus. ff. de liberis & poſthum. diſtinct. 63. §. verum. Si verò ſunt Theologi & Canoniſtæ, vel Legiſtæ ſimul diſſidentes in aliqua opinione ſi ſit in materia iuris diuini, noui, & veteris teſtamenti D præferendi ſunt Theologi, ſicut in materia canonica præferendi ſunt Canoniſtæ, & in legali materia Legiſtæ. argum. cap. propoſuiſti. de probati. Ita Dec. ibi. numer. 2. Aduertit in hac parte Syl ueſt. verbo. opinio. quæſt. 2. quod ſecundum Iacob. de But. iudices eccleſiaſtici ſequuntur tanquam opinionem communem id, quod dictat gloſſa, quando cum opinione gloſſæ accedit ei aſſentiens aliquis doctor ſolennis & bonæ conſcientiæ. Et hanc poteſt ſequi iudex, inquit Syl ueſter, ſicut faciunt iudices eccleſiaſtici, maxime in cauſis matrimonialibus. Sed hanc ſententiam Sylueſtri limitandam eſſe exiſtimo, dum poſt

A gloſſam vel ante, aliqua opinio communis quæ recepta in vſu hucuſque perſeuerauerit non fuerit incontra, vel niſi poſt illam aliter in vſu receptum ſit communiter, vel niſi poſt alij doctores ſucceſſerint, qui apertæ gloſſæ & illius ſolennis doctoris opinionem per fortes rationes & textus falſam eſſe conuincant, vel oppoſitã euidenter eſſe multo probabiliorem oſtendãt eſſe. Alias iure ibi inuehitur contra iudices nouarum opinionum amatores, contra quos notandum eſſe ait, quod aduerſus eos Bald. ait in. l. fi. C. de pœn. iud. dicens, quod iudex tenens nouas opiniones dicitur propter imperitiam facere, & de imperitia punitur. Et qui quærunt caſus ſin- B gulares dimittentes regularia, cadunt in latam culpam, ſecundum Salic. arg. l. latæ culpæ. ff. de verbo. ſignif.

❡ Sed quid, ſi non appareat, quæ opinio ſit communis, ſcilicet, quando pro vtraque parte intercedunt doctores claſsici, & famoſi, an tunc iudex ſi ſequatur indifferenter aliquam earum reus fiat alicuius culpæ, aut pœnæ. Nam videtur, quod immunis fiat ab aliqua culpa, & per conſequens à pœna. Nam Innocent. cap. ne innitaris. de conſt. eum à culpa & à pœna liberat, cui ſuffragatur Bart. l. fin. C. de pœn. iudic. Sed hoc autore eodem Innocentio intelligitur quantum ad forum exterius, vt ibi non puniatur. Ta- C men in foro conſcientiæ reus culpæ, & pœnæ coram Deo habebitur, quando eam opinionem non elegit, quæ validioribus rationibus firmabatur: quia eam tunc eligere tenebatur arg. inſti. de empt. & vend. §. item pretium. C. de edic. D. Adrian. toll. l. edicto, maxime ſi talis opinio ſit ſubtilior, vt dicitur in capit. Capellanus. de feri. Sed hanc limitationem Sylueſtri, & Innocentij exiſtimo fore limitandam iuxta ſecundam noſtram concluſionem limitate poſitam in præcedenti capitulo, vbi prædiximus, ſatis eſſe ſtare opinioni probabili, quando multum eſt difficile examinare, an altera ſit probabilior. Sic in præſenti caſu, vbi pro vtraque opinione ponun- D tur rationes probabiles, & doctores illuſtres, qui eas tutantur: quia tunc vtraque cenſenda eſt veluti communis ſi. 7. ad minus ſtent hinc, & 7. illinc, vt prædiximus de mente Nauarri. Ac per conſequens ſi prædictus iudex quod in ſe fuit præſtitit, examinando, quænam erat probabilior, neque facile potuit earum examinando autores & rationes percipere, notabilem exceſſum maioris probabilitatis vnius ſuper alteram, non erit reus culpæ mortalis, nec pœnæ ſi ſecutus eſt vnam earum, quam credidit eſſe veram, quia iugum Domini (quia ſuaue eſt) non obligat ad impoſsibile, aut ad multum difficile.





A ❡ Porrò non erit præter propoſitum hic & illius quæſtionis veritatem diſcutere, ſcilicet, vtrum ſequens opinionem alicuius doctoris nõ ſubtiliter inueſtigatam, quæ poſtea apparet falſa ſit à culpa excuſandus, & an hac excuſatione dignus ſit ſcholaris, qui ſui magiſtri opinioni adhæreſcit, vel ſimplex ſecularis, qui in rebus dubijs de negocijs gerendis, vnum tantum conſulit peritum virum, aut doctorem, an à culpa ſit excuſandus. Et quidem hæc quæſtio non eſt tã patens, vt inter doctores non ſit aliqua controuerſia. Nam Diuus Thomas quol. 3, artic. 10. in his, quæ pertinent ad fidem, & mores hos non excuſat: quia alioquin excuſarentur diſcipuli B Arrij ſui magiſtri ſequentes hæreſim, quod non eſt dicendum, quia neque ſimplicitas excuſat ſimplicem, ſi in huiuſmodi dubijs de facili vni etiam docto præſtet aſſenſum. Contrarium vero tenere videtur Panormit. cap. capellanus de feri. & Innocent. in cap. per tuas el. 2. de ſimon. & gloſſa. cap. vnico. de poſtul. prælat. in. 6. & in cap. fin. de ſponſ. duo. & l. regula cum ibi not. de iuris. & fact. igno. Igitur cauſa eliciendæ veritatis arguitur pro parte negatiua, ſcilicet, quod tales non excuſentur. Primo, quia in dubijs tutior opinio eſt eligenda. At ſententia vnius doctoris tantum non videtur tuta, quia vnus tam C in iudicando, quam in reſpondendo & conſiliãdo faciliter poteſt fallere, & falli: ergo dubius illum ſolum conſultans non excuſatur illius tantum acceptans reſponſum.

❡ Secundo, quia iuxta can. ſiquis. de pœn. diſtinct. 7. incertum eſt dimittendum, & certum eſt tenendum: at certitudo moralis, qualis in his materijs moralibus exigitur, nõ conſiſtit in vno ſolo, quia Deuter. 19. dicitur: In ore duorum, vel trium ſtabit omne verbum: & Ioannis. 8. dicitur duorum hominum teſtimonium verum eſt: ergo conſultor dubius capiens conſilium, non debet ſtare dicto, & reſponſo vnius tantum doctoris; ſicut neque in iudicio contentioſo (quia ibi D requiritur certitudo moralis ad iudicandum (vt tradit Diuus Thomas. 2. 2. quæſtione. 7. articu. 2.) non ſtatur vni ſoli teſti, etiam ſi ſit omni exceptione ſuperior, quia illius teſtimonium incertitudine non carere præſumitur: ſed ſtatur aſſertioni duorum, vel trium teſtium: quia ſecundum Philoſophum. 1. de cælo. omne totum in tribus ponimus, & quia ſecundum Eccleſiaſtic. 4. funiculus triplex difficile rumpitur. Sed 3. in contrarium affirmatiuæ eſt, quod ſi ſequens reſponſum alicuius doctoris ex hoc excuſaretur, ſequeretur, quod habens plures præbendas approbatione vnius doctoris, quem dubius de hoc conſuluit, maneret tutus in conſcientia, quod tamen Archidiaconus reſpuit. Imo Diuus Tho- A mas quolibet. 8. articulo. 13. id refutat, dicens, quod habens plures præbendas, quia facit contra legem Dei, non excuſatur à peccato; quanuis non faciat contra conſcientiam, quia, ſcilicet, ex conſilio accepto ab aliquo doctore ſuæ conſcientiæ perſuaſit id non eſſe illicitum.

❡ Pro expeditione quæſtionis præſuppoſita adnotatione Nauarri in additionibus, ad ſuam ſummam, vbi ait, quod non ſufficit ſequi opinionem probabilem, niſi qui eam ſequitur iudicet eſſe magis veram, nam ſi aliter ageret; contra conſcientiam dubiam faceret, dicitur primo, quod qui in dubijs ſolet conſulere doctos cum animo acceptandi primum reſponſum, ſi ſibi fa- B uet, & cum animo refutandi reſponſa aliorum, non excuſatur. Oportet enim inquirere veritatem bona fide nulla inſtigante affectione contraria, quod hic non facit. Item, quia in dubijs neceſſe eſt ſecundum Nauarrum ibi, vt vbi contrarietas opinionum concurrit conſultorũ qualitas attendatur. Imo & ſi periti ſint, qui capiunt conſilium oportet, vt attendant ad efficaciam rationum, quibus id perſuadet doctor, qui conſulitur, & ad eius diſcretionem, an ſciat diſcernere, quæ ſibi proponuntur dubia. Nam dubius ſic conſulens cum animo acceptandi primi, quẽ obuiat doctoris reſponſũ, ſi ſibi faueat, refutatu- C rus reſponſa aliorum, ſuis votis non correſpondentium ſimilis eſt iter agenti, ſumenti iter ſibi iocundum, & gratum, quod ſibi primus homo factus obuius indicauit, qui nihil ſibi curat, quod alij dicant illum à via aberrare.

❡ Hinc iam corollarie infertur, quam perperam & inexcuſabiliter errent, qui de dubijs legalibus pertinentibus ad forum contentioſum cõſultant, quos meros eſſe Theologos, & communes eſſe norunt, qui interdum ne iudicentur à cõſulentibus de imperitia, quidquid primum in buccam venerit reſpondent. Qui ſi cordati eſſent potius ſic ſimplices interrogatores ſuper his remitterent ad iuriſperitos, admittentes illã ſen- D tentiam communem, nõ vltra crepidam ſutor. Sunt præterea & alij, qui de rebus ſalutis animæ ſuæ, & conſcientiæ dubitantes iuriſtas adeunt, quos ſuper his conſulentes in pœnam ſuæ væcordiæ interdum eos iuriſtas obuios habent, qui eos irritant ad contentiones, & lites: vnde cum pacationem ſuæ conſcientiæ à Theologis pijs eſſent inquiſituri, in pœnam ſui erroris inueniunt conſultores amatores potius litium, qui eos incitant ad ſimultates contentiones & lites, contra conſilium Domini dicentis, Matthæi. 5. Ei, qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Sunt rurſus alij, qui aliquali apparenti ratione docti de caſibus arduis & dubijs ſuæ conſcientiæ con

ſilium petituri, potius adeũt prædicatores, quos populo & vulgo placere in ſuis prædicationibus vident, cum tamen ex his multi contenti quadam chartapatiorum ſermonũ vulgarium ſupellectili, nihil minus curent, quam ſtudia literaria, & ſcholaſtica frequentare, ex quibus caſuum conſcientiæ reſolutiones erui ſolent. Quare potius ſuper his caſibus conſulendi eſſent Theologici Doctores ſcholaſticis gradibus decorati, qui his ſtudijs perpetuo inhæreſcunt. Igitur etſi iſti qui ſcrupulo conſcientiæ agitati cõſultores, licet non idoneos adeunt proximiores ſint ſaluti, quam illi, qui de his parum ſolicitantur, nihilominus in hoc reprehendendi ſunt, quod prudentiores ſunt in rebus ſæculi, quam in quærendo conſultores, qui per ſana conſilia animæ ſuæ dubijs caſibus medeantur. Atque licet in hac parte culpa ſuæ ignorantiæ magis, vel minus imputanda ſit iuxta maiorem, vel minorem ingenij capacitatem, quam nacti ſunt: tamen tunc de lata culpa veniunt notandi, quando in conſilio pro animæ ſuæ remedio in caſibus conſcientiæ dubijs capiendo non eam ſufficientem diligentiam adhibent, quam ſuæ ſortis ſtatus officij, & conditionis homines communiter ſolent adhibere, & debent apponere.

¶ Secundo dicitur ad quæſtionem concordando Diuum Thomam in illo quolibeto. 3. artic. 10. & alios ſupra nominatos Canoniſtas Panormitan. Innocent. & gloſſas in principio quæſtionis citatas, quod vtraque eorum opinio eſt vera (vt tradit Sylueſter, verbo, opinio, quæſt. 1. vbi hanc quæſtionem mouet) ſi cum ſua limitatione diſtincta accipiatur. Igitur opinio illa alicuius vnius doctoris, quam aliquis ſequitur, eam non ſubtiliter inueſtigando, ſi eſt opinio pertinens ad bonos mores, vel fidem eius ſectatorem non excuſat, quando eſt contra ea, quæ ſunt manifeſte, & clare determinata alicubi. Et in hoc ſenſu eſt vera ſententia Diui Thomæ in illo quolibet. Et patet ex eius ratione, quia alias non peccaſſent Arrij, & aliorum hæreſiarcharum ſequaces. Et patet ex ſecunda eius ratione deſumpta ex D. Auguſtino de doctrina Chriſtiana. Neque ſimplicitas in hoc caſu excuſat, quia in huiuſmodi non de facili eſt præſtandus aſſenſus, ſed conſulenda eſt regula fidei, quæ de planioribus ſcripturis, & eccleſiæ autoritate percipitur. Quia ſi manifeſte & clare eſt determinatum oppoſitũ alicubi, præſumitur eſſe ignorantia culpabilis, tam in doctore, & autore illius opinionis quam etiam in illius acceptatore. Atque iuxta hunc ſenſum D. Thomæ recte, quaſi corollarie intulit Archidiaconus, quod habentes plures præbendas, etiam ſi ſe tueantur opinione alicuius grauis alias doctoris, non excuſantur, cum ſit de re, cuius contraria veritas eſt manifeſte, & clare determinata. Si autem opinio illa alicuius vnius doctoris non ſubtiliter inueſtigata, quam aliquis ſequitur, ſit de re obſcura, ſcilicet, de eo, cuius contrarium non eſt alicubi clare, & manifeſte determinatum, ſic excuſabit eius ſimplicem ſectatorem à peccato. Patet, quia tunc nullum præiudicium generatur veritati, ſi inter diuerſas opiniones à magiſtris approbatas, & ſcripturis authenticis adnotatas illam quis amplectitur, quę ſibi videtur magis cõſona rationi. Quod habet locum non ſolum in faciente quod in ſe eſt ad intelligendam veritatem, quia iſte etiam autore Sylueſtro etiam in manifeſte determinatis excuſaretur, quia pro tunc laboraret ignorantia inuincibili; ſed etiam habet verum in eo caſu, quo quis ex affectione ad ſuum doctorem iudicat probabiliter vt ſibi videtur, eſſe verum, quod eſt falſum, & ſequitur illius opinionem, quam putat veram. Et in hoc ſenſu eſt vera opinio Canoniſtarum Panormitani Innocent. & gloſſarum. Et facit pro hoc gloſſa in capit. cum venerabilis. de conſuet. & l. regula cum ibi not. ff. de iur. & fac. ignor. Atque in hoc ſenſu intelligendus eſt Nauarr. in ſum. cap. 27. num. 288. Vbi ait, quod in foro cõſcientiæ ad effectum non peccãdi ſufficit, quod quis eligat pro vera illam opinionem cuius autorem, vel aſſertorem merito exiſtimat eſſe virum idonea ad id ſcientia, & conſcientia præditum. Hinc ſequitur corollariè, verum eſſe aſſertum Old. l. quæſitum aſſerentis, quod ſequens opinionem ſui doctoris excuſatur ab impenſione expenſarum, quia probabiliter ſequitur quis opinionem ſui doctoris. l. dicere. §. vnde videndum. ff. de arbitris. At licet iſta ſententia canoniſtarum ſic à Sylueſtro, & â me limitata, non videatur tam aperte aduerſari Diuo Thomæ in illo quolib. Sed tamen video illam non tantopere cum mente Diui Thomæ conuenire, niſi adhuc limitetur. Quia Diuus Thomas ibi inſinuat diſtinctionem, ſcilicet, quod in opinionibus doctorum ſacræ ſcripturæ, ſiquidem non pertineant ad fidem, & bonos mores, abſque periculo auditores vtramque opinionem ſequi poſſunt. Quia tunc, inquit, locum habet quod Apoſtolus ait ad Roman. 14. Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundet. Si autem pertinent ad fidem, & mores nullus excuſatur, qui ſequitur erroneam opinionem alicuius magiſtri. Omiſsis ergo aſſertionibus fidei, in quibus non cuiuſcunque doctoris ſententiæ vt eas teneamus, vt catholicas aſtare debemus, ſed regulæ infallibili, id eſt, ſacræ ſcripturæ & catholicæ eccleſiæ inde illas elicienti, ſicut etiam in rebus, quæ ad mores pertinent eius diffinitioni ſtarę debemus, ſcilicet, quòd



quòd vſura ſit vitium, & quod humilitas ſit virtus, & cætera loquendo de rebus ſpectantibus ad mores in particulari, vt cum ſe offert dubium non de ipſis moribus, ſed de hac particulari materia morali, id eſt, nõ quando dubitatur, an vſura ſit vitium, vel non, quia hæc eſſet quæſtio de moribus pertinens ad diffinitionem eccleſiæ ſicut iam id diffinitum eſt per ipſam & per ſacram paginam eſſe, ſcilicet, vſuram vitium, ſed quando de hoc facto, aut illo veſtitis particularibus circunſtantijs, quæ interdum variant ſpeciem, dubitaretur, ſcilicet, an eſſent caſus vſurarij tunc qui in his ſequeretur opinionem ſui magiſtri, aut doctoris grauis in re ſic obſcura, & non clare & manifeſte determinata, vt poſſet & teneretur ſcire excuſaretur à peccato. Et ſic eſt intelligenda ſententia canoniſtarum, ne ſit contra Diuum Thomã. Alioquin ſi res ardua, vel quęſtio difficilis exurgeret, cuius diffinitio ad regulam infallibilem ſedis apoſtolicæ pertineret, cuius exemplum Bañes ponit, ſcribens in primam partem Diui Thomæ in caſu, quo quis editionis vulgatæ aliqua loca ex incuria impreſſorũ vitiata eſſe arbitraretur, & corrigenda eſſe opinaretur, temerarius eſſet qui eius ſequens opinionem priuatim ea loca vellet corrigere, quia id ad ſedem Apoſtolicam examinare ſpectat. In ſimilibus caſibus arduis loquitur Diuus Thomas cum dicit non opinioni vnius ſtandum eſſe, ſed regulæ fidei, & autoritati eccleſiæ. Quia hic non excuſat ſimplicitas, neque in his arduis alicui doctori de facili eſt præſtandus aſſenſus, quia quæſtiones arduæ ad ſedem Apoſtolicam reſeruantur, vt eas maturiori conſilio diffiniat & non cuiuſuis arbitrio relinquantur.

¶ Iam nunc ad argumenta reſpondetur. Et primo ad primum, vbi obijciebatur, quod in dubio tutior opinio eſt eligenda, quod non eſt in dubio illa opinio vnius doctoris, quam quis ſequitur modo explicato, quia ex probabilibus, quibus creditur inniti, flectitur ad vnã partẽ, & qui eam ſequitur non manet in æquilibrio, ſed in illam partem credens eſſe veram magis inclinat.

¶ Ad ſecundum autem argum. vbi obijciebatur, quod tenendum eſt certum, & dimittendum eſt incertum, reſpondetur, quod qui prædicto modo in non determinatis ſequitur opinionem ſui doctoris, non tenet incertũ, ſed id, quod moraliter eſt certum, quia illam opinionem reputat probabilem probabilibuſque rationibus ſuffultam: & ſecundum Philoſophum. 1. Ethic. in moralibus ſufficit certitudo ex probabilibus. Et ad confirmationem de teſtibus, vbi obijciebatur, quod non eſt ſtandum dicto vnius, quia dicitur Deutero. 19. quod in ore duorum, vel trium ſtabit omne verbum, reſpondetur, quod eſt diuerſa ratio vnius teſtis, & vnius doctoris. Quia vnus teſtis teſtificatur de caſu contingenti, & fallibili nulla ſuffultus autoritate certa: doctor autem ſcientia præditus affirmat non aliquid ſimpliciter contingens, ſed quod creditur cadere ſub eius ſcientia. At non ipſe ſolus ex ſe, ſed à ſcientia, qua præditus eſt perſuaſus, creditur illud affirmare. Quocirca licet ad iudicandum non ſufficiat vnus teſtis, ſed ad ſequendam eius opinionem, ſufficit autoritas vnius grauis doctoris, illam aſſerentis, quando contrarium non eſt clare, & manifeſte determinatum; licet Iaſon non excuſet à peccato eum qui ſolum petit in dubio ab vno, quamuis docto conſiliũ, ſed bene eum qui petit à pluribus timoratis, & non ſuſpectis. Et bene conſulit, quia ſic fit in temporalibus.

¶ Ad tertium argumentũ dicitur, quòd quia habere plures præbendas iam eſt determinatum ex ſe eſſe illicitum, niſi ex aliqua cauſa rationabili iuſtificetur; ideo opinio vnius doctoris plures habentes præbendas non ſufficit excuſare in conſcientia.

¶ Ex prædictis corollariè ſequitur, verum eſſe illud aſſertum Nauarri in ſum. cap. 27. numer. 280. vbi aſſerit, non eſſe neceſſarium, quoad pręcepti implementum, partem & opinionem tutiorem eligere: quia ſatis eſt ad hoc eligere tutam. Patet hoc exemplo, vt quia probabilis opinio eſt, quod licet mutuanti ſeruatis conditionibus id iuſtificantibus recipere lucrum ceſſans, ideo poteſt inire hunc contractum mutuationis cum recompenſa lucri ceſſantis ſibi facienda, licet tutius ſit oppoſitum, ſcilicet, mutuare ſine intereſſe talis recompenſæ; ſicut licet negotiatori exercere negociationem aliquam probabiliter licitam, licet tutius illi eſſet à tali negotiatione abſtinere. Hoc tamen aſſertum Nauarri, & aliorum ne noſtræ & communi opinioni, quam ipſe & Sotus, & Caietan. & Cordu. tenent videatur aduerſari, ſane eſt intelligendum, intelligendo, ſcilicet, per opinionem tutam & partem tutam illam, quæ tutum efficit in cõſciẽtia illam ſequentem. Sed iſto modo opinio probabilis (vt dictum eſt) aliquãdo eſt tuta, & aliquando nõ. Eſt autem tuta cum non facile ſe offert, quod oppoſita ſit probabilior, præſertim notabiliter, neque id ſine magna difficultate examinari, aut conſtare poteſt, aut cum neſcitur eſſe alia, quæ ſibi opponatur. Non autem ſic probabilis erit, ſi in promptu occurrat alia eſſe probabilior, aut ſi quod alia ſibi oppoſita ſit probabilior ſine magno labore, & anxietate & difficultate examinari poſſit. Si autem in repentinis caſibus offerat ſe caſus non dans locum, aut tempus ad deliberan-

berandum, vt ſi contingeret repentinus defe- A
ctus inter celebrandum, neque de repente occur
reret celebrantis menti, quomodo illi defectui
oocurrendum ſit, poteſt ſecundum Cordubam
in ſuo quæſtio. facere quod tunc occurrerit mẽ
ti eſſe expedientius, & decentius: & hoc ſine
peccato ne perplexus, & ſuſpenſus maneat.
Imo ſecundum Victoriam in ſuis ſcholijs, cu-
ius facile fuit ingenium ad tollendos ſcrupulos,
ſi accidat caſus, qui non eſt controuerſus inter
doctores, neque occurrit memoriæ aliquem do-
ctorem grauem de eo dubitaſſe, aut meminiſſe,
quia nouus in forma apparet eſſe, & dubius, tũc
ſi coniecturæ veriſimiles apparcãt, quod ille ca-
ſus eſt licitus, illæ ſatis ſunt ad deponendum du B
bium, & ſcrupulum in illo caſu. Nam, quia in
moralibus non requiritur tanta certitudo ſecun
dum Philoſophum, ſicut in mathematicis, dum
aliæ coniecturæ non occurrunt in contrarium,
illæ dum veriſimiles ſunt ſufficiunt in illo caſu
ad tollendum dubium, & ad quietandum con-
ſcientiam. Cuius rei gratia Caietan. in ſumma
verbo, præceptum tenet, quod qui ex apparen-
ti ſibi ratione, vel excuſatione, & citra contem
ptum præceptum iuris poſitiui obligans ad
mortale non obſeruat, excuſatur à culpa morta
li, quando alias ſi ſenſiſſet ſe obligatum paratus
erat illud ſeruare; & per conſequens videtur ex-
cuſari à pœna excommunicationis latæ ſenten C
tiæ, ſi lata ſit pro violatione præcepti illius, li-
cet talis forte ad cautelam eſſet abſoluendus ſe-
cundum eundem Caiet.

℄ Ex prædictis etiam corollarie ſequitur,
quod curatus pœnitentem ſubditum ſequentẽ
probabilem opinionem doctorum, tenetur ab-
ſoluere licet ipſe teneat contrariam, vel contra-
riam reputet probabiliorem; niſi ſecundum Na
uarrum clarè & euidenter poſſit conuincere pœ
nitentem de falſitate opinionis probabilis, cui
pœnitens innititur. Non tamen ſecundum do-
ctos Thomiſtas Sotum, & Canum debet de
hoc admonere pœnitentem illius probabilis opi
nionis ſequacem, quando bona fide ductus illã D
ſequitur, & admonitus non creditur illam fore
retractaturus, aut quando ex tali retractatione
graue ſequetur ſcandalum, aut intolerabile &
nimis difficile futurum eſſet remedium. Vt pa-
tet in bona fide matrimonio iunctis, vbi depre-
hendit peritus confeſſor impedimentum occul-
tum dirimens, & ſunt nobiles, & iam ex hoc ma
trimonio ſuſcepere filios, atque ex ſeparatione
ſequetur ſcandalum. In hoc igitur caſu melius fa
ciet confeſſor tacendo & abſoluendo pœniten-
tem ſua bona fide protectum, iuxta dictum D.
Auguſtini dicentis: Si ſcirem tibi non prodeſſe,
non te corrigerem, non te admonerem. Atque

idem dicendum eſt de alio quocunque confeſ-
ſore approbato; quia probabili opinione prote-
ctum pœnitentem abſoluere debet, licet ipſe te-
neat contrariam, quando ſecundum Sotum iam
audiuit confeſſionem pœnitentis, vel acceptauit
audire. Imo ſic diſpoſiti pœnitentis poteſt acce
ptare audientiam confeſſionis & illum abſolue-
re ſecundum alios.

℄ Præterea, vt de dubio aliquid in ſpeciali di
camus, ſicut & de opinione diximus, dicitur pri
mo hic, quod illa regula iuris verificatur hic de
qua capit. ad audientiam. de homic. & capit. ſi
quis autem. de pœniten. diſtinct. 7. fit mentio.
quæ dictat, quod in dubio tutior pars eſt eligen
da. Quæ ſecundum Nauarrum in ſum. capi. 27.
num. 284. procedit tantum in proprie dubio,
vbi manet homo ſemper in æquilibrio. Secus
eſt autẽ in opinionibus, vbi per electionẽ alicu-
ius probabilis opinionis aliquid acturus deponit
dubium, quia magis inclinat in illius opinionis
partẽ. ℄ Secũdo dicitur, ſecundũ Cordubam in
ſuo quæſt. quando in eo dubio ſum cõſtitutus,
vtrum poſſit prælatus aliquid tale, aut tantũ prę
cipere, ſi ſcio id eſſe licitum, teneor obtemperare
prælato. Secus eſt ſi ſcio illud eſſe illicitum. At
vero Metina in. 1. 2. D. Thom. hanc Cord. vide
tur limitare ſententiam dicens, quod licet mihi
conſtet prælatum meũ mihi præcipere rẽ licitã,
ſi tamen merito dubito, an prælatus eam mihi
poſſit præcipere, quia valde graue id videtur in
re valde graui & ardua, ſtante hoc dubio non te
neor obedire. Quod verificari poteſt in præcep-
to acceptandi epiſcopatum impoſito religioſo
per ſuum Generalem, aut Prouincialem. Secus
ſi imponeretur per papam, & ſic in ſimilibus ar-
duis caſibus. Nam, & ſecundum eundem Meti-
nam tutiorem partem quis eligere non tenetur,
quando ipſi eligenti ſequitur grande detrimen-
tum, quod poteſt verificari in præceptis huma-
nis poſitiuis. Quocirca & de ſcrupulo etiam lo-
quentes concludimus, quod ſi ſcrupulus ſit leuis
& nullam præſeferens apparentiam, licet agere
contra illũ, etiam ſi id quod dictat faciendũ ſcru
pulus ſit tutum. Si autem ſcrupulus huiuſmodi
ſit, qui aliquam exiguam apparentiam in ſe con
tineat, nõ licet pro libito facere contra illum, ni
ſi occurrat ratio ad illud deponendum, vel niſi
ipſe ſcrupulus ſit de re periculoſa, aut difficili:
Quia tunc iſtud periculum & difficultas ſtans à
parte ſcrupuli abſque alia ratione ſufficiens ra-
tio eſt ad illum deponendum.

℄ Porrò poſtquã abunde dictũ eſt de opinio
nibus, & de dubijs, nũc quoq; de negocijs obſcu
ris (quia hæc generãt ſcrupulos & dubia) operæ
pretium eſt hic meminiſſe, vt nouerimus, quale
in his obſcuris negotijs, & quomodo proferendũ
ſit



ſit iudicium. Pro quibus duas regulas iuris in. 6. A
per ſuas gloſſas explicatas hic aſsignabimus:
quia pro negotijs obſcuris diſcernendis ſunt tra
ditæ. Quarum prima eſt, quæ habetur capit.
in obſcuris. de regulis iuris. Vbi ſic dicitur: In
obſcuris minimum eſt ſequendum. Quæ qui-
dem regula ſumpta eſt ex lege ſemper in obſcu-
ris. ff. de regulis iuris. Exemplificatur primo in-
vouente eccleſiæ metretam vini in ciuitate, vel
oppido, vbi duplici vtuntur metreta maiori, &
minori. Dum ſic vouẽs nihil determinate in ver
bis, vel in mente expreſsit, tale votum ſoluen-
dum eſt ad metretam minorem: quia in obſcu-
ris minimum eſt ſequendum. Exemplificatur
quoque in caſu, quo teſtator legauit Petro. 10. B
ſcuta, nihil determinate explicans cum in aliqua
regione eſſent ſcuta vetera maioris valoris, &
noua quæ eſſent minoris valoris, dum aliud nõ
apparet, videntur legata ſcuta noua, quæ erant
minoris valoris. Circa quam regulam notat eius
gloſſa, quod huic regulæ præfertur alia regula,
quæ capit. inſpicimus eodem titulo. habetur,
quæ dictat, ꝙ in obſcuris inſpicimus id, quod
eſt veriſimilius, & quod plerumque fieri conſue
uit. Quocirca hoc primo inſpicimus in obſcuris.
Deinde inſpicimus iuxta hanc regulam, quod
minimum eſt. Hæc autem regula patitur excep
tionem in ſpeciebus, & artificialibus. Vt verbi
gratia, qui ſeruum vnum indeterminate legauit C
ſuus hæres legatario non precioſiorem, vel vilio
rem dabit, ſed mediocrem, quia mediocris tunc
debetur ſeruus: quia viliſsimum ſeruum habere
non expedit, ſicut neque viliſsimos numos.
Quocirca qui legauit numos, neque expreſsit
quales, non viliſsimos numos dabit eius hæres,
ſed mediocres, quia mediocres tunc legatario
debentur. C. communia de legat. l. fin. §. 1. &
maximè, ſi relinquat ad pias cauſas, vt ſi relin-
quat calicem eccleſiæ intelligitur ſaltem de ar-
gento, ſi planetam de ſerico. Itaque iuxta prædi
ctam legem finalem, medium inſpicitur in ſpe-
ciebus, & artificialibus legatis: Sed in quanti-
tatibus quod minimum eſt, quia plus includit D
in ſe minus & non è contra. Et habet hæc regu-
la locum in pœnis.

℄ Secunda regula eſt: Inſpicimus, in obſcu-
ris quod eſt veriſimilius, vel quod plerumque
fieri conſueuit. Exemplificatur in muliere cor-
rupta, quæ nupſit viro, quæ tractu temporis
petens ſeparationem allegat impotentiam viri,
qui ſi habet genitalia vtilia, tunc in dubijs præ-
ſumitur, quod eam cognouit, quia id eſt veri-
ſimilius. Item exemplificatur in dicente ſe ex
hæredatum ex iniuſta cauſa, ſi hæres ſcriptus
dicat fuiſſe ingratum, & inobedientem patri,
non credetur ei in dubio, ſed ſibi incumbit onus

id probandi: quia plerumque filij conſueuerunt
eſſe grati, & obedientes parentibus. Ideo ex iſta
præſumptione tranſit onus probandi in hære-
dem ſcriptum.

℄ Contra autem ſcrupuloſas cõſcientias, quæ
ex leuibus apparentijs diſcruciantur, quia qua-
dam ægritudine ſpirituali laborant, ſpirituales
medicinæ ſunt in primis adhibendę, ſcilicet, pri-
ma conſideratio benignitatis Dei, quam oſten-
debat peccatoribus in aſſumpta carne. De qua
D. Paulus ad Tit. 3. ait: Apparuit benignitas, &
humanitas Saluatoris noſtri Dei, non ex operi-
bus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum mi
ſericordiam ſuam ſaluos nos fecit. De quo dice-
batur: quia hic peccatores recipit. Secunda &
potiſsima medicina eſt Dei gratia intus in ani-
ma inhabitans, quæ ſerenat & pacificat turbu-
lentiam ſcrupuloſæ animæ, iuxta illud: Factus
in pace locus eius. ℄ Tertia medicina eſt, oratio
ad Deum fuſa pro hac obtinenda gratia ſanante
animam, & pacante conſcientiam. Quarta eſt,
vſus epicheię, id eſt, æquitatis, quæ attendit ma-
gis legiſlatoris mẽtem quam legis verba, de qua
meminit D. Thomas. 2. 2. quæſt. 120. Vbi do-
cet epicheiam eſſe virtutem, per quam iudica-
mus in quo caſu à communi lege recedendum
eſt, ſic quod intentio legiſlatoris potius atten-
datur, quam verba legis poſitæ, ſcilicet, quando
vtilitas communis, vel ratio iuſtitiæ id expoſ-
cit. Vnde ſecundum Diuum Thomam qui men
tem legiſlatoris implet contentam in lege non
peccat, licet verba offendat. Sicut neque pec-
cat qui in benigniore ſenſu legem obſeruat,
quanuis in rigidiore ſenſu videatur eam violare.
l. benignius. ff. de legat. &. l. ſequenti. eodem
tit. Quinta medicina eſt, conſideratio, qua con
ſiderare debet ſcrupuloſus, quod ad impoſsibi-
le, vel valde difficile intentio legiſlatoris obli-
gare non vult; neque ſic nos intendit obligare
lex humana, vt peccet mortaliter is, qui eam
non ſeruat, ne pro ſtulto communiter habea-
tur. ℄ Sexta medicina eſt, in rebus dubijs ſer-
uare communem bonorum vſum, argumen. l.
minimè. ff. de legat. & §. leges. 4. diſtinct.

℄ Medicina ſeptima eſt vitare commercia alio-
rum ſcrupulis laborantium.

℄ Octaua eſt conſulere peritos, & eorum ac-
quieſcere monitis.

℄ Nona eſt auertere mentem ab imaginatio-
nibus ſcrupuloſis.

℄ Decima eſt reſiſtere fortiter, neque acquieſ-
cere principijs ſcrupulorum, ſcilicet, imagina-
tionibus formidoloſis.

℄ Vndecima medicina eſt conſiderare ſecũdum
Caiet, quod id, quod in alijs liberis ab ſcrupulis
contingit eſſe dubium, quod non ſine cauſa

rationabili eſt ab ipſis deponẽdum : regulariter A in ſcrupuloſis non eſt, niſi leuis de ſe ſcrupulus, quia quod non eſt peccatum imaginantur magnum eſſe piaculum. Quocirca abſque alia ratione præſertim ad conſilium prudentis ſtatim deponendus eſt talis ſcrupulus.

❡ Pręterea nõ erit ab re noſſe, ex quibus cauſis morbus hic conſcientiæ ſcrupuloſæ oriatur, & qualis ſit qualitatis malum, & quales effectus pariat. Vide circa hoc D. Antoninum. 1. par. titul. 3. c. 10. §. 10. Conſcientia igitur ſcrupuloſa ex vitio naturali, vel adquiſito innaſcitur, cuiùs cauſæ ſunt complexio timida melancholia, & mania & dęmon: qui quia inquietudinis eſt amator, malis humoribus inſidiatur, vt tentet. B Vigiliæ quoque & ieiunia immoderata, & communicatio cum ſcrupuloſis principia illius eſſe ſolent. Igitur quia non perſtat firmè in conſtitutis gignit inconſtantiam animi puſillanimitatem, obſcuritatem, & nebulas intellectus, accidiam, inquietudinem mentis, animi paruitatem, augmẽtum peccatorum, & alia id genus mala. Et prætereà cauſat mille ſcrupuloſas iterationes confeſsionum, quibus iſti diſcruciant ſe ipſos vexantque confeſſores. Interdum namq; inuenire eſt quaſdam perſonas nimis ſcrupuloſas in recognoſcendis, & confitendis præteritis peccatis, ſed in cauendis futuris negligentes & ad ea C perpetranda præcipites, quibus æterna damnatio propinqua eſſe videtur, eo quod ſui nimis amatores, ſe exhibent dum pœnas dignas ſuorum peccatorum, quia in inferno ſubire timent nimis ſcrupuloſe confitentur, & tamen ad maiora facinora, & Dei offenſas paulatim defluunt; qui ſolo timore quodam ſeruili ducti negocia animæ ſuæ pertractant; alias parati ad omnia mala niſi pœnas ſibi paratas æternas pertimeſcerent. Sunt vero quidam alij, ſic ſcrupuloſi in recognoſcendis peccatis præteritis, & in vitandis futuris timorati, & tales communiter ad bonum finem conducuntur. Qui etiam admonendi ſunt, ne tot faciant iterationes confeſ- D ſionum generaliũm, vt ludibrio exponant ſacramentũ pœnitentiæ tam efficax, vel ne quaſi de eius efficacia videantur dubitare, vel confeſſores ſcandalizent, vt ait Metina Salmant. Quia ſicut conſilium eſt ſaluberrimũ aliquando confeſsionẽ totius vitæ facere generalem, vt in hora mortis, vel cum aduenit iubilæus pleniſsimus, vel cum pœnitenti obtigit inuenire confeſſorem doctiſsimum qui ſuper omnia negocia ſuæ animæ dubia poſsit ſibi conſulere, & facere ſatis: ita alias iſtæ reiterationes confeſsionum tam frequentes, & ſcrupuloſæ non ſunt laudandæ. Cæterum ſicut inter pœnitentes inuenire eſt quoſdam nimis ſcrupuloſos, ita inter A confeſſores inuenire eſt aliquos hoc morbo ſcrupulorum laborantes; vel quia periculoſum nimis autumant eſſe munus audiendi confeſsiones obire, quia ſibi imputandum putant, quidquid per inaduertentiam deliquerint. Quibus ante oculos ponendum eſt hoc documentum aureum, ſcilicet, quod excepta ignorantia eorum, quæ circa diuina & naturalia omnibus incumbit, ſcire, & ſcire poſſunt, & tenentur, in alijs ſi quis non laboret ignorantia affectata, vel craſſa, quia laborat pro viribus ſcire neceſſaria ſibi, & ideo libenter audit prædicationes, & diſputationes, vbi hæc ſolent declarari, & ſi eſt clericus ſecularis, aut religioſus, qui officium con- B feſſoris exercet, ſi libenter ſtudet; & quæ non percipit ſatis ab alijs peritioribus interrogat, & finaliter, ſi hi omnes eam diligentiam in ſuo officio adhibent, quam alij ſibi ſimiles communiter ſoliti ſunt adhibere, ab omni culpa & pœna etiam excommunicationis in conſcientia excuſantur. capit. cognoſcentes de conſtitutio. Non enim plus exigitur ab homine, quam poſsit homo. Secundum autem forum exterius aliter interdum iudicabitur, niſi probauerit ignorantiam. Nam in dicto capit. cognoſcentes. decernitur, quod volens ignorantiam ſuam probare ad euitandam pœnam audien- C dus eſt. Huic doctrinæ aſſentit Syluester, verbo, ignorantia. §. ſeptimo. Sed vt ſcrupulum etiam exuat confeſſor in interrogando ad examinandam conſcientiam pœnitentis meminiſſe illum oportet illius determinationis Concilij Tridentini declarantis, & inſinuantis, Seſsione. 14. can. 7. quòd non omnes circunſtantias peccatorum oportet pœnitentem in confeſsione patefacere, ſed ſolum illas, quæ ſolent mutare ſpeciem, aut ſecundum communem opinionem inter modernos Thomiſtas, Sotum, Canum, Victoriam, Metinam & alios circunſtantias etiam, quæ licet non mutent ſpeciem aggrauant tamen notabiliter. Quam ego D opinionem, quo mediarem inter iſtos Thomiſtas & Nauarrum, & Diuum Thomam in additionibus tenentes contra illos limitaui, vt opinio Thomiſtarum intelligenda ſit, de his circunſtantijs notabiliter aggrauantibus, quarum notabilis grauitas ſtatim patens eſt, explicatu, quæ facilis eſt. Secus autem eſt, ſi difficilis eſt inueſtigatu, & intellectu & explicatu, ne affligamus animas confeſſorum in interrogando, & pœnitentium in reſpondendo. Quia iugum Domini ſuaue eſt, quod ſi iugum Domini ſuaue eſt iugum legum hominũ durum nõ debet eſſe. Vnde in legibus humanis illis, in quibus non eſt expreſſus rigor, aut ſi rigor & ęquitas ſimul exprimitur, ęquitas eſt prę

ferenda



ferenda rigori; ita vt confeſſor, atque iudex, atq; A conſultor eas circa reum, aut pœnitentem, aut conſilium petentem in ſenſu rigido, niſi ibi rigor ſit expreſſus tantum eas interpretari non debeat. Nec obſtat illud caput. ad eiuſ. diſtin. 5. vbi dicitur, quod bonarum mentium eſt culpas agnoſcere, vbi culpa non eſt. Quia intelligitur iuxta gloſſam iſtius loci, quod eſt bonum in generali, ſe imperfectum & defectuoſum agnoſcere, licet non meminerit in ſpeciali aliquam culpam.

❡ Denique de hac materia ſcrupulorum loquuti, finem ei imponentes, dicimus, quod præter remedia ſpiritualia tradita, adhibenda eſt medicina corporalis, quæ adhibita à peritis medicis humores melancolicos, & terreſtres pellat. Quia B diabolus adeo hiſce malis humoribus ſolet inſidiari, vt in rabiem, & inſaniam, & in deſperationem trahat aliquando hos ſcrupuloſos, & melancolicos, & imaginatiuos homines, ita vt laqueos ſibi iniecisſe, aut ſe in flumina, vel puteos ſe præcipitaſſe, aut vitam ſibi extinxiſſe reperti ſunt. Quare cito eis adhibenda medela. Nam ſero medicina paratur, cum inualuit morbus.

## CAP. CCLXXXIX.

*De ignorantia: & an ex toto excuſet à culpa in foro conſcientiæ: Et an ignorãtia iuris excu-* C *ſet in conſcientia à pœna iuris: Vbi ſtatuitur regula generalis circa hoc ex qua inferuntur tria corollaria: Et an ignorantia excuſet à pœna in foro exteriori: Et an committens ex ſe illicitum annexam habens legis pœnam excuſetur ab ea, vt verbi gratia ab excommunicatione ſi eam ignoret, vbi reſpõdetur per quatuor concluſiones & per vnum corollarium ſiue duo: Et de quibuſdam formis fulminandi cenſuras, ſcilicet ſi ſcienter, ſi temere, ſi præſumpſerit: Et an in dubio quis cenſen-* D *dus ſit irregularis; & tandem ſoluuntur argumenta.*

POSTQVAM de opinionibus, & de dubijs egimus in ordine ad iudicia bona, vel mala elicienda, & poſtquam de ſcrupulis, qui rectum ſolent obturbare iudiciũ actum eſt, nunc quoque de ignorantia, quę recto etiam iudicio eliciendo impedimẽtũ præſtare ſolet, aliquid ſupereſt dicendum. Et quia non libet hic inculcare, quæ de ignorantiæ materia in noſtro. 1. tomo inſtructorij conſc. pri A ma eius parte. pag. 89. & ſeq. cap. 31. diximus tantum de ignorantia, quatenus in foro conſcientiæ & etiam contentioſo excuſat, vel non excuſat à culpa vel à pœna breuiter hic nobis erit agendum. At quia pœna conſequitur culpam, primo inquirere eſt opus, vtrum ignorantia excuſet à culpa ex toto in foro conſcientiæ. Reſpondetur breuiter ſecundum mentem D. Thomæ. 1. 2. q. 76. artic. 3. &. 4. quod quia ignorantia in tantum minuit peccatum in quantum minuit de voluntario, non poteſt ignorantia excuſare à peccato ex toto, niſi totaliter auferat rationem volũtarij, vt in infante, & in naturaliter furioſo, niſi ſua culpa incurriſſet in illum furorem, & B amentiam & ſecundum D. Thomam in quolib. in eo, qui legitimo impedimento prępeditus nõ potuit ſcire conſtitutionem Papæ, quia tunc dẽtinebatur in carcere, vel in alijs peregrinabatur terris, ad quas conſtitutio papæ non peruenit. Secundo dicitur, quod ignorantia omiſsionis, qua quis negligit ſcire, quę tenetur, qualia ſunt ea, quæ ſunt fidei, & vniuerſalia iuris præcepta, ſicut præcepta Decalogi, & eccleſiæ, licet excuſet à tanto, ſed non excuſat à culpa mortali. Sicut neque etiam à mortali culpa excuſat ignorantia omiſsionis, qua quis omittit ſcire ea, quæ ad ſuum officium & ſtatum pertinent, quę non poteſt ſine lata negligentia ignorare. Sicut C ſunt etiam quinque præcepta eccleſiæ, & quod clericus non ſit cædendus, quod non contingit ab omnibus ſine lata negligentia, quo ad pœnam excommunicationis ob hoc poſitam communiter ignorari. Patet hoc, quia ſecundum D. Thomam vnuſquiſque tenetur ſcire illa, ſine quorum ſcientia actum debitum exercere non poteſt. At vero licet expreſſe contenta in dictis præceptis vniuerſalibus teneatur vnuſquiſque ſcire ſub culpa mortali: ſed nõ tenetur ſub mortali culpa noſſe ea, quæ in his præceptis non expreſſe, ſed ſubtiliter & reductiuè continentur. Primum autem patet. 24. q. 1. can. ſi quis dederit & diſtinc. 36. cap. qui ea. Secundum pa- D tet, quia circa ea, quæ in talibus generalibus prę ceptis ſubtiliter, & non expreſſe continentur, vulgares ſaltem negligentiam latam regulariter non committunt: ergo circa hæc ſubtilia implicita in talibus præceptis generalibus, ſiue poſitiuis, ſiue naturalibus pertinentibus ad omnem ſtatum ignorantia à culpa mortali regulariter excuſat vulgares & indoctos. Sicut etiam circa pertinentia ad proprium officium, & ſtatum excuſat illa ignorantia à mortali culpa, qua communiter ſui ſtatus officij, & qualitatis homines tenentur dum contingit circa iura poſitiua, quia hæc ignorantia non eſt craſſa, neq; coniuncta cum negligentia lata.

❡ Porro

℄ Porrò explicato iam quomodo ignorantia excuſet, vel non excuſet à culpa mortali ex toto: ſequitur nunc diſcutere, quomodo ignorãtia iuris ipſius in foro conſcientiæ excuſet, vel non excuſet à pœna iuris. Loquimur in foro animæ: quia in foro contentioſo aliquando contingit pœna damnari, ſcilicet, irregularitatis, vel excommunicationis, vel alia, qui coram Deo eſt ſaluus, propter ſuam inculpabilem ignorantiam: quia ibi eam coram iudice nequit probare, vel è contra contingit, vt coram Deo reus ſit pœnæ prædictæ, qui tamen in foro exteriori vtente præſumptionibus propter falſo allegata, & probata liber eſſe ab eis pronuntiatur.

℄ Igitur pro illucidatione quæſtionis ſtatuitur regula generalis, cuius ſupra meminimus, ſcilicet: Faciens aliquid ex ignorantia, quod non eſt contra legem Dei, vel naturæ (quam omnes quia pertinet ad ſalutem animæ ſcire tenẽtur) ſi credat id quod facit nulla lege eſſe prohibitum, cum tamen ſit prohibitum, ſi talis ignorantia nõ eſt affectata, neque craſſa, puta, quia curat pro viribus noſſe neceſſaria ſibi, vt verbi gratia, ſi eſt mulier, ruſticus, mercator, & huiuſmodi libẽter vadit ad prædicationem, & ad alia loca, vbi talia declarantur, & de ſe eam in his gerit ſolicitudinem, quam ſui conditionis, atque ſtatus & qualitatis homines communiter ſolent adhibere: ſi autem eſt religioſus prædicator, aut confeſſarius libenter vacat ſtudio, ſciſcitaturq; ab alio peritiore ignorata, & huiuſmodi, excuſatur ab omni pœna, etiam excommunicationis, in iure poſita & ab omni culpa. Hæc autem regula, quæ multum eſt conſolatoria illius, qui quod de ſe eſt præſtat in negocijs gerendis probatur per textum clarum. in capit. fin. qui mat. accuſ. poſſunt. & per rationem capit. cognoſcentes. de conſtitut. Vbi dicitur quod detrimentum ante prohibitionem, ſcilicet, culpabiliter ignoratam non poſſunt ignorantes incurrere; neque enim priuandus eſt quis iure ſuo ſine culpa, aut ſine cauſa rationabili. de regulis iuris. Et facit pro hoc lex fin. ff. de decr. ab or. facien. Facit quoque pro hac regula Diuus Thomas in quol. 1. artic. 19. vbi ait; quod ignorans conſtitutionem papæ ex negligentia, intellige, lata non excuſatur à culpa agendo contra illam. Secus ſi non potuit quis illam ſcire, quia fuit in carcere detentus, vel abſens & alibi peregrinus. Atque potiſsima huius regulæ ratio eſt, ſecundum Syluеſtrum, verbo, ignorantia. q. 7. §. 13. quia ignorantia, quando eſt cauſa actus niſi ipſa ſit peccatum excuſat à peccato, quia cauſat inuoluntarium. Neq; obſtant iura, ſiqua videntur eſſe contraria, quia fundantur in præſumptione, vt aperte declarat caput cognoſcentes. de conſtit. Vbi contra hanc iuris præſumptionem admittit probationem illius, qui velit ſuam probare ignorantiam ad cuitandam pœnam, determinatque ad id eſſe audiendum. Sylueſter vero loco citato ait prædictam regulam deficere & fallere in prælatis, officialibus, medicis, & huiuſmodi artificibus: qui talia officia aſſumunt, cum non ſint ſufficienter inſtructi ad talia exercenda, quia eis imputatur. Sed profecto licet Sylueſter verum aſſerat in hoc, quod ait hos non excuſari; tamen arbitror non proprie eſſe dicendum in his regulam hanc fallere, quia certe eos non includit regula, ſed potius excludit per illa verba, ſi gerit ſolicitudinem quam ſuę conditionis homines ſolent adhibere. Iſti vero, qui inſtructi ad talia officia exercenda non accedunt, ſolicitudinem communem, quæ ſolet adhiberi à probis & non væcordibus non adhibent.

℄ Ex prædicta regula primo corollariè ſequitur, quod non excuſatur à culpa, neq; à pœna ille, qui neſcit ea, quæ communiter homines ſuæ conditionis ſciunt: quia huius ignorãtia eſt craſſa, atque ſupina. Et huiuſmodi eſt ille, qui non curat audire ſermones, vbi hæc prædicantur, negligitque intereſſe his locis, vbi talia declarantur, ſi tamen commode poſsit in cap. vt animarum. de conſt. lib. 6.

℄ Sequitur ex prædicta regula corollariè ſecundo, quod regulariter inter fideles in regionibus, vbi abundant prædicatores docti, & viri literati de his, quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem, nulla datur ignorantia inuincibilis excuſans, quia hæc omnes tenentur ſcire, & poſſunt ſcire, cum non deſint doctores, curati, & prædicatores, & confeſſores, qui ea doceant, & neceſsitatem ea ſciendi eis intiment, vt articulos fidei, & decem mandata Decalogi, & quinque mandata eccleſiæ, & ſacramenta neceſſaria ad ſalutem. Igitur ſecundum D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 1. & ſi in his, qui nihil audierunt, neque audire potuerunt de fide eorum ignorantia, & infidelitas negatiua circa ſupernaturalia neceſſaria ad ſalutem rationem peccati non habeat, ſed pœnæ iuxta illud Ioannis. 15. Si non veniſſem, & locutus eis fuiſſem, peccatum, ſcilicet, infidelitatis, vt explicat D. Auguſt. non haberent: tamẽ in fidelibus imo atque etiam in infidelibus, qui potuerunt audire, & neglexere, hanc excuſationem ignorantiæ D. Tho. non admittit.

℄ Sequitur tertio ex prædicta regula corollariè, quod circa ea, quæ ſunt de iure naturali tanquam principia communia, & vniuerſalia nulla contingit ignorantia excuſans, quia vt. 1. 2. ait D. Thom. quæſtio. 94. articul. 6. hæc non poſſunt à mẽte humana aboleri, quia omnibus ſunt nota. Sicut etiam circa præcepta Decalogi, quæ ſunt concluſiones his vniuerſalibus & primis principijs communibus propinquæ, & ex his principijs euidenter deductæ (quia lumen Dei quod ſignatum eſt ſuper nos iſta præcepta docet) ignorantia inuincibilis non datur, quæ à culpa excuſet. Sed bene excuſat aliquando ignorantia circa aliqua in eis non expreſſe; ſed implicite contenta, & reducibilia ad ea. Vt verbi gratia, vna harum concluſionum eſt. Non furtũ facies contrectando alienum, inuito domino, ſi in aliquo contractu non manifeſte illicito interueniret furtum, id eſt, contrectatio rei alienę inuitó domino, ſi quis ignoranter ex ignorantia nõ affectata & craſſa illicitum hunc contractũ admitteret credens eſſe licitum: hæc ignorantia eum à culpa mortali excuſaret. Quia durum eſſet, inquit Sylueſter, aſſerere hunc peccare mortaliter. Quia licet in rei veritate agat contra præceptũ iuris naturalis, de non accipiendo alienum: tamẽ non agit cõtra aliquid expreſſe contentũ in hoc præcepto, ſed contra implicite in eo contentũ, quod propter ſubtilitatem communiter contingit ignorari. Facit pro hoc. 15. q. 1. c. merito &. c. fin. 37. diſt. Secus eſſet ſi dubitanter talem contractum iniret.

℄ Præterea affinis occurrit hic quæſtio, an ignorantia excuſet à pœna in humano iudicio, ſeu foro contentioſo. At vero licet quæſtio hæc præcipua ſit apud iuriſtas; tamẽ quia noſtri officij non eſt eorum opiniones tam late examinare, & ad vnguem, dicamus breuiter, quæ circa hæc veriſimiliora eſſe arbitramur. Dicitur ergo primo, quod ignorantia, quæ eſt ſine omni culpa in hoc foro contentioſo euitat omnem pœnam legis. Huius primæ aſſertionis autor eſt Panorm. in ca. cognoſcentes, de conſtitutionibus. Vbi ait, hoc probari per textum clarum in cap. cum tua, qui matrim. accuſ. poſſ. Pro hoc etiam facit caput cognoſcentes de conſti. in principio, ibi, rem quę caret culpa in damnum vocari non conuenit. ℄ Secundo dicitur, quod quia lex canonica, vel ciuilis habens annexam pœnam poteſt præcipere, aut prohibere aliquid, quod de ſe non eſt malum, aut illicitum, aut damnatũ, ſed ſolum eſt tale, quia per ipſam eandem legem poſitiuam humanam eſt prohibitum, loquendo de his legibus, qui probat eas ignoraſſe in iudicio, quia tempore promulgationis earum fuit detentus in carcere, vel in alijs regionibus peregrinus, ad quas lex, vel conſtitutio papæ nõ peruenit, vel propter aliquid ſimile, immunis eſt in iudicio ab omni pœna. Quia ſecundum D. Thomã quolib. 1. artic. 19. liber hic ab omni culpa eſt iuxta dict. cap. cognoſcentes. Tertio dicitur loquendo de lege pœnali non prohibente aliquid de ſe alias illicitum, ſi ſunt leges, quæ in diæceſibus, vel prouincijs non publicantur communiter, neq; ſciuntur eis non ligatur, neq; quo ad culpam, neque quo ad pœnam eas ignorãs, niſi ſit perſona, cui non liceat ignorare eas. Patet hoc dictũ per cap. cognoſcẽtes. Quia hic abeſt culpa, & res, quæ culpa caret in damnum vocari nõ conuenit. Vnde audiendus eſſet prædictus, ſi vellet in iudicio ſuam ignorantiam probare. Cæterum aduertit Iulius Clarus in tract. de proceſſu crimin. quod punitur delictum prohibitum iure communi, etiam ſi ſit de re alias non de ſe prohibita: quia non præſumitur hic ignorantia ſtatuti aut decreti punientis delictum, quando delictũ erat prohibitum iure cõmmuni, quia eo caſu ignorantia conſtitutionis, vel ſtatuti nõ excuſat, ſicut ignorantia iuris canonici, vel ciuilis, vel poſitiui iudicem licet excuſet à tanto nunquam tamen excuſat à toto. Ita communiter: quia iudex tenetur leges ſcire. Sed hoc ita eſt ſecundũ præſumptionem iuris, ſed in conſcientia ſtãdum eſt regulæ poſitę, quãuis iudex ſtipendiatus, quia accepta mercede ex officio facit, videtur teneri de culpa leui, ſicut reliqui artifices pro mercede operas ſuas locantes, ſecundum Nauarrum & cõmunem. Licet Panorm, in ca. cum cauſa dę teſtibus. dicat, quod iudex tenetur de dolo, & lata culpa. Quod Sylu. limitat in ſum. verbo, culpa. id verũ eſſe, quando officiũ nõ aſſumpſit, vel quæſiuit; ſed à ſuperiore impoſitũ acceptauit. Secus eſt inquit Sylu. qui quæſiuit cũ alius diligẽtior fuiſſet, quia iſte tenetur etiã de leui. ℄ Nũc ad hũc locũ reſeruauimus illã quæſtionẽ longe difficiliorẽ, ſcilicet, quando lex & canõ habet annexã pœnã, eſtque prohibens alias rẽ de ſe illicitã iure naturæ, vt ſi ſub pœna excõmunicationis latæ prohibeat vſurpare, vel furari res eccleſiæ, an ignorãs huiuſmodi pœnam pro illo furto ſtatutam, illas res vſurpãs, eã incurrat. At quidẽ quæſtio hæc, quæ ſi recte reſoluatur, multis cõſulit ſcrupulis, intricatior eſt, quã quæ paucis verbis expediri poſsit. Eſt enim res multũ in cõtrouerſia poſita. Quocirca illucidationis gratia eam controuertamus, arguentes pro parte affirmatiua.

℄ Primo ſic arguitur; quia pœnã illatã à iure diuino incurrit aliquis, etiam ſi ignoret illã, quia ſatis eſt, vt fiat reus illius, quod nouerit agere rẽ illicitã: ergo etiã patrator delicti, id eſt, furti pro quo lata eſt excõmunicatio, vel alia pœna licet illã inuincibiliter ignoret incurret illã. Antecedẽs patet de omnibus præceptis diuinis: quorũ ſi quis tranſgeſſor exiſtat, dato per poſsibile, vel impoſsibile, quod ignorantia pœnarum infernalium tenetur inuincibiliter, quæ trãſgreſſoribus eorum debentur, nihilominus eas perpetuo lueret. Et conſequentia patet á ſimili.

℄ Deinde confirmatur argumento Couarruuiæ

uiæ.§.10.tractatu de excommunica: Vbi notat,
de oſcitantia pudenda, vt ipſe ait, vtriuſque iuris
doctores in hoc errantes, quod cenſent non poſ
ſe puniri in iudicijs pœna legis, vel ſtatuti qui
eius pœnæ ignarus ſit. Vnde contra eos ſic ar-
guit. Tum ab abſurdo, quia abſurdum eſt excu-
ſare latronem à pœna, eo quod neſciat legis pœ
nam: & ſic etiã excuſare adulteros & inceſtuo-
ſos à pœnis eis per leges debitas, eo quod igno-
rarent has pœnas. Quod & confirmat; quia obli
gatio pœnæ eſt naturalis, non conſurgens à con
ſenſu delinquentis, & per conſequens neque ab
eius ſcientia, ſed à legis naturalis autoritate. Tũ,
quia inquit Couarruuias, pœna non eſt in ſe vo
luntaria, vt oporteat eſſe pręcognita, vt incurra
tur: ergo autor delicti, & ſi ſit ignarus pœnæ, nõ
erit liber ab illa.

℄ Secundo arguitur: Quia cum pœna ſuſpẽ-
ſionis, vel interdicti imponitur in canone pro
delicto, qui perpetrat delictum incurrit hãc pœ
nam, etiam ſi ignoret illam, ergo à ſimili qui de
linquit in canonem annexam pœnam excom-
municationis habentem, vel in legem ciuilem
pœnalem patrando actum, quem ſcit eſſe alias
illicitum, vel damnatum incurret pœnam, licet
illius pœnæ laboret ignorantia. Antecedens pa-
tet, & probatur conſequentia à ſimili. Quod con
firmatur etiam ex vſu Eccleſiæ: nuſquam enim
abſoluitur quis à ſententia excommunicationis
etiam ſi illius excõmunicationis ignorãtia ſe ve
lit protegere, antequã ſatisfaciat eccleſiæ: ergo ig
norantia pœnę nõ liberat delinquentem ab illa.

℄ Sed in contrarium eſt: quod iure naturali
pœna debet proportionari culpæ, quoad quanti
tatem, ita vt quantitas pœnæ reſpondeat quan-
titati culpæ, iuxta cap. fœlicis. de pœn. lib. 6. ſed
talis ignorans legem diuinam offendit, non au-
tem canonis conditorem prohibentem id ſub
pœna excommunicationis latæ ſententiæ, cum
canonem ignoret (vt ſupponimus,) & ſine lata
culpa: ergo puniri debet ſola pœna legis diuinæ
& non pœna legis humanæ ignoratæ.

℄ Et confirmatur ex cap. ſi vero, el. 2. de ſen-
tentia excommunicationis. Vbi excuſatur ab
excommunicatione qui clericum percuſsit, igno
rans eſſe clericum, licet factum illud ſit diuina
lege damnatum: ergo pari ratione ignorans pœ-
nam excommunicationis, aut aliam legis pœnã
excuſabitur à tali pœna: & ſolum erit punien-
dus pœna delicto debita ex lege naturali, quę ar
bitraria eſt, & non pœna legis poſitiuæ, vel ſta
tuti ignorati.

℄ Igitur pro expedienda quæſtione, quæ
ſuos graues fautores habet pro vtraq; parte. Pro
negatiua aſtant omnes hi, in primis Panormita.
ſuper cap. à nobis. de ſentent. excommunicatio.

A & D. Antonin. 3. part. titul. 25. capit. 33. & Sum
miſtę, ſcilicet, Syluest. verbo. excommunicatio.
2. & vltim. vtrobique. §. 3. Summa Angelica, &
Roſel. & Nauarrus in ſumma capit. 27. numer.
271. quam ibi ait, eſſe communem, & Sotus in
4. Pro parte autem affirmatiua, ſcilicet; quòd ta
lis ignorans pœnam excommunicationis nihilo
minus eam incurrat, ſi det operam alias illicitæ
rei, quam nouit eſſe talem aſtant Bart. in. l. cun-
ctos. de ſumma Trinit. & gloſſ. cap. à nobis. de
ſentent. excommunic. & Scotus in. 4. diſtincti.
6. quæſtio. 8. & Adrianus. quæſt. 3. de clauibus.
Ioannes Andreas cap. vt animarum. de conſtit.
lib. 6. Corduba in ſuo quæſtion. lib. 2. quæſtio.
B 27. vbi ait affirmatiuam veriorem. Couarruuias
de excommuni. §. 10. num. 9. vbi inuehitur acer
rime contra tenentes negatiuam, ſtatuuntur hæ
concluſiones.

℄ Prima concluſio: Ignorantia probabilis
excuſat ab excommunicatione lata per ſtatutũ,
imo etiam excuſat ab excommunicatione lata
per legem communem Pontificis maximi, quã
vis feratur pro actu dè ſe illicito, & alias damna-
to, & cognito pro tali, dum talis pœna excom-
municationis probabiliter ignoretur. Hæc con-
cluſio eſt Soti in quarto ſententiarum, & Syl-
ueſtri, verbo, ignorantia. §. 8. & Nauarri in
C ſum. capit. 27. num. 272. & eſt aliorum, qui cita
ti ſunt pro parte negatiua, contra allegatos pro
parte negatiua; & eſt communis ſecundum Na-
uarrum, atque eſt veriſimilior ſecundum So-
tum. Et probatur multipliciter. Primo, quia iux
ta caput. voluntate. de ſentent. excommunicat.
& l. qui iniuria. ff. de furtis. voluntas, & animus
diſtingunt delicta: iſte autem ſic probabiliter
ignorans pœnam excommunicationis non ha-
buit animum tranſgrediendi ſtatutum, aut le-
gem humanam pœnalem: ergo illam non incur
rit. Tum ſecundo, quia pœna excommunica-
tionis eſt exorbitans pœna, ſecundum Nauar-
rum, loco allegat. quæ non debetur, niſi exorbi-
D tanti delicto, quale eſt negligere, non tantum
legem, aut ſtatutum, ſed etiam pœnas iam ſcitas
& indictas per legem, aut ſtatutum. Tum, etiam
confirmatur: quia ſecundum Diuum Thomam
ſecunda ſecundæ, quæſtione. 105. articul. inobe-
dientia illa, qua contemnitur præceptum homi
nis leuior eſt peccato, quo contemnitur ipſe
præcipiens, quia ex reuerentia præcipientis de-
bet procedere reuerentia præcepti: cum ergo
ſit grauius contemnere præcipientem, præ-
ſertim in pœnis, quas indicit in ſuis præce-
ptis ſequitur, quod qui probabiliter ignorat
pœnam latam ab excommunicante eum, non
contemnit: ergo non eſt feriendus tam diro
mucrone exorbitantis pœnæ. Tum tertio, quia
ideo



ideo pia mater ſancta eccleſia cap. vt animarum
periculis. de cõſtit. in. 6. ſe tẽperat ſtatuens, quod
ſtatuta ordinariorum non ligant probabiliter ig
norantes. Et certè, vt bene aiunt Nau. & Sylue-
ſter eadem eſt ratio de conſtitutionibus papali-
bus; quia conſtitutiones papales plures ligant, &
minus publicãtur. Vnde magis currit in eis huius
textus ratio: quia argumentum quod hinc ſumi
tur ab alijs â contrario ſenſu, ſecundũ canoniſtas
non ſemper valet. Sicut neque hic valere debet,
vbi ratio dicti textus, vt animarum, quę eſt, vi-
delicet, vt animarum periculis obuietur, ratione
prædicta æquè & magis militat, in conſtitutio-
nibus papalibus. Atque ideo dixit text. quorum
cunque ordinariorũ ſimpliciter, vt includeretur,
& papa, qui eſt ordinarius vniuerſalis, etiã ſi ex-
communicatio eius feratur ſuper actum damna-
tum, id eſt, furtum, vt in illo cap. vt animarũ inſi
nuatur. Tum, quia in pœnalibus benignior eſt
accipiendus ſenſus. l. benignius. ff. de leg. & cap.
fin. de tranſlation. Tum. 4. probatur hac ratione
quę palmaria eſt quia excõmunicatio eſt pœna
nõ qualiſcũq; ſed medicinalis, vt in addition. ait
D. Th. q. 21. art. 3. vbi aſſerit, quod ſapientis me-
dici eſt à leuioribus incipere & à minus periculo
ſis. Ideo inquit excommunicatio infligi non de-
bet, etiam pro peccato mortali; niſi cõtumax fue
rit excommunicandus. Si ergo pœna excõmuni
cationis medicinalis eſt ſcilicet, ad emendam, &
ſi ignorata non prodeſt ad emendam, quia tunc
ignoranter incurſa noceret potius, quam emen-
daret: quorſum pia mater eccleſia ignorãtes pro-
babiliter excommunicationem, fruſtra ea inten
deret ligare? Quid enim confert ad medelam ani
mæ medicina ſpiritualis ignorata ſic probabili-
ter. Tum quinto probatur: quia ideo trina mo-
nitio, vel ſaltem vna pro trina requiritur, vt ſit
valida excommunicatio, vt iuxta dictũ Domi-
ni Matthæ. Si eccleſiam non audit, ſit tibi ſicut
ethnicus, & publicanus. Vnde ante quam con-
tumax ſit in non audiendo eccleſiam, non eſt
habendus vt talis. Quo circa neceſſe eſt, vt non
ſolum admonitus ſit de delicto, ſed etiam de ex
cõmunicatione cauẽda, propter illud lata. Quia
(vt ait Sotus in. 4. de excõmun. nullus dicitur nõ
audire eccleſiã, vt dignus ſit tali cẽſura, niſi ſub
eadem cenſura fuerit prohibitus aliquid facere.
Nam tunc eccleſia aperit mentem ſuam, ſcilicet,
illud pręcipere ſub mortali. Patet cap. Romana.
de ſent. excommunicat. in. 6. Tum etiam proba-
tur argumentis poſitis in contra, & poſtrema ra
tione Nauarr. vbi ſupra. Quia ratio naturalis,
quæ dictat, pœnam eſſe debitam delicto, nõ per
tingit ad pœnam excommunicationis, ſine lu-
mine fidei. Ergo non eo ipſo, quod committit
delictum imaginari tenetur eius delictum eſſe

A cauſam tam exorbitantis ſpiritualis pœnæ ſcili-
cet, excommunicationis. Vnde probabiliter po
teſt eam ignorare.

℄ Ex prædicta concluſione infertur corolla-
rie, quod quia rationes eius ſunt efficaciores
(neque enim in materijs moralibus qualis eſt
hæc exigenda eſt euidentia mathematica) ip-
ſa poterit multos probabiliter ignorantes con-
ſolari. Quia alias ſecundum aliam opinionem
mittendi erant ad papam pro abſolutione ex-
communicationis impetrandã; ſi erat papæ re-
ſeruata. Quanquam hic Corduba diſtinxerit
ita eſſe dicendum, quando pœna excommuni-
cationis etiã probabiliter ignorata lata erat per
B modum ſententiæ: quia tunc vt ſententia pa-
ſtoris his ſtantibus opinionibus timenda eſſet.
Secus ſi eſſet annexa conſtitutioni papali per
modum pœnæ. Sed dicimus contra hanc di-
ſtinctionem, quod rationes concluſionis vni-
uerſaliter probant, quod quomodocunque pro-
babiliter ignoretur illam quis non incurreret
vt patet in eo, qui in caſu particulari ignorans;
& ſine vlla præuia admonitione etiam per mo-
dum ſententiæ excommunicaretur.

℄ Hinc corollarie infert Nauarrus ibi, ſe re-
cte probaſſe in cap. fraternitas. 12. quæſtione
ſecunda, cum multis eruditis curię, qui eiuſdem
ſunt cum eo ſententiæ, quod multæ extraua-
C gantes cum grauiſsimis cenſuris latæ ſuper cri-
minibus damnatis ſunt, quarum notitia nun-
quam tranſiuit Pyrenæum, neque Alpes, at-
que ideo non excommunicaſſe Hiſpanos ig-
norantes ei videntur. Nam & percutiens cle-
ricum ignorans probabiliter eſſe talem, non li-
gatur cenſura contenta cap. ſiquis ſuadente dia-
bolo iuxta capit. ſi vero. 2. de ſentent. excõm.
quia formaliter & ex intentione non percuſsit
clericum, atque ideo non commiſit ſacrilegium
tale, pro quo lata eſt illa excommunicatio.

℄ Secunda concluſio: Mulier vel ruſticus, vel
alij ſimiles, qui probabiliter pœnas legum igno
rant, non incidunt in pœnas exorbitantes igno
D ratas, neque in pœnas extraordinarias, & auctas
vltra naturam nude conſideratas propter frequẽ
tiam delictorum, vel ob alias circunſtantias per
ſonæ, temporis, vel loci. Atq; ideo iſtis exorbitã
tibus pœnis non ſunt puniendi; ſed ſolum pœnis
ordinarijs proportionatis delictis ſimilibus, ſi
ſunt iam ſtatutæ, vel ſi non, iuxta eam ſolũ pœ-
nam, quam iudex bonus, & prudẽs iuxta delicti
naturã & circũſtantias delictũ comitãtes paulo
plus, vel minus duxerit imponendã. Hæc cõclu
ſio eſt Nauarri loco citato, per quam vitat extrẽ
ma aliorum doctorum aliter opinantium rigo-
roſius, vel remiſsius, quam par eſſet. Probatur
autem concluſio: quia huiuſmodi ſimplices pro-
babili-

babiliter ignorantes exorbitantes pœnas, quales ſunt pœna excommunicationis inter eccleſiaſticas, & pœna capitalis, & infamiæ & iacturæ ſtatus, id eſt, ſeruitutis in ciuilibus, & ſi ſciant eſſe malum id, quod faciunt, neſciunt tamen neque ſcire tenētur, tam extraordinariam & exorbitantem pœnam pro illo malo eſſe impoſitam quæ impoſita eſt, non propterea quòd tale delictum de ſe tam atroci pœna dignum ſit, ſed propter alias occurrentes pro tempore & loco circumſtantias. Patet etiam exemplo Nauarri ibi, quia magis peccat violans legem grauiſsimis & extraordinarijs pœnis munitam, ſciendo eam talibus eſſe circumuallatam pœnis; quam ſi eam talibus pœnis munitam eſſe probabiliter ignoraret. Sicut magis contemnit & peccat, qui ingreditur hortum alto pariete ſeptum cauſa furandi, quam ſi tranſiliat in hortum aggere leui, vel vallo tenui circumgyratum: ſic & iſti ignorātes probabiliter has pœnas minus delinquūt: ergo minori pœna ſunt puniendi. Probatur etiā ex argum. ſumpto ex capite ſuper literis. de reſcriptis: quia ibi ignorantiæ & ſimplicitati, vt notat gloſſa, iura ſubueniunt. Nam vt probatur de conſecrat. diſt. 2. cap. 3. & cap. cum vniuerſorum. de rer. permut. ſimplicitati ſubuenitur, & ruſticitati parcendum eſt. l. cum de indebito. §. ſi autem is. ff. de probati. nō autem ruſticitati parceretur, ſi huiuſmodi ruſtici has extraordinarias & exorbitantes pœnas, quas probabiliter ignorant inſolidum ſubire cogerentur: igitur admittendi eſſent ad ſuæ ignorantiæ probationem. Quod ſi in foro contentioſo non ſeruatur, quod æquitas, & ratio dictat ſeruandum: eſt quia iſta probabilis ignorantia non probatur, quia ſupina & craſſa eſſe ignorantia præſumitur. Sed certè cum ſimplicioribus reis ſimplicius & benignius, & non rigidius ſe gerere deberent iudices.

¶ Tertia concluſio: Excommunicatio tā papæ, quam epiſcoporum lata pro actu damnato iure poſitiuo, & non diuino ab ignorātibus probabiliter talem prohibitionem non incurritur. Hæc eſt Couarruuiæ, vbi ſupra, vbi fatetur, nō tam facile ignorantiam probabilem, & inuincibilem contingere circa canones papales, ſicut circa ſtatuta epiſcopalia. In hac concluſione cō uenit nobiſcum. Sed nos cum opinione communi noſtram primam concluſionem non tam reſtricte ſumimus, quia arbitramur etiam delinquentes contra prohibitum de iure naturali, & diuino, ſi probabiliter ignorent pœnam excommunicationis pro hoc delicto, eſſe impoſitam, ea non ligari, quia pœna exorbitans eſt, & propter rationes in prima concluſione adductas, & propter has, quas de nouo producimus, aut certè magis explicamus: quaſi arguentes ad homi-

A nem contra ipſum Couarruuiam. Nam ſi ita eſt vt ipſe affirmat pro regula generali, quòd ignorantia qualitatis delicti, ſcilicet, inceſtus, vel ſacrilegij, ſcilicet, quia ignorauit aliquis ſe coire cū ſorore, aut cum moniali excuſat à ſacrilegio, & à pœna ſacrilegij, & ab inceſtu, & ab inceſtus pœna: ergo ſimiliter ignorantia qualitatis pœnę exorbitantis, qualis eſt excommunicatio, quam ſi ſciret & eſſet contumax perſeuerās in illa per annum ſcienter mala præſumptione, afficeretur ex illa, excuſabit ignorantem à tali pœna. Et cō firmatur item: Quia textus ille, vt animarum. de conſt. in. 6. qui eſt fauorabilis, non ſatis conſuleret periculis animarum, ſi ſic ſtrictè illud inter-B pretaremur: quia certe plures eſſent, qui ſi pro tali delicto ſcirent latam eſſe excommunicationem, nihil tale illicitum molirentur, cauerentq; pericula, quæ obueniunt animabus, ex incurſione excommunicationis, quæ enumerat D. Tho. Quod locum habet vt prædiximus in vulgaribus ignorantibus excommunicationes papales, quando non ſunt vulgo notæ, quia rarò, vel nūquam publicantur. Ita Sylueſt. verbo ignorantia. §. 8. & Angel. verbo excommunicatio. 7. caſu vltimo.

¶ Quarta concluſio: Ignorantia probabilis, ſeu inuincibilis non excuſat à pœna ſic proba-C biliter ignorata, ſi ſit ordinaria, & non ſit exorbitans, & extraordinaria, quando quis dat operā actui illicito, & damnato, pro quo impoſita eſt pœna, & ſcit, vel ſcire debuit eſſe illicitū, & damnatum. Hæc concluſio eſt Nauarri loco citato, quā probant argumenta poſita à principio quæſtionis pro parte tenentium partem affirmatiuā: quia culpæ notæ debetur ſua ordinaria pœna, etiam ſi pœna talis ignoretur; non autem debetur pœna exorbitans, & extraordinaria ignorata probabiliter.

¶ Ex prædicta concluſione ſequitur corollarie, quòd quia inter pœnas eccleſiaſticas ſuſpenſio, & interdictum & irregularitas, quæ incurri-D tur propter culpam, non ſunt pœnæ ſuperexcedentes, neque tam exorbitantes, ſed ſolitæ poni á iure, & á iudicibus cum volunt abſtinere à diro mucrone excommunicationis, ideo ignorās eas pœnas probabiliter incurrit illas, ſi dat operam rei illicitæ, quam nouit eſſe illicitam, vel debuit noſſe illicitam eſſe, pro qua tales pœnæ ſunt inflictæ: licet pro delicto tali eas prędictas pœnas poſitas eſſe non nouerit. Et multo magis incurret irregularitatem, quæ propriè non eſt pœna: quia incurritur propter ſolam ſignificationem, aut indecentiam, & ſine culpa. Et idem in pœnis ciuilibus ordinarijs.

¶ Sequitur ſecundo corollarie, quod ignorantia in iudicio, quando eſt lata, id eſt, cum lata culpa



culpa coniuncta, quæ communiter ſolet euitari à tali genere perſonarū, in alijs criminibus, quibus non eſt poſita pœna exorbitans (qualis eſt pœna corporalis grauis, vel capitalis, vel ſtatus, vel infamiæ, quia pœna hæc ſine dolo inferri non debet ſecundū Barthol. in. l. in actionibus. ff. de in litem iurand. in quibus lata culpa dolo non æquiparatur) in alijs, inquam, criminibus ab his diſtinctis non excuſat à tota pœna, quia talis ignorantia eſt craſſa, rationem ſic excuſandi non habens. Si autem eſt talis ignorantia non craſſa, ſed cum leui culpa coniuncta, tunc non excuſabit ab aliqua pœna arbitraria. Ita Sylueſter citans Cyn. in. l. ſi quis non dicam. C. de epiſcop. & cler. In cuius gratiam ibi Sylueſter verbo ignorantia. §. 19. allegat bonum textum. l. qui ædes. ff. de incend. rui. Accedit Panormit. dicens hunc ciuiliter eſſe puniendum, quia leuis culpa leuiter eſt punienda. de accuſat. ca. cum dilecti.

¶ Sequitur tertio corollarie, quôd quando D. Thomas in illo quolibeto. 1. artic. 19. aſſerit conſtitutiones papales ligare ignorantes negligentes, quia hoc eſt pœnale de lata negligentia, quæ communiter ſolet euitari intelligendum eſt, ſecundum Sylueſt. verbo ignorantia. §. 15. Vbi ait, quòd canon latā culpam requirit. Sed tamen aduertendum eſt, quòd ſi conſtitutio generalis, vel prouincialis requirat dolū expreſſum, vel tacitum, ignorantem non ligabit, etiā ſi talis conſtitutio includat actum damnatum; licèt lata culpa ibi in ignorando interueniat. Ita Panor. cap. cognoſcentes, de conſt. & Innocen. in clem. eos. de aſſinit. & conſang. Et idem ſecundum Panor. eſt dicendum in caſibus, in quibus requiritur dolus ad pœnam incurrendam, in quibus lata culpa dolo nō æquiparatur, quo ad pœnā corporis afflictiuā, vt. l. in actionibus. ff. de in litē iur.. Quia in his talis cōſtitutio non ligabit, etiam craſſe & culpabiliter ignorantes quo ad ſui ſententiam, ſed aliter erunt puniendi. Sed nota, quod iniuria non poteſt eſſe ſine dolo, ideſt, ſine hoc, quòd ſcienter fiat. 15. quæſt. 1. cap. 1. Extra hos verò caſus, vbi conſtitutio requirit dolum expreſſum, vt cum ait, ſiquis ſciēter fecerit, vel vbi requirit dolum tacitum, vt vbi talis conſtitutio imponit pœnam infamię, aut amiſsionis ſtatus, aut corporis afflictiuam, tunc ignorans ex lata culpa punitur: ſicut, ſi doloſe & ſcienter feciſſet, quia regulariter lata culpa æquiparatur dolo. ff. de regul. iur. l. magna negligentia & l. quòd Nerua. ff. depoſ.

¶ Quia verò latores cenſurarum, ſiue in ſuis conſtitutionibus, vel ſtatutis, vel edictis varijs terminis ſolent vti in eas fulminando cenſuras, & aliquando dicunt, quòd ſi ſcienter

A contra hoc mandatum fecerit, vel facere præſumpſerit, vel temere intentauerit pœnam excommunicationis, aut ſuſpenſionis, aut interdicti ipſo facto ſe nouerit incurſurū: an hæc formæ fulminandi cenſuras ſic dolum & ſcientiam in tranſgreſſore requirant; vt quomodocunque ſic ſiue culpabiliter, ſiue inculpabiliter eas ignorantes ab earum incurſione liberentur, etiam ſi contra eas ignoranter deliquerint, hic inquirendum eſt: quia notitia hæc vſui lectoribus erit ad huiuſmodi cenſurarum literas, ſtatuta, vel edicta interpretandum.

¶ Igitur pro illuſtranda quæſtione dicitur B primo, quòd ſi in literis, ſeu reſcriptis, edictis vel conſtitutionibus, in quibus hæ cenſuræ aduerſus tranſgreſſores fulminantur, nihil horum verborum, ſi ſcienter, vel ſi temere, contra hoc fecerit, vel præſumpſerit, vel attentauerit, vel ſimilium adiectum ſit, ſed abſolute contra tranſgreſſores fuerint latæ; tunc ignorantia affectata, aut craſſa, & ſupina, quæ ſemper eſt cum lata culpa coniuncta, huiuſmodi tranſgreſſores ab incurſione earum cenſurarum non excuſat. Patet hoc primo: quia lata culpa hic interueniens in hoc caſu dolo æquiparatur. Accedit ad hoc Sylueſt. verbo ignorantia. §. 15. Vbi ait, quod canon pœnalis latam culpam re-C quirit, vt ad ſuam pœnam obliget: ſic etiam cætera edicta & reſcripta cenſuras continentia. Secundo dicitur cum Metina in ſua inſtruct. vbi agit de incurſione excommunicationis. §. 2. quòd quando in fulminandis cenſuris hic tenor verborum inſeritur, ſcilicet, ſi præſumpſerit, vel ſi ſcienter hoc fecerit, ſit ipſo facto excommunicatus; tunc ignorans illud mandatū & cenſuram, etiā culpabiliter ea cenſura nō ligatur. Ita ibi Metina. Et idē ego cenſeo ferendum eſſe iudiciū de cenſuris & pœnis, vbi æquipollentia verba prædictis continentur.

¶ Tertio dicitur, quòd caute inſpiciendi ſunt D canones, & eorum verba attendenda, vt dum requirunt dolum, & ſcientiam, aut temeritatem, aut præſumptionem expreſſe, excommunicati non iudicentur illi eſſe, qui contra canones ipſos materialiter, & non formaliter, neque ſcienter, aut ex intentione commiſerunt. Nam in pœnis ſtricte interpretatio fieri debet. Quo circa in dubijs, verbi gratia, irregularitatis, vel ſuſpenſionis, vel excommunicationis, vel interdicti, & cætera in foro contentioſo interpretari debemus, has pœnas aliquem non incurriſſe; quia vbi agitur de pœnis in dubio mitior interpretatio eſt facienda. capit. odia. de regu. iuris. Sicque intelligitur innocentius, & iura per eum allegata. In foro verò animæ, vel quaſi pænitentiali, vbi agitur non

Non ad pænam proprie, ſed vt à miniſterio abſtineatur, ſecundum Panormi. in capite. cum tu filij de teſtib. potius interpretari debemus, ꝙ talis ſit irregularis, vel excommunicatus; & ſic de alijs pœnis. At Couarruuias in tract. de homic. in. §. 2 ſecundæ partis ſuæ relectionis ait, quòd quando quis percuſſus à pluribus obijt, ſi non conſtat, quòd potius ſit ex vno vulnere, quam ex alio mortuus, quia omnes tenentur de homicidio omnes irregulares ſunt cenſendi. Quod probatur ex cap. ſignificaſti verſ. quòd ſi diſcerni. & ex textu optimo. ca. vltimo. 23. quęſt. 5. ſecundum Socin. ibi à Couarruuia allegatum, tam in foro conſcientiæ iuxta caput. audientiam. de homicid. quam etiam in foro exteriori, vt placuit gloſſæ cap. quieſcamus. 42. diſtin. Eſtque magis communis. 23. quæſt. 5. cap. vlt. Quocirca Couarruuias diſſentire videtur à diſtinctione communi, qua Ioannes Andr. Card. Abbas Ana. Socinus in cap. ad audientiam de homicidio diſtingunt, de foro interiori & exteriori, dicentes caput. ad audientiam. de foro interiori eſſe intelligendum. Quam diſtinctionē communem Nauarrus egregie confutat cap. ſi quis autem. de pœnit. diſt. 7. nume. 35. Quia dictum cap. ad audientiam, ſicut & ſimiles ad forum exterius pertinēt. Diſtinguendum eſt ergo aliter ſecundum eūdem Couarruuiam: quia, aut dubitatur de iure, verbi gratia, an Petrus in ſpecie ex iure aliquam contraxerit irregularitatem, ideſt, an irregularitas quæ in dubio imputatur Petro ſit expreſſe contenta in iure, vel non, & tunc in dubio in vtroq; foro ab ea liber eſſe pronunciandus eſt. Si autem dubium eſt, non de iure, ſed de facto, vt verbi gratia, non dubitamus de iſto iure, ſcilicet, quòd mutilator membri ſit irregularis, ſed dubitatur de iſto facto, an, ſcilicet, abſciſsio digiti ſit mutilatio mēbri, ita vt inducat irregularitatem, tunc in dubio dum non deponitur per opinionem Nauarri & eius ſequacium contra Sotū, & alios Theologos aſſerentium, quòd digitus non eſt membrum, ſed pars mēbri, ideſt, manus tutior pars eſt eligenda in vtroque foro quare cum ſimilia dubia facti deponi nō poſſunt per electionem alicuius opinionis probabilis Doctorū, qui in tali dubio eſt cōſtitutus ingerere ſe non debet ad celebrandum ſine diſpenſatione. Et ideo iſte intellectus capitis. ad audientiā. & cap. is, qui. de ſent. excommun. ſeruandus eſt in foro purè contentioſo, & etiam in mixto, ideſt, ſine denūciatore, vel accuſatore. Hoc autem interpretamentum commendatione dignum eſt; inquit Couarruu. nequis deceptus erret ab inſtitutis papalibus. Ita Couarr. relect. de homic. 1. parte de irregul. nu. 3. Iam reliquum eſt, vt ad argumenta & confirmationes, quę in principio quęſtionis pro parte negatiua allata ſunt (licet ex prędictis eorum ſolutio aliqualiter pateat) in particulari reſpondeamus.

¶ Igitur ad, 1. argu. reſpondetur, quòd nos loquimur de pęnis temporalibus humanis huius vitæ, quæ ſecundū philoſophū ſecundo Ethic. ſunt medicinę: & non loquimur de pœnis infernalibus, quę medicinales non ſunt, poſtquā ſunt iam actu exercitę in damnatos. Pœnę ergo huius vitæ, quia medicinales ſunt, proportionatę debēt eſſe delictis. Quo circa ſi exorbitantes ſint aliquando, & ignorentur nihil mirum eſt, ſi ſimplices eas ignorātes in toto rigore nō obligent. Pœna autem infernalis, quę punit offenſam mortalem contra Deum commiſſam licet in ſe conſiderata videatur exorbitans, & acerbiſsima, tamē cōſiderata reſpectu ſummi, & infiniti boni incōmutabilis offenſi, non eſt extra ordinaria, neq; excedens. Imo, vt aiunt Theologi, ibi, etiam in inferno Deus punit citra condignum. Vnde negatur conſequentia; quia argumentum non eſt à ſimili.

¶ Ad argumentū Coua. arguētis ab abſurdo, negamus aliquod ſequi abſurdum, ſi ſimplices probabiliter ignorātes extraordinariā, & exorbitantē pœnā, ſi ea toto rigore non plectantur, ſed ſolū pœna ordinaria non excendenti, ꝙ ſi nulla talis eſt, pœna arbitraria proportionata delicto erūt puniēdi: quia hoc propter probationes ſupra allatas in probationē primæ & ſecundæ concluſionis eſt magis conſonū rationi, in qua fundātur iura. Non enim, vt Couarr. putat excuſamus adulteros, aut inceſtuoſos, etiā ignorantes pœnas probabiliter ab ordinarijs pœnis legis, ſed ab extraordinarijs adauctis ratione alicuius ignotæ circūſtantiæ, cuius ignorātia probabili laborant ſimplices, & ruſtici, quādo ſunt exorbitantes. Quia vt bene ait loco vbi ſupra Nauarr. licet hi ignorātes non ſint circa delictū: neſciunt tamen neq; ſcire tenentur tranſgreſsionē illius delicti eſſe cauſam, tā exorbitātis, & extraordinariæ pœnæ. Neq; eius confirmatio cōcludit aliquid contra nos. Vbi obijcit, ꝙ obligatio pœnæ eſt naturalis, & nō conſurgit à cōſenſu delinquētis. vel ab eius ſciētia, ſed à legis naturalis auctoritate; neq; eſt voluntaria. Quia reſpōdetur, ꝙ cū ſecundū philoſophū ſit medicinalis, debet eſſe proportionata, & correſpondere quātitati culpæ. At pœna exorbitās non eſt proportionata culpæ probabiliter eā ignorantiū, neq; correſpōdet quātitati eorū culpę, quia ſuper excedit. Quia vt probatum eſt, non tantum contemnit legiſlatorem, qui tranſgreditur eius mādatum indictum, ſub grauiſsimis pœnis ſibi ignotis, quā qui hoc ſciens illud violat: & de iure eſt na-



eſt naturali, quòd pœna proportionetur culpę.

¶ Ad ſecundū argumentū reſponſio patet, ex corollario primo deducto ex concl. 4. Quia nō eſt eadē ratio de irregularitate & interdicto, & ſuſpenſione ex vna parte, quia iſtæ nō ſunt pœnæ, exorbitantes, vnde delinquentes eas incurrunt, etiam ſi probabiliter eas ignorāt, ſi ſic delictum non ignorant, & inter excōmmunicatiōnem ex alia parte, quia excōmmunicatio eſt pæna exorbitans. Vnde propter hoc & alias efficaciores rationes adductas in. 1. cōcl. non incurritur ab eam probabiliter ignorantibus, licet non ignorent delictum.

¶ Poſtremò poſtquam de ignorantia iuris dictum eſt, quæ regulariter excuſare non ſolet, nunc de ignorantia facti, an excuſet, vel non excuſet à pœna iuris in foro animæ, explanare oportet; per hęc dicta. Dicitur ergo primò, ſuppoſita illa communi diſtinctione, quòd ille, qui in facto aliquid agit, poteſt dare operam rei licitæ, aut illicitæ, ſi igitur dat operam rei licitæ impertinenti, & ordinem per ſe non habenti ad effectum pœna iuris punitum non incurrit pœnam iuris, ideſt, irregularitatē, vel ſuſpenſionē, & cætera, vt patet in cap. lator de homicidio, vbi clericus, qui licite ludens cū alio ex cultello incidēti in alium ex vagina eius, alium caſu fortuito vulnerauit lethaliter liber pronunciatur eſſe ab irregularitate. Secus autem eſt, ſi dedit operam rei etiam licitæ ordinatæ de ſe ad illū effectum, quia erat periculoſa ſi debitam diligentiam non adhibuit ad cauēdum periculum, quia tunc irregularis erit, vt patet ca. ad audientiam de homic. Vbi irregularis pronunciatur corrigens quendam de ſua familia, qui in hoc operam rei licitæ dabat de ſe. Et tamen, quia non cauit periculū, quando verberabat famulū cum cingulo habente cultellū in ſua vagina independentem, quo vulneratus famulus obijt.

¶ Secundo dicitur, quòd ei qui dat operam rei illicitæ etiam ſi adhibeat diligentiam ad cauendum periculū, ſi effectus, ideſt, mors ſequatur, illi caſus imputātur ad irregularitatem, qui per ſe, aut neceſſario ſequuntur, aut in plurimū ex illo priori opere illicito. Hæc eſt de mente Diui Thomæ: quia in principijs eius traditis prima ſecundæ. quęſt. 20. arti. 5. fundatur. Ideo audeo tenere cū canoniſtis inſignibus, ſcilicet Couarruuia. §. 4. ſecund. partis. Relect. de homic. & cū Nauarro in ſumma ca. 27. num. 221. contra Sotum, & Metj. in ſua inſtruc. ſentientes, quòd non fit quis irregularis ex deformatione caſuali ex opere illicito ſubſecuta, ſi adhibeatur diligētia, loquentes ſine diſtinctione. Quia noſtra ſententia, & canoniſtarum, quibus fauet in ſenſu prędicto D. Thomas probatur ex ca. dilectus. & cap. ex literis de homic. non ſolum à contrario ſenſu, quod inter canoniſtas eſt forte argumentum: ſed etiam probatur à ceſſante ratione, & cauſa; quod eſt validum argumentum. l. adigere. §. quamuis de iur. patr. Quia hic ceſſat ratio qua alius excuſabatur, ſcilicet, quia dabat operam rei licitæ? quia operā licitā dum cauea tur periculum (vt ait Couarru.) pia mater Eccleſia non vult impedire. Quia igitur canoniſtis in ſuis materijs cæteris paribus magis eſt aſſentiēdum, eorum quoq; regulæ generali refragandū non eſt, quam videtur approbare D. Thomas. 2. 2. q. 64. art. 8. Quę huiuſmodi eſt: Qui dat operā rei illicitæ, ſi caſuale homicidium ſequatur, irregularis eſt, ſiue adhibuerit diligentiam, quā potuit, ne ſequeretur, ſiue negligens fuerit: ſi tamē eā interpretemur pro vt eam interpretati ſumus ex mente Couarruuiæ, & Nauarri. iuxta principia D. Thomæ iam dicta. 1. 2. q. 20. arti. 5. Et hoc, ne vt ait Couarr. irriſibiles caſus irregularitatis ex tali regula male intellecta concedamus. Atq; tandem in hac parte conſilium Victoriæ in ſuis ſcholijs ſuper. 2. 2. D. Thomæ acceptandum videtur, vt ſanum. Vbi ait, quòd licet oppoſita opinio ad hanc canoniſtarum, videtur ei vera duplici ratione, Tū, quia in prædictis capitibus dilectus. & ca. ex literis. papa nō dat pro cauſa irregularitatis nō cōtractæ, quòd non dabatur opera rei illicitæ, ſed etiam, quia nullum erat ibi periculum, Tum, quia pœnæ ſunt reſtringendæ: Tamen tandem concludit, quòd ſi propter dicta doctorum vſus eſt, quod talis cenſeatur eſſe irregularis, tutius eſt ſeruare pœnam, vel obtinere diſpenſationem. Et certe ita eſt cum canoniſtis tenendum: quia contra rationes Victoriæ, in dicto cap. dilectus, hoc pro ratione redditur, quod non dedit operā illicitæ rei. Nam ſi licitæ rei dediſſet, & adhibuit diligētiam ad periculum cauendum, ſi aliquod imminebat, tunc à pœna vel ab irregularitate liber erit: quia hæc eſt alia celebris regula canoniſtarum: quæ ſic dictat. Et de his ſatis ſit vſque ad ſuam propriam materiam.

## CAP. CCXC.

*De interpretatione reſcriptorum, & priuilegiorum, & ad quem ſpectat eorum interpretatio; vbi traditur regula circa hoc cui adiungitur regula pro cognoſcēda obreptione, vel ſubreptione eorum: Et de. 7. Regulis interpretandi reſcripta: Et de modis, quibus inualidatur priuilegium. Et quæ verba ſufficiant ad derogationem priuilegiorum, & de alijs multis.*

DEinde poſtquã de iudicio quate-
nus eſt ſecundum regulas pruden
tiæ proferendũ, quæ fuit tertia cõ
ditio tradita à D. Thoma concur
rens ad rectũ iudicium diximus;
nũc quia ſicut ex legibus, & ex earum recta ex
poſitione elicitur rectũ iudicium, ſic etiã ex in-
terpretatione reſcriptorũ, & priuilegiorũ, quæ
ſunt priuatæ leges iudicium rectũ profertur, &
de his præſertim, quia res eſt quotidiana, dicere
nos aliquid oportet, quatenus ad eorũ interpre
tationem attinet. Quo circa primo tanquam
præambula documenta, tam ad interpretatio-
nem legum, quàm priuilegiorum. præter ſupra
B dicta, hic aliqua præiacienda ſunt. Primo igitur
conſiderandum eſt, quod interpretari legẽ per-
tinet ad illum, ad quem attinet condere, & hoc
generaliter. Tamẽ hoc non obſtat, vt ait Innoc.
in ca. cũ ſpeciali de appellationibus, quin iudex
poſsit, quo ad vnã cauſam legẽ interpretari. In-
terpretatio autẽ legis facta à principe, vel à con
ſuetudine, tantum roboris obtinet, vt vim legis
habeat. ¶ Secundò nota, quòd ſi dubium occur
rat circa priuilegiũ, an potuerit princeps illud
dare, ad principem ſpectat huius dubij interpre
tatio, ſecundum Panor. in ca. cum veniſſent. de
iudic. Si vero ſit dubium de validitate & ſur-
C reptione eius, iudex inferior ſecundum opinio-
nem communẽ Doctorum tunc poterit id du-
bij interpretari. Si autem dubium ſit circa ver-
ba priuilegij, & caſus ita ſit clarus, vt facilis ſit
deciſu, etiã ad præiudicium partium iudex infe
rior de eo dubio cognoſcere poterit, vt notat In
noc. in dict. cap. ſpeciali. arg. ex cap. inter alia de
ſent. excõm. Si autem caſus eſt dubius in ſe, iam
diximus, ad principem ſpectare eius interpreta
tionem. Quod nunc limitamus iuxta dictum.
ca. inter alia, quando facilis eſt ad principẽ adi-
tus; quòd ſi non poteſt princeps ſic faciliter adi
ri, per naturalem rationem poterit interpretari.
D Pro hoc facit Innoc. in dict. ca. cum ſpeciali, de
appell. Allegamus pro hoc caſum contentũ ex.
l. ex facto. §. 2. de vulg. & pupil. ſubſt. Si autem
de intentione principis contingit hæſitari, diffi
cileq; valde eſt inueſtigare, quid intenderit, ad
principem hæc interpretatio reſeruatur. ¶ Ter-
tio notandum cum Specul. in titulo de lega. §.
nunc oſtendendum, epiſcopum poſſe interpre-
tari iurium allegationes ca. ſignificante. de pig-
noribus. & procedit in arduo negotio. Sicut
etiam legatus poteſt interpretari mandatum
papæ. Ita gloſſa ca. 1. de poſtul. & Innoc. & Pa-
nor. niſi in aliquo caſu arduo vertẽte ante eum.
Et probatur ex ca. ſuper literis. de reſcript. vbi
iudex interpretatur reſcriptũ ad ſuam poteſta-
tem certificandam. ¶ Nota quarto regulam
A ſumma commendatione dignam, ſcilicet, quòd
in contractibus ſit plena interpretatio, & in te-
ſtamentis plenior, & in beneficijs pleniſsi-
ma. ca. cum dilecti de donationibus. Et deniq;
ſecundum gloſſ. in cap. de inde. 26. diſtin. inter-
pretatio locutionum debet fieri ſecundum per
ſonas, quæ loquuntur, vel quibus quis loqui-
tur. ¶ Inſuper & quinto nota, quòd iuxta regu
lam iuris. odia reſtringi, de regulis iuris, & ſecun
dum Doctores ibi aliter facienda eſt interpreta
tio in odioſis, quia hic fieri debet reſtricta, aliter
in fauorabilibus, quibus cõpetit lata interpreta
tio, & aliter in promiſcuis. Vnde ſecundũ Pa-
B nor. in ca. non dubiũ, de ſent. excõmuni. vbi in
conſtitutione cõcurrit fauor, & odiũ magis at-
tenditur fauor. Quod limitat. Dyn. in regula
odia. niſi ex parte odij ſit ius & fauor publicus,
& ex parte fauoris fauor priuatus.

¶ Porrò circa ſubreptionem cognoſcendam
literarum, priuilegiorum, quæ omnia ſecundũ
Panor. in rub. eo. titu. dicuntur reſcripta regula
hæc generalis ſtatuitur, ſcilicet, quòd reſcriptũ
impetratum tacita veritate, aut ſuggeſta falſita
te, vel etiã quocũq; alio tacito, vel expreſſo, ꝙ
ſi tacitũ, vel expreſſum non fuiſſet, papa nõ ita
de facili conceſsiſſet, eſt ſubreptitium ca. ſuper
literis. eo. tit. Vide ibi literalem caſum hæc ex-
C preſſe referentẽ. Igitur, quia circa hanc regulã
generalem nonnulla emergunt dubia, licet nõ
ſit animus omnia hic explicare: tamen hoc du
bium tanquam valde cognitu neceſſarium ſub
ſilentio prætereundum non fuit, ſcilicet, an vi-
tium in exprimenda cauſa impulſiua, vel ea ta-
cenda gratiæ, & conceſsioni factæ a principe
noceat, ita vt de ſubreptione ſit notanda.

¶ Igitur pro quęſtionis eruẽda veritate, pręmit
tẽda eſt diſtinctio. Inter cauſas, quę mouere ſo-
lẽt principẽ ad cõcedendũ priuilegiũ, vel gratiã,
alia eſt cauſa principalis & finalis, & alia eſt cau
ſa minus principalis, quæ impulſiua dicitur. At
D verò licet alias cauſa principalis dicatur, quæ
magis ęſtimatur, & cauſa minus principalis, quę
dicitur ſolũ impulſiua, ſit, quę minus ęſtimatur,
licet ſine ea non fieret opus, aut conceſsio: tamẽ
in præſentiarũ aliter accipitur cauſa finalis, &
cauſa impulſiua. Quia cauſa finalis ſic hic acci-
pitur pro ea, qua non exiſtẽte princeps, gratiã
non conceſsiſſet. Impulſiua vero cauſa hic acci-
pitur pro ea, quæ facilius, vel difficilius moue-
ret principẽ ad concedendũ petitũ. ¶ His igitur
prænotatis, dicitur primo ad quæſtionẽ incipiẽ
do à clarioribus, ſcilicet, quòd ſubreptio circa
cauſam principalem, & finalem, qua non exi-
ſtente non concederet gratiam, quia non exi-
ſtit inefficacem reddit gratiam. Patet. l. cum ta
te. §. falſam. ff. de condit. & demonſtr.





¶ Sed quia de cauſa impulſiua, ſic accepta eſt
maius dubium, an ſubreptio circa ipſam contin
gens vitiet gratiam, & conceſsionem factã. Pro
hoc dicitur ſecundo cũ Couarru. lib. 1. ca. 20. de
varijs reſolut. quòd ſi cauſa impulſiua notabili
ter principem moueret, ſi ei propoſita fuiſſet, li
cet alias feciſſet gratiã, & conceſsionẽ nihilomi
nus, ſi taceatur inualidã reddit gratiam, iuxta cõ
munem opinionem, quã cum hoc moderami-
ne defendi poſſe ait Couarru. Sed ſi notabiliter
non mouiſſet principẽ, & alias feciſſet, tunc cõ-
tra communẽ iure verius eſt quòd falſitas eius
cauſæ impulſiuæ, vel ſubreptio eius non officit
gratiæ, neq; eam inualidam reddit. Ita Nauar-
B rus etiam ca. ſi quando. de reſcriptis. affirmat:
& ita contẽdit conciliare Doctores. Et proba-
tur, quòd ſi non notabiliter moueret, non inua
lidaretur gratia ex ca. dudũ, de præbendis. in. 6.
¶ Tertio dicimus ad quæſtionẽ cũ Couarruuia
loco citato ad tollendos ſcrupulos, quòd etiã ſi
cauſa impulſiua notabiliter moueret principẽ,
eumq; difficiliorẽ redderet ad gratiæ conceſsio
nem. ſi tamen eam abſq; vllo moderamine vti
conceſſa fuit, tandẽ cõceſsiſſet, valida erit gratia
contra communẽ opinionẽ. Secus eſt ſi ſic eum
notabiliter mouiſſet, quòd licet eã conceſsiſſet
gratiã, tamen conceſsioni illius gratię, vel priui
legij moderamẽ aliquod adhibuiſſet, ex quo re
C bus petitis cautius prouiſum fuiſſet. Et ſic inter
pretandum eſt caput. poſtulaſti. de reſcrip. At
ſentẽtia cõmunis venit gloſſanda in hoc ſenſu.
¶ Prædictis adde, quòd gratia primò à princi-
pe conceſſa ex cauſa vera, & impulſiua mini-
mè deficit, quamuis poſt ea cauſa deficiat. l. 1. §.
ſexum. ff. de. poſtul. ¶ Imo cauſa finalis huius
conceſsionis, quæ ab initio fuit vera, ſi defece-
rit poſt, poſtquàm ſortita fuerit effectũ, ad huc
viribus non carebit principis gratia, neq; reuo-
cabitur aliquo pacto argu. l. patre furioſo. ff. de
his, quæ ſunt ſui, vel alieni iur. Ita Couarr. loco
allegato. Nã licet verũ ſit, quòd ceſſante cauſa
priuilegij, ceſſare debet & illud. de appel. c. cum
D ceſſante. tamen vt refert Sylu. verbo, priuilegiũ.
q. 10. Berna. hoc videtur limitare cum alias eſt
damnoſum. 11. q. 1. ca. generaliter. Sicut etiam
non ceſſat, neq; expirat gratia ſi papa conceſ-
ſit alicui, vt diſpenſet cum Petro, etiam ſi ante
mortem concedentis non diſpenſauerit, ſecun-
dum Federicum cõſil. 78. Similiterq; dicendum
eſt de eo, cum quo diſpenſatum eſt, vt faciat ali
quid, ſi non facit ante mortẽ diſpenſantis, quia
illud poſt poterit facere cap. ſi cui, de præb. lib.
6. Sicut neque gratia expirat ante quam de reuo
catione certificatio habeatur, niſi quando pa-
pa expreſſe voluit non valere ſecundum Ge.
ca. 1. de conceſſ. præb. in. 6. Facit pro hoc Sotus
Inſtruct. conſcien. pars. 1.
A de iuſt. & iure lib. 1. quæſt. 1. arti. 4. Vbi admo-
net, quòd leges priuilegiorum reuocatoriæ vim
non habent, quo ad vſque promulgatæ ſint,
non ſolùm in prouincia, verum etiã in diœceſi.
Ita, vt ſi vſq; ad hunc articulũ priuilegio indul
gẽtiarũ fuerit à reſeruatis ſacramentaliter quis
abſolutus, abſolutio eſt valida. Imo ſecundum
Metinã bulla cruciatę valet quo ad gratiã eligẽ
di confeſſorem, & abſolutionẽ à caſibus reſerua
tis ibi cõceſsis obtinendi & veſcendi ouis & la-
cte, quo ad vſq; ſit eius promulgata reuocatio,
aut ſuſpenſio in oppidis, etiam paruis. Quã ſen-
tentiã olim confirmabat & vſus, quia tunc acce
dente promulgatore bullæ cruciatæ ad oppida
B in ſuggeſtũ aſcendens bullam præteritã ſuſpen
debat quo noua ſuſciperetur. Sed iam in bullis
modernis cruciatæ, quia in illis ſit mentio, quòd
durante anno earũ gratiæ concedũtur. Doctori
bus vniuerſitatis Salmanticẽſis viſum eſt (vt mi
hi relatũ eſt) ꝙ finito anno, ſine alia ſpeciali &
expreſſa reuocatione, vel ſuſpenſione earũ gra-
tiæ ibi conceſſę expirant. Et ſic interim cũ mul
tis eſt tenendũ, licet illa clauſula durante anno,
poſſet gloſſari, ꝙ nõ ipſo facto ceſſarẽt, ſed per
actũ reuocationis publice tũc in fine anni faciẽ
dũ, ſicut publice fit. Accedit ad prædicta; quòd
conceſsio, qua conceditur aliquid alicui abſolu
te, ſine alia limitatione, durat etiã poſt mortem
C concedẽtis ca. maiores. de baptiſ. Vt ſi Abbas in
ſtituit piorẽ, durat etiã ipſo mortuo, quãdo ab
abbate cũ collegio quod nõ moritur, fuit inſti
tutus. Iãq; magis de illa quæſtione nunc liquet,
vbi quęrebatur, vtrũ concedens aliquid ſub his
expreſsis terminis donec voluero, vel aliter ordi
nauero, vel reuocauero, vel cũ aliquo cõcernẽte
actũ por mortem concedentis expiret talis con
ceſsio: quia dicitur dum conceſsio facta eſt ſub
hac forma ad libitũ, vel voluntatem meam, vel
donec ipſe voluero, concedo tibi hanc rem, ſi
actus iſte conceſsionis à lege, vel ab homine eã
habeat conditionem, vt maneat & perſeueret ad
libitum, & voluntatem concedentis, vel donec
D ipſe voluerit, concedentis obitu actus conceſ-
ſionis perit & finitur. Ita Couarruuias lib. 3. ca.
15. de var. reſolut. Quod probat, quia cum volun
tas morte extinguatur ipſius concedentis obi-
tu talis etiam conceſsio perit l. 4. ff. locat. & ca.
ſi gratioſe de reſcript. lib. 6. Hinc infert Couar-
ru. quòd precarium conſtitutum expreſsim ad
voluntatem concedentis ipſius morte ipſo iure
finitur, ſi iſta conditio adiecta ſit ipſi conceſsio-
ni à concedente expreſsim eſt communis. Se-
cus ſi lex dixerit precarium manere firmum ad
voluntatem concedentis, & donec ipſe volue-
rit: quia tunc morte concedentis nõ finitur
licet verum ſit, quòd precarium ſimpliciter

conſtitutũ ſine illis expreſsionibus, donec vo-
luero, vel aliter non ordinauero, & cętera, quòd
morte concedẽtis nõ extinguitur, donec ab hę
rede reuocetur ſecundũ gloſſ. & doctor. ca. vlt.
de prec. & in. l. quæſitum. §. quod à Titio. ff. de
prec. ℭ Hinc ex prædictis ſecũdo infertur quod
quãdo papa aliquid cõcedit in particulari ad vo
luntatẽ ſuã, ideſt, ad voluntatẽ papæ eius morte
extinguitur conceſsio, ſi tamen ad voluntatẽ ſe
dis apoſtolicæ dicat ſe id concedere non extin
guitur morte papæ, quia ſedes apoſtolica ma-
net poſt mortem papæ in eius ſucceſſore. Atq́;
idem dicendũ eſt de epiſc. Quia ſi epiſcopus ali
quid concedit ad beneplacitũ ſuũ extinguitur
iſta conceſsio morte eius. Secus ſi ad beneplaci
tũ ſedis epiſcopalis ab ipſo ſit conceſſum: quia
tunc durat, niſi per ipſum, aut ſucceſſorẽ reuoce
tur. ℭ Sequitur etiam tertio ex prædictis, quòd
cõmiſsio facta expreſsim ad voluntatẽ delegan
tis, etiã re non integra morte delegantis finitur,
ſecũdum Couarruuiã loco citato contra alios.
Ita gloſſa. cap. ſi delegatus. verbo. mortẽ, quæ tã
dem in vltima parte ita cenſet, quam ſequitur
Ioann. Andreas & doctores ibi ei accedunt.

ℭ At verò ſi conceſsio facta fuerit ſub iſta ex
preſſa cõditione donec reuocauero, an per mor
tẽ tunc concedẽtis cenſeatur reuocata, ſpeciale
dubiũ eſt. Ad quod reſpondetur, ꝙ ſi actus vali
dus ſimpliciter eſt conceſsionis, licet ex iure,
vel ex pacto agẽtis ſit reuocabilis, ſi expreſſe à
iure, vel agẽte adiecta fuerit iſta conditio, quod
poſsit libere reuocari, tũc nõ extinguitur actus
morte concedentis, neq́; reuocatus eſſe cenſe-
tur. Nã per mortem reuocatio non cenſetur fa-
cta, neq́; ſubintelligitur. Facit pro hoc elegans
textus. in ca. ſi delegatus. §. 1. de offic. deleg. in. 6.
Nam requiritur ad reuocationẽ noua voluntas,
quæ in moriente minime præſumitur. Ex quo
infert Couarr. corollariũ, quòd pœna exilij im
poſita à iudice ſub hac expreſſa conditione, do-
nec eam iudex reuocauerit, non finitur morte
iudicis, quia morte iudicis non reuocatur, ſecun
dũ Bald. Alex. & Salic. Nota inſuper, quòd li-
cet precariũ pro libito poſsit reuocari, ſed non
ita ſtatim, aut ita prompte, vt vſui, & commo-
do eſſe non poſsit ei, cui conceditur, imo po-
tius eum damno afficiat, iuxta. l. in commoda-
to. §. cum autem. ff. commod. Iſtud autem ſpa-
tium relinquitur arbitrio boni viri.

ℭ Quia per parentheſim aliquid coacti ſumus
dicere de precario, quia veluti quædã gratia eſt,
nunc reuertentes ad materiam priuilegiorum,
& gratiarum, de qua ſermonem inchoauimus
non erit abre, vt poſt quàm illam regulam ge-
neralem ſtatuimus, ſcilicet, quòd reſcriptũ, vel
priuilegium impetratũ tacita veritate, vel ſug-

A geſta falſitate, vel etiam quocunq́; alio tacito,
vel expreſſo quod ſi tacitũ, vel expreſſum non
fuiſſet, papa non ita de facili conceſsiſſet, eſt ſub
reptitiũ. titu. de reſcript. & poſt nonnulla, quæ
in gloſſam. & declarationem huius regulæ ex
mente Couarruuiæ & Nauarri adnotauimus ſi
nunc conſulamus diſpenſationibus indigenti-
bus, qui paſsim decipiuntur à curialibus obtinẽ
tibus in curia Romana diſpenſationes ſubrepti
tias pro eis, quia eas facilius impetrant, tacita ve
ritate, vel ſuggeſta falſitate, quibus tandem fru-
ſtra pro inutilibus literis ſuos ſoluũt nummos.
Quo igitur eorum diſpendijs conſulamus, libet
B hic commemorare eos caſus, quos ex Hoſtienſi
colligunt cononiſtæ, quos Hoſti. congeſsit ex
iure, in quibus poteſt præſumi, quòd ſi expri-
merentur non impetraretur gratia. Quocirca
ex eorũ ſuppreſsione, & taciturnitate ſubrep-
titia eſt gratia, & diſpenſatio. Qui caſus ſcitu
ſunt neceſſarij, vt iuriſperiti, canoniſtæ, & theo
logi, quorũ conſilio formanda eſt petitio gratię
& diſpenſationis obtinendæ præſentanda pa-
pæ, non errent, ſed vt quæ neceſſario ſunt ibi
exprimenda exprimantur.

ℭ Igitur in his. 28. caſibus poteſt præſumi,
quòd ſi exprimerẽtur, non impetraretur gratia.
Primus igitur caſus eſt lex priuata, ideſt, priui-
C legiũ, quod altera pars contraria habet, quia ex-
primendum eſt in ſupplicatione, vel petitionẽ
præſentãda papæ. Ita capite. veniens. de reſcrip.
Secũdus caſus eſt, vbi diſpẽſatio fuit facta, quia
in petitione noua eius faciẽda eſt mentio ca. ex
tua de filijs presbyt. Tertius caſus eſt, ſi pactum
præceſsit impetrandũ reſcriptũ, quia tunc iſtud
præcedens pactum in impetratione reſcripti ex
primendum eſt, ca. ex multiplici. de decim. vel ſi
ſecutum eſt ca. quia ex eo. de pactis. lib. 6. vel ſi
aliud prius reſcriptum fuit impetratum, & oſtẽ
ſum, quia exprimendum in ſupplicatione eſt, c.
2. & 3. eod. titu. Quartus, ſi ſententia fuit lata ſu
D per hoc; ſuper quod impetratur reſcriptum; quia
exprimenda eſt in petitione argu. ca. inter dile-
ctos, de fid. inſtru. Quintus caſus eſt, ſi factũ eſt
ſtatutum ſuper hoc, ſuper quod impetratur reſ-
criptũ quia tale ſtatutum exprimendum eſt in
ſupplicatione cap. cum acceſsiſſent. de conſtit.
Sextus gazæ & nobilitas ca. ſedes. de reſcrip.
ℭ Septimus, ſi appellatio fuit ſuper hoc facta,
quia explicanda eſt in ſupplicatione pro impe-
trando reſcripto, vel ex parte ſua, vel ex parte
aduerſarij. cap. bonæ. de confirmat. ℭ Octauus,
cauſa excommunicationis, quæ ſi ſint plures
omnes debent exprimi cap. ex parte. de officio
ordinar. Nonus, hominis meta, ideſt, termi-
nus appellationis, qui exprimendus eſt cap. ſæ-
pe. de appellationibus. Decimus, proceſſus





cauſæ, qui debet exprimi. cap. inter monaſte-
rium. de re iudic. Vndecimus, titulus beneficij,
quia exprimendus eſt, licet eſſet minimum c.
poſtulaſti de reſcript. Duodecimus, ſeries facti,
quam reſcriptum debet continere ca. dilectus.
de reſcript. ℭ Tertius decimus, profeſsio ſtatus
exprimenda eſt, ſcilicet, an ſit clericus vel laicus
ca. cum ordinẽ. de reſcript. ℭ Quartus decimus
paupertas, an ſit diues, an in dignitate conſtitu-
tus ca. ad aures. eod. titul. Quintus decimus, fa-
cti poſſeſsio, & non de iure poſsidet alius. ca. li-
teras, de conceſſ. præbẽdæ. Sextus decimus, lis
pendens, quia exprimẽda eſt. ca. dilectus ne lite
pendẽte. ℭ Decimus ſeptimus grauamẽ. de quo
Hoſtiẽſ. ca. mandatũ eod. tit. quia explicãdum
eſt. Decimus octauus eſt gratia, quia non eſt ta-
cenda, vt cũ quis iã receptus eſt in aliqua eccle-
ſia in dicto ca. mandatũ. Decimus nonus, vẽdi-
tio reſcripti ſibi cõceſsi pro pẽſione, quam exi-
git ca. ad audientiã de reſcrip. ¶ Vigeſimus, quã
do pater miniſtrauit in eccleſia, quã filius impe
trauit ca. 2. de fil. presbyt. ℭ XXI. Exceptio po
ſita in iudicio, quia exprimẽda eſt & non tacen
da ca. in noſtrã de procur. ℭ XXII. Ciuis, quia
de ciuitate & diœceſi eſt faciẽda mẽtio c. ſignifi
cante de reſcript. ℭ XXIII. Clauſula, de qua in
ca. cũ dilecta. eod. tit. ibi notat gloſ. quòd ſecun
dæ literę nõ valẽt, niſi de primis fecerint mẽtio
nẽ. ℭ XXIIII. Eſt firma fides, ideſt, ſacramentũ,
de quo in ca. conſtitutus de reſcr. vbi diffinitur,
ꝙ nõ valẽt literæ impetratæ, niſi fiat mẽtio de-
certo numero canonicorũ, qui iã erat iuramẽto
firmatus. ℭ XXV. Eſt fides interpoſita arg. ca.
ex literis. de conſt. ℭ XXVI. Anathema, quod
taceri nõ debet, ſed exprimi ca. fin. de procurat.
de prædictis excommunicatis mentio fieri de
bet, alias reſcriptum impetratũ non valet. Acce
dit, & quod Panormi. in ca. conſtitutus. eod. tit.
ait, quòd ſubreptio vitiat reſcriptum ipſo fa-
cto, etiam ſi conſiſtat in tacendo factum alie-
num, quod imperans probabiliter ignorat.

ℭ Sed quæritur iam, quid ſi motu proprio pa
pa concedit gratiã, vel diſpenſat tacito aliquo,
vel non exiſtẽte, quod ſi ſciſſet non cõceſsiſſet.
Reſpondetur ad hoc cũ Panormi. in ca. quia cir
ca, de cõſangui. quòd licet tale reſcriptum non
ſit ſubreptitium, quia motu proprio fit, non ta
men confirmat gratiam contra intentionem
concedentis: quia motus proprius nihil opera
tur vltra caſus in iure expreſſos ſecundũ Ioan.
Andr. in cap. ſi motu proprio de præbe. in. 6. &
glo. in clem. ſi Romanus de præbend.

Iam ex prædictis patet quid dicẽdum ad hos
caſus ciuiles, ſcilicet an impetrans à principe in-
dulgentiã homicidij teneatur facere mentionẽ
prioris veniæ à principe alterius homicidij ſibi

A cõceſſæ, quia reſpõdemus, ꝙ tenetur hãc facere
mentionẽ, alioquin ſubreptitia erit talis veniæ
impetratio. ℭ Cæterũ magis in dubio eſt, an legi
timationẽ petens à rege pro filio illegitimo alio
rum legitimorũ ſi quos habet mentionẽ facere
teneatur, quia videtur ſine tali mentione legiti
matio erit valida. Sicut licentia obtẽta à rege in
ſtituendi maioratũ videtur ſit valida etiã ſi non
fuerit facta mẽtio numeri filiorũ. Reſpondetur
diſcrimẽ interuenire inter vtrũq; caſum, quia le
gitimatio filij illegitimi non fit ſine dãno filio-
rũ legitimorũ, quod princeps non præſumitur
velle inferre propter ſolũ commodũ illegitimi,
ideo ſine mentione aliorũ filiorũ legitimorũ le
B gitimatio illegitimi filij obtenta à rege inualida
eſt, quia ſubreptitia eſt. At vero licentia obtẽta
à rege inſtituendi maioratum, ſine mẽtione nu
meri filiorũ non ideo inualidatur, quia pro bo-
no communi inſtituitur, & primogenitus eo
grauamine in primogenituram inſtituitur, vt
prouideat alijs fratribus legitimis. Tũ etiã quia
cũ pro bono communi primogenitura creetur,
ad numerũ filiorum non ſolet reſpicere rex, ſed
ad bonũ reipublicæ. Tũ, quia quò plures eſſent
filij facilius id concederet: quia tunc patrimo-
nium, ſi diuideretur in plures filios extenuare-
tur, neque ſic poſſet diuiſum deſeruire reipubli
cæ neceſsitati. Ita Couarru. loco citato.

ℭ At nõ eſt alienũ ab hoc loco, vbi de ſurrep-
C tione reſcriptorũ agimus, & hoc dubiũ, ſcilicet,
an impetratio beneficij, de quo facta eſt mẽtio,
ꝙ pluris valeret, an ſi cõtingat minoris valere,
ideò inualidetur, vt ſubreptitia. At videtur cer-
te, quod inualidetur. Nã glo. clem. 1. de præben-
dis. tenet, ꝙ exprimẽdus eſt verus beneficij va-
lor, qui hic non exprimitur. Itẽ regula cancella
riæ diffinit, ꝙ exprimi talis valor debet. dein-
de, quia ſi talis impetratio valida eſſet, id plane
eſſet, quia in ſumma maiori includitur minor.
Sed huic rationi obſtat cap. cui de non ſacerdo
tali. de præben. in. 6. Vbi decernitur, ꝙ in ſum-
ma maiori non includitur minor, quantũ ad ex-
plicationem valoris beneficij obtinendi. Sed in
D contrarium eſt, quia etiam ſi papa ſciſſet hoc
beneficium minoris valere facilius conceſsiſſet.

Reſpõdetur ergo ad quæſtionẽ per hæc ſequẽ
tia dicta. Primo, quòd ſecundum Couarru. loco
vbi ſupra, & ſecundum Anchar ab eo ibi citatũ
valet impetratio beneficij, de quo fuit mentio,
quòd pluris valeret, etiã ſi minoris valeat. Patet
autem hæc Ancharr. ſentent. Quia ſi papa ſci-
ret nominationem veri valoris minoris illud nõ
negaret, quia nullũ inconueniens inde ſequitur
quia ſi iſte valor exprimatur in literis gratia ta
xationis, aut reſtrictionis, tunc virtute harum
literarũ non poſſet obtinere beneficiũ mino

A valoris; quia ſi cauſa taxationis, aut reſtrictionis iſte valor ſit expreſſus nõ extẽditur ad aliud beneficium minoris valoris. Verum, quia in caſu, quo loquitur Ancharr. cõſtat de corpore beneficij, ſed cauſa demonſtrationis exprimitur maior valor, quã valet, tũc gratia non inualidatur ex errore valoris expreſsi, ſi propter minorẽ valorem, vel alias apertum ſit quòd princeps etiã certus de vero valore idẽ cõceſsiſſet. Aduertit tamen Couarr. quòd ad effugienda illa vitia, quæ committi plerumq; videmus circa valoris veri expreſsionem, ſolet adhiberi prouida cautio, qua valor ſignificatur vſq; ad certã quantitatẽ; his ſane verbis; Cuius beneficij valor centum aureos non excedit, aut quod valet vſq; ad B centum aureos. Et ſic fit in curia, vt valor beneficiorũ, qui incertus eſt ſecure obtineatur, gloſſa celebris cap. quanuis. verbo vſq; ad certum. de præb. in. 6. Secundo pro copioſiori intelligẽtia quæſtionis dicitur exemplificando eã, quaſi in ſimili caſu. Quòd ſic etiam conſequenter dicendum eſt, quòd licet literæ ad beneficium, cui cura animarum nõ incumbit hoc expreſſo, quòd curam habeat animarũ, ſi ibi tacẽtur qualitates de iure exprimendę nihil valeant, etiam ſi alias eis expreſsis princeps cõceſsiſſet iuxta gloſſ. & caput ſi motu proprio de præb. in. 6. Quod verũ eſt, quãdo cauſa taxationis, aut reſtrictionis C huius qualitatis, quòd erat cũ cura animarũ tale beneficiũ facta fuit mẽtio quia tũc gratia nõ extenditur, ad beneficiũ ea qualitate carẽs. Tamẽ in exẽplo petitionis beneficij curati nominati in petitione, cui reuera cura non ineſt animarũ vera & valida erit conceſsio, quia ſolũ interuenit falſa, demonſtratio, quę non impedit. Quia ſi papa ſciſſet facilius conceſsiſſet, vnde falſa demõſtratio hic parũ nocet. Maxime, quia nullus dolus in hac falſa qualitatis mentione poteſt pręſumi. Secus autem eſſet, ſi vt dictum eſt, cauſa reſtrictionis, aut taxationis huius qualitatis facta fuit mentio.

¶Ex pręd ictis corollariè ſequitur, quòd iuſſus à papa recipi in canonicum non obſtante certo D canonicorũ numero ibi inſtituto recipiẽdus eſt in tali Eccleſia ſignata à papa, etiam ſi ibi nullus ſit numerus canonicorum conſtitutus. Quia ſi hoc ſciret papa id facilius conceſsiſſet. Vnde tales libere ſurreptionis, vel obreptionis argui nõ debent, ita gloſſa ca. vlt. de cõceſ. preb. in. 6. Ad obiectiones in contra reſtat reſpondendum.

¶Igitur ad primã obiectionẽ ex gloſ. in clem. de præb. & ex regula, cãcellarię inſinuãtibus, verũ valorẽ beneficiorũ eſſe exprimendũ, reſpõdetur, ꝗ hoc habet verum cum verus valor beneficiorũ difficilẽ habet certitudinẽ autore Ludo. Gometio in regul. de valorẽ exprimendo. q. 11.

A Ad. 2. obiectionẽ ex ca. de non ſacerdotali. de præb. in. 6. decernente, quòd in ſumma maiori non includitur minor reſpõdetur, quòd intelligitur de minori ſumma ſeparata, quæ ſpeciẽ diſtinctã à maiori conſtituit, cũ maior cauſa taxationis fuerit expreſſa. Ideo refragatur volũtati papę, ꝗ eius literæ de minori ſumma differenti ſpecie intelligantur ſecundũ Anchar. & Domi. Alias autem ſub maiori ſumma includitur minor. Et hoc quidẽ proprie etiã in materia odioſa, in qua iuxta inſignẽ textum in. l. cũ lege. ff. de teſtam. interpretatio à proprietate ſermonis ſumẽda eſt. Imo in mandato hominis ſub maiori intelligitur minor. l. rogatus. ff. mand.

B ¶Porro de interpretatione priuilegij nunc dicturis illud primo occurrit quærendũ, an priuilegiũ latè ſit interpretandũ; an ſtricte. Nã iura prima facie videntur diſſentire. Nam ca. cũ dilectus. de donationib. & l. beneficia. ff. de cõſtitution. princip. latè priuilegiũ eſſe interpretandũ oſtenditur. Sed in contrariũ eſt: caput. cum dilectus. de conſuetu. iuncta gloſ. vbi decernitur, ꝗ ea quę repugnant iuri cõmuni ad illud quantũ poſsibile eſt, reducenda ſunt. Sed huiuſmodi ſunt priuilegia, quia cum ſint priuatæ leges repugnant iuri communi: ergo ſic ſtrictè interpretãda ſunt, vt minus præiudicẽt iuri cõmuni.

¶Igitur pro reſolutione quæſtionis pręmittẽ C da eſt diſtinctio, ſcilicet, quod aliud eſt priuilegiũ ſic propriè dictum: quia eſt cõtra ius. Aliud verò eſt priuilegiũ largè acceptum, quando ſumitur pro omni conceſsione facta à principe, quæ eſt pręter ius. Loquẽdo ergo de priuilegio large ſic accepto, vt eſt nõ contra ius ſed præter ius, quod dicitur beneficiũ principis, dicitur primo, quod ſic acceptũ large eſt interpretandum reſpectu ipſius principis, ideſt, quatenus eſt in eius pręiudiciũ, qui illud concedit, ſed quatenus eſt in præiudiciũ aliorũ ſtricte venit interpretãdũ: at ſi eſſet ambitioſum beneficiũ puta, diſpẽſatio ſuper pluralitate beneficiorũ tunc etiã ſtrictè eſſet interpretandũ. Patet de priuile. ca. quia D circa in vltim. gloſ. Ita Innoc. in ca. olim. de ver bo. ſignif. etiã ſi conceſſũ fuerit cauſa pietatis, vt notat Panor. ca. cũ dicat. de eccleſ. ædifi. Sed quid in dubio, qualiter iſtud priuilegiũ large acceptũ eſt interpretandũ? De hoc ergo dicitur ſecũdo, quòd in dubio debet potius interpretari, vt aliquid valeat ca. abbate. de verb. ſignifi. & l. quoties. ff. de verbo. oblig. niſi præiudicet iuri diuino, vel libertati ſpiritus, vt notat Panorm. cap. licet, de regul. quia ſemper debet aliquid operari cap. ſi papa de priuileg. in. 6.

¶Si autẽ loquamur de priuilegio propriè accepto, vt eſt contra ius circa eius interpretationẽ ſtatuuntur hæ regulæ. Prima igitur regula eſt,



eſt, quòd interpretatio priuilegij proprie accepti, vt eſt contra ius regulariter ſit ſtrictiſsime, ita vt minus derogetur iuri communi, quã ſit poſsibile dẽ conſ. cap. cũ dilectus; & cap. priuilegia. 3. diſtin. Sic Ioann. Andr. & Butr. in cap. olim. de verb. ſignific. Hæc autem regula patitur duas exceptiones. Prima eſt, niſi cõſuetudo late talia priuilegia interpretetur: quia tũc iuxta conſuetudinem largè interpretanda ſunt, vt notatur in cap. quod dilectio de conſangu. Secũdo exceptionẽ patitur hæc regula, ſcilicet, niſi aliud verba exprimant: quia à verborum propria ſignificatione non eſt recedendum, niſi de mente concedentis aliter conſtet, vt notatur in cap. olim. & in cap. in his de verb. ſignific. Quo B circa, quando ſunt ibi verba lata vniuerſalia, & præciſa, eſt latè interpretandum, vt notat. Ant. de But. in ca. olim. de verb. ſignific. quia quãuis materia ſit odioſa, non excluditur lata interpretatio, quæ ex proprietate verborũ naſcitur, vt etiam innuit Abbas in dict. cap. olim. Vbi ait, quod priuilegium debet latiſsime interpretari, vbi verba hęc patiuntur. Alias, vt dictat regula, ſtrictè interpretandum eſt, vt ſolet exẽplificari regula in caſu, quo diſpenſetur cum illegitimo, quòd poſsit promoueri ad ordines ſtricte eſt interpretandũ hoc priuilegiũ diſpenſationis, ita vt intelligatur de minoribus ordinibus, & non C de maioribus, ſecundũ Pano. in ca. ſi quis quam. de cohabit. cleric. & muli. Imo ſi non exprimatur cauſa quàre concedit, aut ſi non ſit ex certa ſcientia, aut motu proprio, non præſumitur de volũtate principis. l. 1. C. de petit. bon. imo per importunitatem obtenta per. l. 1. C. de fundi. limit. Aliqui volunt, quòd ſimul ponatur, ex certa ſcientia, & motu proprio, vt Bald. in cap. licet cauſam, de probation. Idemq; dicendum eſt de reſcripto, quod ius tertij tollit, & de priuil. ad beneficia, vt in. 6. de præbendis, & cap. quã. niſi iuxta duas exceptiones à regula factas, conſuetudo aliter interpretetur, vel niſi verbis in priuilegio aliter exprimatur.

¶Ex pręd icta regula ſcilicet quòd priuilegiũ D regulariter ſtrictè eſt interpretandũ, ſequitur corollarie, quod priuilegium immunitatis ab oneribus perſonalibus conceſſum alicui à principe, quia reſtricte eſt interpretandum, non liberat eum ab alijs oneribus, quæ poteſt leuiter, & breuiter expedire. Patet expreſſe in. l. de curio. C. de decur.

¶Itẽ ex eadẽ regula, ſcilicet, quòd priuilegiũ regulariter eſt ſtricte interpretandum, ſequitur corollarie, quòd priuilegium enormiter lædens Eccleſiam, vel tertium tam ſtricte eſt interpretãdum, vt declaretur non valere, ſicut reuera nõ valet, niſi fiat ſpecialis mẽtio de enormi læſione A ita Panormitanus in cap. cum ad hæc de cler. non reſid. Atque huius ratio eſt, quia in dubio non præſumitur principem concedere aliquid cum graui detrimento alterius. l. quoties. C. de precib. Imper. offer.

¶Secunda regula, vbi priuilegiũ non priuat legem communem ſed priuatam, puta, conſuetudinem, vel ſtatutum, & reducit legem priuatam ad ius commune tunc debet late interpretari, textus eſt in cap. olim de verb. ſignif. & ibi per Ioan. Andr.

¶Tertia regula: Non debet priuilegium adeo ſtrictè interpretari, vt nihil operetur. Ita Feli. en ca. 1. de reſcr. & in ca. cauſam. eod. ti. co. 9.

B ¶Regula quarta: Priuilegiũ generaliter indultum non includit caſum contra rempublicam & ſi includeret non valeret. Ita Bald. in. l. Iubemus. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. Sic in illa lege.

¶Quinta regula: Sunt priuilegia interpretanda, ſecundũ qualitatem perſonæ. Bart. ex. l. militari. per illum textũ. ff. de milit. teſtam. vt quãdo conceditur epiſcopo in iure, quòd in aliena diœceſi epiſcopus poſsit celebrare, intelligitur iſta cõceſsio, iuxta qualitatem ſuæ perſonæ ita vt etiam ibi indutus pontificalibus ornamẽtis, poſsit celebrare. Non tamen ſic ſolenniter celebrans ſine conſenſu illius diœceſis epiſcopi ordines conferre poteſt. Ita Couarru. lib. 3. ca. C 2. de var. reſolut. & gloſſa in clem. vnica verbo, etiam celebrare de priuil. & Panor. & Ant.

¶Sexta regula: In interpretatione priuilegiorum magis ſtandum eſt menti concedẽtis, cum de ea cõſtat, quam etiam propriæ ſignificationi verborum ca. olim. & ca. in his, de verbor. ſignificat. Idem dicendum eſt de reſtript. ſecundum. But. c. ex parte. de offic. deleg.

¶Præterea operæpreciũ eſt, vt ſicut de interpretatione priuiligiorũ traditæ ſunt regulæ, ſic quoq; de reſcriptis, quæ ſatis communia ſunt, & frequentia, quatenus ad eorum interpretationem attinet, regulas quoque præſtituamus. Sit igitur pro hoc prima regula: Interpretatio reſ- D cripti ſecundũ ius cõmune fieri debet, atq; ideò omnes clauſulæ reſcripti recipiũt interpretationes & limitationes iuris cõmunis, ca. cauſam de reſcriptis, & in cap. licet. de præb. & doctores in ca. licet canon. de elect. lib. 6. & Felin. qui preſſius hæc diſputat in cap. cauſam de reſcr. Secunda regula in reſcripto, quantum ad eius interpretationem non attenditur narratio, ſed concluſio, ideſt, quid tandẽ in eo concluditur eſt attendendũ. Ita Bald. in. l. præſcriptione ad finẽ. C. ſi contra ius. ¶Tertia regula: Reſcriptũ vires recipit ex intellectu ſcribentis; ideo ſemper ad voluntatẽ eius eſt recurrendũ, & pręſumitur fuiſſe talis mẽtis, qualis eſſe debet Bald. ex. l. ex facto in. 4.

in.4.not.ff.de vulg.& pupillar. Innoc. in. cap.
cum eccleſiaſticæ.poſt mediũ,ibi,ſed dices,qua
re.de exceſſ.Quarta regula. Reſcripta etiam ad
beneficia interpretantur ſtricte , neq; debẽt ex
tendi ca.quamuis loc.primo.de præbend. in.6.
Ita in deciſione rotæ.At verò hæc regula tripli
cem exceptionẽ patitur.Primo,ſi literæ ad be-
neficia ſint fauorabiles.Secundo,ſi proprio mo
tu ſunt conceſſæ.Tertio,ſi cõcedantur in cõmu
tationem dãni,quod habuit occaſione eccleſię,
cui pro ipſo ſcribitur. Omnia iſta Felin. egre-
gie tradit in ca.cauſam.de reſcript.colu.7.Quin
ta autem regula eſt, quòd reſcripta ad lites ſtri-
ctius interpretãtur,quantũ ad beneficia eccleſia
ſtica.Sic Abbas in.c.capitulũ. col. 4.de reſcrip.
B Tamen But.ca.olim.in fin.de verb.ſignificatio.
tenet.quòd in beneficialibus fiat ſtrictior inter
pretatio.Regula.6.Licet reſcriptũ debeat in du
bio accõmodari iuri communi;ſecus tamen eſt,
vbi aperte conſtat de contraria voluntate pa-
pæ.Ita But.c.ex parte.colu.2:de offic. de leg.in
notat.6. ℭ Septima regula : Licet reſcripta de-
beant interpretari ſtrictè, vt reducantur ad ius
cõmune,fallit tamen hoc,vbi ſunt expreſſe cõ-
tra ius cõmune,quia tunc latiſsime interpretan
tur,quantũ patitur proprietas verborũ,& mẽs
mandãtis.Ita Feli.in ca.cauſam,de reſcri.col.7.
ℭ Adde ſupra dictis,ꝙ in reſcriptis cõceſſa ſem
per ſunt intelligenda,ſi preces in veritate nitan-
C tur cap.ſuper literis.de reſcript.Atque ideo illa
clauſula,ſi ita eſt, debet ad omnia præcedentia
referri ſecundũ Bern.in ca.olim.de reſcript.Ac
cedit ad prædicta,quôd ſecundum dominos de
Rot.deciſ.368.& Panor.cap.ſignificauit. & ca.
ſuper literis de reſcript , expreſsio falſa in reſ-
cripto , vel gratia,ſi non fuit cauſa inductiua
principis,quia pariter ea ſuppreſſa literas dediſ-
ſet,neque fuit appoſita cauſa reſtringendi gra-
tiam,non nocet.Tandẽ aduertendum eſt,quòd
ſi princeps mandet reuocari quidquid factum
eſt,vel immutatum eſt:in tali cauſa,tale reſcri-
ptum debet intelligi in facto minus legitime,
arg.ca.audita de reſtit.ſpoliat. quia ſic præſumi
D tur eſſe volũtas principis glo.ca.pręterea.diſt.23
ℭ Supereſt nũc tandem eos modos cõmemo
rare, quibus priuilegium inualidatur. Nã octo
modos refert Sylu. verbo priuilegium. q. 10.
Primo,per ſubreptionem. Secũdo, ſi ſit contra
conſtitutiones particulares prouinciarum , &
contra conſuetudinem,& de his non facit men-
tionem de conſt.ca.1.in. 6. vel ſi datum ſit con-
tra ſententiã,non facta mentione de ea. Tertio,
ſi faciat contra cõceſſum in priuilegio de priui-
leg.cap.porro,& cap.accepimus.Quarto,quan
do ceſſat cauſa priuilegij,quia tunc ceſſat , vel
ceſſare debet illud,de appellatio.,cum ceſſante.

A Sed hoc limitat Bern. cum alias eſt damnoſum
11.quæſti.1.cap.generaliter. Quinto,cum alicui
incipit eſſe iniquum,præcipue ei,in cuius fauo
rem eſt conceſſum.c.quod ob gratiam de regu.
iur.lib.6.& ca.quid per nouale.de verb.ſign.iun
cta gloſſa. Sexto tollitur priuilegium primum
per ſecundum faciens plenam ſiue expreſſam
mentionem de priori cap. veniens de reſcript.
At cõtra Gofred.melius dicit Hoſtienſis , quod
primum priuilegium,ſi ſit generale inualidatur
per ſecundum ſpeciale, etiam ſi nòn faciat men
tionem de priori priuilegio generali capi. ve-
niens. de præſcripti. quia per ſpeciale generali
derogatur de reſcript.cap.Paſtoralis. Similiter,
B neque ius commune tollit priuilegium, niſi fa-
ciat de eo mentionem ca.cum ordinem. de reſ-
cript , Septimo inualidatur per concedentis
reuocationem argu. ff.de iudi.l.iudicium.quod
ſine cauſa facere non decet : ex cauſa tamen
reuocari poteſt & debet,puta , quia alijs fit læ-
ſio enormis. Vbi notat Hoſt. quòd ſi ſuperior
ex certa ſcientia confirmauit priuilegium con-
ceſſum ab inferiori non poterit poſteà reuoca-
ri per inferiorem cap.priuilegia.25.quæſt.2.
ℭ Octauo per expreſſam renuntiationem.
ca.nuper.de decim. Quod intellige,quantũ ad
ius renunciantem tangentem , ſecus ſi tangat,
papam,vel alium . Quia ſecundum Panor. cap.
C ſi de terra,eo.titul.ſcilicet,de priuil.liberum eſt
vnicuique renunciare priuilegio ſuo, modo nõ
tangat ius ſuperioris , aut tertij . Vnde priuile-
gio exemptionis renũciare non poteſt priuile
giatus,ſine licentia papæ cap.cum tempore. de
arbi. Neque clericus cuilibet priuilegio ſuo re-
nunciare poteſt cap.ſi diligenti. de foro comp.
Similiter neque Abbas, ſiue conuentus ſecun-
dum Bart.in cap.cum dilectus.de relig. dom.
ℭ Nono per legitimam præſcriptionem capi.
veniens, de præſcript.in fi. ℭ Decimo inuali-
datur per non vſum,vel per vſum contrarium,
vt ſi priuilegiatus, vt decimas nõ ſoluat ſoluit,
ſicut alij an priuilegium amittatur vno actu
contrario,dubium hic eſt obuium . ℭ Quo cir-
D ca dicitur vndecimo , quod perditur priuilegiũ
vnico actu contrario facto ab eo,qui habet po-
teſtatem renunciandi priuilegio capi. cum ac-
ceſsiſſent, de conſt. Quod verum eſſe intelligẽ
dum eſt,quando eſt conceſſum perſonæ priua
tæ ad non faciendum.Non autem ſi ſit conceſ-
ſum communitati,aut Eccleſiæ, vt notat gloſſ.
dicto ca.cum acceſsiſſent.Item perditur per nõ
vſum per ſpatium annorum decem, ſi ille, cui
datũ eſt ad aliquid faciendũ eo nõ vtitur.Quod
limitat Panor.in dict.ca. cũ acceſsiſſent. quãdo
non cõfertur eccleſię,alias ſecus. Vide alios mo
dos perdẽdi priuilegiũ ca.ſuggeſtum. de decim.
De



De reſcriptis,quia potius pertinent ad cauſidi-
cos,nolo plus diſputare, ſed videndus eſt Sylu.
verbo reſcriptum .vbi vndecim modos nume-
rat q.7.quibus reſcriptum tollitur & eliditur.
Vbi tandem additur,quod reſcriptũ non vitia-
tur propter defectũ literę,vel ſyllabę,ſecus ſi eſ-
ſet ibi falſa latinitas de fide inſtrum.ca.ex parte
in textu & in gloſſa . ℭ Exẽplaria priuilegiorũ
ſic autenticantur,ſecundũ Panor in.ca.ſi inſtru-
menta.de fide inſtrum.ſi iudex diligenter inſpi
ciat & plures notarij ſubſcribant , quod iudex
ſic fecit. Vnus etiam ſufficit autoritate iudicis.
Quomodo autẽ deprehendatur falſitas priuile-
gij,& bullę,vide Panor.ca.quã graui de crimin.
falſ.& in ca.licet vbi.9. modi notantur . Si autẽ
aliquid conceditur in priuilegio,quod ab omni
æquitate deuiet,& à cõmuni curſu priuilegio-
rũ,præſumitur à ſede apoſtolica nõ dimanaſſe.
Ita Panor.in dict.ca.quã graui.Reſcriptũ quoq;
ſecundũ valet,licet de primo non faciat mẽtio-
nem,quo noluit impetrans vti intra annũ cap.
plerunque de reſcript. Idemq; eſt ſi primus im
petrans dolo vel negligentia non eſt vſus pri-
mo ca.ſi autẽ de reſcrip.Perpende autẽ,quod re
ſcriptũ,inquo mandatũ papæ cõtinetur de pro
uidendo alicui,non obligat mandatariũ,quan-
do ſine ſcandalo talis prouiſio impleri non po
teſt.Aitque ſummator textus cum teneamur
de præbend.vbi hoc declaratur, quòd iſte tex-
tus ſemper eſt mente tenendus. Cui ſimilis vi-
detur textus ca.ſi quando. de reſcript. arg. cap.
vltimo.de cleric.non reſid.Notato etiam,quòd
cõmuniter tenetur de ſtylo curię gratiã nõ poſ-
ſe probari in foro exteriori ,per teſtes, niſi per
ſcripturã,ſed bene in foro cõſcientię.Sed credo
in foro exteriori non admitti ad probationem
niſi ſcripturã,quia teſtes regulariter de toto eius
tenore nõ reminiſcuntur.Et tandem,licet ſecun
dum doctores cõmuniter ſcriptura non ſit de
gratiæ,aut legis ſubſtantia;tamen Felinus in ca.
ex diligẽti.de ſimon.in gloſſ.fin.cõcludit,quòd
gratia probatur per ſcripturam, quod intellige
in foro exteriori.Nam in cõſcientia ſufficit de
ea quòd conſtet ſiue per ſcripturam , ſiue per
viuæ vocis oraculum,vel aliter.
ℭ Inſuper,quia hęc difficultas ſcitu eſt neceſ-
ſaria ad vltimũ venit explicãda,ſcilicet, ſi papa
concedat priuilegiũ alicui collegio, vel mona-
ſterio cũ tali clauſula, quòd non intelligatur re-
uocatũ per quodcunque breue,vel per aliud,ni-
ſi fiat de eo ſpecialis mentio de verbo ad verbũ,
an per generalia iſta verba reuocetur,ſcilicet,nõ
obſtantibus quibuſcũque, de quibus ſpecialis
mentio fieri debet,quę vult haberi pro expreſ-
ſis.Reſpondetur ſane contra Fede. conſil. 46.
poſt in alio conſilio mutantẽ ſententiam,quòd

A ſufficienter per talia verba reuocetur.Quod pa
tet,tũ ex textu optimo in clem. dudũ. de ſepul-
tur.circa finẽ.tũ ex ratione clara,quia alias papę
poteſtas ad reuocandũ priuilegia diminueretur
cũ non poſsit infinitorũ priuilegiorũ conceſſo-
rũ memoriã tenere.Imo ſtylus concilij Trid.iã
receptus ſufficienter probat , quòd conſtitutio
noua concilij generalis,aut iuris canonici,vt pri
uet nos noſtris priuilegijs religionibus conceſ-
ſis non opus habet tot verborũ ambagibus, ſed
ſatis eſt dicere,cũ mentionẽ fecerit de religioſis
non obſtãtibus priuilegijs.Nã concil. Trid.ſeſ-
ſio.23.ca,15.vbi decernit,ſine approbatione epi-
ſcopi,nullũ etiã regularẽ poſſe confeſsiones ſæ-
B cularium etiam ſacerdotum audire ad deroganda
priuilegia noſtra hac vtitur,in fine capituli ſim
plici non obſtãtia,ſic dicẽs, priuilegijs, quibuſ-
cũque & conſuetudine quacunque etiam imme
morabili non obſtãtibus. ℭ Adde vltimo,quôd
iſta clauſula,non obſtantibus legibus , contra-
riũ diſponentibus,non eſt neceſſaria in reſcri-
ptis principum apponatur cõtra legẽ:aliquam
non derogantẽ futuris principis cõceſsionibus
aut priuilegijs,niſi id reſcriptũ noceat notabili
ter alteri. Nã ſi ſic nocet expreſſe, nominãda eſt
lex contraria,vt obſtare non poſsit . Sic etiã eſt
vſus curiæ quòd in diſpenſatione contra conci
lium generale mentionẽ facit illius.eſt cõmunis
C & Couar.de ſponſ.2.part.ca.8 §.9.nũ.6.
ℭ Quoniam nonnulla dubia de reſcriptis
agentes circa eorũ materiam adnotauimus, &
quia in reſcriptis non raro aliqua mandata con
tinentur ,operæpretiũ eſſe duximus , & hic ali-
quid de mandato inſerere : adnotantes primo,
quòd ſi mandatarius faciat contra formã man-
dati,vel præter,vel citra,non valet geſtum per
ipſum ſecundũ doctores cõmuniter, iuxta tex-
tum cũ gloſſa.in cap.ſi cui de electi.in.6.& Pa-
nor.in ca.fin.de reſtit.ſpoliatorũ.Quoniã quan
do ad actũ datur certa forma , paria ſunt agere
contra,citra,& præter formã. ℭ Adde ſecundo,
quòd quãdo mandatũ datur poſterius non de-
D rogat priuilegio,niſi de eo faciat mentionem in
ca.graue.de offic.ordin.Cũ autẽ mandatum eſt
generale non cenſetur prohibere,niſi illicita ca.
ſuper quibuſdã.de verb.ſignif.Atque cũ eſt ſpe
ciale derogat generali,etiã ſi de eo nõ faciat mẽ
tionem ca.paſtoralis.de reſcript. ſecundũ Bern.
niſi quando generale mandatum in effectu eſt
ſpeciale ca.ex parte.de offic.deleg. vel in priuile
gijs.vbi etiã priuilegio etiã generali mandatum
ſpeciale non derogat, niſi de ipſo priuilegio fa-
ciat mentionem ca. cum ordinem de reſcriptis.
Vbi ciſtercienſes ſunt priuilegiati,quòd nõ poſ-
ſint conueniri per reſcriptũ papæ , niſi in eo fiat
mẽtio de eorũ ordine.Vbi notat gloſſa.quod re
ſcriptum

criptũ impetratũ cõtra regulares ſuper his, quæ ſunt eis conceſſa per priuilegium non valet, niſi in reſcripto de priuilegio, aut de ordine mentio habeatur, vel etiam quãdo res non eſt integra. Tũc etenim mandatũ etiã ſpeciale non derogat generali, iam incepto poni in executione, vel etiã in legatis, ff. de ſup. leg. l. 4. Quomodo autẽ res dicatur integra, conſule Doctor. l. mandatũ. C. manda. Itẽ tertio notandũ eſt, quod mandãs tenetur mãdatario de omni dãno ſubſecuto, ex caſu fortuito, ſine eius culpa, quod mandans cogitare potuiſſet, & quod propter executionẽ mandati, quod ſine mercede, ſed gratis implere voluit, euenit. Ita docet Pano. in ca. ſicut. de iur. iur. & Innoc. ibi. Secus autẽ eſt, ſi exequitur mãdatarius mandatũ cauſa pietatis, vel parentelæ vel mercedis, vel ex debito in c. ſi dominus. 2. q. 3. & ca. non inferẽda. 13. q. 2. De eo autẽ, quod cõtingit damno ex caſu fortuito, qui veriſimiliter non erat excogitabilis ſubſecuto, non tenetur mandãs mandatario quidquã reſtituere. Poſtremo nòta, quòd ſi duo mandantur, etiã ſub certa forma, licet non poſsint ſimul impleri à mandatario, nihilominus facere tenetur quod poteſt, & valebit geſtũ. Pro hoc autẽ facit quod notãt Docto. in ca. conſtituimus. de reſcrip. & ita Panor. in ca. fin. de reſt. ſpoli. ¶ Accedit ad prædicta, ꝙ mandans aliquod delictũ fieri, ꝙ poſt longum tẽpus perpetratur, ſi non reuocauit mãdatum expreſſe, vel tacite, tenetur ſecundũ Innoc. ca. ad audientiam. Ita Bart. cum gloſſ. l. 3. §. fin. ff. de adim. leg. Expirat autem mandatum per mandatoris mortem re integra, vt affirmant Doctores in cap. gratum. & in cap. relatum. de off. del. alias non. l. mandatum. C. mand.

## CAP. CCXCI.

*De nono mandato. Decalogi, & quæ peccata ad eius tranſgreſſionẽ reducãtur. Et de caſtitate, atq; virginitate, & quod excellentior ſit matrimonio: Et an ſit recuperabilis per pœnitentiã, & in quo conſiſtat, & an ſit ſumma virtutum. Et quid ſi legauerit quis vxori mille aureos, ſi caſte vixerit, vel ſi viduitatẽ ſeruauerit: Et quid ſi aliquid ſub conditione cælibatus legatum ſit, aut ſi virgini ſit legatum aliquid ſi Petro nubat; Quid ſi in hoc caſu ingrediatur religionẽ: Et an vidua carnaliter peccans, amittat dotem & quid ſecundum leges Hiſpaniæ.*

POſt quã de octauo mãdato, ſcilicet, Non falſum teſtimonium dices, abũde diſputatum eſt, nunc ad nonum mãdatũ Decalogi explicandũ accingimur, quod ſic dictat: Alienã mulierẽ non cõcupiſces. In quo præcepto generaliter cõſenſus interdicitur in cõcupiſcentiã mulieris alienæ, atq; etiã in concupiſcentiã turpẽ, ſiue cũ viro, ſiue cũ fæmina, ſiue contra naturã. Correſpondet autẽ pręceptũ hoc (in quo autore D. Tho. 2. 2. q. 122. art. 6. nõ prohibentur primi motus ſenſualitatis, ſed conſenſus volũtatis in delectationẽ, vel in opus) & adaptatur præcepto ſexto de non fornicando. Quòd ſi quis ſcire cupiat, qua de cauſa Deus particulari diſtinctoq; pręcepto interdixerit deſideria turpia, audiat Metinã in ſua inſtructione in expoſitione huius præcepti. Huius præcepti duas rationes afferentem. Prima autem eſt, vt Deus per hoc oſtenderet, ſe ſolum hac gaudere iuriſdictione, & poteſtatę puniendi actus interiores. Secunda autem ratio eſt, quia hoc luxuriæ vitium cum ſecum deſiderium adeo homini naturale deliciarum carnalium afferat, ſicut deſiderium bonorum temporalium, etiam naturale videtur, quia ad vtrumq; natura vehementer inſtigat, facile ſibi perſuaderent præſertim homines corrupti, quòd deſiderium inordinatum harum rerũ non eſſet peccatum, niſi de hoc edocerentur à Deo, dum in his duobus præceptis vltimis deſideria inordinata hæc prædictarum rerum prohibet, ideo particulariter hęc deſideria prohibet. Nam licet in alijs præceptis mala opera prohibentibus etiam mala deſideria eorum operum intelliguntur prohibita, ſed non diſtinctę ibi prohibentur: quia alia deſideria, ſcilicet, occidendi, falſum teſtimonium dicendi, & alia ſimilia ſecũ afferunt quendam horrorem & fæditatem, quam teſtantur, ideo non opus fuit hæc deſideria diſtinctis præceptis prohiberi, vt innoteſceret eſſe peccata. Ita Metina in ſua inſtruction. ca. 14. in principio. Vbi adijcit & hanc tertiam rationem ſcilicet quòd ideo Deus in his duobus vltimis præceptis prohibuit actus interiores deſideriorũ, vt hinc notum fieret omnibus nõ ſolum actus exteriores eſſe peccata, verum etiam actus interiores malarum voluntatum & deſideriorum. Neque enim defuere, qui affirmarent cogitationem, vel deſiderium rei illicitæ nuſquam eſſe peccatum, niſi exerceretur in exteriori actu.

¶ Porrò de hac materia huius pręcepti. 9. diſputaturis multa occurrebãt dicenda, niſi ea in. 1. tomo. noſtri inſtructorij cõſcientię in prima eius parte ca. 73. à nobis diſcuſſa eſſent, vbi de fornicatione, & de luxuriæ ſpeciebus diſſeruimus. Sed nunc aliqua illic ſilẽtio prætermiſſa, vt dicamus, ſeries doctrinæ, quã hic tradimus, expoſcit. ¶ Igitur peccata, quę cõtra hoc pręceptũ cõmittũtur, vel ad ea ſunt reducibilia, hic premittamus oportet. Ad trãſgreſsionẽ ergo huius pręcepti



pertinent literæ, nuncia, tactus, & ſimilia, quæ inter fœminas amatrices, & inter ſuos amaſios interueniũt. Nã hæc omnia nõ abſunt à culpa mortali, quando hæc coniũcta ſunt cũ deſiderio turpi, & obſcæno deliberato, ſiquidẽ hic ſe immiſcet conſenſus mortalis: Vnde Metina in declarat. huius præcepti. §. 38. infert Corollariũ ſcilicet quòd peccant mortaliter, qui aſpirãtes ad nuptias interſe contrahẽdas, & eas interſe procurãtes, ante ſponſalia contracta, vel ante nuptias, mittũt ſibi literas, & nũcia, vbi interueniunt delectationes carnales, & interdũ tactus, dũ de contrahẽdo matrimonio inter eos agitur. Ita Metina ibi. Cuius rationẽ reddit: quia etſi illa intentio nuptiarũ eſt bona, verũ delectatio ipſa præſens cũ ſit abſoluta, vt ait Caie. illicita eſt: cũ tandẽ non ſit delectatio inter maritũ & vxorẽ, inter quos ſolũ hæc delectatio ſenſualis eſt licita. ¶ Secũdo aduertit & hic Metina, quòd dum pænitens accedit ad cõfeſsionẽ interrogãdus eſt, qualẽ curã geſſerit circa deſideria animę ſuæ, ꝙ ſi reſponderit, adeo effrænate ſe habuiſſe circa mulieres, vt quaſcunq; obuias fæminas viderit, ſiue virgines, ſiue ſolutas, ſiue nuptas, ſiue cuiuſcunq; conditionis concupierit: hæc reſpõſio ſufficit cõfeſſori ad vlcera crebra animæ pænitentis pernoſcẽda, & ad antidota neceſſaria illis adhibẽda. At vero, licet his Metina & Canus videãtur concedere, quòd ſatis illis ſit confiteri tempus perſeuerantiæ, quando actus per ſe ſoli interioris conſenſus, vel actus exteriores circa fæminas tot ſunt, vt numerari non poſsint, tamẽ ſi reduci poſſunt ad aliquem numerũ, quia aliquoties reſiſtebat, ſatius eſt ſecundũ Sotũ ea peccata reducere ad aliquẽ numerũ paulò plus, vel minus, dicendo, toties in hebdomada, vel in mẽſe mihi accidit peccaſſe per ſola deſideria, vel opera circa fæminas, ſcilicet, decies paulò plus, vel minus, diſtinguendo etiam ſpecies luxuriæ, dum poteſt, quia numerus non ita excedit, vt percenſeri cuncta nequeant. Sed de his iam copioſius in alio tomo ſumus locuti.

¶ Porrò quanuis in iſto. 9. præcepto Decalogi de interiori deſiderio appetentis alienã fæminã agatur, prohibẽdo illud: tamẽ, quia ſecundũ D. Tho. actus interior & exterior, quãdo ſimul concurrunt, ſunt vnus actus in eſſe moris, ſicut formale, & materiale; licet ſint diuerſi in eſſe naturę: ideo non erit abre (ſiquidẽ vtrũq; pertinet ad luxurię genus, etiã ſi tale deſiderũ libidinoſum per ſe ſolũ ſumatur) ſi de vitio luxuriæ aliquid breuiter adnotemus cũ D. Tho. 2. 2. q. 153. in communi, vt inde ſumamus principia ad aliqua dubia particularia in eadem decidenda materia. Atqui cũ oppoſita iuxta ſe poſita magis illuceſcãt, imitantes D. Thomã de virtute oppoſita luxuriæ, nẽpe, de caſtitate aliquid laude eius dignum ex eodem fonte limpidiſsimo doctrinæ. D. Thomæ ſine aliqua mixtura in medium primò proferamus.

¶ Notandũ eſt ergo primò ex eodẽ D. Thom. 2. 2. q. 151. ar. 1. & ſequẽtibus, quòd caſtitas eſt virtus. Quod inde patet, quia per caſtitatem ratio ipſa concupiſcentiã caſtigat, quæ ſecundũ philoſophũ Et hic ca. 3. ad modũ pueri indiget refręnari. Affirmat autẽ D. Augu. libro contra Iulianũ, quòd neq; Caſtitas, neq; aliqua alia virtus apud infideles inuenitur, quia ſecundũ ipſum nõ officijs, ideſt, actibus, ſed finibus diſtingũtur virtutes; ipſi autẽ infideles actus virtutũ, ſi quos operantur, non ad finẽ debitum referũt.

¶ Secũdo perpẽdendũ eſt, quòd cũ caſtitas dupliciter accipiatur, vno modo proprie, quatenus verſatur circa delectationes venereas; ſicut circa propriam materiã eas refrænando, & alio modo ſumatur metaphorice, & improprie ſicut cum mens humana coniũgitur quadã ſpirituali coniunctione cũ Deo, abſtinendo ſe ab indebitis delectationibus alijs: & tũc dicitur caſtitas ſpiritualis, iuxta illud. 2. ad Corin. 2. Deſpondi vos vni viro virginem caſtã exhibere Chriſto: ita dicendum eſt, quòd primò modo, ideſt, proprie accepta eſt ſpecialis virtus. Patet, quia habet ſpecialẽ materiam, ideſt, delectationis venereæ refręnandæ per ipſam. Si autẽ caſtitas accipiatur ſecundo modo improprie, & metaphorice, ſic non eſt ſpecialis, ſed generalis eſt virtus; quia ratio huius metaphoricę caſtitatis cõſiſtit in charitate, & in alijs virtutibus theologicis, quibus mens hominis coniungitur Deo. At vero, quia concupiſcẽtia delectabilis maxime aſsimilatur puero, qui ſuæ volũtati ſi relinquatur vires maiores recipit ad malũ: ideo maxime indiget caſtigari. Caſtigatur autẽ per quãlibet virtutẽ moralẽ. Vnde vniuerſitas virtutũ quatenus has cõcupiſcentias refrænat antonomaticę non dicitur caſtitas, ſed improprie: ſed iſto modo antonomatice dicitur caſtitas, quæ refrænat cõcupiſcentiã circa delectabilia ſecundũ tactũ; atq; ideo ſic eſt ſpecialis virtus. Sicut etiã omnes virtutes conferũt ad corroborandũ, & firmandum animũ in bonum circa alia minora pericula: ſed fortitudo vt eſt ſpecialis virtus firmat in bono in his, quibus maximę indigemus animi firmitate, ſcilicet, circa pericula mortis ideò antonomatice dicitur fortitudo. ¶ Eſt autem caſtitas diſtincta ab abſtinentia, quoniam abſtinentia eſt circa cibos: caſtitas verò eſt circa delectationes venereorum. Diſtinguiturq; aliquomodo caſtitas à pudicitia, quia licet pudicitia attendatur proprie circa venerea tamen circa aſpectus oſcula & tactus, quę ſunt ſigna venereorum, & ſolent

ſolent magis deprehendi præcipuè attenditur,
quia hæc ſunt ſigna exteriora, quæ magis pudi
citia reſpicit. Caſtitas vero magis ipſam vene-
ream commixtionem reſpicit:ideo pudicitia or
dinatur ad caſtitatem, non quaſi virtus ab ipſa
diſtincta,ſed ſicut exprimens caſtitatis circũſtã
tiã quandã.interdũ tamẽ vnũ pro alio ponitur.

℄ Circa virginitatem vero,quæ ſpecies eſt ca
ſtitatis,inquirendũ eſt primo,in quo conſiſtat.
Reſpondetur ergo de mente D.Thomæ. 2.2.q.
152.art.1.quòd virginitas à virore appellationẽ
nominis ſumit;quia vera virgo à concupiſcen-
tiæ aduſtione,quæ eſt in delectatione venerea,
debet eſſe immunis.℄ Eſt autem in delectatio-
ne venerea tria cõſiderare. Primũ eſt violatio
ſignaculi virginalis, quæ per accidens ſe habet
ad moralem actũ virginitatis, qui ex parte ani-
mæ & ſecũdũ ea,quæ ſunt animæ conſideratur
& non perſe. Secundo ibi conſideratur reſolu-
tio ſeminis,delectationem ſenſibilem cauſans;
& hæc materialiter ſe habet ad actum moralẽ:
nam ſenſibiles paſsiones ſunt materia moraliũ
actuum. Tertio vero eſt conſiderare,propoſitũ
perueniẽdi ad talem delectationem. Igitur pro
poſitum contrarium,ſcilicet,perpetuo abſtinẽ
di ab delectatione,quæ conſiſtit in ſeminis reſo
lutione, quæ materialiter hic ſe habet eſt id,
quod ſe habet formaliter & completiue in vir-
ginitate.Ex quo ſequitur, quòd virgo violẽter,
& inuita ſimpliciter ſi fuerit ſtuprata(ſicut Diua
Lucia coram tyranno teſtata eſt dicens, quòd ſi
me inuitam feceris violari,caſtitas mihi dupli-
cabitur ad coronam)virginitatem non amittit.
Sicut neq; illa virgo, quæ citra conſenſum pro
pter infirmitatem ,vel in ſomno fluxum ſemi-
nis pateretur.

℄ At quod virginitas ſit licita, non dubita-
tur,neq; de eius perfectione ambigitur.Sed ra-
tionem huius elegantem reddit D.Thomas lo-
co citato art.2.&.3. Nam ait, quòd optima eſt
ordinatio,qua bona corporis ordinantur ad bo
num animæ:bonum autem animæ potiſsimũ
conſiſtit in contemplatione Dei,& in eius inde
inardeſcenti amore,iuxta illud pſalmi. In medi
tatione mea exardeſcet ignis, ſcilicet, diuini
amoris:ergo virginitas corporis,quæ ad id ordi
natur,licita eſt,& ſancta,quippe quæ cogitatio-
ni Dei ſe dedicat,iuxta illud Apoſtoli.1. ad Co
rint.7.Mulier innupta & virgo,cogitat quę Do
mini ſunt,vt ſit ſancta corpore & ſpiritu : quæ
autem nupta eſt, cogitat quæ mundi ſunt : &
quomodo placeat viro. Vnde cõcluditur,quòd
virginitas non eſt aliquid vitioſum,ſed potius
laudabile.Nam neque ei obſtat illud præceptũ
de generatione à principio latum Geneſis.1.
Creſcite & multiplicamini, quia præceptum

A hoc non ad conſeruationem ſuppoſitorum,ſed
ad ſpeciem conſeruandam attinet,cuius conſer
uationis cura ad communitatẽ pertinet, & nõ
ad quamlibet eius partem: quia ſpecies huma-
na conſeruari poteſt abſque eo, quòd omnes
ſinguli generationi & multiplicationi dent ope
ram.Imo ſpiritualis propagatio,quę ſit per vir-
tutes,non minus eſt neceſſaria.Nam, quòd ali-
qui abſtinentes à generatione carnali, exerci-
tio contemplationis diuinorum vacent ad to-
tius humani generis pulchritudinem & ſalutẽ
attinet.Sicut ibi exemplificat D. Thomas; vt
etiam in exercitu quidam caſtra cuſtodiũt: qui
dam ſigna deferunt :quidam gladijs decertant:
B quæ tamen omnia debita ſunt multitudini,ſed
per vnum impleri non poſſunt .Quando vero.
D.Auguſt.lib.de vera religion. narrat Platonẽ
ſacrificaſſe,vt virginitatis ſuæ peccatum delere
tur,non hoc fecit,vt ibi explicat D. Auguſtin.
quaſi virginitatem ſeruare peccatum eſſe Plato
ſentiret,ſed vt falſæ opinioni ciuium, & vulgi
cederet.℄ Eſt autem virginitas non ſolum lici
ta,& laudabilis,ſed eſt etiã ſpecialis virtus, quia
eſt in ea ſpecialis materia boni habens ſpecia-
lem excellentiam.Nam conſeruare ſe immunẽ
ab experimento venereæ delectationis,vt vacet
quis rebus diuinis ; habet quandam excellentiã
laudis.Vnde cum in virginitate inueniatur hæc
C ſpecialis ratio virtutis,ſequitur, quòd virgini-
tas eſt quædam ſpecialis virtus habens ſe ad ca-
ſtitatem:ſicut magnificentia ad liberalitatem.

℄ Præterea,quòd virginitas ſit excellentior
matrimonio inter catholicos non eſt dubium.
Nã autore D .Hieronymo in lib. contra Ioui-
nianum,hic error fuit Iouiniani,qui poſuit vir-
ginitatem non eſſe matrimonio præferendam.
Hunc autem errorem deſtruit D.Thomas,pri
mo exemplo Chriſti Domini, qui & matrem
virginem elegit, & ipſe virginitatem ſeruauit,
& ex doctrina Apoſtoli.qui.1.ad Corint.7.vir
ginitatem conſuluit,tanquam melius bonum.
Et ſecundô eum expugnat his rationibus. Pri-
D mô,quia bonum diuinum, cui vacat virginitas
potius eſt humano bono, cui vacat matrimo-
nium.Secundo,quia bonum animæ , quod in
uenitur in virginitate,præfertur bono corporis
quod intenditur in generatione.Tertio,quia bo
num vitæ contẽplatiuæ pręfertur bono actiuę,
quia virginitas ordinatur ad bonum animæ ſe-
cundum vitam contemplatiuam: multiplicatio
vero generis humani per matrimonium perti-
net ad vitam actiuam. Quod verò D. Auguſt.
in libro.de bono cõiugali matrimoniũ Abrahæ
virginitati Ioannis adæquat,verum eſt ſecun-
dum præparationem animi Abrahæ,qui quan
tum in ſe erat,paratus erat ſi Deo placuiſſet vir
ginitatem



ginitatẽ ſeruare,idque fuit ſecundũ tẽporum di
ſtributionẽ, in qua vterque militauit Chriſto.

℄ Virginitas autem per pænitentiam recu-
perabilis eſt,quo ad eius formale,ideſt, quoad
eius propoſitum,non autem quo ad eius mate-
riam ,quæ eſt immunitas a reſolutione ſemi-
nis, neque quo ad integritatem amiſſam, quæ
per accidens ante eius amiſsionẽ cõcurrebat.Po
teſt tamẽ à Deo reparari,quo ad propoſitum,&
quo ad integritatẽ,ſed quo ad actum præteritũ
quo illam amiſit in ſenſu cõpoſito reparari non
poteſt,quia poſtquã fuit non poteſt ille actus
nõ fuiſſe.℄ Addit vero D. Auguſt. quòd non
eſt virginitas, ſine propoſito firmo integrita-
tis ſeruãdæ.Vnde aſſerit Sotus in 4.ſent.quòd
virginitatis aureola nõ donantur forte in cęlo,
niſi qui voto illam confirmarunt . Imo etiam
ſi firmarunt illam propoſito perpetuo, ſine
voto vt ait Diuus Thomas in addit. quæſt. 96.
articulo.5.Vnde virgo ,quæ moreretur in pro-
poſito nubendi,ſecundum Sotum fortaſſe non
eſſet virgo. Imo ita concluditur ex ſententia
Diui Aguſtini, præſertim ſi habuit propoſi-
tum conſummandi,& non retrocedendi à ma-
trimonio ante copulã per ingreſſum religionis.

℄ Præterea, licet virginitas non ſit ſumma
virtutum ſimpliciter, eſt tamen ſumma in ſuo
genere, ſcilicet, in genere caſtitatis,quia ei fru-
ctus centeſimus debetur, ſicut caſtitati viduali
debetur ſexageſimus, & triceſimus caſtitati
coniugali.Ita D. Hieron. Aureola autem de-
betur virginibus ſecundum D.Thom. in addi-
tio.ad.3.partem quæſt. 96. articulo. 5. propter
potiſsimam victoriam, & inſignem, quæ con-
tra pugnam carnis continuam per eam obti-
netur.Quæ quidem virginitatis aureola, licet
ſimpliciter minor ſit quam aureola martyrum:
tamen ſecundum quid præeminet aureolis do-
ctorum, & martyrum ſcilicet quatenus pugna
carnis,de qua ipſa obtinet victoriam periculo
ſior eſt, & diuturnior, & magis nobis vicina.
Debetur autem hæc aureola, quæ eſt quoddã
gaudium de victoria contra carnem, & de in-
corruptione eius his,qui in propoſito firmo eã
ſeruandi vſque ad mortem perſeuerarunt; licet
aliquando iſtud propoſitum fuerit interruptũ
dum tamen integritate carnis manent in fine
vitę inueniatur,quia virginitas mentis reparari
poteſt,quamuis non virginitas carnis.At ſi cõ-
muniter,& non propriè accipiatur aureola, ſic
pueris baptizatis dabitur aureola cum incor-
ruptione carnis morientibus.Quia licet incapa
ces fuerint pro tunc propoſiti ſeruandi illam,
quando obierunt, ſed tamen gaudebunt de in
corruptione corporum ſuorum poſt iudicium.

℄ Porrò doctrina de virtute caſtitatis, & vir
A ginitatis hic prænotata quæ ipſiſsima eſt in for
ma D.Thomæ nobis ſubminiſtrat materiam
ad aliqua dubia moralia illucidanda, quæ quia
frequentia ſunt ſcitu ſunt neceſſaria. Quæritur
ergo primo ſi maritus zelator caſtitatis vxoris
legauerit mille aureos vxori ſub hac cõditione,
ſi caſte vixerit,quam caſtitatem ſeruandam ab
vxore hic indicat,an vidualem,an coniugalem.
Nam multum refert hoc noſſe. Nam hinc pate
bit, an ſi ſecundo nubat amittat hoc legatum,
vel non amittat. Videtur autem, quòd tunc
vxori indicatur caſtitas vidualis, ac per conſe-
quens conſequitur, quôd ſi ſecundo ipſa nu-
B bat legatum perdat. Quòd autem illud non
amittat,hinc videtur probari; quia interpreta-
tio in contractibus ſit plena,& in teſtamentis
ſit plenior,& in beneficijs ſit pleniſsima.capit.
cum dilecti de don. Ergo legatum intelligen-
dum eſt latius, & plenius in fauorem vxoris,
vt ſibi non interdicatur ſub illa clauſula, ſi ca-
ſte vixerit,caſtitas coniugalis,ac per conſequẽs,
ſi ſecundo nubat non per hoc amittet legatum,
quia nubendo ſic honeſte, & caſte etiam viuit
cap.vicena.diſt.31.Sed in contrarium eſt, quia
id facere videtur teſtator, vt conſulat famæ &
honori ſuo: per ſecundas autem nuptias lædi-
C tur fama mariti, & ſuorum:ergo in hoc caſu
per ſecũdas nuptias amittitur prædictũ legatũ.

℄ Igitur ad quæſtionem reſpondetur per ſe
quentia dicta.Dicitur ergo primo,quòd in hoc
caſu,& in alijs ſimilibus,quãdo de vltima volun
tate teſtatoris conſtat,qualis fuerit illa quia pro
lege habetur,in vtroq; foro ſeruanda eſt.ca.vlti-
tim.13.q.2.℄ Secũdo dicitur,ꝙ legatum à mari
to vxori factũ,recte illã admittit conditionẽ ſi
viduitatem ſeruauerit;quia conditio cælibatus
non reijcitur in his,qui iã primas nuptias cõtra-
xerunt.l.2.C.de indict.vid.tollend.quia hone-
ſtum eſt à ſecũdis nuptijs abſtinere.Nam ex his
D contriſtatur animus prioris mariti. Ita Couar.
de ſponſ.& matr.ca.3.parte.2.§.9.nu.2.℄ Dici
tur tertio;Quando nõ conſtat de voluntate te-
ſtatoris,in legato cõmunis vſus loquẽdi præfer
tur proprię ſignificationi verborũ ſecundũ In-
noc.in ca.olim.de verb.ſignif.Idem tenet Par-
nor.in ca.vt cleric.de vit.& hon.cler. Sed quid,
ſi volũtas teſtatoris ignoratur, quia nõ conſtat
ex cõmuni vſu loquẽdi,neq; ex propria ſignifi
catione verborũ,ſicut in caſu propoſito.dicitur
ergo ad hoc quarto,reſpõdẽdo ad quæſtionẽ ꝙ
ſi maritus legauerit mille vxori ſub hac cõditio
ne,ſi caſte vixerit, vel ſi aliquis filius pręmortui
legando aliquid vxori patris , hanc adiecerit
conditionem,tunc ſi ipſa ſecundo nubat lega-
tum amittit.Secus autem eſt ſi ipſa à patre ſuo,
vel ab alio extraneo ſub illa conditione,ſi caſte
vixe-

vixerit, eſſet legataria relicta, & ad aliquod lega A
tum admiſſa, vel ſi ab alijs, qui non eſſent prio
ris viri conſanguinei aliquid in teſtamento ſub
ea conditione, ſi caſte viueret, relinqueretur. Nã
tunc non amitteret illud legatum ad ſecundas
nuptias tranſeundo. Hæc diſtinctio traditur à
Couarruuia. loc. citat. quam dicit eſſe commu-
nem contra Bartolum indiſtinctè tenentẽ lega
tum ſub cõditione ſi caſtè vixerit factum à ma
rito vxori, non amitti ſi ſecundo nubat. Cuius
opinio eſt vera & placet Couarr. ſi opinio hæc
nõ referatur ad maritũ, vel eius filios clauſulã
illã proprio teſtamẽto adijciẽtes, cuius rationẽ
non affert Couarr. Quæ tamẽ ea eſſe mihi vide-
tur, ſcilicet, quia probabilis eſt præſumptio, ꝙ B
tã pater; quam filij ſic legantes famæ & honori
ſuo voluerũt cõſulere; quia per ſecũdas nuptias
læditur fama mariti, & ſuorum filiorũ: quia ex
his ſecũdis nuptijs eorũ animi ſolent contriſta
ri. Alij autẽ extranei, qui hinc non ſolẽt contri
ſtari, quãdo prædictæ mulieri ſub ea cõditione
aliquid legant, ſolũ id videntur curare, vt caſte,
ideſt, nõ perdite, & inhoneſte viuat, quod opti
me ſeruat ſecundo nubendo. Nam tũc honeſte,
& caſtè caſtitatem coniugalẽ cuſtodiendo cum
ſuo marito poteſt viuere. atque iuxta prædictã
diſtinctionem limitamus noſtrã opinionẽ, quã
ſequentes Bartolum in primo noſtro tomo in-
ſtructorij conſcientiæ indiſtincte tenuimus. C

¶ Quinto dicimus, quaſi ex prædictis hoc co
rollariũ inferentes, ꝙ quia maritus de ſecundis
nuptijs cõtriſtatur, ꝙ vidua ſi intra annũ luctus
ſecundo nubat, eas veſtes pretioſas, vel non pre
tioſas amittit quæ viduis ſolẽt dari, vt lugeãt ma
ritos, haſq; veſtes tenetur tunc ipſis hæredibus
mariti reddere, ſiue ſint pretioſæ, ſiue non. Quia
Baldus, qui hoc aſſerit indiſtinctè loquitur. Iã
hinc patet ad obiectionẽ in cõtra quia reſpõde
tur, ꝙ præſumptio probabilis valde, quæ eſt in
cõtra nõ permittit in hoc ſic plenius interpreta
ri teſtamentũ circa legatũ factũ à marito, vel à
filijs vxori, ſub illa conditione, ſi caſtè vixerit.

¶ Porrò, quoniam cælibatus ad caſtitatis vir D
tutem pertinere videtur, quæritur, an in legato
facto ab aliquo alicui ſub cõditione cælibatus,
talis conditio reijciatur, ideſt, an aliquis legare
poſsit alicui puellæ mille aureos eo pacto, vt
perpetuo non nubat, ſed cælibem vitam ducat,
an iſta conditio adiecta in foro exteriori, vel in-
teriori obliget, vel an illa reiecta legatum tene-
bit, vel non. Videtur autem, quod illa conditio
obliget in vtroq; forõ, quia hęc conditio nõ im
poſsibilis eſt aut inhoneſta, aut turpis: quia li-
cet inducere aliquem ſic ad perfectiorem cæli-
batus ſtatum. Item patet hoc ex eo quòd hæc
videtur, fuiſſe voluntas teſtatoris, vt ſi nu-

beret legatum amitteret ca. vltim. 13. q. 2. A

¶ Pro expeditione quæſtionis hæc ſequentia
notanda ſunt dicta. Dicimus ergo, primò ꝙ po
teſt quis adiecto modo inuitari ad contrahendũ
matrimoniũ, ita vt eo non cõtracto lucrũ illud
amittat. Verbi gratia, ſi dicat aliquis per viam
cuiuſdã adiecti modi. Inſtituo Petrũ in hæredẽ,
vt matrimoniũ cõtrahat cũ Maria, alias vult il-
lũ priuare hæreditate, dũmodo iſte modus, non
adijciatur in legitima filij. Hæc eſt Couuarr. de
ſponſ. ca. 2. ex ca. ſequẽti. §. tertius. Vbi ait, ꝙ li-
cet ſic teſtari. In cuius gratiam citat Oldr. conſ.
16. & Areti. Nã quãuis iſte modus videatur eſſe
pœna, ſecundum gloſſ. in. l. 1. §. ſiquis propter.
B verſ. ſi per integrũ. ff. de itin. & ideo à contractu
matrimonij reijciẽda iſta pœna videatur, iuxta.
ca. gẽma: de ſponſ. & ideo ſi contrahat cum alia
non videatur priuãdus hæreditate: tamen huic
obiectioni, reſpondet Couarr. quòd non eſt
iſte modus dicendus pœna. Nã etſi priuari quẽ
lucro adquiſito, pœna ſit, & pœna videatur, ſed
hoc eſt verũ, niſi priuetur ab eo, qui lucrũ dedit
eo modo, & conditione, & pacto adiecto, quia
tunc iſta priuatio non eſt pœna, ſecundũ gloſ.
ſane acceptam. l. ſi duo. ff. de acquirenda hęred.
Sicq; verificatur opinio Oldr. Idq; videtur eſſe
relictum Mariæ in dubio, ſicut legatũ factũ mo
naſterio, hac conditione, vt Mariam in monia-
C lẽ accipiat in dubio ipſi Mariæ videtur relictũ.

¶ Secũdo dicitur cum Couarr. de ſponſ. ca. 3.
ſecundæ partis. §. 8. legatum factũ virgini, ſi Pe-
tro nupſerit, non amittitur ab ipſa, ſi alteri ex
conſenſu patris nubat. Patet ex. l. cum tale. §.
reſcriptum. ff. de condit. & demõſtr. Vbi proba
tur legatum Titiæ factum, ſi arbitratu Sempro
nij nupſerit, reiecta conditione purum eſſe, ac
validum, ſed ſecus eſt ſi legans dixiſſet. Si cum
conſilio Sempronij nupſerit: tunc obligat con
ditio, & non reijcitur; quia tenetur exigere cõſi
liũ licet non teneatur illud ſequi, eſt cõmunis.
l. filiæ. ff. de cond. & demonſtr. ¶ Tertio dicitur;
quòd ſi quis inſtituatur hęres, dũ hæreditas nõ
D ſit maioratus, cũ conditione quòd monaſteriũ
nõ ingrediatur, per ingreſſum illius, nõ expirat
inſtitutio ſecundum Panor. ca. in præſentia, de
prob. quia conditio impediens matrimonium
ſpirituale, vel tẽporale habetur pro non adie-
cta. l. cum tale, ff. de cond. & demonſtr.

¶ Ex quo corollarie infertur, quod mulier nõ
tenetur reſtituere relictũ ſibi cũ onere reſtituen
di, ſi non nupſerit. l. quoties. ff. de condit. & de-
mõſtr. Vnde legatũ factũ ei cũ conditione ſi nõ
nupſerit tenet etiã ſi nubat. ff, cõdit, l. filię. l. quo
ties. ff. de cõd. & demonſtr. & quidẽ in foro exte
riori nõ dubitatur, ſed legatũ ea cõditione, ſi le-
gataria nõ nupſerit, an liceat fęminæ legatariæ
nuben-



nubenti in conſcientiæ foro ſuſcipere, magis A
in dubium vertitur. Pro hoc dicitur quarto,
quod etiam in foro conſcientiæ, quamuis nu-
bat, poteſt illud legatum poſt mortem legantis
recipere, & retinere cum ſana conſcientia, etiam
ſi hoc ſit contra apertiſsimum teſtantis iudi-
cium, & voluntatem. Hæc Couarruuiæ opinio
eſt contra Metinam Complut. lib. de reſtit. q.
23. colum. 8. Et probatur: quia illa lex quoties
non fundatur in ſola præſumptione, ſed lex
potuit, & voluit illam conditionem, ſi non nu-
pſerit, caſſare fauore liberorum procreando-
rũ in republica. Hæc opinio videtur probabi-
lis, neque eſt tam aperte contra Caiet. quia ipſe
loquitur de vidua relicta vſufructuaria, donec B
caſte vixerit, vel donec ad ſecundas nuptias
tranſierit, quæ his non ſeruatis conditionibus ſe
cundum ipſum vſum fructum perdit. Quia au-
tore Couarruuia cap. 3. §. 9. ſecundæ partis, con
ditio cælibatus licet reijciatur in his qui nullas
nuptias contraxere, tamen non reijcitur in his,
qui iam primas nuptias contraxerunt. l. 2. C. de
indict. vid. tollen. nam honeſtum eſt à ſecundis
nuptijs abſtinere, quia ex hoc contriſtatur ani-
mus prioris mariti. Tamen hæc ſententia Co-
uarruuiæ, etſi contra caſum Caietani, quæ lo-
quitur de vidua, quæ iam ſemel fuit nupta:
eſt tamen contra eius rationem, ſcilicet, quòd
illa vidua ideò perdit vſum fructum, ſi ſecun- C
do nubat etiam ſecreto, quia illa, inquit, fuit
teſtatoris voluntas, & quia ventum eſt ad ca-
ſum, in quo teſtator bona ſua ad eam tranſi-
re noluit. Quæ quidem ratio etiam currit in
caſu noſtro de virgine relicta legataria cum
conditione, ne vnquam nubat. Quia hìc, vt
ſupponimus, voluntas expreſſa teſtatoris eſt,
ne fiat legati domina ſi nupſerit. Nihilominus,
quia hæc ratio quodammodo infringitur per
illam gloſſam Couarruuiæ, qua gloſſat prædi-
ctam. l. quoties, ſcilicet, quòd per eam voluit, &
potuit legiſlator illam conditionem, ſi non nu
pſerit caſſare, fauore liberorum procreandorum
in republica, & quia hanc ſententiam Couar- D
ruuiæ apparentem, ſed non conuincentem, eſſe
video, eam non audeo reprobare. Ac per conſe-
quens conſulerem ego, vt ſi talis puella iam
eſt in poſſeſsione legati per hoc, quòd nubat
in caſu, quo conſulendi ſuo honori, & cauendi
periculum lapſus carnalis cauſa nubet, quòd
in conſcientia non ſit ſpolianda tali legato:
quia tunc tacita voluntas teſtatoris concur-
rit, aut certe concurrere deberet, aut certe præ-
ſumitur, quòd eius contraria voluntas in hanc
mutaretur in hoc caſu. Si talis autem puella
non eſt adepta poſſeſsionem legati, & vult nu-
bere ſola animi libidine, & nulla vrgente ratio-

A ne conſulendi honori ſuo, & non periculo rui-
næ, & fragilitatis adacta, tunc dum conſtat
de voluntate teſtatoris, quod non voluit ali-
ter transferre dominium, cõſulenda eſt, ne lega
tum acceptet, aut exigat, ſi nubere parat, quia
in hoc caſu opinio Metinæ eſt tutior: pro qua
facit ratio Caiet. Et quia contra gloſſam Co-
uarruuiæ eſt quòd voluntas teſtatoris dum con
ſtat implenda eſt, & quia hæc conditio, dum
non nubat, non videtur pænalis, vt ſit reijcien-
da à contractu matrimonij, ſed eſt priuatiua lu
cri, quod teſtator ſub illa conditione potuit pro
mittere ſaltẽ in conſcientia. Et ſic patet ad obie
ctionem in contra.

B ¶ Quintò dicitur, quòd ſi alicui mulieri lega
ta fuerint centum, ſi nupſerit, ſi ingrediatur reli
gionem illa centum aſſequetur, quia præſumi-
tur etiam teſtator pro religione voluiſſe dare,
cum ſit melioris conditionis ſtatus. Sed maius
dubium hinc ſe exerit, an ſi relinquitur puellæ.
200. ſi nupſerit: ſi autem monaſterium intret, ei
relinquitur. 100. ſi ingrediatur, habitura ſit tan
tum. 100. an. 200. Reſpondetur autem ad hoc,
quòd licet inuitare ad religionem ſpe lucri con-
ſequendi, quia licitum eſt legare alicui mille
ſub conditione, ſi fiat preſbyter, aut religioſus,
neque debebitur hoc legatum legatario, niſi ad
impleta conditione. At quanuis impium ſit per
C legationis modum donando magis; vel legan-
do magis amplè ad nuptias, & magis reſtricte
ad ingreſſum religionis, velle auertere à reli-
gione ſi tamen pater bonis rationibus motus,
legat centum, ſi nupſerit, etſi ingrediatur reli-
gionem, quinquaginta filiæ ſuæ, quia maior
dos eſt neceſſaria pro nuptijs, quàm pro ingreſ
ſu religionis: ſi hæc fuit expreſſa voluntas pa-
tris, quòd pro religionis ingreſſu quinquaginta
quæ pro hoc erat dos ſufficiens tantum daren-
tur, ſi non nubat, ſed religionem ingrediatur,
non dabuntur ei centum, ſed tantum quinqua-
ginta. Hæc eſt Couarruuiæ lib. 1. de Var. reſo-
lut. capitulo. 19. quam veriorem eſſe cenſet
D quam cõtrariam Bartoli. Eſt contra Alberi. in.
l. Deo nobis. C. de epiſc. & cleric. & Contra
Ricar. Malumbra. in. l. quoniam C. de inoffici.
teſt. Et probatur, quia ratione iuſta potuit pa-
ter ſic velle, neque per hoc filia retrahitur à reli
gione, dum dos ſit ſufficiens, quòd pauperiori
dote recipiatur. Atque ſic, inquit Couar. manet
diſcuſſa lex Titiæ ff. de cond. & demonſtr. Sed
non examinat hic Couarruuias, vtrum diffe-
rentia aliqua interueniat hic inter filiam, & ex-
traneam. Sed credo idem ſentit Couarruuias
de extranea, ſicut de filia, quando hæ ratio-
nes concurrerent in ſic legando extraneæ, ſi-
cut & filiæ, ſcilicet, plus pro nuptijs, & minus
pro ingreſ-

pro ingreſſu religionis. Quia tunc neq; extranea retrahitur à religione, dum dos minor pro A hoc legata ſit ſufficiens, quę eſt ratio Couarru.

ℭ At vero in primogenij,& vinculi inſtitutione poteſt adijci expreſſa conditio, vt eis non ſuccedant presbyter, aut monachus, quia iſta conditio non apponitur cauſa auertendi à religione, ſed quia iſta non competunt presbyteris aut monachis. Imo inſtitutus cum conditione, ſi ſine liberis, ſi ingrediatur monaſteriũ in caſu, quo teſtator expreſſe excluſit monaſteriũ, aut id voluiſſe ex certiſsimis coniecturis colligitur: tunc excluditur monaſterium: aliàs non, cum præſumatur teſtator æquê dilexiſſe monaſterium, ſicut inſtituti liberos, cum ſic teſtatus eſt B ſub illa conditione.

ℭ Circa obſeruãtiam caſtitatis vidualis, quia de caſtitate agimus, dubium haud contemnendum ſit obuium, ſcilicet, an vidua nõ ſeruans caſtitatem, ſed lapſa in peccatum carnis amittat illa bona, quæ proculdubio amitteret, ſi viuente marito adulterium perpetraſſet, & videtur quod perinde dotem amittat, ac ſi marito viuente adulterium commiſiſſet, quia æque ex hoc offenditur maritus ſecundum Bartol. in l. penultim. C. de adulterijs. Sed in contrarium eſt, quia mortuo viro ſoluta eſt à lege viri, vt non ſit adultera, ſi fuerit cum alio viro ſecundum D. Paulum ad Roman. 7. ergo non tanta mul- C ctanda eſt pœna. Reſpõdetur ergo ad quæſtionis dubium per ſequentia dicta. Primo igitur dicimus, quôd vxor, quæ viuente viro adulterium commiſit, quod ad viri notitiam peruenit ab hæredibus iure accuſari non poteſt ad amiſsionem. Ita Couarruuias de ſponſal. cap. 7. ſecund. part. §. 6. Hanc Bartolus dicit eſſe communem opinionem. Pro qua facit textus leg. rei iudicatæ verſ. hæreditas. ff. ſolut. matrim. ibi Bartol. Secundo dicitur: Mulier ſi viuente marito, & ipſo ignorante adulterium commiſit ab hæredibus mariti ad amiſsionem dotis accuſari poteſt. Ita Cyn. Præpoſ. And. Tyraq. contra Bald. & Imol. Hanc ibi Couarruuias ait eſſe D communem. Et ratio vtriuſque dicti, ſcilicet, primi & ſecundi videtur eſſe, quia cum id maritus reſciuit in vita, neque accuſauit videtur ei ignouiſſe. Secus præſumitur cum id ignorauit.

ℭ Tertio dicitur: Si vidua fornicetur intra annum luctus perinde dotem amittit, ac ſi marito viuente adulterium cõmiſiſſet. Sic limitat ibi Couarr. opinionem Pauli Caſtrenſ. Alciat. quia alias ſine iſta limitatione contraria opinio Alexandri in l. ſororem. C. de his qui. indig. in fin. quia benignior atq; verior eſt, eſt admittẽda. Et fortaſsis, inquit Couarru. in praxi potius admitteretur iſta Alexand. opinio etiam intra annum luctus. Additque Couarruuias non ſemel iuxta opinionem Alexãdri fuiſſe pronunciatam ſententiam, eidémq; ſententiæ ipſummet fuiſſe ſuffragatum. Et ſi res ſit, inquit, dubia & defenſabile ſit, quod aſſeuerauit de vidua fornicante intra annum luctus, ſed mihi certe videtur, quia hi videntur extendere pœnas extra terminum legis, ſine ratione vrgenti & expreſſa, & quia D. Paulus loco citato videtur eã ſaluare à crimine adulterij, pro quo impoſita eſt legis pœna, quanuis non excuſetur à fornicatione magis videtur liberanda talis vidua à pœna amiſsionis dotis, quam ad eam damnãda etiam, ſi fornicetur intra annum iuctus. Quarto dicitur, quòd in his regnis Caſtellæ vidua vtcunque ſtuprum committens amittit partem bonorum acquiſitorum matrimonio conſtante, quæ lege regia ad eam pertinet l. 4. tit. 4. lib. 5. ordin. regal.

## CAP. CCXCII.

*An veteri lege fuerit prohibita virginitas: Et an virgo naturaliter concipere poſsit, de conſecratione virginum: Et an ſit ſtuprum cum virgine grandæua coire: Et an compreſsio virginis maius peccatum ſit, quam eam cognoſcere extra vas: Et an virgini vltro conſentienti in ſtuprum ſit aliquid recompenſandum, vel eius patri, vel cum importune rogata conſenſit, & quid ſi non erat, niſi ſolum reputata virgo: & tandem ſoluuntur argumenta.*

POſtquam de aliquibus caſibus attinentibus ad materiã de caſtitate ſeruanda aliquid diximus, nunc etiã de aliquibus dubijs circa materiam virginitatis cõtingentibus occurrit diſſerẽdum. Primo ergo aliqua notatu digna de virginitate dicamus oportet. Et primò notandum de ipſa, quòd propter eius excellentiam apparẽter in ſua tertia parte defendit Metina, quod in veteri lege nõ erat prohibita virginitas. Tum, quia nullibi legitur tale præceptũ quia illud Deutero. 7. Non erit apud te ſterilis, non videtur præ ſe ferre formam præcepti, ſed benedictionem nubentium, quia addit conſequenter, neq; in iumentis. Nõ autem erat præceptum, vt iumenta generationi vacarẽt. Tum, quia Iſa. 56. copioſiſsimũ præmiũ promittitur eunuchis, vbi dicitur, non dicat eunuchus, ego lignũ aridũ, &c. Tũ, quia in huius rei probationem poſſunt allegari multi viri præclari, qui in veteri teſtamẽto virginitate floruere. Nam virgo fuit

go fuit



go fuit Abel, & virgo fuit Melchiſedech, Elias, A & Heliſeus, & Ieremias, & filij prophetarum vt referunt. D. Ignatius & D. Hieronymus.

ℭ Secundo conſiderandum eſt, in controuerſiam fuiſſe adductum hoc dubium, an virgo naturaliter concipere poſsit. Nam ſunt aliqui partis affirmatiuę aſſertores, qui pro ea allegant cõtingentiam caſus de quadam virgine, de qua narratur, quòd in balneis incorrupta manens fuit imprægnata ex ſpermate in balneis à viro fuſo. Quæſtio autem hæc adeo viſa eſt perplexa vt Diuus Thomas varius fuiſſe videatur. Nam cum in. 2. ſent. diſt. 20. q. 1. art. 2. tenuiſſet partem negatiuam, tandem in prima parte. q. 98. art. 2. ad. 4. mutauit ſententiam ſequendo D. Auguſt. B 14. de Ciuit. Dei. Vbi ait in illo ſtatu ſcilicet, innocentiæ ſine vlla incorruptione integritatis infunderetur maritus gremio vxoris, ei immitteret virile ſemen ſicut nunc integritate ſalua ex vtero virginis fluxus menſtrui cruoris emittitur. At licet Metina cum Durãdo ab hac vltima opinione D. Thomæ & D. Auguſtini videatur deuiare, ductus ea ratione, quia alias ceſſaſſet inſigne miraculũ beatę Virginis, quo donata eſt, vt conciperet virgo, & pareret virgo, de qua canit eccleſia, quod in hoc neque primam viſa eſt neque habere ſequentem, & rurſus in hymno natiuitatis, ſcilicet; Talis decet partus Deum: tamen ego malim tenere cũ D. Tho. & D. Augu- C ſtino, qui re maturus inſpecta affirmatiuam tenuere, ſcilicet, quôd virgo naturaliter concipere poſsit. Nam hoc nõ obſtãte fatemur hoc priuilegio miraculoſo, de quo eam laudat eccleſia, beatam Virginem, & in conceptione ſui filij, & in partu fuiſſe decoratam. Primo, quôd non ex virili ſemine, ſed myſtico ſpiramine concepit Deum pariter & hominem, ſecundo, quòd Spiritu ſancto eam adumbrante ſine vlla aduſtione delectationis carnalis (nam immunitas à delectatione carnali, quæ tunc & ſemper fuit in illa pertinet ad eius virginitatem (concepit filium, & in hoc neque primam viſa eſt, neque habere ſequentem, & in hoc miratur omne ſecu D lum, & talis partus ex immaculata Virgine decet Deum, præterquam quòd defacto nulli matri datum eſt parere filium ſine dolore, aut ſine ſignaculi virginalis violatione, quod tamẽ Dei paræ Virgini conceſſum eſt.

ℭ Prętereà tãta eſt præminentia virginitatis vt virgines ſolitę ſint conſecrari, & conſecrationis velo velari, ſed non omnes. Quo circa non erit ab re hic quærere, quæ nam virgo ſic velo conſecrationis ſit inſignienda? Reſpondetur autem ad hoc breuiter cum Sylueſtro in ſumma verbo, conſecratio virginum quæſt. 1. quòd illa virgo ſic conſecratur, quæ eſt religioſa, profeſſa iam tria eſſentialia vota in religione probata. Non tamen omnis talis: quia nec moniales mendicantium, neque quędã aliæ conſecrantur ab epiſcopo, ſed neque corrupta violenter ſimpliciter ſecundum Al. (licet virginitatem vel aureolam non perdat) quia difficile eſt diſſentire delectationi illius actus. Et eccleſiæ non conſtat, an illa diſſenſit. 82. quæſt. 6. can. ille familiæ Neque corrupta occultè etiam ad vitandum ſcandalum eſt ſic conſecranda, ſecundum Diuum Thomam ibi citatum à Sylueſtro. Quia hac de cauſa non ſunt mutanda neque ſacramentalia eccleſiæ; ſed poſſet tunc epiſcopus cauſa vitandi ſcandali omiſſa forma, quæ eſt de ſubſtantia huius conſecrationis interponere aliam, mutato nomine virginitatis in nomen caſtitatis. Concordat Goff. & Hoſt. contra Palu. Quia iſta cautela non eſt mendacium fictionis, vt putat Palude, ſed eſt ſicut non reſpondere ad intentionem interrogantis, cum ad eam reſpondere non teneor, dũ apponitur à me alia reſpõſio de ſe vera, per quã verum de ſe reſpondeo.

ℭ Iam operæpretium eſt hic ea peccata, quæ contra virtutem virginitatis committi poſſunt commemorare. Et primo, quia ſtuprũ eſt contra virginitatem, quæritur, an ſiquis virginem iam grandęuã ex conſenſu ipſius deflo- C ret, an ſit ſtuprum. Videtur autem quòd non: quia D. Thomas. 2. 2. q. 154. art. 6. concludit diffiniendo ſtuprũ. quòd importat illicitam virginũ deflorationem ſub cura parentum exiſtentium: ergo, ſi virgo grandæua iam non ſit ſub cura parentum, quia mortui ſunt ſi violationem ſignaculi virginalis voluntarie admittat, aut patiatur, non erit ſpecies ſtupri. Sed in contrarium eſt, quòd talis concubitus eſt in genere luxurię, & non videtur ſub qua alia ſpecie contineatur, niſi ſub ſpecie ſtupri. Ad quęſtionem ergo reſpõdetur per ſequentia dicta. Dicitur ergo primo, quòd virgo grandæua extra curam patris conſtituta, ſi voluntariè conſentiat in ſui D deflorationem, eius tunc concubitus ad ſpeciẽ ſtupri reducitur, quæ etiam ab illa diſtincte explicanda eſt in confeſsione, dicendo ſe concubuiſſe cum maſculo, & paſſam fuiſſe deflorationẽ. Hæc fuit Victoriæ in ſuis ſcholijs. Videtur eſſe Metinæ in ſua inſtru. ex ratione, quã reddit cum Victor. & Caiet. contra Sotũ in 4. de conf. ſcilicet, quia ipſa nõ eſt domina integritatis ſui ſignaculi virginalis, ſicut neq; aliorum mẽbrorũ vt poſsit conſentire in eorũ amiſsionem, vel mutilationem. Hæc ſententia non eſt cõtra D. Tho loco citato. Imo eſt conſona ſuę doctrinę. Quia ait, ꝙ vbi eſt ſpecialis deformitas debet poni determinata ſpecies illius vitij: ſed hic ex parte

ex parte puellæ ponitur ſpecialis deformitas A etiam ſi careat parentibus, quia per hoc impeditur à legitimo matrimonio conſequendo, & in via, & in periculo meretricandi conſtituitur, à quo retrahebatur, ne ſignaculum virginitatis amitteret, vt ipſe ait: ergo hinc patet, quòd defloratio hæc voluntaria virginis etiam extra curam parentum conſtituta reducenda eſt ad ſpeciem ſtupri neceſſario in confeſſione explicandam. Quod etiam probatur ex ratione Soti: Quia etiam ſi non mutaret ſpeciem, graue detrimentum infertur inde, dum perpetuo amittitur aureola virginitatis, & ſequitur iactura honoris, & periculum ſibi creauit ſi nubat, & à marito non inueniatur integra. Item B etiam patet ex ratione allata à Victoria, & à Caietan. & à Metina: quia ipſa non erat domina ſuæ integritatis ad perdendam illam per illum illicitum actum. Et per ſupradicta patet reſponſio ad obiectionem in contra ex diffinitione ſtupri tradita à Diuo Thoma: quia illa traditur pro completa ſpecie ſtupri continente duas deformitates, vnam ex parte puellæ, aliam ex parte patris eius iniuriam paſſi.

¶ Secundo dicitur, quòd ex prædictis patet, tutius eſſe iuxta Nauarrum & alios, ſi virgo, ſiue ſit ſub cura parentum, ſiue non, quæ lapſa eſt in conſenſum ſolum carnalem cum aliquo viro, dum confitetur de iſto ſolo conſenſu mentali, explicet circunſtantiam voliti C ſtupri, dicendo ſe virginem eſſe. Imo hoc videtur neceſſarium, dum id non innoteſcit confeſſori. Præſertim, quia id ſine iactura ſui honoris & æſtimationis apud confeſſorem poteſt explicare. Si autẽ cum ſic conſenſit tantum mentaliter, iam virgo non erat, ſed talis apud confeſſores, & alios reputabatur, tum opinio probabilis eſt, quòd non teneatur confitendo iſtum conſenſum, explicare iſtam circunſtantiã, quòd non erat virgo. Quia circunſtantia iſta, ſcilicet, quòd non erat virgo, alleuiat illud peccatum conſenſus, quia non eſt ſtuprum. At ſecundum Metin. in ſua inſtruct. capit. 9. allegantem pro D hoc Paludan. circunſtantias extenuantes peccatum, vel aliquo modo excuſantes, non tenemur explicare. Quo circa ibi Metina huic accedit opinioni probabili, quam tenuit Sotus in 4. dicens nõ oportere pudefacere puellas, quãdo peccatum conſenſus tantum cõfitentur interrogando ab eis, an ſint virgines. Quia ſi erãt virgines tales ſtatus earum eas eſſe indicat: & ſi non ſunt virgines eſſet ſuum alleuiare peccatũ, quod alleuiare non tenentur. Sed tandem concludo id, quod rationabilius in hac parte inter tam varias ſententias tenendum eſſe puto, ſcilicet, quod ſi mulieres pœnitentes, quæ accedunt ad confeſſorem ſic ſunt notæ confeſſori, quòd cognoſcit earum ſtatum, ſcilicet, eas habere ſtatum, & reputationem virginum, tunc ſi confiteantur de conſenſu carnali non ſunt pudore afficiendæ, an ſint virgines: quia earum ſtatus notus iam confeſſori tales eas eſſe indicat. Si autem earum ſtatus, non ſit notus confeſſori, ratio vrget, quòd ſint interrogandæ tunc, an ſint virgines: quia tenetur confeſſor interrogare eas circunſtantias mutantes ſpeciem ſiue notabiliter aggrauantes ſibi ignotas quando veriſimiliter creditur, aut probabiliter dubitatur, quòd in eas inciderit pœnitens, & quod prę ignorantia, aut præ obliuione eas omittit confiteri, ſicut hîc accidit. Aliàs, etſi ab confeſſore reputetur virgo, quia ſic communiter reputatur, ſi ſit corrupta non tenetur ſe talem eſſe explicare, quia hoc eſſet peccatum alleuiare, ad quod non tenetur, ſicut neque ad hanc circunſtantiam ſuę corruptionis manifeſtandam tenetur illa, quæ reputabatur virgo communiter, & etiam à confeſſore talis eſſe credebatur: & tamen re vera corrupta erat, ſi in ſolam incidit molliciem carnis, ſine alio conſenſu in virum: quia mollities ſine iactura integritatis carnis contingit eſſe.

¶ Vltimo dicimus cum Victoria, quòd neq; virgo, quæ ſe polluit committit ſtuprum: quia licet hîc contingat quædam commaculatio, & veluti defloratio: non eſt tamen propriè ſtuprum: quia non fit iniuria patri, neque violatur clauſtrum pudoris. Si tamen virginem renitentem corruptioni pollueret aliquis extra vas volẽs ſe commiſcere cum ea intra vas eius: ſtuprum formaliter per ſuum conſenſum committeret. An vero peccatum accedentis ad virginem, qui ne eius ſignaculum virginale frangat extra vas intra eius crura ſpermatizat, ſit maius peccatum, quam ſi eam conſtupraret intra vas eius cum ea coeundo, merito dubitari ſolet. Quia cum ſpermatizare extra vas eius ſit peccatum contra naturam, videtur grauius, quã eius compreſsio & defloratio, quæ non eſt ſic contra naturam. Reſpondetur ergo cum magiſtro fratre Ioanne à Peña, quòd peccatum contra naturam in genere luxurię grauius eſt ſacrilegio carnali, & adulterio ex genere ſuo. Sed ſecus eſt ſi conſiderentur iſta peccata ex dãno & circunſtantijs & in indiuiduo: quia habent ſe ſicut excedens, & exceſſum. Propter quod plures accedentes ad virgines ne eas vitiantes earum virginitati detrimentum inferant, extra vaſa naturalia eas polluunt. Concluditur ergo, quòd iſtud peccatum, licet ex genere maius ſit, quia eſt contra naturam, quam eius ſtuprum: tamen eius ſtuprum ex parte illati dãni circa iacturam virginitatis, maius peccatum ſit.

¶ Adde



¶ Adde tandem, quòd ex parte viri, qui an- A tea virgo erat, quia non cognouerat fæminam, quando primo cognoſcit aliquam fæminam talis coitus ſecundum Victoriam non eſt ſtuprum propriè, quia neque violatur clauſtrum pudoris, neque per hoc fit iniuria parentibus eius. Vnde Sotus in. 4. ſent. de confeſſ. ſolum ait, quòd bonum eſt cum perpetratum cum fęmina opus carnale adoleſcentulus confitetur interrogare, an erat ipſe virgo, quia licet non mutet ſpeciem, ſed grauem infert iacturam & perpetuam aureolæ virginitatis: ſed tandem ait illud confiteri, ſcilicet, quod erat virgo bonum eſſe, quaſi vtile ſit, & non neceſſarium. Quod videtur confirmari ex praxi confeſſo- B rum, qui hoc ſciſcitari parum curant.

¶ Porrò multa nobis hîc occurrebant dicenda de compreſſoribus virginum, niſi in noſtri inſtructorij conſcientiæ primo tomo, parte prima capitulo. 77. vbi agimus de inſecutione mulierum, & maxime virginum à nobis dicta fuiſſent. Nunc vero, vt aliquid hîc de nouo dixiſſe videamur; Quæritur, vtrum virgo vitiata quando ipſa in ſtuprum conſenſit ſit recom- Arg. 1. penſanda; vel patri eius ſit aliquid pro iactura virginitatis filiæ recompenſandum. Et videtur, quòd ſic: quia etiam remittente illa illam iniuriam, pater poteſt agere in iudicio pro illa iniuria recompenſanda: ergo remiſsio illa fuit nulla facta à filia: ergo ea non obſtante facien- C da eſt recompenſatio.

Arg. 2. ¶ Tum, quia pater non poteſt remittere iacturam ſuæ famæ infamatori, quando ex tali remiſsione damno infamiæ afficiuntur filij: ergo neque filia poteſt remittere per voluntarium conſenſum in copulam iacturam ſuæ virginitatis eius violatori: quia inde etiam imminet damnum patri. Tum infamiæ iuxta illud eccleſ. 42. vbi dicitur: Super filiã luxurioſam firma cuſtodiã, ne quando faciat te venire in opprobriũ inimicis tuis. Conf. Tũ etiam, quia plus pecuniarum eſt opus & dote maiore indiget ad locandã filiã ſuã matrimonio, quam ſi eſſet virgo. ¶ Tum etiam quia pater actione iniuriarũ agere cõtra ſtupra- D torẽ filiæ virginis poteſt: ergo verè paſſus eſt iniuriã: ergo eſt ſibi recompenſanda, etiam ſi filia illius gratiam faciat. Sed in contrarium eſt, quòd quando coniugata mulier volũtariè committit adulterium, etiam fit iniuria marito, quia maritus maiorem poteſtatem habet ſupra corpus vxoris, quàm pater ſupra corpus filiæ; quia ſupra corpus filiæ pater poteſtatem habet tantum ad cuſtodiendum corpus illius: ſed iniuria facta marito in adulterio in conſcientia non ſolita eſt ei recompenſari, vt ait Metina in ſua inſtructione. §. 19. circa. 6. mandatum: ergo neque iniuria facta patri in violatione filiæ eſt etiam ei recompenſanda, maxime eam iniuriam remittente filia.

¶ Pro illucidanda quæſtione primo dicendum eſt de caſibus, vbi talis virgo, quia decepta, aut grauibus moleſtijs & importunitatibus affecta non ita voluntariè in ſtuprum conſenſit. Et ſecundo dicetur de caſibus, vbi ſpontaneum ad id præſtitit conſenſum, ſiue abſolutum, ſiue ſub conditione, vt diſtinctius procedamus, dicitur primo, quòd virgo in caſu, quo decepta violationem ſuæ virginitatis paſſa eſt in foro exteriori recompenſanda eſt in dote, qua eget, quia eam decipiens tenetur eam dotare & ducere in vxorem, & ſi non vult cum ea contrahere vltra dotem ſoluendam corporaliter caſtigabitur, ita cap. 1. & 2. de adulter.

¶ Secundò dicitur loquendo in foro conſcientiæ, quòd ſi virgo per deceptionem ſeducta, aut vi compulſa vitiata eſt quia minis fuit perterrita, aut falſis promiſsionibus & mendacijs illecta, tunc in conſcientia ſolum recompenſanda eſt in damno accepto. Hæc ſententia eſt Couarruuiæ de ſponſal. capitulo. 6. par. 2. paragrapho. 8. de contr. inceſt. nuptij. Patet hoc, quia ſic redditur æquale. Ita Metina in ſua inſtructione. §. 18. circa. 6. mandatum. At vero explicatione hoc maiori indiget, quia licet in reſtitutionibus ſufficiat reſtituere omne damnum & intereſſe, ſed quomodo in hoc caſu ſufficienter reſtituatur explicare opus habemus. Et quidem in foro exteriori vitiator ad vtrumque adigitur, & ad eam dotandam, & ad eam in vxorem ducendam. Cæterum in conſcientia ſtuprator non ſatisfacit, ſi velit eam ſolum dotare, quia tenetur eam ducere, ſi illa eum velit in maritum, etiam ſi nihil ei promiſerit de eam ducendo, ſi fuit alias prædicto modo ſeducta, vel coacta. Patet hæc ſententia Metinæ: quia alias, niſi eam ducat in vxorem non reſtaurat illi ſufficienter omne damnum. Ita Metina in ſua inſtru. paragrapho. 30. de reſtitutio. Cuius reddit rationem; quia moraliter loquendo, non poteſt hic ſtuprator virginis aliter reſtaurare honorem amiſſum virgini, quam eam ducendo. Hæc tamen ſententia, quę magis moraliter perſuadet, eſt contra Nauar. in ſumm. capitulo. 16. numero. 17. Vbi ait, quòd qui importunis precibus, & appellationibus, aut falſis promiſsionibus ſine pollicitatione eam ducendi decepit virginem, tenetur in foro conſcientiæ ad eam ducendam, vel ad faciendum id, quo illa maneat contenta, vel ad reſarciendum illi omne damnum, quod illi inde euenerit. Vbi videtur Nauarrus ſignificare, quòd ſatis ſit ſtuprator in hoc caſu aliquo

iſtorum trium modorum ſatisfaciat pro ſuo arbitratu, & non pro electione corruptæ virginis: quia loquitur diſiunctiue, & non ſatis ſe explicat. Sed iſta ſententia Nauarri ſup. quod ſcilicet, ſatis ſit illam ducere, vel alias ei ſatisfacere, vno de his duobus ab vitiatore electo, habet locum in conſcientia, in his ſequentibus tantum caſibus. Primo ſecundum Metin. loco citato, quando ex tali matrimonio probabiliter timentur oritura ſcandala, vel ipſa mulier creditur ex tali matrimonio malum exitum habitura. Vel ſecundo quando ipſa mulier eſt plebeia, & ipſe vir nobilis, & potens, quia tunc ſecundum Sylueſtrum, verbo, luxuria. quæſt. 5. preſumitur mulier fraudem non ignoraſſe. Vel tertio, quando non promiſit eam ducere, quia clare oſtendit ei, ſe illam non ducturum, ſed tamen falſò promiſit, id eſt, non animo implendi; quod ei eſſet prouiſurus ad ſtatum, quem velit ſumendum. Quia in his tribus caſibus non tenetur eam ducere: ſed ſatis eſt ſufficienter recompenſare omne damnũ. Quamuis ſecundum Sotum in 4. ſenten. de matr. in caſu ſecundo, ſatis erit ſatisfacere non ad æqualitatem, ſed arbitriò boni viri, penſato ex vna parte damno ſuæ virginitatis, & ex alia parte, quod ipſa cenſetur ſua ſponte voluiſſe decipi. Et hæc Soti reſolutio, licet videatur cordata, & non omnino contraria opinioni D. Thomæ in addit. ad. 3. partem, quæſt. 46. artic. 2. in ſolutio. ad 4. (quia ibi Diuus Thomas dum dicit, non teneri violatorem virginis, neque etiam prouidere ei de nuptijs, etiam ſi promiſit ei eam ducere, quando ipſe ſponſus multo melioris conditionis erat, aut aliquod ſignum euidens fraudis oſtendit, dum promiſit illam ducturum vxorem, id non dicit tam ex ſententia ſua, quam ex ſententia aliorum.) Nam ait, vt quidam dicunt. Vtraque tamen ſententia in conſcientia videtur probabilis: tametſi ſecurior eſt opinio Soti & verior, atque proinde tenenda. Quia Diuus Thomas locutus eſt in quarto, in hoc magis ſequens aliorum ſententiam. Imo, quia promiſsiones, quæ alias ſigna fraudis oſtendunt, mulieres fragiles ſolent excantare, vt ſic in delirium eas pertrahant, vt ſibi perſuadeant ita futurum fore, quia amor omnia vincit, vel ſi non perſuadent ſibi à longe melioribus, & nobilioribus, vel potentioribus ſe in vxores fore ducendas, & ſi id promittant, tamen merito ſibi perſuadent aliquando, quando eis ſuæ virginitatis copiam faciũt, quòd pro poſſe eis adiumento erunt, ad aſſumendum ſtatum nuptialem, vel alium: quia alias tantum diſpendium nollent pati. Idcirco conſulendi ſunt iſti, vt etiam in caſibus illis tribus; in quibus eas ducere non teneri diximus, pro poſſe, & pro viribus eis tribuant largiter ad ſtatum aſſumendum neceſſarium. Tum, quia hoc faciunt timoratæ conſcientiæ viri: tum quia æquitas rationis hoc ſuadet. Ita Nauar. in ſumm. capit. 16. numero 18.

ℭ Tertio dicitur, quod in caſu, quo in foro exteriori non ſolum quia decepta eſt, ducenda eſt, ſed etiam dotanda eſt, & etiam in caſibus, in quibus in foro exteriori ſufficienter dotanda eſt virgo ex fraude, vel in detrimentum virginitatis perpeſſa, dotanda eſt dote aſſueta dare virginibus ſuæ conditionis, & qualitatis: quia alias non recompenſaretur in omni damno accepto. Imo hæc ratio vrgenter probat, quòd ſecundum Ioan. Andream. & Abbat. vltra hoc plus dari illi debeat, id eſt, illud quo magis indiget corrupta ad inueniendum virum æqualem ſibi, contra Anani. dicentem, quòd ſatis eſt dare illi dotem aſſuetã dari virginibus, quando ipſa, vel pater reijcit violatorem eam petentem ad nuptias quia hoc inſinuat cap. 1. & ſecundum de adult. Sed tandem inter hanc inter hos controuerſiam placet medium tenere cum Couarruuia deſponſal. cap. 6. part. 2. §. 8. de contrah. inceſt. nupti. Dicimus ergo, quod in caſu, quo ipſe vir eſt conueniens virgini, & iniuſtè recuſatur, ſatis eſt ei detur dos aſſueta dari virginibus. Et in hoc caſu vera eſt opinio Anan. Si autem ideò recuſatur ipſe vir à parente, vel à virgine ab illo corrupta, quia puellę conueniens maritus non eſt: tunc in hoc caſu procedit opinio Ioannis Andr. & Abbatis.

ℭ At etiam Nauarrus in ſumma cap. 16. nu. 17. in conſcientia ait, quòd tali virgini deceptæ & coactæ reſarciendum eſt damnũ omne, quod illi inde euenerit, ſcilicet, quantò maioris eget ad aſſequendum talem maritum, qualem ſi maneret virgo aſſequeretur ad arbitrium boni viri & aliquid amplius ob verecundiam, quam tota vita paſſura eſt, & ob contumelias, quas ob id à ſuo marito acceptura eſt. Quæ ſententia Nauarri verum habet, limitandaq; videtur ad caſum, quo ille violator virginis ideô recuſatur, quia ſibi conueniens pro nuptijs non eſt. Secus eſt, ſi conueniens ei ſit, atq; ideo ſine cauſa recuſatur: quia tunc accipiendo ipſum in maritum prædicta damna ceſſarent, ſcilicet, de verecundia, & contumelijs nam aliàs, vt bene ait Nauarrus ibi, ſi ſic vitiator vitiatam ducat obligatio ad eam dotandam in foro conſcientiæ ceſſat: quia illa eſt pœna, quæ in foro interiori non debetur donec à iudice imponatur. §. in hoc. 33. quæſt. 2. & gloſſa ſingularis cap. fraternitas. 12. quæſt. 2.

ℭ Tertio dicitur, ꝙ ſi non leuiter, ſed grauiter, & importune fuit rogata virgo, vt aſſentiret





ſtupro, & ſic ex importunitate aſſenſit, tunc eius deflorator, non ſatis recompenſat damnum eam dotando, niſi in caſibus ſupra exceptis: ſed tenetur eam ducere. Ita Metina in ſua inſtr. vbi ſupra. Vbi exemplificat hoc in caſu, in quo tandem obtinuit virginis conſenſum poſt multum temporis, quo eam importunis literis ſolicitauit, & cum mediatricibus mulieribus eam expugnauit, & cum muneribus: Quia in hoc caſu tenetur eam ducere ſi velit ipſa. Nauarrus autem hic contra Metinam confuſe loquitur: quia diſiunctiue, vt prædiximus loquitur. Sed opinio Metinæ abſolutè eſt vera. Quæ probatur primo, quia ſatis dicitur coacta quo ad hunc effectum per talem importunitatem arg. l. i. C. de rapt. virg. & gloſſ. capitulo ſcienti. de reg. iur. lib. 6. ſecundo patet ratione Metinæ, quia moraliter hæc importunitas eſt vis, quæ infertur mulieri, quæ non poteſt reparari, niſi ducendo eam, niſi grauia ſcandala timerentur, vel niſi ipſe eſſet multo melioris conditionis. Quia ſatis eſt conferre tunc ad eius nuptias reſarciendo omne damnum illi obueniens, ideſt, dando illi quanto maioris eget ad nuptias dignas, quales aſſequeretur, ſi virgo eſſet, & aliquid amplius ob verecundiam, & contumelioſam vitam, quam paſſura eſt apud alterum maritum. ℭ Sequitur corollarie, quòd ſecundum Nauar. loc. cit. in prędictis caſibus, vbi virgo decepta, vel inuita compreſſa eſt, placandus eſt pater, & recompenſandum eſt ei pro iniuria illata ſecundum D. Thom. 2. 2. quæſt. 154. articulo. 6. & Caiet. ibidem, &. D. Antoni.

ℭ Porrò quarto dicitur cum Victoria, quòd etiam ſi puella dolo aut importunis precibus corrupta æque bene nuberet, ac ſi præfatum ſigillum virginitatis non amiſiſſet, nihilominus ſatisfaciendum eſt illi detrimentum ex ſigilli virginitatis fractione illatum. Quod tamen Nauarrus vbi ſupra rectè limitat, vt dictum Victorię ſit verum in caſu, quo maritus, quocũ nupſit deprehẽdit defectum virginitatis, & propterea ab ea diſcedens peregre proficiſcitur, vel ob hoc ſeuere ſe gerit cum illa. Secus eſt, ſi quia nihil tale deprendit æſtimauit ad thalamum virginem acceſsiſſe, ſicut plurimis, inquit Nauarrus, maritis contingit ſic exiſtimare; quia cum in hoc caſu nihil paſſa ſit damni nihil ſibi videtur reſtituendum, cum reſtitutio autore D. Thoma ordinetur ad reſarciendum accidens damnum.

ℭ Quinto dicitur, quòd is, qui vi aut fraude, aut importunis & moleſtis precibus copulam obtinuit ab ea, quæ reputabatur communiter virgo, ſed tamẽ ab alio corrupta erat, & per hoc eam infamauit, licet in conſcientia de virginitate erepta non teneatur: tamen in foro exteriori (quamuis ipſe neget eam reperiſſe virginem, & ipſa virginem ſe fuiſſe non probet) ipſe ad eam ducendam, & dotandam condemnabitur, niſi probet contrarium: nam præſumitur iure illam fuiſſe virginem, & deceptam. Vnde ſecundum Panor. & Doctores capitulo de adult. puellæ huic, aut patri eius non incumbit probatio, quôd virgo eſſet. At iſte in conſcientia, licet occulte corrupta alias eſſet, ob famam tamen ereptam, tenetur ei ad recompenſationem aliquam ſecundum Nauar. vbi ſupra, & Maior, ab eo citatum in. 3. ſent. diſt. 37. quęſt. 33. col. penul. Idemque dicendũ exiſtimo, quãdo erat re vera virgo in caſu, quo licet eam non corruperit tamen propter frequẽtationẽ illius domus, quo ſe introgerebat, ipſe, ea inuita, vel propter perluſtrationem crębram, ad eius ianuam, vel cantilenas noctu decantatas ad eius feneſtras ipſa incidit in ſuſpicionem malam, & infamiam patitur apud viciniam; tenetur arbitrio prudentis, & periti confeſſoris hanc reſarcire iacturam famæ. Imo ſi virgo antea erat, & quia ille moleſtus erat in accedendo ad eam dum eam putabat eſſe ſolitariam, ipſe vt arceret eum cito à ſe proteſtantem ſe illam perpetuô relicturum, neque moleſtaturum, ſi ſemel acquieſceret copulæ, vt hanc vitaret moleſtiã, & ne aliquando deprehenderetur ab alijs ſola cum ſolo aſſenſit ſtupro, tenetur illam ducere ſi ipſa velit; licet hoc illi non promiſerit. Hoc videtur ſecurius; & de mente Metinæ, vbi ſupra. Et certe eius ratio moraliter perſuadet. Et ita tenendum eſt: quia hic interceſsit quædam vis directa illata virgini, quæ moraliter commode recompenſari non poteſt, quo ad eius honorem, niſi eam in vxorem ducendo.

ℭ Adde etiam ſecundum Nauar. capitulo 16. in ſumm. num. 14. quòd, qui mala intentione aliquam mulierem inſequitur, peccat; & tanto grauius, quanto maius tempus in eam inſequendo inſumit, teneturque ei ad recompenſandam iniuriam, vel infamiam, quæ illi hinc redundat. l. item apud Labeonem. §. appellare. ff. de iniur. Hoc autem intelligitur, ſi ipſa honeſto habitu incedebat; alioquin verò minimè in ead. l. §. ſiquis virginem.

ℭ Nunc vero ad punctum quæſtionis principalis à principio propoſitæ accedimus, ſcilicet, de virgine, quæ licet inuito patre, ipſa tamẽ voluntariè in ſtuprum conſenſit, vel quia ipſa ſe ad id obtulit, vel leuiter rogata conſenſit, an ei aliqua reſtitutio facienda ſit, vel patri eius. Dicimus ergo, hanc quæſtionem non eſſe adeô peruiam. Nam Metina in ſua inſtruct.

circa eam varius fuit. Quia in illa inſtruct.§.18. circa.6. mandatum penes finem, tenet affirmatiuam, contra Sotum & alios, ſcilicet, quòd tenetur ei recompenſare, vel eam ducendo in vxorem, vel pro nuptijs ei adiuuando, ſicut ſi inuita fuiſſet violata. Et exiſtimo ipſum ſentire, licet loquatur diſiunctiuè, quòd hoc debet fieri ad electionem puellæ, quam duplici ratione probat. Primo ex vſu, quia etiam huiuſmodi virgines voluntariè ſtuprum paſſæ (præterquam, quòd in foro exteriori prçſumuntur ſeductæ: atque ideò earum defloratores ad eas ducendas & dotandas obligantur, iuxta cap.1. de adult.) etiam in conſcientia earum conſtupratores inſtigantur à confeſſoribus & à timoratis viris ad eis aliquid recompenſandum. Tum, quia fragile eſt genium virginum ſimplicium, quæ ad obiectam tentationem non aduertentes, quid perdant pro tunc obcæcantur. Tum, quia ſi aliquæ aduertant qualẽ theſaurum perdant exiſtimant, cum alicui potenti, aut diuiti ſuæ virginitatis copiam faciunt, quòd eam ſint remuneratione aliqua recõpenſaturi, licet hanc conditionem tacitam præ pudore non explicent: ſicut contingit ſæpe in puella, quæ magnatibus voluntariè præſtat famulatũ ſub conditione, tacita tamen recompẽſationis ſuæ mercedis, licet id non deducat in pactum præ pudore. Secus eſt in ſimplici fornicatione, vbi fœmina voluntaria nihil damni corporalis ſigilli patitur. Secũda ratione id Metina probat: quia ipſa non eſt domina ſuæ integritatis, vt poſsit in eius iacturam conſentire. Sed hæc eius ratio eſto eſſet vera, parum promouet. Quia etiam ſecundum opinionem communiorem, non eſt homo dominus ſuorum membrorum, vnde nõ poteſt eorum amputationi ſine cauſa excuſante conſentire: & tamen ſi voluntariè conſentiret dicens alteri, en tibi trado manum meam amputa eam: tunc amputator eius non teneretur ei ad aliquam recompenſam, licet peccauerit, vterq; ſic in propoſito. At idem Metina in eadem inſtruct.§.30. de reſtitut. quaſi mitigans ſuum rigorem opinionem contrariam negatiuam, quæ eſt Soti & Nauarri, loc.cit. nu.16. & Sylueſtri verbo luxuria. quæſt.5. Vbi allegat pro ſe Archidiac. & Veruec. admittit vt probabilem, licet ipſe perſiſtat etiam ibi in ea, quam antea tenuerat, affirmatiua opinione, vbi aliam ſuperaddit rationem, ſcilicet, quia ipſe violator virginis voluntariæ (quia non fuit ſeducta neque coacta) etiam ſi liberetur, & abſoluatur à reatu reſtitutionis, in hoc caſu, adhuc quaſi inſtigante conſcientia ad tanti damni compenſam quietus nõ manet, neque ſcrupulum hunc à ſua conſcientia excutere poteſt.

¶ Igitur pro deciſione quæſtionis ſtatuitur prima propoſitio: Quando virgo ſe obtulit, vel ſigna amoris, quaſi tentans virum ipſa prima quaſi præueniens ei oſtendit, & ſtatim leuiter rogata conſenſum præbuit voluntarium, abſolutum, & ſine conditione, tunc violator eius ad nihil ei tenetur. In hac conueniunt omnes ſupradicti partis negatiuæ aſſertores Sotus, Sylueſter. Nauar. Et probatur: quia hic tãtum abeſt, vt inuoluntaria fuerit, vt ipſa functa fuerit officio tentatricis ſibique totum damnum ſuum imputatur, eô quòd alium fragilem quaſi eum inuitando inflexerit in ruinam.

¶ Secunda propoſitio: Si talis virgo alias pudica erat fugienſque conſortia ſuſpecta, quæ laceſsita ab alijs communibus, & plebeijs hominibus ſolita erat eos repellere, ſi quia penuria premebatur, & indigentia hominem potẽtem, aut prædiuitem illam prius allicientẽ, quamuis leuiter rogata admiſerit nihil pro tunc expreſſe ab eo eam virginem eſſe, & pro tali haberi ſciẽte expoſtulans prç verecundia, tum talis vir cui ſic ſui integritatis copiam fecit, non eſt ex toto abſoluendus ab recompẽſa aliqua arbitrio boni viri faciẽda. Nam in hac videtur habere verum opinio affirmatiua, & rationes morales, quas pro ea attulimus. Et patet, quia moralis ratio concludit, quòd virgo hçc cum alias eſſet pudica, & abſconſa, & fame & indigentia oppreſſa, ſi hominem illum prædiuitem, vel potentem illam prætentãtem admiſit, id non fecit gratis, quia non cauſa libidinis prçſumitur tunc feciſſe, ſed cauſa ſubueniendi ſuæ miſeriæ, qua laborabat, & ſub quadam tacita conditione (licet præ pudore eam non explicuerit) quod ei prædictus vir tantum diſpendium virginitatis pro poſſe illi ſubueniendo eſſet recompenſaturus. Sicut patet in exemplo puellæ, quæ voluntariè magnatibus famulatur, ſub quadam tacita conditione præ verecundia non explicita, ſcilicet, quod ſua mercede non erit defraudanda. Secus autem forte eſſet ſi ita pudica, & oppreſſa neceſsitate non eſſet talis virgo, & leuiter rogata ab eo, qui non poterat eam iuuare ſtatim ei præbuit conſenſum, quia tunc non tam ex neceſsitate, quã ex libidine creditur feciſſe. Nam in hac negatiua opinio Soti Nauar. Sylueſt. ſcilicet, quòd non eſt recõpenſanda habet locum. Sed quid, ſi leuiter rogata ex libidine fecit, & non ex neceſsitate, inuito tamen patre, ſub cuius poteſtate erat, an tunc patri ſit aliquid recompenſandum.

¶ Sit igitur pro hoc tertia propoſitio: Vbi virgo omnino voluntariè ſe obtulit, aut ipſa ſignis tacitis, aut nutibus prætentans virum, ab eo leuiter rogata ſtupro cõſenſit iuxta primam concluſionem probabilius, quòd ſi res ſtupri manet ſecreta, & non diuulgata non tenetur patri aliquid violator recompenſare. Hæc eſt Soti: & ſic limitata eſt fratris Ioſephi in ſuis floribus Theologiæ & fuit per me aſſerta ſupra hoc primo tomo noſtri inſtructorij conſcient. loc.citat. Et probatur, quia in hoc ratio Soti videtur vigere, ſcilicet, quòd ius, quod habet pater in filiam, eſt principaliter propter filiam. Quocirca ſi illa voluntariè ſe offerens, vel prætentans homines eos incitauit, videtur renunciare velle iuri ſuo. Tum quia dum res ſic eſt ſecreta non infamatur pater eius, neque redditur impotens ad eam matrimonio locandam, ſi ipſa matrimonio ſe cõiungere audet, alioquin poſtquam ſic vltro conſentiens ſtupro fuit, ſumat alium ſtatum. Quando verò decepta, aut inuita vitiata eſt, tunc vt diximus placandus eſt pater, & adiuuandus eſt ad reponendam eam in eo, quem ipſa elegerit ſtatum. Imo poſt condemnationem factam à iudice pro recompenſanda iniuria paterna, vt inſinuat Sylueſt. tenebitur in conſcientia ad eam: licet non ante: quia videtur eſſe pœna, quæ non debetur ante condemnationem: ſed adiuuare patrẽ ad reponendam in ſtatu, quem alias habere voluerit tenetur. Sicut etiam in caſu, quo ipſa leuiter rogata oppreſſa miſeria, vt ſibi ſubueniretur prædiuiti præbuit aſſenſum: quaſi ſeipſam & ſui remedium ei cõmendans. Iam ſupereſt ad argumenta in principio quæſtionis poſita reſpondere.

¶ Ad primum argumentum vbi obijciebatur, quòd remiſsio iacturæ virginitatis facta à virgine ſub cura parentis, non valet, quia ipſe pater poteſt agere in foro exteriori pro ea iniuria reſpondetur, quòd ita eſt, quòd patre agente in foro contentioſo pro iactura virginitatis filiæ non valebit in foro exteriori remiſsio filiæ tunc, quia prçſumitur fuiſſe ſeducta. Tum, quia per hãc remiſsionem: grauatur pater, iuxta ius quod habet reponendi in ſtatu honorifico filiam: quia maiori dote ad id indiget. Sed nos loquimur in foro conſcientiæ, vbi nulla videtur neceſſaria remiſsio, vbi ipſa ſe obtulit, vel fuit prætentatrix viri ſpontanea. Neque valet iſta conſequentia: Tenetur ille violator de iniuria illata patri, quia, ſcilicet, contra eũ poteſt agere pater virginis, & poſt iudicialem condemnationem tenetur iniuriam paternam reparare: ergo tenetur ad id ſimpliciter ante iudicialem condemnationem. Sicut autore Metina in inſtruct.§.18. circa.6. mandatũ non eſt reſtituendum aliquid in cõſcientia pro iniuria illata marito per eum adulterum, qui cum eius vxore adulterium commiſit, niſi poſtquam ad aliquid ſoluendum pro illa iniuria damnatus fuerit in iudicio: Sic etiam reſpectu iniurię patris puellę. At de damno ſubſecuto ex iactura virginitatis quando ſit reparandum & quando pater in hoc ſit adiuuandus iam diximus largiter, vel quando non, vide in concluſionibus tribus præcedentibus.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quòd iam ſupra diximus ex mente Cordubç in tractatu de detractione ſuper memb. 4. relect. Soti de deteg. ſecret. q.3. dub.1. quòd nõ omnis remiſsio propriæ infamiæ facta à patre eſt inualida (quidquid ſit de peccato) ſed ſola illa in qua pater principaliter infamatus remittit infamiam priuantem illis bonis, quæ filijs conueniunt ex ſuis meritis, vel ex meritis ſuorum auorum, vt quôd ſunt nobiles habiles ad officia & dignitates, & à tributis immunes. Nam ſi hæc, quæ habẽt bona à ſuis anteceſſoribus propter infamiam falſam impoſitam patri; quam ipſe pater remitteret, amitterent, remiſsio eſſet inualida. Imo ſecundum Sotum, ſi infamatio falſa paterna particulariter filios non tangat, quia ſolus pater infamatur de ebrietate, ſi hæc infamatio remittatur, à patre (quidquid ſit de peccato) remiſsio erit valida. Vnde negatur antecedens: quia non eſt in omni caſu verũ, quòd remiſsio infamiæ propriæ facta à patre non ſit valida: etiam ſi noceat filijs. Vnde negatur conſequentia: quôd filia ſi conſentiat in ſtuprum infame ſibi & patri, quòd non valide remittat id damni, quando ſciens, & volens fecit, nulla neceſsitate adacta: quia ſic volenti non fit iniuria: & quia dum res manet omninò ſecreta, non grauatur pater eius in hoc, quòd neceſſe ſit ſuppeditare illi maiorem dotem.

¶ Ad confirmationem iam patet ex ſolutione ad primum.

¶ Perpende tandem, quod ſecundum leges ciuiles ſtuprator debet regulari, & dimidia pars bonorum eius publicari: aut ſi eſt vilis perſona debet verberari inſtitut. de public. iudic. §.11. ſi autem per vim fecerit, capite plectitur. Inſtit. vbi ſupra. §. ſin autem.

## CAP. CCXCIII.

*De luxuria, & de eius materia: Et an ſit vitium capitale: & de eius peſsimis filiabus, vt timeatur: & de eius ſpeciebus: Et qua ratione fornicatio ſimplex ſit peccatũ mortale: Et an in oſculis, & tactibus conſiſtat peccatum mortale: Et quando pollutio nocturna ſit peccatum: Item de raptu, de inceſtu, & adulterio, & ſacrilegio, & vitio*

*contra naturam: An concubitus coniugum impotentium ſeminare ſit licitus: & quid de ſenibus, & de ſterilibus: Et quid ſi vxor tantum receptrix eſt ſeminis viri, quod ſtatim expellit, an ſuperegreſſio vxoris in coitu ſit licita, vel viri retro acceſſio ad eam: Vel acceſſus ad eam dum menſtrua patitur, vel acceſſus eius ad virum ſuum furioſum.*

POſtquam de caſtitate, & virginitate, & de caſibus ad has virtutes attinentibus diſputauimus, nunc conſequenter de vitio ſibi oppoſito, ſcilicet, de luxuria, agendum venit. Vt ergo præambula principia ad hanc materiam præiaciamus operæ pretium erit doctrinam, quam D. Thomas. 2.2. quæſtio. 153. & quæſt. 154. de luxuria; & de eius partibus tradit, fideliter hîc ſummare.

Igitur perpendendum eſt primo, quòd luxuriæ materia propriè ſunt voluptates venereæ: quia luxuria principaliter eſt in delectationibus venereis: quia præcipuè animum hominis reſoluunt: ſecundariò autem eſt in alijs delectabilibus, quibuſcunque ad exceſſum pertinentibus.

¶ Aduertendum eſt ſecundo, ſecundum D. Thomam, quod vſus venereorum poteſt eſſe abſque omni peccato, ſi fiat debito modo, & ordine, ſecundum quod eſt conueniens ad generationis humanę finem. Quia ſicut aliqua ſumptio cibi eſt licita: quia ordinatur ad conſeruationem ſuppoſiti: ita aliquis concubitus poteſt eſſe licitus, ſi ſit debite ordinatus ad conſeruationem ſpeciei ſecundum D. Auguſtinum in libro de bono coniugali. Neque iſte actus venereus eſt virtuti contrarius, ex eo quod ipſo præſente impediatur, vel intermittatur rationis vſus: quãdo hoc dictat ratio. Sicut neq; ſomno vacare cum ratio dictat, & neceſsitas id expoſcit, eſt actus contrarius virtuti.

¶ Tertio conſiderandum eſt, quod ideo luxuria eſt vitium, quia modum & ordinem rationis excedit. quiquidem exceſſus non poteſt non eſſe peccatum, cum deuiet à regula rationis. Attendendum eſt autem, quod non ſolum eſt vitium luxuria, ſed eſt vitium capitale, eo quod eius materia, quæ eſt delectatio venerea, eſt maxime appetibilis, ſecundum ſenſum. Ex quo fit, vt ex luxuria tanquam ex capite multa vitia cauſentur, & ex ea oriantur ſecundum proprietatem cauſæ finalis: quia eius gratia multa inordinata opera committuntur.

¶ Quarto, vt luxuria merito timeatur, conſiderandæ ſunt peſtiferæ propagines eius, ſcilicet, filiæ vipereę, quę ex ea pullulant, quæ ſunt hæc numero. Prima cæcitas mentis, quę actum ſimplicis intelligentiæ, & apprehenſionis circa finem bonum impedit. Secunda inconſideratio, per quam impeditur iudicium de agendis. Tertia eſt præcipitatio, quæ impedit agendorum propter finem conſilium. Quarta eſt inconſtantia, quæ impedit executionem præcepti rationis, ne luxurioſus exequatur id, quod ratio decreuit eſſe faciendum. Quinta eſt amor ſui quãtum ad delectationem veneream, quam ſibi appetit. Sexta eſt odium Dei, quo luxurioſus odit Deum, quia prohibet delectationem concupitam. Septima eſt affectus præſentis ſæculi, cui afficitur, quia in eo vult frui voluptate carnali. Octaua eſt horror & deſperatio futuri ſæculi, quia dum luxurioſus nimis detinetur in carnalibus delectationibus non curat peruenire ad ſpirituales, ſed faſtidit.

¶ Iſidorus autem ponit quoſdam inordinatos actus exteriores, præcipuè ad delectationẽ luxuriæ pertinentes. Quorum primus eſt turpiloquia: quia cum ex abundantia cordis os loquatur, ſicut luxurioſus corde cogitat turpia: ſic ex ſuo ore euomit turpia eloquia. Secundus eſt ſcurrilia loqui, id eſt, loqui verba leuiter, & inconſiderate dicta ex inconſideratione, & præcipitatione à luxuria cauſata procedentia. Tertius eſt loqui verba ludicra, id eſt, delectabilia: quia luxurioſus cum delectationẽ quærat, verba quoq; ſua ad delectationem ordinat. Quartus eſt ſtultiloquia loqui: nam propter cæcitatem cauſatã à luxuria luxurioſus in verba ſtulta prorumpit, vtpote, cum ſuis verbis delectationes, quas appetit præfert quibuſcunque alijs rebus.

¶ Nunc autem de ſpeciebus luxuriæ quot ſint, & quales inchoandus eſt ſermo. Sunt igitur ſex ſpecies luxuriæ, quæ aſsignantur ex parte obiecti, quod eſt materia actus, quia circunſtantiæ in quantum huiuſmodi non dant ſpeciem. Prima igitur ſpecies eſt, vitium contra naturã, per quod impeditur generatio prolis: quod contingit in omni actu venereo, ex quo generatio ſequi non poteſt. Secunda, eſt ſimplex fornicatio, per quam impeditur debita educatio, & promotio prolis natæ: quæ quidem fornicatio eſt ſoluti cum ſoluta. Sed tertia luxuriæ ſpecies eſt inceſtus, vbi ex parte actus venerei hoc inconueniens contra rationem interuenit, quia debitus honor non ſeruatur fœminæ, cui aliquis commiſcetur, vt cum affini, vel conſanguineæ commiſcetur. Quarta vero ſpecies adulterium eſt, id eſt, cum quis commiſcetur fœminæ, quæ in poteſtate viri ſui eſt. Quinta verò ſpecies eſt ſtuprum, id eſt, commiſtio



miſtio cum virgine, quæ ſub poteſtate patris ſui eſt, ſi non inferatur violentia. Sexta ſpecies eſt raptus, quando infertur virgini, vel alijs mulieribus violentia, ad copulam. Sed ſacrilegium, quod quis perpetrat cognoſcendo fœminam, quæ cõtinentiam vouit, quoddam adulterium ſpirituale eſt: quia per tale votum quoddam ſpirituale matrimonium fecerat cum Deo. Et ſimiliter alij modi ſacrilegij reducũtur ad alias ſpecies luxuriæ.

¶ Nunc à ſpecie ſecunda luxuriæ, quæ eſt fornicatio inchoamus, quã eſſe peccatum mortale inter catholicos non licet dubitare, vt patet per Apoſtolum ad Galat. 5. Vbi præmiſſa fornicatione & alijs vitijs ſubdit, quod qui talia agunt regnum Dei non conſequentur: nemo autem excluditur à regno Dei niſi propter peccatũ mortale quo circa rationem naturalẽ, qua eſſe peccatum mortale cõuincitur, conuenit hic ex D. Tho. autore tradere. Eſt igitur peccatum mortale fornicatio ſimplex: quia eſt contra vitam hominis naſcituri, quæ in debita informatione, & educatione prolis conſiſtit: ad quem finem requiritur perpetua cohabitatio maris & fœminæ, & determinatus, & non vagus concubitus, vtpote certi ad certam. Vnde in animalibus, quorum educatio pendet ex patre, & ex matre, non eſt concubitus vagus, ſed determinatus, ſicut in auibus cernitur. Sed ſecus eſt in his animalibus, quorum fœtus à ſola matre nutritur, & fouetur, vt in canibus. Ex quo ſequitur, quòd cum fornicatio ſit concubitus vagus, quippe qui præter matrimonium fit, eſt contra bonum prolis educandæ: atque ideo eſt peccatum mortale. Quocirca etſi fornicator proli prouideat, & mulieri cohabitet, non excuſatur à mortali peccato, quia lex quæ fornicationem prohibet, non reſpicit adhunc caſum particularem, qui per accidens & rarô contingit, ſed ad id reſpicit, quod communiter contingit, & ad deordinationem de per ſe, quam actus fornicationis præſe fert.

¶ Si de grauitate peccati fornicationis reſpectu aliorum peccatorum quæratur, reſpõdetur ſecundum D. Thomam, quòd fornicatio ſecundum ſe, id eſt, ratione ſuæ ſpeciei conſiderata, quia eſt contra bonum hominis naſcituri grauior eſt, quam furtum, & alia huiuſmodi peccata, quæ ſunt contra bona exteriora. Minus autem peccatum eſt quam homicidium, quod eſt contra vitam hominis iam nati, & quam peccata, quę ſunt directe contra Deum, vt blaſphemia, ſacrilegium.

¶ An in tactibus & oſculis conſiſtat peccatum mortale dum inquirit D. Thomas, reſpondet, quòd ex ſua ſpecie iſta de ſe non ſunt mortalia. Quod ex hoc ſatis patet, quia poſſunt ſine libidine fieri, vel propter conſuetudinem patriæ, aut ob rationabilem cauſam. Si autem fiãt propter intentionem corruptam, ideſt, propter libidinem, tunc oſcula, & tactus mortales culpę ſunt: ſic enim & non aliter libidinoſa vocãtur. Huius autem malitiæ mortalis ratio eſt: quia non ſolum conſenſus in ipſam fornicationem, ſed etiam in ipſam delectationem actus venerei, quæ in his libidinoſis tactibus, & oſculis inuenitur, peccatum mortale eſt: Nam in his delectatus animus inclinatus videtur ad opus.

¶ Præterea, an pollutio nocturna peccatum ſit reſtat indagandum. At reſpondet D. Thomas, quod cùm pollutio nocturna poſsit dupliciter conſiderari, vno modo ſecundum ſe, alio autem modo ſecundum cauſam: ſi ſecundum ſe conſideretur, ſic peccatum non eſt: quia non ſubditur pro tunc iudicio rationis, vt reprimi tunc per imperium rationis poſsit: quia ratio in dormiendo non habet liberum iudicium: eo quòd nullus eſt dormiens, qui non intendat aliquibus ſimilitudinibus phantaſmatum, velut rebus ipſis. Si autem pollutio nocturna ſecundum cauſam, à qua procedere poteſt, conſideretur, quia poteſt procedere ex triplici cauſa, ſcilicet, primo, quia antea exceſsit in cibo, & potu dormiens, ex quo pollutus eſt in ſomno. Secundo ratione alicuius culpabilis cogitationis præcedentis in vigilia, & eam in ſomno cauſantis: tertio ex negligentia ſe præparandi contra operationem dæmonis commouentis in dormiente phãtaſmata in ordine ad pollutionem: & quia iſtæ cauſæ ſunt culpabiles, quando ex eis procedit pollutio nocturna: tunc etiam ipſa pollutio nocturna habet rationem culpæ, non in ſe, ſed in ſua cauſa. Sed quando cauſa, ex qua proceſsit, culpa caret, tunc pollutio nocturna, neque in ſe neque in ſua cauſa rationem culpæ habet. Circa hunc articulum D. Thomæ vnum notatu dignum documentum tradit, D. Tho. ſcilicet, quòd quamuis ſecundum quod vires interiores ſenſitiuę magis vel minus opprimũtur à ſomno propter vaporis turbulentiam, vel puritatem, ſecundum hoc vſus rationis magis, vel minus impediatur in dormiendo, ſemper tamen quantum ad aliquid impeditur, vt non poſsit omnino liberum iudiciũ habere: & ideo non imputatur ei ad culpam quod tunc agit.

¶ Quid ſit autem ſtuprum, quæ ſpecies eſt luxuriæ, declarat D. Thomas, dicens, quod eſt concubitus cum ea virgine, quæ eſt ſub cura parentum: quia iniuria fit patri. Nam ipſa præparatur ad meretricium per ſtuprum. Propter quod Exod. 22. cautum erat: Si ſeduxerit quis virginem nondum deſponſatam dormieritque cum ea

cum ea, dotabit eam, & habebit vxorem. Si autem pater virginis dare noluerit reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere conſueuerunt. At vero, quia iniuria alia fit patri puellæ, ideo Deuteron.22.cauebatur, vt patri puellæ eius violator.50.ſiclos argenti daret. Sed iam iſta, vtpote legalia, ceſſarunt. At quid nunc tam in foro exteriori, quam in conſcientia in hoc caſu obſeruandum ſit, abunde explicatum eſt in præcedenti capitulo.

¶ Raptus quoque eſt ſpecies luxuriæ, quia dicit violentiam illatam virgini, ſiue viduæ, vel puellæ etiam corruptæ, impeditq; tantum matrimonium contrahendum, non tamen dirimit matrimonium iam contractum.

¶ Adulterium verò eſt concubitus alieni cum aliena illicitus, quia eſt contra certitudinē prolis, & bonum eius. Et quamuis ratio adulterij maneat, ſi coniugatus ad non coniugatam accedat: tamen propriê ſpecies adulterij ſumitur ex parte mulieris, quæ eſt materia,

¶ Inceſtus autem determinata ſpecies eſt luxuriæ. Eſt autem concubitus cum conſanguinea, vel affine, qui ideo eſt illicitus, quia in eo inuenitur aliquid repugnans vſui debito venereorum, triplici ratione. Primo, quia parentibus & conſanguineis debetur reuerentia, ſeu honor cui repugnat turpitudo illius actus venerei. Propter quod ſecundum Valerium Maximum fas non erat filium cum patre balneari, ne ſe inuicem nudos conſpicerent. Secundo, quia cum conſanguinei, & affines ſoliti ſint in ſimul cohabitare, nimia occaſio commixtionis venereæ inter eos daretur, niſi arcerentur à concubitu venereo. Vnde animi hominum nimis emollеſcerent per luxuriam. Tertio, quia per hanc commixtionem inceſtuoſam, niſi prohiberetur per legem multiplicatio amicorum impediretur. Nam accepta vxore extranea adiunguntur marito omnes conſanguinei vxoris, ac ſi eſſent conſanguinei ſui. His autem tribus rationibus accedit, & quarta ratio Ariſtotelis 2. Politic. quia cum naturaliter homo conſanguineam diligat, ſi adderetur amor, qui eſt ex commixtione venerea, fieret inter eos nimius ardor amoris, & maximum libidinis incentiuū, quod caſtitati repugnat. In brutis quoque ineſt naturalis reuerentia ad parentes. Vnde philoſophus dicit in 8. de Animalibus, quôd quidam equus, quia deceptus fuit, vt matri commiſceretur ſeipſum præcipitauit, quaſi præ horrore. De commixtione ſororum, & fratrum ait D. Auguſtin. 15. de Ciuitat. Dei. quòd quanto fuit antiquior compellente neceſsitate, tanto poſtea facta eſt damnabiliot religione prohibente.

¶ Sacrilegium etiam ponitur ſpecies luxuriæ, vt cum quis rem habet cum fœmina, quæ emiſit votum caſtitatis. Quia ſicut furtū, quod propter adulterium committitur, tranſit in ſpeciem adulterij, quia actus vitij, vel virtutis ordinatus ad finem alterius aſſumit ſpeciem illius: ſic etiam luxuria ſecundum quod violat caſtitatem promiſſam Deo, qua colitur Deus, pertinet ad ſpeciem ſacrilegij. Et ſic ſacrilegium poteſt poni ſpecies luxuriæ: quia ordinatur ad finem luxuriæ.

¶ De vitio contra naturam reſtat dicendum, quo modo ſpecies ſit luxuriæ. Igitur vitio contra naturam cōuenit eſſe ſpeciem luxuriæ, non ſolum, quia repugnat rectæ rationi, quia hoc commune eſt omni vitio luxuriæ: ſed quia repugnat ipſi ordini naturali venerei actus, qui conuenit humanę ſpeciei, quod videtur eſſe vitium contra naturam, quod contingit pluribus modis. Primo ſi cauſa delectationis venereæ abſque omni concubitu, pollutio procuretur: eſt peccatum immunditiæ, quod mollities vocatur. Secundo modo, ſi fiat per concubitum ad rem non eius ſpeciei: & ſic vocatur beſtialitas: vt ſi quis coeat cum animali. Tertio, ſi fiat per concubitum ad non debitum ſexum, puta, maſculi ad maſculum, vel fœminæ ad fœminam (vt Apoſtolus ait ad Roman. 1.) quod dicitur ſodomiticum vitium. Quarto, ſi non ſeruetur naturalis modus concumbendi, aut quantum ad inſtrumentum non debitum, aut quantum ad alios monſtroſos, & beſtialiter concūbendi modos. Et ſecundum Caietan. quia in his modis concurrunt diſtincta motiua diſtinctæ ſpecies, videntur eſſe iſti modi, ſed hoc non clare docet D. Thomas.

¶ Reliquum autem eſt, vt cum D. Thoma tandem explicemus inter ſpecies luxurię, quęnam grauitate malitiæ excedat alias. Reſpondetur quod vitium contra naturam in genere luxuriæ, grauiſsimum peccatum eſt reliquis ſpeciebus: quia eſt corruptiuum principij humanæ propaginis: ſicut error circa principia naturaliter indita eſt grauiſsimus. Deinde inceſtus in genere luxuriæ grauior eſt reliquis ſpeciebus, poſt peccatum contra naturam: quia eſt contra naturalem reuerentiam perſonis coniunctis debitam. ¶ At quia per alias ſpecies ſuppoſitis naturalibus principijs generationis, ſolum tollitur id, quod eſt de ratione recta ideò minora ſunt vitia, quam prædicta. Sed quia maior eſt repugnantia rationis, quôd quis luxuriæ actum naturalem exerceat cum iniuria alterius, ſicut fit in adulterio, quam ſine iniuria alterius tertij, ſicut fit in fornicatione: ideò adulterium grauius eſt fornicatione. Item grauius eſt adulterium ſtupro: quia maior iniuria eſt, ſi quis abutatur ad actum generationis, muliere ſubiecta marito, quo ad hūc actum, quam ſubiecta patri, quo ad ſolam cuſtodiam, vt eſt virgo. Ideo adulterium grauius eſt ſtupro.



¶ Syluеſter autem verbo luxuria. quęſt. vlt. explicans magis hanc immediate pręcedentem doctrinam D. Thomæ ſic ait: Quod horum prædictorum maximum eſt, quod eſt contra naturam, & cōtra naturam fit, in quo infimum eſt mollities, ſupremum beſtialitas, medium autem eſt ſodomia: deinde maius vitium eſt inceſtus: deinde adulterium, poſt hoc ſtuprum: quorum vtrumque aggrauatur violētia. Vnde raptus virginis, aut vxoris alterius, grauius eſt ſimplici ſtupro, vel adulterio. Omnia autem hæc aggrauantur ſacrilegio. Infimum autem omnium eſt fornicatio.

¶ Quoniam doctrina hæc fundamentalis ex D. Thoma 2.2. vbi ſupra excerpta ſubminiſtrat nobis cauſas dubitandi, quo igitur eam illucidemus ſuo ordine circa primum notabile, vbi delectationes venereas eſſe principalē materiam luxuriæ traditur, quæritur primo, an in ſtatu innocentiæ homines potuiſſent moderare delectationem veneream, quæ nunc eſt tam exorbitans, vt non defuerint hæretici, qui omnem actum venereum, etiam inter coniuges damnauerint. Reſpondetur ergo primo ad quęſtionem, quod homines in ſtatu innocentiæ iſtam delectationē, quin ſequeretur ex copula cum fœmina non potuiſſent vitare: quia eſt veluti quoddam illectamentum inditum ab autore naturæ, quo allicerentur ad vacandum generationi conſeruatiuæ ſpeciei. Vnde, quia homines in ſtatu innocentiæ non poterant impedire ſequelam ad actiones naturaliter conſequentem, impedimento eſſe nō poterant, quin tanta, aut maior delectatio ſequeretur quâ modo. ¶ Secundo dico cum D. Thoma. 1. part. quæſt. 98. art. 2. quòd deformitas immoderatæ concupiſcentiæ in ſtatu innocētiæ non fuiſſet, quoniam inferiores vires rationi ſubdebantur. Vnde D. Auguſt. ait in. 14. de Ciuit. Dei. Abſit, vt ſuſpicemur non poſſe tunc prolem fieri ſine libidinis morbo: ſed eo voluntatis nutu mouerentur illa membra, quo cætera & ſine ardore & ſine illecebroſo ſtimulo cum tranquillitate animę & corporis. Vnde infert Victoria in ſuis ſcholijs, quòd eam delectationem poterant tūc homines moderare dupliciter. Primo, vt per eā non abſorberetur vſus rationis. Secundo, ne idem vſus rationis per eam minueretur. Nam nunc homines in pœnam primi peccati iſtos defectus patiuntur.

¶ Circa ſecundum notabile ex D. Thoma excerptum, vbi traditur, quòd aliquis concubitus, puta, coniugalis poteſt eſſe ſine peccato, aduertendum eſt, quòd hæc ſentētia eſt de fide: & oppoſita aſſertio eſt hæreſis Manichæorum: vt refert D. Hieronym. in 1. lib. contra Iouinianum. Probatur Geneſis. 1. Creſcite, & multiplicamini, ſcilicet, debito modo, & ordine generationi humanæ, ſcilicet, per matrimoniū. Patet etiam ex D. Paulo. ad Hebræos. 13. Honorabile coniugium, & thorus immaculatus. Et eſt damnatus hic error in concilio Brachar. 1. cap. 11. & in concilio Niceno. cap. 4.

¶ Circa idem notabile ſecundum primo dubitatur circa id, quod dictum eſt quòd aliquis concubitus eſt licitus, puta, coniugalis, an taliter licitus ſit concubitus illorum qui matrimonium cōtraxerunt, qui nequeūt intra vas ſeminare, vel quia ipſe eſt eunuchus, aut ſpado, aut quia ipſa eſt arcta, vel an licitus concubitus ſit eorum coniugum, qui licet ſeminare intra vas poſsint, ſed non ſemine perfecto & prolifico, vt contingit inter eos coniuges, qui ſteriles ſe eſſe iam cognoſcunt clare, vel, an licitus ſit concubitus cum ea coniugata, quæ bene recipit ſemen ſui viri, ſed ſtatim præ infirmitate latenti, qua laborat illud diffundit: vel an licitus ſit concubitus inter coniuges, in quo vxor ſupergreditur virum, vel præbet ei in concubitu terga, ne à viro opprimatur proles concepta in ventre, vel propter aliam neceſsitātem cauſam. Et videtur, quòd omnes iſti concubitus ſint illiciti. Tum, quia exorbitant à regula rationis, vt apparet. Tū, quia omnes hi concubitus ſicut etiam cum marito furioſo defraudātur à prole generanda. Et in hoc vltimo caſu mariti furioſi impeditur à prole rectè educanda. Sed in oppoſitum eſt, quòd durum eſt hos omnes arcere à concubitu coniugali, cum faciant quod poſſunt, & non poſsint plus facere.

¶ Igitur pro reſolutione quæſtionis, licet curioſa ſit, ſcituque neceſſaria non multa inſumemus verba: quia prætacta eſt ſuperius cap. 79. Tamē ne hîc in ſuo loco prætereatur breuiter de eā aliquid tangemus, dicentes primò ad primum punctum quæſtionis, quôd quando coniuges cum illa impotentia ad ſeminandum ſibi nota contraxere matrimonium, quia tunc matrimonium verum, & proprium non contraxerunt, neque contrahere potuerunt eorum concubitus eſt illicitus, quia eſt defraudatus à ſuo principali & naturali fine, ſcilicet, prolis inde ſperandæ, vnde eſt actus contra naturam: quia actus venereus datur â natura ad generationem, & ad vitandam illicitam delectationē, quorum vtrumque in iſtis deficit. Ita Sotus in 4. ſentent. tom. 2. diſt. 24. quæſt. 1. artic. 2. in fin. Ita ſentire videtur Sylu. verbo matrimonium. 7. quæſt.

7.quæſt.16.dicto.7.loquens de caſtratis.Eſt tamen contra Victoriam in ſuis ſcholijs ſup. 2.2. D.Thomæ dictatis, vbi tenens cum Soto, & Sylueſtro ſuperaddidit quòd oppoſitum etiam poteſt dici:quia inquit eccleſia approbat matrimonium inter ſenes,& inter ſteriles,qui tenentur debitum reddere,ſi petatur:& tamen ſeminare in ordine ad finem generationis non poſſunt.Sed quia hæc ſua ratio parum oppoſitum probat, ideò opinio hæc firmiter tenenda eſt: quia ratio pro ea allata firmior eſt. Et iam hæc controuerſia hoc noſtro tempore per determinationem ſedis Apoſtolicę ſublata eſt,quæ cõſulta ſuper multis ſpadonibus, & caſtratis, qui in Hiſpania permiſsi antea fuerant contrahere nuptias,dormireq́; cum ſuis vxoribus & conari ad fruſtraneas cum eis copulas,ea matrimonia nulla fuiſſe declarauit,& propter obſcæna opera,quę inde ſequebantur.Nam mulieres eis illo inualido matrimonio cõiunctæ ad mollities & obſcænas fruſtraneaſque à ſuo fine pollutiones inde excitabãtur,in perpetuum diſsipata ſunt. Vnde ſpado carens vtroq; teſticulo,licet erigere poſsit virgam,non poteſt contrahere ſecũdum Panormit. de frig.& malefic. cap.quod ſedem. Quia cum ſemen trãſeat per teſticulos, quibus caret neque effectum, neque actum generationis habere poteſt,neque copulam carnalẽ,quæ ſecundum Archid.nõ reputatur ſubſecuta, niſi ſit cõſummata per ſeminationem ordinariam, qualis non eſt ſeminatio ſpadonum vtroq; teſticulo carentium, etiã ſi fieret intra vas fœmineum:quia non eſſet ſperma naturale viri concurrens ad generationem: ſed quædam alterius humiditatis ſuperfluæ emiſsio. Secus eſſet ſi vno tantum teſticulo priuatus eſſet:quia tunc ſi alio teſticulo poſſet perfectum ſperma immittere intra vas fœmineum valide cõtrahere poſſet, & licite cum vxore accepta coire. Nam in hoc caſu poteſt intelligi.l.ſi ſerua. §.ſi ſpadoni. ff.de iu.do. Eſt autem omnium cõmunis animi conceptio, quòd ſpado vtroq; teſticulo priuatus contrahere non poteſt ſecundum Panor.& gloſſ.5.in cap. nuptiarum.27.q.1. Sed quid de ſenibus & ſterilibus non potentibus generare.

¶ Dicitur ſecundo,loquendo primo de ſenibus, quòd mulier in quacunq; ætate ſenili, vel complexione & diſpoſitione nubat,dummodo pati poſsit ingreſſum viri ad clauſtra pudoris, & recipere ſemen licet iam nõ poſsit generare, & contrahere poteſt & cum viro ſuo rẽ habere. Ita Sylu.matrimonium.8.q.16.dicto.4. Et probat: quia licet talis vetula impedita ſit ab effectu generationis, id eſt, à prole inde ſperanda: tamen non eſt impedita ab actu generationis,id eſt ab receptione ſeminis intra vas. Si autem lo-
A quamur de homine ſene,dicimus cũ Sylu.loco cit.matrimonium.7.q.16.dicto.2.quod raro in ſene inuenitur impotẽtia ad coitum,& per conſequens ad contrahendum matrimonium:quia nemo eſt adeò ſenex,quin calere poſsit natura, vel artificio,ſecundum gloſſ.in cap. nuptiarum 32.q.1.Et quia ſatis eſt quòd poſsit ſeminare licet inualidè ad generandum:ideo communiter ſenes cõtrahere poſſunt, & accedere ad vxores. Si tamen eſſet aliquis ſenex adeo ſenio confectus, & debilitatus, quod nullo modo poſſet iuuari natura, vel arte ad coitum, & ſeminationem, eſſet ſecundum Ricardum idem de illo iudicandum,quod & de frigido à natura:vnde cõ-
B trahere nõ poſſet propriè matrimonium: quia talis contrahendo ſe obligaret ad impoſsibile.

¶ Loquendo autem tertio de ſterilibus potentibus tamen conſummare & ſeminare intra vas,vſus & experiẽtia docet,eos neq; impediri à legitimo matrimonio, neque à copula, neque enim talis copula eſt contra naturam, & ſi non ſequatur generatio. Tũ,quia ipſi apponunt media inſtituta ad generãdum, quantum de ſe eſt. Tum,quia illa copula etſi inter ſteriles impediatur ab effectu generationis,ſed non ab actu generationis. Tum,quia contingit eſſe ſteriles per multum temporis, quia principia actiua,& paſſiua inter coniuges nõ proportionantur:& cõ-
C tingit aliquando ex aliquo euenienti caſu proportionari,& filios procreare.Et per hæc dicta patet reſponſio ad obiectionem Victoriæ, ſaluando vſum eccleſiæ. Sic, qui ſenes & ſteriles matrimonio cõiungit, & ſpadones impotentes ad ſeminandum ſeparat:quia eſt ratio de illis & ſterilibus & ſenibus diuerſa.

¶ Quarto ad alium articulũ quæſtionis, vbi obijcitur de illa fœmina coniugata, quæ bene recipit ſemẽ viri ſui, ſed retinere illud nõ valet, quia illud ſtatim effundit,dicitur quòd hunc caſum ideo placuit hic examinandum adducere, quia hìc Matritij fui de eo interrogatus,vbi iam
D propter impedimentum huius caſus inter quoſdam nobiles per quendam iudicem eccleſiaſticum matrimonium iam contractũ erat ſeparatum in Hiſpania. Sed tamen meis rationibus datis in ſcripto in contra auditis, prædictus iudex merito retractauit ſententiam. Dicitur ergo primo,quòd licet prima facie videatur hìc interuenire quoddam impedimentum impotentiæ ad generandum impeditiuum matrimonij: quia perinde videtur impediri generatio extra vas effundendo ſtatim ſemen ibi immiſſum,ſicut ſi extra vas fuiſſet emiſſum: tamen reuera non interuenit tale impedimentum: ſed de facto valet tale matrimonium cum tali fœmina recipiente,ſed non retinente ſemen cõtractum: & talis

acceſſus



acceſſus mariti ad illam non eſt mortalis,neque contra naturam. Tum,quia matrix trahere ſolet naturaliter ſemen ad ſe. Nam & D.Thomas quolib. Narrat, quòd virgo quædam in ſinu ſui patris in ſomno polluti concepit ſaluo pudore virgineo,quòd ſi replicetur,quòd in prædicta fœmina matrix eius nihil retinere neque attrahere videtur, reſpondetur cum Sylueſtro verbo debitum.quæſt.6.quòd replica non concludit: quia natura, vel matrix fœminæ aliquando parum retinet de ſemine, abiecto reliquo, & ſequitur conceptio: quia ſi attrahit ſemen diſtans multo magis retinebit aliquid de ſemine contiguo: ergo non eſt dicenda impotentia abſoluta dirimens matrimonium. Quia illa impotentia ſolum clarè dirimit & impedit matrimonium, quæ impedit coitum & ſeminationem intra vas, quia per hanc contrahitur affinitas,& quia per eam conſummatur matrimonium: quia de peraccidens eſt, quòd poſt aliqua pars effundatur: nam non conſtat quod totum effunditur. Quòd ſi totum diffunderetur hoc non obſtaret: quia eſſet per accidens: vnde illis non imputaretur: ipſi enim faciunt quod in ſe eſt, ſicut & ſteriles faciunt apponendo in loco ſuo naturali intra vas fœmineum principia inſtituta à natura ad generandum, id eſt, ſemen, licet non ſequatur generatio ex aliquo impedimento: quod vitare non poſſunt, illis nullatenus oberit.

¶ Quinto ad illud punctum quæſtionis de coniugata,quæ quia arcta eſt ſemen viri recipere non valet,nunc quinto dicitur breuiter (quia neque in hoc puncto ſatis conueniunt Doctores moderni) quod ſi huiuſmodi arctitudinis impedimentum in fœmina pręceſsit matrimonium, notoriumq́ue eſt tale impedimentum non eſſe ſine miraculo remedijs humanis vitabile: quia tunc nullum eſt matrimonium, non poteſt coniux conari ad copulam congrediendo cum tali impotente fœmina. Si autem tale arctitudinis impedimentum ſuperuenerit mulieri poſt matrimonium, ita vt recipere ſemen non poſsit: quia diffunditur extra vas: tunc licet Nauarro & Caietano videatur licitum eſſe viro accedere ad vxorem cum illo periculo effuſionis ſeminis: quia ipſi vtuntur iure ſuo, & quia talis effuſio præter eorum intẽtionem accidit. ſed magis mihi placet opinio contraria Soti.in 4.2.tomo diſtinct.34.quæſt.1.art.2.dicentis, quod non poteſt conari tunc vir ad copulam cum vxore, quando certus eſt, quod actum ſeminationis non poteſt in vaſe intus perficere. Nam natura abhorret ſic ſeminationem à ſuo fine naturali, & vaſe naturali fruſtrari. Licet oppoſitam opinionem Nauarri &
A Caietani non auſim omnino improbare. Quare in bona ſua fide ſunt relinquendi, quando cum aliqua ſpe probabili aliquando perfecte ſe copulandi conantur ad copulam perfectam. Tum, quia hoc permittit eccleſia eis, vt per triennium poſt matrimonium dent operam ad matrimonij conſummationem capit. laudabilem. de frig. & malefic. Quod non concederet eccleſia, ſi talis conatus ad copulam cum ſpe conſummandi eſſet peccatum mortale. Ita Nauarrus in ſum.lat.cap.22.num.6. & Caieta.2.2. quæſt.154.art.1.colum.6. In cuius gratiam addit ibi Caietan. exemplum de marito, qui ex prima genuerat, & cum ſecunda vxore concumbens per multos annos non potuit ſeminare: & tandem poſt.6.annos genuit ex illa: qui re vera non peccauit, quia ſemper actum
B naturalem conſummare intendebat. Sed ſi iam certus eſſet maritus de irremediabili arctitudine vxoris, & ſine ſpe vnquam ſeminandi intra vas vxoris (etiam ſi iſta arctitudo accidiſſet poſt contractum matrimonium) tunc veriſimilior eſt opinio Soti, quæ tunc eſt tenenda: quia tunc peccatum eſt contra naturam, etiam ſi ad contactum membri viri fœmina ipſa ſeminet, vt Caietan. inibi ait. ¶ Inſuper repudianda non eſt in hac parte opinio fratris Ioſephi in ſuis floribus aſſerentis,quòd habens vxorem arctam remediabilẽ naturaliter, quæ quia ipſa renuit accipere remedium, ad copulam non eſt apta eam maritus etiam libidinoſe ſine
C culpa mortali poteſt tangere. Quæ tamen aſſertio, vt vera ſit limitanda eſt ſecundum Sotum loco citato, ſcilicet, quando ſine periculo extra ſeminandi,& ſe polluẽdi fiunt iſti tactus.

¶ Sexto ad illam partem quæſtionis, vbi obijciebatur de ſuperegreſsione in coitu vxoris ſuper virum, vel de retroacceſsione ad eam, dicitur, Caietanum huius eſſe ſententiæ, quod non ſit peccatum mortale vti vaſe conſueto vxoris,modo tamen inſueto.Nam fœminę dicunt (inquit) quod non impeditur generatio per hoc, quod fœmina ſuperegrediatur virum.
D Cui accedit Sylueſter verbo, dicto.7. vbi allegat D.Thom.in 4.ſent.diſt.31.in litera, in gratiam huius ſententiæ dicentem, quod quando vas prætermittitur, ſemper eſt mortale, quia impeditur generatio:non autem ſi pretermittitur debitus modus ſecundum ſitum,ſemper eſt mortale,vt quidam dicunt. Ita D.Thomas. Ita Albertus Magnus in 4.ſentent.& Victoria, & Veruecenſis. Veruntamen in caſu ſuper egreſsionis vxoris ſupra virum ſuum ego ſemper diſtinxi, iuxta conditionem & complexionem diuerſam mulierum. Nam ſunt quædam, quæ quia calidioris ſunt naturæ, & ſtrictioris vaſis,

quocunque

quocunq; ſitu receptum ſemen intra vas bene attrahunt,& retinent: ita vt nihil extra effluat, & cum iſtæ iam experientia teſte ſic ſe habent non ſunt damnandę de culpa mortali,ſi in hoc morem gerunt maritis. Si autem, quia frigidioris ſunt naturæ,vel laxioris vaſis ſuperegrediendo viros, vel terga eis præbendo expertæ ſunt, non bene ſuſcipere ſemen, ſed extra vas effundi, & effluere: & propterea vident ſe non concipere intra ſe ſperma viri,non ſunt tolerādæ, neque abſoluendæ, quandiu ab hac culpa mortali propoſitum abſtinēdi nō gerunt,etiam ſi, quia in hoc non obtemperant viris malis ab ipſis afficiantur modis.Hanc diſtinctionē mulierum, quæ ſuperegrediendo viros rectè recipiūt,& attrahūt ſemen & aliarū aquarum vaſe, ſtatim extra effluit,didici ſæpe ab ipſis narrantibus,& de ſua conſcientia,& ſcrupulis me conſultantibus in foro conſcientiæ. Quo circa illa ratio Caietani allegata à Victoria cum ipſo tenente, quòd fœminæ dicunt, quòd per ſuperegreſſionem non impeditur generatio,non eſt vniuerſaliter vera in omnibus mulieribus: ſed locum habet iuxta diſtinctionem iam datam.

¶ Septimo dicitur ad alium articulum quęſtionis de coniugata reddēte viro furioſo debitum,quòd ad cauendum pollutionē in ſe poteſt licite accedere ad maritum furioſum: quia matrimonium etiam inſtitutum eſt in remedium contra peccatum carnis.Imo ſecūdum Sotum, quamuis non teneatur iam abſolute debitum reddere viro furioſo,quia iam in hoc nulla fit ei iniuria cum filios inde procreatos recte educare non poſſit:tamen de peraccidens gratia vitandi in marito furioſo pollutiones innaturales, & coitus alios contra naturam dum timerētur teneretur ipſa ei reddere debitum.

¶ Octauo de menſtruata dicitur,quòd concubitus cū vxore menſtruata ex parte vtriuſq; ſiue ſit petitus, ſiue redditus excuſatur à culpa mortali.Ita Caietan.Palud.Victor.contra alios & contra Sylueſt.verb.debitum.q.6.excuſantem coniugatam menſtruatā à redditione debiti,ſi maritus inſtāter petat, & non excuſantem eam,ſi ipſa debitū exigat. Sed opinio Caietani communiter inter Thomiſtas tenetur. Quam etiam Sylueſter omnino non reſpuit.Nam inquit,quòd cum vtrinq; ſint opiniones non eſt neganda abſolutio vtrique in hoc caſu petenti debitum tempore mēſtrui. Et patet ex ratione Caietan. quia nunquam viſum eſt inde ſequi notabile nocumentum prolis, quia tunc vulua mulieris intendit purgationi corrupti ſanguinis,id eſt,mēſtrui. Tum,quia licet infecta proles naſceretur,ipſi ex hoc non priuātur iure ſuo ſcilicet,exigendi, & reddendi debitum: Sicut

A neq; leproſi,ex quibus magis certum eſt, quòd proles le proſa ſit naſcitura,hoc iure nō priuantur ſecundum omnes. Tum,quia proli huic numero,ſi inde naſceretur infecta(quod non conſtat) melius eſt illi ſic eſſe, quam omnino non eſſe,ſicut de facto non eſſet,niſi concubitus ille præceſsiſſet. ¶ De alijs autem petitionibus,vel redditionibus debiti inter coniuges prohibitis per legē ratione alicuius culpæ,diſputationem non eſt animus proſequi: quia hæc diſputatio ad ſuum proprium reſeruatur locum.

## CAP. CCXCIIII.

B *An ſit hæreſis negare fornicationem ſimplicem eſſe peccatum mortale: De pœnis concilij Tridentini contra concubinarios: Et an clericus concubinarius celebrans fiat irregularis, & audientes eius miſſam, quo peccato peccent: Et de pœna clerici concubinarij: Et an metus mortis excuſat à fornicatione: Et an filij fornicarij, vel ex concubitu damnato geniti ſint à parentibus alendi; & ex quota bonorum parte: Et an filia ſpuria ſit dotanda, vel filiæ nubenti ſine conſenſu patris poſſit dos negari, aut filijs adulterinis alimentum: Et à quibus ſint alendi illegitimi, & qualiter.*

C PORrò nunc circa ſpecies aſsignatas luxuriæ eo ordine quo D.Thomas de eis agit, nonnulla ſcitu digna dubia examinabimus.Et primò inchoantes ab ſpecie fornicationis,quæ eſt ſoluti cū ſoluta,id eſt,inter ſolutos ab omni vinculo matrimonij, cōſanguinitatis,affinitatis,voti,& cętera,quæritur primò,in quo gradu veritatis ſit tenendū fornicationem ſimplicē eſſe peccatū mortale iure diuino prohibitū.Reſpōdetur,eſt fides catholica,& oppoſitū eſt hereſis.Patet ad Epheſ.5.Omnis fornicator,aut immūdus,aut auarus non habebit D hereditatem in regno Chriſti.Et ad Galatas.5.& ad Rom.1.& 1.ad Corin.12.At ſecundum Sot.lib. 5.de iuſt.& iur.q.3.ar.3.contra Martin.tract.de temperant.q.2.& contra Dur.in 4.ſent.diſt.33. q. 2. dicere, fornicationem non eſſe contra ius naturæ,neq; prohibitā eſſe iure naturali, error eſt hæreſi proximus. Tum,quia ratio D.Tho. 2.2.q.154.ar.3.id ſufficienter probat:& quia eſt cōtra vitā hominis naſcituri,& quia aliàs ſi cōtra ius naturæ nō eſſet,ante legem ſcriptam nō imputaretur ad delictum.Tum, quia præcepta Decalogi,inter quę continetur non fornicaberis,de iure naturali ſunt. Ideo ignorantia huius præcepti,



præcepti,neque ipſos paganos,& gentiles excuſat.Niſi forte,vt tradit Victoria in relection.de temperantia puerum gentilem per breue tempus poſt vſum rationis. Non eſt autem fornicatio minoris grauitatis, quā furtum, eo quòd minus de ea pudefiant homines. Nam ſi furtū eſt contra iuſtitiam,etiam fornicatio maiorem præſefert iniuſtitiam:quia eſt contra vitam hominis naſcituri. Ponitur tamen formaliter in ſpecie tali luxuriæ,quia per eam non iniuſtitia, ſed delectatio cum fæmina ſoluta à ſoluto intenditur. ¶ Eſt autē fornicatio ſimplex grauius peccatum in viro,quàm in fæmina,quia magis in viro viget vſus rationis, & fortitudo animi ad reſiſtendum tentationi carnis,quàm in fragili ſuapte natura fæmina. Sed è cōtra eſt de adulterio:quia grauius eſt in fæmina, quam in viro ex ea parte, qua adulterando agit contra certitudinē prolis;quia magis nocet marito, & proli.Ità S.Thomas in.4.diſtinct.35.vide ibi rationem etiam ſcandali.

¶ Accedit ad hoc,& quod in ſuis ſcholijs aſſerit Victoria, ſcilicet, ꝙ grauius peccat adultera, quā vir,qui peccat cū illa:quia facit ipſa contra fidē debitā viro, propter quam rationem Maritus dormiens cum ſoluta,grauius peccat, quā ſolutus vir,frangit enim fidelitatē debitā vxori. ¶ Grauius inſuper delinquit vir ſolutus accedens ad coniugatam( quia inde maius nocumētum innaſcitur cōtra maritum & prolem ) quā ſi vir coniugatus accedat ad ſolutā: quia hinc non tantum nocumentum naſcitur, aut ſcandalum. ¶ Adde verò, quòd licèt malitia adulterij ſit perſe notior, ſed malitia fornicationis tam ſufficienter eſt perſe nota:quia eſt de ſe prohibita,vt pote quæ de perſe & intrinſece deformitatem ad rationem præſeferat. Vt inter Chriſtianos,ſi quis etiam barbarus & ruſticus aſſeueret nō eſſe peccatū accedere ad meretricē,vel ſolutam,quia iam ei ſuā mercedē ſoluit, denunciandus ſit ſtatim ad tribunal ſanctæ inquiſitionis: quia iſte non ſe poteſt protegere ignorantia excuſante: nā ſua hęc aſſertio ſapit lutheraniſmū: ſicut & illa, ꝙ ſtatus matrimonij ſit perfectior, quā ſtatus monachalis,& religionis. ¶ Concubinatus autē malus ſtatus, qui dū eſt inter ſolutos ad fornicationem ſimplicē pertinet,punitioni Eccleſię & eius pœnis ſubiacet.Vide ergo in conc.Tridentino ſeſsion.24.ca.8.quomodo ſit procedendū contra concubinarios,ſiue ſolutos, ſiue coniugatos, vbi poſt trinam admonitionē ab ordinario factā feriēdos eſſe excommunicatione conc.Trid.determinat, qua neglecta ſeu re contra eos procedendū eſſe pręcipit. Inſuper coniugatas publice viuentes cum ſolutis viris, aut ſolutas fæminas publice degentes cū adul-

A teris, poſt admonitionem trinam ab ordinarijs factā,ſi non paruerint,ſeuere puniri per ordinarios iubet,& extra oppidū, vel diœceſim eijci, ſi videbitur ordinario,alijs pœnis in ſuo robore permanentibus.Vide etiā in eodē conc. Tride. ſeſſ.25.ca.14. modū indictū procedendi in punitione, & pœnis contra clericos concubinarios, vel ſuſpectas fæminas domi, vel extra habētes. Qui ſi non paruerint primæ monitioni, tertia parte fructuū priuantur. Si ſecundæ non paruerint omnibus fructibus ſunt priuandi,& ſuſpēdēdi.Quòd ſi adhuc perſeuerēt:tunc ipſis beneficijs ſunt priuādi & inhabilitandi ad honores, dignitates,beneficia,& officia.Deniq; clerici publici cōcubinarij, ita ꝙ nulla poſſint tergiuerſa B tione celari,aut ſic notorij fornicarij,quia ſuſpēſi ſunt ipſo iure ca.præter.32.diſtin.ſi ante pœnitentiā celebrent,fiunt irregulares ca.1.de ſent. & re iudic.lib.6.Ita Nauarrus in ſum.lat.ca.25. nu.76.& 77. Sed ſi poſt peractam pœnitentiā celebrant, non fiunt irregulares, ſed manent in antiqua irregularitate inducta à ſuo fornicio,vel concubinatu notorio, ſupra quam poteſt epiſcopus diſpenſare,ſecundum Imola in ca. 1. col. 4.de iudic. Cæterum licet iſta opinio Nauarri communis ſit,ſcilicet quòd clericus concubinarius, aut fornicarius ſic notorius ante pœnitentiā celebrans fiat irregularis ſecundū Panormi. ca.veſtra.de cohabitat.cler.& mul. & Sylu.ver C bo. concubinarius.§. 4.& Coſmā. & Gonſal.a Villadiego Abul.tract.de concubin.Florent.3. par.tit.27.ca.3.Palud.in.4.diſt.27.q.4.col.2.& Hoſt.tamen opinio hæc nō eſt tam firma,quin in ea variauerint Nauarrus & Couarruuias. Nā Nauarr. licet ca.ſi quando de reſcript. col.53.ſecutus Innoc.& Ioan.Andr.ca.ſi celebrat de cleric.excōm.miniſt.& Specul. & Imol.& Archi. contrariā tenuerit duplici ductus ratione, ſcilicet,quòd iſta irregularitas nō eſt expreſſa in iure, & quia ſuſpenſio clerici in hoc caſu non eſt impoſita in pœnam eius delicti,ſed propter rationē cuiuſdam honeſtatis ſuſpenſus eſt iſte clericus fornicarius notorius, quoad alios etiā ne, ſcilicet,dū celebrat eius miſſa audiatur ab alijs. D Tamen tandē Nauarrus loco citato in ſumma hāc mutauit ſententiam,& ſecutus eſt cōmunē aſſerens, quòd ſit irregularis. Couarruuias autem in relect.de homicid.prim.part. §.1.ab hac communi aliquomodo diuertit & licet fateatur hanc affirmatiuam eſſe communē:tamen, quia duram eſſe eam cenſet, non audet ſecundum eā quē quam iudicare irregularem, propter duas prędictas rationes,quibus ductus Nauarrus tenuerat contra communem. Cuius primā rationē ſic magis corroboramus: quia ſi verū nō eſt, vel in dubio eſt, ꝙ ſit in iure talis irregularitas

expreſſa ſecundũ Couarr.ead.relect. de irregul. ex homic.p.parte in principio.& ſecundũ.cap. ad audiẽtiam.de homicid. ſane intellectũ (quia pertinet ad forum exterius)in vtroq; foro talis liber eſſe ab irregularitate iudicandus eſt, etiã ſi ante pœnitentiã celebrauerit.Nam ſi poſt pœnitentiam celebrauit, nouã irregularitatem nõ incurrit,ſecundũ Nauar.in ſum.ca.25.nu.76.ca. ſi qui ſunt.81.diſt.Imo ſecundũ Couarr.loc.cit. opinio cõmunis ſi vera eſt, ſolum locũ habet, dũ dictus clericus celebrat tẽpore, quo publice & notorie euidẽter in eodẽ vitio verſatur.Concludamus ergo,quòd(quia Nauarr.mutauit ſententiã,& quia Couarr.dubius manens ibi conſulit,vt diſpenſatio huius irregularitatis impetretur à papa) communis nobis amplectenda eſt opinio.Tum,quia rationes in contrarium contra eam nihil probant. Nam cum prædictus clericus notoriè fornicarius ſit ſuſpenſus eſt à celebrando ante pœnitẽtiam,quo ad ſe, & quo ad alios,quæ eſt propria ſuſpenſio.Et cum omnis ſic ſuſpenſus, ſi celebrat fiat certè irregularis iuxta cap.1.de ſent.& re.iudic.in.6. ſequitur per euidentem conſequentiam, quòd prædictus ſic celebrãdo ſit irregularis, vt habetur etiã ca.cum medicinalis.de ſent.excõmu.in.6. Neq; obſtat,quôd iſta ſuſpenſio quo ad alios videtur ceſſaſſe.Quia licet ceſſauerit ex parte audientiũ, de quo ſtatim dicemus:tamen obligatio ſe ſubtrahendi à celebrando ex parte notorij fornicarij non ceſſat.Sicut poſt conciliũ Conſtãtienſe ceſſat obligatio in alijs vitãdi non nominatim, & publicè excommunicatos: tamẽ in ipſis excõmunicatis occultis nõ ceſſat obligatio ſe ſubtrahendi ab celebratione præſertim ſi ſine nota infamiæ,vel ſcandali grauis ſe abſtrahere poteſt excõmunicatus:quia tunc niſi ſe abſtraheret fieret irregularis.Sic in propoſito caſu.Neq; eſt eadẽ ratio cõtra Couarru.de vitiatis corpore, & de illegitimis. Quia licet iſti ſine diſpenſatione prohibiti ſint ordinari, & celebrare:ſed alij nõ ſunt prohibiti particulari iuris canonici prohibitione miſſas eorum audire, ſicut prohibiti ſunt miſſam audire notorij fornicarij.Quare iſti propriè ſunt ſuſpenſi quoad ſe, & quo ad alios, ſed non ſic corpore vitiati,aut illegitimi.

¶ Porrò quia(vt ait Nauarr.in ſum.ca.25.nu.78.) non mediocre dubiũ inter recẽtiores eſt an qui audiũt miſſam publici concubinarij mortaliter peccẽt,ad quęſtionẽ reſpondemus primo, ꝙ ſi qui eã volunt audire præbent cauſam cõcubinario eã dicendi, quia eũ inducunt ad celebrãdum peccant mortaliter; quia prębẽt ei cauſam peccãdi mortaliter.¶Secũdo dicitur cũ Nauarro ibi, ꝙ probabiliter,ſi quis ignoret legẽ eccleſiæ prohibentẽ audire miſſã fornicarij notorij, nõ peccat;quia ignorantia probabili iuris poſitiui excuſatur ca.2.de conſt. & ſecundũ Gabri. in.4.diſt.13.q.1.dubio.4. imprudentiæ eſſet tribuendũ confeſſori,ſi de hoc pœnitentẽ ſic ignorantẽ admonitũ eſſe curaret,quãdo illa monitio nocitura erat,&non profutura.Sed quid de ſciẽtibus talem prohibitionẽ eccleſiæ.Hic iã putat. Nauarr. ſcientes vel ſcire debentes à mortali nõ excuſari:quia hęc,inquit,eſt cõmunis &expreſſo iure comprobata,& quia D.Thom.quoli.1. art.8.ita tenet,cũ omnibus fere antiquis,¶ Pro intelligentia ergo difficultatis dicitur tertio, ꝙ nũc tẽporis pręſertim in his regnis Hiſpanię,& in mõtanis locis eius,excuſantur omnes à culpa mortali, dũ audiũt miſſas cõcubinariorũ notoriorũ.Hæc eſt opinio fere omniũ thomiſtarũ recentiorũ,qui putant, tale ius canonicũ, quatenus prohibet iſtam auditionem miſſæ abiſſe in deſuctudinẽ,& omnibus vulgaribus eſſe ignotũ.Quod ſi ita eſt, vt apparet, quia neq; de hoc à confeſſoribus fit ſcrupulus,aut mẽtio, fruſtra Nauarr.nobis allegat ius expreſſum,ſi iam non eſt in memoria vulgariũ, neq; in obſeruantia in Hiſpania.Fruſtraq; allegatur ſuo tempore fuiſſe opinionem communem, ſi quia nitebatur in iure, & ius abijt in deſuetudinem iam antiquata,& abolita eſt. Secũdò probatur multum apparenti ratione; Quia cum iſti clerici notorij concubinarij non ſint publicè & nominatim ſuſpenſi,concilium Conſtantienſe vſu receptũ ab ea communicatione audiendi miſſas eorum excuſat audientes.Nam cõcilium Conſtantiẽſe ſic dictat informa,in receptione, vel adminiſtratione ſacramentorum, vel in quibuſcunq; diuinis officijs, vel extra, prætextu nullius ſententiæ, vel cenſuræ Eccleſiæ teneantur vitare eis irretitos,niſi à iudice cõtra collegium,vel perſonã fuerit publicata,vel denũciata ſpecialiter, & expreſſe.Vbi de quacunq; cenſura loquitur cõciliũ.Ac per cõſequens cũ conſtet ex iure ſuſpẽſionẽ propriã eſſe cenſurã, ſequitur indubitate, ꝙ conciliũ iſtud Conſtãtienſe nõ ſolũ de cẽſura excõmunicationis,aut interdicti, ſed etiã de cẽſura ſuſpenſionis,qualis eſt iſta, loquitur.

¶Adde ergo prędictis ex Sylu.verb.luxuria. q.3.dicto.4. quod ſimplex fornicatio in clerico publice tenẽte concubinã inducit depoſitionẽ, ſi monitus nolit corrigi,quia poſteà perpetuo à beneficijs,à quibus prius eſt ſuſpendendus, remouẽdus eſt, ſiue ſit in ſacris ca.ſicut. de cohab. cler. & mulie.ſiue non, vt ibi in ca.ſi autem clerici. Vbi videtur innui, quòd requiratur trina monitio. Si tale autẽ crimen ſit notorium,ſuſpenſus eſt ipſo iure, vt dictum eſt ſupra.Si verò ſit publicũ ex fama tantũ,erit purgatio indicẽda:in qua ſi defecerit,vel ſe purgare noluerit,

cano-



canonice punietur cap.tua.extra.de cohabitat. cleri. & interim non debet in officijs euitari.

¶ Poſtremo quæritur de fornicatione ſimplici, an adeò ſit intrinſece mala, vt neque metus mortis excuſet ab illa.Reſpondetur, ꝙ vt habetur in conci.Viennẽſi iuxta clem.ad noſtrũ. de hęretic.ſic eius malitia eſt mortalis,vt neq; ignorantia,neq; metus, aut minæ mortis, neq; pudor,neq; timor infamię,quę vociferationem ſe queretur,excuſat ab hac culpa.ca.merito.15.q.1. ca.ita ne.32.q.5. Sola enim vis abſoluta excuſat, qua quis ſine cõſenſu in opus, vel delectationẽ eius cogeretur fornicari,aut adulterari, vt dixit glorioſiſsima virgo & martyr Lucia ad Paſcha ſiũ:Si me feceris inuitã violari, caſtitas mihi duplicabitur ad coronam.

¶Secundo dicitur cũ Soto.lib.5.q.1. arti.5.de iuſt.& iur.quòd ſi puella propter metũ mortis, quia oppreſſor vibrat gladiũ in pectus eius, ſi renitatur copulæ:tunc non conſentiret in copulam,neq; in delectationẽ eius,dum non ſe accõmodet,aut adaptet ad coitũ, ſi non reſiſtat, ſed mere paſsiue ſe habeat libera erit à culpa mortali,huic ſententiæ Soti accedit Nauarrus in ſum. ca.15.n.1.ſed limitate magis loquitur Sotus,quã Nauarr.vt apparet. Quare ne male ſonare videatur,quod ibi ait Nauarr. dicẽſ,quòd nõ tenetur puella iratas manus inijcere in oppreſſorẽ vim inferre nitentem,neq; clamore ſe defendere, intelligendus eſt,quando omittit reſiſtere,& clamare propter metũ mortis ſibi incuſſum certo, ſi renitatur,aut clamet.Quamuis iuxta Deuteron.ca.22.ſi contingeret id ei puellæ intra ciuitatem,& non clamaſſet, neq; petijſſet opem ad ſuam defenſam præſumeretur illa conſenſiſſe.

¶ Circa illa verba D.Thomę in art.2. q.154. 2.2.vbi ait,ꝙ non obſtat, neq; excuſat à malitia mortali fornicationis,ꝙ fornicator cognoſcens aliquã ſolutã ſit in præparatione animi ad prouidendũ proli de ſufficiẽte educatione, quia id eſt per accidens ad fornicationis actum, quęritur,vtrum filij fornicarij,vel ex concubitu dam nato geniti à patribus ſint educãdi,& alendi. Et videtur,quod patres ad id non teneãtur:quia cũ nõ ſint certi,an ſint filij ſui, vel an ſibi à matre falſo ſupponantur, videtur quod neq; eos recognoſcere pro ſuis, neq; eis alimenta præſtare teneantur. Sed in contrarium eſt:quia ſi ſic libere liceret eos negare propter hanc incertitudinem, manerent deſtituti omni remedio.

¶ Ad quæſtionẽ ergo reſpondetur per ſequẽtia dicta. Dicitur ergo primo, ꝙ quia naturaliter,& iure naturali filij ſunt alendi, ſicut natura cõmunis eſt legitimis filijs & ſpurijs & fornicarijs:ita iure naturali omnes iſti ſunt alendi à ſuis parentibus.¶Secũdo dicimus,ꝙ quia lex de negandis alimentis filijs ex dãnato concubitu genitis in Autẽt.quib.mod.natur.efficiantur ſui. §.fin.crudelis lex eſſe videtur ( vt ait Couarru. deſpõſ.2.parte ca.8.§.6.ideo ratio exigit, vt lex cononica ca.cũ haberet. de eo qui duxit in matrim.ſeruãda ſit etiã in foro ſeculari, excluſo iure ciuili gloſſa.Cardinal.& Abbas.in dict.capite.cum haberet.Ex quo infertur,ꝙ is, qui tenetur alimenta dare filio ex inceſtu nato, quia cũ recognouit,pro his alimẽtis regio iure l.10.Tauri quintã partem bonorũ ſuorũ titulo alimẽtorum poſsit relinquere,licet ipſe pater legitimos liberos habeat,contra Ioan. Lup.in.l.9. Tauri.

¶ Iſta autẽ alimenta præſtãda ſunt iuxta facultatẽ parentũ,perſpecta quoq; filiorũ qualitate, & iuxta decẽtiam ſecundũ gloſſ.l. nepos proculo.ff.de verb.ſig. verſ.dignit. quæ eſt ſingularis.Facit ſecundũ Iaſ.textus optimus in.l. ſed ſi quid.§.ſufficienter.ff. de vſufruct. cõtra Bald.l. ſi maritus.ff.ſolut.matr.& contra Ioan.Lup.eũ ſequentẽ.Qui aiunt alimenta iſta non pro dignitate,ſed pro vitę ſubſidio ſpurijs his ſubminiſtranda eſſe tantũ,quatenus fame,& frigore nõ pereant.Et quia Autenti.ex cõplexu.C. de inceſti.nupt.& leges regię partitarũ l.11.tit.19.partita.4.&.l.5.in fin.tit.33.in.7.partita. videntur aſsẽtire opinioni Baldi.&Ioa.Lu.ideo plurimũ conducit arbitriũ iudicis in his alimẽtis diffiniẽdis autore Couarru. ¶ Tertio dicitur,quôd his ſpurijs ſunt alimenta præſtanda, etiã ſi id prohibeat pater in teſtamento.Ita Bâld. & Suarez in.l.1.tit.6.lib.3.fori.verſiculo.notãdum.Nã filij ſunt à parẽtibus alendi.Quod intelligitur eſſe verum, niſi filius habeat vnde ſe alat. l. ſi quis à lib.§.ſed ſi filius.ff.de liber. agnoſc.vel niſi filius poſsit ſe ex artificio alere,dummodo illam exercere artem in dedecus non cédat filio, ſecundum Doctores.l.6.titu.16.partit. 4. Neque huic iuri alendi filium ſatisfacit pater, ſi curet filium recipi in aliqua domo hoſpitali, in qua pauperes publice aluntur: quia hoc indecens eſt,ſecundum Bald.& Ioan.Lup. ¶ Quarto dicitur,quòd ſi illa pars quinta quàm lex.10.Tauri conceſsit ſpurijs poſſe dari pro alimentis nõ ſit ſufficiens pro ſubſidio vitæ, neceſſario erit tunc augenda.Si verò excedat quantitatem debitam filiorum dignitati non eſt minuenda, autore Ioan. Lupo. ¶ Accedit ad hoc, quòd iſtam quintam partem, quam filijs ſpurijs poteſt pater legare poſſunt ipſi filij ſpurij obtinere ſi eis legetur, etiam ſi alias habeant patrimonium,vel bona, quibus ſe poſsint alere. Sic ſecundũ Aymo lex Taurina.19.&.10.intelligitur.

¶ Sed quæſtio non cõtemnenda hic ſit obuia, ſcilicet,an filiam ſpuriã pater teneatur dotare:ſicut tenetur eã alere.Et videtur ꝙ non teneatur:

quia.l.vxorem'§.pater.ff.de legat.3.decernitur non teneri patrem ad dotandam filiam ſpuriam.Sed in contrarium eſt: quia tenetur alimẽta ei præſtare,& inter alimenta cõputatur dos. Reſpondetur breuiter, ſecundum Bart.in dict. Autent.ex complexu. & ſecundum Abbat.in d.cap.cum haberet. de eo qui duxit, quòd talis filia eſt dotanda à patre,eiq; ad hoc tenetur pater,eſtq; cõmunis,& ſic ſeruatur in praxi.Neq; obſtat dicta lex.vxorem, quia intelligitur non teneri iure patrem ad dotandam ſpuriam,quando ipſa habet bona, vnde dotẽ ſibi conſtituat. Quod ſi dos inofficioſa data fuerit filiæ ſpuriȩ, propter.l.29.Tauri,vbi ſancitum eſt, quòd dos inofficioſa etiam cõſtante matrimonio poſsit à fratribus exigi,ex ea parte, qua fuit inofficioſa,etiã ante ſolutionẽ matrimonij exigi poteſt. Hæc ſententia eſt cõtra Bart.dicentẽ, ꝙ non,niſi poſt ſolutũ matrimoniũ quando maritus tẽpore contractus ignorauit eſſe ſpuriam. Secus ſi ſciſſet.Et hoc ne eludatur maritus,qui bona fide illam dotem accepit titulo oneroſo. At licet iſta opinio contraria Bartoli erat ante communis,ſed quia ratio eius non conuincit,neque conſtat,quòd dos titulo oneroſo detur;quia ratione coniugij videtur teneatur alere vxorẽ: & quia alioquin ſi titulo oneroſo daretur dos, mille fraudes adnecterẽtur dotalibus inſtrumẽtis: ideo opinio communis Bartoli non eſt tam certa. Adde etiam,quòd ſi certa eſſet locum nõ haberet in regnis Caſtellȩ,vbi lex illa.29. Tauri,quia eſt ſpecialis diſpoſitio,aliter diſponit.

¶Sequitur & alia quæſtio præcedenti affinis,ſcilicet,an pater filiæ nubenti, ſine eius conſenſu,& licentia poſsit negare alimenta & dotem. Et videtur,quòd poſsit hæc ei negare:quia lex.ſed ſi poſt, in Autent. de officioſ. teſt.id à cõtrario ſenſu videtur ſignificare ſcilicet quòd talis filia poſsit exhæredari, &.l.2.tit. de matrimonio lib.3.fori.& le.4.tit.1 li.3.ordin. &.l.10. tit.1.par.4.&.l.49.Tauri.idẽ decernitur.Sed in contrariũ eſt ius canonicum ca.cũ haberet. de eo qui duxit.vbi determinat, neq; filijs ſpurijs alimenta eſſe deneganda. Reſpondetur ergo ad queſtionẽ breuiter.Primo,ꝙ ſi filia contraxerit matrimoniũ in facie Eccleſiȩ,etiã ſi ſine licẽtia patris id fecerit,nõ poteſt ab eo exhæredari.Neque ob hoc filiȩ poſſunt alimentis, aut legitima priuari.Eſt cõmunis,vt ait Couarr.de ſpõſ.ca.3. par.2.§.8.Ita Hoſtenſ.& Abbas & alij ca.1. de ſponſ.impub.Ita Rod.Xua.lib.2.ti.de matr.li.3. fori.Et probatur: quia ius canonicum ne libertas contrahendi matrimoniũ filijs ſubtrahatur; has pœnas inferri filijs,& filiabus prohibet,etiã ſi ante.25.annum filia turpi, & indigno nupſerit:quia principes contra libertatẽ matrimonij non poſſunt.Ex quo ſequitur corollarie, cõpellendum eſſe patrẽ ad ſoluendã dotem filiæ nubenti ſine eius conſenſu viro digno,ſi dotem filia ei promiſit.Imo etiã,ſi dotem nõ promiſerit ſecundũ Bald. Angel.Paul.Iaſ.l.res quæ.C.cõmu. deleg. Eſt communis:quia intelligitur facta promiſsio dotis à filia. Si autẽ ſine conſenſu patris nupſit indigno ſiue promiſerit, vel non promiſerit ei dotẽ,cogendus eſt pater ipſi filiæ alimẽta prȩſtare,iuxta caput.cũ haberet. de eo. qui dux.in matr.Neq; obſtat gloſ.de raptor.36. q.1.communiter recepta,dicens alimenta eſſe ei neganda,& dotẽ,etiã ſi promiſerit, quando ipſa nupſit indigno.Quia hȩc gloſſa procedit,vbi filia,vel maritus eſſet ita diues, vt congrua alimẽta vterq; haberet.Secus ſi eſſent pauperes iuxta dict.caput cum haberet.At etſi regia lex.8.tit. 2.part.4.decernat patrem eſſe cogendum dotẽ aſsignare filiæ,etiam diuiti,iuxta gloſſ.in.l.1.ff. ſolut.matr.ſed iſta lex communiter recepta, nõ procedit vbi filia nupſit ignominioſo, vel indigno,ſine licẽtia patris. Imo ſecundũ Couarr. etiã ſi digniſsimo nupſiſſet abſq; licẽtia patris, dum filia eſt diues, & habet vnde dotem promiſſam,vel non promiſsã cõſtituat marito,minime conuenit patrẽ cogi ad ei dotem cõſtituẽdam. ¶Vltimo dicimus cũ Corduba in.q.171. addita ad tract.de caſibus conſc. & cũ Albornotio in ſua arte de contract.lib. 4.titu. 8. fol.16. quòd poſt conciliũ Tridentinũ licet ante eſſet in dubio,& in opinione,vtrum prædictȩ leges ciuiles Hiſpaniȩ exhæredantes filiam nubentẽ ſine licentia patris,validæ eſſent, certius eſt, ꝙ non valent nunc, quia ipſæ leges loquuntur de matrimonio clãdeſtino,& iam poſt conc.Trid. nullũ eſt tale:quia poſt conc.Tride. nullũ verũ matrimonium celebratur ſine curato, aut ſine alio ſacerdote de eius licentia, & ſine teſtibus. Ideo poſt concilium Tridentinum hac ratione non poſſunt exhæredari filiæ ſine licentia parẽtum nubẽtes. ¶ Deinde prȩdictis tanquã corollarium adde,filium etiam à patre alendum eſſe, etiam ſi vxorem abſq; licentia patris duxerit ſine dote, modo honeſtam duxerit, ſecundum Couarr.de ſponſ.2.part.cap.8.§.6.Decium ab ipſo citatum.Imo non tantum filio, verum & eius vxori debet pater alimenta præbȩre, vt probat.Ioan.Crottus in.l. ſi conſtante. 2. lect. penul.& fin.col.ff.ſolut matri.

¶ Iã dubiũ inſtat,quibus expenſis filij paruuli ſint alendi,an patris,an matris,& quo tẽpore ab vno parentum,& quo tẽpore ab alio,& deficientibus parentibus à quibus ſint alẽdi.Reſpõdetur ergo ad dubium per ſequentia dicta. Dicitur autẽ primò,quòd primo ȩtatis triennio alendi ſunt liberi à matre;poſt illud autẽ triennium





alendi ſunt à patre,ſecundũ gloſſ.in ca.cũ haberet, de eo qui duxit. Dummodo mater non ſit ità pauper, vt filio lactãdo minime vacare poſſit.l.3.tit.10.par.4.Vel niſi,quia nobilis eſt mater valde,non deceret eã filium alere:quia tunc citra mortale poſſet filiũ committere nutrici à ſe electæ,ſi de alendo eo curaret.Vel niſi careret lacte:quia in his caſibus cogendus eſt pater matri pauperi alimenta præbere,quo poſsit ſuo lacte nutrire filium, vel filius tradẽdus eſt nutrici patris expẽſis.Quibus adde,quòd etiã poſt primũ triẽnium cogẽda eſt mater alere filiũ,ſi pauper ſit pater,atq; id agere nequeat.l. 4.tit.19.p. 4.contra Abbatẽ in illo dict.cap.cum haberet. tenentem, quòd per totam vitam onus alẽdi filium vtriq; parenti incumbit: de quo dubitat Couarr.loc.cit. ¶Secundo dicitur, quòd etiam ſpurij non tantum à patribus, ſeu à parentibus ſunt alendi,ſed etiam ab eorũ hæredibus. Facit pro hoc optimus textus in Autẽt.licet.C.de natu.lib.Iſta autẽ alimẽta pro his non poſſunt peti à monaſterio, cui ingreſſus eſt pater, vel ab emptoribus bonorum patris, quaſi illa bona ſint hypothecata pro alimentis,contra Bart.& alios.Neq; enim vxor,cui à marito alimenta debentur,poteſt agere contra bona mariti, titulo emptionis poſsidentis. Neq; obſtat lex.2.ff.de aliment.legat.quia intelligitur,quando expreſſim bona deſignãtur in teſtamentis, vel contractibus ad alimenta alicui exhibenda. ¶ Tertio dicitur, quòd poſſeſsio data filio ſpurio, vt ex eius fructu alatur mortuo filio dominiũ illius ad hæredes patris reddit.Nã etiã alimenta, quæ filijs ſpurijs à parentibus legantur, vel traduntur ad iſtorum filiorũ hæredes non pertinent: quia alimenta in ratione alimentorũ cũ vita finiuntur. Neq; ratione proprietatis: quia illa à patre filijs ſpurijs relinqui non poteſt.Ita Couarruuias loc.cit.Secus eſt,quando iuxta.l. 10. Tauri filio ſpurio legata eſſet quinta pars, quã ei pater pro alimentis poteſt legare, ſicut poterat eam legare extraneo: quia tunc perueniet ad hæredes ſpurij ſecundũ Hugonem de celſo. Ita ſancitur in.l. 10. Tauri, Imo ſecundũ Rod. Xuarez l.9.tit.6.lib.3.fori limit.2. quando lege aliqua municipali filij legitimi priuantur legitima,& loco eius ſuppeditãtur eis alimenta: quia dãtur loco legitimæ trãſeunt ad eorũ hæredes. Imo ſecundũ Baldũ fundus ad alimenta legatus ei,cui proprietas illius legari poterat, ad hæredes legatarij tranſit.Eſt cõmunis.Imo,ſi res data pro alimentis in æſtimatione proprietatis non excedit quantitatem alimentis neceſſariã ad hæredes filij tranſire poteſt. Ita Xuarez in. l.1.titu.6.lib.3.fori. quæ omnia per.l.10. Tauri videntur confirmari.

¶Quarto dicitur ad aliam partem quæſtionis,quòd non ſolum pater,& mater aſtringuntur filios ſpurios, & illegitimos alere, verũ aui, & pro aui,& his maiores tenẽtur eos alere, quãdo pater, & mater eos alere non poſſunt, non obſtante. l.5. titu.19.par. 4. Vbi cauetur filios ſpurios alendos eſſe à matre,auo, & proauo materni generis;quia iſta lex ſequitur rigorem iuris cȩſarei.Ita Couarruuias. Sed arbitror iſtam partit.4. fundari in ratione firma,ſcilicet, quia ex parte matris certum eſt pertinere,ad maternos aſcendentes,licet id ſit dubium ex parte patris,quod pertineãt ad auos vel proauos paternos.Quo circa iſtã opinionẽ Couarr.limitandã fore cenſeo,vt procedat in foro exteriori,quando deficiunt ex parte matris, aui & proaui, à quo poſsint illi etiam ex damnato concubitu nati ali,& pater eos recognouit pro ſuis in vita, dum viueret: quam recognitionem exigit lex. 10. Tauri vt pater habens legitimos aſcendentes,& carẽs legitima prole poſsit relinquere omnia bona ſua filio naturali, cuius Natiuitatis,vel conceptus tempore pater eius poterat ſine diſpenſatione cum matre eius contrahere. Nam alias durum videtur in foro exteriori,etiam deficientibus auis maternis, obligare auos paternos ad alendum huiuſmodi ſpurios, quos pater in vita ſua non recognouit, quia eos forte recognoſcere non tenebatur ob cauſas ſæpe occurrẽtes,quibus iſtæ concubinæ vagæ, & decipiuntur à ſe ipſis,& decipiunt amatores ſupponẽdo prolem cui magis volunt patri ſupponere.

¶Quinto dico,quatenus attinet ad forũ cõſcientiæ cum Corduba q.102.in tract. de caſibus conſci. quod ſicut adulter in conſcientia cũ certus eſt aliqua via, quòd filij adulterini, qui ſibi aſcribuntur,ſunt filij ſui, tenetur præſtare expẽſas,& alimenta,quibus educentur,& alantur,& tanto magis, vel minus ad hæc alimẽta conferre debet,ſecundum conditionẽ ſuæ perſonæ,& facultatẽ,quanto magis vel minus eſt certus, ꝙ hi filij ſui ſint, & attento ne notabiliter defraudet legitimos, ſi quos habet. Ita pater ſpurij obligandus eſt in conſcientia ſecundũ maiorẽ, vel minorem certitudinem,quam habet.Et tandem cõcluditur, quòd ſi ſemel pater filium ſpurium pro ſuo recognouit,quia tunc extante hac recognitione cogi poteſt iuxta cap.cum haberet,de eo, qui duxit. ad præſtanda ei alimenta in foro exteriori,ita obligandus eſt etiam in foro conſcientiæ. Vide Cord. in quæſtionario. quæſtio.31. Aduerte autem, alimenta hæc filijs poſſe denegari ob omnes eas cauſas, ob quas à parentibus poſſunt exhæredari, iuxta gloſſ. receptam in illo dict.cap.cum haberet.& probatur.l.6.tit.19.partit.4. Quæ quidem lex in fine

vnū valde cōmēdatione dignū ſuper addit, ſcilicet, ex dictis cauſis alimenta negari poſſe: nō tamē ea, quæ ſunt pręciſe in vitæ ſubſidiū neceſſaria. Quod limitat Couarr. niſi in cauſa ingratitudinis, ob quam filius eſſet morte dignus: quia in hoc caſu non eſſet iniquū eū priuari alimētis etiā neceſſarijs ad vitam. Quomodo etiā Maritus tenetur non ſolū vxorē, ſed nurū, & pronurū alere, iuxta l. ſi quis pro vxore. ff. de don. inter vir. & vxor. & quomodo tutor tenetur alere matrē, & ſororem pupilli, ſi egent, & quomodo nomine alimentorū in legatis veniūt veſtimēta, calciamenta, medicinæ; & quomodo ille, cui debētur alimenta debet habere expēſas pro ſtudio, ſine quo viuere non poſſet ſecundū decentiam ſuæ perſonæ, puta, pro gramātica, & huiuſmodi, ſecus de expenſis, quibus dicitur militare; vide de his Syluestrum, & loca, quibus id probat in ſum. verbo. alimenta. quia nos hic ſolummodo de alimentis filijs præſtandis iniuimus ſermonem tantum.

## CAP. CCXCV.

*An tactus, & oſcula, vt ſunt in ſe delectabilia, ſint mortalia peccata, etiā ſi nō ordinētur ad fornicationē, vbi ſoluuntur. 6. Argumēta in cōtra: Et an mulier, quæ ſcit ſe tāgi, vel oſculari ab alio malo animo, teneatur id vitare: & an inter ſponſos de futuro oſcula ſint licita, Et ſponſa oſculata ab ſponſo, quid iure Hiſpanico lucretur: De datis ſibi ab ſponſo. De raptu item, & de pœnis cōſtitutis raptoribus: Et de pœnis iure decretis vxori adulteræ: Et an ſicut amittit dotē: amittat arrhas & paraphernalia: Et an quia oſculata eſt alienum, amittat dotē, vel legatum ſibi ſub cōditione, ſi honeſte vixerit: Et an poſt adulteratus teneatur vxorem adulteram recipere. De pœna clerici. &c.*

QVoniā doctrinā D. Tho. in materia de luxuria traditam ſuſcepimus explicandā; ideo circa arti. 4. in. 2. 2. q. 154. vbi ait, quòd oſculū, & amplexus, & tactus ſecundū ſuā ſpeciē nō ſunt peccatum mortale, quando ſine libidine fiunt iuxta vſum patriæ, vel in ſignū honeſtæ beneuolētię, inter fratres: ſecus ſi fiant propter delectationē libidinoſam, Quęritur primo, an oſcula & amplexus, & tactus ex ſola delectatione, quā in ſe habent ſint peccatū mortale, etſi non ordinentur ad fornicationē. Et arguitur pro parte negatiua, ꝙ ſic conſiderata, vt delectabilia ſunt in ſe

A tantū non ſint peccata mortalia. Primo, quia ſi eſſent peccata mortalia, nō eſſēt licita inter ſpōſos de futuro, vt concedit Caietanus licita eſſe. Itē ſecundo; quia ſi licitū eſt ſecundū Caieta. in viſu pulchræ mulieris delectari: ergo etiam in tactu: quia tactus de ſe non eſt lubidinoſus, ſicut neq; mulieris pulchræ viſio: ergo ſi delectatio concupita de viſu eius, non eſt mortalis, neq; delectatio de ſolo eius amplexu mortalis erit. Itē tertio, quia ſi talis de ſolo tactu delectatio eſſet de ſe mortalis propter hoc tota vita hominis eſſet periculoſa; quia quando ſe tangit vel fricando, vel mingendo, & ſentit aliquam delectatio

B nem & placet ſibi, peccaret mortaliter. ℭ Item quarto, quia in alijs peccatis paruitas materiæ excuſat à mortali, ſed in genere luxuriæ eſt paruitas materiæ in delectatione ſola ſenſuali vnius oſculi mulieris ſine alio malo conſenſu in fornicationē, aut in delectationē eius: ergo iſta ſola delectatio non erit peccatū mortale. ℭ Itē quinto, quia ſolum à domino condēnatur tanquā de culpa mortali, qui viderit mulierē ad cōcupiſcendam eam; ſed qui oſculatur eā propter ſolā delectationem, quæ eſt in oſculo eius, eam non cōcupiſcit ad actum fornicationis, (vt ſupponimus) ergo hæc ſola delectatio intra metas ſolius oſculi ſe continens non videtur eſſe mor

C talis. ℭ Item. 6. arguitur, quia propterea delectatio de ipſo actu fornicationis eſt mala mortaliter, quia ipſa fornicatio de ſe & de ſua ratione eſt mala mortaliter; ſed ſecundum. D. Thom. in hoc articulo prædicto oſculum, & amplexus non ſic ſunt de ſe mala: ergo ſola delectatio pręciſa de illis non erit peccatum mortale.

ℭ Sed in contrarium eſt: quia huiuſmodi delectatio ſenſualis de ſolis amplexibus, oſculis, & tactibus pertinet ad impudicitiam: at vero impudicitia ſecundum D. Paulū ad Gal. 5. peccatum mortale eſt, quia ibi inter opera manifeſta carnis numerat impudicitiam, condiſtinguens eā

D ab fornicatione, & immunditia, de quibus affirmat, ꝙ qui talia agūt regnū Dei nō cōſequētur.

ℭ Igitur pro expeditione quæſtionis notandū eſt primo: circa hanc quæſtionē, non omnino conuenire Doctor. Nam Caie. hic ſuper. 2. 2. D. Thomæ loco cit. atq; Sylue. verbo. delectatio. §. 4. tenent partem affirmatiuam, quam hic. D. Thom. ſequitur, vbi videtur mutaſſe & retractaſſe ſentētiam contrariam negatiuam, quā tenuerat in quæſt. de malo. q 15. art. 2. At Martinus de tēperantia oppoſitam, ideſt, negatiuam tuetur, ſcilicet, ꝙ ſola & præciſa delectatio de ipſis oſculis, & amplexibus cum mulieribus alienis nō ſit mortalis, cui aliquomodo Victoria in ſuis ſcholijs, & Cord. in ſuo quæſtionario vidētur aſſentire; licet inſinuent hāc Martini opinio





nē non eſſe dogmatizandā. Et tandē concludit Victoria, ꝙ quia cōmuniter hæc impudica, ſcilicet, oſcula & tactus fiunt mala intētione, cōmuniter ſunt peccata mortalia. ℭ Secundo autē dicitur pro reſolutione. q. 1. quod ſi pręd icta fiant cauſa cuiuſdā honeſtę beneuolentię, non erunt peccata mortalia, etiam ſi ſentiatur delectatio ſenſualis, quā ſic oſculans non acceptat, ſed ſolum eā patitur. Ità Victoria in ſuis ſcholijs. Patet autē hoc; quia præter intentionem eius talis delectatio contingit: & quia eius cauſam dum fuit de ſe licita, ſcilicet, cauſa honeſtæ beneuolentię oſculum non tenebatur iſte vitare. Sicut ſecundum Victoriam cibos tales ſibi ſapidos, & alias licitos, non tenetur quis euitare ſub mortali ad cauendam pollutionem non volitam, quæ ſibi in ſomno ſolita eſt euenire. Sicut etiam ſecundum Metinam in ſua inſtruct. viri ſpirituales non tenentur vitare conuerſationes honeſtas, quas interdum ſine ſcandalo aliorum, & ſine ſuo periculo ſoliti ſunt habere cum fæminis honeſtis, & deuotis de rebus ſpiritualibus, etiam ſi hinc patiantur quaſdam ſenſuales titillationes, & emiſsiones cuiuſdam humiditatis inuoluntarias. Secundo dicitur, quod ſi talia fiant inter non coniuges ad inchoandum, vel prouocandū actum venereū, tūc talia oſcula mortalia ſunt: quia tanquam media aſſumuntur ad perpetrandū mortale peccatū. Tertio dicitur, ꝙ talia oſcula & amplexus etiam ſi fiāt intuitu ſolo cuiuſdā honeſtæ beneuolentiæ, ſi tamē aduertitur, ꝙ ſint periculoſa, & incētiua ad actū venereum, vel ad conſenſum delectationis eius, talia faciēti, peccata mortalia erūt, tunc in illo, quia idē eſt quando talia oſcula fiūt cū conſenſu in delectationem, quæ eſt in actu venereo.

ℭ At nunc quia tota difficultas quæſtionis circa hoc verſatur, ſcilicet, an ſola & præciſa delectatio de oſculis, & amplexibus cum muliere aliena ſine cōſenſu in coitum, vel in delectationem eius coitus, ſed tantum ſe continēs infra limites delectationis oſculi, vel amplexus, ſit delectatio mortalis, pro hac illucidāda difficultate ſtatuitur hæc vnica & potiſsima concluſio, cōtra Martinū, de temperantia: Delectatio ſenſualis etiam præciſe, & ſolùm ſe continēs intra delectationē oſculorum, & amplexus eſt peccatū mortale. Vt verbi gratia, ſi quis vere diceret intra ſe, volo tantū delectari in oſculo, & amplexu huius fœminæ, & hac ſola delectatione contētus nolo experiri coitum cū illa, neq; ex hoc actu delectationē carnalē capere, nihilominus amplexus ille, & oſculum illud eſſet peccatum mortale. Hæc concluſio ita quaſi animis Doctorū eſt indita, vt male audiret inter eos, qui dogmatizaret contrariam. Item cōmuniter conſcien

A tiæ ſtimulus exagitat cōſcientias præſertim fœminarū, & eas intus, & extra accuſat, dū de his ſolis oſculis libidinoſis confitentur, ꝙ plus quā venialiter peccauerint in his, licet actū conſummatum, & eius delectationem animo, & opere refutauerint. In probationem ergo eius nunc incumbendium eſt nobis. Probatur ergo primo; quia huiuſmodi delectatio libidinoſa conſiſtens in tactibus, amplexibus, & oſculis ad generationem eſt ordinata, ſicut & cæteri actus venerei: ergo ſi non fiant iſti actus propter generationem inter coniuges, delectatio, quæ in eis aſſumitur peccatum mortale eſt: quia priuatur proprio fine. Propter quod Apoſtolus ad

B Gala. 5. ait; quòd impudicitiā agētes regnū Dei non poſsidebunt. ℭ Probatur. 2. quia huiuſmodi amplexus, & oſcula ſunt quando libidinoſa ſunt, & delectabilia, etiam in ſe ſolum, eiuſdem moris, cuius eſſet coitus conſummatus interſe oſculantes, vel amplexantes, itaq; quod ſi eſſēt inter conſanguineos, vel affines pertinerent ad inceſtum, & ſic de alijs: ergo ſunt etiam eiuſdē malitiæ mortalis. Quod & confirmat ſolicitudo, qua ſatagunt confeſſores interrogare de ſtatu pœnitentium, ſi de his impudicis tactibus cōfiteantur ad inueſtigandam ſpeciem luxuriæ, quam cenſent eſſe mortalem, alias non tantopere de hoc eſſent ſoliciti. Tertio probatur: quia cogitatio delectabilis venerea ſolum conſiſtens

C in mēte, ſi ſit moroſa eſt peccatū mortale, ſecūdum omnes, quia ordinatur ad actū cōſummatū: ſed hi actus impudici oſculorum, & amplexuū viciniores ſunt actui conſummato, quam cagitatio moroſa venerea, quę in ſola mente cōſiſtit: ergo ſi hæc eſt mortalis ſecūdum omnes: ergo etiam illi actus impudici, & ſola delectatio conſiſtēs in illis erit mortalis. Quarto probatur: quia qui exercet media per ſe ordinata ad aliquē finē interpretatiue, vult finē; neq; enim moraliter loquendo poteſt præſcindere finem, ſed qui exercet huiuſmodi impudicos amplexus, & oſcula exercet media per ſe ordinata à natura ad cōſummatū actū; quia his tactibus oſculorū,

D & amplexuū ſe ſolet excitare natura ad carnalē acceſsū. Cuius rei gratia, dū aliqui de actu conſummato cōfitentur non interrogātur à cōfeſſore, de oſculis & amplexibus, tūc interuenientibus, & comitātibus copulā: quia quaſi media per ſe ordinata ad conſummationē actus intelliguntur iam interueniſſe: ergo qui exercet hæc impudica quatenus ſunt delectabilia in ſe interpretatiue, vult finē malū, ideſt, cōſummationē actus, ad quē vt delectabilia ſunt à natura ordinantur.

ℭ Hinc ſequitur corollarie primo, ꝙ qui ſola delectatione libidinoſa ſine alia mala intētione admouit manus honeſtę cuiuſdam mulieris pe

A ctori eius mãmillas iocoſe tãgẽdo peccauit mortaliter, propter ſolam delectationem libidinoſam, quam voluit captare in illo impudico tactu, licet fuit per modum ioci. Secus eſt prout ait Nauarr. in ſumma. cap. 13. caſ. 19. ſi honeſto iocoſoq; amore, id fecit. Si talis erat mulier, quę conſcia dę ſana intentionẽ illius viri, neq; inde ſcãdalizãda erat, neq; excitãda ad malũ, quãuis ſic tangere mãmillas mulieris præſertim nudas, videtur quod ſit Deum & illam tentare.

¶ Secundo corollarie ſequitur, quòd idẽ dicendum eſt de eo, qui ſola libidine tangendi mulierem fæminam per manum eam aut brachium ducit, aut vellicat, aut brachiũ torquet eius, aut B eius pedem ſuo pede cõtingit ſecus eſt ſi abſq; mortali delectatione. & fine id faceret. Ita Nauarrus vbi ſupra & Victoria in ſuis ſcholijs & Caiet. 2. 2. q. 154. ar. 4. col. 4. Idẽ de tangentibus fæminas in choreis diſtinguendũ eſt. Ita de medicis tãgentibus pulſum mulierũ, vel pudenda mulierũ cauſa applicandi ibi neceſſariam medicinã. Nam quamuis in hoc tactu ſolo velint libidinoſe delectari, & nihil amplius, peccant mortaliter, ſi aduertẽter velint hanc delectationem admittere. Secus eſt, ſi ſine vlla mala intentione faciant ex neceſsitate, vel ex rationabili cauſa, etiam ſi præter intentionem aliqua naturalis delectatio inde ſequatur. Supereſt nunc ad argu. reſpondere.

¶ Ad. 1. ergo argumentum, vbi obijciebatur, quod ſi talia oſcula, vt libidinoſa ſunt: ſunt mortalia, tunc inter ſponſos de futuro non eſſent licita. Reſpondetur, quòd licet Pedraça in ſua ſumma, ſubnotet Caietanum aſſerentem inter ſponſos de futuro ea oſcula lethalia non eſſe de nouitate huius opinionis aſſertæ ſed iam hanc aſſertionem Caie. approbauit Victoria in ſuis ſcholijs, approbat & Naua. etiam in ſum. ca. 16. nu. 12. dicens licitũ eſſe ſpõſis de futuro oſculari ſe, & amplecti, & tãgere ſe tactibus non inhoneſtis; fruiq; voluptate inde innaſcẽti ſine volũtate tranſeundi ad tactus obſcęnos proximiores D ad copulam; quia ſpõſalia, quæ initiũ matrimonij ſunt, faciunt facultatem fruendi hac voluptate præambula ad matrimonij voluptatem. Ita Caiet. 2. 2. q. 154. art. 4. Quamuis Victoria non ita abſolute hęc oſcula licere affirmet: quia aſſeuerat tantum eſſe venialia, ſed tandem ne contingat fieri mortalia cauendum eſt, ne fiant cum periculo probabili pollutionis, aut conſenſus illius, aut copulæ ante matrimonium. Quod quia raro contingit: præſertim quando ſoli ſecreto ſe oſculantur, amplectuntur & tangunt hac ratione moraliter loquendo, verior eſt opinio Pedracæ, quòd iſta oſcula & cætera inter ſpõſos de futuro non licẽt. Vnde expediret, inquit Nauarrus, ne opportunitates eiuſmodi donec coniugium de præſenti inirent, eis permittentur. Non ergo valet argumẽti conſequẽtia quòd ſi illa oſcula, vt delectabilia ſunt, & ſenſualia, inter non coniuges & non ſponſos ſint, mortalia, ꝙ etiã mortalia ſint inter ſpõſos de futuro; quia ratio Caie. apparentiã præſefert, quia iam ſponſus habet aliquod ius inchoatum & imperfectum, quod ad id ei licentiam præbet.

¶ Ad ſecundũ argumentũ conceſſo antecedenti, quòd licet in ſolo viſu mulieris delectari; ſed negatur conſequẽtia, ſcilicet, ꝙ liceat delectari in eius tactu, quia viſio mulieris de ſe (vt ait Caiet. reſpondens ad hoc argumentũ) de ſua natura non eſt ordinata ad coitũ, ſicut eſt ordinatus tactus ſenſualis cũ muliere. Secundo etiam reſpondetur diſtinguẽdo antecedens, quia viſio mulieris pulchræ ſi appetatur propter delectationem libidinoſam, quia iſta delectatio ordinatur ad actum copulæ erit mortalis, licet non intendat copulam. Si autẽ illa viſio mulieris pulchræ propter illam delectationem libidinoſam inde diminantẽ non appetatur, neq; ob aliũ finem malũ, tũc non erit illicita, iuxta aſſertum D. Aug. in ſua regula: vbi ait: Neq; enim fæminas habere prohibemini, ſed appetere, vel ab ipſis appeti velle criminoſum eſt.

C ¶ Ad. 3. argumentũ reſpondetur, quòd licet vita hominis circa concupiſcentiã carnis mille laboret periculis: quia hic inimicus domeſticus, ideſt, appetitus carnis inſtat fortiter ita vt mille ſint lapſus, quia pugna vehemẽs eſt carnis, & rara Victoria: tamen timor Domini ſanctus, cũ cura cauendi occaſiones cuſtodire ſolet timentes Dominũ, & ſuper pericula animę ſuę cauenda inuigilantes. Reſpectu autem eorũ, qui deſideria carnis ſequuntur, & in ea præcipites ferũtur, nihil mirum, ſi vita hęc humana periculoſa ſit, præſertim, ſi ſine delectu effrænes fiunt in delectationes venereas. Nã delectationes hæ, quæ deliberate aſſumuntur in amplexibus, & oſculis mulierũ ſine volũtate alicuius actus conſummati cum illis aliquo modo cõtra naturam ſunt: ideo naturaliter rationi rectę aduerſę ſunt.

¶ Ad quartũ argumentũ reſpõdetur, quòd licet prædictæ delectationes ſenſuales, dum ad oſcula honeſta indeliberate & præter intentionẽ ſequuntur, non ſint peccata: tamẽ cũ deliberate & ex intentione capiuntur, paruitas materiæ (quia nulla hic interuenit) non excuſat eas à culpa mortali. Non enim eſt paruitas materiæ in genere luxuriæ, ea media, quæ à natura ſunt inſtituta ad generationẽ humanam; qualia ſunt oſcula, amplexus & tactus à ſuo fine debitæ generationis; qualis exercetur per coniuges, defraudare.





A ¶ Ad quintum reſpondetur, quòd ſententia Domini intelligitur condemnare ad mortale peccatum eum, qui appetit fœminam non ſuam ad coitum; & non ſolum hunc, ſed etiam eum, qui fæminam concupiſcit tantum propter delectationem libidinoſam, quam ex eius amplexibus cupit capere propter rationes allatas, & quia virtualiter intendit vlteriorem finem, neque enim interpretatiue illũ pręſcindit.

¶ Ad. 6. arg. conceſſa maiori diſtinguitur, ſcilicet, minor, quòd amplexus & oſcula non ſint de ſe mala. Quia ſi cõſiderentur, vt venerea & libidinoſa non ſunt: ſic vera eſt minor, & ſic B intelligitur aſſertio D. Thomæ. Si autem conſiderentur, vt libidinoſa ſunt, & propter delectationem ſenſualem quæruntur, negatur, quòd vt ſic non ſint de ſe mala, ſicut & actus conſummatus, ad quem de ſe, vt delectabilia ſunt à natura ordinantur, malus de ſe eſt, cum non eſt inter coniuges.

Præterea, quia hæſitare quis poteſt, an mulier, quæ ſcit ſe oſculari ab aliquo malo animo teneatur id vitare: ad hoc autem reſpondetur primo, ſecundum Syluestrum verbo, delectatio, §. 2. quòd puella ſentiens ſe tangi libidinoſe per amplexus, & oſcula tenetur ſe ſubtrahere, niſi C ex ea ſubtractione in publico facta ſequeretur ſcandalum. Secundo dicitur, quòd dum de hoc illa fæmina eſt dubia conſuetos amplexus honeſtos inter conſanguineos & affines amicos non tenetur fugere, tertio dicitur, quòd licet ſecundum Caietanum mulier amplexus & oſcula aſſueta etiam ſi ſciat eſſe libidinoſa, non teneatur vitare: ſed hanc ſententiam Caietani puto tantũ eſſe veram in publico dum ex tali vitatione ſequeretur ſcandalum. Secus autẽ eſſet ſi hæc oſcula, & amplexus etiam aſſueta fierent in locis, & horis ſuſpectis, vel inſueto modo in ſecreto fierent: quia tunc vitanda eſſent.

D ¶ Præterea, quia de oſculis actum eſt, quæ licita eſſe, aut non eſſe mortalia inter ſponſos de futuro ex mente Caietani, Victoriæ & Nauarri diximus, ſi ſola illa delectatio, & non vlterior quęratur, circa hoc notanda venit lex. 52. Tauri à Domina Ioanna Regina Caſtellæ edita, quæ ſancit ſponſam oſculatam ab ſponſo, etiam iam præſtito coniugali conſenſu, ante copulam lucrari dimidiam partem rerum, quas ei ſponſus dederat ante copulam, quæ quidem lex intelligenda eſt, quando oſculum poſt ſponſalia præſtitũ fuit. Secus vero eſt, ſi ante. Ita Ioannes Lupinus interpres, quòd ſecundũ Couar. de ſponſal. 1. part. §. 1. de ſeruit. ad intellectũ. l. ſi ab ſpõſo. C. de donat. ante nuptias. à qua differt prædicta lex regia, quæ etiam de ſpõſalibus de præſenti ante etiam copulã loquitur. At illa lex prędicta ſi ab ſponſo. loquitur de ſponſis de futuro ante coniugalem conſenſum. ¶ Circa intelligentiã prædictorum, & multorum occurrentium caſuũ illa generalis regula eſt præ oculis habẽda, quam tradit Couaruuias de ſponſal. cap. 1. ſcilicet, vbi mentio de ſponſis occurrerit, in aliqua lege intelligenda eſt de his, qui nondum præſtitere conſenſum coniugalem, ſcilicet, de præſenti, ac propterea matrimonium non contraxere, niſi aliud ſuadeat communis, ac frequens vſus loquendi, eius vè intentio, qui legem condidit, aut contractum, aut teſtamentum fecit. Ita Felin. rubrica de ſponſal. & Paul. Pariſi. conſil. 62, colum. 3. volum. 4. Propterea de pollutione nocturna hic nõ meminimus, quia ſuperius copioſe de ea egimus.

¶ Porrò circa raptum, qui ſpecies eſt luxuriæ, aliquà adnotare etiam oportet, pręter ea, quæ ſupra ex D. Thoma adnotauimus. Igitur primo in medium hic adducamus illam ſanctionem concilij Tridentini ſeſsione 24. cap. 6. vbi decernit, nullum poſſe conſiſtere matrimoniũ inter raptorem, & raptã, quandiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit. Quòd ſi rapta à raptore ſeparata & in loco tuto & libero conſtituta illum in virũ habere conſenſerit eam raptor in vxorem habeat. Et nihilominus raptor ipſe, ac omnes illi conſiliũ & auxilium & fauorẽ præbẽtes ſint ipſo iure excõmunicati, ac perpetuo infames, omniumq; dignitatũ incapaces: & ſi clerici fuerint de proprio gradu decidant, teneatur pręterea raptor mulierẽ raptã, ſiue eam vxorẽ duxerit, ſiue non duxerit decenter arbitrio iudicis dotare. Hæc concil. Trid. decernit in forma. Nota caput finale de raptor. Vide concil. Calced. cap. 26. & cap. eos, & cap. de puellis. 36. q. 1. concil. Calced. ca. 27. & concilium Vormacienſ. cap. 77. & cap. 1. de adulterijs.

Circa prædictam ſanctionem concilij Tridentini adnotat Couartuuias de ſponſ. cap. 3. §. 9. ſecund. part. quòd rapta dũ iuxta concil. Tridentinũ prius ſeparata poſt nubet raptori, imò etiã ſi ei non nubat, non amittit ea bona raptoris, quæ mulieri applicantur ex iure, etiam ſi lex dicat, quòd ea amittat, ſi ei nupſerit, quia ne conſenſus liber impediatur illa pæna ceſſat: qualis eſt illa pæna, quòd ſi illa nupſerit raptori bona raptoris, quæ adiudicanda erant raptę, ſi raptori non nupſiſſet, adiudicentur parentibus eius, ſi non conſenſerunt in raptum, neque in matrimonium filiæ cum raptore: quòd ſi conſenſerunt applicentur fiſco l. 3. titul. 20. partit. 7. & l. 1. ti. 10. lib. 4. fori. Ceſſat, inquam, iſta pæna, vt libertas contrahendi non tollatur.

¶ Inſuper aduertẽda eſt grauis pęna cõſtituta raptorib⁹ cuicũq; mulieri honeſtè viuẽti vim

ni inferentibus ad copulam eius extorquendam. Nam imponitur pœna decapitationis, & amiſsionis omnium bonorum, quæ applicanda ſunt raptæ. l. raptores. C. de raptoribus virg. Imo ſi per raptorem non ſtetit, quin extorſerit vi copulam, etiam ſi de facto vi non compreſſerit eam, eadem pœna plectendus eſt, ac vi compreſsiſſet eam. l. 2. titul. 31. part. 7. Vt verbi gratia, quando non ſponte ipſe deſtitit à vi comprimendo puellam, vel mulierem, ſed quia ſublata eſt à manibus eius, vel ipſa aufugit, vel ex alia cauſa elapſa eſt. Si tamen raptor deſcendentes habeat legitimos, illorum erunt bona raptoris, non raptæ. Similiter ſi quis ſponſam alienam abduxerit, bona raptoris partientur partibus æqualibus inter ſponſum, & ſponſam.

❧ Deinde nota in ca. cũ cauſa. de raptoribus. quòd ab pœnis Eccleſiaſticis liberatur raptor, vbi præceſsit tractatus de nuptijs, & pro matrimonio contrahẽdo puella fuit abducta. Quo caſu de iure canonico non committitur raptus: quia matrimonium debet eſſe liberũ, & puella forte nõ poterat libere contrahere in domo parentũ vnde ius canonicũ libertatem matrimonij: ius verò ciuile delictũ raptoris conſiderauit. Quo circa arbitror quòd in foro ciuili, tũc moderanda eſſet pœna, ita, vt libertas matrimonij in hoc caſu non tolleretur. Secus autem eſſet, ſi tractatus de nuptijs non præceſsit: quia tunc in vtroque foro Eccleſiaſtico, & ciuili raptus fuiſſe iudicaretur. ❧ Deinde ſecundo nota ex leg. 3. titu. 20. partit. 7. quòd ſimili pœna raptus plectendus eſt, qui vi tulerit mulierem; cum qua ſponſalia tantum de futuro inierat. Secus eſt, ſi ſibi iam deſponſata erat per verba de præſenti ſecundum D. Thomam. 2. 2. quæſt. 54. art. 7. ad. 4. quia iam ius habet in illã, vnde excuſatur à crimine raptus. Quod limitat Syluester, quãdo debito tempore tentatis pacificis vijs ſibi non redderetur; ſed illa. l. 3. tit. 20. par. 7. abſolute loquitur. Neq; obſtat quòd. l. vnic. C. de raptor. virg. velit raptũ cõmitti etiã in ſponſa de futuro: quia hæc lex legi. 3. partitæ conſona eſt, licet Panor. in capite cũ cauſa. de rapto. aſſerat potius in hoc caſu ſtandum eſſe iuri canonico, quod. 36. quæſt. 1. ca. lex illa &. q. 2. ca. ſi quis virginẽ & ca. cũ cauſam. extra de raptoribus inſinuat, raptum cum fæmina deſponſata de futuro non cõmitti ab ſponſo: quia iam præceſſerat de nuptijs cũ ea tractatus. Quare iudices ciuiles in his caſibus cordatè oportet procedere, ita vt per pœnas ciuiles non tollant in his caſibus libertatem matrimonij, quam eis conciliũ Trid. concedit, ſi iam ſeparati velint contrahere. Tertio raptor à crimine raptus videtur immunis, quando puella conſenſit in matrimoniũ, etiam contra voluntatẽ parentum, vt patet ca. cũ cauſa. de rap. Secus ſi cõſentiat ſolum in rapinam, quia tunc vere eſt raptus, & raptor punitur dict. ca. de raptor. Vide etiam de pœna raptorũ aliorum Eccleſiaſtica, quomodo ſunt excommunicandi ab epiſcopo ca. 1. de raptor. & quomodo denegatur eis ſepultura, etiam ſi faciant quod poſſunt ca. ſuper eo. de rapt. Et hoc fit ad aliorum terrorem. Tandem aduerte, quòd raptus alienæ ſponſæ impedimentum eſt quod matrimonium impedit, ſed non dirimit. ca. ſtatutum. 27. quæſt. 2.

❧ Porro nunc de adulterio, quę ſpecies alia eſt luxuriæ aliqua hic à nobis tradenda ſunt, præter ea, quæ dicta à nobis ſuperius ſunt. Et quia ibi de reſtitutione, qua adulter, & adultera tenetur ex ſuppoſitione, qua filius adulterinus ſupponitur marito, abũde diximus, idcirco id hic conſulto præterimus.

❧ Queritur ergo primo de pœna fęminę adulteræ. 1. quænã ſint illa bona, quæ amittit vxor ob adulteriũ cõmiſſum. Et in primis inquirendũ eſt, an pœna hæc amiſsionis dotis ob adulteriũ cõprehendat nõ ſolũ vxorẽ verã, ſed etiã putatiuã quæ licet vxor vera eſſe reputabatur; tamẽ propter aliquod ſecretũ impedimentũ dirimens ignotũ illi vera vxor non erat. Et videtur quòd hæc dotẽ non amittat. Quia ſecundũ. l. ſi vxor verſ. ſed ſi ea. ff. de adult. vxorẽ putatiuã maritus cõperta veritate, quòd non ſit ſua non poteſt accuſare de adulterio: ergo neq; dotem eius ob adulteriũ eius putatiuum lucrari. Reſpõdetur ergo ad quæſtionem breuiter, ꝙ putatiua etiã vxor, & quæ non erat vera amittit dotem propter adulteriũ. Probatur autẽ hoc ex. l. 81. Tauri & ex gloſſa. ca. plerumq; de donat. inter virũ. & vxor. quã ſingularẽ eſſe ſcribit Abbas. Neque obſtat prædict. l. ſi vxor. quia ſatis eſt, quòd ex iſta lege permittẽte vxorẽ putatiuam maritus iure extranei, licet non iure mariti poſſit accuſare: quia neque matrimonium putatiuũ debuit ipſa violare. Quia ex eo, quòd maritus eius verus eſſe reputabatur iniuriã ei intulit. Vnde dotem ſibi vendicat ex lege contra Barb. cap. 1. vt lit. non conteſtata nume. 63.

❧ Secundo quæritur, vtrũ vxor ob adulteriũ, ſicut amittit dotem amittat arrhas, & paraphernalia. Et videtur, quòd nõ acquirat vir ob adulterium omnia bona paraphernalia vxoris. Quia in autentica, vt liceat matri, & auiæ. §. quia vero plurimas. decernitur, quòd nõ exiſtẽtibus filijs propter adulterium ex bonis, quæ præter dotẽ, & donationem ante nuptias vxor habet vir adquirit quantum æquiualet tertiæ parti dotis: ergo vir ob adulterium vxoris non admittit omnia paraphernalia. Sed in contrarium eſt, quod acceſſorium ſequitur naturam principalis: Ergo ſi amittit ob adulterium id, quod eſt principale, ideſt, dotem, ergo etiam amittit bona paraphernalia, quæ ſunt acceſſoria ad dotem. Ad quęſtionem ergo dico primo quòd ſtando in ſolo iure ciuili communi Cæſareo ſuſtineri poſſet opinio Syluestri, quam tenet verbo, adulterium. q. 8. vel, §. 8. vbi quęrit quænam ſit pæna adulterij. Vbi eius ſententiæ eſt, quòd licet mulier ob adulterium perdat dotem, & donationem propter nuptias, quã expacto, vel ex ſtatuto lucratura erat ſoluto matrimonio tamẽ quòd bona omnia paraphernalia non perdit, ſecundũ Doctores contra gloſſam ca. plerumq; de donat. inter vir. & vxor. Et probat, quia in pęnis verba debẽt reſtringi. ca. odia. de regul. iur. lib. 6. ❧ Secũdo dicitur, ꝙ ſtando in ſpeciali diſpoſitione regni Caſtellæ vxor propter adulteriũ amittit arrhas, & Paraphern. bona, & ac quiſita matrimonio cõſtãte, quę cõmunia ſunt viro, & vxori, & omnia, quę habet amittit. Ita Couarruias de ſpon. ca. 7. §. 6. ſecũd. part. de bonis, quæ amittit vxor ob adulteriũ. Patet ex gloſſa cap. plerunque de donat. inter vir. & vxor. & l. 4. tit. 4. lib. 5. ordin. regaliũ. Ita Ioan. Lupus in repet. rubric. de donat. inter vir. & vxor. aduerſus communem, quæ fundatur forte in ſolo iure ciuili communi. Sed nos hãc fundamus in ſpeciali diſpoſitione legis regni Caſtellæ. Et patet ex recopilatione noua legum, titulo adulteria. l. 1. tit. 20. lib. 8. Vbi ſancitur, quòd mulieres coniugatæ, vel deſponſatæ verbis de præſenti dum adeptæ fuerint duodecim annos completos, & ſponſi earum nacti fuerint annos quatuordecim, non obſtante, ꝙ allegent nõ valuiſſe matrimoniũ, vel deſponſationẽ hãc de prẽſenti, vel quòd ſponſus cõmiſerit adulterium, etiam ſi ipſæ cõmiſerint adulteriũ, ipſę & adulter in poteſtatẽ maritorũ tradantur, vt pro arbitrio ſuo mariti diſponant de ipſis & de omnibus bonis ab eis poſſeſsis, ita vt maritus adulteræ non poſsit occidere vnum & parcere alteri. Si tamen iſti adulteri liberos habuerint ſecundũ ius hęredes ipſi bona hęc adulterorum hæreditabunt, tanquã paterna, & materna, cæterũ mulier, quæ vi oppreſſa inuenta fuerit, ſine culpa immunis erit ab pæna. Ita lex ibi.

❧ Deinde conſequenter ſcitu opus eſt; dos adulterium committentis vxoris, cui adiudicanda ſit. Sed quia ex quæſtione præcedẽti quaſi corollariè ſequitur ad id dubij reſponſio, dicitur, quòd licet ſtando in iure ciuili communi, viro accuſanti adulterium ciuiliter dos obuenit, & ſi accuſet criminaliter, aliter diuiditur à lege Autentic. tamen per legem regiam. l. 15. tit. 17. patit. 7. etiã ſi maritus criminaliter eam accuſet dotẽ & arrhas conſequitur, non extantibus liberis. Nam ſi ſint liberi, tunc poſt mortem coniugis accuſantis ciuiliter, ſiue criminaliter cui dantur à iure ex textu in autentica, vt liceat matri & auiæ. §. ſi vir. de adulterio lib. 1. tit. 7. lib. 4. fori. obuenient filijs, neque imputabuntur filijs in legitimam, quam habituri ſunt à tali patre, qui ea acquiſiuit per adulteriũ matris, neq; maritus ea libere capiet, niſi pro portione, quæ filio cuilibet prioris matrimonij obuenerit ſecũdum Bald. in lege hac edictali. colu. 2. C. de ſecund. nupt. ita Couarr. loco citato.

❧ Ad hæc quęſtio hęc, quia affinis eſt ſuperiori examinatione opus habet, ſcilicet, an vxor propter oſculũ, quo oſculata eſt alienũ virũ, priuanda ſit dote & conſortio maritali. Reſpondetur ergo cũ Couar. contra Baldũ in capite tua de procur. ꝙ ſolus fęudatarius propter oſculũ cũ vxore domini ſui amittit fæudũ, in alijs autẽ caſibus ſecundum Nicol. Bellon. in rubrica. C. de edendo. 81. ex oſculis, & amplexibus tantũ nõ poteſt conuinci fæmina de adulterio, etiã ad priuationẽ dotis. Et licet opinio Baldi dicatur à Bellono eſſe cõmunis: tamen ſolũ eſt vera ad inducendam grauem præſumptionem adulterij. Sed dico ego ſub aliorũ Doctorũ cenſura, fortê opinio Baldi eſt vera, quando oſcula, & amplexus non per ſe ſolum ſumuntur, ſed coniunguntur alijs circunſtantijs, & adminiculis deſumptis ex locis, & horis ſuſpectis. Vt verbi gratia cũ iuxta caput. ex literis. de præſump. ipſa inuẽta eſt & deprehenſa cum viro alieno, quem oſculabatur, & amplexabatur, ſola cum ſolo locis & horis ſuſpectis, & latebris ad id electis, ita vt ſufficienter generetur inde violenta præſumptio. Nam ex violenta & indubitata præſumptione iuxta cap. ex literis, & ſequenti de præſump. autore Couarruuia vbi ſupra, quandoq; fertur in ciuilibus diffinitiua, & ordinaria ſentẽtia, quãdoq; etiã in criminalib⁹ arg. l. vltimę. C. de probat. quę de indicijs indubitatis loquitur.

❧ Sed quid dicendum eſt de fęmina, quę ſpõte inhoneſtos tactus oſculorũ, & amplexuum patitur, ſi relicta ſit legataria, ſi oneſtè & pudicè vixerit, an amittat legatum ſub ea conditione relictum? Reſpondetur ergo ad quæſtionem ſecundum Baldum conſilio. 207. volumine. 4. numero. 3. cui accedit Couarruuias loco citato, quòd prædicta mulier amittit legatum ſub ea conditione relictum. Sed quia forte loquuntur in foro exteriori dicentes per cõdẽnationẽ iudicis illam legatum amittere, maius dubiũ eſt, an in foro conſcientiæ ante ſententiam condẽnatoriam iudicis illud legatũ amittat. Quia durũ videtur, quòd propter vnum contingentem caſum

caſum,quo ſponte oſculata eſt,& amplexata eſt virum alienum eo legato in conſcientia ſit ſpolianda. Dico ergo ad quæſtionem, quòd licet eã à reſtitutione legati in conſciẽtia excuſare non auſim;tamen cõfeſſores, qui propter amplexũ, vel oſculum etiam ſponte bis,aut ſemel in vita admiſſum eam fœminam ad reſtituendũ legatũ hoc non obligarent,dãnare non auderem: quia non eſt dicenda inhoneſta, vel inhoneſte viuere ex hoc, quòd ſemel,aut iterũ hos impudicos tactus etiam ſponte in vita paſſa ſit. Quia ſecundum Panor.ca.1.nu.24.de iudici. non dicitur artifex,vel mercator,qui ſemel,aut iterum mercaturam exercet,ſed ille, qui facit toties, vt vulgi opinione habeatur pro tali. Sicut etiã abigeus vel erro,nõ appellatur quis pro vno, vel altero actu in.l.quis ſit fugitiuus.§. erronem.ff.eod.& l.fin.ff.de abigeatu.Atq; ideo ſic in conſcientia tẽperanda videtur ſententia Baldi, & Couarr. vt ſolum comprehendat illam fœminam, quæ toties eſt lapſa in huiuſmodi impudicos tactus, quòd arbitrio boni viri poſsit dici inhoneſta, & inhoneſte & impudice viuere. Non autem eam,quæ ſemel,aut iterũ cecidit in hoc,& pœnituit cecidiſſe. Arbitror autẽ, quòd Nauarrus non alienus ſit omnino ab hac ſentẽtia in ſum. ca. 27.nu. 249. vbi quaſi ad ſimilem caſum has adducit rationes.Neq; videtur obſtare, quòd ſi ſemel fornicaretur quæ relicta eſt legataria ſub conditione ſi caſte viueret ſecundum Caie.ſtatim in conſcientia amittit legatum.Tum, quia per actũ fornicationis perfecte amittitur caſtitas,cuius perfectæ cuſtodiæ per illam adiectam conditionem voluit proſpicere legans,vt illibata cuſtodiretur: ad intentionem ergo legantis potiſsime eſt reſpiciendũ,qui ſi degeret in terra miraretur,ſi talis mulier, quæ antea erat honeſta ſe ſemel proſtitueret,non tamen miraretur, ſi per totam vitam ſemel,aut bis ſpontaneos pateretur tantum amplexus: quia magis ad manum tentationes ad aliquod inhoneſtum oſculum admittẽdum ſunt,vt(pote quę res eſt,quę non tantum cauetur )quàm tentationes: ad actum conſummatum, quæ magis caueri ſolent. Igitur cum verba hæc, ſi honeſte vixerit gloſſari ſic poſsint,vt ſemel oſculum admiſſum in vita,aut bis vitam honeſtam ſtatim pœnitentis non tollat,in conſcientia non videtur ſit ſpolianda legato talis mulier, neque ad rẽ tam difficilem,& duram, ne rigidus extimaretur legator cenſendus eſt illam voluiſſe obligare.

¶Præterea quia non tam facilis eſt enodatio huius quæſtionis,quę ſuperioribus finitima eſt hic venit proponenda,ſcilicet,vtrum, ſi poſt latam ſententiam diuortij ob adulterium vxoris vir fornicetur cogendus ſit ad iterum recipiẽ-

A dum vxorem ad conſortium coniugale. Videtur autem, quòd ad id non teneatur, neque ad id ſit vir cogendus: quia eſt veluti iuridica regula,ſcilicet, quòd ea, quæ legitime facta ſunt ex ſuperueniente delicto, non retractantur. ff. de itin.actuq; priu.l.neq;enim.Sed in contrariũ eſt textus cap.ex literis.extra de diuorti. vbi decernitur,ꝙ matrimoniũ ſeparatur propter adulteriũ mulieris,& ſi vir poſtea fornicetur reintegratur. Vbi ſummator ait, eſſe hunc bonũ caſum,& multũ allegabilem. Igitur pro illucidatione quæſtionis dicitur primo, quòd maritus poteſt recõciliare vxorem adulterã inuitã, etiã poſt ſententiã diuortij iã emendatã. Patet hoc B ex gloſſa in dict.ca.ex literis.Et probatur:quia innocens non priuatur ſeruitute, quã habet in eo,qui peccauit Auten.ſed hodie.C.de adult.Et patet etiam quia pœna non præſtat immunitatẽ.ff.de interd. & releg. l. relegatorũ.§. vltimo. Ergo ſi velit maritus poteſt eam ſibi reconciliare inuitam, quia maritus licet ſit abſolutus per ſententiã à ſeruitute ſui corporis debita vxori, ſed ipſa è conuerſo à ſeruitute ſui corporis debita marito non eſt abſoluta, neque enim pœna diuortij vxori hanc immunitatẽ confert,vt eam inuitã non poſsit maritus ſibi recõciliare.Alias ſi hoc verũ eſſet,ꝙ maritus poſt ſententiã diuortij non poſſet inuitam eam ſibi recõciliare, occaſio ſic daretur mulieribus delinquendi, vt à C viris ſepararentur.Hæc autem opinio, quæ eſt gloſſæ in dicto ca.ex literis,& quæ eſt quoque Laure.à gloſſa citati,eſt contra Hugonẽ.Eã tamen Sotus limitat in.4. ſent.vbi agit de diuor. quòd habet verũ antequam illam emittat votũ ſolemne,aut votum ſimplex caſtitatis emiſiſſe iurauerit nam poterit eam ſibi reconciliare: ſed non poſt emiſsionem horum votorum. Quia ſi hæc vota emittat ipſa non tenetur reuerti ad maritum:quia diuortium dat licentiam vouendi, & quia vterq; in ſeparatione ceſsit iuri ſuo, ſcilicet, quantum ad hoc, vt poſſet ſe vouere, Deo per caſtitatis votum: ergo eo voto emiſſo redire non tenetur poſt ſententiã diuortij adul- D tera ad virum eam petentem. Secundo dicitur reſpondendo directè ad quæſtionẽ, quòd poſt ſententiam latam diuortij ob adulterium vxoris, ſi ipſe vir fornicetur cogendus eſt ad illã iterum recipiẽdum. Hæc ſententia eſt communis, vt ait Felin.contra gloſſ. can. Apoſtolus.32.q. 7.eſt Couarr. de ſponſ. loco cit. Sed quomodo ſit cogendus, in hoc eſt controuerſia. Quia inquit Abbas in dict.cap.fin. de adulter. quòd ex officio ſolo iudicis, & non ad petitionem vxoris, tunc maritus ad eam recipiendam eſt cogendus.Sed autore Couarruuia aſſertio communis eſt ęquior,quòd vtroq; modo poſsit cogi vir in foro



foro exteriori ad illã recipiẽdam:quia hic ſecundũ Laurentiũ hoc delictũ ſuperueniẽs rei iudicatæ præiudicat, vt ſentẽtia non obſtante reuertatur in idem de adult.ca.vltimo; quia crimina paria,vt ibi ait textus cõpenſatione mutua delentur.Hanc etiã limitat Sotus in.4.ſenten.dicens ibi diſt.36. q.vnica ar.6.iudicẽ non debere condẽnare illũ poſt ſententiã adulteratũ ad recipiẽdã adulterã dimiſſam, niſi ipſe viuat perditiſsime. Sed certe contra Sotũ videtur eſſe textus ille ex literis.allegatus, qui non diſtinguit. Adde,quòd nec exigit vitã mariti perditiſsimã, vt cogatur eam recipere. Quia textus conſulere intendit ſaluti animæ amborum, ne poſtquam iam facta eſt cõpenſatio criminũ,ſi non coniũgantur, & liberi maneant in perditiſsimã vitã incidant.Cui adde poſtremã rationẽ gloſſæ.ca. fin.de adult.vbi nobiſcũ ſentit & cum Couarr. ſcilicet quòd illa non obſtante ſentẽtia,poteſt, petere virum poſt ſententiam fornicantem. Quia vir ille ſententiæ prædictæ renunciauit adulterando poſt ſententiã.Et per hãc rationẽ adiunctis alijs, ſcilicet, ꝙ eccleſia per hoc in ca. ex literis.voluit conſulere ſaluti animæ illorũ, ne peius periclitarentur ex perpetua ſeparatione ſpecialiter ſic diſpoſuit, nõ obſtante regula obiecta in contra, ſcilicet, quòd actũ legitime, neq; ſententia non retractatur propter ſuperueniens delictum,quæ erat ratio Soti. Quia Sotus male interpretatur ca.ex literis de diuort. & caput finale de adult. vt patet ex ratione papæ illo ca.final.quę currit in hoc caſu. Et quia ſententia lata iuxta hæc iura intelligitur lata,ſcilicet niſi poſt ipſe recideret.¶Cæterũ,etſi prædicta noſtra ſententia,quæ eſt Couarr.& gloſſæ multũ iuridica ſit,ſtando in foro exteriori; ſed loquendo in foro conſcientiæ magis dubia eſt. Nã Sotus vbi ſupra, aſſeuerat virũ poſt diuortiũ ab vxore adultera fornicantẽ, non teneri in conſciẽtia ante condẽnationẽ redire ad vxorẽ prius adulteram.At frater Ioſephus in ſuis floribus Theologię in materia de matri.& de diuor. contrariũ ſentit.Igitur licet res ſit dubia, dicam id quod mẽti occurrit eſſe rationabilius. Ergo, quia in foro exteriori prędicta ſentẽtia propter rationes allatas præualet, & communis eſt,ita etiã videtur acceptanda in conſcientia; præſertim cũ ea limitatione, qua eam Sotus acceptat in foro exteriori,ſcilicet,quando ipſe perditiſsime alias viueret, & per reductionẽ ad vxorẽ iã emendatam ceſſaret vtriuſq; coniugis lubricitatis pericula.Patet hoc, quia tũc tenetur proſpicere ſaluti animæ ſuæ,& manẽs in ſeculo vitare pericula perditiſsimę vitæ,quam gerit:pręter quã,quòd ſic etiã conſulit animę vxoris ſaluti:ergo compellendus erit ad hoc in conſcien-

A tia,quando aliud præſentaneum remedium nõ aſſumeret emendandi vitam ſuam lubricã.Imo eſto iſta ratio neceſsitatis, quæ in marito lapſo poſt diuortium ſæpe currit in illo ceſſaret ad hunc rationes papæ in cap.ex literis.de diuor. & cap.ex tua.fin.de adult.iſtum ad illam recipiendam teneri in conſtientia perſuadent. Quarum prima eſt, quòd paria crimina compenſatione mutua delentur. Propter quod illo cap. fin.de adult.cõcludit papa, quòd vir poſt adulteratus prætextu fornicationis præteritæ vxoris nequit ſuæ vxoris conſortium declinare.Secunda autem ratio eſt,quam inde colligit gloſſa: quia vir adulterando poſt renunciauit iura ſententię B diuortij. Et patet, quia ſi inter aliquos propter iniuriam ab aliquo illorum illatam alter poſſet reſcindere contractum vt inter ſocios, ſi parem & ſimilem iniuriã intulerit in ſocietatis contractu, iam in conſcientia non poterit reſcindere cõtractum, ſed tenebitur aſtare cõtractui: quia iam facta eſt recompenſatio ita vt in obligatione,& iure contractus maneant æquales:ſic etiã in caſu vbi non ſoluitur matrimonium.

¶Adde ad prędicta,ꝙ ſi maritus ſciens vxorẽ eſſe adulterã eam carnaliter cognouerit, mores eius approbare videtur, atque ei ignoſcere. Ita gloſſa ab omnibus recepta in ca.finali de adulterio.Quæ tamen ſecundũ Couarrũ.vbi ſupra C intelligenda eſt,quoad commiſſa crimina, non autem quoad committenda ſecundum. gloſſ. & Præpoſ.in dict. cap. plerunq; de donat. int. vir.& vxo. & l.9. titu. 17.par.4.neque poterit maritus ſi ipſa iterum relabatur in adulterium poſt reconciliationem delictum iam extinctũ per indulgentiam deferre ad iudiciũ; ſed iſtud tantum nouum cap. de his,de accuſ.

¶Nunc indagandũ eſt nobis, qualis ſit intelligẽtia illius legis.2.tit.15.lib. 8. ordinationum, quæ eſt diſpoſitio ſpecialis concedens poſt veterũ partitarum leges vxorem, & adulterũ deprehenſos in crimine impune,& propria autoritate maritũ poſſe occidere, nulla diſtinctione pręmiſſa,vilis, aut honeſtus ſit adulter, modò virũ D que occidat ſi potuerit. Tamen occidens vxorẽ etiã adulteram propria autoritate, dotẽ, & illa bona,quæ ob adulterium vxoris marito adiudicantur,amittit ſecundũ Paul. Bald. Imolam, quorũ opinionem lex regia. 18. Tauri probat. Nã qui ius ſibi propria autoritate dixerit, etiã lege permittente legale commodũ nõ conſequitur.l.interdum.§.qui furẽ.ff.de furt. Quamuis ſi dos ex alia cauſa deferatur marito, eã ob hoc non amittet.Imo habens concubinam, & qui eſt alias fornicarius,videtur carere licentia propria autoritate occidendi vxorẽ,in adulterio deprehenſam.De quo cogitãdum eſſe ait Couarr.

¶Quæ-

A ¶ Quæritur ergo de prædictæ legis intelligētia, ſcilicet, an maritus propria autoritate occidens vxorem in adulterio deprehenſam peccet mortaliter. Et idem de patre reſpectu adulteræ filiæ, quam habet in ſua poteſtate quæritur. At videtur quòd excuſetur à mortali. Primo, quia ſi percutiat clericum in vxoris adulterio deprehenſum non peccat mortaliter, cum non ſit excommunicatus ob hoc, vt patet in cap. ſi vero. in. 1. de ſentent. excōmunic. Neq; indiget abſolutione ab excommunicatione ſiquis ſuadente Diabolo, quia non cenſetur peccare mortaliter: Ergo neq; etiā à paritate rationis peccat mortaliter, ſi ſic occidat mulierē adulteram maritus. B Item. 2. quia lex ciuilis etiam in conſciētia eſt licita & ſeruanda, ſecundum D. Thom. 1. 2. q. 96. art. 4. quia autoritate diuina reges regnant. Prouerb. cap. 8. Ergo ſi ſic lex humana occidere vxorem concedit in adulterio deprehenſam id licitum in conſcientia erit. Item tertio, quia id, quod legi licet, licite id alteri committere poteſt: ſed per licentiam hanc, quam dat marito videtur ei committere poteſtatem eam in tali caſu occidendi: ergo licitè occidit. Sed in contrarium eſt, quòd Stephanus Papa can. admonere. 33. quæſt. 2. & ibi cap. inter hæc concludit: Occidere tamen eam, ſcilicet, adulteram vxorem non debuiſti.

C ¶ Pro faciendo ſatis quæſtioni ponitur hæc concluſio nullatenus licitum eſt in conſcientia marito occidere vxorē deprehēſam in adulterio. Et idem dicēdum eſt de patre reſpectu adulteræ filiæ ſub poteſtare eius conſtitutæ, etiam ſi lex hoc eis facere impune permittat. Hæc eſt cōmunis & D. Thom. in. 4. diſt. 37. q. 2. ad. 1. eſt Palud. ibi, & reliquorum Theologorũ, & Sylu. verbo homicidium. 1. q. 2. verſ. 6. Et probatur, quia hæc licentia permiſſa maritis occidendi vxores adulteras in tali actu præbet cauſam calumniandi vxoribus ſecundum Abbat. Anan. Fel. ca. interfeciſti. de homic.

D ¶ Ad. 1. obiectionem in contra reſpondetur, quòd ibi ius canonicũ non approbat percuſsionē clerici fuiſſe licitam, ſed ſolũ propter dolorē iuſtũ, quo motus eſt ad percutiendũ clericũ deprehenſum in adulterio cũ vxore pœnā excommunicationis illi remittit: tamen, ſi ob hoc occidiſſet clericum, quia ad temperandum ſuum dolorem ſatis erat illi percutere clericum, & illum non occidere: ideo ſi occidit illum etiā ex paſſione, & non ex præuia deliberatione excommunicationem incurrit, à qua ſecũdum Couarruui. poteſt ab epiſcopo abſolui, ſicut epiſcopus ex iuſtis cauſis ab hac excommunicatione ſæpiſsime abſoluit. Ita Couarr. de ſponſ. part. 2. cap. 7. §. 7. de occiſ. adulteræ. Si verò talem clericum adulterum deliberato animo maritus in adulterio deprehēſum occiderit, à papa obtinere abſolutionem opus habet. Nec obſtat prædictũ caput. admonere. quia ibi loquitur de adultera iam damnata ſententia iudicis, & marito tradita, vt occidatur. Quia tum ſecluſo odio poteſtate publica ſibi conceſſa, vt miniſter iuſtitię licite, eam occidere poteſt.

¶ Ad. 2. obiectionem reſpondetur, quòd ſi leges ciuiles, & Cæſareæ vellent hoc iuſtificare, nullæ eſſent, neq; ſeruandæ. Sed eſtò occiſionē illam adulteræ in illo caſu approbarent, quam non approbant, non ſequitur, quòd circa punitionem ſumendam de tali marito occiſore; non poſsint conniuere: quia in foro exteriori non omnia peccata ſunt punienda, ſed tantum illa, quæ maxime reipublicæ nocent, & conuictum hominum deſtruunt. Alia enim illicita poteſt non punire. Ita D. Thomas. 1. 2. quæſt. 96. arti. 2. & 212. quæſt. 77. art. 1. ad. 1.

¶ Ad. 3. obiectionem reſpondetur, quòd licet licitum ſit legi committere alteri, quod licitum eſt ſibi: tamen reipublicæ non conuenit, quòd lex hanc poteſtatem marito committat: quia ſine iudicio & abſq; iure defenſiuo occideretur adulter, & adultera: & quia forte ipſa poterat allegare, & probare, quòd ipſe maritus ad id præſtiterat conſenſum.

¶ Circa accuſationem autem adulterorum notandum eſt, quod licet olim per alias antiquiores leges Caſtellæ poterat maritus vnum tantum ex adulteris accuſare: tamē hoc lege. 8. Taurina abrogatum eſt. Nam ex ea non licet marito alterũ accuſare, ſed neceſſe vtrunq; accuſet, vel nullũ eorũ. Cui adde ſecundũ Sotũ in. 4. ſent. quòd ſi maritus in foro Eccleſiæ petijt primo diuortium ab vxore adultera, nō poteſt poſt hoc in foro ſeculari eam accuſare ad necem inferendam ei. At licet adulterā teſtibus conuictam vir publica autoritate occidere poſsit: ſed Hiſpani iudices adulteram non neceſſaria morte damnant, ſed conuictam occidendam tradunt marito, vt ei ſi velit poſsit parcere. Adulteram autem emendatam conſilium eſt, ne vir per diuortium deſerat; neque etiam per diuortium tenetur vir cum graui detrimento animæ ſuæ eam à ſe abijcere, vt ſi ipſe eſt lubricus, & ea à ſe abiecta quæret alienas: quia ſcandalum, & præſumptionem ob quæ ius canonicum pręcipit eam à ſe repellere propulſare poterit, ſi eā corrigat, arcteq; cuſtodiat: ità vt intelligant vicini ipſum maritum peccato mulieris non conſentire. Item ſicut maritus adulter occultus poteſt debitum petere ab vxore: ita & vxor, dum eſt adultera occulta debitum poteſt petere a marito. Imo ſi vterque ſit adulter antequam de diuor-



A diuortio agatur, aut reconcilientur, ſi vnus accuſat alterum, & alter etiam probat crimen alteri, abſoluendi ſunt ab accuſatione, & compellendi ad mutuam debiti redditionem. Nam etiā vir, qui poſt vxorem adulteratus eſt (vt prædiximus) eam relinquere prohibetur.

¶ Poſtremò aduertendum eſt cum Couarruuia de ſponſal. cap. 6. part. 2. §. 8. de contrahentibus inceſtas nuptias, quòd clericus pro adulterio, ſtupro, inceſtu, & ſimilibus deponitur, imo etiam pro fornicatione, quæ ſimplex non ſit, ſed maxime deformis eſt deponendus, ſicut & pro adulterio. Quòd pro adulterio ſit deponēdus patet cap. cum non ab homine. de iudicijs, & idem dic de peccato contra naturam cap. B clerici de exceſſu prelato. Et vide circa hoc Nauar. in ſumma ca. 27. nu. 249. Vbi agit de ſodomita clerico, qui licet dum eſt occultus non ſit irregularis: tamen hodie grauiſsime punitur etiam in foro conſcientiæ per extrauagantem Pij quinti, quam ibi explicat Nauarrus. Vide ibi.

# CAP. CCXCVI.

*De inceſtu, quid ſit, & de pæna eius: & de pæna clerici inceſtuoſi, & à quo tempore clericus hic fructus amittit: Et an poſt condemnationem taneatur eos ſoluere ante iudicis C executionem: Et an inceſtus cum conſanguinea impediat matrimonium cum ipſa, aut cum alia, aut petitionem debiti: An conſanguinei impetraturi diſpenſationem ad contrahendum interſe, ſi ante impetrationem interceſſerat inter eos inceſtuoſa copula teneantur eam exprimere, vel ſi poſt impetrationem ante matrimonium coiere interſe noua indigeant diſpenſatione: Et quid ſi animo facilitandi papam inceſtuoſe coiere: Et quid ſi quis ex ſola fragilitate ante diſpenD ſationem rem habuit cum affine, an poſsit poſt eam contrahere cum illa: Et de diſpenſatione debiti.*

Porrò facta iam mentione de alijs ſpeciebus luxuriæ, de peccato inceſtus, quod eius ſpecies eſt dicendum aliquid etiam hic reſeruauimus. Dicimus ergo primo, quòd inceſtus diffinitur eſſe, coitus inter affines & cōſangineos cap. lex illa. §. inceſtus. 36. quæſt. 1. Quod intelligitur, quando tales affines & conſanguinei coeuntes interſe cōtrahere nequeũt, quorum nuptiæ ſi contrahant dicũtur inceſtuoſæ, vtroque iure, quaſi in his nuptijs deficeret ceſtus, ideſt, cingulum, quo Venus (vt finxit antiquitas) vtebatur ad honeſtas nuptias. Dicitur ſecundo de pęna inceſtus, quòd ſicut inceſtus eſt graue crimen, ita ei reſpōdet pęna grauis. Nam crimen inceſtus abſq; matrimonio cōmiſſo iure ciuili, pæna adulterij punitur, ſecũdum Bart. & Doctores. l. ſi adulteriũ, cũ inceſtu de adul. Sed & iure regio cōmittens hoc crimen dimidia parte bonorum priuatur, eaque fiſco adiudicatur l. 7. tit. vltim. lib. 8. ordinationũ. At clericus hoc crimen cōmittens deponitur ab ordinibus perpetuo arg. ca. tuæ. de pænis & gloſſ. ca. Maximinianus. 81. diſt. Pęna autem contrahentium inceſtuoſas nuptias, decernitur. l. inceſtas. C. de inceſt. nupt. & l. 3. tit. 18. partit. 7. ſcilicet, quòd ſi vilis ſit & humilis iure ciuili verberatus in exilium mittitur bonis omnibus fiſco adiudicatis non exiſtentibus ipſius delinquentis filijs legitimis, qui fiſco in bonis præferuntur. Si autem erat vir honeſtus infamis effectus, ac bonis eodem pacto amiſsis in inſulam perpetuo relegatur. textus in autētic. de inceſt. nupt. Inſuper & bona cōtrahentiũ inceſtas nuptias fiſco ipſo iure à die cōmiſsi criminis ſunt adiudicata, ſecundum leges. Quo circa etiam mortuo inceſtuoſo, fiſcus poteſt agere contra eius hæredes, ſecũdũ gloſſ. in. l. 3. §. quod autē. ff. quod quiſq; iuris, & ſecũdũ Bart. l. cōmiſſa. ff. de public. & textus inſignis ca. accuſatus. §. penul. de hæreti c. in. 6. At vero qui non eſt ipſo iure priuatus, ſed venit priuādus poſſeſsione, vel beneficio ꝓpter delictũ, non tenetur à die cōmiſsi criminis: quia titulum ſuę poſſeſsionis, aut beneficii habet, reſtituere fructus. Niſi delictum occultum tale eſſet, quod peracta pænitētia impediret miniſtrare: quale eſt crimē irregularitatis: quia tũc ſeruiendo in officio augeret pænam ſecundum Felinum cap. inquiſitionis de accuſat. quem ſequitur Couar. de ſponſ. ca. 6. part. 2. §. 8. de contrah. inceſt. nupt. Igitur cum ob crimē nō ipſo iure incurritur pæna excepto caſu, de irregularitate ſolum à die conteſtatæ litis, fructus reddere tenebitur. Quod libuit hic adnotare ꝓ multis caſibus contingentibus. Cæterũ pæna cũ debetur ipſo iure à die cōmiſsi criminis reſtituendi ſunt omnes fructus cum poſſeſsione. Ex quo corollariè ſequitur cum Syluestro hæreſis. 1. quæſt. 8. & cum Ioann. à Metin. de reſt. folio. 4. col. 3. & cum Adriano etiam quoli. 6. articulo. 1. quorum opinio ſecundum Couarruuiam eſt æquior, & verior contra Bartolum, quòd licet bona confiſcata, quæ ipſo iure adiudicata fiſco erāt, pro cauſa ſolũ neceſſaria, ideſt, pro alimētis poſsit delinquēs alienare ante ſententiā, quia cũ licita ſit iſta alienatio nō poteſt res alienata

nata per fiſcum vendicari. Tamē non eſt immunis à culpa, ſi bona ipſo iure cōfiſcata delinquēs alienauerit (excepto pro cauſa neceſſaria alimētorum) quia ipſum emptorē in periculū conijcit amittendi pretium, & rē. Quia licet fiſcus ſecundū Conradū tract.1. de contract. q.7. q.3. teneatur emptori pretium datū reſtituere, quādo illud pretiū reperitur inter bona delinquentis, vel quando eſſet conuerſum in vtilitatem illorū bonorum, quæ vtilitas fuit ad fiſcum delata: tamen quia fiſcus debita poſt ipſum crimen cōtracta non tenetur ſoluere, ſed ſolū debita, quæ ante crimen delinquens contraxerat. l.1.§. an bona. & ibi Bart. ff. de iure fiſci: ideo vendēdo emptori rem ipſo iure confiſcatam emptorem exponit periculo amittendi rem, & pretium pro ea impenſum. Hanc autem ſententiam Syluestri, & prædictorum, & Couarr. adhuc limitat Victoria in relectione de Indis anno Domini. 1539. à ſe dictata dicēs, quòd reuera, vbi nō eſſet periculum confiſcationis, & delictum fuit itâ ſecretum, vt ad notitiā fiſci nūquam venturū eſſe credatur, poſſet delinquēs illa ſua bona non ſolū titulo donationis, ſed etiā titulo oneroſo alienare. Quia alias ſi aliquis eſſet hereticus, præſertim in Germania, vel in aliqua ciuitate Lutheranorum, vt in Anglia, graue eſſe videtur, inquit Victoria ꝙ ab hoc heretico aliquis ibi exiſtēs catholicus non poſſit emere agrū, neq; vēdere illi. Quod tamen neceſſario eſt dicendū, ſi omnino hereticus nō eſt dominus ſuorū bonorū in foro conſcientię, neq; qui inceſtuoſas nuptias cōtrahit, neq; qui raptor eſt fæminæ ingenuæ: quia ca. cum ſecundum leges. de hæretic. in.6. horum omniū bona eodē modo ſunt confiſcata ipſo iure & ipſo facto. Igitur etiā ſi nunquā ſint accuſandi à fiſco; quia ſecretiſsimi (vt ſupponitur) ſunt alienare bona ſua nō poterūt; quod in hoc caſu concedēt omnes, qui eius ſententiæ ſunt, quòd hi non ſint domini bonorū ſuorum, etiā ante condemnationē. Cuius ſententiæ videtur eſſe Couarruu. vbi ſupra, & Metina Salmanticenſ. Contrariā autē tenent Conradus, Directorium, Ioan. Andr. Sylue. verbo hæreſis. 1.§.8. & Adrian. quol.6. q.2. Victoria Bañes ſup. 2.2. & Sotus lib.1. de iuſt. & iur. q.6. art.6. circa.4. cōcl. Sed quia non vacat has opiniones hic examinare, quænā ſit verior hoc tandē concludo, quòd quia opinio affirmatiua, quod ſint domini inceſtuoſas nuptias contrahētes ſuorū bonorū, ante ſententiā, eſt æquè probabilis, vel forte magis, quā oppoſita, & quia in pœnalibus mitior ſenſus & interpretatio legis ſumi debet, ante condemnationem in conſcientia, non eſt prohibendus alienare etiam titulo oneroſo, in caſu, quòd quia crimen eſt ſecretiſsimū illa bona non poterit vnquam fiſcus petere ab ipſo, vel ab eorum emptore. Cuius potiſsima ratio eſt: quia pœna legis ſententiam exigit cap. cum ſecundum leges de hæret. in.6.

A B C D

¶ Sed, an vltra declarationem iudicis, qua per ſententiam declarat reum, & commiſiſſe tale crimen, & incurriſſe talem pœnā vt teneatur reus ſtatim in foro conſcientiæ ad ſolutionem pœnę, requiratur ſuperueniat executio iudicis quæſtio eſt propter contingentes quotidianos caſus examinatione indigens. Quò circa reſpondetur ad eam cum Caietano ſup. 2. 2. D. Thomæ. q.62. art. 3. & Adria. quolib. 6. ar.1. illatione tertia, quòd adhuc nō tenetur reus in cōſcientia ipſa bona offerre, ſed expectare poteſt iudicis executionem; cōtra Felinum pro ſe allegantē D. Thom. loc. cit. 2. 2. illa. q.62. articulo.3. dicentē, quod non tenetur reus ſoluere pœnam in conſcientia, donec ſit condemnatus. Sed ſecūdum Couarr. vbi ſupra D. Thomas intelligitur donec reus ſit cōdemnatus, & ſentētia per iudicem executioni tradatur. Quæ intelligentia patet ex ratione illius. At oppoſita opinio Felini ſecundū Couarr. forte verū haberet in caſu, quo iudex expreſsim reum condemnaſſet ad ſoluendum, ſeu ad aliquid agendum, quod non pertineret ad corporalem læſionem, vt ſentit Sotus lib.1. de iuſt. & iur. q.6. art.6. concl.5. Hoc etiam aliquomodo patet ex practica iudicum peritorum, qui autore Couarruuia, cum reos condemnant ad amiſsionem bonorum temporaliū omnium, vel partis eorum, non dānant eos ad ſolutionem ſimpliciter, ideſt, expreſſe, ſed ea bona per ſententiam adiudicant fiſco. Sed cum condemnant ad rationem mulctæ pecuniariæ, tūc etiam condemnant ad eius ſolutionem.

¶ Hinc infertur corollarie cum Couarruuia, quòd etiā ſi lex dicat, quòd ad incurrendā pœnam nulla requiratur declaratio, vel ſententia, adhuc iudicis executio neceſſaria erit. Quia ſi non debetur in conſcientia, cū ſententia eſt neceſſaria, ante executionē: ergo neq; hic, vbi non neceſſaria contra Syluestr. verbo. emphyteoſ. q. 2. & verb. aſſaſsinus in fine, vbi dixit non eſſe neceſſariam ſententiā, ſi lex illis verbis vtatur. Sed hoc videtur falſum, niſi intelligatur in foro exteriori, & non in foro interiori. At in caſu, quod lex dicat, quod ad incurrendā pœnam nulla declaratio, vel ſententia requiratur, forte admittit illam expoſitionē, quā Sotus lib.1. de iuſt. q.6. art.6. concl.3. tradit, ſcilicet, quod intelligatur tunc nullam eſſe neceſſariam ſententiā, quæ feratur ſuper pœnam, erit tamen neceſſaria ſententia, quæ feratur ſuper crimen. Ita ca. cum ſecundum leges, de hæret. in. 6. Etiam ſi crimen ſit notorium, contra Panorm. in cap. cum





non ab homine. de iudic. Quia licet cum crimē eſt notorium ad ſui declarationem, vt innoteſcat alijs, declaratione non indigeat, ſed indiget declaratione condemnatoria, vt pœna illi debita poſsit executioni per iudicem mandari, quæ ante executionem etiam lata ſententia declaratoria ſuper crimine, imo etiam ſuper pœna ex mente Caietan. & Adrian. & Couarru. in conſcientia non venit ſoluenda.

¶ Sed quid, ſi lex adderet pœnam, quam infert eſſe ſoluendam in foro conſcientiæ. Videtur enim in hoc caſu ceſſare opinio communis ſcilicet, quæ dictat, quod lex pœnalis non obligat in conſcientia ante condemnationem. Et patet, quod hoc ſic poſsit fieri, quia leges aliquæ regiæ. titu. 14. & titu. 15. &. 2. & titu. nono. lib. ſecundo. ordin. imponentes pœnam aliquam addiderunt, in foro conſcientiæ eſſe omnino ſoluendam. Pro reſolutione huius quæſtionis, quæ ſcitu eſt neceſſaria, dico primo cum Soto & Couarru. locis citatis, quod duplices ſolitæ ſunt imponi pœnę per leges. Quædā, vt illas illatas patiatur reus, & has non valet lex humana imponere cum obligatione, vt in conſcientia reus illarum ſit executor. Ita Sotus de iuſt. & iur. lib.1. q.6. ar.6. circa.5. concluſionem. Vbi ſic explicat Caietanū, & eum approbat in ſenſu hoc, ſcilicet, quod à lege non poteſt quis damnari ipſo facto, vt pecuniarum multam ante iudicis ſententiam in conſcientia ſoluat; neq; ad id, ad quod requiritur actio. Et patet: quia autore D. Thom. 1.2. q.96. ar.2. lex humana debet eſſe poſsibilis, id eſt, non tam difficilis, vt non poſsit eam maior pars multitudinis obſeruare. At profecto obligare in conſcientia multitudinem ad pœnas pecuniarias in conſcientia exoluendas ante condemnationem, adeo res eſt dura, & difficilis multitudini perſuaſu, vt tales leges edere nihil aliud eſſet, quam tentationes graues velle legiſlatores ingerere ad illaqueādas animas. Vnde non immerito Couarruuias, vbi ſupra ait, hoc nimis aſperum viſum fuiſſe quibuſdam. Quare caute in hac parte á legiſlatoribus eſt procedendum: quia eſſet contra opinionem communem ſic velle obligare legem. Aliæ autem ſunt pœnæ, quæ imponuntur ipſi delinquenti, quarum natura talis eſt quę dictat, vt eas reus ipſe exequatur, vt peregrinatio, exilium, habitatio in certo loco à iudice cōſtituto, ad quas lex ſi id expreſsim declararet, poſſet & in conſcientia obligare, ante condemnationem, vt reus eas perageret. Quanuis arbitror & hoc durum videretur, ſcilicet, ante iudicis cōdemnationem, & mādatum ad hoc obligare legem. Nam alias, ſi de ſententia iudicis loquamur, acceptanda videtur ſententia Soti. qui vbi ſupra concluſio. 5. ait, quod quotieſcunq; iudex iuſta iuridicaque ſententia reū condemnat ad pœnam, quæ non eſt mortis corporaliſve læſionis inflictiua, tenetur reus parere, etiā ſi aliquid debeat agere, vt puta vel pecuniam ſoluere, vel in exilium ſecedere, vel in carcere perpetuo manere. Quia, inquit Sotus, non requiritur alia executio: quia ſententia iudicis, vbi non eſt de corporali ſupplicio, eſt ipſa executio. Sed hæc ſententia Soti ſolum habet verum, vbi iudex expreſsim reum condemnát ad ſoluendam pœnam, vel mulctā pecuniariam. Tunc enim ſentētia valet pro executione (vt prædixit Couarr. Secus eſt, ſi ſolum iuxta legem per ſententiam tantum ad amiſsionem bonorum condemnaret. Nam tunc ante executionem iudicis ea bona offerre fiſco non teneretur reus, vt colligitur ex D. Thoma. 2. 2. q.62. ar.3. per illa verba, ſcilicet, vbi ait, quod pœnę inflictio pertinet ad iudicē. Per inflictionem autem pœnæ intelligit pænæ executionem.

A B C D

¶ Porro quæſtio hæc, quia quotidiana habetur in contingentia, de qua ſæpe ſum interrogatur, quo eius pateat veritas hic controuertenda venit, ſcilicet, an inceſtus cū conſanguinea propria intra quartum gradum impedimentū contrahendi matrimonium cum illa, vel cum alia inducat, ſimul & impedimentum petendi debitum ab vxore cauſet, ſi iam fuerit talis inceſtuoſus coniugatus & diſpenſatio huius impedimenti ſit neceſſario impetranda, & à quo. Hæc autē quæſtio inter theologos, & canoniſtas valde cōtrouertitur. Nam (vt ait Nauartus in ſum. ca. 22. nu. 74. pleriq; theologorum tenent negatiuam partem. Inter quos eſt D. Thomas, in. 4. diſt.34. quæſt.1. ar. fin. quem ait Nauarrus communiter eſſe receptum. & D. Anton.3. part. ca. 16.§.4. tit.1. & Syluester, verbo. matrimonium. 7. impedimento vltim. & Couarruuias epitho. de ſponſalib.4. ca.6. in principio. nu.4. & Ricardus. Roſela Archidiaconus citatus à Syluestro. Contrariam autem partem tenent pleriique canoniſtarum, ſcilicet, Panorm. Præpoſ. cap.1. & 2. de eo, qui cogno. conſang. vxor. Angelus verbo. inceſtus.§.5. & Nauarrus ibi ſuos canoniſtas ſequitur, his adductus textibus. Primo, quia ca. ſi duo. 35. q.6. habetur, conſanguineos matrimonio iunctos ſeparari debere, & poſſe cum alijs contrahere, ſi iuuenes ſint. Vbi infert gloſſa eos indigere diſpenſatione. Tum ſecundo, quia cap. fin. 35. q.8. de conſanguineis concubinarijs. decernitur, quod ſi alter eorum morte præuentus fuerit, alter ſine ſpe conigij maneat. Tum tertio canon. de inceſtis. 35. quæſt.3. decernitur inceſtuoſos nullo nomine coniugij deputandos eſſe. Tum quarto, quia per can. qui propinquā. 35. q.3. & per can. ſi quis cum matre & filia. ead.

cauſ. & quæſt. decernit Fabianus papa conſanguineas in vxores ducentes ſeparandos eſſe, neque licere eis in vita alias vxores ducere. Sed in contrarium, quia hoc impedimentum non eſt tã expreſſum in iure, ſicut expreſſum eſt impedimentum contrahendi, & petendi debitũ, quod cauſat inceſtus cum affine.

❡ Pro reſolutione quæſtionis, licet opinio canoniſtarum aliquibus apparẽtibus textibus, & rationibus fulciatur, libuit hanc concluſionem non recedendo à doctrina D. Tho. eiuſque opinione communiter recepta inter Theologos hic tanquam probabilem ſtatuere. Inceſtus cũ propria conſanguinea intra quartum gradum, neq; impedimentum præſtat nouum ad contrahendum cum illa præter impedimentum conſanguinitatis, neque ad contrahendum cum alia, neq; ad petẽdum debitum ab vxore, ſi talis inceſtuoſus eſt coniugatus. Hæc concluſio in parte eſt contra Sotum & in parte eſt pro illo. Nam in 4. ſent. diſt. 37. q. vnica. art. 2. tenet nobiſcum, quoad petitionem debiti, ſcilicet, quod hæc non impediatur per inceſtum cum cõſanguinea propria ipſius inceſtuoſi. Sed ead. quæſt. art. 1. affirmat, huiuſmodi inceſtum cum propria conſanguinea prædictum impedimentum contrahendi matrimonij cauſare (vt aiunt canoniſtæ) licet illud non dirimat. Quod certe ex bono textu contendit probare, ſcilicet, ex can. ſiquis viduã. 32. q. 7. vbi id aſſeritur, de inceſtu cum nepte, aut conſobrina, aut filia auunculi. Diximus notanter in concluſione, quod inceſtus cum cõſanguinea propria ad prædicta non præſtat impedimentum. Nam de inceſtu cum affine durante matrimonio admiſſo oriri impedimentum non dirimens ad contrahendum cum quacunq; alia non eſt in controuerſia apud DD. quia id patet c. 1. & 2. & c. tranſmiſſæ. de eo. qui cognouit cõſanguineam. vxor. Hæc autem noſtra concluſio præter quam, quod autoritas D. Tho. & tot doctorum eam tenentium (ita vt cõmunis eſſe dicatur à Nauarro) eam probabilem faciunt, probatur primo, Quia cum iſtud impedimẽtum ſit odioſum, & contra libertatem matrimonij, & ſecundum Archidiaconum expreſſe hoc de proprijs conſanguineis non reperiatur in iure, non eſt prohibito introducendum: neque etiam ius de inceſtu cũ affine eſt ad hunc caſum extendẽdum. Tum, quia ſecundum Ricardum inceſtus cum affine, licet ſit minor culpa, quam inceſtus cum conſanguinea propria, magis aduerſatur & iniuriatur matrimonio, quam inceſtus cum conſanguinea, Quæ ratio eſt clara, licet eam contendat inturbare Nauarrus. Tum, quia ſecundum Diuum Thomam inceſtus ponit impedimentũ, non tam ratione culpæ, quam ratione affinitatis quam cauſat, quam non proprie cauſat in conſanguinea propria inceſtus cum illa. Tum, quia contra Nauarrum non valet argumentum à minori prohibito expreſſe ad maius non prohibitum expreſſe, quando eſt diſtincta ratio. Tum, quia non obſtat obiectio Nauarri de ſtylo ſeruato à curia circa diſpenſationem, vt contrahant inter ſe matrimonium conſanguinei, qui ſe inceſtu polluerunt, in qua ſolet apponi clauſula, vt ſuperſtes ſine ſpe coniugij maneat. Primo, quia diſpenſationem hanc neceſſariam eſſe aſſertores noſtræ concluſionis non autumant: ſed canoniſtæ, vel ad cautelam, vel, quia eam exiſtimant neceſſariam, eam impetrari conſulunt, à quo labore & expenſis in eam impetrando inſumendis poſſent iſti inceſtuoſi excuſari. Secundo, quia ſi aliquæ clauſulæ ponuntur in diſpenſationibus, quæ expreſſe nõ ſunt poſitæ in iure, qualis eſt hæc (vt ait Nauarrus) quod inceſtuoſus cũ propria conſanguinea diſpenſatus, vt cum ea cõtrahat ea mortua, ſine ſpe coniugij maneat, non faciunt legem vniuerſalem inducentem impedimẽtum extra illam diſpenſationem in alijs, vbi non apponitur, imo adijcitur ibi vel in pœnam illius delicti inceſtus, vel in cautelam in futurum, vt ille ſic effrænis hinc ex pœna agnoſcat quãtum grauitatis crimen ſit accedere ad conſanguineas, vt ab acceſſu aliarum conſanguinearum deterreatur. Itaque appoſitio huius clauſulæ in diſpenſatione non arguit hoc impedimentum eſſe de iure expreſſo: ſed quia non eſt de iure expreſſo illud ad terrorem & cautelam in futurum per illam clauſulam diſpenſationis exprimitur.

❡ Nunc supereſt ad textus incontra adductos à Nauarro primo in communi, ſecundo ſigillatim reſpondere. Pro ſolutione autem omnibus adhibita in communi nota primo, quod ſecundum Panorm. cap. literis. de præſumptionibus inceſtus occultus, nullum eſt impedimentũ matrimonij contrahendi. Quod & approbat Sotus loco citato. Qui alias contra noſtram concluſionem tenet, dicens, inceſtum cum propria cõſanguinea impedimentum eſſe contrahendi. Huius ſententiæ Panorm. meminit Sylueſt. verbo, luxuria. q. 4. in cuius gratiam allegat prædictum cap. ex literis. & 2. q. 1. can. ſiquis ſponſam. Non ergo ſecundum canoniſtas ſua contraria opinio intelligitur de quocunque inceſtu ita ſecreto, vt de eo non conſtet qualitercunque, quia hic ſecũdum omnes non impedit. Secundo nota, quod & adnotauit Sotus loco citato art. 1. ſcilicet, hæc impedimenta cõtrahendi, & non dirimentia matrimonium, inter quæ connumeratur inceſtus cum ſint impedimenta deſumpta ex concilijs prouincialibus, nihil mirum ſi iam nunc temporis non tanta eorũ habeatur ratio. Nam fortaſſe





olim in vſu erant, quantum ad forum pœnitentiale, vt confeſſarij illas pœnas iniungerent: qui mos iam abolitus eſt. Quod & confirmare videtur gloſſa ſuper can. ſi quis viduam. 32. q. 7. Vbi ait; Caſus eſt, quod ſi quis adulterat cum affini, vel conſanguinea perpetua continentia ei debet indici. Quaſi inſinuet gloſſa eam de facto non indici ab illo canone, ſi quis viduam, ſed eſſe indicendam, vel à confeſſore: vel à iudice, ſi de eá in foro exteriori conſtaret. ❡ Tertio nota pro ſolutione in communi, quod ſecundum Palud. & S. Anton. & communem diſpenſatio etiam epiſcopi, vt inceſtuoſus quilibet contrahat, non eſt neceſſaria: neq; hoc de conſuetudine obſeruatur. Atq; tandem Nauarrus vbi ſupra huic tertiæ aſſertioni ſe credere ait, eo quod fatetur, ſe nunquam vidiſſe, neque audiſſe vllum inceſtuoſum petere diſpenſationem à papa, vel epiſcopo, niſi ad contrahendum cum ea, cum quá inceſtum commiſit, vel cum eius conſanguinea ob affinitatem inde ortam. Quam conſuetudinem, ſcilicet, non petendi dictam diſpenſationem, vt contrahere poſsit quilibet inceſtuoſus, ſi ſciret papa iuberet forte, ne in diſpenſationibus cum inceſtuoſis apponeretur illa clauſula, vt ſuperſtes maneat, ſine ſpe coniugij. Iam ergo ad dictum canonem. ſi duo. reſpondetur, quod ibi non imponitur de facto, aut inducitur ius impeditiuum matrimonij propter inceſtum cũ conſanguinea propria quacunque: ſed loquitur canon de inceſtu cum conſanguinea, ſine diſpenſatione ducta in vxorem. Quanquam neque in hoc caſu impedimentum hoc clare indicit: ſed eorum ſeparationem committit epiſcopo, informans eum prudentialiter de eo, quod in ſeparatione eorum oporteat fieri, ſecundum prudentiam, vt non abſolute, epiſcopus in pænam criminis eis prohibeat alia matrimonia contrahere: quia id vergeret in periculum eorum iuuentutis, ſi eſſent iuuenes. Et nota, quod verbum non prohibeantur, ſcilicet, ab epiſcopo non expreſſe indicat ipſo canone, aut alio eſſe expreſſe prohibitos ipſo facto à matrimonio contrahendo. Et alludit forte iſte canon ad forum pœnitentiale etiam exterius, vbi (vt opinatur Sotus) dum ibi iniũgebatur pœna delicti, hæc ſolita erat iniungi. Vt quia peccauerat in matrimonium inceſtuoſe contrahens cum conſanguinea, cohiberetur in pœnam à contrahendo etiam cum alia; neque clare ibi infert gloſſa eos indigere diſpenſatione contra Nauarrum.

❡ Ad cap. final. 35. quæſtio. octaua, de conſanguineis concubinarijs reſpondetur, quod non loquitur de quibuſcunque inceſtuoſis cum conſanguineis, ſed de talibus, qui cum ſuis conſanguineis vſque ad mortem earum in concubinatu permanent, ſi ſuis ſacerdotibus inobedientes extiterint in præſtanda emenda, & acceptanda publica pœnitentia. Tunc demum ſuperſtes ſpe coniugij priuatus manet. Hæc autem pœna cum applicetur in hoc canone huic crimini tot atrocibus circunſtantijs circũuallato, nõ eſt ex virtute huius canonis extendenda ad alios inceſtuoſos cum proprijs conſanguineis, cũ quibus non perſeuerant in concubinatu vſque ad mortem, cum rebellione ad eccleſiam.

❡ Ad canonem de inceſtis. cauſa. 35. quæſt. 2. & 3. dicitur primo, quod loquitur non de ſimpliciter inceſtuoſis conſanguineis tantum, ſed ſimul inceſtuoſas nuptias inter ſe contrahentibus, quos ait nullo nomine coniugij eſſe deputandos. Et non ait eſſe deputatos. Quaſi forte inſinuet canon hanc pœnam non eſſe ipſo iure illatam, ſed inferendam. Secundo dicimus, quod ſicut gloſſa ait iſtum canonem eſſe derogatum quo ad ſuſpenſionem à miſſa, quam indicebat iſtis inceſtuoſis: ſic videtur derogatus quantum ad hoc impedimentum quod indicabat imponendum his inceſtuoſis, vel illis imponebat.

❡ Ad canonem. qui propinquam ſanguinis. & & ad canonem. ſi quis cum matre. reſpondetur cum gloſſa ibi. 35. quæſtio. ſecunda, & tertia, can. quia. quod quia quæ in hac quæſtione dicuntur fere per totum, ſunt correcta per conſtitutionem nouam, quæ incipit, non debet, extra. de conſanguinitã. & affinitat. ideò aduertit gloſſa. non opus eſſe ea legi, nec opus erat Nauarro ea allegare: quia hac de cauſa gloſſa ea prętermittit gloſſare loca. Vnde nos non coarctamur hic ad ea reſpondere.

❡ Ad prædictum canon. ſi quis viduam. allegatum à Soto, reſponſum eſt nihil conficere contra nos, ſi credendum eſt eius gloſſæ, quæ gloſſat eum de continentia perpetua, quæ ſolita erat induci in tali caſu per iudicem pœnitentiarium, non autem de facto indixit talem pœnam. Sed iam vt credit Nauarrus, & ait. Palud. totum abrogatum eſt per vſum contrarium. Vnde male prodigit tempus Nauarrus in ea alleganda iura canonica, quæ aut ſunt iam correcta, vel antiquata, & per contrarium vſum abolita.

❡ Parcat lector, ſi diffuſius, quam par erat in hac quæſtione immorati ſumus: non tamen ſine cauſa: quia eius reſolutio aperit nobis viam ad diſſoluenda multa dubia circa diſpenſationes in hac materia inceſtuum cum conſanguineis ad contrahendum cum eis. Quia multi prima facie negocium ſpeculantes eas putant

ſubreptitias, quia mētio facta non fuit de inceſtu, vel quia poſt eas obtētas, ante matrimoniū contrahendū inceſtus ſubſecutus eſt cum conſanguinea, cum qua fuerat diſpenſatus aliquis. Quæritur ergo primò qui conſanguinei erant intra quartum gradum, ſi ad contrahendū matrimonium inter ſe diſpenſationem à papa obtinere velint, ſi præceſsit inter eos inceſtuoſa copula, an inualida erit impetratio diſpenſationis, ſi de tali præcedenti copula mentionem in ſupplicatione exhibita papæ non fecerint? Et quid, ſi poſt impetratam diſpenſationem ad contrahendum, antequam virtute illius contrahāt matrimoniū ſub confidentia diſpenſationis iā obtentæ, & quod virtute illius poſſunt cōtrahere, commiſceantur inceſtuoſe, an indigeant alia noua diſpenſatione, ratione inceſtus poſt cōmiſsi.

❡ Videtur autem, quod huiuſmodi inceſtus, ſiue ſit præcedens, ſiue ſubſequens matrimonij diſpenſationem, quia eſt impedimentū, vel cauſa, quæ retraheret papam à concedenda prædicta diſpēſatione ſi ſibi fuiſſet expreſſus ſubreptitiā faciat diſpenſationē. Item, quia ſi talis inceſtus eſt ſubſecutus poſt obtentā diſpenſationē ante contrahendū matrimoniū & ſub prædicta confidētia: videtur interueniſſe quidā abuſus priuilegij & diſpēſationis, quæ inualidare videtur diſpenſationē ante obtentā. Sed in contrariū eſt quia, vt in prædicta quæſtione præcedenti concluſimus ex ſentētia D.Th. & ex omniū Theolog. opinione cōmuni inceſtus cū propria conſanguinea non eſt impedimentū ad contrahendū: ergo ille nō obſtat obtēta diſpēſatione, quin poſsint contrahere iſti inceſtuoſi conſanguinei.

❡ Igitur pro reſolutione quæſtionis dicimus primo, vt à clarioribus incipiamus, quod ſi poſt obtentam diſpenſationē, & non ante ſub prædicta confidētia, quod cōtrahere iam poſſent matrimoniū, inceſtū illū cōmiſere, licet peccauerint ſe inceſtuoſe cōmiſcendo, nihilominus valida erit eis prædicta diſpēſatio, & matrimonium quoq; illius diſpenſationis virtute contractū validū erit. Ita Corduba in trac. de caſib. conſc. q. 45. penes finē. probatur autē, quia in concedēda tali diſpēſatione nō eſt motus papa à copula inter eos habita, vel nō habita, ſiquidē illius copulæ corā illo non facta fuit mentio, ſi quidē ante petitionem diſpenſationis non præceſſerat, neq; cū cōceſſa eſt diſpenſatio, neq; tūc copula interuenit inter eos animo contrahēdi per illā copulā matrimoniū clandeſtinū, neq; quidquā occurrit, quod prædictā iſtam diſpenſationem efficiat ſubreptitiam, aut matrimoniū inualidum. Quia etſi ille inceſtus ſub confidētia prædicta contrahendi poſt obtētionem diſpenſationis ſubſecutus videatur quidā abuſus diſpēſationis eſſe, tamen ſecundū gloſ. ca. decet. de reg. iur. in. 6. abuſus priuilegij non ipſo iure inualidat priuilegiū ſed eſt cauſa inducendi principē ad illud reuocandū. Hoc autem intelligitur verū eſſe niſi papa illam diſpēſationem faciendā cōmiſiſſet alicui perſonæ ſub tali forma, vel cōditione obſeruanda: quia tunc tali conditione non obſeruata, neq; talis diſpenſatio valeret: neq; huiuſmodi matrimoniū ſortiretur validum effectum. Ideo attentius inſpiciēda eſt norma conceſsionis papæ, & obſeruanda ca. cum dilecta. de reſcript. & gloſſa ibidem. & ca. fin. de præb. & ca. prudentiam. de offic. delegat.

❡ Secundo dicimus, quod ſi prædicti conſanguinei intra gradus prohibitos ſcienter matrimonium contrahere præſumpſerunt, & idem eſt ſi hoc fecerint affines, ſeparandi ſunt, & ſpe diſpenſationis conſequendæ carent. Et hoc multum magis locum habet in eis, qui non tantum matrimonium contrahere, ſed & conſummare auſi fuerint, & ſi ignoranter id fecerint: ſi quidem ſolennitates requiſitas in contrahendo matrimonium neglexerunt eiſdē ſubijciuntur pænis, quia non ſunt digni, qui eccleſiæ benignitatem facilè experiantur, cuius ſalubria præcepta temere contempſerunt. Ita concilium Tridentinum in forma, ſeſsione. 24. capit. 5.

❡ Tertio dicitur, quod ſi prædicti conſanguinei non quidem contraxere matrimonium, ſed tamen animo, & fine facilius obtinendi diſpenſationem à papa ad contrahendum inter ſe copulam habuere, inualida erit, & ſubreptitia diſpenſatio impetrata à papa ad contrahendum, niſi huius animi, & intentionis, & copulæ fiat in ſupplicatione mentio. Vt patet etiam de monacho, qui monitus à banchario, quod papa non concedet ei gratiam ad regulam laxiorem, niſi nouerit eum habito omiſſo apoſtatare, qui dimiſso eo vno vel altero die ſe præſentat banchario, vt poſsit informare papam de eius apoſtaſia, ex qua informatione inductus papa concedat gratiam, etiam ſubreptitia eſt impetratio huius gratiæ. Hæc eſt aſſertio Nauarri in ſumma cap. vigeſimo ſecundo, num. 86. quam probat per regulam generalem, quam tradit, ſcilicet; Quod quando quis ſciens principem concedere aliquam gratiam in remedium neceſſarium obuiandi alicui delicto, admittit illud, vt eam impetret; & petit eam non erit ei valida ſine expreſsione finis, quo deliquit facta papæ: quia non ſolum videtur tacere verum, ſed etiam æquipollēter videtur exprimere falſum, ſcilicet, quod non delinquit eo animo, vt ei concederetur illa gratia, quod in caſu præſenti contingit, vbi conſanguinei copulam habuere



buere fine facilitandi papam ad facilitatē cōtrahendi concedendā. Quarto dicitur ad punctum queſtionis, quod ſi tales cōſanguinei ſine animo contrahēdi matrimoniū inter ſe, ſed neq; animo facilius obtinendi diſpenſationē ad contrahendū à papa ex tentatione ſola carnali carnaliter copulati ſunt inter ſe ante petendam diſpenſationem, etiā ſi hanc inceſtuoſam copulā in ſupplicatione exhibita papæ nō expreſſerint, nō ideo ſubreptitia erit talis diſpenſatio, neq; inualidū erit matrimoniū virtute illius contractum. Quēadmodū & validū eſſe diximus eſſe matrimoniū poſt diſpenſationē impetratā, etiā ſi copula inceſtuoſa poſt diſpenſationem illud præceſſerit, ſi talis copula non fuit cū animo clandeſtine contrahendi, antequā contraherent in facie eccleſiæ virtute diſpenſationis ad ſic publicè cōtrahendū ſibi cōceſſæ à papa, vt diximus in primo dicto ſubſcribentes Cordubæ. Cui etiam quartæ aſſertioni Cord. videtur ſuffragari, qui ait ꝙ talis copula magis accuſat, quā excuſat cauſam diſpenſationis, ſi intentione obtinendi diſpenſationem habita fuiſſet. Hæc aſſertio videtur eſſe Nauarr. in ſum. c. 22. n. 86. Et probatur per regulā, quam ſubijcit ibi, ſcilicet, quod quęcunq; expreſsio falſi, quæ mouet principē, vel papā ad gratiā cōcedendam, nocet, non tamen quælibet taciturnitas veri, quę mouet principem ad concedendam gratiam, ſemper nocet, ſed ſolū ea, qua tacetur verum, quod iura iubent exprimi, ſecundū Rot. in nou. deciſ. 32. de reſcrip. & Bellarm deciſ. 698. & Felin. in. c. poſtulaſti. col. 4. de reſcrip. Sed ſic accidit in præſenti caſu, in quo tacita eſt veritas inceſtuoſæ copulæ habitæ non cum animo facilius impetrandi diſpenſationē, quia (vt ſupponimus) non fuit expreſſa papæ, & nullū occurrit ius, quod veritatem hāc copulę iubeat exprimi: quia copula hæc ex ſola fragilitate ſine prędicto animo habita inter eos ſolet mouere papā, ſi exprimatur ad facilius diſpenſandū ad obuiandum malo, quādo id mali nō eſt admiſſum gratia impetrandi diſpenſationis remediū. Probatur etiā, quia ſecundū Nauar. in ſum. ca. 22. n. 76. conſuetudo inualuit, vt ob nullū inceſtū diſpēſatio petatur, ſecundū Palud. Antonin. & communē. Secundum quam opinionem communem, vt probauimus nullus inceſtus cū propria conſanguinea impedimentū præſtat ad contrahendū matrimonium cū alia: ergo neq; cum propria conſanguinea, ſi impedimentum conſanguinitatis tollatur per diſpenſationem. Ergo ſi inceſtus iſte non impedit, nulla neceſsitas vrget illum exprimendi in ſupplicatione exhibenda papæ.

❡ Sed quid, ſi non animo facilitandi papā ad concedendam diſpenſationē inceſtuoſè coierūt, neq; ex ſola concupiſcentia carnis, quia iſta non ſufficeret, niſi confidentia & ſpes obtinendi diſpenſationem ad matrimonium ad copulā illam inceſtuoſam animum addidiſſet, ita, quod ex iſta confidentia coierunt inceſtuoſè cum animo impetrādi gratiā diſpēſationis à papa, ſine animo exprimendi iſtam copulam papæ. Profectò difficultas hæc magis eſt vrgens. Dicam ergo ad eam quod ſuggeſſerit Dominus. Primo ergo videtur dicendum, quod quanuis ſi quis ex confidētia, quia ſuſcepit bullam cruciatā iam, eamq; apud ſe habet, qua poſsit abſolui à caſu reſeruato, peccatum iſtud committit probabiliter, defenſauimus non obſtante hoc abuſu priuilegij & confidētia incitatiua ad malū valide poſt virtute prædictæ bullæ cruciatæ eum poſſe abſolui vt diximus in par. 2. noſtri ſecundi tomi inſtructor. conſcientiæ, vbi de immunit. eccl. agebamus. Tamē probabilius nobis videtur in hoc caſu præſenti, quia aliquantulum differt ab illo, quod talis diſpēſatio, vbi papæ in ſupplicatione hæc mala confidentia cum inceſtu non fuit expreſſa, eā impetranti non ſuffragetur: quia aliud eſt poſt bona fide obtentam bullam cruciatam peccare cum confidentia obtinendi abſolutionē per illam: quia hoc ſolū eſt abuti priuilegio, cuius abuſus ſecundum gloſſam. ca. decet. de regul. iuris in. 6. non ipſo iure tollit priuilegium, ſed excitat principem ad illud reuocandū. Et aliud eſt fiduciam ſumere peccandi ex confidentia illius obtinendi: quia hæc mala confidentia magis aduerſatur eius obtentionis validitati, ſicut cauſa præcedēs effectū, magis ei obſtat, quā ſequens: ſicut affinitas præcedens matrimonium magis ei obſtat, quàm ſi poſt illud ſequeretur. Huic ſententiæ, quæ tutior eſt, videtur accedere Couarru. lib. 2. de var. reſol. c. 20. de eccl. immunit. qui ex mente Ioannis Lupi in. c. per veſtras de donat. inter vir. & vxor. tenet, quod peccans ſpe conſequendæ abſolutionis virtute & ratione indulgentiarū, & apoſtolicarum literarū, nō poteſt ex vi ipſarum abſolui. Quam ego ſententiam limitanter accipio, ſcilicet, quod vi indulgentiarum, & cruciatæ poſt obtinēdarum, quādo ex fiducia obtinendi eas, ſpem concepit per eas obtinedi abſolutionem alias non peccaturus tunc validam non percipit abſolutionem. Secus eſt, ſi quia iā eas indulgentias ſincere obtinuit poſt eis abutitur peccando ſub fiducia abſolutionem conſequendi per illas. Sic etiam in hoc caſu, vbi ſub confidentia impetrandi diſpenſationem ad matrimonium, & eam obtinendi inceſtuoſe ſe cōmiſcuere (licet non cum animo ex hac copula facilius inclinandi principem ad diſpenſationem) quia tunc gratia diſpenſationis illis non ſuffragatur. Probat Couarru. hoc ex. c. quando in. 1. de conſecra. diſt. 4. & in. c. illud. de cleric.

cleric.excommu.miniſtran. & in.l.1.§. hęc au-
tem actio.ff.ſi quis teſtamentum. lib. eſſe iuſſ.
& ex Lactantio.lib.6.de diuin.inſtit.ca.13. Vbi
inquit eleemoſyna non abolentur peccata, ſi fi-
ducia largiendi pecces. Ergo à ſimili ea diſpenſa
tione non fit validũ matrimonium, ſi fiducia eã
obtinendi pecces. Probatur etiam ex eodem Co
uar.lib.1.de var.reſol.c.20. vbi ait, quod tacitur
nitas cauſæ impulſiuę, quę alias notabiliter prin
cipem moueret & difficilem redderet, etiam ſi
alias feciſſet ſecundũ cõmunem inualidam facit
gratiã. Quod limitat ipſe quando papa aliquod
moderamen adhibuiſſet, ſed copula illa ince-
ſtuoſa ſub confidentia impetrandi diſpenſatio-
nem cõmiſſa notabiliter (vt creditur) ſi expreſ-
ſa papę fuiſſet, mouiſſet illum, & difficilem red-
didiſſet & ſi tãdem cõceſsiſſet eſſet adhibito ali
quo moderamine vel cautela vel pœnitentia in
futurũ: ergo illa copula in hoc caſu confidentiæ
habita, niſi expreſſa fuerit papę cum ipſa expreſ
ſione confidentiæ, ex qua ad illam motus fuit
inualidam efficiet ipſam diſpenſationem.

¶ Præterea peculiarem difficultatem præ ſe
fert quęſtio iſta, ſcilicet, an inceſtuoſus cum affi-
ne, qui cum ea rẽ habuit, non cum animo cõtra-
hendi matrimonium, aut illud cum illa conſum
mandi, neq; cum animo facilius impetrandi diſ-
penſationem ad contrahendum, neq; ſub confi-
dentia impetrandi eandẽ diſpenſationem ad cõ-
trahendum, ſed ex ſola fragilitate & tentatione
carnis illectus ſe ei inceſtuoſe cõmiſcuit ante di-
ſpenſationem impetratã, vel poſt, poſsit valide
contrahere virtute illius iam obtentæ diſpenſa-
tionis, quando non expreſsit papæ in ſupplica-
tione inceſtũ iſtũ, vel ſi poſt diſpenſationis ob-
tentionem accidit inceſtus hic, an ad contrahen
dum indigeat noua diſpenſatione. Videtur autẽ
indigeat illũ inceſtũ explicare papæ, ſi præceſ-
ſit ad petitionem diſpẽſationis, vel quod ſi poſt
accidit indigeat noua diſpenſatione. Quia licet
ſecundum Theologorũ communem ſententiam
inceſtus cum propria conſanguinea non impe-
diat contrahere matrimoniũ, neq; petitionẽ de-
biti (vt prædiximus) quia non eſt expreſſum in
iure: tamen omnibus doctoribus eſt in confeſſo:
quod inceſtus cum affine impedit matrimoniũ
cõtrahendũ, & petitionem debiti: quia id eſt ex
preſſum in iure, vt patet.ca.trãſmiſſæ.de eo qui
cognouit conſang.vxo. Sed in contrariũ, quod
iſte inceſtus cũ affine, etſi impedit, non dirimit,
& etiã ab epiſcopo ſecundũ omnes poteſt diſpẽ
ſare: ergo etiã ſi neq; ante diſpenſationem fuerit
expreſſus, neq; ſi contingat poſt non inualida-
bit matrimoniũ virtute diſpẽſationis contractũ.

¶ Igitur pro expeditione huius difficultatis,
quæ peculiaris eſt, & diſtincta à quæſtione de
A inceſtu cum propria conſanguinea, dicimus pri-
mo, quod inter omnes doctores conuenit, quod
ex omni inceſtu oritur impedimentum affinita
tis impediens & dirimens: ſicut etiã concil. Tri-
dent.ſeſſ.24.c.4. declarãs, ex fornicatione quo-
que impedimẽtum affinitatis dirimẽs matrimo-
nium oriri, illud tantum ad eos, qui in primo &
ſecundo gradu coniunguntur reſtringit, & non
vltra extendit. Deinde etiam inter omnes con-
uenire conſtat, quod ex inceſtu cum affine du-
rante matrimonio admiſſo oritur impedimentũ
impediens matrimonium contrahendum cum
quacunq; alia per.c.1.&.2.&.ca.tranſmiſſæ. de
eo qui cognouit conſanguineã vxoris. ¶ Secũ-
B do dicitur, quod ſi inceſtus cum affine non ſit
occultus, ſed de eo, qualitercunq; conſtet, quia
ſic impedit matrimonium contrahere inceſtuo
ſum, & inceſtuoſam affines, neq; inter ſe, neque
cum alijs, vt patet.c.1.de eo qui cognouit conſ.
vxo. ſi cum petunt diſpenſationem á papa ſu-
per affinitate ſua prius habita ad cõtrahendum
inter ſe, huius inceſtus papæ mentionem nõ fa-
ciunt, veriſimilius eſt quod talis diſpenſatio erit
ſubreptitia, & inualida, & quod neq; virtute il-
lius poſsit valide contrahi, niſi forte non eſſet iã
in vſu id non exprimere papæ. Quia neq; ince-
ſtuoſum petere ab vllo diſpenſationẽ ad contra
hendũ cum alia eſſet in vſu. Quia iam tunc per
C non vſum id explicandi & petendi talem diſpẽ-
ſationẽ videretur abrogatũ iſtud impedimentũ.
Sed quia, vt ait Nauar.in ſum.c.22.n.75. licet cõ
ſuetudo, petendi diſpenſationẽ ad contrahẽdum
cũ alia non videatur obligare inceſtuoſum, quia
nulla eſt talis conſuetudo, quia abolita iã eſt: ta-
men conſuetudo adhuc viget, quod inceſtuoſus
petat diſpẽſationẽ ad cõtrahendũ cũ ea, cũ qua
inceſtũ cõmiſit, vel cũ eius conſanguinea ob af-
finitatem inde ortã. Igitur extante hac conſuetu
dine pro vt ſecundũ Nauar. extat impedimentũ
inceſtus, explicandũ eſt Papę, alioquin diſpẽſa-
tio impetrata erit ſubreptitia, & inualida. Proba
tur. Tũ, quia ſecũdũ Nauar.in ſum.c.22.n.86.ta
D citurnitas veri nocet, nõ ſemper, ſed ſolũ quãdo
iura id veri iubẽt exprimi, ſecundũ Rot. in nou.
deciſ.32.de reſcript. & Felin.c.poſtulaſti. col.4.
de reſcript. ſed iſtud cũ ſit impedimentum iuris
ius exprimi iubet: ergo exprimendus eſt papæ
talis inceſtus cum affine. Tum, quia notabiliter
moueret iſte inceſtus papã, & difficilẽ redderet,
ita, vt forte non cõcederet gratiã. Quia inceſtus
hic poſt cõc. Trid. magis videtur accuſare, quam
excuſare, licet olim facilitabat hæc copula ad
diſpenſandum, neſcio an modo ita facilitet. Et
quia eſto facilitet, & expreſſam nihilominus pa
pa diſpenſationẽ conceſsiſſet, nihilominus forte
non ſine aliquo moderamine ob inceſtum
expreſ-



expreſſum eam conceſsiſſet, vt ait Couarruuias.
Quocirca vt ipſe ſentit) non eſſet valida diſpẽſa
tio. Ita Couarru. lib.1.de var.reſolut.cap.20.

¶ Tertio dicitur, quod ſi iſte inceſtus cum af-
fine non ante petitam diſpenſationẽ contigit,
ſed poſt commiſſam à papa diœceſano faculta-
tẽ diſpẽſandi informatione facti prius habita ſi
dũ hęc informatio ſumeretur ſub ea cõfidentia,
quod habita illa informatione ex diſpenſatione
tali contracturi erãt matrimoniũ poſt, ante ma
trimoniũ inceſtuoſum acceſſum habuere, ſaluo
meliori iudicio, dicendũ in hoc caſu videtur, ꝙ,
quia nulla præceſsit ſubreptio in impetrãda cõ-
miſsione illius diſpenſationis faciendæ, quã cõ-
miſsionẽ papa fecit diœceſano, ſi ita eſſe proba-
retur, & quia inceſtus poſt ſubſecutus, vel non
impedit, vbi iã illius petere diſpenſationẽ ad cõ
trahendũ vſus non eſt, quia per non vſum abro
gatũ eſt iſtud impedimentũ, vel ſi eſt in vſu pe-
tere iſtius impedimẽti diſpenſationẽ ſecundum
Nauar. vbi ſup. epiſcopus id diſpenſare poteſt,
ſatis eſt, hanc diſpenſationẽ petere ab epiſcopo.
Imo etiã vbi eſt in vſu peti ſi non petatur (quid
quid ſit de peccato, ſi de facto contrahatur ſine
hac diſpẽſatione matrimoniũ, erit validũ. Quia
licet hoc impedimentũ inceſtus impedit, ſed nõ
dirimit matrimoniũ. Et per hæc patet ad obie-
cta: quia tale impedimentũ inceſtus ante petitio
nẽ diſpẽſationis, ſi præceſſerit non per ſe ſolũ ha
bet inualidare matrimoniũ: ſed quia coniũctum
eſt cũ impedimento affinitatis, in petitione diſ-
penſationis ſuper affinitatis impedimentum ob
prædictas rationes ex Nauarro & Couarr. in ſe-
cundo dicto adductas exprimendum eſt.

¶ Præterea circa redditionẽ debiti iã diximus
inceſtũ cum conſanguinea propria eius petitio-
nem non impedire, ſicut neq; contrahere impe-
dit matrimoniũ. Inceſtus autẽ cum affine hanc
petitionẽ debiti ab vxore propria impedit, iux-
ta gloſſ. cõmuniter receptã.c.2.de eo, qui cogn.
conſang.vxor. Et ita expreſſe diffinitur. cap. 1.
eod.tit. Ex quo infert Couarru.epitho. de ſpon
ſal.2.par.c.7.§.2.de redditione debiti, quod iu-
uenis inceſtuoſus, qui talis fuit poſt matrimoniũ
tantũ de præſenti, ante copulã tenetur, vel ingre
di religionẽ, vel impetrare ſaltẽ ab epiſcopo diſ-
pẽſationẽ petẽdi debitũ, & reddẽdi debitũ vxo-
ri. Quia alias ineſt ſibi periculũ, ſi habitent ſi-
mul, ſine hac diſpẽſatione. Quod autẽ eam con
cedere poſsit epiſcopus affirmant Palude in. 4.
ſent.d.34.q.1.ar.2. & Florent.3.par.tit.1.ca.16.
§.4. Iſtorum autẽ ſenten. Couarr. duplici ratio-
ne conatur improbare etiã contra Syluest. ver-
bo.matrimoniũ.7.q.vlt. & expreſſe verbo, lu-
xuria.q.4. tenentẽ cũ Panormita. quod hic po-
teſt ex cauſa epiſcopus diſpẽſare, alias non. Pri-
A ma igitur Couarruu. ratio eſt, ſcilicet, quia hoc
nullo iure probatur. Secunda ratio eius eſt, quia
non ſolũ ob inceſtũ debiti hæc exactio prohibẽ
tur, ſed propter affinitatem contractam cum
vxore propter inceſtũ commiſsũ cũ conſangui-
nea vxoris poſt matrimoniũ. Quę quidẽ affini
tas eſt impedimentũ canonicum, ſuper quod ſõ
lus papa diſpenſat: ideo nõ poteſt per epiſcopũ
diſpenſari. Quã argumentationẽ dicit Couar. ſe
colligere.ex Syluest.matrimoniũ.7.q.5.verſ.2.
& ex D.Tho. quolib.3.ar.18. Quibus rationi-
bus ego addo, quod Gregor.xiij. papa in origi-
nali bullæ crucia. concedit commiſſario crucia-
tæ, poſſe affinitate poſt matrimoniũ contractũ
B ſuperueniente diſpẽſare cũ inceſtuoſis, vt debi-
tũ petere poſsint à ſuis vxoribus; inſinuãs quod
hæc diſpẽſatio non ad epiſcopos, ſed ad ſedem
Apoſtolicã pertineat. ¶ Tandẽ illa opinio, quã
Sotus in.4.ſent.d.37.q.vnica.art.2. ſequitur, &
ait eſſe communẽ, & Paludis in præſent. diſt. &
Syluest.verb.debitũ coniugale.q.9. & verb.ma
trimoniũ. 8. q.15. & omniũ, ſcilicet, quod cum
hoc impedimentũ interuenit poſt matrimoniũ
de præſenti, etiã non conſummatum epiſcopus
poſsit, & debeat diſpenſare, eſt tenẽda cũ limita
tione adhibita, ſcilicet, ſi non pateret inceſtuoſo
facilis aditus ad Romã, aut propter eius pauper
C tatem, aut infirmitatẽ, aut propter viæ longitu-
dinẽ, aut ob alia, quæcunq; impedimẽta, in qui-
bus nullũ obijcerẽ ſcrupulũ, inquit Sotus, quan
uis non eſſent tam manifeſta, niſi ſceleſtiſsimus
eſſet inceſtus, vt cũ ſorore vxoris & potiſsimũ
cũ ſocru. Quia huic inceſtuoſo acerrima pœnitẽ
tia indicẽda eſt: & mittẽdus eſt ad papã ſi acceſ-
ſus ad papã ſit ei poſsibilis. Hæc Sotus. Cui ad-
do, quod (attendendo limitationes huius opinio
nis cõmunis, & rationes Couarru. tenentis con-
tra eam, & rationem à me deſumptã ex origina
li bullæ crucia. quæ ſuper hoc diſpenſare com-
mittit cõmiſſario cruciatæ) tutius eſt huiuſmodi
impeditos inceſtuoſos pro hac impetrãda diſpẽ
D ſatione ad cõmiſſariũ cruciatæ, vel ad nuncium
papæ reſidẽtes Matritij in curia regia accedere,
qui autoritate apoſtolica diſpẽſare ſuper hoc poſ
ſunt. Quia cum tam præſentes, & ad manũ ſint
non eſt difficilis acceſſus ad illos. Si tamẽ adeò
iſti inceſtuoſi pauperes, aut infirmi eſsẽt, vt neq;
ad hos accedere poſſent, neq; his vnde ſoluãt ſti
pẽdiũ, vel taxã habẽt, poſſent tũc ab epõ ſuo ma
xime in his caſibus aſſueto diſpẽſare, hanc obti-
nere diſpenſationẽ. Quia papa has animas impo
tẽtes ad ſe, vel ad ſuos commiſſarios accedere il-
laqueatas, & ſine remedio relinquere in medio
periculorũ non vult alias cũ facilis eſt acceſſus
ad papam, vel ad eius commiſſarios, tenendo
certum, & dimittendo incertum ad papam,



vel

vel eius commiſſarios pro hac obtinēda diſpenſatione accedendum eſt. Quamuis nolim epiſcopos, qui alias hanc conſuetudinem ſuper hoc diſpenſandi legitime præſcripſerint, & abſolute in omni caſu ſiue fuerit acceſſus difficilis, vel facilis ea vſi fuerint ea poteſtate priuare. Alias falſa videtur opinio Soti vbi ſupra, quod epiſcopus in hac diſpenſatione habeat poteſtatem ordinariam, quia non eſt cohibitus in hoc diſpenſare, quia rectius loquitur Couarruuias, vbi ſupra, dicens, quod non ob inceſtum ſolum, ſed ob affinitatem ratione illius contractam cum vxore, quæ eſt impedimentum canonicum, ſupra quod ſolus Papa diſpenſat, prohibetur inceſtuoſus à petitione debiti. Sed cōſulit Sotus, vt vxor innocens, & pudica, quæ præ verecundia nō ſolita eſt petere debitum, á iure ſuo non defraudetur, quod poterit maritus aliquādo ei ſe inſinuare, & offerre ad copulam interim dū eſt impeditus petere. Nam genus hoc petendi quodā modo eſt reddere, ſi id fiat dum ſentit illā id velle.

## CAP. CCXCVII.

*An diſpenſatio fuit ſubreptitia, vbi Maria & Ioannes conſanguinei falſo expreſſere ſe matrimonium conſummaſſe, quod poſt conſummarunt. Vbi reſpondetur ad quæſtionem per duas concluſiones & ſoluuntur ſex argumenta in contra, Et an diſſimulatio Papæ habet vim diſpenſationis; & poſt diſpenſationem impedimenti matrimonij requiratur nouus conſenſus: Et qualiter debeant cōtrahere: Et quid de dubitantibus de validitate matrimonij, & de impedimentis affinitatis ex coitu illicito contractæ poſt conc. Triden. Et de ſacrilegio ratione loci, & qualis loci. Et de peccato contra naturam: Et de eius pœnis, etiam contra clericos, & de pœna peccati nefandi.*

QVONIAM non omnes quoſcunque caſus cōmunes & triuiales hic examinandos proponere volumus, ſed eos, qui cum quotidiani ſint & frequentes valde ſcitu ſunt neceſſarij, quia difficultatem quandam præſeferunt: ideo libuit hic & hanc quæſtionem quia ad materiam inceſtus pertinere videtur huc diſcutiendam aduocare. Scilicet, quid ſit dicendum ad caſum hunc, in quo proponitur Petrum & Mariam in ſecundo gradu conſanguinitatis conjunctos inter ſe, valde familiarem conſuetudinem

A amoris abſque copula tamen inter ſe habuiſſe, ex quo ſuſpiciones malæ & rixæ inter cognatos ſunt ortæ. Qui cauſa apponendi huic malo remedium, & vt etiam facerent ſatis amori ſuo coram duobus, vel tribus teſtibus, ſibi dantes manus inuicem per verba de præſenti in coniuges ſe receperunt, ea conditione, vt ipſe impetraret à papa diſpenſationem, qua poſt contraherent in facie eccleſiæ. Qui tandem adiens Romam per mediatorem curialem impetrauit commiſsionem à papa, per quam quidam prælatus huius regni cum eis diſpenſaret. Quæ quidem commiſsio hanc formam continebat: Quia Petrus & Maria in ſecundo gradu conſanguinita-
B tis ſibi attinentes matrimonium contrahere intentauerant, & matrimonium conſummauerāt, ex qua copula forte Maria conceperat, ex quo graue ſcandalum erat ortum, & maius timebatur; idcirco ſua ſanctitas ad petitionem ipſorum ſuam autoritatem committebat prædicto prælato, vt habita informatione de veritate relationis, an ſic eſſet, cum prædictis diſpenſaret, vt adiuncta pœnitentia matrimonium inter ſe contraherent. Hac autem commiſsione obtenta curialis ille illos monuit, ſe non potuiſſe aliter eam commiſsionem impetrare à papa, niſi mediante illa falſa relatione facta papæ, quod copula inter eos interceſsiſſet, quæ non interceſſerat. Ad
C verificandam autem hanc relationem neceſſe eis eſſe dixit, inter ſe hanc copulam procurare, vt in informatione poſt facienda ab illo prælato commiſſario copulam interceſsiſſe inueniretur inter eos: quia alias non diſpenſaret cum eis. Sicq; Petrus præmonuit Mariam ſe iam obtinuiſſe literas Romæ, vt prædictus prælatus diſpenſaret: ſed opus eſſe inter ſe copulam habere, quo ante prælatum diſpenſaturum veritatem poſſent iurare in informatione facienda, illa autem Petro ſponſo fidem adhibens, cum eo ſe copulauit, licet crediderit ſe peccare; ſicq; iurarūt poſt, ſe habuiſſe copulā inter ſe, non exprimendo, quādo, quia de tempore non fuerunt interro-
D gati. Nam, ſi de tēpore interrogati fuiſſent, veritatem teſtificati fuiſſent, ſcilicet, quod poſt Romæ expeditas literas. Sic autē ab illo cōmiſſario habita hac informatione præiniuncta pœnitentia fuerunt diſpenſati, & contraxere in facie eccleſiæ. Illa autem in confeſsione narrans modū ſui matrimonij nouit ſuū matrimoniū non fuiſſe validū, eo quod prædicta diſpenſatio fuit ſubreptitia. Quæritur ergo, an iſtud matrimonium vbi inceſtus nō præceſſerat, vt intellexerat papa ante datā commiſsionē, ad diſpenſandū præceſsiſſe, ſed poſt ante factam diſpenſationē à cōmiſſario, ſubſecutus eſt ſit validum: & quale hic adhibendum eſt remedium. Pro illucidatione quæſtio-



A quæſtionis, quæ difficilis eſt, proponemus argumenta pro parte affirmatiua.

¶ Arguitur ergo primo pro parte affirmatiua, primo ex. ca. quia circa de conſanguin. Vbi gloſſa notat, quod propter ſcandalum toleratur diſpenſatio ex falſa cauſa conceſſa: ergo cum in prædicto caſu ſequeretur magnum ſcandalum, ſi diſpenſatio ex falſa cauſa obtenta non toleraretur: ergo toleratur diſpenſatio, & matrimoniū mediante ea confectum eſt tolerandum.

¶ Secundo arguitur ex. c. ſuper literis. de reſcriptis. Vbi diffinitur, quod exprimens falſum, & tacens verum in reſcripto, ſi malicioſe id fecit, caret prorſus impetratis, ſi per ſimplicitatē, aut ignorantiam, ſi alias literas obtinuiſſet ſuppreſſo falſo, tunc illi valent: ſed ſic eſt, quod in
B præſenti caſu Petri & Mariæ ignorātia, & ſimplicitas interuenerunt, quia in cauſa non fuere falſæ relationis de copula, quæ propoſita fuit coram papa: quia procurator, vel mediator illam falſam relationem interpoſuit, vt minoris conſtaret diſpenſatio, vel quia ſic erat vſus Romanus: ergo vitium procuratoris non debet nocere eorum ſimplicitati, & ignorantiæ.

¶ Tertio arguitur; Quia cauſa principalis, & finalis, quę mouit papā ad diſpenſandū hic fuit, ſcandalum, quod reuera interceſſerat, & maius quod timebatur, ſi iſti non copularentur matri-
C monio, & præceſsiſſe inter eos copulā, vt dictat concil. Trident. ſeſſ. 24. c. 5. magis difficultat impetrationem diſpenſationis, & eam non interceſsiſſe magis eam facilitat: ergo iſta cauſę impulſiuę falſitas expreſſa, ſcilicet, ꝙ copula pręceſſerat ſubreptitiā non facit diſpenſationem, vt ait Couarru. in reſol. li. 1. c. 20. n. 5. & Collectar. in dic. c. quia circa. de conſanguin. & alij doctores.

¶ Quarto arguitur; Quia prædictæ cōmiſsionis ad diſpenſandū duę fuere cauſę. Prima falſa, videlicet, ꝙ interceſſerit copula: ſecūda autē vera, ſcilicet, quod ortū fuerat ſcandalum, & maius timebatur, ſi non contraherent matrimoniū: ergo etiā ſi defecerit, & ceſſauerit vna cauſa con-
D ceſsionis, qualis fuit copula, nō ceſſante alia cauſa ſcandali orti & maioris, quod timetur, ſicut reuera nō ceſſat, nō ceſſabit neq; inualidabitur iſta cōceſsio. Patet hæc conſequētia. Tum ex communi ſentētia doctorum, & Tiraquelli in tract. ceſſante cauſa, ceſſat effectus limit. 31. fo. 366. Et patet ex gloſſ. in. c. cum acceſsiſſent. de conſtit. & ex ca. cum ceſſante. de appel. inſinuantibus, quod quando cauſa conceſsionis ceſſat in parte, & non in toto non ceſſat eius effectus.

¶ Quinto arguitur; Quia quādo in dubiū vertitur, ſi cauſa, quę defecit, & falſa fuit, erat principalis, & finalis, vel impulſiua tantum ſufficiens vel nō ſufficiēs ad inualidandū conceſsionē, vel

diſpenſationē, tenendū eſt tunc in hoc dubio diſpenſationē hinc non inualidari, autore Tiraquel. vbi ſup. limit. 1. nu. 14. idq; alijs doctoribus affirmātibus, niſi oppoſitum conſtaret per ſufficientes probationes, vel rationabiles coniecturas ad arbitriū boni viri. Pro quo facit gloſ. in. ca. ſuper literis. de reſcriptis: ergo eſto in hoc caſu dubium eſſet, vtrum copula, vel ſcādalum ſit cauſa principalis, vel non deficiente copula, non ob eius defectū inualidatur conceſsio: quia nō eſt expreſſum in cōceſsione, neq; cōſtat contrarium, ſcilicet, quod copula fuit cauſa finalis, & principalis mouens papam ad diſpenſandum. Imo autore Tiraquello vbi ſupra limita. 10. nu. 1. quia vbi ponitur in conceſsione iſtud vocabulum, forte, denotatur cauſa impulſiua, cuius defectus non vitiat reſcriptum, priuiligiū, vel conceſsionem. Et quia papa in relatione dictæ commiſsionis ad diſpenſandum inquit, quod quia ex dicta copula forte prædicta Maria imprægnata maneret, ex quo timetur ſcandalū, ideo concedit, &cæt. patet quod prædicta copula ſolū fuerit cauſa impulſiua, quæ non vitiat diſpenſationem. ¶ Et confirmatur: Quia cauſa ſemel probata, ſiue vera ſit, ſiue falſa, conceſſum ex illa cauſa non reuocatur, inſtitut. qui. ex quibus cauſis manumitti non poſſunt. §. ſemel. ſicut etiam gloſſa in dic. c. quia circa. tradit de conſang. ergo ſatis eſt, quod illa cauſa, ſcilicet, interceſsiſſe copulam tempore informationis ſumptæ probata fuerit vere, licet tēpore impetrationis fuerit falſa. ¶ Sexto arguitur: Quia poſtquā iſtud matrimonium bona fide contractum eſt in facie eccleſiæ, & poſtquā ſubreptio diſpēſationis eſt occulta, cum ambo ſint valde pauperes, & illis iam ſit difficilis recurſus ad papam, etſi adhuc ſit impedimentum, videtur, quod propter ſcandalum ſeparationis poſsit diœceſanus diſpēſare iuxta ſummam Angelic. tit. diſpēſatio. §. 5. & Sylu. eod. tit. q. 9. & Nauarr. in ſum. c. 22. n. 87. & ſecundum alios à ſe allegatos, & ſecūdum Sot. in. 4. diſt. 37. q. 1. ar. 2. & ſecundū Panor. in c. ſuper eo. de eo, qui cogn. conſ. vxoris, & quia eccleſia, quia iurarunt interceſsiſſe copulam non credet eis aſſerētibus oppoſitum, neq; permittet ſeparationem matrimonij, & quia hoc impedimētum eſt in dubio, videtur ſatis ſit recurſus ad diœceſanum pro diſpenſatione obtinenda.

¶ Igitur pro reſolutione quęſtionis ſtatuitur prima cōcluſio: Licet in foro exteriori toleretur hoc matrimonium, hac interueniente ſubreptione contractum, vbi expreſſa fuit papæ copula falſa: tamen in foro conſciētiæ matrimoniū nō eſt validū: atq; virtute illius non poſſunt copulari maritaliter. Hæc cōcluſio eſt Cordubæ, qui in tract. de caſib. conſc. q. 45. huius quæſtionis me-

meminit, quam ait eſſe magis communē & ve-
ram. Et probatur, quia ſecundū Panorm. & do-
ctores in.c.ſuper literis.de reſcript. & in.c. con-
ſtitutus, & in.c.poſtulaſti.eod.tit. & ſecundum
Couarr.in reſol.lib.1.c.2 n.5. diſpenſatio obten
ta ex relatione falſa ſcienter facta, ex qua motus
eſt princeps ad eam concedendā, quā alias non
concederet, eſt ſubreptitia, & nulla. Sed ſic eſt, ꝙ
ille curialis ſcienter fecit relationem falſam copu
læ conſummatæ, quia vidit papam diſpenſatio-
nem ſine illa nolle concedere: ergo talis diſpēſa-
tio, vt pote ſubreptitia, fuit nulla, neq; virtute
illius valide contraxere matrimonium.

℄Ex qua cōcluſione corollarie ſequitur prę-
dictos Petrum, & Mariam non poſſe maritalē
ducere vitam, neceſſeq; eſſe illis rurſum pro va-
lida obtinenda diſpēſatione recurrere ad papam
narrationem veram caſus illi proponendo, & de
ſubreptione, quæ interuenit in diſpēſatione prę
terita, faciliuſq; tunc papa diſpenſabit, ſupple-
bitq; defectū præteritū, videns ignoranter ſe in
hoc geſsiſſe, & quod iam per aliquod tēpus in fa
cie eccleſiæ fuerint matrimonio copulati.

℄Secūda concluſio: diœceſanus in prædicto
caſu ſubreptionis non poteſt diſpēſare cū præ-
dictis Petro & Maria, vt eorū matrimoniū va-
lidū ſit, & teneat. Probatur autem: quia opinio,
quæ dictat diœceſanum poſſe diſpenſare in his
occultis impedimētis, non eſt ſecura, vt aſſeuerat
Sotus in.4.d.37.q.1.ar.2. & etiā affirmat Cor-
duba in ſuo quæſtiona. quæſt. 11. Tum etiā pa-
tet, quia illa opinio contraria, quæ dictat in his
impedimētis occultis poſſe diœceſanū diſpēſare,
hāc licentiā diœceſano non cōcedit in caſu, quo
vterq; coniux agnoſcit defectū, & impedimen-
tū: at in caſu noſtrę cōcluſionis vterq; Petrus &
Maria cognouerūt defectū, & impedimentum,
neq; eſt periculū, neq; ſcandalū ex ſeparatione
interim dū conſulitur papa, neq; papa aſſeruit
hoc matrimoniū eſſe tolerandū, & ipſe Petrus,
licet non citra laborem poteſt adire Romam, vt
papa ſuppleat defectū diſpēſationis præteritæ.
Tū etiam probatur: quia in originali bullæ cru
ciatæ Gregorius. XIII. papa concedit cōmiſſa-
rio cruciatæ, vt poſsit diſpēſare ſuper impedimē
tis occultis matrimonij ex primo & ſecūdo gra
du affinitatis ortæ ex fornicatione prouenięti-
bus, dū modo poſt concil. Trid. illius formā ſer-
uauerint, qui ſic his implicati impedimētis con-
traxere matrimoniū, & dūmodo alter cōtrahen
tium tēpore contracti matrimonij huius impe-
dimenti ignarus extiterit, vt altero ignorante de
nullitate conſenſus prius certificato, ſi eis vide-
bitur, ſecrete de nouo matrimonium contrahere
poſsint in foro conſcientiæ dūtaxat, ſi ad euitā-
dum grauia ſcādala diſpenſandū fore iudicaue-
A rit. Ex quo ſumitur argumentū in gratiam no-
ſtræ concluſionis, quod ſi hic papa eā diſpēſa-
tionem, quā inſinuat ad ſe ſolū pertinere cū tot
limitationibus commiſſario bullæ cruciatæ fa-
ciendā committit, quæ limitationes in noſtro
caſu non concurrunt, quod parū tutum ſit hanc
diſpēſationem à diœceſano petere, vt bene aiūt
Sotus & Cord. vbi ſupr. quibus ſuffragatur Co
uarr. epit. de ſpōſal. par.2.c.6.§.de gradib. & cæt.
Vbi ait, quod nullus præter papā, etiā ſi ſit epi-
ſcopus poteſt diſpēſare in prohibitione capituli.
non debet de conſang. & affinit. vt notant om-
nes doctores. ca. at ſi clerici. §. fi. de iudic. & glo.
ca. quia circa. de conſan. & affin. Neq; etiam le-
B gatus à latere papæ. Nam is papæ conſtitutioni
derogare non poteſt, niſi in caſibus, in quibus
id agere poteſt epiſcopus, ſecundum Abbatem
cap. dilecto. de præb.4. notabili.

℄ Sequitur corollarie ex prædictis duabus
concluſionibus, quod prædicti Petrus & Maria
tenētur ad vnū ex his tribus, prout ipſi ambo
elegerint vel primo ad procurandā validā diſpē
ſationē à Papa, vel ſecundo ad vitā inter ſe agē-
dam non maritalem, ſed in perpetua continētia,
viuendo inter ſe, vt frater, & ſoror (at quia hoc
non caret graui periculo, quia iuuenes ſunt, &
valde ſe amant, nullatenus eſt eis conſulendum)
vel tertio ad viuendum ſeparatim ex conſenſu
C vtriuſq;, vel ex ſententia iudicis eccleſiaſtici, ſi
inuenerint modū, quo ſibi adhibeatur fides con
tra iuramentum ante à ſe in informatione facta
præſtitū. Ita Panorm. in. ca. ſuper eo. de eo, qui
cog. conſang. & ſpeculū coniugiorū. par.3.ar.8.

℄Sed ſi inquirat aliquis, nūquid in prædicto
caſu dubium nō excuſabit à petitione debiti eū,
qui bona fide contraxit matrimoniū: ad id du-
bij dico primo, ꝙ dū conſtat, vel valde probabi-
le eſt, quod aliquod matrimoniū fuit inualidum
is, cui id ſic conſtat, neq; reddere poteſt debitū,
neq; petere, neq; formare poteſt conſcientiam,
quod id licite poſsit facere. Secus, ſi dubius eſſet
de tali impedimento. Nā licet in hoc dubio non
D poſsit petere debitū: poteſt tamen licite reddere:
etiā ſi alter mala conſcientia id petat, ſecundum
Cordu. Imo ſi bona fide vterq; contraxit, & po
ſtea de impedimento dirimente dubitāt, poſt fa
ctā ſufficientem examinationē, ſi in eodē dubio
permanent, ſecundū Sot. in.4. ſent. & petere de
bitū, & reddere poſſunt. Secūdo dico ad punctū
quæſtionis reſpondendo, quod in caſu quæſtio
nis principalis, quia Petrus & Maria ambo ratio
nabiliter dubitant de ſuo Matrimonio, quod ſit
validū, & certitudine carēt neuter illorū ab alte-
ro licite debitum exigere poteſt, licet ſecundum
Cordū. bene poſsit reddere ad petitionē alterius
formando ſibi conſcientiam, quod non obſtāte
illo





illo dubio petenti licite poteſt reddere. Si autem
leue eſſet dubium, quale inter prædictos nō eſt;
tunc ad conſiliū etiam ſuum ſiue docti hominis
aut prælati ſui depoſito hoc dubio, & formata
bona conſciētia, poterit etiam petere, qui antea
leuiter, vel irrationabiliter dubitabat ante. Ita. c.
inquiſitionis. de ſent. excōmunic. ℄Tertio dici
tur, quod ſi aliqui bona fide coniuncti ſunt iam
matrimonio ignorantes inuincibiliter impedi-
mentū, dum non agitātur ſcrupulo & nihil ſciſ-
citantur de hoc, neq; à confeſſore, neque ab vllo
docto, qui impedimentū tale eis ineſſe intelli-
gat, ſunt admonendi de illo, ſed in ſua bona fide
ſunt relinquendi, quando ſeparatio eorum fieri
non poſſet, ſine magno ſcandalo, aut periculo
alterius, aut ſine magnis inconuenientibus ſpi-
ritualibus, vel tēporalibus. Ita Canus in ſua re-
lect. de pœnit. Sotus in.4.d.18.q.2.ar.4. & Cor
dub. in.3. lib. de ignor. q.5. & q.8. & Metin. de
confeſſ. q.26. ℄Sequitur etiā corollarie ex præ
dictis duabus concluſionibus, quod ſi papæ non
fuiſſet expreſſa illa falſa cauſa copulæ, & nihilo
minus concederet illam commiſsionē prælato,
nulla facta mētione copulæ vt diſpēſaret, valida
eſſet diſpēſatio, etiam ſi ante diſpenſationē poſt
commiſsionē factā à papa illa copula interceſ-
ſiſſet, etiam ſub confidentia, quod poſt contra-
cturi erant matrimoniū, vt ſupra probauimus.

℄Ad argumenta ſupereſt reſpondere. Igitur
ad primū argum. quod deſumebatur ex dic. ca.
quia circa. de conſang. & affinit. Reſpondetur,
quod ratio, qua gloſſa mota eſt ad notandū ibi,
quod propter ſcandalū toleratur diſpenſatio ex
falſa cauſa cōceſſa, eſt, quia illa cauſa, ſcilicet, pa
pæ expreſſa, quod haberet filiam ex muliere, cū
eſſet hæc filia mortua, fuit tantū impulſiua ex
inaduertentia ſic papæ propoſita, ſine expreſ-
ſione mortis filiæ, quæ ſi expreſſa eſſet nihilo-
minus creditur quod papa diſpenſationē con-
ceſsiſſet, licet non tam faciliter. Sed aliud eſt in
caſu quæſtionis, vbi cauſa falſa ſcienter propo-
ſita eſt papæ. Et quia ſi expreſſum fuiſſet Pa-
pæ oppoſitum, ſcilicet, quod copula inter eos
non interceſsiſſet, diſpenſationē non conceſsiſ-
ſet, vt prædixit curialis, vel non tam faciliter, ſi-
ne maioris copiæ pecuniæ impenſione. Item ſe-
cundū mentem Panor. in prædicto. c. quia circa
fuit conceſsio, vel diſsimulatio particularis vt cū
illis diſpenſaret epiſcopus in caſu, quo illud ma-
trimonium non fuiſſet validū, vt inter ſe ſecre-
te in foro conſcientiæ de nouo contraherēt. Vbi
ait Panorm. quod ipſa tolerantia fuit diſpenſa-
tio. ℄Vide circa hoc Couarru. in epitk. de ſpon
ſal. cap,6. par.2.§. de gradib. diuin. Vbi inquirit,
vtrū diſsimulatio papæ habet effectum, & vim
diſpēſationis. Et reſpondet, quod ſi papa dicit,
A quod diſsimulat, aut id ſcribit, diſpenſare vide-
tur, vt patet ex iſto. c. quia circa. de conſang. &
ex gloſſa ibi, quam ſingularē eſſe ait Sylu. verb.
lex. q.6. & ſecundū Abbat. & Doctores. Alio-
quin quanuis conniueat, diſpenſare non vide-
tur. c. cū iam dubiū de præben. eſt cōmunis ſe-
cūdum Felin. Sed iſta interpretatio capitis. quia
circa. non placet Adriano quolib.5.ar.2. Vbi in
ſinuat, quod ideó in caſu huius capitis. quia cir-
ca, diſsimulauit papa. Quia vbi quis ſine tranſ-
greſsione legis diuinæ, aut naturalis, & ſine iniu
ria proximi in aliquo ſtatu vitam agit dimitten
dus eſt, ac tolerandus in eodē ſtatu, ſi ex corre-
B ctione ſcandalū graue immineret. Quod intelli-
git Couarru. eſſe verum, ſi error eius attētis cir-
cūſtantijs conditionis, & qualitatis perſonæ bo
nam fidē minime excluderet. Ideo papa in illo
cap. quia circa. diſsimulat. Ita Adria. de confeſſ.
dub.7. poſt.5. quæſt. & Nauar. in. ca. ſiquis au-
tem. num.69. de pœniten. diſtinct.7.

℄Ad ſecundū arg. deſumptū ex. c. ſuper lite-
ris. de reſcriptis. Reſpondetur, quod etiā per ſim
plicitatem, vel ignorantiā exprimentes falſum,
vel tacentes verū in reſcripto, carēt gratia impe
trata, quādo nullo modo literas diſpenſationis
aliás habuiſſent, vt inſinuat ibi ſummariū. Atq;
ſic eſt in præſenti caſu quæſtionis, vbi curialis
ille procurator teſtatus eſt, ſe non potuiſſe impe
C trare deſpenſationē, ni appoſita illa falſa relatio-
ne cauſæ, ſcilicet, quod inter eos interceſsiſſet iā
copula. Neq; obſtat, quod Petrus & Maria non
fuerint autores falſæ relationis factæ, ſed ſolus
ille curialis eorum procurator. Quia licet hæc ra
tio ſufficiens ſit ad excuſandū Petrum & Mariā
à peccato, ſed non ſufficit ad validā faciendā di-
ſpēſationem. Quia reuera vitiū, vel defectus pro
curatoris nocet, & officit illū conſtituenti, quan
tum ad valorem, vel non valorē eius, quod pro-
curator geſsit: quia poteſt non acceptare quod
per procuratorem male geſtū eſt, & denuo ſuū
ius proſequi. Sic & iſti Petrus & Maria refutan
do geſtū male per illū procuratorem poſſunt in
D tētare nouā ſupplicationem, & verā corā papa.

℄Ad tertiū argu. vbi proponebatur, ꝙ defe-
ctus cauſæ impulſiuæ non nocet, & quod illa co
pula falſo expreſſa coram papa non fuit cauſa
principalis, mouens papā, ſed ſcandalū vitādum
fuit cauſa principalis, quæ illum mouit, reſpōde
tur, ꝙ reuera cauſa principalis fuit, poſtquā ſine
illa, vt teſtatus eſt curialis, papa nolebat cōcedere
diſpenſationem. Cauſam nanq; principalē, qua
tenus attinet ad diſpenſationē vocamus illā, ſine
qua non fieret cōceſsio, aut diſpenſatio, ſecundū
Couarr. in reſol. lib.1.c.20. Atq; licet papa vten
do illo termino, forte, in dubio poſuit, an Maria
ex copula maneret imprægnata: tamē nō quale
cunq;

eunq; ſcandalũ mouit eũ ad diſpenſandum, ſed ſolum illud ſcandalum, quod timebatur ſucceſſurum ex copula, quam præceſsiſſe inter eos ei proponebatur: quia omne aliud malum ſcandali euitari bene poterat: ſi tollerentur occaſiones, etiam ſi matrimonio non copularentur.

¶ Ad.4.arg.ex.c.cũ acceſsiſſent.de cõſtit.vbi obijciebatur, quod dũ cauſa conceſsionis ceſſat non in toto ſed in parte, nõ ceſſat effectus, neq; vitiatur conceſsio, reſpondetur, ſicut ante reſponſum eſt, ꝙ ſi initio ceſſauit cauſa principalis, ſine qua papa etiã alijs cauſis exiſtentibus diſpenſationẽ non concederet à principio: diſpenſatio, quia inualida fuit nullũ ſortita eſt effectũ. Atq; ideo dictũ caput nihil facit cõtra nos, neq, quod Tiraquel. & doctores allegati aſſerũt, ſcilicet, ꝙ cauſa ceſſante in parte non ceſſat effectus: quia hic defuit cauſa principalis, ſine qua non fieret conceſsio, vt magis explicuimus in ſolut.ad.3.

¶ Ad.5.argum.reſpondetur, negãdo præſuppoſitũ, quod hic ſit in dubio, an dicta diſpẽſatio ſit valida, vel inualida, vt in iſto dubio nõ ſit cẽſenda inualida, vt aſſerit Tiraquel. quia certe cõſtat ob defectũ cauſæ principalis: i. copulæ eſſe nullã. Quia licet poſtea verè talis cauſa copulæ extiterit, ſed nõ valet diſpẽſatio; quia tẽpore eius impetrationis, & relationis papæ factæ defecit ſecundũ Panor.c.quia circa.de conſang, quia cũ non fuerit vera cauſa, ſubreptionis fuit cauſa. Neq; illa dictio, forte, poſita à papa in literis inſinuat copulã eſſe tantũ cauſam impulſiuã, cũ ex relatione curialis cõſtet contrarium. Et patet ex explicatione huius particulæ, forte, aſsignata in ſolut.præcedenti ad.3.arg. ¶ Ad confirmationẽ reſpondetur ex mente Panor.dic.ca.quia circa. quod cũ illa cauſa copulæ nõ fuerit vera tẽpore impetrationis diſpẽſationis, & datæ relationis, cauſa fuit ſubreptionis, & nullitatis diſpenſationis. Vnde nihil ſuppletur per hoc, quod poſtea interueniſſe probetur. Quod autẽ cõceſſum ex cauſa ſemel probata ſiue vera, ſiue falſa non reuocatur, verũ eſt in foro exteriori, vbi oppoſita falſitas conſtare non poteſt per probationem, vel aliter: quia præſumitur ex vera cauſa fuiſſe conceſſum. Secus autem eſt in foro conſcientię, in quo falſitas cauſæ conſtat. ¶ Ad.6.argum. iã abunde per ſecundã concluſio. reſponſum eſt. Vbi concluſimus propter rationes ibi allatas, quod diœceſanus non poterat diſpẽſare in hoc caſu. ¶ Quoniã de inceſtu huc vſq; diſputatum eſt, & de hoc caſu inquirendũ eſt, vbi inceſtuoſas nuptias quidam contraxerũt in facie eccleſ. ignorantia interueniente ex parte vnius. Verbi gratia, Petrus & Maria ante concil. Triden. contraxere matrimoniũ bona fide in facie eccleſię: veruntamen Petrus copulã fornicariam ſecretã

A habuerat cũ conſanguinea Mariæ in tertio gradu. Quocirca, licet ipſi arbitrati ſunt valide interſe poſſe cõtrahere, nihilominus matrimoniũ propter affinitatẽ contractã inter eos in tertio gradu non valuit. Quæritur, vtrum nunc poſt concil. Triden. poſsint ſine diſpẽſatione inter ſe ſecreto de nouo inire coniugium, non adhibitis teſtibus, & curato. Et idem quæritur, ſi alius in ſecũdo gradu inceſtuoſas nuptias contraxiſſet, an obtenta ſuper hoc diſpenſatione, quæ eſt neceſſaria neceſſe eſt iterum in facie eccleſiæ poſt concil. Trident. contrahat, an ſat ſit, ſi interſe ſecreto nouo adhibito conſenſu ipſe & vxor ſua contrahant. Videtur autẽ, quod ſic ſecreto con- B trahere non poſsint: quia concil. Triden. ſeſ.24. ca.1. inhabiles ad contrahendũ ſic matrimoniũ efficit eos, qui ſecretè ſine curato, & teſtibus ſic contraxerint. Et confirmatur: quia ſcandalum, quod alias ſequeretur, non ſufficit ad legitimandam materiã, quã ad ſic contrahendũ concil. Trident. illegitimam fecit. Item, quia videtur ceſſare ſcandalũ, ſi ſecreto corã curato, & duobus teſtibus ſecretiſsimis contrahatur: ergo non poterunt interſe ſolos contrahere valide. In contrariũ eſt cap. quia circa. de conſang. & affinit. vbi papa tolerandos eſſe diffinit eos, qui contraxerant in gradu prohibito, ex diſpẽſatione ſubreptitia, neq; præcipit eos iterũ in facie eccleſ. cõtra- C here, ad vitandũ ſcandalũ, quia eorum culpa ſecreta erat: ergo ſimiliter tolerantia eſt admittenda in caſu pręſenti. ¶ Ad faciendũ ſatis quęſtioni dicitur primo, quod omnes conueniũt in hoc quod quando non timetur ſcandalũ, vel aliquod graue malum, aut inconueniẽs, ſicut vſu euenit, cum iã eſt publicũ huiuſmodi impedimentum, vel quia iam conſtat apud omnes de obtenta diſpenſatione, vel ob aliam cauſam ſublatum eſt ſcandalũ, tunc tenentur iterũ contrahere coram teſtibus, & præſente parocho, iuxta literam concilij Trid. neq; de hoc dubitatur. Secundo dicitur, quod quando ſine ſcandalo, aut alio notabili malo aut ſine notabili infamia nõ poſſet cõ- D trahi coram teſtibus, & curato, ſufficeret tunc prædictis ſecreto contrahere de nouo inter ſe, ſi vnus contrahentiũ illius impedimenti fuit ignarus. Ita Corduba in tract. de caſib. conſc. q.51. & ſpeculum coniug. dubio.10. concluſ.5.

¶ Tertio ad punctũ quæſtionis dicimus, quod ſi vera eſt illa aſſertio Nauarri in ſum.ca.22.nu.70. extra omnem dubietatis aleã hanc quæſtionem ponit. Ait enim ibi ſic in forma, quod valde notandũ eſſe prædicit, ſcilicet, fœlicisſimum Pium. V. declaraſſe, non eſſe neceſſariã præſentiam Parochi, & teſtiũ in contrahendo denuo matrimonio ab his, qui illud publice cum denũciatione ſufficiente contraxerunt; ſed propter aliquod



aliquod impedimentũ occultum eſt nullũ, quo ſublato oportet, vt denuo contrahatur. Quod fieri poſſe reſponderat Nauar. antequam ad vrbem Romanam veniret. Additq; hac declaratione Pij Quinti, ſacrum pœnitentiariæ prætoriũ frequenter vti. Credendũ eſſe ergo videtur Nauar. licet ipſe hanc declarationem in propria forma ſcriptã non viderim. Dicitur autẽ quarto ad alteram partẽ quæſtionis, quod qui ante concilium in tertio, & quarto gradu erant affines affinitate orta ex copula fornicaria ſecreta, & putantes, ſe poſſe, contrahere coniugiũ inierunt, nunc poſt conciliũ iterũ ſine diſpẽſatione cõtrahere poſſunt. Quia in concil. Trid. ſeſ. 24. ca.4. diffinitur ex tertio, & quarto gradu affinitatis contractæ, ex coitu fornicario non oriri iã impedimentũ dirimens matrimoniũ. Quod verum etiã habet, licet prædictũ impedimentũ & fornicatio præceſſerit conc. Trid. Sic enim Pius V. declarauit in extrauag. ca. Sanctiſsimus. Vbi etiam declarat, quod qui ante concilij Trid. confirmationem in cognatione ſpirituali erant iuncti, dum non ſint de numeratis in concilio perſonis, inter quas voluit contrahi ſpirituale cognationẽ, poſſunt abſq; diſpẽſatione copulari, & ꝙ matrimonia poſt concilij Trid. confirmationẽ inter tales contracta, ſine diſpenſatione ſint valida, & cætera. Et per ſupradicta patet reſponſio ad obiecta, quia contra intentionẽ cõcilij fuit illegitimas reddere perſonas ad contrahẽdum inter ſe ſolas, quãdo legitime antea in facie eccleſię ſeruata eſt ſolẽnitas ſubſtantialis præſentialitatis curati, & duorũ teſtiũ. Sicut etiã, ſi aliqui ſic antea contraxiſſent in facie eccleſię, & tũc ratione defectus cõſenſus interioris in vno eorũ matrimoniũ fuiſſet nullũ, poſſet tunc qui diſſenſit inter ſe ſolũ nouũ præſtare conſenſum, quo antea caruit, quia etſi vellet iterum coram parocho, & teſtibus contrahere id non permitteret eccleſia. Et quia regulariter ex iterũ contrahendo coram curato & teſtibus ſequitur ſcandalum ipſorũ parochi, & teſtiũ, & etiam aliorum, quia nihil occultũ, quod non reueletur. Vnde merito timeri poteſt infamia. Idcirco ſcrupuloſa eſt illa cautela, quã adhibet Cord. vbi ſupra ad ſcãdalũ vitandũ, ſcilicet, quod ſecreto petatur ſuperioris licẽtia ad iterũ contrahendũ coram parocho, & quod aduocẽtur in teſtes, qui non nouerint perſonas, ſic matrimonio iterũ cõiungẽdas.

¶ Præterea de altera ſpecie luxuriæ, quæ eſt ſacrilegium, pauca hic ſuperaddemus, quia in.1. tomo inſtructorij conſc. plura diximus. Dicamus hic etiã in ſuo loco vnũ vel alterũ verbũ, inquirentes primo, vtrũ fornicari in cellulis, & manſionibus religioſorũ, quæ ſunt ædificatæ ſuper clauſtra, vel capellas, vel eccleſias monaſte-

A riorũ ſacrilegium ſit, ſicut quando forniciũ contingit exerceri in eccleſia. Reſpondetur ergo cũ Corduba in tract. de caſib. conſcien. q.12. quod quando prædicta loca non ſunt deputata ad ibi ſacra exercenda, vel ad celebrãdas miſſas, vel ad ſepulturas pro defunctis, ſed reputantur, vt pro fana loca ad dormiendũ, cuiuſmodi eſt dormitoriũ, & infirmaria, libraria & cætera, etiam ſi ibi aliquod ſit conſtructũ altare ad celebrandũ miſſam aliquãdo, ſi opus fuerit, quia non ſunt loca benedicta, ſicut eccleſiæ, & cœmeteria, vel capellæ, vel clauſtra dicata pro ſepulturis, licet qualibet nocte benedicãtur à præſide monaſterij, & aqua benedicta aſpergantur: tunc fornicatio ibi B accidens non eſt ſacrilegiũ. Quanuis, ſi his locis aliqua violentia inferatur, citra dubiũ erit ſacrilegiũ, vt habetur. q.13. &. 19. (ex quo infertur, quod ſi quis citra violentiam his locis illatã furaretur in his locis aliquid, quod non eſt propriũ monaſterij, neq; eſt ſub eius tutela, vel cuſtodia conſtitutũ, ſed pertinet ad laicũ, ibi manentem, nõ cõmitteret ſacrilegiũ; quia neq; ſacrum, neq; de ſacro furatur. Poſſet tamen talis incurrere excommunicationem propter furtũ cõmiſſum in monaſterio, virtute priuilegiorũ, quæ aduerſus tales habere ſunt ſoliti religioſi. Pręſertim quãdo id innoteſceret furibus. Vide Sylu. tit. loca religioſa. Caiet. verbo. ſacrilegiũ. & Nauar. in ad- C diti. ca.16. nu.3. quia loca iſta ſunt. de quarta ſpecie rerũ ſacrarũ, ſicut poſſeſsiones eccleſiæ, vbi fornicatio cõmiſſa nõ eſt inceſtuoſa, vel ſacrilega. ¶ De ſpecie peccati contra naturam, quia plura præmiſimus tradita nobis à D. Tho. nihil supereſt dicendũ, niſi quod peccatũ cõtra naturam inter pœnalia mala, quæ inducit, eſt etiam diuortium inter coniuges, vt patet ex ca. omnes cauſationes. 32. q.7. ita Syluеſ. diuortiũ. q.7. Eſt communis ſecundũ Abbat. Vnde D. Ambroſi. 1. ad Corint. ca.7. inſinuat vxorem ſeparationẽ quo ad torũ petere poſſe, ſi fuerit à viro tentata ad vſum contra naturam. Nam conſtat crimen ſodomiæ etiam cum fæminis committi poſſe, D flagitioſe can. vſus. 32. q.7. cæterum Alciatus vt refert Couarr. de ſpõſal. 2. par. §.5. de diuortio. c. 7. tenet hoc crimen non puniri pæna ordinaria, qua cõmiſſum cũ viris puniretur. Quod tamen falſum eſſe ibi cenſet Couarruuias, quando vir committeret hoc cũ fæmina, ſicut ſodomitici ſolent coire, quia eſt vera ſodomia. Sed ſi fæmina viri officio fungẽs, aliã ſubegerit fæminã, admitti poterit Alciati ſentẽtia, quæ eſt etiã Marian. licet Salicetus in. l. fædiſsimam. C. de adulter. aſſerat cum Boer. hoc crimen propria pęna ſodomiæ fore puniendũ. Quod limitauit quidã iuriſta pręclarus Italicus, quando fæmina cũ fæmina copulam perficeret ſibi adaptando inſtrumentum

mentum aliquod, quaſi mēbrum virile, quo cū
alia fæmina intra vas poſſet coire. Itē mollities,
qua mulier ſe polluit, ſecū ſola, licet non ſit pec
catum ſodomiæ, eſt tamen ſecundū Victor. pec
catū contra naturam; ſicut etiā eſt in viro: quia
hoc ita eſſe reputat eccleſia. Quod & ratione na
turali quoq; probari poteſt: quia ſemē fœminæ
eſt neceſſarium, aut ſaltem vtile ad generatio-
nem. Quod ſi aliquę fœminæ eius ſeminis emiſ-
ſionem, & concomitantē delectationē, ſe non
ſentire aiunt, eſt autore Fratre Ioan. à Peña ca-
thedratico Salma. vt omnia mūdis ſint, ſicut &
huic caſtiſsimo patri omnia munda fuere, quia
ipſę fœminæ præ aliqua infirmitate aliquādo te
nuiſsime ſpermatizant multū ad intra. Ita iſte
magiſter ait in ſcholijs ſuis doctiſsimis ſupra. 3.
part. D. Thomæ. ¶ Adde, quod quia dubitari
poterat, an ſit peccatū contra naturam dormire
cum dæmone ſuccubo, reſpondet Victoria, D.
Auguſt. reputaſſe, fatuū eſſe negare eſſe iſtos dę
mones ſuccubos & incubos, quia eſt contra ex-
perientiā teſtificatam dictis multorū, vt ait Ca-
ietan. & vide D. Thomā in. 1. part. q. 1. art. 3. in
ſolut. ad vlti. In cuius gratiā adducit autorē D.
Aug. 15. de ciui. Dei affirmantē multos eſſe ex-
pertos, vel qui ab expertis audiſſe confirmant
Syluanos & Faunos, quos vulgus incubos vocat
improbos ſæpe extitiſſe mulieribus, & earū ex
petiſſe & peregiſſe concubitum. Vbi addit D.
Thom. quod ſi tamen aliqui ex coitu dæmonū
interdū naſcuntur, hoc non eſt per ſemen ab eis
deciſum, aut à corporibus aſſumptis, ſed per ſe-
men alicuius hominis ad hoc acceptum, vt pote
quod idē dæmō, qui eſt ſuccubus ad virum, fiat
incubus ad mulierē, ſicut alia ſemina rerum aſ-
ſumunt ad generationē autore D. Auguſt. 3. de
Trinit. Vt ſic ille qui naſcitur non ſit filius dæ-
monis, ſed illius hominis, cuius eſt ſemen accep
tū. Ita D. Thomas. ¶ Aduertendum eſt vltimo,
quod clericus propter peccatū contra naturam
ſodomiæ deponendus eſt cap. clerici. de exceſſu
prælat. Inſuper videnda eſt extrauagās. Pij. V.
cap. horrendum. Vbi clerici propter incontinen
tiam contra naturam priuantur officijs, & bene
ficijs, & tradi iubentur brachio ſeculari, vt pœna
laicali puniantur. Quam extrauagantem recep-
tam eſſe audio Luſitaniæ, quo ad traditionē bra
chio ſeculari faciendam, non vero in regnis Ca-
ſtellæ. Igitur ſecundū Sylu. verbo. luxuria. q. 7.
deponēdus eſt clericus ſodomita: & ſi apparet
incorrigibilis traditur religioni ad perpetuā pœ-
nitentiam. ca. clerici. de exceſſ. prælat. Secundū
vero illā extrauagantē Pij. V. cuius meminit Na
uar. in ſum. c. 27. n. 249. licet non fiant irregula-
res clerici exercētes non ſemel aut iterū, ſed qui
toties exercent dirum nefas ſodomiæ, vt merito

A vulgi opinione habeantur pro talibus, tamen pri
uantur omni priuilegio clericali, omniq; officio
& dignitate, & beneficio eccleſiaſtico ipſo facto
priuātur. Quia ibi dicitur: Præſentis canonis au
toritate priuamus. Quod cum loquatur per ver-
ba de præſenti inducit ipſo iure pœnā. ca. excō-
municamus de hæreticis. Comprehenditq; non
quēcunq; clericū pollutionem habentē cū alia
extra vas ordinariū, ſed ſolū habentē copulā ſo-
domiticā, ſicut ſodomitici ſolēt inter ſe habere ſe
cundū D. Th. 2. 2. q. 154. art. 11. vt prædiximus.
An vero iſta extrauagans ſit in foro conſcien-
tiæ recepta, in quo Grego. XIII. declarauit obli
gare, quia eſt quæſtio non de iure, ſed de facto
B ad eā nō tenetur iuriſperitus reſpōdere, ſed reſpi
ciendū eſt ad factū. Inducit igitur peiorē pœnā
quam irregularitatem; quia inducit depoſitionē,
quæ non eſt irregularitas, ſed peior illa. Si quidē
ſecundū Nauarr. ibi nulla irregularitas inducit
priuationē beneficij iam quæſiti ipſo iure, ſicut
irregularitas ex homicidio contracta ipſo iure
illam non inducit ſecundū Inno. cōmuniter re-
ceptū in cap. cum noſtris. de conceſſ. præbend.

Præterea pœna peccati nefandi apud Hiſpa-
nos eſt, vt autor eius conuictus de illo igni com
buratur, & ipſo facto ſine alia declaratione, bo-
na quæcunq; eius fiſco regio ſint applicata, etiā
ſi tantum probentur actus propinqui ad factū
C conclusionis, ita vt per ipſum non ſteterit; quin
procederetur vltra. Nam pœna ordinaria etiam
tunc eſt puniendus. Ita in recopill. noua leg.
lib. 8. tit. 21. l. 1. Vbi iudices tempore acceptandi
officia iurant, de executione hac facienda.

## CAP. CCXCVIII.

*De ſimonia, & eius diffinitione: & eius explica-
tione: De diſtinctione rerum ſpiritualium,
& quæ res ſpiritualis ſit materia propriæ ſi-
moniæ: Et an Theologia ſit materia ſimoniæ,
ſi vendatur eius vſus: Et an vendere actum
D iuriſdictionis, vel eius negationem ſit ſimo-
nia, vbi reſpondetur per tres concluſiones,
& reſpondetur ad argumenta in contra po-
ſita: Et an ſimonia ſit omnino intrinſecè ma-
la, ita vt ſuper hoc Deus nequeat diſpen-
ſare.*

QVONIAM de materia
venditionis, & emptionis
nobis hic occurrebat agen-
dum, quia exceſſus in
his contractibus ad aua-
ritiam tanquam ad radi-
cem videtur pertinere,
con-



conſulto hanc materiam rurſus hic non inculca
mus, quia partem eius ſuperius. Prælibauimus:
& tandem in noſtro inſtructorio negociantiū
totam ſuis numeris omnibus abſolutam tradidi
mus. Reliquum ergo eſt, vt iam ad materiam ſi-
moniæ per tractandam, quæ etiam ex quadam
auaritia, & concupiſcentia rei alienæ ortum ha-
bet accingamur. Atque vt in materia non tam
peruia principia ſolidiſsima præiaciamus, ex
quibus rurſus ad quæſtiones ſpeciales nobis ob-
uias decidendas facultas præbeatur, doctrinam
diſtinctam, compendioſam, & bene ordinatam
& diſſertam, quam nobis D. Th. 2. 2. q. 100. tra
dit, vt hic præmittamus operæpretium erit.

¶ Statuamus ergo primo diffinitionē ſimo-
niæ, quam D. Th. in. 1. artic. illius quæſtio. 100.
nobis tradit, vt à notitia quidditatis rei, de qua
nobis agendum eſt procedamus. Eſt igitur ſimo
nia, Studioſa voluntas emendi & vendendi ali-
quid ſpirituale, vel ſpirituali annexum. Vnde cō
ſequitur, quod ſit mala ex ſuo genere, cuius pro
pria ratio eſt, quia cadit ſuper indebitā materiā,
ſiquidē emptionis & venditionis indebita ma-
teria eſt res ſpiritualis, propter triplicem rationē
quam aſsignat D. Tho. Primo, quia res ſpiritua
lis nullo pretio terreno poteſt compenſari, iux
ta illud, quod de ſapientia dicitur Prouer. 3. Pre
tioſior eſt cunctis opibus. Secundo, quia id po-
teſt eſſe debita materia venditionis, cuius vendi
tor eſt dominus: at prælatus non eſt rerum ſpi-
ritualium dominus, ſed diſpenſator, iuxta illud
1. ad Corin. 4. ſic nos exiſtimet homo, vt mini-
ſtros Chriſti & diſpenſatores miniſteriorū Dei.
Tertio, quia iſta venditio rerum ſpiritualium re
pugnat principio ipſarum rerū ſpiritualiū, quip
pe quæ proceſſerunt, ex gratuita volūtate Dei,
ſecundū quod ait Dn̄s Matth. 10. Gratis accepi
ſtis gratis date: ideoque aliquis emendo vel ven
dendo rē ſpiritualē irreuerentiā exhibet Deo, &
rebus diuinis, ob quod peccat peccato irreligioſi
tatis. Simonia autē dicitur eſſe hæreſis á D. Gre
gor. in regiſtro, non in hoc ſenſu, quod eſſentia
liter ſit hæreſis, ſed ſecundum quandam exterio
rē proteſtationē; quia eſt vitium contra virtutē
religionis, quæ conſiſtit in quadam fidei prote-
ſtatione. Quia ſimoniacus quodammodo prote
ſtatur, ſe eſſe dominū ſpiritualis boni, quod eſt
hæreticū de ſe: licet non ita ſentiat in corde. Sed
neque regnum cælorū proprie emitur, vt tradit
D. Th. loco cit. in ſolut. ad. 3. niſi largo modo ac
cipiatur emere, pro mereri. Quia alias, vt dicitur
ad Rom. 8. non ſunt condignæ paſsiones huius
temporis, neque aliqua opera noſtra de ſe ſolum
ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.
Item prænotandum eſt cū D. Th. in ſolu. ad. 5.
quod in diffinitione ſimoniæ nomine emptio-

A nis, & venditionis intelligitur omnis contractus
non gratuitus. Vnde permutatio præbendarū,
vel eccleſiaſticorū beneficiorum non poteſt fie
ri autoritate partium abſque vitio ſimoniæ, ſi-
cut neque tranſactio, vt iura determināt. Poteſt
tamen prælatus ex officio ſuo permutationes
huiuſmodi facere pro cauſa vtili, vel neceſſaria.

¶ Quia hæc materia eſt grauiſsima, & valde
neceſſaria ſcitu, præſertim in noſtro tēpore, in-
cumbendū eſt nobis totis viribus, vt ſuis nume-
ris abſoluatur. De qua materia agitur extra de
ſimonia. & 1. q. 1. per multa capita. De qua agit
Magiſter ſent. in. 4. diſt. 25. Adria. quol. 9. Sylu.
verbo, ſimonia. Sotus de iuſt. & iur. lib. 9. q. 5.
B Sanct. Tho. 2. 2. q. 100. & ibi Caie. Nau. in ſum.
c. 23. á nu. 99. & in comm ent. c. vlt. de ſimon.

¶ Dicitur autem ſimonia à Simone Mago,
qui, vt refertur Act. 18. Spiritū ſanctū cōferēdi
alijs, voluit emere gratiā, vt eā vendēdo etiā alijs
negotiaretur ad temporalē quæſtū. Nā & ſi Iu-
das inſigniter ſacrilegus autorē ſanctitatis Chri-
ſtū Dn̄m triginta argenteis vēdidit, potius fuit
ſacrilegus, quam ſimoniacus: quia nō tanquam
quid ſpirituale, atque vtile, aut ſanctū eū vendi-
dit, ſed quadā auaritiæ rabie adactus illum vena-
lem expoſuit. Realiter autē in veteri lege ſimo-
nia inuenta eſt. Nam & Eſau. Geneſ. c. 25. vēdi-
dit primogenita ſua, id eſt, ſacerdotiū, quod ſibi
C obtingebat, ſiquidē primogeniti tūc ſacerdotes
erant; licet nomen iſtud ſimoniæ tunc in vſum
introductū nō eſſet. At & ſi ſint multa loca ſcri-
pturæ, vbi hoc vitiū damnatur, præſertim taxa-
tur & improbatur Matth. 10. Gratis accepiſtis
gratis date, & 2. Petri. c. 2. vbi damnatur Balaā
propheta, vt ſimoniacus, & in epiſtola Iudæ, &
4. Reg. 5. de hoc vitio ſubnotatur Giezi, & 3.
Reg. c. 13. de eodem vitio incuſatur Ieroboam,
& Actuum. 18. Simon de hoc vitio increpatur.

¶ Præterea, quoniam in diffinitione ſimoniæ
ponitur materia, ſeu obiectū ſimoniæ eſſe quid
ſpirituale, nam ſimonia diffinitur eſſe emptio,
& venditio rei ſpiritualis, *in primis* quæritur, cū
D res ſpiritualis dicatur donum Dei nobis collatū,
ſiue naturale ſit, ſiue ſupernaturale, naturalia au-
tem dona & ſpiritualia ſunt virtutes & ſcientiæ
acquiſitæ, & naturales animi dotes, ſupernatu-
ralia autem dona ſunt virtutes infuſæ ſuperna-
turaliter, & Spiritus ſancti gratiæ & dona quæ
adnumerantur ab Apoſtolo. 1. ad Corinth. 12.
vbi ait, Diuiſiones gratiarum ſunt & ad Epheſ.
4, an indifferenter omnium harum rerum ſpiri-
tualium etiam naturalium emptio, & vendi-
tio ſit ſimonia, vt plerique Doctorum ſunt arbi
trati, cuiuſmodi fuere Altiſiodorenſis, libr. 3.
tract. 21. Alexan. Halenſ. 2. part. q. 185. membr.
3. & gloſ. c. non licet. 1. q. 3. & ferme DD. cano-
nici

nici iuris,vt eſt videre apud Syluef.verbo, Do-
ctor,& in verbo,ſimonia.§.10.Imo & D.Tho.
in.4.diſt.25.q.3.art.2. Et videtur pro parte iſto
rũ arguendo,quod dona ſpiritualia naturalia ta-
men emere,& vendere ſit ſimonia.Tum primo
quia Prouer.23.iſtorũ venditio, prohibetur,dũ
ibi dicitur;Noli vendere ſapientiã, & doctrinã,
& intelligentiam.¶Tũ,quia D.Auguſt. in lib.
de magiſterio,docet, quod Spiritus ſanctus eſt,
qui interius homines edocet ſcientias etiã natu-
rales:ergo qui illa diuendit ſimoniacus eſt cẽſen
dus.Tũ,quia D.Ambr. 1.ad Cor.12. circa illud,
Nemo poteſt dicere, Dñs Ieſus, niſi in Spiritu
ſancto,affirmat,quod omnis veritas eſt ab Spi-
ritu ſancto. ¶Itẽ,quia ſapiẽtia etiã naturalis eſt
pretioſior cunctis opibus,iuxta illud Prouer. 3.
pretioſior eſt cunctis opibus.In contrarium eſt,
quod in ſacra ſcriptura,vbi vitiũ ſimoniæ ſubno
tatur,non fit mentio,niſi de gratijs ſupernatura
libus infuſis. ¶Igitur pro expeditione quæſtio
nis præmittenda eſt primo diſtinctio rerũ ſpiri
tualiũ. Nã quædã ſunt, quæ ſunt res ſpirituales
per eſſentiã, ſicut gratia & infuſæ virtutes, aliæ
quæ ſunt effectus gratiarũ,&donorũ vt prophe
tare,& aliæ gratiæ, quas gratis datas appellãt &
iuriſdictio eccleſiaſtica ſupernaturaliter à Chri-
ſto data,& inſtituta ab eccleſia virtute poteſta-
tis diuinitus acceptæ,vt ius ſepulturæ,calix cõ-
ſecratus;& ſimilia ſpiritualia, quæ quædã ſunt
ſicut officia & beneficia eccleſiaſtica,quæ ſecũ-
dũ D.Tho. 2.2.q.100.cõmuniter receptũ, ſunt
materia ſimoniæ:ad quæ reducitur ius patrona-
tus præſentãdi ad beneficia. Ita Adria. & Nau.
vbi ſup.¶Secũda diſtinctio eſt:Inter ſpiritualia
quæ ſunt materia ſimoniæ,quædã ſũt purè ſpiri
tualia expertia omnis cõmixtionis rei tẽporalis:
cuiuſmodi ſunt gratia,& dona Spũsſancti.Alia
ſunt mixta ex tẽporali & ſpũali. Et inter hæc
quædã ſunt,quę magis participãt de tẽporali, q̃
de ſpirituali,vt calix conſecratus,& ornamenta
ſacra,quorũ ſubſtãtia & materia eſt corporalis.
& alia ſunt,quæ magis participant de ſpirituali
quã de tẽporali, cuiuſmodi ſunt ſacramenta, &
actus cõficiẽdi ea.Ita Nau.vbi ſup. ¶Tertia di-
ſtinctio eſt,quæ ſumitur ex D.Th.in.q.100.ar.
4.Inter ſpiritualibus annexa,quæ ſunt etiã ma-
teria ſimoniæ,quædã ſunt;quæ ſic ſunt ſpiritua
libus annexa,vt ex ſpiritualibus dependeãt ; ſi-
cut habere beneficiũ dicitur iſto modo eſſe anne
xũ ſpirituali.i.officio clericali.Alia ſunt, quę ſic
ſunt ſpiritualibus annexa, nõ quaſi ex ipſis de-
pendentia,ſed quia ad ipſa ſpiritualia ordinãtur;
ſicut ius patronatus ordinatur ad præſentandos
clericos ad eccleſiaſtica beneficia ; & vaſa ſacra
ordinantur ad ſacramentorũ vſum. Vnde huiuſ
modi nõ præſupponũt ſpiritualia, ſed magis ea

A ordine tẽporis præcedũt ; & ideo aliquo modo
vendi poſſunt,nõ autẽ in quantũ ſunt ſpiritua-
libus annexa. ¶Deinde adnotandũ eſt inter ca-
noniſtas, inter quos noſtro tẽpore egregius fuit
Nauar.copioſior ſolita eſt aſsignari diffinitio ſi
moniæ,quã tradit ipſe Nau.in ſum.c.23.n.100.
dicẽs,ꝙ ſimonia eſt ſtudioſa,ideſt,deliberata vo
lũtas emẽdi,vel vẽdendi ſpirituale, vel ſpirituali
annexũ,ob aliquid tãquã pretiũ,vel ob cauſam
principalẽ, & immediatã iure id nõ permittẽte,
vel prohibente. At cũ ſecundũ Ariſt. diffinitio
debeat eſſe breuiloqua,cõpendioſa, & per ſe no
ta, aliquorũ iuriſtarũ ſolẽne eſt vitiũ longas &
B caudatas tradere diffinitiones,onuſtas particulis,
quæ in quæſtionẽ verti ſolent, an verificẽtur de
diffinito aut ei per ſe conueniant: ſicut apponit
hic Nauar.Vbi contra normã philoſophi cũ ſi-
monia æquiuoce dicatur de ea,quæ de ſe eſt pro
hibita; quia mala de ſe,qualis eſt quæ de iure na
turali diuino prohibetur,& de alia,quæ de ſe nõ
erat ꝓhibita,quia neq; de ſe eſt illicita, niſi quia
iure humano,& poſitiuo tantũ eſt prohibita,ip
ſe nulla præmiſſa diuiſione vtriq; ſimoniæ vnã
diffinitionẽ cõmunẽ adaptare voluiſſe videtur,
vt inſinuat cũ illas particulas.ſ.iure id permittẽ-
te,vel ꝓhibẽte in diffinitione ſimoniæ apponit,
quod nõ põt nõ eſſe abſurdũ,cũ autore Ariſto.
æquiuoca prius ſint diuidenda, quã diffinienda.
C ¶ Inter ſimonias autẽ de iure diuino cõnumera
tur emptio rerũ ſpiritualiũ ad ſalutem hominũ
procedentiũ à Deo, vt ab autore ſupernaturali,
ſiue quę ad hũc finẽ inſtituta ſunt ab eccleſia ex
poteſtate à Deo ſibi diuinitus tradita. Inter ſi-
monias autẽ de humano iure cõputat Nau. col-
lationes,renũtiationes, præſentationes, vel alia
pacta illicita reſpectu beneficiorũ eccleſiaſtico-
rũ,quãdo alias hæc omnia licita forent, niſi ab
eccleſia prohiberentur. Sed de his exactius po-
ſtea.Sed & de hac diſtinctione ſimoniæ de iure
diuino,& ſimonię de iure tantũ humano memi
nit gloſſ.celebris,& recepta à canoniſtis.cap.ex
D parte.1.de offi.deleg.¶His igitur præmiſsis,quę
conferũt ad intelligentiã diffinitionis ſimoniæ,
ſtatuitur hæc prima concluſio,quæ ad eius intel
ligentiam valde confert,& per quã reſpondetur
ad quæſtionẽ,quæ talis eſt: Certa res eſt, quod
materia ſimoniæ propriè acceptæ eſt res ſpiri-
tualis, vt eſt ab Spiritu ſancto autore gratiæ &
gloriæ,ſiue ſit corporalis, vt actiones ſacramẽto
rũ,& calices conſecrati, ſiue ſit mere ſpiritualis,
vt gratia gratum faciens, & virtutes infuſæ, &
gratiæ gratis datæ, & quæcunque dona collata
ab Spiritu ſancto ad gratiam, & gloriam con-
ſequendam, vel promouẽdam in ſe,vel in alijs.
At ſcientiæ & dotes naturales,& reliqua natu-
raliter acquiſita ſpiritualia ad ſpiritum attinẽtia
non



nõ ſunt materia ſimoniæ propriè acceptæ.Hęc
eſt Durand.in.4.diſt.25.q.3.& Palu.ibi.q.5.&
Adria.quolib.9.& Armac.lib.10.cap. 8. & Ri-
char.in.4.diſt.25.& Sancti Thomæ.2.2.q.100.
art.3.ad 3.qui huic videtur accedere, dum ait,ꝙ
habens ſcientiam, ſcilicet,acquiſitam,licitè po-
teſt pretium ſuæ doctrinæ, vel conſilij accipe-
re.Probatur autem primo; quia cum vitium ſi-
moniæ,quale ſit,ex euangelio ſit indagandum,
& euangelium Matth.10. vbi Chriſtus Domi-
nus impertiuit gratias Apoſtolis ad communi-
candum plebi dicens:Infirmos curate, mortuos
ſuſcitate,leproſos mundate,&c.nullam de natu
ralibus mentionem fecit.Itẽ ſecundo patet,quia
ſi ſcientiæ,& artes naturales,quæ ſunt per con-
curſum generalem cauſatæ à Deo in nobis,& à
nobis non poſſent eſſe venales,neque alia natu
ralia,puta,grana,& vina,quia proueniũt à Deo
non eſſent à nobis vendenda,quod eſt conceſſu
abſurdum.Neque obſtat reſpondere, quod ſciẽ
tiæ etiam naturales ſunt ſpirituales, ſicut & ar-
tes naturales ſunt dona Spiritus ſancti, quia nõ
ſunt dona,de quibus Apoſtolus.1.ad Corin.10.
loquitur; quia nõ ſunt dona proueniẽtia à Deo
per ſpecialem influxum,qualia ſunt illa,de qui-
bus illic Paulus loquitur: ſed ſunt dona proue-
nientia à Deo per concurſum generalem.Itẽ ter
tio patet:quia ſi non liceret vendere iſtas natu-
rales ſcientias; ergo neque liceret doctori pretiũ
recipere pro labore,quo docendo deſudat.Patet
conſequentia, quia propterea quod nõ licet vẽ
dere adminiſtrationem ſacramenti,vtpote ſpiri
tualem, non licet pro labore intrinſeco actui ba
ptizandi,vel confirmandi pretium accipere: er-
go neque in præſenti caſu,quia labor nõ diſtin
guitur ab opere.Item quarto probatur: quia an
nexum ſpirituali ratione ſpiritualis adiuncti nõ
poteſt pluris vendi, ſicut calix ratione conſecra
tionis,non poteſt pluris venundari; ſed vnus do
ctor,puta,iuriſta poteſt in patrocinando, & cõ
ſiliando ſuam ſcientiam vendere (quia doctior
eſt) pluris quam alius,vt palam eſt omnibus:er
go ſua ſcientia non ſic eſt ſpiritualis, aut ſpiri-
tuali annexa,quod vendi non poſsit, cũ ſit hu-
mano ſtudio acquiſita.Reliquum autem eſt reſ
pondere ad obiecta arg.

¶ Ad primum igitur argumentum ex Pro-
uerb.c.23.dicitur primo,quod vel loquitur de ſa
pientia infuſa,& de eius doctrina in conſiliando
in ordine ad ſalutem animæ hominum,aut ſi ve
lis contendere,quod etiam loquitur ibi Sapiens
de ſapientia & doctrina adquiſitis, reſpõdemus
cum Soto quod ſolum Sapiens voluit inſinua-
re,quod ſapientia tanti eſt pretij,vt qui non ha
bet,emere eam debeat,& propterea illi habetur
veritatem eme,& qui eam habet nunquam eam

A vendere,ideſt,nunquam priuari ea debeat.

¶ Ad autoritatem D.Auguſt.in libro de ma
giſterio dicentis,quod Spiritus ſanctus eſt, qui
interius homines edocet ſcientias naturales,reſ-
pondetur,quod verum eſt:ſed quia ſcientias na-
turales non edocet,niſi per concurſum generalẽ,
& non ſpecialem, ideo non ſunt materiæ ſimo-
niæ. Imo ſi Spiritus ſanctus infunderet alicui
ſcientiam medicinæ ſupernaturaliter ad curan-
dum poſtea morbos naturaliter applicando acti
ua paſsiuis, poſſet pro vſu illius ſcientiæ (quia
infuſa eſt de per accidens, vel quia multum re-
motè ordinatur ad gratiam & gloriam procurã-
dam,ſui vel alterius)accipere pecuniam abſq; ſi
B moniæ vitio.Sicut etiam Beſeleel Exod.31.Qui
dicitur ibi impletus Spiritu Dei ſapientia,intelli
gentia,& ſcientia in omni opere ad fabrefacien-
dum ex auro argento, & marmore,&c.ad faciẽ
dum tabernaculum,poterat ſicut reliqui artifi-
ces poſſent accipere pecuniam citra vitiũ ſimo-
niæ pro labore ſuo. Secus de gratia gratis data à
Deo aliquibus in ſpeciali ad ſanandas infirmita
tes,quæ dicitur gratia ſanitatum,quia iſta cõnu-
meratur inter gratias gratis datas:quæ vt ait D.
Thom.1.2.q.102.art.1.ordinantur à Deo ad vti
litatem communem, vt medicantibus illis alijs
proximis noſtris ad ſalutẽ animæ cooperemur.

¶ Ad dictũ D. Ambroſ. ſupra illud ad Cor.
C 2.vbi ait,quod omnis veritas eſt ab Spiritu ſan
cto,reſpõdetur pari ratione,quod omnis veritas
eſt ab Spirituſancto,ſed diuerſimode. Quia alia
eſt veritas inſpirata ab Spiritu ſancto per influ-
xum ſpecialem, & ordinata ad ſalutem animæ
hominum:& hæc eſt propriè ſimoniæ materia.
Et alia eſt veritas ab ipſo etiam proueniens per
concurſum generalem: & hãc negamus eſſe pro
priè ſimoniæ materiam.

¶ Ad illud Prouerb.3.ſcilicet,quod ſapientia
pretioſior eſt cunctis opibus,reſpondetur,quod
etiã ſi ſapientia naturalis & adquiſita pretioſior
ſit cunctis opibus,nõ licet hinc inferre,quod nõ
liceat eam vendere ſine vitio propriæ ſimoniæ:
D quia alias argumentũ hoc probaret etiã,quod ne
que liceret venalẽ exponere hominẽ, quia etiã
de ſe inæſtimabilis eſt pretij. Tamẽ hoc falſum
eſt:pretiũ ſiquidẽ res naturales, quæ de ſe viden
tur eſſe in appreciabiles ſortiri ſolent,prout con
ducunt ad vtilitatem humanam non pro natura
ipſarum.At licet D.Thom. vbi ſupra in illo ter
tio artic.in ſolut. ad tertium inſinuet veritatẽ ip
ſam vendere eſſe peccatũ, dũ ſcientiæ acquiſitæ
veritatem quis vendere intenderet, non tamen
affirmat eſſe ſimoniã propriè. Quod ſi antiqui
eam vocarunt ſimoniam, vt eos excuſemus,di-
ctum eorum ſic accipiẽdum eſt, vt analogicè &
non propriè vẽdere veritates naturales ſcientiarũ

ſit ſimonia, propter aliquam ſimilitudinẽ, quã habent iſtæ veritates ad veritates infuſas, & ſupernaturales. Quia ſicut iſtæ ſunt ſpirituales, & inæſtimabilis pretij: ſic etiam iſtæ veritates naturales, ſed non eodem modo neq; æquali modo. Vnde veritas naturalis ſub ratione boni vtilis poteſt vendi, non tamen ſub ratione boni honeſti, & ita gloſſandus eſt D. Tho. in ſolutio. ad 3. illius prædict. 3. art.

¶ Porrò nonnihil amplius difficultatis præſefert quæſtio hæc, an ſcientiam Theologiæ pretio liceat exponere venalem. Nã videtur, quod illam vendere ſit ſimonia. Tum, quia principia eius, quę ſunt ſupernaturalia, cuiuſmodi ſunt articuli fidei, virtualiter includuntur in eius concluſionibus. Tum, quia multæ veritatum, quas docet, ſunt ſupernaturales. Tum, quia ordinatur ad erudiendam animam in ordine ad æternam ſalutem. Tum, quia per eam ſacras ſcripturas interpretamur. Secũdum autem D. Paul. 1. ad Corint. 14. interpretatio ſermonum ſacrorũ ad gratias gratis datas attinet. Item, quia D. Paulus ad Epheſ. 4. dicens; Ipſe dedit quoſdam Apoſtolos & cætera, addit, alios autem paſtores, & doctores: vbi coniungit officium doctoris cum officio paſtoris. Sed non licet vendere officiũ, ſeu actũ paſcendi animas: ergo neque officium, & exercitium fideles docendi. Item, quia cap. prohibeas. & cap. quanto. de magiſtr. decernitur, quod pro licentia docendi nihil debet exigi, aut promitti: quia vt ibi allegatur dictũ eſt, Gratis accepiſtis gratis date. Ergo ſi potentia, & facultas ad docẽdum ſic vendatur, eſt ſimonia & committitur ſimonia: ergo etiam docere pro pretio Theologiã erit ſimonia. Patet conſequentia ex Ariſt. quia actus & potẽtia ſunt ſub eodẽ genere: ergo ſi facultas & potentia ad docendum ſic eſt ſpiritualis, vt venalis eſſe non poſſit: ergo neque etiã actus docendi inde procedens cum ſit eiuſdem generis erit venalis pretio. In oppoſitũ eſt, quia ſi hoc eſſet ſimonia cathedraticus bibliæ, & cathedraticus Theologiæ, eſſent ſimoniaci, ſi ſuos labores actuales docendi vellent vendere; quod conceſſu videtur durum.

¶ Pro expeditione ergo quæſtionis præmittenda eſt diſtinctio, ſcilicet: Theologiæ ſcientia poteſt accipi tripliciter. Vno modo pro ſcientia de Deo, quatenus eſt autor naturæ: & ſic metaphyſica Ariſtotelis quatenus tractat de rebus in ordine ad Deum, quatenus eſt prima earum cauſa dicitur Theologia quædã naturalis eſſe. Alio modo accipitur Theologia pro habitu adquiſito per diſcurſum ex articulis fidei tãquam ex principijs ſuas inferenti concluſiones, qui eſt ſcientia de Deo, quatenus autor eſt gratiæ & glorię. Tertio modo accipitur Theologia pro interpretatione, & cognitione ſacræ ſcripturæ; quæ primæ ad Corinth. 12. inter alias gratias videtur adnumerari, pertinereque videtur ad interpretationẽ ſermonum, ſcilicet, ſacrorum.

¶ His igitur conſtitutis ſit prima concluſio: Peritus in Theologia, quatenus accipitur primo modo, prout eſt ſcientia de Deo, vt autor eſt naturæ, ſi eam doceat, poteſt pretium ſuæ doctrinæ accipere. Eſt hæc D. Tho. loco citato in illo 3. art. in ſolut. ad 3. cuius reſponſio ibi data multo magis verificatur in hoc cõcluſionis caſu. Et quia ſicut vendere vſum aliarum ſcientiarum naturalium ſimonia nõ eſt, ſic neq; vendere vſum huius Theologiæ naturalis ſtudio humano conquiſitæ, imò vendere ex intentione veritates huius Theologiæ eſſet illicitum, ſed nõ proprie ſimonia, quia ibi tãtũ ſpirituale naturale vẽditur.

¶ Secunda concluſio: Vendere vſum Theologiæ ſecundo modo acceptam, ideſt, prout eſt habitus ſcientificus de Deo, vt autor eſt gratiæ & gloriæ non eſt proprie ſimonia, etiam ſi vendat laborem intrinſece annexũ actui docendi, qui eam docet. Hæc concluſio eſt Caiet. & Adrian. & Soti, vbi ſupra, & eſt communis inter Thomiſtas. Probatur, quia hic operatur auxiliũ humanum: nam ſudore humano conquiritur. Secũdo patet, quia hæc ſcientia ſolum erudit intellectum, ſicut aliarum quælibet ſcientia; & non ità per ſe & immediate ordinatur ad commouendũ & inflãmandum affectum animæ ſurſum, quod prædicationis eſt munus. Tertio probatur ex D. Tho. quolib. 3. q. 4. art. 1. ponente differentiã inter cathedram magiſtralem & pontificalem; ſcilicet, quod ad cathedram pontificalem fit homo idoneus per charitatem excellentem, quod inſinuauit Dominus cum Ioan. vltim. Petro cõmitteret paſcendas oues, dum inquiſiuit ab eo: Simon diligis me plus his, &c. Ad cathedram autem magiſtralem redditur homo idoneus ex ſufficientia ſcientiæ ſuo ingenio acquiſitæ. Hinc fit, vt prælatus actum, & vſum paſcendi oues vẽdere non poſſit, & quod magiſter cathedraticus vſum ſuæ ſcientiæ pro pecunia impendere poſſit, circa ſimoniam pro pretio eam docendo.

¶ Tertia concluſio ſimonia eſt, vendere vſum Theologiæ tertio modo acceptæ, vt eſt peritia diuinitus infuſa interpretandi ſcripturam, ſicut dabatur in primitiua eccleſiæ, quæ dicitur. 1. ad Corinth. 14. interpretatio, quæ inter gratias gratis datas computabatur. Patet: quia ſic iſta Theologia pertinet ad gratias gratis datas, quibus cooperantur eis donati ad ſalutem animæ aliorum. Et patet, quia interpretationis huius executio fit per auxilium ſpeciale Spiritus ſancti. Secus autem eſt, ſi lector Bibliæ ſic interpretationẽ locorũ ſacrę ſcripturæ ſuo marte, & labore

ex



ex expoſitione ſanctorum collectam pretio diuenderet: quia venditio hæc vitio ſimoniæ careret; quia tunc non ordinatur immediate niſi ad erudiendum intellectum, dum in ſcholis legitur.

¶ Quarta concluſio: Vendere interpretationem, & cognitionem alicuius loci ſacræ ſcripturæ, quatenus fidelis aliquis in caſu particulari petens conſilium cupit de intelligentia illius edoceri ad reformandam ſuam vitam, & mores ſecundum regulas vitæ Chriſtianæ, non licet, nam eſſet peccatum propriæ ſimoniæ. Hæc eſt communis inter Thomiſtas, quia iam in hoc caſu hæc interpretatio loci ſacri ordinatur ad cooperandum ſaluationi proximi, ſicut prædicatio & exhortatio ad viuendum pie in Chriſto & ſecundum Chriſtum. Quod & vſu confirmatur: nam nullus eſt Theologus, qui pro tribuendo conſilium in foro conſcientiæ in caſu particulari ad reformandam ſuam vitam illud petenti, auſit pretium exigere, neque eſt in vſu, ſicut in vſu eſt iuriſtis pro conſiliando in foro exteriori pretium exigere. Hæc concluſio eſt Caiet. in prædicto. 3. artic. D. Thomæ, in qua omnes conueniunt: quoniam iſta in hoc caſu ordinantur ad finem ſupernaturalem: & quia prædicator non poteſt prædicare, niſi miſſus, mittitur autem, vt nuncius ſalutis æternæ, & reconciliationis cum Deo per Chriſtum Dominum. Supereſt ad obiecta incontra reſpondere.

¶ Ad primum argumentum reſpondetur primo, quod ſi vendens vſum ſcientiæ Theologię, intendat vendere veritatem ſupernaturalem incluſam in principijs eius ſupernaturalibus, ſimonia id facti non careret: venderet enim id, quod eſt ſupernaturale. Secus eſt ſecundo reſpondendo ad argumenta, ſi ſuum laborem etiam intrinſecum actui docendi venalem exponeret, quia talis ſcientia, & viribus naturalibus & auxilio Dei generaliter adquiritur, præſuppoſitis principijs ſupernaturalibus. Hæc autem ſolutio videtur eſſe de mente Caietani dicentis, quod quo ad venditionem officium doctoris habet ſe ſicut calix conſecratus, cuius aurum, vel argentũ, vel artificium vendere licet: ipſam autem conſecrationem ipſius vendere non licet. Ita ſic in ſcientia Theologiæ veritatem ſupernaturalem incluſam, fas non eſt vendere: bene tamen vſum docendi illam ſtudio humano comparatum.

¶ Ad ſecundum argumentum, vbi obijcitur, quod per ſacram Theologiam ſacras literas interpretamur, quæ interpretatio ſecundum D. Paulum loco ibi allegato pertinet ad gratias gratis datas, reſpondetur, iam per ſecundam concluſionem huic argumento eſſe ſatisfactum; vbi diſtinximus de duplici modo interpretandi ſacras literas. Vno modo per gratiam gratis datam, quæ adhunc finem à Deo conferebatur aliquibus: de qua fit mentio. 1. ad Corinth. 14. & ſic hanc interpretationem vendere non licet. Alio modo per peritiam ſtudio humano conquiſitam eas interpretando, & ſic cathedraticus Bibliæ (vt prædiximus) citra ſimoniam poteſt vẽdere ſuam interpretationem.

¶ Ad tertium argumentum deſumptum ex Diuo Paulo ad Epheſ. 4. vbi cum paſtoribus coniungit doctores, reſpondetur, quod per doctores etiam intelligit ibi Paulus alios prædicatores, qui quia enuntiando verbum Dei ad populum docent populum, dicuntur doctores populi. Sicut D. Paulus, quia prædicabat inter gẽtes appellatus eſt doctor gẽtium. Atque iſti ob rationes iam allatas in. 2. &. 3. concluſione non poſſunt ſuam vendere doctrinam. Secus de doctoribus magiſtraliter legentibus, qui potiſſimum intendunt ad inſtruendum intellectum audientium, vt illam addiſcant ſcientiam, ſiue inde proficiant ſaluti propriæ & alienæ, ſiue non.

¶ Ad quartum argumẽtum ex illo cap. prohibeas. & cap. quanto. de magiſtr. reſpondetur, quod duo præcipiuntur ibi, vt conſtat etiam ex cap. quoniam. eod. tit. ſcilicet, primo, quod iam ſtipendiatus magiſter præfectus ad docendum gratis doceat; qui cum alias habeat ſibi ſalarium conſignatum ſi acciperet aliquid aliud pro ſua magiſtrali doctrina, eſſet iniuſtitiæ peccatum, ſed non eſſet aſcribendum culpæ ſimoniæ contra Hoſtienſ. cap. nonnullis. de magiſtr. Secundo præcipitur, ne rector accipiat aliquid pro licentia docendi, quam alijs confert; & is admonetur in illo dict. cap. prohibeas. quod quia gratis accepit gratis det. Vnde non gratis conferre licẽtiam docendi, non vacat labe ſimoniæ. Tamen illa illatio huius argumenti negatur. Non enim valet conſequentia: Epiſcopus eſt ſimoniacus, ſi pro diſpenſatione, & licentia impenſa alteri pecuniam recipit: ergo etiam talis magiſter, qui per eam licentiam eſt promotus ad legendum, eſt etiam ſimoniacus: ſi vſum ſuæ ſcientiæ docendo diuendat. Sicut neque etiam iſta conſequentia valet: Si epiſcopus pro eo, quòd diſpenſat cum clerico, vt vtatur arte medicinæ, quia peritus eſt in illa, accipiat pretium, eſt ſimoniacus: ergo clericus ſic iam diſpenſatus, ſi vendat pretio vſum medicandi, erit etiam ſimoniacus. Non, inquam, valet: quia illa diſpenſatio eſt vſus ſpiritualis poteſtatis; ſed inde non ſequitur, quod docere vel potentia ad docendũ iſta, quæ ſecundũ D. Thomam fundatur in ſufficientia ſcientiæ ipſius magiſtri, ſit ſic ſpirituale, ſicut diſpenſatio & poteſtas diſpenſandi. Vnde



 Maxi-

Maxima Ariſtotelis non militat contra nos: quia negamus potentiam ad docendum eſſe ſupernaturalem.

℄ Quoniam doctrina D. Thomæ eſt veluti aurum, quia dum ad mentem eius illucidatur nouum ſplendorem accipit, libet hic illam eius doctrinam in prædicta ſolutione ad tertium traditam explicare, ſcilicet, quod prælatos accipere aliquid pro diſpenſationibus ſpiritualium, aut pro committendo vices ſuas alteri, aut pro corrigendo ſuos ſubditos, aut pro deſiſtendo ab eorum correctione non eſt licitum: quia cum iam ex ſuis redditibus ſint ſtipendiati, intelligeretur ipſos vendere ipſum ſpiritualis gratiæ vſum. Quæritur ergo pro eius illucidatione, an vendere actum iuriſdictionis eccleſiaſtici, aut vendere negationem actus ſpiritualis, vt accipiendo aliquid pro iudicando, vel non iudicando, corrigendo, vel non corrigendo. Pro celebrando, vel pro deſiſtendo à celebratione, peccatum ſimoniæ implicet. Et videtur, quod non: quia durum eſt vitium ſimoniæ, & eius pœnas impingere alicui eo ſolum, quod pecuniam alicui ſacerdoti contulit, ne celebret, vel ne prædicet, vel ſi largiatur aliquid iudici eccleſiaſtico, ne eum corrigat iudicialiter, vt aliquando fit. Tum ſecundo arguitur: Quia negatio iſtorum actuum, ſcilicet, non celebrare non corrigere, non eſt ſpiritualis, neque pertinet ad poteſtatem ſpiritualem: quia poteſtas ſpiritualis eſt ad aliquid agẽdum, & non eſt ad nihil agendum. Sed in contrarium eſt hic autoritas D. Thomæ in ſolutione prædicta ad tertium, quæ fundatur in capit. nemo. de ſimonia. vbi decernitur, ſimoniacum eſſe pretio, vel fauore celare peccatorem, vel reconciliare non pœnitentem, vel dignè pœnitẽtem à reconciliatione remouere. Et. 1. quæſt. 1. §. qui autem.

℄ Pro expeditione ergo quæſtionis ſtatuitur diſtinctio triplex. Prima, quod duplex eſt potentia in eccleſia, ſcilicet, potentia ordinis in charactere cõſiſtens. Et hæc ſic determinata eſt ad ſuum actum poſitiuum, ſcilicet, ad celebrandum, quod non eſt determinata ad oppoſitum. Sicut verbi gratia potentia viſiua ſic determinata eſt ad videndum, vt circa tenebras nõ habeat actũ, ſic character habet actũ ad cõſecrandũ, ſed ad nõ cõſecrandũ nullum actũ habet. Alia autẽ eſt potentia iuriſdictionis, quæ in hoc præter alias differẽtias differt à potẽtia ordinis, quia eſt potentia libera ad vtrumque per actum poſitiuum, ſcilicet, ad conferendum beneficium, & ad eum negandum per ſententiam, & ad excommunicandum, & ad retinendam excommunicationem per actum iudicialem, vtrumque decernendo. Secunda diſtinctio eſt: Actus iuriſdictionis, vel ordinis negatus, poteſt eſſe debitus, vt cum iudex eccleſiaſticus in caſu, quo tenetur parti in ſententia ſuum reddere ius illud negat. Vel cum quis iam ſtipendiatus ad celebrandum pro aliquo celebrare pro illo renuit, eſt actus negatus alias debitus. Tertia diſtinctio eſt: Dupliciter prælatus poteſt negare actum iuriſdictionis in foro exteriori. Vno modo autoritatiue & iuridice, ſcilicet, iudicando aliquem indignum eſſe abſolutione, vel beneficio. Alio modo ceſſando negatiuè, quia non vult abſoluere ab excommunicatione, neque ſe intromittere vult ad iudicandum, an tali abſolutione ſit dignus. His igitur ſuppoſitis ſtatuitur prima concluſio.

℄ Prima concluſio: Si detur pecunia pro nõ celebrando ſimplici ſacerdoti, ſcilicet, vt non celebret, vel ſimplici prædicatori, qui non eſt prælatus, vt non prædicet, vel alicui ne religionem ingrediatur, iſta datio pecuniæ vitio caret ſimoniæ. Hæc concluſio eſt Victoriæ, qui in his caſibus acceptauit, & ſecutus eſt ſententiam Innocentij capit. nemo. de ſimonia. Probatur primo ratione, & argumento poſito in principio quæſtionis, ſcilicet, quia durum eſt hos prædictos caſus nota ſimoniæ taxare. Secundo probatur: quia poteſtas ordinis ſolum determinata ad conſecrandum, & non ad oppoſitum, & quia omiſsio prædicationis, & omiſsio ingreſſus religionis cum opponatur prædicandi actui, & religioni non videtur, quod ſint aliquid ſpirituale: ergo non eſt ſimonia, pro negatione horum actuum aliquid impendere.

℄ Secunda concluſio: Accipere pretium pro non conferendo alicui beneficio, vel pro non impendenda alicui abſolutione ab excommunicatione, non ſolum merè negatiuè, nolendo ſolum, ſed poſitiue iudicando per ſententiam illum indignum eſſe abſolutione, vel beneficio, ſimoniacum eſt. Hæc concluſio eſt Diui Thomæ in ſolutione illa ad tertium. Nam in hoc ſenſu potiſsime intelligendus eſt, dum ibi ait, quod non licet accipere aliquid prælatum, vt ſubditos corrigat, vel ab illos corrigendo deſiſtat: quia eſſet vendere ipſum ſpiritualis gratiæ vſum. Et probatur; quia potentia iuriſdictionis, per quã id facit, ad vtrumque ſe habet poſitiue, ſcilicet, ad iudicandum eſſe dignum abſolutione, & ad iudicandum illa eſſe indignũ ſubditũ. Nã, ſicut corrigere in foro eccleſiaſtico pertinet ad poteſtatẽ ſpiritualẽ: ita & à corrigendo deſiſtere pronuntiando ſubditum ab culpa abſoluendũ eſſe, & à pœna ſimiliter: & in foro interiori ſacramẽtali pœnitentiæ; quia dicitur Ioann. 20. Quorũ remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorũ retinueritis retenta ſunt. ℄ Hinc ſequitur corollarie, quod ſi priuatus ſacerdos, expoſitus tamẽ



pro confeſsionibus audiendis, ſi quas velit audire, propter acceptã pecuniã, vt non audiat confeſsionẽ alicuius, nolit eã audire, nõ erit ſimoniacus: quia non accipit pro actu ſpirituali debito, aut pro negatione actus debiti à ſe. Secus eſſet, ſi audita iam confeſsione, quia collata eſt ſibi pecunia ab alio, ne hunc pœnitentem abſolueret, ideo ei negaret abſolutionem. Nam id omittere & ab abſolutione tunc deſiſtere non abeſſet à ſimoniæ crimine. Et in hoc caſu habet locum opinio affirmatiua Palud. in. 4. ſent. & Syluestri, ſimonia. 1. §. 9. dict. 9. & Panorm. in cap. nemo. de ſimonia. quibus videtur fauere D. Th. 2. 2. q. 100. art. 3. ad 3. & eſt communis, & probatur cap. nemo. de ſimonia. Et patet: quia tunc cum teneretur audita iam confeſsione impendere abſolutionem, illa negatio abſolutionis debitæ pœnitenti eſt non pura negatio, ſed eſt priuatio. At habitus, & priuatio ſecundum Ariſtotelẽ ad idem genus reducũtur in moralibus. Tũ etiã patet: quia fit iniuria rebus ſacris, quia pro pecunia commutatur iſte actus ſpiritualis: Volo retinere peccata iſtius, & non abſoluere.

℄ Tertia cõcluſio: Vendere negationẽ actus iuriſdictionis ſpiritualis non autoritatiuè ſe habendo, quod ſit ſimonia, videtur eſſe probabilius. Vt ſiquis audita iam confeſsione pœnitentis non per poteſtatem ſolum clauis ſcientiæ iudicando illum dignum, vel indignum abſolutione, pro pecunia accepta negaret illi abſolutionem, ſed etiam ex mero ſuo arbitrio omiſsiue ſe haberet, ſe abſtrahendo ab abſoluendo dicẽdo, quidquid ſit, an dignus ſit, vel indignus, quia data eſt mihi pecunia, ne eum abſoluam, nolo abſoluere. Hæc inquam, eſt probabilior, licet oppoſita in hoc caſu poſsit admitti, vt probabilis. Probatur autem ex autoritate D. Tho. in illa ſolutione ad. 3. vbi idem affirmat de eo, qui pecuniam accipit pro non corrigendo. Neque diſtinguit ibi D. Tho. an autoritatiue omittat corrigere: ergo neque etiã diſtinguere debemus, de hoc caſu iã auditæ confeſsionis, an autoritatiue omittat abſoluere, vel non. Et quia caput. nemo. de ſimon. vbi hunc caſum vitio ſimoniæ notat, nõ diſtinguit, neq; à nobis eſſe diſtinguendũ oſtendit. Quia ſecundum iuriſtas, cum ius non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus. Secundo probatur: quia non bene poteſt diſtingui, quod in caſu concluſionis ille, qui auditum in confeſſione pro pecunia omittit abſoluere illud omittat, vtendo potentia ſola ordinis, quæ non eſt, ad non abſoluendum, & quod non vtatur potẽtia iuriſdictionis, quæ eſt ad vtrumlibet, ſcilicet, ad abſoluendum, & ad non abſoluendum, ideſt, etiam ad retinendum. Tertio probatur: quia in iſto caſu vbi, quia audita iam confeſsione, & nullo extante obice abſolutio eſt debita: negatio illius eſt priuatio rei debitæ, & (vt prædiximus autore Ariſtotele in moralibus etiam priuatio & eius poſitiuum ad idem genus reducuntur. Ergo ſicut eſt ſimonia pecuniam accipere pro abſolutione impendenda; ita & pro ea neganda, cum eſt debita. Contrariæ opinionis aſſertores, vt probabiliter tutentur in hoc caſu non interuenire ſimoniam, neceſſe habent aſſerere; quod tunc cum vſus fuerit vtraque potentia ordinis, & iuriſdictionis inter audiendum pœnitentem cum pro pecunia ſibi collata omittit eum abſoluere iam non vtitur potentia iuriſdictionis; ſed eam ab ea negatione abſolutionis ſeparat. Et ad Diuum Thomam, niſi velint illum refutare, quod non decet, dicere neceſſariũ habent, quod in illa ſolutione ad 3. intelligitur, quando deſiſtit à corrigendo autoritatiue. Nunc ad argumẽta reſpondendum ſupereſt.

℄ Ad primum argumentum, vbi obijciebatur, quod durum eſſet impingentes in eos caſus damnare de vitio ſimoniæ, reſpõſum eſt per primam concluſionem ſuprapoſitam.

℄ Ad ſecundum argumentum conceditur, quod negatio actus ſpiritualis ſecundum ſe conſiderata non eſt ſpiritualis: quia alias non liceret dare pecuniam ſacerdoti ſacrilego, ne celebret ad vitandum ſcandalum. Igitur reſpondetur, quod licet negatio actus pertinentis ad poteſtatem ordinis, maxime ſi non ſit debitus, non ſit ſpiritualis: tamen, ſi eſt negatio actus debiti pertinentis ad iuriſdictionem, quia tunc eſt ſpiritualis priuatio, reducitur ad genus commiſsionis: vnde vſus iuriſdictionis tunc cenſetur vendi.

℄ Nunc breuiter duo veniunt notanda. Primo, quod licet nunc in lege gratiæ nulla ſit ſimonia realiter, niſi ex eorum erronea conſcientia inter infideles: tamen tam in lege naturæ, quam in lege veteri, quia homo ſemper fuit ordinatus ad finem ſupernaturalem, fuit aliqua poteſtas ſpiritualis ad hunc finem ordinãs, quæ ſi venderetur, eſſet vera ſimonia: quale fuere ſacerdotium Melchiſedech in lege naturæ, & ſacerdotia Iudæorum in lege veteri, dona infuſa nobis, & alia collata à Deo ſuis fidelibus in lege gratiæ: vnde ſemper potuit eſſe ſimonia in mũdo poſt orbem conditum.

℄ Secundo perpendendum eſt circa illud, quod contingit dubitari, vtrum vendere ſpiritualia ſit intrinſece malum, vt Deus ſuper hoc nequeat diſpenſare. Reſpondetur, quod Adrianus quolibet. nono, in ſolutione ad primum, fuit huius ſententiæ; quod ſimonia non eſt ita intrinſecè mala, ſicut mendacium; ſed eſt ſicut occiſio hominis innocẽtis, quæ licet priuata autoritate

A tate nuſquam licite fieri poſsit, bene tamen autoritate Dei. Sic & venditio rei ſpiritualis, eſt intrinſece mala facta autoritate creata, nõ tamẽ ſi fiat autoritate cõceſſa à Deo, qui ſicut eſt dñs in nocẽtis hominis, ita eſt dñs rei ſpiritualis: ex cuius volũtate poteſt pertrahi ad vſus profanos. Sed alij exiſtimãt omnibus modis eſſe intrinſece malã, ſicut & mendaciũ, quia de ſe res ſpiritualis eſt indebita materia vẽditionis, quia ſuapte natura eſt inæſtimabilis. Cui ſentẽtiæ videtur magis D.Th. accedere cũ antiquis. Vnde cũ dicitur Iſai.c.55. Venite, emite abſq; argẽto in eo, quod dicit, abſq; vlla cõmutatione, deſignat, ꝙ B inter nos & Deũ nõ interuenit propria emptio eius donorũ, aut regni cælorũ. Neq; enim vult admittere D.Th. quod poſsimus propriè emere regnũ Dei. Vnde ſequitur, ꝙ corona iuſtitię, & cõuentio ex denario diurno facta in parabola ſolũ eſt metaphorica venditio, & emptio, & nõ propria: quia dñs, qui regnũ Dei promittit pro operibus bonis in ſua gratia factis bonorũ noſtrorum nõ indiget: quia vt ait S.Iob.22. Quid prodeſt Deo, ſi iuſtus fueris.

# CAP. CCXCIX.

*An permutare præbendas ſit ſimonia cõtra ius diuinũ, aut contra ſolũ ius poſitiuũ; vbi reſpõdetur per quinq; concluſiones: Et ante cõſen* C *ſum papæ aliqua concordia poſſit iniri inter partes circa permutationẽ beneficiorum, & qualis, & hic liceat concordare, vt recõpenſatio fiat pro pinguiori beneficio, vbi reſpõdetur per. 3. concluſiones: Et an papa poſſit eſſe ſimoniacus, ſi vendat officia ſacriſtæ theſaurarij, œconomi eccleſiæ: Et an ſit aliqua ſimonia de iure poſitiuo tantũ, & an ſubijciatur pœnis ſimoniæ: & reſpondetur ad. 7. argum.*

CIRCA illa verba D.Th. in ſolut.ad.5. primi artic. quæſtionis.100. vbi ait, ꝙ nomine D emptionis, vel vẽditionis in diffinitione ſimoniæ intelligitur omnis cõtractus non gratuitus, vnde nec permutatio præbendarũ, vel eccleſiaſticorũ beneficiorũ fieri poteſt autoritate partiũ, abſq; periculo ſimoniæ, dubiũ emergit, an permutare partes prębẽdas eccleſiaſticas, vel beneficia ſit ſimonia cõtra ius diuinum, an verò ſit ſimonia de iure ſolo poſitiuo. At videtur plane, quod ſimonia hic cõmittatur cõtra ius diuinũ, quia D.Thom. hic in hoc primo artic. diffiniens ſimoniã propriè. ſ. pro vt eſt cõtra ius diuinũ, ait in ſolutione prædicta ad.5. quod nomine emptionis, vel vẽditionis intelligitur omnis contractus non gratuitus, vt permutationis præbendarũ: ergo permutare præbendas propria autoritate partes inter ſe eſt ſimonia de iure diuino prohibita. Tũ ſecundo, quia eiuſdẽ rationis eſt vendere, & permutare, quia vterq; contractus nõ eſt gratuitus; ac propterea eſt contra illud ius diuinũ Matth. 10. Gratis accepiſtis gratis date. Tum tertio, quia nullus neq; etiã papa eſt dominus iſtorũ beneficiorũ: ergo cõtra ius diuinũ eſt eorũ permutatio: quia eo ipſo, quod ea permutant proteſtãtur, quod illorũ ſint domini, quia ad dominũ ſpectat ſuam rẽ permutare, ſicut & vendere. Tũ quarto, quia ſemper in hac permutatione interuenit pactio quædã, ſiue tacita, ſiue expreſſa, quæ æſtimabilis eſt pretio: ergo ſemper in his cõmutationibus beneficiorũ interuenit ſimonia contra ius diuinũ. Tũ quinto, quia ſi paſsim in eccleſia per modũ negotiationis permutarentur hæ præbendę, & beneficia, profectò his rebus ſacris fieret iniuria: ergo iure diuino, ſicut ſunt indebita materia venditionis, ſic etiam videntur eſſe indebita materia permutationis. Tum ſexto, quia cap.4. & 6. & 9. de tranſactio. diffinitur, quod tranſactio, quæ fit per partes quocunq; dato, vel recepto, vel promiſſo, etiam ſi non datum ſit ſpirituale, eſt ſimonia, ſcilicet, de iure diuino: nam ius ibi non diſtinguit. Sed in contrariũ eſt, quod ſi iſta permutatio beneficiorũ non abeſſet à ſimonia iure diuino prohibita, neq; papa poſſet hæc beneficia inter partes cõmutare: quod tamẽ eſt cõtra vſum interdum expedientẽ eccleſiæ, &c. In contrarium eſt, quod ſi contra ius diuinũ ſimonia committeretur in permutatione præbendarum, ſic etiam prædicta ſimonia committeretur in permutatione aliarum rerũ ſpiritualium. Vt ſi dicerent aliqui inter ſe: Dicito pro me litaniã, & ego dicam pro te canticum graduum, vel, celebrato hodie miſſam pro me, & cras viciſsim celebrabo pro te, quod quotidie vſu euenire ſolet: ſicut etiam cambitur calix conſecratus pro alio, & veſtimentum benedictum pro alio.

¶ Igitur pro reſolutione quæſtionis ſtatuuntur ſequentes concluſiones.

¶ Prima cõcluſio ſit: Qui priuata autoritate, & cum pacto abſoluto ſe ipſos obligandi ad cõſummationẽ contractus permutant inter ſe præbẽdas & beneficia eccleſiaſtica, peccãt peccato ſimoniæ iure diuino prohibitæ: atq; etiam ſi ibi admiſceant pactũ contra ius diuinũ, vt ſi pactũ adhiberetur ſupererogandi pecuniam, vel aliud pretium pro maiori præbẽda. Hæc eſt Soti, quo ad ſecundam partem de iuſt. & iur. lib.9. quæſt. 5. art.2. cui nemo ſobrius Theologus refragabitur. Nam ratio hæc eam euidẽter probat, ſcilicet, quod



quod hæc permutatio mixtam habet venditio A nẽ præbendæ. Ex quo corollarie ſequitur, quod ſimoniam ſapit ſecundum Sotum, ſi in commutatione præbendæ, ad honorem & dignitatem præbendæ reſpiciatur, ita vt honorabilior pluris æſtimetur, ſi alias fructus ſint æquales: quia hæc maior dignitas inter ſpiritualia computatur. At concluſio prædicta quo ad primam eius partem, ſcilicet, dum intercedit pactum abſolutum ciuilem obligationem volens inducere, conſummandi contractũ iſta permutationis, ſine licentia prælati potẽtis permutare, &c. eſt Adriani quolibet.9.ad.4. confir. ſecundi arg. principalis, quam probant omnia argumenta allata in principio quæſtionis. Et quia tunc, dũ interce- B dit iſtud pactum tollit naturam gratitudinis, vt non videatur gratis talis permutatio fieri, poſtquã non liberè iam, ſed virtute pacti cogentis ad eius conſummationẽ fit, & quia tunc interuenit in permutatione aliquid temporale æſtimabile pretio. ſ. illud pactũ obligationis ciuilis, quæ æſtimabilis eſt pretio: ergo cõmittitur ſimonia contra ius diuinũ. Hæc concluſio quoad eius primã partem fuit patr. Magiſt. F. Ioan. à Peña Cathedratici olim Salmant. in ſuis ſcript. de ſimon. Et quia hæc aſſertio multũ conſonat diffinitioni ſimoniæ traditæ à D.Th. & eius explicationi exiſtimo eã communem eſſe apud Thomiſtas, licet aliqui eorũ non explicent, an hæc ſimonia C in hoc caſu ſit contra ius diuinum. Tamen communiter tenẽt, quod hic interuenit ſimonia. Ita Syluеſt. verbo, ſimonia. §.1. & permutatio. §.4. & ita communiter DD. particulas diffinitionis ſimoniæ explicant. Ita cap. quæſitum. de permut. & c.4. & 6. & 9. de tranſact.

¶ Secunda concluſio, vtrũ propria autoritate priuata cõmutare beneficia eccleſiaſtica ſit ſimonia prohibita de iure diuino, vel non, veluti problema eſt; nã vtraq; pars poteſt probabiliter ſuſtentari. Pro parte negatiua eſt Sotus loco citato illa. q.5. art.2. cui videtur accedere Nauarr. in ſum. c.23. nu.100. Quia, inquit, dum accipitur D beneficiũ pro beneficio eccleſiaſtico, non accipitur tunc aliquid pecunia æſtimabile pro ſpirituali; ergo non eſt ſimonia propriè de iure diuino. Secũda pars affirmatiua eſt Magiſt. Ioã. à Peña. Probatur concluſio pro negatiua parte, quæ aſſertores etiã habet Innoc. c. ſtatuimus. de tranſactio. & D. Anto. 2. p. tit.1. &c. §.10. & Maiorem in.4. diſt.25. q.5. Quia ſimonia eſſentialiter potiſsime videtur conſiſtere in acquiſitione rei ſpiritualis pro re tẽporali data, id eſt, pro pecunia, vel re æquiualẽti pecuniæ, quod inſinuauit Apoſtolus Petrus Act. 8. dũ exprobrans Simoni Mago dixit: Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniã donũ Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri. Vbi notat D.Th. quod ſic loquens D.Petrus in ſua ipſa radice ſimoniacã prauitatẽ condẽnauit. Vnde iſta ratio tanquã radicalis videtur potiſsimum conſtituere rationem intrinſecã ſimoniæ, quæ eſt contra ius diuinũ. Quæ quidẽ ratio cũ in permutatione mera vnius rei ſpiritualis pro alia ſpirituali, & vnius beneficij pro alio deſit; quia in his permutationibus nõ accipitur tẽporale pro ſpirituali, ſed vnũ ſpirituale pro alio: hic nõ videtur interuenire ſimonia cõtra ius diuinũ. Itẽ quia in ſimonia, quæ eſt cõtra ius diuinũ videtur irrõgari iniuria rebus ſacris; ſed hic dũ cõmutatur vna pro alia, vt miſſa à me dicenda pro miſſa à te dicenda, nõ irrogatur iniuria rebus ſpiritualibus, quia non minus æſtimantur: ergo videtur, quod non ſit ſimonia contra ius diuinum. Vnde quia hæ rationes magis vrgent, hæc pars negatiua Soti & aliorũ mihi magis applaudit. At pars affirmatiua præter quã, quod illa. 6. argumenta à principio quæſtionis poſita pro illa faciũt; probatur: quia reuera ſpiritualia hæc quę ſunt materia ſimoniæ ſunt dona gratuita, quæ iuxta illud Matthæi 10. Gratis accepiſtis gratis ſunt danda etiã, iuxta illud, quod Leo Papa teſtatur. ſ. quod gratia, niſi gratis detur gratia nõ eſt. Vnde ſit ei iniuria, quia ſuæ rationi derogatur. ¶ Et ſecundo: quia Dominus, qui prohibuit ea vendere videtur prohibuiſſe ea permutari, autoritate propria, ne rerũ ſpiritualium Dominos ſe homines facerent. ¶ Et tertio probatur: quia nõ videtur obſtare, quod hic non interuenit tẽporale, ſed ſpirituale pro ſpirituali commutatur: quia, vt ait Nauar. permutans ſic ſemper vult dare ſpirituale pro habẽdo alio ſpirituali, quaſi in quodã pretiũ. ¶ Et quarto probatur: quia permutatio præbendarũ, etiam ſine pacto prohibetur iure poſitiuo fieri, ſine ſuperioris conſenſu: quia vix poteſt fieri ſine pacto implicito, vel explicito interueniẽte propter malitiã hominũ. At dũ interuenit huiuſmodi pactũ, vt in prima parte primæ concluſionis probauimus, ratione obligationis ciuilis æſtimabilis pretio interuenit ſimonia contra ius diuinũ: ergo licet negatiua opinio ſpeculatiuè loquendo, ſit verior, ſed practicè loquendo præſertim inter parũ circunſpectos affirmatiua eſt veriſimilior. Nã veriſimiliter præſumitur, quod ſicut tũc ſimoniã de iure poſitiuo permutantes propria autoritate beneficia cõmittere nõ verentur, quod etiã neq; ea pacta implicita, vel explicita facere cauent in mente, vel extra, quæ alias pretio æſtimabilia ſunt. Vnde ſicut vſura eſſet mutuare aliquid cũ obligatione ciuili alteri impoſita mihi remutuandi; ſic ſimonia eſt de ſe prohibita conferre beneficium alteri, volendo alium ciuiliter obligare, vt conferat mihi ſuum beneficium.

¶ Tertia concluſio: Licet in controuerſia ſit, vtrum permutatio beneficiorum ſola propria autoritate partiũ facta ſit ſimonia prohibita iure diuino, vel non: ſed certa res eſt inter omnes, quod ea beneficia ſic propria permutare autoritate eſt ſimonia de iure humano prohibita. Hęc eſt D. Tho. in illa ſolutione ad 5. vbi ait, quod talis permutatio, aut tranſactio in beneficijs eſt cum periculo ſimoniæ coniũcta: quia ſic iura determinãt. Ita cap. quæſitum. & cap. penultimo. de rerum permutatione. Rationem autem huius prohibitionis reddit Nauarr. vbi ſupra, dicens: Quoniam per hanc permutationem vult quis dare, aut facere aliquid pro quærendo aliquod ſpirituale in quoddam pretium.

¶ Quarta concluſio: Permutatio præbendarum, & beneficiorum eccleſiaſticorum, ſi fiat autoritate ſuperioris, licita eſt. Hæc eſt omniũ: quia ius id permittit. Et probatur cap. cũ olim. & cap. vniuerſorum. de rer. permut. & clarius in cap. 1. lib. 6. & eod. tit. in clem. 1. ¶ Hinc Nauar. vbi ſupr. infert vnum corollariũ, quod quia iura ſolum permittunt permutationem beneficiorũ, quæ iam in actu ſunt permutantiũ, ideò ſimoniaca eſt illa permutatio, per quam quis ius ad rem, quod habet per electionem præſentationem, optionem, vel aliam nominationem, vel per regreſſum, vel acceſſum permutat cum alio ſimili iure, vel beneficio alteri iam quæſito, vel vacanti, vt patet per illud cap. 1. lib. 6.

¶ Quinta concluſio: Siquis in permutatione præbendæ ſuæ, pactum apponit ſoluendæ ſibi penſionis ab altero, abſq; conceſsione papæ, licet in controuerſia ſit, an commiſerit ſimoniam contra ius diuinum: ſed id parum refert: quia cõmuniter eſt acceptata ſententia, quod eſt ſimonia contra ius poſitiuum. Hæc eſt Nauarri quo ad ſecundam partem loco, vbi ſupra. Eſt etiam Soti de iuſt. & iur. lib. 9. q. 5. art. 2. Hæc eſt tamẽ contra alios aſſerẽtes, quod reſignans beneficiũ, & reſeruans ſibi penſionem, nihil manifeſtãdo papæ, non ſit ſimoniacus. Quia inquiunt, nihil accipit, quod ante non haberet, eſſet tamen cuiuſdam iniuſtitiæ peccatum. Sed noſtra concluſio probatur: quia dum id non propoſuit papæ, ideo ſimonia eſt, & collatio non tenet, quia illa penſio occultata papæ reputatur, vt pretium reſignationis, aut permutationis, dum eam non cõcedit papa. Nam ſi papa eam penſionẽ conceſsiſſet pro pretio accepta eſſe non reputaretur.

¶ Sed iam, quia Victoria in ſuis ſcriptis ſuper 2. 2. D. Tho. vbi agit. de ſimonia, putat conuentiones iſtas præuias interuenientes inter partes de permutando inter ſe ſua beneficia eo modo, quo fiunt, communiter labe ſimoniæ non carere, quia prius, inquit, ineunt pactum inter ſe, & deinde accedũt ad petendã diſpenſationẽ ad permutandũ, quæritur à nobis, ſi ſuper hoc à Theologo, vel à Canoniſta cõſiliũ petatur, an aliquã concordiã præuiam licitam poſſe fieri in hoc caſu ante conſenſum papæ cõſulere poſsit, vt ſcrupuli tollantur. Igitur reſpondetur ad quæſtionẽ ſcitu neceſſariã, & de qua ſum ſæpius interrogatus & dicitur, quod ſi permutationes beneficiorũ requiſitis conditionibus obſeruatis fiãt, excludetur ab eis præſumptio ſimoniæ: hiſq; etiã ſeruatis concordia præuia quædã inter partes iniri poterit. Has autẽ conditiones D. Tho. aſsignat in. 4. ſent. diſt. 25. q. 3. art. 3. præſertim in argumentis. Prima igitur eſt conditio (vt abſit malitia) quod talis permutatio beneficiorũ fiat in vtilitatem eccleſiæ, & non habeatur ſola ratio proprij quæſtus. Secunda autem conditio eſt, quod nulla interueniat inter partes obligatio ciuilis, ſed quod taliter fiat concordia, vt vſq; ad id pũctum temporis, in quo diſpẽſauerit ſuperior, & permutauerit per ſuam autoritatẽ, vtraq; pars libera maneat ad reſiliendũ ab hac concordia. Ita Sylueſt. verbo, permutatio. §. & 5. Quæ quidem ſecunda conditio aſsignatur ad tollendũ ſcrupulum iuriſtarũ. Eſt autẽ cõmunis ſententia, quod ſeruatis ſeruandis, liceat ante impetratã ſuperioris autoritatẽ ad permutandũ inire hunc contractum, qui vocatur concordia. Imo vt ait Sylueſ. etiam ſi fiat collatio, & finiatur tractatus ſub expreſſa conditione, ſi placuerit ſuperiori, erit licitus. Quod intelligendũ eſt ſi fiat conditionalis tantũ collatio non realis, ſed dependens à futura volũtate ſuperioris, qui ſua autoritate faciat collationem de nouo. Nam alias, vt ait Victoria in ſuis ſcriptis, cõmunis opinio eſt & vera, quod in eadem eccleſia priuata autoritate nequeũt canonici permutare vnũ canonicatum pro alio: quia in permutatione requiritur noua per ſuperiorẽ facta collatio, vt habetur. c. vnico. de rer. permutat. in. 6. Et ſecundo id intellige, dum non imponatur obligatio aliqua ciuilis ſtandi concordiæ prædictæ, & tractatui. ¶ Tertia conditio eſt, ꝙ fiat libera reſignatio in manu ſuperioris tempore quo permutatio facienda eſt per ſuperiorẽ. Et hoc eſt ſecurius in hoc caſu, licet alias ſecundum Sylu. verbo, ſimonia, & verbo permutatio. 5. reſignatio in fauorẽ alicuius facta, & non alias, nõ eſt ſimonia. Cui accedit Sotus, vt patet clem. vnica. de re. permut. Sed quia Gregor. 13. id vetuit, ſcilicet, per propriũ motum prouidens, vt dicta reſignatio prius libere fiat, & poſt factam, præbendam ſic libere reſignatam poſsit petere reſignatarius, ideo iſta tertia cõditio ad cautelam maiorem conducit. ¶ Quarta conditio eſt, quod in tali concordia non interueniat pecunia, neq; aliquid pecunia æſtimabile, & quod addatur, ſi placuerit papę. Et ſic exploditur omnis ſimonia & præſumptio eius.



¶ Ex quibus conditionibus colligitur corollarie primo, quod ſi tales permutaturi beneficia velint ſe obligare in concordia ad aliquam conditionem oneroſam, quo parcant expenſis, tũc Simoniaca erit talis concordia; quia interuenit ibi obligatio ciuilis æſtimabilis pretio.

¶ Sequitur corollarie ſecũdo, quod ſi talis tractatus concordiæ fiat cum obligatione eũ pro libito reuocandi, & ab eo reſiliendi, hic minus inerit ſcrupuli. Si autem fiat cum obligatione irreuocabili, & fideiuſſoribus adhibitis, vt à prædicta concordia non retrocedatur, tunc hic aperta admiſcetur ſimonia, & quoad Deũ, & quoad eccleſiam. Et propterea dicendum videtur, quod ſi concordia iſto ſecundo modo fiat, ſi iſta obligatio non proponatur papæ ſic concordãtes, & contrahentes non ſunt immunes à labe Simoniæ. Si autem eã propoſuerũt papæ quoad forum exterius euadent ſimoniam, ſi papa informatus videat, & taceat. Veruntamen coram Deo rei ſunt ſimoniaci criminis.

¶ Præterea, quia de huiuſmodi concordijs in permutationibus cepimus habere ſermonẽ, conſequens eſt explicare, an in his concordijs liceat concordare; vt cum inter beneficia permutãda aliud eſt pinguius, quod recompenſatio fiat totius exceſſus per aliquam retentam penſionem, vel per refuſionem aliquotæ partis pecunię. Et videtur, quod primum licitum ſit factũ, vel ſaltem liberum à vitio ſimoniæ: quia retinẽdo ſibi penſionẽ ex ſuo pinguiori beneficio, quod permutat, nihil accipit de nouo, quod antea ipſe nõ haberet: ergo ſi de ſuo beneficio retinuit illam partem pro penſione, neq; voluit eam alteri impartire, quidquid ſit de peccato iniuſtitiæ, liber videtur à ſimonia. ¶ Quod autem & ſecundum fieri poſsit abſq; vitio ſimoniæ probatur ex ca. ad quæſtiones. de rer. permutat. vbi diffinitur, quod eccleſiæ iure proprietatis poſſunt ad inuicem permutari, & poſſeſsiones earum ſeparatim etiam permutari poſſunt, & pro minus valentibus pretium ſuppleri. Sed item arguitur tertio: Quia licet (vt ſæpe fit) in huius permutationibus ſupplere exceſſum appoſita penſione: ergo & refuſione numeratæ ſtatim pecuniæ licitũ erit ſupplere exceſſum pinguioris præbendæ. Patet conſequentia, quia vtrunq; tam penſio, quam pecunia eſt quid temporale: ergo ſi vna via licet ſupplere exceſſum: ergo etiam via refuſionis pecunię numeratę. Sed in contrariũ eſt quod illi prouentus temporales ſunt annexi ſpiritualibus præbendis, quoad ius eos percipiẽdi: ergo ſicut præbendæ, eo quod excedant dignitate, non poteſt hic exceſſus ſuppleri pecunia: ergo neque exceſſus ille prouentuum, cum ſit annexus ſpirituali, id eſt, iuri ſpirituali prębendæ non poteſt ſuppleri, aut emi pecunia.

¶ Igitur pro reſolutione quæſtionis proponitur prima propoſitio: Quando in permutatione, quæ fit beneficiorum, contingit, quod aliud in prouẽtibus ſit pinguius, & ideo illud permutatis propria autoritate conſtituit ſibi penſionẽ ſuper illud ad adæquandos fructus, vel ſimonia poſitiua eſt, vel certe eſt quid illicitum pertinẽs ad iniuſtitiam, vel ſi fiat permutatio cum pacto ciuili pendendi dictam penſionem, eſt ſimonia de iure poſitiuo. Prima pars concluſionis, quod ſit ſimonia de iure poſitiuo, eſt Nauarri in ſumma. ca. 23. num. 100. Secunda pars concluſionis, quod ſit ſaltem aliquid illicitũ eſt magiſt. Ioan. à Peña quo ad tertiam partem, ſcilicet, ſi fiat permutatio cum pacto accipiendi penſionem, quod ſit ſimoniaca per ſimoniam contractam contra ius poſitiuum, eſt Soti de iuſt. & iur. lib. 6. q. 5. art. 2. Nauarrus autem primam partẽ concluſionis huius, quam tenet ſubfrigide, probat tantum dicens, quod id nullo iure permittitur. Sed probatur: quia quando penſio in hac permutatione ſine autoritate papæ conſtituitur in foro exteriori, præſumitur, quod accipitur, vt permutationis pretium: ergo ſaltem talis in foro exteriori præſumptiuè erit ſimoniacus. Præſertim, quod poſt factã permutationem, & collationem factam alteri de tali beneficio pinguiori, iã ſi ex eo accipiat penſionem, non de ſuo beneficio, ſed de alieno, quod tamen erat ante ſuũ illã retinet, & accipit, cũ ſuperior per collationẽ alteri contulerit ius ad percipiẽdos omnes fructus beneficij per commutationem accepti. Secunda pars concluſionis, ſcilicet, quod ſit ſaltem illicitum, patet, quia, vt in plurimum, ita eſt: quia nõ eſt cauſa imponendi talem penſionem, quæ ſit ſufficiens. Quia cum pars priuata autoritate illam imponit penſionem hoc regulariter facit in commodum & quæſtum ſuũ & non in honorẽ Chriſti, aut in vtilitatem eccleſiæ. ¶ Tertia autem pars cõcluſionis, quę eſt Soti probatur: quia cum apponitur pactum in permutatione, vel reſignatione beneficij accipiendi penſionem ſine conſenſu papæ, iam illa penſio veluti precium eſſe permutationis reputatur.

¶ Secunda concluſio ſi exceſſus in permutationibus contingat in dignitate ſpirituali, ſi pecunia compẽſatur, eſt apertè ſimonia contra ius diuinum. Vt ſi decanatus, & canonicatus eiuſdem redditus ratione dignitatis, ſi permutentur, ratione decanatus permutati refundatur aliqua pars pecuniæ: quia vẽditur ibi dignitas, quæ eſt ibi ſpiritualis pro pecunia refuſa. Eſt Soti loco cit. & Sylueſt. verbo. permutatio. q. 6. Videtur autem

autem hæc eſſe aliquo modo contra Nauarrum illo num.100.cap.23.in ſum.vbi cõcedit, quod refuſio pecuniæ autoritate papæ non ſolum in permutatione aliorum bonorum eccleſiæ ſeparatim facta, ſed etiam in permutatione titulorũ eſt licita. In cuius gratiam allegat Anchar. cõſ. 28. in capi. quia veriſimile. de præſumptio. Sed quia obſcure ibi loquitur Nauarrus, ne videatur aduerſari huic noſtræ ſecundæ veriſsimæ concluſioni explicandus eſt, quod quando redditus præbendarum eſſent inæquales poſſet papa in ipſa permutatione titulorum non ſeparãdo cõtractus, non reſpiciendo ad maiorem dignitatẽ vnius præbendæ, quam alterius, ſed ſolum reſpiciendo ad exceſſum redditus ad eum ſupplendum admittere illam refuſionem pecuniæ. Quia tunc non præſumendum eſſet de papa, quod ratione maioris dignitatis vellet refundi pecuniam, ſed ſolum velle adæquare temporalia eo modo, quo licite id facere poteſt, ſcilicet, ſeparãdo ea ab ſpiritualibus, vt nihil cenſeatur dari tẽporale pro ſpiritualibus, vt pretium. Et certe ſi papa ſic faceret, quamquam res ſit in controuerſia, licitum eſſe æſtimandum foret.

¶ Tertia concluſio: Per autoritatem papæ, dum permutantur præbendæ exceſſus tantum in fructibus annexis titulo ſpirituali præbendæ & ab illo dependentibus, non poteſt ſuppleri pecunia ſine vitio ſimoniæ commiſſæ contra ius diuinum. Hæc eſt Adriani quolib. 9. ad 5. principale. Eſt Soti loco citato. Eſt tamen contra Nauarrum Anchar. & Fel. ab ipſo citatos, & contra ſummam Angelicam, & contra Sylueſtrum loco citato, qui autoritate papæ exiſtimat hoc licite poſſe fieri. Eſt contra Caiet. qui ex cap. ad quæſtiones pro certo ſupponit poſſe fieri. Eſt contra Metinam Salmant. in ſua inſtruct. confeſſ. §. 21. de remedijs adhibendis ſimoniacis. Probatur autem: quia cum ille exceſſus ſit annexus præbendæ titulo ſpirituali, atque tũc in iſta permutatione, quam facit papa non ſeparet illum à titulo ſpirituali, ſemper remanet annexus rei ſpirituali: ergo ſemper induit rationem ſpiritualis, & ſapit naturam principalis à quo dependet: ergo ſicut titulus eo, quod ſit dignior, qui eſt principalis, non poteſt ſuppleri pecunia: ita neque exceſſus ille prouentus illi annexus. Probatur conſequentia ex diffinitione ſimoniæ, quæ eſt emptio, vel venditio rei ſpiritualis, vel ei annexi: ergo ille exceſſus ſpirituali titulo annexus videtur vendi: ac per conſequens eſt ſimonia. At licet Nauarrus in ſumma capit. 23. numero. 108. piè excuſet omnes papas aduerſus detractores à ſimonia, eo quod credat nullum fuiſſe papam, qui aliqua beneficia ſimpliciter vnquam vendiderit, eo quod iuſtis alijs vijs poteſt facere,

A ſcilicet, extinguendo beneficia, vel ea alijs vniẽdo, vel diuidendo, vel redditus eorum augendo, vel diminuendo capit. ex parte. de conſtitutio. ſed videtur nihil horum hic interueniat in hoc caſu concluſionis, vt excuſare eum poſsimus à ſimonia. Niſi dixeris, quod illum exceſſum fructuum, quem concedit alteri pro numerata pecunia in permutatione, reſecat á titulo pinguioris præbendæ, vt ſit temporalis, & poſſit vendi pro illa numerata pecunia. Sed videtur, quod non reſecet eum à titulo, quia ſemper manet poſtea vnitus titulo: nam virtute tituli videtur poſt licite percipere illum exceſſum fructuum. Nam ſi virtute emptionis & pecuniæ

B numeratæ refuſæ illum exceſſum fructuum retineret, qui per permutationem à papa ſic factam accepit beneficiũ pinguius, ſequitur, quod citra vitium ſimoniæ poſſet illum ſaltem per vitam vendere, vtpote qui ſolum eſſent fructus merè temporales à ſe empti illa numerata pecunia & ſeparati à titulo ſpirituali per papã, quod videtur durum conceſſu. Iſtæ igitur probationes hanc concluſionem ſecuriorem, & probabiliorem eſſe oſtendunt, licet contrariam opinionem propter autoritatem eam tenentium, nolim omnino damnare, neque improbare. Supereſt igitur reſpondere ad argumenta duo huius acceſſoriç quæſtionis: nam poſt reſpondebimus

C ad argumenta principalis quæſtionis in principio capituli poſita.

¶ Ad primum igitur argumentum quando, quia aliud beneficium eſt pinguius illud permutans, propria ſola autoritate conſtituit penſionem, reſponſum eſt per primam propoſitionem huius quæſtionis, quod ſaltem præſumetur ſimoniacus in foro exteriori, & in pretium permutationis conſtituiſſe penſionem, maxime ſi interfuit pactum illius.

¶ Ad ſecundum argumentum ex capit. ad quæſtiones. de rerum permut. dicimus, quod ſi attente legatur nihil contra noſtram tertiam concluſionem concludit: quia ibi agitur mentio,

D de duabus conuentualibus eccleſijs habentibus parochiales eccleſias cum poſſeſsionibus ſuis inæqualibus in valore, quæ petierunt à papa, vt illæ parochiales eccleſiæ, cum ſuis poſſeſſionibus permutarentur. Et quia poſſeſsiones earum erant inæquales in valore pro maiori valore aliquid pecuniæ refunderetur, quod concedit ibi papa, & fieri poſſe declarat, dum illi duo contractus non miſceantur, ſed ſeorſum eccleſiæ parochiales permutentur; Et deinde quod ad poſſeſsionum permutationem, ſeparatus fiat contractus, cum refuſione alicuius ſummæ pecuniæ numeratæ ad adæquandam permutationem poſſeſsionum, quas quidem poſſeſsiones non



non conſtabat annexas fuiſſe titulo parochiali, ſicut conſtat fructus decimales præbendis eccleſiaſticis eſſe annexos. Si enim ibi textus de his fructibus decimalibus loqueretur, non eos poſſeſsiones eccleſiarum illarum parochialium vocaret. Vnde miror Caietanum, & Metinam Salmanticenſem, & alios, ſi ſuam contrariam opinonem ex hoc ſolo textu velint firmare cum palam ſit multas poſſeſsiones collatas eſſe à fidelibus, & legatas eccleſijs ſuis parochialibus, cauſa deuotionis & affectionis ad pia loca, quæ non ſunt annexæ alicui titulo ſpirituali, vnde liquet eſſe temporales, & pro temporalibus poſſe commutari.

¶ Ad tertium agumentum negatur conſequentia. Non enim valet conſequentia, permutatio beneficiorum poteſt fieri á papa appoſita penſione ad ſupplendum exceſſum: ergo poteſt fieri per ipſum interueniente pecunia ad ſupplendum exceſſum. Nam penſionem Papa poteſt imponere, quam ſeparat à titulo: at pecuniam pro illo exceſſu annexo titulo ſpirituali, dum ſic annexus manet accipi concedere non poteſt. Quod & inſinuari videtur per regulam Cancellariæ, vbi decernitur, quod non interueniat pecunia in permutatione beneficiorum.

¶ Circa reſponſionem ad ſeptimum argumentum primi articuli Diui Thomæ in illa quæſt. 100. vbi reſpondet, quod Papa poteſt committere ſimoniã, ſicut & quilibet alius homo, emergit dubium, non quidem in rebus, quæ ſunt pure ſpirituales de iure diuino, vt ſacramenta: nam hæc vendendo vel emendo papam poſſe committere ſimoniam non ambigitur. Eſt nanque ſententia Paludis in. 4. ſenten. diſtinct. 25. quæſt. quinta, & omnium Theologorum, quod in his ſimoniacus poſsit eſſe. Sed id ſolum controuertitur, an in rebus, quæ ſunt ſpirituales de iure ſolum humano, vt officium ſacriſtæ œconomi eccleſiæ, poſsit committere ſimoniam, ſi hæc officia vendat. Et videtur, quod non: nam papa non ſubijcitur ſuis legibus.

¶ Secundo: Quia eccleſia per hoc, quod cap. Saluator. 1. quæſtio. 3. prohibet vendi illa officia ſacriſtæ præfecti theſauri eccleſiæ, non efficit ea ſacra, ſicut per conſecrationem facit calicem ſacrum. Sed in contrarium eſt, quod ſi papa non ieiunaret in quadrageſima, aut ſi tunc comederet carnes ſine cauſa, licet ſit contra ius poſitiuum, peccaret peccato intemperantiæ, ſicut & cæteri: ergo ſimiliter, ſi hæc diuenderet officia peccaret, & non alia ſpecie peccati, niſi ſimoniæ: ergo in his poteſt committere ſimoniam, ſicut etiam poteſt committere ſacrilegium, ſi celebraret ſine veſtibus ſacris proli-

A bito, licet ſic celebrare ſine veſtibus ſacris ſit prohibitum iure poſitiuo. Item in contra eſt, quod prælatus vendens hæc officia, vendit vſum ſuæ poteſtatis ſpiritualis: ergo eſt ſimonia emere. Antecedens patet, quia eſt ſicut ſi venderet licentiam venandi, medicandi, docendi ſuis clericis, quod ſimonia eſſet pro reſolutione quæſtionis, Dicitur primo, quod aliqua ex iure poſitiuo ſunt facta ſacra & ſpiritualia, quæ ſi ratione ſpiritualis conſecrationis vendantur pretio à papa ſimoniam incurret, ſicut & cæteri contra ius diuinum. Eſt Soti vbi ſupra, & communis, vt ſi venderet conſecrationem calicis, benedictionem veſtium, & cæter. Patet:

B Quia poſtquam iure poſitiuo hæc facta ſunt ſacrata, & ſpiritualia iure diuino repugnat eis venditio. Et patet: quia, qui venderet conſecrationem calicis, aut benedictionem aquæ benedictæ venderet illud quidem, quod gratuito donatur in bonum publicum. Vnde fallax eſt iſta conſequentia: Iſta ſunt ſpiritualia de iure poſitiuo, ergo illa diuendere non eſt contra ius naturæ.

¶ Secundo dicitur, quod probabiliter aſſeritur Papa ex rationabili cauſa poteſt per ſe vendere illa officia, cap. Saluator. prohibita vendi, ſcilicet, œconomi, protectoris, ſacriſtæ, & cætera, & conferre licentiam alijs ea venden-

C di. Patet ex Victoria, & eius ratione: quia ex cauſa rationabili poteſt diſpenſare in ſuis legibus. Tertio dicitur, quod etiam ſi priuatus illa officia vendat priuata autoritate erit ſimonia de iure poſitiuo, vt patet illo capit. Saluator. Similiter ſi ſine cauſa rationabili papa hæc officia diuendat, erit ſimoniacus contra ius poſitiuum. Hæc eſt probabilis per argumenta ſupra in contra poſita. Sed probabilius eſt, quod proprie venditio eorum, & præſertim reſpectu papæ non ſit ſimonia, quæ ſit de iure poſitiuo. Tum, quia papa ſecundum canoniſtas, dum id facit, videtur diſpenſare ſecum, quæ quidem diſpenſatio cum ſit ſuper lege poſitiua, ſiue ma-

D lè, ſiue bene facta tamen tenet: ita vt peccatum illud non ſit peccatum ſimoniæ commiſſæ contra legem, ſed peccatum ſcandali, aut peccatum contra ius naturale, dictans caput conformandum eſſe corpori, eritq; extra ſpeciem ſimoniæ, intra quam ponebatur per legem eccleſiæ, quæ ceſſat reſpectu papæ ſecum diſpenſantis. Neque obſtat, quod ſi papa veſceretur carnibus in quadrageſima, ſine cauſa, aut ſine veſtibus ſacris celebraret, peccaret, licet iſta ſint de iure poſitiuo: quia tunc cum ſecum diſpenſare cenſeretur, licet, male, tamen, quia diſpenſatio ſuper legibus ſuis poſitiuis facta teneret, tale peccatum potius referret ſpeciem mali, & ſcandali,

dali, quam intemperantiæ, aut ſacrilegij, in quo A
rum ſpeciebus erat repoſitum per prohibitiuas
leges poſitiuas, vnde tunc papa veſcens carni-
bus contra ſpecialem charitatem ex officio de-
bitam ſubditis in ædificando eos ſuo bono exẽ-
plo, & in ſupportando onera eis impoſita pec-
caret, & incideret in illam indignationem Do-
mini grauem contra phariſæos, dum ait: Quia
imponunt onera grauia, & digito ſuo nolunt
ea tollere. Et ſi ſine veſtibus celebraret, non pro
priè peccato ſacrilegij contra ſuam legem pec-
caret, ſed peccato cuiuſdam irreligioſitatis, &
ſcandaloſæ indecentiæ, & irreuerentiæ contra
honorem cultui diuino debitum. Per hoc au-
tem manent diluta argumenta Victoriæ pro B
parte affirmatiua. Et adhuc vltimo bona ratio-
ne probatur pars negatiua, quæ nobis hic viſa
eſt probabilior; quia in ſimonia ſemper fit ali-
qua irreuerentia quæ commiſſa contra res ſacras
culpam ſimoniacam inducit. At in his officijs
per hoc, quod eccleſia ea vendi vetuit, nihil eis
contulit ſpiritualitatis, aut ſanctitatis, neque im
mutauit naturam harum rerum in aliquo vt ali
ter ſe haberent, quam antea.

¶ Quarto dicitur, quod bene poſſumus ad-
mittere aliquam ſimoniam de iure poſitiuo, iux
ta gloſſ. celebrem. capit. ex parte. de officio de-
legati, ita vt non committatur in ea culpa verè
& propriè ſimoniæ, ſed ſimilitudinariè, & im- C
propriè, vt vendere prædicta officia ſacriſtæ,
œconomi, protectoris, & etiam conferre benefi-
cium ob cauſam indebitam, ſcilicet, propter ſim
plices preces alterius, vel propter ſimplicem fa-
uorem expertem alicuius intereſſe, quo voluit
prælatus alicui fauere, ſine aliqua cauſa. Et ſicut
etiam vendere negationem actus ſpiritualis non
debiti. Sicut etiam commutare præbendas pro-
pria autoritate ſine pacto, ſed ſolum amicabi-
liter, & gratis. Et ſicut etiam vendere veritates
naturales. Patet, quia capit. nemo. de ſimonia.
etiam videtur notari de vitio ſimoniæ, qui emo
lumento temporali accepto, vel ratione conſan
guinitatis, aut reſpectu familiaritatis peccatum D
alicuius celat epiſcopo, aut eius miniſtris, vbi cer
te non interuenit vera culpa & propria ſimo-
niæ.

¶ Quinto dicitur, quod prædicti vendentes
ſupra dicta officia ſacriſtæ œcononomi, theſau-
rarij, protectoris, dum hæc officia non ſunt an-
nexa alicui titulo beneficiali, ſcilicet, canonica-
tui, aut dignitati, non incurrunt pœnas ſimo-
niæ, niſi forte aliquæ contra eos ſint expreſſæ
in iure. Patet, quia, vt ſupradictum eſt, non con
trahunt labem ſimoniæ propriæ: ergo neque
pœnas incurrunt ſimoniæ contra ipſos in iure
non expreſſas. Tum, quia pœnæ ſunt reſtrin-
gendæ. Tum, quia ſicut iſti in iure canonico ſi-
moniaci dicuntur: ita vocantur & hæretici: &
tamen non ſunt propriè & verè hæretici, ne-
que pœnas hæreticorum incurrunt: ita neque
pœnas ſimoniacorum contra eos in iure ſpecia-
liter non expreſſas. Facit Nauarrus pro hoc, qui
in ſumma. capit. 23. numero. 103. docet pœnas
contra ſimoniacos eatenus eas incurri, quatenus
iure humano id exprimitur, contra Sotum, &
aliquos Thomiſtas, dicentes venditores horum
officiorum non eſſe ſimoniacos propriè, ſed pu-
niri pœnis ſimoniæ. Sed ſtandum eſt vſui: nam
credo pœna ordinaria ſimoniacorum ad totum
rigorem non punientur. Vnde arbitror, niſi
aliud dictet conſuetudo, quæ interpretatrix eſt
legis huiuſmodi officiorum venditores pœnam
excommunicationis ſimoniacis impoſitam in
iure, non incurrere. Ita affirmamus ex mente
& ſententia Nauarri in ſumma, capit. 23. nume-
ro. 103. & 104. Vbi ait, quod extrauagans, quæ
pœnas has induxit contra ſimoniacos, vt patet
extrauaganti ſecunda de ſimonia, non induxit
eas contra omnes ſimoniacos, ſed tantum con-
tra eos, qui ſimoniam in ordine, vel beneficio
committunt. Neque etiam contra hos omnes,
ſed contra eos, qui committunt dando, vel acci-
piendo, ita, quod non habet locum, niſi in ſi-
monia, quæ ad opus dandi, aut accipiendi per-
uenit. Ita Nauarrus hic contra Sotum. de iuſti-
tia & iure, libro nono, quæſtione octaua, arti-
culo ſecundo, qui affirmat ibi excommunicatio
nem omnis ſimoniaci papæ reſeruari iure nouo.
Nam inquit, quod extrauagans illa recen-
tior. cum deteſtabile. omnem prorſus ſimo-
niam excommunicatione ferire ſoli papæ reſer
uata. Sed quia in hoc, ſcilicet, in interpretandis
iuris pœnis cæteris paribus magis ſtandum eſt
ſententiæ canoniſtarum, ideo magis mihi placet
ſententia Nauarri, non ita late interpretantis il-
lam ſecundam extrauagantem capit. deteſtabi-
le. de ſimonia. Quæ quidem ſententia ſi confir-
matur vſu, nihil eſt, quod de ea ſit dubitandum.
Nam vſus interpretatur legem. Hinc ex ſua ſen
tentia infert Nauarrus, quod vendens penſio-
nem, aut vicariam temporalem, quia non ſunt
propriè beneficia, non incurrit pœnam excom-
municationis. Ex quo ego corollariè quoque
infero quod vendere illa officia ſacriſtæ œco-
nomi, protectoris, quia non ſunt propriè be-
neficia, non eſt ita actus prohibitus lege canoni
ca, vt ſit excommunicationi ſubiectus. Et quo-
niam ad obiecta inçontra huius immediate quę
ſtionis per ſecundum dictum reſponſum eſt, ni
hil deeſt.

¶ At ſolum ad vltimam obiectionem reſpõ-
dendum nobis ſupereſt, ad quam dum argui-



tur, quod prælatus hæc vendens officia, ven- A
dit vſum ſuæ poteſtatis ſpiritualis, hoc nega-
tur: quia in collatione, & diſtributione ho-
rum officiorum habet ſe prælatus, vt ſæcularis
quidam diſtributor, vnde non vtitur in his po-
teſtate ſpirituali. Sicut ſi alius diſtributor bo-
norum mere temporalium eccleſiæ ea vende-
ret non peccaret peccato ſimoniæ, quia ea vt
laicus venderet, nulla vtens poteſtate ſpiritua-
li in ea vendendo. Ac proinde conceſſo antece-
denti, negatur iſta conſequentia: Si prælatus
vendat clerico licentiam docendi, venandi, me-
dicandi, eſt ſimoniacus: ergo etiam eſt ſimo-
niacus, ſi vendat prædicta officia, quia in ven-
ditione huius diſpenſationis & prædictæ licen- B
tiæ habet ſe, vt prælatus: quia in ea præſtan-
da diſpenſatione licentiæ fungitur autoritate
ſua ſpirituali: ſed in ea diſtribuendo & venden-
do, vel locando prædicta officia habet ſe vt lai-
cus. Nunc ad argumenta principalis quæſtionis
in principio capituli motæ reſpondetur.

¶ Ad primum argumentum ex ſolutione, ad
quintum primi articuli: vbi Diuus Thomas
explicat diffinitionem ſimoniæ reſpondetur,
quod ex verbis D. Thomæ ibi colligitur, quod
permutatio præbendarum ſimplex & pura,
non comprehenditur ſub diffinitione propriæ
ſimoniæ de ſe malæ, & iure diuino prohibitæ.
Nam non infert ex tali explicatione diffinitio- C
nis ſimoniæ, quod permutatio præbendarum
priuata autoritate facta, de ſe ſit ſimonia: ſed
quod non fit abſque periculo ſimoniæ, ſcilicet,
ratione alicuius intereſſe temporalis intenti, vel
ratione alicuius pacti æſtimabilis pretij in per-
mutatione adiuncti.

¶ Ad ſecundum argumentum negatur, quod
eiuſdem rationis ſit vendere, & permutare præ
bendas. Quia ſecundum gloſſam. cap. ad quæ-
ſtiones. verſu queat. de ſimonia. permutatio lo-
cum habet in ſpiritualibus, non tamen in eis
tenet emptio, vel venditio. Et ratio eſt, in-
quit gloſſa, quia nulla eſt emptio ſine pretio,
vt inſtitut. de emption. §. item pretium. quod D
in quantitate, & numerata pecunia conſiſtit.
C. de actio. empt. & vendit. l. fides. quod non
eſt in permutatione. ff. de rer. permutat. l. 1. Et
ad probationem vbi obijcitur, quod vterque
eſt contractus non gratuitus contra illud Mat-
thæ. 10. Gratis accepiſtis, gratis date, reſpon-
detur cum Soto in illo articulo ſecundo, quæſt.
quinta, libro nono, de iuſt. quod per hunc euan-
gelij locum non eſt prohibita permutatio bene
ficiorum; alias neque autoritate papæ licita fo-
ret. Sed de ſolum Spiritus ſancti donis ibi ha-
betur: Gratis accepiſtis, gratis date. Eſt igitur
quædam ſimoniæ ſpecies de poſitiuo iure. Nam,
niſi ius prohibuiſſet non eſſet ſimonia permuta-
re præbendam pro præbenda, ſicut neque per-
mutare calicem ſacrum cum alio ſacro: & ſicut
neque audire tuam confeſsionem ſacramenta-
lem, vt tu audias meam, ſine interuentu alicuius
pacti æſtimabilis pretij.

¶ Item ſicut gratis cenſetur mutuare, qui mu
tuat. 10. modios tritici pro alijs totidem nume-
ro reddendis, ſic gratis cenſetur permutare præ-
bendam, qui loco illius aliam accipit, ſi nihil
aliud intereſſe expectat vel æſtimabile pretio.
Item reſpondetur, quod etiam ſi dicatur talis
non gratis permutare, non ideo committit ſi-
moniam contra ius diuinum. Quia iſta ratio,
quod res ſpiritualis gratis non detur, non eſt cõ-
tra radicem intrinſecam ſimoniæ, ſed, vt ait D.
Tho. in illo primo artic. eſt repugnans ſpiritua
lium origini, quę ex gratuita voluntate Dei pro
ueniunt. Vnde non eſt ratio attingens rationem
intrinſecam, & radicalem ſimoniæ totaliter.

¶ Ad tertium argumentum negatur, quod pa
pam, vel alium non eſſe dominum rerum ſpiri-
tualium, conſtituat radicalem rationem ſimo-
niæ, ſi has res propria autoritate permutet. Sed
illa eſt ratio radicalis ſimoniæ, quam autore D.
Tho. in illo primo art. Petrus Apoſtolus obie-
cit Simoni Mago, ſcilicet, donum Dei æſtimare
pecunia, poſsideri. Imo ſi fures, qui furati eſſent
calices, illos permutarẽt inter ſe, licet illorum nõ
eſſent domini, non eſſent ſimoniaci. Et quia hic
non interuenit pecunia, neque aliquid æquiua-
lens pecuniæ in hac permutatione, non eſt ſimo
nia de iure diuino. Ad quartum reſpondetur ne-
gando, quod ſpeculatiue loquendo, talis permu-
tatio, præbendarum, non poſsit fieri ſine pacto
implicito, vel explicito, vt ſi amicabiliter, & be-
neuole aliqui concordarent in ſola permutatio-
ne, ſine alio pacto. Sed argumentum iſtud pro-
bat, quod in ſecunda concluſione quæſtionis à
principio capituli huius poſitæ conceſsimus, ſci-
licet, quod practice loquendo, & vt in plurimũ
propter malitiam hominũ, quia huiuſmodi per-
mutationes præbẽdarũ priuata autoritate factæ
non fiunt ſine pacto implicito, vel explicito ciui
li æſtimabili pretio regulariter, ſunt ſimoniacæ
cõtra ius etiã diuinũ propter cõiecturalem præ-
ſumptionem, quã ibi attulimus, & rationes ad-
ductas. Ad confirmationẽ reſpondetur, cõceden
do, quod ſi eo negotiationis fine, ſcilicet, cauſa
lucri tẽporalis, & quæſtus permutarentur paſ-
ſim præbendæ eccleſiaſticæ priuatim, ea lege
& pactis ciuilibus, quibus fiunt cambia, &
permutationes rerum temporalium, quod tota
eccleſia eſſet inundans in ſimonijs, ſed id non
tolerat eccleſia, ſed prohibet damnat, & punit.

¶ Ad ſextum argumentum deſumptum ex

cap

A cap.4.& 6.& 9. de tranſactionibus nihil contra nos; quia ibi loquitur de tranſactionibus factis à partibus habentibus ius ſuper beneficia, quæ accepto aliquo temporali renuntiant ius ſuum ſpirituale, quod habent ad beneficia in alios priuata autoritate inter ſe has tranſactiones facientes, & non autoritate ſuperioris ad tollendas lites.

¶ Ad aliud argumentum in contra de alijs permutationibus inter res ſpirituales, ſcilicet, audire tuam confeſsionem, vt audias meam, celebrare pro te, vt celebres pro me, reſpondentes non neceſſe habemus plura verba inſumere. Tum, quia probabilius æſtimauimus ſpeculatiue loquendo (vt prædiximus in dicta ſecunda B concluſione) quod neque permutatio præbendarum, priuata autoritate ſit ſimonia prohibita de iure diuino: ergo probabilius eſt, quod in cæteris prædictis rebus ſpiritualibus permutandis tam practicè, quam ſpeculatiuè loquendo nulla interueniat ſimonia, cõtra Ricardum. Ita Sotus. Quia neque iure poſitiuo iſta permutatio eſt prohibita, quia nulla pacta ciuilia pretio æſtimabilia hic ſolent interuenire; ſed amicabiliter ſolent concordare de orando, vel celebrando pro familiari, vel noto, vt ipſe viciſsim oret, & celebret pro ſe oranti & celebranti. Neque hic fit iniuria rebus ſpiritualibus. At opinio Ricardi eſſet vera, vbi ciuiliter ad id ſe vellent obligare, adhibitis fideiuſſoribus de celebrandis tot miſsis in C tali eccleſia pro tot celebrandis in alia eccleſia, hic forte in hoc caſu, vel ſimili poſſet procedere ſententia Ricardi. Sed huiuſmodi caſus, vel raro vel nuſquam contingunt, quia ſincerius res agitur, dum de permutatione horum actuum ſpiritualium inter amicos deuotos & notos inter ſe conuenit.

# CAP. CCC.

*An liceat pro ſacramentis pecuniam dare, & recipere: Et an poſsit miſſa pro pluribus contribuentibus pitantias applicari: Et an ſacerdos* D *poſsit locare ſuas operas: An pro vſu calicis poſsit aliquid accipi, aut pro oleo, aut chriſmate conſecratis: Et an clerici poſsint paciſci ſuper ſtipendium ſuæ ſuſtentationis: Et an organorum pulſatoribus, & cantoribus eccleſiæ liceat pro ſuis functionibus paciſci de mercede, & pro proceſsionibus, & exequijs mortuorum: Et an ſacerdoti in articulo neceſſitatis exigenti pretium pro baptiſmo poſsit dari: Vbi ſoluuntur. 7. arg. in cõtrà poſita: Et an liceat pecuniam dare ne eligatur indignus.*

A IAM poſtquam primũ articulum quæſtionis. 10. de ſimonia D. Thom. illucidantes, quæ in eo inſinuauit dubia explicuimus ad ſecundũ articulum accedentes, eũ primo in compendium redigamus oportet, vt ad dubia ibi præinſinuata explananda præparemur. Igitur in hoc ſecundo articulo id inquirit, an liceat pro ſacramentis pecuniam dare, vel eam recipere ſit illicitum. Reſpondet id eſſe illicitum: quia ſacramenta nouæ legis ſunt maxime ſpiritualia, in quantum cauſa ſpiritualis gratiæ, quæ pretio æſtimari non poteſt, B & eius rationi repugnat, quod non gratis detur. Licet autem adminiſtrantibus ſacramenta, aliqua ad ſuſtentationem accipere, ſecundum ordinationem eccleſiæ, & conſuetudines approbatas: quia id hac ratione accipere non eſt ſimonia, neque peccatum, quia non ſumitur tanquã pretium mercedis, ſed tanquam ſtipendium neceſsitatis. Pro puero autem, aut adulto baptizando etiam in extrema neceſsitate, ſi ſacerdos abſque pretio baptizare non velit non eſt ei pretium dandum, ſed potius empto elemento aquæ, ſi gratis aqua non inueniatur, baptizandus eſt à quolibet alio. Et potius adultus deſiderans baptiſmum in articulo mortis, atque eum petens re C cedere debet abſque baptiſmo, ſi non ſit recurſus ad alium, quam erogare pretiũ ſacerdoti nolenti ſine pretio baptiſmi baptizare: ſuppleretur enim ei tunc ex baptiſmo flaminis, quod ei ex ſacramento deeſſet. Rurſus ſimonia cum eſſet redimere obſtacula ad dignitatem eccleſiaſticam ante ius quæſitum ad eam per collationem: ſic enim per pecuniam pararet ſibi viam ad rem ſpiritualem obtinendam, ſed poſtquam ius alicui adquiſitum eſt, licet per pecuniam iniuſta impedimenta remouere.

¶ Porrò, quoniam D. Thomas in corpore articuli duo affirmat, primum, quod pro ipſis ſacramentis non liceat pecuniam accipere, ſcilicet, D pro adminiſtratione eorum, ſecundum autem, quod illa adminiſtrantibus bene ratione ſuſtentationis licet aliquid accipere, quæ quidem doctrina, vt argumentis redarguta magis clareſcat, arguitur contra illam.

¶ Primo argumento canoniſtarum: Quia in ſacramentis interuenit aliquid corporale; tum, quia vt de ſua diffinitione patet, ſunt ſigna ſenſibilia: tũ, quia, vt oculis cernitur ibi interuenit applicatio alicuius materiæ corporalis, vt applicatio aquæ in baptiſmo, & applicatio vnctionis in ſacramẽto ſacræ vnctionis: ergo ratione iſtius applicationis, corporalis, vt pretium aliquid poteſt accipi ſine vitio ſimoniæ pro illa.

¶ Præ-



¶ Præterea confirmatur: Quia licet materia A ſacramenti extremæ vnctionis vel ſacramenti cõfirmationis ſit ſpiritualis ratione conſecrationis: tamẽ, quia ipſa eſt corporalis abſq; vitio ſimoniæ poteſt vendi pretio: ergo etiam poſtquã in adminiſtratione ſacramentorum interueniũt actiones ſenſibiles, ac per conſequẽs corporales poterunt citra ſimoniæ vitium vendi, licet maiori pretio vendi nequeant; ratione ſpiritualitatis, id eſt, in quantum ſunt collatiua gratiæ.

¶ Secundo arguitur, quaſi argumento ad hominem contra D. Tho. ex verbis eius in ſolut. ad tertiũ. arg. tertij articuli, vbi affirmat, quod vbi ſtatuta ſunt ſtipendia prælatis, vel beneficiarijs ex redditibus eccleſiæ, ſi aliquid accipe- B rent intelligerentur non locare operas ſuas, ſed vendere ipſum ſpiritualis gratiæ vſum: ergo ſi non tenetur ex officio adminiſtrare ſacramenta, quia non eſt pro hoc officio ſtipendiatus aliquis ſacerdos, poterit locare ſuas operas, vt hic innuit D. Thomas, operas, inquam, ſuas circa adminiſtrationem ſacramentorum. Ergo ſi operas has autore D. Thoma hic licet locare: ergo licet etiam eas vendere. Nam locatio operum pro pretio, & mercede, quaſi quædam venditio eſt: quia pretium pro locatione redditur, ſicut & pro venditione.

¶ Tertio arguitur: Quia Dominus Luca euã- C gelista teſtante, cõparat miniſtros eccleſiæ mercenarijs, de quibus ibi ait, quod dignus eſt operarius mercede ſua: ſed merces proprie non dicitur illa, quæ ſolum correſpondet ſuſtentatione, ſed illa, quæ correſpondet operis, neq; enim meſſor ſegetum dum ſe locat ad metendas ſegetes, eo quod dum metit & laborat, cibatur à domino ſegetũ, dicitur recepiſſe mercedẽ ſuã propriè, niſi merces ſui laboris ſibi ſoluatur: ergo ſimiliter, ſi operario huic eccleſiaſtico merces eſt reddẽda, pro labore ſuo intelligitur eſſe reddẽda.

¶ Quarto arguitur: Quia ſi tantum ratione ſuſtentationis, & non ratione laboris, neque in mercedem laborum miniſtranti ſacramenta li- D cet pecuniam accipere, ſequitur, quod parochus promotus in curatũ mille parochiarum nõ poſſit plus accipere, quam ille, qui habet quingentos parochianos: quia vtriq; ſufficiens ſtipendium pro ſuſtentatione decenti, verbi gratia eſt trecentorum aureorum illis ſignatũ: quod tamẽ videtur eſſe contra D. Paul. 1. ad Timot. 5. Qui bene præſunt presbyteri duplici honore digni habeãtur: ergo ſi habenti plures oues, id eſt, mille plus debetur, id erit pro labore maiori ſpirituali, quem aſſumit; & non pro ſuſtentatione decenti, poſtquam pro ea ſufficiunt ſibi illi trecenti aurei.

¶ Quinto arguitur: Quia ſi ſolum pro ſuſten- A tatione, & non pro labore in adminiſtrando ſacramenta licet aliquid temporale accipere, ſequitur, quod clericus diues, qui alia ſuſtentatione non indiget, quia ceſſat in eo cauſa, ſcilicet, neceſsitas ſuſtentationis, licet adminiſtret ſacramenta, non poſsit aliquid temporale accipere. Et confirmatur ex D. Hieronymo, vt refertur cap. fin. 16. q. 1. &. 12. q. 1. per multa capita, dicente, quod ſuſtentari debent ex bonis eccleſiæ pauperes, & non diuites ſacerdotes.

¶ Sexto arguitur: Quia ſi ſolum pro ſuſtentatione licet aliquid temporale accipere liceret miniſtraturis ſacramenta pro aliqua taxa pecuniæ ſibi pro ſuſtentatione ſoluenda pactum an- B te inire, ſicut licet etiam alijs operarijs de mercede ſibi debita pendenda præconuenire. Sed iſta pacta inire eſt illicitum, quia vetantur fieri. 1. q. 2. cap. quam pio. & de pactis. ca. vlti. ergo neque etiam adminiſtraturis ſacramenta pro ſuſtentatione licet aliquid præexigere.

¶ Sed in contrarium eſt pro prima parte quæſtionis, quod ſacramẽta maxime ſunt ſpiritualia, vt ait D. Tho. ergo pro illis non licet aliquid tẽporale accipere. Et in contrariũ eſt etiã pro ſecũda parte quæſtionis, ꝙ ait Dñs Matth. 10. Dignus eſt operarius cibo ſuo, id eſt, ſuſtẽtatione ſua.

¶ Igitur, hic doctores in varias ſecedunt ſententias. Nam vt in ſuis ſcriptis refert Victoria, C multi doctores tenẽt, quod ratione laboris aſſumpti in adminiſtrando ſacramẽta liceat miniſtris aliquid accipere tẽporale, vt ſunt Altiſiodorẽſis, & Bonauent. in. 4. diſt. 25. q. vlt. & Richard. q. 2. & Armachanus & Maior. in. 4. diſt. 25. q. 6. & gloſſ. ca. 1. ſignificatũ verſu. itaq;. de præbendis, & Panorm. ibi tenet idem, & probat ex cõcilio Agathenſi. 1. q. 2. ca. fin. & Adrianus, eſt cõmunis opinio Canoniſtarum. Sed contrariũ videntur tenere Palude in. 4. ſent. diſt. 25. q. vlt. Caiet. hic cum D. Th. & in ſumma verbo. ſimonia. & Sylueſter. verbo. ſimonia. §. 9. D. Thomas. in. 4. ſent. diſt. 25. q. 2. ar. 20. & quol. 8. q. 6. Ad eos cõciliandos opus eſt diſtinctione. Nam Altiſiodo- D renſ. eiuſq; ſequaces prænumerati, ideo offendunt aures pias, quia ſuã opinionem, ſcilicet, ꝙ pro laboribus celebrãdi liceat tẽporale, accipere ſine diſtinctione, & ſic in confuſo proponunt. Igitur pro intelligentia quæſtionis huius aliquibus opus eſt diſtinctionibus.

¶ Prima diſtinctio: Eſt inter ſpiritualia ſupernaturalia, quæ vẽdita & empta ſunt materia ſimoniæ, quædã ſunt, quæ ſunt ſpiritualia per eſſentiam, vt gratia gratum faciens, quippe quæ animæ vitam confert ſpiritualem, & charitas, quæ habitus quidam eſt, quo Deum amore quodam ſupernaturali proſequimur. Hæc adeo ſupernaturalia dona Dei ſunt, vt in nullius homi-

nis

nis mentem inciderit, ſi ſobrietas mentis adſit, quod quaſi venalia pretio poſsint de vno in alium transfundi, aut communicari. Quædam autem alia ſunt ſpiritualia, quæ gratiam gratum facientem, & charitatem prædictam in genere cauſæ antecedunt: qualia ſunt ſacramenta, quippe quæ inſtrumenta ſunt paſsionis Chriſti Domini noſtri, ad efficiendam gratiã. In tertio autem adnumerantur gratiæ gratis datæ, cuiuſmodi ſunt dona prophetiæ, & linguarum, quibus ſuper addit Sotus orationẽ, & religionẽ. Quarto in gradu collocãtur illa, quæ dicũtur ſpiritualia per annexionem, beneficia, ſcilicet, & præbendæ, quæ ſpiritualibus functionibus adnectuntur.

¶ Alia ſecunda diſtinctio eſt, quod in præſentiarum tria conſideranda ſunt, quæ in quæſtionem & diſputationem in caſu propoſitæ quæſtionis poſſunt venire. Primũ, an pretiũ pro rebus ſpiritualibus poſsit recipi. Secundũ, an pro eis adminiſtrandis ſtipendiũ ſuſtentationis poſſit exigi. Tertiũ, an merces pro huiuſmodi operarũ ſpiritualium locatione eas locantibus poſſit impendi. ¶ Tertia autem diſtinctio eſt, quod labores & operæ, quæ ſolent concurrere ad adminiſtrationem ſacramentorum aliæ ſunt antecedentes ipſum ſacramentum, quæ illi accidunt, & per accidens cum eo coniunguntur, vt ſi ſacerdos accerſitur ex alio oppido ad audiendã cõfeſsionẽ infirmi exiſtentis in alio oppido, laborẽ itineris, vt pote qui antecedit ad confeſsionis audientiam diuendere poteſt. Alius eſt labor, & operatio, quæ de ipſius ſacramenti intrinſeca eſt ſubſtantia, vt ſacramenti applicatio, id eſt, baptizatio, vnctio, miſſæ cælebratio, pro quibus an poſsit recipi merces inquiritur.

¶ Diſtinctio autem ſecũda, quo fiat intelligibilis, hoc exẽplo ſolita eſt explicari. Verbi gratia artifex peritiſsimus, cuius opera ſolita ſunt magnipendi, ſi ea lege alicui ſuas operas præſtaret, vt tantum ſibi ſufficiẽtia ad victum ſubminiſtraretur, dum in commodũ alterius laborat, tunc ſolum pretium pro ſola ſuſtentatione cenſetur poſtulare. Si autem cõueniret cum alio de eroganda ſibi mercede iuxta ſuorum laborum dignitatem, valorem & merita; iam non expoſcit pro ſuſtentatione ſolum ſtipẽdium, ſed ſuos labores, & operas venales exponit venalitati pro pretio. Eſt autem differentia inter vtrumq;. Nam pretium quod operibus & laboribus venalibus correſpondet, tanquã merces adæquari debet valori operarum, & laborum. At vero, quia ſtipendium ſuſtentationis in ſubſidium vitæ ſuſtentandæ datur, & ſolum habet rationẽ cuiuſdam debitæ ſubuentionis, ideo hanc prædictã æqualitatem non exigit, ideoq; non neceſſario

A adæquandum eſt valori operum, & laborũ. His igitur præſtitutis.

¶ Sit prima propoſitio, & incipiẽdo à clarioribus, dicitur primo. Certa res eſt quod clerici ſtipendium ſuſtentationis recipere poſſunt. Patet ex Euãgelio Matth. 10. vbi affirmatur, quod dignus eſt operarius cibo ſuo.

¶ Hinc emergit alia quæſtio, quæ hic breuiter tanquam affinis huic concluſioni & ei corollaria expedienda eſt, licet maiore indigeret indagine. Quæſtio eſt autẽ, quæ paſsim circũuerſatur, an poſsit mercenarius ſacerdos, qui ex pitantijs miſſarum, quæ ſibi quotidiẽ offeruntur à fidelibus pro miſsis pro ſe celebrandis, quæ ſunt minutæ, B victitat, ex pluribus earum conficere vnã ſufficientem pro victu pitantiam, & pro pluribus, qui eã ſummam contulerunt miſſam vnã dumtaxat illius diei applicare, & ſic ſatisfacere. Nã videtur, quod ei id facere liceat. Tum, quia operarius dignus eſt cibo ſuo; & nullus eorum, qui miſſam pro ſe celebrari mandat ſufficienter ei tribuit ad cibum vnum dumtaxat illi ſuppeditando argenteũ. Tum, quia cõmendantes pro ſe miſſam non videntur defraudari, cum ſacrificium miſſæ ſit veluti fons irriguus, ex quo commendantes miſſam exhauriunt fructum, iuxta capacitatem ſuæ deuotionis ad ſacrificium: ergo ex hac applicatione ſacrificij celebrati pro pluribus C nihil deperit eis ex illo fructu, quem perciperent, ſi offerretur pro ſingulis.

¶ Sed in contrarium eſt, quia in cęteris rebus commutabilibus non licet excedere earum communiter currens pretium, neq; pro illis quidquã vltra accipere: ergo neque etiam in conuentione dicendi miſſam pro accepto pretio non quidem miſſæ, ſed ſuſtentationis licet excedere iſtum valorem communiter currentem vnius pitantię valoris vnius argentei.

¶ Igitur ad quæſtionem reſpõdetur, ſemper mihi placuiſſe in hac parte opinionem negatiuã Nauarri in ſum, ca. 25. n. 92. vbi aſſeuerat, quod peccat neque facit ſatis iuſtitiæ, qui ſibi miſſam D commendatam, quam ob pitantiam acceptam tenetur dicere, pro commendanti, ſi non applicat illi totam illam partem, quã tenetur ei applicare, ſi eã etiã impertitur alijs commendantibus miſſam, Quæ quidẽ opinio eſt etiã Cord. in ſuo quæſtionario, quam multipliciter probant. Tũ; quia ſicut ſi ſacerdos celebrans non applicaret valorem generalem miſſæ toti eccleſiæ debitum iuxta intentionem illius, peccaret, quia quantũ eſt ex intentione ſua vellet defraudare totam eccleſiam; ita etiam ſi totum valorem correſpondentem miſſam commendanti, ei non applicaret iniuſtitiam cõmitteret. Tum, quia Sotus, qui Thomiſta eſt fatetur, quod fructus ille, qui in



in miſſa correſpondet intentioni miniſtri limitatus eſt, & quanto partitur in plures, minus de illo ab vno quoque participatur: atque hunc fructum expoſcit ſibi qui commendat miſſam, & non ſolum illũ, qui ſuæ deuotioni correſpondet, qui iuxta quantitatẽ ſuæ deuotionis maior vel minor contingit eſſe. Tũ, quia paupertas miniſtri dicentis miſſam, non tollit id, quod eſt de iuſtitia debitum commendanti miſſam, ſcilicet, quòd totaliter pro illo applicetur, arg. cap. tenore. de foro. compet. & ca. denique. 14. q. 5. Tum, quia eccleſia non inſtituit miſſas ad alendos pauperes clericos; imo decreuit, vt nullus pauper ordinaretur cap. non liceat. & cap. epiſcopus. & cap. cum ſecundum. de prębend. & quòd ordinatus, ſi ad pauperiem redactus ſit aliqua arte ſiue agricultura, ſibi victum quærat. ca. clericus victum. 91. diſt. Tum, quia non obſtat illud. 1. ad Corint. 9. qui altari ſeruit de altari viuat: quia intelligitur de clerico omnibus horis & tempore dicato miniſterio eccleſiæ; qualis non eſt ſacerdos mercenarius, qui indicẽda miſſa ſibi commendata dimidia tantum hora immoratur. Nam huic ſatis eſt ſi aliquid, & non in ſolidum ad partem victus diei erogetur. Nam & famulo qui dimidia hora duntaxat quotidie in aliqua occupatione à domino occupatur, nõ debetur integer victus: ſic ſatis eſt ſi clerico illi detur argenteus pro pane, & vino emendis, reliqua neceſſaria quærat ſibi ex ſua induſtria, poſt quam relinquitur liber. Tum, quia diaconus non poſſet pro cantando euangelium duas pitantias accipere ergo neque ſacerdos pro vna celebranda miſſa. Tum, quia ſi ex diſpenſatione liceret pluries in die celebrare, vt arguit Corduba, liceret ei plures pitãtias pro qualibet miſſa recipere & ſic de miſsis veluti cõmerciũ, & negotiationem & mercaturam facere, quod eſt abſurdum. Tũ, quia in ordine Dominicano in capitulo generali in conuentu ſancti Stephani Salmanticæ celebrato, patres diffinitores his & alijs perſuaſi rationibus, in ſuis actis generalibus ſanxerunt, vt in ordine Dominicano pro vna miſſa, non niſi vna aſſueta pitantia recipiatur. Ad argumenta in contra inter probandam hanc Nauarri & Cordubæ & noſtram ſententiam, abunde ſatisfactum eſt. Nam ad. 1. diximus, quòd cum ſolum dimidia hora immoretur in celebranda miſſa non integre debetur ei ſuſtentatio. Et ad aliud argumentum reſpondetur, quòd licet in caſu quæſtionis nihil depereat commendanti miſſam defructu correſpõdenti ſuæ deuotioni: tamen minus participat de ea parte fructus miſſæ, quæ reſpondet ſecundum Sotum intentioni ſacerdotis, quam commendans miſſam intendit totaliter participare.

A ¶ Secunda propoſitio: Sacerdos poteſt locare ſtatuto pretio operas & labores antecedentes ad adminiſtrationem ſacramẽtorum, & ad miſſam celebrandam. Vt ſi cum ſit incola vnius populi, accerſitur à lõginquo ad celebrandum, & ad adminiſtranda ſacramenta in alio populo. Patet hæc concluſio: nam cum labor viæ & expenſæ itineris antecedentes ſint ad has ſpirituales functiones, & eis de peraccidens coniũgãtur, nemini dubium, quin citra vitium ſimoniæ pro his pretium exigere poſsit: nulla etenim ex hoc iniuria infertur his functionibus ſacris. Et ſic eſt vera opinio Altiſiodorenſis & gloſſæ & aliorum.

B ¶ Tertia propoſitio: Sacerdos nullo pretio tẽporali poteſt vẽdere, aut locare laborẽ & operationẽ ſacramẽtis intrinſecã, puta, miſſę celebrationẽ, aut baptizãdi opus, aut quãlibet aliã ſacramẽti applicationem. Et in hoc ſenſu eſt vera opinio. S. Tho. & Thomiſtarũ. Patet etiã ex D. Auguſt. dicente: Suſtentationẽ neceſsitatis recipiant à populo: mercedẽ autem diſpenſationis, id eſt, æqualẽ valorẽ operis à Domino recipiãt. Secundo probatur; quia recipere pro his operis pretiũ, perinde eſt, ac ſi reciperetur pro gratia ſacramẽti. Neq; enim opus baptizationis differt ab ipſo baptiſmo: ſed pro eodẽ reputantur, ſicut miſſa & celebratio miſſę. Vnde, quemadmodũ, C qui domũ ædificat, pretiũ quod pro fabricatione domus recipit pro eius fabrica recipere cenſetur: ita vt aliud diſtinctũ pretiũ recipere pro domo fabrificata nõ poſsit, quam quod recipit pro eius fabricatione, ſic in præſentiarũ pretiũ, quod acciperet ſacerdos pro opere baptizationis pro ipſo baptiſmo recipere vere reputatur. Et probatur ſecũdo ratione Victorię, quia iſte labor eſt neceſſarius, ita, vt ſine eo nullo modo poſsit exerceri ſacramentorũ actus: ergo nõ eſt cõpẽſand' pretio, ſicut neq; ipſa ſacramẽta. Tertio ꝓbat Vict. quia iſte labor eſt intrinſece annexus ſpiritualibus functionibus ſacramtorũ: nam finis eius, & principium ſunt merẽ ſpiritualia: D ergo neque locari, aut vendi poteſt pro aliquo temporali.

Quarta propoſitio: Licet pro huius modi fũctionibus ſacramentorũ, vt probatum eſt in .3. concluſione, nihil mercedis poſsit recipi: tamẽ pro ea obligatione, qua ſacerdos aliquis ſe aſtringit per aliquod tẽpus ad hæc ſacramenta adminiſtranda, vel ad celebrandum, licite poteſt aliquam mercedem temporalem exigere, & de ea pactum inire. Probatur hæc concluſio, quę eſt Soti: & aliorum, & vſu comprobatur in capellanijs inſtitutis à ſecularibus. Nã licet ſacerdoti, dũ ſumitur in adiutoriũ ꝓ miniſterio exhibẽdo in aliqua parochia pro obligatione, qua ſe obli-

obligat,vel ad celebrandum his vel illis diebus, A vel ad aſsiſtendum ibi pro audientia confeſsiònum, de ſtipendio certo conuenire. Probatur etiam ex cap.ſignificatum.de præbendis.quod huic concluſioni ſuffragatur. Item patet:Quia hæc obligatio eſt temporalis,& de peraccidens adiungitur adminiſtrationi ſacramentorum: ergo licet ſacramenta ſint exhibenda gratis, & non pro mercede temporali: hoc tamen non obſtat, vt illa obligatio poſsit mercede,& pretio recompenſari. Sicut patet in exemplo mutui: nam,etſi gratis ſit mutuandum,tamen pro obligatione mutuandi ciuili non eſt illicitum aliquid accipere.Non tamen hinc inferas,quòd pro obligatione vnam,vel alteram miſſam dicendi poſsit aliquid mercedis recipi vltra ſuſtentationis ſtipẽdium. Alioquin iſti ſacerdotes B pitantiarij quotidianas pitantias pro miſsis dicendis recipientes, poſſent pro iſta obligatione aliquid plus recipere: quia iſta obligatio in iſtis non videtur diſtingui à ſacrificio, quod tenentur offerre, quantum ad æſtimationem, vt per ſe debeat pretio æſtimari: ergo nihil recipiendum eſt pro ea.

¶ Hinc ſequitur corollarie ſecundũ Sotum, quòd licet pro vſu calicis, aut corporalis in celebratione miſſæ aliquid præmij tẽporalis exigi nõ poſsit,nã talis vſus ſpiritualis eſt deſeruiẽs fini ſpirituali,id eſt,conſecrationi:ad quẽ etiam vſum ſpiritualẽ calix & corporalia benedicuntur,imo calix conſecratur: tamen bene poteſt C vna eccleſia alteri eccleſiæ locare calicem, ſicut & vendere. Nam hæc locatio eſt accidentaria longe antecedens ad ſacramẽtum.Imo licitum eſſet oleum & chriſma conſecratũ ratione materiæ corporalis tanti vendere quanti venditur oleum,& balſamum non conſecratum, quãdo nullum eſſet oleum in vrbe,& magni propterea æſtimaretur: quia iſti contractus accidentariè antecedunt ad ſacramentum.At licet hæc ſententia Soti ſtãdo in iure naturali vera ſit, quòd licet vendere oleum, & chriſma conſecratum eodem pretio,quo non conſecratũ, ſicut etiam D nunc etiam iure poſitiuo licet vendere calicem conſecratum:ſed tamen ſtando in iure poſitiuo differentia eſt quatenus ad vẽditionem ſpectat inter calicem conſecratum,& inter ſacrum oleũ & chriſma. Quia oleum & chriſma ſunt materia ſacramenti,itaque applicata ſunt vera cauſa, vt ſic, à qua intrinſece pendet ſacramentum. Argentum autem,vel aurum calicis non eſt materia conſecrationis corporis Chriſti. Et ſecundo quia in iure canonico capit.non ſatis. de ſimon. dãnatur attentatio exactionis pretij,pro ſepultura,& pro chriſmatis. & olei receptione, vnde prohibentur vendi. Et damnat hanc conſuetudinem, & quia regulariter eſt parua quantitas olei,& balſami interueniens inibi ratione paruitatis materiæ,quaſi nihil valens, ideô licet calicem conſecratum vendere,ſed chriſma regulariter non licet vendere:niſi forte magna quantitas balſami magni valoris ibi in chriſmate im miſceretur. Quia tunc,ſtando in iure diuino,liceret, & ſtando in iure humano ratione conſecrationis,vendi non præſumeretur,ſed ratione magni valoris materiæ notabilis balſami ibi ad mixtæ. Vt ſi quis etiam inter reliquias ſanctorum,quas habet, haberet gladium, aut veſtem alicuius pretij, nulla eſſet ſimonia, ſi eas reliquias ratione valoris tantũ temporalis eas venderet.Eſſet tamen ſcandalum ſimul & ſimonia, ſi cum valore nullo, aut minimo materia earũ reliquiarum præſtaret, eas vellet vẽdere pretio B excedenti earum materiæ corporalis valorem: quia conuincitur in hoc caſu ratione ſpiritualitatis eas tanti vendere.Imo in omni caſu cauendum eſt in iſtis venditionibus ſcandalum,ratione cuius etiam prohibentur vendi.

¶ Præterea dubium non ita facile occurrit, an eccleſiaſtici miniſtrantes ſua ſpiritualia miniſteria,ſtipendium ſibi debitum pro ſuſtentatione in pactum deducere poſsint. Et videtur certe, quod id ſit licitum & citra ſuſpicionem ſimoniæ,quia ſecundum D.Thom.in art.2.& in ſolut.ad tertium. licet miniſtro accipere ſtipendium ſuſtentationis:ergo neque in pactum id deducere erit illicitum:quia pactum non mu C tat rerum naturam,vt faciat illicitum, quod de ſe eſt licitum. Sed in contrariũ eſt,quia cap.vlt. de pactis.& 1.quæſt.2.cap.quam pio. decernitur, quòd omnis pactio in ſpiritualibus ceſſare debet.Igitur pro explicatione dubij dicitur primo,quòd vt prædiximus tanquam licitum vſu receptum eſt in eccleſia,vt miniſtri eccleſiaſtici per aliquod tempus ſe locantes ad miniſteria eccleſiaſtica exhibenda,ſicut etiam prædicatores ad prædicandum pro vna vel duabus quadrageſimis in populo conuentionem faciant,de D aliquo ſtipẽdio,non quidem pro mercede functionum ſpiritualium, ſed pro congrua ſua ſuſtentatione ſimul,& pro illa accidentaria obligatione ciuili,qua ſe deuinciunt ad tantũ temporis in his miniſterijs inſeruiendum, quod licitum eſſe argumentum ſupra poſitum probat. Secundo dicitur, de miniſterijs ſpiritualibus de præſenti occurrentibus loquendo, quando aliquis ſacerdos mercenarius inuitatur, verbi gratia, hodie ad celebrandum, vel ad audientiam confeſsionis, vel ſi prædicator inuitatur hodie ad prædicandum, ſtando in ſolo iure diuino, bene poſſet poſtulare congruam ſuſtentationem iuxta tempus, quo





occupatur in his, & in pactum eam deducere, A quia iure diuino non prohibetur. Imo dicitur Matthæi.10.Dignus eſt operarius cibo ſuo.Sed ſtando in iure poſitiuo, non licet ante præſtita hæc ſpiritualia miniſteria ſtipendium ſuſtentationis pro his in pactum deducere.Ita Victoria ita Syluester,verbo ſimonia & §.8.tum ratione iuris poſitiui id prohibentis, tum ratione ſcandali.Sed dicta miſſa,qui eam commendauit poteſt conueniri ante ſuperiorem, vt ſeruet laudabilem conſuetudinem cap.ad apoſtolicam, de ſimonia.Vnde;quia hoc ſtipendium ante exhibitionem miniſterij non exigitur iure permittente,non licet de eo paciſci. Secus eſt ſecundũ B Sylu.verbo.ſimonia quæſt. 17. cum id ius permittit exigere ſicut conſecranti, & viſitanti permittit exigere procurationem cap. cum Apoſtolus.de cenſibus.Quia hîc non præſumitur ſimonia iure hoc permittente, ſicut præſumitur,ait ibi Syluester, in caſu, quôd prædicator inductus ad prædicandum faciat pactum de ſtipendio ſuſtentationis pro ſemel,aut bis prædicando:prẹſumitur ſimonia tunc, quæ non præſumeretur,ſi ius id concederet. Secus eſt, ſi per quadrageſimam ſe locaret ad prædicandum, vt prædictum eſt.Hæc autem ſententia,quæ communis eſt omnium limitatur à Caietano, quòd vera ſit propter ſpeciem mali, quam præſefert iſta pactio,niſi in caſu,quo non eſſet alias ſpes C autoritate ſuperioris recuperandi neceſſariam ſuſtentationem,niſi paciſceretur de ea: quia in hoc caſu,ſi non fieret intentione vendendi ſpirituale miniſterium hoc eſſet tolerabile: quia ad can.quam pio.vbi prohibetur omnis pactio in his ſpiritualibus,reſpondere poſſumus cũ gloſſa ibi,quôd ibi vetantur pacta inhoneſta,& pactum hoc in hoc caſu neceſsitatis non cenſetur inhoneſtum;& quia ceſſat radix cupiditatis,& excuſat neceſsitas miniſtri indigentis, & non potentis aliter ſuſtententationem recuperare. Alias non eſt reſpiciendum,ad id, quod non ſine ſcandalo ſæpe fit ſic paciſcendo,ſed ad piam doctrinam & ſanam, quam D.Thomas in di D cto.2.art.in ſolution.ad.4.tradit,dicens, quòd in his omnibus ſolicitè cauendum eſt nobis omne illud,quod habet ſpeciem ſimoniæ, vel cupiditatis,licet ſimonia nõ ſit,iuxta illud Apoſtoli ad Theſſalon.vltimo.Ab omni ſpecię mala abſtinete vos. Vnde me conſultore,nullus ſacerdos intentare deberet intuitu neceſsitatis pacta,quæ in his ſpiritualibus, quia non ſunt permiſſa iure,ſcandalũ & ſpeciem mali ſolita ſunt præſe ferre.Neque enim autore.D.Thoma,ſtãte ratione legis conſuetudo contraria excuſat. Cum autẽ in prohibitione harum pactionum extet ratio legis,ſcilicet,ſcandalum, & ſpecies mala, quæ ius canonicum,per prædictum cap. A quam pio.voluit vitare, non videtur conſuetudo,ſi eſſet,ſic paciſcentes excuſare. Quia conc. Trid.ſeſſ.2.diffinit eleemoſynas pro miſsis non importune exigendas eſſe in decr.de ce.miſſæ.

¶ Iam ex prædicta doctrina.D.Thomæ pia, & ſana in ſolutione illa ad4.in ſecũdo articulo tradita,taxatur abuſus ille,qui dicitur aliquibus in locis introductus,accipiẽdi pignora pro mortuorum funeralibus,antequam celebrentur.Similiter & abuſus ille duplicandi ſtipendiũ pro deferendo corpus defuncti ad religioſorum conuentus eo fine,vt defuncti antequam obeant deterreantur ab eligenda ſepultura in monaſterijs B in hoc priuilegiatis.Similiter abuſus ille inhibẽdi per cenſuram ex communicationis,ne minori poſsint celebrare pro aliquo clerici, quam pecunia taxata,licet tẽpus poſsit præfigere taxã, ſicut etiam concil.Trid.ſeſsi.24 ca.13. conceditur generalibus ordinum abbatibus & epiſcopis,vt poſsint prouidere quod magis conuenit in ſuis capitulis cum numerus miſſarum eſt magnus,vel parua eleemoſyna.

¶ Iam ex prædictis patet ad argumentum in principio dubij obiectum. Quia illo cap. quam pio.iſtæ pactiones in caſibus prędictis prohibẽtur,quia ſpeciem mali,& ſcandali præſeferunt.

¶ Porrò dubium & prędicto affine hic ſuum C locum vendicat proprie,ſcilicet,an pro alijs ſpiritualibus actionibus ab adminiſtratione ſacramentorũ diſtinctis poſsit certa merces,& pretiũ illius correſpõdẽs expeti,& pro hoc pactũ iniri, cuius modi ſunt officia cantorum,& organiſtarum in eccleſia.Et videtur,quôd miniſteria hęc venalia non ſint:quia ſunt ſpiritualia, vt pote quæ ſunt partes officij diuini,& religionis chriſtianæ cultus.Sed in contrarium eſt, quòd hæc officia non ſunt ſpiritualibus rebus,ſcilicet, laudibus Dei,& orationibus, aut diuino officio intrinſeca:ergo poterunt cantores, & organiſtæ has ſuas operas pretio locare,quod illis reſpondeat.Pro huius dubij illucidatione præmittenda eſt differentia,quam prẹſtituit Sotus.q. illa. D 5.lib.9.ar.2.de iuſt & iure,ſcilicet, ꝙ ſine aliqua ſpecię ſimonię nõ poterãt ꝑ adminiſtratione ſacramentorũ alia ſtipendia ſuſtẽtationis, cõgruè cõſignari niſi iura decimalia,& decimales redditus: quia hæc miniſteria ſpiritualiſsima ſunt & valde neceſſaria. Sed pro alijs functionibus nõ ita ſpiritualibus, vt pro exequijs mortuorum ꝑ cantoribus,pro proceſsionibus,atq; id genus alijs,imô & ꝑ prædicationibus alia norma conſignandi præmiũ eſt conſtituta;quia non ſunt tam annexa ſpiritualibus: quia neq; tanta exequiarũ põpa ad cõmendãdũ defunctũ ſepulturę eſt neceſſaria. Sed neq; cãtores;& muſici adrẽ

celebrandam diuinam ità de perſe,aut neceſſario requiruntur. ¶ His igitur prænotatis dicitur ad quæſtionis dubium primò, quòd cantores, atque organorum muſici, citra ſcrupulum poſſunt ſuas locare operas ad ſua officia in eccleſia exercenda. Tum, quia iſta eorum officia ſpiritualibus acceſſoria ſunt,neque ità neceſſaria ad ſpiritualia diuina officia ſunt,vt ſine iſtis ſpiritualia officia conſiſtere non poſſint. Vnde etiam ſi ex pacto pro mercede fiant omnis ab eſt effigies ſimoniæ,quia hic quod principaliter in his officijs interuenit non eſt tam ſpirituale. Sed magis eſt temporale, ſicut aduocatorum & doctorum operæ ſecundum Caiet. &, alios. ¶ Secundò dicitur,quòd quando id,quod principaliter quæritur, eſt ſpirituale,non licet pro illo tanquam mercedem operis quidquam accipere. Sicut vſu euenit in pſalmis diuinis, & in orationibus neceſſarijs, & in exequijs mortuorum;vbi principaliter id,quod ſpirituale eſt in eis quæritur :idcirco pro eis quidquam, vt mercedem operum,accipere fas non eſt. Sed licet pro his ſtipendium ſuſtentationis recipi poſſit: tamen cautela tradita à Diuo Thoma hic adhibenda eſt,quòd oblationes his actionibus funeralibus conſtitutæ,& iura ſuſtentationis pro ſimilibus conſignata non ſunt eo rigore exigenda,vt non ſoluentibus ſpiritualia ſubtrahantur. Vnde,ſi pro conſueta ſepultura, & neceſſaria; iura conſueta parochus ante ſepelitionem præexigeret,& ſcandalum,& ſimoniæ ſpecien hæc præexactio præſe ferret. Imo ſi ponpa maiori humari mortuum teſtamentarij curarent,licet parochus conſueta tunc iura poſſit exigere: tamen ad cauendum ſcandalum norma D.Thomæ eſt obſeruanda, ſcilicet, vt prius ſepulturæ officium peragatur,quam hæc iura exigantur.

¶ Ad argumentũ igitur in cõtra per ea, quæ tradita ſunt in primo & ſecundo dicto patet, quid ſit reſpõdendũ.Negatur enim,quòd cãtus, & organorum muſica ſint ità ſpirituales,vt ſint partes neceſſariæ,ſine quibus nequeat officium diuinum perſolui.

¶Iã ad argumenta ſex cum ſua confirmatione obiecta in principio capituli circa principalẽ quæſtionẽ reliquũ eſt reſpondere ſigillatim.

¶Ad.1.argumentum ex parte canoniſtarum obiectum negatur,quòd actiones ſacramentorum in genere ſignorum,& cauſarũ ſupernaturaliũ ſint intra ordinẽ rerũ corporaliũ naturaliũ: quia ſic altioris ſunt ordinis,ideſt,ordinis ſuper naturalis. Quod patet ex ratione Victoriæ:quia finis & principium earum ſunt quid ſuper naturale. Et hoc ſufficit,vt licet actiones iſtæ ſacramentorum ſenſibiles ſint exterius, & ſubiectæ oculis corporalibus, ſupernaturales dicẽdę ſint,

A vt ſunt inſtrumenta gratię:vnde negatur,quòd vlla via ſint appretiabiles pretio temporali.

¶ Ad confirmationem,vbi obijciebatur, de chriſmate,& oleo benedicto, quòd venundari poſsit ratione materiæ corporalis,ſicut & calix conſecratus,reſponſum eſt per corollarium cõſequens ad.4.propoſitionem quæſtionis principalis,vbi aſsignata eſt differentia inter calicẽ conſecratũ,& inter oleũ,& chriſma conſecratũ.

¶ Ad.2.argumẽtum ad hominem contra S.Tho.qui in ſolutione ad.3.art.3. inſinuat,quòd non ſtipendiatus pro adminiſtrandis ſpiritualibus actionibus poſſet ad has functiones ſuas locare operas,Reſpondetur,quòd D.Thomas, ſicut & Doctores antiqui per locationem operũ intelligebant ſtipendium ſuſtẽtationis expetẽ D dum,non mercedem operum. Hacque ratione moti ſic loquebãtur, vt ait Sotus de iuſt.& iur. lib.9.quæſt.6.art.1.quia ſtipendium ſuſtentationis licet proximè non fiat,niſi ad neceſſariã ſuſtentationẽ miniſtri;tamẽ refertur ad miniſtrorum operas :quia niſi illas exhibuiſſent ſtipendium ſuſtentationis eis nõ deberetur. Vnde antiqui inter locationem operum,& ſtipendij ſuſtentationis receptionem pro ipſis operibus nõ diſtinguebant. Vnde ſi aliqui diſtinxerunt circa hoc,cũ in caſu argumenti locare operas ſuas non ſtipendiatum licitè poſſe affirmarunt,id intellexere non ratione operarum ſpiritualium, C ſed ratione alicuius laboris accidentalis, vel ratione alicuius obligationis ciuilis appreciabilis pretio,dum ſe obligant in tempus ſuæ renunciantes libertati temporali.

¶ Ad tertium argumentum deſumptum ex D.Luca referente,dixiſſe Dominum,quòd dignus eſt operarius mercede ſua, Reſpondetur primo, quòd idemmet Dominus Matthæi.10. ſe magis explicuit quid intelligeret per mercedem, dum dixit ſub alia phraſi, dignus eſt operarius cibo ſuo, hic nanque cibus eſt merces debita,non pro ſuo miniſterio, vt illius pretium,ſed deſtinata pro ſua temporali ſuſtẽtatione, iuxta expoſitionem D.Auguſtini dicentis, B ſuſtentationem neceſsitatis miniſtri ſpiritualis recipiant à populo, mercedem autem diſpenſationis à Dño recipiant. Et ſic intelligitur dari ſtipendiũ pro labore in ſcriptura ſacra.

¶ Ad quartum argumentum, vbi obijcitur, quòd ſi ſolius ſuſtentationis intuitu ſacra miniſtrans poſſet aliquid accipere, ſequeretur quòd parochus, qui eſſet conſtitutus paſtor mille ouium,non poſſet plus ſtipendij accipere, quã parochus, qui paſtor eſſet duntaxat quingentarum ouium ;reſpondetur primò quòd quandò iam taxatum eſt ſtipendiũ,nihil eſt periculi, ſi maius ſtipendium ſuſtentationis ſit conſigna-





tum vni miniſtro,quam alteri,ſi illud acceptet. Sed ſi denouo præficeretur vicarius, qui eo ꝙ plurium ouiũ ſubiturus eſſet curam maius ſtipendiũ ſuſtentationis ſibi ſubminiſtrari poſtularet,non eſſet dãnandus tanquam ſimoniacus contra ius naturale,aut diuinum. Primo : quia cenſendus eſſet id maius ſtipendiũ ſuſtentationis petere,tum pro maiori obligatione ciuili in tempus,quo ſe obligat ad paſcẽdas plures oues. Tum, quia quo pluriũ ouium eſt paſtor maior honos illi debetur, & honorificentius ſe gerere debet circa recipiendos hoſpites, & magis eſſe debet largus erga parochianos pauperes, quos contingit illic plures eſſe. Tum,quia id conſonum videtur iuri naturali,vt qui paſtor eſt plurium pluribus indigeat ad ſubueniendum pro poſſe neceſsitatibus eorum,ne de auaritia incuſetur. Tũ,quia tali pręmio ſuſtentationis,videlicet,maioris videtur dignus,vt teſtatur D.Paulus.1.ad Timot.5.Qui benè pręſunt presbyteri duplici honore digni habeantur.

¶ Ad quintum argumentum, vbi obijcitur, quòd ſi ſtipendiũ ſolum ſubminiſtratur pro ſuſtentatione,ſequeretur,quòd ſacerdos diues,cui ſuppetit aliunde vnde ſuſtentetur,non poſſet illud recipere reſpondetur cõtra Caiet.& Adrianum tenentem in 4.in materia de reſt.quòd clericus diues,niſi expẽdat in pios vſus,quę habet non poſſe ſuſtẽtari ex bonis eccleſię,quòd citra ſcrupulum poteſt ſtipendiũ ſuſtentationis etiã ſacerdos diues recipere. Quia iuxta D.Matthęũ capit.10.cum ſit operarius, dignus eſt cibo ſuo. Neque enim ceſſat in eo cauſa, & cum cauſa ſit, quia militat Deo in ſuis functionibus,& inſeruit populo,hic verificatur, quod inquit Paulus 1.ad Corinth.9. Quis militat ſuis ſtipendijs vnquam? Et quia hoc eſt vſu eccleſiæ approbatũ, quòd etiam diues miniſter eccleſiæ ſua accipiat ſtipendia ſuſtentationis,quia per accidens ſe habet adhoc,quòd diues ſit. Neq; obſtant D.Hieronymi ſententia & multi canones iuris,vt cap. ſin.16.q.1.quia textus hi vim habebãt antequã facta eſſet bonorum eccleſiæ diuiſio,vbi multę erant ingruentes neceſsitates, non licebat tunc clerico diuiti ex bonis eccleſiæ aliquid ſibi vendicare. Quod ſaltem exemplum clericos diuites noſtri temporis auaros exhortari deberet ad ſuã eliminandam auaritiã. Sed neque obſtat, quòd ſi eſt miniſter iam diues, ſi denuo illa ſtipendia ſuſtẽtationis accipiat ſuperflua tenebit ad decentiam ſui ſtatus quæ ex obligatione charitatis ſunt debita pauperibus, quia poteſt ea accipere intentione ea dãdi pauperibus,vel pro eis dandi tantundem de ſuis, quòd ſi id non fecerint iſti contra illud mandatum Domini delinquunt Lucæ.11.Vbi ait Dominus:Verunta-

A men quod ſupereſt date eleemoſynam: & ecce omnia munda ſunt vobis. Atque hic eſt ſcrupulus tantũ, quẽ opinio cõtraria Caiet. & Adriani his diuitibus clericis inijcere merito poteſt.

¶ Ad ſextum argumentum, vbi obijcitur, quòd ſi liceret pro his ſpiritualibus actibus loco ſuſtentationis, & nõ pretij aliquid accipere, licitum eſſet,& de hoc ſtipendio ſuſtentationis pactum inire, reſpondetur, quòd iam in primi dubij expeditione explicuimus, quãdo iſta pacta ſunt permiſſa iure,& quando vetantur, diſtinguendo pro vt diſtinximus in primo,& ſecundo dicto, vbi de locantibus operas ad longum tempus,& de mercenarijs quotidianas pitantias accipientibus meminimus.

B ¶ Circa reſponſionem D.Thomæ ad primũ arg.ar.2.vbi ait,quòd ſi ſacerdos in articulo neceſsitatis,vbi nullus eſt alius, qui poſsit baptizare renuit ſine pretio miniſtrare baptiſmum, perinde habendum eſt,ac ſi non eſſet,qui baptizaret,quæſtio illa quæ ſemper eſt in cõtrouerſia occurrit, vtrum tunc pro paruulo ſtatim morituro baptizando,ne in æternum pereat,liceat aliquod erogare pretiũ ſacerdoti citra pretium nolenti miniſtrare baptiſmum. Videtur autem quod id ſit licitum. Tum. 1. quia licet patienti extremam neceſsitatem ad vſuras mutuum petere à nolente aliter mutuare: quia extrema neceſsitas illum excuſat,vt illum vſurarium indu C cendo ad hoc eius vſurę peccato quod intrinſece eſt malum non videatur communicare:ergo etiam licet ſimonia ſit intrinſece mala extrema neceſsitas ſpiritualis pueri excuſabit erogãtem aliquid pecuniæ pro baptiſmo pueri. Et confirmatur,quia hic offerens tunc aliquam pecuniam,non intẽdit eam erogare,vt pretium, ſed ſolum redimere vexationem pueri. Tum,quia non videtur in hoc caſu irrogari iniuria rei ſacræ,id eſt, baptiſmo, quia ex magno deſiderio, & æſtimatione illius id pretij offertur à credẽte eſſe ineſtimabilis pretij,& ſine intentione illud emendi. Tum.2.quia vir,qui vouit votum ſim D plex caſtitatis petẽdo debitum,ſacrilegium intrinſece malum committit contra votum:& tamen vxor ad petitionem eius ei reddens debitum non peccat peccato ſacrilegij, quia neque peccato illius dicitur cooperari:ergo etiam qui impendit pecuniam in illo caſu extremę neceſſitatis ſpiritualis pro baptizando puero, quia longe abeſt ab eius mente baptiſmum emere, non eſt cẽſendus peccare peccato ſimonię,neq; cooperari ad peccatum ſimoniaci baptizantis. Tum tertio : quia ſicut eſt præceptum diuinum de non accipiendo & dando pretium pro ſacramentis:ita eſt præceptum diuinum de baptizando puerum:quare ergo in hoc caſu extre-

mæ neceſsitatis maioris vigoris erit pręceptum de non vendendo baptiſmum, vt propter illud ſit prætermittendum,& non implendum pręceptum baptizandi vnum paruulum, vel plures periclitantes. Tum.4. quia occidere hominem priuata autoritate eſt intrinſece malũ, & tamen ratione neceſsitatis, vt ſe defendat ab inuaſore poteſt quis eligere hoc,vt mediũ ad ſuæ vitæ defenſam neceſſarium,ergo etiam ſi ſit intrinſece malum emere baptiſmum extrema neceſsitas paruuli hunc actum à ſua malitia denudabit.Atq; idem argumẽtum poſſet fieri exemplificando in furto,quod eſt intrinſece malum: & tamẽ extrema neceſsitas propulſat eius hãc malitiam. Tum. 5. quia non eſt idem emptio baptiſmi,& redẽptio vexationis,circa eius tollendum impedimentum:quia ſeparari poſſunt: ergo in præſenti caſu poſſet quis conari ad redimendum vexationem pueri,& ad tollendum eius baptiſmi obſtaculũ ſine intentione emendi baptiſmum. Et confirmatur: quia ſi aliquis me manibus pedibuſq; ligaret, quatenus baptizare nõ poſſem puerum, poſſem ego & poſſet quilibet alius id obſtaculi pecunia redimere: ergo licet in pręſenti caſu quæſtionis id obſtaculi baptiſmi pueri periclitantis pretio redimere.Tum ſexto: quia ad propulſandam electionem indigni,& ſacrilegi prælati, qui in prõptu eſt,vt eligatur licet dare aliquid & poſtea petere,vt & obſecrare electores vocales, vt eligant dignum,quia iſtæ actiones vidẽtur ſeparari,ſcilicet,remotio electionis indigni, & fuſio precũ pro eligendo dignum: ergo licita etiam eſt in præſenti caſu oblatio pretij pro tollendo obice baptiſmi,& propulſanda duritie voluntatis: & ea emollita licet petere & precibus obtinere baptiſmum pro paruulo.Nam vidẽtur eſſe actiones,quæ poſſunt ſeparari: ſicut in exemplo remotionis electionis indigni iam poſito.

¶ Et confirmatur: quia in caſu, quo aliquis vſurpator alieni inſtante eius mortis articulo, nollet reſtituere,creditor eius poteſt ei remittere debitũ ex charitate,imò alius liberaliter poſſet moueri ex charitate ad ſoluendum pro illo debitore pecunias:ergo etiam ex charitate & liberalitate poteſt quis moueri ad dandam illam pecuniam pro paruulo,ne ſine baptiſmo decedens pereat in æternũ.Tum ſeptimo: quia tradere innocentem tyranno, à quo eſt ſtatim iugulandus, eſt intrinſecè malum ſecundum D. Thomam: quia innocens eſt conſeruatiuus reipublicæ,& boni communis:& tamen ob extremam perniciem reipublicæ vitandam,quã minatur tyrannus,niſi ei tradatur,licet eum tyranno tradere, nam & ipſe, vt pars reipublicæ, & eius membrum tenetur pro conſeruatione reipublicę,& bono communi ſe tyranno tradere: ergo etiam in præſenti caſu, licet emere ſacramẽtum ſit intrinſece malũ: emere illud propter iacturã æternæ ſalutis pueri vitandã,licebit pro eius baptiſmo pecuniã conferendo in hoc caſu.

¶ Sed in contrarium eſt, quod quia mentiri eſt intrinſece malum,mentiri non licet, autore D. Auguſt.etiam pro ſalute totius mundi procuranda:ſed ſimonia,quæ eſt emptio,& venditio rei ſpiritualis,vel ei annexæ pro pretio, eſt etiam intrinſece mala, quia cadit ſuper indebitam materiam: ergo emptio baptiſmi cum ſit ſimonia,vt ex diffinitione ſimoniæ patet,cum ſit intrinſece mala,ſicut & mendacium in nullo caſu eſt licita.Nam teſte D.Paulo non ſunt facienda mala, vt eueniant bona.

¶ Igitur pro explananda quæſtione dicitur primò quòd ſatis probabile eſt,licitũ eſſe in illo articulo extremę neceſsitatis ſpiritualis paruuli pro eius baptiſmo impẽdere pecuniam, non vt pretiũ ſacramenti,ſed ad tollendum vexationẽ, & obſtaculum.Hæc eſt Caiet.& Panor. c.cum in eccleſię extra.de ſimonia:& aliorum eius ſequacium contra Palud.in 4.d.5.contra Sot. & alios dicẽtes,quòd nõ poſſunt ſeparari,emptio baptiſmi paruuli, & redemptio vexationis quã patitur. Quia Sotus,inquit,tunc emptio baptiſmi aſſumitur,vt medium ad redimendã vexationem,quã patitur puer:ſicut qui ad redimendam vexationem ſuam emeret ſentẽtiam fauorabilem iudicis.Sed hæc prima aſſertio,quæ eſt Caieta. eſt etiam Altiſiodor.& Adria.quol.9.& Maioris.in 4.d.25.q.5.& Victor.in ſuis ſcriptis & magiſtri Fr.Ioan.à Peña in ſuis. Hanc aſſertionem probant plæraq; ex illis.7.argum.cum ſuis confirmationibus pro parte quæſtionis affirmatiua allatis.Negãt enim iſti contra Sotum quod emptio baptiſmi paruuli aſſumatur, vt medium ad redimẽdam vexationem: quia hic inquiunt nihil emitur,ſed tantum redimitur vexatio.Neq; obſtat, quòd ante ius quæſitũ in re ſpirituali nõ licet redimere vexationem impedimẽti oppoſiti,vt patet, cũ quis impeditur ab aſſequendo beneficium nondũ acquiſitum per collationẽ,quia hoc non probat, ꝙ hæc redemptio vexationis paruuli non ſit licita. Quia cũ in beneficio tẽporale ſit annexũ ſpirituali, qui dat pretium ad redimendam vexationẽ impedimenti, cenſetur pretium erogare pro ſpirituali, vt habet annexum tẽporale: & ideo non largitur ex contemptu temporalium,ſed potius,vt temporale annexum ſpirituali obtineat ex auaritia. Veruntamen in redemptione vexationis paruuli,nihil tẽporale annexum prætenditur. Vnde hęc ſolutio eſt vera potius,quã illa Adriani, ſcilicet, ꝙ in beneficijs nihil redimitur, quia collatio



collatio eorũ tunc non tenet,quia cõtra Adrianum eſt, quòd ſi cum Papa iſtud pactũ redemptionis impedimenti beneficij fieret collatio teneret, vt verius dicitur: ergo tunc ſaltem beneficium redimeretur.Hanc autẽ aſſertionẽ eius aſſertores eatenus admittũt,quatenus ſacerdos hęreticus id pretium non peteret in contemptum fidei,aut iuramentum non exigeret de emendo illo pretio ſacramentũ, quod etiam in contemptum ſacramenti fieri videretur,ſi hæc ita & in hunc finem exigeret.Quia tunc,ſi iſte contemptus interueniret non haberet locũ redemptio vexationis cum tali contemptu, neq; cum tali iuramento.Quia eſto, vt affirmat Sotus,tale iuramẽtum poſſet abeſſe à falſitate,quod vix credo:tamẽ ex parte petentis hoc iuramentũ præſumitur fieri in contemptum ſacramenti,vt ait Victoria,quia hoc præſumit communis ſentẽtia,quæ tenet hoc iuramentũ de emendo ſacramentum non eſſe præſtandum. Hæc aſſertio non eſt contra S. Thom. quia non redegit caſum ad has anguſtias.

¶ Secundo dicitur,quòd verius eſt,& moraliter loquẽdo,magis probabile,quôd nullo modo licèt in prædicto neceſsitatis articulo erogare pretium, neq; etiam pro obſtaculo baptiſmi tollendo,etiam ſi paruulus alias periturus ſit in æternum,decedendo ſine baptiſmo.Hęc magis eſt ad mentem D.Tho.in 4.diſt.5.q.2.conſiderando literam,propter argumentum factum ab eo de illicita redemptione vexationis,circa beneficium ante ius quæſitum. Eſt Paludis in 4. diſt.5.eſt Alexandri part.2.q.189.mem.3.& Richar.in 4.diſt.25.ar.3.Probatur autẽ.Tum primo,quia ſi in hac neceſsitate pueri licet ſic pretio redimere vexationem,liceret pariter & hoc facere in alijs neceſsitatibus ſpiritualibus,quod nõ eſt facile conceſſu.Tum.2.quia vix poſſunt ſeparari datio pecuniæ pro obtinẽdo baptiſmo & eius emptio. Nã quid eſt emptio rei, moraliter loquendo, niſi datio pretij pro ea obtinẽda. Tũ tertio, quia hîc in hoc caſu pretiũ baptiſmi deducitur in pactũ,quia exigitur pretiũ pro eo: ergo non licet aſſentiri tali pacto.Tum.4.quia vt verum eſt contra Victor.& Sot.tã intrinſece malum eſt emere,ſicut & vendere.Quia D.Petrus Act.8.voluntatẽ emendi ſimul cum intentione vendendi exprobrauit in Simone Mago. Et patet etiam ex correlatione,quia emptio & venditio rei ſpiritualis ſunt correlatiua. Ergo ſi vẽditio ſemper eſt intrinſece mala, etiã emptio erit talis ſemper.Patet inſuper ex ſimoniæ diffinitione, quæ emptioni huic conuenit. Tum.5. probatur:quia in caſu hoc extremo eſt intrinſece malũ emere baptiſmũ,quia talis emptio cadit ſupra indebitam materiã emptionis, qualis eſt baptiſmus. Quòd ſi hoc nõ eſſet tam intrinſece malum liceret ſimiliter emere baptiſmum pro adulto,alias ſine illo morituro, & liceret quoq; conferre pecuniam pro electo, vt cõfirmaretur ab ſuo epiſcopo,cum iniuſte renuit illum,alias confirmare:quod tamen nullus concedit: quia ante confirmationem non habet ius quęſitũ ad beneficium,ſicut neq; paruulus ad baptiſmum. Tũ.6.probatur: quia tũc ſi pecunia illa,vt pretium pro ſacramento conferretur, eſſet mẽſura gratiæ & ſacramẽti,quo ad valorem:ergo fieret iniuria ſacramento, vnde tam paruulus, quam adultus in hac extrema neceſsitate conſtitutus potius relinquendus eſt mori ſine ſacramento, quã pro baptiſmo eorũ ſit pretiũ cõferendum: quia non ſunt facienda mala,vt eueniant bona.

¶ Ex primo dicto ſeu aſſerto iuxta Caietan. ſentent.quę eſt Adria.ſequitur vnũ corollariũ, quod infert Adrianus illo quol.9. ad 2.& 3.principale, quòd etiam in extrema neceſsitate cum eadem limitatione, vt pecunia non conferatur cum intentione emendi baptiſmũ, poteſt pro adulto baptizando, dari pecunia, ſicut & pro paruulo. Quia,inquit, extrema neceſsitas magis excuſat adultum, quia magis baptiſmo indiget:quia niſi baptizetur & diſcedat ex hac vita incontritus in alia vita magis punietur, quàm paruulus.Sed licet hoc corollariũ non videatur omnino refutandum,ſed magis mihi placet ſententia contraria Panormitani ſuper caput.cum in eccleſia de ſimon.quæ eſt etiã Caiet. & aliorũ,quibus ſubſcribit Sot. illo art.1.q.6. propter rationem,quam ibi adducit Sotus,ſcilicet, quia in dubium nemini venire debet,quòd paruulus extremã patiatur neceſsitatem ſpiritualem,quã citra baptiſmũ in re in illo ſuppleri poſſe nemo ſine temeritatis,vel erroris nota poteſt affirmare. At adultus cũ baptiſmo in voto per baptiſmum flaminis cum contritione poterit ſaluari, quòd ſi in habendo contritionẽ maior illi difficultas ſubſit,hæc illum magis excitare debet ad eam precibus obtinendum à Deo.Neq; hæc difficultas maior laxare debet licẽtiam ad id pretij erogandum pro redemptione ſuæ vexationis: quia habenda eſt ratio reuerẽtię ſacramenti,cui ſic etiam irrogari iniuriam D.Tho.& antiquorum opinio,quæ verior eſt,dictat. Vnde neque excuſatio neceſsitatis habet locũ in redẽptione vexationis circa confirmationem electionis, quam iniuſte renuit concedere prelatus,neque, in alijs caſibus circa ſpiritualia.

¶ Ad argumenta aliqua ex his, quæ poſita ſunt in principio dubij pro affirmitiua parte reſpondere oportet,non ad omnia,ſed ad ea tantum,quæ ſpecialem præ ſe ferunt difficultatem & per prædicta ſoluta non manent.

¶ Ad primum, vbi obijcitur, ꝙ extrema neceſsitas excuſat à petendo ſub vſuris, quod eſt intrinſece malum: ergo excuſabit à ſimonia, reſpōdetur, quòd eſt diuerſa ratio: quia ibi non fit iniuria vſurario, poſtquam eſt paratus ſub vſuris mutuare. Vnde non proprie inducitur ad intrinſece malum, ſed ad hanc conditionalem, ſcilicet, mutua mihi pecuniam pro vt teneris ad mihi ſubueniendum in extrema neceſsitate ne peream, aut ſi renuis mutua ſaltem ſub vſuris: nam hoc erit tibi minus peccatum. Eſt igitur hoc inducere ad minus malum. Sed in caſu neceſsitatis baptiſmi fit iniuria ſacramento per eius emptionem, quam illa neceſsitas ſacramenti non tollit.

¶ Ad ſecundum argumentum, reſpondetur conceſſo antecedenti, negãdo conſequentiam. Nam vxor reddendo debitũ viro ſuo, qui vouit votum caſtitatis, non cooperatur peccato eius, quia vir habet poteſtatem ſupra corpus vxoris: vnde illa innocenter agit, licet ille ſuo illo tunc iure abutatur. Sicut debitor male non agit ſoluẽdo pecuniam creditori debitam, licet eam creditor petat ad ſcortandum, & diſtrahendam eam in vſus profanos. At vero in caſu conſequentis, vbi quis confert pretium pro baptizando puero, non ſolum cooperatur peccato alterius, ſed proprio peccato ſimoniæ inuoluitur conferendo pretium pro ablatione impedimenti baptiſmi, quod ſecundum D.Tho. nihil eſt aliud, quam per pecuniam parare ſibi viam ad rem ſpiritualem obtinendam, id eſt, ad obtentionem baptiſmi.

¶ Ad tertium argumentum quod eſt Victoriæ reſpōdetur, quòd eſt differẽtia inter vtrumque præceptum, ſcilicet, baptizandi puerum, & non emendi baptiſmum. Quia ſecundum iſtud præceptum, ſcilicet, non emendi ſacramentum, magis eſt ſeruandum, quia eſt prohibitiuum rei intrinſecè malæ: quæ ideo prohibetur, quia de ſe eſt mala, & in nullo caſu malitiam amittere poteſt. At præceptum de baptizando puerum non ſic tam rigide obligat, quia ſecundum Sotum non obligaret baptizare puerum in caſu, in quo ſine certa morte pueri ei non poſſet conferri baptiſmus.

¶ Ad quartum dicitur, quòd occidere hominem propria autoritate, & accipere alienum inuito domino, non eſt tam intrinſece malum ſicut emere ſacramentum: quia extrema neceſſitas facit tunc de alieno ſuum, quia facit omnia communia: & ius tuẽdi vitam propriam in illo caſu neceſſariæ defenſæ concedit ius tollendi vitam inuaſoris. Sed iniquitas ſacerdotis nolentis ſine pretio baptizare puerum non concedit ius alteri emendi ſacramentum, quia id vergit in iniuriam ſacramenti.

¶ Ad ſextum argumentum negatur antecedẽs, ſi accipiatur in ſimili ſenſu, quo accipimus conſequens in hac quæſtione. Quia ſicut negamus, quòd liceat dare pecuniam, vt ablato obice conferatur baptiſmus: ita non licet tribuere pecuniam vocalibus, vt repudiato tali indigno eligant certum dignum. Secundo reſpondetur, quòd in caſu, quo omnes eligendi eſſent indigniſsimi, & ſolus vnus eſſet dignus, liceret iuxta opinionem Caietan. prius pretio remouere electionem indignorum, ſi aliter remoueri non poſſet, & poſtea petere, vt eligatur dignus: quia videtur, quòd moraliter poſsint iſta diſtingui: quia tunc conferens ſic pecuniam pro remotione indigni eligendi, vnum non ordinat ad aliud, & vtrumque videtur per ſe ſeparatim licere. Sed cauendum eſt hic ſic facienti, ne propria mens ſibi mentiatur, ne forte reſpiciat ad propriũ intereſſe, & ſibi falſo perſuadeat, quod id faciat pro redemptione vexationis eccleſiæ: præſertim ſi antea largus non erat neque beneficus erga eccleſiam. Sed certe hoc conceſſo caſu, vt pote excuſato à cauſa redemptionis vexationis eccleſiæ, non ſubinde concedendus eſt iſte caſus dandi prius pecuniam pro obice tollendo baptiſmi cum petitione ſubſecuta baptiſmi; quia fateor diſtinctio hic moraliter inter vtrumque non eſt tam perceptibilis, ſicut percipitur res eſſe diſtincta, remotio electionis indigni facta pro pretio, & petitio poſt ſubſecuta pro electione digni. Quia remouere obſtaculum baptiſmi pretio reſpectu pueri, & poſt petere baptiſmum pro eodem puero, non video quomodo, moraliter loquendo, in idem non coincidant. Sicut remouere diſſenſum alicuius circa aliquod negotium pretio perinde eſt, ac inclinare illum ad illi negotio aſſentiendum. Neque enim, vt neutraliter ſe habeat id pecuniæ datur, ſed vt baptizet, & baptizare velit: neque liberaliter vult illam baptizaturus recipere, ſed pro pretio quod ſibi ſolui expetit: vnde conſentiendo illius intentioni, ſcilicet, pro pretio non licet illi vllo caſu dare. Et ſic patet ad confirmationem.

¶ Ad ſeptimum argumentum reſpondetur, quòd tradere innocentem tyrãno ciuitati alioquin cladem minanti nō eſt tam intrinſece malum. Nam Adrianus & Corduba hoc excuſant à peccato; in caſu, quo alias ciuitas euertenda eſſet à tyranno, contra Nauarrum, & Sotum contrarium opinantes. At verò emere ſacramentum baptiſmi, adeò eſt intrinſece malum, ſicut & mentiri, vt pro ſalute animæ paruuli id fieri nullatenus liceat.

CAP.



# CAP. CCCI.

*Vtrum liceat dare pecuniam pro ſpiritualibus actibus, ſcilicet, pro oratione, pro prædicatione: Et an pacta ſi ſuper hoc interueniant ſint ſimoniaca: Et an pro diſpenſatione liceat aliquid accipere: Et an notarij pro inſtrumentis diſpenſationum, vel ordinum aliquid valeant accipere: An pro collatione, aut poſſeſſione beneficij danda licite aliquid recipiatur, aut pro ingreſſu monaſterij à monialibus aliquid exigi poſsit: & quãdo hic interueniat ſimonia, aut præſumptio ſimoniæ.*

IAM quo ordo debitus ſeruetur & doctrina D.Thomæ illucidetur ad tertium eius articulum accedentes eum ſub breuitate præſtringamus. Quærit ergo, vtrum licitum ſit dare, vel accipere pecuniam pro ſpiritualibus actibus, ſcilicet, pro oratione, prædicatione, &c. Reſpondet igitur, quòd ſicut pro ſacramentis, quia cauſa ſunt gratiæ, & dona ſunt gratuita, non licet pretium accipere, vel dare: ita neque pro ſpiritualibus actibus, qui ab ſpirituali gratia procedunt, & ad eam diſponunt vendendo, vel emendo, quod eſt ſpirituale in huiuſmodi actibus eſt licitum, quia eſt ſimoniacum: tamen quia per miniſterium hominis hi actus ſpirituales diſpenſantur: ideo à populo, cui inſeruiunt hi miniſtri eis ſtipendia ſuſtentationis debentur, iuxta illud D. Pauli. 1. ad Corinth. 9. Quis militat ſuis ſtipendijs vnquam? aut quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? Ideo ſubminiſtrare aliquid pro ſuſtentatione miniſtrantium ſpiritualia licitum eſt, dummodo fiat ſecundum ordinationem eccleſiæ, & conſuetudinem approbatam: & dum hic deſit intentio emptionis & venditionis, & dum ab inuitis nō exigãtur per ſpiritualium ſubtractionem, quæ ſunt exhibenda: hæc nanque præ ſe ferrent quandam venditionis ſpeciem. Gratis ergo hęc miniſteria ſpiritualia ſunt exhibenda, & eis prius exhibitis, licite poſſunt ſtatutæ & conſuetæ oblationes, & quicunq; alij prouentus exigi à valentibus, & nolentibus ſoluere per interuentum autoritatis ſuperioris. Neque obſtat, quòd eleemoſynæ ſubminiſtrãtur pauperibus, vt collatores eleemoſynæ ſuffragia ab ipſis impetrent: quia ſolum animus largientis eo reſpicit, vt per hanc beneficentiam, & largitatem pauperes excitet ad gratis, & ex charitate fundendas preces ad Dominum: & non id reſpicit, vt eorum orationes emat. Neque obſtat, quòd aliquid contribuitur prędicatoribus, quia id fit in ſuſtentationem, quæ eis debetur, iuxta gloſſam ſuper. 1. ad Corinth. 5. Qui bene præſunt presbyteri. Quemadmodum etiam temporalia ſubminiſtrantur exercentibus ſe in laudibus diuinis eccleſiaſtici officij ſiue pro viuis, ſiue pro defunctis, & proceſsiones facientibus in aliquo funere, non quaſi pretium harum ſpiritualium functionum, ſed quaſi ſubſtentationis ſtipendium.

¶ Circa hanc doctrinam D. Thomæ multa nobis ſuberant dicenda, niſi ea expedita ſupra relinquerentur, dum etiam de cantoribus, & muſicis organorum, & pōpis funeralibus meminimus tenentes cum Soto, quòd muſici organorum, quia accidentariæ erant eorum operæ ad officium diuinum, quia ſine his poterat Deo exolui, poterant operas ſuas locare, ſicut & cantores.

¶ Præterea licet de pactis, an pro his functionibus ſpiritualibus diuinorum, ſcilicet, officiorum pro viuis, & defunctis, & pro funeralibus & orationibus, & prædicationibus & miſsis circa ſtipendium ſuſtentationis pro his debitum fieri poſsint plura ſupra dixerimus hoc vnum, hic circa literam D.Thomæ in 3. artic. in ſolut. ad 2. reſtat indagandum, an pacta hæc, ſi quæ in his interueniant, ſimoniaca ſint cenſenda. Nã videtur certe, quòd licet turpis quæſtus ſpeciẽ gerant: tamen, quòd ſimoniaca non ſint, nam, pacta non mutant naturas rerum: ergo ſi accipere ſtipendium ſuſtentationis pro prædictis functionibus non eſt ſimonia: ergo neque ſimoniacum erit pactum inire ſuper hoc. Sed in contrarium eſt authoritas D.Thom. in ſolutio. illa ad 2. dicentis, quòd ſi huiuſmodi functiones pacto interueniente fiant, aut etiam cũ intentione emptionis, vel venditionis id ſimonia eſſet. Igitur pro reſolutione dubij, quæ quia non adeò clara eſt in ea variant Doctores, dicitur primo, quòd hæc pacta ſuſtentationis inire propter rationem argumenti allatam, autore Victoria, non eſt ſimonia cōtra ius diuinum; quia ius diuinum de ſuſtentationis ſtipendio paciſci non prohibet. Secundo dicitur, quòd licet D. Thomas hîc in ſolutione ad 2. art. 3. inſinuat in huiuſmodi pactionibus interuenire ſimoniam realiter, & non ſolum ſecundum iuris canonici præſumptionem. Cui accedit Victoria in ſuis ſcriptis dicens, quòd pactum interueniẽs in illis eſt ſimoniacum. Nam eccleſia cōſtituit aliqua ad conſeruationem illius teſtimonij, & mandati Domini. Gratis accepiſtis, gratis date. Vnde facere contra talem conſtitutionem, eccleſiæ, ſcilicet. 1. q. 1. cap. quam pio. veram inducit ſimoniam, & nō ſolum præſumptiuam

contra Syluest.verbo.ſimonia quæſt.17.tamen hic ego non audeo præcipitare ſententiam, aut damnare ſic paciſcentes ſuper ſtipendio ſuſtentationis, tanquam veros ſimoniacos, ſi venditionis deſit in eis animus. Quia concilium Tridentinum quod ſuperat omnem autoritatem doctorum, ſeſſ.22.in decreto de obſeruandis, & vitandis in celebratione miſſę, mandat epiſcopis, vt in primis quod ad auaritiã pertinet cuiuſuis generis mercedum conditiones pacta, & quidquid pro miſsis nouis celebrandis, datur, nec non importunas, atque illiberales eleemoſynarum exactiones, potiuſquã poſtulationes, alia quê huiusmodi, quæ á ſimoniaca labe, vel certe à turpi quæſtu non longe abſunt omnino prohibeant. Patet hinc ex hac forma mandati prædictos concilium magis de certo turpi quæſtu, quam de ſimonia certa notaſſe, dum ſic diſiunctiue loquutum eſt: & dum vltimæ parti diſiũcti illud aduerbium certe adiecit. Quod ſi concilium Tridentinum eos veros ſimoniacos eſſe non voluit ex propoſito diffinire, neque â nobis ſententia præcipitanda eſt. Tum, quia ratio Syluestri non tam inefficax eſt, vbi loco citato ait, quòd conſecranti, aut viſitanti licet actus eius ſpiritualis ſit ex parte principij, licet iure permittente procurationem exigere extra eo cum ſit Romana. de cenſib. cap. cum apoſtolus. quod nõ licet prædicatori facere pro vna prędicatione, ſine præſumptione ſimoniæ.. Et hoc ità accidit, quia ius vnũ permittit, & non aliud. Non ex eo, quòd ius humanum poſsit diſpenſare in ſimonia vera ne contrahatur, ſed quia dũ vera ſimonia non interuenit poteſt diſpenſare in præſumptione, ne, ſcilicet, tales præſumantur ſimoniaci. Igitur exiſtimo prædictos paciſcentes in prędictis caſibus, quia ius id eis prohibet, & non permittit damnandos non eſſe de vera ſimonia, ſed contra illos procedẽdum eſſe, vt contra ſuſpectos de illa propter præſumptionem concilij Trid.& inductam à iure canonico. Neque hæc noſtra ſententia eſt contra D. Thomam loco citato. Nã poteſt gloſſari, quòd ſi pacta in prædictis caſibus de pretio earum functionum fiant, aut licet pactum tale deſit ſi cũ intentione eas vendẽdi, & emendi exhibeãtur ſimonia eſt vera: ſecus de pacto ſuſtentationis, ſi ibi interueniat. Quia tale pactum non inducit ſimoniam veram, ſed præſumptiuam quã pręſumptionem ceſſare arbitrantur Nauarr. in ſumm.cap.23.nu.106.& Caiet. in ſumma verbo ſimon. Nam cenſent conſueta dari pro ſpiritualibus poſſe peti, ante quam ſpiritualia præſtentur ad vitandas moleſtias veriſimiles. ❡ Sed quia non loquuntur tam ad mentem concil. Trid.& D. Thomæ, non hinc ad abuſus licen-

A tia miniſtris indulgenda eſt.

❡ Ex prædictis iã apparet illa illatio D. Thomæ, quam vera ſit, vbi in illa ſolutione ad.2. ait, quòd illicita eſſet illa ordinatio, ſi in aliqua eccleſia fieret, quòd proceſsio in funera alicuius non fiat, niſi ſoluatur certa pecuniæ quantitas. Nam ex tali ſtatuto præcluditur via ad officiũ pietatis gratis aliquibus impendendum. Igitur licita magis eſſet illa ſtatutio, quòd omnibus cõtribuentibus certam ſummam eleemoſynæ talis honor exhiberetur. Nam per hoc non præcluſa maneret via ad alijs id honoris exhibendum. Nam in prima ordinatione interueniret quædam imago exactionis. In ſecunda autem B continetur quædam ſpecies gratuitæ recompenſationis. Vnde epiſcopus poteſt huiuſmodi ſtipendia ſuſtentationis taxare: ſed non ſic cogere, vt minus illa ſumma pro ſuſtentatione recipi non poſsit.

❡ Præterea circa ſolutionem ad.3. illius art.3 vbi ait D. Thomas, quòd non licet pro quacunque diſpenſatione aliquid accipere, vt pretium, quia eſſet vendere ipſum ſpiritualis gratiæ vſum, nota quod doctrinam hanc confirmat, & concilium Trident. ſeſsio.24.ca.5. vbi decernit, quòd in cõtrahendis matrimonijs, vel nulla omnino detur diſpenſatio, vel raro: idque ex cauſa & gratis concedatur. Igitur accipere ſic pecuniã C pro diſpenſationibus his ſimonia eſt contra ius diuinum, quæ nulla conſuetudine excuſari poteſt. At nuncius papæ aliquid accipiens pro his diſpẽſationibus, dum in curia regia reſidens eſt non tanquã pretium pro diſpenſationibus cenſetur illud accipere, ſed in ſtipendium ſuſtentationis pro ſe, & ſuis officialibus & miniſtris. Sed quia ad papam, qui illum ad hæç munia diſpenſationum præficit, vt ſuum miniſtrum incumbit id curare, ne aliquis abuſus, vel exceſſus ab his ſuis officialibus introducatur, qui poſſet offenſionem cauſare, ideo quia is creditur in hoc officio non deeſſe, impertinens nobis de hoc, vel vllum verbum ſuperaddere.

D ❡ Prætereà ex prædictis corollarie ſequitur, quòd epiſcopus tenetur iſta miniſteria diſpenſationum exhibere gratis, teneturque alere etiã victualia præſtando eis miniſtros ad hoc neceſſarios. Patet, quia propter hoc abundant pinguibus valdè redditibus, vt iſta officia præſtent gratis, maximè in Hiſpania. Propter quod ſanctiſsime in concilio Trid. ſeſsion.21.ca.1. reformationis ſic ſancitum eſt: Quoniam ab eccleſiaſtico ordine omnis auaritiæ ſuſpicio abeſſe debet, nihil pro collatione quorumcunque ordinum etiam clericalis tonſurę, neque pro literis dimiſſorijs, aut teſtimonialibus, neque pro ſigillo, neque alia quacumque de cauſa etiam ſponte



ſponte oblatum epiſcopi, & alij ordinum collatores, aut eorum miniſtri, quouis prætextu accipiant.

❡ Secundo concilium Trident. ibi ſtatuit, quòd notarij in locis, vbi literæ teſtimoniales, aut dimiſſoriæ ſolitæ ſunt dari gratis, aut vbi conſtitutum eſt ſibi ſalarium pro his, nihil accipiant. Extra hos autem caſus pro his tantum decimam vnius aurei partem accipere poſsint. Cæterùm ſecundum Nauarrum in ſum.cap.23. num.101. notarius, qui pro inſtrumento teſtimoniali de maiori ordine magis acciperet, quã pro de minori ordine, ſimoniacus eſſet. Sicut & prælatus, qui eo plus exigeret pro titulo, quo maius eſt beneficium, quia vendunt temporale admixtum ſpirituali pluris, quam ſi venderent purum. Tertio prouidet ibi concilium, quòd neque epiſcopo ex notarij commodis aliquod emolumentum ex eiſdem ordinum collationibus directè vel indirectê prouenire poſsit. Tũc enim operam ſuam eos præſtare gratis omnino teneri decernit: contrarias taxas ac ſtatuta & cõſuetudines etiam immemorabiles quorumcunque locorum, quæ potius abuſus, & corruptelæ ſimoniacæ prauitati fauentes nuncupari poſſunt, penitus caſſando, & interdicendo. Et qui ſecus fecerint tam dantes, quam accipientes vltra diuinam vltionem pœnas à iure inflictas ipſo facto incurrant. 2. Braccarenſe Conc. cap. 3. videndum eſt.

¶ Ex quo corollariè ſequitur, quòd officiales epiſcopi, tabelliones, ſcilicet, dùm pro ſuis miniſterijs pecuníam accipiunt, quia ſalarium non eſt eis conſtitutum pro officio exercendo pro chartis teſtimonialibus, quas manibus ſuis conficiunt, quibus verbi gratia teſtimonium reddunt, quòd huic clerico collatum eſt beneficium, vel quòd hic eſt clericus, tam liberi ſunt à vitio ſimoniæ, ſicut & ſcribæ laici ſua ſtipendia accipientes: quia hæc munia temporalia eſſe videntur. Secundo corollarie ſequitur, quòd ſi huiuſmodi officiales iam ſunt ab epiſcopo ſtipendiati, non abeſt à peccato iniuſtitiæ, & à ſuſpicione ſimoniæ pro prædictis functionibus exigere ſtipendium. Sicut etiam immunis non eſſet à crimine iniuſtitiæ, ille magiſter, qui ex officio tenetur docere in populo, quia ſibi conſtitutum eſt ſtipendium à republica, ſi aliquid ab ſcholaſticis acciperet. Fauet huic corollario ſecundo D. Thomas.2.2.quæſt.100.art.3.ad tertium. Vbi aſſerit, quòd qui inſtituuntur ad docendos clericos eccleſiæ, & alios pauperes ex officio, pro quo ab eccleſia beneficium recipiunt non poſſunt licite ab eis quidquam recipere, neque ad hoc, quod doceãt, neque ad hoc, quòd aliqua feſta faciant, vel prætermittant. At vero

A apparet licet D. Thomas hîc tam explicitè nõ loquatur, quòd huic officium docendi in eccleſia annexum canonicatui, vel beneficio eccleſiaſtico habẽti, ſi aliquid aliud accipiat pro hoc à diſcipulis non ſolum debet ad crimen iniuſtitiæ, ſed etiam ſimoniæ id imputari. Sicut etiam cum officium theſaurarij, id eſt præfecti theſauri eccleſiæ eſt annexum canonicatui, ſimonia eſt illud vendere. At ſi talis magiſter à republica, vel aliunde, quam ex beneficio titulari, cui annexum ſit ſuum officium docendi habeat conſtitutum ſalarium, licet tunc aliquid vltra accipiendo à diſcipulis fiat iniuſtus, ſed non eſt dicendus propriè ſimoniacus. Imo, quando magiſtri hi pro hoc officio ab eccleſia beneficium reciperent, ſecundum D. Thomam intelligerentur tunc vendere veritatem, & grauiter accipien B do vltra peccarent. Tamen, quia veritatem naturali ſtudio acquiſitam, & ſcientiam ſuo labore partam intelligerentur velle vendere, non eſſent proprie ſimoniaci contra ius diuinum. Neque id aperte inſinuat D. Thomas, quia illud beneficium huic muneri annexum ad docendum magiſtraliter nõ eſſet titulo tam ſpirituali annexum ex hac parte, neque ille actus docendi eſt ſupernaturalis. Ita Sotus de iuſtit. quæſt. 6. artic.2.

❡ Præterea circa illam ſolutionem ad 3. art. 3. D. Thomæ, vbi ait, quòd prælati, quia ex officio tenentur ad ſua munera ſpiritualia obeunda, quia pro ſubſidio ſuſtentationis conſtituti C ſunt eis redditus ab eccleſia, nõ poſſunt aliquid accipere pro hoc, quôd vices ſuas alteri committant: quia tũc ipſum ſpiritualis gratiæ vſum viderentur vendere, perpendendum eſt primo, quòd hinc ex hac doctrina colligitur, quòd qui ſub annuo cenſu locaret ſuum vicariatum, vel curatum in crimen apertum ſimoniæ incideret: tum quia vſum ſpiritualis poteſtatis pro pretio venalem faceret: tum, quia hac ratione extra ne prælati vices ſuas. cap. quoniam decernitur, quod ſub annuo cenſu regimen eccleſiæ committi non debet. Secundo notandum eſt, quod D per ſanctionem prædictam, nõ eſt prohibitum prælato, vel curato cõducere aliquem vicarium adminiſtrandum populo tanquam ſui coadiutorem. Neque illicitum eſt ſacerdoti idoneo ad id muneris locare operas ſuas: quia à tali locatione præſumptio abeſt ſimoniæ. Quia iſta locatio operum in tempus de peraccidens adiungitur functionibus ſacris. Ita Caieta. de vicarijs epiſcoporum ait: quia temporale eſt etiam propter quod quæruntur: nam etiam præficiuntur ad in foro exteriori diffiniendas lites. A

❡ Tertio notandum cum Nauarro in ſuma cap.23. num.101. quòd tam per caput, Iacobus de ſimo-

de ſimonia. & per concil.Trident.ſeſſ.24. cap. 14. in poſſeſsionis beneficij adeptione etiam ſtante conſuetudine non poteſt aliquid recipi à conferentibus poſſeſsionem, vel ab alijs beneficiarijs, ſi vertitur in priuatum commodum ipſorum recipientium ab adipiſcente poſſeſsione, ſicut prandium, cœna, pretium. Secus eſt ſi aliquid tunc ſolueretur pro fabrica, vel pauperibus, vel alio pio opere, ſecundum Panormit. communiter receptum cap.Iacobus.eod. titul. Videtur etiam ibi concilium ponere non obſtantiã conſtitutionis, vel conſuetudinis. Vnde neque marcha argenti alicubi ſolita dari pro titulo beneficij poteſt nunc recipi. Imo autore Nauarro, neque nunc pro rebus pijs capi poteſt quod conſueuit capi pro cõmodo proprio, quia non erat conſuetudo, vt pro illis caperetur, & ea quæ pro commodo proprio accipiebatur ſublata eſt: & iure communi etiam pro illis non debet capi capit.ex multis. 1.quæſt.3.

ℭ Quarto, ſecundum D.Thomam in ſolutione illa ad 3.articulo.3. non licet prælatis aliquid accipere etiam propter hoc, quòd ſubditos corrigant, vel à corrigendo deſiſtant. Quod videtur confirmari ex cap. nemo. de ſimonia. Sed an aliquid contribuiſſe prælato, vt ceſſet à corrigendo ſubditũ ſit ſimonia contra ius diuinum, licet controuerſum fuerit ſupra, ſed quia hîc huius dubij meminit D.Thomas reſpondetur, quòd rectius dicitur id èſſe peccatum, ſed non ſimoniam, niſi quando autoritatiue proferendo ſententiam abſoluentem à crimine prælatus, ceſſaret à corrigendo. Quia D.Thomas, qui hic inſinuare videtur hoc eſſe ſimoniam, gloſſari poteſt in hoc caſu, ſcilicet, quando autoritatiue deſiſtit. Huic videtur accedere Victoria licet non diſtinguat, atque hoc videtur veriſimilius ſecundum Innocent. Et Adrian.quol. 9.ne ſine vrgentibus rationibus multiplicemus ſimonias præſertim contra ius diuinum contra Panorm.cap.nemo.de ſimonia.

ℭ Quinto nota, quòd licet prælatis accipere procurationes dum viſitant, non quaſi pretium correctionis, ſed quaſi ſtipendium ſuſtentationis. Ita D.Thomas, quem Sotus lib.9.quæſt.6. ar.2.de iuſt.& iure.gloſſare videtur, ſic quòd iſta ſtipendia viſitationum tunc licitè percipiunt prælati cum per ſeipſos viſitant, quia per ſe non viſitantes, non ſunt tali ſtipendio digni, vel quando aliunde cõgruam ſuſtentationem non habent. Nam ſi epiſcopatus eſſent pingues vbi abundarent decimæ non eſſet illis vſque adeò tutum hæc viſitationum ſtipendia percipere. At nunc per concilium Trident. ſeſſ.24. cap.3. monentur viſitatores, ad quos viſitatio ſpectat, vt modeſto ſint contenti equitatu, & famulatu: & quôd caueant ne inutilibus ſumptibus cuiquam graues oneroſivè ſint: nevè ipſi, aut quiſquam ſuorum quidquam procurationis cauſa pro viſitatione etiam teſtamentorum ad pios vſus præter id, quod ex relictis pijs iure debetur, aut alio quouis nomine, neque pecuniam, nec munus quodcunque ſit etiam qualitercunque offeratur, accipiant, non obſtante quacunque conſuetudine etiam immemorabili, exceptis tantum victualibus, quæ ſibi, ac ſuis frugaliter moderateque pro temporis tantum neceſſitate, & non vltra erunt miniſtranda. Sit tamẽ in optione eorum, qui viſitantur, ſi malint ſoluere id, quod erat ab ipſis ante ſolui certa pecunia taxata cõſuetum, an verò prædicta victualia ſubminiſtrare. Saluo item iure conuentionum antiquarum cum monaſterijs alijſuè pijs locis, aut eccleſijs nõ parochialibus inito, quod illæſum permaneat. Vbi autem conſuetum eſt, vt nihil etiam de victualibus, aut pecunia, aut de alijs à viſitatoribus accipiatur, ſed omnia gratis fiant, ibi id obſeruetur. Contra verò vltra ſignata præſumentes accipere, ſubijcit pœnis iuris contentis cap.exigit. de cenſib. in.6. & alijs pœnis, quibus in ſynodo prouinciali ſunt mulctandi. ℭ Sexto notato cùm Nauarro in ſum. cap.23. num.101. id, quod conducit ad intelligentiam D.Thomæ in ſolut.ad 3.ſecundi articuli, dicẽdis, quòd pecunia non exigitur ab eo, qui abſoluitur, quaſi pretium abſolutionis: hoc enim eſſet ſimoniacum, ſed quaſi pœna culpæ præcedentis, pro qua fuit excommunicatus. Nota inquam, quòd dare etiam, vel accipere pecuniam pro impenſis, vel pœna excommunicationis, vel abſolutionis per iuriſdictionem ſpiritualem impoſita, non eſt ſimonia. Facit pro hoc capit. venerabilibus. §. porrò. de ſentent. excommunic.in.6.etiam ſi pœna hæc pauperibus non diſtribuatur, licet id eſſet melius argu. cap.dilectus.de pœniten.Sic etiam D.Thomas affirmat in 4.diſt.25.cum quibuſdam alijs.

ℭ Septimo notandũ eſt in ſumm. cap.23. num.101.quòd non eſt cenſendus eſſe ſimoniacus in foro interiori, qui notario epiſcopi pro inſtrumento ordinis confert aliquid, etiam amplius, quam debet, vel etiam ſi epiſcopo pro paſtillis aliquid largiretur, præſertim poſt ſuſceptum ordinem, ſine vllo pacto, modo id non erogauerit pro pretio, neque pro cauſa principali, & immediata ordinis, quanuis in foro exteriori poteſt præſumi contrarium Panor. cap. 1.de ſimonia. Probatur autem hoc ex ſententia D.Thomæ quolib.8.arti.11. Vbi ait, quod canonicus, qui vadit ad eccleſiã propter diſtributiones, alias non iturus, non eſt ſimoniacus, niſi diſtributiones recipiat, quaſi finem ſui operis principaliter intentum, id eſt, magis æſtimatũ: cui accedit Sotus loco citato. Ergo pari ratione poſtquam prædictus id non intendit impendere notario, aut epiſcopo, vt pro cauſa immediata, & principali ordinis, neque pro pretio, ſed vi gratitudinis non eſt ſubnotandus de ſimonia in foro interiori. Sicut etiam ſimoniacus non eſſet cenſendus, qui alijs beneficiarijs in adeptione poſſeſsionis beneficij præſertim poſt adeptionem gratis largiretur aliquid, vt prandium, cœnam: quanuis ad id non poſsit cogi cap.Iacobus.de ſimon. & cap. ex multis. 1.quæſt.3.



ℭ Circa ſolutionem ad 4.tertij.arg.D.Thomæ, vbi docet, quòd non eſt licitum ex pacto aliquid dare, vel recipere pro ingreſſu monaſterij, vt habetur 1.quæſt.1.cap.quam pio.licet tamen ſi monaſterium ſit tenue aliquid recipere pro victu perſonæ, quæ eſt in monaſterio recipiendæ. Sicut licet etiam aliquẽ facilius in monaſterium recipere propter deuotionẽ, quam præoſtendit circa monaſterium largiter ei eleemoſynas largiendo, ſicut èconuerſo allicere licet aliquem ad deuotionẽ monaſterij per temporalia beneficia, vt per ea propenſior fiat ad monaſterij *ingreſſum*.

ℭ Arguitur primò maioris explicationis gratia: Quia ſiuê monaſterium ſit pingue, ſiuè tenue, nulla habita ratione huius, vſus inoleuit, quòd nulla monialis recipitur ſine dote: ergo ſuperflua videtur iſta diſtinctio D.Thomæ, ſcilicet, ſi monaſterium eſt tenue, licet recipere aliquid pro victu, quaſi alias ſi ſit pingue non liceat. ℭ Secundo arguitur: Quia clericus etiam diues (vt prædictum eſt) poteſt recipere ſtipendium ſuſtentationis, & de illo paciſci, dum locat ſuas operas per aliquod tẽpus ad inſeruiendum eccleſiæ: ergo etiam moniales, quanuis abundent opibus, poſſunt expetere dotem ſuſtentationis ab ea, quæ eſt in monialẽ recipienda; & de ea dote paciſci. ℭ Item tertio arguitur: Sicut ingreſſus religionis eſt ſpirituale quid: ita & matrimonium, quatenus eſt ſacramentum, eſt quid ſpirituale: ſed licet paciſci de dote matrimonij ad ſubleuanda eius onera, licet ſit ſacramentum, & licet vir ſit valde locuples: ergo etiam religioſi, vel religioſæ poſſunt paciſci de dote, vel ſubſidio ſuſtentationis, etiam ſi monaſterium ſuum ſit abundans & pingue. Patet conſequentia: quia ſicut vir non tenetur gratis alere vxorem: ita neque monaſterium tenetur gratis alimenta præſtare religioſo, vel religioſæ: quia iſta obligatio ſubminiſtrandi religioſis alimenta de peraccidens adiungitur voto ſolẽni religionis. Nam & monachi in eremo votum emittebant ſolenne: & tamen ipſi ſe alebant: non enim illos alere tenebatur monaſterium. ℭ Sed in contrarium eſt, quòd oppoſita ſententia D.Thomæ multis iuribus confirmatur, & cap.quâm pio.1.quæſt.1. ¶ Ad quæſtionem ergo dicitur primò, quòd ſi monaſterium ſit tenue, licet paciſci pro ſuſtentatione, & recipere omnia, quæ hac de cauſa ſecundum conſuetudinem approbatam, ſolent exhiberi. Hæc eſt communis. Neque obſtat, quòd aliqua iura decernunt contrarium, quia intelliguntur extra caſum indigentiæ, id eſt, cum monaſteria abundant. Et probatur hoc ex vſu: nam nulla fœmina recipitur in monialem, niſi afferat dotem. Et capit.quoniam.& cap.veniens. de ſimon. & extrauagans ſanè ne in vinea, vel non ſunt recepta conſuetudine, vel ſunt abrogata. Felinus quoque, vt refert gloſſa, ſuper illã extrauagantem ſanè ne in vinea, de ſimonia. teſtatur, ſe audiuiſſe à fide dignis, quòd Vrbanus.V. non intendebat comprehendere moniales pauperes, quæ conſueuerunt aliquid recipere vigore conſuetudinis. Allegatque idem Felinus in cap.de ſimoniace.extra de ſimon.extrauagantẽ Martini.V. quæ incipit. multæ. & extrauagantem eiuſdem, quæ incipit damnabile.item extrauagantem Eugenij, quæ incipit. cum deteſtabile. fuiſſe reuocatas. Ideo non oportet eas hic gloſſare, ne nobis videantur aduerſari. Vide Sylueſtrum ſimonia. quæſt.15. & Adrianum quolib. 9.art.3.in ſolut.ad 6.principale.& Caietan. excommun.73. Hoc autem primum dictum probatur per ſecundum argumentum ex ſimilitudine matrimonij aſſumptum. Quia ſicut hic licet paciſci de dote: item etiam in ingreſſu religionis pactum inire licet de dote ſuſtẽtationis.

ℭ Hinc infert Caietanus, quòd ſi monaſterium habet redditus ſuſtentationis taxatos, pro certis, ſi alij volunt ingredi monaſterium, licitum eſt monaſterio oblato ingreſſu gratis antequam ingrediatur, cum ingreſſuro pro ſuſtentatione paciſci. Credo tamen licet in monaſterio monialium citra ſcandalum pactum hoc poſsit tranſire, ſed vix hoc in ordinibus mendicantium, vbi ex ſtatuto ſuæ regulæ per mendicitatem ſibi parant victum, eſſet tolerabile, aut res libera ab ſcandalo. Secundo dicitur: Si monaſterium abundans diuitijs ſit, nihil ex pacto licet recipere, etiamſi intuitu ſuſtentationis expetatur. Hæc aſſertio eſt Soti. Patet: quia hic interuenit ſaltem peccatum auaritię. Sed an hoc peccatum ſapiat vitium ſimoniæ, etiam res nõ eſt tam in aperto. Nam aliqui Thomiſtæ propter iura allegata putant, hic interuenire ſimoniam de iure poſitiuo. Quia ſecundum Canoniſtas quando aliunde ſuppetit alimentum, apparet pretium pro ingreſſu religionis exigi. Sed contraria

contraria ſententia Soti.quæſt.6.art.2.lib.9.de iuſtit. quæ eſt etiam Syluestri ſimonia. quæſt. 15.verior eſt,ſcilicet,quòd hîc,ſi abſit malus animus recipiendi aliquid pro ingreſſu religionis, ſimonia nulla intercedit, ſed ſolum quædam præſumptio ſimoniæ, vt probe illic conuincit Sylueſter. Nam ſi victus eſt abundans in illo monaſterio præſumitur pecunia recipi pro ingreſſu. Nam alias, ſi malus animus deſit vendendi religionis ingreſſum cum ibi nihil ſpirituale vendatur, neque enim venditur profeſsio ipſa, aut locus in religione, & pecunia non niſi pro victu recipitur, ſola opulentia monaſterij nõ debet inducere ſimoniam in monaſterium, pingue, quam non induceret in tenue monaſterium.Eſt enim hæc patens ratio.

℃ Hinc corollariè ibi infert Sotus negotium eſſe plenum ſcandalo,quando ditiſsima monaſteria pauperes recipere renuunt abſque pretio eodemque ingenti,maxime quãdo id videntur recipere,non pro ſuſtentatione,ſed alijs de cauſis,ſcilicet,quia puella non eſt tanti generis,aut nominis, aut quia faciei deformis eſt, aut quia alia ſiniſtra æſtimatione notatur. Hæc enim conuentum pretio æſtimare, aut auctiora pretia exigere ad ſuam magnificentiam & amplitudinem celebrandam,vix à ſimoniæ labe poteſt excuſari. ℃ Tertio dicitur cũ Caietano in ſumma.in gloſſa,qua ibi ipſe gloſſat extrauagãtem Vrbani.V.quæ incipit, ſanè ne in vinea Domini, quòd moniales petentes dari ſolitas dotes, lectiſternia, veſtes, & huiuſmodi inſtantes, vt parentes puellæ faciant, ſicut alij etiam ſi monaſterium non egeat, non incurrũt ſententiam excommunionis quia hîc non concurrit pactũ, ſed inſtantia faciendi,ſicut faciunt alij.Si autem monaſterium eget,poſſunt paciſci,vt portet ſecum,vnde poſsit ſuſtentari,quoniam ius naturæ hoc requirit.Ita Caietan.Et tandem aduerte quod vix eſt aliquod monaſterium monialium adeò pingue,vt ſuperflua videatur habere.Cuius argumentum eſt,quòd ſæpe onere debitorum grauantur,& indigentia premũtur. Quare regulariter abeſt ſcrupulus, maxime quia Sylueſter ſimonia.§.15. refert ſecũdum fidedignos, & Archidiaconum id teſtificantes Martinum quintum declaraſſe extrauagantem Vrbani nõ extendi ad dotem ſuſtentationis quæ datur monialibus pro ingreſſu monaſterij. Sed melius conſultum eſſet, vt eadem libertate reciperentur, qua monachi: & quòd ſumptus qui fit in receptione habitus,vel veli non eſſet adeò exorbitans & modum excedens. Per ſupradicta patet ſolutio ad primum & tertium argumentum allatum in principio huius dubij. Supereſt tamen ad ſecundum argumentum reſpõdere, vbi

A obijcitur de clerico diuite, qui non obſtante, quòd non egeat poteſt paciſci de ſtipendio ſuſtentationis pro obligatione inſeruiẽdi in tempus. Reſpondetur ergo ſecundum frat. Ioan. à Peña, quòd iura volunt in hoc caſu monaſterium abundans perinde ſe habere, ſicut curatus pingues pro ſuſtentatione habens decimales redditus. Vnde ſicut iſte, vt ait D.Thomas, ſi locaret operas ſuas pro ſuſtentationis alio pretio, ipſum gratiæ vſum ſpiritualem cenſeretur vendere, & vt ſimoniacus verus damnaretur: ſic in caſu, in quo ſuperabundans monaſterium ſuſtentationis pretium pro intrãte in religionem deduceret in pactum: quia ingreſſum religionis B vendere intelligeretur. Sed rurſus nobis magis placet iuxta ſententiã Soti & Sylueſtri reſpondere ſecundo, ad argumentum hoc, quòd hîc nulla interuenit vera ſimonia de iure diuino, aut de iure poſitiuo,ſed tantum hic interuenit præſumptio ſimoniæ ſi deſit mala mens, & malus animus accipiendi precium pro religionis ingreſſu.

# CAP. CCCII.

*Quotupliciter aliquid ſit annexum ſpirituali: Et de ſimonia circa beneficia: Et an hæc ſimonia ſit de iure diuino:* C *Et an talis ſit vendere canonicatus & præſtimonialia beneficia: Et quid ſi ea venderet Papa: Et an liceat redimere pecunia vexationem circa hæc adquirenda. Et an liceat pretio redimere vexationem circa adquirendam beneficij poſſeſsionem: Et quid ſi detur aliquid præpotẽti laico, ne impediat poſſeſsionis aſſecutionem: Et an penſiones ſint beneficia eccleſiaſtica ſpiritualia, vel an ſint quid temporale.*

PORRO iam ſuo ordine ſubſequitur, vt agamus de annexis ſpiritualibus, D id eſt, de præbendis, dignitatibus, ſacerdotijs, quæ pro adminiſtratione functionum ſpiritualium ſunt inſtituta, atq; de alijs huiuſmodi. Præmittamus ergo literam articuli quarti D.Thomæ,ne incerto autore vagemur. Dicendum eſt ergo primò,cum ipſo, quòd dupliciter euenit, vt aliquid annexum ſit ſpiritualibus, Vno modo, vt ab ſpiritualibus dependens, & ea præſupponens: cuiuſmodi ſunt beneficia eccleſiaſtica, quæ ideò dicuntur ſpiritualibus annexa, quia non competunt, niſi habenti officium clericale. Hæc autem nullo modo vendere licet, quia cum ſine ſpiritualibus nullo modo eſſe

do eſſe



do eſſe poſsint, eis venditis intelliguntur etiam ſpiritualia venditioni ſubijci: iuxta illud, quod ait Paſcalis Papa, & habetur 1.quæſt.3.capit.Si quis obiecerit. Quiſquis eorum vendiderit alterum, ſine quo neque alterum prouenit, neutrum inuenditum dereliquit. Quædam autem eatenus annexa ſunt ſpiritualibus, quatenus ad ſpiritualia ordinantur, vt vaſa ſacra, quæ ordinantur ad ſacramentorum vſum: ſicut etiam ius patronatus, quod ad clericos præſentandos ad eccleſiaſtica beneficia ordinatur. Hæc autẽ, quia ſpiritualia non præſupponunt, ſed magis ea ordine temporis præcedunt, aliquomodo vendi poſſunt, non inquantum ſunt ſpiritualibus annexa. Ideo vaſa ſacra pro neceſsitate eccleſiæ, & pauperum prius fracta venalitati exponi poſſunt: quia tum pura materia, & metallum eorum venditur. Neq; obſtat, quòd Abraham emit ſpeluncam pro ſepultura: quia hæc emptio citra ſimoniam facta eſt. Tum, quia terra illa non erat conſecrata, ſed emit eam, vt terram cõmunem ad inſtituẽdum ibi ſuũ ſepulchrum, vel redemit ſuam vexationem. Quia licet Ephrõ gratis ei ſepulturam offerret aduertit autẽ Abrahã, quod gratis recipere ſine eius offenſa non poſſet. Sicut etiã Iacob non peccauit emendo primogenita à fratre ſuo Eſau: quia licet Eſau ea vendendo peccauerit: tamen Iacob intelligitur ſuam vexationem redemiſſe: quia ex diſpoſitione ſpeciali Dei ſibi erant debita primogenita. Neque ius patronatus venditur, ſed tranſit cum villa, quæ vẽditur, vel conceditur. Sed neque cum decimæ ſecularibus dantur ius ſpirituale eas accipiendi eis conceditur, ſed tantum res temporales, quæ nomine decimæ dantur. Cum autem epiſcopus antequam beneficium cõferat aliquid rationabiliter in pios vſus expendendum ſubtraxerit, de fructibus beneficij conferẽdi, nihil illicitum committit. Secus autem eſt, ſi ab eo, cui confert beneficium, requirat aliquid de fructibus illius beneficij ſibi exhiberi: quia hoc vitio ſimoniæ nõ caret, cum perinde in hoc ſe habeat, ac ſi aliquod munus pro collatione beneficij ab eo exigeret.

℃ Iam quæſtio principalis inſtat, an ſimonia, quæ interuenit in venditione præbendarũ, vel beneficiorum eccleſiaſticorum ſit ſimonia de iure diuino, an ſolum de iure poſitiuo. Videtur autem, quòd ſimonia hîc inuenta ſit de iure ſolo poſitiuo. Tum primo ſic arguendo: quia ſacerdotio hæc nihil aliud ſunt, quam decimarum fructus, quæ quidem ſunt mere temporales, & annexio harũ, ſcilicet, decimarũ prębẽdis his eccleſiaſticis facta de iure eſt poſitiuo, ſicut earum taxatio, & quota: ergo venalitas horum beneficiorum ſolum videtur eſſe ſimo-

A nia contra ius poſitiuum. Et confirmatur: quia nonnunquam ex diſpenſatione confertur prębenda puero antequam ordinetur: ergo talis præbenda, quatenus attinet ad ius diuinum venundari poterit: quia nihil ſpirituale videtur tranſire cum illa, cum ei non ſit annexa tunc ordinis adminiſtratio, vel clauium executio, neque de iure diuino, neque de iure poſitiuo. Tum ſecundo arguitur: quia temporale, quod eſt in calice, citra ſimoniæ vllius vitium ſubiacet venditioni, licet ſit annexum ſpirituali, id eſt, eius conſecrationi: ergo etiam extra vitium ſimoniæ eſt venale temporale, quod inuenitur in his præbendis, licet ſit annexum earum ſpirituali titulo. ℃ Item tertio arguitur: quia, ſi B beneficium eccleſiaſticum tam ſpirituale eſſet, vt de iure diuino eius venalitas eſſet interdicta, ſequitur, quòd non liceret pretio redimere ſuã vexationem patienti obſtaculum in eius petitione, vel aſſecutione, vel in poſſeſsionis eius adeptione. Sicut ſecundum antiquos, quia baptizatio pueri ſpiritualis eſt, non licet conferre aliquid ad pueri redimendam vexationẽ: Conſequens tamen videtur falſum conſequens hoc: nam videtur, quòd ſi per vim, vel fraudem, vel iniuſtitiam ego prępedirer ab aſſecutione præbendæ poſsim pretio meam vexationem redimendo tollere obſtaculum. Quarto arguitur: C quia ſi vendere hæc beneficia eccleſiaſtica, eſſet ſimonia de iure diuino prohibita: ſequitur, quòd Papa eſſet ſimoniacus, ſi beneficia conferret ea conditione, ac lege, vt aliquid de fructibus beneficiorum ſibi conferatur. Quia ſecundum D.Thomam in ſolut. ad 3. art. 4. perinde eſſet ac ſi munus pro collatione beneficij exigeret. Conſequens tamen videtur falſum, ſcilicet, quòd in hoc caſu Papa ſit ſimoniacus: nam poteſt Papa in collatione beneficij, vel poſt eam factam, vni inde alteri conceſsionem alicuius partis fructuum facere, eam ergo partem poterit propria autoritate adiudicare ſibi, ſibique applicare.

D ℃ Et confirmatur: quia Papa poteſt alicui gratis conferre titulum beneficij & vendere id, quod eſt temporale in beneficio alteri: ergo poterit id temporale vendere huic, cui gratis contulit titulum: ergo tunc non erit ſimoniacus contra ius diuinum: quia ſemper cẽſendus eſſet Papa id intẽdere facere ea via, qua licite poteſt. Atque hac via videtur id licitum eſſe, dando, ſcilicet, titulum ſpiritualem gratis, & fructus beneficij pro pecunia, quod eſt argumentum Victoriæ. Quinto arguitur: quia penſiones, quæ conſtituuntur à Papa ſunt quędam beneficia eccleſiaſtica, & ſpiritualia. Nam alias, ſi temporalia eſſent, non poſſent commutari be-

neficio

neficio eccleſiaſtico ſpirituali, quę tamen commutatio fit paſsim. Tamen iſtæ pẽſiones etiam, vt teſtatur Metina in ſua inſtructione.9.22.fo.130. quotidie emuntur & redimuntur vt vſu receptum eſt, & in practica: ergo etiam & reliqua beneficia eccleſiaſtica poterunt diſtrahi pretio. Sed in contrarium eſt, quôd conferre alicui pręb endam pro pretio non eſt illi conferre fructus tantum: nam hi fructus laico poſſunt vendi: ſed eſt illi cõferre ius decimarum, quæ iure diuino, & naturali deſtinatæ ſunt, vt ſint ſtipendia, alimentaque clericorum pro ſpiritualibus functionibus: ergo vendere præbendam, cum ſimonia contra ius diuinum coniunctum eſt.

℄ Igitur, quo quæſtionis difficultatem patefaciamus, quæſtio hæc tantum iuris canonici interpretibus faceſsit negocium, vt in varias ſententias diſceſſerint, quas Caietanus in quol. 1. quæſt.9. ad tres opiniones reducit. Prima opinio eſt, quæ originem duxit à gloſſa in cap. ex parte de offic. deleg. ſcilicet, quòd vendere huiuſmodi beneficia in vniuerſum ſimonia ſit de iure humano, quam illic Antonius de Butrio, & Cardinalis cap.1. de ſimonia approbant. Secunda autem opinio eſt ei omnino aduerſa, ſcilicet, quòd omnis venditio & emptio præbendarum eccleſiaſticarum eſt prohibita, de iure diuino. Hanc autem ſecundam opinionem hic D. Thomas inſinuare & docere videtur.

℄ Tertia autem opinio Panormitani eſt in illo cap.1. de ſimonia. & in ſua repetitione ſuper cap. extirpandę de præbendis. Quæ diſtinguit, quòd venditio præbendæ, cui annexa eſt ordinis adminiſtratio, vel clauium executio, eſt ſimoniaca de iure diuino: quia id, cui annectitur eodem iure eſt ſpirituale. Secus eſt, inquit Panormitanus, ſit talis præbenda ſit annexa alijs adminiſtrationibus. Cuiuſmodi ſunt quæ adminiſtrationibus hoſpitalium ſunt addictæ.

℄ Igitur pro reſolutione quæſtionis ſit prima propoſitio: Sententia Theologorum eſt tenenda, ſcilicet, quòd vendere præbendas non ſolum curam animarum, & adminiſtrationem ordinis, & executionem clauium annexam habentes: ſed etiam eas præbendas, quæ clericatui citra ſacros ordines, id eſt, functionibus ordinũ minorum ſunt adiunctæ, & primæ etiam tonſuræ addictę eſt ſimonia contra ius diuinum, & non ſolum contra ius poſitiuum. Hæc eſt D. Thomæ, art.4. ad 3. Vbi ait, quòd ius percipiendi decimas eſt ſpirituale. Eſt Caietan. in quolib. citato, eſt Durandi in 4. ſentent. diſt.25.q.5. eſt omnium theologorum, & Victoriæ in ſuis ſcriptis: & oppoſita non eſt probabilis, imo multo improbabilis. Patet 1. nam. 1. quæſtion. 3. cap. ſaluator. & capit. peruenit. & capit. ſi quis,

reprobatur hoc ibi à Papa tanquam iuri naturali, & diuino contrarium. Et extrauagans cum deteſtabile damnat ſimoniam circa venalitatem beneficiorum, tanquam ſcelus cõtra ius diuinũ. Probatur autem concluſio: quia habere beneficium eccleſiaſticum nihil aliud eſt, quã habere ius pro labore ſpirituali percipiendi ſtipendium ſuſtentationis. Hoc autem de iure diuino eſt conſtitutum iuxta illud. 1. ad Corint.9. quis militat ſuis ſtipendijs vſquam. & Matthæi.10. Dignus eſt operarius cibo ſuo. Secundo probatur: quia beneficium datur propter officium, quod eſt ſpirituale: ergo beneficium, quia quoad temporale percipiendum ius includit ſpirituale illud percipiendi, de iure naturali & diuino, venale non eſt: non enim præbenda eſt redditus mille aureorum: ſed ius hunc redditum percipiendi, quod eſt ſpirituale. Et tertio probatur, ex autoritate Paſcalis Papæ, & habetur 1. quæſt.3. capit. ſi quis obiecerit. Vbi ait, quòd quiſquis eorum vendiderit alterũ, ſine quo neque alterum prouenit, neutrum inuenditum dereliquit: nullus ergo emat eccleſiam, vel pręb endam, vel aliquod eccleſiaſticum. Quarto probatur ratione Victoriæ: quia in omni beneficio ſunt tria, ſcilicet, primum ipſum beneficium, quo ad titulum, quod mere ſpirituale eſt, quod vendi non poteſt. Secundum quod hîc inuenitur eſt, quod ortum ex primo habet, ſcilicet, ius percipiendi redditus: quod eſt etiam quid ſpirituale cum oriatur ex ſpirituali titulo. Quocirca neque venalitati ſubiectum eſt: quia non poteſt concedi, niſi pro officio ipſo. Tertium ibi inuentum ſunt fructus, qui etſi vendibiles ſint, de ſe tamen particularis vendendo eos in vniuerſum non poteſt alteri gratis conferre beneficium: quia non poteſt eos ſeparare à beneficio: quia eo ipſo, quod confert gratis alicui beneficium conſequenter ei tribuit ius illos redditus percipiendi. Non igitur poteſt tunc pretio in alterum diſtrahere illos fructus. Probatur autem concluſio quoad ſecundam eius partem, quæ eſt Caietani in illo quolib.1. quæſt.9. & Soti de iuſtit. & iur. libro 9. quæſtion.7. artic.1. & Victoriæ. Quia quanuis minores ordines ſint de iure poſitiuo, contra Caietan. tenentem eſſe de iure diuino, nihilominus poſtquam iam reuera ſunt res ſacrę, vendere ius præbendæ illis addictæ contra ius naturale & etiam diuinum militat. Sicut conſecratio calicis, & aræ altaris etſi iure poſitiuo ſit inſtituta: tamen poſtquam ſic iam res ſacrę verè ſunt ratione conſecrationis, eas pluris vellę diuendere ſimonia contra ius diuinum non careret.

℄ Sequitur ergo ex hac concluſione tan-





quam corollariũ primum, quòd vendere canonicatus ſimonia eſt contra ius diuinum. Patet autem hoc ſecũdum Victoriam. Nam canonici inſtituti ſunt ad orationes Deo perſoluẽdas pro populo, & eorum officium annexum eſt ordinibus clericatus, aut primæ ſaltem tonſuræ.

℄ Sequitur ſecundum corollariũ, quòd vendere præſtimonialia beneficia, quæ præſtameras vocantur, non caret labe ſimoniæ contra ius diuinum: non enim ſinę titulo conferuntur, vt aliqui autumant. Nam quod ratione ſtudij ſint inſtituta in iure non habet fundamẽtum: ſed id commentum fuit aliquorum. Probatur autem hoc primo: quia cum beneficia hæc ex decimis ſint inſtituta, ſi res eſſet hæc dubia, ſtandum eſſet iuri decimarum communi, videlicet, vt huiuſmodi titulus ſpiritualis ſit ac per conſequens iure diuino nõ eſt venalis. Patet etiam; nam etſi præſtimoniarius careat determinato officio in eccleſia, habet ius ex beneficio illo eccleſiaſtico ad illud. Nam talis præbenda non ſolita eſt conferri, niſi clericis primæ tonſuræ, & indeterminatum miniſterium habentibus. Nam etſi aliqui antea vt Corduba & alij tenuerint, non teneri hos præſtimoniarios ad perſoluendum officium diuinum, ſed iam poſt extrauagantem Pij.V. declarantem eos teneri ad recitandas horas, quæ antea erat ſententia Soti, non licet hoc in dubium reuocare.

℄ Sequitur & tertium corollarium, de quo ſupra meminimus, ſcilicet, quòd vendere officia ſacriſtæ protectoris eccleſiæ Caſtaldi œconomi, & ſimilia, de quibus cap. ſaluator. 1. q.3. dummodo non ſint annexa beneficio eccleſiaſtico, non eſt propriè ſimonia: quia neque per talem legem fiunt ſpiritualia, neque per eorum venditionem rebus ſpiritualibus irrogatur iniuria. Quocirca concluſimus cum Nauarro eorum venditionem non eſſe excommunicationi ſubiectam, neque pœnis non expreſsis ſpecialiter in iure canonico contra illam puniendam eſſe, vel ſubiectam eſſe in foro conſcientiæ, ſed pœna mitiori extraordinaria fore puniendam. Nam hoc dictat ratio, vt minor culpa non puniatur tanto rigore, ſicut & maior. Et ſic gloſſandi ſunt Sotus, & alij Thomiſtæ, qui affirmãt huiuſmodi officiorum venditores pœnis ſimoniacorum eſſe plectendos, ſcilicet; non ad vnguem exactis pœnís, ſed arbitrio iudicis eccleſiaſtici mitigatis, hoc eſt intelligendum.

℄ Secunda propoſitio: Si Papa contenderet vẽdere beneficia eccleſiaſtica pretio, ſimoniam committeret contra ius diuinum. Hæc cõcluſio patet: quia dum ſic beneficium venderet nõ ſeparando annexionem iuris percipiẽdi redditus beneficij à titulo, tũc nihil poſſet imaginari ibi mere temporale, quod poſſet citra ſimoniam vendere: quia titulum qui eſt ſpiritualis venderet, & ius percipiendi illos redditus annexum titulo ſpirituali venalitati exponeret. Quocirca ſimoniacus contra ius diuinum eſſet. Tamen Nauarrus pro reuerentia tanti paſtoris eum tutando à detractoribus in ſum. cap.23. num.108. affirmat nullum Papã (vt ipſe arbitratur) vlla beneficia vnquam ſimpliciter vendidiſſe. Nam etſi ex beneficijs dum ea prouideret aliquibus aliquis Papa ceperit aliquid, ſed id non eſt credendum recepiſſe via venditionis, aut permutationis, aut alicuius contractus non gratuiti tanquam pretiũ: ſed alijs vijs iuſtis quibus id poteſt iuſtè recipere, nempe, extinguendo beneficia, vel alia alijs vniendo, vel diuidendo, & redditus eorum augendo, vel minuendo capit. ex parte. de conſt. & cap. maioribus. & cap. extirpandæ. & §. qui vero. de præbend. Nam poteſt etiam partem redditũm eorum vacantium, & nõ vacantium, de conſenſu beneficiariorũ, & ſine illo ex iuſta cauſa applicare alicui bello pio, vel alijs pijs operibus & neceſsitatibus ſedis Apoſtolicę, vel alterius, & in iuſtã pẽſionem pro aliquibus, ac conſequẽter annatas, vel poſitiones neceſsitatibus ſedis Apoſtolicæ, vel alijs pijs operibus applicarę. Sed an poſtquã Papa contulit alicui gratis beneficium, poſsit alteri vẽdere redditus eiuſdem beneficij, quia inter doctores hęſitatur: nã Adria. cũ aliquibus canoniſtis tenet affirmatiuã: Victoria verò magis inclinat in negatiuã, reſpondetur, ꝙ videtur Papa in hoc caſu nõ poſſit vendere hoc tẽporale. Nã Papa dando gratis beneficiũ dat conſequenter ius percipiendi fructus eius. Nã alias maxima interueniret calumnia, atq; cõmentum in hoc facto, ſicut in hoc ſimili apparet. Vt ſi quis, verbi gratia, mecũ conueniret dicens. Hunc fundum tibi confero gratis, tamẽ fructus eius annuatim percipiẽdos pretio tibi ſum venditurus, vel alteri. Item patet: quia niſi Papa extinguat beneficium, nõ poteſt dare illa temporalia ſine beneficio ſpirituali, quia iuxta Concil. Lateran. quicunq; habet beneficium tenetur ad officiũ, & per conſequẽs ratione officij, habet ius ad illos ſuſtentationis reditus: ergo nõ poſſunt ſibi, vel alteri ſeorſum vendi. Hoc autem dicimus de beneficio propriè dicto: nam de officijs œconomi, ſacriſtæ, & cętera iam dictum eſt. Sed & de pręb endis militaribus poſtea dicendum erit in particulari. ℄ Præterea, an ſi Papa alicui beneficium pretio vẽderet, cenſeretur cum emptore eo ipſo in pœnis ſimoniæ diſpenſare, poſtea erit dicendum.

℄ Prætereà conſequens dubitatio occurrit, ſcilicet, an poſtquam præbendas has eccleſiaſticas pretio emere non liceet, an licitum ſit ad

obſtacula remouenda, quæ iniuſte opponuntur causa redimendæ vexationis aliquid temporale pro præbenda largiri. Et videtur, quòd id ſit licitum. Nam in caſu digniſsimus illa præbenda in eius petitione concurrit cum altero prorſus indigno illa præbenda, habet ius ad illam præbendam, & ille indignus caret iure ad illam: ergo quia impeditur per indignum, cui per fauorem paratur, dari poterit, gratia ſuam redimendi vexationem, huic indigno, vt deſiſtat à concurſu aliquid contribuere. Secundo arguitur: Quia, ſi quis poſt adeptam confirmationem beneficij patitur vexationem ab prælato circa adeptiónem poſſeſsionis, & gratia vexationem redimendi aliquid impendit prælato, non eſt vere ſimoniacus, vt inſinuat Diuus Thomas.2.2. quæſt. 100. artic.2. in ſolutione ad quintum, ergo neque qui ante confirmationem beneficij per aliquam largitionem pecuniæ remouet impedimenta, ſimoniacus eſſe eſt iudicandus. Probatur autem hæc conſequentia. Quia ſicut confirmatio, qua confirmatur in beneficio eſt executio quædam poteſtatis ſpiritualis: ita introductio in poſſeſsionem eiuſdem ſpiritualis poteſtatis executio eſt: ergo ſi redemptio vexationis hic excuſat à ſimonia: ergo etiam redemptio vexationis circa confirmationem beneficij â ſimonia excuſabit. Sed in contrarium eſt capit. Matthæus. de ſimonia. vbi diffinitur redimere pecunia vexationem ante ius quæſitum ſimoniacum eſſe, ſi id fiat in adeptione beneficij.

℄ Pro expeditione ergo quæſtionis proponũtur hæc aſſerta. Aſſerimus ergo primo, quòd ante ius quæſitum per cõfirmationem ad beneficium dupliciter (vt ait Sotus de iuſt.& iur.lib. 9.q.7.ar.1.in poſtrema dubitatione) poteſt quis pati vexationem circa obtentionem prębendę. Vno modo quando per vim & fraudem impeditur præbendam petere: vt ſi quis vi retineretur, ne pergeret ad canonicatum cõpetendum, vel ſi quis formidaret probabiliter ab alio de falſis criminibus eſſe deferendum, vel infamandum coram prælato, quatenus eius electio prępediatur. Hanc vero vexationem cuicunq; idoneo licitum eſt redimere. Nam quicunque dignus eſt beneficio habet ius quæſitum ad illud petendum quòd ſi ab hoc iure impediatur, ius ineſt ſibi pretio hæc impedimenta tollendi.

℄ Alio modo pati vexationem ſibi quis, perſuadere poteſt, eo quòd cum ſuis competitoribus ſe digniorẽ eſſe exiſtimet propter potiores partes eius, quibus reliquos candidatos excellere putat eos ſibi iniuriam in ſimul cum eo concurrendo inferre putat, atq; ideo, vt cõſulat ſuæ iuſtitiæ & honori, hoc impedimentũ vexationis aliquo remenſo pretio cõcurſoribus propulſare parat. Hęc autem redemptio vexationis neutiquam licita eſt. Tum, quia etſi quiſq; concurſorum habet ius petendi, ſi idoneus ſit, non tamen par ius habet, vt eligatur. Quòd tamen ius vult ſibi comparare, erogato pro hoc pretio cum ius hoc eligendi ipſum, vel alium manere debeat in arbitrio eligẽtium. Vnde quiſq; competitorũ caueat ſibi ab hoc prætextu: nam vera hîc latitat rei ſpiritualis emptio. Tum ſecundo, quia vix accidit, vt quis nõ mentiatur ſibi inique: dum iudex contẽdit eſſe in propria cauſã. Ex quo quaſi corollarie ſequitur, quòd neque licet alicui polliceri alteri penſionem ſuper obtinendam præbendam, ne ſibi impedimẽto ſit, aut vt ſibi adiumento ſit ad eius obtentionem, etiã ſi explicet id ſe facturum ex cõſenſu Papę: quia totum hoc eſt per temporale viam ſibi ad ſpirituale aſſequendum parare: eſſet enim hoc temporali ſpirituale coemere vt ait Sotus. Secus autem eſt in permutationibus & reſignationibus. Nam poſſet tunc reſignatarius, in cuius fauorem reſignatur, conſentire in pẽſionem ex conſenſu Papæ reſignanti addicendam. Secundo dicitur, quòd licet redimere vexatiõnẽ, quã paſſura eſt eccleſia, dum in procinctu eſt, vt eligatur ſcandaloſus, & indigniſsimus in prælatũ. Hæc aſſertio eſt Caietan. opuſculo de ſimon. Verbi gratia, ſi cardinales in certa eſſent animi præparatione, eligendi indigniſsimum ad pontificalem, & Apoſtolicam ſedem, licitum eſſet in caſu, qui nuſquam tamen vſu eueniet eos à tali electione auertere, ſi aliter fieri non poſſet, remenſo pro hoc eis pretio, ſi in hoc intendatur ſola redemptio vexationis eccleſiæ, quia eccleſia ad propulſandã hanc vexationem habet iam ius adquiſitum. Sed an liceret tunc per ſolutionem pecuniæ inflectere electores ad hunc, vel illum dignum, dum dubitatur, dicendum eſt, id regulariter non eſſe licitum, neque permittendũ. Quia cum nullus habeat ius quæſitum ad hãc electionem, nullius in particulari eſt redimenda vexatio: quia eſſet per pecuniam parare viam ad capeſſendũ ſpirituale. Sed nunquid in prædicto caſu non licebit præſtare pecuniam, ne perditus in eccleſia eligatur, & perditiſsimi iã pretio prius propulſa electione precibus inclinare animos electorum ad electionem mei, vel alterius digni, reſpõdetur, quòd licet hic abeſſe videatur ſimonia, quia primum eſt licitum, ſcilicet, rependere pecuniã pro propellenda electione perditi hominis, & hoc primum non videtur ordinari ad ſecundũ, ſcilicet ad electionem huius, vel alterius, in particulari tamen, quia latet hic anguis in herba, nullus ſibi per-



ſibi perſuadere poteſt, quòd hic ſinceram gerat mentem, & nudam omni temporali reſpectu niſi qui inuentus eſt eo flagrare amore charitatis erga eccleſiam ſponſam Chriſti Domini noſtri, & eo zelo religionis chriſtianę feruere, vt pro eius promotione, & exaltatione ſe & ſua bona ſolitus ſit impendere, & ſuper impendere. Nam ſi alius ſit, qui ſic eccleſiæ conſulere videtur, huic quaſi admirãtes obijcere poſſumus: Vnde tibi tanta & tam inſolita, & tã de repẽte erga eccleſiam oborta charitas, & excitatus zelus ſanctus, vt pro ſola eius vexationis redemptione tantam ſummam pecuniæ impendas? Si tamen ad eas anguſtias reduceretur caſus, vt nequiſsimus eligi pararetur, quo repulſo pretio ab electione ſolus vnus tantum dignus tali electione in eccleſia ſupereſſet; quid tunc agendum, quia moraliter loquendo idem eſſe videtur in hoc caſu tribuere pecuniam pro propellendo indignum, & pro eligendo dignum illũ: quia non eſt alius, qui eligatur. Iã hic Sotus id facti nititur excuſare perſuam opinionem; quæ fuit Victoriæ, quòd tunc licet pro vtroque pretiũ impendere. Quia hoc eſt emere rectã electionem in caſu extremæ neceſsitatis eccleſiæ. In quo caſu, inquit, non eſt tam intrinſecè malum emere ſpirituale, ſicut eſt vendere. Sed quia iam hæc opinio à nobis exploſa eſt, ad opinionem Caiet. de redimẽda vexatione in caſu extremæ neceſsitatis, quæ probabilis eſt, & hic videtur poſſe habere locum nobis recurrendum eſt, ſcilicet, quôd hac via talis caſus in tales anguſtias coniectus ſit licitus, & tolerabilis.

℄ Iam ad. 1. argumentum negatur maior, non enim ille dignus in præſentia indigni, concurrens cum illo, habet ius adquiſitũ ad beneficium, quia ſolum habet ius iuſtitiæ diſtributiuæ, vt ſibi cõferatur. Neq; enim habet ad illud ius iuſtitiæ commutatiuæ adquiſitum: vnde ſimonia non caret pro eius aſſecutione, ante eius electionem, vel confirmationem conferre pecuniam; quia per pecuniam ſibi viam ad illud parat. Vnde diſsimilis caſus hic eſt ab illo, vbi quis vi detinetur ne ſe opponat. Nam hic cum iam habeat ius adquiſitum ad ſe opponendum pretio licite poteſt hanc redimere vexationem.

℄ Ad ſecundum argumentum reſpondetur ſecundum Thomiſtas, quòd qui vexat alium in adeptione beneficij iam ſibi collati ex intentione poterit eſſe ſimoniacus, ſi exiſtimat ſe vendere ſpirituale. At redemptor vexationis in hoc caſu non eſt ſimoniacus: quia & ipſum vexans circa adeptionem poſſeſsionis tantum eſt in facto iniuſtus, non autem eſt ſimoniacus: ergo neque ipſe huius ſuæ vexationis redemptor de ſimonia notandus erit. Quia cum illator vexationis nihil ſpirituale in hoc caſu vendat, hic redemptor vexationis nihil ſpirituale emit, ſed tantum tollit impedimentum executionis, quod ſpirituale non eſt. Sed quia Diuus Thomas in ſolutione illa ad.5. ſecundi articuli, vbi ait, quòd poſtquam alicui ius eſt adquiſitum, licet per pecuniam iniuſta impedimenta remouere, poteſt gloſſari, quòd loquatur poſt ius totaliter adquiſitum in beneficio etiam quo ad poſſeſsionem, tunc poſſe redimi pretio quodcũque impedimentum impediens pacificam continuationem poſſeſsionis poſt poſſeſsionem obtentam. Et quia ius canonicum ca. cum in eccleſiæ: reprobat aliquid accipi pro eccleſiaſticis perſonis ponendis in ſedem, ideſt, in poſſeſsionem, & per conſequẽs pro hoc fine aliquid dari; & quia concil. Trid. ſeſsio.24. capitulo.14. damnat ſolutiones, quæ fiunt etiam pro admiſsione ad poſſeſsionem alicuius beneficij eccleſiaſtici, & ſimoniacis pænis eſſe obnoxias decernit: ideo ſecundo ſoluitur argumentum magis ad mentem canoniſtarum, & ad id, quod eſt receptum vſu & ad mentem Nauarri in ſumma capitulo.23.nume. 101. reſpondendo, quôd licet poſt ius quæſitum per confirmationem, vel collationem, datio pecuniæ ob redimendam vexationem, quam quis patitur circa adeptionem poſſeſsionis, non ſit verè ſimonia in foro conſcientiæ, vt ſentiunt bene Thomiſtæ iuxta ſententiam, quam loco citato videtur tenere Diuus Thomas: tamen quatenus attinet ad forum exterius præſumitur ſimonia, iuxta cõmunem canoniſtarum ſententiam; niſi interueniat aliquod motiuum, vel finis bonus, qui hãc malam præſumptionem tollat. Vt ſi verbi gratia, iam confirmatus pecuniam largiretur non pro immediata iuris poſſeſsionis adquiſitione, licet illa ſit cauſa, ſine qua non daret, ſed eã principaliter largiretur ad conciliandam amicitiam ad lites tollendas, vel ad aliorum ſcandalorum & damnorum vitationem. Cuius rei gratia etiã à præſumptione ſimoniæ affirmat Nauarrum excuſaſſe quendã præbendatum, qui fertur dediſſe pecuniam cuidam præpotenti impedienti manu armata obtentionem poſſeſsionis, qui nullo iuris colore, ſed ex indignatione, quod nihil ſibi conferebatur obſiſtebat capiũdę poſſeſsioni. In cuius caſus gratiam hic meminiſſe libet illius diſtinctionis Paludani, quã Sotus de iuſt. & iure.lib.9.q.6.art.1.in ſolu. ad.1. refert, neq; eã reprobat, ſcilicet, ꝙ redemptio vexationis in his impedimẽtis illicita eſt, ſi fiat largiendo aliquid ei, qui poteſt prodeſſe. Vt ſi elect⁹ erogaret pecuniam epiſcopo, vt ab ipſo confirmaretur, qui iniuſte renuit illum confirmare: quia epi-

ſcopus ex officio poteſt ad hoc prodeſſe, & obeſſe. Si tamen aliquid largiretur non electoribus ipſis, aut vocalibus, ſed cuidam præpotenti laico, qui poteſt obeſſe, quia omnia ad arma vocat, niſi ei aliquid largiatur, non eſſet illicita talis vexationis redemptio, etiam ante ius quæſitum. Quia, vt ait Sotus, hic redemptor vexationis, licet non habeat ius quæſitum ad beneficium: habet tamen adquiſitum ius, vt electores in libera ſua libertate, ſi velint illum eligere, relinquantur. Et multo potiori iure vel pari confirmatus iam in beneficio contra perturbatores laicos nullo colore impedientes poſſeſſionem beneficij, poteſt pretio repẽſo eis tollere hoc obſtaculum: neque in foro exteriori præſumetur ſimoniacus, quia ad tollendas lites id dediſſe iudicabitur. Igitur ad argumen. in forma negatur probatio conſequentię, quòd executio circa admiſſionem ad poſſeſſionem beneficij ſit tam ſpiritualis, ſicut beneficij collatio aut in illud inſtitutio, aut electi confirmatio.

*Ad 1. arg.* ¶ Iam ad argumenta principalis quæſtionis in principio capituli obiecta ſuo ordine reſpondentes, dicimus ad primum argumentum, negando aſſumptum, quòd beneficia hæc nõ ſunt tantum fructus mere temporales. Vnde emere præbendam non eſt tantum emere fructus, ſed ius ſpirituale: & ideo eſt ſimonia. Nam annexio hæc decimarum, ſeu reddituum temporalium, etiam beneficijs facta, per ſanctionem pontificiã, & eorum fructuum taxatio, quæ iure fit pontificio autore Soto libro. 9. de iuſtit. quæſt. 7. art. 1. in ſolutio. ad 1. non eſt alia per ſe diſtincta à diuino iure, quo præcipitur decimarum ſubſtantia pro miniſtris eccleſiæ: ſed eſt ipſius diuini iuris determinatio & moderatio, quemadmodum eccleſiæ præcepta de celebrandis his, vel illis feſtis, & de annuali confeſſione nihil aliud ſunt, quam determinationes diuini iuris. Quocirca non ſolum vendere ius decimarum in totum cum titulo clericali, verum & quoad quotam eſt ſimonia, cõtra ius diuinum. Quia licet quota ſit de iure poſitiuo, ſed ius illam percipiendi eſt de iure diuino.

¶ Ad confirmationem autem reſpondetur, quòd non obſtat, quòd præbenda detur puero, antequam ordinetur, vel clerico iam ordinato. Quia ſi talis præbenda vendatur ſemper venditur ſpirituale: quia ipſiſſimum ius petendi decimas, quod cum tali præbenda confertur eſt ſpirituale. Atque ideo, ſiue ille, cui confertur, fuerit clericus, ſiue futurus ſit, ſi vendatur ſemper venditur ſpirituale. Et idem eſſet de præbenda eccleſiaſtica annexa clericatui, quæ non decimas, ſed fundum, vel poſſeſſionem titulo clericali haberet annexa.

¶ Ad ſecundum autem argumentum negatur paritas rationis, quòd ſicut licet vendere calicem ratione materiæ temporalis, ibi contentę quòd perinde liceat vendere beneficium ratione fructuum temporalium: quia magnum diſcrimen inter vtrumq; intercedit. Nam in calice prius pręceſſit temporale, id eſt, eius materia aurea, vel argentea, quam ſpirituale in eo contentum, id eſt, eius conſecratio tanquam nõ dependẽs ab ſpirituali. At vero in beneficio prius eſt id, quod eſt ſpirituale, quam id, quod eſt temporale, quod ab ipſo dependet. Vnde ſicut id, quod eſt prius, quia non dependet à poſteriori, poteſt eſſe ſine illo: ſic & materia calicis conſecrati, quippe quæ prior eſt, poteſt per ſe vendi, ſed non temporale conſideratum in beneficio, quod poſterius eſt, & dependens ab ſpirituali titulo, cui annectitur. Itaque licet beneficiarius fructus beneficij vendere poſſit, quia iam ſunt ei veluti quoddam patrimonium, ſed ius, quod ipſe habet ad eos percipiendos, quia ſpirituale eſt, vendere non poteſt.

¶ Ad tertium argumentum, vbi obijcitur de redẽptione vexationis circa obſtacula adeptionis beneficij, vel eius poſſeſſionis in primo & ſecundo aſſerto, ſecundæ quæſtionis, & in ſolutione ad 1. & 2. argumentum illius quæſtionis ſecundæ, abundè factum eſt ſatis.

¶ Ad quartum argumentum, vbi obijciebatur, quod ſi vendere beneficia implicaret culpam ſimoniæ contra ius diuinum, Papa in venditione beneficiorum eſſet ſimoniacus, quod tamen non omnes admittunt, per ſecundam propoſitionem, qua ſatisfit primæ quæſtioni principali, factum eſt ſatis.

¶ Ad argumentum quintum, vbi obijciebatur, quòd penſiones ſunt quædam beneficia eccleſiaſtica, quę tamen, vt paſſim fit pretio redimuntur; dicitur primo, ſecundum Metinam Salmanticenſem in ſua inſtructione. 9. 22. quòd licet in dubium reuocetur inter doctores, an huiuſmodi penſiones ſint quid ſpirituale, an temporale tamẽ ipſe opinatur, quòd ſint quid temporale, poſtquam quotidie admiſſum eſt in practica, vt vendantur & redimantur. Et ad obiectionem, quæ ſe offert in promptu, quòd ſi ſunt quid temporale, quomodo cum beneficijs ſpiritualibus cõmutantur, reſpondet ipſe, quòd cũ quæſtio hæc ſit valde difficilis, pro nunc ei illa reſponſio ſeu ſolutio Adriani placet, qui ait, hic non interuenire commutationem rei temporalis pro ſpirituali, ſed commutationem perſonarum, & locorum: ita vt perſona, quæ in vno loco erat beneficiarius, ſit in alio loco penſionarius, & ècontra. At verò Nauarrus in

ſumma



ſumma cap. 23. num. 111. ait neruoſe, ſe defendiſſe penſionem ſolitam conſtitui ſuper beneficio eccleſiaſtico (quam ipſe diffinit eſſe ius non temporale, ſed ſpirituale, aut illi annexum, non antecedenter, vt ius patronatus, ſed dependenter, aut conſequenter, ſicut ius beneficij) non poſſe pecunia redimi, ſine autoritate papæ, neque ſine hac autoritate factam validam eſſe hanc redemptionem: atque ideo ea non obſtante lapſis annis pro quibus anticipata eſt ſolutio prædictam penſionem poſſe peti. In qua doctrina Nauarrus in hoc diſſentit à Metina, quòd Nauarrus has omnes penſiones ſuper beneficio eccleſiaſtico conſtitutas ſpirituales eſſe cenſet, Metina è contrario eſſe temporales regulariter opinatur. Ideo dum de hac materia penſionum diſputandi non accedit proprius locus, vbi exactius ad argumentum reſpondebitur, interim reſpondetur breuiter ad arg. quòd ſi teneamus has penſiones eſſe temporales, negandum eſt aſſumptum, ſcilicet, quòd ſint beneficia eccleſiaſtica, & ad probationem ſufficienter reſpondet Metina ex mente Adriani. Si autem teneamus cum Nauarro eas penſiones beneficia eſſe eccleſiaſtica ſpiritualia, negamus eas penſiones pecunia poſſe redimi, ſine licentia & autoritate papæ. Quòd ſi roges, quomodo autoritas papæ penſionem ſpiritualem, & inuendibilem poſſit facere redimibilem, reſpondetur ex ſententia Adriani, quòd penſio habet aliquid ſpiritualitatis maximè quando datur clericis: tamen autoritate papæ ceſſat illa ſpiritualitas & à iure ſpirituali, & titulo beneficij ſeparatur, cum autoritate papæ penſionarius illam vendit, vel quando beneficiarius, qui eam ſoluebat eam redimit: quia poſt talem ſeparationem manet temporalis in ordine ad venditionem, & redemptionem, quam fieri poſſe concedit Papa.

## CAP. CCCIII.

*An vendere ius ad ſepulturam ſit ſimoniacum contra ius diuinum: Et an paciſci pro ſepultura, aut pro ea pretium exigere licitum ſit, aut pro iure ſepulturæ: An liceat ius patronatus vendere, & an hoc ſit pœnis & excommunicationi ſubiectum: An penſiones ſint ſpirituales, ac inuendibiles, vbi reſpondetur per. 9. concluſiones: Et an exceſſus poſſit in pecunia ſuppleri, de. 5. concedendi penſiones: An præbendæ militares ſint venales: Quomodo penſiones commutentur cum beneficijs.*

QVoniam omnes difficultates, quę Diuus Thomas in illo quarto articulo repræſentat præcedenti capitulo ſine eius longa protenſione abſoluere nequiuimus, ad hũc locum reſeruauimus reliquas. Circa ſolutionẽ ergo ad tertium, vbi D. Thomas tradit apud gentiles loca ſepulturæ deputata religioſa fuiſſe reputata, atque ideò Abraham non ſepulturam emiſſe ab Ephron, ſed terram communem poſteà ad ſuam ſepulturam deputandam, inquirere eſt opus, an vendere ius ad ſepulturam ſimoniaca vendititio ſit. Videtur autem hoc ſimoniæ labe carere. Primo: quia arguendo pro hac parte vſus receptus apud clericos hoc videtur iuſtificare. Nam clerici pro ſepultura in loco ſacratiori conſtituta, ideſt, intra eccleſiam maius emolumentum, & intereſſe recipiunt, quàm pro ſepultura conſtituta extra eccleſiam, & adhuc pro ſepulchro altari propinquiori magis recipiunt, quam pro ſepulchro ab altari maiori diſtantiori: ergo datur plus, & recipitur pro honoratiori ſepulchro. Ergo ſi honor ſepulchri poteſt magis æſtimari, & vendi: ergo pari ratione, & ipſum ſepulchrum magis æſtimari, & vendi poterit. Sicut patet à ſimili, quia etiam ſi dignitas maior beneficij alicuius, ideſt, decanatus poſſet pluris æſtimari, & vendi, nemini dubium, quin & ipſe decanatus poſſet pluris æſtimari, & vendi.

¶ Item ſecundo, vt patet ex vſu eccleſiæ approbato, licitum eſt vendere ius capellæ ad ibi conſtituendam ſepulturam: ergo etiam licitum erit vendere alium locum intra eccleſiam, vel extra in cœmeterio pro iure ſepulchri. Sed in contrarium eſt, quia cap. abolendæ, de ſepultur. vbi decernitur, quòd terra cœmeteriata pro ſepultura fodienda vendi non poteſt.

¶ Pro illucidanda ergo quæſtione dicitur primo, quòd quidquid ſit de illa opinione aſſerentium venalitatem ſepulchri non eſſe iure naturali prohibitam, niſi ex conſcientia erronea, quam etiam tenet Caiet. in prædicto loco ſuper Geneſis capitul. 23. quin vt ait ipſe, locus cadauerum non pollet maiori ſanctitate, quam locus corporum viuorum: tamen quia apud omnes nationes monumenta, & ſepulchra reputata ſunt religioſa, forte propter animarum immortalitatem teſtificandam, quæ inhabitatrices fuerunt corporum ibi ſepultorum; ideò ex communi conſenſu reputatur ſimonia, etiam contra ius naturale, hæc loca ſepulchrorũ pro vt religioſa ſunt, venalitati exponere. Ità videtur ſentire hic. D. Thomas; & Sotus. Quia religio, qua iſta loca dicuntur religioſa de iure diuino virtus eſt. Secundo dicitur: Pro



loco

loco neceſſario in cœmeterio ad ſepeliendum exigere pretium, ſimonia eſt non ſolum contra ius poſitiuum, ſed contra ius etiam diuinum. Ita Sotus loco citato. quæſtio.7. artic.1. Quòd autem ſit contra ius poſitiuum patet, cap.abolendæ.de ſepultur.& cap.qui in eccleſia.de ſimonia. Sed eſſe etiam contra ius diuinum, hæc ratio commonſtrat, quia ſicut officium ſepeliendi mortuos,quantum ad id,quod neceſsitatis habet, nequit citra ſimoniæ labem vendi: ita etiam pro loco neceſſario in cœmeterio ad ſepeliendum pretium exigere, ſimonia eſt, contra ius diuinum. Vt, verbi gratia, ſi clerici in nullo loco ſacro vellent corpori humando ſepulturam concedere, niſi pro terra aliquid temporale eis erogaretur. Nam autore Soto eadem eſt ratio officij ſepeliendi, & neceſſarij ad id ſoli: ſiquidem religio Chriſtiana hunc vſum inuexit, vt cadauera fidelium in cœmeterio locum accipiant, vt ibi recondantur. Ex quo corollarie colligitur,quod ſi clerici hoc ſolo intuitu vellent magis vendere terram intra eccleſiam, vel extra, quia benedicta & ſacrata eſt, id citra ſimoniam contra ius diuinum non contingeret. Sicut neque vendere calicem pluris, quam eius materia & opificium valet ratione conſecrationis, à tali ſimoniæ vitio abeſſet.

¶ Tertio dicitur, quòd ſi cadaueri ſepeliendo neceſſarius locus in ſacro in cœmeterio non negetur, ſi quis pro ſua ſepultura honoratiorem locum ſibi ambire vult in eccleſia, ſi ab eo aliquid pro illo loco ad eccleſiæ fabricā exigatur, ſimoniæ vitio aſcribendum non eſt, ſecundum Sotum: quia reuera nihil hic pro conſecratione, aut benedictione loci recipitur,ſed venditur terra, ſicut & materia calicis. Neque enim hic aliquid ſpirituale exponitur venale, ſed humanus,temporaliſque honor dummodo ſcandalum caueatur.

¶ Sed iam antequam ad argumenta reſpondeamus præmittere & id dubij, vt diſſoluatur operæpretium eſſe duximus, ſcilicet, an in pactum deducere, aut exigere aliquid pro ſepultura ſit licitum. Nam videntur iura hæc pacta anticipata prohibere, vt caput. abolendæ. de ſepulturis.videtur determinare. Sed in contrarium eſt conſuetudo, quæ aliquibus locis viget,exigendi taxam numorum pro ſepultura,ad fabricam eccleſiæ.

*Hoſtie. cap. audiuimus de ſimonia.*

¶ Reſpondetur ergo contra Hoſtienſem, & alios, qui reprobant pactum ante pro ſepultura factum,quia affirmant præ ſe ferre ſpeciem ſimoniæ, quòd huiuſmodi pactum non eſt omnino refutandum, tanquam ſimoniacum, dum caueatur ſcandalum: ſicut neque pactum accipiendi aliquid pro materia calicis conſecrati vitio non datur. Et patet, quia eccleſia potuit taxare, vt magis ſoluatur pro vno ſitu ſepulturæ, quàm pro alio, quia terra ſeu ſolum non ratione conſecrationis, aut benedictionis, ſed ratione ſitus plus valet intra eccleſiam, quam extra: & iuxta altare magis quam quæ longe abeſt altari maiori valet: ſicut domus conſiſtens in platea cæteris paribus longe excellentioris pretij eſt, quam quæ conſtituta eſt in ſuburbijs. Ergo ſi quis ſepulturam proximiorem ad altare maius affectet, licitum erit ſecluſo ſcandalo paciſci cum illo, & exigere ab illo illam maiorem taxam. Nam potuit eccleſia ad eliminandas diſcordias inter ambientes honoratiora ſepulchra diſtinctionem diuerſarum taxarum penſionis pro fabrica eccleſiæ, circa diuerſas ſepulturas præſignare: alias quilibet contenderet in eccleſia digniorem ſepulturam ſibi præoccupare, allegans ſe cæteris meritis eſſe præſtantiorem. Vnde ſicut Diuus Thomas concedit in ſolutione ad ſecundum, articulo tertio, quòd licet ſtatuere, vt eleemoſynam porrigentibus certam talis honor funeralis proceſsionis exhibeatur: ita licet ſtatuere, vt tantam taxam eleemoſynæ pro fabrica eccleſiæ largientibus, talis ſitus pro eius ſepultura concedatur. Concludimus ergo, quòd licet opinio Soti approbantis huiuſmodi pacta ſuper ſepulturis obtinendis intra eccleſiam, vbi viget conſuetudo, ea pacta ineundi poſsit tolerari, quia iam eſt ibi pro lege recepta talis conſuetudo, & excluſiſſe videtur ſcandalum: ſecus eſt tamen vbi talis conſuetudo non eſt vſu recepta. Tum,quia Diuus Thomas in illa ſolutione pacta hæc non approbat, & quia concilium Tridentinum ſeſsione vigeſimaſecunda, capit.quanta. cuiuſcunque mercedum conditiones, & pacta videtur prohibere: & quia iura præallegata quamuis ea Sotus aliter gloſſet, hæc pacta videntur interdicere. Ideo cautius hic eſt agendum, vt nihil paciſcendo inſtent parochiarum rectores, vt ab affectantibus honoratiora ſepulchra laudabiles conſuetudines per ſoluendi tales taxas obſeruentur. Nam hoc ſecundum Caietanum non eſt paciſci, ſed eſt eos exhortari ad obſeruantiam laudabilium conſuetudinum, quas ipſi ſeruare tenentur. Secundo dicitur, quia hactenus ſolum loquuti ſumus de datione, & receptione,& exactione alicuius emolumenti temporalis pro vſufacti ſepulturæ ad ſepeliendum hunc,vel illum tantum,quòd ſi nunc loquamur de iure ſepulchri, quod quis ſibi intendit adquirere ad ſe ſuoſque ſucceſſores, & familia ſepeliendum,





hoc ius emere & vendere magis abeſt à labe ſimoniæ. Hoc autem patet tum ex vſu eccleſiæ iam approbato; nam in capellis etiam monaſteriorum ſolet hoc ius ſepulturæ pro ſe & ſuis ſucceſſoribus conſignari aliquibus pro certa taxa reditus vel pecuniæ. Tum quia hic interuenit obligatio ciuilis accidentaria ad actum religionis, id eſt, ſepelitionis: quia ciuiliter ſe aſtringunt religioſi ad nullum alium extraneum ibi ſepeliendum. Et huius iuris emptores ea gaudet libertate ſepeliendi ibi quem voluerint. Et hac de cauſa liceret pro honoratioribus capellis plus exigere, quia honos, qui hic ſolet attendi, potius videtur temporalis, quàm ſpiritualis: nam poſſet mutari.

¶ Tertio dicitur, quòd in eccleſijs parochialibus non ita videtur eſſe licitum vendere perpetuo ius ſepulchri: quia locus eſt communis & quia videtur, quòd fiat cum iniuria aliorum parochianorum, niſi fiat ex conſenſu omnium. Ita frat. Ioan. à Peña Magiſter. Verum licet ita ſit, quòd eccleſia parochialis hac licentia non poſsit, & debeat vti communiter, ſcilicet, vendendi perpetuo omnia iura ſepulchrorum: tamen parochialis eccleſia non ſic eſt arctanda, vt non poſsit aliquibus paucis inſignibus remuneratoribus conſignare vſum fructum ſepulchrorum honoratiorum pro ſe & ſua domo, & familia ibi ſepelienda. Quia cum omnes de tali domo eſſent extincti, poſſet alijs concedi: quia mortuo vſufructuario, vſus redit ad proprietariū libere. l. penultima. C. de vſu fructu, & quia licet alij parochiani ius habeant ad ſepulchra ſuæ parochiæ, vt non alijs ſepulchra, illa perpetuo applicetur: tamen, quia hic his inſignibus remuneratoribus non perpetuo applicantur, ſed in modum vſus fructus, & quia eccleſia maximam ab his remunerationem accipit: propter ius, quod habent ad ſepulchra eius cæteri parochiani, non debent eam tam magno beneficio priuare. capit. acceſsiſſent. de conſtit. Abbas in gloſſa. 2. circa finem. At ſententia frat. Magiſt. Ioan. à Peña procedit omnino in iure proprietario ſepulchrorum. Hoc enim ius non poſſet vendere eccleſia, maxime ita pro tempore perpetuo.

¶ Ad.1.argumentum reſpondetur, quòd locus honoratior conſiſtens magis prope altare, non ratione alicuius ſpiritualitatis maioris, ſed quia magis quadam æſtimatione, & honore temporaliter æſtimatur copioſiorem eleemoſynam pro fabrica eccleſiæ contribuentibus ſolitus eſt à rectoribus eccleſiarum conſignari. Et ideo id facti carere ſimoniæ crimine videtur, vt explicuimus in primo dicto.

¶ Ad ſecundum argumentum concedimus, quòd ſicut licet vendere ius capellæ pro ſepultura alicuius, & ſuorum ſucceſſorum: ita licet & vendere ius alterius ſepulchri pro aliquo ibi humando & eius familia: & licet ſuper his inire pacta. Nam ſecundum Sotum, illa iura, ſcilicet, capit. abolendæ de ſepulturis, & cap. qui in eccleſia de ſimonia, nihil aliud prohibere videntur, quam, ne id vendatur, quod eſt de neceſsitate ſepulturæ. Vetant enim fieri pactum compulſorium, vt in nullo loco ſacro ſepeliatur, qui terram non emerit. Tamen exiſtimo caput illud abolendæ, adiuncta gloſſa maiorem clericis inijcere obligationem, quam reputat Sotus, nempe, vt clerici pro ſepultura fodienda pro cadauere vno, vna vice duntaxat ibi humando, nihil paciſcantur, nihil exigant, ſed exhibita ſepultura laudabiles conſuetudines obſeruari de taxa ſoluenda apud iudicem eccleſiaſticum poſtulare poſſunt. Vide reliqua quę tradidimus de pactis circa ſepulturas, quæ conferunt ad intelligentiam maiorem prædictorum textuum.

¶ Circa illa verba D. Thomæ in ſolutione ad.3. articul. 4. vbi ait, quòd ius patronatus per ſe vendi non poteſt, neque in feudum dari, ſed tranſit cum villa, quæ venditur, vel conceditur, eſt notandum primo, quod ius patronatus non habens aliquod ſpirituale annexum venale poteſt eſſe. Vt ſi aliquis relinquatur patronus alicuius capellæ tantum quo ad ius ſepulchri, nihil obſtat, vt ſicut ius illius ſepulchri pro ſe, & pro ſua familia emi potuit, ſic etiam pretio in alium, iſtud ius patronatus ſepulchri trāſferibile ſit. At verò ius patronatus ſpirituale ius continens, ſcilicet, vt ad præſentandos capellanos venalitati non eſt ſubiectum. Vide Sylueſtrum verbo. ius patronatus, & in iure eodem tit. capit. de iure. de iur. patr. Adde ſecundo, quòd vt docet Nauarrus in ſumma. capitu. 23. numero. 111. in cuius gratiam citat Sylueſtr. verbo. ſimonia. quæſtio. 19. quia nullus ſimoniacus pręterquam in ordine, & beneficio eſt ipſo iure excommunicatus. Nam ius nouum illius extrauagantis. cum. deteſtabile. ſolum ſimoniacos in ordine, & beneficio excommunicat. Nam verba illa ipſius extrauagantis, ſcilicet, in officijs eccleſiaſticis, intelligenda ſunt tantum de officijs, quæ ſunt beneficia, vt in cap. de multa. de præb. & cap. cum acceſsiſſent. de conſtit. Ideo venditores iuris patronatus, licet ſubijciantur alijs iuris pænis, vtpote qui ſimoniaci ſunt veri, non tamen ſunt ipſo iure excommunicati: quia vendere ius patronatus non eſt vendere beneficium. Sicut neque vicariam ſpiritualem, pro tempore etiā epiſcopi vendens eſſet ipſo iure excommunicatus: quia talis vicaria nō eſt beneficiū. Secus ſi

eſſet perpetua : quia tunc rationem beneficij haberet.

¶ Circa autem illa verba D. Thomæ in dicta ſolutione ad 3. vbi ait, quòd ius ſpirituale accipiendi decimas non conceditur laicis, ſed tantummodo res temporales, quæ nomine decimæ dantur, quæritur, vtrum penſiones, quæ conſtituuntur ſuper beneficijs in permutationibus, vel reſignationibus, vel alias ſint huiuſmodi conditionis, vt in eis ius ſpirituale accipiendi decimas non concedatur, ſicut neq; conceditur laicis. Quod perinde eſt ac ſi quæratur, an tales penſiones ſpirituales ſint, ac propterea inuēdibiles, an vero mere temporales ſint, quia ſine vllo iure ſpirituali annexo, ac propterea venales poſsint eſſe. Doctores autem circa hanc quæſtionem ideò accidit tantopere diſsidere, vt contraria aſſerant, quia ad ſuas contrarias aſſertiones contraria ſibi fundamenta aſſumunt. Ideo Caietan. in opuſculo. 16. reſponſ. quæſtio. 10. indiſcriminatim affirmat, perpetuas penſiones numerata pecunia redimi poſſe. Cui ſubſcripſit Metina in ſua inſtructione. §. 22. Alij vero recentiores, vt Ioan. Maior in 4. diſtin. 24. quæſt. 5. id in vniuerſum negat.

¶ Videtur autem, quòd huiuſmodi penſiones ſint ſpirituales, & inuendibiles, in vniuerſum, quia arguitur ſic primo. In iure cauetur, vt beneficiatus non ſoluens penſionem penſionario, eidem penſionario beneficium reddat: ergo penſionarius habet ius ad beneficium, & ratione illius videtur illam pēſionem recipere. Ergo hæc penſio, quippe quæ eſt annexa beneficio inuendibilis eſt, quæ dependet à iure, quod penſionarius obtinet in beneficio. Tum arguitur ſecundo: Quia huiuſmodi penſiones commutantur paſsim cum beneficijs : ergo ſunt ſpirituales, & inuendibiles. Quia alias, ſi eſſent temporales cum ſpiritualibus beneficijs commutari non poſſent. Tertio arguitur, quia hæ penſiones ſolent multiplicari in eccleſia, & inſtituuntur ex decimis: ergo in dubio non debemus eas ſeparare à iure decimarum, niſi cum apertè dantur laicis titulo temporali: ergo non debent cenſeri in vniuerſum, vel regulariter eſſe temporales, vt vendi & redimi poſsint paſſim, vt affirmat Caietan. & Metina: quia eſſet de rebus decimalibus magnum concedere negotiationis forum. Quarto arguitur ex extrauaganti Pij quinti, capit. ad perpetuam rei memoriam in cuius fine penſionarios eccleſiaſticos ad dicēdum officium paruum virginis Mariæ aſtringit, ſub ipſarum penſionum amiſsionis pœna: ſic præcipiens in forma: Quicunque penſionem fructus, aut alias res eccleſiaſticas, vt clericus percipit, eum modo prædicto ad dicendum officium paruum virginis Mariæ decernimus obligatum, & penſionum fructuum rerumque ipſarum amiſsioni obnoxium. Ex quibus extrauagantis verbis hoc mihi conficio argumentum: Quia ſi penſionarij, qui vt clerici recipiunt has penſiones etiam cauſa reſignationis, vel permutationis, vel pacis & compoſitionis cauſa conſtitutas, & virtute earum ad finem ſpiritualem perſoluendi officium de beata Virgine quotidie obligantur, ſequitur has penſiones eſſe ſpirituales, & inuendibiles. Tum, quia clericali titulo percipiuntur: neque enim huiuſmodi penſiones ſolitæ ſunt concedi merè laicis. Tum, quia annexæ ſunt oneri ſpirituali perſoluendi quotidie horas de Domina minores. In contrarium eſt, quòd earum venditionem, & redemptionem reprobare, eſſet multos, qui his inſiſtunt negotijs, velle damnare.

¶ Pro reſolutione ergo arduæ & dignæ ſcitu quæſtionis, notabilia aliqua præmittenda ſunt. Notandum ergo primo eſt nobis, quòd prout iam receptum eſt vſu Romano, ſolus Papa & nullus eo inferior prælatus penſiones conſtituere valet, neque in permutationibus, neque in ſimplicibus renuntiationibus beneficiorum. Quod autem huiuſmodi penſionum pacta in commutationibus aſſenſu eiuſdem Pontificis fieri poſsint, colligitur ex cap. quęſtionis. de ſimonia. Sed tamen magnus abuſus eſt ille, & ſimoniacus introductus ab aliquibus, vt prædiximus, qui in permutationibus præbendarum dignitatis ſpiritualis earum habentes rationem etiam cum in fructibus ſunt æquales pro digniori maiorem penſionem exigunt. Sicut etiam de magna iniuſtitia notandus venit abuſus nequiſsimus, vbi omnes fructus pro penſione ſtatuuntur, præſertim in præbendis ſacerdotalibus annexum habentibus ſeruitium, & potiſsimè in curatis. Quæ iniquitas cum ſit aperta excuſatione caret. Tum: quia iure cautum eſt, ne penſio tertiam partem fructuum excedat. Tum, quia hoc iure naturali aduerſatur, vt quis miniſterio ſit mancipatus abſque vllo tamen mercedis, vel ſuſtentationis ſtipendio, vt in hoc accidit caſu. His ſuppoſitis ſtatuuntur ſequentes concluſiones.

¶ Prima concluſio. Penſiones functionibus ſpiritualibus adiudicatæ pretio redimi non poſſunt, vt cum olim certa pars fructuum in penſionem conſignabatur ei, quem in auxiliarem ſibi aſſumebat epiſcopus ad diœceſim viſitandam & gubernandam. Et ſimiliter idem iudicium eſt de penſione, quæ conferebatur epiſcopo, vel parocho ſeni, & benemerito deficienti viribus, & volenti renunciare epiſcopatum,





patum, vel curatum. Nam penſio hæc collata ſic in remunerationem præteritorum laborum videtur tum iuſta eſſe, tum etiam eſſe iuri clericali annexa. Vnde apparent eſſe beneficia inuendibilia.

¶ Secunda concluſio: Penſiones, quæ titulis ſæcularibus ſunt addictæ, puta, principibus titulo tutandi religionem Chriſtianam ab hoſtium incurſu, militibus titulo laborum, quos ſubierunt in defenſando eccleſiam, quaſi in quandam recompenſam, & remunerationem collatæ temporales ſunt, ac per conſequens vendibiles. Patet ex vſu: quia rex vendit tertias. Et patet, quia titulo temporali dantur.

¶ At de penſionibus, quæ in commutationibus, & in ſimplicibus renuntiationibus interueniunt, perplexior occurrit difficultas, an temporales ſint, & vendibiles ſint, vel non. Et videtur quòd ſint temporales: quia ad nullum officium eccleſiaſticum talis penſionarius tenetur, neque titulum habet, ſed ſolum ius à poſſeſſore petendi fructus. Sed in contrarium eſt: quia ſi iſtæ penſiones ſunt temporales, & redimibiles pecunia numerata, iam pateret via ad emenda beneficia. Vt ſi tua prębenda quotannis valet decem, quæ das alteri pro penſione, ſi numerata pecunia pro redēptione huius penſionis eroges ſtatim octuaginta, perinde eſt vt arguit Sotus, ac ſi octuaginta aureis comparaſſes tibi præbendam. Et quia pari ratione liceret præbendam emere. Igitur pro expeditione difficultatis ſtatuitur ſequens concluſio.

¶ Tertia concluſio probabilius videtur, quòd huiuſmodi penſiones, quæ in permutationibus, vel reſignationibus imponuntur per Papam temporales non ſint, neque ſine autoritate eius ſint redimibiles. Hæc concluſio eſt contra Sotum. de iuſtitia & iure. libro 9. quæſt. 7. articu. 2. & contra Caietan. opuſculo illo. 16. quæſt. 10. & contra Metinam, vbi ſupra. Hæc tamen concluſio eſt Nauarri in ſumma capit. 23. nu. 111. quam ait totis neruis defendiſſe coram ſapientiſsimo cardinalis Alciato. Probatur autem hæc concluſio primo, & ſecundo, & tertio argumento in principio principalis quęſtionis formatis. Tum etiam, quia non eſt cenſendus Papa iniuſtus eſſe, cuius munus eſt, has penſiones conſtituere vt ſine vllo titulo temporali, aut ſpirituali redundanti in vtilitatem eccleſiæ eas conſtituat: At contrariam opinionem tenentes nullum titulum temporalem rationabilem vergentem in vtilitatem eccleſiæ poſſunt aſsignare, propter quem has penſiones concedat Papa: ergo concedit illas penſiones eis titulo ſpirituali; ſcilicet, quia inſeruiunt eccleſiæ in miniſterijs ſpiritualibus, vel ei famulati ſunt, vel ſunt famulatum præſtituri. Item, quia has penſiones hi permutantes, & renunciantes beneficia, vt clerici accipiunt. Neque enim penſiones in permutationibus, & renunciationibus conſtitutę, niſi clericis reſignātibus, & permutantibus ſolent dari: ergo titulo clericali eas pecipiunt. Quòd & illa inſinuat obligatio, qua à Pio quinto, ad perſoluendas horas de Domina ſunt obligati. Item, quia hi penſionarij accipiunt decimas in penſionem: ergo in dubio, an accipiant eas cum iure ſpirituali decimarum, eas à ſuo iure decimali ſpirituali ſeparare non debemus, dum non conſtat Papam à tali iure eas ſeparaſſe. Item, quia vt ait Nauarrus loco citato, iſtæ penſiones conſtitutæ ſuper beneficijs eccleſiaſticis, quæ conceduntur clericis, licet non ſint beneficia ipſa, neque ſola portio fructuum, ſunt tamen ius non temporarium, ſed ſpirituale, aut illi annexum, non antecedenter, vt ius patronatus, ſed dependenter, aut conſequenter inſtar beneficij: ergo non poteſt redimi tale ius penſionum ſine autoritate Papæ, qui prius tale ius ſpirituale ſeparet à quotis illis penſionalibus, vel eas ſeparet ab illo concedendo illas de nouo ex aliquo titulo temporali iuſto, & rationabili. Hæc autem noſtra concluſio ſolum in hoc diſtat ab opinione Caietani, & Soti, & Metinę, quòd illi affirmant has penſiones huius conditionis interueniētes in reſignationibus, & commutationibus beneficiorum vendere, ſine autoritate Papæ ſimoniam eſſe contra ius poſitiuum propter poſitiuam prohibitionem. At noſtræ rationes ſimul cum ea, quam addit Nauarrus, moraliter probant, quòd earum venditio ſine autoritate Papæ facta, qui eas ſeparet à iure ſpirituali, cui annectuntur ſimoniaca ſit non ſolum contra ius poſitiuum, ſed contra ius diuinum, quare earum redemptio ſine autoritate Papæ pretio facta non valet, & incurrunt earum venditores, & redemptores pœnas in iure ſtatutas contra ſimoniacos, licet excommunicationem autore Nauarro vbi ſupra non incurrant ipſo iure: quia penſiones hæ non ſunt propriè beneficia. Contra quorum venditionem extrauag. cum deteſtabile. de ſimonia. ſolum fulminat excommunicationis ſententiam ipſo iure.

¶ Iam ad argumentum in contra reſpondetur, negando prædictas penſiones, de quibus tertia concluſio meminit ſeparatas eſſe à iure ſpirituali, aut à titulo clericali. Neque enim iſti penſionarij ſolum habent ius ſeculare à poſſeſſore beneficij petendi fructus: imo habent ius ſpirituale eas recipiendi, vt probatum eſt.

ℭ Quarta concluſio: Si in renunciationibus beneficiorum pactum interueniat, vt renuncianti beneficium pro renunciatione pecunia numeretur, ſimonia eſſet. Hæc eſt Soti libro nono, de iuſtit.quæſtio.7.articu.2. Patet, quia iſtud pactum eſt contra ius diuinum, dictans, gratis accepiſtis gratis date. Vnde neque Papa in hoc caſu diſpenſare poſſet abſque culpa, vt tali modo fieret renunciatio. Quare qui illo modo præbendam obtinuiſſet inhabilis fieret ad poſsidendum, niſi poſteà Papa declarans nullitatem collationis eum inhabilitaret ad poſsidendum per nouam collationem.

ℭ Quinta concluſio: Qui renunciat beneficium ſuum in fauorem alicuius, vt ille, vel alius renunciet aliud in fauorem alterius, vel renunciator ſui beneficij in alium, vt alius impetret ſibi aliud ab epiſcopo, vel ab alio collatore, eſt quidem ſimoniacus. Hæc concluſio eſt Nauarri in ſumma capit. 23. numer. 100. Probat autem hoc ipſe: quia licet hîc non interueniat pecunia, neque aliquid æſtimabile pretio, tamen id prohibet eccleſia, dum fit ſine autoritate ſummi Pontificis: quia in his omnibus datur, vel relinquitur ius ſpirituale cum onere & pacto, vt fiat aliquid, quaſi pro pretio rei ſpiritualis, vel pro cauſa principali, & immediata eam habendi, quod prohibetur in cap. ſicut.& cap.non ſatis.de ſimonia.& cap. quam pio.1.quæſt.2. cap.fin. de pactis. Quare neque etiam licet ſuffragari alicui in aliqua electione, vt alius ſuffragetur alteri.

ℭ Concluſio ſexta: Qui renunciat in fauorem alterius cum pacto, vt illi conferatur prębenda in cuius fauorem ipſe renunciat, ſimonia eſt, niſi fiat in manibus Papæ. Hæc concluſio eſt Nauarri in ſumma, capit.23.numer.107. Eſt etiam gloſſæ. cap. ex parte. de officio delegati. & cap. cum pridem. de pactis. Hæc concluſio eſt contra Sotum in illa quæſtio.7.artic.2.concluſione prima, vbi iam quaſi coactus concedit, quòd hîc eſſet ſimonia ſaltem mentalis. Sed quod ibi intercedat ſimonia exterior contra ius poſitiuum, quod ipſe negat probatur primo, quia ſimonia mentalis eſt fida interpres exterioris, dum ſe prodit exterius per pactum. Secundo patet: quia interueniente hoc pacto, ſi fieret renunciatio in manibus epiſcopi, non libere fieret renunciatio: ſed cum onere conferendi eam tali in pactum deducto, quod ſi fiat ſine ſcientia, & conſenſu Papæ reputatur tanquam intereſſe, & pretium renunciantis. Et ideo iure prohibetur contra Sotum ſub tali pacto renunciare. Tertio patet: quia ſic, inquit Nauarrus, eſt ſtylus curiæ à multis ſæculis ſeruatus, quòd ſi talis pactio fiat, niſi in eam adA ducatur conſenſus ſummi, Pontificis ſit ſimonia: quia libera alias & gratuita non ſit renunciatio, ſed cum onere, & intereſſe, quia intereſſe prouenire renuncianti præſumitur ex tali pacto, quôd beneficium eius detur huic, & ſe oſtēdit exterius, quaſi dominum eius, qui velit vt de re ſua ad libitum ſuum, & non ad libitum prælati diſponere. Nam etſi intentio, & mandatum liberam faciendi renunciationem beneficij in manibus ordinarij, & animus petendi poſt renunciationem liberã, vt prouideat huic, vel alteri non inducat ſimoniam, imo valeat renunciatio, & collatio ſubſecuta ſecũdum declarationē Rotæ teſtante Caſiodoro in deciſione 2.de ſimonia: tamen quia id non fuit deductum ſub pacto, vel modo, vt daretur huic, vel illi, ceſſauit ſimonia. Secus eſſet, ſi cum pacto id fieret. B Et idem eſt ſi renunciatio fiat per modum permutationis.

ℭ Concluſio ſeptima. Quando commutantur præbendæ ſine conſenſu ſummi Pontificis, & cum pacto eas commutandi, ſimonia eſt. Et ſimiliter ſimoniæ vitio non caret apponere pactum in huiuſmodi commutationibus, vt qui minorem præbendam ſortitur, alteri penſionem ſoluat. Hæc concluſio eſt Soti quæſt.7.ar.2. Prima pars concluſionis patet vt ſupra probauimus ex cap. quæſitum. de rerum permut. & cap. quæſtionis. Secunda autem pars probatur: quia tale pactum accipiendi penſionem in beneficiorum permutationibus, dum ſit citra C conſenſum ſummi Pontificis reputatur, vt pretium. Idcircò prohibitum eſt tale pactum per iura citata. Et tamen, vt refert Sotus, ſimonia eſt, in quam impingunt frequentiſsime idiotæ, qui exiſtimant ſatis conſuluiſſe ſuæ conſcientiæ, ſi impetrarunt à Papa facultatem ea beneficia inter ſe cōmutandi, ſine manifeſtatione pacti penſionis ſoluendæ. Quò circa ſi à Papa pactum ignorante talis commutatio fiat, autore Soto, non tenet commutatio: niſi Papa admonitus de pacto ſine interuentu ſui conſenſus facto D hunc penſionarium & beneficiarium habiles redderet ad illum contractum commutationis ineundum, taliter, quòd legitimi maneant poſſeſſores beneficiorum, & poſſeſsionis appoſitæ penſionis penſionarius de nouo legitimus poſſeſſor fiat.

ℭ Concluſio. 8. Qui reſignans beneficium in alium conſignat ſibi penſionem ſuper illud reſeruãs ſibi partem fructuum vltra peccatum, quod cōmittit inconſulto Papa, illud faciendò, quod aliqui adnumerant inter peccata ſimonię alij inter peccata iniuſtitiæ tantum (vt ſupra diximus) ſi cum animo ſtatim eam penſionem vendendi, ſiue ſi cum pacto implicito, vel explicito,

plicito,



plicito, vt redimeretur ſtatim illam reſignatario A impoſuit, adhuc diſtincta ſimonia eſt. Secus autem eſt, ſi bono animo & abſque pacto, vel ſine ſpe redemptionis eam ſibi reſeruauit: aut ſi concepit in animo huius redemptionis licentiam à Papa expoſcere. Et hoc eſt quòd Caietanus ait, quôd ſi fiat vno contractu non licet. Secus ſi fiat duobus cōtractibus ſeparatis: quod Sotus fatetur ſe non ſatis intelligere. Et tamen hæc diſtinctio Caietani non eſt myſterium, tam abſconditum, vt difficile ſit intellectu. Quia ſi talis contractus ſub vno tenore vtrunque includit, ſcilicet, quôd ſimul & ſemel reſignetur præbenda aſsignata penſione cum conditione, vt ſtatim redimatur numerata pecunia, etiam ſi fiat ſic autoritate Papæ, contractus B habet vehementem ſuſpicionem emptionis, & venditionis: quare non poteſt ſcandalum non præ ſe ferre. At quando ſana mente in primo contractu imponitur penſio autoritate Papæ ſine ſpe redemptionis, vel cum præparatione animi ad petendum, vt poſt, ſi velit Papa redimatur mala ſuſpicio venditionis, & emptionis beneficij tollitur, & ſcandalum conſopitur.

ℭ Concluſio nona: Exceſſus in fructibus, neque vno, vel duobus contractibus poteſt ſuppleri pecunia de præſenti numerata in permutationibus, ſine vitio ſimoniæ. Hæc Sotum habet fautorem.q.7.art.2.& Nauar.in ſum.capit. C 23.num.100.& Victor.& Adrian.quolib.9. ad 5. principale. contra ſummam Angelicam, & contra Caietan. qui ex capit. ad quæſtiones. de rerum permut. pro certo ſupponit poſſe fieri. & contra Metinam in ſua inſtructio. Et contra Sylueſt. iam hanc concluſionem cum de permutatione beneficiorũ, & de concordia ad hũc finem in principio egimus ſuis probationibus muniuimus. Sed ne hîc in ſuo proprio loco deeſſet, eius rurſus meminimus. Patet autem iſtius concluſionis ratio: quia exceſſus ille fructuum eſt annexus titulo ſpirituali beneficij pinguioris, atque non videtur per permutationē priuata autoritate factam ſeparari à titulo ſpirituali: D ergo redemptio illius exceſſus eſt ſimonia contra ius diuinum. At licet in ſupra notatis circa art.1.D.Thomæ in ſolut.ad 5. in tertia concluſione à nobis ſtatuta, vbi cōcluſimus, quòd iſte exceſſus non poterat ſuppleri pecunia, contendimus probare, quòd neq; Papæ licet, ſed tamē etſi in ſenſu compoſito ita ſit, vt illic concluſimus, ſcilicet, quod ille exceſſus fructuum dum manet annexus iuri ſpirituali pinguioris præbendæ, etiam autoritate Papę non poteſt vendi, & redimi, quia eſt annexus iuri ſpirituali: ſed loquendo in ſenſu diuiſo (vt aiunt Theologi) quoniam magna eſt autoritas Papæ ad A extinguendos ſeparandos, augendos, vel diminuendos fructus præbendarum ex rationabili cauſa, nihil in præſentiarum diffiniri volumus contra autoritatem Papæ, ſcilicet, quòd eius autoritate ſpeciali, ſi ſeparet illos fructus excedentes à iure ſpirituali pinguioris præbendæ, non poſsint emi, & vendi citra vitium ſimonię: quia nemini dubium, quin ſint tunc vendibiles iã ſic de facto ſeparati. Sed quomodo hoc fieri poſsit iuſtè, & ſine inconuenienti, & ſine ſcandalo ipſe Papa, ſi faceret, in omnibus prouideret: quocirca tunc de tanto paſtore non eſſet obmurmurandum. Sed quod nos in præſentiarum perſuadere contẽdimus cum Soto, Nauarro, & Adriano, & Victoria, & frat. Ioan. à Peña contra Caietan. & Metinam, & reliquos eſt, B quòd ex illo ſolo cap. ad quæſtiones de rerum permut. non colligitur, quòd ipſo iure ſine alia ſpeciali autoritate Papæ ſeparantis illum exceſſum fructuum à iure ſpirituali, vt poſsit redemptio, & venditio illius exceſſus fieri poſſunt partes neque vno contractu, vel duobus hanc venditionem, & redemptionem facere. Neq; obſtat, quòd exceſſus ille poſsit ſuppleri penſione: quia neque hoc conceditur poſſe fieri ſine autoritate Papę, cuius eſt cōſtituere penſionem, & eam dare titulo etiam temporali rationabili, ſi velit, vt poſsit redimi. Neque tunc effigies eſſet ſimoniæ, aut ſuſpicio ſcandaloſa. C At ſi redemptio fructuum fiat, & exceſſus ille ſtatim ſuppleatur pecunia numerata, præſertim inter partes, & priuata autoritate, quis non videat ſuſpicionem venditionis, & ſimoniæ, & vehemens ſcandalum, quod gignit id facti. Igitur iam illud cap. ad quæſtiones ſufficienter explicuimus. Nam loquitur non de exceſſu fructuum decimalium annexo præbendæ: ſed de quibuſdam poſſeſsionibus, quæ in quibuſdam eccleſijs parochialibus permutandis continebantur: quæ quidem poſſeſsiones, licet continerentur intra earũ eccleſiarum bona, non conſtat ex bonis annexis iuribus ſpiritualibus eſſe, cum multas conſtet poſſeſsiones ſuis eccleſijs D legaſſe fideles intuitu deuotionis ad eccleſiæ fabricam, vel ad abundantiores in pauperes largiendas eleemoſynas, quæ his iuribus ſpiritualibus annexæ non ſunt.

ℭ Nunc de cauſis concedendi penſiones dicturos hæc ratio nos diſſuadebat deſcendere ad particulares cauſas iuſtificatrices penſionũ imponendarum, quod hoc iudicium ad ſummum Pontificem attinet: cuius eſt has penſiones conſtituere, & bona eccleſiæ cum maturo conſilio (quippe qui fidelis ſeruus eſt & prudens conſtitutus ſuper familiam totius Chriſtiani populi, vt det illis in tempore tritici menſuram) diſpenſare

ſpenſare

ſpenſare. Sed quia multæ harum penſionum
poſſunt eſſe ſubreptitiæ, aut obreptitiæ obten-
tæ veris ſuppreſsis cauſis & falſis expreſsis, vel
ècontra, vt ſecuritati illorum, & conſcientiæ,
qui illas impetrant conſulámus omnia ſubmit-
tentes cenſuræ Apoſtolicæ ſedis ad particula-
res diſcutiendas cauſas deſcendere, neque præ-
ſumptuoſum, neque impertinẽs eſſe duximus:
ſi tamẽ prius admonuerimus lectorẽ de cauſis
in communi impoſitionem harum penſionum
iuſtificantibus, quæ hæ potiſsimè ſunt, honor
Chriſti, vtilitas, vel neceſsitas eccleſiæ. Nam ſi-
cut diſpenſator prudens inter diſpenſandum
bona domini ſui oculos conijcit ad honorem
Domini & eius familiæ propagationem, con-
ſeruationem, & exaltationem: ſic & hic ſe ge-
rere debet diſpenſator eccleſiæ ſupremus. Quo
circa Sotus quæſt.7.art.2. non exiſtimat iuſti-
ficare poſſe penſiones, niſi pro titulo aliquo ec-
cleſiaſtico, vel ſæculari, aut pro commutatio-
ne, aut dum in lite dubium aliter dirimi non po
teſt, imponãtur: & quidem perſanctè loquitur.

❡ Igitur inter cauſas particulares iuſtas acci-
piendi aliquam penſionem prima eſt; ſi is, cui
confertur miniſterium ſuum exhibuit eccleſiæ
in ſpiritualibus, vel temporalibus, vt ſi ſit vir
egregia doctrina præſtans qui multũ inſudauit
in diſſeminando verbum Dei, vel in docẽdo in
cathedra magiſtrali, iamq; eſt ſenio confectus,
indiget requie à laboribus ſuis. Vel ſi eccleſiæ
negotia geſsit in concilio generali, vel ſi præ-
liando armis eccleſiam aduerſum hoſtes tutatus
eſt. Omnis qui huiuſmodi eſt in præmium la-
borum ſuorum penſionem iuſtè accipit: nam
hic titulus rationabilis non deeſt. Secunda au-
tem cauſa eſt, ſpes concepta probabiliter in fu-
turum de aliquo. quòd magno adiumento &
honori erit eccleſiæ, vt de aliquo valde illuſtri,
vel inſigniter ſtudioſo, & ingenioſo adoleſcẽti.
Hæc autem ſpes non debet eſſe commentitia,
aut ficta, ſed debet eſſe moraliter loquendo mul
tum probabilis, & non debet eſſe ſimilis ei ſpei,
quam mercatores concipiunt de ſuis paruulis
filijs ad negociandum pro eis penſiones. Igitur
hæc ſpes prædicta cauſa ſecunda eſt iuſtæ pen-
ſionis eis conſignandi. Tertia autem cauſa in
particulari iuſtæ penſionis imponẽdæ eſt, ſi eſt
iã clericus conſtitutus in ſacris, & bonitate ma-
nifeſta prędìtus, & diciplinatus, & morum bo-
norũ indole commendatus, & inopia laborat:
nam huic conſignandi penſionem forte non
deeſt iuſta ratio. Signanter diximus, forte, quia
cauſa iſta dubio non caret, eo quòd eccleſia non
tenetur alere omnes clericos; qui per ambitio-
nem irrumpunt in ordines ſacros, quos eccleſia
neque vocauit, neque eis indiget. Vnde ante fa-

A ctum non eſt conſulendum, quòd hac de cauſa
preciſæ clericis initiatis ſacris penſiones conſi-
gnentur. Si autẽ iam impoſita ſit pẽſio, & is cle-
ricus pauper ſit & bonus tolerari vtiq; poterit.

❡ Quarta autẽ cauſa impoſitionis iuſtæ pen
ſionis eſt, ad præſtandã ſubuẽtionẽ alicui hoſpi
tali pro curandis, & alendis pauperibus: quia id
cedit in honorẽ Chriſti Dñi noſtri, & in cõmen
dationem charitatis Chriſtianæ, quam Domi-
nus erga pauperes tantopere cõmendauit, dum
dixit: Pauperes ſemper habebitis vobiſcum.

❡ Quinta cauſa eſt, quando lis in beneficio
aliter dirimi non poteſt, niſi per impoſitionem
penſionis, quia vtraq; partium, vt apparet vide-
B tur ad beneficium ius habere. Tunc per hanc
impoſitionem penſionis poterit lis extingui,
quamuis ipſę partes priuata autoritate non poſ
ſint ſic impoſita penſione ſuper hanc cauſam
dubiam tranſigere. Iſta cauſa quinta iuſtificatur
in cap. niſi eſſent. de præben. vbi eis permittitur
compromittere ſuper hoc in iudicem. Vbi ſum
marium adijcit, quòd diſpoſitio huius textus eſt
pulcherrima, & quòd in toto corpore iuris non
eſt ei conſimilis. Hinc conijcere licet, an clerici,
vel ſæculares obtinentes penſiones ſint tuti in
conſcientia, vel non.

❡ Sed iam hic in dubium reuocare poterit
aliquis, an penſiones, quæ imponuntur ratione
C reſignati beneficij iuſtificari poſsint ob hãc cau
ſam, id eſt, per viã reſignationis, & an iſta cauſa
reſignationis ſola ſit ſufficiens ad iuſtificandam
hanc impoſitionẽ penſionis. Reſpondetur ergo
ad quæſtionem, quòd iſta cauſa, ſcilicet, ob reſi-
gnationem non eſt cauſa ſufficiens ad iuſtifi-
candam huiuſmodi conſtitutionem penſionis,
niſi concurrat aliqua cauſa iuſta ex pręcedenti-
bus. Nam in huiuſmodi impoſitione penſionis
non eſt habenda ratio ſolius cõmoditatis perſo
næ in particulari, ſed eſt ad vtilitatem & com-
modum eccleſiæ attẽdendum. Si igitur reſignãs
beneficium autoritate Papæ & retinens penſio
nem perſoluit horas canonicas, quas indixit
D Pius. V. penſionarijs, qui vt clerici percipiunt
penſiones, & miniſtrat in eccleſia Dei non eſt
condemnandus. Alias non eſt dubium, ſtãdo in
iure diuino, & naturali, vt in ſuis ſcriptis teſta-
tur Victoria, quin redditurį ſint ſtrictiſsimã ra-
tionem pẽſionarij hi, niſi pro his penſionalibus
redditibus miniſterium aliquod exhibeãt eccle
ſiæ, neſcireq; ſe fatetur Victor. quomodo excu
ſari poſsint à reſtitutione, ſi liberi ſint ab eccle-
ſiæ miniſterio: nam decimales redditus dantur
clericis propter officium.

❡ Adde etiam, quòd vltima cauſa cõſideran-
da in impoſitione penſionum eſt, vt ſeruetur iu
ſtitia diſtributiua. Nã cum ſint hinc cõmoda &
illinc



illinc onera, omnia debent à prælato cõmenſu-
rari. Vnde iniquũ eſt, vt accipiantur omnes fru-
ctus pro penſione. Vnde qui in renunciatione
reſeruauit ſibi omnes fructus pro penſione, con
ueniri poteſt in iudicio per reſignatariũ, vt ſub-
ſidia ſibi pręſtet ſuſtẽtationis, & audietur in iu-
dicio reſignatarius, niſi expreſſe renunciauerit
iuri ſuo. In foro autẽ interiori non manet tutus
quantumcunq; penſionarius renunciationem
exegerit à reſignatario. Ideo iure cautum eſt, ne
penſio excedat tertiam partem fructuum: quia
cõtra ius naturale eſt relinquere alteri onus mi-
niſtrandi, & ſubtrahere ab eo omne ſubſidium
ſuſtentationis. Accedit ad hoc, quòd etiam pen
ſionem illicitè impoſitam ex ea parte, qua eſt
illicite impoſita, non licet vendere, quia eſſet
pretio diſtrahere rem alienam.

❡ Porrò iam hîc illa peculiari difficultate vr-
gemur, ſcilicet, an venditioni exponere præben
das militares, quæ Hiſpanicè, encomiendas, vo
cantur, cuiuſmodi ſunt cõmendæ S. Iacobi, &
S. Ioãnis implicet aliquam labem ſimoniæ, aut
iniuſtitiæ. Videtur autẽ non abeſſe à vitio ſimo
niæ. Tũ, quia iſti commẽdatarij ſunt ſuo modo
religioſi, ſua emittẽtes vota religionis. Vnde ap
paret, ꝙ iſtæ præbendę eorum annexę ſint reli
gionis profeſsioni, quã faciunt. Nam ad has mi-
litares præbendas nõ ſoliti ſunt promoueri, niſi
iam profeſsi, vnde titulo ſpirituali profeſsionis
ſunt annexæ, ac per cõſequens exponi non poſ
ſunt venalitati. Sed in contrarium eſt, quia iſtæ
præbendę militares cõferuntur eis titulo tẽpo-
rali, vt armis tueãtur rempublicã Chriſtianam.

❡ Igitur pro illucidatione quæſtionis dicitur
primo, ꝙ vendere huiuſmodi præbẽdas milita-
res nõ caret ſaltẽ iniuſtitiæ vitio contra iuſtitiã
diſtributiuã. Patet autẽ hoc; nam ſunt bona hęc
iſtarum præbendarũ, quædam bona cõmunia
collata à republica eo etiã finẽ, vt militibus de-
fenſoribus populi Chriſtiani ſecundum merita
pro hac defenſione diſtribuantur. Ad inſtar bo
norum publicorũ & cõmunium, quę pro remu
neratione officiorum publicorũ ſunt deſtinata
neq; Papa, vel Rex excuſaretur, ſi has præben-
das conferendas defenſoribus reipublicæ Chri-
ſtianæ, pro pretio alijs diſtraheret. Neque enim
Papa, vel magiſtri horũ militarium ordinũ ha-
rũ prębendarum militariũ ſunt abſoluti Domi
ni, ſed diſpenſatores. Secũdo dicitur, quòd licet
propter argumentum in principio huius dubij
aliquibus viſum fuerit in venditione harũ mili-
tarium præbendarũ ſimoniã interuenire contra
ius diuinum: tamẽ veriſimilius eſt, ꝙ quidquid
ſit de iure diuino ſtãdo in iure poſitiuo has prę-
bendas militares, ſine diſpẽſatione Papæ pretio
diſtrahere ſit ſimonia de iure poſitiuo. Tũ, quia

A ſunt officia pertinentia ad defenſionem eccleſię
multo magis, quã officia ſacriſtæ, caſtaldi, pro-
tectoris œconomi eccleſię, & cętera. Tum, quia
1.q.3.cap. Saluator. Papa Vrbanus, decernit res
eccleſiaſticas etiam corporales, vt ibi ait gloſſa,
quæ à fidelibus Deo donantur, ſi quis pecunia
largitur, vel adipiſcitur ſimoniacus eſt, quia eas
nõ ad id, ad quod inſtitutæ ſunt, ſed ad propria
lucra conuertit. Cum ergo militares hæ pręben
dæ conflatæ ſint ex bonis decimalibus collatis
Deo à fidelibus apparet ſub rebus eccleſiaſticis
de quibus hîc fit mentio eas cõtineri. Et proba-
tur etiam ex can. quęſitum. 1.q.3. Vbi Papa au-
tore Deo, vt ipſe ait, propellens venalitatẽ om-
B nẽ, tã ex rebus, quã ex miniſterijs eccleſiaſticis
præbendas omnes venundantes interdicit, vbi
de præbendis omnibus indiſtinctè loquitur. Si
autem, ex licentia Papæ ex cauſa rationabili in
aliquo caſu aliqua ex his præbẽdis venũdaretur
non eſt noſtrum id damnare, quanuis venditio
oppidi annexi præbẽdæ magis poſsit honeſta-
ri, quam ipſius præbendę venditio. Tertio dici-
mus, quod licet aliqui venditionem harũ præ-
bendarum militariũ ſimoniam cõtra ius diuinũ
inuoluere, putent, ſi fiat ſine autoritate Papæ,
qui eas prębẽdas prius ſeparet à titulo ſpirituali
profeſsionis, & religionis, cui (vt ipſi exiſtimãt)
ſunt annexæ: tamen ex conſulto nolo eã ven-
C ditionem tam ſæuo mucrone ferire. Tum quia
Victoria in ſuis ſcriptis tantum cõnumerat has
militares præbendas cum alijs officijs, quę cap.
ſaluator. prohibentur vendi, quorum venditio
ſolũ reputatur ſimoniaca cõtra ius poſitiuum.
Tũ, quia neq; Sotus tam ſpirituales reputat eſſe
has militares præbendas, neq; vlla ratio ſpiritua
les eſſe conuincit, quia titulo tẽporali conceduntur,
& ob finem temporalẽ defendẽdi armis ca-
tholicam eccleſiã ſunt inſtitutæ, & quia autore
D. Tho. 2.2.q.188.ar.1. licet iſtæ religiones mili
tares emittant quædã vota: tamen diſtinguũtur
ex parte finis temporalis ab alijs religionibus,
quia ordinantur ad defendendã religionẽ Chri
D ſtianã ab hoſtibus. Nã & religiones ſecundum
ipſum ex parte finium, ad quos ordinãtur, & ex
parte exercitiorũ in ordine ad finẽ diſtinguun-
tur. Neq; obſtat, quòd profiteantur tria vota: nã
titulus præbendæ nõ eſt profeſsio. Nam in du-
bio ex fine tenemur, dum de eo conſtat, venari
naturam tituli. Nam ſi finis eſt tẽporalis, titulus
etiam erit tẽporalis. Si autem ſpiritualis eſt fi-
nis, & titulus in ordine ad illum talis erit, ſaltem
ſtando in iure diuino, & naturali. Cum autem
finis potiſsimus harum præbendarũ ſit tempo-
ralis titulus, quo eas poſsidẽt, nõ erit ſpiritualis.
Neq; obſtat, quòd ex ſuis conſtitutionibus de-
beant certam formam ſeruare recitandi: nam
omnia

A omnia iſta conducunt ad ſuum tẽporalem illis prȩſtitutum finem. Nam ſupponitur, quòd ſint profeſsi, vt ex obedientia promptiores, & expeditiores ad artem militariam fiant, & audaciores contra hoſtes. Indicitur ſibi illa forma orandi, quo deuotiores redditi facilius impetrent ſibi à domino auxilium ad triumphos, & victoriam contra fidei hoſtes. Neq; hi qui ducunt vxores, ſicut in more eſt commendatarijs, de Calatraua ſunt propriè & ſimpliciter religioſi: quia ſolum emittunt votum de caſtitate cõiugali. Vnde ex omnibus prædictis apparet, quôd tales præbendæ non ſunt annexæ eorum religioni: ſed ſunt annexæ iuri & titulo militari temporali. Vnde earum venditio licet ſit ſimonia contra ius poſitiuum, ſed non contra ius diuinum. Et ſic patet reſponſio ad argumentũ obiectum in fron- B te difficultatis.

℄ Supereſt nunc reſpondere ad ea argumenta adducta circa illam quæſtionem, vtrum penſiones poſsint eſſe venales. Ad quam quæſtionem per octo concluſiones fecimus ſatis, per quas & ad argumenta patet ſolutio: ſed in ſpeciali reſpondendum eſſe duximus. Ad.1.dicitur, quòd licet Caietanus reſpondeat, quòd ſi beneficiarius non ſoluens penſionem ex iure iubetur penſionario reddere beneficium, id eſt, per modum pœnæ propter moram ſoluendæ penſionis, non vero, quia penſionarius habeat ius in illo beneficio. Tamen nos reſpondemus, C quòd nihil concludit contra nos, ſed potius pro nobis, qui tenemus penſiones conſtitutas ſuper eccleſiaſticis beneficijs, dum aliud non apparet, ſpirituales eſſe, & inuendibiles, ideo ad illud non neceſsitamur reſpondere.

℄ Ad ſecundum argumentum, ſcilicet, vbi obijcitur, quòd tales penſiones ſolent commutari cum beneficijs ſpiritualibus, quod arguit eſſe eas ſpirituales, cum pro nobis faciat, reſpondere neceſſe non habemus; quanuis qui has omnes penſiones temporales eſſe cenſent ſoliti ſunt reſpondere, quôd tunc Papa non commutat temporalia cum ſpiritualibus, ſed D ſolum permutat ſecundum Adrianum perſonas, & loca, vt qui in vno loco erat penſionarius, ſit in alio loco beneficiarius, & ècontra. Neque ad tertium reſpondemus, quia concludit pro nobis.

℄ Ad quartum argumentum deſumptum ex extrauaganti Pij.V. obligante penſionarios qui penſiones recipiunt, vt clerici ad perſoluendas horas de Domina pro nobis cum probet nobis nihil occurrit reſpondendum, quia nobis non faceſsit negocium, ſed contrarium opinantibus.

# C A P. CCCIIII.

*Vtrum liceat ſpiritualia dare pro munere quod eſt ab obſequio, vel à lingua, & quando donatio temporalis gratis fieri cenſetur, vt in foro exteriori nõ præſumatur ſimoniaca: Et quid, ſi aliquid detur tantum mediatoribus in obtentione beneficij, aut cauſa captandæ beneuolentiæ, vt rogent pro dante poſt epiſcopum: Et quid ſi epiſcopus det beneficiũ pro miniſterio præſtito: Et quid ſi illud accipiat qui ſeruiuit, vt ex beneuolentia ſibi daretur: Et quid, ſi detur conſanguineo indigno, vel digno: Et quid, ſi conferatur propter preces & laudes, vel propter metum, ne iniuſtè ſuis bonis collator priuetur, vt ſibi reſtituatur furtum, aut ſibi debitum.*

Porro excuſsis his difficultatibus, quȩ in articulo.4.quȩſtionis.100. D. Thomæ. 2. 2. continebantur explicaturo difficultates, quæ in articulo quinto cõtinentur operȩ pretium eſt literam huius quinti argumenti hîc ſub breuitate præſtringere in quæſtionẽ reuocat ibi D. Thomas, vtrum liceat ſpiritualia dare C pro munere, quod eſt ab obſequio, vel à lingua. Reſpondet, quòd in materia ſimoniæ nomine pecuniæ intelligitur pretium cuiuſcunque rei, quæ pecunia commẽſurari poteſt. Cum autem planum ſit obſequium hominis ad aliquã vtilitatem temporalem ordinatum pretio æſtimari poſſe, quia miniſtri ſua hæc obſequia tẽporalia mercede pecuniaria locare ſolẽt, ſequitur, quôd ſi aliquis rem ſpiritualem tribuat pro obſequio temporali exhibito, vel exhibẽdo ſimonia ſit; quia perinde eſt, ac ſi rem ſpiritualẽ tradat pro ea pecunia data, vel promiſſa, quãtũ obſequiũ æſtimari poſſet. Sicut etiam, ſi aliquis ſatisfaciat precibus alicuius ad temporalem gratiam D quærendam, quia id ordinatur ad aliquam vtilitatem pecuniæ pretio æſtimabilem pro huiuſmodi precibus conferendo illi rem ſpiritualem ſimoniam contrahit per munus à lingua, ſicut etiã contrahitur per munus à manu, & per munus ab obſequio, quæ appretiabilia ſunt pretio. Sed ſecus eſt, ſecundùm D. Gregor. in regiſtro. ſi quis inſeruit eccleſiæ, vt ex ipſa concepta à ſe deuotione dignus efficiatur beneficio, vt propter ipſam deuotionem obſequij excitetur prȩlatus ad aliquod beneficium donandum. Hoc enim D. Greg. ibi crimini non dat: ſed illa obſequia vitio ſimoniȩ tribuit, quȩ inhoneſta ſunt, vel



A vel carnalia ordinata ad ſeruitium temporale prælati, vel ad ſuorum conſanguineorum vtilitatem, vel ſui patrimonij cõmoditatem. Secus etiam eſt, ſi aliquis alicui aliquod ſpirituale prȩbeat gratis propter conſanguinitatẽ, vel quancunq; carnalem affectionem. Nam licet hic interueniat illicita collatio, ſed non ſimoniaca: quia nihil hic pro ſpirituali accipitur: vnde venditio & emptio rei ſpiritualis, in qua ſimonia fundatur hîc abeſt. Si autem prȩlatus ea intentione, vel pacto alicui conferret beneficium, vt exinde ſuis conſanguineis aliqua ſubuectio temporalis præſtaretur, manifeſta, id facti non caret ſimonia. Secus etiam eſt, ſi munus à lingua, B quale eſt laus humana, vel preces rogantis, non ordinãtur ad fauorem humanum appreciabile pretio adquirẽdum, ſed ſolum conſiſtunt intra rationem laudis, & precum: quia tunc non erit ſimonia. Neq; etiam ſecundũ præſumptionem iuris, ſi preces pro digno porrigãtur: quia ſubeſt tũc debita cauſa, ex qua illi, pro quo preces funduntur, ſpirituale aliquid cõfertur, ſi abſit mala intentio. Qualis eſſet ſi prælatus reſpiceret ad fauorem humanum precantis aſſequendum, & non attenderet ad dignitatem perſonæ. Adde etiam, quòd qui rogat pro ſe, vt obtineat curã animarũ, ex ipſa præſumptione redditur indignus. Vnde eius preces ſunt pro indigno. Licitê C autem poteſt aliquis, ſi ſit indigẽs pro ſe petere eccleſiaſticum beneficiũ citra animarum curã.

℄ Inſuper hypocrita ideò immunis eſt ſecundum D. Tho. à vitio ſimoniæ, quia nõ confert aliquid ſpirituale propter laudem, ſed ſolum demonſtrat, & ſimulando magis furtiuè ſurripit laudem humanam, quam emat: vnde non videtur pertinere ad vitium ſimoniæ.

℄ Circa hanc doctrinam D. Tho. primò perpendendũ eſt, quòd quia munus à manu magis conſtat eſſe temporale, ideò pro comperto eſt omnibus, quòd pro illo conferre beneficium à ſimoniæ vitio non abſit. De munere autem à lingua late diſputat Syluester verbo. ſimoniæ. D 9.16. vbi late agit de diſtinctione munerũ à lingua. Secundo animaduertendum eſt, quòd ſi quis exhibet epiſcopo munuſcula parua intendens beneficiũ obtinere, ſi ea offerat intentione emẽdi beneficium, & per modũ pretij, quãtumcunque munuſcula exigua ſint ſimonia id facti non caret. Verum eſt tamen, quôd hic ſecundũ ius exterius ſimoniacus eſſe non præſumetur: quia dum paruula ſic contulit munera gratis ea largitus eſſe cenſetur. Ita colligitur aperte ex cap. & ſi quȩſtiones. de ſimonia. Vbi de his modicis muneribus exemplum adhibet de electuario, vel vino, ſiue de alijs, quæ modici pretij ſunt, ita vt voluntatem recipientis ea inclinare,

A vel mouere non debeant. Vbi adiungit textus notabile commendatione & animaduerſione dignum, ſcilicet, tria eſſe maxime attendenda in his dandis, vel accipiendis muneribus, ſcilicet, perſonæ dantis, & accipientis qualitas, quantitas muneris, & donationis tempus. Qualitas, vt ſi collatio munerum facta fuit à paupere diuiti, an èconuerſo. Quantitas, id eſt, æſtimatio rei donatæ, an ſit magni, vel minoris pretij. Tempus, ſcilicet, an in inſtante neceſsitate, vel alio tempore conferatur.

℄ Tertio aduertendum eſt, quando alios me ignorante contulit munera à manu epiſcopo, vt mihi conferret beneficium, ſimonia eſt ex B parte illorum, & non ex parte mea. Sed nihilominus ad reſignationem huius beneficij comperta veritate eius quæ interceſsit ſimonia obnoxius maneo, niſi hoc factum fuerit in fraudem meam, ſcilicet, quo ego ius amitterem petendi mihi id beneficium. Ita cap. nobis. de ſimonia. Non imputatur tamen electo confirmato, ſi eo prohibente pro eius cõfirmatione pecunia data ſit, niſi poſtea conſenſerit pecuniam promiſſam ſoluendo, aut reddendo pro ſe ſolutam. Patet ex cap. ſicut tuis. eo titu. Secus eſt ſecundum gloſſam ibi, ſi ante electionem pro eius electione, vt eligeretur eo ignorante, & reclamante pecunia ab alijs data eſſet: quia tunc id C facti ſibi obeſſet. Vnde renunciare beneficium teneretur; quia per pecuniam ad illud electus eſt, niſi dantes hoc feciſſent in odium eius, vt capit. nobis. eo titu. diffinitum eſt. Porro peculiare dubium his noſtris temporibus ſcitu neceſſarium emergit, ſcilicet, an qui ad præbendam aſpirat, ſi aliquid impendat non epiſcopo, ſed intermediatoribus, qui eam ſibi ab epiſcopo obtineant interueniendo pro ſe, ſic labe ſimoniæ inficiatur, vt eam prȩbendam relinquere teneatur. Videtur autem in hoc caſu talem præbendam deſerendam non eſſe, ſiquidem collatio eius fuit valida, quippe quæ fuit gratuita. Nam epiſcopus pro ea nihil pretij recipit, D neque preces pecunia æſtimabiles (vt ſupponimus.) ℄ Sed in contrariũ eſt, quòd tam diuino quam naturali iure, non ſolum datio ſpiritualium pro pretio prohibita eſt, verum & ipſa receptio. At in hoc caſu, licet epiſcopus gratis præbendam conferat nihilominus eam recipiens non gratis eam recepit, ſed pro pretio collato interuentoribus.

℄ Pro deciſione igitur huius quȩſtionis, quã mouet Sotus lib.9. de iuſtit. quæſt.7. art.3. dicitur primo ſecundum magiſt. Fr. Ioan. à Peña, ſi quis procuraturus ſibi beneficium procuratorem ſibi inſtituit, qui ſolicitator ſit iſtius negotij in curia Romana, vel in curia regia, vbi expediuntur

diuntur præſentationes ad beneficia Indiarum, vel regni Caſtellæ, quorum rex eſt patronus: ſi huic procuratori ſolum perſoluat ſuum ſtipendium laboris, & ſolicitudinis, vt ſua agat negotia non propter hoc de vitio ſimonię, eſt notandus. Patet, quia huic tanquàm procuratori tantum mercedem ſui temporalis aſſumpti laboris perſoluit. Sed cauendum eſt ei, ne vltra hanc iuſtam mercedem perſoluat ei. Nam ſi in præſtādo ei ſalarium excedit iuſtam retributionem pro ſolicitudine negocij meritam, conuincitur eum exceſſum pretij ſoluere, vt pretio ſibi comparet illius interuentoris preces, quibus apud epiſcopum intercedat, ſecundo dicitur, quòd ſi quis largiatur pecuniam, non epiſcopo, ſed famulis epiſcopi, vel alijs familiaribus epiſcopi, vt ſuis precibus intercedant apud epiſcopum pro collatione beneficij ſimonia contrahitur, tunc ex vtraque parte, tam ex parte iſtius quam ex parte illorum interceſſorum. Patet, quia iſte parat ſibi pecunia beneficium, & precibus venalibus illud ſibi impetrat. Ita Sotus de iuſt. & iur. lib. 9. quęſt. 7. art. 3. Huic ſententię ait ſe magis aſſentire. Ita Nauarrus in ſumm. cap. 23. nu. 106. Vbi ait, quòd nō ſolum mediator ſimoniæ committit eam & excōmunicatur per extrauagantem ſecundam de ſim. Verum etiam dās mediatori, ſeu interceſſori, vt procuret ſibi collationē beneficij. Suffragatur huic ſentētiæ Innoc. in cap. tuam. de ætat. & qualit. cui ſubſcribunt ibi. Anton. Panor. & Bellam. facit & pro ea. idē Innoc. in cap. tanta. de ſimon. cui ibi Felinus accedit. Quia ſecundum hos paria ſunt impendere id pretij collatori, aut impendere tertio, vt moueat collatorem ad conferendum, ſecus, inquit Nauarrus, ſi tantū pro labore ſuæ ſolicitudinis tanquam procuratori aliquid ſolicitatori largiretur, vel ſi principaliter daret ad ineundā amicitiam & ſecundario per illam moueretur iſte mediator ad monendum collatorem, vt cōferat huic beneficium. Et ſic inquit ſaluari poſſet à culpa ſimoniæ, qui dat munera à lingua, à manu, & ab obſequio familiari papæ principaliter ad ineundam amicitiam cum illo, & ſecundario, vt impetret ei à papa aliquod beneficium cum opportunitas occaſionis occurrerit, ſi poſtea oblata occaſione ſine alia illicita conuentione impetrat ei illud. Secus autem eſſet ſi principaliter aliquid largiretur familiari papę, vt preces funderet ad Papam pro eo, vel vt obtineret ei beneficium. Et ſic inquit intelligendus eſt Sotus loco citato, & Syluester verbo. ſimonia. q. 6. contrarium ſignificantes. Cæterum, ſi mea ſententia quidquam valet, ſententia hæc Nauarri ſaluantis eos à ſimonia qui largiuntur munera ad conciliandam amicitiam vtilem (vt aiunt)

A ex qua poſt moueatur amicus hic ad ſuis interceſsionibus impetrandum beneficium, & ſaluātis dantem beneficium alteri ſine obligatione ciuili, & pacto, qui tamen per hoc intendit captare amicitiam vtilem beneficiarij, ex qua allectus aliquid largiatur ſibi, vel conſanguineis nō eſt tam tuta practice, & moraliter loquendo: licet ſpeculatiue loquendo appareat vera. Nam loquendo practice hoc genus negociorum periculoſiſsimum eſt. Nam cum animus hominum regulariter ſit auarus, & anhelans ad patrimonij Chriſti Domini noſtri bona, quæ ſunt hæc beneficia cum principaliter hæc beneficia aucupari contendant per omnia procurata ſibi poſsibilia media ficta, aut, falſa videtur illa intentio, quaſe fingunt principaliter intendere per illa munera velle captare amicitiam mediatorum. B Tum, quia propter quod vnum quodque tale & illud magis. Nam ſi ſatagūt per munera in alterius, ſcilicet, mediatoris ſe amicitiam inſinuare, non in ea ſiſtunt, vt in fine principali, ſed in beneficio, quod volunt illa via expiſcari ſuum figunt finale propoſitum, & principalem finē. Et probatur argumento ad hominem contra Nauarrum: nam ex diffinitione ipſius is dicitur principalis finis, & magis principaliter intēditur, qui magis æſtimatur. At certe vix poſſum mihi perſuadere, quòd quis iſtorum anhelantiū ad beneficia, & ea ambientium magis æſtimet amicitiam cuiuſdam curialis familiaris Papæ conſiſtentis Romæ, nuſquam antea ſibi noti, C quam beneficium, quòd per eius amicitiam intendit impetrare. At dicet aliquis, quia iam alter gratis & veluti amicus procurat beneficiū: ſed hoc ego ei reſpondeo primum, quòd hoc non ſaluat eius ſimoniacam intentionem, qui per medium amicitiæ principaliter & magis quam ipſam intendit aſſecutionem beneficij non vt rem ſecundariam, ſed vt finem magis æſtimatum & principaliter intentum. Secundo patet: qui inductus ab amicitia vtili, quia moraliter ſibi perſuadere debet, cū ſit ignotus alteri, D ꝙ ſolū ad obtinendū beneficiū vult cū habere amicū per largita munera, non tā mouetur gratis ad impetrandū beneficium, quia reſpicit ad intereſſe, quod intelligit principaliter eo fine ſibi fuiſſe datum. Item, quia ſicut preces intra naturam tantum precum conſiſtentes non cauſant ſimoniam. Secus eſt cum fiunt venales, quia ordinantur ad fauorem temporalem captandum: ſic amicitia hæc vtilis, vbi moraliter, & practice magis intenditur lucrum & vtilitas temporalis, licet per pactum, dum non interuenit, nō egrediatur ſuos terminos rei gratuitæ, & inappreciabilis: tamen ex intentione ea munera largientiū ad principalē finem obtinendi beneficium



ficium ex amicitia vtili muneribus parta, videtur ſuos terminos exire & induere naturā medij pretio comparati ad beneficium abtinendum. Neq; poſſunt caueri tot abuſus in obtinēdis beneficijs in Eccleſia introducti, ſi hæc ſententia Nauarri, quę magis ſpeculatiuè in vno, vel duobus caſibus contingit eſſe vera, & regulariter magis in practica poſita, contingit eſſe falſa, extendatur itàlicentioſe, vt ipſe exemplificat tā vniuerſaliter. Neq; obſtat nobis autoritas D. Thomæ. 2. 2. quęſt. 100. art. 3. in ſolutione ad. 4. quòd licet monaſterio recipere aliquem propter deuotionem, quam oſtendit erga monaſterium largas eleemoſynas faciendo, & quòd ê cōuerſo licet monaſterio prouocare cum ad deuotionem monaſterij per temporalia beneficia. Quia vel cæcus videre poteſt quomodo in vtroq; exemplo non æſtimatur magis neq; intenditur temporale. At in exemplis de obtinendis beneficijs per amicitiam vtilem procuratā per largita munera magis intenditur id, quod eſt temporale in beneficio annexum tamen titulo ſpirituali eius. ¶ Dicitur. 3. Si quis obſequia, vel munera epiſcopo obtulit ea intentione, vt eorum intuitu & interuētu obtineret beneficium, ſi poſteà tamen reſciuit collatum ſibi fuiſſe non ratione munerum culpa ſua præterita ſola pænitentia deletur, ſed reſignatio beneficij in hoc caſu, vt fiat non eſt neceſſe: quia reuera collatio non fuit ſimoniaca. Secus eſt ſecundum Sotum & Adrianum, ſi largitio munerum fuit cauſa collationis beneficij, quia alias epiſcopus non erat paratus dare. Videtur hæc aſſertio colligi ex capit. mandatum, de ſimonia. Sed hoc de reſignatione beneficij, an ſit reſignandum, quando munera fuerunt cauſa eius collationis, ſine alio interueniente pacto, inferius eſt à nobis preſsius examinandum.

¶ Porrò de munere ab obſequio prius hic ſigillatim habituri ſermonem, quærimus, an ſimoniæ vitio tribuendum ſit, ſiquis epiſcopo miniſterium præſtet, quouſque ab eo beneficium obtineat. Videtur autem hoc alienum eſſe à ſimoniæ vitio. Tum. 1. arguitur quia Diuus Thomas hic in ſolutione ad primum teſtatur, quod ſi tale obſequium, quod prælato impeditur ſit honeſtum, liberum eſt à ſimonia: ergo etiam non contrahetur ſimonia per hoc, quod ſit tale obſequium inhoneſtum. Patet conſequentia: quia vtrumque eſt temporale, & æſtimabile pecunia: ergo ſi hoc non obſtāte obſequium honeſtum excuſat prælatum conferentem pro eo beneficium à vitio ſimoniæ: ergo etiam obſequium, ſi non ſit tam honeſtum, eum à labe ſimoniæ excuſabit. Tū ſecundo arguitur: quia inſeruiens epiſcopo,

A aut accipit ſalarium pro ſuo famulatu, & tunc, ſi accipiat vltra ſalarium beneficium non cenſetur illud recipere, ratione mercedis temporalis, cum iam illam receperit: ergo iam hinc abeſt omnis ſuſpicio ſimoniæ. Si autem non inſeruit pro ſalario cenſetur ſeruire gratis, ſicut multi ſic liberaliter & gratis inſeruiunt magnatibus, à quibus ex liberalitatē præſtolantur remunerationem: ergo neque in hoc caſu contrahitur ſimonia. Sed in contrarium, quia ſecundum Victoriam, ſi quis pro ſpirituali miniſterio, aut pro miſſa exigat aliquid plus quam iuxta conſuetudinem ſolet dari, ſimoniam contrahit de iure poſitiuo: ergo è B contra ſi famulus epiſcopi ſufficienter ſalariatus vltra ſalarium velit ſibi conferri beneficium, ſimonia erit contra ius diuinum. Quod ſi reſponderis velle ſibi dari, ex gratitudine, ſed contra hoc eſt, quod per ſalarium acceptum eſt ſufficienter gratificatus. Quod ſi dixeris, quod vult beneficium ex beneuolentia epiſcopi concepta erga ipſum, quia illi famulatus eſt gratis, & ſine ſalario, ſed tibi reſpondeo, quid dices ad caſum, in quo epiſcopo non fuit gratum eius miniſterium, & non ex beneuolentia, ſed ex odio, quia eum exoſum habet, eum eijcit à domo ſua in remunerationem ſeruitij, ei conferendo beneficium, an poterit C illud ſine peccato ſimoniæ recipere, vel non? Item in contrarium eſt ſecundo, quia ſi quis diceret mutuatori, mutua mihi, & ratione mutui tibi præſtabo meas operas, quas aliàs pretio ſolitus ſum locare, eſſet cooperari peccato illius, & inducere eum ad mutuādum ſibi ſub vſuris: ergo etiam famulus epiſcopi, qui ea intentione inſeruit epiſcopo, quod ei remittet mercedem ſeruitij, ſi ei contulerit beneficium, & aliàs non erit ſimoniacus, quia cooperatur peccato epiſcopi ei non ſubminiſtrantis ſalarium, ſed pro hoc quod non exigat mercedem debitam conferentis beneficium ſibi.

¶ Pro expeditione quæſtionis ſit primum D aſſertum: Quādo obſequium præſtitum epiſcopo redundat in bonum temporale illius, & reſoluitur in pretium, ita vt tale obſequium epiſcopo exhibens pro eo expectet beneficium in recompenſam mercedis pro ſuo labore debitæ, tunc hic manifeſta ſimonia immiſcetur ſecundum omnes. Et hoc ita vſu euenit, ſiue tale obſequium ſit honeſtum, ſiue inhoneſtum. Patet hoc: quia tunc tale obſequium cum ſit æſtimabile pecunia in pretium beneficij impenditur. Aduertit autem hic Victoria, quod licet hic interceſſerit ſimonia, ſi non interuenerit pactum, quia ſolum eſt ſimonia mentalis, tam in dante, quam in recipien-

cipiente: beneficium ſic acceptum, & collatum non eſt neceſſario deſerendum, aut reſtituendum, ſecundum capit. mandatum, vbi ſequitur Victoria opinionem communem & probabilem, quam ſequitur etiam Caiet. Sed de hac opinione iterum in ſuo loco nobis eſt habendus ſermo. Caſus autem hic ſimoniæ primo aſſertus tunc vſu euenire ſolet, quando epiſcopus ſibi famulantibus, aut nullum ſalarium, aut tenue impertit. Secundum ſit aſſertum. Inſeruire epiſcopo non intendendo beneficium, tanquam mercedem laboris, ſed ſolum ad captandam beneuolentiam epiſcopi, vt ex beneuolentia & affectione concepta erga ſeruitorem ei conferat beneficium, extra vitium ſimoniæ eſt. Quod tamen limitat Nauarrus in ſumma cap. 23. nume. 100. ad mentem D. Thomæ in quolib. 8. articu. 2. ita, vt principaliter tanquam ob finem principalem non præſtet ſeruitium ob beneficium aſſequendum, licet per viam beneuolētię (vt ipſe putat) quia tunc mētiretur iniquitas ſibi, dum ſibi falſo perſuadet, quod principaliter intendat beneuolentiā alterius, ideſt, epiſcopi, & ſecundario ex illa beneficium cum oppoſitum ſæpe numero cōtingat, vt potius intendat, & principalius obtētionem beneficij quàm quidquā aliud. Non enim habēt principalem finem Deum in tali actu inſeruiendi epiſcopo, quia neq; Dei interdum iſti famuli recordantur, ſed beneficiū, vt finē principalē habent præ oculis. Vnde fit ſæpe, vt ibi venditio, vel locatio ſuarū operarum mentaliter interueniat: quia in vēditione, & locatione pretium accipitur ſecundū D. Thom. quaſi finis: ergo ſi hic beneficiū accipitur, & intēditur tanquā finis principalis, & non ſolum, vt cauſa motiua ſuſpectum reddunt ſuū hoc negocium. Igitur aſſertum hoc ſecundum, licet verū illud eſſe aſſeuerent aliqui, etiam ſi à tali famulo non recipiatur ſalarium (quia & tunc non eſt venale eius obſequium, ſed liberale & gratuitū, vnde non reſoluitur in pretium, & non eſt finis, ſed tantum cauſa motiua ob quam epiſcopus beneficium poſt confert) tamen negari ab ipſis non poteſt eſſe negotiū plenum periculis, quādo alias ſalarium aliud non recipitur, neq; ſoluitur ab epiſcopo: quia tunc, vel ab initio fuit infectus animus in incipiēte ſeruire, vel ſi tūc ſincerum habuit animum, vt poſt libere & gratis ſibi ex beneuolentia conferretur beneficium, cum videt ſe obliuioni tradi ab epiſcopo, iam tunc ſuum peruertens animum beneficium quod ex liberalitate obtinere propoſuerat contendit obtinere ex iuſtitia tanquam rem ſuis ſeruitijs debitam; & aliâs beneficio ſibi non collato ſuum contendit recuperare de iuſtitia ſeruitiorum præmium, & querimonias excitat graues, quaſi in ſua iuſtitia ſit læſus. Addit vero ibi Nauarrus tanquam corollarium reſponſum, quod dedit ad ſibi interrogatum caſum, ſcilicet, ſimoniam non commiſiſſe qui mutuauit epiſcopo noue prouiſo notabilem pecuniæ ſummam principaliter, & immediate, vt erga epiſcopum beneficum & officioſum ſe exhiberet, & ad ineundam cum eo amicitiam ſperans ſecundario; alij vel ſibi alicuius beneficij gratioſam obtentionē. Quia, inquit Nauarrus, non mutuauit pro pretio, neque pro cauſa principali, & immediata rei ſpiritualis. Ad. 1. igitur argumentum reſpondetur, quòd D. Thomas ibi non loquitur de obſequio honeſto, vel inhoneſto, quatenus eſt precium beneficij obtinendi: nam ſic vtrobique eſſet ſimonia. Sed loquitur, vt in plurimum, quia quando obſequium eſt honeſtum, quale eſt illud, quod exhibetur in miniſterium Eccleſię, tunc ſuppetit epiſcopo cauſa huiuſmodi miniſtrum Eccleſiæ remunerandi ex bonis Eccleſiæ, ſiquidem obſequium fuit ſpirituale, cauſa ſubeſt citra ſuſpicionem ſimoniæ illud præmiandi. Secus autem eſt cum obſequium inhoneſtum eſt. Nam tunc cum deſit cauſa ſufficiens ſi conferatur beneficium huiuſmodi obſequium exhibenti præſumitur per modum mercedis dari, cū detur ob cauſam inhoneſtā.

¶ Ad ſecundum argumentum pro parte negatiua reſpondetur concedendo, quòd dum famulus recipit ſalarium præſertim integrum, minor ſubeſt ſuſpicio ſimoniæ, aut certe nulla. Quia ſi ei tunc conferatur beneficium intelligitur gratis, aut ex beneuolentia ei conferri, cum ei tunc nihil debeatur, aut quòd confertur ei tanquam digno, & idoneo, cuius dignitas iam eſt prælato ex notitia perſonæ comperta. Nam poteſt quis ſecundum Victoriam eo fine ſe in obſequium epiſcopi mancipare, vt cognita eius idoneitate, & ſcientia ab epiſcopo, illius rationem habeat, cum ſe obtulerit occaſio beneficium aliquod prouidendi. Si autem, vt obijcitur in ſecunda parte argumenti non inſeruiat pro ſalario, licet ſit negotium ſuſpicione, & periculo non carens, vt in ſecundo aſſerto inſinuauimus, nihilominus ſpeculatiue loquendo, ſi ſyncerus vtriuſque tam epiſcopi, quam illius famuli ſit animus, id facti ſimonia carebit, dum ex beneuolentia parta ex obſequio non tanquam pretium, ſed gratis confertur & recipitur beneficium. Nam autore Caieta. & etiam Soto de iuſti. & iur. quæſtion. 7. articu. 3. multi fariam aliquid alteri conferri poteſt, ſcilicet, per modum liberalis, vel doni, vel obſequij, & per modum reueren-



reuerentiæ, & honeſtatis, vel quaſi debitum ex laudabili conſuetudine, & nihil iſtorum vitium ſimoniæ gignit, ſed ſola ratio pretij, aut mercedis licet ſæpe accidit aliter in practica ex animo malo.

¶ Ad argumentum. 1. pro parte affirmatiua, vbi obijcitur, quòd quando ſufficienter ſalariatus eſt, ſi vltra hoc expetat beneficium ſimoniacum ſe eſſe arguit dicitur, quòd verum eſt, ſi illud in pretium, vel in partem pretij expetat. Secus ſi ex beneuolentia. Et ad replicam, quid ſi in caſu, quo non ſoluitur ſibi ſalarium nouerit illud beneficium ſibi conferre epiſcopum, non ex beneuolentia, quia potius eſt illi inuiſus & ingratus, vultque illum excludere à ſua domo, non tamen ſine remuneratione ſui famulatus, ne conqueratur, reſpondet Victoria, quòd tunc epiſcopus erit ſimoniacus, qui beneficio ſpirituali ſoluit famulatum ſibi exhibitum temporalem, non tamen famulus hic, qui ſyncero corde ſibi inſeruiuit. Mihi autem videtur, quòd cum iſte famulus compertum habuerit, quòd prædictum beneficium ſibi non gratis, neque ex liberalitate, aut beneuolentia, ſed in pretium & mercedem ſui ſeruitij ſibi impenditur: non poteſt illud ſub illa conditione acceptare. Sicut neque acceptari poteſt baptiſmum nolentis, niſi pretio baptizare, etiam ſi nullus alius miniſter, qui baptizare poſsit: ſic neq, iſte acceptare poteſt beneficium, quod non aliter quàm in mercedem ſui famulatus epiſcopus paratus eſt dare. Sed ſi ſciam illud beneficium recepit, neque interceſsit pactum ſecundum ſententiam communem Caietani etiam & Victoriæ non venit reſtituendum.

¶ Ad ſecundum argumentum, vbi obijcitur de eo famulo, qui ea intentione inſeruit epiſcopo, quòd remittet ei ſui miniſterij mercedem, ſi contulerit ei beneficium, & alias non: reſpondetur talem intentionem ſimoniacam eſſe, vt argumentum ſeu antecedens probat ſatis aperte in materia de vſura inducentem mutuatorem ad mutuandum ſibi pro remiſsione operarum, quas non remittit gratis peccato inductionis ad vſuram peccare: quia alias illas operas non remitteret, niſi mutuaretur ſibi: quia principaliter intendit mutuum ſibi dari, ſic iſte famulus ità principaliter, imò magis principaliter intendit beneficium, dum aliâs mercedem ſui obſequij epiſcopo non condonaret.

¶ Porrò, an præbere beneficium conſanguineo ratione conſanguinitatis, ideſt, eo quòd conſanguineus eſt, ſimoniam ſapiat, videtur autem id facti à vitio ſimoniæ alienum non eſſe. Tum. 1. quia capit. nemo. de ſimoni. decernitur ratione conſanguinitatis, aut familiaritatis epiſcopo non denunciare peccatum alterius, cum ſimonia eſſe coniūctum accedente gloſſa ibi, quæ ſimoniacum hoc eſſe diffinit; quia plerumque duo contraria in idem vitium reincidūt, ſicut accipere pecuniam ad accuſandum, vel non accuſandum, ad denunciandum, vel non denunciandum. Ergo ſi Vatibne conſanguinitatis non denunciare crimina epiſcopo non vacat vitio ſimoniæ: ergo multo magis, qui ob conſanguinitatem confert beneficium ſimoniacæ culpæ particeps erit. ¶ Tum. 2. quia can. ſi quis neque. 1. quæſtio. 1. decernitur ſimoniacum eſſe illum, qui iniuſto cordis amore beneficium indigno confert, hoc affirmante gloſſa: ergo etiam reus erit criminis ſimoniæ, qui conſanguineo ſaltem indigno beneficium confert. Patet conſequentia: quia in hac collatione beneficij iniuſtus cordis amor interuenit. Tum. 3. quia, qui beneficium confert, conſanguineo, quatenus conſanguineus eſt, neque gratis dat beneficium in caſu, quo conſanguineo, puta, debet ſubſidium, ſuſtentationis, vt fratri, & vt ſe eximat ab hoc debito ei confert beneficium, quo ſuſtentetur: ergo tunc erit ſimonia. Tum. 4. quia ex virtute pietatis: ſecundum D. Thomam. 2. 2. quæſt. 1001. artic. 2. debetur conſanguineis honor, & per accidens ſubuentio in neceſsitate: ergo ſi epiſcopus indigentibus conſanguineis in ſubuentionem ſuſtentationis confert beneficia erit ſimoniacus, ſi quidem tunc non confert ea beneficia gratis, ſed ad perſoluendum debitum naturale, quo tenebatur eis ſubuenire in neceſsitate. ¶ Et confirmatur ex Vrbano Papa. 1. quæſt. 3. cap. ſaluator, vbi ait, quòd quiſquis res Eccleſiaſticas non ad id, ad quod inſtitutæ ſunt, ſed ad propria lucra conuertit, eſt ſimoniacus: ſed epiſcopus, qui debitum naturale ſubueniendi ſuis conſanguineis ex ſuis bonis recompenſare vult, conferendo ad hoc eis beneficia hanc collationem beneficiorum conuertit ad proprium lucrum retinendo ſibi debitum, quod tenebatur ſoluere conſanguineis, ex proprijs; ergo in hoc caſu non euadit crimen ſimoniæ. Sed in contrarium eſt, quia nihil hîc accipitur, aut datur epiſcopo à conſanguineis: ergo nulla hîc interuenit effigies emptionis, vt poſsit hîc admiſceri ſimonia pro explanatione queſtionis dicitur primo quòd conferre beneficium conſanguineo, ſiue indigno, ſiue digno, ſimoniæ vitium non eſt. Patet autem, quia ſecundum Diuum Thomam cum nulla hîc interſit ſpiritualium venditio, nulla hîc interuenit ſimonia. Non enim hîc vllum inue-

nitur receptum pretium. Item, quia mutuare conſanguineo conſanguinitatis gratia, vſuræ vitio non notatur: ergo neque conferre beneficium intuitu conſanguinitatis erit crimini ſimoniæ tribuendum. Patet conſequentia: nam id, quod in temporalibus vſura eſt, id in ſpiritualibus, vt communiter dicitur, eſt ſimonia. Deinde etiam, quia cap. Saluator. 1. quæſt. 3. vbi Vrbanus computat ſimoniæ cauſas conſanguinitatis non meminit: ergo id facti ſimoniæ vitio caret. Subinde patet: quia huiuſmodi collatio beneficij conſanguinitatis gratia, licet vitium acceptionis perſonarum implicet: ſed tamen nullis pœnis iuris contra ſimoniacos latis eſt ſubiecta, neque propter eam tales pœnæ incurruntur. Hæc ſententia eſt contra gloſſam loco citato, & contra Altiſiodorenſem. 3. parte tract. 21. & contra Pariſienſem cantorem & Durand. & Bonauenturam in. 4. diſtin. 25. & Adrian. & D. Thom. in. 4. ſent. diſti. 25. Sed non obſtant rationes, quæ pro ſua hac opinione afferuntur. Quarum prima eſt, quòd beneficium non gratis confertur, dum pro conſanguinitate confertur: quia conſanguinitas præſertim nobilis proſapiæ omni auro æſtimatur precioſior. Quia huic rationi facientes ſatis diſtinguimus, quòd qui dat conſanguineo non det gratis. Quia ſi intelligatur, quòd non dat ea ratione, qua debet dare, verum eſt: ſi autem intelligatur pro pretio dare, hoc inficiamur. Nam etſi conſanguinitas conſpicua æſtimatione omne antecedat aurum, ſicut & ſapientia: tamen non ſortitur rationem venalitatis, ſicut poſſeſsiones, & operæ operariorum vendibiles ſunt & locabiles. Secundo dicitur, quòd conferre beneficium conſanguineo indigno ſuo genere eſt peccatum mortale, ſi tamen dignus ſit tali beneficio & tamen propter conſanguinitatem illi datur, etiam iſta collatio à culpa acceptionis perſonarum non abeſt. Primum patet: quia conferre beneficium indigno, eſt peccatum iniuſtitiæ contra fidem epiſcopalis officij; ergo ex ſuo genere eſt peccatum mortale. Secundum etiam patet: quia cum conferre etiam digno beneficium ſolo intuitu conſanguinitatis, reſpiciat cauſam, propter quam tale beneficium non eſt debitum, acceptio perſonarum hic intercedit, quæ non poteſt non eſſe peccatum, quæ tamen collatio, ſi facta fuerit conſanguineo digno contemplatione conſanguinitatis non mortalis culpæ, ſed tantum venialis eſt ſubnotanda, quia nulla hic violatur iuſtitia in re graui.

¶ Tertio dicitur, quòd ſi conferat epiſcopus beneficium conſanguineo digno contemplatione eius dignitatis, & probitatis, non ſolum vitium ſimoniæ non contrahit, quin etiam rem commendatione dignam agit. Patet: nam cum conſanguinitas de genere bonorum ſit, ſicut & amicitia hac de cauſa, quòd conſanguineus ſit epiſcopo, non debet eſſe in conditione deterior, ſi alias dignitatē requiſita præſtet. Quo circa cæteris paribus dum caueatur ſcandalum, conſanguineus hic præferendus erit: ſiquidem hic fidelius geret negocium ſui conſanguinei epiſcopi in cura miniſterij ſibi commiſſa, magis eius exonerando conſcientiā. Quarto dicitur, quòd ſi epiſcopus in ea ſit animi præparatione, vt vniuerſa ſacerdotia beneficiaque omnia pinguiora inter ſuos conſanguineos, & affines diſpertiat, etiam ſi propoſitum ei inſit ea non conferre, niſi conſanguineis dignis, non gerit in hoc conſcientiam tutam, neque à periculo peccati mortalis liberam. Tum, quia prælatum ſic affectum ſic affectio carnalis rapit, & tranſuerſum agit, vt ſæpe deceptus dignos eos cognatos exiſtimet, qui tamen interdum longè abſunt à dignitate requiſita, & merito. Tum, quia res eſt hæc, quę nō poteſt nō parturire ſcandalum. Tū quia alij digni qui forte digniores ſunt hinc injuria afficiūtur, dū obliuioni tradūtur, & ſuorū meritorum, & ſtudiorum nulla habetur ratio. Vnde circa exercitia literarū, & probitatis ſtudia ſiūt pigriores, & negligentiores. Hæc autē iniquitas, vt ait Sotus, eſt deplorata per Michæā capit. 3. vbi lamentatur, quòd ædificarent Sion in ſanguinibus, & Hieruſalem in iniquitate.

¶ Supereſt iam argumentis ſupra obiectis feciſſe ſatis. Ad. 1. igitur deſumptum ex capit. nemo. de ſimon. & ex eius gloſſa, reſpondetur primo, quòd gloſſa decepta eſt. Non enim colligitur ex illo textu, quòd non denuncians crimina epiſcopo ratione conſanguinitatis, quam habet cum criminoſo, ſit ſimoniacus. Quia tantum inſinuat, quòd denunciare detrectans, per hoc communicat peccatis alienis, quæ denunciare tenetur, ſi ea non denunciat.

¶ Ad argumentum autem deſumptum ex capi. ſiquis neque. 1. quæſtio. 1. reſpondetur, quòd quando ibi ex iniuſto amore conferens beneficium indigno appellatur ſimoniacus ibi accipitur largè ſimonia, vel præſumptiue, quia cum ex iniuſto amore confert beneficium indigno præſumitur, cum non ſubſit cauſa vlla rationabilis dandi ei beneficium, quia deeſt in eo dignitas, quòd ob aliquod emolumentum æſtimabile pretio illud conferat. Et præſumitur etiam ſimonia, quia tale beneficium collatum indigno perinde reſtituendum eſt ab indigno, ac ſi interceſsiſſet ſimonia. Vel loquitur ibi Papa, quòd tunc amor



amor iniuſtus & carnalis inducit ſimoniam, quando reſoluitur in pretium. Vt ſi iuxta ſententiam. D. Tho. in ſolutione ad. 2. illius arti. 5 epiſcopus conferret beneficium eccleſiaſticum alicui hoc pacto, vel intentione, vt exinde prouiſus ſic ſuis conſanguineis prouideat: nam tūc eſſet manifeſta ſimonia. Sed quid, ſi conferat beneficiá conſanguineis ſuis epiſcopus, vt eius familia nobilitetur, & amplificetur in conſanguineis locupletibus? Videtur nanque in hoc caſu conferre beneficia ob emolumentum proprium temporale, & non abeſſe à ſimonia, vt videntur ſentire Bonauentura, & Durandus & aliqui canoniſtæ. Nihilominus reſpondetur hic in ſolutione prędicta, neque in hoc caſu contrahi ſimoniam: quia nihil recipitur tamquam pretium, neque hic interuenit emptio, aut venditio iuxta mentem D. Thomæ.

¶ Ad. 3. argumentum, vbi obijcitur caſus, quòd epiſcopus conferat beneficia conſanguineis indigentibus ſuſtentatione, vt eorum ſuppleat indigentiam, quam ex debito virtutis pietatis tenetur ſupplere, Reſpondetur, quòd vbi hic interueniret debitum legale, ex quo per legem quia epiſcopus maioricatum per ſuam vitam hæreditauit teneretur ſuis maioribus fratribus alimenta miniſtrare, ſi vt ſe exoneraret ab hoc debito, & ne à fratribus in iudicio alimēta debita poſtularentur beneficia loco alimentorum conferret eis: quia per collationem horum beneficiorum ſe redimeret, non à debito, quod debet antidorali, ſed à debito legali, ſimoniam videtur contrahere. Secus autem eſſet, ſi ex debito legali ad hæc eis miniſtranda alimenta nō teneretur, vt inſinuat D. Thomas. 2. 2. q. 101. art. 2. in ſolut ad. 3. Vbi ait, quòd licet ſecundū Tullium officioſum ſubſidium in ſuis indigentijs debeatur omnibus ſanguine iunctis, & patriæ beneuolis: non tamen æqualiter debetur omnibus, ſed præcipue parentibus: alijs autem ſecundum propriam facultatem, voluntatem, & decentiam perſonarum. Quòd ſi alijs inter quos D. Thomas connumerat fratres prout diſtinguntur à parentibus, hæc ſubuentio debetur ſecundum voluntatem fratris, qui habet ſubuenire alijs, videtur quòd plus habeat debiti antidoralis, vel honeſtatis, quam debiti legalis, vt pote dependens ex voluntate. Ideo ſi per viam collationis beneficij ſuppleatur, non inducet talis ſuppletio ſimoniam. Et per hoc patet ad confirmationem ex autoritate Vrbani, quia epiſcopus in caſu, in quo ex debito legali non tenetur ſubuenire neceſsitatibus conſanguineorum, ſi gratia eis ſubueniendi conferat eis beneficia, id non proprie in lucrum eius temporale conuertitur. Et per ſupradicta patet ſolutio. ad. 4. ex autoritate Diui Thomæ deſumptum.

¶ Porrò nunc, an propter preces, aut laudem conferre beneficium ſimonia ſit particulariter indagandum eſt. Videtur autem hic ſimonia intercedere, ſiquidem preces videntur habere locum pretij, iuxta illam ſententiam Senecæ: nulla res carius emitur, quam quæ precibus empta eſt. Tum, quia inquit Diuus Thomas, quod ſi preces funduntur pro indigno, hoc non fit citra ſimoniam: ergo etiam ſi fundantur pro digno erit ſimonia. Nō enim preces per hoc, quod fundantur pro digno aut indigno mutant naturam: ergo ſi dum funduntur pro indigno ſunt venales: ergo etiam fuſæ pro digno venales erunt. Sed in contrarium eſt, quod preces intra naturam precum non ſunt venales, neque qui earum interuentu prouidet beneficium aliquid recepiſſe dicitur: ergo aliquod ſpirituale conferre ob illas ſimoniæ culpa caret.

¶ Pro explicatione igitur dubij, ſit primum aſſertum: ſi preces, vel laus, vel adulatio reſoluantur in pretium, ſimonia eſt ob hęc conferre aliquid ſpirituale: vt ſi epiſcopus huius rei gratia alicui conferat beneficium, quo eum laudibus commendet apud Regem, vel vt apud regem porrigat preces ad pinguiorem epiſcopatum adipiſcendum. Ita Adrianus quodlibet. nono, articu. ſecundo, quam cenſet eſſe Diui Thomæ hic ad tertium, eſt communis ſententia iuriſtarum, & theologorum. Patet: quia hic epiſcopus propter laudes & preces venales, quibus ſibi comparat epiſcopatum à rege eſt vendens beneficium, quod confert, & qui laudat, & commendat ipſum apud regem pro eo fundens preces, eſt emptor beneficij: quia emit illud ſuis precibus fuſis apud regem: & in hoc ſenſu vera eſt opinio gloſſæ. can. ſunt nonnulli, & Diui Thomæ, diſtinctio. vigeſima quinta, quæſtio. quinta, articul. tertio, & aliorum qui ſine diſtinctione collationem beneficij ob preces tanquam ſimoniacam damnant. Sit ſecundum aſſertum; Si preces non reſoluantur in pretium, ſed ſint in ſua natura manentes (& idem de laude humana) ſi prælatus ob hæc conferat beneficium, non erit reus ſimoniæ, etiam ſi principaliter eam laudem captare intendat, ſecundum Sotum; dummodo per hęc aliquod emolumentum temporale precio æſtimabile, quod obiectum poſsit propriè auaritiæ, vt ait Victoria in relect. de ſimon. non obtendat principaliter. Tunc autē eſt ſufficiens indicium, quod tale emolumentum temporale principaliter intendit per laudes, & preces, quas appetit ob tale aſſequendum emolumentum, quando collatio fit indigno. Nam cum intentio princi-

principalis non ſit idoneitatis perſonæ cõuin-
citur eſſe emolumenti temporalis:quare res eſt
conſtans ex vitio non tantum infidelitatis, &
iniuſtitię,ſed & ſimoniæ. Quocirca talis indi-
gnus ſic prouiſus , præbendam relinquere te-
netur:quia indignus eſt.Quòd autem prælatus
principaliter intendens laudem ſolum in gene-
re laudis,non ſit ſimoniacus, id non eſt ob eam
cauſam,quia ,ſcilicet,ex beneuolentia vult lau
dari,vt aliqui putant:ſed quia laus in genere tã
tum laudis conſiderata , non ſolet eſſe venalis,
neque precio æſtimabilis,neque obiectum pro
prium auaritiæ,ſed potius interdum,& regula-
riter eſt obiectum vanę gloriæ.Sed quid,ſi præ
latus ſiſtit tantum in ea , quam cupit aucupari
vanam gloriam; & ideo paciſcitur cum aliquo,
quod conferet ei beneficium,ſi de illo in popu
lo laudabiles ſparſerit rumores , an ſit ſimonia.
Victoria licet magis inclinet in eam partem,
quòd ſit ſimonia:tamen anceps manet;quia pa
ctum non videtur mutare naturas rerum. At
quia D.Thomas in.4.ſent.diſt.25.quæſt.5.ar.
3. huius ſententię eſſe videtur, vt maxime in
hoc caſu in collatione beneficij interueniens
pactum hoc de commendationibus ſit ſimonia
cum,huic ſententiæ affirmatiuæ potius adhę-
rendum eſt : ſicut ſi etiam interueniret pactum
de fundendo preces . Et patet:quia ſicut pactũ
ciuile in materia mutui mutat naturam mutui,
& vertit illud in vſuram , vt quando quis mu-
tuat triticum cum pacto ciuili , vt in ſuo mo-
lendino molatur iuſto pretio:ſic pactũ de ſpar
gendo laudes , vel fundendi preces , videtur id
operari , vt gratis non conferatur beneficium,
ſed pro obligatione ciuili æſtimabili pretio,
qua obligatur ad illum laudandum, vel pro il-
lo precandum.

1. ℭ Ad.1.argumentum ex autoritate Senecæ
dicitur,quòd ideò Seneca aſſerit id, quod preci
bus emitur carè emi. Tum , quia id poteſt ſibi
negari,quod,ſi negetur in confuſionem precan
tis cedit.Tum,quia quadam obligatione anti-
dorali,& gratuita manet obligatus , qui preci-
bus obtinuit beneficium ,ad aliquid plus in
gratiarum relationem rependendum , vt tradit
S. Thomas.2.2.q.1006.ar. 6. Non tamen dictũ
Senecę arguit,quòd preces ſint rei pretium,pro
qua obtinenda porriguntur preces.

Ad.2.argumentum deſumptum ex D.Tho-
ma reſpondetur,quòd preces ſolum in ratione
precum fuſę pro digno , vel indigno de ſe non
ſunt pretium.Tamen cum iſtæ preces interme
diant pro indigno indicia ſunt deprauatæ vo-
luntatis,ſcilicet, quòd pro earum exauditione
prælatus conferendo beneficium principali-
ter intendat aliquod aliud emolumentum tem

A porale, vt gloſſando Diuum Thomam expli-
cuit Sotus.

ℭ Iam & illa diſcutiẽda venit quæſtio,vtrũ
ſi aliquis metu perculſus ab aliquo, ei conferat
beneficium,quo eius effugiat metum,talis col-
latio ſimoniaca ſit,ita vt reſignare beneficium
teneatur.At videtur ſecundum cantorem Pari
ſienſem referente Altiſiodorẽſi,vbi ſupra,quôd
affirmatiua pars ſit vera.Tum primo;quia me-
tus pretio eſt redimibilis . Tum ſecundo ; quia
qui ex metu dat nõ gratis dat.Tum tertio;quia
carere malo,quale eſt metus, bonum tempora
le eſt,ſecundum Ariſtotelem.5. Ethicor.Sed in
contrarium eſt,quòd metum incutiens pro ſpi
rituali obtinendo,nihil temporale pro ſpiritua-
li confert,& qui à metu leuatur conferendo ſpi
B rituale nihil tẽporale recipit: ergo ſimonia nul-
la hic contrahitur.

ℭ Quo veritas quæſtionis pateat,dicitur pri
mo ad quæſtionem,quòd ſi quis metu adactus
confert alicui digno, ſiue indigno beneficium,
vt à tali metu leber euadat , ſimoniam ob hoc
non contrahit ,licet ſi ex tali metu conferat be
neficium indigno , citra peccatum mortale id
non faciet.Patet:quia dare metus cauſa non eſt
dare cauſa pretij.Tum:quia dare beneficium ob
amorem non implicat ſimoniam:ergo neque
illud conferre ob vitandum timorem , vel ini-
C micitiam.Item,quia clericus adminiſtrans ſpi-
ritualia ad cauendam indignationem prælati
non incidit in vitium ſimoniæ: ergo neque in
id vitium incurret,qui ob propulſandam incuſ
ſionem metus ſpirituale contulerit. Item;quia
incutiens metum nihil reale in pretium rei ſpi-
ritualis confert:ergo eam non emit:ergo qui vt
ab illo metu liber euadat,dat prębendam ſpiri-
tuale non vendit.Hæc eſt Adriani loco ſupra
citato ad .1. confirmationem , quam affirmat
omnium eſſe ſententiam.Cuius ratio eſt ; quia
indignatio non habet rationem pretij.

ℭ At difficultas maior hic fit obuia, ſcilicet,
vtrum quando quis per fugam à metu,& ab in
D dignatione alterius temporale aliquod ab illo
ſtudet captare ; quia ideo cauere vult eius indi-
gnationem,& metum eum placans conferen-
do ei beneficiũ,ne defraudetur emolumento tẽ
porali,quod ab illo obtinere cõtendit liberetur
in hoc facto à vitio ſimoniæ. Igitur quatenus
quæſtioni fiat ſatis, diſtinctio præmittẽda eſt.
Nã tripliciter vſu euenire poteſt vt quis metũ,
& indignationẽ alterius euitet . Primo quãdo
alterius euitatis indignatione & metu, tẽpora-
le aliquo cõmodũ ſic vltra venari cõtẽdit,atq;
ideo huius rei gratia cõfert ei beneficiũ.Secũdo
quãdo ideò cõfert beneficiũ alteri,vt eius indi-
gnatione ſublata recuperet ab eo rẽ ſibi debitã.
Ter-



Tertio;quando per collationem beneficij metu
& indignatione alterius,cui confert beneficium
ſublatis conſeruat ſibi bonum temporale , quo
iuſtè , vel iniuſte alias , niſi eius indignationem
ſic vitaſſet,ab eo erat ſpoliandus.

ℭ Hac igitur diſtinctione præmiſſa, à clario
ribus inchoantes,dicimus primo,quòd qui hu-
ius gratia confert beneficium alteri ex metu, vt
illo ſublato & indignatione alterius ceſſante,id
acquirat,quòd antea non erat ſuum, neque ſibi
debitum,quia antea ad illud ius non habebat,ſi
moniæ criminis reus exiſtit. Hæc ſententia eſt
omnium . Et patet:quia quando preces licet de
ſua natura non ſunt venales,tamen reſoluuntur
in pretium,eſt ſimonia propter eas conferre be
neficium:vt ſi epiſcopus conferat alicui benefi-
cium,vt preces fundat apud regem, quo vberio
rem ei largiatur eſpiſcopatum .Sic etiam , licet
metus non ſit de ſe venalis:tamen circumualla
tus iſto fine,& reſpectu , quòd ſi per collatio-
nem beneficij auferatur timens adipiſcetur emo
lumentum temporale , iam in hoc caſu vitatio
huius metus eſt precio venalis.Secundo dicitur
conferre ſpirituale timore amittendi vitam,vel
famam non eſt ſimoniacum.Patet:quia vita,&
fama ex ſua natura,& ſecundum ſe nõ ſunt vẽ-
dibilia:ergo in hoc caſu nihil datur ; neque ad-
quiritur pretio æſtimabile,vt hîc poſsit interue
nire ſimonia. ℭ Secũdo patet cap.4.de his, qui
vi metus ve.vbi refertur,quidam metu regis re
ſignaſſe beneficium , poſteaque petiuiſſe reſti-
tutionem illius:ibi que diffinit papa,vt reſtitua
tur: ergo argumentum hinc elicitur euidens,
quòd id facti crimine ſimoniæ caruit; alias non
reſtitueretur ei beneficium.Hoc autem intelli-
gunt quidam,quando non interuenit pactum.
Nam ſi pactum interceſſerit exiſtimant vitio
ſimoniæ non carere : ſicut ſi etiam in precibus
intercedat pactum. Sed non ſatis liquet , quòd
ſit ſimoniacus,qui metu ne amittat famam, vel
vitam pactum facit de conferendo beneficium,
quia adhuc recipiendo conſeruationem vitæ,
& famæ non videtur recipere aliquid appre-
ciabile pretio; quia iſta,vt prædictum eſt, non
ſunt appretiabilia pretio , ſicut neque videtur
proprie ſimonia conferre beneficium pro ami-
citia alterius cũ pacto,quòd ſit illi amicus ,quia
amicitia non eſt æſtimabilis precio , gratiſque
ſolet offerri. Sicut mutuare alicui cum pacto,
vt ſit illi amicus ,non videtur vſura,quia iſta pa
cta non poſſunt eſſe tam purè legalia, & ciuilia,
vt poſsint in his caſibus mutare naturas rerum,
& virtute illorum in iudicio compellere alte-
rum alter non poteſt. Item,quia ſi quis ex metu
hoſtium, [illegible] vitæ periculum pactum cũ
il[illegible]nit,confitendi quis,inquit Victoria,iſtum

A ſimoniacum eſſe iudicabit? Pacta autem hæc &
exactiones in foro exteriori præſumptionem
gignunt ſimoniæ.Ita Sylu.q.3.Sed hic ſpecialis
ſe offert difficultas,vtrum ſi quis conferat bene-
ficiũ alteri,vt ab eo recuperet ſibi debita, de ſi-
monię vitio ſit notãdus.Nã vtrinq; vrgent ra-
tiones pro parte negatiua: quia mutuare alteri,
vt recuperẽ mihi debita,non eſt vſura:ergo con
ferre prelatũ alteri beneficiũ,vt recuperet ſibi li
quido debita,non erit ſimonia . Patet conſequẽ
tia,quia id quod in materia mutuationis eſt vſu
ra in materia iſta de ſimonia eſt ſimonia , & ꝙ
ibi nõ conſtituit vſurã,neq; hic conſtituit ſimo
niã.Item,quia ſecundũ Victoriam conferre be
neficiũ ex timore incurrẽdi aliquod dãnum tẽ
porale ſimonia caret; ſed recuperare prælatũ ſi-
bi liquido debita,ſolũ eſt vitare damnum, quo
B ſua bona iniuſte detinentur ab occupatore &
ſolũ eſt vitare iacturam:ergo citra crimen ſimo
niæ erit,ſi pro hoc conferat beneficiũ. Item ſe-
cundum Sotũ.q.7.art.3.de iuſt.& iur.metuens,
qui conferret ſpirituale ob metũ amittendi vi-
tã,aut bona temporalia , non eſſet ſimoniacus:
quia in hoc nullũ reſpectũ habet ad lucrũ : ſed
qui tantũ ſibi liquidò debita contendit ab iniu
ſto inuaſore recuperare , & pro recuperatione
eorũ impẽdit beneficiũ ,nõ reſpicit ad lucrum,
quod,ſcilicet,ſit ſibi denouo adquirẽdũ,ſed ad iã
ad quiſitũ , & quod eſt ſuũ:ergo ſimoniacus in
hoc facto non eſt iudicãdus.Sed in cõtrariũ eſt,
quia res mihi debita eſſe videtur iure chriſtiani
C ſmi ſacramẽtũ euchariſtię tẽpore pręcepti com
municãdi,& tamẽ ſi quis ſacramẽtũ euchariſtiæ
ſubripuiſſet tẽpore , quo cõmunicare teneor &
p ſacramẽto pecuniã,impẽdere nõ carerẽ vitio
ſimonię:ergo neq; à crimine ſimoniæ abeſt rẽ
ſpiritualẽ impendere pro recuperando debito.

ℭ Igitur pro illucidanda quæſtione dicitur
primo,quòd ſi quis beneficium det, vt debitum
ſibi etiã liquidum recuperet,eſt ſine dubio ſimo
niacus.Quã frater Ioan. à Peña aſſerit eſſe cõmu
nẽ,& multò magis reatũ ſimoniæ non effugiet
D debitũ non liquidũ qui per collationem benefi
cij velit recuperare.Ità Sylu.verbo.ſimonia quę
ſtione.3.in.4.regula ad cognoſcendã ſimoniã,ſi
interueniat in aliquo caſu. Vbi declarãs Panor.
in ca.dilectus filius el.1.tit.de ſim.dicentẽ , quòd
in temporalibus licitè redimitur vexatio,tã pro
quæſito,quã pro quærendo iure,ait, quòd hoc
intelligendũ eſt ſi datur pecunia , ſed non ſi de-
tur ſpirituale pro tẽporali iure quęrẽdo,vel quę
ſito.Patet autẽ huius ſimonię malitia:quia per
ſpirituale,ideſt,per collationẽ beneficij, redimi
tur tẽporale. Si autẽ erogata pecunia vexatio-
nẽ iniuſtę excõmunicationis quis redimeret ni
hil adquireret, niſi carentiam iniuſti ligaminis


ℭ Secundo

A ¶ Secundo dicitur, quôd ſi propter metum incuſſum alicui amittendi bona tẽporalia, quæ poſsidet, vt ea bona ſibi conſeruet, confert beneficium, vt Sotus ait loco citato ſimoniam nõ contraheret: quia ſic metuens nullum habet reſpectum lucri. At iſtam ſententiam Soti limitandam eſſe cenſeo ad illum caſum, in quo ſuis bonis eſſet iniuſte ſpoliandus. Et in hoc ſenſu intelligenda eſt ſententia Victoriæ aſſerentis, quod conferre beneficium ex timore incurrendi aliquod damnum temporale ſimoniæ vitio caret, ſcilicet, quando iniuſtè paſſurus eſt id damni, ſcilicet, ſpoliationẽ ſuorum bonorum. Secus eſſet ſi iuſtè propter delictum ſuis bonis per ſententiam iudicis veniret ſpoliandus: quia tunc non propriè redimit ſuam vexationem, & B id cedit ſibi in lucrũ, quod iuſte erat amiſſurus.

¶ Sed perplexius dubium nos premit, an ſi quis latroni, qui ſibi ſubripuit mille aureos offerat beneficium, dicens, ſi mihi reſtitueris mille aureos, quos mihi ſuſtuliſti, en tibi beneficium confero à ſimoniæ vitio ſit immunis? Videtur autem à ſimoniæ crimine hic liber eſſe: quia licet redimere beneficium poſt ius quæſitum ad illud: ergo èconuerſo licet etiam redimere pecuniam à latrone iam inuaſam, latroni oblato beneficio, ſine interuentu ſimoniæ. Tum, quia ſi eſſet aliqua lex eccleſiaſtica pœnalis lata, ſcilicet, quòd ſub pœna mille aureorum talia beneficia prouiderentur, & conferrentur aliqui- C bus candidatis, ſi epiſcopus metu pœnæ ea illis beneficia conferret ſimoniacus eſſe nullatenus iudicaretur, etſi metu non amittendi mille aureos, ſed eos conſeruandi ea illis beneficia impenderet: ergo neque ſimonia eſt timenda in præſenti caſu vbi nihil alienum acquiritur. Sed in contrarium eſt, quòd lucrum eſſe reputatur, quod iam erat ſublatum & amiſſum.

¶ Circa hanc quæſtionem, vix occurrit aliquid certum, quod poſsit extra omnem aleam dubietatis affirmari. Sed tamen veriſimilius dicitur, quòd in caſu quæſtionis interueniat ſimonia, quia hîc magis in recuperãdo illos mille aureos ſubreptos à latrone videtur interuenire acquiſitio lucri, quam vitatio damni, quia iam damnum per furtum fuit illatum: ergo acquiſitio illorum mille aureorum videtur eſſe veluti acquiſitio accreſcentis lucri, quod tamen acquiritur per factã collationẽ beneficij latroni. In hanc ſententiam apertè loco citato conſentit Syluester. Quia aliud eſt pecunia poſt collatum beneficium eius tollere obicem, & aliud eſt collato ſpirituali velle recuperare temporale amiſſum: quia diligẽtia & iuuamẽ etiã ad tẽporale recuperandũ, eſt quid eſtimabile pretio, ſicut diligẽtia & iuuamẽ ad de nouo acquirẽdũ.

A ¶ Igitur ad primum argumentum reſpondetur, quod id, quod datur ad aſſequendum finaliter aliud ex parte dantis, videtur habere veluti rationem pretij, quod derogat rei ſpirituali, vt ipſa detur in pretium rei temporalis aſſequendæ, ideô non licet. At cum datur pecunia poſt ius quæſitum ad redimẽdum vexationem, ablatio obicis eſt quæ redimitur ibi: vnde beneficium tunc neque eſt pretium rei temporalis, neque es res empta: vnde non eſt eadem ratio de vtroque caſu.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quòd in illo caſu, quo epiſcopus metu nõ amittendi mille aureos ſeruat legem de prouidendo talibus, ibi nulla intercedit effigies ſimoniæ, neque enim ibi inuenitur, qui ſit veluti emens B & vendens, ſicut eſt in caſu, quo latroni confertur beneficium, quo furtum reſtituat: vnde non eſt par ratio.

¶ Ad argumenta tria principalioris quæſtionis, ad primum negatur, quôd ſolus metus, niſi aliud ei addatur ſit pretio redimibilis, ſicut neque amor. ¶ Ad ſecundũ negatur inſuper, quòd ex metu aliquid ſpirituale dans non det gratis intelligendo gratis, id eſt, ſine pretio: quia gratis dat, poſtquam nihil pro pretio accipit. Nam pretium eſt quod inducit ſimoniam, licet verum ſit, quòd in alio ſenſu non gratis dat, id eſt, non ſpontanee & libere. Sed hoc ſolum ſi- C moniam non conſtituit. ¶ Ad 3. dicitur, quòd licet carere malo ſit temporale bonum, ſed non ſemper cedit in nouum lucrum, ſed ſolum eſt euitatio damni, quæ ſola ſecundum Sotum & Victoriam non inducit ſimoniam.

Ad argument. ſpecialis difficultatis.

¶ Ad primum concedẽdo antecedens, quòd mutuare ad recuperanda liquida debita non ſit vſura, negatur conſequentia, quia quod conferre beneficium ad recuperanda debita non ſit ſimonia, eſt, quia in hoc puncto inter vſuram, & ſimoniam non eſt paritas rationis, quia in caſu ſupradicto cum non fiat iniuria mutuatario ceſſat iniuſtitia & vſura: in caſu verô huius D difficultatis fit iniuria rei ſacræ, quia confertur veluti in pretium debiti temporalis recuperandi, & ad id præpoſtere ordinatur.

¶ Ad argumentum ſecundum deſumptum ex Soto, & Victoria reſpondetur, quòd recuperare bona propria à latrone, vel ab iniuſto occupatore non eſt ſolum vitatio damni, ſed veluti adquiſitio lucri. Nam rem perditam dum denuo inuenimus & recuperamus præſertim iam inuaſam ab his, à quibus difficillime recuperatur, quaſi eam cum perdita eſſet lucrari dicimur, ſi inueniatur denuo.

CAP.



# CAP. CCCV.

*De pœnis ſimoniacorum: Et an ſolum ſimoniaci in ordine, vel in beneficio, vel in ingreſſu religionis ſint excommunicationi ſubiecti: Et an ſimoniacus in beneficio ſit ipſo iure ſuſpenſus: De duplici ſimonia mentali, & reali: Et quòd regula pro ſimonia mentali, quæ eſt D. Thomæ & Canoniſtarum male reprobatur à Soto: Et de triplici ſimonia: Et an ſit ſimonia dum deeſt animus ſoluendi pretium promiſſum: Et de modis quibus contingit ſimonia exterior: Et an ſimonia cum pacto, vbi non ſolutum eſt pretium, obliget ad reſtitutionem beneficij, & irregularem faciat celebrantem: vbi reſpondetur ad argumenta allata pro Soto, & Caietano.*

POrro iam quaſi ſupremam adentes manum huic materiæ, poſtremum hoc eſt ſextum articulum D. Thomę incipiendo explanare literam eius hîc reduximus ad cõpendium. Quęrit ergo D. Thomas, vtrùm conueniens ſit ſimoniaci pœna, vt priuetur eo, quod per ſimoniam adquiſiuit. Reſpondet autem D. Thomas, quòd quia nullus poteſt licite retinere id quod contra voluntatem domini adquiſiuit, verbi gratia, ſi diſpẽſator aliquis de rebus domini aliquid tribueret alicui contra domini ſui volũtatem, & ordinationem, qui id acciperet licite retinere non poſſet: ideò cum dominus ſuis diſpenſatoribus, id eſt, prælatis eccleſiæ, & miniſtris indixerit ordinationem ſecundum illud Matthęi 10. Gratis accepiſtis, gratis date, vt ſpiritualia gratis diſpenſarent, ſequitur, quòd qui alicuius muneris interuentione, quæcunque aſſequitur ea licite retinere non poteſt. Accedit etiam ad D hoc, quòd ſimoniaci tam emptores, quam venditores ſpiritualium, atq; etiam mediatores alijs pœnis ſubijciuntur, ſcilicet, pœnis infamiæ, & depoſitionis, ſi ſint clerici, & excommunicationis, ſi ſint laici, vt habetur. 1. quæſt. 1. cap. ſi quis epiſcopus. Neque obſtat quo ad Deum, quòd exterius aliquis ſimoniã non contraxerit: quia ſi eam contrahere in animo habuit ſimoniacus eſt apud Deum quia ex ſola intentione, & voluntate ſimonia committitur, vt patet ex eius diffinitione. Nihilominus tamen quo ad pœnã eccleſiaſticam exteriorem non punitur, vt ſimoniacus, vt abrenunciare teneatur, ſed debet de mala intentione pœnitere.

A ¶ Circa iſtum articulum multa verſantur dubia, quorum intelligentia multas vtilitates affert: agitur enim hîc de reſtitutione, quæ ſoli ta eſt interuenire in materia ſimoniæ. Conſulenda ergo ſunt in primis iuridica loca, ſcilicet, 1. quæſt. 1. cap. ſi quis epiſcopus. & 1. quæſt. 2. & quæſt. 3. & extra de ſimon. cap. 11. & 19. & 27. & 33. & 34. & Concil. Toletan. 6. cap. 4. & Concil. Conſtantienſe ſeſsio. 43. & duæ extrauagantes, de ſimon. Ex quibus colligitur, quòd ſimoniaci in ſacramenti ordinis ſuſceptione & in beneficiorum eccleſiaſticorum collatione pœnæ excommunicationis ipſo facto ſubduntur. Per beneficium autem eccleſiaſticum intellige B etiam prioratum, vel alicuius ordinis religioſorum prælatiam. Eſt autem excommunicationis huius abſolutio Papæ reſeruata. Vide conſtitutionem Martini. V. quæ habetur in ſumm. Caietani, verbo, excommunicatio. 72. Inſuper & in dicta extrauaganti cum deteſtabile, mediatores in his caſibus eadem pœna puniũtur. Eadem inſuper excommunicationis ſententia innodantur ſimoniaci illi, qui pro religionis ingreſſu aliquid accipiunt, vt habetur cap. quoniam. de ſimon. & in extrauaganti citata.

¶ Ex quibus corollarie ſequitur, quòd quia prędicti tantum ſimoniaci, ſcilicet, in ordine, & in beneficio, & in ingreſſu religionis ſunt ſen- C tentiæ excommunicationis ipſo iure ſubiecti: cæteri ſimoniaci aliarum rerum ſpiritualium emptores, vel venditores, vt ſepulchrorum & ſacramentorum vẽditores, quidquid ſit de peccato excõmunicationis ſententia ipſo iure non innodantur, ſecundum Nauarrum in ſum. cap. 23. num. 103. & magiſt. Fr. Ioan. à Peña contra Sotum. Non enim ſunt multiplicandæ excommunicationes, quæ expreſſe non reperiuntur in iure canonico: ſicut in his caſibus huius corollarij non inueniuntur expreſſæ. Imo neque in iure expreſſe inuenies, quôd ſimoniaci hi ſint obnoxij ad reſtituendum acceptum, præterquam in caſibus à iure expreſſe ſignatis. Con- D cluditur ergo, quòd quia iſta ſunt odioſa & pœnalia, niſi conſtet expreſſe in iure de pœna, vel excommunicatione, non ſunt damnandi, tanquam harum pœnarum ipſo facto rei ſint.

¶ Præterea res ſcitu digna eſt, an ſimoniacus propter receptionem, vel collationem ſimoniacã beneficij, ſit ipſo iure ſuſpenſus. Nam hîc in ſolutione ad. 1. argumentum D. Thom. expreſſe tenet, quod ſi in hoc caſu crimen ſimoniæ eſt publicum, eſt ipſo iure ſuſpẽſus, & quo ad ſe, & quo ad alios; ſed quãdo eſt occultũ eſt ſuſpenſus ipſo iure quoad ſe tantum, non autẽ quo ad alios. Nauarrus autem in ſum. cap. 23. n. 111. contra D. Thomam, & cõtra Sotum lib. 9.

 de

de iuſtit.& iur.quæſt. 8. art. 2. tenet oppoſitũ,
ſcilicet, quod ſimoniacus in beneficio non eſt
ipſo iure ſuſpenſus. In cuius gratiam citat In-
nocentium dicentem, ſimoniacum in beneficio
acta pœnitentia & relicto illo beneficio, poſſe
celebrare: quia nullo iure antiquo, neque nouo
prædictæ extrauagantis id cauetur.

¶ Reſpondetur nihilominus, quòd non eſt
deuiandum de facili à ſententia tam grauiſsimi
doctoris, ſcilicet, D. Thomę; qui diffiniturus ali
quid pertinens ad ius canonicum, tam perſpica
citer aduertit ad loca iuridica, quæ eius ſenten-
tiæ videntur ſuffragari. Atque ideò tenendum
eſt cum ipſo contra Nauarrum, quôd ſimonia-
cus in beneficio ſi crimen eius ſit publicum ſit
ipſo iure ſuſpenſus, quoad ſe, & quoad alios. Et
ad obiectionem Nauarri obijcientis, quod nul-
lo iure hoc continetur reſpõdetur, quòd textus,
& gloſſ. 32. can. præter hoc. §. verum principia.
id aperte diffinire videtur. Vbi ſic ait: Officium
ſimoniacorum & in fornicatione iacentiũ ſciẽ-
ter nullo modo recipiatis: & quantum poteſtis
tales à ſanctis miniſterijs, vbi oportuerit prohi
beatis. Vbi loquitur textus indiſtincte de quo
cunque ſimoniaco. Non enim loquitur diſtin-
cte de ſimoniaco in ordine: igitur iuxta regulã,
vbi ius non diſtinguit, neque nos diſtinguere
debemus, ſcilicet, limitando, vel extendendo ſo
lum hanc ſuſpenſionem ad ſimoniacum in ordi
ne & non ad ſimoniacum in beneficio. Senten-
tiæ autem huic D. Thom. accedit gloſſ. dicens,
quod verba hæc canonis intelliguntur de noto
rio ſimoniaco, ſicut de notorio fornicatore, quã
uis ibi concedat, quod ſimoniacus etiam occul-
tus ſi ſit ſimoniacus in ordine ſuſpenſus ſit, &
quo ad ſe, & quo ad alios, vt. 1. q. 1. c. reperiũtur.
Adde etiam ſecundum Sotum, quod cum talis
ſimoniacus publicus in beneficio, ſit excõmu-
nicatus per extrauagantem cum deteſtabile de
ſimonia. ſequitur, quòd ſit ſuſpenſus, quando
fuerit condemnatus. Nam omnis excommuni-
catus talis eſt ſuſpenſus, præſertim quando eſt
de excommunicatione condemnatus, & nomi
natim denuntiatus publice: nam ſic excommu
nicatio vltra alia ſecundum Metinam includit
ſuſpenſionem, licet non è contra.

¶ Pręterea, quia ad difficiles quæſtiones di-
ſputandas, & diſſoluendas viam paramus, præ-
mittenda nobis eſt hic primo illa diſtinctio ce-
lebris, vbi ad inſtar vſuræ ſimoniam in menta-
lem, & realem diuidimus. At ſimonia realis di
citur illa, quę pacto ſit expreſſo, vel tacito, hoc
eſt, nutibus, vel ſignis inſinuato. Vbi ſi pacto
non impleto nihil recipitur, aut datur nihil oc-
currit reſtituendum. Sed an præbenda, ſi in hoc
caſu ſolum recepta ſit, ſit reſignanda, poſtea ex

A plicabitur. Simonia autem mẽtalis eſt illa, quę
intra mentem concipitur ſolum, neque pacto
expreſſo, vel tacito exterius declaratur. Igitur
regula generalis ſit ad cognoſcendam ſimoniã
mentalem, ſcilicet; quod illa ſit ſimonia menta
lis cenſenda, cuius obiectum eſt ſimonia realis,
ſcilicet, intentio dandi, vel recipiendi ſpirituale
pro pretio temporali. At licet iſta regula vera
ſit, tamen cum Sotus lib. 9. de iuſt. q. 7. art. 1. dã-
nat tanquam omnino fallacem illam regulam
ad cognoſcendam ſimoniam mentalem, ſcili-
cet, quod principaliter intendatur temporale,
vel minus principaliter (licet verum ſit, quod
ipſe ait, quod ſi intendatur pretium parum re-
B fert magis, aut minus principaliter intendatur)
exiſtimo quod immerito dãnat prædictam re-
gulam, quatenus dictat, quod ſi principaliter
intendatur temporale commodum, eſt ſignum
ſimoniæ mentalis, quia eſt ſignum, quod tunc
intenditur, vt pretium; & quod dum non prin-
cipaliter intenditur hoc indicat, quod tunc id
non appetitur, vt pretium, ac per conſequens,
quod non ſit ſimonia mẽtalis. Quia præterquã,
quod iſta regula eſt de mente Nauarri, & om-
nium fere canoniſtarum, fautorem habet Diuũ
Thomam, quolib. 8. art. 2. vbi ait, quod in quali
bet venditione pretium accipitur quaſi finis.
Et ideo qui vadit ad eccleſiam propter diſtribu
C tiones, alias nõ iturus: ſi huiuſmodi diſtributio-
nes recipit, quaſi finem ſui operis principaliter
intentum, ſimoniam committit. Ecce vbi D.
Thomas ex eo colligit, hunc, fine diſtributionũ
principaliter euntem ad eccleſiam beneficiariũ
ſimoniacum eſſe, quia ſibi conſtituit, vt finem
principalem adeundi eccleſiam, & in choro ſol
uẽdi horas canonicas, diſtributiones ipſas, quæ
cum principaliter appetantur ab ipſo coargui-
tur hinc, vt bene arguit D. Thomas, quod ſunt
ſibi finis principalis. At finis principalis in vẽ-
ditione ex parte vendentis eſt pretiũ, quod per
cipere intendit: ergo hinc colligitur, quod eas
diſtributiones tunc accepit, vt pretium rei ſpiri-
D tualis, id eſt, perſoluendi diuini officij in choro
cum eas principaliter intendit: Ergo de mente
D. Thomæ eſt contra Sotum, quod intentio
principalis, qua magis intenditur temporale,
quam ſpirituale coarguat ſimoniam committi
mentalem. ¶ Huic ſententiæ D. Thomæ aſti-
pulatur Syluester verbo, ſimonia. 9. 5. vbi con-
cludit cum archidiacono, quòd non ſolũ quan-
do pro ſpirituali accipitur tẽporale vt pretium
eſt ſimonia, ſed etiam ſi propter hoc principa-
liter detur ipſum ſpirituale, quia tunc cenſetur,
temporale accipi, vt pretium illius cum magis,
æſtimetur, hoc eſt enim principaliter intendi.
¶ Imo verò regula illa, quam ibi ſtatuit Sotus,
ad di-



ad dignoſcendam ſimoniam mentalem vbi re-
gulam D. Thomæ, & Syluestri, & canoniſta-
rum reijcit, non eſt vſquequaque certa pro vt
eam exemplificat inſeruiente epiſcopo ad con
ciliandam eius amicitiã, ex qua intendit capta-
re beneficium. Quia quod epiſcopus ex amici-
tia & beneuolentia det beneficium, & quod ei
ſeruiens ex beneuolentia ſibi dari intendat, &
tamen quod principaliter intẽdat beneficium,
vt mercedem ſui ſeruitij, non ſemper ſunt con-
traria, vt ſe inuicem excludant: ſed poſſunt ſi-
mul inueniri in eodem ſimoniaco contractu.
Sicut, verbi gratia, ſi quis vendat amico mercẽ,
qua ipſe eget & amicus magis ea eget ſola mo-
tus amicitia, & beneuolentia; quia amicus eſt,
talis traditio mercis ex beneuolentia, & amici-
tia procedit: & tamen non deſinit eſſe venditio,
quia principaliter ibi intenditur pretium. Ergo
pari ratione, ſi epiſcopus det beneficium ex be-
neuolentia famulo, quia illi bene affectus eſt
non omnino videtur excludere intentionem,
quam epiſcopus habere poteſt per collationem
beneficij recompenſandi debita ſeruitia; nec in
omni caſu videtur excludere intentionem pra-
uam, quam poteſt habere famulus, vt ex bene-
uolentia parta apud epiſcopum conferatur ſibi
beneficium, non tanquam quid ex ſola liberali
tate & gratis dandum, ſed tanquam quid ſuo
ſeruitio debitum, & ab ipſo principaliter pro
ſuo ſeruitio intentum. Vnde in his caſibus, qui
vſu euenire poſſunt non valet conſequẽtia So-
ti: Datur ratione amicitiæ beneficium: ergo
nulla interuenit ſimonia mẽtalis, vel realis. Igi-
tur, vt eius regula non ſit fallax additurus erat
ei Sotus hoc moderamen. Si ſpirituale datur &
recipitur ratione amicitiæ, & gratis datur, & re
cipitur, & non intenditur ibi tanquam principa
le temporale, ita quod ibi non eſt prætenſum,
tanquam quid magis æſtimatum, non erit ſimo
nia mentalis, neque realis. Et hoc ideo dixerim:
quia ſtat, quod aliquis ſtatuat apud ſe beneficiũ
dare gratis, & ſic ſibi perſuadeat, quod hoc ve-
lit; & tamen quod magis exiſtimet & magis
principaliter intendat temporale præferens il-
lud æſtimatione quadam practica ſpirituali à
ſe collato beneficio: quia ſæpe quis à ſe ipſo fal
litur ex cupiditate obcæcante. Et iam in hoc ca-
ſu licet non fieret contra tertiam rationem in-
ducentem ſimoniam ratione originis rei ſpiri-
tualis, quæ eſt gratis acceptum gratis non dare
& cætera: tamen aliquomodo is caſus eſſet nõ
contra primam rationem D. Thomæ, quam
dicit radicaliter conſtituere ſimoniam; ſed eſ-
ſet exemplificatio illius rationis, quia ibi ait D.
Thomas, quod quia res ſpiritualis precioſior
eſt cunctis opibus; ideò iuxta illud Prouerbio.

A 3. Omnia, quæ deſiderantur, ei non valent cõ-
parari. Ergo ſic comparare beneficium ſpiritua
le ad temporale receptum etiam gratis (vt ſibi
iſti ſæpe perſuadent) vt principaliter intenda-
tur, magis & æſtimetur temporale, quam ſpiri-
tuale quis nõ videtur hoc eſſe incidere in caſum
illius primæ rationis, quam Diuus Thomas ait
radicaliter conſtituere ſimoniam? Et quis non
videat, hinc rei ſpirituali iniuriam & irreueren
tiam irrogari? At certe, ſi hæc ratio non con-
uincat, multum tamen in hoc caſu moraliter
perſuadet, quod regula Soti, niſi prædicto mo-
do limitetur, non eſt vſquequaque tuta. Sed
tutior eſt illa quæ ſumitur ex mente D. Tho-
mæ Syluestri, Archidiaconi, Nauarri, & ca-
noniſtarum. Neque Diuus Thomas. 2. 2. quęſt.
B 100. artic. 5. in ſolutione ad primum nobis, aut
ſuæ ſententiæ, quam tenet in dicto quodlibeto,
contradicit. Vbi ait, quod ſi clericus alicui præ
lato impendat obſequium honeſtum, vt ex ip-
ſa deuotione obſequij reddatur dignus eccleſia
ſtico beneficio, non eſt ſimoniacus. Quia in pri
mis eſt hîc notanda circunſpectio iſtius ſancti
doctoris ad eliminãdam omnem ſuſpicionem
ſimoniæ in hoc caſu: quia non vtitur nomine
amicitiæ, & beneuolentiæ, ſub quibus ſæpe la-
tet anguis in herba. Non enim ait, quod ſi talis
clericus impendat ſeruitiũ prælato, vt ex ami-
citia & beneuolentia ad beneficium admitta-
C tur: ſed ait, vt ex ipſa deuotione obſequij bene-
ficio eccleſiaſtico dignus reddatur. Quia nomẽ
deuotionis maiorem æſtimationem importat
erga ſpiritualia, quam amicitia, quæ, quia vera
non eſt interdum, quippe cum non fundatur in
affectu virtutũ amici, venalis quędam amicitia
eſt, quæ Hiſpanice dicitur, amiſtad de taça de
vino. Vnde emptionis & venditionis ſacramẽ-
torum periculum poteſt præſeferre. Secundo
D. Thomas, vt cautius in hac parte loqueretur,
non dixit abſolute, quod non eſſet ſimoniacus
talis clericus, qui ſeruitium prælato impende-
ret, vt ex ipſa deuotione fieret dignus benefi-
cio, ſed addit: quando obſequium honeſtum &
D ad ſpiritualia ordinatum exhibet, & non ordi-
natum ad vtilitatem patrimonij epiſcopi, vel
ſuorum conſanguineorum.

¶ Prætereà & illius triplicis modi ſimoniæ
diſtinctionis meminiſſe operæpretium eſt, cu-
ius meminit Caietan. in ſua ſumma, verbo. ſi-
monia. Eſt igitur triplex ſimonia. Quædã quę
conſiſtit in ſola intentione abſque vllo opere,
verbi gratia, vt cum quis ſecum in animo ſta-
tuit ſpirituale pretio diſtrahere, aut ſpirituale
pretio comparare. Hanc autem ſimoniã à pœ-
nis iuris eſſe liberam nemo dubitat, quia eccle-
ſia de pure interioribus non iudicat. Alia autem
eſt ſi-

eſt ſimonia, quę ſe prodit exterius, quantum ad exterius opus, ſcilicet, quando hinc munera offeruntur, & illinc à prælato confertur beneficium mumera offerenti, & tamen cum vtriuſque ſit corrupta intentio, intus in animo eorũ tantum latet: neque enim per ſigna, aut verba aut aliter ſibi inuicem inſinuant ſuas deprauatas voluntates, & vitiatos animos. Tertia autem ſimonia tunc vſu euenit, quando intercedit pactum: quod tamen non deducitur ad executionem, quia antequam collatio ſpiritualis fiat, vel temporalis ex vtraque parte à præcedenti pactione receditur. Hæc autem ſimonia realis ſimonia dicenda eſt, ſed tamen imperfecta, quam canoniſtæ vocant ſimoniam conuentionalem, imperfectam tamen, & non conſummatam, id eſt, non deductam ad executionem. Et ideo ſimonia hæc tertij modi, licet culpa graui non careat non tamen propter eam pœnæ iuris incurruntur. ¶ Hîc iam dubitatur quid ſit ad id dubij dicendum, quod proponitur à Soto, ſcilicet, vtrùm impoſtor, qui epiſcopo pro ſacerdotio precium pollicitus eſt, idque inſtrumento confirmauit abſque intentione tamen implendi ſit cēſendus ſimoniacus. Nam videtur, quod ſimoniacus ſit, ſiquidem ſi id innoteſceret eccleſiæ pœnis ſimoniæ mulctaretur, atque ſacerdotio ſpoliaretur, ſed in contrarium, quod externa operatio ex intentione finis ſortitur ſpeciem, ſed prædictus non habuit intentionem emendi, quia neque ſoluendi pretium animum habuit: ergo. ¶ Iam Sotus & Caieta. hîc tenēt, quod prædictus ſimoniæ vitium non contraxerit, eo quod externa operatio ex intentione penſanda ſit, neque præbendam talis tenetur relinquere. At Nauarrus in ſumma ca. 23. num. 106. apertè eis in parte aduerſatur hac adductus ratione, ſcilicet, quod ad eſſentiam ſimonię non eſt neceſſaria vera voluntas emendi quod ipſi præſupponunt, ſed ſufficit voluntas faciendi, aut dandi aliquid pro ſpirituali conſequendo. Iſte autem pactum facit & inſtrumentum ſolutionis confert pro ſpirituali conſequendo, licet deſit ei animus ſoluendi: eſt ergo ſimoniacus. Nec enim eſt omnino ſimilis fictè ſacrificanti idolis contra Metin. in ſua inſtruct. confeſſ.

¶ Igitur pro deciſione huius dubij dico, quod licet nolim refutare omnino tanquam improbabilem opinionem tam egregiæ autoritatis doctorum, cuiuſmodi ſunt Caietan. qui in. 2. tomo. tract. 9. quæſt. 2. de ſimonia contra Nauarrum tenet, & Sotus qui lib. 9. quæſt. 7. artic. 1. contra Nauarrum Caietano accedit: tamen, quia opinio Nauar. cui ipſi aduerſantur, eſt multum conformis doctrinæ D. Thomæ, cui ipſi ſemper aſſentiunt, ideo probabilem eſſe arbitror opinionem Nauarri illis contrariam. Et patet: quia ſecundum D. Tho. 2. 2. quæſtio. 100. artic. 1. in ſolutio. ad quintum nomine emptionis, & venditionis in diffinitione ſimoniæ intelligitur omnis contractus non gratuitus, ſed prędictus contractus, vbi pactum fit epiſcopo de pretio ſoluendo, & ad hunc finem inſtrumentum obligatorium ſibi traditur, non eſt gratuitus, quia neque gratis ſibi beneficium datur, neque gratis reuera recipitur, ſed pro illo pacto & inſtrumento obligatorio ad ſoluendum, quod eſt æſtimabile pretio: ergo etiam ſi deſit animus ſoluendi vera interuenit in hoc caſu ſimonia. Nam virtute illius inſtrumenti, ſi in eo non fiat mentio de beneficio, pro quo ſe obligauit compelletur ad ſoluendum temporale promiſſum: ergo illud inſtrumentum eſt appretiabile pretio, ſicut & aliud inſtrumentum, quo quis ſe obligaret ad ſoluendum, quod alias non debet. Neque obſtat ratio Soti, quod talis caruit animo emendi, aut ſoluendi pretium, quia non caruit animo faciendi contractum non gratuitum, ratione cuius recepit beneficium, & contulit æſtimabile pretio, ſcilicet, obligatorium inſtrumentum ad ſoluendam pecuniam: quia nomine pecuniæ computatur omne æſtimabile pretio, ſicut etiam in materia vſuræ: vnde comperta veritate iudicabitur ſimoniacus. Addit tamen Nauarrus ibi, in quo conuenit cum Caietano, & Soto, quod prædictus ad relinquendũ beneficium non manet obnoxius. Sed hoc non eſt ità propter rationem eorũ, ſcilicet, eo quod non commiſerit ſimoniam, quia reuera illam commiſit. Neque enim defuit ei voluntas eam committendi, poſtquam omnia illa media voluit aſſumere, quæ ad eſſentiam concurrunt ſimoniæ. Sed ideo à reſtituendo beneficio excuſatur: quia fuit conuentionalis ſimonia ex vtraque parte non conſummata, quia non ſolutum eſt promiſſum pretium: quod an ſolutum ſit ſimul cum recepta pro illo præbenda conſiderat ſtylus curiæ Romanæ, ad exequendas pœnas, pro vt teſtatur ipſe Nauarrus. Sed de hoc iterum latius eſt à nobis diſputandum.

¶ Præterea, dum vnum dubium nitimur extricare, in aliud grauius intricamur, ſcilicet, quia videtur ſimonia realis, & cōuentionalis ex vtraque parte conſummata recipere beneficium ſpirituale pro prædicto inſtrumento, quo quis pollicitus eſt ſibi conferenti beneficium ſoluturũ mille aureos, licet caruerit animo eos ſoluendi ac per conſequens, quod etiam ſecundum ſtylum curæ Romanæ teneatur, vt pote ſimoniacus conſummatus, qui iam ſoluit, aut impēdit æquiualens pretio ſoluendo, reſtituere beneficium in conſcientia.

¶ Pro



¶ Pro explicatione dubij dicimus primo, diſtinguentes, quòd dupliciter poteſt interuenire inſtrumentum ſcripturæ cum promiſsione ſoluendi aliquid, cum promittitur aliquid pecuniæ poſt ſoluendæ pro beneficio. Vno modo, cum recipiens beneficium ſe obligat ad dãdum inſtrumentum promiſsionis centũ. Alio modo quando recipiens beneficium nõ ſe obligat ad dandum inſtrumentum promiſsionis cẽtum, ſed ſolum promittit centum & ſolùm ad probationem promiſsionis fit inſtrumentum publicum, ſicut in caſu, in quo ſupra tenuimus cum Nauarro ex mente. S. Tho. contra Caietanum, & Sotũ. Nam in hoc caſu, licet interceſſerit ſimonia, quia illud pactum & illa promiſſio fuit æſtimabilis pretio, quæ data fuit pro re ſpirituali. Tamen, quia res promiſſa actualiter non eſt data, neq; illud inſtrumentum publicum confectum ſolum ad probationem promiſsionis, non eſt pars rei promiſſæ, ſed probatio promiſsionis iuxta l. legaui. ff. de lib. leg. inde eſt ꝙ ſola promiſsio rei temporalis, dum res promiſſa non ſoluatur, non obligat ad reſtitutionem beneficij, ſecundum Nauarrum, de quo poſt redibit amplior diſceptationis ſermo. Cæterum in primo caſu diſtinctionis cum illud inſtrumentum promiſsionis centum non confectum ſit ad ſolam probationem promiſsionis, ſed tanquam pretium æquiualens centum promiſsis eo modo, quo ſolent vendi quotidie chirographa debita ſoluenda continentia, & loco pretij datum ſit: videtur id facti non abeſſe à ſimonia reali & conuentionali, & conſummata ex vtraq; parte, etiam ſi non ſoluatur poſteà promiſſum: quia ſic ex magna parte eſt ſolutum dum tradidit inſtrumẽtum promiſſum de centum aureis ſoluendis: quod ait Nauarrus eſſe notandum pro quotidianis caſibus. Itaq;, cum quis promiſit pro beneficio ſibi conferendo ſe daturum inſtrumẽtum ſcripturæ de centum pro beneficio ſoluendis, cum primum recipit beneficium, & tradit pro eo illud inſtrumentum de centum ſoluendis, promiſſum eſt ſimonia realis conſummata, ſubiecta omnibus pænis iuris. Non autem in caſu Caietani, & Soti, cum ſolum promiſit centum, & ad probationẽ promiſsionis dare ſcripturam, & eam conficere eſt requiſitus. Quia in hoc caſu neque datur in pretium, neq; in partem pretij: quia reſtat ſoluendum pretium, ſcilicet, illa promiſſa centum: ideo non tenetur ad pœnas poſitiuas ſimoniæ, ſi poſt illud non ſoluat. Sed dices quomodo ergo eſt ſimoniacus, ſi non ſoluit pretium, neq; voluit ſoluere? Reſpondetur, quòd quia fecit contractum non gratuitum apponens pactum aliquomodo pretio æſtimabile, quod impedit ne ſpirituale detur omnino gratis.

¶ Inſuper ſimonia mẽtalis trifariam à Caietano hic diuiſa eſt, & in ſumma verbo, ſimonia. Nam prima eſt, quando animus vtriuſq; partis eſt deprauatus, ſed neutri innoteſcit de deprauatione animi alterius aliquid. Secunda autem ſimonia mentalis tunc accidit, quando altera pars tantum cuiuſdam corrupti eſt animi. Tertia vero ſimonia mentalis tũc vſu euenire ſolet, quãdo aliquis ſecum ſolus de aliquo ſpirituali emẽdo, aut vẽdendo pertractat in animo.

¶ Præterea ſimonia realis, & aliquomodo exterior his modis cõtingit. Primo quãdo conuẽtio, ſiue pactum interuenit de emendo, & vendendo, atq; beneficium ſpirituale traditur. Secundo modo contingit in caſu, quo ſibi inuicem ſpirituale, & temporale tradunt, cum intẽtione tamen emendi, & vendendi, quam etſi verbis, aut ſignis ſibi inuicem exterius non explicant, tamen mutuo interius ſuas corruptas mentes intelligunt. An vero ſimonia hæc in hoc caſu licet non interuenerit in ea pactum exterius ſit dicenda ſimonia ſic conſummata, vt ſubiecta ſit pænis iuris poſitiui poſtea examinandum erit. Tertio modo prædicta ſimonia accidit, quando poſt initum pactum de pretio ſoluẽdo pro re ſpirituali tradita iam eſt res ipſa ſpiritualis, ſed alius adhuc pro ea pretium non impendit. Hæc autem eſt ſimonia exterior vt inſinuat. S. Thomas. 2. 2. quæſtio. 100. articu. 5. Vbi conferre aliquem rem ſpiritualẽ pro obſequio temporali exhibito, vel exhibendo, ſimoniam eſſe teſtatur. ¶ Vtrum autẽ ſimonia hæc adeò ſufficienter perfecta ſit, & conſummata, vt pænis iuris poſitiui ſit obnoxia, adhuc nobis diſcutiendum ſupereſt. Quarto modo interuenire ſolet ſimonia realis aliquomodo exterior, quando de vẽdenda re ſpirituali initũ eſt pactum, & ſolutum eſt pretium: veruntamen res ſpiritualis non eſt tradita præſoluenti pro ea pretium. At vero in hoc omnes fere doctores conueniunt, quòd quartus hîc modus ſimoniæ dum ſpirituale non traditur, non eſt ſubiectus pænis iuris poſitiui ipſo facto: quia pænæ iuris in hoc caſu ſunt reſtringendæ, quia ſolum pænæ illæ comprehendunt perfectam ſimoniam, qualis hæc non videtur eſſe; quia actus hic præſolutionis pretij tantum non videtur perfecta eſſe emptio, aut venditio. Illas autem pænas non incurrit quis, niſi pro actu perfecto in ſuo genere, ſcilicet, venditionis, & emptionis rei ſpiritualis.

¶ Iam ſolenne dubium ſe hîc offert circa tertium modum prędictum ſimoniæ, vbi, ſcilicet, pactum præceſsit, ſed non ſubſequutum eſt

pre-

A pretium, an emptor, qui ex tali pacto recepit beneficium, ſed ad huc non ſoluit pretium, beneficiũ dimittere teneatur. Videtur autẽ quod ad illud dimittendum in conſcientia teneatur. Tum primo arguendo ex autoritate Diui Thomæ, qui in illo prædicto articulo. 5. ait hic interuenire ſimoniam. Tum. 2. arguitur: Quia hic interuenit expreſſa emptio, & venditio rei ſpiritualis; nã & qui ad creditũ vendit vere vendit: ergo ſi eſt ibi vera venditio rei ſpiritualis: ergo ibi interuenit ſimonia vera: quippe quæ quia vera eſt ſimonia ſubijcitur iuris poſitiui pęnis. Tum. 3. arguitur. Quia collatio beneficij poſt pactũ de ſoluẽdo pretiũ facta cũ non depẽ- B deat poſt quàm facta eſt ex futuro cõtingẽti, ſcilicet, ſi ſoluatur pretiũ, vel non ſoluatur poſt, ſtatim eſt ſimoniaca, etiã ſi poſt pretiũ non ſoluatur: ergo ſtatim eſt ſubiecta pęnis iuris, inter quas vna potiſsima eſt reſtitutio ſic accepti beneficij. Tum. 4. arguitur: Quia dato mutuo cum pacto de ſoluẽdis vſuris, eſt vera vſura ſubiecta pęnis iuris, quæ hinc exurgit, etiã ſi poſt ea vſurę nõ ſoluatur: ergo pari ratione ex datione ſola beneficij cũ pacto de ſoluẽdo pretio exurgit ſtatim ſimonia, quæ ſubiecta eſt pęnis iuris, etiã ſi pretiũ nõ ſoluatur. tũ quinto arguitur: Quia licet tale pactũ ſine ſcripto, & ſine iuris ſolemni- C tate fuerit celebratum oritur ex illo ciuilis obligatio, quę in alia materia ſolida eſſet & valida: ergò cõtrahitur hinc ſimonia ſubdita pęnis iuris. Sed in cõtrariũ eſt: quia ex pacto cõferendi beneficiũ pro anticipato pretio, ſi poſt beneficiũ nõ cõferatur, ſecundũ fere omnes non exurgit ſimonia pęnis iuris obnoxia, quia nõ eſt emptio & vẽditio ex vtraq; parte cõſummata, ſcilicet, per traditionẽ pretij, & collationem beneficij: ergo etiam ſimonia in caſu quæſtionis cum non ſit ſic ex vtraque parte conſummata pænis iuris non eſt ſubiecta, ita, vt beneficium ſic acceptum, ſit reſtituẽdum.

¶ Igitur pro eruenda veritate quæſtionis in- D cipiẽtes à clarioribus dicimus primo id, in quo omnes Doctores conueniunt, etiã Sotus & Caiet. & Nauar. ex alia parte, qui circa principale punctũ quęſtionis propoſitę inter ſe cõfflictantur. Eſt igitur ſentẽtia indubitata, ꝙ ſi poſt tale initũ pactũ de ſoluenda pecunia pro beneficio conferẽdo ante collationẽ beneficij reuocetur, quia qui ſic pactus fuerat explicat ſe pretiũ nõ daturũ, proculdubio collatio beneficij ſi fiat valida erit, ita vt nõ ſit reſtituẽdũ. Neq; tũc, inquit Sot. opus habet diſpẽſatione habilẽ eũ reddẽte ad ſuſcipiendũ illud. Ita Sot. lib. 9. de iuſt. q. 8. ar. 1. Secũdo dicitur, ꝙ ſimonia contẽta in caſu quęſtionis, vbi receptũ eſt iã beneficiũ cũ pacto ſoluẽdi pretium, etiam ſi pretium non ſit ſolutum; quia graue eſt peccatum mortale, vt patet ex capite, cum pridem de pactis, & ca. cum eſſet; de ſimonia (ſi poſsit probari) ſolita eſt puniri (vt refert Nauar.) à grauiſsimo Rotę prætorio priuando beneficio illam committentem: licet, quia non fuit conſummata per ſolutionem etiam pretij, non declaret eum ipſo iure eſſe huiusmodi beneficio priuatum; quod æquitati & benignitati tribuit Nauarrus in ſumm. cap. 23. num. 103. Quia etiam ab officio deponi poterat rigore iuris; quia pro crimine graui id poteſt, iuxta ſententiam Panor. & Decij in ca. at ſi clerici num. 35. de iudic. ¶ Tertio dicitur, quòd quando ante rei ſpiritualis collationem pactum diſſoluitur, etiam ſi pretium fuerit ſolutum citra dubium reſtitutio pretij ei, qui illud erogauit facienda eſt. Tum, quia datum eſt ob cauſam, quæ non ſubſecuta eſt, neque impleta. Tum etiam, quia ob hanc ſimoniam nemo ſit reus pęnarum iuris. Itã Sotus loco citato, & Caiet. in ſumma. Hoc autem intelligitur ante condemnationem iudicis. Nam poſt ipſam eccleſiæ, vel pauperibus, ſecundum quòd ſententia iudicis id declarauerit, erit reſtituendum receptum ſimoniace pretium.

¶ Tandem pro deciſione quæſtionis ſtatuitur hæc concluſio, Licet tutius ei eſſet, qui recepit præbendam cum pacto poſt ſoluendi pretium pro ea eam dimittere etiam ſi non ſoluerit pretium: tamẽ probabilis opinio eſt, quòd beneficium ſic acceptum non teneatur dimittere. Vnde ſi hac opinione probabili ſe vult protegere, & propterea renuit beneficium deſerere ei abſolutio neganda non eſt. Hanc autem cõcluſionem ſic moderauimus, eò quòd hic videamus pręclaros Thomiſtas Caietanum ſup. 2. 2. q. 100 art. 6. ad. 6. & in ſumma. verbo. ſimonia, & Sotũ li. 9. de iuſt. q. 8. a. 1. affirmatiuã partẽ quęſtionis ſequi propter argumẽta in frõte quęſtionis ex parte ipſorũ obiecta, & Nauar. ex alia parte negatiuã cõtrariã defenſãtẽ, ſcilicet, ꝙ prędict⁹ nõ tenetur reſtituere beneficiũ, quã bonis fulcit rationibus allegans pro ſe Caſiod. in deciſ. 5. de cõſt. & Gomez. in reg. Cancel. de triẽna. q. 12. S. Tho. autẽ in hac quęſtione, licet citetur ab Caiet. & Soto pro affirmatiua, quatenus attinet ad reſtitutionẽ beneficij in dicto caſu eis nõ fauet: quia ibi S. Tho. expreſſe tenet ibi interuenire ſimoniã; nõ tamẽ ibi ex preſſe cõcludit, ꝙ talis ſimonia ante ſolutionẽ pretij ſubiecta ſit ipſo iure pęnis iuris poſitiui. Prima pars cõcluſionis probatur, ꝙ ſit tutius beneficiũ in hoc caſu dimittere. Tũ; quia iſta res in ſe magis eſt tuta, & citra periculũ. Tum propter autoritatẽ vtriuſque tam excellentis doctoris, ſcilicet, Caietani & Soti, & propter eorum apparentes rationes.

¶ Quòd



A ¶ Quòd autẽ negatiua pars ſit probabilis ꝙ non teneatur reſtituere beneficiũ, qui ex prędicto pacto illud recepit, ſi pretiũ nõ ſoluit, quæ eſt Naua. & Caſio. & Gomez probatur primo: Quia autoribus Caſiod. & Gomez antiquus ſtylus curiæ Romanę hanc partẽ negatiuã obſeruat, ſcilicet, ꝙ nõ decernit ipſo iure priuatũ beneficio, qui poſt pactũ recepit beneficiũ, & nõ ſoluit preciũ. Stylus autem curiæ Romanæ nõ ſolũ declarat ius, ſed facit ius, vt patet ca. ex literis. de cõſt. & ca. quã graui, de crimine falſi.

¶ Tũ ſecundo: quia, ſi ideò ſimonia recipiẽtis beneficiũ cum pacto de ſoluendo pretiũ, eſt ſubiecta reſtitutioni, quia vt inquit Sotus, eſt ſimonia ab vna parte perfecta, ideſt, ex parte tra- B dentis ſtatim beneficium, ſequitur, ꝙ etiam pręſoluere pecuniã ſtatim pro beneficio promiſſo, & conferẽdo cum vacauerit (cũ ſit ſimonia ex vna parte perfecta, ideſt, ex parte præſoluentis pretiũ) ſit etiã ſimonia ſubiecta pænis iuris: cõſequẽs eſt falſum, & contra ipſum Caiet. & Sotũ: ergo & antecedens etiã eſt falſum, ſcilicet, ꝙ prædictus recipiens beneficiũ cũ prędicto pacto ſi nõ ſoluat pretiũ ſit obnoxius ad beneficij deſertionẽ. Neq; obſtat, quòd D. Thomas affirmat, ꝙ ſit ſimonia conferre beneficiũ ob in futurum obſequia præſtanda, quia eſt veluti venditio rei ſpiritualis dilato pretio. Quia etiã fate- C retur. D. Thomas ſimoniam manifeſtã eſſe erogare ſtatim pecuniã pro beneficio poſteà cõferendo; ſicut non negaſſet, quòd ſit emptio impendere pecuniã præſentem pro merce poſtea tradenda. Nã pro comperto habetur apud omnes emi poſſe merces futuras nondũ exiſtẽtes ſed naſcituras, ſicut & ſpẽ earũ ſecundum. l. nec emptio. ff. de contrahẽda empt. ſicut & obligari. l. quę nondũ. ff. de pignor. Imo & promitti. l. interdũ. de verbo. imo & legari. § ea quæ. inſtit. De legat. ¶ Tum tertio, quia trãſlatio beneficij ſimoniace accepti nõ impeditur de iure diuino (vt ipſe Sotus fatetur eſſe probabile) ſed iure ſolo poſitiuo in ſimonia impeditur tranſlatio be- D neficij ſimoniacè accepti: ſed in caſu quęſtionis & noſtrę concluſionis nullũ ius humanum expreſſe ſimoniæ pænas incurri declarat: ergo cũ huiuſmodi pænæ non ſint admittendæ, niſi in caſibus, in quibus ius humanũ eas ipſo iure expreſſe induxit, ſequitur quòd prædictus ſimoniacus, qui recepit beneficiũ cũ pacto perſoluẽdi pretiũ, dũ id non perſoluit non ſit obligãdus in cõſciẽtia ad eius reſtitutionẽ. ¶ Quarto probatur. Quia extrauagans ſecũda de ſimonia. nõ induxit eas pęnas cõtra omnes ſimoniacos, ſed cõtra ſimoniacos in ordine & beneficio, & nõ contra hos omnes, ſed cõtra ſimoniacos, qui ad opus dandi & accipiendi peruenerunt; quia cũ extrauagans hæc non magis de datione vnius, quã alterius loquatur, intelligẽda eſt de vtraq;. Refert autẽ Nauarr. ibi multa fortiora argumenta propoſuiſſe quendã magnũ conſiſtorialem aduocatũ in auditorio Rotę grauiſsimo, quam ſint argumenta quę hic proponit contra negatiuã Sotus, quę tamẽ Caſiod. defendendo negatiuã ſoluit. Neq; obſtat probabilitati noſtrę cõcluſionis, ꝙ ſi non tenetur prædictus reſtituere beneficiũ, id ideo eſſet; quia collatio ſibi facta fuit valida, eo quòd nõ ſoluit tẽpore collationis pretium: ſed non videtur fuiſſe valida; quia fuit dependens ex conditione, & ex pacto ſoluendi poſt pretium vel non, & collatio ſic dependens valet poſt ſi pretium nõ ſoluatur. Si autẽ ſoluatur, non videtur à principio valuiſſe, quia ſi à principio valuiſſet tanquã pure facta non eſſet dependens; nã nulla collatio beneficij purè facta, quoad validitatem, vel nullitatẽ poteſt eſſe dependens: quia ſtatim ab initio, aut valet, aut eſt nulla, arg. ca. 2. de elect. lib. 6. Nõ obſtat, inquam, hoc inuolucrũ argumenti iuridici: quia vnũ ius humanũ poteſt tolli alio iure humano nouo: ideo illud ius antiquum, ſcilicet, ꝙ nulla collatio beneficij pure facta poteſt eſſe dependens tollitur per ius nouũ collectum ex iſta extrauaganti. 2. de ſimonia ſtylo curiæ adiuncto, qui pro iure valet. Similiter etiã idem cõtingit in iure emphyteotico, vbi amiſsio hæreditatis, quæ ipſo iure erat incurſa per ca. potuit de loc. eſt iam in pendenti, donec proprietarius illam petat, vel declaret ſe velle petere. Sicut etiã pẽſionarius non incurrit excõmunicationẽ ipſo facto latam contra penſionariũ in termino nõ ſoluentem, niſi creditor poſt terminũ elapſum poſt menſem, & annum declaret haberi pro excõmunicato: & ita talis excõmunicatio eſt veluti in pendenti. Sic in caſu quęſtionis & concluſionis. Secundo reſpondetur facilius ad obiectionem hanc ex iure canonico, quòd in hoc caſu nullitas tituli & excommunicatio non incurritur à tẽpore collationis tituli beneficij, ſed à tẽpore ſimoniæ ab vtraque parte conſummatæ, & perfectæ, ſcilicet, per collationem beneficij, & per ſolutionem promiſsi pretij.

Ex prędictis ſequitur corollarie, quid ſit dicẽdũ ad illam quæſtionẽ nõ minus quotidianã, quam grauẽ, vtrũ incurrat irregularitatem, qui celebrat poſt cõpletã ab altera parte ſimoniã, & ante completam ab altera, vt in caſu quęſtionis principalis cõtrouerſæ inter Caiet. & Sotũ, & Nauarrũ eis contradicentem. Reſpondetur, quòd in hoc caſu etiam ſi non ſoluiſſet pretiũ ſecundum Sotũ & Caiet. ſi celebraret vterq;, tã dans; quã recipiẽs cũ illo pacto de ſoluẽdo pretio ſic celebrando cõtraheret irregularitatem; quia

quia

quia ſecundum ipſos vterque erat excommunicatus. Tamen, quia opinionem Nauarri ſtylo curiæ Romanæ comprobatam probabilem, & æquiorem eſſe in noſtra concluſione affirmauimus: ideo, quia illos pænas ſimoniæ, & excō munionis non incurriſſe tenemus, etiam celebrando eos irregularitatem contraxiſſe negamus; ſicut reuera penſionarius celebrans poſt terminum ſoluendæ penſionis erregularis non fit: quia ante prædictam declarationem eſt in pendenti contra ipſum ipſo iure lata excommunicatio: ſicut etiam appellans ante excommunicationem & fidens appellationi celebrando non incurrit irregularitatem, etiā ſi declaretur male appellaſſe, ſecūdum gloſſ. pènult. communiter receptam in ca. ſolet. de ſent. excomunic. lib. 6. ſicut etiam appellans à declaratione ex communicationis, de cuius valore dubitatur nō incurrit irregularitatem ſecundum Felin. in ca. Rodulphus nu. 34. de reſcriptis: quia iſti neque contumaces ſunt, neque contēptores cēſurarū.

¶ *Ad arg. reſpondetur.*

¶ Iam argumenta Soti, quæ pro ſua & Caietani ſententia ſuperinduximus parum nobis faceſſunt negotium, quia fere omnia eodē peccato peccant, quatenus ex hoc aſſumpto quod nos & Nauarrus illis concedimus, ſcilicet, recipere beneficium cum pacto ſoluendi pretium ſiue pretium poſt ſoluatur, vel non ſoluatur, ſtatim eſſe veram ſimoniam contendunt inferre, quôd ſit ſimonia ſubiecta iuris poſitiui pænis ipſo facto, quam tamen illationem nunquam probant, neque probabūt propter argumenta quę adduximus contra illos, quę ſua ſoluunt & eneruāt: & propter ſtylū Romanę curię ab antiquo obſeruatū, qui interpretatur iura & facit ius & per hoc manent ſoluta tria argumēta priora.

¶ Ad quartum arg. reſpōdetur, quòd iſtud ſuum quartum argumentum facit pro nobis. Nam vſurarius, qui mutuaret cū pacto de vſuris ſibi ſoluēdis licet vt verus vſurarius ex tali pacto cōuincatur: ſi tamē nullas vſuras accepit, neq; pænis ordinarijs latis contra vſurarios manet ipſo facto ſubiectus, neq; pęna ordinaria in foro exteriori tūc punietur. Imo, vt notat Cou. lib. 3. de varijs reſolution. cap. 3. ex ca. quanquā de vſur. in. 6. ad incurrendas pænas ipſo iure cō tra vſurarios poſitas, requiritur exercitium vſurarū manifeſtum, quo quidem deficiente, & pęna deficit. Igitur ſi non ſufficit commiſiſſe verā vſuram ad vſurariorū ſubeundas pænas, niſi manifeſtū exercitiū eas accipiendi vſuras interueniat: ergo neque ſufficit quæcunque ſimonia vera, niſi ſit per traditionem ex vtraque parte factam perfecta omnino & conſummata.

¶ Ad. 5. arg. reſpondetur, quòd licet in caſu quęſtionis interueniat pactum de ſoluendo pretium gignēs ciuilem obligationem, iuxta intentionem partium: tamen quia pactum hoc, & iſta obligatio ordinatur vt ad finem ad ſolutionem pretij, ideo dum precium non ſoluitur, non cenſetur eſſe ſimonia tam perfecte cōſummata, vt ipſo iure ſit ſubdita in conſcientia: imo neque in foro exteriori autore Nauarr. ipſius iuris poſitiui pænis. Et hoc ex quadam ęqua interpretatione facta per ſtylum curiæ Romanę, qui ita ab antiquo id obſeruat.

# CAP. CCCVI.

*An traditio rei ſpiritualis, & receptio temporalis pro ea cum vtrinque deprauato animo, ſine pacto tamen obliget in conſcientia ad reſtitutionē beneficij; Et an reſtitutio beneficij & pretij pro eo accepti ſit de iure diuino, an poſitiuo: vbi reſpondetur per tres concluſiones, & per corollarium & ſatisfit argumentis: & reſpondetur etiam ad argumenta probantia reſtitutionem beneficij hic iure diuino eſſe faciendam: vbi etiam reſpōdetur ad argumentum ex capite. mandato, quod erat argumentum in contra.*

Porrò circa. 6. arg. arti. 6. q. 100. 2. 2 propoſitum à D. Thoma dubiū valde conducens ad rimandam naturam ſimoniæ mentalis, ſcilicet, vtrum obliget ad reſtitutionem, dum foras opere ipſo non ſe exerit, nobis hic obuiat. Non autem hic hæſitamus de illo caſu, vbi collator beneficij in animo concepit ſpem ſibi pretij ſoluendi: quod tamen non recepit: quia de hoc non ambigitur de ſua immunitate à reſtitutione, ſicut etiam vſurarius mentalis nihil pretij recipiens à reſtitutione immunis eſt. Sed de illo caſu incidit dubium, vbi licet non interceſſerit pactum inter partes: tamen vtrinque intus fuit deprauatus animus. Nam & præbendam conferens allectus ſpe pretij præbendam contulit, quod & intellexit ſeu ita eſſe arbitratus eſt conferens munera eadem male ſana intentione adductus, an in hoc caſu reſtituē dum ſit beneficium.

¶ Eſt autem dubium hoc adeo difficile ſcitu, vt multorum doctorum torſerit intellectū. Arguitur autem pro parte affirmatiua, quo magis eius pateat difficultas. Et primo ſic: Quia caſus difficiles in materia ſimoniæ per leges, & regulas decernentes in mutuationē interuenire vſuram regulamus: at ſi ſtemus in materia vſuræ, ſi vſurarius ſibi intus in ſua mente perſuadet, quod id quod ſibi impenditur ratione mutui & non gratis ſibi tribuitur, citra dubium ad reſtitutionem illius tenetur: ergo ſimiliter ſimoniacus, qui interius in animo deprehēdit aliquid ratione pretij, & nō gratis pro ſpirituali ſibi dari illius pretij accepti reſtitutioni erit obnoxius. ¶ Itē ſecundo arguitur argumēto Caietani ſic: Quia ſi hæreticus aſſereret hæreſim cum animo hæretico etiam ſi non aſſereret ſe id affirmare, vt hæreticus, nihilominus hæreticus ad extra in foro exteriori cēſeretur, pęnas que hæreticis decretas cogeretur ſubire: ergo pari ratione qui mente vere ſimoniacus eſt, & ex contaminato animo procedit ad dandum pretium pro ſpirituali, quod etiam corrupta mente ſibi confertur, etiam ſi non prodeat in pactum exterius reus erit reſtitutionis ſpiritualis ſic accepti beneficij. ¶ Tertio arguitur: Quia in foro exteriori, etiam ſi non interueniret pactum exterius, traditio pecuniæ ex vna parte, & traditio poſſeſsionis ex altera parte præſumeretur vera eſſe emptio, & venditio: ergo pari ratione, etiam ſi pacti mentio facta non fuerit, traditio beneficij & repenſio pecuniæ pro illo ſtatim ſubſecuta, arguit præſumptionem ſimoniæ conſummatæ & ſubiectæ pænis iuris in foro exteriori. Sed in contrarium eſt caput mandato. de ſimon. vbi decernitur non teneri ad reſtitutionem vllam monachos, qui contulere pretium pro loco in monaſterio, neq; monaſterium, quod pro temporali conceſsit eis prædictū locū, ſi nullū inter eos interfuit exterius pactū, aut expreſsio corruptæ intentionis.

¶ Igitur pro reſolutione quæſtionis ſtatuitur concluſio. In caſu quæſtionis, vbi corrupta mēte, ſine pacto tamē vllo exteriori collatū eſt tēporale & receptū pro ſpirituali, conſulēdus eſt recipiens ſic beneficiū ad illud renunciandū: nō tamē neceſſario cogendus eſt ad illud dimittendū. Hęc concluſio pro prima parte patet: quia pars affirmatiua de ſe magis eſt tuta, imo eſt omnino tuta, præter quā ꝙ argumēta in principio in fauorē eius allata non parū vrgent. Tū, quia ſanū conſiliū eſt ſequi ſententiā grauiū doctorū, qui eā defenſant, cuiuſmodi ſunt Sotus: Caie. Magi. F. Ioan. à Peña & Victo. qui in ſuis ſcriptis ait, ꝙ in caſu cōcluſionis ſufficit conuētio, etiā ſi ſit interior, qualis interuenit cū ipſi interius ſe intelligūt & ſuas deprauatas intētiones penetrant. Secunda autē pars concluſionis probatur: quia pars negatiua ꝙ prædictus non tenetur beneficiū reſtituere fundatur in opinione communi, cui apperte fauet textus. cā. mandato. Sane intellectus, vt ſonat ſi nō obſcuretur gloſsis cōmentitijs deuaſtātibus textū, & quia in ſolutione ad. 6. illius. 6. articuli. D. Thomas hanc cōmunem ſententiā negatiuā ſequitur, niſi vis verbis eius per gloſſas imaginarias, vel fictitias inferatur. Nam ſic ibi ait, quoad Deū ſola voluntas facit ſimoniacū, ſed quoad pænam Eccleſiaſticā exteriorem non punitur, vt ſimoniacus, vt abrenūciare teneatur, ſed debet de mala intentione pęnitere, vbi negatiuam noſtram partem videtur tā clare approbare, vt licet textum. mandato. de ſimonia. non citet eius diffinitionē etiā per formā verborū, quibus hic vtitur. D. Thomas videatur allegare & exprimere. Accedit etiam Nauarrus, qui in commēto reſolutorio ſuper ſimoniam mentalem à nu. 12. aſsignat. 30. rationes non deſpicabiles, ſed perpendēdas, quibus pro virili conatur tutari opinionem communē in illo textu fundatam, ſcilicet, quod ſola ſimonia mentalis ſine pacto interueniente non obligat ad reſignationē ſpiritualium & temporaliū, quam ait eſſe cōmunem canoniſtarum, & Theologorū, & ait eſſe Innocentij, & Syluestri verbo, ſimonia. q. 20. & S. Thomæ. 2. 2. q. 100. art. 6. arti. 6. ad. 6. Oſtenditque Nauarrus aperte gloſſam, quia Sotus gloſſat. S. Thomam ne videatur ſibi aduerſari eſſe ridiculā. Inſuper in hanc cōmunē citat Caie. Hoſtiēſem, Ioan. Andr. & tamē hos canoniſtas poſtremos cōtrarij etiā pro ſecitant. Si igitur pars negatiua hęc tanta pollet autoritate, tū propterea quod eſt cōmunis, tū quia multorū doctorū autoritate ſuffulta eſt ſequitur, quod opinio tuta ſit & probabilis, vt fatetur Meti. At quia opinio hęc cōmunis fundatur etiā in illo principio, quod ſimonia mētalis non obligat de iure diuino ad reſtitutionē beneficij ſic ſimoniacè ſine pacto exteriori recepti, ideo probationem huius cōcluſionis ad eū locū potiſsime reſeruabimus, vbi ꝙ ſpirituale ſimoniace acceptū non ſit de iure diuino reſtituendū probabitur. Nā potiſsima eius probatio ex hoc principio depēdet. Sed interim probatur vna vel duabus rationibus. Primo ꝙ ſi per ſimoniā mētalē ſine pacto exteriori, qualis eſt hęc, de qua agimus in cōcluſione, iure diuino impediretur tranſlatio rei ſpiritualis, ſequitur, ꝙ Papa ſic ſimoniacè electus non eſſet verus Papa, quia iure diuino impediretur tranſlatio ſpiritualis poteſtatis in illū, quod tamē non eſt cōceſſu facile: quia res eſſet periculo, & confuſione plena in Eccleſia. Secūdo probatur, quia licet diſtributor bonorū cōmuniū in republica, qui ea tenetur diſpenſare gratis alicui aliquid ex his bonis pretio & non gratis impertiret, teneretur reſtituere ei preciū acceptū: tamen qui id ſibi dandū gratis pretio recepit id non teneretur reſtituere, niſi lex expreſſe impe

diſſet trãſlationẽ illius: ergo pari ratione in caſu
præſenti recipiens beneficiũ gratis ſibi confe-
rendum pro pretio illud non tenetur reſtitue-
re ex iure diuino, quia ius diuinum expreſſe
tranſlationem ſpiritualis dati non impedit licet
gratis illud dare iuſſerit.

*Ad argumenta.*

¶ Ad.1.arg.vbi arguitur ex exẽplo mutuãtis,
qui tenetur reſtituere quod percipit vltra ſortẽ
ſibi nõ confertur gratis, licet nõ interuenerit pa
ctũ reſpondetur pro nunc hac vnica ſolutione
Victoriæ, quod nõ eſt eadẽ ratio de tali vſurario
mẽtali recipiente vſuras, & de ſimoniaco mẽta
li recipiẽte beneficiũ. Quia vſurarius ſic accipiẽ
do contra ius vltra ſortem iniuriã infert mutua
tario contra iuſtitiã cõmutatiuam inducentem
obligationẽ reſtituẽdi. At ſimoniacus mẽtalis,
qui non gratis accipit beneficiũ ſolũ irrogat in-
iuriam rei ſacræ, & ſpirituali; non tamẽ peccat
peccato iniuſtitiæ cõmutatiuæ, neq; cõtra Deũ
neq; contra conferentẽ ſibi beneficium. Sicut
neq; ille, cui à domino aliquorũ bonorũ ex illis
aliquota pars iuſſa eſſet dari gratis, ſi pretio ſibi
daretur eã ſic recipiendo contra dominũ & diſ-
penſatorem ſic largientẽ peccato iniuſtitiæ cõ-
mutatiuæ non peccaret, ita vt teneretur illis ali
quid reſtituere. Sic ſimoniacus mentalis, qui nõ
recipit gratis ſpirituale tantũ contra reuerentiã
debitam Deo & eius rebus ſpiritualibus delin-
quere videtur, non contra iuſtitiam commuta-
tiuam reſpectu Dei, vt teneatur reſtituere bene
ficiũ; ſed tantum tenetur pænitere de tali culpa.
Quæ quidem pænitentia ſecundum D. Tho-
mam in.3.parte.quæſt.85.arti.3.ſpectat ad iuſti
tiam commutatiuam, quæ non eſt iuſtitia ſim-
pliciter dicta: qualis eſt inter æquales, ſed ſecun
dum acceptationem Dei.

¶ Ad.2.argumentũ ex Caiet. deſumptum ex
exemplo hæretici mentalis proferentis hæreſim,
qui ſtatim hæreticus præſumitur & dignus pæ
nis hæreticis decretis, reſpondetur primo, quod
neque iſte iudicabitur in foro exteriori hæreti-
cus, niſi præoſtenderit pertinaciã: quia potuit
id ex lapſu linguæ, vel inaduertentia ab catho-
lico etiã dici. Secundo negatur conſequentia, &
rationis paritas quia autore Ariſtotele verba
ſunt ſigna diſtincta, & notæ eorum, quæ ſunt in
anima. Et ideo ex verbis ſine alio teſtimonio
iudicatur quis hæreticus accedente pertinacia:
quia ex abundantia cordis os loquitur. Atque
ideo dictũ commune hinc prodijt, quod ex ver
bis inordinatis incurritur hæreſis. At vero actio
nes exteriores, quia ad diuerſos fines poſſunt
ordinari, non ita ſunt ſigna diſtincta eorũ, quæ
ſunt in anima, neq; ſigna certa. Atq; ideò auto-

A re D. Tho. in.3, part. q.60. art.6. & 7. ſacramẽta,
vt eſſent ſigna certa Deus eorũ actiones deter-
minauit per verba. Ac per conſequens Eccleſia
æquitati conſulens, potius quã ad malignitatẽ
reſpiciẽs, dationẽ munerũ ſimoniacã & collatio
nẽ correſponſiuã ſpiritualis ſine pacto factam
videns, noluit ipſo iure ad reſignationẽ vtriuſ-
que in illo cap. mãdato. damnare; quia ipſa non
ſe intromittit ad iudicandum de interioribus,
niſi quatenus innoteſcunt per ſigna certa exte-
riora, quale eſt pactum de emendo ſpirituale.

¶ Ad.3.argumentũ, vbi arguitur, quod in foro
exteriori iudiciali datio pecuniæ & collatio ali
B cuius agri, vel poſſeſſionis ſubſecuta præſe fer-
rent præſumptionẽ vẽditionis, ergo etiã in caſu
quæſtionis in foro Eccleſiæ, reſpondetur, quòd
eſto ita præſumeretur in vtroq; caſu, ſcilicet, in
teruenire emptionẽ, ſed in foro contẽtioſo ipſa
ſola præſumptio (niſi adſit pactum exterius,
cuius probatio facit ſufficiens teſtimonium ad
ferendam condemnatoriam ſententiam) nõ ſat
eſt: quia non ideo damnabitur aut declarabitur
incurriſſe pænas ſimoniacas iure poſitiuo illa-
tas ipſo facto contra ſimoniacos, qui ſine pa-
cto exteriori ſimoniace recepit beneficium.

*Argumenta promiſcua.*

C ¶ Præterea quoniam quæſtio hæc, vtrum reſti
tutio tam pretij ſimoniaci, quã rei ſpiritualis ſit
de iure diuino, & naturali magnã lucem affert, ſi
reſoluatur; tũ ad multas quæſtiones in hac mate
ria decidendas: tum etiã ad intelligentiam illius
quæſtionis, vtrum Papa poſsit ſuper eam diſpẽ
ſare in quacunque ſimoniæ materia, ideo preſ-
ſius venit examinãda. Nã ſi iure diuino, atq; na
turali impedita eſt tranſlatio tam rei ſpiritualis
pretio receptæ, quam dominij eiuſdem pretij,
tũc eccleſia ſimoniacũ mẽtalẽ efficere nequibit
habilẽ ad pretiũ, vel præbendã retinendũ. Secus
autem eſt, ſi ſic prædicta tranſlatio iure diuino
D non ſit impedita: quia tunc eccleſia potuit hãc
tranſlationem in caſu interueniẽtis pacti impe
dire, permittẽdo eã in caſu, in quo nulla pactio
intermediaret. Caiet. autẽ eius ſententiæ eſt, ſci
licet, ꝙ licet in collatione, & receptione ſimo-
niaca, à qua abeſt pactũ peccatũ graue inuenia
tur propter violationẽ præcepti Domini dicen
tis: Gratis accepiſtis, gratis date; tamen in eo do
miniũ trãsfertur (ſi id eccleſia non impediuerit,
ſicut reuera in hoc caſu nõ impediuit) quia volũ
taria fuit collatio rei ſpiritualis, & pretij. Vt igi
tur veritas magis illuceſcat pro parte negatiua,
ſcilicet, quòd iure diuino & naturali non fiat
tranſlatio domini, quia iure vtroq; impeditur.

¶ Arguitur primo: Quia Chriſtus Dominus
per illa verba: Gratis accepiſtis, gratis date, ius
omne



omne aliquid recipiendi pro ſpirituali videtur
abſtuliſſe: ergo Deo id vetante, ſimoniacus
pretij fieri dominus non poteſt, ſi quidem, ni-
ſi aliquo iure interueniente aliquis rei Domi-
nus conſtitui non valet. ¶ Secundo arguitur:
Quia mutuans ea de cauſa obnoxius fit ad vſu
ras ratione mutui receptas reſtituendas, quia
gratis mutuare tenetur? ſed pari ratione præ-
latus gratis conferre tenetur præbendam: er-
go ſi pro eius collatione recipiat pretium in
habilis fit iure diuino ad illud recipiendum.

¶ Et confirmatur: Quia hinc in vſura exur
git reſtitutio; quia, vt ait D. Thomas, ibi ven
ditur vſus pecuniæ ſeorſum, qui nullius eſt pre
tij: ſed etiam in venditione ſimoniaca venditur
res ſpiritualis, quæ etiam nullius eſt certi pre-
tij, quia eſt ſupra omne pretium, ac propterea
eſt inuendibilis: ergo etiam hinc exurgit obli
gatio naturalis reſtitutionis in ſimonia. Con-
firmatur etiam ſecundo: Quia ſiquis præfe-
ctus ad munus adminiſtrandi iuſtitiam ex pu-
blico ærario ſtipendiatus eſſet pro hoc officio
gerendo, ſi aliquid vltra à litigantibus pro ſuo
miniſterio iudicandi acciperet, teneretur illud
reſtituere: ergo pari ratione cum prælati ſint
ſtipendiati ab Eccleſia ex patrimonio Domi-
ni noſtri Ieſu Chriſti, ſequitur, quòd ſi pro fun
ctione ſui miniſterij, ſcilicet, quia adminiſtrant
ſpiritualia, vel beneficia conferunt, aliquid à fi
delibus recipiant, ad illud reſtituendum iure na
turali teneantur. ¶ Tertio arguitur: Quia ſi
ſolo iure pontificio eſſet prohibita tranſlatio
in ſimonia, conſequens fieret, vt venditor ſa-
cramentorum aliorum præter ſacros ordines
liber euaderet à reſtitutione pretij, quod pro
eorum adminiſtratione exegit. Nam ius pon-
tificium tranſlationem pretij hic non expreſ-
ſe prohibet, ſicut prohibet in ordinum & be-
neficiorum collatione, & in ingreſſu religio-
nis, in quibus pro nullis habentur contractus.
¶ Quarto arguitur ex ratione Naturali, quam
format D. Thomas in prædicto artic.6. Quia
ille, qui recipit aliquid à diſpẽſatore de rebus do
mini ſui datis contra voluntatẽ, & ordinatio-
nem domini ſui, non poteſt illud licite retine-
re: ergo ſi à prælato diſpenſatore Chriſti ali-
quis recipit pro pretio beneficium, cum illud
accipit contra voluntatem & ordinationem
Chriſti Domini noſtri, ſequitur, quòd illud be
neficium iure naturali (nam hæc ratio natura-
lis eſt) retinere nõ poſsit. Quod ſi iſte iure natu
rali beneficiũ retinere nõ poteſt: ergo neq; præ
latus pecuniam pro eo acceptam eodem iure
naturali retinere poteſt, ex paritate rationis ar-
guendo; quia nihil in alium de facto tranſtulit,
pro quo poſsit pecuniam illam retinere.



A *Argumenta probantia, quod beneficiũ ſimonia*
*cè receptum iure diuino ſit reſtituendum.*

¶ Primo ſic arguitur: Vltra argumenta poſi
ta in ſpeciali arguitur.1. ex autoritate D. Tho.
2.2.q.32.art.7. Quia, vt hic D. Tho. tradit cõtra
iuſtitiam legis diuinæ facit tam dans, quã acci-
piens aliquid ſimoniace? ſed quãdo tam datio,
quam receptio eſt contra iuſtitiã nõ trãsfertur
dominiũ: quia iniuſtitia ibi interueniens impe
dit hanc tranſlationem: ergo ius beneficij non
eſt tranſlatum in illud ſimoniacè accipientem,
ac per conſequens iure naturali reſtituendum
eſt. Atque idem argumentum formari poteſt
B ex eo, quod D. Tho. 2.2.q.62.art.5.ad.2. docet.

¶ Secũdò arguitur: Quia qui accipit ſimonia
ce pecuniã iure diuino tenetur eã reſtituere &
iure etiã naturali, ſicut etiã diſpenſator domini
iubẽtis aliquid impẽdi gratis, ſi pro eo recipiat
pecuniã iure naturali tenetur eã reſtituere: ergo
pari ratione ſimoniace recipiens præbendã iure
diuino, & naturali tenetur eam reſtituere. Patet
cõſequẽtia: quia debet eſſe æqua cõditio ex vtra
que. Maxime, quia vt ſupra arguimus ex do-
ctrina D. Tho. obtentũ contra voluntatẽ Do-
mini, cuius eſt iure naturali, retineri non po-
teſt. Sed in contrarium eſt textus mandato. de
ſimonia & D. Thomas in illo artic. 6. in ſolu-
C tione ad.6. Qui diffiniunt contrarium.

¶ Igitur pro expeditione quæſtionis ſit prima
cõcluſio; Loquẽdo prius de beneficio, probabi
lior opinio eſt negatiua pars quæſtionis, ſcili-
cet, ꝙ trãſlatio beneficij ſimoniace accepti non
ſit impedita iure naturali, aut diuino, quid-
quid ſit de grauiſsimo peccato. Hæc opinio eſt
Syl. verb. ſimo. §.19. Eſt Caiet. ſaltẽ quoad ſimo
niã mentalẽ. Videtur eſſe expreſſa ſententia. D.
Thom. hic ad.6. Eſt Victo. in ſuis ſcriptis anno.
1535. à ſe dictatis, quã refert eſſe Panor. ca. man
dato. de ſim. & ca. tua nos, eod. tit. & fatetur eſſe
communẽ opinionẽ Theologorũ. Eſt Nauarr.
in ſumma. ca.23. nu.102. & in prædicto commẽ
D to, de ſimonia mentali: vbi oſtendit hanc eſſe
opinionem communem canoniſtarũ & Theo-
logorum. Eſt tamẽ contra Maiorem in.4. diſt.
25.q.1. & contra Adrian. quolib.9. & contra So
tum lib.9. de iuſt. q.8. arti.1. in ſuum fauorem
citantem Henricum Gandenſ. quolib. 6.q.26.
& Armach. lib.10. ca.23. Adria. quolib.9. arti.3.
Et contra Meti. Salma. qui licet hanc noſtram
concluſionẽ probabilẽ eſſe fateatur, tamẽ in cõ
trariũ magis videtur inclinare. Quanuis verũ ſit
ꝙ ibi magis exẽplificare videtur de pretio, quã
de beneficio, ideo forte nobiſcũ ſentiret, loquẽ
do de reſtitutione beneficij ſimoniace accepti,
ſine vllo pacto exteriori, ne S. Thomæ aduer-

ſari videretur.Probatur autem concluſio: quia A iure diuino poteſtas ordinis trãsfertur in ſimoniacum, neq; enim iure diuino per ſimoniam characteris infuſio impeditur: ergo etiam poteſtas iuriſdictionis iure diuino per ſimoniacũ cõtractum non impeditur,ac per cõſequens,neq; tranſlatio beneficij.Patet conſequentia ex paritate rationis,ſicut etiam ſi ſimoniace quis baptizet alterum,aut ſi epiſcopus ſimoniace cõfirmationis ſacramẽtũ miniſtret characteris baptiſmi & confirmationis infuſio in animam nõ præpeditur.¶Item ſecundo patet: quia monachus,etſi ſimoniacè, & collato pretio profeſſus fuerit religionẽ ſolenniter,non ideo deſinit eſſe monachus: ergo neq; alius per ſimoniã aſſecu B tus beneficium deſinit eſſe verus beneficiarius ex iure diuino,aut ex tali diuino iure ſpoliatur beneficio.℄ Itẽ tertio probatur:Quia ideo vſurarius iure naturali tenetur ſoluere vſuras receptas,quia eas exigẽdo,& recipiẽdo intulit iniuriã mutuatario:ſed ſimoniacus recipiens beneficiũ nõ facit iniuriã contra iuſtitiã cõmutatiuã collatori beneficij, ſed ſolum irrogat irreuerentiã Deo,& eius rebus ſpiritualibus: ergo iure diuino non tenetur beneficiũ reſtituere.℄Itẽ tertio probatur ex D.Tho.in ſolutione ad.6. dicente, quod quoad Deũ ſola volũtas facit ſimoniacũ, ſed quoad pænam Eccleſiaſticam exteriorem non punitur, vt ſimoniacus, vt abrenũciare te C neatur:ſed debet de mala intentione pænitere. Neque valet gloſſa Soti; ſcilicet, quòd loquitur D.Thomas. de ſimonia mentali; vbi nihil datur,aut recipitur; quia hanc gloſſam merito irridet Nauarr.quia ſic intellectus D. Thomas præpoſterã exhiberet ſolutionẽ ad ſuum argumentum,vbi contẽdebat probare,quod non debet quis priuari eo, quod ſimoniace adquiſiuit.

¶ Ex hac concluſione ſequitur corollarie, quòd qui per contractum initum cũ Papa ſciẽte ab eo pretio comparaſſet beneficium, ius beneficij ſic valide adquireret; ita vt illud reſignare nõ teneretur. Nam cum iure naturali & diuino ad illud renunciandum non ſit aſtrictus,ſed D iure humano,Papa ſuper hoc ius eo ipſo,quod diuendit beneficium cum ipſo emptore,cenſetur diſpenſare, & ſuper pænis incurrendis.

℄ Secunda concluſio;Loquendo de reſtitutione pretij ſimoniace accepti ſine interuentione alicuius exterioris pacti, probabilius eſt,quod pretium ſic receptum de iure diuino, & naturali ab ipſo prælato ſit reſtituendum.Hæc concluſio loquendo,pro vt in ea loquimur de prælatis pro ſpiritualibus accipientibus pretium corrupta mente à corrupta quoque mente dante,ſine pactione vlla exteriori,eſt magis probabilis in practicaq; obſeruanda, ſecundum Ma- A giſt.Frat.Ioan. à Peña in ſuis ſcriptis, quæ eſt Soti loco citato: eſt antiquorum Henrici Gandenſis,Armachani,& Adriani,vbi ſupra:videtur eſſe D.Thomæ hîc ad.6. vbi obligationem reſtituendi in ſimonia colligit ex verbo Chriſti:gratis accepiſtis, gratis date, & loquebatur cum ſuis Apoſtolis repræſentantibus futuros Eccleſię prelatos.Item quia D.Thomas in iſto artic. 6.in ſolut. ad.6. Vbi reſpondet ſimoniacum mentalẽ pæna Eccleſiaſtica exteriori non puniri, vt abrenunciare teneatur,videtur loqui de abrenunciatione beneficij; quæ quidem abrenunciatio eſt pæna Eccleſiaſtica.Non autem meminit de reſtitutione pretij, quaſi eius ſen- B tẽtię ſit,quòd reſtitutio ſimoniaci pretij accepti à prælatis,non tam pæna poſitiua ſit indicta ab Eccleſia, quàm à iure diuino expreſſa ſub illis verbis,Gratis accepiſtis,gratis date. Nam ſi.S.Thomas huiuſmodi reſtitutionem pretij pænam ſolũ Eccleſiaſticã eſſe ſentiret, & non rem de iure diuino fieri iuſſam, non ſolum vteretur in illa ſolutione iſto termino, abrenunciare,quod proprie pertinet ad beneficia(nõ enim proprie dicimur abrenunciare male receptas pecunias, ſed eas reſtituere) ſed etiam vteretur iſto termino,reſtituere,dicens, quod ſimoniacus mentalis,ideſt,ſine exteriori pacto,non punitur,vt ſimoniacus, vt abrenunciare teneatur C beneficium, vel reſtituere pretium,ſi ſimoniace beneficium conferens illud recepit. Ex quo colligitur quod D. Thomas hic,quantũ attinet ad id,quod opinio communis dictat, quod pretiũ ſimoniace receptũ nõ ſit reſtituendũ à ſimoniaco mẽtali,ideſt, ſine pacto exteriori,opinioni cõmuni apertè non fauet. Vnde in gratiam opinionis cõmunis eũ citare Nauar.nõ poteſt. Intelligitur autẽ concluſio, quãdo prælatus intellexit aliquid etiam ſine pacto in pretiũ beneficij ab altera parte conferri, aut poſt id deprehẽdit. Nam ſecus eſſet ſi à principio mẽte non ſanus arbitratus eſt in pretium ſibi erogari munus, quod ſuſcepit, ſi poſt comperit gratis ſibi D fuiſſe collatũ, In hoc etenim caſu immunis eſt à reſtitutione accepti muneris, & tãtum ad pænitendum de culpa tenetur.Hęc autem concluſio ſic intellecta eſt contra Caiet. Sylue.& Panorm.ſupra citatos.Nam Caiet.hîc & in ſumma & Sylu.§.2.contrariũ tenẽt.Probatur autẽ hæc concluſio omnibus argumẽtis à principio quęſtionis inductis,quatenus probant, quòd ſimoniacus mẽtalis iure diuino, & naturali tenetur reſtituere pretium pro ſpirituali receptum, quæ magnã energiam habent,cuius modi ſunt primũ argumẽtum deſumptum ex autoritate Domini imperantis,& dicẽtis:gratis accepiſtis, gratis date: & ſecundũ deſumptũ ex exemplo





vſurarij, arguendo hinc ad ſimoniacũ mentalẽ A ex paritate rationis.Quod quidem argumentũ dũ concludit de prelatis à contrarijs male ſoluitur & argumentum tertium.

℄Præterea, quod hæc noſtra cõcluſio ſecunda ſit magis in practica obſeruanda, patet ſpecialibus his rationibus; quia ſi eſt res,quę geſta eſt publice, quia publice conſtat prælatum beneficium contuliſſe; & ſtatim magnã ſummã pecunię fuiſſe ſibi ab recipiente repenſam,quia prælatus contulit cauſam huius certi ſcandali, quod ex officio prælatiæ, quia paſtor eſt,tenetur vitare, & ſedare, & propulſare ab ouibus, cum non poſsit illud ſcandalum ſedare, dum non viderint eum emendatum, & reſtituẽtem B acceptum pretium;ſequitur, quòd gratia ſcandalum vitandi, ſeu ſedandi teneatur id pretij reddere,& non ſibi retinere.℄Si autẽ res geſta eſt ſecreto adhuc ſcandalum ſubditi à quo accepit pretium, reſtituendo pretium tollere tenetur. Neq; enim ſubditus ille impendiſſet ſibi pro beneficio pretium, ſi illud gratis pro vt Dominus in Euangelio iuſsit ei contuliſſet. ℄Tũ ſecundo: Quia regulariter prælati ſunt ſtipẽdiati ex decimalibus bonis Eccleſię vel aliunde,vt omnis occaſio eis ſubtrahatur venalitati exponendi ſpiritualia,quæ iuſſa ſunt à Domino dari gratis;ſed quicunq; miniſter,aut officialis rei publicæ aliàs ſufficienter ſtipendiatus pro ſuis C exhibendis miniſterijs in republica; ſi aliquid vltra accipiat à particularibus pro ſuis functionibus tenetur id reſtituere, vt in cõfeſſo eſt omnibus:quia præter id, quod agit contra fidelitatem debitã ſuo officio & in eo illum conſtituẽti,agit contra iuſtitiam commutatiuam contra eum,cui miniſterium tenebatur impendere gratis:ergo pari ratione prælatus ſtipendiatus pro ſuſtentatione ſua decenti, ſiquid miniſtrando ſpiritualia beneficia, vel aliqua ſacra receperit vltra non gratis collatum à ſubditis,etiam ſi nõ interceſſerit pactum,tenetur illud reſtituere: ꝙ nemo poteſt inficiari. Neq; obſtat, quòd quia alius vult emere beneficiũ, voluntarie dat pre- D tiũ. Quia reſpõdetur, quòd ibi immiſcetur inuoluntariũ ſecundum quid, ſecundum Ariſtot. Quia ſicut nollet emere,ſed magis gratis accipere,vt iuſsit Dominus: ita mallet non dare pretium,ſed ſine pretio in beneficio inſtitui.Vnde non volũtarie dat.Sed dices; quia à nemine emere cogitur beneficiũ:ergo volũtarie emit. Reſpondetur, quòd cogitur moraliter loquendo à neceſsitare,qua indiget(ſuppoſito ꝙ Eccleſiaſticus eſt)tali beneficio ad tranſigendã vitã.Vnde ſicut aliquis, qui in republica indigeret aliqua re,ex his quę ex iuſtitia diſtributiua reſpublica ſtatuiſſet gratis diſtribui inter ciues, ſi quia di- A ſtributor publicus eã ſibi nollet cõferre gratis, eam pretio ab illo emeret, ab illo cogeretur eã emere:ſic in præſenti ſuppoſito, ꝙ aliàs ea præbẽda ſimplici eſſet dignus. Tũ etiã non obſtat, ꝙ iſte voluit emere prębendã voluntarie: quia dato ſpontanee eã comparaſſet,ſed tũc non gratis accepiſſet.Nõ enim quod emitur gratis, accipitur:ergo reſtituendum eſt pretiũ à prælato,ſicut receptum eſt etiã reſtituendũ quod nõ gratis accepit iudex: alioquin ſufficienter à republica ſalariatus. Item patet:quia ſi receptũ pretiũ pro beneficio iure diuino non eſſet reſtituẽdum conſequẽs hinc fieret,quod mille aurei recepti pro ad miniſtratione aliorũ ſacramento- B rum à prælatis, vel miniſtris reſtituendi nullo modo eſſent, quod videtur durum conceſſu. Sequela verò probatur: quia pena reſtitutionis pretij pro adminiſtratione aliorũ ſacramẽtorũ, excepto ſacramẽto ordinis nõ eſt expreſſe indicta iure canonico;neq; pena reſtitutionis precij indicta in illis tribus caſibus emptionis beneficij & ordinis ſuſceptionis, & ingreſſus religionis ſimoniaci videtur extendẽda ad vẽditionẽ aliorũ ſacramẽtorũ, poſtquã ex iure expreſſo nõ extenditur:ideo non videtur locũ iſta extenſio habere. Quod ſi iure poſitiuo vt probatũ eſt pretium mille aureorum, verbi gratia receptũ pro baptiſmo,aut pro miſſa non eſt reſtituendum, C neq; etiã ſecundum contrariã ſententiã de iure diuino eſt reſtituendum, licite poterit ille poſt pænitentiã culpæ triumphare cum illo ſimoniaco lucro potioris conditionis, effectus ob patrationem nequioris criminis, quam vſurarius, qui recepit vſuras. Neq; obſtat hic reſpondiſſe, ꝙ vſurarius peccat cõtra iuſtitiam commutatiuã vſuras retinens,quia ſufficiẽter probauimus de prælato(quidquid ſit de priuato, de quo poſteà dicemus)quod recipiens pretium pro re quam iuſſus eſt diſpenſare gratis peccat cõtra iuſtitiã commutatiuã, vt patet ex præinductis rationibus. Et tandẽ concludimus, poſt tot probationes in gratiã huius ſecundæ concluſionis,quod D difficile eſt creditu, quod diſtributor officiorũ publicorum, qui iubetur ea cõferre gratis, ſi vẽdat illa,teneatur reſtituere pretiũ, & quod prælatus,qui eſt à Domino cõſtitutus diſpenſator rerum ſpiritualium,quæ gratis ſunt diſpenſanda,ſi eas pretio vendat poſsit pretium vendicare abſq; vlla reſtitutionis obligatione.

℄Tertia concluſio: Perſona priuata, quæ nõ eſt prælatus,neque talis perſona, cui incumbat ex præcepto diuino, vel humano diſtribuere bona ſpiritualia,ſi pro eorum collatione, vel diſtributione pecuniam acceperit, videtur probabile,quod iure diuino,vel naturali eam reſtituere non teneatur,ſiue fuerit ſimoniacus mẽtalis

tantum,& interior, ſiue ſit ſimoniacus exterior;
quia ius diuinum & naturale inter ſimoniā inte
riorē, & exteriorem diſcrimē nullum aſsignat
quoad pęnas incurrēdas:ergo in caſu,quo ſimo
niacus mētalis recipiēs pretiū pro re ſpirituali,ſi
ne pacto obligationē reſtitutionis iure diuino,
& naturali,nō incurrit. Neq; etiā iure diuino ſi
moniacus exterior ex pacto interueniente eam
obligationē reſtitutionis pretij contrahet(quid
quid ſit de iure poſitiuo,de quo modo non agi
mus.)Exēplificatur autem hęc concluſio in cu
rato,cui non incūbit ex officio conferre benefi
cia,aut pręſentatos in eis inſtituere,ſi iſte priua
ta autoritate aliquod beneficiū alicui alteri pro
pretio diuenderet iure diuino, & naturali,non
tenetur ad reſtitutionem pretij, ſiue pactum in
terceſsiſſet, ſiue non:bene tamen ex iure poſi-
tiuo Eccleſiæ,ad hanc reſtitutionem tenetur:ſi
tamen pactum interuenerit. Probatur autem
hæc concluſio,in qua ſolum opinio communis
& Sylueſtri, Caiet. Panormit. & cui fertur ac-
ceſsiſſe Victoria, & Canus verificatur. Quia
primo,ſi iſta perſona priuata, vt ſupponimus,
non tenebatur ex officio,aut ex iure aliquo illi
emēti illud beneficium tribuere: ergo non pec-
cat cōtra iuſtitiā cōmutatiuā illud pro pretio il
li tribuendo.Patet conſequētia. Nā qui accipit
ſic pro pretio beneficiū, ſtādo in ſolo iure diui
no acquirit ius beneficij,quia ſolū peccat con-
tra virtutem religionis: quia Deo & eius rebus
ſacris infert iniuriā;ergo & alia perſona priuata
qui cōtulit ei beneficiū pro numerata pecunia:
quia ſolū peccat contra eandē religionis virtu-
tem,non impeditur iure diuino ab aſſecutione
dominij pecuniæ.Patet etiam ſecundo:quia ſtā
do in exemplo diſtributoris publici officiorū,
quæ in republica iubentur diſtribui gratis,iſte
ſi quid accipiat pro eorū diſtributione,aſtrictus
manet ad eius reſtitutionem.Et tamen ſi perſo
na priuata aliquod huiuſmodi obtentum offi-
cium alteri diuendat, non fit incapax illius ac-
quiſitionis pretij. Patet etiam tertio:quia iſtud
præceptum: Gratis accepiſtis gratis date,pro-
mulgatū Matthæi.10.(vt exponit.Caiet.ſuper
hunc locū)eſt vnū de quinque præceptis, quæ
Dominus indixit Apoſtolis poſt eorū electio-
nem, & diſcipulis tāquam verbi euangelici mi-
niſtris,quos conſtituit in ordine ad confirma-
tionē doctrinę euangelicę,quā erant promulga
turi toto orbe terrarū horum mirabiliū donorū
diſpenſatores,at per apoſtolos & diſcipulos in-
telliguntur prelati,& ſimiles publici ſpirituales
diſpenſatores.Quare nihil mirū eſt, ſi prælatos
apoſtolorū ſucceſſores eadē regula regulemus
in hoc caſu,qua reliquos publicos diſpēſatores
reipublicę obligamus ad dona non gratuita ſibi

A collata pro gratuita,quam tenētur facere diſpē
ſatione reſtituēda. Neq; ſine valde apparenti ra
tione priuatas perſonas in hoc delinquentes,
quantū eſt de ſolo iure diuino ab hac obligatio
ne reſtituendi ſimoniace pretium acceptum ſe-
cludimus. Quia præceptū diuinū de dando gra
tis dona ſpiritualia recepta gratis etſi priuatas
perſonas etiam obliget, ſed non præcepto iuſti
tiæ commutatiuæ: ſed præcepto virtutis reli-
gionis,quo tenentur exhibere reuerentiā rebus
ſacris,& nō eas venales exhibere.Itaq; veriſimi-
le eſt quòd propter diuerſas conditiones perſo
narū iſtud præceptū diuinum:Gratis accepiſtis
gratis date,quantum attinet ad prælatos habet
vim præcepti iuſtitię, & religionis: & quantū
ad perſonas priuatas habet tātum vim pręcepti
virtutis religionis. Sicut videre eſt in pręcepto
B diuino correctionis fraternæ:quia autore Ma-
giſtro Bañes ſuper.2.2.D.Tho.q.33.arti.3.& ci-
tante Caiet.ibi in ſolut.ad.4.arg. articuli præce
dentis,pręceptū diuinū corrigendi fraternaliter
proximū im pręlatis cū ſit præceptū charitatis
comitem habet obligationem iuſtitiæ ad corri-
gēdos ſubditos ratione ſtatus pręlatię,& officij.
Quā obligationē iuſtitiæ ad corrigendos alios
fraternaliter, non eſt inuenire in perſonis priua
tis ſed ſolā obligationē charitatis. Sic etiā eſt exi
ſtimandū in præſentis concluſionis caſu,quoad
differētiā reſtitutionis ſimoniaci pretij,ſtādo in
ſolo iure diuino, aſsignatam inter prælatos atq;
perſonas priuatas, propter quam pręlatos ad re
C ſtitutionem obligamus,ac nō perinde perſonas
priuatas. ℭSed vrget hîc Sotus ſuo primo argu
mēto ſic, quo iure iſte priuatus vēdicat ſibi pre
tium. Reſpondetur, ꝙ iure emptionis licet pro-
hibitæ & iniquæ,ſicut meretrix adquirit pretiū
per illicitā vēditionē ſui corporis ad illū vſum.
Neq; valet iſta conſequētia. Adquirit pecuniā
per cauſam indebitam iſte ſimoniacus,& cōtra
voluntatē Dei dicētis, Gratis accepiſtis gratis
date:ergo eſt ab eo reſtituenda. Sicut nō valet
iſta illatio:Collatio ſimoniaca beneficij & bap-
D tiſmi eſt contra voluntatē Dei:ergo iure diuino
eſt inualida.Neq; valet conſequētia.Baptizatio
ſimoniaca eſt cōtra volūtatē Dei;ergo nō infun
ditur ſic baptizato character. Ad rationem D.
Tho.in corpore articuli poſt faciendū eſt ſatis.

ℭEx prędictis cōcluſionibus ſequitur corolla
rie, ꝙ nō improbabiliter dicitur, ꝙ ſi diſtributor
publicus beneficiorum alicui prorſus indigno
diuendat aliquod beneficiū, ſtando in ſolo iure
diuino,non teneatur ei pretium reſtituere:quia
non intulit ei iniuriam. Sicut ſi quis diſtributor
officiorū huius reipublicę alicui extraneo volē
ti emere vēdidiſſet officiū illi ſcienti,& volenti
non intuliſſet iniuriā:ſic in pręſenti caſu. Sicut
ſi fur



ſi fur equum à ſe furto ſublatū alteri ſcienti eſſe
alienum,& volenti à ſe emere vendat pretium
ei reſtituere nō teneretur. Quia iuxta regulā iu
ris,ſcienti & volenti nō fit iniuria ab eo,qui be-
neficia cōferre tenetur, quādo tali beneficio eſt
indignus;& ideo ei conferre illud non tenetur.

ℭ Iam poſt longam diſputationem ſuper
eſt reſpondere ad argumenta Soti quatenus
noſtræ tertiæ concluſioni videntur obſtare.
Quia in vniuerſum cōtendūt probare, ꝙ pretiū
ſimoniace acceptū ſit de iure naturali reſtituen
dum, etiam ſi fuerit à perſona priuata acceptū.

ℭ Igitur ad.1.reſpondetur, quod Chriſtus
( vt in probatione tertiæ concluſionis explica
tum eſt) diſtributoribus ex autoritate publica
Eccleſiæ conſtitutis ad diſtribuenda bona ſpi-
ritualia omne ius accipiendi pretium pro ſpiri-
tualibus abſtulit:ac per conſequēs iure diuino
illud pretium tenētur reſtituere.Quia pręcep-
tum illud diuinū: gratis accepiſtis gratis date,
reſpectu prælatorum,& eorum, qui ex officio
ſpiritualia hæc diſpenſare habent, vel ex auto-
ritate Eccleſiæ publica, habet vim præcepti iu
ſtitiæ,& etiam religionis virtutis: ſed reſpectu
perſonarum priuatarum habet tantū vim præ
cepti virtutis religionis,quæ non obligat ad re-
ſtitutionem propter rationes allatas. Vide ibi.
Igitur perſona priuata iure venditionis licet ſi
moniacè & illicitè ( quia iure diuino non an-
nullatur contractus, ſicut neq; etiam annulla-
tur contractus inhoneſtus meretricis) adquire
re poteſt temporale ſibi collatum, ſicut & illa
ſuæ proſtitutionis impenſam mercedem.

ℭ Ad ſecundum argumentum,quatenus cō
cludit,quod prælatus reſtituere tenetur nō gra
tis ſibi collatum temporale ad inſtar vſurarij,
concedimus libenter totum ſicut demonſtraui
mus in ſecunda noſtra cōcluſione,& eius pro-
bationibus. Si autem per hoc contendat quis
probare, quod etiam priuata perſona pretium
ſimoniace acceptum reſtituere teneatur, perin
de ac publica,hoc inficiamur propter differen-
tiam præinductam in tertia concluſione, &
propter ibi allatas rationes.

ℭ Ad confirmationem. 1. deſumptam ex.
Sancto Thoma reſpondetur,quod licet res ſpi
ritualis ſit inuendibilis, ſicut & vſus pecuniæ
qui venditur ab vſurario, dum ſub vſuris mu-
tuat:tamen differētia eſt inter vtrumq; caſum:
quia in caſu vſuræ vſurarius irrogat iniuriam
mutuatario.cōtra iuſtitiā cōmutatiuā agendo.
Sed priuata perſona dū per ſimoniā recipit tē-
porale pro ſpirituali ſolum irreuerentiam, &
iniuriam infert Deo, & rebus eius ſacris, agen
do contra virtutē religionis, quæ non obligat
ad reſtitutionē. Secus eſt autē, ſi prælatus eſſet,

A qui id tēporale ſimoniace accepiſſet vt pretiū.

ℭ Ad confirmationem ſecūdam nihil reſpō
dere eſt opus,cum ipſa faceſſat noſtrū intentū,
& concludat pro noſtra ſecūda cōcluſione, ſci
licet,quôd prælatus iure diuino,vel naturali te
netur pretium ſimoniace acceptū reſtituere.

ℭAd.3.argumentum diſtinguimus. Nam,ſi
ſit prælatus, vel perſona publica, quæ ſacramē
ta alia tenetur adminiſtrare,concedimus,quòd,
ſi pro pretio ea venalia exponat iure diuino il-
lud tenetur ab ſe abdicare reſtituendo.Sed ſi ſit
perſona priuata,ſi in caſu, quo non tenetur ea
adminiſtrare,ea diuendat, iure diuino non fit
inhabilis ad ſic acceptum temporale recipien-
B dum,ita,vt illud non poſsit retinere propter ra
tiones præinductas in tertia concluſione.

¶ Ad quartum argumentum deſumptū ex
articulo illo.6. D. Thomæ in corpore articuli,
vbi ratione naturali probat, quòd non poteſt
quis retinere beneficium acceptum ſimoniace,
quia contra ordinationem:& voluntatem Dei
qui eſt dominus illius retinetur, ac per conſe-
quens,quod ſimili ratione reſtituendū ſit pre-
tium,Reſpōdetur primo, quod hic optime ex
hac ratione D.Thomę cōcluditur radix,& fun
damētum,quibus fundata Eccleſia ſanciuit pæ
nas contra ſimoniacos, inter quas computan-
C tur reſignatio ſpiritualium, & temporaliū.Sed
nō hinc probatur,quod in omni caſu ſimonia-
co ipſo facto ius diuinum has pænas indixerit.
Igitur ſic in hac materia philoſophandum eſt;
ſicut in alijs materijs, quæ ſunt de iure diuino
philoſophantur Theologi. Sicut ergo præcep-
ta confeſsionis ſacramentalis, & communicādi
in communi de iure diuino ſunt:tamen in par-
ticulari quando hæc præcepta obligarent ius
diuinum nō expreſsit, ſed perſcribendi formā
& modum quoad tēpus,& locum, & reliquas
circunſtantias eorum ad impletionis facultatē
reliquit Eccleſiæ: ità & hîc merito exiſtiman-
dum eſt quod Chriſtus Dominus iure diuino
D ordinauit in communi fieri reſignationem ſpi-
ritualiū,& tēporalium ſimoniace acceptorum:
quia contra ordinationē, & voluntatē eius fue
runt data,& accepta:tamen modū,& circunſtā
tias,& caſus,in quibus iſta prædicta reſignatio
ſpiritualiū,& tēporalium facienda ſit, diffiniēdā
per ſuas eccleſiaſticas leges eccleſiæ ſuę vniuer
ſali poteſtatē contulit,excepto pretio ſimonia
co,quod ſimoniace accipiunt prælati,quod ab
ipſis eſt reſtituendū,iuxta illud pręceptū Chri
ſti Domini:Gratis accepiſtis,gratis date. Quaſi
dixerit:Gratis vos accepiſtis hęc dona ſpiritua
lia à me,vt diſpēſatores à me cōſtituti ad diſpē-
ſanda ea gratis: igitur gratis ea date,ad inſtar di
ſtributorū bonorū reipublicæ,qui iubentur ea

dare gratis.Et ſic euacuatur vis multorum argumentorum,quæ aliqui machinantur.

*Ad argumenta probantia de reſt.benefi.iur. Diuin.facienda.*

¶ Ad primum argumentum deſumptum ex D.Thom.2.2.q.32.arti.7.reſpõdetur, quod iſta regula,quam ibi inſinuat,D.Thomas, ſcilicet,quod quando datio, & acceptio eſt cõtra legem iuſtitiæ nõ transfertur dominum, ſicut in ſimonia,eſt intelligenda,quando eſt contra legẽ iuſtitiæ cõmutatiuæ, quæ prælatos obligat ad conferenda ſpiritualia gratis, vt diximus,cõtra quã eſt receptio pretij: & ideo non transfertur iure diuino dominiũ pretij. Sed contra hãc legem iuſtitiæ cõmutatiuę (vt explicuimus) nõ eſt receptio beneficij: ſicut neq; receptio illius doni pro pretio, quod reſpublica ſtatuit conferri gratis,& ideô iure diuino non venit reſignandum beneficium,niſi in caſu in quo hãc reſignationem faciendam eſſe ſtatuerit Eccleſia.

Ad.2.argumentum negatur paritas rationis, ſcilicet, quod ſicut de iure diuino pretium ſimoniacum eſt reſtituendum à prælatis:ita & beneficium ſimoniace receptum ſit renunciandum à recipiente;quia diſparitas rationis, quæ hic interuenit innoteſcit (vt prædiximus) ex exemplo diſpenſatoris bonorum communiũ reipublicæ quorum partem ſi vẽdat ciui reipublicæ,cui erat largienda gratis,ipſe diſpenſator tenetur reſtituere pretium acceptum : ille autẽ ciuis ad nihil de eo,quod ſic accepit reſtituendum tenetur:ſic etiam in caſu argumenti.

¶ *Reſponſio ad arg. deſumptũ ex ca.mãdato. Quod erat argumentum in contra.*

¶ Dicimus ergo primum ad caput iſtud. mãdato.de ſimonia, quatenus facit pro communi opinione, & noſtræ ſecundæ concluſioni obuiat, vbi prælatos ipſos etiam ſine pacto interueniente: pro ſpiritualibus accipientes pretium iure diuino obnoxios eſſe ad reſtitutionem pretij aſſeuerauimus,quos caput.mandato.à tali reſtitutione videtur excuſare, quod forte eſt veriſimilis illa ſolutio, quam Metina in ſua inſtruction.confeſſ. tradit, ſcilicet, quod pontifex in illo cap.mandato inter reſpondendum ſecutus eſt opinionem probabilem, quæ niſi aliud admiſceatur iniuſtum poteſt quietare conſcientias. Sed quia prælatos etiam aliæ rationes ſpeciales in ſecunda concluſione prætactæ ad reſtitutionem pretij ſimoniace accepti,etiam citra pactum obligant:ideo hi, niſi pretium reſtituant, vix poſſunt excuſari in conſcientia,quid quid ſit de perſonis priuatis.Secũdo reſpondemus ad cap.mandato,quod licet in

A multiplicãdo gloſſas eius multi doctores ſeipſos confundant,& vellicet,& irrideant, & mordeant ad inuicem:nobis tamen omnibus eorũ. gloſſis excuſsis & exploſis illa gloſſa, quæ fertur fuiſſe Magiſtri Cani, quæ multum accedit ad mentem & verba gloſſæ ſuper illud caput mandato, ſemper magis placuit, & nunc placet, licet Nauarrus in Commento de ſimonia mentali nu.14.&.15.eam reprobet ſicut & cæteras.Non enim patiẽter fert, quod aliquis hũc textum aliter interpretetur,quam ſibi ipſi videtur ſonare. Nam omnes alias gloſſas vaſtatiuas eſſe textus ait,& irreuerentes autoritati debitę textui canonico. Sed hanc noſtrã, & Magiſtri Cani gloſſam,ſi reprobat Nauarrus, nõ tam noſtram gloſſam,quam interpretationem Panor- B mitani, & gloſſæ ſuper illud cap. mandato.reprobat,merito & ipſe in hoc reprobandus,licet aliâs doctor ſit egregius commẽdationeq; dignus. Igitur gloſſa noſtra hæc eſt, quod Papa fuit ibi de duobus dubijs conſultus,circa mandatum, quod dederat cuidam commiſſario ad diſpenſandum in caſu, in quo commiſſa fuiſſe ſimonia ferebatur,dato aliquo à monachis pro adeptione loci in monaſterijs. Primo,an tale mandatum Papæ ſicut extendebatur ad diſpẽſandum cum monachis ſuper tali, ſimonia extenderetur etiam ad diſpenſandum cum abbatibus ſi culpabiles in ea inuenirentur. Et ad id dubij reſpõdet Papa,quod mandatum apoſtolicum,quia erat beneficium principis,quod latẽ erat interpretandum extendebatur ad diſpẽſandum, etiam cum abbatibus, ſi culpabiles inuenirentur. Secundo fuit conſultus Papa, quid agendum eſſet in caſu, quo reperit commiſſarius quoſdam ſine pacto, affectu tamen precedenti obtinendi temporalia hinc & ſpiritualia illinc,ea ſibi inuicem tradidiſſe,an eſſent cogendi ad reſignationem ſpiritualium, & temporalium.Et ad hoc ſecũdum dubium ſic reſpondet Papa.Et ad reſignationes,de quibus ro- D gas, an ſint faciendæ, ſcilicet, reſpondemus, ſi ſint reſignationes ſpiritualium,& temporaliũ, quæ nullo pacto,ſed affectu animi præcedente vtrinq; acquirũtur,eos pro ſimonia huiuſmodi non teneri:quia in hoc caſu delinquẽtibus ſufficit per pænitentiam ſuo ſatisfacere creatori. Ratio huius reſponſi, quam tradit Panormitanus,& gloſſa eſt, quod declaratur hic non fuiſſe neceſſariam reſignationem prædictam ſpiritualium & temporalium. Quia licet recepta vtrinq; fuerint affectu præcedenti: ſed non affectu ſimoniaco:quia nõ affectu principali, vel minus principali vendendi, aut emendi, id fecerunt;in cuius ſignum abſtinuerunt à pacto, & ab omni obligatione ciuili, neq; eam intermiſ-





cerẽ voluerunt:quia principaliter vtrinq; intẽdebant negocium concludere, licet monaſteria,& abbates ſecundario aliquod tẽporale emolumentum ſibi conferendum gratis ſperarent minus principaliter.Ita Panormi.ca.conſuluit. de vſuris.& in dicto cap.finali.de ſimon.Verũ aduerſus hanc gloſſam inſurgit Nauarrus dicẽs,textum loqui de vero ſimoniaco delinquẽte vero peccato ſimoniæ, vt patet per illa verba,delinquentibus. Sed reſpondetur ei, quod nos non nitimur in noſtra imaginatione, ſed gloſſa ibi verbo, affectu animi. & maxime penes finem, concludit illum præcedentem affectum peccatum fuiſſe, ſed non propriæ ſimoniæ,ſed ambitionis. Vnde ſic tandem concludit, quod ille affectus animi non dicitur proprie ſimonia.¶ At ſi aliquis inſtet pro Nauarro,ſcilicet, quod ſi hic non interceſsit vera ſimonia,quod igitur hic interuenit delictũ mortale,pro quo hic ait Papa, quod ſufficit delinquentibus ſuo ſatisfacere Saluatori? Reſpondetur, quod hic interceſsit peccatum ſcandali, & quædam mala ſpecies,& repræſentatio ſimoniæ in tali exteriori facto, à qua tenebantur cauere iuxta illud Apoſtoli,ab omni ſpecie mala abſtinete vos ad Theſſalonicenſ. capi. vltimo. Hanc gloſſam tres coniecturæ probabilem faciunt.Tum,quia monachi erant, & non tam corruptæ mentis,vt licet peccauerint peccato ambitionis, & ſcandali voluerint peccare peccato venditionis profeſsionis, & ingreſſus religionis. Quod ſecundo conijcere eſt eo,quod abſtinuerunt ab obligatione ciuili, & pacto. Tertio, quia Papa non exprimit geſtum fuiſſe negotium affectu ſimoniaco præcedente; ſed tantum ait affectu præcedente. Quartò quia Papa concludit eos pro huiuſmodi ſimonia non teneri. Vbi non ait,eos non teneri pro ſimonia abſolute, ſed pro huiuſmodi, ſcilicet, conditionis, & qualitatis ſimonia, quæ imaginem gerit potius ſimoniæ, quam veritatem, & proprietatem omnimodam.Neque enim eſt quid inuſitatum in iure canonico,ſimoniam appellare factum, quod ſpeciem ſimoniæ repræſentat, licet propriẽ ſimonia nõ ſit.Sicut etiam.1.q.1.cap.eos,qui.ſimonia hęreſis quædam eſſe dicitur,cum hæreſis nõ ſit; ſed talis dicitur ſecundum.D.Tho.2.2.q.100.art.1. in ſol.ad.1.ſecundũ exteriorẽ proteſtationẽ. Sicut etiam.1.q.1.can.ſi quis. qui iniuſto cordis amore cõfert beneficiũ,ſimoniacus dicitur; ſed non eſt proprie ſimoniacus, niſi aliud interueniat; ſed largo modo dicitur talis propter aliquam repræſentationem, vel ſimilitudinem ſimonię ibi interuenientem . Tum vltima coniectura eſt,quia ſi D. Thomas caſum huius tex-

A tus cap. mandato, veram ſimoniam continere exiſtimaſſet, aliquando eum citaſſet.

# CAP. CCCVII.

*Vbi epilogantur hactenus dicta: Et quando, & quomodo, & cui reſtitutio pretij tẽporalis, aut reſignatio ſpiritualium in hac materia ſimoniæ facienda ſit. Vbi reſpondetur, per octo dicta, & per vnum corollarium: Et ſuper pænas ſimoniacorum, quis poſsit diſpẽſare: Et an mediatores illas incurrant: Et de 5.pænis ſimoniacorum, & quod ſolus Papa* B *diſpenſat cum committente ſcienter ſimoniam in tribus caſibus, & in alijs poſsitne epiſcopus diſpenſare: Et de reſtitutione pretij, & de ſimonijs confidentiarum, & de alijs egregijs caſibus.*

AD calcẽ iam huius tractatus dẽ ſimonia peruenientes operæ prętium eſſe duximus, quaſi epilogando hactenus à nobis diſcuſſa:hæc tria hic adnotare, ſcilicet,quando, & quomodo & cui reſtitutio pretij temporalis, aut reſignatio ſpirituali in hac materia ſimoniæ facieda ſit,quatenus hinc forma ſumatur à confeſſoribus circa ea remedia, C quæ pænitentibus his implicitis ſimoniæ criminibus ſunt adhibenda in foro conſcientiæ.

¶ Dicitur ergo primo,quod ſi ſimonia, quam commiſerit pænitens,fuerit omnino mentalis, conſiſtens intra mentem ſolum; itaque in ſola animi præparatione interiori fuit ad diſtrahendum pro pretio beneficium,non tamen id exẽcutioni mandauit,quia illud defacto non vendidit;in hoc caſu digna pænitentia, & acri reprehenſione præadhibitis à confeſſario, ab ipſo admonendus eſt ad tollendum pænitentis ſcrupulum,nullas contra ſimoniacos pænas in iure decretas incurriſſe, neq; ad aliquam reſtitutio- D nem teneri.Secundo dicitur,quod ſi pænitens commiſerit ſimoniam mentalem,ita,vt ſine pacto tacito,vel expreſſo corrupta mente contulerit beneficiũ,& receperit pretium,ſi eſt prælatus tenetur de iure naturali reſtituere pretiũ, vt in noſtra ſecunda cõcluſione in capitulo immediate præcedenti probauimus,etiã ante vllã condemnationem, & reſtituendum eſt in hoc caſu pretium ei, qui illud ſoluit, neq; enim vllo iure diuino eſt eo priuatus;neq; etiam iure poſitiuo ſecundũ commune: quia nõ interceſsit pactũ, neq; voluntarie illud perſoluit,quia maluiſſet ſibi dari beneficiũ gratis, pro vt de iuſtitia, ſuppoſito,quod aliâs dignus erat, prælatus gratis te-

tis tenebatur dare. ¶ Tertio dicitur, quod ſi
priuata perſona, cui ex nulla obligatione incũ
bebat ſpiritualia diſpenſare, ea impẽdit pro pre
tio temporali, ſine pacto tamen vllo interue-
niente, quia ſolũ deliquit contra virtutẽ religio
nis, vt in.3.concluſione probauimus ei, qui con
tulit pretiũ illud reſtituere non tenetur. Vide
ibi rationes, ſicut neq; iſte, imo neq; prçlatus in
caſu, quo corruptæ mentis fuere conferẽdo be
neficiũ pro tẽporali ſi poſtea cõpererint id tem
porale gratis ſibi fuiſſe tributũ, illud reſtituere
tenẽtur. Quarto dicitur, quòd quando ex parte
conferẽtis beneficiũ fictus contractus initus eſt
quia reuera non eius fuit animi, vt venundare
voluerit beneficiũ, ſed tantũ eludere beneficij
mercatorẽ, nullas in cõſciẽtia incurrit ſimoniç
pænas poſitiuas: ſicut neq; qui ficte ex metu ſa-
crificauit idolis in conſciẽtia (quia non eſt pro-
prie hæreticus) autore Metin. in ſua ſumma in
currit pænas latas contra hçreticos, & idolola
tras (quid quid ſit de foro exteriori, inquo, quia
iudicat de exterioribus iudicabitur eas incurriſ-
ſe. Sed tamẽ, ſi in hoc caſu fictè iſte accepiſſet
tẽporale à mercatore nõ gratis, ſed ꝓ beneficio
illud dãte teneretur illud reſtituere illi; quia nõ
fuit cõtractus ſimoniacus ex vtraq; parte cõſũ
matus, cũ ex parte cõferẽtis beneficiũ defuerit
intẽtio illud vẽdẽdi, & quia illud tẽporale non
gratis exhibuit. Si autẽ è cõtra qui promiſit, &
fecit inſtrumẽtũ deſoluẽdo mille pro beneficio
vt illud hac via obtineret, ſine animo ſoluẽdi pre
tiũ, illud per hãc fictionẽ obtinuit, licet veriſi-
milius ſit autore Nauar. contra Sot. & Caiet. &
magis de mẽte D. Thomæ ſit (vt ſupra probaui
mus) quòd ſit ſimoniacus, eo quòd non gratis
beneficiũ accepit, ſed pro pacto, & inſtrumẽto
ſoluẽdi æſtimabili precio quod præſtitit. Sed
in hoc omnes conuenimus, quòd non eſt renũ
ciandũ beneficiũ, & quòd non fuerint incurſæ
reliquæ pçnæ ſimoniacæ; licet ad hoc affirmã
dũ Nauar. alio moueatur motiuo, quâm Caiet.
& Sot. Quinto dicitur, quòd in caſu, quo verè
& non fictè beneficij emptor pro eo numera-
uit pecuniã, ſed nondũ eſt ſibi collatũ, ſi acce-
dat ad confeſſariũ confeſſurus ſua crimina, tũ
huic ab confeſſario tã nefandũ ſcelus verbis di-
gnis exprobrandũ eſt, & intimandũ, quo reſi-
piſcat, & ſuadendus eſt, imo etiã compellendus
in conſciẽtia, vt à tã iniquiſsimo contractu rece
dat, atq; ſuã pecuniã repetat, quam ei alter reſti
tuere tenetur; ſiquidẽ iſte pænitẽs ante iudicis
condẽnationem eius dominio priuatus nõ ma
net. Cæterum ſi contractus prædictus taliter
initus ad id ſtatus peruenit, vt conſummatus
iã ſit ex vtraq; parte, tã per collationem benefi
cij, quã etiam per numerationẽ pecuniç factam

A collatori pro illius collatione, iam in hoc caſu
iſti in omnes pænas decretas contra crimen ſi-
moniæ ſe nouerint incurriſſe. ¶ Sed iã in hoc
caſu merito ambigitur, cui ante condemnatio-
nẽ iudicis pecuniæ ſic receptæ facienda ſit reſti
tutio. Nã opinionem illorũ, qui ſentiunt, neq;
in hoc caſu conſummatç ſimoniæ ex vtraque
parte, faciendã eſſe reſtitutionem ante condem
nationẽ iudicis in conſcientia, nihil curamus,
cum ſit contra noſtros Thomitas Caiet. Sotum
Metin. in ſua inſtruct. & contra Victoriam &
contra rationẽ, quia in odiũ ſimoniç ipſo factò
impedita eſt per eccleſiam in ſimonia ex vtra-
que parte cũ pacto conſummata tranſlatio do-
B minij, tã ſpitualis, quã tẽporalis ſic recepti, & ſic
ſtatim eſt reſtituendũ ante condẽnationẽ quia
eſt alienũ. Secus eſt de bonis hæretici, quæ ante
condemnationem iudicis non ſunt reſtituenda
fiſco: quia ante condemnationem ſecundũ vnã
opinionem non ſunt aliena: ſed hæreticus eſt il
lorũ dominus; vel ſecundum aliam opinionem
habet eorũ quandam poſſeſsionem, quantũ ad
aliquid æquiualentẽ dominio. Ideo omiſſa hac
opinione, licet diuerſæ opiniones circa hoc du
biũ verſentur, illa eſt veriſimilior, quòd in hoc
caſu ſimoniæ vtrinq; conſummatç pretiũ reſti
tuendũ eſt parti illud conferenti: ſiquidem ante
condemnationẽ iudicis illius dominio non eſt
C priuatus. Tũ, quia in pænalibus, & ante condẽ-
nationẽ benignior pars eſt eligẽda, qualis eſt
quòd ſuo domino pecunia reddatur. Tũ, quia
talis contractus fuit ipſo iure nullus, & per con
tractũ nullum nõ potuit dominium illius à ſe
abdicare. Tum etiã; quia etſi potuiſſet, tamen
nolitione quadam conditionata noluit tale dò
miniũ transferre in alium: quia maluiſſet (pro
vt Chriſtus Dominus diſpoſuit) beneficiũ ſibi
conferri gratis. Neq; obſtat ſententia D. Tho.
2.2.q.32.art.7. vbi ait, quòd, quia in ſimonia dãs
& accipiens contra iuſtitiã diuinæ legis agit;
nã debet fieri reſtitutio ei, qui dedit, ſed debet
in eleemoſynas erogari, quia gloſſari debet
D poſt ſententiã iudicis applicantis temporale
datũ pro pauperibus, & quòd hæc fuerit mens
D. Thomæ hic in prædictis verbis patet ex do
ctrina eius. 2.2.q.62.ar.5. in ſolut. ad.2. Vbi aper
tè docet, quòd in datione illicita, & contra legẽ,
qualis eſt datio ſimoniaca, qui ſimoniace ali-
quid dedit meretur illud amittere, quod dedit.
Nota quòd non ait, quòd de facto & ipſo
iure ante ſententiam illud pretium amittat, ſed
quod meretur illud amittere. Vnde cũ ſubdit;
Non poteſt accipiens retinere, ſed conuerten-
dũ eſt in pios vſus, intelligitur poſt ſententiam:
Nam qui dedit, licet ante ſententiam ſic à ſe da
tum mereatur amittere, de facto non amittit:
quia



quia (vt eſt prædictum) neq; voluntarie omni
no dedit. ¶ Sexto dicitur, quod quãdo ſimonia
eſt ex vtraq; parte conſummata, quia interfuit
pactum & traditio pretij, & collatio rei ſpiri-
tualis, tunc beneficij receptor illud reſignare te
netur in manus prælati, etiã ante condemnatio
nem, vt patet per extrauagantẽ. cũ deteſtabile.
de ſimonia. Neq; enim beneficiũ reſtituendum
eſt collatori ſimoniaco, etiam ſi quia pecuniã ſi
bi pro eo numeratam ei reddit petierit benefi-
cium ſibi reſtitui. Quia non eſt par ratio de re-
ſtitutione pretij & de reſtitutione beneficij:
quia qui illud ſimoniace contulit: duplici nomi
ne illud redhibere non poteſt. Tum, quia prop-
ter ſimoniam cõmiſſam inhabilis eſt ad illud
recipiendum. Tum, quia cũ illud ſimoniace cõ-
tulit, illud reſignauit in manus prælati; quod
non ita contingit in pretio erogato pro ſpiri-
tuali. ¶ Septimo dicitur contra Metin. in ſua in
ſtruction, confeſſorum, & cõtra alios, quod nõ
eſt eadem ratio, quando quis pro pecunia non
ſtatim numerata, ſed ad creditum ſuum benefi-
ciũ alteri tradidit venale. Neq; enim illius bene
ficij emptor eius iam adeptus poſſeſsionẽ per
manus prælati, illud reſignare tenetur, ſi pro eo
promiſſum nondum exoluerit pretium, ſecun-
dum Nauarrũ in ſum. ca. 23. nu. 103. & Caſiod.
& Gomez ab ipſo ibi citatos, & ſecũdum anti
quum ſtylum curiæ Romanç, qui facit ius cap.
ex literis. de conſtit. & propter rationes ſupra
à nobis adductas; quia Eccleſia ſolũ punit ſimo
niã conſummatã ex vtraq; parte per dationem
ſpiritualis & tẽporalis. ¶ Octauo dicitur, quòd
eſt probabile multũ, & ita tenendũ eſt, ꝙ ſimo-
niaci accipientes aliquid pretij per modum pre
tij pro ſepulturis, & adminiſtratione aliorũ ſa-
cramentorũ omniũ, in caſu, quo iſta ex prçcep-
to & obligatione tenentur diſtribuere, aut diſ-
pẽſare. Imo etiã ſi ſint priuatç perſonç, quç iſta
diſpẽſare non teneantur, ſi ſimoniace hçc ſpiri
tualia diſpenſauerint ſimonia conuẽtionali, &
cõſummata ex vtraq; parte per traditionẽ ſpiri
tualis & tẽporalis cũ pacto interueniente inter
eos, tenentur, ad reſignationem ſpiritualiũ, & tẽ
poraliũ poſsibilẽ, vt in ſepulturis fieri poteſt,
ratione legis humanæ canonicç: quia leges hu
manæ canonicæ, quæ interdicunt has res vena-
les exponi, videtur prohibere tranſlationẽ do-
minij ca. 8. & 11. de ſimonia. Et patet etiã: quia
D. Thomas idẽ affirmaret de omnibus ſimo-
nijs exterioribus, ex vtraq; parte conſumma-
tis. Imo etiã ſi ſimonia non fuerit conſummata
ſic in prædictis materijs ſpiritualibus, neq; in-
teruenerit pactũ prælati, & qui ea adminiſtrare
tenẽtur, pretiũ (vt prædiximus) etiã ſecluſo iu-
re poſitiuo de iure diuino reſtituere tenentur.

A Priuatæ autẽ perſonç, quç ex nulla obligatione
hæc ſpiritualia miniſtrare tenentur, etiã ſi vtrin
que conſummando venditionẽ ſimoniacã, quç
non ſit beneficij, aut ſacri ordinis, aut ingreſſus
religionis, deliquerint ad reſtitutionẽ pretij, vt
probabile eſt non tenentur, ante condemnatio
nẽ, neq; ad reſignationẽ ſpiritualis, niſi cõſuetu
do ſit in oppoſitũ, de qua nihil habeo cõpertũ.
¶ Ex prçdictis ſequitur corollarie, ꝙ ſimonia
ci innodati ſimonia conſummata ex vtraq; par
te per traditionem ſpiritualis, & tẽporalis, cum
pacto, quia omnes pænas contra ſimoniacos in
currunt, ſi deliquerũt in illis tribus caſibus vẽdi
B tionis beneficij, aut ſacri ordinis, aut ingreſſus
religionis, fiunt inhabiles ad illud, & ad aliud
quodcunq; beneficiũ, nec fructus beneficij fa-
ciunt ſuos, ideò indigent diſpenſatione. Quare
hoc eis ſupereſt remediũ, vt recurrentes ad ap-
ſtolicum Nunciũ ſuppliciter poſtulent ab eo,
eum de prædictis informantes, nouã collationẽ
dicti beneficij in conſcientia, ſi nuncius ea pote
ſtate ſic faciendi ſit à papa donatus, & ſimul cũ
collectore papæ ſuper fructibus illucuſq; male
perceptis compoſitionẽ ineant. Si autẽ Nũcius
ſuper prædictis diſpenſandi non potiatur facul
tate, neceſſatius erit recurſus ad papam. Qui ſi
prædicto modo poſt redditam ſibi de omnibus
C verã relationem diſpenſauerit, tutus pænitens
hic manebit in conſcientia. Interim tamen ſi
confeſſarius viderit eum non eſſe in mora impe
trandi prædictã diſpenſationẽ abſoluere eũ po
terit virtute cruciatç ab excommunicatione, vt
poſsit celebrare, in ſecreto tamen: ne ſi negociũ
poſt ad forũ exterius publicè deduceretur pro
tali celebratione puniri poſsit. Sic Meti. in ſua
inſtructione: qui videtur loqui in caſu ꝙ ſimo-
niacus eſt ſecretus. Nã ſi eſſet publicus; quia tũc
autore. D. Thom. in prædicto. 6. art. ſi eſt ſimo-
niacus in datione, vel receptione beneficij, eſt
ſuſpenſus ipſo iure, & quoad ſe, & quoad alios,
D dum crimẽ eſt publicũ, indigeret etiã antequã
celebraret petere diſpenſationẽ ab hac ſuſpẽſio
ne; quia diſpẽſatione ſecundũ Naua. contra D.
Thomã hic non indiget: quia iſtam ſuſpenſionẽ
non incurrit, neq; iure antiquo, neq; nouo. At
quia nos in gratiã D. Thomç in art. 6. in ſolut.
ad.1. contrariũ affirmantis textũ clarũ ſupra al-
legauimus, ſecurius tenemus cũ D. Thoma hũc
dum publicus ſimoniacus eſt, in beneficij vẽdi
tione, vel emptione indigere diſpenſatione ab
hac ſuſpenſione, à qua tantum abeſt (vt aliqui
Theologi autumant) ꝙ virtute cruciatæ poſsit
abſolui, vt neq; epiſcopus (quia data eſt in pæ-
nã iſta ſuſpenſio) ſuper eã poſsit diſpenſare, ſe-
cundũ Panor. in. ca. 2. de ſolut. & ca. tam literis.
de teſtibus. & ſecundũ Aret. & Felin. ibi contra
gloſſ.

gloſſ.clem.1.de hæretic.verbo.excommunicationis & gloſſ.cap.cupientes.§. cæterum verb. ſuſpenſus de elect. lib.6. Imò & originale bullæ cruciatæ ſuper irregularitatē ſeu ſuſpenſionem ratione ſimoniæ, apoſtaſiæ, hæreſis contractam tanquam rem grauem, cuius diſpenſatio pertinet ad Papā, dum eſt publica, aut deducta ad iudicium, commiſſario cruciatæ diſpenſare non concedit: ſed eam apertè excipit. Vnde ſecurius eſt ſuper his ſuſpenſionibus ratione ſimoniæ incurſis, dum publicæ ſunt ſuper earum obtinendis diſpenſationibus recurrere ad Papam, vel ad eius nūcium, ſi ad ſic diſpenſandum in his à Papa ſibi indulta fuerit facultas. Si autem confeſſarius viderit pænitentem moras adnectere impetrandi ſibi remedium à Papa, ſed velle ſic perſeuerare, eum non abſoluat.

℄ Mediatores quoq; in ſimonia, vt patet in extrauaganti cū deteſtabile: eiſdē pænis ſimoniacorū inuoluuntur, & pænā excommunicationis incurrunt. Quod intellige ſecundū Nauarr. & ſtylum curiæ, quando mediarint in ſimonia interueniente pacto ex vtraq; parte per traditionē ſpiritualis cōſummata, in illis tribus caſibus, ſcilicet, venditionis beneficij & ſacramenti ordinis, & ingreſſus religionis, contra Sotum aſſerentem q.8.ar.2.omnē ſimoniā excōmunicationi ſubiacere per ius nouum in extrauag. cū deteſtabile. de ſimoni. Sed iam prædiximus intelligentiam huius extrauagantis limitatam eſſe ad tres prædictos caſus ex mente canoniſtarum. Præterea iure antiquo quotquot certa ſcientia teſtes erant ſimoniæ tenebantur ſub Anathematis pęna reuelare. Sed iā hęc lex Romæ, & vbique eſt per vſum abrogata.

¶ *De pænis ſimoniacorum.*

℄ Præterea notatu opus eſt quatuor, aut quinque numero genera pænarum eſſe in iure canonico vitio ſimonię decreta. Prima autē pæna (ſi talis vera pæna dici poteſt) eſt ſpiritualiū reſignatio, temporaliumque reſtitutio, vt patet ca. ſiquis epiſcopus, & cap. presbyterum .1. q.1. & cap. de hoc. & cap. audiuimus. de ſimon. & in extrauagantibus Martini Eugenij & Pauli ſecūdi cum deteſtabile. vbi cōtractus ſimoniacus declaratur, & habetur. ca. vt nullus. ex quo conſurgit conſequenter ſtatim talis obligatio reſtitutionis abſque expectatione ſententiæ. Secunda autem pœna eſt excommunicatio, vt patet eiſdem extrauag. & can. reperiuntur. 1.q.1. quæ ipſa iuris admonitione incurritur in illis tribus exceptis tantum caſibus, quando in illis interuenit ſimonia cum pacto ex vtraque parte per traditionem conſummata ſecūdum ſtylum curiæ Romanæ. Tertia autem pæna eſt ſuſpenſio ab ordinum functione, qui per ſimoniam recipiuntur, etiam ſi tale crimē fuerit ſecretum. Super hac autem ſuſpenſione ſecreta, neque deducta ad iudicium epiſcopus diſpenſare poteſt; ſicut in alijs ſecretis ex culpa prouenientibus excepta irregularitate ex homicidio voluntario orta iuxta decretum Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. Et licet iſta ſuſpenſio ab officio ordinum ſub nomine irregularitatis in dictis locis iuris canonici nō ponatur, ſed autore Soto, quoddam genus irregularitatis eſt, imò quia ſic ſuſcipientes ordines ſunt excōmunicati ad alios ordines promoueri nequeunt, dū ſic manēt, quæ eſt alia irregularitas. ℄ Vltima deniq; pæna eſt infamia vt habetur. 15.q.3.cap. ſanè. & de accuſat. ca. inquiſitionis. Sed nota, quòd autore Victoria hāc pænam non incurrunt, niſi per ſententiam iudicis, vt ſimoniaci condemnentur, ſicut etiam pænam depoſitionis nō incurrunt ipſo facto, niſi prius iudici aliter de tali crimine ſimoniecōſtiterit cap. inquiſitionis, de accuſationibus, & cap. ſane. 15.q.3. ℄ Nota tandem regulā, ex qua multos & infinitos diſſolues caſus, ſcilicet, quòd nullus tenetur ad reſignationem beneficij ſimoniacè accepti, quando pactio nulla præceſsit licet in mente hoc intenderit quis. ℄ Ex quo cōſequitur corollarie, quòd ſeruitores prælatorū, & obſequentes eis, etiam in obſequijs turpibus, dummodo non fecerint pactum; licet pro huiuſmodi obſequijs intenderent cōſequi beneficiū, ad illud reſignandum non tenentur.

℄ Præterea commendatione dignum notabile hic proponitur, ſcilicet; quòd ſolus Papa diſpenſare poteſt cum ſimoniaco committēte ſimoniam in illis tribus memoratis caſibus ſcilicet, in emptione, & venditione beneficij & ordinis ſacri & ingreſſus religionis, ſi interceſsit pactum, & ſimul cum pacto traditio ſpiritualis, & temporalis inter partes ſubſecuta eſt. Ità patet ex cap. cum deteſtabile de ſimonia in extrauaganti Pauli.2. & ca. mandato. de ſimon. & D. Thomas ita. 2.2.q.100.art.6. in ſol. ad.7. Ita inſinuat circa beneficiarium ſimoniacum, vbi ait, quòd ſolus Papa cum eo, qui eſt ſcienter ſimoniace beneficiatus diſpenſare poteſt. Si autē in ſimoniaca ſuſceptione, aut adminiſtratione aliorum ſacramentorum, quidpiā ſimoniace detur, aut recipiatur. S. Thomas loco citato cenſet, epiſcopum poſſe diſpenſare. Cui accedit Hoſtienſis affirmans epiſcopum poſſe diſpenſare cum ſimoniaco circa officia mortuorum, benedictiones nubentium, ſepulturas, chriſma, benedictiones vaſorum, & in ſimilibus poſt peractam pęnitentiā: quia hæc nō prohibentur ab epiſcopo diſpēſari arg. in cap. nuper. de ſent. excōmunc.

Neque



Neq; obſtat caput. erga.1.q.1. quia loquitur de ſimoniaco in dignitate. Neq; obſtat extrauag. cū deteſtabile. de ſimonia. quā in contra obijcit Sotus illa. q.8. arti.2. quia ſecundū Naua. in ſumm. ca.23. nu.103. hęc extrauagās, niſi ſimoniacos in beneficio, & ordine delinquentes per ſimoniā conuentionalē ex vtraq; parte per traditionem conſummatā non cōprehēdit, vt ſupra latius dictū eſt. Vnde non exiſtimat Nauar. in reliquis materijs ſimoniā cōmittentes ſuper his pænis, neq; etiā diſpēſatione epiſcopali indigere: tamē quia D. Thomas & ei ſubſcribēs Hoſtienſis videntur ſentire contrariū. Nā D. Thomas loco citato arti. 6. in ſol. ad.7. illius. q. 100. expreſſe ait ſic, in alijs autē caſibus poteſt etiā epiſcopus diſpenſare: ità tamen, quod prius abrenūciet, quod ſimoniace adquiſiuit, poterit, inquā diſpenſare in ordinibus etiā, vt maiores conſequatur, nō tamen vt prælationes accipiat, exiſtimo dicendū eſſe in alijs caſibus hanc fore petendā diſpēſationem ab epiſcopo, dū eam peti eſt in vſu. Secus, ſi de tali vſu non eſt memoria; excepto, ꝙ acceptū à prælatis, vel ab his, qui ſpiritualia miniſtrare tenentur in pretiū pro diſpēſatione illorū, in quacūq; materia ſpirituali acceptū reſtituendū eſt: quia iure diuino ad hāc reſtitutionē pretij tenentur, nec epiſcopus poteſt ſuper hanc reſtitutionē diſpenſare, vt pręditi pretiū illud poſsint retinere. Secus autem eſt autore Soto de Papa, qui licet ante factū diſpenſare non poſsit, vt ſimonia, quę de iure diuino eſt prohibita licite cōmittatur: tamē poſt factū ſuper omnibus pænis diſpenſare poteſt, ſi iam ſint contractæ: quia poteſt ſimoniacū in priſtinum reſtituere locū, & honorē. Imo quia non ſolū de fructibus beneficij, ſed etiā de pretio ſimoniaco, poſtquā crimen eſt in ſuū forum delatum pro animi ſui ſentētia diſponere poteſt: quia danti illud pretiū non eſt tunc reſtituendū, ſed cui Papa aſsignauerit, poterit Papa diſpenſare tunc, vt ille receptor pretij illud poſsit retinere, nō vt ſimoniacū pretiū, ſed vt munus ſibi collatum à Papa. Imo poteſt etiā Papa quidquid ſit de peccato ſimoniæ diſpenſare cum aliquibus, vt citra pænas excommunicationis & infamiæ, & alias pænas & citra earū incurſum poſsint cōtractum ſimoniacū celebrare. ℄ At poſtremum reſtat de reſtitutione pretij, an ſi Papa illud pro ſpirituali reciperet, poſsit ſecū diſpenſare, aut cum alio prælato illud recipiente diſpenſare, vt non ſit ab ipſis reſtituendū. Reſpōdetur ſecundū Sotum, & reliquos ibi doctores in hoc adhęrentes, qui rationabilius & veriſimilius affirmāt pretiū ſimoniacum, præſertim à prælatis de iure diuino eſſe reſtituendū, ſi illud receperint. Papam etiam ſi pretio, quod tamen nuſquā continget, diuēderet ſpiritualia, teneri ſemper ad pretij reſtitutionem. Quia, vt probatū eſt, illius tranſlatio dominij iure diuino eſt nulla. At vero cū alio prælato ſic recipiente ſimoniacum pretium, poſſet Papa diſpenſare vt non ex ſimoniaca receptione, ſed ex alia cauſa facta ei noua largitione poſsit illud retinere ex rationabili cauſa.

℄ Sed neq; ab hoc dubio cū reliqua dubia explicuerimus potuimus hic abſtinere, ſcilicet, vtrū eo ipſo, quod Papa ſecum diſpenſaret, vt ſacerdotium venderet, cū emptore intelligatur diſpēſare, non dicimus quantū ad culpam, quia non poteſt, ſed vt verus ſit poſſeſſor. Adrianus igitur contra Paludem negatiuā tenet. In cuius gratiam facit primo: quia hic non ſubeſt rationabilis cauſa diſpenſandi, quia diſpenſatio hæc multis volentibus emere ſpiritualia à Papa fieret in præcipitium & ruinā ad contendendū ea emere: ergo non eſt cenſendus Papa ipſo facto velle diſpenſare. Tum ſecundo; quia, vt diffinitur capite. ſi aliquando, de ſententia excommunic. per hoc quòd Papa ſuis literis excommunicatū ſalutat, non propter hoc eum abſoluit, etiā ſi ex certa ſcientia ſalutet excommunicatum ſecundum gloſſam ibi: ergo neq; etiam cenſetur diſpenſare Papa cum eo, cui venderet beneficium, eo ipſo, quo venderet. Item, quia non eſſet præſumendus Papa velle conduplicare crimen. At duplex eſſet iniquitas, & vendere beneficium, & diſpenſare cum illo, ſine cauſa.

℄ Adeo perplexa viſa eſt hæc quæſtio Caietano, vt prius tenuerit cum Adriano negatiuā, & tandem mutans ſententiam amplexatus fuerit & cum Sylueſt. in ſum. verbo ſimonia. §. 19. & cum Palude affirmatiuā. ¶ Igitur ad quęſtionem reſpondēdo dicimus cum Palude Soto, & Caiet. poſtremo in affirmatiuam inclinante, & cum Victoria affirmatiuam probabiliorem eſſe aſſerente, contra Panor. ca.1. de ſimon. & cōtra Ioan. Andre. quòd ratio recta potius perſuadet, quòd Papa hic præſumatur diſpenſare. Quia aliàs, ſi non diſpenſaret, conduplicaret peccatū. Tum, quia innecteret fraudem: quia pretium recipiens nihil conferret, niſi ipſo facto abſolueret emptorem beneficij ab excommunicatione & habilem eum conſtitueret, vt collatio beneficij teneret. Tū, quia in dubijs tutior pars eſt tenēda, quia pænæ non ſunt ampliādæ: nam Papa pro pecunia accepta tunc intenderet recompenſare per collationē beneficij, quod tamen non fieret, niſi diſpenſaſſet cum altero. Vnde etiam ſtādo in illa opinione, quod reſtitutio pretij ſimoniaci ſit de iure tantum humano, ſi ipſe Papa non conferret titulum beneficij actu ipſo non diſpēſando, neque ius pecuniæ ipſe adquireret. Item, quia ſciētia principis purgat cōtractū iuxta ius.

℄ Ad

℄ Ad primam obiectionem in contra reſpōdetur, quòd ſuppoſito iſto incōuenienti, quòd Papa ſacerdotium venderet, ratio ſubeſt diſpenſandi ipſo facto, ne maius nocumentum inferat deludendo emptorem, ſi non diſpenſaret, quia per ius canonicum excluſus maneret à poſſeſſione beneficij.

℄ Ad.2.obiectionem reſpondetur, quôd per hoc; quod ſalutet Papa ſcienter à ſe excōmunicatum, non ſubeſt cauſa rationabilis illum ipſo facto abſoluendi. In caſu autem quæſtionis ſub eſt cauſa diſpēſandi ad vitandum duplex peccatum, ideſt, vt non ſuperaddatur ſecūdum peccatum (vt prædictum eſt). Secundo reſpōdetur, quòd illic textus & gloſſa loquitur de ſententia excommunicationis iam incurſa. At in hac quęſtione loquimur de excommunicatione, & pænis non incurſis, ſed incurrendis, ſuper quas dicimus papam vendendo beneficium, eo ipſo ante quam incurrantur diſpenſare.

℄ Ad 3.obiectionem negatur, papam diſpenſando conduplicare iniquitatem. Imo oppoſitum contingeret, ſi non diſpenſaret, & quia non hinc aſſumeretur occaſio ad plures ſimonias multiplicādas; quia ſcelus hoc eſt tam deteſtandum, vt nō ſit credendum de vicario Chriſti, ꝙ ex concurſu ſacerdotum volentium ſacerdotia emere illud multiplicaret. Tum, quia, ſit tam iniquiſsimus eſſet pōtifex ſummus, vt multa ſacerdotia venderet, ea facilitate, qua vēderet diſpēſaret: vnde æquè patēs tūc fieret adit' ad ſimonias.

℄ Tandem notato vltimô, quòd qui committunt ſimoniā impropriè, cuiuſmodi ſunt qui vēdunt officia ſacriſtę œconomi eccleſię, & cętera veriſimilius eſt, quòd nō incurrant pænas ſimoniæ, quia non committunt, niſi improprie ſimoniam, quia pænæ ſunt reſtringendæ ad propriā, & veram ſimoniam, niſi aliud inuexerit conſuetudo, quæ interpretatrix eſt legis, de qua hactenus nihil certi habeo. ℄ De alijs verò loquendo ſimonijs, quæ ſolo nomine ſunt tales, vt conferre beneficium ob conſanguinitatem, vel fauorē dum nō reſoluūtur hæc in pretium pro comperto habetur, quòd ob eas non incurrūtur penæ canonicæ legis.

### ¶ *De pænis ſimoniæ confidentialis.*

℄ Præterea notandum hic occurrit, quia agimus de pęnis ſimoniacorum, quòd ſimonia confidentialis acrius nunc punitur iure nouo. Nam per eam ipſo iure annullatur titulus, & incurrūtur aliæ pænæ ſimul cum excommunicatione, vt probatur per duas nouas extrauagantes Pij. 4. & Pij. 5. Circa quas extrauagantes nota cum Nauar. in ſumm. cap. 23. nu. 109. & nu. 110. quòd iſtæ ambæ extrauagantes non ſunt editæ con- **A** tra omnem confidentiam beneficialem, ſed tantum contra illicitam, neque contra omnem illicitam, ſed tantum contra illicitam ſimoniacam, qualis eſt illa, quæ fit cum pacto, vel modo tacito, vel expreſſo, quòd detur aliquid huic, vel alteri, & qualis nō eſt illicita confidentia, qua ſine pacto, & ſine modo expreſſo, vel tacito tradit beneficium aliquis alicui confidens, quod illud, vel aliquid ex fructibus illius dabit indigno cōſanguineo. Igitur Piusquintus in ſua extrauagāti non contendit declarare confidentiam omnē illicitam eſſe ſimoniacam in foro interiori verè in caſibus, inquibus ſtatuit pro ſimoniaca eſſe habendam, ſed ſolum tradit modos probandi eā vt in foro exteriori præſumenda ſit fuiſſe confidentia illicita & ſimoniaca.

℄ Inſuper perpende ſimoniam confidentia- **B** lem conuentionalem acriori pœna iam puniri, quàm ſimonia conuentionalis beneficij. Nam hæc non inducit nullitatē contractus, antequā ab vtraque parte impleatur (vt prædictum eſt) ſed hæc confidētialis ſimonia antequam ab vtraque parte impleatur, annullantur acta & incurritur cenſura: quia antequā impleatur quod promiſit ipſo iure eſt excommunicatus, qui cum tali pacto accepit in confidentiam beneficium; & ipſo iure collatio ei facta eſt nulla, & tenetur ad reſtitutionem omnium fructuum, quos perceperit à die acceptionis. ℄ Secundo aduerte hāc ſimoniam confidentialem, & conuentionalem longe peioris conditionis eſſe, etiam ſi ex vna **C** parte ſit completa, quàm alia realis ex vtraque parte executa, quia hæc non aufert ab ordinario poteſtatem conferendi beneficium neque reſeruat illam papę. Hæc verò ſimonia confidentialis vtrumque facit. Quam obrem caueāt ſibi, qui huius modi beneficia accipiunt per collationem ordinariorum, vel per prouiſionem papæ non facta mentione de huius modi reſeruatione ſaltem per generales clauſulas ſufficientes ad id, quales tamen in impetrationibus apoſtolicis communiter inſeruntur. Inſuper fructus & pē- **D** ſiones ex his beneficijs conſtitutæ confidentiarijs à die collationis, & conſtitutionis cameræ papæ reſeruantur quod aduertendum eſt à lectore, vt in hac materia delinquentibus ſciat conſulerere prout expedit conſcientiæ illorum.

℄ Deinde quia Pius. 5. in extrauag. intolerabilis præterquam, quòd ad probandum in foro exteriori ſimonias confidentiales coniecturas, quas ibi ſignat ſufficere declarat (licet exiſtimet Nauart. ad plenam probationem probationem ſolam vniuſcuiuſque non ſufficere, licet teſtes ſingulares ſufficiant, vt ibi dicitur) ibi beneficiarios priuat beneficijs etiam iuſte obtētis ipſo iure, & facit eos inhabiles ad illa vel alia obtinēda qui



qui ante hanc extrauagantem ea acceperunt, ſi acceperunt beneficia per ſimoniam confidentialem, ſi ſtatim habita notitia de ea non reſipuerunt & non dimiſerunt illa beneficia, & penſiones per eam obtentas. Quam priuationem limitat tandem Nauarrus ad eas confidentias, quas ante has extrauagantes permiſsio approbatoria Papæ ſolita erat Romæ eas facere licitas, licèt de ſe eſſent illicitæ. Vt quando olim Romæ adeo approbabantur, quod ius reddebatur in curia contra non reddentes beneficia in cuſtodiam, & in confidentiam accepta, quia legitime factum pænam non meretur. l. Gracchus. C. ad. l. Iuli. de adu. Priuat ſecundo prædicta priuatione & inhabilitatione beneficiarios, qui in confidentiam poſt illa beneficia receperint, quæ eſt pæna terribilis ipſo iure inflicta.

¶ Porrò ad exhauriendas reliquas difficultates, quæ in hac materia ſolent occurrere quæritur hic de aliquibus caſibus, quos vſus noſtro tempore inuexit, an liciti ſint. Et primo de Hiſpanis per mediatores Romanos in curia Romana contendentibus obtinere à Papa in Hiſpania vacantia beneficia cum pacto conſentiendi cum pro his Hiſpanis impetrata fuerint penſioni à Papa pro mediatore Romano conſtituēdæ. Reſpondetur ergo, & traditur regula generalis, quod in his caſibus, vbi ſic præcedit pactum, vel obligatio ciuilis recompenſandi, vtilitatem receptam & impenſam factam in obtinendo beneficium per renunciationes, permutationes, penſionum conſtitutionem ad id neceſſarias, & concluditur tractatus ex vtraque parte, nulla mentione facta Papæ de huiuſmodi pacto & de conuentione penſionis conſtituendæ: quia ſunt pacta ſimoniaca ab vtraque parte executa, eſt ſimonia interueniēs ſubiecta pænis iuris ipſo facto. Secus ſi talis obligatio & pactio non interueniſſent, ſed ſolum mutuo ſe adiuuarunt ad beneficia vacantia impetranda, quia vnus admonuit de beneficijs vacantibus in Hiſpania, & curialis Romanus beneficium vacans impetrauit pro monitore à Papa. Nam tūc antidorali, & gratitudinis ſola obligatione motus, qua illi curiali tenetur poſſet in curialē reſignare, vel conſentire penſioni pro ſua libera voluntate, quia naturale ius dictat vt benefacienti gratis, gratis benefaciamus iuxta. l. ſi non ſortem. §. libertus. adiuncta gloſſa ſingul. de cond. indebit. Et per hanc regulam innumeros caſus diſſolues, ſi reſpicias ad pactum ciuile, & eius ex vtraque parte completionem incurriſſe pænas ſimoniacas iudicabis in his caſibus, alias non.

℄ Item ſtatuitur, & alia regula ad alios diſſoluendos occurrentes caſus ſcilicet, quòd emēs **A** vicariam temporalem, vel eam conducens, vel per quemcunque contractum gratuitum eam adquirens, vel ſic adquirens quamuis iuriſdictionem, vel poteſtatem ſpiritualem, etiam ad tempus epiſcopi, vel parochi, vel cuiuſlibet alterius beneficiarij ſimoniam committit, vt patet cap. licet de pæn. & cap. ad noſtram de ſimonia. & meretur priuari, ſed non eſt ipſo iure priuatus officio clericali, ſecundum communem in cap. 1. & 2. ne prælati vices ſuas. Et ipſo iure iſte contractus eſt nullus: & conſequenter tenetur relinquere prædictam vicariam, vt iuſte pænitere poſsit argu. cap. ſi res. 14. quæſt. 6. Non tamen eſt ipſo iure excommunicatus per **B** extrauagantem. 2. de ſimon. quia illa vicaria tēporalis non eſt beneficium, quia beneficium eſt perpetuum. Ita Felin. in cap. poſtulaſti. de reſcript. Neque eſt inhabilis ad illam; quia nullo iure id cauetur. Si autē ſic empta, vel adquiſita fuiſſet vicaria perpetua, quæ eſt beneficium clem. 1. de offic. vicarij per talem ſimoniacam adquiſitionem eius incurreretur ſimonia, & excommunicatio illi annexa.

℄ Ex prædictis corollarie ſequitur, quòd aliquis mediator, vel interceſſor, qui mediat & intercedit pro aliquo ad obtinēdam capellaniā à fundatore capellæ laico, ſi aliquid pro hac interceſsione accipiat non incurrit pænas ſimonia- **C** cas decretas per extrauagantem. cum deteſtabile, de ſimonia. quando illa capellania non erat beneficium, neque eius capellanus ratione illius tenebatur perſoluere horas canonicas, quia nō erat capellania inſtituta autoritate epiſcopi. Hæc videtur eſſe ſententia Nauarri in ſum. ca. 23. num. 103. Vbi ſic ait: Denique extrauagans ſecunda de ſimonia, quę has pænas induxit nō induxit eas contra omnes ſimoniacos, ſed contra eos, qui in ordine & beneficio ſimoniam committunt. At iſta capellania autoritate epiſcopali non fundata, non eſt beneficium. Vnde iſte licet deterrendus ſit ab huiuſmodi negociatione, ſi quid pro ſua ſolicitudine accepit, non **D** eſt cogendus reſtituere. Imo ſi aliquid vltra meritum ſuę ſolicitudinis acceperit, quod gratis ſibi fuiſſe obligatione gratitudinis impenſum nouerit, reſtituere non tenetur. Secus autem eſt, ſi tantum receperit quod neque ſuus aſſumptus labor tantum meretur, neque tantum ſibi conferri gratis ſit credendum; quia id potius extortum videtur, quam meritum ob operam mediationis debitum. Vnde ſecurius dicitur, quod illud ſit reſtituendum. Non enim oportet his negotiationibus præſe ferentibus ſpeciem mali, & turpis quæſtus vacantibus laxare cupiditatis habenas ad vendendas preces pro rebus ſpiritualitatis aliquid repræſentantibus,

tibus, quæ ſolitæ ſunt conferri gratis. Hinc patet, quid ſit dicendum ad caſum, de quo reſpondere ſum rogatus, vbi reſpondi, quod interceſſor pro interceſsione qua parabat à rege impetrare pro alio præbendam militarem, non poſſet pro hac impetratione exigere pretium, nec quid quam non gratis collatum recipere ratione pacti ciuilis. Nam vendere has militares prębendas, ſaltem ſimoniam eſſe de iure poſitiuo ſecundum Magiſt. Ioan. à Peña eſſe diximus. Quo circa preces venales ad eas obtinendas vẽdentes quodãmodo & pro pretio ipſas commẽdas ſeu prębẽdas militares vidẽtur vendere. Vnde tutius dicitur, quòd ſit reſtituendum, tanquam turpis quæſtus, niſi forte inde aliquid ex conſilio cõfeſſoris tanquã pauper ſibi retineret, ſecus eſt ſecundũ Nauarr. ſi aliquis aliquid acciperet pro iuriſdictione ſæculari alteri obtinenda, ſecundum Panormi. in ca. 1. ne prælati vices ſuas, quia circa eã non poteſt cõmitti ſimonia.

¶ Item quæritur, an qui ex ignorantia excuſatur à culpa mortali excuſetur à ſimonia, & à reſtituendo. Reſpondetur ſecundum Victoriam, quod ſi ignorantia fuit inuincibilis, & probabilis, ſicut excuſatur talis à culpa ſimoniæ, ita etiam excuſatur à pænis eius ab excommunicationis latæ ſententiæ pæna: ſed non excuſatur à reſtituendo in caſu, quo alias ex iure diuino, vel ex iure poſitiuo teneretur.

¶ Hinc corollarie ſequitur ſecundum Cordub. in tractatu de caſibus conſcientiæ quæſti. 28. quòd quidam clericus iuuenis, qui ignoranter erogauit. 40. aureos ad obtinendum beneficium, putans ſe nihil mali agere (ſiquidem exiſtimauit ſe illos impendere pro expeditione bullæ reſeruationis fructuum pro illo, qui ſibi conferebat beneficium) certe obtinuit illud beneficium ſimoniace. Non enim ignorantia illum liberat à culpa, nam tenebatur id ſcire, vel ſciſcitari, quomodo id fieri poſſet, quod in promptu erat hoc noſſe, ſi rogaſſet id à peritioribus: inhabiliſq; manet ad prædictum beneficium, & incapax ad fructus eius ita vt teneatur ad reſignandũ beneficiũ in manus illius, cui conuenit eius prouiſio, & ad reſtitutionem fructuum. Incurrit etiam excommunicationem, & ſuſpenſionem, inſuper & irregularitatem, ſi cũ eſſet excõmunicatus & ſuſpẽſus celebrauit.

¶ Inſuper in dubium hic reuocatur ſi renunciauit beneficium ſuum in Ioannem Petrus cũ ſpe recipiẽdi fructus confidẽs, quod Ioãnes eos ſibi erat collaturus, an poſsit eos exigere à Ioanne, & an Ioãnes teneatur ei eos fructus impendere. Reſpondetur cum Corduba in tract. de caſib. conſc. quæſtio. 32. quod non tenetur penſionem fructuum Ioannes Petro ſoluere. Quia talis penſio non eſt conſtituta per Papam, & ſic reſignatio beneficij cum tali pacto fuit ſimoniaca. Et licet ante extrauagãtes Pij quarti, & Pij quinti, quãdo hæc cõfidẽtia facta cum pacto nõ erat cõſummata ex vtraq; parte poterat Petro, quia Ioannes dominus erat fructuũ largiri via gratitudinis aliquid, ex illis tamen poſt promulgationẽ prędictarũ extrauagantiũ, neq; Ioãnes poteſt ferre huiuſmodi fructus ſub latę ſententiæ excõmunicationis cenſura, atq; Petrus ſi eos receperit tenetur ad eos reſtituendos.

¶ Dubium quoque aliud, de quo ſum rogatus, cuius ſolutio non eſt tam patens, reſtat hic explicandum, ſcilicet, ſi rex, vel Epiſcopus alicui clerico cõtulit aliquos redditus, vel aliquod beneficium Eccleſiaſticum ea conditione, vt libere hęc renunciet, vel reddat cum beneficiũ pinguius, vel dignitas ſuperior fuerit ſibi collata an hic in huiuſmodi contractu aliqua immiſceatur ſimonia. Reſpondetur compendioſe cum Corduba in prædicto tractatu, quæſti. 30. quod licet nonnihil ſcrupuli videatur in hoc contractu interuenire: tamen videtur probabilius licitũ eſſe, & abeſſe à ſimonia. Tum, quia voluntarie & gratis ex vtraq; parte ſic conuenit, ſcilicet, de adimplendo id ad quod lex obligat. At lex Eccleſiaſtica obligat recipientem beneficium pinguius, vt renunciet beneficium, quod poſsidebat prius. Tũ, quia in hoc caſu, vt ſupponitur, non renunciatur beneficiũ tenue, quaſi principaliter intendendo, vt pretium beneficium magis pingue, ſed ſolum conuenit inter partes quod cum principaliter reſpiciendo ad dignitatem beneficiarij collatum fuerit beneficium pinguius reſtituet libere quod poſsidet beneficium tenue. Tum, quia nõ obſtat pactum reddendi beneficiũ tenue cum pinguius receperit ab epiſcopo, vel à rege. Nam pactum hoc nõ eſt de pactis prohibitis per ius canonicũ; quale eſt pactum vbi principaliter res ſpirituales, & beneficia principali quadam intentione veluti pro pretio, & ſolutione, & ſatisfactione commutantur pro alijs. Tum, quia prouiſio pinguioris beneficij nõ fit hic pro renunciatione beneficij magis tenuis, niſi quia iuxta iura canonica prærequiritur renuntiatio prioris beneficij, vt poſsit obtinere ſecundum.

¶ Tandẽ reſpondetur ad caſum, de quo fuit Victor. interrogatus ad quod reſpondit negatiue, ꝙ hæredes illius, qui legauit monaſterio centũ pro miſsis quotãnis dicẽdis, nõ potuerũt cõferre monaſterio prę́ſtimoniale beneficium, quod poſsidebãt pro remiſsione illorũ centum: quia hoc erat vẽdere prę́ſtimonialem præbendam.

F I N I S.

# TABVLA CAPITVLORVM OMNIVM,

## quæ in hoc primo Tomo Inſtructorij conſcientiæ explicantur, ſeriatim ordinata.

*CAPVT PRIMVM. De definitione peccati: & de differentia inter Mortale, & Veniale. Et de regulis, quibus dignoſci poßint.* Pagina prima.

*Cap. II. Vtrùm Semiebrij, aut Semidormientes defectu deliberationis perfectæ excuſentur à Mortali. Et quibus caſibus quod de ſe eſt Mortale, contingat eſſe Veniale. Et de cogitationibus illicitis, quando ſint Veniales, & quando mortales.* pag. 5.

*Cap. III. Quæ poſſunt excuſare à peccato in toto, vel in parte. Et an conſcientia erronea, vel ignorantia, vel dubium à peccato ſic excuſet. Et an inaduertentia in aſſueto iurare excuſet illum à periurio. Et an ſubreptio hic excuſet.* pag. 9.

*Cap. IIII. An diſpenſatio excuſet à peccato. Et an facta ab inferiore ſine cognitione cauſæ, ſeu non expreßè ſit valida: vbi de diſpenſatione multa tractãtur.* pag. 13.

*Cap. V. De multiplici peccatorum diuiſione. Et an illa opinio ſit vera, quòd ſatis eſt dicere in confeßione. Toties peccaui, gloriam quærendo de peccatis mortalibus, licèt non ſpecificet illa, quia fortè non fecit.* pag. 15.

*Cap. VI. De definitione contritionis, & de eius explicatione: Et an requiratur diſtincta de ſingulis peccatis: Et an ſine formali contritione extra tempus præcepti per dilectionem poßit quis iuſtificari: An feruor martyrij remittat peccata ſine contritione.* pag. 20.

*Cap. VII. An in caſu inaduertentiæ naturalis ſufficiat propoſitum virtuale emendandi vitam, vt quidam iuniores affirmant, copioſe diſputatur: vbi tandem admonentur confeſſores, quantum referat, eos incumbere in firmando pœnitentium propoſitum.* pag. 23.

*Cap. VIII. De differentijs inter contritionem, & attritionem: Et an attritio ex viribus naturæ elicita ſufficiat cum ſacramento in re ad obtinendam gratiam: Et quid de hoc Concil. Trid.* pag. 28.

*Cap. IX. Vtrùm ad ſacramentum Baptiſmi, & pœnitentiæ fructuoſe ſuſcipiendum ſatis ſit attritio cognita.* pag. 30.

*Cap. X. In quo actu conſiſtat eſſentialiter contritio: An iſte actus deteſtationis. Nollem offendiſſe Deum, ſine dolore, ſufficiat ad remißionem peccatorũ: An ſacerdotes, Diaconi, Subdiaconi, Acolythi, prædicatores, ad ſua officia in gratia peragenda, conteri teneantur.* pag. 36.

*Cap. XI. De diſpoſitione ad Sacramentum Euchariſtiæ: Et an in aliquo caſu ſine præuia confeßione licitè ſuſcipiatur.* pag. 39.

*Cap. XII. An contritio requiratur ad alia Sacramenta ſuſcipienda, & quo tempore obliget eius præceptum, & de quadam difficili quæſtione.* pag. 44.

*Cap. XIII. An ad contritionem requiratur amor Dei ſuper omnia: An timidus de recidiuo abſolutum propoſitũ emendæ poßit habere: An petitio veniæ ſufficiat in morte.* pag. 46.

Cap. XIIII. An vt aliquis cum ſacramento fiat ex attrito contritus, ſatis ſit, quod doleat, ſe ſufficientem pœnitentiam, non habere, vt ait quidam iunior. pag. 47.

Cap. XV. An vt confeſſio ſit fructuoſa requiratur dolor ſupra omne odibile: & de multis dubijs circa hanc materiam: Et an in aliquo ſenſu ſit vera opinio Soti de certo gradu intenſionis, vel extenſionis contritionis neceſſario. pag. 48.

Cap. XVI. An præceptum contritionis obliget tempore obligationis orandi pro inſtāti populi neceſſitate. pag. 50.

Cap. XVII. Rurſus de differentia inter contritionem, & attritionem: & an refricanda ſit memoria peccatorum: Et an attritio fiat contritio. pag. 51.

Cap. XVIII. De ſedecim conditionibus cōfeſſionis ſecundum Doctores: & quæ nam earum ſint de neceſſitate confeſſionis: & quæ tantum de ornatu: Et an in aliquo caſu poſſit audiri & abſolui pœnitens ſine præuio ſufficienti examine extra articulū mortis: Et an circunſtātia non tollens mortale, ſed extenuans ſit confitenda. pagina. 52.

Cap. XIX. An pœnitens non paratus excidere occaſiones peccatorū ſit abſoluendus quando ſemper ex illis ruit: ſcitu valde digna & neceſſaria diſputatio. pag. 55.

Cap. XX. An ſolum neceſſariò pœnitēs abſtinere debeat ab occaſione, non de ſe mortifera, qua raro, aut nunquam vtitur ſine peccato, vt ait Nauarrus. pag. 58.

Cap. XXI. Examinatio reſponſionū quindecim, quas ex quodam fundamento à ſe poſito intulit Nauarrus pro multis caſibus quotidianis ſcitu valde neceſſaria confeſſoribus circa obligationem tollendæ occaſionis. pag. 61.

Cap. XXII. Vbi examinatur reſpōſio octaua, vſque ad nonam. pag. 63.

Cap. XXIII. Vbi proſequitur autor examinationem reſponſionum Nauarri à nona vſque ad decimam quartam excluſiuè. pagina. 65.

Cap. XXIIII. De prædicta examinatione à decimatertia reſponſione. pag. 67.

Cap. XXV. Proſequutio examinis circa dictas quindecim Nauarri reſponſiones, à decimaquarta vſque ad decimam quintam: an iuratores ſint abſoluendi, vel non abſtinentes audiendi. pag. 68.

Cap. XXVI. In quibus caſibus præceptum confeſſionis obliget: Et de idoneitate confeſſorum, & de eorum expoſitione poſt Concilium Tridentinum, quo modo debeant exponi: Et an religioſus electus virtute diplomatis audiat validè confeſſiones ſine conſenſu prælati. pag. 71.

Capit. XXVII. De idoneitate confeſſoris: De examinatione formæ verborum, quibus ſibi facultas abſoluendi conceditur: De ijs, quæ pertinent ad eius prudentiam: ibi numerantur multa de eius peritia, & ſcientia: An non callentes plenè linguam Indorum debeant eos audire. pagina. 73.

Capit. XXVIII. De interrogationibus in confeſſione præambulis, & quo ordine, & quo ſtylo: Et quid ſi puella reſponderit, non examinaſſe conſcientiam, an ſit audienda: Et quid de eo, qui antea non explicuit numerum. pag. 78.

Cap. XXIX. De ſeptem circunſtantijs, & quæ nam earū neceſſariò ſint explicandæ in confeſſione: An circunſtantia ieiunij Quadrageſimalis fracti, vbi concurrit vigilia ſit explicanda: An circunſtantia ſolum aggrauans notabiliter ſit in confeſſione declaranda. pag. 81.

Cap. XXX. De circunſtantia ſcandali, vel occaſionis, quam quis exhibet ad peccandum, quæ nam explicanda eſt, & quæ nam, niſi tollatur abſolutionem impedit, proficua materia. pag. 87.

Cap. XXXI. Quid de interruptionibus, actuum interiorum, & exteriorum: Et quando in confeſſione ſunt pandendæ. pagina. 89.

Cap. XXXII. Tractantur circa materiam circunſtantiarum ſcitu digna, & curioſa. pagina. 95.

Capit. XXXIII. De tertia circunſtantia, ſcilicet, loci ſacri, & de quatuor caſibus, in quibus violatur eccleſia: Et de concubitu cum vxore in eccleſia, de aſpectibus, tactibus libidinoſis ibi commiſſis: De choreis & cantibus inhoneſtis ibi exercitis. pagina. 97.

Cap. XXXIIII. Quibus auxilijs, de mediatoribus, in peccato, de circunſtantia finis, de circunſtantijs leuibus, de circunſtantia recidiui in peccata, an ſit confitenda. pag. 99.

Capit. XXXV. De circunſtantia temporis: De circunſtantijs circa peccata carnalia: De circunſtantia cum filia confeſſionis, aut cum fœmina infideli; aut cum vxore menſtruata, aut cum affine ſibi facta. pagina. 102.

Cap. XXXVI. Circunſtantia de complice an ſit explicanda caſu, quo confeſſor non eſt alius, niſi qui eum ſtatim cognoſcat, latè diſputatur. pag. 105.

Cap. XXXVII. De non reuelando ſigillo confeſſionis. pag. 109.

Capit. XXXVIII. De caſibus, in quibus confeſſio eſt valida, vel non. pag. 110.

Capit. XXXIX. De præambulis ad confeſſionem. pag. 112.

Capit. XL. De præcepto charitatis, præcipuè: & de cōſenſu interpretatiuo, vel expreſſo contra illam: Et de delectatione moroſa. pagina. 113.

Capit. XLI. De fide & cultu Dei. pag. 114.

Capit. XLII. De iuramento. pag. 117.

Capit. XLIII. De voto, quoad eius obligationem, & validitatem. pag. 122.

Capit. XLIIII. Vbi etiam de obligatione voti. pag. 124.

Capit. XLV. Adhuc de obligatione voti. pagina. 126.

Cap. XLVI. De voto inter coniuges. p. 128.

Capit. XLVII. De poteſtate irritandi vota. pagina. 129.

Capit. XLVIII. De irritatione voti ſeruorum puerorum, & religioſorum. pag. 131.

Capit. XLIX. Quis ſuper voto diſpenſare, aut illud commutare valeat. pag. 133.

Cap. L. Adhuc etiam de diſpenſatione voti. pagina. 135.

Cap. LI. De blaſphemia. pag. 137.

Cap. LII. De obſeruatione feſtorum. p. 138.

Capit. LIII. De pietate erga parentes. pagina. 141.

Cap. LIIII. De eadem pietate. pag. 144.

Capit. LV. De obligatione dominorum erga ſeruos. pag. 147.

Capit. LVI. De obligatione erga proximos. pagina. 148.

Capit. LVII. Adhuc de obligatione amoris erga proximum. pag. 152.

Capit. LVIII. De occaſionibus datis. pagina. 154.

Capit. LIX. Adhuc de occaſionibus. p. 156.

Capit. LX. De homicidio. pag. 160.

Capit. LXI. De bello. pag. 161.

Capit. LXII. De defenſione iuſta vel non. pagina. 162.

Capit. LXIII. De occiſione caſuali. pagina. 164.

Capit. LXIIII. Adhuc de homicidio. pagina. 167.

Capit. LXV. Adhuc de homicidio. p. 168.

Capit. LXVI. De defenſione vitæ propriæ licita, vel non. pag. 170.

Capit. LXVII. De obligatione ſubueniendi proximo cum iactura vitæ, vel non. pagina. 172.

Capit. LXVIII. Qualiter vitæ alienæ ſit ſubueniendum. pag. 174.

Cap. LXIX. Qualiter teneatur quis ſubuenire proximo per correctionem; aut per teſtimonium, aut per criminis reuelationē. pagina. 175.

Capit. LXX. Super agitatione taurorum. pagina. 177.

Capit. LXXI. De ſatisfactione agenda pro vita hominis liberi. pag. 177.

Capit. LXXII. De reſtitutione occiſionis, & quibus eſt facienda. pag. 179.

Capit. LXXIII. De fornicatione vitanda, & de ſpeciebus luxuriæ. pag. 180.

Capit. LXXIIII. De pollutione contingenti in ſomnis, aut aliter. pag. 183.

Capit. LXXV. De complacentia in delectatione carnis licita, vel non. pag. 185.

Capit. LXXVI. De inſecutione mulierum, & maximè virginum. pag. 187.

Capit. LXXVII. Iterum de inſecutione mulierum maximè virginum. pag. 191.

Capit. LXXVIII. De concubinarijs non abſoluendis. pag. 193.

Capit. LXXIX. De redditione debiti inter coniuges. pag. 193.

Capit. LXXX. *Negatio debiti inter coniuges, quale peccatum ſit.* pag. 194.
Capit. LXXXI. *Adhuc de prædicta petitione debiti dubio.* pag. 196.
Capit. LXXXII. *De petitione debiti ab vxore menſtruata.* pag. 197.
Capit. LXXXIII. *De redditione debiti in feſtis, & alijs caſibus.* pag. 200.
Capit. LXXXIIII. *Vbi epilogantur dicta ſupra de debiti redditione.* pag. 203.
Capit. LXXXV. *De debito reddendo, & matrimonio clandeſtino.* pag. 104.
Capit. LXXXVI. *Adhuc de matrimonio clandeſtino.* pag. 205.
Cap. LXXXVII. *De vſu matrimonij clandeſtini.* pag. 296.
Capit. LXXXVIII. *De ſatisfactione circa adulterinum partum.* pag. 208.
Capit. LXXXIX. *Quomodo adultera recompenſabit.* pag. 209.
Capit. XC. *An adulter recompenſare teneatur marito adulteræ.* pag. 210.
Capit. XCI. *Adulter quomodo in vita, vel morte reſtituet.* pag. 212.
Capit. XCII. *De furto, & de eius quantitate.* pag. 213.
Capit. XCIII. *De furantibus minima diuiſim, vel coniunctim.* pag. 215.
Capit. XCIIII. *De re empta à latrone.* pagina. 217.
Capit. XCV. *De bona fide alienante alienum.* pag. 218.
Capit. XCVI. *De definitione reſtitutionis.* pagina. 220.
Capit. XCVII. *Quando magiſter nauis & ſtabularius teneantur reſtituere.* p. 221.
Capit. XCVIII. *De nouem modis obligantibus ad reſtitutionem.* pag. 222.
Capit. XCIX. *Quomodo ſit reſtituendum iam prius reſtituenti.* pag. 224.
Capit. C. *Quomodo non obſtantes furto teneantur reſtituere.* pag. 226.
Capit. CI. *Quomodo res fructifera reſtituenda eſt quoad fructus.* pag. 228.
Capit. CII. *Quantum reſtituetur.* p. 228.
Capit. CIII. *Cui reſtituendum.* pag. 229.
Capit. CIIII. *De reſtitutione bonorum incertorum.* pag. 231.
Capit. CV. *Vtrum turpe lucrum ſit reſtituendum.* pag. 232.
Capit. CVI. *De eodem.* pag. 234.
Capit. CVII. *De re turpiter accepta.* pagina. 239.
Capit. CVIII. *Quo loco reſtitutio ſit facienda.* pag. 240.
Capit. CIX. *Quomodo ſit reſtituendum.* pagina. 242.
Capit. CX. *De reſtitutione iudicum, & de ordine reſtituendi.* pag. 244.
Capit. CXI. *Adhuc de ordine reſtituendi.* pagina. 246.
Capit. CXII. *De bonis hæreticorum reſtituendis.* pag. 248.
Capit. CXIII. *Quando eſt reſtituendum.* pagina. 249.
Capit. CXIIII. *Quæ impotentia excuſet à non reſtituendo.* pag. 250.
Capit. CXV. *An in extrema neceſſitate ſatis ſit mutuare.* pag. 251.
Capit. CXVI. *Quæ incommoditas excuſet ab ſtatim reſtituendo: an iactura in bonis altioris ordinis ad longum.* pagina. 253.
Capit. CXVII. *Quale damnum excuſet à reſtituendo ſtatim.* pag. 257.
Capit. CXVIII. *An cum iactura decentiæ ſtatus ſit reſtituendum.* pag. 259.
Capit. CXIX. *An cedentes bonis licitè retineant alimenta.* pag. 263.
Capit. CXX. *An debitor compos licitè poſſit colorare dilationem ſolutionis.* pagina. 264.
Capit. CXXI. *An excuſetur debitor ſoluens per nuncium habitum pro fideli.* pagina. 267.
Capit. CXXII. *De impediente à conſecutione officij an teneatur reſtituere.* pagina. 268.
Capit. CXXIII. *An mala intentio actum alioqui non iniuſtum faciat reſtitutioni obnoxium.* pag. 271.
Capit. CXXIIII. *De caſibus aliquibus, in quibus intentio, vel eius defectus cauſat reſtitutionem.* pag. 274.
Capit. CXXV. *Vtrum impediens à beneficio ſine vi, & dolo teneatur reſtituere* pagina. 276.
Capit. CXXVI. *Vbi de impedientibus à donis,



*donis, & legatis an teneantur reſtituere diſſeritur.* pag. 279.
Capit. CXXVII. *Quomodo & quando diſtributores bonorum communium teneantur reſtituere.* pag. 282.
Capit. CXXVIII. *Vbi defenditur Diuus Thomas, & ſenſus legis ciuilis explicatur.* pag. 285.
Capit. CXXIX. *Quæ cauſæ non reſtituentem à peccato excuſent.* pag. 287.
Capit. CXXX. *An vendens officia ſecularia teneatur reſtituere.* pag. 292.
Capit. CXXXI. *Vtrùm ignorantia excuſet à reſtitutione: exemplificatur in multis caſibus.* pag. 295.
Capit. CXXXII. *An dubium excuſet à reſtitutione: exemplificatur in multis caſibus.* pag. 298.
Capit. CXXXIII. *De præſcriptione, an ipſa excuſet à reſtitutione.* pag. 300.
Capit. CXXXIIII. *An contra dominum non negligentem poſſit legitimè præſcribi.* pagina. 303.
Capit. CXXXV. *An dubium tollat bonam fidem ad præſcribendum.* pag. 305.
Capit. CXXXVI. *Quæ ſunt, quæ præſcribi poſſunt, vel non: & de temporibus præſcriptionis.* pag. 306.
Capit. CXXXVII. *De bonorum incertorũ reſtitutione.* pag. 309.
Capit. CXXXVIII. *An compoſitio de incertis per bullam Cruciatæ facta excuſet à reſtitutione.* pag. 311.
Capit. CXXXIX. *Compoſito per bullam ſolutis duobus argenteis quantum remittatur de debito.* pag. 313.
Capit. CXL. *An beneficiarij donantes ſuperfluè de bonis eccleſiæ teneantur reſtituere vel ipſi donatarij.* pag. 316.
Capit. CXLI. *An epiſcopi, & beneficiarij ſuperflua ad decentiam ſui ſtatus de iuſtitia teneantur dare pauperibus.* pagina. 318.
Capit. CXLII. *Vbi adhuc diſputatur de obligatione, qua Epiſcopi, & beneficiarij, tenentur ſuperflua expendere in pios vſus.* pag. 320.
Capit. CXLIII. *Vbi ſupradictum quæſtionem aliqualis ponitur concordia inter Sotum, & Nauarrum, ad mentem Diui Thomæ.* pag. 325.
Capit. CXLIIII. *De aliquibus ſacrilegè acceptis reſtituendis: & epilogantur quæ dicta ſunt de impedientibus à bonis aſſequendis.* pag. 327.
Capit. CXLV. *De reſtitutione bonorum naufragantium.* pag. 329.
Capit. CXLVI. *De reſtitutione inuentorum.* pag. 329.
Capit. CXLVII. *De reſtitutione circa venationem.* pag. 332.
Capit. CXLVIII. *Adhuc de venatione, & reſtitutione facienda hic tam à dominis venationis, quam à venantibus, vel piſcantibus in alieno.* pag. 333.
Capit. CXLIX. *De reſtitutione facienda, vel non à cæſoribus lignorum.* pagina. 337.
Capit. CL. *De in paſcuis alienis paſcentium reſtitutione, & lignorum cæſorum.* pagina. 339.
Capit. CLI. *De rerum inuentarum reſtitutione.* pag. 340.
Capit. CLII. *De theſauris inuentis reſtituendis, vel non.* pag. 343.
Capit. CLIII. *De reſtitutione ratione incendiorum, vel adiutorij præſtiti ad fugiendum à carcere, vel à ſeruitute, vel donationis iniuſtæ cauſa.* pag. 346.
Capit. CLIIII. *An religioſus poſſit habere peculium ex quo poſſit donare, ita vt donatarius immunis fiat à reſtitutione.* pagina. 348.
Capit. CLV. *Quid nunc per Concilium Tridentinum, circa votum paupertatis religioſorum ſtabilitum ſit: & declaratio cuiuſdam caſus circa moniales.* pagina. 350.
Capit. CLVI. *De caſibus in quibus religioſum circa votum paupertatis contingit peccare, vel non.* pag. 352.
Capit. CLVII. *An donatum ab alicuius vxore ſit reſtituendum, & ſimiliter extortum per ſimulatam paupertatem, vel ſanctitatem.* pag. 355.
Capit. CLVIII. *An domini ſoluentes famulis ſibi ſeruientibus imminutã ſtipendia teneantur reliqua reſtituere, ſi quæ ad*

æqualitatem: & de recompenſatione licita. pag. 358.

Capit. CLIX. De caſu, quodam Nauarri: Et an iuſtè vel iniuſtè cauſa recompenſandi accipiens aliquid ad excommunicationem Epiſcopi teneatur illud detegere, vel reſtituere. pag. 361.

Capit. CLX. De caſibus, in quibus quis teneatur reſpondere ad cenſuras prælati, an non: Et in quibus ſub obligatione reſtitutionis. pag. 364.

Capit. CLXI. In quibus caſibus ſub obligatione reſtitutionis teneatur quis reſpondere iudici: Et de quibuſdam caſibus huic materiæ annexis. pag. 367.

Capit. CLXII. Vbi agitur adhuc de multis caſibus particularibus, in quibus reſpondendum eſt, vel non ad cenſurat. pagina. 371.

Capit. CLXIII. An furta minima ex vineis, vel à famulis facta ſint reſtituenda, vel cadant ſub cenſura ſi fulminetur. pagina. 374.

Capit. CLXIIII. Legata pia, & alia legata minus ſolennia an ſint ſoluenda, & quomodo & quando. pag. 376.

Capit. CLXV. De teſtibus, & alijs requiſitis ad ſolennitatem teſtamentorum; & an legata pia, vel alia ſine iſtis ſolennitatibus valeant. pag. 380.

Capit. CLXVI. De præcipientibus & adiuuãtibus ad damnum, quales etiam ſunt executores & miniſtri. pag. 382.

Capit. CLXVII. De cooperantibus ad damnum ſiue per conſenſum, ſiue aliter: & de confeſſario. pag. 385.

Capit. CLXVIII. De peculiaribus obligationibus reſtituendi, quæ ſolent interuenire inter parentes, & filios: & inter coniuges, & inter fratres. pag. 387.

Capit. CLXIX. An filij clericorum accepta à parentibus teneantur reſtituere: & de alimentis præſtandis filijs, vel patribus. pag. 389.

Capit. CLXX. An filios legitimos habens vltra quintam partem ſuorum bonorum in pios vſus pro anima ſua expendere poßit. pag. 392.

Capit. CLXXI. De bonis habitis, vel acceptis à filijs adducendis ad partitionem, vel non. pag. 395.

Capit. CLXXII. Adhuc peragitur de bonis ab hæredibus acceptis adducendis ad cumulum diuiſionis: & de donatione inter coniuges. pag. 397.

Capit. CLXXIII. De reſtitutione inter patres & filios. pag. 400.

Capit. CLXXIIII. De reſtitutionibus interuenientibus inter coniuges. pagina. 401.

Capit. CLXXV. De lege Matritia circa dotem filiabus aßignandam, an taliter ſit recepta, quod in vtroque foro obliget. pagina. 405.

Capit. CLXXVI. Quomodo conſtabit donationes, vel dotationes, vel meliorationes inter liberos fuiſſe inofficioſas, vel non: & de arrhis, & diuiſione fructuum, & de alijs huiuſmodi. pag. 407.

Capit. CLXXVII. De donationibus, & promiſsionibus: quæ materia proficua eſt etiam iuriſtis. pag. 410.

Capit. CLXXVIII. De donationibus ſub conditione, vel modo validis, vel reuocabilibus, vel non reuocabilibus. pagina. 413.

Capit. CLXXIX. De donationibus dubijs: de iudicibus accipientibus vltra ſtipendia ratione promptioris expeditionis: & de epilogo de acceptis ob turpem cauſam. pag. 416.

Capit. CLXXX. De promißionibus, ſtipulationibus, & pactis & an ſimplex promißio obliget ad mortale. pag. 419.

Capit. CLXXXI. De ludo, & an ludere ad quæſtum ſit peccatum mortale. p. 423.

Capit. CLXXXII. Quali peccato peccent ſuſceptores luſorum in domo: & an alicuius reſtitutionis ob id obnoxij fiant. pagina. 426.

Capit. CLXXXIII. An in ludo alearum lucri facta reſtituenda ſint. pag. 427.

Cap. CLXXXIIII. An inuoluntariè tractus ad ludum vi, aut importunitate, poſſit lucrari: an lex Matritia impedit dominium in pecuniam creditam. pag. 430.

Capit. CLXXXV. De imparitate, & deceptione interueniente in ludo & de ſponſionibus, & de lucri factis in ludo à filijs familias. pag. 434.

Capit. CLXXXVI. De autoritate & titulis imponendi tributa, & quomodo ſint ſoluẽda, præſertim vectigalia, portoria, tributa, pecho, Hiſpanicè nuncupata. p. 437.

Cap. CLXXXVII. De quibuſdam ſpecialibus impoſitionibus: de quibus meminit Corduba: & de tributo generali Valentiæ. pagina. 440.

Cap. CLXXXVIII. De tributis gallinarum, & de alijs egregijs caſibus circa materiam. pag. 443.

Capit. CLXXXIX. De tributis, ſi cauſa omnino non ſubſiſtat, de aſſeſſorijs: de defraudatione infidelium principum in tributis illis debitis. pag. 446.

Capit. CXC. Quod exempti ſint eccleſiaſtici à tributis: & qui ſint tales: & an in omni caſu eximantur. pag. 449.

Cap. CXCI. Qui clerici, vel in quo caſu non eximantur à tributis: Et an imponentes collectam, derrama, nuncupatam inuoluantur cenſura cœnæ Domini. pag. 452.

Capit. CXCII. De falſarijs, & in quibus caſibus teneantur ad reſtitutionem: Et an miſcentes ligaturas, ſcilicet, argentarij, & glebulas tritico miſcentes, aut curtantes menſuras, teneantur reſtituere. pagina. 455.

Capit. CXCIII. De reſtitutione ex deceptione in contractibus, & de vendentibus malè, mercibus & vſuris: De falſantibus ſcripturas publicas, vel papales: De aperientibus occluſas literas: Et de vtentibus falſis reliquijs. pag. 459.

Capit. CXCIIII. An in caſibus hic commemoratis committatur fraus, & falſitas inducens reſtitutionem: Et de falſitate teſtium: Et de literis commendatitijs dantibus occaſionem fallendi. pag. 462.

Capit. CXCV. De peccatis & caſibus reſtitutionum interuenientibus in contractibus locationis & depoſiti: Et de leuißima & leui, & lata culpa: Et de ignorantia probabili, vel improbabili: Et quænam excuſet à peccato & à cenſuris pœnis, ſiue à iure, vel ab homine latis. pag. 464.

Capit. CXCVI. De dolo, leui, & lata culpa & de caſu fortuito & in quibus contractibus de his quis teneatur: Et de contractibus commodati, depoſiti, & locationis. pagina. 468.

Capit. CXCVII. Vbi ſuperadduntur multa de materia depoſiti, & commodati: Et an ante tempus commodatum repeti poßit, & de vtente eo in alium vſum: Et an poßit retineri in debiti recompenſationem. pagina. 472.

Cap. CXCVIII. Adhuc de cuſtodia, ac de depoſito: & de quali culpa teneantur: & de alijs huc attinentibus caſibus. p. 475.

Capit. CXCIX. De locatione, & de contractu quodã locationis vſitato: Et de locatione rerum eccleſiæ vltra trienniũ, an ratione ſterilitatis in locatione remittenda ſit penſio. pag. 478.

Cap. CC. Adhuc de locatiõe, an ratione ſterilitatis augẽda ſit eius penſio: Et quid quã de caſu fortuito, vel culpa ſua, vel cõductoris locator operũ omiſit operari: Et an liceat locare gregem ouium conditione, vt ex fructibus reddatur integer. pag. 481.

Cap. CCI. De caſibus in quibus inquilinus põt amoueri à ſibi locata domo: Et an liceat locare domos meretricibus, vel vſurarijs: Et an clericis liceat locare operas ſuas pro diuinis officijs exercẽdis: Et quo tẽpore anni, penſio ſit ſoluenda. pag. 484.

Cap. CCII. De locatione operarum, vbi augetur labor: Et de locatione rei vitioſæ: De locante cameram in naui, vel domo ad cuſtodiã rerũ, ſi inde aliquid pereat. p. 487.

Cap. CCIII. De obligatione reſtituẽdi, quæ ex contractu pignoris inſurgit: & de pactis licitis vel prohibitis in impignoratione: Et quid de expenſis ibi factis: Et an pignoratarius fructus, quos non collegit teneatur reſtituere. pag. 488.

Cap. CCIIII. De vſura & eius definitiõe, & an ſit prohibita iure naturali & diuino: Et an aſſerere eſſe licitũ ſit hæreſis: Et an vſura mẽtalis obliget ad reſtitutionẽ: Et an ex mutuo, intentione minus principali liceat vltra ſortẽ aliquid recipere. p. 491.

Cap. CCV. Quis dicatur finis principalis: Et an datum à mutuatario licitè mutuans poßit retinere, vel aliquid pro actu nume-

randi pecuniā mutuandā accipere. p. 495.

Cap. CCVI. De corollarijs, quæ ſequuntur ex definitione vſuræ: Et an ſit vſura ratione mutui petere remiſſionem iniuriæ, vel turpes amplexus mulierum, an remutuationem, an obligationem, & alia huiuſmodi. pagina. 497.

Cap. CCVII. An liceat paciſci cū mutuatario petenti mutuum, vt mutuum accipiat in mercibus: Et an licitus ſit contractus, Mohatra, Hiſpanè nuncupatus: Et an debitor ad annum, quia de præſenti ſoluit, licite minus ſoluat. pag. 500.

Cap. CCVIII. An pagæ acerbæ ſint licitæ: vbi latè diſſeritur hæc materia: & vbi non ſolū impugnari, ſed & expugnari videtur ſentētia affirmatiua, & vbi agitur de quodam contractu inito ab Imperatore Carolo. V. an liceat talis contractus pag. 505.

Capit. CCIX. De celebri quæſtione Montis pietatis tantopere inter doctores ventilata, & an liceat dominis, quia ſubminiſtrant, pecuniam, aut pānum ſuis colonis eos obligare ad pretio antiquo conducendos agros. pag. 508.

Capit. CCX. An gener teneatur fructus pignoris dotalis computare in ſortem, & an vſura ſit, ſi venditor ſibi applicet fructus poſſeſſionis venditæ ante pretij ſolutionē. pagina 510.

Capit. CCXI. An mutuanti liceat aliquid vltra accipere ratione lucri ceſſantis, & de conditionibus neceſſarijs ad lucrum ceſſans ferendum. pag. 525.

Cap. CCXII. De reliquis conditionibus neceſſarijs ad lucrum ceſſans: & ſingulariter, an mutuans ipſe poſſit ſponte ad mutuandum offerre. pag. 519.

Capit. CCXIII. An conſuetudo recepta inter aliquos mercatores ratione lucri ceſſantis pluris vendentes ad creditum, quā de præſenti eos poſſit excuſare: Et de pretijs rerum vendibilium etiam ſi ſubhaſtatione vendantur. pag. 521.

Capit CCXIIII. De quæſtione ardua, quo modo ſint taxanda pretia mercium, quæ regulariter non inueniunt pretium de præſenti: Et de aliquibus contractibus contingentibus in noua Hiſpania, in Indijs de mercimonio cocci, grana nuncupati. pagina. 524.

Capit. CCXV. De ardua quæſtione lanarum anticipata ſolutione pro viliori pretio emptarum: Et de contractu inſigni Mexici ventilato. pag. 527.

Capit. CCXVI. Vtrùm in aliquo caſu vendens ad creditum poſſit plus exigere, quā ſit pretium de præſenti commune etiam ſi non ſeruaturus erat merces: Et an liceat triticum tempore traditionis appretiatum pretio tunc currente mutuare eodem pretio ſoluendum poſtea. pag. 533.

Capit. CCXVII. An triticum mutuatum reddendum eſt eadem menſura, caſu, quo poſtea magis vel minus valet: Et idem quæritur de pecunia aurea, vel argentea mutuata, caſu, quo poſtea magis vel minus valet, etiam ſi eam mutuans non erat ſeruaturus. pag. 536.

Capit. CCXVIII. An pactum legis commiſſoriæ locum habeat in pignoribus, in cenſu, & in emphyteuſi: Et de pœnis poſitis in mutuo: Et an in poſſeſſione feudi, vel emphyteuſis reddita directo domino in pignus teneatur talis dominus fructus computare in ſortem. pag. 539.

Capit. CCXIX. An in venditione poſſeſſionis emphyteuticæ, aut cenſui hypothecatæ dominus directus poſſit exigere laudemium. pag. 541.

Capit. CCXX. An mutuans ratione expenſarum vel periculi probabilis, recuperando debitum mutuum poſſit exigere aliquid vltra ſortem, latè & exquiſitè diſputatur. pag. 543.

Capit. CCXXI. Vtrum ratione pœnæ mutuanti, vel vendenti ad creditum pro dilatione liceat aliquid exigere: Et quid ſi caſu fortuito non potuit ſoluere, an teneatur mutuatarius ad pœnam, vel intereſſe: Et de quibuſdam caſibus poſitis à Corduba. pag. 546.

Capit. CCXXII. An ratione aſſecurationis mutui liceat aliquid exigere: Et an tradens pecuniam ſocio ad negotiandum poſſit paciſci vt ſaluo capitali aliquid lucri ſibi reddatur. pag. 548.

Cap. CCXXIII. An mutuās, mutuatariū licitè poſſit obligare ad ſecū mutuū aſſecurandū: Et de contractibus aſſecurationis nauium & vitæ hominum. pag. 552.

Capit. CCXXIIII. De vſura ratione anticipatæ ſolutionis: Et de reuenditoribus, congerentibus merces, maximè triticum, & annonam, & de quibuſdam caſibus prætactis à Corduba. pag. 553.

Cap. CCXXV. Vtrū mutuare vetus frumētū, vt poſtea nouū reddatur, vſura ſit: Et vt periculū vſuræ quis in hoc caſu euadat quid eum facere oporteat. pag. 556.

Capit. CCXXVI. An liceat ad creditum vendere triticum ad pretium pragmaticæ, quando iam ex ſuperuenienti abundantia de præſenti in foro communi minus valet. Adduntur que multa vtilia de taxatione tritici. pag. 559.

Capit. CCXXVII. De vſuris, quæ poſſunt committi ex pacto de retrouendendo: vbi ſpeciales caſus exponuntur, collecti ex doctoribus: Et an ſint aliquæ conditiones requiſitæ ad iuſtificandum contractum de retrouendendo. pag. 561.

Cap. CCXXVIII. De multis caſibus ſpecialibus, hic diſputatur an ſint vſurarij, & an liceat mutuare cum pacto ſi mutuatarius intra determinatū tēpus moriatur, vel pecuniā in pretio minuendā aut banniendā, vel pecuniā ſub vſuris acceptā, cū eodē onere. Vel an liceat magiſtris nauium recipere mutuū ſub vſuris vt anticipatè ſoluat e nautis, vel an teneatur mutuatur reſtituere fructus quos ex poſſeſſione mutuatarius non collegiſſet. pag. 566.

Capit. CCXXIX. De illa tam celebri quæſtione vtrùm vſurarius adquirat dominiū rei per vſuram adquiſitæ: Vbi inter latam exactamq; diſputationē ſtabilitur argumentis fortibus ſententia negatiua, & ſoluuntur argumenta Nauarri, & aliorū allata pro parte affirmatiua. pag. 569.

Cap. CCXXX. De concluſionibus ſpecialibus, quæ inferuntur ex ſententia negatiua hac, quod in vſura non transfertur dominium, quæ vera eſt: Et an hæredes vſurarij debita vſuraria teneantur ſinguli reſtituere in ſolidum, alijs non ſoluentibus: An ſolum pro portione partis, quam adiuit quiſque. pag. 573.

Cap. CCXXXI. In hac quæſtione, Vtrum per vſuram transferatur dominium, an magis ſtandum ſit opinioni Canoniſtarū, quam Theologorum, cæteris paribus: Et de proficua quæſtione, qui contractus initi cum vſurario ſint validi, aut non: De genero, famulis liberis, vxore ab vſurario, ſtipendium, & ſuſtentationem accipientibus. pag. 579.

Capit. CCXXXII. De miniſtris vſurariorum, curatoribus negotiorum geſtoribus, debiti vſurarij petitoribus, pignorum ſeruatoribus amanuenſibus, id eſt, ſcriptoribus, & de notarijs publicis & mediatoribus interuenientibus. pag. 580.

Cap. CCXXXIII. An peccet mortaliter inducens aliquem ad mutuandū ſub vſuris: Et an propter hanc inductionem ab noxius reſtitutioni fiat: Et an liceat conſulere minus malum. pag. 583.

Capit. CCXXXIIII. Demum illa quæſtio exagitanda venit, vtrū liceat cōſulere minus malū ad vitandū maius. pag. 586.

Capit. CCXXXV. De confeſſarijs vſurariorum manifeſtorum: & quis dicatur talis: Et de ſatisfactione, vel cautione: Et qualiter, & coram quibus cauebit: Et de pœna clerici vſurarij, & an incurrat irregularitatem celebrando, & quis poſſit cum ipſo diſpenſare. pag. 589.

Cap. CCXXXVI. De fructibus, an poſſeſſor bonæ fidei in vtroq; foro faciat fructus ſuos: Eſt quæſtio proficua Theologis, & multo magis iuriſtis. pag. 590.

Cap. CCXXXVII. An malæ fidei poſſeſſor teneatur ad reſtitutionē fructuū: & in quot, & in quibus grauatur emptor malæ fidei: & quid cauſet malā fidem: Et an venditor bonæ fidei emptorem ſuum teneatur ſeruare indemnem reſtituēdo ſi res ſit aliena. pag. 593.

Capit. CCXXXVIII. An malæ fidei poſſeſſor teneatur de fructibus à ſe non perceptis, nec à domino percipiendis: & an teneatur damnum tam intrinſecum, quam extrinſecum in vtroque foro reſtituere: Et de vendente lignum violarum. pag. 596.

Capit. CCXXXIX. An ex mutuo contractu

tractu fructus percepti reſtituantur: Et an bona fide vendens alienum teneatur de eo, in quo factus eſt locupletior: Et an manumiſſus in poſſeſſionem faciat fructus ſuos. pag.599.

Capit. CCXL. Vbi de fructibus reſtituendis, explicantur multa, & egregia dubia ſcitu digna, etiam vtriuſque facultatis iuriſtis conducentia. pag.601.

Capit. CCXLI. Vtrum ſeruitium cuiuſdã ſeruæ ſit in ſolutione quadraginta aureorum, quos accepit pro ſua redimenda libertate, computandũ: Et quid de fructibus incertis emptis, & fructus hæreditarij, ſeu lucratiui inter coniuges quomodo ſint partiendi. pag.604.

Capit. CCXLII. Vbi ad hanc materiam de fructibus beneficiorum eccleſiaſticorũ reſtituendis reducuntur quædã dubia, vbi vtilis, quotidianis vſibus traditur doctrina. pag.605.

Capit. CCXLIII. An capellanus non recitans fructus capellaniæ teneatur reſtituere: Et an beneficiatus homicida ſecretus cum iactura graui teneatur abſtinere à celebrando. pag.608.

Capit. CCXLIIII. An reſignantes in caſibus hic cõtentis poßint aliquid fructuũ percipere: Et an accipiẽs ſolum titulũ abdicatis à ſe fructibus teneatur recitare diuinas horas: Et an non percipiens fructus, ſiue percipiẽs teneatur recitare ſi non poteſt per ſe per alium, vt pueri. pag.610.

Capit. CCXLV. Vtrum præſtimoniarij, & penſionarij non recitantes diuinas horas teneantur reſtituere fructus, & quotam partem, pro qualibet omiſſa hora, & cui eſt reſtituendũ tunc: Et an curati, & alij beneficiarij in alijs etiam miniſtrantes nõ recitantes teneantur integros fructus reſtituere. pag.613.

Capit. CCXLVI. An canonici aßiſtentes tantum perſonaliter choro, & ibi non recitantes, ſed domi & data opera ſine attentione beneficiarij recitantes teneãtur fructus reſtituere. pag.615.

Cap. CCXLVII. An excõicatus vel ſuſpẽſus beneficiarius, vel nõ reſidens in beneficio fructus faciant ſuos: Et plura de reſidẽtia: Et an non reſidentes teneãtur ad integros fructus reſtituẽdos, vel partẽ. p.618.

Capit. CCXLVIII. De cõcluſionibus, quæ ſequuntur ex principijs, cap.917. probatis circa reſtitutionem fructuum, ſtando in iure naturali tantum. pag.623.

Capit. CCXLIX. Quid circa reſidentiam ſtatutum ſit iure poſitiuo, & de multiplicibus cauſis excuſantibus pro tempore à reſidentia beneficiarios, vel epiſcopũ. p.626.

Cap. CCL. Quoniam de reſidentia eccleſiaſticorum dictũ eſt de miniſtris reip. temporalibus, an iure naturali teneantur reſidere forſitan quis dubitabit. pag.629.

Capit. CCLI. De illa quæſtione ardua an liceat plura beneficia habere, ſiue curata, ſiue ſimplicia ex aliquibus cauſis iuſtis: Et an iſtis concurrentibus opus ſit diſpenſatione. An poſt Cõc. Trid. ratione cauſæ cardinalis quis excuſetur. pag.632.

Capit. CCLII. Continens omnia diffinita iam nunc per Concilium Tridentinum circa pluralitatem beneficiorum: Et an nunc poſt Concilium Tridentinum diſpenſatus in hoc ſine cauſa iuſta in aliquo caſu ſine reſignatione illorum poßit abſolui. p.636.

Capit. CCLIII. An iniuſtè diſpenſatus in pluralitate poßit ferre fructus, an poßit papa illos illi remittere: an tolerantia papæ id excuſet, & plura de reſtitutione fructuum iuxta nouam ſanctionem Concil. Trident. pag.640.

Capit. CCLIIII. An ſecundum beneficiũ, æquale recipiens maneat priuatus primo: Et de 17. caſibus fallentiæ, & ſoluuntur argumenta in gratiam pluralitatis beneficiorum contra poſita. pag.643.

Capit. CCLV. An parochiam nactus ad ſacerdotium promoueri non intendens, aut de hoc dubitans aut hoc cõditionaliter proponẽs teneatur reſtituere fructus: Et quid de poſtea intendente: Et ſi ſit idem iudicium de alijs beneficijs. pag.647.

Capit. CCLVI. De coniugatis, de ſimoniacis, de non promotis clericis ad ordines: De ducentibus vxores, an teneantur in conſcientia reſtituere fructus præbendarum. pagina. 651.

Capit. CCLVII. An ante legitimam ætatem ſuſcipientes beneficium teneantur reſtituere beneficium, & fructus: Et quænam ſit legitima ætas: Et an illegitimus beneficiarius teneatur reſtituere, vel in eccleſijs patrum ſuorum habentes beneficia, vel ſine canonico titulo. pagina. 654.

Capit. CCLVIII. De detractione, & de eius definitione, & explicatione: de peccatis quæ militant contra præceptum. Non falſum teſtimonium dices: De differentia inter detractionem & contumeliam, & inter honorem & famam: Et de duplici acceptione honoris: De definitione famæ bonæ, & famæ malæ: De modis detrahendi, ſcilicet, directè & indirectè: Et de quatuor modis infamandi directè, vel indirectè. pag 656.

Capit. CCLIX. De differentia inter contumeliam & conuitium, & inter deriſionem & ſubſannationem: Et an contumelia, & conuitium differant ſpecie: Et de quæſtionibus huic annexis pertinentibus ad confeßionem: De dicterijs, quæ alius ægrè fert audire: De regula generali pro peccatorum linguæ grauitate, vel leuitate dignoſcenda: Et de peccato ſuſurrationis. pag.658.

Capit. CCLX. De detractione, an ex genere ſuo ſit culpa mortalis: Et an ex aliqua cauſa generali peccatum proximi detegere liceat: Et an detegere illud vni tantum cordato viro ſit pluſquam veniale: Et quid ſi peccatum proximi detegatur peregrino ſtatim tranſituro, vbi aliqualiter conciliantur per doctrinam Diui Thomæ, Caietanus & Sotus. pag.663.

Capit. CCLXI. Vbi inquiritur, vtrum diffamatum publicè in vno loco liceat in alio loco diffamare: vbi per tres ſtatutas concluſiones ſatisfit quæſtioni, in qua diſcordant Thomiſtæ à Nauarro, & ſoluuntur quatuor argumenta in fronte quæſtionis poſita. pag.667.

Capit. CCLII. An crimen duobus, vel tribus notum liceat ignorantibus reuelare: Et de duplici acceptione famæ: Et an crimen alienum liceat ob aliquam vtilitatem reuelare: Et an ſi ſit probabile duobus teſtibus via denunciationis, vel aliter poßit ad iudicium deferri publicum, etiã quando via correctionis non emendatur: Et an liceat obijcere crimina occulta teſtibus in iudicio. pag.670.

Capit. CCLXIII. An ſycophantas, & hypocritas in republica liceat detegere: Et quid de apologis impingentibus hominibus furta, vel fornicia & de hiſtoricis narrãtibus crimina occulta: & quid de reuelantibus defectus natalium, & maculas generis aliorum: Et quid de reuelantibus iniurias ſecretas, quas paßi ſunt ab alijs, quas nequeunt probare. pagina. 674.

Capit. CCLXIIII. An detractio aliquando culpa venialis tantum ſit, vbi obijciuntur quinque argumenta pro parte negatiua: Et quid de detrahente formaliter, vel materialiter: Et quid de affirmante, quod alius mendax ſit, aut prauus: vbi explicatur ſententia Methinæ Salmanticenſis: Et quid de narrantibus rumores auditos, vel crimina ſparſa apud multos, vel de detegentibus defectus non veros naturales, vbi tandem reſpondetur ad prædicta quinque argumenta. pag.677.

Capit. CCLXV. An infamare ſeipſum eiuſdem, aut maioris grauitatis ſit culpa, quam infamare alium: & an homo ſit dominus ſuæ famæ: vbi dißident inter ſe Caietanus & Sotus, corollaria contraria inferentes inde: Et an mortale ſit citra iuramentum in iudicio ſibi aliquem cauſa euadendi torturam imponere crimen falſum: Et quid an cauſa torturam euadendi poßit aliquis fateri crimen verum occultum, de quo non iuridice interrogatur quando ex tali confeßione imminet ei periculum vitæ. pag.682.

Capit. CCLVI. An homo in aliquibus caſibus laudabiliter poßit pro proximo famam exponere: Et ad quid obligat charitas, qua quis ſe diligere tenetur: Et de ordine charitatis inter nos & alios obſeruando: Et an cum iactura famæ præcepta eccleſiæ ſeruare teneamur: Et an excommunicatus occultus cum iactura ſuæ famæ

famæ teneatur abſtinere à celebrando.
pagina. 687.

Capit. CCLXVII. Vbi agitur de iudicibus
quatenus, quia prætermittunt ordinem iu-
ris delinquunt contra iuſtitiam, & con-
tra charitatem: Et an via inquiſitionis re-
quiratur præuia infamia de ſolo crimine
aut etiam de perſona particulari: Et an ex
euidentia ſola delicti poßit iudex proce-
dere ad inquirendum in generali, aut in
particulari, an via inquiſitionis ſufficiant
indicia eſſe probata contra aliquem, vt cõ
tra ipſum poßit inquiri: Et quid ſi nõ con-
ſtet de publicà ſua infamia an teneatur re
ſpondere licèt non ſit in proceſſu ei proba-
ta. pagina. 690.

Capit. CCLXVIII. An teſtis in omni ca-
ſu teneatur reſpondere iudici interrogan-
ti de tribus vijs cognoſcendi crimina, ſcili-
cet, via accuſationis, & denuntiationis,
& inquiſitionis: & differentia inter hæc
tria: Et quotupliciter notorium crimen, &
publicum: Et de definitione infamiæ requi
ſitæ ad inquiſitionem: Et quid requiratur
via accuſationis ad interrogandum reum,
quando ſub cenſuris rogatus vel compul-
ſus denuntiare, teneatur reſpondere, &
quãdo non: Et an correctio fraterna prius
præmittenda ſit. pag. 695.

Capit. CCLXIX. An correctio fraterna
viam procedendi per accuſationem, aut in
quiſitionem anteceſſura ſit: vbi multa du-
bia explicantur de correctione fraterna:
Et an in dubio ſub obligatione aliqua eius
præceptum obliget: Et quid ſi inde dete-
rior frater fiat in præſenti, ſed tandem re-
ſipiſcat: Et an correctio hæc locum habeat
in culpis venialibus: Et an in hoc caſu obli
get prælatos: Et an peccator, aut prælatus
malus teneatur pœnitere, vt ſubditum cor-
rigat: Et an hæretici, ſtryges, ſuperſtitioſi,
ſtatim ſint denunciandi: Et de viſitatione
generali: Et de ſecretis & ſolutionibus,
& de reſponſionibus ad ſeptem argumen
ta. pag. 701.

Capit. CCLXX. Quando, & quomodo pec
cet aduocati & teſtes in iudicio non iuri-
dicè reuelantes crimina, aut ea ducentes:
Et quid ſi ex odio, ſed tamen ex iuſta cau
ſa ea reuelant teneantur ad damnum: Et
de tribus corollarijs circa hoc poſitis à Co-
uar. Et quid ſi aliquis in iudicio negauerit
crimen verum, dicens accuſatorem calum
lumniari: Et an qui contra ius ſemel cri-
men negauit teneatur illud iterum confi-
teri: præſertim ſi iam damnatus ducitur
ad patibulum: Et quando iuſtè accuſator
accuſare poteſt vel ab accuſatione deſi-
ſtere. pag. 713.

Capit. CCLXXI. Vtrum audiens detra-
hentes peccet grauiter, & an voluntati
permißiuæ Dei ſit reſiſtendum: An præ-
bens cauſam detractioni magis peccet
quam ipſemet detractor: An teneamur
cum graui detrimento temporalium infa-
miam proximi propellere: An qui ſine
aſſenſu & complacentia audit detracto-
rẽ peccet mortaliter: De regula generali
obligationis charitatis erga proximum: Et
quid de eo, qui audiens defectum proximi
de eo curat fieri certiorem. pag. 720.

Capit. CCLXXII. Vbi aßignantur decem
& nouem exempla, ſeu argumenta, quæ
arguunt in caſibus hic exemplificatis dif-
ficilem eſſe reſtitutionem famæ, in quo-
rum reſponſione ſatisfit multis caſibus,
primo de detrahenti, ſed vero, vel detra-
hente homuncioni vili, vel detrahenti ſe-
cretò, coram euulgaturo in populum, vel
detrahenti ei, qui alia via recuperauit fa-
mam, vel in caſu, quo poſt obliuioni tradi-
ta eſt infamia, vel in caſu, quo infamatus
migrauit à vita, vel infamans ſtatim
obijt, vel in caſu, quo ſibi inuicem aliqui
detraxerunt, vel in caſu quo quis diffama
tur de alijs vel in caſu, quo diffamatus
iam cum ſuo infamatore conuerſatur, &
de alijs quotidianis caſibus. pag. 725.

Cap. CCLXXIII. An habeat locum com
penſatio famæ in inuicem ſe infamanti-
bus, an infamato de alijs criminibus ſa-
tisfaciendum ſit, ſi infametur de alio di-
ſtincto crimine: An fama non aliter re-
parabilis pecunijs ſit ſeparanda, vel è con
tra etiam: Et an infamatus conuerſans
cum infamatore videatur remiſiſſe infa-
miam: An cum iuramento ſit reſarcien-
da, an cum magno periculo ſit reparanda:
Aut quando per verba æquiuoca eſt abla
ta, aut cum per taciturnitatem. pag. 733.

Cap. CCLXXIIII. An ſufficiat pro ſa-
tisfactione infamiæ illum, qui directè in-
famatus eſt, illam remittat: Et an ſi ſuam
infamiam parentes vel prælati remittant
ſuis infamatoribus, an licita vel valida ſit
remißio: Et quænam forma ſit obſeruan-
da in reſtituendo honorem per iniuriam
læſam: Et an petenti venia ſemper ſit par-
cendum. pag. 738.

Capit. CCLXXV. De maledictione, & o-
ptatione mali. pag. 742.

Capit. CCLXXVI. De veritate & menda
cio, & de eius multiplici diuiſione: Et an
mendacium aliquando culpa careat: Et
an ſit culpa mortalis, vel quando talis cul
pa ſit: Et de promißionibus ſeruandis, vel
non ſeruandis: Et de iuratis: Et quid ſi de
fuit animus ſe obligandi: De mendacijs
commißis in iudicio, ſit mortale, an men-
dax ſit debitor, qui negat debitum cum à
ſe plus quam debet in iudicio petitur: Et
an incarceratus iuſtè, vel iniuſtè promit-
tens redire ad carcerem ſub iuramento te
neatur cum periculo vitæ redire ad illum.
pagina. 745.

Capit. CCLXXVII. De iudice ſentẽtiam
ferente iuxta allegata & probata, an ſit
pernicioſe mendax: Et quid de executore
huius ſententiæ: Et an fallacia nociua eſt
cauſa eliciendæ veritatis, iudicem promit
tere reo impunitatem. pag. 751.

Capit. CCLXXVIII. An fuerit periu-
rus, qui iurauit in iudicio eſſe verum, quod
extra iudicium alius ſibi affirmarat eſſe
verum: Et an falſo delatus de crimine
poßit ſe tueri teſtibus falſis: Et an liceat
cum paganis contrahentis in numero &
menſura decipere: Et an patrimonium pro
ordinibus ſuſcipiendis mutuò acceptum
accipiens teneatur mutuatori in conſcien
tia reddere: Et an liceat fidem frangere
ei, qui eam fregit: Et an obligatio promiſ-
ſionis tollatur per interuenientem metum:
Et an filius familias teneatur ſoluere quæ
mutuò accepit: Et mulier vxorata ſi fide-
iuſſerit. pag. 756.

Capit. CCLXXIX. De tribus caſibus ta-
ctantiæ: Et an in eis interueniat reſtitu-
tio, vel culpa mortalis: De peccato ironiæ:
Et an fœminæ ſe fucantes peccent: Et qua
li peccato: Et de ornatu earum quando ſit
peccatum, & quale: Et de hypocriſi ex-
torquente eleemoſynam, aut prælatiam:
Et de conducente ab alio licentiam quæ-
ſtuandi. pag. 759.

Capit. CCLXXX. An ſimulatio ſit pecca
tum: Et an ſimulatio ſanctitatis aliqua
culpa ſit, & qualis: De affabilitate: Et de
peccato adulationis illi contrario: Et an
peccatum ſit hiſtriones alimentare: Et de
peccato litigij, & quando ſit mortale: Et
an culpabile ſit litigare in iudicio in caſu
dubio: Et an in hoc dubio poßit patrocina
ri aduocatus: Et de obligatione reſtituẽdi,
qua tenẽtur malè litigantes: De appella-
tione iniuſta: Et an iuſtè dãnatus poßit ap
pellare in aliquo caſu: Et de quatuor mo-
dis, quibus contingit peccare eum, qui in
iudicio litigat: Et an liceat parti aduer-
ſæ litiganti negare loquelam, vel accuſa-
re, vel remittere iniuriam, & quando in-
telligatur remiſſa: Et an iudex poßit ali-
quando compellere partes ad compoſitio-
nem: Et an à ſententia iudicis arbitri li-
ceat appellare: Et de tranſactione: Et an
gener compromißioni, in qua ſe putat de-
ceptum fuiſſe, aſtare teneatur: De quo-
dam genere hominum augentium lites in
republica. pag. 765.

Capit. CCLXXXI. De contentione: Et
quotupliciter ſe poteſt quis habere in con-
tendendo: Et quando contentio ſit pec-
catum mortale: Et an contendendum ſit
publicè cum infidelibus pro defendenda
fide: De contentionibus quibuſdam pa-
rum pijs, quas noſtra hac tempeſtate
exortas fuiſſe tradit Bañes Magiſter Ca-
thedraticus Salmanticenſis, quas ipſe im-
pugnat. pag. 772.

Cap. CCLXXXII. De blaſphemia, & eius
definitione, & eius grauitate in ordine
ad alia peccata: Et an ſit peccatum con-
tra Spiritum ſanctum: Et de ſex modis
peccati contra Spiritum ſanctum: Et quo
modo dicatur iſtud peccatum irremißibi-
le: Et an blaſphemia in ſanctos ſit ſemper
culpa

culpa mortalis ex parte materiæ: De quibuſdam modis affirmandi an blaſphemiam implicet, ſcilicet, ſicut Deus eſt veritas, pœniteat talem: De modis blaſphemiæ eis prolatis à quodã Theologo, an modi blaſphemiæ explicandi ſint in confeſſione: Et de iudice contra illam: Et de pœnis cõtra blaſphemos. pag. 775.

Cap. CCLXXXIII. De iudicio, & cuius virtutis ſit actus: Et de tribus conditionibus recti iudicij: Et quando iudicium temerarium ſit peccatum mortale: De quatuor regulis Caietani, & antiquorum circa iudicia quas Methina omnino non approbat, & iudicium ſuſpicioſum an aliquando ſit peccatum mortale: an credendum ſit viro graui ſiniſtrè loquenti de aliqua fœmina: Et an iudicare de aliquo, quod fatuus ſit, ſit mortale. pag. 782.

Cap. CCLXXXIIII. De idoneitate, & moribus iudicum, & quod ab acceptione munerũ abſtinere debent: Et de caſibus, in quibus iudices inueniuntur culpabiles, qui ſunt numero decem, an religioſo liceat appellare de diuerſitate iudicum: E quis dicatur iudex ordinarius: Et an rector ciuitatis ſit ordinarius: Et an Epiſcopus cauſas meri imperij poſſit ſubdelegare: & cauſas à papa illi delegatas ſpecialiter, vel à Concilio Triden. Et an prælati religioſorum habentes priuilegiũ ad abſoluendum ſubditos poſſint ſubdelegare: Et an parochus nũc abſolutionem ſui ſubditi ſimplici ſacerdoti cõmittere poſſit: Et an ſubdelegatus delegati, vel delegatus inferioris ordinarij poſſit ſubdelegare. pagina. 789.

Capit. CCLXXXV. De caſibus in quibus iudex ſecularis dicitur iudicium vſurpare: Et præſertim extrahendo delinquentes ab eccleſia, cum confugerint ad illam: Et quæ nam ſint loca ſacra, quæ hac immunitate potiuntur, vel non, ſcilicet, an excommunicati, incarcerati ad ſacrum confugientes: An debitores, an ducti ad patibulum per locum ſacrum, an graſſatores viarum, & an delinquentes in eccleſia, vel propè eccleſiam: Et an perſonæ eccleſiaſticæ & raptores virginum, & an infideles gaudeant hac immunitate loci ſacri. pag. 798.

Cap. CCLXXXVI. An immunitate loci ſacri gaudeant Iudæi, Mauri, Pagani, Hæretici, an iudex eccleſiaſticus poſſit punire delinquẽtẽ in eccleſia: Et an aſſaſſini, & homicidæ immunitate eccleſiæ gaudent: Et qui dicantur homicidæ proditores: & an iudex laicus ſine licentia epiſcopi poſſit abduci ab ſcholis: Et an delinquens interim fiat clericus, gaudeat priuilegio fori: & in dubio, an aliquis ſit clericus retinendus ſit à iudice laico à quo eſt comprehenſus in delicto: Et de delictis miſti vel communis fori. pag. 806.

Capit. CCLXXXVII. De regulis obſeruandis, circa expoſitionem legum, vt rectum proferatur iudicium: Et de conſuetudine, & eius effectibus, & quando cenſeatur obligare ſub præcepto: & de aliquibus exemplificatis caſibus: conſuetudo in foro exteriori per quantum curſum temporis debet eſſe obtenta: Et an conſuetudo ſemel reprobata à lege poſſit amplius introduci: vbi reſpondetur per tria dicta, & per tria corollaria, quòd lex in dubio interpretanda eſt per conſuetudinẽ. Et dum circa intelligentiam legis ſunt opiniones an eligenda ſit opinio probabilior, aut magis communis: Et an ſatis ſit eligere probabilem an magis ſecura præferenda ſit probabiliori: Et quid ſi vtraque ſit æquè probabilis. pag. 812.

Cap. CCLXXXVIII. De electione recta opinionum habenda, vbi multa notabilia traduntur circa hoc: Et quid quando non apparet, quæ opinio ſit communis: Et an ſequens opinionem alicuius doctoris non ſubtiliter inueſtigatã excuſetur ſi poſtea appareat falſa, vbi elucidatur ſententia D. Thom. ne contraria videatur Canoniſtis: Et an requiratur ſemper eligere opinionem tutiorem, vel an ſatis ſit eligere tutam: Et opinio probabilis quando dicatur tuta: Et quid in repentinis caſibus in dubio eſt agendum: Et quid ſi accidat caſus dubius, non controuerſus inter doctores: Et an curatus teneatur ſequi opinionem pœnitentis: Et quid dum dubij caſus, vel obſcuri occurrunt, & de ſcrupulis & remedijs contra illos. pag. 819.

Cap. CCLXXXIX. De ignorantia, & an ex toto excuſet à culpa in foro conſciẽtiæ: Et an ignorantia iuris excuſet in conſcientia à pœna iuris: vbi ſtatuitur regula generalis circa hoc, ex qua inferuntur tria corollaria: Et an ignorantia excuſet à pœna in foro exteriori: & an committens ex ſe illicitum annexam habens legis pœnam excuſetur ab ea, vt verbi gratia, ab excommunicatione, ſi eam ignoret, vbi reſpondetur per quatuor concluſiones & per vnum corollarium, ſiue duo: Et de quibuſdam formis fulminandi cenſuras, ſcilicet, ſi ſcienter, ſi temere, ſi præſumpſerit: Et an in dubio quis cenſendus ſit irregularis: Et tandem ſoluuntur argumenta. pag. 827.

Capit. CCXC. De interpretatione reſcriptorum & priuilegiorum: Et ad quem ſpectat eorum interpretatio: vbi traditur regula, circa hoc, cui adiungitur regula pro cognoſcenda obreptione, vel ſubreptione eorum: Et de ſeptem regulis interpretandi reſcripta: Et de modis, quibus inualidatur priuilegium, & quæ verba ſufficiant ad derogationem priuilegiorum, & de alijs multis. pag. 835.

Cap. CCXCI. De nouo mandato Decalogi; & quæ peccata ad eius tranſgreſſionem reducantur, & de caſtitate, atque virginitate, & quod excellentior ſit matrimonio: & an ſit recuperabilis per pœnitentiam: & in quo conſiſtat: & an ſit ſumma virtutum: & quid ſi legauerit quis vxori mille aureos, ſi caſtè vixerit, vel ſi viduitatem ſeruauerit: & quid ſi aliquid ſub conditione cœlibatus legatum ſit, aut ſi virgini ſit legatum aliquid ſi Petro nubat, quid ſi in hoc caſu ingrediatur religionem: & an vidua carnaliter peccans amittat dotem, & quid ſecundum leges Hiſpaniæ. pag. 844.

Capit. CCXCII. An veteri lege fuerit prohibita virginitas: Et an virgo naturaliter concipere poſſit de conſecratione virginum: Et an ſit ſtuprum cum virgine grandæua coire: Et an compreſſio virginis maius peccatum ſit quã eam cognoſcere extra vas: Et an virgini vltro conſentienti in ſtuprum ſit aliquid recompenſandum, vel eius patri, vel cum importunè rogata conſenſit: Et quid ſi non erat niſi ſolum reputata virgo: Et tandem ſoluuntur argumenta. pag. 850.

Capit. CCXCIII. De luxuria, & de eius materia, & an ſit vitium capitale, & de eius peſſimis filiabus, vt timeatur, & de eius ſpeciebus, & qua ratione fornicatio ſimplex ſit peccatum mortale, & an in oſculis, & tactibus conſiſtat peccatum mortale, & quando pollutio nocturna ſit peccatum: Item de raptu, de inceſtu, & adulterio, & ſacrilegio, & vitio contra naturam: An concubitus coniugum impotentium ſeminare, ſit licitus, & quid de ſenibus, & ſterilibus, & quid ſi vxor tantum receptrix eſt ſeminis viri, quod ſtatim expellit: An ſuper egreſſio vxoris in coitu ſit licita, vel viri ratio acceſſio ad eam, vel acceſſus ad eam dum menſtrua patitur, vel acceſſus eius ad virum ſuum furioſum. pag. 857.

Cap. CCXCIIII. An ſit hæreſis, negare fornicationem ſimplicem eſſe peccatum mortale: De Pœnis Concilij Tridentini, contra concubinarios, & an clericus concubinarius celebrans fiat irregularis, & audientes eius miſſam quo peccato peccent: Et de pœna clerici concubinarij: & an metus mortis excuſet à fornicatione: Et an filij fornicarij, vel ex concubitu damnato geniti, ſint à parentibus alendi, & ex quota bonorum parte: & an filia ſpuria ſit dotanda, vel filiæ nubendi ſine conſenſu patris poſſit dos negari, aut filijs adulterinis alimentum; & à quibus ſint alendi illegitimi, & qualiter. pagina. 864.

Cap. CCXCV. An tactus & oſcula, vt ſunt in ſe delectabilia ſint mortalia peccata, etiam ſi non ordinentur ad fornicationem, vbi ſoluuntur ſex argumenta in contra: Et an mulier quæ ſcit ſe tangi, vel oſculari ab alio malo animo, teneatur id vitare. Et an inter ſponſos de futuro oſcula ſint licita: Et ſponſa oſculata ab

ta ab ſponſo quid iure Hiſpanico lucretur: De datis ſibi ab ſponſo. De raptu item, & de pœnis conſtitutis raptoribus, & de pœnis iure decretis vxori adulteræ, & an ſicut amittit dotem, amittat arrhas, & paraphernalia: Et an quia oſculata eſt alienum amittat dotem, vel legatum ſibi ſub conditione, ſi honeſtè vixerit: Et an poſt adulteratus teneatur vxorem adulteram recipere: De pœna clerici, &c. pag. 870.

Cap. CCXCVI. De inceſtu, quid ſit, & de pœna eius: Et de pœna clerici inceſtuoſi: Et à quo tempore clericus hic fructus amittit: Et an poſt condemnationem teneatur eos ſoluere ante iudicis executionem: Et an inceſtus cum conſanguinea impediat matrimonium cum ipſa, aut cum alia, aut petitionem debiti: An conſanguinei impetraturi diſpenſationem ad contrahendum inter ſe ſi ante impetrationem interceſſerat inter eos inceſtuoſa copula teneantur eam exprimere: vel ſi poſt impetrationem ante matrimonium coiere inter ſe noua indigeant diſpenſatione: Et quid ſi animo facilitandi Papam inceſtuoſe coiere: Et quid ſi quis ex ſola fragilitate ante diſpenſationem rem habuit cum affine an poßit poſt eam contrahere cum illa: Et de diſpenſatione debiti. pag. 879.

Capit. CCXCII. An diſpenſatio fuit ſubreptitia, vbi Maria, & Ioannes conſanguinei falſo expreſſere, ſe matrimonium conſummaſſe, quod poſt conſummarunt: Vbi reſpondetur ad quæſtionem per duas concluſiones, & ſoluuntur ſex argumenta in contra: Et an dißimulatio papæ habet vim diſpenſationis: & poſt diſpenſationem impedimenti matrimonij requiratur nouus conſenſus: Et qualiter debeant contrahere: Et quid de dubitantibus de validitate matrimonij, & impedimentis affinitatis ex coitu illicito contractæ poſt Concilium Tridentinum. Et de ſacrilegio ratione loci, & qualis loci: Et de peccato contra naturam: & de eius pœnis etiam contra clericos, & de pœna peccati nefandi. pag. 888.

Cap. CCXCVIII. De ſimonia, & eius definitione: De diſtinctione rerum ſpiritualium: Et quæ res ſpiritualis ſit materia propriæ ſimoniæ: Et an Theologia ſit materia ſimoniæ, ſi vendatur eius vſus: Et an vendere actum iuriſdictionis, vel eius negationem ſit ſimonia, vbi reſpondetur per tres concluſiones: & reſpondetur ad argumenta in contra poſita: Et an ſimonia ſit omnino intrinſecè mala, ita vt ſuper hoc Deus nequeat diſpenſare. pag. 894.

Cap. CCXCIX. An permutare præbendas ſit ſimonia contra ius diuinum, aut contra ſolum ius poſitiuum: Vbi reſpondetur per quinque concluſiones: Et ante conſenſum Papæ aliqua concordia poßit iniri inter partes circa permutationem beneficiorum, & qualis: & hic liceat concordare, vt recompenſatio fiat pro pinguiori beneficio, vbi reſpondetur per tres concluſiones: Et an papa poßit eſſe ſimoniacus ſi vendat officia Sacriſtæ, Theſaurarij, OEconomi eccleſiæ: Et an ſit aliqua ſimonia per ius poſitiuum tantum: & an ſubijciatur pœnis ſimoniæ: & reſpondetur ad ſeptem argumenta. pag. 902.

Cap. CCC. An liceat pro ſacramentis pecuniam dare, & recipere: & an poßit miſſa pro pluribus contribuentibus pitantias applicari: Et an ſacerdos poßit locare ſuas operas: An pro vſu calicis poßit aliquid accipi, aut pro oleo, aut chriſmate conſecratis, & an clerici poßint paciſci ſuper ſtipendio ſuæ ſuſtentationis: Et an organorum pulſatoribus, & cantoribus eccleſiæ pro ſuis functionibus paciſci de mercede, & pro proceßionibus, & exequijs mortuorum: Et an ſacerdoti in articulo neceßitatis exigenti pretium pro baptiſmo poßit dari: vbi ſoluuntur ſeptem argumenta in contra poſita: Et an liceat pecuniam dare, ne eligatur indignus. pag. 910.

Cap. CCCI. Vtrum liceat dare pecuniā pro ſpiritualibus actibus, ſcilicet, pro oratione, pro prædicatione: Et an pacta ſi ſuper hoc interueniant, ſint ſimoniaca, & an pro diſpenſatione liceat aliquid accipere: Et an notarij pro inſtrumentis diſpenſationum vel ordinum aliquid valeant accipere: An pro collatione, aut poſſeßione beneficij danda licitè aliquid recipiatur, aut pro ingreſſu monaſterij à monialibus aliquid exigi poßit: Et quādo hic interueniat ſimonia, aut præſumptio ſimoniæ. p. 921.

Cap. CCCII. Quotupliciter aliquid ſit annexum ſpirituali: Et de ſimonia circa beneficia, & an hæc ſimonia ſit de iure diuino: Et an talis ſit vendere canonicatus, & præſtimonialia beneficia: Et quid ſi ea venderet papa, & an licet redimere pecunia vexationem circa hæc acquirēda: Et an liceat pretio redimere vexationem circa acquirendā beneficij poſſeßionem: Et quid ſi detur aliquid præpotenti laico, ne impediat poſſeßionis aſſecutionem: Et an penſiones ſint beneficia eccleſiaſtica ſpiritualia, vel an ſint quid temporale. pag. 926.

Cap. CCCIII. An vendere ius ad ſepulturam ſit ſimoniacum contra ius diuinum: Et an paciſci pro ſepultura, aut pro ea pretium exigere licitum ſit, aut pro iure ſepulturæ, an liceat ius patronatus vendere: Et an hoc ſit pœnis, & excommunicationi ſubiectum: An penſiones ſint ſpirituales, ac inuendibiles, per nouem concluſiones: Et an exceſſus poßit in pecunia ſuppleri de quinque cōcedendi penſiones: An præbendæ militares ſint venales, quomodo penſiones commutentur, cum beneficijs. pag. 933.

Cap. CCCIIII. Vtrum liceat ſpiritualia dare pro munere, quod eſt ab obſequio, vel à lingua: Et quando donatio temporalis gratis fieri cenſetur vt in foro exteriori non præſumatur ſimoniaca & quid ſi aliquid detur tantum mediatoribus, in obtentione beneficij, aut cauſa captandæ beneuolentiæ, vt rogent pro dante poſt Epiſcopum: Et quid ſi epiſcopus det beneficium pro miniſterio præſtito, & quid ſi illud accipiat qui ſeruiuit, vt ex beneuolentia ſibi daretur: Et quid ſi detur conſanguineo indigno, vel digno: Et quid ſi conferatur propter preces, & laudes, vel propter metum, ne iniuſtè ſuis bonis collator priuetur, vt ſibi reſtituatur furtum, aut ſibi debitum. pag. 942.

Cap. CCCV. De pœnis ſimoniacorum, & an ſolum ſimoniaci in ordine, vel in beneficio, vel in ingreſſu religionis ſint excōmunicationi ſubiecti: Et an ſimoniacus in beneficio ſit ipſo iure ſuſpenſus: De duplici ſimonia, mentali, & reali, & quod regula pro ſimonia mentali, quæ eſt Diui Thomæ, & Canoniſtarum male reprobatur à Soto, & de triplici ſimonia: Et an ſit ſimonia, dum deeſt animus ſoluendi pretium promiſſum: Et de modis, quibus contingit ſimonia exterior: Et an ſimonia cum pacto, vbi non ſolutum eſt pretium obliget ad reſtitutionem beneficij, & irregularem faciat celebrantem vbi reſpondetur ad argumenta allata pro Soto, & Caietano. pag. 953.

Cap. CCCVI. An traditio rei ſpiritualis, & receptio temporalis pro ea cum vtrinque deprauato animo ſine pacto tamen obliget in conſcientia ad reſtitutionem beneficij: Et an reſtitutio beneficij, & pretij pro eo accepti ſit de iure diuino, an poſitiuo, vbi reſpondetur per tres concluſiones, & per corollarium & ſatisfit argumentis: Et reſpondetur etiam ad argumenta probantia reſtitutionem beneficij hic iure diuino eſſe faciendum, vbi etiam reſpondetur ad argumētū ex capite mādato, quod erat argumentū in contra. p. 966.

Capit. CCCVII. Vbi epilogantur hactenus dicta: Et quando & quomodo: Et cui reſtitutio pretij temporalis, aut reſignatio ſpiritualium in hac materia ſimoniæ facienda ſit: vbi reſpondetur per octo dicta, & per vnum corollarium, & ſuper pœnas ſimoniacorum quis poßit diſpenſare: Et an mediatores illas incurrant: Et de quinque pœnis ſimoniacorum: Et quòd ſolus Papa diſpenſat cum committente ſcienter ſimoniam in tribus caſibus, & in alijs poßit ne epiſcopus diſpenſare: Et de reſtitutione pretij, & de ſimonijs confidentiarum, & de alijs egregijs caſibus. pagina. 969.

Finis Tabulæ Capitulorum.

# INDEX COPIOSISSIMVS OMNIVM RERUM, & Materiarum, quæ in hoc primo Tomo Inſtructorij conſcientiæ continentur, ordine Alphabetico diſtributus; ac nunc demum in hac vltima editione auctus ( ſicut & ipſemet liber ) à Pagina 656. vſque in finem.

Numerus paginam, A. primam columnam. B. ſecundam denotat.

## A


ABſoluendus non eſt peccator, qui cum iactantia peccati confitētur. pag. 53.a

Abſoluendus an ſit infirmus, qui vexat⁹ morbo, non poteſt integrè confiteri: & quid tunc cum illo agendum. pag. 54.a.b

Abſoluendus ſit à confeſſore, vel audiendus: qui ſolum ex quo cæpit exire à domo cæpit memorare peccata examinareq; conſcientiam. pag. 54.a

Abſoluendus an ſit, vel admittendus ad confeſsionem qui nullatenus examinauit cōſcientiam. pag. 54.a

Abſoluendus an ſit, qui agonizans explicare peccata in particulari non poteſt, ſed tantum ſigna cōtritionis oſtendit: & quid tunc agendum cum illo. pag. 54.b

Abſoluendus an ſit pœnitens ille, qui nō eſt paratus extirpare cauſas, aut occaſiones peccatorum. pag. 55.b. & ſeq.

Abſoluendus an ſit, qui periculo peccandi mortaliter ſe exponit. pag. 56.b

Abſoluendus an ſit, qui non abſtinet ab occaſione generali, quam ei præbet ſua ars, vel officium. pag. 57.b. Et hoc limatius reſoluitur. pag. 69.a

Abſoluendus an ſit qui ab occaſione propinqua peccandi mortaliter non abſtinet; & qualis illa ſit. pag. 57, b. & ſeq.

Abſolui vt poſsit licitè pœnitens, an ſatis ſit abſtineat ab ea occaſione tantū, quam ipſe vel ſui ſimiles raro, vel nūquam vtuntur ſine peccato mortali. pagin. 58.a.b. & pagin. 59.a

Abſolui an poſsint iuuenes, qui ex cauſis alias de ſe licitis inter mulieres conuerſantur, quando frequenter cum eis peccant, etiam ſi careant propoſito abſtinendi ab hac occaſione. pag. 58.b.

Abſoluendus an ſit fragilis pœnitens, qui allegat neceſsitatem adeundi ad ſocietates, vel loca ſibi parantia periculum peccandi mortaliter. pag. 59.a

Abſoluendus an ſit, qui domi habet fœminam, cū qua aliquoties peccauit: & quid de concubinarijs iam emēndatis, & in eadem domo manentibus. pag. 60.a.b

Abſolui an poſsit fœmina, quæ ſine cauſa, vel cum illa exiens à domo procum fragilem per ſuum publicum conſpectum ruere facit. pag. 60.b

Abſoluendi an ſint qui bis, aut ter, aut pluries peccarunt cum fœminis domi retentis, ſi careant propoſito eas à ſe abijciendi. pag. 60.a. & pag. 61.a.b

Abſoluendi an ſint iuncti matrimonio, qui cum impotentes ſint ad copulam obſcœnis ſe tangunt tactibus. pag. 61.b

Abſoluentes pœnitentes non euitantes occaſiones peccatorum vitandas, quot malorum cauſa ſint in republica chriſtiana. pagina 61.b

Abſoluendi an ſint confeſſores, aut prædicatores, qui cauſa cōuertendi fœminas perditas, eas audiunt in confeſsione, vel cum eis confabulantur non ſine periculo animarum ſuarum. pag. 62.a

Abſoluenda an ſit concubina, quæ parata eſt aſtare ægrotanti concubinario ſine animo peccandi de cætero cum eo. pag. 62.b. & ſequent.

Abſolui an poſsit hoſpita excipiens hoſpites, quæ parata eſt recipere omnium hoſpi-

rem, cum quo pluries peccauit.p.63.a.b.
Abſolui an poſſint cognatæ, vel ancillæ, aut famulæ, quæ rem habuerunt cum ſuis cognatis, heris, aut dominis in eadem domo manentibus, ſine hoc quòd ſeparentur. pagina.63.
Abſolui, vt licitè poſſint vxores, filiæ ancillæ, quæ non ſunt ſui iuris ad eas vitandas occaſiones, quas domi offendũt, quis modus ſit adhibendus. p.63.b. & ſeq. p. totũ.
Abſoluendæ an ſint aliæ perſonæ, quæ ſui iuris ſunt ſi has occaſiones peccandi mortaliter intra eandem domum habentes eas non vitant.p.63.b.&ſeq.
Abſolui an poſſint aulici, non parati vitare periculum delectationis moroſæ, & pollutionis, quod ſoliti ſunt ſibi parare ex colloquijs cum dominicellis aulę regiæ.p.66.a
Abſolui an poſſint nobiles iuuenes gremijs puellarum reginæ procumbentes, & iuuenes ruſticani cum fœminis manu apprehenſis ducentes choreas, vnde ſibi parant periculum animæ, pag.66.b
Abſolui an poſſint, qui iuncti matrimonio ex impedimento occulto inualido coguntur ſimul habitare, non tamen ſine animæ ſuæ periculo.pag.66.b.
Abſolui an poſſint qui non ſunt parati abſtinere ab eſu calidarum rerum ingerentium ſibi graues tentationes carnis, impellẽtes eos ad peccati conſenſum.p.66.b.& ſeq.
Abſoluendus an ſit, qui paratus eſt amplexari fœminas iuxta conſuetudinem patriæ, & cum eis choreas ducere, vnde iam experientia teſte periculũ ſibi parauit, aut parat.pag.67.b.& pag.68.a
Abſolui an poſſint parati videre fœminas ſemiaccinctas in flumine lauantes, vel alios occaſionatos aſpectus ad laſciuiam incitantes non cauentes.pag.68.a
Abſoluendus an ſit medicus, qui cum animę ſuæ periculo paratus eſt medicari manu tangendo partes ſecretiores ægras fœminarum.pag.69.a.
Abſoluendus an ſit confeſſarius patiens periculum ex audientia confeſsionum fœminarum.pag.69.b.
Abſoluendi an ſint in conſuetudine iurandi perſeuerantes.pag.69.b.&pag.70.a
Abſoluendi an ſint aſſueti blaſphemare ſine alia cautela.pag.70.b.
Abſolutio cum ratione indiſpoſitionis venit neganda, qualiter tũc confeſſor circa pœnitentẽ ſe gerere debeat. p.70.b.& p.71.a
Abſoluendus, vel ſaltem tantum audiendus ſit in confeſsione, qui antea dixerit, ſe à tali culpa non poſſe.pag.71.a.b
Abſoluendus an ſit pœnitẽs in caſu quo fundat ſe ſuper opinionem cõtrariam ad opinionem confeſſoris.pag.71.b
Abſolutio religioſi iam ſemel expoſiti, ſed prohibiti à ſuo ſuperiore audire cõfeſsiões, an ſit valida, ſi quenquã abſoluat. p.72.b.
Abſolutio an fuit valida, quã impendit religioſus apoſtata inſtitutus ab Epiſcopo ignorante in curatum plebis.p.73.a
Abſolui an poſſint religioſi poſt concil. Tridenti à clericis ſæcularibus ſacerdotibus ſimplicibus in caſibus in quibus ante Concil. Trident. id poterant.pag.73.b
Abſolui an poſſint clerici ſæculares à ſacerdotibus ſimplicibus ſicut in vſu erat antea.pag.73.b
Abſoluẽdi poteſtas data à ſuperiori ad quid ſe extendat, an ad commutationẽ, vel diſpenſationem votorum aut iuramentorum, ſe extendat.pag.74.a.b
Abſoluendi facultas circa caſus reſeruatos ſibi conceſſa à ſuperiore an extendat ſe ad excommunicationes ſibi reſeruatas abſoluendas.pag.74.a.b
Abſoluendi religioſum proprietarium conceſſa à ſuo prælato facultas, an ad hoc ſe extendat, ꝙ donatio facta ab illo proprietario religioſo teneat de cætero.p.74.b
Abſoluendi licentia conceſſa à prælatis in præcipuis ſolennitatibus, quomodo ſit intelligenda & ad quid ſe extendat. p.74.b. & pag.75.a
Abſoluendus an ſit qui ex confidentia obtinendi licentiam, vt abſolueretur à reſeruatis peccauit. pag.75.a
Abſoluendi an ſint concubinarij & alij intra domum occaſionem habentes. p.60.a.b
Accepta ſacrilegè an ſint reſtituẽda: vbi epilogantur anteà dicta de acceptis ob turpem cauſam, vel de impedientibus à conſecutione officiorum, vel præbendarum. pag.327.b.& 328.a.b
Accepta ex donatione pro patrimonio ad cuius titulum aliquis ordinandus venit, ſi ſub confidentia vt reſtituerentur ſunt donata, an in conſcientia ſint reſtituenda. p.603.b.& ſequen.

¶ *De adulteris.*

Adultera an caſu, quo certo eſt profutura teneatur ſe prodere in aliquo caſu cum iactura ſuæ famæ, aut vitæ ne defraudentur legitimi filij.pag.209.a.b.& p.208.b
Adultera quomodo recõpẽſare poterit legitimis filijs defraudatis.p.209.b. & p.210.
Adultera an cauſa cõſulẽdi famæ ſuæ poſſit adulterinum filium in ſuo teſtamento appellare legitimum.p.210.a
Adulter an recompenſare teneatur marito adulteræ pro damno illi illato ex adulterino partu, & quando, & an in ſolidum. pag.210.a.b.& ſeq.
Adulter quomodo in vita, vel morte reſtituet.pag.212.a.b
Adulter an in ſolidum reſtituere teneatur damnum ex fœtu adulterino illatum. pagina.212.b.& ſeq.
Adulter an liberetur à reſtitutione, ſi ipſa adultera reſtituat.p.213.a
Adulterium.pag.874.b.& ſeq.
Aduocatus an in dubio poſſit patrocinari. pag.768.a
Affabilitas an ſit virtus, & an adulationis vitium ſit ei contrarium: & an peccatum ſit hiſtriones alimentare.pag.766.b.& pag. 767.a.b
Affinitatis impedimentum ex coitu illicito contractum, ad quot gradus poſt Concil. Tridenti extenditur.p.893.a

¶ *De alimentis.*

Alere an teneatur vir fratres vxoris ſuæ; & alere an teneatur vxor parentes & fratres ſuos egentes: & alere an teneatur maritus parentes vxoris, aut vxoris filios ex alio matrimonio.p.391.a.b.& p.392.a
Alere an teneatur frater fratrem, & quomodo.pag.391.b
Alere an poſſit vxor parentes ſuos egentes ſecreto eis ſubueniendo, quando maritus ad id ei licentiam non præbet. p.392.a
Amor honeſtes proximi quotuplex ſit: & amor humanus quotupliciter diuidatur. pag.142.b
Amoris ſupernaturalis proximi obiectũ & ratio formalis, an diſtinguantur. p. 142.b
Amor proximi naturalis & ſuper naturalis in quo differant.p.142.b
Amare animã ſuam quomodo quis debeat, & animam proximi.p.143.b.& ſeq.
Appellare an poſſit in aliquo caſu iuſte damnatus.p.768.b
Appellare an liceat à ſentẽtia iudicis arbitri pag.770.b.& pag.771.a.b
Appellare an liceat religioſis.p.791.a

¶ *De attritione.*

Attritio quibus modis differat à contritione pag.28.a.
Attritio ex viribus naturæ tãtum elicita, an ſufficiens ſit ad recuperandam gratiã cum ſacramento pœnitentiæ in re.p.28.b
Attritio ex ſolis viribus naturalibus cum ſacramento pœnitentiæ in re concurrẽs, an ſufficiat ad eius validitatem.p.29.b
Attritio qualis ſit dolor.pag.28.b
attritio cognita, an ſatis ſit ad ſacramentũ baptiſmi, & pœnitẽtiæ fructuoſe ſuſcipiẽdum, late diſputatur. p.30.a.b.p.31.& argumenta pro parte negatiua poſita ſoluũtur. p.33.a.b.& p.34.a.b
Attritio cognita, an ſufficiat ad baptiſmum. pagina.32.b
Attritio ad baptiſmũ ſaltẽ requiſita, an eſſe debeat ex impulſu ſpiritus Sancti.p.33.a
An ſatis ſit attritio, quæ ſit dolor naturalis. pagina.33.a
Attritio iſta, an ſatis ſit dolor generalis. pagina.33.a
Attritio iſta, an requiratur ſit dolor formalis.p.33.a. Soluuntur argumenta Nauarri, Victoriæ & Soti.p.34.b.& 35.a.b
Attritionem ſufficientẽ, qua poſſit abſolui, an ille peccator habeat, qui pęnitet ſe, ſufficientem pœnitentiam non habere curiq; ſe diſputatur p.47.b.& 48.a.b
Attritio an ratione ſacramẽti iure poſſit fieri contritio aliquo modo.p.52.a.b
Aues domeſticæ, ſeu columbæ colũbarij an poſſint capi à quibuſcunque ſine noxa reſtitutionis.p.330.a.b. & de ſtructione columbarij.pag.331.a.b

B

BAptiſmus an ſit conferendus ei, qui natus eſt ſurdus, & mutus inter infideles, & iam adultus euaſit, petitque baptizari.pag.45.a.b

¶ *De bello.*

Bellum iuſtũ gerẽtes, an indifferẽter poſſint occidere omnes nocẽtes, & an iã captiuos, vel deditos liceat eis occidere.p.161.b
Bellantibus iuſtè an liceat innocentes interficere, vel infantes Turcarum, vel fœminas infidelium.p.161.b.& p.162.a
Bellare quãdo poſſint licite milites.p.161.a.b
Bello iuſto captos Chriſtianos, an liceat ducere captiuos, vel an eis liceat obſides frangentium pacem interficere.p.162.b

¶ *De beneficijs eccleſiaſticis.*

Beneficia eccleſiaſtica, an ex iuſtitia diſtributiua miniſtris eccleſiæ veniant applicanda.pag.276.b.& p.277.a.b
Beneficia eccleſiaſtica quomodo differant quo ad diſtibutionem ab officijs publicis reipublicæ.p.277.b.& p.284.a.b
Beneficiarij donantes profane de reddibus eccleſiæ, an teneantur reſtituere, vel ipſi donatarij tales redditus, vel bona accipiẽtes.pag.325.a.b. & p.326.a.b.& prætertim.pag.316.b.& ſeq.

Beneficiarij eccleſiaſtici, an ſuperflua ad ſui ſtatus decentiam teneatur de iuſtitia dare pauperibus.p.318.a.b. per totumcap.
Beneficiarij & Epiſcopi an ſint Domini partis ex decimis pro ſuis vſibus deputatæ. pag.318.a.b
Bñficiarij Eccleſiaſtici quatuor genera bonorum temporalium interdũ ſoliti ſunt habere.p.319.b
Bonorum eccleſiæ partitio, quo anno facta ſit, & an dicta diſtinctio bonorum pro pauperibus& fabrica adhuc perſeueret.p. 319.b.&.p.320.a
Beneficiarij, & Epiſcopi, an obligatione iuſtitiæ aut ſolius charitatis teneantur ſuperflua ſibi expendere in pios vſus. pag. 820.a.b. per totum caput.
Beneficiarij Eccleſiaſtici quo nomine tenentur magis ſubuenire pauperibus, quàm ſæculares.pag.321.a
Beneficiariorum obligatio, qua tenentur ſuperflua ad ſuum ſtatum expendere in pauperes, vel in pios vſus, an ſit obligatio de iure diuino, aut de iure Eccleſiaſtico. pag. 321.b.& ſequẽt.pertinentia adhoc, vide verbo. Epiſcopus.
¶ *De beneficiorum obtentione & renuntiat.*
Beneficium ſi quis renunciauit in alium ſub ſpe percipiendi fructus, an licite eos poſſit percipere.pag.603.a.b.&ſeq.
Beneficium ſi quis obtinuit, verbi gratia, pro.40. aureis, quos putauit ſe dare pro bullis impetrationis beneficij, an teneatur reſtituere beneficiũ cum fructibus.p. 605.b.&ſeq.
Beneficium ſi quis confeſſus eſt ſe ſimoniace obtinuiſſe, vt alteri daretur ex cuius manu rurſus illud accepit cum penſione medietatis fructus, an teneatur illos fructus dare alteri.pag.606.b.&ſeq.
Beneficium, vt ſibi conferretur qui conſenſit in certam penſionem, an teneatur illam ſoluere, & alter poſsit illam recipere. pagina.607.a.b.&ſeq.
Beneficij falſò impetrati à Papa literas executoriales qui impediuit & earum latorem percuſsit an ſit excommunicatus ex communicatione Cœnæ Domini; & an ab hac cenſura poſsit abſolui, per bullam Cruciatæ.p.607.b.& ſeq.
Beneficiatus capellanius non recitans horas, an teneatur fructus reſtituere. p. 608.a.b
Beneficiatus homicida, aut publice criminoſus, an teneatur fructus beneficij reſtituere.pag.608.b.&ſeq.
Beneficium, vt obtinere poſsit vel ordines homicida voluntarius quis poſsit cum eo diſpenſare.pag.609.a.b
Beneficiatus homicida occultus, ſi ſine diſpẽſatione de nouo obtineat beneficiũ, an fructus faciat ſuos.pag.609.b.&.ſeq.
Beneficiati ſimoniaci, vel non ordinati, vel coniugati, an teneantur reſtituere fructus in cõſciẽtia.p.652.a.b.&653.a.b.&.ſeq.
Beneficiatus homicida occultus vel irregularis an cauſa vitandi iacturam rerum, vel honoris poſsit præuia contritione ſine confeſſione, qui excommunicatus eſt excõmunicatione reſeruata, & nequit abſolui, celebrare.pag.610.a.b
Beneficia reſignantes in quibuſdam caſibus memoratis, an poſsint aliquid ex fructib⁹ percipere.p.610.b.&.ſeq.&.p.611.a.b
Bñficiarius recipiẽs ſolũ titulũ ſine fructib⁹ an teneatur ad canonicas horas.p.611.b
Beneficiarij recipientes fructus, ſi de non an teneant recitare p ſe, vel p aliũ. p.612.a.b.
Beneficiati præſtimoniarij, vel penſionarij non recitãtes, an teneantur reſtituere fructus.p.613.a.b.&ſeq.
Beneficiati curati, vel alij beneficiati in alijs miniſterijs eccleſiæ etiam ſeruientes, an ſi nõ recitent officiũ diuinũ teneantur omnes fructus reſtituere. p.615.a.b.&ſeq.
Beneficiarij canonici aſsiſtentes choro, ſed ibi non recitantes teneantur fructus reſtituere.p.615.b.&616.a.b.&ſeq.
Beneficiarij data opera, ſine attentione recitantes an teneantur fructus reſtituere. p. 617.b.&ſeq.
Beneficiarij excõmunicati, aut ſuſpenſi, aut non reſidentes an fructus faciant ſuos, & plura de reſidentia, p.618.a.b
Beneficiarij non reſidentes ſtando in iure naturali, an aliquid, & quãtum de fructibus reſtituere teneantur.p.619.b. & ſeq. pag. 620.a.b. & ſeq.
Beneficiarij, vel epi quibus ex cauſis excuſari poſſunt à reſidẽtia, & quid circa hoc ſtatuerit ius poſitiuũ, & de reſidẽtia dñorum iudicum, & Senatorum.p.626.pertotũ.
¶ *De pluralitate beneficiorum.*
Beneficia plura an liceat habere.p.632.b.& pag.633.a.b.& ſeq.
Beneficia plura habere quomodo ꝓhibeat Concil.Triden. & quid ſtatuat circa hoc. pag.636.b.&637.a.b.&ſeq.per totum.
Beneficiarius, qui recepit ſecundum beneficiũ an priuatus ſit primo beneficio, quod ante habebat.p.645.&p.646.a.b
Beneficiatus non intendens ordines ſuſcipere, vel ante ætatem beneficiatus, an teneatur beneficia reſtituere & fructus. pagina.647.a.b. & ſeq.
Bullæ Cruciatæ commiſſarius, an diſpenſare valeat cum his, qui affinitatem habentes ſecretam contraxere matrimonium, & in quibus gradibus, & quando, & quomodo. pagina.205.b
¶ *De blaſphemia.*
Blaſphemia quid ſit. Et an ſit hæreſis, & an ſit corrigendus blaſphemus cum noſtro periculo, etiam ſi à nobis non ſperetur emenda.pag.137.b.
Blaſphemandi modi peſsimi recenſentur, & an ſubita ex paſsione blaſphemans peccet mortaliter, & an in ſolo foro exteriori iſte veniat puniendus.p.137.b.& 138.a.b
Blaſphemiæ inaduertentia in aſſueto blaſphemare an excuſet à culpa.p.138.a
Blaſphemia an ſit dicere, per corpus Dei, vel pœniteat talem, vel ſicut Deus eſt veritas, ita & hoc.p.138.a
Blaſphemia an ſit maledicere creaturæ Dei, vt eius creatura eſt, & an blaſphemia excuſans ſimplices ſit miſcere cantilenas profanas, & turpes in diuinis officijs & cantibus.pag.138.a.b
Blaſphemia quid ſit, & de eius diffinitione. pagina.775.b
Blaſphemiæ quanta ſit grauitas in ordine ad alia peccata.pag.775.b.&.ſeq.
Blaſphemia an ſit peccatum cõtra Spiritum ſanctum, & peccatum iſtud quomodo dicatur irremiſsibile.776.a.b
Blaſphemia contra ſanctos an ſit ſemper culpa mortalis ex parte materiæ.p.777.b
Blaſphemiam an implicent modi affirmandi iſti, ſcilicet, ſicut Deus eſt veritas pœniteat talem.pag.778.a.b
Blaſphemãdi modi prolati à quodam Theologo referuntur.p.779.a
Blaſphemiæ modi an explicandi ſint in confeſsione.pag.780.a
Blaſphemi quibus pænis veniant puniendi, & à quo iudice.pag.781.

C

CAſtitas an ſit virtus & de virginitate, & an ſit excellentior matrimonio. pag.845.b
Caſtitas virginalis an ſit recuperabilis per pænitentiam, & in quo conſiſtat, & an ſit ſumma virtutum.p.846.a.b.& p.847.b
Caſtè ſi non vixerit vxor cui legauit vir mille aureos ſub conditione, ſi caſtè vixerit, an eos amittat, & quid ſi ſub conditione ſi viduitatem ſeruarit tot aurei ſibi legentur.pag.847.b.&.848.a
Caſtitatis & cælibatus ſub conditione, ſi aliquid ſit legatum alicui, an non ſeruata cõditione illud amittat.pag.848.a.b
Caſtæ virgini ſi legatum ſit aliquid ſi Petro nubat, an Petro non nubendo illud amittat, & quid ſi in hoc caſu ingrediatur ipſa religionem. pagina. 848. &.pagina 849. b.&.ſequen.
Caſtè non viuens vidua, ſed carnaliter peccans an amittat dotem, & quid ſecundum leges Hiſpaniæ.p.850.a.b.
Caſtitas virginalis an fuerit in veteri lege prohibita.pag.850.b.& ſeq.
Caſtitas virginalis an ſic obſtet conceptioni, vt virgo naturaliter concipere nõ poſsit, & de conſecratione virginum.p.851.
¶ *De caſibus.*
Caſus quot ſint in quibus non habita copia confeſſoris poteſt quis cum contritione accedere ad ſacramentum Euchariſtiæ.pagina.39.b.& pag.40.b
Caſus inſeruatos habens ſimul cum non reſeruatis an teneatur in abſentia prælati confiteri omnia peccata inferiori tempore, quo communicare tenetur. pagin. 40. b.&.pagina.41.a
Caſus excommunicationis reſeruatæ irretitus ſi careat copia abſoluentis, an ad Euchariſtiam poſsit accedere.p.40.b
Caſus fortuitus, quis dicatur & an ex caſu fortuito quis ad reſtitutionem teneatur. pag.469.a.b.
Caſus fortuitus obliget ad reſtitutionem eum, cui res commodata iam ſuo pretio æſtimata.pagina.470.a.b.&. quid ſi pecunia detur in burſa clauſa, an detur ad cuſtodiam.pag.470.a
¶ *De cauſis.*
Cauſæ quæ nam ſint quæ poſsint excuſare à peccato.pag.9.a.b
Cauſa rationabilis vera, vel talis exiſtimata an à tranſgreſsione legis excuſet ac per conſequens à peccato.p.
¶ *De circunſtantijs.*
Circunſtantiæ aliquæ ſint, quæ licet in eſſe naturali varient ſpeciem non tamen in eſſe morali.pag.17.a
Circunſtantiam fractionis voti aut iuramenti an ſatis ſit per ſe confiteri ei, qui iam confeſſus eſt peccata, quæ vouit, aut iurauit non committere, quando in prima confeſsione iſtius circunſtantiæ eſt oblitus. pagina.18.b.
Circunſtantiæ extenuantes peccatum mortale an neceſſario ſint confitendæ. pagina.55.a.b

Circunſtantiæ peccatorum quot ſint, & quales. pag. 81. b. & ſequen.
Circunſtantiæ ſunt in triplici genere, ſcilicet aggrauantes, & aliæ minuentes intra ſpeciem mortalis; & aliæ neque aggrauantes, neque diminuentes. pag. 81.
Circunſtantiæ quæ nam ſint neceſſariò in cõfeſsione explicandæ. pag. 82. a
Circunſtantia fractionis ieiunij quando duo præcepta ieiunij concurrunt eodem die, ſcilicet, in vigilia ſancti, & in quadrageſima, ſit ne explicanda in confeſsione. pagina. 82. a. b
Circunſtantia metus, aut vrgentis neceſsitatis, an explicanda ſit in confeſsione à puella, quæ tali metu, vel neceſsitate conſenſit in lapſum carnis. p. 83. a
Circunſtantia non mutans ſpeciem, quæ tamen aggrauat notabiliter intra eandẽ ſpeciem an ſit neceſſariò cõfitenda. p. 83. a. b. & ſeq & p. 84. a b.
Circunſtantia perſonæ quando ſit neceſſariò confitenda. p. 85. a. b. & p. 89. a. b
Circunſtantia illa, ſcilicet, an peccauerit mulier cum ſacerdote religioſo, vel non religioſo, an ſit neceſſariò in cõfeſsione explicanda. pag. 85. b
Circunſtantia perſonæ, an caſu, quo non mutat ſpeciem aliquãdo ſit confitẽda. p. 85. b
Circunſtantia coitus cum ſpõſa de futuro alterius, an ſit in confeſsione explicanda pag. 85. b. & pag. 86. a
Circunſtãtia iniuriæ, vel damni commiſsi in dominum, vel patrẽ, vel benefactorẽ, an ſit in confeſsione explicanda. p. 86. a
Circunſtantia virginitatis, an exprimẽda ſit in confeſsione à moniale, vel puella, quæ tãtũ interiꝰ cõſenſit in actũ carnalẽ. p. 86. a b
Circunſtantia ſcandali an ſit confitenda, & quid de patribus familias, ſcandalizantibus in fractione ieiuniorum, & conſuetudine iurandi, & quid de ſolicitantibus fœminas non paratas. p. 86. b. & p. 87. a
Circunſtantia ſcandali in quibus caſibus eſt confitenda. pag. 87. a
Circunſtantia occaſionis datæ ad peccandũ, an ſit ſemper in confeſsione declaranda. pag. 87. a. b & pag. 88. a. b. & ſeq.
Circunſtantia numeri peccatorum, an explicãda eſt in confeſsione, cũ numerus eſt exceſsiuus, & pene innumerabilis. p. 90. a. b
Incertus de numero peccatorum, an poſsit in confeſsione augere numerum pluſquã exiſtimat ad maiorem ſecuritatem conſcientiæ. pag. 90. a. b
Circunſtantia numeri mulierum, quibus cum quis peccauit, an in confeſsione patefacienda ſit. pag 90. b
Circunſtantiam temporis peccati continuati, & multiplicati an ſatis ſit in confeſsione exprimere cum de certo numero, neque etiam parum plus vel minus pœnitẽs recordatur. pag. 91. a. b
Circunſtãtia moræ in reſtituendo alienum, an ſit in cõfeſsione aperienda ſimul cum multiplicatione propoſiti non reſtituendi. pag. 92. a. b. & p. 91. b
Circunſtantiam interruptionis actus peccati tã interioris, quã exterioris, an ſit in cõfeſsione manifeſtãda p. 92. a. b. & p. 93. a. b
Circunſtantiam mediorum ad peccandum tam in peccato carnis, quam in alijs, quando neceſſe ſit in confeſsione explicari, & quando non. p. 93. b
Circunſtantiam oſculorum, & tactuum præcedentium ad copulam, an ſit neceſſe in confeſsione explicari. p. 94. a
Circũſtãtia multiplicationũ actuũ, & repetitionũ actuũ quos amatores inſequẽtes mulieres faciũt quomodo ſit cõfitẽda. p. 94. b
Circũſtantia loci ſacri in quibꝰ caſibus eſt in cõfeſsione exprimenda. p. 97. a. b. & ſeq.
Circunſtantia de aſpectibus, colloquijs q; inhoneſtis & de oſculis & tactibus turpibus habitis in eccleſia, an ſit confitenda. p. 98. a. b & p. 99. a. b. & quid de choreis ibidem.
Circunſtantia neceſſario confitenda, an ſit miſcere dicteria inhoneſta in matutinis natalis Domini, & pulſare in organis ſonos, aut cantus laſciuos. pag. 99. b
Circunſtantia mediorum, per quã peruentum eſt ad peccatum, an ſit in confeſsione explananda, ſcilicet, an per mediatores, vel per mediatrices, aut per nuncios, aut epiſtolas. p. 100. a. & quid de medijs & auxilijs infideliũ, quibus princeps Chriſtianus geſsit bellum ibidem.
Circunſtantia finis an ſit in confeſsione promenda & quid de illa circunſtantia finis, quando quis confeſſus eſt ob vanam gloriam. pag. 100. a. b
Circunſtantia modi, an ſit in confeſsione declaranda; & quid de circunſtantia ſcandaloſi peccati commiſsi in feſto præcipuè, & de alijs circunſtantijs. p. 100. b
Circunſtantia conſuetudinis, aut recidiui in peccatũ an ſit ad confeſsionem adducẽda. pagina 101. a
Circunſtantia contemptus, an ſit confitenda. p. 101. a. & quid de circunſtantia ingratitudinis. pag. 101. a. b
Circunſtantia peccandi cum fiducia obtinẽdi veniam per cõfeſsionem, an neceſſario ſit in confeſsione exponenda. p. 102. a
Circunſtantia temporis, an in confeſsione veniat aliquando manifeſtanda, & quid de perſeuerantia per tempus in peccato. pag. 102. a. b. & p. 103. a
Circunſtantia concubitus cum affine, an ſit confitenda, etiã explicãdo gradũ. p. 103. a
Circũſtãtia cõcubitus cũ filia baptiſmi, aut cũ filia cõfeſsionis, an ſit neceſſario in confeſsione notificanda. p. 103. b. & p. 104. a.
Circũſtantia cõcubitus cũ fœmina infideli, an ſit in confeſsione manifeſtãda. p. 104. a
Circunſtantia concubitus cum propria conſanguinea, an impediat petitionem debiti inter coniuges. p. 104. b
Circunſtantia voti virginitatis ſeruandæ, an poſt amiſſam ſemel virginitatem in alijs ſequentibus copulis confitendis ſit explicanda. p. 104. b. & p. 105. a
Circunſtãtia coitus cum fœmina menſtruata an ſit in cõfeſsione explicanda. p. 105. a
Circunſtantia peccati taciti in confeſsione, quia mortale eſſe non putabatur, an ſit in alia confeſsione patefacienda. p. 105. a. b
Circunſtantia complicis manifeſtandi, an ſit in confeſsione celanda vel non. p. 105. b. & p. 106. a. b. & 107. a. b
Circunſtantia emiſsionis ſeminis extra vas, aut ſtillationis, an ſit explicanda in confeſsione. p. 108. a. b

¶ *De cogitationibus.*

Cogitatio mala ſeptẽ modis poteſt accidere in homine mala cogitante. p. 7. a. b. & p. 8.
Cogitationes malas ſe habuiſſe ſi quis confiteatur, & ſit litteratus eſt interrogãdus de earum obiectis quando eius confeſsio eſt de venialibus. p. 7. b
Cogitatio illicita quando ſit peccatum veniale, & quando mortale. p. 7. b. & ſeq.
Cogitationes illicitas ſi quis cõfiteatur ſe habuiſſe dũ dubitat, an conſenſerit, vel non, qualis coniectura de eo ſumenda ſit à confeſſore. pag. 9. a

¶ *De commodato.*

Cõmodatarius an ex generali tantum pacto teneatur de omni caſu fortuito nullo expreſſo. & quid ſi pactum tale generale firmetur iuramento. p. 469. b. & ſeq.
Commodatarius cum res ſibi cõmodata datur iam ſuo pretio æſtimata an teneatur de caſu etiam fortuito. p. 470. a.
Commodatum vel mutuatum ſibi, ſi mittat aliquis per nuncium reputatum fidelem, & ſe perijt ex eius infidelitate, an teneatur iam ad illud. p. 471. b. & ſeq.
Commodatarius qui ſimul nõ poteſt ſaluare res ſuas, & accommodatas, an poſsit tunc præferre res ſuas & eas ſaluare. p. 472. a
Commodatarius allegans res commodatas caſu fortuito eſſe perditas, an teneatur illud probare, & quomodo poterit probare. pag. 472. a. b.
Commodatũ, vel mutuũ, permutatio, donatio, emptio, an transferat dñium. p. 472. b
Cõmodata res, an ante tẽpus ſignatũ repeti poſsit: & quid ſi in hoc caſu cõmodans dãnum patiatur, ſi ſibi nõ reddatur ante tempus. p. 472. b. & ſeq. & p. 473. a. b
Cõmodatarius poſt tẽpus ſignatũ non reddens rem cõmodatam, de qua culpa teneatur, & quid ſi tunc caſu fortuito res cõmodata perijt, aut deteriorata eſt: & quid ſi tali re ad aliũ vſum vſus fuit. p. 474. a. b
Commodatam ſibi rem, an poſsit quis retinere, puta, equum pro recompenſatione debiti. p. 475. a
Commodatarius non potens vti re commodata intra tempus ſignatum, an poſsit licitè ea vti poſt tempus ſignatum. p. 475. a
Commodata, pignorata, locata an dño ſuo pereant: & an ſit regula generalis in omnibus contractibus, quòd quæ pereunt domino ſuo pereunt. p. 475. a. b
Commodatarius, aut depoſitarius, aut in locato accipiens mercedẽ ratione mercedis, maiori obligatione teneatur. p. 477. a
Compenſatio iniqua eſt velle tollere ſcandalum aliorum cum ruina, & ſcandalo animæ propriæ. p. 64. a
Compromiſsioni, in qua ſe putat deceptũ gener, an aſtare teneatur. p. 771. b. & ſeq.

¶ *De concubinarijs.*

Concubinarij quibus pœnis per Concilium Tridentinum veniunt puniendi. p. 865. a
Concubinarius clericus celebrans, an fiat irregularis, & audientes eius Miſſam quo peccato peccent. p. 865. b. & ſeq.
Concubinarij clerici quænam ſit indicta pœna. pag. 866. a. b.
Conducens mulam pro quatuor diebus ex Salmantica ad Valliſoletũ, ſi duobus diebus iter illud confecit, & mula in tali itinere mortua eſt, an teneatur illam reſtituere locatori. p. 470. b. & ſeq.
Conductor conducens equum cum famulo ſibi dato à domino equi, ſi pereat equus, an tenebitur reſtituere equum. p. 477. b

¶ *De confeſsione.*

Confeſsio vt fructuoſa ſit, an requiratur fieri cum dolore ſupra omne odibile. pag. 48. b. & pag. 49. a. b

Confeſsio ſacramentalis quid ſit,& cōditiones cōfeſsiōis,quot ſint.p.52.b.& 53,a.b

Confeſsio frequētior,an poſsit imponi peccatori in pœnitentiam à confeſſore.pagina.53.b.& ſeq.

Confeſsio an præmittenda ſit à pœnitente, antequam confeſſor eum interroget. pagina. 55.a

Confeſſor conſulere conſcientiæ, & famæ pœnitentis ſimul ſi poteſt alioquin magis conſulendū eſt conſcientię eius, quàm famæ.pag.64.a

Confefeſsionis præceptum quibus caſibus obliget.p.71.b.& p.72.a

Confeſſor idoneus quis dicatur.pag.72.a.b. & ſequent.

Confeſſarius quibus virtutibus ornatus eſſe debeat.p.75.a.b

Confeſſoris prudentia ſpecialiter exigitur in interrogando peccata præſertim carnalia,& in diſsimulando aliquando cum patiente ignorantiam inuincibilem, & in alijs.p.75.a.b

Confeſſoris peritia, & ſcientia quanta debeat eſſe.p.76.a.b.& 77.a

Confeſſoribus illiteratis ſummæ confeſsionum vulgari ſermone editæ nō paucas occaſiones præbent errandi.p.76.a

Confeſſores errorem committentes in confeſsione circa reſtitutionem,vel alia, an teneātur de leui,vel leuiſsima culpa.p.76.b

Confeſſores ruſticorum in villulis,licèt minori opus habeant ſcientia,quantam tandem ſcientiam habere teneantur. p.76. b. Et quid ad minus quilibet confeſſor ſcire teneatur.p.77.a

Confeſſores imperitos excuſandi an aliquæ [illegible] cauſæ.p.77.a

Confeſsionem alicuius peregrini, an poſsit ille confeſſor audire, qui non ita plenè eius linguam vallet, quando non ſuppetit alius.p.77.a.b.& ſeq.

Cōfeſſores,qui plenè nō intelligunt Æthiopes nouiter baptizatos balbutiētes in lingua Hiſpana.p.78.a

Confeſſores, quas nam interrogationes primo facere debeant in confeſsione,tanquā præambulas.p.78.b.& ſeq.

Confeſſor an puellam ad confeſsionem debet admittere,quæ dicit ſe nō examinaſſe conſcientiam,quando alias repulſa non reuerteretur ad confitendum.p.79.a

Cōfeſſor an ante cōfeſsionē poſsit interrogare de præambulis ad confeſsionē.p.79.a.b

Confeſſor an debeat acquieſcere pœnitenti volenti ſe prius interrogari in cōfeſsione, antequam ipſe narret peccata.p.79.b

Confeſſor an poſt confeſsionē à pœnitente factam poſsit ſuperſedere ab ampliùs interrogando,& quando.p.79.b

Confeſſor cum perſentit pœnitentem in cōfeſsionibus præteritis nō cōfeſſum fuiſſe numerum peccatorum mortalium,qualiter ſe gerere debet cum illo.p.80.a

Confeſſor quem modum,& ordinem ſeruaturus eſt in audiendo & in interrogando pœnitentem.p.80.b

Confeſſor quomodo circa puellas & fœminas ſe gerere debeat.p.80.b

Cōfeſſor,quàm cautè interrogare debet pœnitētes de circūſtantijs venereorū, & præſertim vxoratos,& puellas.p.80.b.& ſeq.

Confiteri pœnitentem , an neceſſe ſit mortem poſteà ſubſecutam illius , de quo iam confeſſus erat ante ſe illū lethaliter vulneraſſe, & idem quæritur in caſu de procurata anteà pollutione, & iam confeſſa, & poſt ſubſecuta.p.93.b

Confitenda,an ſint omnia peccata inferiori tam reſeruata,quam non reſeruata,quādo inſtat neceſsitas celebrādi, & longe abeſt prælatus,qui reſeruauit.p.95.a.

Confitens ſi mentiatur circa materiā venialem,qualem peccatum cōmittat.p.95.b. & ſeq. Et quid de fictione fœminæ, quæ ſua venialia confitetur vni confeſſori, & ſua mortalia alteri.p.96.a

Confiteri an aliquando poſsit fœmina dimidiando confeſsionem,ne ſcandalizet confeſſorem fragilem ex ſua turpitudine ibi reuelata.p.96.a.b

Confeſſori in confeſsione puella, quæ ſollicitatur ab aliquo, ſolicitatorem talem, an poſsit reuelare.p.107.a

Cōfeſſurus an ab illo peccato cōfitēdo excuſetur,ſuper quo vigilaturū deinceps parochū,cui cōfitet, formidat.p.107.b.& ſeq.


*¶ De inualida confeſsione.*


Confeſsio in quibus caſibus ſit inualida, & iteranda:& an ratione excōigationis exiſtentis in pœnitente vel in abſoluente, & an ratihabitio futura confeſsionem ratificet.p.110.b & p.111.a

Confeſſori publicè excommunicato confeſsio facta,an ſit valida.p.111.a

Confeſsio facta miniſtro non habenti titulū an ſit valida.p.111.a.b

Confeſsio an ratione imperitiæ confeſſoris ſit iteranda.p.111.b

Confeſsio pœnitentis carentis emendæ propoſito,an ſit iteranda, & quid de cōfeſsione non bene intelligenti miniſtro facta, aut ratione reſeruationis caſuum dimidiata,aut ratione obliuionis:vel modici examinis non integra,vel ob omiſſam ſatisfactionem.pag.3.b.& p.112.a

Cōfeſsio an ratione imperfectionis doloris ſit iterāda.p.112.b

Confeſsionis præābula quot & quænā ſint. (p.112.a.b

Cōfeſsionis præteritæ inualidæ cognito defectu, quid tunc cōfeſſor agere teneatur. pag.112.b


*¶ De correctione.*


Corrigere peccatorem an teneatur aliquis in dubio emendæ,aut quando pro tunc corrigendus fiet deterior.p.153.a

Cōtentio quid ſit,& quotupliciter ſe pōt qs habere in contēdendo.p.772.b.& 773.a

Contentio quando ſit peccatum mortale.pagina.773.a.b

Contendendū an ſit publicè cū in fidelibus pro noſtra fide defendenda.p.773.b

Cōſuetudo quot, & quales habeat effectus & quando cenſeatur obligare ſub præcepto.p.812.b.& 813.a.b

Cōſuetudo ſemel reprobata à lege, an poſſit amplius introduci vbi reſpōdetur per 3.dict.1.& p.3.corollar.p.814.a.b.& ſeq.

Conſentiētes fœminæ in copulā ne diffamētur à petulātibus viris eas ſecreto adorientibus, valde vituperantur.p.64.a

Cōſenſus in ſolam delectationem carnis, an ſit mortalis.p.184.b. (p.112.b

Conſiderationes ad excitādam contritionē.

Conſcientia erronea an excuſetur à peccato,vel in toto,vel in parte.p.9.a.b

Contrà ſcientiam ſpeculatiuam ,vel practicam, an liceat agere.p.10.a,b

Contra dubium practicum,vel ſpeculatiuū, an quis poſsit agere.p.10.b

Contra ſcrupulum an liceat agere.p.10.b

Contra conſcientiam dictātem , aliquid eſſe peccatum [illegible] agere,an ſit mortale, vel veniale.p.2.a.b.


*¶ De contractu.*


Contractus contrahens in quibus tenetur de dulo , & in quibus de lata culpa , aut leui culpa,aut leuiſsima.p.470.a.b

Contractus per quos transfertur dominium quales ſint.p.471.a

Cōtrahēs cōtractu cōmodati,vel dpoſiti vel locati ſi accipiat mercedē quātam maiorē obligationē ex hoc ſup ſe inducit.p.477.a


*¶ De contritione.*


Contritionis diffinitio traditur, & explicatur.pag.20.a.b.& 21.a.b (p.20.b

Contritio an ſit deteſtatio peccati abſoluta.

Contritio de ſingulis peccatis mortalibus diſtincta,an requiratur.p.21.a.b

Contritio virtualis , qualis eſt Dei dilectio, an ſatis ſit tempore martyrij , aut in caſu quo peccata naturaliter ex memoria elapſa ſunt.p.21.b.& p.22.a

Contritio an eſſentialiter ſit iſte voluntatis actus.ſ.nollem Deum offendiſſe.p.36.a.b

Contritionis iſte actus,ſcilicet. nollem Deū offendiſſe,an ſi ſine dolore ſumatur ſufficiat ad delenda peccata.p.36.


*¶ De contritione requiſita in miniſtris eccleſiæ.*


Contritio præuia an requiratur in miniſtris eccleſiæ adminiſtraturis ſacramenta. pag. 137.a.b.& ſeq.

Contritio an requiratur in diaconis, & prædicatoribus exercentibus officia ſua:& an peccent ea exercendo in peccato mortali.p.37.b.& p.38.a.b

Contritio an requiratur in acolythis, & minoribus ordinibus initiatis, & an peccent hi mortaliter ſua miniſteria in peccato mortali peragentes.p.38.a.b

Contritio ſola ſine præuia confeſsione an in aliquo caſu ſufficiat ad dignè ſuſcipiendā Euchariſtiam.p.39.b.& p.4.a.b

Contritio an requiratur ad tollendam fictionem baptiſmi.p.44.a

Contritio an requiratur in peccatore paſſuro martyrium vt iuſtificetur.p.44.a.b

Contritionis præceptum quo tempore obliget.pag.45.a

Contritio an exigat amorem Dei ſuper omnia:& qualis futurus ſit iſte amor. p.46.a.

Contritio an poſsit eſſe ſine actu charitatis. pag.46.a

Contritus ante confeſsionem cùm iam recuperauerit gratiā,quare adhuc maneat obligatus ad ſuſcipiendum ſacramentum pœnitentiæ in re.p.47.a

Contritio maior quomodo de maiori culpa requiratur.p.49.b

Contritio an requirat certum,& taxatū gradum intenſionis,vel extenſionis. p.49.b. & pag.50.a

Contritus an per contritionem quamcunq; recuperet totam gratiam amiſſam : & an tota recuperetur per martyrium, aut per attritionem ſummam cum ſacramento in re.pag.50.a

Contritio acquiſita & infuſa quomodo differant.p.52.a


*¶ De contumelia.*


Contumelia,& conuitium, & deriſio & ſubſannatio quomodo differant inter ſe.pag. 658 b.& p.659.a


Con-

Contumelia an differat ſpecificè à conuitio. pag.659.a.b

Contumelia, an ſit ſpecialiſsima, & de alijs huic quæſtioni annexis caſibus pertinentibus ad confeſsionem.p.659.a.b

Conuitium vtrum ſpecie differat à contumelia.pag 660.a

Conuitium & contumelia an differant ab improperio, & quænam ſit materia improperij.pag.660.b.

¶ *De correctione.*

Corrigere peccatorem an teneatur aliquis in dubio emendæ, aut quando pro tunc corrigendus fiet deterior.p.113.a

Correcturus proximum correctione fraterna, ſi particularis ſit, aut prælatus, an teneatur habere contritionem de peccato ſuo publico.p.51.b

Correctio fraterna viam procedendi per accuſationem, aut inquiſitionẽ anteceſſura ſit: vbi multa dubia explicantur de correctione fraterna.p.702.a.b.&ſeq.

Correctionis fraternæ præceptum, an in dubio emendæ fratris obliget: & quid ſi inde deterior frater fiet in præſenti, ſed tandem reſipiſcet. p.703.b. & p.704.a.b

Correctio fraterna an locum habeat in culpis venialibus, & an in hoc caſu obliget prælatos.pag.705.a.b

Corrigendi ſubditum gratia prælatus malus an teneatur pœnitere.p.706.b

Corrigendi an ſint prius fraternè hæretici ſtriges, ſuperſtitioſi, vel an ſtatim ſint denũtiãdi.p.708.b.&709.a.b.&ſeq.p.710.

Correctio fraterna an neceſſario anteceſſura ſit viſitationem generalẽ, vbi agitur de ſecretis reuelandis vel non p.711.b

Corrigere fratrem, cum grauamine quis teneatur.pag.705.b.&ſeq.

Correctionis fraternæ qualis ſit ordo ſeruandus in eius proceſſu.p.706.b

Correctus ſemel ſi non emendatur per correctionẽ ſi ſpes eſt, ꝙ per traductionẽ ad forum exterius emendabitur, an ad forũ exterius poſsit transferri.p.707.a.b

Correctionem fraternam præmittendã eſſe an viſitatores in ſuis edictis præmonere debeant.p.711.a

¶ *De culpa.*

Culpa leuiſsima an generaliter obliget ad reſtitutionem in omni caſu & cõtractu, vbi recipitur aliquid gratia recipientis tantũ. pagina.471.b

Culpa leuis inducẽs reſtitutionem in contractibus factis gratia vtriuſque contrahẽtis an requiratur ſit mortalis culpa. p.474.b

Con-

Cuſtodes rerũ de qua culpa teneant, & quid ſi famuli domus res domeſticas nõ cuſtodiant de qua culpa teneãtur, & de triplici differẽtia cuſtodũ.p.475.b.&p.476.a.b

Cuſtos ſi negauerit ſuo dolo, vel negligentia amiſiſſe rem quis hoc probare teneatur.pag.477.b

D

Datum ob turpem cauſam an ſit reſtituendum.pag.419.a

Datum ob remiſsionẽ iniuriæ an reſtituendum ſit: & quid de dato, & accepto à muliere per blanditias ſuas. p.419.a.b

Damnare ad carcerem cui liceat, & an detinere aliquem, ne vadat ad peccandum priuatus poſsit.p.170.b

Damnato à legitimo iudice, an liceat ſe defendere.p.170.b. & 171.a. Et rurſus an iuramentum de redeundo ad carcerem ſit implendum.pag.171.a

¶ *De debito.*

Debitum exigere à ſe innicem an poſsint cõiuges qui malitioſe filium communem de fonte leuauerunt.p.204.b

Debiti denegatio inter cõiuges quale ſit peccatum, & quando erit mortale. p.194.b. & ſequen. Vide L.M.

Debitũ ſi reddit cõiux an ſi ſtatim poſt hoc cõmunicet peccet venialiter.p.195.a

Debitum vxori, vel marito petenti tacite, an ſit reddendum.p.195.a.b

Debitum petendi iure, quibus caſibus coniuges priuantur.p.195.a.b

Debitum petendi impedimentũ per diſpenſationẽ tollere, ad quem pertineat, an ad papam, vel epiſcopum.p.195.b.& ſeq.

Debitum petere à propria vxore an poſsit, qui inceſtuoſus fuit cum propria conſanguinea.p.196.a

Debitum reddere, vel exigere, an poſsit coniux, qui eſt dubius de morte prioris coniugis.p.196.a.b

Debitum à ſe inuicem petere, aut ſibi reddere an poſsint coniuges, qui dubij ſunt de morte prioris coniugis.p.196.b

Debitum inter ſe petere, aut reddere poſsint qui mala fide contraxerunt matrimoniũ in dubio.p.196.&p.197.a.b

Debitum petere ab vxore menſtruata an ſit peccatum mortale.p.197.a.b

Debitum reddere marito ad volũtatẽ ipſius: concumbendo ſupra illum an ſit peccatũ mortale.p.198.a.b

Debitum negare an poſsit vxor viro adultero aut è contra.p.199.a

Debitum an teneatur reddere qui poſt votũ caſti-

caſtitatis matrimoniũ contraxit.p.199.a

Debitum reddere, aut exigere in loco ſacro an poſsint coniuges cum ibi commorantur. pag.199.a

Debitum an ſit reddendum furioſo, aut à meriti coniugi. pag.199.b

Debitum an exigere poſsint Æthiopes à ſecundis vxoribus, quas apud nos duxerunt ignorãtes mortem ſuarum priorum vxorum.pag.199.b

Debitum exigendi impedimentũ ignorantes coniuges an ſint à ſuis cõfeſſoribus de tali impedimento admonendi. pag.199.b

Debitum reddere, aut petere diebus feſtiuis, aut tempore communionis coniugibus, an ſit licitum.pag.200.a.b

Debitum an ſit reddendum coniugi leproſo.pag.200.a

Debitum an ſit reddendum ante benedictiones nuptiales, vel tempore puerperij.pagina.200.a.b

Debitum, ſi quia ſibi negauit maritus, vxor fornicetur, an poſsit dimitti tũc à marito. p.200.b. Et quid ſi ideo fornicata eſt, quia nõ ſuſtẽtabatur à marito.p.200. b. & ſeq.

Debitum reddere coacta vxor ante benedictiones nuptiales, an hoc non obſtante, poſsit ingredi religionem.pag.200.a.b

Debitum vxori adulteræ an teneatur vir denegare, aut è contra.pag.201.a

Debitum ſi reddat vir vxori adulteræ, an ex hoc efficiatur irregularis vir ipſe. p.201.a

Debitum petere, aut reddere an poſsit coniux qui dubitat, an matrimonium ſit validum.pag.201.b. Vide litera M. verbo, mulier. Et litera V. verbo, vxor.

Debitum an negare viro poſsit vxor, quia iam abundant copia filiorum.p.195.a

Debitum reddere aut petere an poſsint coniuges, qui proprium filium tenuere ad cõfirmationem, vel baptiſmum.pag.204.b

Debitum quod debitor ſecreto ſcit ſe debere an recõpẽſare poſsit creditori per negotia in gratiã ipſius vtiliter geſta. p.292.b

¶ *De defenſione.*

¶ Defendendi ſe cauſa an inuaſus poſsit intẽdere mortem inuaſoris, & an hac de cauſa mulier quæ certo nouit ſe occidendam à marito poſsit præuenire occidendo maritum.pag.162.a.b

Defendendi ſuum honorem gratia an poſsit inuaſus per ſe, qui inuaſorem & percuſſorem iam deſiſtentem. pag.162.b.&ſeq.

Defendẽdi bona ſua cauſa an poſsit quis perſequi & occidere furem fugientem cum præda.pag.163.a.b

Defendens ſe qualiter moderationẽ inculpatæ tutelæ ſeruare debeat: & an inuaſus ne occidat inuaſorem teneatur ſe defendere fugiendo, pag.163.b

Defendendi iuſtè proximum gratia, an poſſit aliquis occidere inuaſorem.pag.164.b

Defendere an poſsit quis aggreſſorem iam deſiſtentem, qui inuaditur à prius à ſe inuaſo.pag.164.a

Defendendi pudicitiam virginis clamantis cauſa, an poſsit aliquis eius aggreſſorem occidere.pag.164.a

Defendendi honoris gratia an liceat occidere iniuriantem, pag.164.a

Defendendi bona ſua cauſa, an liceat alicui furem nocturnum interficere.pag.164.b

Defendendi vitam ſuam cauſa, an liceat alicui alimẽta negare inimico extrema mortis fame laboranti, & eius aliàs morte machinanti.pag.164.b.

Defendere inuaſum ab inimico officiarius publicus iuſtitiæ aut priuatus, an teneatur.pag.175.b.

¶ *De delectatione.*

Delectationi mortali tacitè conſentire, quãdo erit peccatũ mortale, & quando illam non reijcere non erit mortale. p.114.a

Delectatio moroſa, quare moroſa appelletur.p.114.b

Delectationem confiteri qñ ſit neceſſarium. (p.114.b

Delectari de morte alicuius, an ſit licitũ aliquando.pag.167.a

Delectatio de copula carnali cum aliqua habẽda ſi eſſet vxor ſua, an ſit licita vel liceat nũc alicui delectari de copula habenda cũ fœmina poſtquã eam duxerit.p.185.a.b

Delectationẽ capere an liceat viduę de copulis ante habitis cũ marito.p.185.b. Et explicat in quibus perſonis locũ habeat ſententia Metinæ Salmã.p.185.b.& p.186.a.b

Delectatio coniugis de præterita copula habita cum coniuge an ſit licita. p.186.a

Delectatio de malo obiecto cõtingẽs *ſine* ad uertẽtia, an ſemp excuſet à pctõ.p.186.b

Delectationis ſolius carnis conſenſus, an ſit mortalis.pag.184.b

Delicta miſti fori proponuntur.pag. 888.

¶ *De dæmone.*

Dæmonis innocatio quænam ſit expreſſa, quænam vero tacita. pag.115.b.

Dæmones adiurare an liceat, & an eorũ ſoluere maleficia culpa careat, p.116.a

Dæmones obſidentes corpora alloqui, an licitũ ſit & cũ eiſdẽ inire ſermones.p.116.a

Dæmon qualiter effectum ſuperſtitioſum operetur.pag.116.a

¶ Depo-

*¶ De depoſito.*

¶Depoſitum rerum vſu ipſo conſumptibilium, ſi fiat cum facultate vt depoſitarius eis rebus vtatur, an tranſeat tunc in mutuum.pag 470.a

Depoſitarius de qua culpa teneatur, ſi pro ſeruando depoſito accipiat pecuniam: & an poſsit fieri conuentione de dolo teneatur.pag.473.a

Depoſitarius ſi rebus ſuis maiorem curam adhibuit, ſed accommodatis ſolam illam, quam communis vſus hominum obſeruat an teneatur de damno.pag.475.b. & ſeq.

Depoſita res in taberna, vel in naui ſi pereat quis ad eam reſtituendam teneatur. pagina. 476.a

Depoſita re vtens an committat furtum, & an in omnibus caſibus depoſitarius teneatur reddere depoſitum deponente repetente.pag.476.a

Depoſitum an cauſa recompenſationis debiti depoſitarius retinere poſsit. p.476.b

Depoſitã rem, an in aliquo caſu poſsit quis clam à depoſitario ſurripere.p.476.b

Depoſita res, ſi detur ſuo pretio æſtimata, talis æſtimatio an aliquid operetur. pag. 476.b.& ſequent.

Depoſitarius de quali culpa teneatur. pag. 472,b,& pag.473.a

Depoſitum, an poſsit reuocari ſtatim. pag. 473.a

Depoſitarius an depoſitum poſsit in recompenſationem debiti accipere. pag.476.b.

Deſiderare ſibi mortem, vel aliquod malum an ſemper ſit peccatum. pag. 167.a

Detegenda an ſint in confeſsione media ad peccatum.pag.164.a.b.

Detentus in carcere propter debita, an licitè inde fugere poſsit. pag. 170.b

Deteſtationem peccati mortalis ſacra pagina apertè conclamat.p.4.b

Detractionis traditur definitio.p.657.a.b

Detractionis definitio explicatur. pagina. 657.a.b

Detractio quomodo differat à contumelia. pag.657.b

Detractio aliquãdo fit directè, & aliquando indirectè, & directè fit quadrifariam.pag. 657.b.& ſe quen.

Detractio an ſit circa famam, & de differentia inter famam, & honorem. pag.658.a. Et de definitione famæ bonæ & malæ, ibidem.a. Et de duplici acceptione honoris. pag.958.a.b

Detractio differt à contumelia, & contumelia, & conuitium & deriſio, & ſubſannatio differunt inter ſe, & differunt à detractione.pag.659.a.b

Detractionis octo modi an ſint explicandi in confeſsione: & an detractio ſit ſpecies ſpecialiſsima.pag.659.b.& ſeq.

Deriſio quid ſit, pag.660.b. Et an deriſio ſit leuior culpa quam detractio.pag 661.a

Dicteria iaciens in alium an peccet mortaliter.pag.661.a.b. Et de regula generali ad cognoſcendum grauitatem peccatorum linguæ ibidem.b.

Detractio in quo conueniat cum ſuſurratione, & in quo differat ab illa. pag. 662.a. Et an ſit detractio peior quam ſubſurratio, ibidem. Et an ſubſurratio ex genere ſuo ſit mortalis culpa.p.662.a.b

Detractio an ex genere ſuo ſit culpa mortalis.pag.663.a.b.& ſeq.

Detractionis culpa an careat ex aliqua cauſa generali peccatum proximi detegere.pagina.664.a.b

Detractionis culpa mortalis an ſit crimẽ occultum alienum vni viro cordato ſecreto detegere. pag.665.a.b. Et an liceat illud detegere viro grauiſsimo peregrino. pagina.666.a

Detractionis peccatum an ſit diffamatum publicè in vno loco in alio loco diffamare, quæſtio eſt in qua Thomiſtæ diſcordant à Nauarro.pag. 667.a.b. & ſequent. per totum caput.

Detractionis peccatum an ſit crimen alicuius duobus vel tribus tantũ notum, alijs ignorantibus reuelare.pag.670.b.& pag. 671.a.b. Et de duplici acceptione famæ. pag.671.b

Detractionis an culpa ſit crimen duobus vel tribus tantum notum ob vtilitatem alterius priuatam ignorantibus reuelare.pag. 671.b.& pag.672.a

Detractionis, aut infamationis culpa an ſit crimen alterius probabile duobus teſtibus, via denuntiationis, vel aliter ad iudicium deferre publicum.pag.672.b. & ſequen.& pag. 673.a. Et an id liceat quando criminoſus via correctionis non emendatur.pag.673.a

Detractionis vel infamiæ culpa ſit obijcere crimina occulta teſtibus in iudicio. pagina.672.b

Detrahere an liceat ſycophantis, & hypocritis decipientibus rempublicam eos detegendo.pag.675.a

Detractores an dicendi ſint aſtrologi impingentes hominibus furta, vel fornicia. pagina.675.a

Detra-

Detractionis an culpam incurrant hiſtorici narrantes crimina occulta.p.675.b

Detractores an dicendi ſint qui de defectibus naturalibus ſubnotant alios, vt quòd ſint de genere infecto Saracenorum, vel Iudæorum.p.675.b.& ſeq.p.676.a.b

Detractionis culpæ an tribuendum ſit reuelare iniurias ſecretas, quas aliqui paſsi ſunt ab alijs, neque eas poſſunt probare. pag.676.b.& pag.677.a

Detractio an aliquando tantum culpa venialis ſit.pag.677.b.& pag.678.a

Detrahere & formaliter, & materialiter contingit.p.678.b.& ſeq.& p.679.a.b

Detractionis an genus ſit, ꝙ alius mendax ſit aut prauus, vbi explicatur ſententia Metinæ Salmanticenſis.pag.679.b

Detractionis qualis culpa ſit narrare rumores auditos, vel crimina ſparſa apud multos.pag.680.a.b.& p.681.a.b

Detractionis genus an ſit detegere defectus naturales non veros.pag.681.a.b

Detrahere ſibi ipſi ſe infamando an maioris culpæ ſit, quàm infamare alium, vbi incidenter diffinitur illa quæſtio an homo ſit dominus ſuæ famæ. pag. 682,b. & 683. a.b.& ſeq.& p.684.a.b

Detrahere aliquem ſibi in iudicio imponendo ibi ſibi crimen falſum citra iuramẽtum cauſa euadendi torturam, an ſit mortale. pag.684.b.& p.685.a.b

Detrahere an poſsit quis ſibi cauſa euadendi torturam confitendo in iudicio ſuum crimen verum, ſed occultum, de quo non iuridicè interrogatur.p.685.b

Detractionem ſuæ famæ poſsit aliquis perpeti famam ſuam pro proximo exponendo: & ad quid obligat charitatis ordo inter nos & proximos. pag.687.a.b.& pagina.688.a.b

Detractionis famæ iacturam an cauſa præcepta eccleſiæ ſeruandi perpeti teneamur. p.688.b.& ſeq.& p.689.a.b

Detractionis famæ iacturam, ſi excommunicatus ſit ſubiturus, ſi cum ſit occultus non celebret an cum tali iactura teneatur abſtinere à celebrando.p.688.b. & 689.a

Detrahentes audiens an peccet grauiter vbi incidẽter dubitatur, vtrum voluntati permiſsiuæ Dei ſit reſiſtendum.pag.720.a.b & pag.721.a.b

Detractioni præbens cauſam an magis peccet quàm ipſe detractor.p.722.a.b

Detractorem audiens cum graui detrimento temporalium infamiam proximi propellere.pag.722.b.& 723.a.b

Detractorem audiens ſine aſſenſu, & complacentia, an peccet mortaliter: & conſequenter proponitur regula generalis obligationis charitatis erga proximum.pag. 722.b.& p.723.a.b

Detractionem audiens an peccet, ſi de defectu proximi audito velit fieri certiorem illum interrogando.pag.724.a

Detractori valde difficile eſſe reſtituere famam ablatam decem & nouem exemplis ſeu argumentis probatur: in quorum reſpõſione ſatis fit multis caſibus.pag.725. a.b.& ſeq. per totum caput.

Detrahens verè, ſed iniuſtè quomodo reſtituet famam.pag.729.a.b

Detrahens homini vili quomodo reſtituet famam ablatam.p.729.b.& 730.a

Detrahens in ſecreto coram euulgaturo in populum quomodo reſtituet famam pagina.730.a.b

Detrahens ei qui iam alia via recuperauit famam an teneatur ſic priùs à ſe infamato aliquid recompẽſare.pag.730. b. Et quid de infamato qui alia ſuperaddit publica ſcelera, ibidem.

Detrahens & infamans an caſu, quo iam infamia obliuioni eſt tradita, teneatur ſic à ſe infamato reſtituere famam ante ablatam.pag.731.a.b

Detractor & infamator an in caſu, quo infamatus iam migrauit à vita teneatur ei aliquid recompenſare.p.731.b.& ſeq.

Detractor, qui detrahit verum dicendo, an teneatur ad tantam reſtitutionem, ſicut ſi falſum dixiſſet.p.731.a

A detractore, ſi poſt detractionem obijt infamatus an reſtitutio aliqua ſit facienda infamato.p.731,b.& 732.a. & ſeq.

Detractores, ſeu infamatores, qui ſe inuicem infamauerunt an teneantur ſibi inuicem famam recompenſare.p.733.a.b

Detractor, qui iam publicè, infamatum de aliquo crimine infamat, de alijs ſecretis delictis, an teneatur hanc infamiam reparare.pag.734.a.b

Detractor, ſeu infamator, qui cum ſuo infamatore ſciens & volens iam conuerſatur, an per hoc videatur remittere infamiam, & de alijs quotidianis caſibus.p.735.a

Detractor in quibus caſibus teneatur reparare famam læſam.p.727.b.& 728.a.b. Vbi notanda corollaria ponuntur.

Detractor tripliciter poteſt alicui famam auferre.p.729.a

Detractor infamator patris remittentis infamiam, an teneatur ſatisfacere filijs.p.732. a.b. Et

a.b. Et an infamati hæredes habeant ius ad recompenſam ſibi faciendam pro patre infamato.pag.732.a

Detractores,ſeu infamatores, an ſibi inuicē recompenſare poſsint,ideſt,an compenſatio famæ hebeat locum in ſe inuicem infamantibus.p.733.a.b.& p.736.a.b

Detrahens,ſeu infamans de diſtincto crimine,de alijs alias infamatum, an ei pro hoc ſatisfacere teneatur.p.734.a.b.

Detractor an famam, cui detraxit, teneatur pecunijs compenſare, quando aliter eam reſtituere non poteſt,& an fama aliter nō reparabilis poſsit reparari pecunia, vel è contra.pag.733.b.

Detractor an cum iuramenro teneatur reſarcire infamiam ablatam.p.735.b. & 736.a

Detractor an cum magno periculo ſuo teneatur reparare famam ablatam.p.737.a.b

Detractor an teneatur reſtituere famam quādo eam abſtulit per verba æquiuoca, aut per taciturnitatem.pag.737.b.& ſequen. & pag.738.a.b.

Detractor,vel infamator, an maneat liber à reſtitutione famæ,ſi is,qui directè infamatus eſt,iſtam infamiam remittat,licet indirectè infamati illam non remittant.pag. 738.b.& 739.a.b

Detractoribus vel infamatoribus ſi parentes,vel prælati infamati remittant, an ſit licita,& valida talis remiſsio: & quomodo ſit reſtituēdus honor læſus:& an ſufficiat petitio veniæ.pag.739.b. 740.a b. & 741.a.b.& ſeq.

Detractionem,ſeu contumeliam,aut conuitium in generali explicare in confeſsione,an ſufficiat pag.742.a.b

¶ *Diffinitio peccati.*

Diffinitur peccatum, ſcilicet, q̄ ſit dictum, vel factum, vel concupitum cōtra legem æternam,pag.1.b.

Diffinitio peccati explicatur. pagina. 1.b. & pag.2.a.

¶ *De dilectioue.*

Diligendus eſt Deus, & de modo eum diligendi.pag.113.a

Diligere Deū ſuper omnia,an aliquis poſsit abſque gratia pag.113.a.b.

Dilectionis Dei præceptum quibus temporibus & caſibus nos obliget.pag. 113. b. & ſequent.

Dilectione naturali quando teneamur Deū amare:& an liceat aliquomodo Deum minus diligere.p.113.b.& 114.a

Differentiæ, quibus peccatum mortale à veniali differt tres ſunt, vel quatuor. p.2.a.

¶ *De diſpenſatione.*

Diſpenſatio an excuſet à peccato. p.13.a.b

Diſpenſatio facta a principe circa ſuas leges ſine cauſa an à culpa excuſet diſpenſantem & diſpenſatum.p.13.b.& ſeq.

Diſpenſatio inferioris prælati,vel iudicis circa leges ſui ſuperioris ſine iuſta cauſa facta,an valida ſit, & an à peccato valeat excuſare,pag.14.a.b

Diſpenſare,an cenſeatur princeps, vel inferior cum ſciens & prudens concedit aliquid contra legem, vel cōtra eam aliquid iubet,pag.14.b

Diſpenſandi in votis licentia conceſſa à ſuperiore inferiori,an extendatur ad ea vota commutanda,pag.74.a

Diſpenſans iniuſtè in lege humana, & ſic diſpenſatus an vterq; peccet.p.128.a.b

Diſtinctio peccati mortalis, & venialis tanquam catholita recepta eſt inter catholicos.pag.2.a

Diſtinctionem inter peccatum mortale, & veniale ſacra pagina apertè teſtatur.p.2.a

Diſtinguitur tripliciter peccatum mortale à veniali.pag.2.a

Diſtinctio peccatorum cōtingit ex triplici cauſa,ſcilicet,ex parte auerſiōis, & cauſæ finalis,& præceptorū diuerſorū.p.15.b

¶ *De dolo.*

Dolus & latiſsima culpa in quo differant: & dolus exemplificatur: & an ſine dolo pœna corporalis debeat inferri.p.464.b

Dolus an annullet contractum. pag.468.b. & ſequent.

Duellum, an in aliquo caſu acceptare liceat. (pag.166.b

Duella ſpectare,an ſit licitum. p.167.a

¶ *De dominis.*

Dominus vel herus qualiter peccet, ſi ſit negligens circa famulos, & ſeruos, & an teneatur dominus ablegare à ſuo ſeruitio famulos malè viuentes.p.147.a.b

Dominus, an teneatur arcere ſeruum à concubina maximè expellēdo eum à domo. pag.147.b

Domini perſoluentes famulis ſibi ſeruientibus diminuta ſtipendia, an teneantur illis reliquum reſtituere.p.358.a.b. Et inquantum teneantur pueris,id eſt,pages,vel his qui ſibi famulantur certis diebus tantum, & quid de famulis ſeruiētibus ſub ſpe maioris ſatisfactionis in alijs, & quid de ſeruientibus cauſa æſtimationis,& gratitudinis,ibidem per totum caput 108.

¶ *De donationibus.*

Donatio inter virum, & vxorem, & inter patrem & filium non emancipatum, an ſit valida. valida.pag.399.a.b.

Donatio inofficioſa quænā dicatur.p.407.b

Donatio ſine inſinuatione, an valeat in foro conſcientiæ.p.411.a

Donatio facta eccleſiæ,ſi nō ſit qui acceptet, an ſit valida. p.411.b.& p.412.a

Donationes ſub cōditione, vel modo factæ, an ſint validæ & quænam ſint reuocabiles,vel non.p.413.a.b

Donatio ex demonſtratione falſa facta an inualida ſit.p.414.b

Donatio cauſalis, an inualidetur non ſubſiſtente cauſa.p.414.b. Et an falſa cauſa vitiet legatum.p.415.a

Donatio conditionalis,vel modalis, an reuocari poſsit.p.416.a.b

Donationes dubiæ quomodo ſunt interpretandæ in foro exteriori, vel in conſcientia.p.416.b.& p.417.a.b

Donationes factæ tabellionibus, receptoribus iudicibus, an validæ ſint in conſcientia qñ dātur loco ſtrēnarū,vel expeditionis facilioris cauſa.p.417.b.& p.418.a.b

Dubitantes de validitate mrimonij cōiuges, quid agere debeāt.p.890.b.& p.891.a.b.

Diuortium quomodo fit ob adulterium.p. 876.a.b.& p.877.a.b

E

Eccleſiaſticas perſonas grauans exigendo ab eis gabellas, an ſit excommunicatus.p.449.a.b

Eccleſiaſticæ perſonæ, quę immunitate à tributis gaudent,quænam ſint.p.449.a

Eccleſiaſticus, ſi voluntariè dat tributa, vel alias à laicis iuſte debita, ſi perſoluat, an tunc eá ab illo exigens, vel recipiens ſit excommunicatus.p.449.b

Eccleſiaſtici an teneātur ad pontiū, ac viarū ſtructionē,& ad fontiū,& puteorū ædificationem,aut refectionem.p.450.b

Eccleſiaſtici quales, & in quibus caſibus nō eximuntur à tributis.p.452.b

Eleemoſynam an teneantur facere in extrema neceſsitate fideles, an verò ſatis ſit tūc mutuare extremè indigentibus, copioſè diſputatur.p.251.a.b. per totum.

Electione occulta iuxta Concil. Triden. ſine expreſsione nominum eligentium,an eligens indignū, an teneatur ob hoc aliquid reſtituere.p.385.a.b

Emens, aut vendens officia ſecularia publica, an teneat aliquid reſtituere. p.292.a.b

¶ *De Epiſcopis.*

Epiſcopus an ſit dominus partis decimalis pro ſuis vſibus deputatæ. p.318.a.b

Epiſcopus quanam obligatione, an iuſtitiæ an vero charitatis teneatur ſuperflua ſibi expendere in pios vſus.p.318.a.b. & ſeq.

Epiſcopi & beneficiarij an teneantur ſibi ſuperflua erogare in pios vſus: circa quam quæſtionem aliqualis ponitur concordia inter Sotum & Nauar. ad mentem Diui Thomæ.p.320.a.b.& p.322.a.b

Epiſcopus ſi faciat donationes ſuperfluas & prophanas, vtrum tales donationes ſint irritæ.p.325.a.b.& p.326.a.b

Epiſcoporū cōſanguinei,& familiares, an teneantur ſuperfluas donationes illis factas ab epis reſtituere pauperibus. p.326.b.

Epiſcopi,aut beneficiarij,an impetrare poſſint à papa licentiam, qua licitè valeant ſuperflua ſibi in non pios vſus expendere.pag.327.a.b

Epiſcopatum, vel dignitatem ambiens, vel cathedram dicendo falſè libros ſe edidiſſe vel lectoris officium exercuiſſe, an teneatur reſtituere.p.355.b

Epilogatio dictorum in materia de voto ſupra redditione debiti.p.203.a.b.& ſeq.

¶ *De Euchariſtia.*

Euchariſtiam an ſtatim poſt coitum cum vxore vxoratus ſumere debet, neq; poſt pollutionem habitam in ſomnijs, niſi & cætera.p.41.b. & ſeq.

Euchariſtia,an ſtatim poſt abſolutionem ſit recipienda à peccatore nequiſsimo, qui diu antea non erat confeſſus,p.42.a

Euchariſtia,an ſit frequenter ſumenda à peccatoribus venialia peccata multiplicantibus.pag.42.a

Euchariſtiæ fructus,vt quis ſuſcipiat, an requiratur actualis deuotio, & cōſideratio. pag.42.a.b

Euchariſtia an ſit porrigenda publicis peccatoribus iam contritis.p.42.b

Euchariſtiæ ſacramētū ſumere frequēter an ſit licitū laicis,& qualis frequētia accedendi ad illud laicis tā vxoratis,quā non vxoratis,ſit permittenda.p.42.b.& p.43.a.b

Euchariſtiam in peccato mortali ſumens, ſi ſumendo non peccet, quia ignorat, an ſemper recipiat primam gratiam.p.43.b.

Euchariſtiæ effectum, an impediant venialia.pag.43.b

Exempla quinque, quæ faciunt ad deteſtationem peccati venialis.pag.3.a

¶ *De excommunicato.*

Excommunicatus an ſit, qui ſolo metu exterius aliquid agit contra fidem.p.175.b, Et quid de aſſerēte ſecretò hæreſim. p.175.a

Excommunicationem, an incurrant filij, & vxor, quādo eam pater familiàs impetrat contra

contra ſibi furantes aliquid.p.150.a.b
Excommunicatus, an ſit clericus ſibi ex cauſa iniuſta inferens manus. p.167.a.b
Excommunicationem an incurrat, qui recõpenſans ſibi ſecreto ex bonis ſui debitoris ad excommunicationem non reſpondet. p.361.b.& ſeq.
Excommunicatus an ſit, qui ſub pœna latæ excõmunicationis iuſſus eſt reuelare ſcripturas, ſi eas non reuelat.p.363.b. Et an ſit differentia inter iuſſum iudicis, quo iubet exhiberi ſcripturas, & quo iubet edi inſtrumenta.p.364.a
Excommunicationi prælati, quibus caſibus teneatur quis reſpondere, vel non, & in quibus ſub obligatione reſtitutionis.pag. 364.b.&p.365.a.b.& ſeq.
Excommunicationem an incurrant vxor, vel cognati delinquentis, qui bona abſcõderunt alicubi, vel in monaſterio, ne à iudicibus ſequeſtrarentur.p.369.a.
Excommunicatus ſub excommunicationis pœna coactus ſoluere debitum an teneatur illud ſoluere cum detrimento victus & veſtitus.p.372.b
Excommunicationem ſtatuentem terminũ ignorans abſens, qui venit poſt terminũ, an eam incurrat.p.373.a.b
Excommunicationis edicto, an comprehendatur qui intra annum poſt edicti terminum non denuntiat crimina.p.373.a
Excommunicationis ſententia, an comprehendatur clericus, qui ſub ea iuſſus ab epiſcopo dare librum ſuum alteri illum non dat.pag.373.b
Excommunicationis ſententia, an comprehendantur vxor & filij cum pater ſuper furtis ſibi factis eam impetrat.p.373.b
Excommunicationi, an ſubiaceant furta minima ex vineis, vel à famulis facta.p.374. a.b.& ſequent.
Excommunicatus, an ſit, qui ab eccleſiaſticis exigit tributa quę voluntariè dant, vel quæ iuſtè ſunt debita à laicis. p.449.a.b
Excommunicati, an ſint gubernatores, qui imponunt gabellas ſuper emptionem panis & vini, & carnis, quas etiam neceſsitantur perſoluere eccleſiaſtici hæc ementes. pag.449.b.&p.450.a
Extortum per ſimulatam paupertatem, aut ſanctitatem an ſit reſtituendum. p.355.b

F

FAlſarij in quibus caſibus teneantur ad reſtitutionẽ, & an argentarij miſcentes ligaturas, aut alij miſcentes glebullas terræ tritico venali, aut curtãtes mẽſuras teneantur reſtituere. p.455.a.b.& ſeq.
Falſitas, qua quis vendit vnam rem pro alia an inducat obligationem reſtitutionis: & an annullet contractum.p.457.a.b
Falſatores ſcripturarũ, vel falſas ſcripturas, vel vſurarum ſcripturas conficientes notarij ad quid teneantur.p.460.a.b
Falſantes literas papæ an ſint excõmunicati & qualis falſitas excommunicationem inducat.p.460.b.& p.461.a.b
Falſitas, aut fraus inducens reſtitutionẽ, an committatur in his caſibus. Primo in caſu ſcribæ addentis aliquid in criptura ad petitionem partis. Secundo in recuperante ſibi debitum ex alia cauſa per ſcripturam alterius debiti. Et tertio in teſte reuocãte primum dictum.p.462.b. & p.463.a.b
Falſitatis genus, an ſit, ſi per literas generales lator earum intentet aliquid cõtra eas ſcribentem.p.463.b

*¶ De famulis.*

Famulo infirmanti, an teneatur herus medicinam præſtare, aut ſtipendium pro illo tempore perſoluere: & quid circa hoc de iudicibus & clericis famulatum præſtantibus reipublicæ, vel eccleſiæ, ſi infirmentur.p.360.a.b
Famulatũ præſtantes familiæ alicui, vel conuentui in tonſurando religioſos, vel in coquendo panes ſi creuerit familia, vel conuentus, an eodem pretio famulari teneantur.pag.361.a
Famulis, an poſsint dari imminuta ſtipẽdia. pag.358.a.b.& ſeq.
Famulus tacens cum videt furta, quæ domi committit alter ſuus cõfamulus, an teneatur reſtituere ea.p.375.a
Fratrum nomine quinam ſoliti ſint appellari.pag.142.a
Frater fratrem quomodo alere teneatur, an iuxta decentiam ſtatus, vel tantum iuxta neceſsitatem naturæ.p.391.b

*¶ De feſtis Chriſtianorum.*

Feſta omnia Chriſtianorũ, an ſint de iure eccleſiaſtico an diuino.p.138.b
In feſto quænã opera fieri prohibeantur, an ſcribe.e vel docere.p.138.b.& p.139.a
Feſtos dies obſeruare, an teneantur religioſi, quos præcipit eps obſeruari.p.139.a
Feſta patriæ ſuæ, aut regionum illarum, vbi ſe inuenerint, an teneantur peregrini obſeruare.p.139.a.b.
Feſtum non ſeruãtes, an excuſari poſsint ex aliquibus cauſis: & an agaſones, & famuli impediti ab heris excuſentur, & an vxores prohibitæ à viris.p.139.b





Feſti an violatores ſint, qui tũc exercẽt venditiones, & nundinas.p.139.b. & ſeq.
Feſti violatores an ſint barbitonſores tondentes barbas, vel piſcatores tunc piſcantes, vel molitores molentes in die feſtiuo: & quid de tali die laborãtibus pro pauperibus, vel reficientibus pontes communes.p.140.a
Feſti an violatores ſint pauperes tunc laborantes pro victu: & an in feſto venantes quęſtus gratia excuſentur à mortali: & in feſto quid liceat agere doctori, vel aduocato, & quid iudici.p.14.a.b.
Feſti violator, an ſit qui in ipſo ſcribit ad quæſtum.p.140.b
Feſti violatoribus, ſi ſententia excommunicationis imponatur ab epiſcopo, an eam incurrat, qui in feſto ex neceſsitate operatur, pag.140.b
Feſta Sanctæ Crucis, & Sancti Michaelis, & Innocentum violantes, an peccent, & an in feſto ob neceſsitatem laborantes, vt excuſentur indigeant diſpenſatione epiſcopi.pag.140.b
Feſti obſeruandi præceptum, an ad ſui obſeruantiam indigeat contritione. p.141.a
Feſti diei miſſam audituri qualem inter eam audiendũ attentionem habere teneantur, & an miſſam propriam feſti neceſſe ſit audire, & an ſatisfaciat, qui eam audit ab euãgelio, vel qui audit partem vnius miſſę, & partem alterius: vel qui egreditur à miſſa poſt ſumptionem calicis.p.141.a
Feſti miſsã audiẽs an impleat pręceptũ, licèt non audiat ſacerdotẽ illã dicẽtẽ.p.141.a
Feſtiuam audiens miſſam in die feſto ſacerdos ſi ibi recitet horas an ſatisfaciat vtriq; præcepto.p.141.a.b

*¶ De fide bona.*

Fides bona an excuſet Iuriſtam, qui ſuo nomine ſubſcripſit ſententiæ alterius Iuriſtæ aſſeſſoris.p.298.b.& ſeq.
Fides bona an excuſet teſtem, qui teſtificatus eſt eſſe verum quod adducens eum in teſtem verum eſſe ei dixit.p.299.a
Fides bona an excuſet à reſtitutione ignorãter ementem cenſum, vel iura ab vſurario vel ſi emit dubitanter.p.299.a.b
Fidem bonam quæ alias poſſet excuſare, an tollat dubitatio, qua quis emit rem dubitando, an ſit aliena.p.299.a.b.

*¶ De filijs.*

Filij quibus modis delinquãt contra parentes, & quãdo mortaliter.p.144.b. & ſeq.
Filius an parentes conſtitutos in neceſsitate poſsit relinquere, vt ingrediatur religionem.pag.145.a.b
Filius an peccet ſi contra præceptum patris aliquam ducat in vxorem, & an filia contra voluntatem patris indignũ ſumẽs maritum poſsit exhęredari.p.145.b.& 146.a
Filius relictus executor teſtamenti paterni, an poſsit excuſari ſi prolatet impletionẽ legatorum piorum.p.146.a
Filius illegitimus, an teneatur matri de ſua illegitimitate reuelanti ſecretum, credere. pag.208.a.b

*¶ De filijs illegitimis.*

Filij illegitimi quales ſint.pag.387.a
Filijs illegitimis parentes eorũ quantũ poſſunt legare in teſtamẽto.p.387.a.b.& ſeq.
Filijs adulterinis à parentibus aliquid legari poſsit.p.388.b
Filijs adulterinis an teneatur fideicommiſſarius dare, quod eorum pater commiſit, vt illis daret.p.388.b.& p.389.a.b
Filij clericorũ an hæreditatis paternæ fiant incapaces, & an eis per fideicõmiſſarium poſsit pater aliquid relinquere. pag. 389. b.&p.390.a.b
Filij clericorũ an accepta à parentibus teneãtur reſtituere, & an filijs & fratribus alimẽta ſint præſtãda. p.390.b.& p.391.a.b
Filij illegitimis lege Hiſpaniæ quota pars poſsit legari pro eorũ alimentis.p.391.a
Filia adulterina cum à matre eſt hæres inſtituta, vel legataria, an tum teſtamenti executor commiſſarius poſsit illi licitè dare hæreditatem, aut legatum.p.391.a
Filios legitimos habens, an vltra quintã partem bonorũ ſuorum poſsit expendere in pios vſus pro anima ſua.p.393.a.b
Filiorum legitimas, an extenuare poſsint parentes titulo meliorationis.p.393.a.b
Filij quænam bona habita, vel accepta teneãtur adducere ad cumulum partitionis, an bona caſtrenſia, vel quaſi, vel profectitia, vel aduentitia ad longum. pag. 395.b.& pag.396.a.b.per totum.
Filij ſcholaſtici, an teneatur adducere ad partitionem cum alijs fratribus ſumptus ſtudij ſui.p.397.b. & ſeq. Et quid de ſumptibus factis à patre in bonis aduentitijs filiorum: vel in nuptijs filiorum, vel filiarum, & quid de ornamentis, veſtibus, iocalibus datis filiabus in nuptijs.p.398.b. & ſeq.
Filiabus data dos vltra quãtitatẽ deſignatã à lege Matritia, an ſit valida in vtroq; foro copioſè diſputatur. p.404.a.b. p totũ.
Filijs, aut filiabus donationes, vel meliorationes factæ quando ſunt inofficioſæ. pagina 407.b.& p.408.a.b

Filijs, aut filiabus promiſſa dos à parẽtibus, ex quibus bonis ſoluenda eſt. p.408.a.b
Filijs, vel filiabus meliorationem facere, vel non facere ſi promiſerint parentes, an teneantur promiſſum ſeruare, & quid ſi nõ ſeruauerint. p.408.b
Filijs donans pater, an cenſeatur facere meliorationem, etiam ſi hoc non expreſſerit. pag.408.b
Filijs, ſi parentes meliorationem faciant, an poſsint imponere aliqua grauamina. pagina.408.b
Filij fornicarij, vel ex concubitu damnato geniti an ſint à parentibus alendi, & ex quota bonorum parte. p.867.a.b
Filia ſpuria an ſit dotanda. pagina 867. b. & pag.868.a.b
Filiæ nubenti ſine conſenſu patris, an poſsit dos negari. p.868.a.b & ſeq.
Filijs adulterinis an poſsit negari alimẽtum. p.869.& ſeq.
Filij illegitimi à quibus ſunt alendi & qualiter. pag.869.a.b
Fugam arripiens ſeruus, an teneatur redeundo ſe ſuo domino reſtituere. p.347.b
Fugere an poſsit fidelis à dominis infidelibus, ſi ab ipſis fuit in iuſto bello captus. pagina.347.b

¶ *De furto.*

Furtũ an excuſet à culpa mortali, paruitas materiæ, & quam modica debet eſſe quantitas furti, vt excuſet à culpa lethali. pag. 213.a.b. Et quid de hoc in Indicis regionibus, ibidem.b
Furantes minima coniunctim, vel diuiſim, an peccent mortaliter. p.213.b & p.214.a.b. Et an tales excõicatione fulminata cõtra furantes comprehendantur. p.214.b.
Furantes à pluribus ſigillatim minima, an ſub culpa mortali ad talia reſtituenda teneantur. p.216.b
Furti quantitas quænam ſit, quæ ſubiacere poteſt excommunicationi, ſi non reſtituatur. p.217.a.b
Furti culpam an excuſet ignorantia, neceſsitas, vel præſumptio probabilis, vel diſsimulatio creditoris non petentis: & quantus metus in conſcientia inualidet donationes & tranſactiones. p.217.a.b
Furto rem ablatam à latrone, ſi quis bona fide emit, eademq; bona fide alteri iam vendidit: an teneatur pretium acceptum domino rei apparenti, aut emptori reſtituere. p.217.b.& 218.a.b
Furto, vel aliter rem alienam emens bona fide non putans eſſe alienam, ſi poſtea reſciuerit eſſe alienam, an poſsit eam reſtituere ſuo venditori, vt ſuum recuperet pretium p.219.a b. Et quomodo teneatur reſtituere bona fide emẽs alienam rem p.219.b.& ſeq.
Furto rem ablatam, vel mala fide acceptam accipiens ſi penes ſe perijt quo pretio teneatur illam reſtituere. p.220.a
Furtum an ſit ſi famuli diminute ſalariati ſibi de bonis domini ſecreto recompẽſent, & quot conditiones requiruntur ad iuſtificandam ſecretam recompẽſationem. pag. 359.b.& p.360.a.b.& ſeq.

¶ *De fructibus.*

Fructus an faciat ſuos in vtroq; foro poſſeſſor bonæ fidei: quæſtio proficua Theologis, & multo magis Iuriſtis vtriuſq; facultatis. p.590.b.& 591.a.b.& ſeq.
Fructus an teneatur reſtituere poſſeſſor malæ fidei, & in quibus grauatur emptor malæ fidei, & quid cauſet malam fidem. pag. 593.b. & p.594.a.b. & ſeq. per totũ cap.
Fructus non perceptos neque à domino percipiendos, an teneatur malæ fidei poſſeſſor reſtituere & an teneatur damnum tam intrinſecum, quam extrinſecum in vtroq; foro reſtituere pag.596.b.& p.597.a.b.& per totum cap.
Fructus ex inualido contractu percepti an ſint reſtituendi. p.599.a b.& ſeq.
Fructus an faciat ſuos per iudicem manumiſſus in poſſeſsionem: quæſtio eſt iuridica. p.600.b.& ſeq.

H

HAbitum Iudæorum accipere, an peccatum ſit & quando. p.116.a
Haſtiludia, vel ſimilia fieri iubens in republica, an teneatur de damno dato, & quid de adiuuantibus in bello. p.382.b
Hærus, ſi præcipiat aliquid famulis, vnde ſubſequatur damnum, an teneatur illud reſarcire. p.383.a
Hæres, an teneatur adducere ad partitionẽ officium regium ſibi derelictum à patre. pag.292.b
Hæres inſtitutus filius cum grauamine inſtituendi capellaniam, ſi bona hæreditaria perdita ſint notabiliter: an ab hoc onere exonerandus ſit ab epiſcopo p.377.a
Hæres inſtitutus per teſtamentum minus ſolenne, id eſt, ſine numero debito teſtium, vel aliter, an poſsit in conſcientia retinere hæreditatem. p.377.a.b
Hæres ſuccedens an ex naturali obligatione teneatur ſoluere legatarijs legata minus ſolennia. p.378.b.& ſeq.
Hæres extraneus inſtitutus cũ fideicõmiſſo dandi, vel prouidendi naturalibus filijs teſtatoris ad quid in conſcientia teneatur. pag.390.b
Hæres non ſoluens ſtatim legatum an teneatur illud cum ſuis fructibus reſtituere. pagina.601.b.& p.602.a.b
Hæres ſtatim non reſtituens legatum eccleſiæ, an teneatur cum fructibus intermedij temporis illud reſtituere. pagina. 601. b.& ſequent.
Heres inſtitutus fideicommiſſarius, an teneatur computare fructus à ſe perceptos in Trebellianica; ideſt, in quarta parte hæreditatis ſibi debita. p.602.a.b
Hæres fideicommiſſarius an poſsit fructus percipere non cõputando in ſua Trebellianica in caſu, quo non eſt adiectus terminus à teſtatore, quo teneatur reſtituere hęreditatem. pag.602.b
Hæreditarij fructus quomodo ſunt diuidendi inter hæredes defuncti, & coniugem remanentem. p.605.a.b

¶ *De hæretico.*

Hæreticus qui ſibi ſoli aliquo modo exterius explicuit hæreſim, an ſit excommunicatus, pag.115.a.
Hæreticus pertinax quis dicatur. p.115.a
Hæreſis an ſit affirmare ſimplicem fornicationem eſſe licitam, & an ignorantia excuſet paganos fornicantes: & an à culpa fornicationis excuſet metus pudor, aut violentia abſoluta. p.180.b.& p.181.a.
Hæreticus aut alius criminis læſæ maieſtatis patrator, vel criminis ſodomiæ reus, aut alij, qui ob crimina grauia ipſo facto per leges iubentur bona ſua amittere, an ante condemnationem poſsint de eis viuere, aut ea titulo gratioſo, aut oneroſo donare. p.248.a.b.& ſeq.

¶ *De homicidio.*

Homicidium an grauius peccatum ſit, quando committitur propter furtum, quam cum committitur propter odium. p. 30. b.& ſeq. pag.31.a
Homicidium voluntarium cuius diſpenſatio quo ad eius irregularitatem reſeruatur Papæ quale ſit. p.609.a.b
Honor an debeatur ſuperioribus malis & diſcolis, & quid interſit inter honorem, & reuerentiam. p.148.a
Hoſpitali, cui obueniunt bona ibi morientium ex ſtatuto, an Maria ibi moriens tenentur relinquere bona ſua, cum naturalem tantum habet filiam, pagina.390.a.b & ſequent.

I

IDolatræ exteriores etiam ſine errore, an ſint excommunicati. p.115.b.& ſeq.
Ignorantia an excuſat à peccato, & an ignorantia affectata vel vincibilis, vel concomitans, vel inuincibilis excuſet à peccato. p.12.b.& p.11.a.b
Ignorantia qua paganus ignorat Euangeliũ, an ſit peccatum. pag.12.b
Ignorãtia circa precepta Decalogi, an poſsit eſſe ignorantia inuincibilis, ideſt, omnino excuſans. p.12.b
Ignorãtia circa cultũ vnius Dei, & circa peccatũ fornicationis an poſsit dari omnino excuſans per aliquod ſaltem tẽpus. p.12.b
Ignorantia iuris, vel facti vtrum poſsit à peccato excuſare. p.12.b.& ſeq.
Ignorantia vincibilis circa pertinentia ad ſalutem animæ quomodo tollatur. p.51.a
Ignorantia vtrum excuſet à reſtitutione exemplificatur in multis caſibus. p.295. b.& p.296.a.b.& ſeq.
Ignorantia, an excuſet emẽtẽ aliquid à famulo vel à milite, vel à mãcipio, & ibi de emptione famulæ captiuæ Granatenſis. pagina.295.b.& ſequent.
Ignorãtia an excuſauerit mulierem à reſtitutione, quæ decepta à Ioãne dedit ei ſub nomine cenſus mille aureos ſub mutuo tamen. pag.296.a.b
Ignorãtia an excuſet eũ qui ſub nomine cenſus ſibi reddẽdo cõceſsit dilationem pecuniæ ſibi debitæ ſuo debitori. pag. 297.a.b
Ignorantia probabilis & inuincibilis ab ignorantia craſſa & ſupina, quomodo differant. pag.297.b
Ignorãtia habens annexã culpam leuem in quibus cõtractibus excuſet à reſtitutione, an in depoſito, & in cuſtodia, & ignorãtia culpa leuiſsima inquibus cõtractib⁹ excuſet, & an excuſet ex officiales. p.298.a.
Ignorantia qua hæres ignorat legatum deberi petenti, an excuſet illum ab illo ſoluendo, etiam ſi vno teſte deberi probetur. pagina.298.a.b
Ignorantia an excuſet à dolo, & an ignorantia craſſa & ſupina ſit dolus præſumptus. pag.464.b
Ignorantia an excuſet à cenſuris iuris communis, vel à cenſuris particularibus prælatorum. p.464.b.& ſeq.
Ignorãtia inuincibilis, qua quis ignorat pro actu illicito, ideſt, pro furto latam eſſe excommunicationem, an excuſet illũ ab excommunicatione. p.465.a.b
Ignorantia eorum, quæ per ſe ſunt mala, ad

quam ſpe rem reducatur.p.465.a.b
Ignorantia probabilis quænam dicatur, & quænam ſit ignorantia craſſa, vel ſupina, vel affectata.p.465.b
Ignorantia priuatiua, vel error intellectus, an ſit de ratione ſua & ex ſe peccatum: & quid de ignorantia vincibili conſequente, vel concomitante.p.465.b.& ſeq.
Ignorantia antecedens, & concomitans, quo modo differant: & an ignorãtia inuincibilis excuſet actum ab omni culpa.p.468.a
Ignorantia inuincibilis per diſſolutionem, quæ non poteſt ſolui quomodo aliter tolli poſsit.p.466.b
Ignorantia culpabilis, an ſit diſtinctum peccatum.p.466.b
Ignorantia inuincibilis facti, an excuſet in conſcientia à quacunque pœna iuris, vel cenſura.p.467.a
Ingnorantia concomitans, an ſit cauſa peccati, & ignorantia conſequens quare dicatur talis.p.467.a
Ignorantia inuincibilis, vt non imputetur ad culpam tria veniunt conſideranda, & vt ignorantia ſit inuincibilis, an adhibẽda ſit diligentia in omni materia, vel in tali tantum.p.467.a.b
Ignorantia concomitãs, an accuſet. p.467.b
Ignorantia inuincibilis, id eſt, excuſans à culpa circa articulos fidei an poſsit eſſe apud infideles.p.467.b.& ſeq.
Ignorantia alicuius rei, an imputetur ſolito adhibere diligentiam & perito in tali materia.p.468.a
Ignorantiam probabilem quis teneatur probare in foro exteriori.p.498.a
Ignorantia in foro conſcientiæ, an ex toto excuſet à culpa.p.827.a.b
Ignorãtia iuris an excuſet in cõſciẽtia à pœna, vbi ſtatuit regula gñalis circa hoc, ex qua inferuntur tria corollaria. p.828.a.b
Ignorantia an excuſet à pœna in foro exteriori.p.829.a.b.& ſeq.
Ignorantia actus illiciti an excuſet à pœna legis ei annexa, vt verbi gratia, an committens ignoranter de ſe illicitum, id eſt, furtum annexam habens excommunicationem.p.829.b.& p.830.a b.ad longũ, vbi de multis fit mentio ibidem.
Ignorantia an excuſet ab excommunicatione, quando ſub iſtis formis fulminatur cenſura, ſcilicet, ſi ſcienter ſi temere, ſi præſumpſerit.p.833.b.& ſeq.
Ignorantia dubij interueniente circa irregularitatem an in iſto dubio cenſendus ſit irregularis, & tandem ſoluuntur argumenta.p.833.b & p.834.a.b.
Imagines ſanctorũ, quomodo adorãdæ ſunt. pag.115.b

¶ *De immunitate.*

Immunitate gaudentia quænam ſint loca ſacrã.p.799.b. & ſeq.& p.800.a.b.& ſeq.
Immunitate eccleſiæ an gaudeãt excõicati, & ſerui fugitiui & alij.p.801.a.b.
Immunitate eccleſiæ, an gaudeant incarcerati fugiẽtes à carcere ad ſacrum.p.801.b.& ſeq.vel latrones vel raptores.p.803.a.b
Immunitate eccleſiæ an gaudeant debitores fugientes ad ſacrum, & an tali immunitate gaudeant per locum ſacrum ducti ad patibulum.p.802.a.b
Immunitate eccleſiæ an gaudeant graſſatores viarum, & delinquentes in eccleſia, vel prope eccleſiam. pag.803.a.b. & ſeq. per longum.
Immunitate eccleſiæ an gaudeant perſonæ eccleſiaſticæ, & raptores virginum. pag 805.b.& ſeq.
Immunitate eccleſiæ an gaudeant infideles ad eccleſiam confugientes.pag.806.b.& ſequent.
Immunitate loci ſacri an gaudeant Iudæi, Mauri.pagani, hæretici, & an Iudex eccleſiaſticus poſsit punire delinquentẽ, in eccleſia.pag.806.b
Immunitate eccleſiæ, an gaudeant aſſaſsini & homicidæ, & qui dicantur homicidæ proditores.p.807.a
Immunitate eccleſiæ an ita gaudeant, qui ad eã confugiat, vt ſine licentia Epiſcopi per iudicẽ ſecularem extrahi non poſsit, pag. 808.b. qui excipiuntur ab hac immunitate.pag.807.a b
Immunitate priuilegij fori an gaudeat delinquens ille, qui interim fit clericus, & an in dubio, an aliquis ſit clericus, retinẽdus ſit à iudice laico, ipſum comprehendente, in delicto.p.809.a.b.& 810. & de delictis miſtſori.p.810.a.b. & 811.a. b. ad longum

¶ *De impoſitionibus.*

Impoſitiones gabellarum collectarũ an licitæ ſint, vide in litera.T.dictione, Tributũ.
Impoſitio collectæ, quæ Hiſpanè vocatur, derrama, an habeat annexam excommunicationẽ cœnæ Domini ſi ſit iniuſta. pag.453.b.& ſeq.
Impoſitiones gabeliarum emẽs an ob incurſum bellorũ, vel hoſtiũ mereatur remiſsionem pretij.p.454.b
Impedimentum affinitatis ex coitu illicito contractæ ad quot gradus poſt Conciliũ Tridentinum extendatur.p.893.a.b
Incarcceratũ ob debita vel delicta à carcere liberãs an teneat quicquã ob id ſatisfacere, & quid de iuuante ſeruũ ad fugã.p.347.a
Incarceratos Ægyptianos qui ſoluit à carcere an licitè potuit retinere pretium pro hoc ſibi dato.p.347.b
Interpretatio reſcriptorum, & priuilegiorũ ad quem ſpectat eorum interpretatio, vbi traditur regula circa hoc, & regula pro cognoſcenda obreptione & ſubreptione.p. 835.b. & p.836.a.b.per totum.
Interpretandi reſcripta tradũtur ſeptem regulæ.p.836.a.b. Et de caſibus impedientibus impetrationem gratiæ. p.838.b. & p.839.a.b.& ſeq.
Interficere aggreſſorem in quibus caſibus liceat, & in quibus cum iactura vitæ propriæ liceat eius vitæ parcere.p.160.b.
Interrogationes quæ primo fieri debent pœnitenti quænam ſint.p.112.a.b.
Interrogatus à iudice iniuſtè de re à ſe ſubrepta ſecreto an poſsit licitè reſpondere ſe eam non ſubripuiſſe.p.121.b
Interrogatus de fide ab infidelibus ſi taceat Chriſtianus an peccet mortaliter. p.115. b.& ſeq.Et quid de Chriſtiano, qui incognitus manens apud infideles indutus incedit cum habitu indicãte ſectam eorum. p.116.a
Interrogatus iniuſtè à iudice, vel ab alio, quali æquiuocatione poſsit licitè reſpondere.p.119.a.

¶ *De irregularitate.*

Irregularis an fiat adulter, qui, vt ſe defenderet à marito adulteræ domi inuentus cum illa illum interfecit. p.165.a
Irregularis an fiat occidens fœtum in ventre matris.p.166.a
Irregularis an ſit qui conſulit aborſum fœminæ, vide denuò extrauagantem Sixti Quinti ſuper hoc editam. Et quid ſi pœnitentia ductus ei ſuaſit ne faceret.p.166.a
Irregularis an fiat mandans fieri homicidiũ, & ipſo poſtea reuocante mandatum adhuc à mandatario perpetratum eſt homicidium. p.166.

¶ De *inuentis bonis.*

Inuenta an ſint reſtituenda.pagin.340.b. & pag.341.a.b
Inuenta in litore maris, ſcilicet, lapillorũ, & gemmarum, piſcationes expurgamenta ballenarum, licet iſta litora maris ſint appropriata, an ſint capientium, & quid de piſcatione thumnorũ.p.340.b. & 341.a
Inuentum aurum in aliquibus regionibus, an alterius nationis peregrini poſsint ſibi accipere.p.341.a
Inuẽtas auri, vel argenti fodinas inter Indos an Hiſpani potuerunt ſibi applicare. pagina.341.a
Inuẽtos theſauros in delubris, vel ſepulchris Indorum an potuerunt Hiſpani in illis regionibus degentes licite ſibi applicare. p. 342.b.& ſeq. Et quid de theſauris immemorialibus inuentis, & de inuentis gazis in Zenu.p.343.a
Inuenti theſauri in loco alieno an reſtituendi ſint.p.343.b
Inuenti theſauri in loco dotali, vel pignorato, vel publico, an reſtituendi ſint, & cui. pag.343.b
Inuẽtorẽ theſauri in agro alieno data opera illũ quęrẽtẽ lex ciuilis obligãs ad reſtituendũ, an ſit lex pœnalis vel obligans in cõſcientia ante condemnationem. p.344.a
Inuentor theſauri in agro alieno, an poſsit nihil reuelãdo domino agri agrum illum ſibi emere.p.344.b
Inuentos vbicũq; theſauros an poſsint principes ſibi applicare.p.344.b.& ſeq.Et an ab inuẽtore eorum poſsit princeps licite quotam aliquam ſibi exigere. p.345.a
Inuenta mineralia auri, & argenti & metallorum aliorũ vt argenti viui, vel ſalis, an in Hiſpania ad Regem pertineant.p.345.b
Inuentæ res, quæ præſumuntur habere dominos, ſi facta diligentia hi domini non ſunt inuenti, an poſsint vendicari. ab inuentoribus.p.345.b
Inuenta iumenta quæ dicuntur, del moſtrẽco, cui ſunt applicanda.p.346.a
Inuenta auis, vel fera laqueo irretita, vel percuſſa cuius erit, an inuentoris, an eam illaqueantis, vel ferientis.p.346.b

¶ *De incertis bonis & de compoſitione.*

Incerta bona quænam dicantur.p.309.a
Incerta bona qui habet, an poſsit illa reſtituere ſine epo, & an poſsit eps reſtitutionem horum ſibi reſeruare.p.309.a.b.
Incerta bona, quæ tñ certum eſt deberi iſti, vel illi, cui reſtituẽda ſunt: & quando ablata ſunt à tota republica, vel aliter quomodo ſunt reſtituenda, vel quibus.p.310.a
Incertorum cõpoſitio facta à papa vel eius cõmiſſario pro minima perſoluta quãtitate, an ſic cõpoſitũ tutum faciat in cõſcientia: eſt celebris quæſtio.p.311.b.& 312.a.b
Incerti debiti quota pars remitti poteſt ſoluenti duos argẽteos: & an qui ſuper incertis ſunt ſemel compoſiti, ſi poſtea appareant domini iſtorum bonorum liberi maneant in vtroq; foro. p.413.b. & 314.a.b

Incertorum bonorũ cõpoſitionem, an alius à Papa facere poſsit. p. 314. a. b. & ſeq.
Incerta bona ſi remiſſa ſint ſine cauſa à Papa, an ſint reſtituenda, vbi argumenta pro poſita pro parte negatiua ſoluũtur. p. 314. a. b. &, p. 315. a. b
Inceſtus cum conſanguinea an impediat matrimonium cum ipſa, aut cum alia, & an impediat petitionem debiti. p. 881. b. & 882. a. b. & ſeq. vbi ſatiſfit argumentis Nauarri.
Inceſtuoſa copula ſi præceſsit inter conſanguineos an oporteat eam exprimere in ſupplicatione facta Papæ pro obtinenda diſpenſatione ad contrahendum inter ſe. pag. 884. a. b
Inceſtuoſi ſi poſt impetrationem diſpenſationis ſe commiſcuere per copulam inter ſe an ad contrahendum inter ſe noua indigeant diſpenſatione. p. 884. a. b
Inceſtuoſi qui coitum habuere inter ſe animo facilitandi Papam ad diſpenſandum ſecum, vt matrimonium contrahant an huius fraudulenti animi papæ mẽtionem facere teneantur. p. 884. b. & ſeq.
Inceſtum committens cum affine ex ſola fragilitate ante diſpenſationem an poſsit poſt diſpenſationem contrahere cum fæmina affine. p. 886. a. b. & ſeq.
Inceſtuoſus cum affine an indigeat diſpenſatione ad petendum delibum a b vxore. p. 887. a. b. & ſeq.
Incenſores agrorum, vel locorum ſacrorũ, an ſint excommunicati, & an teneantur ſatisfacere pro damno. p. 347. a
Infidelis negatiuè in damnabitur ob peccatum infidelitatis. p. 114. b. & ſeq. vide verbo, interrogatus.
Infidelium cæremonia vtens qualiter peccet. pag. 115. b.
Inimicum conuenire & reſalutare quando quis teneatur p. 150. b. & 151. a. b
Innocentem tyranno tradere an liceat, in caſu, quo aliàs excidium minatur ciuitati, & an remiges in triremibus Turcarũ detenti teneantur cum iactura vitæ non remigate cõtra Chriſtianos inſequendos. p. 161. a. b

¶ *De iudicibus.*

Iudicis ſententia, an poſsit aliquis ſe protegere ad accipendum aliquid de cuſtode pro re cuſtodita, & à latrone ſubrepta, & an cuſtos in hoc caſu poſsit ſibi ſecreto recompenſare. pag. 296. a
Iudici in quibus caſibus aliquis ab ipſo interrogatus teneatur ſub pœna reſtitutionis reſpondere & ſignãter. p. 367. b. & p. 368. per totum caput. 161.
Iudex an ex euidentia delicti de reo latenti licitè valeat inquirere. p. 368. a
Iudex, an ſicut poſt præuiam infamiam ſpecialem: ita poſt præuia indicia licitè poſſit procedere via inquiſitionis ad interrogandum reum, vel teſtem in vtroque foro tam eccleſiaſtico quam ciuili. p. 368. a. b. &. 369. a
Iudici denunciati per cuſtodem vinearum, vel ſyluę an teneantur fateri veritatem interrogati. p. 368. b. & 369. a
Iudices ferentes iniuſtam ſententiam, an teneantur inſolidum p. 385. a
Iudices prætermittentes ordinem iuris, quo modo delinquant contra iuſtitiam, & cõtra charitatem. pag. 690. a. b
Iudices an via inquiſitionis procedẽtes cum præuia infamia de ſolo crimine, aut ſine præuia infamia de perſona particulari procedere poſsint. p. 690. b. & p. 691.
Iudex an ex euidentia ſola delicti poſsit procedere ad inquirendum in generali, aut in particulari. p. 690. b. & p. 691. a. b
Iudex vt via inquiſitionis poſsit procedere ad inquirendum contra aliquem, an ſufficiat, quòd indicia habeat probata contra ipſum. pag. 692. a. b
Iudici an teneatur reus reſpondere, quando reo conſtat de publica ſua infamia, licet, non ſit ei in proceſſu probata. p. 693. b. & pag. 694. a. b. & ſeq.
Iudici interroganti, an in omni caſu teneatur teſtis reſpondere. p. 695. b. & pag. 696. a b. & ſequent.
Iudex tribus vijs, ſcilicet, via accuſationis, & denuntiationis & inquiſitionis poteſt procedere ad cognoſcenda crimina, & de differentia inter has tres vias procedendi. pag. 696. b. & pag. 697. a. b
Iudicandum crimen quotupliciter dicatur notorium, & quotupliciter dicatur publicum. pag. 697. b. & ſeq. & p. 698. a
Iudicialem inquiſitionem præceſſura infamia, qualis futura, & qualiter diffiniatur. pag. 698. b
Iudex dũ via accuſationis procedit an poſſit ſine præuia probatione ſaltem interrogare reum. p. 699. a
Iudici eccleſiaſtico ſub cenſuris interroganti in iudicio, vel extra quando reus tenetur reſpondere, vel teſtis denuntiare: & quando non: & an in hoc caſu correctio fraterna ſit præmittenda. p. 699. a. b. & pag. 700. a. b. & ſeq.
Iudici in iudicio, ſi aduocati, & teſtes iuridicè non reuelent crimina, quando & quomodo peccent. p. 713. b. & 714. a. b. & ſeq.
Iudici ex odio in iudicio ſi quis reuelet crimina, ſed tamen ex iuſta cauſa, an teneatur ad damnũ, & de tribus corollarijs circa hoc poſitis à Couarruuia. p. 715. a. b. & pag. 716. a. b. & ſeq.
Iudicandus ſi in iudicio negauerit crimen verum, dicens accuſatorem calumniari, ad quid teneatur pro hac iniuria. pag. 717. b. & ſequent.
Iudicandus, qui in iudicio interrogatus iuridicè ſemel contra ius crimen negauit, an teneatur iam illud iterum confiteri præſertim ſi iam damnatus ducitur ad patibulum. p. 718. b. & ſeq.
Iudici accuſare reum, quãdo accuſator poſſit, & quando ab accuſatione deſiſtere. p. 719. b. & ſequen.
Iudex ferens ſententiam iuxta allegata & probata, falſam tamen, an ſit pernicioſè mendax: & quid de executore huius ſententiæ. p. 751. b. & p. 752. a. b. & ſeq. ad lõgum, & de executore. p. 753. b. & ſeq.
Iudex ſi promittat reo impunitatem cauſà eliciendi ab eo veritatem, an fallaciam nociuam committat. p. 755. b. & ſeq.
Iudici, ſi reus confiteatur crimen quod non fecit, ne in iudicio inquiſitionis, tanquam negatiuus comburatur, an culpam committat mortalem. p. 755. a. b
Iudicium cuius virtutis ſit actus. p. 782. a. b
Iudicium rectum tres conditiones prærequirit. p. 782. a. b
Iudicium temerarium, quando ſit peccatum mortale. p. 784. a. Et de quatuor regulis Caietani, & antiquorũ circa iudicia, quas Methina omnino non approbat. p. 784. a. b. & ſequen.
Iudicium temerarium, vt ſit mortale tria requirit. p. 788. a
Iudicium ſuſpicioſum an aliquando ſit peccatum mortale: & an ſuſpendere actum circa bonam æſtimationem alicuius aliquando ſit mortale. p. 785. b. & p. 786. a. b & ſequen. p. 787. b
Iudicium rectum an habeat, qui credit viro graui ſiniſtrè loquenti de aliqua fœmina. p. 788. & ſeq.
Iudicare de aliquo, ꝙ fatuus ſit, an ſit mortale peccatum. p. 789. b.
Iudicum mores, & ſufficientia, quales eſſe debeant. p. 789. b. & 790. a. b
Iudices an ab acceptione munerum abſtinere debeant. p. 790. a. b
Iudices inueniuntur culpabiles præſertim in decem caſibus. p. 790. b. & p. 791. a. b. & ſequen. per totum.
Iudicum diuerſitas enumeratur. p. 792. b
Iudex ordinarius quis dicatur, & an epiſcopus cauſas meri imperij poſsit ſubdelegare, & cauſas ſpecialiter illi delegatas; à papa, & à concilio. p. 792. b. & p. 763. a. b. & ſequent.
Iudices delegati, id eſt, prælati religioſorum ex priuilegio potentes abſoluere ſubditos an poſsint hanc poteſtatem ſibi delegatam à papa alijs ſubdelegare. p. 794. b
Iudex ordinarius in foro conſcientiæ qualis eſt parochus, an nunc poſt Conciliũ Tridentinum, abſolutionem ſuorum ſubditorum poſsit alijs committere ſimplicibus ſacerdotibus. p. 795. a. b. & ſequent. ad longum.

¶ *De iuramento.*

Iuramentum quando ſit expreſſe, & quando tacitè. p. 117. b.
Iuramentum falſum execratorium an vnum tantum peccatum ſit, & an iurare ſit actus bonus. p. 117. b.
Iuramentum an ſit, dicere, per fidem meam vel dicere, coram Deo dico, vel, Deus ſcit vel, per meam vitam, vel, per meam conſcientiam, vel, ita me Deus adiuuet. p. 117. b. & ſequen.
Iuramenti comites requiſiti, vt licite iuretur, quot ſint, & quotupliciter peccetur malè iurando. p. 118. a
Iurare per dæmonem, aut per Mahometum an ſit blaſphemia. p. 118. a
Iurare per creaturam, an ſit peccatũ. p. 118. a
Iurare falſum, vt ſit mortale qualis aduertentia, & quanta requiratur: & an iurare iocoſe per vitam meam, vel per meam conſciẽtiam falſo tamẽ mortale peccatum ſit. pagina 118. a. b
Iurare falſum ex conſuetudine non aduertendo, an ſit falſum, an ſit mortale, & quid ſi ex conſuetudine iurans inaduertenter iurat aliquis, verum, an lethalem culpam committat. p. 118. b. & ſeq. &, an his ſit dilatanda abſolutio. p. 118. b. & ſeq.
Iurans falſum non aduertendo eſſe falſum, aut illud iurare quale peccatum committat. pag. 118. b
Iurans iniuſtè rogatus à iudice, vel à priuato, an poſsit, vti æquiuoca reſponſione, & quid de muliere quæ ſtante impedimento ſecreto matrimonij, cogitur iurare ſe reddituram debitum marito. p. 119. a
Iurans ſe facturum rem venialem, quali culpa implicetur iurando, ſic vel non adim-

plendo, & quid de iurante ſe daturũ quotidie dipondium pauperi, vel recitaturum quotidie Aue Maria. pag. 119.a.b
Iurans ſe non luſurum amplius ſub pœna, quod Deus illum alias non adiuuet, an ſuper hoc iuramentum poſsit impetrare diſpēſationem, aut commutationem. p. 119.b
Iuramentum de re non vtili, an obliget & iurans illicitum cum animo implendi, an bis peccet. pag. 119.b
Iurans doloſe, & ſophiſticè quando peccet mortaliter ſic iurando, & an iuramentum implendum ſit iuxta mentem iurantis, vel alterius petentis iuramentum. p. 119.b
Iurans ob metum cum intentione non implendi rem iuratam, an ſit peccatum, & an fictè iurare dum quis iurare cogitur, an ſit peccatum mortale. p. 120.a
Iuramentum de re veniali adimplere, vel nõ adimplere, qualis culpa ſit, & iurare contra conſilia, quale peccatum ſit. p. 120.a
Iuramentum peccandi venialiter, an aliquando ſit mortale, & in quibus caſibus. pagina. 120.a.b.
Iurans ſe rediturum ad carcerem, an teneatur etiam cum iactura victæ ad illum reuerti. pag. 120.a.b
Iurans in caſibus quotidianis, vbi mulier interrogatur de adulterio à marito ſuo, vel cum à vicina ſua rogatur rem commodare, vel tempore peſtis peregrinus rogatur, vnde veniat, an poſsint vti æquiuoca reponſione, & idem de rogato, an in electione cathedrali ſubornauerit. p. 120.a.b
Iurans ſine intentione iurandi, an obligetur iuramentum implere. p. 121.a
Iurare verum, ſine intentione tamen iurandi, an ſit peccatum, & an mortale. p. 121.a.b
Iurans ſine intentione iurandi, quibus caſibus hoc non obſtante tenetur iuramentum implere. p. 121.a.b
Iuramentum ducendi vxorem, an ſit licitũ; & an ſit ſeruandum. p. 121.b
Iuramentum de actu pro tunc illicito, ſi poſtea ille actus fiat licitus, an obliget ad illũ implendum. p. 121.b. & ſeq. & an iurans licitum, putans illud eſſe illicitum, teneatur implere. p. 122.a

L

¶ *De legatis.*

Legatum relictũ à teſtatore pro ſuis cognatis pauperibus, quibus cognatis magis diſtribuendum eſt, & an poſſit aliquando applicari puellæ non tam propinquæ in gradu. p. 310.a.b. & in caſu diſcordiæ elector prouiſus à teſtatore, an poſsit dare legatum minus propinquæ, aut minus pauperi. p. 310.b. & ſeq.
Legatum relictũ à teſtatore pro puellis pauperioribus maritandis, ſi executores his omiſsis dent puellis minus pauperibus, an teneantur ad reſtitutionem. p. 311.a
Legata pia ſiue profana minus ſolennia, an ſint ſoluenda in conſciẽtia, & quomodo, & quando copioſe diſputatur. pag. 376.a. & per totum cap. 164.
Legata pia, an ſine ſolennitatibus facta valeant, & an alia legata facta ſine inſtitutione hæredis valeant in foro exteriori, vel in foro conſcientiæ. p. 377.b. & 381.b
Legatum an vitietur ex cauſa falſa. p. 415.a.b
Legatum factum ſub cauſa rei faciendæ, quę iam erat facta, an valeat. p. 415.b. & quid ſi legans impoſsibilitat conditionem ſub qua legat. p. 415.b
Legatum dependens quantum ad conditionem in eo poſitam partim ex euentu, & partim ex poteſtate hominum, an vicietur ex defectu alicuius partis huius conditionis. pag. 416.a
Legatum in diem certum, aut incertum, an conditionale ſit & legatum alimẽtorum, ad quæ ſe extendat. p. 423.a. & quid ſi res legata ſit aliena, vel vendita, aut impignorata à legante. p. 423.a.b
Legitima filia inſtituta hęres, an teneatur alere ſuum fratrem naturalem. p. 376.a.b. & an legatum generale non ſpecificatum, poſsit in alia re ſolui. p. 376.b
Lex. 1. de aqua pluuiali arcenda in illo. §. denique, quem ſenſum habeat. p. 285.a
Lex requirens ſolennitatem in contractu, ſi deficiat ſolennitas, an annullet contractũ. pag. 294.a.b
Lex Matritia circa dotis quantitatem filiabus aſsignandam, an taliter ſit recepta, quòd in vtroque foro obliget. p. 405. per totum caput & pag. 407.a.b
Licitum an ſit dominis populorum primas inſtantias in iudicijs cõceſſas populis præoccupare ſibi. pag. 34.a.b

¶ *De lignorum cæſione.*

Lignorũ cæſores in propria ſui populi Sylua, vel in aliena, ideſt, alterius populi ligna cædentes, an teneantur ad reſtitutionẽ lignorum, & pœnæ. p. 337.a.b
Ligna emẽtes ab inuaſoribus alienarum Syluarum, an reſtituere ea teneantur. p. 339. a. Et an in ſpecie reſtituenda, ibidem.
Ligna pro libito, an poſsint cædere Domini populorum in Syluis communibus ſuorum populorum. p. 339.b. & ſeq.

Liti-

Litigium an peccatum ſit, & quando eſt peccatum mortale. pag. 767.a.b
Litigare in iudicio in caſu dubio, an culpabile ſit. p. 767.b. & p. 768.a
Litigantes male, & iniuſtè in iudicio qualiter tenentur reſtituere. pag. 768.a
Litigãs in iudicio quatuor modis poteſt peccare ſic litigando. p. 768.b. & 769.a
Litigans an poſsit licitè parti aduerſæ negare loquelam, vel accuſare, vel remittere iniuriam, & quando intelligatur remiſſa. pagina. 769.b
Litigantes an poſsit aliquando iudex compellere ad compoſitionem. p. 770.a.b
Litigia in republica augentes homines enarrantur. pag. 772.a
Litigia interdum trãſactione finiũtur, vbi agitur de tranſactione, ſcilicet, an liceat adultero tranſigere cum marito adulteræ, vt pro quinquaginta aureis illi conferendis iuri accuſandi adulterium renunciet. pagina. 771.b
Legis intelligentia, ſi ſit ſub diuerſis opinionibus an eligenda ſit opinio probabilior & magis communis. pag. 816.a.b. per totum & pag. 819.a.b

¶ *De locatione.*

Locator fundi poſtea perdens bona ob ſua crimina punita an teneatur conductori aliquid reſtituere. p. 478.a
Locationis contractus, & conductionis, quinam ſit, & quæ nam ſunt quæ poſſunt locari, vel non. p. 478.a.b
Locare an poſsit Dominus fundi fundum, & boues, & pecuniam dando agricolæ vſque ad tot annos, quod Hiſpanicè dicitur, abo ya las tierras. p. 468.b. & p. 469.a.b
Locare an poſsit capellanus bona ſuæ capellaniæ alteri pro tempore vitæ ſuæ. p. 469. b. Et an talis capellanus locans redditus vltra triennium incurrat excommunicationem, ibidem.
Locator agrorum propter ſterilitatis euentum, an teneatur agricolæ cui locauit remittere penſionem, & quænam ſit hæc ſterilitas fortuita, celebris quæſtio. pagina. 480.a.b
Locator quando per ſe non ſtat, quin operas locatas ſoluat, an poſsit recuperare mercedem: & quid ſi per locatorem operarum ſtetit, quominus eas operas præſtaret, & quid de aduocatis, vel habẽtibus officiũ publicum. p. 482.a.b
Locare an liceat boues, mulas, oues ea conditione, vt reddãtur ſana, & an locare liceat bouem ad agros colendos hac conditione, vt bos eiuſdem ætatis reddatur. p. 482.b
Locare an liceat oues cum obligatione recipiendi ſtipendium locationis, & reficiendi oues perituras ex fructibus earum, vt fit in noua Hiſpania. p. 482.b. & 483.a.b
Locare an liceat bouem non habitum dando agricolæ pretium pro eo, hac lege, vt locationis pretium ſoluatur, & pretium præſtitum bouis. p. 483.b & ſeq
Locare an poſsit domum alteri conductor eius; & an domus propinqua magiſtro, vel lectori poſsit locari à fabro ferrario. pag. 483.b. & pag. 484.a
Locatam domum inquilinus relinquere ante tempus an cogi poſsit in aliquibus caſibus. pag. 484.a.b
Locatam rem eccleſiæ, vel in emphyteuſi habens, ſi ceſſat per biẽnium à ſolutione penſionis an ipſo facto eam perdat: & quid ſi non ſit res eccleſiæ. p. 485.a
Locare an liceat domus meretricibus ad meretricãdum, & an liceat meretricibus præficere patronos. p. 485.a.b
Locari an poſsit res venalis æſtimata pretio, & periculo conducentis. p. 486.a.b
Locare an liceat clerico operas ſuas pro diuinis officijs. p. 486.b
Locationis penſio an ſit ſoluenda in principio, vel in fine anni. p. 486.b. & ſeq.
Locatam ſibi domum conductor propter neceſsitatem venientem an dimittere poſſit. pag. 487.a
Locator operarum pro inſeruiendo familiæ ſi augeatur familia, an teneatur pro eodẽ pretio inſeruire. p. 487.a.b
Locans fundum an cenſeatur locare arbores ibi conſitas, & quid ſi agrum locatum & iam ſeminatum à conductore vendat Dominus eius. p. 487.b
Locator an teneatur conductori de expẽſis, quas fecit in re ſibi locata. p. 487.b
Locans operas in re pretioſa, vt in polienda pretioſa gemma, an teneatur de leuiſsima culpa. pag. 487.b
Locans rem vitioſam, an teneatur de damno ſubſecuto: & quid ſi ignoranter locauit, vel monuit conductorem. p. 488.a
Locando nauta nouis cameram, vel Dominus cameram domus pro cuſtodia rerum, an de damno ſubſecuto teneatur. pagina. 788.a.b
Locatori abſenti in quo loco ſit ſoluendum penſionis pretium. pag. 788.b

¶ *De lucro & ludo.*

Lucrans in ludo quibus caſibus teneatur reſtituere pecuniam, ludo partam. pagina.

427.b.&428.a

Lucrari an poſsit filius familias, aut pupillus in ludo, & quid ſi fuit ignoratum talem eſſe pupillum, vel ſi dixit ſe eſſe emãcipatum, pag.429.a.b

Lucrans aliquid in ludo à fæmina coniugatam, teneatur illud reſtituere viro eius. pagina.429.b

Lucrans aliquid à religioſo in ludo, an teneatur illud reſtituere: & quid ſi religioſus habebat licentiam à prælato expendendi in alios vſus pecuniam in ludo perditam. pag.430.a.b

Lucrifacta in ludo ex imparitate, vel deceptione ibi interueniente, an ſit reſtituenda. pag.434.b.&435.a.b

Lucrans chartis falſis, vel taxillis, vel aliquibus præſignatis fraudibus, an teneantur reſtituere. pag.435.b & ſeq.

Lucrifacta per ſponſiones, ideſt, apueſtas Hiſpanicè dictas, an teneatur qui ſic lucratꝰ eſt reſtituere, maximè quão certꝰ eſt euẽtus ſponſionis. p.436.b.&p.437.a.b

Lucri tranſlationem an impediat ſponſio, ſi ſit de re prohibita p.437.a

Ludere ad quæſtum an ſit peccatum mortale. pag.423.b.& ſeq. & an clericos ludere, & ibi in ludo eos aſsiſtere, ſit peccatum mortale. 424.b

Ludos agitationis taurorum, an liceat exercere, eoſque ſpectare. pag.425.a

Ludis agitationis taurorũ intereſſentes clerici, an peccẽt mortaliter, & an cenſura aliqua innodentur. pag.425.b

Ludos theatrales exercere, qualis culpa ſit. pag.425.b.& quid ſi fiat in eccleſia, & ibi in eccleſia repræſentent turpia, aut ibi chorizẽt mulieres cum viris. p.425.b.&426.

Ludos exercere in eccleſia ibique cantilenas ſeculares cultui diuino miſcere qualis culpa ſit. pag.426.a.b

Ludentium receptatores in domo quali culpa peccent: & an reſtitutioni ob id obnoxij fiant. p.426.b.&427.a.b

Ludo alearum lucrifacta, an ſint reſtituendã. p.427.b.&428.a.b

Ludo pecuniam perditam, & iam ſolutam, an poſsit perdens ſecretò recuperare, vel pro ea ſibi recompenſare. p.428.a.b

Ludens qui vi, vel importunitate tractus eſt ad ludum, an poſsit aliquid tali ludo lucrari. p.430.b.&p.431.a b

Ludens ad pecuniam abſentem, & creditam an virtute legis Matriticię impediatur, acquirere dominium pecuniæ, ſic lucrifactę. p.431.b.&ſeq. & quid ſi ibi ſoluendi interfuit iuramẽtum. p.432.a, &p.433.a.b

Ludens & in ludo perdens, an pro perdito poſsit ſibi recompenſare, quando ludit cũ minore ætate: & an id etiam poſsit facere in diuerſis ludis. p.436.a.b

Ludendo an contractus ſocietatis fieri poſſit, ſcilicet, quod vnus ludat & alius ponat pecuniam. p.437.b

Ludo illicito qui vouit non ludere an diſpenſari poſsit ſuper tali voto. p.437.b

¶ *De luxuria.*

Luxuriæ & furti deſideriũ quare Dominus ſignanter vetuit in præceptis Decalogi expreſſe. p. 181.a

Luxuriæ ſpecies quot, & quæ nam ſint. pagina.181.a.b

Luxurię ſpecies quæ mollities dicitur, an ſit mortalis, & quando etiam fiat alterius ſpeciei. pag.182.a.b

Luxuriæ ſpecies quæ dicitur Sodomia, quando incendio ignis punitur, & quid ſi contingat inter mulieres ſe inuicem commiſcentes, an pæna legis tunc plectenda veniat in Hiſpania. p.181.b

Luxuriæ materia pertractatur: & an ſit vitium capitale. p.857.b

Luxuriæ filiæ peſsimæ, quot ſint. p.858.a.b

Luxuriæ ſpecies quot ſint. p.858.b.&ſeq.

Luxuria cõſiſtens in ſola fornicatione an ſit peccatum mortale. p.859.a.b

Luxuria quatenus inuenitur in oſculis, & tactibus, an ſit peccatũ mortale. p.859.a b.

Luxuria interueniens in pollutione nocturna, quando ſit peccatum. p. 859.b.& ſeq.

Luxuriæ ſpecies ſunt raptus inceſtus, adulterium, ſacrilegium, vitium contra naturam, & ſtuprum, & fornicatio. p.860.a.b

Luxurioſus, & illicitus, an dicendus ſit cõcubitus coniugum non potentium ſeminare, dum coeunt: & quid de ſenibus, & ſterilibus. p.861.b.&862.a.b

Luxurioſus, & illicitus an ſit coitus cũ vxore, quæ licet intra vas recipiat ſemen viri, illud tamen ſtatim expellit. pagina.862. b.& ſequent.

Luxurioſa an ſit & illicita retro acceſsio viri ad ſuam vxorem. p.863.b

Luxurioſus & illicitus an ſit acceſſus viri ad vxorem dum ipſa menſtrua patitur, vel acceſſus vxoris ad virum furioſum, an illicitus ſit. p.864.a

Luxurioſus & illicitus an ſit acceſſus viri ad vxorem arctam. p.863.a.b

Luxuriæ ſpeciem, quæ dicitur fornicatio ſimplex negare eſſe peccatum mortale, an ſit hæreſis. p.894.b.& ſeq.

Magi-

M

MAgiſtri tenentur monere diſcipulos, cum legentes libros poetarum, & gentilium inde credunt fore decipiendos. p.117.a

Maledicere homini, an ſit licitum. p.742.b & p.743.a.b. & an maledictio ex genere ſuo ſit peccatum mortale. p.743.a

Maledicere alicui eius mortem optando, an licitum ſit. p.743.a.b

Malum minus temporale an optare liceat ad euadendum maius malum. pa.743. vel an malum mortis liceat alicui optare propter vtilitatem ipſius, vel aliorum. p.744.a.

Maledicere ſibi optando ſibi mortem, aut mala pænalia fieri poſsit citra peccatum mortale. p.744.a.b

Maledictionum peccata, an teneantur pænitentes in confeſsione in particulari exprimere, & an ex animo male dixerint, vel nõ pag.744.b

Mandatum poſterius an deroget priuilegio. p.843.b.& ſeq.

Maritus an peccet vxorem verberando; & è conuerſo an peccet vxor marito non obediendo. p.146.b

Martyriũ quomodo ſit in præcepto, & quãdo. pag.117.a

Martyrium perfectam charitatem an requirat. pag.117.a

Martyrio ſe temere offerens tentat Deum pag.117.a

¶ *De matrimonio.*

Matrimonium ſecundum celebrare an poſsit coniux, qui propter abſentiam alterius cõiugis dubitat de morte eius: & quæ certitudo de morte prioris requiratur. p.201.b

Matrimonium clandeſtinum contrahens an peccet. p.205.a

Matrimonium contrahere ſine parocho, aut teſtibus an poſsit iterum qui ſemel in facie eccleſiæ coram parocho & teſtibus cõtraxit cum alia matrimonium nullum ratione ſecreti impedimenti, ſi poſteà veniat diſpenſatio: & quid deſponſalibus ſecretò celebratis, an valeant. p.205.a.b

Matrimoniũ clãdeſtinũ cõtrahẽtes an excuſent à culpa, & quibus caſibus. p. 206. a.b

Matrimonium contrahentes clandeſtine in prædictis caſibus an excuſentur à cenſura ſynodali ſi contra tales ſit poſita: & an excuſentur à tali cenſura qui inualidè clandeſtinè tamen contraxere. p.206.b

Matrimonij clãdeſtini, ideſt, ſine Bãnis vſus an ſit licitus. p.206.b.& ſeq.

Matrimonij vſus cũ vxore propter vitãdam tentationem carnis an ſit peccatum venia pag.207.a

Matrimonium clandeſtinum contractũ cum curato & duobus teſtibus duntaxat, non euulgare, an ſit peccatum. p.207.a

Matrimonij prioris coniugem vir viuere dubitans an poſsit petere, vel reddere ſecũdę, vxori quacũ ſecundo contraxit. p. 207.b

Medium humanum ægrotus reſpuens tentare Deum dicitur, ſicut qui ſine præmeditatione prædicat. p.117.a

¶ *De mendacio.*

Mendax an ſit, & iuramenti fractor reus, qui iurauit redire ad carcerem, & non redit, quia ex tali reditu imminet ſibi periculum vitæ. p.749.b.&.750.a.b

Mendax & periurus an ſit in iudicio, qui ibi iurauit eſſe verũ, quod extra iudiciũ alius ibi affirmauerat eſſe verum. p.756.a.b

Mendaciter & falſò delatus de crimine, an poſsit ſe tueri teſtibus falſis. p.757.a

Mẽtiri an liceat cum paganis cõtrahẽdo; eos in numerò & mẽſura decipiẽdo. p.757.a.b

Mẽdax pernicioſus an ſit ille, qui ſub fide reſtituẽdi patrimoniũ pro ordinibꝰ ſuſcipiẽdis mutuo accepit, ſi illud non reſtituat. pagina.757.b

Mendax an ſit, & fidei violator, qui frangit fidẽ ei, qui eã ſibi fregit p.758.a.b, & p.759.

Mendax an ſit & fidei violator, qui non implet promiſsionem, quam alteri fecit metu coactus. p.758.b

Mendaces pernicioſi an ſint filius familias, nõ ſoluens, quæ mutuò accepit, & mulier vxorata nõ ſoluens in caſu, quo fideiuſsit. pag.759.a.b

Mendacij ſpecies an ſit iactantia, & de tribus caſibus iactanctiæ, & an in eis interueniat reſtitutio, vel culpa mortalis, & de peccato ironiæ. p.760.a.b & 761.a.b

Mendacij quoque genus an ſit ſe fucare fęminas, & quale peccatum ſit, & de ornatu earum an peccatum ſit aliquãdo, & quale. p.762.a.b.& ſeq.& p.763.a.b

Mendacium, quo hypocrita ſe fingit ſanctũ, ad extorquendum eleemoſynam, vel obtinendam prælatiam quale peccatum ſit, & de conducente ab alio licentiã quæſtuãdi. p.761.b.&p.763.b.&p.764.a.b.&ſeq.

Mendaciter ſe iactãtes eſſe de genere magnatũ, an peccẽt pluſquã venialiter. p.760.a.b

Mendaciter ſe iactans in oppoſitione ad cathedram, vel canonicatũ, quod libros ſcripſerit in lucemque ediderit, & cætera an teneatur ad reſtitutionem. p.760.b

Mendax fæmina, quæ ſe iactauit mendaciter

tum de

tum de ſui generis nobilitate, tum de ſua virginitate, vtrum dotem duorum millium aureorum, quam hac ratione aſſecuta eſt à marito reſtituere. pag. 761.a.b

Mendacium ſimulationis quale peccatũ ſit; & an ſimulatio ſanctitatis aliqua culpa ſit, & qualis. p. 765.b.& p. 766.a.b

Mẽdacio an opponatur veritas, & veritas mẽdacio oppoſita an alicuius virtutis cardinalis ſit pars. pag. 745.a

Mẽdaciũ quid ſit diffinit, & diuidit. p. 745.b

Mendacium an aliquando culpa carere poſſit. p. 745.b.& ſeq. & an ſit mortale peccatum. p. 746.a

Mendacium violans fidelitatem, & promiſſionem quando res promiſſa mutatis conditionibus, non impletur. p. 746.b.& pag. 747.a.b.& quid đ iuramẽtis, & de votis, an obmutationẽ ceſſet eorũ obligalio, ibidẽ.a

Mendacium intet docendum, quando cõtingat eſſe mortale. p. 747.a.b.& quid de prædicantibus miracula falſa. p. 747.b

Mendax an ſit, qui non implet promiſſum cum cauſa de eſt: & an in foro exteriori ad validitatem promiſsionis cauſæ expreſsio requiratur. p. 747.b

Mendacio vti in iudicio an licitum ſit, ad propellendum aduerſarij dolum. p. 748.a.b

Mendacium an interueniat, quando in promiſsionibus, vel in cõtractibus defuit animus ſe obligandi. p. 747.b

Mendacia ſi quę cõmittuntur in iudicio recẽſentur vel ſi aliqua dicta in iudicio excuſentur à mẽdacio. p. 748.a mẽdaciũ omne cõmiſsũ in iudicio, an ſit mortale. p. 748.a.b

Mendacium an committat in iudicio debitor ille, qui negat debitum cũ à ſe pluſquã debet in iudicio petitur. p. 748.b.& 749.a.b

Metus mortis an excuſet à peccato fornicationis. p. 867.a.b

Miles vadens ad bellum non attendens, an ſit iuſtum vel iniuſtum, quam culpam incurrit. p. 161.a.b

Milites tempore belli acceptantes ſingularia certamina oblata ab inimicis, an peccẽt mortaliter. p. 180.b

Niniſtri executores mandati, an teneãtur ad reſtitutionẽ, etiam in caſu, quo per aliũ miniſtrum damnum poterat inferri. p. 383.a

Miniſtri vſurariorum, an teneantur ad reſtitutionem; & quales, & in quibus caſibus, & quid de mediantibus in damnis vſuræ, vel aliter & de de proxenetis, & de milibus in bello. p. 383.a.b.& 384.a.b.& ſeq.

¶ *De monachis.*

Monachus an poſsit habere peculiũ. p. 348. a.b.& ſequent.

Monacho an liceat habere bona mobilia vel immobilia poſt Concilium Trid. p. 349. a.b.& 351.a

Monachus in quibus caſibus circa votũ paupertatis poſsit peccare, & quantum ſibi liceat donare in itinere ex licentia interpretatiua prælati, & alia ſcitu neceſſaria. pag. 352.b.& 353.a.b

Monialis an de licentia abbatiſſæ, vel prælati poſsit donare centum aureos ſibi datos ab amica alicui cognato. p. 351.b.& ſeq.

Montiũ cuſtodes iurati fideliter cuſtodire, an in aliquo caſu diſsimulare poſsint cum cędẽtibus ligna, & quid de occidẽtibus animalia domeſtica in prędio alicui⁹. p. 382.b

¶ *De mulieribus.*

Mulieri putatæ virgini ſe offerenti vel leuiter rogatæ cõſentienti, an teneatur eius vitiator aliquid reſtituere. p. 188.a & quid ſi talis virgo importunis precibus fuit rogata. pag. 188.b.& quid ſi non erat virgo niſi ſola æſtimatione vulgi. p. 188.b.

Mulieri virgini deceptæ ſine tamen pollicitatione ducẽdi eam, an teneat eius cõpreſſor aliquid reſtituere. p. 188.b.& ſeq. & quid ſi ꝓmiſit illã ſe ducturũ in vxorẽ. p. 189.a.b

Mulieri non virgini eius deceptor ad quid teneatur. p. 185.b

Mulierem virginẽ qui iã viciauit, & poſteà ipſa nupſit æquali ad quid ei teneatur. p. 190.a

Mulier, quæ fingendo ſe eſſe virginem nupſit an teneatur reſtituere dotem, qua maritus eam dotauit. p. 190.a.b

Mulier honeſta, quæ à ſe ſolicitãte viro accepit pecuniã vltrò datã ſine animo ei cõſentiẽdi, an teneat eã reſtituere. p. 190.b.& ſeq.

Mulierẽ an teneatur ille ducere, qui poſt copulã cũ ea ſe eam ducturũ pollicitus eſt. p. 191.a.b.& quid ſi iurauit eã ducere, ſi virginẽ eam reperiſſet, & talem eam eſſe non reperit. pag. 191.b

Mulierem laborantem infamia, an teneatur illam ducere qui iurauit illam ducturum, ſi ei ſui corporis copiã faceret. p. 191.b

Mulierem reputatam virginem an teneatur ducere qui ei promiſit ſe illam ducturũ, ſicque ex illa filios ſuſcepit. p. 191.b.& 192.a

Mulierem ſibi ſub iuramento deſpõſatã ſuãque eſſe ſponſam inter vulgares æſtimatam an poſsit Petrus relinquere, vt ingrediatur religionem. p. 192.a.b

Mulier virgo ſi ſponte conſenſit in ſtuprũ, an eius violator eius patri aliquid reſtituere teneatur, & quid ſi mulier poſt fidem ei datam ducendi eam reperta fuerit in crimine. pagina. 192.b.& ſequent.

Mulier coniugata qñ peccat non reddendo debitũ marito, & an cum detrimento ſuo, & quali ad id teneatur & quid de muliere arcta. p. 193.b.& ſeq. & 194.b.& ſeq.

Mulier cõiugata, vel eius vir ſi ſint impediti ex aliqua coeũdi impotẽtia an poſsint conari ad copulã. p. 194.a.b.& quid de muliere cõiugata arcta, ſed remediabili. 194.b

N

NAufragãtiũ bona accepta ab alijs, an ſint reſtituẽda, & an ſint excõmunicati vſurpatores taliũ bonorũ: & quando hæc bona, vel alia habeantur pro derelictis. p. 329.a.b

O

OBedientiã negãs ſuperioribus quãdo peccet mortaliter. p. 144.a.b.& ſeq.

Obedire an teneatur religioſus, aut alius ſubditus ſuo ſuperiori in re dubia, vel perdifficili, vel in tranſitu ad Indos. pag. 148.b.& 149.a.b

Obedire an teneat religioſus præcepto prælati ſui, ſcilicet, prouincialis, aut generalis iubentis acceptare epiſcopatum. p. 149.a

Obedire an religioſi teneãtur præceptis prę latorum cõmendantiũ eis inter Indos curam, & adminiſtrationem prædicationis, & ſacramentorum. p. 149.a.b

Obediendũ an ſit prælato, dũ dubitat an licite interroget de culpa ſubditi. p. 152.a.b

Obediendũ an ſit ſuperiori cõtra dubiũ ſpeculatiuum, & practicum. p. 152.a

Obedientia prælati præcipientis audire cõfeſsiones fæminarum, an excuſet religioſum fragilẽ, qui in de tuere ſolet in conſenſum delectationis, vel pollutionis vel actus carnalis. p. 182.b

Oblationes offerendi in feſto conſuetudo, quænam obliget. p. 141.b

Obligationes peculiares reſtitutionum, quę ſolent interuenire inter parentes & filios, quænam ſint. p. 387.a.b.& ſequentibus.

Obſeruãtia an ſit virt⁹, & qualis: & đ ordine eius ad religionem, & pietatem. p. 142.a

¶ *De occaſionibus.*

Occaſiones peccãdi alię ſunt remotę, & alię ſunt propinquæ, & an ambæ ſint neceſſariò vitandæ. p. 56.a.& p. 157.a.b.& ſeq.

Occaſiones peccatorum venialiũ, an neceſſariò ſint vitandæ. p. 57.a

Occaſiones quales ſint, quas debet cauere pœnitẽs, vt poſsit abſolui, & an liceat inducere ad minus malum intrinſecè: & an liceat petere quod poteſt alius præſtare ſine peccato quãdo ſine peccato nõ eſt prę ſtaturus. p. 57.b.& ſeq. & p. 154.b.& ſeq.

Occaſionẽ ſe inebriãdi an teneãtur ſub mortali tabernarij ſubtrahere debilib⁹ capite, quales ſũt Indi illis vinũ nõ vẽdẽdo p. 155.a

Occaſionẽ culpabilẽ peccandi, ad ſubminiſtrent illi, qui excõicatos, vel ſuſpenſos in ducũt ad ſacramẽta adminiſtrãda. p. 155.ab

Occaſio an fuit mortalis, quam dedit vir grauis fæminæ honoratæ dicendo, vis vt in eodem lecto, ò domina nos metiamur, & alia, ſimilis. p. 155.b.& 156.a

Occaſio an fuit mortalis, quam dedit ſacerdos ad fæminæ honeſtæ mãmillas iocoſe ſine mala intentione admouendo manus. pag. 156.a.

Occaſio an mortalis ſit, quæ datur vendẽdo pigmenta, fucos, & alia quorũ poteſt eſſe vſus bonus, vel malus, vt v.g. aleas, & menſam ad ludendum adminiſtrare. p. 156.b

Occaſio, an ſit mortalis locare domos meretricibus, cœnas miniſtrare tempore ieiunij hoſpitibus inuitare alias ieiunaturum vel non. p. 157.b.& ſeq.

Occaſionẽ peccandi euitandi gratia an omittenda ſint doctrina & conſilia, vel prædicatio veritatis in populo. p. 158.a.b

Occaſio, ne detur peccandi pænitenti, an poſsit tacere Confeſſor, & non admonere pœnitentẽ laborantẽ ignorantia, vel ſcrupulizantẽ in cõfeſsione. p. 158.b.& ſeq.

Occaſionem ſcandali vitandi gratia, an teneatur prædicator in publico ſuggeſtu reprehendere principem ſcandalizantem populum. p. 159.a

Occaſionem ſcandali, an cum graui iactura noſtrorum bonorum temporalium teneamur vitare. p. 159.a.b

Occaſionaliter, & præter intentionem occidenti an mors ſit imputanda ad culpam. pag. 164.b.& 165.a

Odium offenſus qualiter teneatur dimittere, an teneatur offenſorem alloqui, & ſigna amoris oſtendere. p. 150.b

Offenſus pater à filio petente veniã de offenſa an teneatur ſigna amoris oſtendere; & idem quæritur de marito offenſo reſpectu vxoris eum offendentis. p. 151.a

Offenſum offendẽti recõciliari qñ ſit neceſſarium. p. 151.a.b.& an aliquãdo offenſus teneatur præuenire offenſorem eum alloquendo. p. 151.b

Offenſas ſibi factas an poſsint condonare religioſi, filij, vel vxores. p. 151.a.& ſeq.

Officia publica, an valido legitimoq; titulo vendantur, vel à rege, vel à magnatibus, vel à priuatis. p. 292.a.b. Et an lex exiges ſolen-

ſolẽnitatem annullet cõtractũ.p.294.a.b

Opera bona nõ neceſſaria ad ſalutẽ, an omittenda ſint propter ſcandalum, & an comedentes carnes die vetito & legẽs libros vititos, an gratia vitandi ſcandali tenẽtur oſtendere ſi quas ad id habent licentias.pagina.159.b

Opinione probabili protectus pœnitens contra probabiliotem an poſsit abſolui. pag.159.b.& 265.a.b

Opinionem probabiliorem ſi habeat cõfeſſor, an contra eam poſsit conſulere pœnitenti dubitanti.p.266.a.b

Opinio probabilior & magis communis, an eligenda ſit cũ ſunt variæ opiniones circa intelligẽtiã legis.p.819.a.& 815.a.b& ſeq.

Opinionem probabilem eligere an ſufficiat & an opinio magis ſecura præferenda ſit probabiliori:& quid ſi vtraque ſit probabilis.p.816.a.b

Opinio cõmunis quænã dicatur, & dubium qualiter ſit vitandum:& de electione opinionum.p,816,b.& 817.a.b

Opinionum recta electio qualiter eſt habẽda, vbi multa notabilia traduntur circa hoc.p.816.a.b.& ſeq.per totum.

Opinio ſi nõ appareat eſſe communis, quid tunc eſt agendum.p. 817.a.b. & ſeq.pag. 818.a.b & præſertim.p.820.b.& ſeq.

Opinionem alicuius doctoris nõ ſubtiliter inueſtigatam ſequens an excuſetur, ſi poſteà appareat falſa: vbi illucidatur ſententia D.Tho.cõtraria Canoniſtis. p.821.a.b

Opinionem tutiorem ſemper eligere, an neceſſarium ſit.p.823.b.& ſeq.

Opinionem probabilem an ſatis ſit eligere, & opinio probabilis quãdo dicatur tuta: & quid ſi accidat caſus dubius non controuerſus intet doctores, vel repentinus. p. 823.b.& 824.a.b

Opinionẽ pænitentis, an teneatur ſequi eius curatus in confeſsione, & quid dum dubij caſus, vel obſcuri occurrunt: & de ſcrupulis, & de remedijs contra illos.p. 824.a.b. & 825.a.b

¶ *De oratione.*

Oratio & tunſio pectoris, an ſufficiat ad obtinendam veniam peccatori oppreſſo anguſtia mortis.p.47.b

Orationibus, & alijs remedijs maceratiuis carnis an aliquando aliquis ſe teneatur cõmunire contra tẽtationes carnis.p.67.a

Orationẽ ad Deũ fundere, quibus & quot caſibus lex naturalis obliget.pag.141.b

Orare an teneamur pro valẽtib⁹ ſe occidere, vel pro occidendis à iuſtitia.p.141.b

¶ *De oſculis.*

Oſcula & tactus an ſint peccata mortalia, vt ſunt in ſe delectabilia, etiam ſi non ordinentur ad fornicationem, vbi ſoluũtur.6. arg.in contra p.870.a.b.& p.871.a.b

Oſculari ſe, vel tangi malo animo ab cõſanguineo dum cognoſcit mulier, an teneatur id vitare.p.873.a.b

Oſcula inter ſponſos de futuro, an ſint licita pag.872.a

Oſculata ſi fuerit ſponſa ab ſponſo quid iure Hiſpanico ob hoc lucratur de datis ſibi ab ſponſo.p.873.a.b

Oſculata ſi fuerit vxor alicuius alienum virum, an ob id criminis amittat dotem, vel legatum ſibi relictum ſub conditione, ſi caſte vixerit.p.875.b.& ſeq.

P

PActum de ſtando ſentẽtiæ arbitrorũ nõ ſeruãs an teneatur reſtituere.p.371.a

Paſcentes gregem in paſcuis alienis an teneãtur reſtituere.p.339.b

Paſcere an poſsint ſine obligatione reſtitutionis domini populorum ſuum gregem in paſcuis vetitis pro macellarijs obligatis in populis.p.339.b

Participantes in dãno dato quot & quales eſſe dicãtur.p.285.a.b.p totũ.& p.386.a.b

Particeps an ſit criminis & damni confeſſarius non mandans fieri reſtitutionem.p. 386.b.& ſeq.

Paruitas materiæ an ſemper excuſet à culpa mortali, & quibus caſib⁹ hoc cõtingat.p.4.b

¶ *De patribus.*

Pater an poſsit obligare filium, vxorem per mandatum ad culpam mortalem, & an poſsit filios etiam ſacris initiatos verberare, & an etiam vxorem.p.142.a

Parentũ nomine, qui nã intelligãtur. p.142.a

Patri aut filijs, aut vxori, aut ſibi teneatur debitor ſeu occupator alieni potius ſubuenire, quàm creditori caſu, quo omnes extrema neceſsitate premũtur. p.144.a.b

Patrẽ ſi odiat filius, an hanc circũſtãtiã teneatur in confeſsione explicare.p.144.a.b

Pater quibus caſibus teneatur prouidere filijs in eorũ neceſsitatibus, & an filiam ſpuriam teneatur alere & dotare, & an peccet ſi reuocat filios à vouendo, vel à ducendo vxorem.pag.146.a.b

Patres an peccent permittẽtes filiam deſpõſatam de futuro tactus impudicos cum ſponſo habere.pag.146.b

Pater familias an teneatur ſub mortali compellere familiam ad ieiunia eccleſiæ, & an poſsit obligare filios, aut vxorem, aut famulos ſub culpa mortali circa ea, quę ſunt vel attinent ad gubernationem familiæ. pag.147.b.& ſeq.

Patrẽ eo quòd pauper ſit, aut Iudæus deſpicere an ſit mortale, & an compellare Iudæũ, qui in ſecreto Iudæus eſt, an ſit mortale.p.159.b.& 160.a

Pater accipiens ſibi aliquid de bonis filij nõ emancipati an teneatur illud illi reſtituere.p.400.a.b

Pater ſi per metum reuerentialem filios, vel filias induxit ad renuntiandum legitimã an teneatur hoc non obſtante eam illis reſtituere.p.400.a

Pater in quibus caſibus pro filijs non mancipatis ſit obnoxius reſtitutioni, aut pro ſeruis.pag.400.b.& p.401.a.b

Paterna bona, vel poſſeſſa à patre, an filius poſsit accipere ſine noxa reſtitutionis. pag.401.a.b

Pauperum collegio, an cooptari poſsit qui bona ſua ideò alteri donauit, vt ibi cooptaretur.pag.361.b

¶ *De peccatis.*

Peccatis venialibus aſſuetus quincupliciter comparatur.p.3.a.b

Peccata venialia, & mortalia, quãtopere ſint fugienda, & venialia quę in commoda afferant.pag.3.a

Peccati mortalis, & venialis diuerſæ comparationes, & differentiæ.p.2.a

Peccatum veniale eſſe colligitur ex ſacra pagina.p.2.b

Peccatum quid ſit; & peccatum omiſsionis diffinitione peccati cõtinet.p.1.b.& p.2.a

Peccatum veniale eſt pręter legem, & an aliquo modo poſsit dici eſſe cõtra legẽ.p.3.b

Peccatum mortale diffinitur dupliciter.pagina.3.b.& ſeq.

Peccata mortalia de neceſsitate ſunt confitenda, ſed venialia non ita.p.3.b.& ſeq.

peccatũ mortale eſſe aliquod op⁹ illicitũ tribus regulis deſignatis dignoſcitˉ, & in q b⁹ caſib⁹ cẽſẽdũ eſt eſſe tãtũ veniale.p.4.a.b

Peccatũ quod de ſe eſt mortale an cõtingat in aliquo caſu particulari fieri veniale, & quibus modis id contingat.p.7.a

Peccata cogitationum, & deſideriorum interiorum, quæ habent aliàs obiectum mortale vtrum ex aliqua cauſa excuſentur à mortali.p.7.a.b

Peccata ſpecies veluti accidentales interdũ neceſſariò confitendas ſumunt ex finibus præter eſſentiales fixas, quas habent ex obiectis.p.16.a

Peccatũ omiſsionis & cõmiſsionis an differant ſemper differentia ſpecifica. p.16.b

Peccatum diuiditur in peccatũ cordis, oris, & operis.17.a.b

Peccatorũ capitalium diuiſio in.17. mẽbra an ſit diuiſio peccati in ſpecies ſpecialiſsimas.p.17. b

Peccatũ vanæ gloriæ, quo quis gloriatus eſt de peccatis mortalib⁹ cõmiſsis à ſe, an ſufficiat confiteri, nõ explicãdo peccata, de quibus eſt gloriatus.p.17.b.&18.a.& ſeq.

Peccatum commiſsionis, aut omiſsionis incurriſſe non ſatis eſt confiteri, niſi pœnitens explicet materiam.p.19.b

Peccatores an Deus exaudiat.p.50.b.&51.a

Peccato quibus modis qs cõſentiat.p.114.b

Peccatum mortale quodcũq;, an ſit ſemper directe contra præceptum de diligendo Deum ſuper omnia.p.114.b

Peccatum an ſit operari propter remunerationem ſperatam à Deo.p.114.b

Peccatum mortale, an incurrat qui omittit amare Deum in tribus memoratis caſibus.p.113.b.& ſeq.

Peccatum quale ſit nõ addiſcere ſymbolum, vel orationem dominicam.p.115.a

Peccato Hæreſis an implicent ſimplices, exiſtimates Deũ, vt ſic eſſe corporeũ. p.115.a

Peccatũ mortale an ſit facere quod de ſe nõ eſt malũ, ſed pręfert ſpeciẽ mali.p.153.a

Peccata nubẽtium, vel conſummatum matrimonium, quot ſint.p.202.b

Peculium ad donandum, an habere poſsint religioſi.p.348.per totum cap.154.

Peculio pupilli, vel militis exiſtentis in bello, vel peculio eccleſiæ, vel dotis vxoris, ſi aliquid ſit emptum à curatore, vel marito proprio nomine, an ſit reſtituendum.pagina.602.b.& 603.a.& ſeq.

Periculo amittendi gratiam Dei an quis licitè ſe exponere poſsit, vt ſubueniat neceſsitati animæ proximi.p.143.a

Periculo mortis ſe exponentes, an peccent mortaliter.p.165.a

Periculum ſi immineat vitæ fœtus, an medicus tunc poſsit licitè prægnanti propinare potionem medicinalem.p.163.a.b

Periculo mortis ſe exponens ex intimiditate qualiter peccet:& an hac de cauſa latro peccet duplici peccato.p.180.a.b

Pœnam in cõſcientia an ſtatim debeat reus, ſcilicet, qui ipſo facto iure damnatur, vel Hæreticus, qui iuſte interrogatus veritatem negauit.p.361.b.& 362.a

Petens, quod ex ſe præſtare alium, non eſt peccatum, vt mutuum ab vſurario, an peccet mortaliter.p.155.a

Pœnitẽtia ꝑpter Deũ adulti carẽtes, an ſint baptizandi, vel abſoluẽdi. p.35.b.& 36.a
Pœnitentes admoneri à confeſſore de propoſito formali emendandi vitam habendo, multum refert. p.27.b
Pœnæ in iure quænam ſint conſtitutę raptoribus & de raptu. p.873.b.& 874.a
Pœna quænam ſit in iure decreta vxori adulteræ, & an ſicut amittit dotem ob adulterium amittat etiam & arrhas, & paraphernalia. p.874.b.& 875.a.b
Pęna clerici adulterãtis, vel inceſtas nuptias cõtrahẽtis, vel virginẽ vitiantis. p.879.a
Pœna inceſtus qualis ſit, & quid ſit inceſtus pag.879.
Pœna clerici inceſtuoſi, & à quo tẽpore clericus hic fructus amittit, & an poſt condemnatione teneat eos ſoluere ante iudicis executionẽ. p.879.b.& 880.a.b.& ſeq.
Pœna peccati contra naturã qualis ſit decreta in iure, & qualis pœna imponatur clericis ob hoc peccatum. p.893.b.& 894.a
Vera peccati nefandi qualis. p.894.a
¶ *De pignoribus.*
Pignus & hypotheca quomodo differant. p.488.b.& ſeq.
Pignorari quę nã res poſsint, aut nõ. p.489.a
Pignore vti an poſsit creditor, vt pignoratarius de qua culpa teneatur. p.489.a
Pignus accipere in quibus caſibus ſit licitũ, & pacta prohibita fieri per ius circa pignora quæ nam ſint. p.489.a.b.& ſeq.
Pignus vt creditori cedat ſi debitum intra certum tempus non ſoluatur an poſsit cõueniri. p.489.b.& ſeq.
Pignus, vt venderetur non ſoluto pretio intra certũ tempus debitum ſi pactum eſt, an priuſquam vẽdatur ſit id notificãdum debitori. p.490.a
Pignus an poſsit à pignoratario alteri impignorari. p.490.a.b
Pignoris conſeruandi gratia expenſas factas an creditor poſsit repetere. p.490.a.b
Pignoris fructus percepti ſunt computandi in ſortem, & an fructus pignoris perceptibiles, ſed nõ perceptos teneat creditor cõputare in ſorte debiti. p.490.b.& 491.a
Pietas ad quos propriè ſe extẽdat, & in quo differat à religione, & an differat à miſericordia. p.141.b.& 142.a
Priuilegium ſine pœnitentia formali remittendi peccata quod conceſſum eſt martyrio in caſu, an eius quoq; ſoli feruori cõcedendũ ſit, atq; eius ſoli deſiderio. p.22.a.b
Priuilegium in quibus caſibus preſumitur, quod non interpretaretur. pag.838.b.& pag.839.a.b
Priuilegium, quibus modis inualidatur. pag.842.a.b.& p.843.a.& ſeq.
Priuilegijs per quæ verba ſufficienter derogetur, & de alijs multis vtilib^s. p.845.a.b
Priuilegium qualiter interpretandũ. p.840.b.& 841.a.b.& de.7. regulis interpretandi reſcripta. p.841.a.b
Priuilegia qualiter amittantur. p.843.a.b
¶ *De pollutiones.*
Pollutionem in ſomnis ob alleuiandã naturam an liceat deſiderare. p.183.a.b
Pollutionẽ ſolitam ſequi ex edulijs calidis, vel ex potu aquę frigidæ, vel ex equitatu, vel ex modo recumbendi in lecto an teneatur, quis vitare, has cauſas cauendo. pag.184.a
Pollutionem ceptam in ſomno, ſi poſt excitationem quis finiat an peccet mortaliter, aut ſi de ea complaceat. p.184.a
¶ *De poſſeſsione.*
Poſſeſsio continuata an requiratur ad præſcriptionem. p.300.b
Poſſeſsio naturalis, vel ciuilis, quibus modis interrumpit. p.301.a.b
Poſſeſsionem apud anteriorem poſſeſſorẽ inchoatam an poſsit complere, qui eſt ſucceſſor in re. p.301.a.b
Poſſeſſor bonæ fidei vendens alienum an teneatur poſt eã re euicta per dominum emptorem ſuum ſeruare indẽnem. p.596.a.
Poſſeſsionem alterius emens ſuis pecunijs nomine alicuius tertij, an teneatur poſſeſsionem cum fructibus ſimul illi reſtituere. p.602.b.& p.603.a.b
¶ *De præceptis.*
Præceptum dilectionis Dei ſuper omnia an obliget adultum tempore baptiſmi à ſe ſuſcipiendi. p.35.b.& 113.b
Præceptum paſchale cõmunicandi an adimpleat qui cum conſcientia peccati mortalis accedit ad euchariſtiam. p.41.a.b
Præcepto euchariſtiam recipiendi, quo tempore pueri incipiant obligari. p.41.b
Præceptum contritionis an obliget tempore obligationis orandi pro inſtanti populi neceſsitate. p.50.b.& ſeq.
Præcepta trãſgredi, regulariter eſt mortale: & quibus caſibus ea tranſgredi contingat eſſe veniale. p.113.a
Præcepta duo tranſgrediens, an aliquando vnum tantũ cõmittat peccatum. p.113.a
Præcepta de fide, & charitate an adnumerentur inter decẽ præcepta Decalogi. p.113.a.
Præceptum primũ Decalogi ad quã virtutẽ pertineat, & quare tradit negatiuẽ. p.115.
Præcepto de colendo Deum, an præcipiatur cultus diuinus interior. p.138.b
Præceptum quartum Decalogi an ſit ſecundæ tabulæ, & ad quæ opera ſe extendat. pag.142.a
Præceptum de diligendo Deũ, vel proximũ an adnumeretur inter præcepta Decalogi, & idem quæritur de præcepto fidei, & ſpei. p.142.a.b
Præceptum de diligendo proximũ, quomodo nos obliget, & in quibus caſibus. 142.a.b.& 143.a.b
Præceptum de diligendo proximum ex charitate, an extra gratiam quis implere poſſit. p.143.a.b
Præceptum de ſubueniendo proximo, quãdo & quoties quis volet. p.143.a.b
Præceptum delectionis, an magis obliget diligere patrem, quàm matrem; & an magis parentes, quam filios, & an magis vxorem, quàm parentes. pagina.143.b.& ſequentib.
Præceptum de amore naturali erga proximum quãdo obliget, & an religioſi teneãtur tranſnauigare ad conuertẽdos Indos. pag.148.b.& 148.a.b
Præceptum de non occidendo an tranſgrediatur qui per mortale peccatum occidit animam, aut fur, qui ſe exponit periculo ſuſpendij. pag.160.a
¶ *De præſcriptione.*
Præſcriptio an excuſet à reſtitutione. pagina.300.a.b
Ad preſcribendum an requiratur bona fides & quid in hac parte dicatur fieri bona fide. p.301.b.& ſeq.
Præſcriptio legitima quot, & quas conditiones requirat. p.301.b.& ſeq.
Præſcribi an poſsit res bona fide empta à latrone. pag.302.a.b
Præſcribẽti an ſaltim ſit neceſſarius titulus putatiuus; & poſſeſſor annualis, an lege Hiſpanię præſcribat aliquid circa poſſeſsionem. pag.303.a
Præſcriptio legitima, an currat contra dominũ negligentem in petendo rem ſuam. pagina.303.
Præſcribenti bonam fidem requiſitam an tollat dubium. p.305.a.b
Præſcriptionis titulo quænam res acquiri poſſunt, & quæ nam non, & de temporibus præſcriptionis. p.306.b.& 307.a.b.
¶ *De pretijs.*
Pretia mercium quæ regulariter non inueniunt pretium de præſenti quomodo ſint taxanda. p.524.b.525.a.b
Pretium mercium venditarum in magna copia in globo, id eſt, en cargazon tempore aduentus claſis in noua Hiſpania quod nã dicatur iuſtum ad creditum. p.
Prælati an teneantur à leuibus iuramentis, & à conſuetudinibus venialibus plebem ſibi commiſſam purgare. p.147.a.b
¶ *De promiſsione.*
Promiſsio quomodo differat à ſtipulatione. p.419.b.& 420.a
Promiſsio an obliget in conſcientia. p.420.a & an obliget ad mortale. p.420.a.b
Promiſsio vt obliget ſub culpa mortali quæ conditiones requirantur. p.420.a.b
Promittens qui non animo ſe obligandi, an maneat obligatus in conſcientia. p.421.a
Promiſsio quando quantitatis materiæ gratia obligabit ad mortale. p.421.a
Promiſsio mentalis facta homini, an ſit in cõſciẽtia obligatoria. p.421.b.& p.422.a.b
Promiſsiones mutuæ an poſsint validari ſine conſenſu vtriuſq; partis. p.422.b
Promiſsiones coactę an ſint ipſo iure irritæ, vel veniant caſſandæ. p.422.b
Promiſſa res ſi ſit vni, & poſteà detur alteri an valeat datio. p.422.b.& p.423.a
¶ *De propoſito.*
Propoſitum tantum virtuale emendandi vitam, an ſufficiat in caſu inaduertentiæ naturalis, latè diſputatur. p.23.b.& ſequen. & argumenta contraria ſoluuntur, per totum cap.7.
Propoſitum explicitum confitendi, an requiratur in inſtanti iuſtificationis. p.27.a
Propoſiti formalis emendæ pœnitentes admoneri à cõfeſſoribus multum refert. pagina.27.b
Propoſitum de cætero non peccandi requiſitum ad contritionem, an timor peccandi in aſſuetis peccare excludat. p.46.b
¶ *De proximis.*
Proximum diligere magis quam nos an liceat poſsimus in temporalibus & ſpiritualibus. p.143.a.b.& p.144.a
Proximo extrema famis neceſsitate laboranti an ea neceſsitate laborans cum iacturæ vitæ poſsit ſubuenire. p.144.a.b
Proximo naufraganti an alter naufragus cũ iacturæ ſuæ vitæ poſsit cedere tabulam, vt in ea euadat. p.144.a
Proximi peccatum potens impedire, an peccet non impediendo: & an cum aliquo incommodo ſuo illud impedire teneatur. pag.152.a.& ſeq.
Proximo occaſionem inducentem ad peccatum dare an ſit peccatum, & in quibus caſibus

ſibus ſe teneatur priuare mulier iure exeundi ad miſſam, vel alio ne ſcandalizet fragiles. pag. 153.a.b

Proximum docere quando aliquis teneatur, & quando eum in dubio corrigere. pagina. 153.a

R

Regulæ quatuor ſtatuuntur, quibus dignoſcitur diſcrimen inter veniale, & mortale. pag. 4.a.b

Reipublicæ, ſi vilis ſit extreme indigens, an licitè poſsit ſurripere panem ab alio extremè indigente. p. 144.a

Reipublicæ cõſeruatorem an teneatur quis potius defendere à morte, quàm patrem pag. 144.a

Religioſus an teneatur potius orare pro ſaluatione ſui patris, quã ſui prelati. p. 144.a

Religioſus ingrediens domus ſuſpectas fœminarum, quomodo ſit corrigendus, vel quando denunciandus. p. 176.b

¶ *De reſtitutione.*

Reſtituere an teneatur qui vi, vel dolo, vel fraude aliquem ad peccandum induxit. pagina. 159.b

Reſtituere an teneatur Ioãni qui occidit Petrum quando occaſione illius occiſionis Ioannes detruſus eſt in carcerem & ob id multa innocenter eſt paſſus. p. 166.a.b

Reſtitutio an ſit facienda pro vita hominis liberi ablata, & qualis. pag. 177.b.& pagina. 178.a.b

Reſtituenda quantitas qualiter ſit arbitranda in reſtitutione pro vita hominis occiſi. pag. 178.b.& ſeq.

Reſtitutio homicidij quibus eſt facienda, an parentibus, vxori, vel filijs, vel fratribus occiſi. p. 179.a.b

Reſtituere an teneatur damnũ illatum parti homicida, vel latro qui comprehenſus patibulo eſt ſuſpendendus. p. 179.b.& 180.a

Reſtituere an teneatur, & quantum qui modum iuſtæ defenſionis excedit. p. 18.a

Reſtitutionis diffinitio qualis ſit. p. 220.b

Reſtituere an teneatur aliquis id quod per metum extorſit, & quid circa hoc in conſcientia & quid in foro exteriori. pagina. 220.b.& 221.a.b

Reſtituere an teneatur quis quod ex metu reuerẽtiali paterno, patri laborãti in extremis promiſit ſe reſtituturum. p. 221.a

Reſtituendum an ſit id, quod per blanditias extortum eſt ab amita. p. 221.a.b

Reſtituendum an ſit vaſſallis, quod ab ipſis per preces domini ſui extorſerũt. p. 221.b

Reſtituere qualiter & quando teneatur magiſter nauis, vel ſtabularius quando in naui vel hoſpitio aliquid reponitur pro cuſtodia. p. 221.b.& ſeq.

Reſtituere res proiectas in mare pro euitando naufragio an teneantur reliqui nauigantes, & quomodo. p. 222.a

Reſtituenda an ſit iterum res miſſa per nunciũ, ſi culpa illius perit, & pecunia in ſacculo ſignata, & data ad cuſtodiam an ſit reſtituenda ſi perijt. p. 222.a.b

Reſtituendi obligationem inducentes, quot ſint modi, & quando non obſtare, vel non manifeſtare ad reſtitutionem obliget, & quid de adiuuantibus ad damnum. pagina. 222.b.& 223.a

Reſtituenti damnum inſolidum, an ſit à ſocijs pro rata reſtituendum, ſi eis cõſuluit, vt damnum inferrent. p. 223.a.b, & 224.a

Reſtituere quomodo debeant concurrentes ad damnum, ſcilicet, ad deuaſtationẽ prædij, vel vineæ. p. 224.a.b

Reſtituendum an ſit, & quomodo iam prius reſtituenti, quando plures ſocij concurrerunt ad prædam, quæ penes illos non manſit. p. 224.b.& 225.a.b. per totum ca. 99.

Reſtituere an teneantur non obſtantes damno, vel furto, vel non manifeſtantes. pagina. 226.a.b.& ſeq.

Reſtituere an teneatur Rex ſi propter incuriam eius increſcant latrones, & an iudices cum ſuo periculo capere teneãtur ſub pœna reſtitutionis. p. 226.a.b

Reſtituere quomodo, & quando teneantur cuſtodes, vel depoſitarij. p. 226.b

Reſtituere quomodo & quando teneantur conſentientes in damnum alicuius, vt v.g. ſenatores, vel rectores publica ſuffragia ferentes. p. 226.b

Reſtituere quando teneantur iudices, & rectores, qui circa bonum commune inueniuntur negligentiores, & quid ſi acceperint aliquid pro nominationibus. p. 227.b

Reſtituere quando teneatur confeſſarius propter incuriam commiſſam in confeſſione. p. 227.b.& ſeq.

Reſtitutionis modus qualis ſit imponendus venientibus onuſtis diuitijs ex Indicis regionibus, & quid in hoc ſit aduertendum pag. 228.a

Reſtituenda quomodo ſit res fructifera quo ad fructus. pag. 228.a

Reſtituere an teneatur poſſeſſor malæ fidei fructus nõ perceptibiles à dño. p. 228.a.b

Reſtituere an teneatur latro, vel vſurarius quod pecunia vſuraria vel aliena lucratus eſt. pag. 228.b

Reſtituendus ſit cũ pretio locationis ſimul torquis aureus ſæpius locatus: & idem quæritur de equo ſæpius locato, quando poſt inuenerunt fuiſſe bona aliena. p. 228.b

Reſtituendum quantum ſit in debita reſtitutione, & an deuaſtãtes ſegetes plus quam valent in potentia & de præſenti aliquan do reſtituere teneãtur p. 228.b.& 229.a

Reſtituendum cui nam ſit an cuſtodi rei, aut potius domino eius, aut depoſitario, aut commodatario, an domino furioſo an prelato diſsipatori. p. 229.a.b & ſeq.

Reſtitutio ſuarum rerum an facienda ſit dominis prodigis, & an lucratum à minore ipſi minori ſit reſtituendũ vel pecunia debita Regi gerenti bellũ iniuſtũ. p. 230.a.b

Reſtituere an teneatur quis potius rem alienam proprio domino, quàm latroni ſibi illam vendenti. pag. 230.b

Reſtitutam rem latroni an ruſticus qui ex ſimplicitate ſic eam reſtituit teneatur iterum reſtituere domino, & quid ſi reſtitutio facta fuerit domino, & non commodatario pag. 230.b

Reſtituens rem alienam & incertam pauperibus nõ facta prius indagatione proprij domini, an teneatur iterum eam reſtituere proprio dño apparẽti. p. 230.b & ſeq.

Reſtituẽda cuinam ſit res incerta, & res, quæ ſcitur eſſe debita in communi, & non in particulari. p. 231.a.b

Reſtituere an teneatur poſſeſsionẽ in dubio is qui eã poſsidet alteri eã petenti. p. 231.a

Reſtituendum cui nam ſit damnum illatũ ciuitati depilatę in iniuſto bello. p. 231.a.b

Reſtituẽda p quos ſit res incerta, & an Epiſcopus poſsit ſibi iſtam reſtitutionem, vt à ſe faciendam ſibi reſeruare. p. 231.b

Reſtituere an teneat pauper pecuniã, ignoti domini cũ eam apud ſe habet, an verò poſsit illã pro ſe retinere. p. 231.b.& ſeq.

Reſtituere an teneatur pauper pecuniam incertam quam ſibi retinuit ſi venerit in pinguiorem fortunam. p. 232.a

Reſtituenda cum fuerint bona incerta, an eã furati ſi pauper ſit poſsint applicari: & an ſine autoritate Epiſcopi hęc bona poſsint applicari. pag. 232.a

Reſtituẽdum an ſit turpe lucrum, aut extortum per contractum factum per metum leuem. pag. 232.b & ſequen.

Reſtituendum an ſit à meretrice ſibi datum ob copulam. p. 233.a

Reſtituere an teneatur aliquis quod ſibi datũ eſt, vt vitet aliquod peccatum, ſiue tale peccatum ſit cõtra iuſtitiã vel nõ. p. 234.b

Reſtituere an teneatur aliquis quod ſibi fuit datum, vt committeret peccatum contra iuſtitiam, ſcilicet, vt occideret, vel vt iniuſtam ſententiam ferret. p. 236.a

Reſtituere an teneatur aliquis id, quod pro faciẽdo id quod ex iuſtitia facere tenetur accepit, vel quod accepit pro euitando quod ex iuſtitia vitare tenebat. p. 237.b

Reſtituere an teneantur cuſtodes vrbium, aut Syluarum, vel mercium prohibitarũ exportari extra regnum, quod pro diſsimulatione, & pro non denunciando acceperunt. p. 238.a.b

Reſtituendum an ſit quod acceptum eſt, vt precium pro re ſpirituali, vel acceptũ eſt per vſurã, & an liceat per huiuſmodi largitiones ſuã redimere vexationem. pag. 238.b.& ſeq.

Reſtituendũ cui nam ſit acceptũ ob turpem cauſam ſubſecuta cauſa, aut ante, & cui ſimoniacè acceptum reſtituendum veniat. pag 239.a.b. per concluſ.

Reſtituere an teneantur maritatæ & filiæ pretium corporis ſui, quod accepere & cui: & an conſtuprator virginis vltroneæ teneatur ei, vel patri eius quidquam reſtituere. pag. 240.a.b

Reſtituendũ an ſit amatricibus mulieribus, quod eis ab amaſijs ſuis fuit promiſſum eſt. pag. 240.b

Reſtituẽdum an ſit iniuſte ablatum, & cum quantis expenſis. p. 241.a

Reſtitutio vbi facienda eſt pag. 240.b

Reſtituere an teneatur poſſeſſor bonæ fidei ſuis expenſis rem domino ſe abſentanti, & in quo loco res ſoluenda, vel reſtituenda veniat. pag. 241.a.b

Reſtituenda res ſi dum mittitur domino perijt caſu fortuito vel malitia portitoris, an à reſtitutione liberetur eã mittẽs. p. 242.a

Reſtituturus debitum an facere teneatur expenſas excedentes debitum, quando aliter reſtituere non poteſt. p. 242.a.b

Reſtituenda an ſint integre mille mutuata in India cum conditione, vt vbicunq; repetantur ſoluantur, ſi repetantur in Hiſpania. pag. 242.b

Reſtitutionis modus qualis ſit ſeruandus, & an ſufficiat pro reſtitutione condonatio facta à creditore, & quid ſi talis creditor cõdonat dño ſuo debitũ. p. 242.b.& 243.a

Reſtituere non potens an teneatur à creditore petere dilationem. p. 243.a.b

Reſtituere integre an teneantur qui quia decoxerunt obtinuerunt à creditoribus partis debiti remiſsionem. p. 243.b. & ſeq.

Reſtitutio an ſit facienda creditore in aliquo caſu etiã remittente debitum.p.244.a.b

Reſtituendũ an ſit à iudice delegato id,quod à partibus accepit etiam ſi illud ſibi remittẽt,aut ſi poſt reſtitutionem illud ſibi partes redonent.pag.244.b

Reſtituenda an ſint à iudicibus munera accepta à partibus non obſtante cõdonatione partium.pag.244.a.b.& ſeq.

Reſtituere an teneãtur accepta iudices delegati ab ordinario, ideſt, ab Epiſcopo: & an viſitatores aliquid accipientes ad illud reſtituendum teneãtur.p.244.b.& 245.a

Reſtitutionis ordo qualis ſeruandus ſit.pag. 245.a.b.& ſeq.

Reſtitui cui debeat calix inuent᷒,cui᷒ neſcitur dñs poſt inueſtigationẽ factã.p.245.a

Reſtitui an debeat res empta, neque ſoluta proprio domino quando emptor non eſt ſoluendo omnibus creditoribus.p.245.b

Reſtituenda an ſit dos prius vxori,quam debita creditoribus habentibus hypothecas expreſſas poſteriores,quando dos non inuenitur eſſe numerata.p.246.a

Reſtitutionis cauſa an ſit magis priuilegiata dos,quam debita fiſcio.p.246.a

Reſtituendũ quibus eſt prius poſt habentes hypothecas expreſſas, vel tacitas,vel priuilegiatas, & an poſt hos inter cæteros pro rata ſit facienda reſtitutio.p.246.a

Reſtitutionis modum & ordinem non ſeruans an poſt factum ob hoc teneatur ad aliquam ſatisfactionem.p.246.b

Reſtituere an teneantur creditores illi, qui prætermiſſo ordine reſtitutionis acceperunt ſibi debita.pag.246.b

Reſtituenda an ſint prius debita contracta ex cõtractibus licitis, quã cõtracta ex cõtractib᷒ illicitis,ſcilicet,vſurarijs.p.247.a

Reſtituẽda an ſint prius bona illicite adquiſita,ideſt,ex furto ſublata,quàm alia debita licite adquiſita.p.247.a.b

Reſtituenda an ſint prius debita ex contractu licito contracta,quàm debita ratione maleficij.pag.248.a

Reſtituenda an ſint prius donata donatario, vel legata legatario,quàm titulo oneroſo promiſſa,& quid de hærede,qui dedit legatum legatario poſteriori.pag.248.b

Reſtitutionẽ dilatẽdo, qñ quis nouo peccato peccet, & qñ eſt reſtituẽdum..249.ab.

Reſtituere qui renuit ante mortem,an ſit abſoluendus.pag.250.a

Reſtitutiõi alias obligatum quænam impotentia ab ſtatim reſtituendo excuſet. pag. 259.b.& ſeq.

Reſtituendum an ſit magis creditori extremam neceſsitatem patienti,quam ex debito ſubueniendum patri extrema etiam neceſsitate laboranti.pag.251.a

Reſtitutioni obnoxium ab ſtatim reſtituendo quæ incommoditas excuſet; & an iactura in bonis altioris ordinis ab hoc excuſet.p.253.a.b.& 254.a.b

Reſtituere an teneatur aliquis in aliquo caſu cum iactura famæ, vel vitæ vel libertatis, latè diſputatur.p.254. a b.&.255.

A reſtituendo ſtatim quale damnum debitoris excuſet, & an indecentia ſtatus excuſet, vbi ad longu mſatis fit quæſtioni.p. .257.a.b.& ſeq.

Reſtituendũ an ſit cum iactura decentiæ ſtatus: celebris eſt hæc quæſtio, cui ſatiſſit per.9.concluſiones.p.259.a.b.& ſeq.

Reſtituere an teneatur debitor bonæ fidei cũ mutatione ſtatus, qñ eius creditor ſimilẽ iacturã mutationis ſtatus,eſt incurſur᷒, vbi ſoluũtur argumẽta fratris Ioſephi, & Victoriæ. p.260.a·b.&·p.261.b.& ſeq.

Reſtitutionis cauſa nobilis reſtiturus ad quam moderationem eſt reſtringendus à confeſſore.p.262.b

Reſtituere quomodo ſint cogendi, qui accedunt cum implicatione debitorum ad cõfeſsionem.pag.262.b

Reſtituẽda an ſit res aliena aliquando cũ mediatatis ſtatus iactura.p.262. b.& 263.a

Reſtituere an teneantur etiam neceſſaria alimenta qui cedunt bonis, & an iſti ad pinguiorem venientes fortunam teneantur reſtituere.pag.263.a.b

Reſtitutiõis dilationẽ an licitè poſsit colorare qui ſtatim eſt cõpos ad reſtituendum, & an in aliquo caſu poſsit abſolui. pagina.264.a.b.& 265.a.b.Reliqua de reſtitutione:vide verbo ſatisfacere, in indice.

S

Sacerdos ſimplex,ſcilicet, nõ expoſitus per Epiſcopũ an poſsit venialia peccata audire, vel peccata mortalia iã prius cõfeſſa & ab illis abſoluere.p.72.a.b

Sacerdos religioſus iã ſemel expoſitus prohibitus à ſuo ſuperiore audire cõfeſsiones an valide poſsit eas audire & abſoluere. pagina.72.b

Sacerdos regularis, vel ſecularis nequit confeſsiones ſecularium audire, niſi approbatus fuerit per Epiſcopum.p.73.b

Sacer loc᷒ ex qua pollutiõe violet, & quid intelligatur per ſacrum locum.p.98.a.b

*¶ De ſacrilegio.*

Sacrilegij cõmiſsi in loco ſacro quot ſint ſpecies & an rerum omnium exiſtentium in eccleſia furtum ſit ſacrilegium.p.97.a

Sacrilegiũ an ſit furari calicem eccleſiæ extra eccleſiã,& de alijs ad longũ. p. 97. a.b

Sacrilegiũ an ſit quęcũq; irreuerẽtia illata eccleſiæ,vt ibi comedere & dormire.p.97.b.

Sacrilegiũ violans eccleſiam, an ſit quæcũq; effuſio ſanguinis facta in eccleſia.p.98.a

Sacrilegiũ an ſit effuſio ſãguinis facta in ſubterraneis eccleſię,vel in cœmeterio.p.98.a

Sacrilegij ſpecies an ſit concubitus viri cum vxore in eccleſia pag.98.b

Sacrilega an ſit confeſsio multorũ puerorũ quando confeſſor ſimul eos audit.p.110.a

Sacrilegij peccatum quando Epiſcopi ſibi reſeruant an intelligant de coitu cum moniale, vel cum religioſo, vel cum initiato ſacris.pag.181.b.& ſequent.

Sacrilegium an ſit peccatum carnis cõmiſſum in monaſterio, vel dormitorio religioſorum,vel in cœmeterio, vel ſupra tectum eccleſiæ, vel ſub ſubterraneum eccleſiæ.pag.181.b.& 182.a

Sacrilegium, an cõmittat monialis, quæ cũ ſecretò virgo non ſit conſecrationis velum ſuſcipit.pag.182.a

*¶ De ſatisfactione.*

Satisfacere an teneatur de damno impedito qui illum impediuit à conſecutione officij.pag.268.a.b.& ſeq.

Satisfaciendi damnificato an neceſsitatem inducat intentio illum lædendi.pag.271.a.b.& ſequent.

Satisfacere an teneatur de dãnis per ſua ſuffragia vel ſubornationes, vel aliter impediẽtes aliquos oppoſitores à cõſecutione cathedræ.pag.269.b. & ſeq. & an ſtatuta vniuerſitatum ſint pęnalia, vel inhabilitantia.pag.270.b

Satisfaciendi læſo an obligationem inducat ſola mala intentio nocendi, vt in eo qui occidit Petrum,vt eius mors Ioãni imputaretur cui quæſtioni ſatisfit per quinque concluſiones.pag.271.a.b.& 272.a.b

Satisfaciendi læſis in quibus caſibus intẽtio, vel eius defectus inducat vel non inducat neceſsitatem reſtituendi. pag.272.a.b.& ſequent.& 273.a.b

Satisfaciendum an ſit damnum in caſu quo malo animo mittũtur literæ deceptoriæ, vel proijciũtur cauſantes dãnũ.p.284.a.b

Satisfacienda ſit illa pecunia,quã Ioãnes dedit Petro qñ neſcitur, qua intẽtione Ioannes eam pecuniam dederit.p.275.a.b

Satisfaciendi creditori pro debito gratia, an datũ eſſe cenſendũ ſit in dubio, quod ſine preſsione cauſæ debitor creditori dedit. pagina.275.b

Satisfacere an quis teneaẽ pro eo quod quis à minore accepit ratione contractus cũ ipſo initi.p.275.b.& ſeq.

Satisfacere an teneaẽ in conſciẽtia minor ex obligatiõe quadã naturali pro pecunia ſibi mutuata ſine licentia curatoris & plura ibi iuriſtis conuenientia de ſolutione debiti,vel indebiti continẽtur. p.276.a.b

Satisfacere an teneatur qui ſine vi, & dolo alium impedit à conſequendo beneficiũ. pag.276.b.& ſeq.per totum.cap.

Satisfacere an teneatur qui à legatis,vel à donis gratuitis aſſequendis aliquem impedit.pag.279.b.& 281.a

Satisfacere an teneãtur ſcribæ, & cõſanguinei, qui per importunitatẽ inpediunt teſtatores in articulo mortis à faciendis legatis alijs,quib᷒ legare volebãt.p.281.a b

Satisfacere an teneaẽ mandãs mandatario de damno ex mandato ſubſecuto.p.281.b

Satisfacere an teneaẽ creditori, qui debitorẽ eius eripuit à carcere; vbi detinebatur pro debitis.pag.281.b.& ſeq.

Satisfacere an teantur diſtributores bonorum communium pro bonis,quæ non diſtribuerunt.pag.282.a.b

Satisfacere an teneanẽ diſtributores bonorũ,ſeu beneficiorũ eccleſiaſticorum,quando quibus tenebantur ea diſtribuere non diſtribuerunt.pag.282.b.& 283.a.b

Satisfacere an teneantur milites ſpolia belli ſibi applicantes.pag.282.b

Satisfacere an teneantur reipublicæ principes ſæculares præficientes ei officiales inidoneos, vel non amouentes eos quando ſunt de eis querelæ populorum.p.283.b

Satisfacere an teneatur in integrũ qui impedit aliũ à conſequendo beneficiũ: vbi D. Thom male impetitus à Nauarro vel potius inconſideratè ab ipſo notatus defenditur.p.285.a.b.& 284.a.b

Satisfacere an teneatur digniori, qui pro ſe procurauit,& aſſecutus eſt beneficium digniori dandum.p.286.b.& ſeq.

Satisfacere nõ valẽs ſuo creditori, an vt ei ſatisfaciat, ſit ad ſeruiẽdũ adigẽd᷒.p.287.b

Satisfaciendi obligatione implicatus an debito inſoluto, ſi non ſit ſoluendo poſsit licitè ingredi religionẽ, vbi ſoluuntur argumenta fortia Metinæ Cõplutenſis contra D.Thom.p.287.b.& 288.a.b.& ſeq.

Satisfacere an teneatur debitor, etiã in caſu, quo rerum quæ debentur interitus accidit: & quid de caſu contingenti in noua

Hiſpania. pagina. 290 b. & 291.a
Striges an deducant à dæmone de loco ad locum. pag. 116.b
Secreta alia præter ſigillum confeſsionis, an ſint in aliquibus caſibus detegēda. p. 109.a
Secretum ſibi ſub ſigillo cōfeſsionis reuelatum, an poſsit confeſſor prodere. p. 110.a
Serui an teneant ſibi donata, vel ludo adquiſita domino ſuo reſtituere. p. 347.b
Semiebrij & ſemidormientes an defectu liberationis perfectæ poſsint excuſari à culpa mortali, vel veniali. p. 5.a.b
Species luxuriæ quot ſunt, & quænam ſint. pagina. 181.a.b

¶ *De ſigillo confeßionis.*

Sigillum cōfeſsionis, an in aliquo caſu poſſit reuelari. pag. 109.a
Sigillum confeſsionis, an ſit ab omnibus etiā non confeſſoribus celandum: & an cōfeſſor poſsit confiteri peccatum à ſe commiſſum in comfeſsione ſibi facta cum reuelatione confeſsionis. p. 109.a
Sigillo confeſsionis, an teneatur conſiliarius tacere peccatum confitendum: de quo dedit conſilium. pag. 109.a
Sigilli violatio an ſit dicere: ego non te poſſum abſoluere quia habes caſum reſeruatum. pag. 109.a.b.
Sigilli fractio an ſit dicere, hic mihi confeſſus eſt grauia peccata: & quid de confeſſore qui audita confeſsione ſtatim conſulit virum doctum præſentem. p. 109.b
Sigilli frangendi modi quidam incauti recenſentur. pag. 109.b. & ſeq.
Sigilli fracto, an ſit iniungere publicam pænitentiam. pag. 109.b
Sigilli violator, an ſit confeſſor, qui ait, ille mihi cōfeſſus eſt peccata ſua publica, vel ego non abſolui talem. p. 109.b
Sigilli violator an ſit confeſſor qui ſic ait, de vſurarijs publicis à ſe auditis in confeſsione iſtis hominibus non debet ſacramentū euchariſtiæ miniſtrari. pag. 109.b
Sigilli violatio an ſit dicere confeſſorem de pœnitente aliquo; iſte confeſſus eſt mihi ſua peccata. pag. 109.b
Sigilli violator an ſit confeſſarius, qui ait Petrus ſuis peccatis me enecat, vel qui in cōmuni ait ſe in confeſsione peccatum mortale audiſſe. pag. 109.b. & ſeq.
Sigilli violator ne ſit confeſſor qualiter reſpondebit dum interrogatur, an abſoluerit. pag. 110.a
Sigilli an violator ſit confeſſarius, qui denunciat iudici peccatum auditum in confeſsione, extra confeſsionem etiam ſibi notum. pag. 110.a
Sigilli violator an ſit confeſſor, qui ait, in tali loco grauia peccata perpetrātur. p. 110.a
Sigilli violator an ſit confeſſor, qui ſtatim poſt confeſsionem graues pœnitentias iniungit faciendas pag. 110.a
Sigillum an violat confeſſor, qui interrogat ab vltimo cōplice peccatū quod iam audierat in confeſsione à primo. p. 110.a
Sigilli ſecretum, vt ſeruet cōfeſſor an poſsit iurare marito adulteræ, quam audiuit in confeſsione nullum adulterium ſibi fuiſſe confeſſam. pag. 110.a.b

¶ *De ſolutione.*

Soluens creditori ante terminū an ideo poſſit ſoluere minus ratione iſtius anticipatę ſolutionis. pag. 243.a.b
Soluens debitum per nuntium putatū fidelem, qui ſi talis non fuit in ſoluendo, an teneatur iterum ſoluere. p. 267.
Solutionē debiti faciendam an pænitēs tute poſsit omni cōfeſſori cōmittere. p. 267.b
Sponſalia celebrata ſecretò ſine parocho & teſtibus an valida ſint ad obligādum poſt Concil. Trident. pag. 205.b
Subreptio, ſcilicet, actus non plenè deliberatus an excuſet à peccato. p. 13.a
Subreptio iudiciū præueniēs an in quacūq; materia excuſet à mortali. p. 13.a
Superſtitio mortalis an ſit aliquē ſciſcitari ab Ægyptiana de fortuna. p. 116.a
Superſtitio qualis ſit ob ſomnium habitum intermittere aliquid agendum, aut virtute carentia remedia pro ſanitate aſſequendā applicare. pag. 116.a.b
Superſtitio an ſit breuia, ſeu nomina portare diem obſeruare, muſicam, vel herbas cōtra dæmonē applicare, ſtrigis officio vti, vel ſortib⁹ vel duello. p. 116.a.b. & p. 117.a.b
Superſtitionis ſpecies quot ſint. p. 115.a.b

¶ *De ſimonia.*

Simonia quid ſit, & de eius diffinitiōe. pagina. 895.a.b
Simoniæ materia an ſit res ſpiritualis, & de diſtinctione rerum ſpiritualium. pagina. 895.b. & 896.a.b. & ſequent.
Simoniæ materia an ſit venditio ſcientiæ theologiæ ſi vendatur eius vſus. p. 898.a.b. & ſequent.
Simonia an ſit vēdere actum iuriſdictionis, vel eius negationem. pagina. 900.a.b. & pag. 901.a.b
Simonia an ità ſit intrinſecè mala, ità vt ſuper eam Deus non poſsit diſpenſare. pag. 901.b. & ſequent.
Simonia an ſit contra ius diuinum, vel contra ius poſitiuum permutare præbendas, vbi reſpondetur per quinque concluſiones. pag. 902.a.b. & 903.a b. & ſeq.
Simonia an ſit ante conſenſum Papæ aliquā inire concordiam circa permutationem beneficiorum. p. 904.a.b. & 905.a.b
Simonia an ſit concordare, vt recompenſatio fiat pro pinguiori beneficio. pagina. 905.a.b. & 906.a.b
Simoniacus an poſsit eſſe ipſe Papa, ſi vendat officia Sacriſtæ, theſaurarij, œconomi eccleſiæ. p. 907.a.b
Simonia an aliqua ſit, quæ ſit ſimonia tātum de iure poſitiuo, & an ſubijciatur pœnis ſimoniæ, vbi reſpondet ad. 7. argumenta. pag. 907.a.b. & 908.a.b
Simonia an ſit pro ſacramentis pecuniam dare & recipere. pag. 910.a.b. & ſequent. ad longum.
Simonia an ſit, vel illicitum miſſam vnam pro pluribus contribuentibus pitantias applicare, plureſque pitantias pro vna miſſa recipere. pag. 912.b. & 913.a.b
Simonia an ſit, ſi ſacerdos pro pretio locat operas ſuas. pag. 913.b. & 914.a
Simonia an ſit aliquid accipere pro vſu calicis, aut pro oleo, aut chriſmate conſecratis. pag. 914.a b
Simonia an ſit, ſi clerici paciſcantur ſuper ſtipendio ſuæ ſuſtentationis. pag. 914.b. & 915.a.b
Simonia an ſit, aut illicitum, ſi pulſatores organorum, & cantores eccleſiæ pro ſuis functionibus paciſcantur de mercede, & pro proceſsionibus, & exequijs mortuorum paciſci an ſit ſimonia. pagina. 915.b & 916.a
Simonia an ſit ſacerdoti in articulo neceſsitatis exigenti pretium pro baptiſmo tale pretium ei erogare, vbi. 7. argumenta contra poſita ſoluuntur. p. 917.b. & 918.a.b & ſeq. ad longum.
Simonia an ſit dare pecuniam ne eligatur indignus. pag. 920.b
Simonia an ſit dare pecuniam pro ſpiritualibus actibus, ſcilicet, pro oratione & prędicatione: & an ſimoniaca ſint pacta, ſi quæ ſuper his interueniunt. pag. 621.a.b & ſeq. per totum.
Simonia an ſit aliquid pro diſpenſatione accipere. p. 922.b. & pag. 923.a.b
Simonia an ſit, ſi notarij pro inſtrumentis diſpenſationum, vel ordinum aliquid pretij accipiant. p. 923.a.b
Simonia an ſit, vel illicitum aliquid pro collatione, aut poſſeſsione beneficij danda recipere. pag. 924.a
Simonia an ſit ſi pro ingreſſu monaſterij moniales ab ingreſſura fœmina aliquid exigant: & quando hic interueniat præſumptio ſimoniæ. pag. 925.a.b. & ſeq.

¶ *De ſimonia circa beneficia.*

Simonia eſt vendere aliquid annexum ſpirituali, & quotupliciter aliquid ſit annexum ſpirituali. pag. 926.b. & p. 927.a.b
Simonia circa beneficia contingit, & an talis ſimonia ſit de iure diuino. p. 927.a.b
Simonia de iure diuino prohibita an ſit vendere canonicatus & præſtimonialia beneficia, & quid ſi Papa ea vendat. pag. 928.a.b. & 929.a.b
Simonia an ſit redimere pecunia vexationē quam aliquis patitur circa hæc acquirenda. pag. 930.b. & ſeq.
Simonia an ſit pretio redimere vexationem circa adquirendam beneficij poſſeſsionem. pag. 931.a.b
Simonia an ſit dare aliquid præpotenti laico ne impediat poſſeſsionis beneficij collati aſſecutionem. p. 931.b. & ſeq.
Simoniæ materia an ſint penſiones; & an hæ penſiones ſint beneficia eccleſiaſtica ſpiritualia, vel an ſint aliquid temporale. pagina. 932.b. & ſeq.
Simoniacum an ſit vendere ius ad ſepulturam, & an ſit contra ius diuinum. pagina. 933.a.b
Simonia an ſit paciſci pro ſepultura, aut pro ea pretium exigere, aut pro iure ſepulturę. pag. 934.a.b. & ſeq.
Simonia an ſit ius patronatus vendere, & an hoc ſit pœnis excommunicationis ſubiectum. p. 935.b. & ſeq.
Simoniacè an ſint aliquæ renuntiationes beneficiorum. pag. 938.a.b. & ſeq.
Simonię an ſit vendere, vel emere penſiones vbi reſpondetur per. 9. concluſiones. pagina. 936.a.b. & ſeq. ad longum de penſionibus ibidem.
Simonia an ſit exceſſum in permutatione præbēdarū pecunia ſupplere. p. 939.a.b
Simonia an ſit vel illicitum concedere pēſiones ſine cauſa de quinque cauſis concedendi penſiones. pag. 939. b. & pag. 940.a.b
Simonia an ſit, vendere præbendas militares pag. 941.a.b
Simonia an ſit commutare penſiones cum beneficijs. pag. 942.a
Simoniæ; quæ interueniūt in renunciatione & commmutatione. pag. 938, a.b. & ſeq.

¶ *De ſimonia pro munere.*

Simonia an ſit ſpiritualia dare pro munere

quod eſt ab obſequio, vel à lingua. pagina.942.b.& 943.
Simoniaca donatio, vt non præſumatur in foro exteriori, ſed quòd gratis fiat, quid attendendum eſt. pag.943.a.b
Simonia an ſit tantum dare aliquid mediatoribus in obtentione beneficij pag.943.b. & 944.a.b.& ſeq.
Simonia an ſit, ſi aliquid detur cauſa captandæ beneuolētiæ alicuius, vt roget pro dāte apud Epiſcopū. p.944.a.b. & 945.a.b
Simonia an ſit, ſi Epiſcopus det beneficium pro miniſterio præſtito ſibi. pagina.945.a.b.& 946.a.b
Simonia an ſit, ſi accipiat beneficiū ille, qui inſeruiuit Epiſcopo, vt ex beneuolētia ſibi illud conferret. p.946.a.b.& p.947.a.b
Simonia an ſit, ſi Epiſcopus det beneficium conſanguineo indigno, vel digno. p. 947.a.b.& ſeq. ad longum.
Simonia an ſit conferre beneficium propter preces, & laudes, vel propter metum. p. 949.b.& 950.a.b
Simonia an ſit, ſi collator conferat beneficiū propter metū, ne iniuſtè ſuis bonis priuetur, vel ſi det pro eo vt ſibi reſtituat furtū, aut ſibi debitū. p.950.b.& 951.a.b.&ſeq.

¶ *De ſimoniacorum pœnis.*

Simoniacorum pœnæ pagina.953. per totum caput.
Simoniaci ſolum in ordine, vel in beneficio, vel ingreſſu religionis an ſint excommunicationi ſubiecti. pag.953.a.b
Simoniacus in benenencio an ſit ipſo iure ſuſpenſus. p.953.b. & ſeq. p.954.a
Simonia eſt duplex mentalis, & realis, & quòd Regula pro ſimonia mentali, quæ eſt D. Thomæ & Canoniſtarum malè reprobatur à Soto. p.954.a.b.
Simonia eſt triplex pag. 955.b.& 956.a
Simonia an deſit in contractu, vbi non adeſt animus ſoluēdi pretium promiſſum pro ſpiritualibus. pag.956.a.b.& 954.a.b
Simonia exterior contingit aliquibus modis. pag. 957.a.b.& 958.a
Simonia cum pacto, vbi nondum ſolutum eſt pretium an obliget ad reſtitutionem beneficij, & an irregularem faciat celebrātē, vbi reſpondet ad argumenta allata pro Caietano, & Soto. p.957.& 958.a.b
Simonia an ſit obligans ad reſtitutionem qñ facta eſt vtrinq; datio ſpiritualis rei, & tēporalis cū deprauato animo ſine pacto tamen. pag.958.a.b.& pag.959.a.b
Simoniacus an de iure diuino, vel poſitiuo tātum teneatur reſtituere beneficiū, quod accepit pro pretio, vel pretium quod accepit ſimoniacus collator reſtituendum ſit vbi reſpōdet ad argum. & ſingulariter ad caput mandatum. pa.960.b.& 961.a.b.& ſeq. ad longum per totum caput.
Simoniaca materia hactenus pertractata epilogatur, ſcilicet, quomodo, & quando, & cui reſtitutio tēporalis pretij, aut reſignatio ſpiritualium ſit facienda. pag. 969.b. & 978.b. per totum caput.
Simoniacorum pœnæ, per quem poſſint relaxari & diſpenſari, & an mediatores illas incurrant. pag. 972.a.b
Simoniacorū quot ſint pœnæ, & ꝙ Papa ſolus diſpēſat cum cōmittente ſcienter ſimoniā in tribus caſibus, & ꝙ in alijs poſſunt Epiſcopi diſpēſare. p.972.a.b. & 973.a.b
Simonia quæ committitur circa cōfidentias explicatur. pag.974.a.b
Simoniæ confidentiali pœnæ graues proponunt. pag.974.a.b
Simoniam annexā an habeant caſus hi, quotidiani. Primus eſt vbi Hiſpani per mediatores Romanos obtinent būficia quibuſdā interuenientib⁹ cōditionib⁹. p.975.a.b
Simonia an ſit, ſi Rex vel Epiſcopus contulit beneficium cum conditione, vt recipiēs illud reſignet cum datum fuerit ei aliud pinguius beneficium. pag.976.b

T

TAurorū agitatio qualis prohibita fuit per extrauagantem Pij.5.p.177.a.b
Tētatio carnis an ſit peccatū. p.184.b

¶ *De teſtibus.*

Teſtis an ad teſtificandum offerre ſe teneatur. pag. 175.b
Teſtis in quibus caſibus interrogatus teneatur iudici reſpondere. pag. 176.a
Teſtificari etiam non requiſitus an aliquis teneatur, & quando. pag. 176.a
Teſtis an aliquando cū periculo vitæ teneatur reuocare teſtimonium. p. 177.a
Teſtivni ſoli an teneamur credere. p.298.a.b
Teſtamentū ſecūdum leges Hiſpaniæ, vt ſolenne ſit, & validū quot teſtes requirat. p.380.a.b. & quales debeant eſſe teſtes & qualiter admitti. pag. 380.a.b. & 381.a.b
Teſtamentum condendi alicui conceſſa à teſtatore facultas ſecundum leges Hiſpaniç ad quid extendatur. pag. 381.a.b
Teſtamentum inter liberos factum ſine inſtitutione hæredis, vel ſine debita ſolēnitate teſtium, an ſit validum. p.382.a
Teſtamentum an condere poſſint ſecūdum leges regni Caſtellæ conſtituti ſub poteſtate patris. pag. 382.a

Tribu-



¶ *De tributis.*

Tributorum genera, & nomina quot ſint. pag. 437.b.& ſeq.
Tributa imponendi quot ſint cauſæ iuſtæ. pag. 438.b.& ſeq.
Tributum vectigalis, ideſt, alcauala Hiſpanicè dictum an ſoluendum ſit in conſcientia etiā ſi à quæſtoribus nō exigat. p.439.a.b
Tributa quæ portaria, & Hiſpanicè portazgos dicta, & tributa per ſaltū, ideſt, puertos ſecos appellata an ſint ſoluenda in conſcientia ante exactionem, & quid de vectigali. p.439.b.& p.440.a
Tributa prædicta an ſint ſoluēda de his, quę quis ad ſuā neceſſitatē portat, & an poſſint tales portitores ſe occultare. p.440.a
Tributa pecho nūcupata ante exactionē, an ſint ſoluenda & quid de vectigali. p.440.a
Tributa quædam impoſitionum, de quibus meminit Corduba an ſint ſoluenda in conſcientia, & quid de tributo generali Valentiæ. p.440.b.& p.441.a.b
Tributa, quorū ceſſauit cauſa an ratione pręſcriptionis ſint ſoluēda. p.440.b.& 441.a
Tributa pedagiorū, vel de la Siſa, vel ꝓ trire mibus infericis mercib⁹, & qd ſi hæc tributa vēdita ſint à Rege. p.441.b.& p.442.a
Tributa iuſta defraudandi cauſa ſe occultare an aliqñ excuſet à reſtitutione. p.442.a
Tributa gabellarum quando earum conductor remittit ea conſcientiæ, aut verbo ſoluentis, an ſint reſtituenda quo ad id quod minus de eis ſoluitur. p.442.b
Tributa iuſta, an poſſit quis non ſoluere in recompenſationem tributorum iniuſtorum, quæ antea ſoluit. p.443.a.b
Tributa aliqua an ſoluēda ſint, vel non, cum circa hoc variatur inter doctores quorum opinio eſt magis tenenda. p.443.b.& ſeq.
Tributa gallinarum, palearum, & aliorū, an ſint dominis ſoluenda, & an vectigalia regia empta poſſint exigi in rigore. p.443.b. & p.444.a.b
Tributum defraudans per priuilegium non legitimum, ſed acceptatum à Rectoribus populi an teneatur reſtituere ipſe & talis fraudis conſultor. p.445.b.& ſeq.
Tributa cauſa nō ſubſiſtēte, qã nō cuſtodiūtur arces an ſint ſoluenda: & de aſſeſſorijs an poſſint exigi. p.441.a.b. & p.447.a.b
Tributa an ſint ſoluenda infidelibus principibus à fidelibus p.447.b.& ſeq. Vide de immunitate à tributis, qua potiūtur eccleſiaſtici litera E. Et vide etiam dictio, impoſitio, litera I. Et verbo, vectigal litera V. & vide p.449. per totum cap. 190.

V

VAlidus an ſit actus in conſcientia, vbi iure naturali concurrunt neceſſaria ad valorē illius, licet ſit irritus per legem humanam. p.377.b.& ſeq.
Vectigal an reſtituere regi teneatur, qui recedit à contractu inito venditionis. pagina.454.a.b

¶ *De venatione.*

Venandi gratia an poſſit princeps aliqua loca cōmunica ſibi ſoli deputare: & an magnates venationem maiorem vel minorē poſſint ſibi vendicare. p.332.a
Venationem ne capiant incolæ populorum in ſuis poſſeſſionibus, vel agris comprehēſam magnates domini populorum an prohibere poſſint. p.332.a.b
Venationem interdicens dominus populi, an teneatur reſtituere damna: & an nimis graues pœnas huius rei gratia ſtatuere poſſit. p.332.a.b.& 333.a.b
Venationis dominus ſi tanta copia venationis increuerit, quæ arceri non poſſit ſine magna moleſtia an ſatisfaciat ſolum reſtituendo damna. p.333.b.& ſeq.
Venari an poſſit dominus in agris ſubditorum. p.334.b
Venantes & piſcantes locis vetitis an ad reſtitutionē teneantur. p.334.b. & 335.a.b
Venationis, aut piſcationis, aut ſyluarum cuſtodes ſi diſſimulant in aliquo caſu, an excuſentur à peccato & an munera accepta, aut damna ex diſſimulatione ſubſecuta reſtituere teneantur. p.336.a.b
Venationem ferarum palantium ſi Rex, vel dominus populi ꝓhibeat occidi, an teneatur reſtituere, & quid de accipientibus animalia ad domum redire ſolita. p.336.b
Venari aues ex alienis arboribus, vel examina apum capere in alieno prædio, an licitum ſit. p.336.b
Venationem minorem, ſi velit ſibi appropriare dominus populi, quomodo, & quibus concurrentibus conditionibus id facere poſſit. p.337.a
Venatorum numerum certum, an poſſint domini populorum eximere à tributis. pag.34.b

¶ *De venditione.*

Venales bracteas argenti an liceat minoris emere quàm iuxta gradus, id eſt, quilates argenti iuxta taxationem legis valent, vt fit in noua Hiſpania. pag.530.a.b. & pagina.531.a.b
Vendere an liceat rectoribus ciuitatum ſua ſuffragia in electione ſcribarū, & an vendi

 poſſit

poſsit officiũ iuriſdictiõis.p.294.b & ſeq.
Venditor vitium, aut falſitatem rei quam ex ponit venalē, an teneatur patefacere emptori.p.456.b.& ſeq.
Venditionis negotiatio hæc an licita ſit, ſcilicet, congeſtas merces, ſcilicet, triticum, & annonam earum emptores reuendere: & an ſit contra legem Hiſpaniæ. p.553.b. & pag.554.a.b
Vēdere an poſsit aliquis ſine fraude pragmaticæ triticum à ſe habitum ex proprijs poſſeſsionibus, vel redditibus vt emat aliud ſuæ domui neceſſarium.p.555.a
Vendere triticum in magna copia præemptũ ad reuendendũ contra pragmaticã, an ſit peccatũ mortale. p.555.b. Et quid de èxeuntibus ad vias ad præemendum merces, vt eas poſtea reuendant.p.555.b
Vendi prius in populo vinum vicinorũ populi ex ſtatuto Rectorum populi an illicitum ſit.p.556.a.b
Vendere an liceat ad creditum triticũ ad pretium pragmaticæ quando iam in foro cõmuni minus valet propter ſuperuenientē abundantiam.p.559.a.b.& ſeq.
Vendi an poſsit triticum vltra taxationem pragmaticæ vbi multa vtilia adduntur de taxatione tritici.p.559.a.b
Venditores vendentes vltra taxam pragmaticæ an diſsimulatio iudicũ permittentiũ id, eos excuſet à culpa, & à reſtitutione: & quid ſi ſenatores populi ob aliquem reſpectum eam non promulgent in populo, vbi continentur multa vtilia. p.559.b. & 560.a.b.& p.561.a
Venditio in caſu, quo in foro exteriori non valuit, quia vltra dimidium, vel citra dimidiũ iuſti pretij facta eſt an reſtituendi ſint fructus cum poſſeſsione.p.565.b. & ſeq.
Vendens tignum vitiatũ an teneatur de ruina domus inde ſubſecuta.p.599.a
Vendens alienum an teneatur de eo, in quo factus eſt locupletior, ſi bona fide vendidit.pag.600.a
Vendēs fructus incertos, ſcilicet, fœtus, vel partus naſcituros ſi nõ naſcãtur an poſsit hoc non obſtante exigere pretium ab emente.p.605.a.b

¶ *De viro.*

Vir bigamus an fiat reddendo debitum vxori adulteræ.p.201.a
Vir an teneatur bona communia quæ luſibus vel aliter dilapidauit in ſua parte bonorum computare.p.404.a.b
Vir an ſi facit donationes ex bonis communibus in notabili quantitate, ſine fraude tamen, an teneatur illas cõputare in ſua ſorte ſibi ex illis bonis contingenti. p.404.a
Viduæ præ compaſsione ſuorum maritorũ non ſunt ſpoliandæ ſuis bonis dotalibus à cõſulētib⁹, vt ſatisfaciãt debitis maritorũ ne crucient in purgatorio.p.267.b.& ſeq.

¶ *De vita.*

Vitam proximi alias occidendi à tyrãno an teneamur defendere cum iactura pertinentium ad ſtatum.p.175.a
Vitæ infirmantis, an teneamur ex noſtris bonis ſubuenire quando infirmus non vult ſibi ſubuenire præ auaritia.p.160.b
Vitam ſibi decurtans per abſtinentiã an peccet, & an vitam abbreuiare liceat ſumēdo alimenta non tam ſalubria.p.167.b
Vitam conſeruare, an teneatur infirmus ſumendo medicinam pretioſam, aut ſumendo cibum cum iam præ faſtidio cibum deglutire non poteſt.p.167.b
Cum periculo vitæ ſuæ an teneantur religioſi Carthugienſis à carnibus in infirmitate abſtinere. p.167.b
Vitã pane ſibi oblato an cõſeruare teneatur, qui ob ſua crimina eſt damnatus, vt famæ pereat, vel iuſtè occidendus licitè poſsit præſtolari mortem in carcere cum fugere poſsit.pag.168.a
Vitam finire fame, vel aliter ſententia damnato an poſsit aliquis ſubminiſtrare cibos vel inſtrumenta conferre quibus ſe à carcere eruat.p.168.a
Vitã finire ſententia iudiciali iuſſus veneno hauſto, an poſsit licitè illud portare, & an liceat damnato collum lictori parare, ſcalam patibuli aſcēdere, aut naufrago alteri naufrago tabulã cedere. p.168.b.& 169.a
Vitæ propriæ periculo ſe exponendo, an liceat auxiliari amico, aut aſsiſtere ei peſte tacto, aut præludijs militaribus ſe exercere. pag.169.a
Vitam an liceat exponere pro bonis temporalibus, aut pro honore, & fama. p.169.b
Vitam qui ſibi ipſis præripuere antiqui vt Brutus, Cato, Deci⁹ & alij & inter fideles Sãſon, Raſias, Eleazarus q̃ ſibi mortē cõſciuerũt an ſint excuſandi à culpa.p.170.a.b
Vitæ cum periculo an qui eſt damnatus ad mortem teneatur manere in carcere aut in perpetuo manere carcere.p.170.b
Vitam conſeruandi gratia an quis poſsit ad mutilationem membri putridi cõpelli; & an ad hoc poſsit cogi religioſus.p.171.a
Vitam tuendi cauſa an poſsit eques fugiens arcto calle obuium infantem opprimere vt euadat.p.171.a

Vitam

Vitam conſeruandi gratia an teneatur nõ iuridice interrogatus à iudice potius ſubire tormenta, quam fateri veritatem.p.171.a
Vitæ cum iactura quando quis teneatur ſecretum celare.p.171.b
Vitæ cum iactura an teneatur confeſſor, vel interpres interueniens in confeſsione, vel doctor, qui in conſcientia conſulitur ſecretum celare.p.171.b
Vitæ cum periculo an teneatur aliquis celare ſecreta ſecularia.p.172.a. Et quid de ſecretis reipublicæ, ibidem.
Vitæ cũ periculo an teneatur prælatus corrigere ſubditum, aut homo priuatus ſuũ proximum.p.172.b.& ſeq.p.173.a
Vitæ cum periculo an ſit baptizandus alioquin moriturus ſine baptiſmo.p.173.a.b
Vitę cum periculo an teneatur quis baptizare adultum, vel audire confeſsionē in mortis articulo, & ad q̃d teneãtur prælati, vel priuati ſacerdotes in hoc caſu. p.137.b. & ſeq.& p.174.a.b
Vitæ propriè iacturã, an teneatur quis ſubire, ne detegat cõplices, de quibus iniuſtè interrogatur à iudice, quando ſi eos detegit pœnam iniuſtam mortis ſunt ſubituri. pag.174.b.& p.175.a
Vitæ proximi an teneamur ſubuenire cum iactura honoris noſtri.p.175.a
Vitæ propriæ pœnitere propter tædium vitæ, an ſit peccatum: & an cibum vitæ perniciem afferentē alicui inaduertenter propinare, careat culpa aliqua.p.175.a.b
Vitæ periculo exponere infantem in lecto cubando, vel fœtum percutiendo prægnãtem, quale ſit peccatum.p.175.b

¶ *De voto.*

Voti diffinitio qualis ſit, & quæ nã deliberatio ad voti validitatē ſufficiat, & an votũ emiſſum ex ira validum ſit.p.122.a.b
Votum an ſit cum quis ait alteri, promitto tibi, me nunquam luſurum cum tali homine.pag.122.a.b
Votũ an de cõſilijs emitti poſsit, & an vota de materia cõſiliorũ, vel p̃ceptorũ à prælatis religioſorũ irritari poſsint. p.122.b.a
Voti deliberatio qualiter præcedat, vel præcedere debeat.p.122.b
Vota facta ſubito, vel ex paſsione, vel ex leui cupiditate facile diſpenſantur. p.122.b
Votum an ſit obligatiuum ſi promiſsio ſit facta Deo ſine animo implendi.p.122.b
Votum de re neceſſaria, vt de moriendo nõ eſt votum, & ſi ſit votũ emiſſum de re venialis eſt veniale peccatũ eius tranſgreſsio & etiam tale votum: & ſi eſt votum de materia mortali eſt mortale, neq; votum de re indifferenti valet niſi.p.122.b
Votum contra conſilia quale peccatum ſit, & an votum ratione finis malo ſit obligatorium.p.122.b.& p.123.a
Votum an ſit magis obligatorium, quàm iuramentum, & an ex voto opus factũ plus meriti habeat, quàm ſine voto.p.123.a
Vouens non fornicari an ſi tranſgrediatur votum duplici peccato peccet: & an vouens contra conſilia aliquando peccet mortaliter.p.123.a.b
Votum non pectendi capillos, aut lauandi caput in die Sabbathi an quicquam valeat.pag.123.b
Votum in nuditate peregrinandi an obliget etſi quãdo ſit votum eſt impletu impoſsibile, an ſi poſtea fiat poſsibile inducat obligationem.p.123.b
Votum factum ſine animo vouendi, aut ſine animo ſe obligandi, aut ſine animo implēdi an valeat.p.123.b
Votũ implere impeditus, an poſtea ablato impedimento teneatur ad illud, p.123.b
Voti obligationem an tollat euētus ille, qui ſi à principio oblatus fuiſſet, votum non fuiſſet emiſſum.p.123.b
Voti d̄ Aue Maria dicēda fractio, qualis culpa ſit.p.123.b
Voti impletionem differens quãdo dicatur peccare.p.124.a
Vouens virginitatem fœmina, ſi ſemel corrupta fuerit, an deinceps teneatur ad votum.pag.124.a
Vouens in iuuētute votũ ingrediēdi religionē, quod tũc nõ impleuit, an poſtea ſenex factus teneatur ad illud implēdũ.p.124.a
Votũ implendi difficultas, an ſufficiēs cauſa ſit ad diſpenſandum ſuper illud. p.124.a
Vouens eleemoſynam, ſiue aliud, ſi Deus ſe liberaret à peccato, ſi incidit in illud an teneatur votum adimplere.p.124.b
Vota conditionalia conditione impleta an habeant obligare.p.124.b
Vota conditionalia de ingreſſu religionis, vel caſtitatis an ante conditionem impletam vel poſt poſsint diſpenſari per epiſcopum.p.124.b.& p.125.a
Votum eundi Hieroſolymam cum bubone in ore an quicquam obliget.p.125.a
Votum qui vouit nõ nubendi, ſi fornicatur, an illud tranſgrediatur.p.125.a
Votum ducendi vxorem, an ſemper ſit inualidum.p.125.a
Votum ſolenne profeſſum extrahens à religione, an teneatur pro illo religionem ingredi,

gredi,aut quicquam reſtituere.p.125.a
Votum ſolenne religionis emittere, aut nubere alicui, ſi quis impediat, an incurrat excommunicationem.p.125.a.b
Votũ religionis vt emittat aliquis,an laudabile ſit ei perſuadere,vel non.p.125.b
Vouens ingreſſum monaſterij non reformati,an teneatur illud ingredi.p.125.b
Vouens religionem ſi repulſus eſt ab vna religione,an teneatur quærere aliã. p.125.b
Vouens ingredi & perſeuerare in aliqua religione,an maneat obligatus ad caſtitatem, vel an ſi non fuerit admiſſus in illa poſsit ducere vxorem.p.125.b.& ſeq.
Vouens non nubere ſi nubit, an poſsit petere debitum,& reddere.p.126.a
Vouens profiteri in religione,ſi diſpenſatus eſt,quia ſolum expreſsit papæ,ꝙ vouit ingreſſum, an valet diſpenſatio. p.126.a
Vouens ingredi religionem ad quid tenetur iam ingreſſus, & ad quid magis teneatur qui vouit profiteri. p.126.a
Vouens religionẽ, ꝙ nihil cogitauit de perſeuerãtia an teneatur perſeuerare.p.126.a.b
Vouens religionis ingreſſum intendens eſſe religioſum choriſtam, cum ſit imperitus, an teneatur addiſcere grammaticam, vel fieri religioſum conuerſum.p.126.a.b
Voti impletioni an ſit aliquis,aſtrictus cum dubitatur,an ad implẽdũ votum ſit obligatus.pag.126.b
Vouens religionem communiter, ſi in nulla recipiatur,an poſsit ducere vxorẽ, & quæ & quot monaſteria teneatur adire,ſi in aliquibus non recipiatur.p.126.b
Vouens ſolenniter in aliqua religione, an teneatur illa præcepta ſeruare,quæ continẽtur in conſtitutionibus,licet in tali religione non ſeruentur.p.126.b
Voti validitatem,quis vel qualis, vel quantus metus impediat.p.127.a
Votum an annullet metus ab extrinſeco, ſi grauis ſit.p.127.a.b
Vouens vinum non bibere in Sabbatho an toties peccet, quoties bibit.p.127.b
Votum non implens tẽpore ſignato an poſt illud tempus maneat obligatus implere. pag.127.b
Voti emiſsi pœnitere, an ſit mortale peccatum.pag.128.a
Votum ſe emiſiſſe dubitans, an in dubio teneatur illud implere.p.128.a
Votum an teneatur quis implere per alium quando per ſeipſum implere non poteſt. pag.128.a (p.128.a
Vota defuncti an teneatur hæres implere.
Vouenti vxori continentiam cum conſenſu viri,an vir poſsit reddere debitum, vel ab ea petere,& quid ſi pactum inter ſe abſtinendi à copula coniuges fecerũt.p.128.b
Votũ ſi vouerũt in cõi coniuges ſic, ſcilicet, voueo caſtitatem, vt tu quoq; voueas,an tũc poſsint ſibi inuicem reddere debitum petentibus, & quis poſsit ſuper hæc inter coniuges diſpenſare.p.128.b. & 129.a
Votum de non petendo à coniuge debitum an ſit illicitum.p.129.a
Votum coniugis vouentis ſolẽniter religionem, ſine conſenſu alterius,an quo ad aliquid obliget.p.129.a
Votum ieiunandi, aut peregrinandi,ſi emittat fœmina cõiugata an teneatur illud implere ſaltẽ poſt matrimoniũ finitũ pręſertim ſi illud nõ irritauerit maritꝰ.p.129.a.b
Votum ſuccurſus terræ Sanctæ,an poſsit cõiugatus vouere, an id votum poſsit vouere vxor.p.129.b.

¶ *De voti irritatione, & diſpenſatione.*

Voti irritatio, vt valida ſit,an requirat cauſam ſicut eam requirit voti diſpẽſatio, & an votum neceſſario ſit commutãdum in melius.p.129.b
Votũ cõmutãdi & diſpẽſandi habẽs poteſtatẽ,an poſsit pro parte ſuper illud diſpenſare,& pro parte illud commutare.p.130.a
Vota qs nã licitè irritare poſsit:& an vota nouitiorũ poſsit prælatus irritare. p.130.a.b
Vota pupillorum, qui nam irritare poſsint. pag.130.b.
Vota vxorũ an mariti irritare poſsint.p.130.b.& p.131.a
Votum continentiæ emiſſum ab vxore, an vir irritare poſsit.p.131.a
Vota ſeruorũ an poſsit dñs irritare.p.131.a
Votũ ſeruandi præcepta ab vxore emiſſum an poſsit vir irritare.p.131.a
Votum de non peccando venialiter, an valeat.pag.131.a.b
Voti materia an poſsint eſſe præcepta,& an vota nouitiorum poſsit irritare prælatus. pag.131.b
Vota ſecularia, an commutentur in votum ſolenne religionis. p.131.b
Votum religionis emiſſum à filio ante legitimã ætatẽ an poſsit à patre irritari, etiam ſi ratificauerit illud.p.131.b.&ſeq.
Vota vxoris omnia an poſsit vir irritare.p.131.b.&ſequen.
Vota irritata ſemel an reuiuiſcant, & an vota religioſorum ſint valida.p.132.a
Vota valida an pueri poſsint emittere. pagina.132.a
Vota religioſorũ de rebus licitis emiſſa, an poſsit prælatus irritare.p.132.a
Votum an teneatur implere ſubditus in caſu, quo prælatus carens notitia talis voti illud impleri prohibet.p.132.a.b
Votum de re licita prohibita tamẽ per prælatũ an teneatur ſubditus pateſacere prælato,vt illud poſsit implere.p.132.a
Vota facta in legitima ætate à filijs an renitentibus parẽtibus ſint implenda. p.132.a
Votum emiſſum à filio ante ætatem legitimam,neq; tunc irritatũ à patre,an poſtea poſsit pater irritare etiam ſi ratificatũ fuerit.p.132.b.& p.133.a
Votum commutandi ſolum commiſsionem habentes, an peccent ſuper illud diſpenſando.p.133.a
Voti diſpẽſatio obtẽta à papa ad trãſeundũ ad canonicos regulares per eũ religioſum qui prius dimiſit habitũ, quatenus ſibi nõ denegaretur à papa an ſit valida. p.133.a
Vota ſubditorum,in quæ iam ſemel cõſenſerunt prælati ſi ea irritent,an peccent & an valida ſit talis irritatio.p.133.a
Votũ de re prohibita per prælatũ,ſi religioſus emittit an peccet ſic vouẽdo. p.133.b
Vota quænam ſint, & quot quæ ſunt reſeruata papę quo ad diſpenſationem eorum. pag.133.b
Vota quænam ſint illa,ſuper quæ inferiores prælati diſpenſare poſſunt.p.133.b
Votum ſolenne religionis an papa diſpenſare poſsit.p.133.b
Votum caſtitatis,vel non nubendi an epiſcopus poſsit diſpenſare.p.134.a
Vota religioſorum, & ſecularium an papa poſsit prolibito irritare.p.124.a
Votũ de inutili materia vel maioris boni impeditiua, an indigeat diſpẽſatiõe.p.134.a
Vouendi leuitas,aut facilitas,vel metus, vel neceſsitas boni,communis,an ſit cauſa legitima diſpenſandi in voto.p.134.a
Votum peregrinationis quomodo veniat cõmutandum.p.134.a.b
Votum emiſſum à paupere, ſiue à diuite circa ieiunium, quomodo debeat epiſcopus commutare.p.134.b
Voto res promiſſa an ſine cõſenſu illius, cui ſic promiſſa eſt poſsit in aliud commutari.pag.134.b
Voti caſtitatis diſpenſandi an cauſa ſufficiẽs ſit magna fragilitas vouentis. pag.134.b. & pag.135.a
Votum, vt commutari poſsit in æquale, an requiratur ſuperioris autoritas.p.135.a
Vota emiſſa ab vxore, vel à filio, vel à ſeruo executioni mandanda dum fuerint ſui iuris,an irritari poſsint à marito, vel à patre vel à domino.p.135.a
Votũ an poſsit cõmutare qui ex cõmiſsione poteſt ſuper illud diſpenſare. p.135.b.
Vota aliqua an diſpenſare poſsint religioſi ex aliquo priuilegio.p.135.b
Vota virtute Iubilei,aut Cruciatæ, quęnam & quomodo veniat cõmutanda. p.135.b
Votum commutandi cauſa,an ſit ſufficiens, quia vouens illius impletionis facilè obliuiſcitur.p.136.a
Vota commutandi ad æqualitatem ſumma difficultas eſt ac periculum: atque ideo cõfeſſarius non expertus nõ ſe debet in hac parte præcipitare.p.136.a
Vouentem an repẽtina deliberatio excuſet à petenda diſpenſatione, quando vouens à periculo, cuius ratione vouit, liberatus eſt à Deo.p.136.a
Vota defuncti an teneatur implere hæres. pag.136.a. Et quid de votis communibus populorum.p.136 a
Voti commutatio quomodo facienda. pagina.136.a
Votum caſtitatis ſi quis prius vouit, & deinde contraxit matrimonium, an ante eius conſummationem teneatur ingredi religionem.p.136.a.b
Votum ſeruandi gratia,an qui emiſit votum ſimplex caſtitatis dum ordines ſacros ſuſcepit cum antea eſſet coniugatus non tñ cõſummauerat,teneatur ante conſummationẽ ingredi religionẽ. p.136.b. & 137.a
Votũ ſimplex religionis ſi quis prius emiſit & deinde cõtraxit matrimoniũ, & cõſummauit, an iam poſt hoc ſine diſpẽſatione, & reddere & petere debitũ poſsit.p.137.a
Votum caſtitatis habens ſi poſt hoc contrahit, & conſummat matrimonium, an duplici peccato mortali peccet.p.137.a
Voto rei promiſſæ difficultas ignorata à vouente an excuſet eum ab obligatione, & impletione voti.p.137.b

¶ *De Vſura.*

Vſuræ etymologia vnde ſumatur & quomodo differat mutuum ab accommodato.pagina.491.a.b
Vſuræ diffinitio quænam ſit.p.492.a. Et an ſit differentia inter vſuram, & peccatum vſuræ,ibidem.a
Vſura an ſit mutuare,vt præſentetur aliquis ad beneficium eccleſiæ, vel ob amicitiam comparandam.p.492.a
Vſuræ malitia vnde colligatur ſecundũ Diuum Thomam.p.492.a.b

Vſuram non eſſe ex genere ſuo peccatum mortale affirmare, cuius qualitatis ſit error. pag.492.b

Vſuræ diffinitionem argumentum impugnans ſoluitur. p.493.a

Vſuram deteſtatur vtrunque teſtamentum. pag.493.b

Vſura mentalis tantum an obliget ad reſtitutionem. p.493.b

Vſura an ſit intentione principali ſiue minus principali, ſperare lucrum ob mutuũ. p.493.b.& p.494.a.b.& ſeq.

Vſuram an conſtituat finis principalis, vel minus principalis lucri, & quis dicatur finis principalis, vel minus principalis. pagina.495.a.b

Vſura an ſit retinere aliquid datum à mutuatario nihil interrogando ab ipſo, quo fine det illud. p.496.a

Vſura an ſit ſi mutuans velit retinere quod bona fide accepit, ſi poſtea ſciat non ſibi datum gratis. p.496.b

Vſura an ſit mutuare gratia recuperandi debitum à mutuatario p.496.b.& ſeq.

Vſura an ſit aliquid accipere pro numerando magnam pecuniam, & in copia magna mutuandam. p.497.a.b

Vſura an ſit mutuare magnati, vt det officiũ & an acquiſitum ex illo officio à mutuante ſit reſtituendum. p.497.b

Vſura an ſit ratione mutui ex petere amicitiam, ex qua amicitia ſperatur commodũ temporale. p.497.b.& p.498.a

Vſura an ſit à muliere ratione mutui expetere turpes amplexus. p.498.a

Vſura an ſit offenſorem mutuare offenſo, vt offenſus remittat iniuriam. p.498.b

Vſura an ſit ratione mutui ex petere beneficium. p.499.a

Vſura an ſit ratione mutui expetere, vt ſibi remutuetur. p.499.a.b

Vſura an ſit mutuare cõmunitati pro exemptione à tributis obtinenda, vel regi pro officio, vel pro obligatione molẽdi in molendino, & an iſta obligatio ſit reſtituenda pecunia. p.499.b.& ſeq.

Vſura an ſit paciſci cum mutuatario, vt mutuum accipiat in mercibus, vel pro obligatione mutuandi regi aliquid accipere. pagina 500.b.& p.501.b

Vſura an ſit ob ſolutionem anticipatam minori pretio locare redditus epiſcopatuũ, beneficiorum, magiſtratuum, prouinciarum, p.502.a.b.& p.503.a.b.& ſeq.

Vſuram vt poſsit euadere mercator quid faciendum eſt cum inſtat egens ab illo petens mutuum. p.501.b.& ſeq.

Vſura an ſit in contractu, qui Hiſpanice, mohatra, dicitur venditorem, qui prius vendidit merces pretio currenti, & credito poſtea minoris eas reemere ab emptore. p.501.b.& p.502.a.b

Vſura an ſit minoris ſoluere aliquem debitum, quod debet ad finem anni, quia anticipat ſolutionem eiuſdem debiti. p.502. a.b.& ſequen.

Vſura an ſit pecunia præſenti minori emere pecuniam futuram numero maiorem, vbi quæſtio illa celebris ventilatur, vtrum pecunia præſens ex ſe valeat magis, quàm futura contra Nauarrum p.503.b. & pagina.504.a.b.& ſeq.

Vſura an ſit aliquid emere minori pretio anticipato, pagas acerbas, ideſt, debitã in futuro recuperanda, vbi expugnatur ſententia aliquorum doctorum modernorũ, vbi reſpondetur ad argumenta ex autoritate pontificum, & conſuetudinis toleratæ. p.505.a.b.& p.506.a.b.& ſeq.

Vſura an ſit, aut aliquid illicitum pro pecunia euecta ex Indijs, & accepta à rege oppreſſo egeſtate penſionem aliquam ferre, & quid ſi hoc faciat ille, cuius bona ſunt accepta à republica pro ſupplenda neceſsitate. p.507.b.& ſeq.

Vſuram an inuoluat Mons pietatis. p.508. a.b.& ſequent.

Vſura an ſit ob maiorem dilationem conceſſam poſt terminũ debiti aliquid plus accipere. p.509.a

Vſura an ſit colonis agrorum mutuare frumentum, vt priſtino pretio & non minori conducant fundos. p.509.a.b.& ſeq.

Vſura an ſit ratione partis pretij ante ſolutæ obligare operarium ad demetendas in futurum ſegetes. p.510.a.b

Vſura an ſit locare oues cum conditione, vt ex eis pereuntes reficiantur ex fœturis naſcituris p.510.a.b

Vſura an ſit generũ fructus pignoris dotalis nõ cõputare in ſortem p.501.b.& ſeq. Et an ratione lucri ceſſantis hoc fiat licite. p.511.a.b. Et quid ſi à principio gener conſenſit in dilatione. p.511.b. Et quid ſi ſpõſus non præaccepit pignus & conſenſit in dilationem. p.511.b.& ſeq.

Vſura an ſit generum percipere omnes fructus pignoris vltra dotem, etiam ſi excedant onera matrimonij. p.512.a

Vſura an ſit, ſi vidua fructus pignoris dotalis non computet in ſortem ante dotem ſibi ſolutam. p.512.a

Vſura an ſit, ſi filij remanentes poſt mortem viduæ matris fructus pignoris non computent in ſortem ante illis ſolutam dotem matris. p.513.a

Vſuraria an eſſent ſtatuta terrarum, quibus ſtatueretur de viduis, quòd ante ſolutionem dotis reddatur eis certum quid pro alimentis, & an maritus fructus dotis faciat ſuos, & an teneatur maritus ex fructibus ancillarum, vel ouium reficere numerum ſibi datum. p.513.a.b

Vſura an ſit vendicare ſibi venditorem, aut emptorem fructus rei emptæ ante pretij ſolutionem. p.513.a.b

Vſura an ſit, ſi venditor conueniat cum emptore, vt ratione pœnæ poſt moram ſolutionis rei venditæ fructus faciat ſuos. pagina.513.b

Vſura an ſit, vel illicitum quid quod poſt receptum pretium poſſeſsionis venditæ venditor fructus faciat ſuos. p.514.a b

Vſura an ſit, ſi vẽdens oues centum nõ ſignatas, ſed incertas ex grege certo mille ouiũ ante traditionem earum fructus earum faciat ſuos. p.514.a.b

Vſura an ſit ſi mutuans pecunias ratione lucri ceſſantis aliquid accipiat, vel ratione damni emergentis, & quid ſit damnum emergens, vel lucrum ceſſans. p.515.a.b. & ſequentib.

Vſura an ſit, ſine vi, vel metu coactũ mutuare, ſed ſpontaneum mutuatorem aliquid lucri accipere. p.516.a.b.& ſeq.

Vſura an ſit ſine omnibus conditionibus aſsignatis à Conrado ratione lucri ceſſantis mutuantem aliquid accipere. pagin.517. a.b.& ſequent.

Vſura vt locum non habeat in acceptione lucri ceſſantis an requiratur volũtas abſoluta aliàs negotiandi in ipſo mutuante. p.517.a.b.& ſequen. per totum.

Vſura an ſit ferre aliquid ratione lucri ceſſantis quando alias negotiaturus ſe ſponte offert ad mutuandum. p.519.a.b

Vſura an ſit, accipere lucrum ceſſans mutuatorem ex pecunia mutuata, quando habet aliam pecuniam, qua negotiando lucrari poſsit p.519 b

Vſura vt abſit à lucri ceſſantis acceptione, an requiratur, quòd mutuans alias negotiaturus non ſit aſſuetus dare ad vſuras, vel quòd mutuans non accipiat lucrum à principio, vel quod non recipiat antequàm veriſimiliter conſtet de lucro. pag. 519.b. & ſequent.

Vſura an ſit ratione lucri ceſſantis totum lucrũ aliàs à negotiaturo acquirendum exigere pag.520.a

Vſura an ſit cum mutuatarius indiget extreme ratione lucri ceſſantis plus ab illo accipere. p.520.a.b

Vſura vt abſit à lucro ceſſante accipiẽdo, an requiratur, quòd toto tempore mutui impediatur lucrum, & qui nam ſunt qui non poſſunt accipere lucrum ceſſans. p.520. b.& ſequent.

Vſurarij an ſint mercatores qui prætextu lucri ceſſantis pluris vendunt merces ad creditum quàm de præſenti valeant. p.521. a.b.& ſeq. per totum cap.

Vſura an ſit dilatata ſolutione pluris vendere res venales quam ex ſe valent: & de earum taxatione, vel æſtimatione, etiam ſi ſubhaſtatione vẽdantur. pagin.521.a.b.& pag.522.a.b.& ſeq.

Vſura an ſit vendere merces ad creditũ cum aliquo lucro, id eſt, pluris quàm emptæ ſint. p.522.a.b.& ſeq. per totum.

Vſura an ſit pretio pragmaticæ vendere ad creditum quando communi foro merces minoris væneunt. p.522.b.

Vſura an ſit vendere merces in globo, id eſt, en cargazon (vt fit in noua Hiſpania) ad creditum pluris, quàm taxari ſolent tempore aduentus claſsis, & quomodo ſoleat in his iuſtè pretium taxari p.524.b.& pagina 525.a.b.& ſeq. per totum.

Vſura an ſit vendere in noua Hiſpania cocũ, ideſt, la grana in magna copia ad creditum maiori pretio, quàm inueniatur de præſenti. p.526.a.b,& p.527.a

Vſura an ſit pluris vendere merces in magna copia ad creditum, quæ non inueniũt pretium de præſenti: eſt quæſtio ardua. pag. 526.b.& ſequen.

Vſura an ſit lanas viliori pretio emere ob anticipatam ſolutionem, quàm valebũt tempore traditionis. pagina 527.b. & p.528. a.b.& ſequen.

Vſura an ſit ſi mercatores lanarum tranſuehentes eas in Flandriam ibi pluris eas vendant in magna copia ad creditum, quàm ſit pretium, quod ibi pro eis inuenitur de præſenti. p.529.a.b

Vſurarius contractus an ſit mutuare maſſam, vel bracteam argenteam hac conditione vt per acto tempore ſignato reddatur in pecunia pro ea, quantũ illius maſſæ argenteæ lex valet: eſt quæſtio præclarè & copioſè tractatur, atque ſoluuntur argumenta in contra. pag.529.b.& p.530. a.b.& ſeq. per totum.

Vſura

Vſura an ſit vendere merces ad creditū, plus quam de præſenti valent, quando venditor non erat eas ſeruaturus. pag. 533.a.b. & ſequen. per totum.

Vſura an ſapiat opinio Caietani, ſcilicet, ꝙ non ſeruaturus merces pluris poſſit eas vendere ad creditum, & an poſſit cum aliquibus limitationibus ſuſtineri, & quænā ſunt illæ. p. 534.b. & p. 535.a

Vſura an ſit mutuare triticum cum pacto, vt ſoluatur pretio, quo valet cum mutuatur. p. 535.b. & ſeq.

Vſura an ſit mutuare triticum eadem menſura reddendum caſu, quo poſtea magis, aut minus valet. p. 536.a.b

Vſura ſit aut iniuſtitiæ genus non repetere triticum mutuatum quouſque creuerit in pretio. p. 536.b. & ſeq.

Vſura an ſit triticum creſcens in valore in maiori pretio recuperare à latrone quando dominus non erat illud ſeruaturus. pagina. 537.a.b

Vſura an ſit ducatos aureos mutuatos in maiori valore, quam permutuationis tempore valebant, quando poſt per pragmaticam creuit eorum pretium. pag. 537.b. & pag. 538.a.b

Vſura an ſit, ſi dominus rem furtiuam recuperet in maiori pretio, ſi tempore quo recuperanda eſt aut ſoluenda creuit in valore. p. 538.b. & ſeq.

Vſuræ ſpeciem an præ ſe ferat pactum legis commiſſoriæ immiſcere in impignorationibus. p. 539.b. & ſeq.

Vſura an ſit pœnam imponere mutuatario, ſi non ſoluerit in præſignato tempore. pagina 539.b

Vſura an ſit vel illicitum in contractu cenſus pœnam commiſſi apponere, ſcilicet, vt non ſoluens penſionem intra biennium amittat hypothecam cenſus. p. 540.a.b

Vſuraria an ſit, vel licita appoſitio pœnæ commiſſi in contractu emphyteotico. pagina. 540.b

Vſura an ſit apponere pœnam commiſſi circa fructus pignoris, ſcilicet, vt pignoratarius illos faciat ſuos à die non ſoluti debiti. pag. 541.a

Vſura an ſit non computare fructus pignoris in ſortem cum feudatarius pro debito domino feudi impignoratur poſſeſſionē feudi. p. 541.a

Vſura an ſit, ſi dominus directus capiat fructus ex re emphyteotica data ſibi pro pignore mutui. p. 541.a

Vſura an ſit, aut quid illicitum in venditione poſſeſſionis emphytecticæ, aut cenſui hypothecatæ dominum directum exigere laudemium. p. 541.b. & p. 542.a.b

Vſura an ſit, ſi mutuans ratione expenſarum, aut periculi probabilis imminentis in recuperando mutuum aliquid vltra ſortem exigat; exquiſitè diſputatur contra Methinam Complutenſem & eius argumenta fortia ſoluuntur. pag. 543. per totum cap. 220.

Vſura an ſit ratione pœnæ mutuantem, vel vendentem ad creditum aliquid exigere vltra ſortem, vel pretium iuſtum. pagina 546.b. & ſeq.

Vſura an ſit exigere pœnam à mutuatario, vel à debitore in caſu fortuito, quo impeditus eſt ſoluere debitum. p. 547.a.b

Vſura quando præſumitur interuenire ex appoſitione pœnæ moroſè ſoluenti. pag. 546.b. & ſeq.

Vſurarius an ſit contractus, vbi mercatores groſſi dant pecuniam mercatoribus minoribus, quibus merces emant & vendāt, ex quibus volunt lucrum. pag. 547.b. & ſequentib.

Vſurarius an fuit contractus de caſeo emendo à Ioanne certo pretio dando Petro. pagina. 548.a.b

¶ *De vſura ratione aſſecurationis.*

Vſura an ſit ratione aſſecurationis mutui aliquid exigere. pagina. 548.b. & pagina 549.a.b

Vſura an ſit tradere pecuniam alteri ſocio cum ea negotiaturo cum conditione, vt ſaluo capitali ſoluat aliquid lucri: eſt quæſtio perplexa. p. 149.a.b. & ſeq.

Vſura an ſit, ſi mutuator obliget mutuatarium ad ſecum aſſecurandum mutuū pro certo pretio, & de contractibus aſſecurationis nauium, & vitæ hominum. p. 552. a.b. per totum cap. 223.

Vſura an ſit emere merces anticipato pretio minoris quàm tempore traditionis valent, exemplificatur de tritico. p. 554.a.b

Vſura an ſit in fraudem pragmaticæ mille aureos dare populo indigenti, vt inſumantur in triticum in pane cocto vendendum, vnde à dante exigitur lucrum. pag. 555.b. & p. 556.a

Vſura an ſit anticipata ſolutione minoris emere triticum & fructus terræ, quàm valeant tempore collectionis. p. 556.b

Vſura an ſit mutuare vetus frumentum, vt nouum poſtea reddatur, & vt periculum vſuræ quis hic euadat, quid eum facere oporteat. p. 556.b. & p. 557.a.b. & ſeq.

Vſura an ſit emere piſcatum minoris, quam in publica auctione valet, quia anticipata ſolutione emit. p. 558.b

¶ *De vſura in contractu de retrouendendo.*

Vſuræ quales committi ſoleant in contractibus, cum pacto de retrouendendo, vbi ſpeciales caſus exponuntur collecti à doctoribus: & an ſint aliquæ conditiones requiſitæ ad iuſtificandum pactum de retrouēdendo. p. 561.b. & p. 562.a.b

Vſurarius cōtractus an ſit emere oues fictas cum conditione, ꝙ tales oues reddantur, vel eorum pretium. p. 562.a.b

Vſura an ſit pro decem aureis datis obligare ruſticū, vt reddat bouem, & menſtruū locationis eiuſdem bouis pretiū. p. 562.b

Vſura an ſit emere in autumno mille oues obligando emptores, vt tutas eas cuſtodiant vſque ad Maium cum pacto de retrouendendo interim percipiendo fœturam. p. 563.a

Vſura an ſit vendere prædia non ſata cū pacto, vt ſibi ab emptore reuendantur intra annum. p. 563.a.b

Vſura an ſit in contractu de retrouendendo apponere conditionem, ꝙ redemptio fiat maiori pretio, quàm emptio facta eſt. pagina 563.b

Vſura vt abſit à contractu de retrouendendo an requiratur iſta conditio, ſcilicet, ꝙ malit emptor, quòd non redimatur res. pag. 564.a.b

Vſura an ſit apponere pactum, ꝙ poſſeſſio empta cum pacto de retrouendendo redimi non poſſit à venditore intra tale tempus. p. 564.b

Vſura an ſit, vel præſumatur, ſi res empta ſimul cum pacto de retrouendēdo vili pretio ematur. p. 564.b. & p. 565.a.b

Vſura an ſit apponere pactum, ꝙ res vendita ante biennium non redimatur, & poſt poſſit redimi. p. 565.a.b

Vſura an fuit contractus cuiuſdā ſeruæ, cui data eſt pecunia, vt ſe redimeret. pag. 604. a.b. & ſequent.

Vſura an ſit mutuare cum pacto, ſi mutuatarius intra certum tempus moriatur, vel mutuare pecuniam in pretio minuēdam, vel pecuniam ſub vſuris acceptā cum eodem onere. p. 566.b. & 567.b. & ſeq.

Vſurariam pecuniam, quam magiſter nauis ſub vſuris accepit, poſſit dare nautis cum eodem onere in ſolutionem anticipatam. pagina 568.a.b

Vſurarius an teneatur reſtituere fructus ex poſſeſſione vſurariè accepta, quos mutuatarius non collegiſſet. p. 568.b

Vſurarius an adquirat dominiū rei per vſuram acquiſitæ, ſiue ſit res vſu conſumptibilis, vel non conſumptibilis, vbi fortibus argumentis ſtabilitur pars negatiua, & ſoluuntur argumenta Nauarri, & aliorum. p. 569.b. & p. 570.a.b. & ſeq.

Vſurarius contractus ex eo, ꝙ non transfert dominium quænam concluſiones ſpeciales inde inferantur. p. 573.a.b. & ſeq.

Vſurarij bona an ſint obligata pro vſuris, & quotuplicia ſint bona vſurarij. pag. 573. a.b, & ſequent.

Vſurarij hæredes an teneantur ad vſuras reſtituendas in ſolidū an ꝓ rata. p. 574.a.b

Vſurarius contractus an transferat dominiū dum dubitatur, cui opinioni magis aſtandum eſt, an Theologorum, an Canoniſtarum. p. 575.b. & ſeq.

Vſurarius ſi contrahat cum altero, vel alius cum illo vel nō, & quid de genero dotem, & de liberis & vxore vſurarij ab eo ſuſtentationem accipientibus: quæſtio eſt proficua. p. 576.b. & p. 577.a.b. & ſeq. & p. 578.a.b. & ſeq. per totum cap.

Vſurariorum miniſtri, curatores, negotiorū geſtores, vſurarij debiti petitores, pignorum obſeruatores, amanuenſes, ideſt, ſcriptores, & notarij publicè conficientes inſtrumenta vſuraria, & mediatores an teneantur omnes hi reſtituere. p. 580. b. & ſeq. per totum cap. 232.

Vſurario ſi quis conſulat ſub vſuris mutuare an peccet mortaliter, & an propter hāc inductionem obnoxius fiat reſtitutioni, & an liceat conſulere minus malum. pag. 583.b. & ſeq. per totum cap. 233. & pag. 586.a.b. & ſeq.

Vſurarij manifeſti qui dicantur, & an poſſint abſolui ſine ſatisfactione, vel cautione. pag. 589.b

Vſurarius clericus, qua pœna puniatur, & an incurrat irregularitatem celebrādo: & quis poſſit cum ipſo diſpēſare. p. 590.a.b

¶ *De vxoribus.*

Vxor an teneatur ſequi maritum alio migrātē, & qualiter peccet vxor per inobedientiam contra maritū. p. 146.b. & p. 147.a

Vxor adultera ſecreta an à viro innocēti debitum exigere poſſit. p. 202.2

Vxor ingreſſura religionem ante conſummationem copulæ habet bimeſtre tempus ad ingrediendum. p. 202.a

Vxorem duce[illegible]ſt votū caſtitatis, an peccet du-

Vſura

cet ducendo etiam ſi animo ingrediẽdi religionem id fecerit.p.203.a in principio.

Vxori menſtruatæ reddere debitũ, vel ab ea petere an excuſari poſsit ex aliqua cauſa à peccato veniali.p.203.b.& ſeq.

Vxor adultera an teneatur reuelare adulterinum partũ ne defraudet legitimos filios, ad maritum.p.208.a.b.per totum cap.& per ſequens.cap.

Vxor alicuius ſi quid donauit, an ſit marito reſtituendum.p.355.a.b

Vxor ſuadens marito, vt donet filijs debitũ reſtituendum an teneatur ipſa reſtituere illud,& quid ſi ipſa iuſſa à marito reſtituere centum ſibi data ab eodem ea ipſa expendit in familia.p.370.a

Vxor an ſibi recompenſare poſsit de arrhis à marito promiſsis, vel de dote, quam in appretiatam attulit.p.370.a.b

Vxor cum bona mariti veniunt ſequeſtranda, & publicanda propter delictum mariti,an poſsit dimidiam partem bonorũ auctorum celare,neque ad cenſuras reſpondere.p.371.b.& p.372.b

Vxor ex bonis ſequeſtrandis per iudicẽ, an poſsit aliqua bona pro vſu familiæ ſine timore cenſuræ occultare.p.372.b

Vxor ſi ex bonis mariti ſumat aliquid, an teneatur ad reſtitutionem.p.402.a

Vxor an ex bonis communibus durante matrimonio partis poſsit largiri ſuis conſanguineis, quando videt, ꝙ ſic maritus facit cum ſuis.p.402.a.b

Vxor in aliquibus caſibus ex licentia tacita viri,vel ſine illa an poſsit aliquas donationes facere,vel non.p.402.b.& ſeq.Et quę dicantur lucra communia inter virum, & vxorem.p.403.b.& p.404.a

Vxor an poſsit ſibi ſecreto recompenſare, vt redimat ſuam vexationem quando videt virum ſuum ex bonis cõmunibus largiri ſuis parentibus, vel conſanguineis.p.404.b.& ſequent.

Vxor & vir an diuidere debeãt inter ſe poſt mortem fructus bonorum caſtrenſium.p.409.a

Vxoris bona, quæ poſt mortem mariti adducẽda ſunt ad partitionem quænam ſint & quot,an dos eius in appretiata data ſiue in mancipijs,vel in ouibus tradita, an bona conſumptibilia quæ attulit, & an lectulus quotidianus,an pullatæ veſtes, an fructus in fundo dotali apparentes, vbi conſequenter agitur de multis iuridicis diſpoſitionibus pertinentibus ad coniugatos,& ad filios,& ad arrhas,& ad cõmiſſarios teſtamentorum.p.409.a.b

Vulgaris traductio pro authentica in eccleſia habenda, & quomodo interpretanda. pagina 115.a

## FINIS.

Regiſtrum Chartarum primæ partis Inſtructorij Conſcientiæ, Fratris Ludouici Lopez.

¶ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. A a B b C c D d E e F f G g H h I i K k L l M m N n O o P p Q q R r S ſ T t V v X x Y y Z z. A aa B bb C cc D dd E ee F ff G gg H hh I ii K kk L ll M m m N n n O o o P p p. A B C D. Omnes ſunt quaterniones, præter D. quòd eſt quinternio, & ¶ duernio.